
Nous avons parlé de quelque chose
laquele est tout affect ridicule
a ceque nous sensés avoir songé
Loquimur ad aliquam rem que omnino
ridiculam sit quod putatis somniari



BIU Cujas

M Madamoisele

Je suis oblige meintenan de vous escrire
parceque monsieur Semforance ma fait
cet honeur que de me vouloir fere
S
ferir la letre que vous mavez escrit ainsi madamoiselle je vous
supliee que vous agreies que je vuus face res ponce par
celle ci don vous serez Decrai conftante
autremant madamoiselelle si vous ni
trouvez pas toute sorte de conftantman
vuers moy dites que Jesuis un de mechans
garsons damonde mes Espere que vous ne
serez pas encetepéne

Madamoisele

Vostre tres
uble et obeisant
serviteur

Duroy dumirail

Sauve qui laisse.

Duroy

303

GVLIELMI

BENEDICTI

I.C. CLARISSIMI,

REPETITIO IN CAP.

Raynutius, extrà, de Teſtamentis.

Cui nunc recèns ſub finem tertiæ partis ſubiecta eſt Continuatio eiusdem repetit. à verb. Cuius bona, *ad finem vſque, auctore* STEPHANO RANCHINO, *Jurium publico Profeſſore in Academia Montiſpeſſulani.*

Omnia maiore quàm fieri potuit diligentia mendis & erroribus purgata.

303



Bibliotheca Mazarinea Paris

LVGDVNI,
APVD BARTHOLOMÆVM VINCENTIVM.

CIↃ. IↃCXI.

BIU Cujas



IVRIS CANDIDATO, S.

STudiorum potiſsimam partem, emendationem eſſe ſcriptum reliquit M. Fabius. quo adducti, cùm Gulielmi Benedicti in cap. Raynutius, de Teſtament. in antiq. Repetitionem non ſolùm Iuriſconſultis, ſed & pragmaticis perneceſſariam animaduerteremus, exactius, quàm antea recognitam excudendam, Iuris vtriuſque capita perperam citata, innumera interpretum loca deprauata reponenda curauimus. Tu intereà boni conſulas, velim. Vale. Kal. Ianuariis, 1582.

SECTIONES QVÆ IN HAC PRIMA PARTE EXPLICANTVR.

Proœmium.		*Teſtamentum. iiij.*	167
Raynutius de Clera.	*fol.* 1	*Alterochæ filiæ puberi vltra dotem.*	171
Duas habens filias.	6	*Dotem, quam ei dederat.*	172
Matrem inſuper Cleram.	37	*Domum.*	178
Et vxorem nomine Adelaſiam.	42	*Et hortum.*	181
In extremis poſitus.	134	*In eodem teſtamento relinquens. j.*	183
Condidit. j.	138	*In eodem teſtamento relinquens. ij.*	209
Condidit. ij.	144	*Adiectæ impuberi.*	215
Teſtamentum. j.	147	*Reliquit.*	223
Teſtamentum. ij.	157	*Cætera bona.*	229
Teſtamentum. iij.	161		

Aduerte, Lector, nonnullas additiones ipſiuſmet authoris, quæ antehac margines explebant, abſque vlla ſententiæ interruptione in ſtudioſorum commoditatem materiæ inſertas, quas ſemicirculis incluſas reperies, appoſito in margine hoc ſigno, ☞

AD MAXIMVM AC PRÆSTANTISSIMVM CÆSAREI ET PONTIFICII IVRIVM PROFESSOREM ET COMITEM ACADEMIAE Caturcen. famigeratiſsimæ Doctorem regentem, ſuis temporibus omnium acutiſsimum, ac Tholoſanum ſenatorem ſuum cumprimis metuendiſsimum dominum, dom. Gul. Benedictum Claudij Feydeau Fromentei Pariſienſis iurium baccalaureorum eidem academiæ lectitantium minimi, artium licentiati, collegiiq; de Ruthena & de valle antiquiſsimi (à fundatoris archiepiſcopi Neap. ex Caturcia oriundi nomine ſic nuncupati, cuius nomen fuit Bernardi de Ruthena) collegiati (quod quidem collegium idem Gul. ſingulari ſemper proſequebatur amicitia, atq; noſtrorum omnium collegiatorum protectiua)

Epiſtola.

Cynæas ſingular. fuit memoriæ.

SI hac noſtra ætate Cynæas, Pyrrhi regis legatus ſingularem habens memoriam, qui ſenatum Romanum conſtare retulit ex regibus, renaſceretur, ac curiam Tholoſanam, quam Galli parlamentum vocant (Sic enim publicum adiuſtitiam miniſtrandam conuentum Franci nominant, quaſi parium lamentum: quia parium Francię, qui ſunt de numero ipſius querelas & planctus audiunt: de quo mentionem facit Paul. de Caſt. conſ. 334. contemplaretur, proculdubio affirmaret, non regium, ſed diuinum illud eſſe conſiſtorium. Etenim quid ſunt aliud ſenatores Tholoſani, quàm humanum numen, quàm ſydus terrenum, & religionis ſacroſanctum faſtigium? cùm Chriſti Ieſu Redemptoris noſtri vices teneant in terris, vt colligitur in auth. vt hi qui oblig. ſe hab. perhib. res min. in prin. col. 6. firmat tex. in auth. de inſtr. caut. & fid. ea. col. §. quia igitur. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legi. l. j. ff. de iuſt. & iur. in quorum numerum vocari paucis mortalium conceſſum eſt. In quorum tamen ordine tu (& meritò) profeſſor maximè diebus tuis conſcriptus es. Priùs tamen annis plurimis locum ſimilem in ſenatu Burdegalen. ſagaciter, rectè, & decenter ita adminiſtraueras, vt lachrymis, prece, amicitia, ira, odio flecti minimè poſſes. Quamobrem magis diuinus, quàm humanus contemplaba-

Tolosan. et Senat. laudes.

Caturc. academ. Tolosan. antiq.

Add. Iu dicē quæ moueat.

BIU Cujas

ris:maiori verò contemplatione veniebas admirandus, cùm vtriusque censuræ iura hac in Caturcens. famigeratissima omnium vniuersitate Tholosa antiquiore, solertissimè, modo inaudito, stupendo, & mirabili interpretabaris, tanta fuit vox tua dulcis, & sonora, vt viros magnates diuersis in gymnasiis sparsos in hanc academiam lecturarum tuarum audiendarum causa traxeris: inter cæteros Cardinalem illum (à domo illa nobilitate tanta, ac sanguine regio clarissima propagatum: quæ idiomate nostro Albret nominatur) Amanuensem piissimi regis Nauarræ, nuper à nobis euocati fratrem: Ludouicum de Ambasia Albien. episcopum laudatissimum, Ludouicum de Rochechouard virum religiosum, priorem Marcinium, virtutibus, literis, moribus, & genere nobilissimum, atque doctorem postmodum Romani pontificis Auenioni legatum. Et Franciscum de Claromonte archiepiscopum Auxitaneum, qui huic de Rochechouard prædictæ legationi successit: illius Albien. præsulis ac reuerendissimorum bonæ memoriæ patrum, gentis magnanimæ titulis Ecclesiasticis decoratissimæ Georgij Ambasiani his nostris totius Galliæ partibus eiusdem supremi partis legati. Qui Georgij Fromentei militis strenuissimi, Chatriæ domini, matris meæ fratris fuerat Tholosæ patrinus: illo Ambasiano officio ibi de vacante iuridico. Ac Iaco. abbatis Cluniacen. atque Claromonten. episcopi, ex sororibus nepotes, aliósque vndequaque nobilissimos viros & doctissimos. Quos cùm tanta esset illorum copia & multitudo, memorare minimè posset Cynæas ille memoratus, quamuis tanto memorandi munere præditus fuerit, vt altera die, qua Romam intrauerat (historia affirmante) vniuersum senatum & equestrem ordinem propriis nominibus salutauerit. Tu prudentia, consilio, authoritate tanta præcellebas, vt inter tempestatis tuæ senatores, ac doctores refulgeres, velut inter planetas sol splendescit, vt sine te nihil altum susciperent ac meditarentur vniuersitates, ac curiæ siue parlamenta, in quibus sedebas. Tu religione, sine qua perit vita mortalium, quæ hominum propria est, quæ nos Deo cognatos facit, ac vinculo pulcherrimo connectit, tanta prępollebas, vt nihil quicquam apud te antiquius fuerit religione, Dei cultum rebus omnibus anteponens, memor illius Vergiliani carminis:

Gens Ambasianorum magnanima

Religiõis effectus.

Discite iustitiam moniti, & non contemnere diuos.

Atque legis illius, veluti. ff. de iust. & iur. vt exemplar nobis mortalibus esses vitæ sanctioris. Et cum summo viro iustitiæque ministro, turpe sit noctem totam somno exponere, tu somni parcissimus minimum tempus sopori dabas, librorum pabulo semper intendens, tuis nunc scriptis probantibus clarissimis, pro communi omnium hominum vtilitate promulgatis. Quid est in quo vtilius, honestius aut laudabilius, tempus ipsum conterere valeamus, quàm aut in actione virtutis, aut librorum reuolutione? hæc cùm mente reuolueres, adeò ingenij tui vires instauratæ fuêre, vt fortiores solito ad hæc factæ sint: & ita accensę vt negotium pro ocio, & ocium pro negotio tibi constitueres, atque eò magis, quò tui labores & vita, quæ vigilia est, vt sapientes dixêre. Et tibi primum & præsentibus, & posteris iucunditati, commodo, ac ornamento futuri essent. Nullum certè dulcius ocium, nulla delectabilior voluptas, nullus, teste Lactantio, suauior animi cibus, quàm veritatis cognitio. Hoc est opus operosissimum magis diuinum quàm humanum, hæc efficacissima decisio & miraculosa, pontificij iuris ac ciuilis vltimarum voluntatum nodos & ænigmata nunquam soluta dissoluens, vt hæc legisse maxima lætitia sum affectus. Illúdque præ cæteris sum admiratus. Nam cùm tanti támque multiplices casus, hac in tua repetitione saluberrima congerentur, nihil est quod obscurum habeatur, nihil imperfectum, nihil intactum, quod vel non decisum sit, vel ad alia loca remissum. Qua in re ita probè, ita egregiè te gessisti, vt ab omnibus & lauderis, nomineris, memoratus habearis, & benedicaris. Nomen enim tuum benedictionem sonat: stabit tua (vt verbis vtar Vergilianis) cuique dies breue, & irreparabile tempus omnibus est vitæ tuæ immortale ac semper benedictum. Viues igitur semper, viues post funera nobiscum, omni æuo benedictus. Insaniant zoili bonis ac doctis semper magistes. Pro tanto igitur munere, cùm id quod prius labyrinthus erat, scilicet vltimarum voluntatum materia, nunc hanc propter Benedicti repetitionem memorabilem efficiatur scirpus. Dicamus omnes, quiescat in pace Benedictus, Amen. At gratias, honores, & laudes, non quas debemus, sed quas poterimus illius Gulielmi liberis benedictis, eruditionis, monitionis ac morum paternorum obseruantissimis, referamus immortales. His proculdubiò si omnes artus humana voce resonarent, atque in linguas verterentur, ossa nostra omnia & membra, condignas minimè possemus referre Talabardo Benedicto professori iurium solertissimo cathedræ patris canonicæ successori, & diuitiarum, & virtutum verissimo, vt alter Gulielmus videatur. Qui scientia, virtutibus, ac modestia præclarus, suo viuendi modulo benedicta dulcíscens pectora altiùs magnificit quocunque se vertat. Video illum semper disertum, in iustitiæ actibus ita feruentem, vt hoc anno Caturcen. moderator electus sit (quem Parisienses scabinum vocant) rectum, magnanimum, acerrimi ingenij & amoris in bonos, maximè studiosos, vt Patrem Caturcen. academiæ, scholarúmque illius & gentorem, liberè dicat studiosorum caterua: qui patris scripta memorabilia calcographis tradenda curauit, vnà cum fratre suo vnico Raymundo Caturcen. canonico dignissimo. Qua de re si mihi linguæ centum, oráque mille, ferrea vox, sermonem assumendo Vergilianum: gratias debitas minimè exhibere posset ingenioli nostri tenuitas. Itaque illius gentis Benedictorum clarissimę & iure memorabilis pro debita gratiarum omnium actione perpetuam exopto & cupio felicitatem, memoriam, atque benedictionem, donec extrema illa ac salutifera dabitur sententia, qua dicet is, qui sub Pontio Pilato passus est, Dominus noster Iesus Christus humani generis Redemptor: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum. In quod valeant Benedicti successores & liberi. C. Feydei perpetuò memores. Ex gymnasio nostro Caturcen. Anno Domini quingentesimo vicesimo, mense vltimo supra millesimum.

Cui rei debeant intẽdere mortales

Vita nostra, vigilia.

Iuriũ de cisiõesmiraculosæ.

Operis laudes.

Gul. Bened. cognominis etymologia.

Iustitia laudes.

IOAN

BIU Cujas

IOANNIS FEYDEAV FROMENTEI PARISIENSIS

CAESAREA LICENTIA, PONTIFICIÓQVE BACCALAVREATV

prædíti eidem Claudio cognationis agnationíſque vinculo connexo, atque filiolo primogenito ſingulari amicitia dilecto, ad Lectorem in perpetuam operis memoriam & laudem, ac Zoilorum maledictionem, Epigramma.

Triſtia funereis alter canat omnia tedis,
Alter inexhauſti prælia Martis agat.
Lenta cothurnato depromat carmina iambo
Aut reſeret verſus Sapho canora tuos.
Barbatis alij texent inſigne Poetis,
Aſt mihi Cæſarei ſcripta adamanda ſophi.
Rectaq́ quæ ſuperos demonſtrat regula cælo
Diuos, & ſummi numen Olympiaci.
Væ tibi Zoileo qui carpis dogmata morſu
Sancta, quibus nullum ſanctius extat opus.
His ſiquidem magni ſeruas præcepta tonantis,
Quæ domino reddi cuncta retracta iubent.
Si cupias ſæuæ diſſoluere vincula mortis
Vltima, quæ in ſana mente Cupido parat:
Et quicquid dubij voluit Raynutius, atque
Proximus huic habeat, proſpice, diſcuties.
Eſt hoc æternos opus immortale per annos,
Atque hoc innumeras viuet Olympiadas.
Condita ſunt tumulo quamuis præcordia tanti,
Attamen effugiet nomen in aſtra viri.

IACOBI FAYDEAV IVRIVM AVDITORIS

AC EIVSDEM MEMORATI COLLEGII DE RVTHENA & de Valle Vniuerſitatis Caturciæ laudatiſsimæ collegiati Epigramma.

Magnanimi iuuenes, quos dulcior hactenus ætas
Vexit & ad palmam gloria digna vocat:
Expectata diu tanti pia dogmata patris
Sumite iam vultu, ſumite melliſluo:
Et genere inſignis, necnon ignobilis æquè,
Noſcere ſi cupias, hoc manifeſtat opus.
Illuſtres itidem, quibus ipſa ſcientia cordi eſt,
Nam efficitur ſcirpus, quod labyrinthus erat.
Nec vos Zoilei retrahant fortaſſe ſuſurri,
Hos habuit veniens ſummus ab arce Deus.
Tollite iamq́ moras, nocuit differre paratis,
Perlege, quò verè ciuilis eſſe queas.
Eia agè pro tanto tu Lector munere dicas,
Hic pace quieſcat Benedictus, Amen.

BIU Cujas

Proœmium.

ADDITIO. a Proœmium est considerandum tanquam causa finalis. not. Bald. in l. vt liberis. ver. not. quòd proœmium. vers. secundò not. C de collat. & in l. fin. ff. de hær. instit. vbi dicit per illum text. ad hoc de iure meliorem, quòd præfationes, & proœmia probant causam finalem. Et per illum text. dicit Panor. in c. aduersus. de im. eccl. quòd ex verbis b proœmij colligitur mens disponentis. c Bartol. in l. ambitiosa. ver. visis. ff. de decr. ab ord. fa. Bal. & Bartol. in l. regula. cum ibi apostillatis ff. de iur. & d fact. ign.

b Hæc decretalis. Hic prologus est totus ad virtutis opera excitatiuus in quibus triplex reperitur difficultas. Vna prouenit ex corruptione naturæ per peccatum primorum parentum: ex qua causatur in homine pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, vt dicitur Genes. 8. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Secunda est, quia ex peccatis & vitiis præteritis causatus est in homine quidam habitus, vel saltem dispositio inclinans ad similia vitia, iuxta illud Philosoph. Habitus semel in aliquo generatus, est de difficili amobilis à subiecto. Tertia prouenit ex difficultate operis virtuosi: quia virtus est circa bonum arduum & difficile: ideo opus virtutis, vt sit efficax, debet cum magno conatu fieri, iuxta illud Luc. 13. Contendite intrare per angustam portam, quam multi quærent intrare, & non poterunt. Hæc ibi Lyra.

c Andreas Sicul. Qui hanc decretalem repetiit, anno quo Doctor iste natus fuit domini 1455. mense Decembri, vt dicitur j̃ super verb. *Adiectæ impuberi.*

d Facilè despiciunt. Sunt verba Hieronymi præludendo in Esaiam prophetam. Tales enim sunt sicut vulpes, quæ cerasa damnant, cùm illa attingere & comedere non possunt, secundum Roffred. in tit. de rapt. Host. & Panor. in c. fin. j̃. ne cler. vel monac. Sic pariter faciunt inuidi, quos virtuosi difficulter euitare possunt, vt plenè habetur super verb. *Mortuo itaque testatore.* j. dum loquitur de inuidia Iudæorum contra Christum. De inuidis dicit idem Hieronym. præludendo in Esdram. Accedunt ad hoc in-

PROOEMIVM[a] DOMINI GVLIELMI BENEDICTI

vtriusque censuræ Doctoris, in suprema Parlamenti Tholosæ Curia Senatoris meritissimi, ad scholares inclytæ vniuersitatis Caturcensis.

QVia hæc decretalis[b] omnibus semper tremenda visa fuit, eiusque materia nobis Canonistis ferè incognita, vt sumus ille recitat[c] Andreas Siculus (referens dom. Anton. contra legistas exclamasse, audentes legere canones: & contra Canonistas audentes legere leges) semper distuli pelagus hoc magnum cum parua nauicula ingredi: mihi enim ad scribendum animus non est tam cupidus, quàm nec idoneus, scienti non esse absque periculo, multorum iudiciis ingenium tenue & exile committere morsibus præsertim illorum, qui quod capere non possunt,[d] facilè despiciunt. Sed vestra fretus atque confisus beneuolentia, humanitate, ac filiali supportatione: à vobis plurifariè stimulatus, assiduáque deprecatione coactus, & totaliter vobis ancillatus: non vt sim nouorum inductor, sed per diuersos prolixè dictorum breuis transcriptor & summista, pro aliquali canonistarum in copiosa multitudine hîc existentium doctrina, eandem Decretalem tremens legendam assumpsi secutus Senecam ad Lucilium dicentem: Apes debemus imitari,[e] quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt. Deinde quicquid attulêre, disponunt, ac per fauos dirigunt: & de florum omnium diuersitate eos duntaxat deligunt de quibus melis ceræque aptus succus exprimetur. Id idem Lucretius: Floriferis, inquit, vt apes in saltibus omnia libant, Omnia nos itidem decerpsimus aurea dicta. Sic debemus, quęcunque ex diuersa lectione congessimus separare: deinde adhibita ingenij cura, & facultate in vnum saporem varia ista libamina confundere. Quod cum fecisset aliquando Vergilius,[f] ęque obiiceretur ab ęmulis, quòd alienos versus suo operi inserebat: Respondit magnarum esse virium, clauam extorquere de manu Herculis. Sed dicetur mihi: En quis tu[g] es, qui narras iustitias meas? Et quis tu, qui de facto patrum sententiam feras? Respondeo, sum agricola rudis, & non fero sententiam, quæ ad me non pertinet vllo modo: nec pono os in cœlum, duntaxat semino verbum in agro domini exercituum, & largitoris virtutum, & si bonum est, terra recipiet, & fouebit: Si autem malum, tanquam herma mala[h] e- radicabitur: quia vt præclarè dicit Hieronymus,[i] grandes materias ingenia parua non sufferunt, & in ipso conatu vltra vires ausa succumbunt.[k] Vnde non aliud curo, quàm prolixè tradita, breui sub compendio singula seriatim (aliquibus additis, & superfluis resecatis) complecti. Et si vera dixerim, Deus laudetur. Si autem decerámque deducas, mel deuotionis, atque dulcedinis, quę manat de eloquij puritate diuini. hunc in modum decantata à prophetarum exultantissimo Dauid: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Cera quę in censa, te ad veritatem, sanámque doctrinam illuminet. Ne cum his cęcutias & pereas, quos, prurientibus auribus ad fabulas esse conuersos, & auditum à veritate vertisse suspirat Apostolus, &c.

e Apes debemus imitari. Vnde Matthæus Bossus in tertia parte ad Cæcilium Fabrianum, epistola secunda, incip. Quod equidem, &c. Te, inquit, hac in re velim apes imitari, quæ de florum omnium diuersitate, eos duntaxat deligunt, de quibus melis ceræque aptus succus exprimitur. Ita tu legas de vasta librorum farragine, non quæque sine delectu, sed illa de quibus melle

f Vergilius. De cuius ortu, vita, moribus, & obitu dixi addendo super verb. *Cuidam Petro tradiderunt.*

g En quis tu. Sunt verba Senecæ in libro Declamationum, secundum Bald. ŝ. in proœmio. de cuius sanctissima vita, & eius conuersione per Apostolum ad fidem, & obitu illius habetur super dicto verbo, *Mortuo itaque testatore* j.

h Herba mala. l. sed addes. §. si quis dolia. ff. loc.

i Præclarus ille Hieronymus in epistola ad Heliodorum, de morte Nepotiani, cui assentit Bal. in l. fi. C. de hær. inst. vbi in 16. q. dicit subtiles causas non esse grossis aduocantiam, per illum text.

k Succumbunt. Ideo bene scriptum est apud Horatium in arte poetica: Sumite materiam vestris, qui scribitis æquam Viribus, & versate diu, quid ferre recusent. & Cato: Quod potes, id tenta.

Retu

a Retulit Bald. Suprà in proœmio.
b Super Malach. cap. 3. & 16. quæstio. 1. can. reuertimini.
c ADDITIO. Vbi habetur quòd in templo Dei offert vnusquisque quod potest. Alij aurum & argentum, & lapides pretiosos, alij byssum, purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthũ, nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarũ pilos. Hæc ibi.
d Condemnatur. vt habetur Matthæi 25.
e Cato philosophus. De isto Catone Cæsaris contemporaneo, eiusq; obitu & virtute, & in quibus Cæsari conueniebat, & ab eo differebat, habetur ĩ ver. *mortuo itaq; testatore.* j.
f Ouid. lib. 4. Tristiũ. & de fugiẽdo otio plenè super verb. *& dotem quam ei ded.* circ. fi.
g Apostol. ad Galat. v.
h Salustius. Hic Romanus historicus, ac philosoph. Ciceron. æmulus Romæ claruit, de quo Aurel. Aug. libr. j. de ciui. Dei meminit, dicens, quòd fuit nobilitate veritatis insignis historicus, qui de bello Catil. necnõ & Iugurth. lib. edidit celebres, ac nonnullas scripsit epist.
i Habeatur. Virtus ex eo vocata est, quòd suis viribus nitens, non superetur aduersis, secundum Boet. 3. de consol. prosa vlt. Vel virtus est, quę bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, vt habetur ij. Ethic. Vnde virtuosi semper illi apparuerunt, qui laborib. & dolorib. passionibusque non facilè vinci poterant. Sed ex pòst experientia docuit animum plurimis certaminib. expositum aduersus delicias, diuitias & honores, quorum victoria difficilis, sed perutilis est, ob quod virtuosi vocati sunt, qui talia vincere potuerunt: & inde dicitur virtus mentis habitus bene institutæ. vel virtus est bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nemo malè vtitur, qua Deus in nobis sine nobis operatur. Et sunt vij. virtutes, tres Theologicę, & iiij. Cardinales, quas scire multò vtilius est, quã repetere lege Gallus, secundum Luc. de Pen. in l. vnic. C. de met. Be. libr. xj. vbi eas seriatim, & qualiter vnicuique dona spiritus sancti, & pręcepta decalogi, necnon vitia eis opposita correspõdent prosequtur.
k ADD. Sic interrogatus Aristo. quo differrent docti ab indoctis quo viuentes à mortuis respondit.
l Vt Seneca dicit ad Lucillũ epist. 44. inc. Iterum tu mihi tepusillũ facis, &c. m Accepit. Sunt verba Senecæ in ead. epist. n Iuxta illud Apost. ad Rom. 2. gloria autẽ & honor, & pax omni operãti bonum. Non enim est acceptio personarum apud Deum.
o Vt Valerius dicit libr. 3. tit. de fortitudine. loquens de Caio Attilio, de isto Valer. qui maximus dictus est, narratur in gestis Romanorum, quòd cum esset octogenarius & virgo, & à multis narrarentur suæ victoriæ, virtutes & gratiæ, omnibus silentium imponens dixit, Scitote generosi ciues, quòd de vna victoria supra alias gloriari possum, quòd nequissimam carnem meam domui, & concupiscentiam meam carnalem vsque ad mortem rationi subieci. Hæc Ber. busti. parte ij. sermone xij.

a Et magn

Proœmium.

a Et magno. Dicit Valer. lib. v. de pietate erga parentes.
b Vt qui genere nobiles estis. Ad Albertum zobolum adolescentem nobilissimum Matthæus Bossus in ij. parte epistola vlt. Sed vide, inquit, ne parua illa stultá que quorundam ignorum, sed pessimorum hominum nostri infelicissimi temporis opinio ignauiam tibi persuadeat, qui studia liberalium artiũ, & sudorem literarum detrahunt amplissimis, & opulentissimis viris. Egenis verò, & quibus labore & industria est vita ducenda, permittunt, quasi philosophia, & studiorum cura populare negotium sit. In quo delinquere magnopere videntur plerique tyranni, qui omissa penitus maiestate literarum, & dulcedine studiorum, se totos beluis tradiderunt, omnia spacia temporúmque momenta in sectando apro, aut querquedula, & perdice capienda terentes, quibus pluris sunt equorum stabula, canésque, & accipitres, quàm sapientiæ diuina gymnasia, & salus subditorum populorum: in quibus porrò, quid spei cùm animum atque ingenium (quo neque maius, neque diuínius aliud est homini attributum) incultũ negligunt, secordiáq; torpentem? Tu vide, inquam, ne peruersa hac improbáque stultitia his consentiens, solidámque & expressam doctrinæ, & sapientiæ laudem conferas vlla cum re, ingeniiq; fulgorem & animi sublimitatem inficias vanitate, tanquam caliginibus. Verùm his omissis inertiæ & libidinum plenis, totum te ostenta virtuti, & priscos illos heroas illustréque viros imitandos tibi propone, qui grauissimè doctos. Nam Cato ille Portiæ familiæ gloria Latinas literas iam vir, Græcas deinde senex perdidiscit. Philippi autem Macedonis illam tenemus epistolam, quam nato sibi Alexandro ad Arist. dedit, rege certè dignam, diis gratias agens, non quòd natus esset, sed pro eo, quòd nasceum contigit temporibus suis, à quo edoctus eruditusq; dignus esset regni successione. Quanti ipse doctus tandem doctrinam fecerit Alexander, id satis signi est, quòd in castris lectitasse, sempérq; in scriniis libros circuntulisse exploratum est. Mallens siquidem singulari disciplina, quàm potestate præstare. Quid de Ptolemæo Philadelpho ij. post Alexandrum Ægypti rege, qui tractus dulcedine literarum lx. millia, vt nonnulli scribunt, librorum in vna bibliotheca Alexandrię composuit, & sacram Hebræorum paginam per lxx. interpretes in Græcam linguam transferri curauit? Antigonus ad Zenonem philosophum: Ego, inquit, fortuna & gloria vitam tuam antecellere existimo. Tu igitur modis omnib. enitere, vt tuo contubernio fruamur, hoc pro certo habens, te non mei tãtùm, sed omnium simul Macedonum eruditorem fore. Nam qui Macedonię regem erudit, eum & subditos quoque ad fortitudinem, & probitatem erudiisse certum est. Nam cuiusmodi fuerit dux, tales vt plurimum subditos fieri necesse est. Præclara Auicennæ medicę artis opera, vigilię, lucubrationes & studia p-

a Et magno[a] vbique pretio virtus æstimatur, hæc præsertim vehemens & constans animi militia literis pollens, venerabilium doctri næ sacrorum antistes philosophia: quæ vbi in pectora recepta est hominum, inhonesto atque inutili affectu depulso totum in solidæ virtutis munimento confirmat, potentiúsque metu ac dolore facit. Solus namque is viuere & frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus præclari facinoris vel artis bonæ famam quærit, sicut vos facitis, vt
b qui genere nobiles estis [b] antecessorum &
c vestro. [c] Cęteri autem vestris maioribus propria virtute pręluceatis, vt si prius noti non fuerint, accipiant in vobis initium memoriæ suæ, & sitis posteris nobilitatis princi
d pium, [d] & virtutis exemplum, vt Quintus Fabius Maximus, qui Gallica victoria cognomen Allobrogi sibimet ac posteris peperit. Quo nihil ordinatius, aut speciosius illo seculo ciuitas Romana habuit: Non enim (di cit idem [c] Valerius) fastidioso aditu virtus e excitata, ingenia viuida ad se penetrare patitur. Neque hausturn sui cum aliquo personarum discrimine largum malignúmve prębet, sed omnib. æqualiter exposita quid cupiditatis, potius quàm quid dignitatis attuleris, æstimat. Inq; captu bonorum suorum tibi ipsi pondus exanimandum relinquit, vt quantum subire animo sustinueris, tantum tecum auferas. Quo euenit, vt & generosissimarum imaginum fœtus, in aliquod reoluti dedecus acceptam à maiorib. lucem in tenebras conuertant, & humili loco nati [f] ad f summam dignitatem consurgant. [g] Cum ho g nesti actus etiam si ab infimis sunt editi, memoria non intercidant, licet separatum locum obtineant: vt nec his adiecti, nec illis prælati videantur. Quæquidem planiora (si tempus pateretur) [h] suis exemplis reddũtur, h quoniam (vt Salust. in Iugurth. exorditur) pręclara facies, [i] magnę diuitię, vis corporis quentissimę testimonio sunt. Qui si foro vacasset, non impar fuisset diuinæ facundiæ Ciceronis. Aug. verò is cui totus terrarum orbis se submiserat, nec curam literarum vnquam omisit, tum legere, tum scribere, tum declamare cõsueuerat, Poeticam simul cum oratione soluta complexus. Quid reliquos Cæsares? Quid imperatores? Quid senatorios ac patritios viros hac in parte cõmemorem? cum vix ex millib. vnus literarum reperiretur ignarus. Hęc ille.

[c] Antecessorum & vestro, scilicet per artes honestas. vnde Claudianus: *Gaudet enim virtus testes sibi iungere musas.*

d Nobilitatis principium. Id est, honoris, qui solus est prę mium virtutis, secundum Philosophum. Virtutis enim vberrimum alimentum est honos, dicit Valer. libr. 2. tit. de instit. antiq. & tex. in §. cúmque. & §. fi. in proœ. Inst. Nec publica religione consecrata virtus priuata laudatione eget, vt idem Valer. alleg. tit. de Fortitudine. Perfecta autem nobilitas est generis cum animi magnitudine decorata, secundum Bal. in l. nobiliores. C. de com. & merc. vbi de triplici nobilitate.

e Valer. lib. 3. c. 4. tit. de his qui infimo loco nati, clari euaserunt. in princ.

f Ad summam dignitatem. Ex quo sunt multò plus honorandi: quia maior honor est, quòd quis promoueatur nomine acquisito ex sua probitate & propria virtute, quàm illo quod ei aliàs obuenit. Cùm in his, quæ ex natura proueniunt ratione parentelæ, nec laudari, nec vituperari debemus. Vnde illud quod meum est per acquisitionem, magis dicitur esse meum, quàm quod per successionem, secundum Iac. quem sequitur per illum text. Io. Fab. super verb. alemanicus. in proœm. Instit. ideo dicit gl. in c. nunquam. 56. dist. quòd natus ex vilibus parentibus, si est virtuosus, est præferendus nato ex claris parentibus æquè virtuoso. facit gl. in c. fidelior. 50. dist. vbi peccator emendatus præfertur ei, qui nunquam peccauit.

g Cùm honesti actus. Sunt verba Valer. lib. v. tit. de gratis. in parasceue ad externa.

h Redduntur. De quibus j. super verb. *Condidit.* j.

i Diuitiæ. Quæ plus torquent possessorem, quàm ei prosiciant, vt plenè dicitur super verb. *Cætera bona.* in princip.

Vt in

BIU Cujas

Proœmium.

a Sic finis. Vnde idem Matthæus Bossus epistola proximè alleg. Nulla, inquit, occupatio vel susceptu melior, vel homine libero dignior, quàm in amore viuas literarum, vt nullis voluptatibus, nullisque illecebris abducare, quin quotidie codices tractes & legas. Ingentes ipsæ opes, qui bus domus abūdat tua, honorū ac dignitatum insignia, amplitudo generis, claritas nominis, auorūque gloria nulla sunt, nisi nobilitentur exi- b mia quadā singulariq; doctrina: & is ad quem successu, fortuitū q; ista deueniunt, ea ipsa semper honestet sapientia at que virtute. Quid est p Deū aliud e diuitiis affluere, & purpura, & auro sumptuosius amiciri, sensu autem atq; f prudētia carere, ignarúmque & inertem esse, quàm vt optima qui dē ratione aiebat Diogenes, pecudē esse aureo vellere, aut imaginem eximiè fictā, cerebro autem vacuam, atq; vecordem? Aut quid præterea in bonis ducendum, quod sit semper instabile atq; caducum, quod prēstet & auferat fortunę temeritas? Non sunt certa solidáq; hominis bona, quę sua semper esse non possunt. Præclarè igitur Stilpon, direpta patria solóq; ęquata interrogāti Demetrio, nunquid suorum amisisset? respōdisse dicitur. Edepol nihil. Nulla enim fortunæ vis sapientiam diripit. Parīq; fortuna Bias ille, vnus quidem ex septem sapientibus meritò laudatur, qui euersæ valefaciens vrbi, omnia, inquit, mea mecum gero, quoniam non carpento vel naui, sed animo illa portabat. qui quidem animus quoniam sempiternus est & immortalis, & ipsi ferè Deo similis, bona quæ possidet, perpetua sunt atq; diuina. Cætera autem, quæ ad corpus spectant, quoniam fragilia sunt & caduca, perinde atq; corpus ipsum, cui seruiunt, mutant semper, & defluunt. Hæc ille.

b Valer. lib. 5. tit. de pietate in patriam. c. pen. in fi.

c Cicero dicit. in 2. Rhet.

d Profectò. Sunt verba Senec. ad Lucillum epist 88.

e Ad inertiam. De qua & otio plenè dicitur super verb. *Et dotem quam ei dederat.* prope finem.

f Quodammodo. Prudenter loquitur, quia vera virtus ex Deo est: de quo plenè in verb. sanctorum. in cle. j. §, ab hoc baptisma. de sum. Trin.

g Per luxum. Vnde versus: nos genus ignauum tecto gau & alia huiusmodi omnia breui dilabuntur. At ingenij egregia facinora sicuti anima, immortalia sunt. Corporis etiam & fortunę bonorum, vt initium, sic finis. a Omniáq; orta occidunt, & aucta senescunt. Sed animus incorruptus æternus rector humani generis agit, atq; habet cuncta, neq; ipse habetur. Nihil, inquit Valerius, b est excepta virtute, quod mortali animo ac manu immortale quęri possit. Cum (vt Cic. dicit) c sola virtus in sua potestate est, & omnia pręter eam fortunæ subsunt dominationi. Dux profectò d ac imperator vitæ mortaliū animus est, qui vbi ad gloriam, virtutis via grassatur abūdè pollens: potēnsque & clarus est, neq; fortuna eget: imò habet hoc in se optimū generosus animus, quòd concitatur ad honesta, magnarū rerū spem ad se vocat, & attollit: docilésq; natura nos edidit, & rationē dedit imperfectā, quę tamen virtutib. perfici possit. Nec vlla est tā edita moles, eminénsque sublimitas, etiam si Olympum montem, qui nubes excedit, animo voluat, ad quā vel gyrus, vel gradus nō peruehat, & struat accessum. Sin captus paruis cupiditatib. ad ineretiam e & voluptates corporis pessundatus est, pernicioſa libidine pauliſper vſus, vbi per ſocordiam vires, ætas, ingenium defluxēre: naturæ tunc fragilitas pro subsidio iniustè accusatur, suam quique culpā authores ad negotia transferunt. Parricidę tamen (cùm parentes dent nobis esse, virtutes bene esse: Etiam quia virtutes quodāmodo nostræ f putantur, & à nobis genitę) sicut qui patrem & filias occideret, sunt dicendi. Quorum praeuitas est admirāda, qui corporis dediti gaudiis per luxum, g & ignauiam ętatem agunt, ingeniúmq; quo neq; melius, neq; amplius aliud est in natura mortaliū: incultu atq; se cordia torpescere sinunt. Cum prēsertim tā multæ variēq; artes animi sint, quib. summa claritudo paratur. Neq; aliter (vt in j. ad Cæsarem h de republ. oratione habita dicitur) h quisquam extollere sese & diuina mortali attingere potest, nisi omissis pecunię & corporis gaudiis animo indulgens, & virtuti, quæ (vt Valer. ait) i si per seipsam ęstimetur, vitę i magister est optimus. Mirabiles honores & fructus vestra in nostro seculo virtus est allatura, si non delituerit clausa & obsignata profundius intimo pectore. Quid gēmarum, argēti, auríq; thesauri defossi adiuuāt? Quid cōdita lux? Quid cōtectus & abditus ignis? Post lusus & pueriles amores grauidum fœtu nouo excutite pectus: parturit memorandum aliquid omnibus seculis. Remoueatur (iterum inquit) k naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit, qua mortua aliquantò eius felicior & beatior reperietur finis. Et eleuet quisq; (vt idem dicit) l seu eleuare debet prēmia virtutis, cum animaduertat fortes viros felicius sæpeliri, quam viuere ignauos. Et alibi m ex ea s. virtute fructum percipi concludit, si fuerit diligentissimè culta: ídque probat ex Roscio histrione, n qui sola n industria meruit, vt cum viris clariss. cōmoretur. de quo hæc inquit: Sunt attenti & anxij, & nunquā cessantis studij prēmia propter quæ tātorum virorum laudib. non impudēter se persona histrionis inseruit, cum aliud industria nō sit nisi attētum, vehemēs, & assiduum in re aliqua studium, quo homines nobilitātur, & inter honoratos meritissimè aggregantur. Et econtra, o eò quò maior est vis animi, quàm corporis, eò grauiora sunt mala, quę animo cōcipiuntur, quàm quę corpore feruntur. Quę omnia, & quod Bruto & Cassio Seruilio xxiij. vulneribus confossus expirauit mense Iulij, quo natus fuerat. vnde de prima illarum orationum est hîc facta mentio, & verius est vnica oratio incipiens, Populus Romanus, &c. duo continens capitula, quorum secundum incipit, Scio ego quàm difficile, &c.

i Valer. ait. lib. 3. c. 4. tit. de his, qui humili loco nati clari euaserunt.

k Inquit idem Valer. lib. 2. tit. de institutis antiq.

l Vt idem dicit, sc. Valer. libr. 5. c. 2. tit. de gratis loquens de populo Romano.

m Et alibi. lib. 8. c. 7. tit. de studio & industria.

n Ex Roscio histrione. qui melancholicus ob singularem industriam nuncupari meruit. Nam Arist. lib. probl. sectio. xxx. de Hercule loquens dicit, quòd quicunque excellentes fuerunt viri, aut secundum physic. politicam aut poesim, vel alias artes, vocantur melancholici, sicut Hercules, qui illius naturæ fuit, quia occupabatur ab ægritudinibus quæ sunt à nigra cholera: ideo ægritudinem epilepticorum ab Hercule antiquo nominant sacrum morbum & Herculeum.

o Et econtrà. Sunt verba Ciceronis in Philippicis.

BIU Cujas

a Enerues animos.id est,molles & imbecilles.

b Testamentum Canonistarum. Non enim à seipso, sed à Canonistis præceptoribus suis opus,& librum intitulare voluit,more Platonis, qui(vt dicit Helimandus)libros suos nominibus magistrorum suorum,vel eorum, qui magistros suos docuerant, a intitulare consueuit.

c Inutilis sit donatio. Quia nemo b dat quod non habet. c. quod autem.de iur. c pa. & l.traditio. ff. de acq.rer.do. d Simpliciorib.proponiturverbis. Facit tex.in proœm.ff. §.illud autem. d iuncta glo. ibi super verb. compendium.

e Qui in concordia omnia fecit. Vide text. Sap. xj. Et Aug.in lib. de nat.deo.

f Nec veteraRomanorum Ad instar quorũ fuit status regni Franciæ quo ad vtranque militiam institutus, vt habetur super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in j.princ.artic. & ij decisione.

g Meminit Diodorus.Historicus Siculus,Græciæ quàm maximè historiæ scriptor clarus & insignis. Qui vniuersam historiam sexagintasex libris complexus est, de quibus nisi sex primos non habemus impressos, est enim historicus antiquus,vt j.dicam.

h Sola inquit historia. Historia est narratio rei gestæ per quam ea,quæ in præterito facta sunt dignoscuntur. Et dicitur ab historia Græcè, quod est videre vel agnoscere, quia apud veteres nemo cõscribebat historiam, nisi is qui interfuisset,& ea quæ scribenda erant,vidisset, secundum Isid.lib.j etym.& si quispiam diceret,quòd non exemplis sed legibus est iudicandum, verum est,quòd iudicandum non est exemplis malis, de quibus loquitur l.nemo. C.de sent. tamen exempla bona sequenda sunt. Et mala etiam sunt recitanda,vt caueantur & euitentur. ex vtrisque docemur imitari,aut euitare,& non sequi:ita quòd simul iuncta conferunt & proficiunt.vnde Aurel.Aug.lib.16.de ciuit.Dei, c.2.in fi.prædictæ obiectioni resp. & ad historias nos inuitans sic dicit,non sanè omnia,quæ gesta narrãtur, aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significant,etiam ea quæ nihil significant attenerues animos [a] odisse virtus solet,vos(vt opinor)mouerunt me incitandi ad ista sperantes, sed frustra à me fructum reportare, qui parum,vt dubito,vtilis erit ad semen in agro vestro. Attamen vobis obtemperans opusculũ hoc testamentum canonistarum [b] per vos iam baptizatũ, nõ ea ratione,quòd vobis proficere possim, vel aliquid reinquere,cum nihil habentis inutilis sit donatio.[c] Sed vestrum importunitate & docendi necessitate adstrictus,atq; deuictus,aggredior id diuino auxilio singula verba huius famosæ Decretalis insequendo,& materias adiacentes pertractando: vsibúsque ac morib.huius regni,& præsentis ducatus Aquitaniæ posset[illegible] applicando(christianissimorum regum,& curiæ Franciæ ordinationib. & arrestis, omni verborum lenocinio postposito,quo veritas non eget,quæ quantò simpliciorib.proponitur verbis,[d] tantò maiori claritate relucet adductis) ad finem vsque quàm citius potero perducam. Est enim meo nimirum iudicio (puto & vestro) liberalior nobis atq; frugalior editio soluta,quàm pedata festiuitas carminis,& lasciuientes musarum fabellæ, sine quibus Poetica raro se tollit,aut micat oratio:quia rusticitas sermonis inculti suspicionem consueuit purgare mendacij.Et qui vix sufficit vt elimatum depromat eloquium, non nouit fabricare figmentum. Non quibus linguis, quibúsue vocabulis vteremur legifer noster Christus ostendit,nec quomodo loquendum,sed quomodo viuendum expressit. Non propterea omnino inficior vbi cõpertum vtrunque est maiestas sapientię,nisi teruntur:solo enim vomere terra proscinditur.sed vt hoc fieri possit etiam cętera aratri membra sunt necessaria. Et soli nerui in cytharis atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum,sed vt aptari possint,insunt & cętera in cõpaginib.organorum,quæ non percutiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa resonant his connectuntur. Ita in historia dicuntur& aliqua, quæ nihil significant, sed quibus adhærẽãt quę significant, &quodammodo religẽtur. Hæc ille. Cum igitur ex qualibet historia resultet ratio aliqua sequendi, aut fugiendi, iudex non dicitur sequi historiã,sed quia ratio ita vult, sicut Franci, qui seruant rationẽ legis Romanæ,nõ quia lex hoc dicat,cui non subiiciuntur.c.per venerabilem.qui fil.sint leg. sed quia ratio sic vult,quæ non circunscribitur loco,velut à princip.nata cum genere humano.prętereà in dubio sequenda sunt exempla virorum magnæ author.secundum Bal.d.l.nemo.& c.fi.de consue.

i Tul.cognomento Marcus& Cic.philos.maximus,Oratorum Latinorum princeps,consulq; Romanus,superiorum Cæsaris, Catonis, Salustij,& Diod.contemporaneus, patriæ turbationẽ,atq; tumultum Catilinę turbatione exortum cõpresit,& prudentissimè sedauit,eiusque virtute respub.Romanorum à magnis perturbationib.seruata est, & meritò ab oĩb.pater patriæ appellatus est:demũ & ipse inclytus orator anno ętatis suę 62.ab Antonio sub spe cõcordiæ cõcedente Octauiano Imp.quẽ adhuc adolescentem spe reipub.promouendæ cõtra Antonij malitiam Cicero(vt Aug.lib.3.de ciuit.Dei,dicit)fouebat,occisus est, & cum lingua ei abscinderetur, quia multas contra Ant. dictauerat inuectiuas,respondit: Nihil agis Antoni,scripta deserta manent:huius sententia præcipua fuit: Virtutis laus in actione consistit:cui concordat in x.Ænei.Vergil.dicens:Sed famam extendere factis,hoc virtutis opus. parum quippe laudis est recta sibi proponere,propositaq; suscipere. Sed plenæ & inclitæ gloriæ custodisse, ad exitumq; duxisse:quia parum sepultę distat inertiæ celata virtus. de hoc Aurelius Aug.libr.8.de ciuit.Dei,c.4.sic dicit.

Itaq

Itaque, cùm ſtudium ſapientiæ in actione & contẽplatione verſetur, vnde vna pars ejus actiua, altera cõtẽplatiua dici poteſt. Quarũ actiua ad agendã vitã, i. ad mores inſtituendos ptinet. Cõtẽplatiua autẽ ad conſpiciẽdas naturę cauſas & ſyncerisſimam veritatẽ. Socrates in actiua excelluiſſe memora-tur. Pythagoras verò magis contemplatiuę, quibus potuit intelligentiæ viribus, inſtitiſſe. proinde Plato vtrumque jungendo philoſophiam perfectiſſe laudatur, quã in tres partes diſtribuit. vnam moralem, quæ maximè in actione verſatur. Alterã naturalẽ quæ contemplationi deputata eſt. Tertiam rationalem, qua verum determinatur à falſo. Hęc ille. q. dic. duos fuiſſe inſignes philoſophos, quorum vnus floruit in doctrina pertinente ad actionẽ, vt Socrates. alius in doctrina pertinente ad contemplationem, vt Pythagoras. Plato autem floruit in vtraque.

a Lux veritatis. Ideo adduci ſolent hiſtoriæ ad cauſarum deciſiones, maximè vbi agitur de facto antiquo, ſecundum Bart. in l. j ff. ſi cer. pet. & Pan. in ca. cùm causã. de probat.

b Iuxta illud Apoſtoli ad Romanos xv.

c Spartiatis. primi Machabæorum xij.

d Refert Gregorius, lib. iiij. dialogorum.

e Ad imitandum. Hæc enim (inquit Seneca li. vij. de naturali. quæſt.) via prudentię ſumma eſt, veterũ exemplis doceri, propriisq; periculis corrigi non oportere.

f Ciuilis ſapientiæ. vt l. ſanctum. ff. de rerum diui.

g Poëtarum. l. in tantum. in fin. ff. de rerum diui.

h Et phyſicorum. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi.

i Ait Salluſtius, in Iugurthino.

k Memoria rerum geſtarum. de quo Gregorius li. ſecundo Moralium, capitulo primo. Scriptura, inquit, ſancta, & ſtudium præteritarum rerũ eſt ſicut ſpeculum, in quo ſpeculari & cognoſcere poſſumus maculas & ſordes, quæ nos deturpant, ac etiam dona gratiæ, ſi quę habemus, quæ nos decorant: quia legẽdo hiſtorias, recitando, vel audiẽdo cla-

[a] porum lux veritatis, [a] magiſtra vitæ, nuncia veruſtatis, quam noſſe atque in ea verſari, vtiliſſimum eſt, vt aliorum exemplo vtilia ſequi noxiaq; vitare, & patiẽtiam amplecti diſcamus in aduerſis. Ad quos ſpiritus ſanctus principaliter voluit antiquorum facta ſub ſcriptura redigi, quæ poſteri conſiderantes animarentur ad ſimilia ſuſtinenda & operãda. [b] Iuxta illud Apoſtoli, [b] Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, quia vt dicit Philoſophus plus mouent exempla, quàm verba. & Terentius in Adelphis. Inſpicere tanquam in ſpeculo vitas hominum jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi. Pariter Seneca, Longum, inquit, eſſe iter per pręcepta ac infirmum, breue autem & efficax per exempla. Quam quidẽ ob rem & Ariſtotelli præſtabilius viſum fuiſſe judico regi populos, laresq; priuatos ab optimis viris, quàm ab optimis legibus: orbemq; componi ſatius regentium exemplis, quàm legum nodis. Vnde Ionatas ſummus legis ſacerdos, & ſeniores Iudæorum cùm vexarentur vndiq; bellis, ſolatium ſacrarum ſcripturarum & hiſtoriarum [c] habere ſe voluerunt, ſcribẽtesq; Spartiatis. [c] Nos habentes ſolatio ſacros libros conſola-[d]bamur. Immò refert Grego. [d] de paupere ſeruulo, qui ſacros emebat libros, quos ſibi legere faciebat ab his quos in domo recipiebat peregrinos, cùm ipſe literas neſciret. Nihil enim ſtatui animo poteſt dignius, nec authoritate majorum, aut opinione populari, quàm in eo genere verſari forẽſis exercitationis, quàm canere laudes egregias ſummorum hominum, atque animos inflammare cujuſque nationis [e] ad imitandum. [e] ſic amicus Dei Moyſes, & in euangelio ipſe Chriſtus, hiſtoricus ille Hieronymus, dialecticus Auguſtinus, & moralis Gregorius, cæteriq; ſanctitate præſtantes viri diligenter ſcrutati etiam gentilium hiſtoriam inter ſacra eloquia ſalubriter retulerunt: qui & ſpiritum ſanctũ non habuerunt ad gratiã, non tamen eo vſquequaque caruerunt, ſ. quo ad veritates aliquas cognoſcendas, & inſinuã-

das. Pariter ſummi pontifices in jure dicendo, quid aliud, quàm facta, quæ contigerant, narrauere? Summus etiam Imperator, & cæteri [f] deinde ciuilis ſapientiæ [f] conditores, Philo-[g] ſophorum, Poëtarum, [g] & Phyſicorum [h] di-[h] cta retulêre. In quibus omnibus eſt reperire contemplationem, & pia mens ſemper vbiq; profecit. Veritas enim ſecundum Ambroſium à quocunque dicatur, à ſpiritu ſancto eſt. Et præterea hæc juuenes animant ad priſcorum honoratorum virorum veſtigia ſequendum, quos ſolitos dicere legimus, cùm ſolas majorum imagines intuerẽtur, vehementiſſimè ſibi animũ ad virtutem accẽdi. Nec prudẽtiſſimis viris modicè ſuccurrebat, effigies majorũ cum titulis ſuis in prima parte ędium poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolùm legerent, verùm etiã imitarentur, & ſemper audire videantur Poëticum illud dictum, Te pater Æneas, & auunculus excitet Hector. Sed [i] nõ certam illam (ait Salluſtius) [i] neq; figurã tantam vim in ſe habere, quantã hiſtoria me-[k]moria rerum geſtarum [k] lectave audita, eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neq; priùs ſedari, quàm virtus eorum famam atq; gloriam adæquauerit, aut exceſſerit, vt de Themiſtocle tradiderunt veteres, quem ferunt ſtimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentẽ, quęrentibus quid ita ex tempore in publico verſaretur, reſpondiſſe, quia me Trophæa Miltiadis de ſomno excitant. Clarè innuens nihil eſſe, quod non efficere poſſit ille vigor animi, illa celeritas mentis, illud acumen ingenij, quo omnium gloriam aut æquauit, aut exceſſit. Quod & [l] Hieronymus [l] patenter edixit. Habet neſcio [m] quid latentis [m] energiæ, id eſt interioris operationis viuæ vocis actus, & in aures diſcipuli de authoris ore transfuſa fortiùs ſonat. Vnde & Æſchines cùm Rhodo exularet, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quam aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem? rè videri poteſt, ad quem finẽ veteresper bona, aut malaopera peruenerint, quod nos incitat ad diligendum virtutes, fugiendum vitia, timere & euitare opprobria. De quo Titus Liuius in primæ decadis præfatione ad propoſitũ ſic dicit, Hoc illud, ſcilicet hiſtoria, eſt præcipuè in cognitione rerũ ſalubre ac frugiferũ, omnis te exẽpli documẽta in illuſtri poſita momẽto intueri. Vnde tibi tuęq; reipublicę, quod imitêre capias: vnde fœdũ incepto, fœdũ exitu quod vites, &c.

l Et Hieronymus patenter edixit in epiſtola ad Paulinum.

m Habet neſcio quid latentis. Reſpõdet tacitę objectioni, ſi diceretur, ſufficit, & ſatis eſt quòd hiſtoriæ ſcriptæ ſint, prout jam diu eſt, ſunt, quas quilibet legere poteſt per ſe. Et quòd earum verbali recitatione tempus non occupetur, quo nihil clarius, quia vita hominis breuis, ars verò longa. Et certè non eſt vana vocalis recitatio, immò efficacior vt ſequitur. Cujus exẽplum Cneus Pompilius à Senatu Romano legatus ad Antiochum Syriæ regem miſſus, vt bello ſe, quo Ptolemæum regem Ægypti laceſſebat, abſtineret, fuit ejus, ſcilicet legati efficax animi, ſermonisq; abſciſſa grauitas, eodem momento Syriæ regnum terruit, & Ægypti texit. Valerio lib. vj. titu. de grauiter dictis & factis referente, vt pleniùs habetur infrà ſuper verbo, *Teſtamentum.* j. in ix. fallentia, loquendo de conditionibus requiſitis in milite. Vnde Diodorus, de antiquorum

BIU Cujas

antiquorum geſtis li. vj. refert, quòd poëtæ & oratores tãti apud antiquos erant, vt cùm extructa acie exercitus eductis enſibus, jactiſq; jaculis propinquabant, non ſolùm amicos, ſed hoſtes quoque eorum interuentu à pugna conquieſcerent: itaque apud agreſtiores barbaros ira cedebat ſapiẽtiæ: & Mars reuerebatur Muſas. Hæc ille.

a Vt philoſophus dicit, libro primo Ethicorum, quem Baldus refert in præludiis feudorum.

b Cnei Flauij pietatẽ. vt l. ij. §. poſteàcum Appius. ff. de ori. jur. quod etiam refert Valer. lib. ij. tit. de inſti.

c Vt apud Gall. hoc refert Cæſar in ſuis comm. de bello Gall. lib. vj. vbi dicit Druydes fuiſſe Gallorum Pontifices, judices & totales directores, Drodis pro pe Carnotum ſedentes: quibus ſolis patebant leges Franciæ.

d Quæ veneràdaſem per fuit, vt dicitur inl. ſemper. ff. de jure immu. & in §. j. inſtit. de teſta.

Nec conceſſit homini ipſa natura vt grande & præclarum aliquod aſſequatur ſine arte, præſidéque magiſtro. Quod ſanè & ego dum facio vix credibile eſt, quantùm me ſentio propriã ad vocem excitari ac permoueri, tantum energiæ & aculei retinet vigor vocis humanę & purioris linguæ mobilitas. Nec hoc dico, quòd ſit in me tale, quod vel poſſitis à me audire, vel velitis dicere, ſed lucet ardor & veſtrum diſcendi ſtudium. Et non quid inueniatis, ſed quid quæratis, conſidero. Vos quoque non tam me legiſſe, quàm garrulum auſcultaſſe velim exiſtimetis: non ego qui pectora demulceam ſaxea, & præcordia euiſcerem fandi dulcedine, & leuiùs penetrante lepore. Nec quod me aliquid diffiniturum pollicear, ſed diffinitiones recitaturum: diffinire enim proprium eſt ſapientis. Ego verò nec ſapiens, nec ſapiẽti proximus. Idcirco præſtantes dignitate viros, & doctrina excellentes, qui nedum horreum, ſed vniuerſum domini palatiũ locupletarunt, referens, non tacebo, à quibus voce mortua didici atq; viua: quia (vt philoſophus dicit [a]) honor eſt in honorãte potiùs quàm in honorato. Nec bene ſapienti conueniret aliorum ſibi attribuere ingenia, & eorũ tacere nomina: quia verè aliquid noui afferre non poſſumus, quod proprium noſtrum eſſe poſſit. Cùm nihil majores noſtri omiſerint, quod intactum ad hoc vſq; tempus permanet. Laudarũt veteres Cnei Flauij pietatẽ [b], ac in rempublicam ſummam charitatem, qui jus ciuile tunc occultum ſolis nobilibus & potentibus videndum & legendum (vt apud Gallos [c] olim in Francia leges patriæ ſoli Druydes videbant, juraq; reddebant) primus in omnes diuulgauit, longiori ſaltem pari laude ingenia illorum æquans, qui tantis vigiliis & lucubrationibus indefeſſis ciuilia pariter & canonica ſtatuta, nedum commentarunt, quinimo moribus & patriæ adaptarunt, ſalubriter & applicarunt. ad minus nominum relatione noſtra tacere non debent ſecula, vt nihil antiquitatis (quæ veneranda ſemper fuit [d]) ignoretur. Pariter virorum qui magni fuerunt, & laude digni, ſuorumq; laborum & virtutis non occultentur prœmia, quibus forſim plures detrahunt, vt idem dicit Bal. [e] contra illud Eccleſiaſtici xliij. Laudemus, inquit, viros & parentes ſeu prædeceſſores noſtros in generatione ſua: quia pulchrum (inquit Salluſtius ſuum exordiendo Catilinarium) eſt bene facere reipublicæ,

e Vt idem dicit Bal. in l. cũ antiquioribus. C. de ju. delibe. in fin.

f Et qui facta aliorũ ſcripsêre. Vnde dicit Philoſophus in ſecundo metaphyſico. quòd non ſolùm tenemur gratias agere illis, quorum opinionibus aliquis communicauerit, ſed & etiam benedicere haud abſurdum eſt: vel pace, vel bello clarum fieri licet. Et qui fecêre, & qui facta aliorum ſcripſêre, [f] multi laudantur. Exurgamus ergo potiùs animis, pecuniaq; & totius mundanitatis aſpectu debilitatos ſpiritus priſtini temporis memoria recreemus. Et ad rem de qua agitur venientes, hanc Decretalem diuidamus in tres partes principales. Primò ponitur factum coram Papa narratum appellationis remedio vſque ad §. cùm autem coram. vbi ſecundò ponitur auditoris per Papam dati pronuntiatio vſque ad §. nos igitur. Vbi tertiò ponitur pronuntiationis dicti Cardinalis per Papam facta confirmatio. Prima pars ſubdiuiditur: quia primò ponitur teſtamentum Raynutij vſque ibi: *Mortuo itaque teſtatore.* Secundò ponitur factum poſt mortem ipſius teſtatoris emergens vſque ibi: *poſtmodum.* Tertiò ponitur ibi queſtio ex teſtamento & facto ſequuto exorta, cum partium allegationibus vſque ibi: *dictus verò judex.* Quartò ibi ponitur diffinitio vſque ibi: *ſed vtraque pars.* Quintò ibi ponitur vtriuſque partis appellatio. Similiter in dicto §. cùm autem. Secunda pars ſubdiuiditur in quatuor: quia primò Cardinalis corrigit in vno capitulo ſententiam primi judicis vſque ibi: *in eo verò.* Secundò ibi in alio capit. eam confirmat, cum certo moderamine vſque ibi: *quia verò.* Tertiò ibi ſupplet quod primus judex omiſerat vſque ibi: *in eo autem.* Quartò ibi: *in eo autem.* quo ad alia ſententiam illius confirmat.

Poſtremò prima pars primæ partis, in qua ponitur teſtamentum Raynutij, ſubdiuiditur in duas. Quia in prima ponitur hæredum tam particularis, quàm vniuerſalis inſtitutio vſq; ibi: *adjciens vt alterocha.* Secundò ponitur ſubſtitutio ſi filia impubes vniuerſaliter inſtituta abſq; liberis moreretur. Et tota decretalis in ſumma hoc intendit. In bonis patris, matris, & auiæ, habet quis quartam debiram jure naturæ, qua priuari non poteſt, & filius rogatus reſtituere hæreditatem detrahit debitam jure naturæ, & quartam Trebellianicam: in qua quarta fructus computantur poſt litem conteſtatam percepti. Hoc dicit. Præmiſſis caſus poſitione, literæ ſummaria ac leui expeditione, necnon hæreditatis Raynutij diuiſione prout hîc eam diuidũt doctores, venio ad latiorem tam textus quàm gloſſ. declarationem, ſingula verba ſequendo.

& niſi prior fuiſſet, non eſſet ſequens. Hæc ibi.

his qui adhuc ſuperficialibus enuntiauerunt. Super quo dicit commẽtator, quòd non tãtùm oportet reddere gratias eis, qui docuerunt nos veras opiniones, vt ſunt illi qui nobiscum conueniũt in opinionibus, ſed etiam illis, cum quibus nõ conuenimus: iſti enim cũ hoc quod dixerunt, excitarunt in tellectũ noſtrũ, & fecerũt nos eo modo perquirere veritatem, ſeu nobis dedêre virtutem perquirendi eam: quia nullus potuit per ſe inuenire artes operatiuas aut conſideratiuas in majori parte: quia non cõplentur niſi per juamentum prioris ad ſequẽtem:

BIU Cujas

CVM GVLIELMVS BENEDICTI HAS REPETITIONES PER SECTIONES commodè diuiserit, Iurisprudentiæ studiosis vtilissimum fore putauimus cuique sectioni suas summas præponere: etenim faciliùs ad quancunque velint materiam, conducentur.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ C. Raynutius de Clera.

1 *Filius an à matre cognominari possit, & in quibus sequatur patris conditionem.*
2 *Filius sequitur vitium patris quo ad originale peccatum.*
3 *Nobilitas non ex genere materno, sed ex paterno procedit.*
4 *Filius sequitur patrem quo ad curialem conditionem.*
5 *Indoctus non potest alium facere doctum.*
6 *Magistri quales eligi debeant.*
7 *Principi bene regnanti quatuor sunt necessaria.*
8 *Iuuenes debent cum sapientibus senioribus conuersari.*
9 *Carolus magnus Francorum rex, quos habuit magistros.*
10 *Parisiensis scholæ initium.*
11 *Carolus magnus eloquentiæ fuit studiosus, et linguarum peritus.*
12 *Raynutius quare sit à matre denominatus.*
13 *Relictum filio Titij, non censetur relictum contemplatione patris.*
14 *Priuilegium vel consuetudo, quòd filius à patre denominetur, an valeat.*
15 *Priuilegium, q̃ filius sequatur conditionem matris, valet, si fuerit toti comunitati concessum, secùs si priuatæ personæ.*
16 *Filius in quibus casibus denominatur à matre, et illius conditionem sequitur.*
17 *Ignorantia facti facit matrimonium valere, et filios esse legitimos.*
18 *Baptismo quando tollitur ius patriæ potestatis.*
19 *Filius semper sequitur conditionem matris, quo ad libertatem, & seruitutem.*
20 *Martyrium matris pro fide Christi filio prodest in vtero existenti, sed non martyrium patris.*
21 *Bastardi conditionem matris sequuntur.*
22 *Appellatione filiorum non veniunt bastardi.*
23 *Bastardorum conditio in quibus casibus est deterior quàm legitimorum.*
24 *Feudum est beneficium, et honor non cadens in bastardum.*
25 *Patris plebeij præstat esse filium legitimum, quàm illegitimum nobilis.*
26 *Nobilium quatuor sunt mores laudabiles, & duo vituperabiles.*
27 *Bastardi quamuis legitimati, infames sunt, turpésque personæ, ideo doctorari non possunt, nec esse consiliarij principis, nec tabelliones.*
28 *Frater potest testamentum fratris querelare, si spurius aliquis in eo sit institutus.*
29 *Legitimatio simplex extenditur ad dignitates alteri non præiudiciales.*
30 *Bastardi in iis, quæ dignitatis sunt, aut nobilitatis, pro nihilo sicut serui, reputantur.*
31 *Bastardus an portare possit arma sui generis, & sedere in mensa cum legitimè natis.*
32 *Filij popularium legitimi præferuntur bastardis nobilium.*
33 *Bastardi non dicuntur esse de genere, aut domo, aut familia paterna.*
34 *Bastardi tutores non habent legitimos nec testamentarios, nec habent inter se querelam inofficiosi testamenti.*
35 *Bastardi arma domus plana quare non possunt portare.*
36 *Bastardus non dicitur coniuncta persona.*
37 *Bastardo non debetur legitima, nec contra patris testamentum agere potest.*
38 *Statutum non potest habilitare spurios ad succedendum.*
39 *Filius legitimè natus ex bastardo dici non potest nobilis.*
40 *Priuilegium alicui & filiis eius concessum, non extenditur ad bastardos.*
41 *Filiorum appellatione, vbi agitur de commodo, aut honore, non veniunt naturales.*
42 *Legitimitas hominis est decorus titulus.*
43 *Filiorum appellatione veniunt bastardi, vbi agitur de onere, & incommodo.*
44 *Nomen paternum quis aliquando iustè dimittit.*
45 *Nomen testatoris quando quis teneatur assumere, & suum omittere.*
46 *Conditio portandi arma, et nomen, primogenitura inducit.*
47 *Nomen testatoris potest hæres dupliciter assumere.* & 48.
49 *Nomen domus suæ relinquere, & alienam adsumere, est graue onus.*
50 *Donatio alicui facta, vt nomen donatoris portet, non est propriè donatio, quia est onerosa.*
51 *Nomen testatoris turpe non tenetur hæres adsumere, nec suo adiicere.*
52 *Turpia nomina in malam partem sæpe sonant, et sinistram inducunt suspicionem.*
53 *Nomen bonum habere quisque curare debet.*
54 *Malum nomen habentes sunt sæpe mali.*
55 *Nomen bonum est probitatis indicium.*
56 *Carolus Martellus vnde sumpsit nomen.*
57 *Nomen alterius an quis sibi imponere possit illo non consentiente.*
58 *Nomen aliquod præoccupans potest alteri prohibere eius nominis assumptionem.*
59 *Signo aliquo, aut sigillo vtens, potest alios à simili posteà prohibere.*
60 *Officium suum quando tendit in bonum publicum, impertiri potest index etiam non requisitus.*
61 *Meretrices prohiberi possunt ab vsu vestium honestarum*
62 *Meretrices publicè non permitti.* & 63.
64 *Iudæi, & meretrices quare signum portant, vt ab aliis discernantur.*

¶ Raynutius de Clera.

1 TEstator iste à matre denominabatur. † Hoc enim nomen *de Clera*, maternum nomen fuit: & sic à matre filius nomen sumere potest, vt hîc: licet filius de iure à patre, & non à matre sit denominandus, vt fuit j. eod. cap. Raynaldus. quia filius familiam sequitur & agnationem patris, & non matris

matris.c.ij.de conuer.infid.& Inſt.de leg.agn.tut.§.j. Necnon eius ſequitur conditionem quo ad originem, vt inde dicatur oriundus filius,vnde fuit pater. l.cùm legitimæ nuptiæ. ff.de ſtat.ho.& l.j. & l.aſſumptio.ff.ad munic. Pariter quo ad honores, & dignitatem filius patrem ſequitur.l.filiam.& l.liberos.ff.de ſenat.facit c. dicat aliquis.iuncta gl.ij.xxxij.q.iiij.Similiter ſequitur nationem patris, ſecundùm Ioan.Fab.in §.j.Inſt.de ingen.vbi dicit,quòd filius Picardi ex matre gallica,ſequi debet nationem Picardorum,ſecundùm Ia.Et natus ex tali matrimonio inter diuerſæ nationis coniuges, vocatur Hybrida, ſecundùm Plin.lib.viij. c.liij.

☞[Id eſt mixto ſanguine natus. Quod nomen Quinto Vario Veronenſi tribuno tamen plebis Romanę,belli ſocialis,& deinde belli ciuilis auctori, ad eius ignominiam propter obſcurum ius ciuitatis impoſitum fuit,quia dubium erat,an cenſeri deberet ciuis Romanus, vbi erat officiarius, aut Veronenſis, qua erat oriundus.De quo ità refert Valer.lib.viij.titul.qui quę
2 in aliis vindicarunt,ipſi commiſerunt.in fi.]† Et pariter ſequitur filius vitium patris quo ad peccatum originale, quod à protoplaſto Adam, & deinceps de patre in filium traducitur, & deriuatur. quia ſecundùm philoſophos principium actiuum in generatione eſt à patre, qui dat formam conceptui, quæ nobilior eſt materia quam mater præbet,vt dicit Philoſophus lib.
☞x.de animalibus.[De miraculoſa & incomprehenſibili humana generatione vide pulchra ſuper verbo, *Mortuo autem teſtatore.j.*poſt princip. dum loquitur 6
de continuatione bonorum,& dominij de patre in filium.] Vnde peccatum originale non contrahitur à matre, ſed à patre. Adeò, quòd ſi quis materialiter ex carne humana generaretur,aut ex ſolo mulieris ſemine ſine coitu virili,originale peccatum talis non contraheret. Et ſi Adam non peccaſſet, ſed ſola mater noſtra Eua, filij peccatum originale non contraherent. Quòd ſecùs eſſet,ſi Adam ſolus peccaſſet,& non Eua: quia nihilominùs peccatum originale poſteri contraherent, ſecundùm Tho.in j.parte.ij.ij. q.lxxxj.
☞art.v.[Cùm ergo peccatum originale de ſemine patris deriuetur in poſteros, humanitas Chriſti, non ex ſemine viri, ſed de ſpiritu ſancto ex puriſsimis virginis intemeratæ ſanguinibus conceptus, illo non fuit contaminata peccato: quia etiam ſine inſtanti diuino 7
vnita verbo fuit: Alias rationes ponit beatus Anſelmus in libr.de conceptu virginali. Chriſtus autem licet ab Adam deſcenderit ſecundum corpulentam ſubſtantiam, non tamen ſecundum carnalem propagationem ex commixtione viri,& fœminæ, ſed tantùm ex virgine. vnde fruſtrà circunciſus fuit,niſi vt legem ſeruaret.Virgo autem Maria licet ſemine viri concepta, tamen fuit à ſorde peccati originalis præſeruata, vt habetur plenè ſuper verbo,*& ſoboles quam geſtabat in vtero.* vbi habetur etiam differentia inter conceptionem Chriſti,& beatæ Virginis.]Ob quod non ſi- 8
ne ratione dicit tex.in l.fi.C.de imp.& al.ſubſti.quòd
pater & filius vna, & eadem perſona natura reputan-
3 tur: quod de matre dictum nunquam fuit. † Ex quo Bald.in d.l.liberos. allegat eam contra aliquos dicentes ſe habuiſſe nobilem matrem. Quia nobilitas non
* ex genere materno,ſed paterno procedit.* *Adde Fel. in c.nouit.col.1.de iudic. & c.ſuper eo. de teſtib. Alex. in l.aſſumptio.§.filius. ff.ad munic. Et nobilitatur mulier per virum,non econtra.Iaſ.in l.fi.C.de verb ſign.Fel.in d.c.ſuper eo.de teſtib.Et not.quòd mulier nobilis nubens ignobili, perdit nobilitatem.ita Soc.in l.ij.nu.xx.ff.ſol.ma.* Ideo dicit gloſ.pragmaticæ,ſuper verbo,vtroque. §.inſuper. tit.de collat.quòd impropriè aliquis appellatur nobilis vtroque parente. Cum in hoc non curetur de conditione matris,ſed patris tantùm. Vnde filius natus ex homine meo, & muliere alterius domini, erit meus homo iudicandus: cum iura plus fauent mihi qui ſum patris dominus,quàm illi qui eſt dominus matris, ſecundum Spec.tit.de feud §.quoniam.ver.quintò quę-
4 ritur. † Similiter ſequitur filius patrem quo ad curialem conditionem.l.eos.& l.nullus.verſ.ij.C.de decur. libr.x. & non matrem:quia mulierum infirmitas nunquam huiuſmodi functione reddit obnoxios, à quibus ipſa habetur immunis:Adeò quòd ſecundum glo. in verb.immunis.in d.l.nullus.ij.ille qui non eſt curia-
5 lis,non facit alium curialem.† Sicut non facit aliquem doctum qui indoctus extitit. in auth. de ſan.epiſc. §.j. iuncta gloſ.in verb.qui enim.coll.ix. vbi Bald.clamat contra doctores indoctos,qui nunquam ſcholares facient peritos:quia nemo dat quod non habet.facit gl. in c.cum beatiſsimus. xxiiij.q.j. quæ monet ſcholares bonum audire magiſtrum. Quod exemplo nobis tradidit Chriſtus, qui quanuis ſapientia diuina eſſet, tamen relictis patre & matre ætatis duodecim annorum, cùm eſſet inter doctores remanens, eóſque attentè audiens, & diligenter interrogans, parentes contriſtare non erubuit,vt dicitur Lucæ ij.in fin. Vnde audiendi ſunt & frequentandi doctores optimi: nam dicit Bal.in §. itaque. in proœmio fforum, quòd non eſt bonus doctor, qui non plus ſcit, quam diſcipulus. † Ideo boni & docti eligendi ſunt magiſtri,ſecundum Auguſt. epiſt.lxxxix. Eligendus eſt (inquit) magiſter probæ ætatis, vitæ ſanctæ, & eruditionis, vt eius exemplo iuuenes imbuantur,qui naturaliter mala diligunt, in quibus nutriuntur. Nam de Alexan-
☞dro [de quo clarius dicitur j. ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens.*]legimus,quòd exemplo Leonidis magiſtri ſui multa vitia retinuit, quibus omnino carere nō potuit,iuxta illud:Cùm ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruertêris. Et econtra de Trajano, qui Plutarchum habuit magiſtrum, & inſtitutorem, de quo Policrates ſic dicit, Plutarchus philoſophus atque hiſtoricus eloquentiſsimus, homo in ſententiis fidelis,in verbis luculentus:& ſacratio morum tantus arbiter fuit, vt facilè principis poſſet dignoſci præceptor.† Hic itaque principi,& diſcipulo regnanti quatuor ingerere conatur, Dei reuerentiam,ſeu cultum, officialium diſciplinam, ac ſubditorum affectum & protectionem.In quibus profectò vera conſiſtit iuſtitia, ſecundum Iacob. quem ſequitur Ioan. Fab. in §.j. Inſtit.de iuſtit.& iure.vbi ſic dicit: Iuſtitia eſt habitus mentis bonus, ius ſuum vnicuique tribuens ſecundum ſuam dignitatem, maioribus quidem reuerentiam, minoribus verò diſciplinam, Deo religionem, parentibus obedientiam,paribus concordiam,ſibiipſi caſtimoniam, miſeris ſeu pauperibus compaſsionem.
8 † Ad hos profectò fines cum ſapientibus ſenioribus
☞debent iuuenes conuerſari.[Vide de ſenibus & qualiter debent eos iuuenes ſequi, & principes per eos regi,j. ſuper verbo,*Adiectæ verò impuberi.* loquendo de teſtamento per pupillum facto, vbi penè quod operatur ſimile conſilium.] quorum conuerſatio eſt perfecta iuuenum educatio.in Auth.de monach.§.cogitandum.in fi.coll.j Propter quod Dauid,nato Salomone, miſit eum in manu Nathan prophetæ, vt per eum ſanctè nutriretur, & bene doceretur. ij.Reg. xij. Pariter Philippus ille Macedonum rex: cui tam in maximis bellorum expeditionibus ſtrenuus natus eſt Alexander filius (vt hiſtoriæ referunt) non tam gloriari

BIU Cujas

riari ſolitus erat, ſibiipſi tam magnanimum filium è cœlo datum fuiſſe, quã quòd Ariſt. philoſophorum principis tẽpore illum naſci contigerit. Sic & Plato, quòd tempore patientiſsimi Socratis ſenio, ſapientia, & grauitate venerabilis natus erat, Deo ſingulis diebus hoſtiam vociferationis (vt refert Lactantius) offerebat.

☞[Vide clarius ĩ. ſuper verbo, *Duas habens filias.* dum loquitur de ſtatuto fœminas excludente propter maſculos, circ. prin. ver. *Pratereà naturaliter maſculi, &c.*]

Sic Blancha Francorum regina illuſtris beati Ludouici regis mater, curam ſine intermiſsione adhibuit, ita vt vigili ſtudio elaboraret præclaris illum moribus, & chriſtianis inſtitutis educari: deputatis ad id negotium religioſis hominibus ordinis prædicatorum atque minorum: quorum diſciplina ita didicit vitæ ſanctimoniam amare, vt illo nullus tempore noſtro religioſior ſit habitus. hæc Gaguin. libr. vij. c. ij.

9 † Pariter Carolus magnus Francorum rex, & imperator, notabiles habuerat magiſtros, de quo idem Gaguinus lib. iiij. c. j. ſic dicit: Fuit nihilominus Carolo cum ſpecie corporis valetudo & robur, ingenium inſuper excellens, grauitas, atque inceſſus dignitati regię non diſcors, liberalibus diſciplinis animum excoluit præceptore primum Petro Piſano, deinde Alcuino Anglo viro apprimè diuinis, humaniſque artibus erudito: quem gloſſæ in bibliam (quam ordinariam 10 vocant) auctoré Antoninus Florentinus prodit. † Quo auctore Pariſienſis ſchola quam vniuerſitatem vocãt, hac occaſione cœpit, delati naue ex Scotia Claudius & Ioannes, Rabanus quoque & Alcuinus ex venerabilis Bedæ diſcipulis in Galliam cùm veniſſent, nec quicquam præter bonas diſciplinas patria exportaſſent, ſe ſapientiam profiteri, eámque venalem habere conclamant. Qua re ad Carolum perlata, illos ad ſe vocat, vocati liberè profitentur ſapientiam illis eſſe, quam adipiſci cupientes gratis edocerent, ſi vita locúſque tantùm eis præberetur, intellexit imperator ingenuam hominum mẽtem, eóſque cùm aliquot dies apud ſe tenuiſſet, Claudium cui nomen erat Clemẽs, Pariſiis conuerſari, & generoſos adoleſcentes bonis diſciplinis inſtituere iubet. Ioan. verò Pap. miſit. Hoc initium habuit Pariſienſis ſchola, celebre mox philoſophis atque theologis gymnaſium. Vnde prodiêre inſigni doctrina & eruditione viri, qui non ſecùs atque illuminatiſsimæ faces mirum chriſtianæ religioni fulgorem diffuderunt, ita vt non ab re bonorum ſtudiorum parens, non quidem annis, ſed liberalibus religioſiſque diſcipulis antiqua à pleriſque nominetur. Bononienſis etenim ſchola, quę Theodoſio imperante initium cœpit, eſt ætate ſuperior, collegiorum vero & doctorum hominum numero longè inferior.

11 † Eloquentiæ prętereà ſtudioſiſsimus Carolus fuit: cui addidit etiam literarum græcarum non paruam cognitionem, neque vernacula modò lingua: ſed peregrinis inſuper eloquiis ſtuduit. Tabellis ceratis Carolus vtebatur, vt quæ vel excogitaret per ſe agens, aut inter occurrentes curas ſe agenda præſentarent, ea ☞ſcriptis mandaret: hæc ille. [Carolus iſte magnus proculdubio Pariſien. fundauit ſtudium, de quo meminit Boet. lib. j. de diſcipl. ſchol. vbi ſic dicit, In ciuitate Iulij quæ Pariſius dicebatur, multas artes mendicare proſpeximus. vbi ait expoſitor, quòd Iulius Cęſar ampliauit Pariſios, ſed non fundauit. De Carolo iſto magnanimo imperatore & inclyto, eiuſdémque laudibus & virtute propter quas reges Franciæ gaudent priuilegiis, plenè dicitur ĩ. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* in j. prin. art. & ij. deciſ.] Nero etiam, quamquam crudelis eſſet, elegit tamen Senecam ſapientem ſibi doctorem, qui de clementia librum eius 12 occaſione ſcripſit. † Vnde ad propoſitum reuertendo, licet filius ſit à patre denominandus: tamen iſte Raynutius fuit à matre nominatus: quod proceſsit ex faſtu ſuperbię, ſecundum Hoſt. hîc. Vt quia fortè mater erat patre nobilior: à qua propter nobilitatem (patris ſequelam ſpernendo) nomen accepit. Sed non hoc eſt præſumendum, nec in dubio ea interpretatione vtendum, ex qua peccatum eliciatur, & ſequatur. l. meritò. ff. pro ſoc. Vel ſecundum aliquos iamdiu erat & longè tempus præterierat, quòd pater Raynutij deceſſerat: poſt cuius mortem fuerat à matre eius legitima tutrice nutritus, & conſequenter de facto ab ea denominatus, quamuis de iure debuiſſet denominari à patre: vt d. l. cùm legitimæ. & l. lex naturæ. ff. de ſtat. hom. & in c. Raynaldus. ĩ. e. vbi aliquid dicetur. Ex quo infert 13 hîc Panor. notandum; † quòd quoties in diſpoſitione filij fit mentio de patre, non quòd eius diſpoſitio, aut eius effectus conferatur in patrem, ſed duntaxat cauſa demonſtrationis, puta quia legatum fuit filio Martini, non ideo relictum videtur contemplatione patris, vt patri acquiratur tale relictum: ſed potius facta cenſetur mentio de patre, cauſa demonſtrationis, præſertim vbi exprimeretur nomen proprium filij, ſecundum Bar. in l. cùm aliquis. ver. vlt. Dyn. C. de iu. del. & in l. ſed ſi plures. vbi latè per Alex. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & Panorm. in c. ſedes apoſtolica. ver. per ☞hoc etiam. de reſcr. [De quo puncto plenius dicitur ĩ. ſuper verbo, *ſi abſque liberis moreretur.* ij. in materia 14 vulgaris ſubſtit. & v. principali quæſito.] † Aut ideo ſecundum alios fuit Raynutius non à patre, ſed à matre nominatus: quia priuilegium fortè erat patriæ, vel ciuitati conceſſum: quia filij originem & conditionem matris ſequerentur, vt dicit tex. in l. j. ver. niſi fortè. ff. ad mun. vbi Bar. hoc tenet. Et ita potuit hîc contingere, quòd tale priuilegium illi patriæ fuerat conceſſum, ex quo Raynutius à matre nominabatur. † Va 15 let enim tale priuilegium, vt filius conditionem ſequatur matris, dumtamen fuerit ciuitati aut patriæ generaliter conceſſum. Sicut datum fuit Pontificis beneficio Pompeij magni in d. l. j. ff. ad mun. de quo videatis gl. in ver. non ſint. in fin. in l. non tantum. §. Ilienſibus. ff. de excuſ. tut. qui tex. de Ilienſibus, ſeu Troianis loquitur, quibus generaliter fuerat tale priuilegium conceſſum, quod valuit: ſecus autem, ſi eſſet tale priuilegium, aut reſcriptum principis alicui ſpecialiter conceſſum, vt ſequeretur conditionem matris: quia non valeret ſecundum Bart. per illum text. in l. exemplo. C. de decur. libr. x. Subiungens per illum tex. non valere conſuetudinem, & conſequenter nec ſtatutum, quòd quis cenſeatur nobilis ex progenie materna. per quem text. dicit etiam Salyc. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub. quòd vbi lex prohibet reſcriptum impetrari, vel eo vti, neceſſe eſt illi legi derogari expreſsè in reſcripto: vbi tale reſcriptum ſingularibus concederetur perſonis: ſecus ſi generaliter quo ad omnes de vna ciuitate, vel prouincia. Et hæc ſit j. limitatio ad regulam, quòd filius ſequatur conditionem patris: 16 † quia fallit quando in patria, aut ciuitate conceſſum eſſet priuilegium, vel conſuetudo antiqua in contrarium. d. l. j. ff. ad mun. Quod fallit etiam, vbi aliquis genitus foret ex ſacerdote incognito, qui matrimonium contraxit cum muliere eius conditionem ignorante, putà quia venit ſacerdos de partibus Angliæ, aut qui ibidem erat cum alia muliere coniugatus: Et contraxit hîc Cadurci matrimonium cum Bertha ignoran-

BIU Cujas

te illum sacerdotem esse, vel coniugatum: natique sunt ex eo matrimonio liberi. Certè tales, attenta matris conditione, quę impedimentum ignorabat, erunt legitimi: matris cõditionem, & non patris sequentes, propter bonam matris fidem, secundum glos. j. c. fi. §. si quis verò. de clan. desp. & in cle. j. de cons. & affi. quas sequitur etiam Bal. in l. qui contra. q. iij. vers. pone. C. de incest. nu. Ita quòd tales liberi sacrorum ordinum capaces existunt, parentibúsque succedere possunt in bonis etiam paternis: imò ipsimet vitium sciẽti, vt ibi plenè deciditur, & sequitur Ang. in §. si aduersus. vers. in gl. vulgò. insti. de nup. Ad hoc facit tex. iuncta gl. in
17 c. referente. & c. ex tenore. qui fil. sint leg. † Ignorantia enim facti in præsenti casu excusat, siue ambo contrahentes impedimentum ignorent, siue alter tantum. Ex quo infert Bal. vbi s. quòd cùm ignorantia facti præsumatur, is qui tales liberos dicere vellet illegitimos, hoc probare tenetur. Idem sentit Bart. in l. si adulterium cum incestu. ff. de adul. videatis Bal. in c. vnico. §. naturales. col. iij. si de feu. fue. contr. & in l. & si contra. C. de nup. & l. fi. C. de lib. caus. & l. eam quam. C. de fideic. & Pe. de An. cons. cclxxxiij. Prouiso tamen quòd tale matrimonium publicè fuerit in facie ecclesię celebratum. vt d. c. fi. de clan. desp. (Additio.) Et ita fuit arresto decisum in possessorio successionis domus de Ferrieres ad vtilitatem filiarum magistri Ioannis de Ferrieres domini dicti loci quondam presbyteri, qui matrimonium cum quadam nobili domicella patriæ
21 Delphinatus eum esse in sacris ignorante, cum dictus de Ferrieres esset Normanus: quod arrestum fuit pronunciatum in mense Febr. anno Domini M. ccccc vij. me in iudicando dictum processum de mandato domini nostri regis assistente Rothomagi in scaquario. Tertiò, fallit in filio paruulo ex Iudæo & Iudæa vel aliâs infidelibus nato, si mater posteà ad fidem conuertatur viro remanente in Iudaismo & infidelitate. Quoniam eo casu filij inde nati matris conditionẽ sequuntur: ita quòd baptizari debent, per text. in c. ij. de conuer. infid. quia meliorem sequuntur conditionem. facit c. Iudæi. xxviij. q. j. Et tenet Lyra Act. xvj. in princi.
18 † Quo baptismo ius patriæ potestatis soluitur per tex. iuncta gl. j per illum tex. in c. Iudæorum. ead cau. & q. Non enim conuenit, quòd Iudęus filium habeat in sua potestate christianũ: cùm etiam seruum christianum habere non possit. c. fi. de iudæ. & l. j. C. ne chri. manci. hære. vel Iudæus possid. [Nisi in casu, de quo dicitur super d. verbo, *& vxorem.* in v. & vlt. art. loquendo de
19 multiplici differentia rusticorum.] † Quartò fallit in hominibus ex seruis & liberis natis, qui, quo ad conditionem liberam, aut seruilem semper sequuntur matrem, vt si quidem mater sit libera tempore conceptionis vel natiuitatis, aut medio tempore, partus erit liber nullo respectu habito ad patrem, qui fortè est seruus. Si autem mater ancilla ex libero conceperit, partus seruus erit, sequendo conditionem matris & non patris. Nam licet vnaquæque res denominari debeat à principaliori, & ipsum sequi. l. quæritur. ff. de stat. hom. Et semen hominis sit in generatione principale, quia dat formam, vt s. dixi. Prætereà quamuis libertas sit res summè fauorabilis, per quod videbatur partum sequi potius debere patrem, qui cùm sit liber, est sibi magis fauorabile: Tamen quia partus coagulatur, reuiuiscit, & creatur in matre, semper quo ad hoc
23 matris conditionem sequitur, ad instar arborum quæ coalescunt in terra. l. adeo. in fi. ff. de acq. rer. do. & §. si Titius. Inst. de rer. di. secundum Ioan. Fab. in §. sufficit.
20 inst. de ingen. † Ideo quamdiu fœtus est in vtero matris semper antè quam nascatur, cõditionem sequitur matris, adeò quòd si mater infidelis pro fide Christi vel aliâs pro iustitia occideretur, partus in vtero existens, sicut mater, censeretur baptizatus baptismo sanguinis, & martyr effectus, vt de innocentibus legitur: cùm sit pars ventris materni: & inde decidit beatus Thom. [De hac Angelica custodia quæ à Deo datur vnicuique in natiuitate sua: & qualiter se habent Angeli circa personas & prouincias eis commissas. habetur j. super verb. *Adiectæ impuberi.*] in j. par. q. cxiij. art. v. in fi. quòd Angelus matris qui datus est à Deo ad custodiam matris, est etiam Angelus prolis in vtero existentis donec nascatur, & sic fœtus est sub custodia Angeli materni, velut aliqua pars matris: sic fructus pendentes dicuntur pars fundi. l. fructus. ff. de rei vend. donec sint ab arbore & fundo separati: quia tunc est quid per se, ita etiam filius quando nascitur proprium accipit Angelum: sed in vtero stans vnum reputatur cum matre, vt illius martyrium filio prosit non nato: quod non esset in patre, cuius martyrium filio non prodesset in vtero existenti, cum eius conditionem non sequatur, donec natus fuerit viuus. Nec habet ipsum pater in sua potestate, donec nascatur. l. fi. ff. de coll. bo. secundum Doct. in iiij. sent. dist. iiij. q. j. nec patri etiam succedit in bonis, si viuus non nascatur. C. de posth. hær. instit. per totum. Imò si mortuus nasceretur, testamentum non rumperet paternum, vt ibi. & plenè j. videbitis su
22 per verbo, *& soboles quam gestabat in vtero.* † Et idem dicendum in bastardis & aliâs illegitimè natis, qui matris & non patris conditionem sequantur. vt d. l. cùm legitimæ. in fi. ff. de sta. ho. & l. lex naturæ. eo. tit. Etiam si filij sacerdotum existant, quamuis de iure scripto conditionem ecclesiæ sequerentur, & serui eius essent, can. cum multæ. xv. q. vlt. tamen non seruatur de consuetudine, secundum gl. ibi, & c. dominus. lvj. dist. Panor. in c. j. in fi. de treug. & pa. & sentit Io. Fab. in §. seruitus. prope fi. inst. de iur. pers. dum dicit, Deus meus quot essent hodie serui, qui in multis locis & pro
23 uinciis dominantur. † Conditio enim liberorum tacita non includit bastardos. * *Item nec parentes lucrantur aut merent priuilegia propter numerum bastardorum, secundum Bald. in l. ij. num. 6. ff. de excusat. tut.* cum affectio legis non sit ad eos qui propriè non dicuntur filij, quia non sunt ex matrimonio nati. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel al. iu. per quem dicit pulchrè Bal. in c. quæ in ecclesiarum. col. pe. de consti. quòd filius nomen naturæ est. s. geniturę. Caro ex carne parentis decisa, & ex lumbis eius transmissa per vias seminales, sicut natura manifestum est. Intellectu autem filius dicitur ciuili modo prout rationabiliter adaptari potest materię suppositę aut subiacenti. Ex nobili itaque prę sumptione intelligimus verba de iusto filio, qui honestè potest filius nominari, qualis est ipse filius legitimus. l. fin. ff. de iur. del. Non de eo in quem non decet, vel non potest disponere virtus agentis in splendoribus legitimis. Nec succedunt tales, quia sordidi sunt, quibus non communicatur dignitas patris tanquam indignis & ex peccato productis: nec concubinæ dignitas viri communicatur postquam deficit matrimonium, titulus nobilitatis: nec mutat domicilium ex persona viri, sicut nec mulier quæ illegitimè nupsit, secundum Bart. in l. fin. §. item rescripserunt. l. ij ff. ad
24 mun. † Vnde si statuto caueretur, quòd de relictis factis filiis non soluatur gabella: de legato filio bastardo relicto debebitur, & soluetur gabella, secundum Bart. cons. ccxxvj. incip. cauetur statuto Montis porciani. Bastardi enim non includuntur in dispositione legali,

quantum

quantum ad commodum,& honores, ſecundum gl.in cle.j.de bapt. Nec includuntur in feudis,poſito,quòd eſſent ſimpliciter legitimati per reſcriptum.c.vnic.§. naturales.ſi de feu.fue.contr.de quo plenè Panor.in c. 24 cum vintonienſis.& c.innotuit.de ele.† quia feudum eſt beneficium & honor, qui non intelligitur ſentire de reprobatis. l.Lucius. §.Lucius.ff. de leg.ij. Pariter non comprehenduntur in diſpoſitione emphyteutica ria,ſecundum Spec.tit.de emphyt.§.nunc aliqua.ver. clxxij.de quo latè Bal.in d.c.quæ in eccleſiarum.ſecùs eſſet in legitimatis per ſequens matrimonium, qui & in feudo & in emphyteuſi ſuccedunt, ac ſi legitimè fuiſſent ab initio geniti.vt dicit Panor.in d.c.innotuit. col.vij.in pr.& c.lator.& c.tanta.qui fil.ſint leg. Certè ignominioſum eſt tales filios habere.l.eius quod.C. quemad.teſt.aper.ſecundum Bal.in l.generaliter.§.fi. C.de inſti.& ſubſt.Et econtra ignominioſum eſt filiis patrem habere talem,cuius vitio ſpurij vocantur: ita quòd meliùs foret & honeſtiùs patrem habere legitimum quamuis plebeium & pauperem,quàm quòd ſit filius illegitimus, maximè ſpurius aut inceſtuoſus pa- 25 tris excelſæ nobilitatis. Quod † facit contra aliquos nedum intellectu & verecundia, ſed etiam ſenſu carentes: qui malunt ſe filios magnatum, quibus etiam filios habere non licet (vt illorum nomen & arma, eis tamen non debita,occupent) quam maritum propriæ matris eorum genitorem honorare tanquam patrem legitimum. Tales profectò ſe infames ſpurios fatentur, propriámque matrem impudicam demonſtrant, ſcilicet ſi verum dicant. Et ſi contra veritatem faſtu ſuperbiæ fingant,non eſt eis honor,vt improperatum fuit Herculi ſe filium Iouis ex Alcmena matre genitum dicenti, de quo Ouid.lib.ix.Metamorph.in principio ſic dicit:

Nam quòd te iactas Alcmena matre creatum,
Iuppiter aut falſus pater eſt,aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis.elige fictum
Eſſe Iouem malis,an te per dedecus ortum.

Non ſic fecit Moyſes:qui grandis factus negauit ſe filium eſſe filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucun- ☞ ditatem:dicit Apoſtolus ad Heb.xj.[Sic nec eximius prophetarum Dauid ſui generis paupertatem manifeſtare veruit clamans, De poſt fœtantes,de prope fontes ſuſcepit me Dominus.ſic nec etiam Bart.doctor egregius,iuris ciuilis luminare maius,in l.quidam cùm filium.ff.de verb.ob.patris ſui originem tacuit.vide ĵ. ſuper verbo, *condidit*. j.dum loquitur,quòd principatus ſanguini non debetur,ſed virtuti.]Pariter legimus de Gordio patre regis Midę opulentiſsimi Phrygum, qui Gordius ex agricultura ſumptus ad regnum peruenit, quo potitus Gordium ciuitatem inter Aſiam maiorem & minorem condidit,à ſéque denominauit, in qua templum Ioui conſecrauit: & non immemor 27 nec veritus originaria conditione, nec eam celans, in eo aratrum quo aliquando vſus fuerat,poſuit,& ex loris ſeu funibus quibus boues in iugo tenuerat nodum connexuit miro artificio,vt neque principium neque exitus deprehenderetur in eo.Eúmque Ioui conſecrauit,donec qui eum ſoluat occurreret.Qua de re ſecundùm omnes Alexander ille magnus reprehẽſione fuit maxima dignus,q̃ potiùs ſe voluit draconis filium,ſc. Dei Ammonis in ſpecie draconis apparentis, & ſpurium nuncupari,quã regis Philippi:de quo Valer.lib. ix. tit.de ſuperbia,ſic dicit: Alexandri regis virtus & felicitas tribus inſolentiæ euidentiſsimis gradibus exultauit.faſtidio enim Philippi, Iouem Ammonem patrem adſciuit:tędio morum & cultus Macedonici veſtem,& inſtituta Perſica ſumpſit:ſpreto mortali habitu diuinum caput æmulatus eſt: nec fuit ei pudori, filium, ciuem,hominem diſsimulare. Et Quintus Curtius: Alexander, inquit, non homines ſed etiam deos 26 deſpicit, qui poſtulat Deus credi.Habent † enim nobiles quatuor mores laudabiles, & duos vituperabiles. Sunt primò magnanimi. Secundò magnifici.Tertiò dociles & induſtrij.Quartò ſunt politici & affabiles. Econtra ſunt nimium honoris appetitiui. Secundò ſunt ſuorum progenitorum & aliorum deſpectores, ſecundum Ægid.libr.j. de regi.prin. parte iij. vt Alexander fuit.Quod ex alio niſi ex magna glorię inanis cupidine non prouenit, atque fatuitate non mediocri. Cùm inſit contemptor animus eis,& ſuperbia commune nobilitatis malum. vt dicit Salluſt. in Iugurth.& Bal.in l.per adoptionem.ff.de adop.dicit nobiles pro maiori parte ſuperbos & inimicos popularium, guloſos,& luxurioſos pluſquam populares,qui cum virtutibus vacui abundent diuitiis, neſciunt aliud facere, niſi comedere, bibere, ſuperbire,& luxuriari.Nam & pariter Romani ab inclyto Ænea adulterino coitu ex Venere dea Vulcani vxore, & Anchiſe concepto proceſsiſſe gloriabantur,& Æneades vocabantur.in Auth.vt præp.nom.Imp.in prin.col.v.imò tales qui familiis alienis ſe immiſcent,præſertim infimi, vt magnatum honore & ſucceſsione participent, acriter puniuntur.l.j.C.ad leg.Corn.de falſ.Cùm rem nedum priuatam, ſed publicam perturbent. quod ferendum non eſt vllo modo,vt dicit Valer.lib.ix.tit.fi. in prin. Volens hoc impudentiæ genus & anceps non ferenda temeritas. & ibi recitat de quodam, qui cùm ſanctiſsimæ & chariſsimæ ſororis Auguſti vtero genitum fingere auſus fuerat, imperio Auguſti Remo publicæ triremis.i.nauis impellendæ triplici Remorum ordine ad rempublicam pertinentis fuit affixus. Nam veteris moris erat,prout quotidie practicari videmus,pernicioſos & perditos ribaldos ad remigium damnare,vbi talis ſuperbia domatur. Eſt enim ſuperbia cognata potentiæ, ſecundum Bernard.ſuper Can- ☞ ticis,Serm.liij.[De vitio nobilium,& vnde talia vitia procedant,habetur plenè ĵ.ſuper verbo,& *vxorem nomine Adelaſiam*. in v.principali art. loquendo de agricolis aſcriptitiis. licet enim nemo vnquam nobilitatem odio habuerit, cùm ſit bonum per ſe appetibile,ſicut virtus aut religio,tamen plures ſancti eam fugerunt ob grande periculum,quod in ea latet ob difficultatem maximam ipſi annexam: relinquitur ergo, quia vix pauci ad tantam ſublimitatem idonei fuerunt,qui deleti ſunt iuxta illud Eccleſ.x.Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Dominus: & ſedere fecit mites pro eis, &c. quod etiam firmauit Chriſtus Matth. v. Beati mites, quoniam ipſi terram poſsidebunt.] Illegitimi † ergo dicuntur indecori: & ideo inhabiles ad ea quæ in decore conſiſtunt, vt ad dignitates. c. cum decorem. de fil.presbyt. Nec conſiliarij principis eſſe poſſunt,ſecundum Bal.in d.l. cum legitimæ.de ſta.ho. Et non immeritò: quia ſunt quodammodo infames, ſaltem de facto,vt tenet Azo in ſum.C.ex qui.cau.inf. irro.§.diuiditur.in fi.& Bal.in l.iiij.in prin.ff.de lib.& poſth.quem ibi ſequitur Alex.& idem Bal.in l.in bonę fidei.C.de reb.cred.& in l.j.C.de iure an.aur. Ex quo 28 ſequitur,† quòd frater in teſtamẽto fratris præteritus poteſt teſtamentum querelare, in quo ſpurius aliquis reperitur hæres inſtitutus, quaſi turpis perſona ſit hæres inſtituta. imò dicit Bald. in d.l.generaliter. §.cùm autem.C.de inſti.& ſubſti.quòd etiam ſi fuerit legiti-

BIU Cujas

matus, remanet infamis de facto inter bonos & graues notatus, vt d.l.iij.in prin.de lib.& posth.cum quo transit Alex.in l.ex facto.col.v.ff.de vulg.& pup.& in d.l.iij.col.ij.Et sic tabellio ad bancum iudicis esse non posset, secundum Bar.in l.eadem.§.hac lege.ff.ad leg. Iul.rep. quem sequitur Alex.in ij.par.cons.lxxx.incip. Examinato processu. Nec sufficeret quòd communi opin.haberetur pro tabellione, nisi etiam pro homine legitimo reputaretur, quod est verum secundum aliquos, etiam si esset legitimatus. Nec testis esse posset: quod plenius not.in l.j.C.de sum.trin.vbi Bar.& Bal. & Panorm.in c.testimonium.de testi.Nec potest doctorari, quia doctoratus dignitas est, secundum Bart. in proœm.C.& Zab.in proœm.Clem. per l.generaliter.§.spurios.ff.de decur.nisi esset legitimatus: quo casu doctorari posset secundum eum. Posito quòd legitimatio expresse eum doctorandum non permittat.

29 Quia † tales etiam simplices legitimationes extenduntur ad dignitates alteri non præiudiciales, secundum Inn.in c.per venerabilem.qui fil.sint leg.imò dicit idem Zab. in clem.ij. de magistr. valere consuetudinem, vt etiam non legitimati doctorentur. quem sequitur Fel.in c.quantò.de magist. Aliàs in his quæ dignitatis, nobilitatis vel honoris existunt, illegitimi si-

30 cut serui pro nihilo reputantur. Vnde † non sine causa, præsertim inter illustres, bastardi pro nihilo reputantur, quos magnatum ac nobilium consuetudo non nouit propter bonos mores custodiendos, secundùm Bald.in d.§.naturales. Subiungens in d.l.cùm legitimæ. Bastardos non esse de parentela nobilium, cùm sordes nominari non mereatur inter præcipuos. & in c.per tuas. de ma.& obe. dicit, quòd bastardus quantumcunque legitimatus, sedere non debet in eadem mensa cum fratre legitimè nato: cui semper honorem debet & reuerentiam.l.humilem.C.de incest.& inut. nupt. ideo not.consuluit Ale.in j.par.cons.cxxxviij.in fin. quòd si talis legitimatus etiam esset hæres à patre vniuersaliter institutus, tamen filia legitimè in re certa hæres instituta, illum talem legitimatum excludet à succedendo in feudo,& etiam emphyteusi, quæ patri concessa fuit pro se & filiis ac filiabus hæredibus. quia (vt dixi) non veniunt appellatione filiorum, nisi forent ad hoc expresè legitimati, aut per sequens ma-

31 trimonium. Nec † portare potest bastardus nobilium insignia, secundum Bart.in tractat.de insign.& arm.& Bal.in d.l.cum legitimæ. de stat. ho. Licet communi vsu seruetur contrarium, vt dicit Guido Papæ q.480. incip.an bastardus. inde seruari videmus, quòd vbi bastardis conceditur portare arma sui generis, non portant arma plana, sed transuersant barram per scutum armorum. dicit gl.pragm.super verb.filij.tit.de num. & qualit.card.& ita seruatur in Francia, Britania,& aliis partibus adiacentibus, vbi arma portant legitimorum,& superaddunt barram per transuersum, quæ in-

32 cipit à sinistris,& tendit ad dextram, secundum Nico. de Vbald. in tract.succes. parte j.col.xix.& xx. quia si barra inciperet à dextris tendens ad sinistram non designaret illud infectum, sed esse de matrice domo legitimè fortè collateraliter processum, vt videtis in scuto illustratissimæ domus de Borbonio Et expedit, ꝙ ita fiat, vt familiæ distinguantur,& distinctæ recognoscantur. Et præsertim hoc debet seruari in bastardis, vt differentes & distincti à legitimis cognoscantur, ne sordes per errorem computetur inter præcipuos. Maximè in participatione priuilegiorum & bonorum fi-

33 liis delatorum.† Vnde Angel.quem refert & sequitur Dom.in c.statutum.lo.ij.de hęr.lib.vj.consuluit, quòd si statutum ciuitatis quo ad honores & dignitates præfert filios nobilium filiis popularium, certe intelligendum est de legitimis, cum bastardi sint duntaxat in defectum assumẽdi.d.l.generaliter.§.spurios.ff.de decu. Ideo non comprehenduntur in regula cancellariæ apostolicæ præferente nobiles non nobilibus: quia intelligitur de nobilibus legitimè natis, non autem legi-

34 timatis. Nec † dicuntur bastardi esse de genere patris: Cum appellatione eorum de genere solum veniant agnati,& non cognati.l.j.iũcta gl.ibi.ff.de prob.& ipsi bastardi agnati non sunt, nec habent agnatos. Etiam dicit Bal.in d.l.generaliter.in fi.de inst.& subst. bastardos propriè iure aut consuetudine non esse de domo nec familia seu agnatione patris. [Et sic de bonis restitutioni subiectis nõ posset pater filiam suam bastardam dotare, sicut posset legitimam, secundum Bal. in Aut.res quæ.C.com. de le.habetur j̃ super ver. *In eodẽ testam.relinquens.*j.loquendo ꝙ hodie de iure ciuili necesse habet pater filio relinquere iure institutionis.] Quod tenet Bar.in l.fi.C.de ver.si.& Pe.de Anc.cons. cccxc.in prin.incip.visis diligenter. Et sic non habent tutores legitimos, secundum Bal. per illum text.in l. matres.C.quan.mul.tu.of.fun.po.quia carent agnatis.

35 Pariter † tutores non habent testamentarios, secundum gl.& Bar.in l.j ff.de test.tu. Cum non sint in potestate patris: A quo etiam adoptari non possent, vt in eius potestatem transirent.l.legem.C.de nat.libe.& in Auth. qui.mo.na.ef.leg.§.& nos non latuit. Quia quod vna via prohibetur, alia via cõcedi non debet.c.cùm quid. de reg.iur.lib.vj.vnde ab eo tutorem habere non possunt.insti.de tutel.§.permissum.& §.fi.vbi Ang.etiam non habent filij naturales adinuicem querelam inofficiosi testamenti. Quia iure consanguinitatis carent. insti.ad Orfic.§.nouissimè.& l.si spurius.ff.vnde cog. quod verum intelligatis, posito etiam ꝙ fuissent legitimati, per gl.sing.in l.hac parte.tit.præal.& per Ang. in §.j.inst.de inof.test. Hodie autem coniunctos habẽt ex parte matris propter sublatam differentiam agnationis & cognationis in tutelis: ita quòd mater, cuius conditionem sequuntur, esset eorum tutrix.in Auth. ma.& auiç.C.quan mu.tu.of.fun.pos Sed agnatos non habent ex parte patris: imò ipsimet patri tutela non defertur sui bastardi, secundum Bal.in d.Auth.mat.& auiæ facit l.fi.e.tit. & Bart.in l.si quis sub conditione.

36 ff.de test.tu. Ideo † arma plana portare non possunt, vel insignia illius domus, cum nobiles non sint, vt dictum est. Et etiam tenet Bald.in d.c.per tuas. Subiungens in d.l.generaliter. quòd portare arma est honor, qui non competit bastardis, vt etiam tenet Bart.in d.tract.de insig.& arm. & Bal.in d.l.filium. ff.de his qui sunt sui vel al.iur.in j.lect. dicens sic fuisse semel consultum in persona D. Lucij de petra mala, vt quia bastardus erat, non intelligeretur esse de domo de petra mala, quãuis

37 miles foret valde strenuus. Præterea † bastardus non dicitur coniuncta persona, secundùm In.in c.nonnulli. de rescr.& Bal.in l.cum acutissimi.C.de fideic.nec etiam eius filius. Ideo non agit vt coniuncta persona sine mandato, vt consuluit Paul.cons.134.vbi etiam dicit appellatione fratris bastardum non venire. Nec † filio bastardo debetur legitima, nec præteritus agit contratab.nec aliquod remedium habet contra testamentum patris, secundum gl.in hoc sing.in l.j.ff.de bo.pos. contratab. quam sequitur Bal.in l.humanitatis. C.de imp.& al.subst.it. Nihil enim capit contra, nec præter voluntatem patris testantis, vt ibi. Nec econtrà pater naturalis in bonis talis filij, cùm regulentur à pari. l. nam & si parentibus.ff.de inof.test. secundùm Azo. singula

BIU Cujas

gulariter. C. de leg. hær. quem ſequitur Bart. in l. fi. col. ij. ff. de his quib. vt ind. & Iaſ. in §. pœnales. inſt. de act. ſecùs eſt in filio legitimo, cui legitima debetur etiam patre inuito, ſecundùm Bal. in l. quoties. C. de hær. inſtit. facit gl. in l. nec ei. §. eorum. aliàs incip. iis. ff. de adopt. volens, quòd licet ſubſtitutio pupillaris rumpatur, & extinguatur, ſi pupillus, cui facta fuerat (quia fortè doli capax) prolem ſuſcipiat: tamen hoc intelligitur de prole legitima, quia baſtardi ſubſtitutionem non extinguunt ſecundùm Bart. in l. in pupillari. ff. de vulg. & pup. vt plenè videbitis ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur.* ij. in materia pupillaris ſubſtitutio-
38 nis. in vij. & vlt. artic. Præterea † dicit Bal. in l. j. in iiij. opp. C. de his quę pœ. nom. quòd ſtatutum facere non poſſet ſpurios ſucceſsibiles: quia eſſet contra bonos mores, necnon contra ius diuinum. Geneſ. xxj. quod renouat Apoſtolus ad Gal. iiij. in fi non erit filius ancillæ hęres cum filio liberæ, ſeu dominæ. quod dictum fuit in deteſtationem illegitimorum, quibus iura prę-ſertim ciuilia poſſetenus occurrunt. Exemplo Abrahæ, qui Gen. xxv. Iſaac filio ſuo legitimo dedit cuncta quæ poſsidebat, & filiis concubinarum largitus fuit munera pro ſimplici vita, & ſeparauit eos à filio ſuo
☞ Iſaac adhuc viuens, vt ibi. [Ex his verbis arguitur, quòd filio baſtardo poteſt relinqui pro alimentis. vnde cautela eſt ad inſtituendum baſtardum, quòd eius pater eidem relinquat aliquam partem ſuorum bonorum pro ſuis alimentis, quia tũc valebit tale relictum, per ea quæ habentur in c. cùm haberet. j. de eo qui du. in mat. eam quam pol. per adult. Caueat tamen pater, ne omnia bona ſua, vel maiorem partem relinquat ſpurio pro alimentis, quia præſumeretur fraus. Ita dicit Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epi. & cle. prout refert Iac. de S. Georg. in l. ſi pater tuus. C. de hę. inſt.] Vnde pœna inſerta in contrarium non teneret, neque iuramentum, ſecundum Bal. in d. l. j. & Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Fal. imò plus dicit Pe. de Anch.
39 conſ. cccxc. ſuperius alleg. † quod filius legitimè natus ex baſtardo dici non poteſt nobilis, Cùm naſcatur ex radice corrupta. l. fi. C. de na. lib. etiamſi mater eius eſſet nobilis. Cuius nobilitas verè obnubilatur, ſi mari-
☞ to nupſerit baſtardo. [Secus econtrà, quia tunc fœmina naturalis tantùm ſi nupta ſit viro legitimo & naturali, ipſa etiam propter qualitatem mariti efficitur legitima, quia capacitas viri ad vxorem porrigitur.
* *Iſta tamen dignitas quæ conceditur fœminis ex perſona aliorum non eſt ita potens, ſicut eſt illa quæ ex propria perſona competit. vt not. dicit Bart. in l. quod principi. in fin. de leg. ij. alleg. l. j. & ij. ff. de offi. procon. & leg.* not. Bar. in l. ſi quis naturalem. per illum text. C. de natu. Ita refert Phil. Dec. in l. fœminæ. nu. 7. verſ. ſimiliter ex perſona mariti. ff. de reg. iu.] Et ſentit Bald. in l. ex libera. C. de ſuis & legi. hære. per l. j. C. de digni. lib. xij. vbi mulier nobilis nubens plebeio nobilitatem perdit. Facit
40 † quod not. idem Bald. in d. l. filium. in ij. lectu. in prin. quòd ſi alicui conceditur priuilegium in cauſam filiorum, baſtardus vti priuilegio non poterit. l. ij. ff. de excu. tu. Similiter dicit Bal. in l. parentes. circa fi. ff. de in ius voc. quòd ſi doctori fuerit conceſſa immunitas & filiis, quia hoc caſu non ponderatur ratio naturalis, ſed accidentalis qualitas ipſius patris, ſcilicet doctoratus: tunc naturales, vel ſpurij non continentur. Et
41 † generaliter vbicunque agitur de commodo & honore filiorum aut nepotum, non veniunt filij, aut nepotes naturales tantum. Circa quod videatis Barto. in l. tutelas etiam. ff. de cap. dim. & in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de ver. ſig. & in l. j. & ij. ff. de accu. Ioan. An. in addi. Spe. tit. qui fil. ſint leg. Bal. in d. c. nonnulli. de reſcri. Panor. in c. per tuas. vbi etiam Bal. de prob. Bart.
42 Bal. & Ang. in d. l. fi. C. de ver. ſig. Ex † quibus omnibus reſtat, quòd legitimitas hominis, eſt valde decorus ti-
☞ tulus. [quod & bruta animalia cognouerunt, vt pulchrè habetur j. ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderunt.*] quam parentes debent filiis procurare per legitimum matrimonium. Nam dicit Ange. in quodam ſuo conſ. inci. Poſt hæc. quòd proles naturalis tantum deturpat familiam. Pro cuius dicto eſt text. not. in c. ſi gens Anglorum. lvj. diſt. vbi ſic habetur, De tali commixtione meretricum æſtimandum eſt degeneres populos & ignobiles & furentes libidine fore procreandos. Et nouiſsimè nec bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem, nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam, &c. ob quod Triſones ſuper omnia amant caſtitatem, & grauiter puniunt luxuriam, prę-ſertim quántque liberos vtriuſque ſexus in caſtitate, donec ad annos peruenerint nubiles, quòd eos maritant. ex quo ſequitur quòd proles fortis eſt, & virilis: aliàs ſequitur quòd Sap. iij. ſcribitur: Filij adulterorum in conſummatione erunt. Et ab iniquo toro ſemen exterminabitur. Et ſiquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. Et ſine honore erit nouiſsima ſenectus eorum, &c. Et ſequitur iiij. c. O quàm pulchra eſt caſta generatio: immortalis eſt enim memoria illius, quoniã & apud Deum nota eſt, & apud homines, &c. Pariter Bal. in d. l. j. de his quæ pœ. nom. refert Bonifacium martyrem dixiſſe hanc prolem non eſſe hominibus honorabilem, nec Deo amabilem, nec in bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem. Ad hoc facit gl. in auth. de nup. in princ. Dicens ſolos filios legitimos
43 genus perpetuare humanum. Vnum tamen † menti tenebitis, quòd vbi ageretur de illegitimorum onere & incommodo, certè ipſi venirẽt appellatione filiorum, & comprehenderentur in diſpoſitione liberorum. de quo plenè per Io. de Pla. in l. j. ver. ſed pone. C. de impo. lucr. deſcr. lib. x. Ita quòd ſicut filius patrem occidens naturalem & legitimum, tenetur & punitur leg. Pompeia, de parric. Sic etiam tenebitur baſtardus & ſpurius, per tex. in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accu. Et tenet Bald. in d. l. parentes. & in d. c. per tuas. de prob. Et comprehẽditur in l. quiſquis. C. ad l. Iul. ma. Quia tunc cum de eorum agitur incommodo, diſpoſitio legis ad naturam refertur, & non ad ciuilitatem,
☞ nec ad fictionem iuris. [Et ſic baſtardi etiam ſpurij agere poſſent actione iniuriarum pro iniuria facta alicui de genere, ſecundum Bar. in l. cum ſcimus. C. de agr. & cen. lib. xj. cum hoc caſu ſola naturalis & naturæ motus conſideretur: ſed agere non poſſent in his quæ ciuilitatis ſunt, vt ſ. dictum eſt: ideo ad retractum non admittuntur, vt habetur ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* in ij. princ. art. circa fi.] Et filius dicitur à φίλος, quod eſt amor, qui etiam eſt in filiis illegitimis, quibus natura communis eſt, ſecundum Bald. in d. l. hos accuſare. & clarè in d. c. quę in eccleſiarum. xix. col. in fi. de conſti. Vnde reſtat filium ſequi patris conditionem & nomen portare, & non matris. Poſſet
44 † tamen aliquando licitè nomen paternum dimittere, & maternũ, imò & penitus extraneum & alienum ſuſcipere. Puta ſi à teſtatore extraneo inſtitutus fuerit hæres, aut fideicommiſſum relictum, ſi nomen ipſius teſtatoris portaret & arma, prout communiter diſponere nobiles conſueuerunt liberis carentes pariter & agnatis: ob quod extraneos vel cognatos nomen teſtatoris non habentes coguntur inſtituere hæredes, aut filios maſculos vel agnatos inſtitutos, (Si abſque libe-

BIU Cujas

ris masculis decedat) grauare aliis quibusdam, (Si nomen & arma testatoris portabunt) restituere hæredi-
45 tatem. Quo † casu si nomen testatoris honestum sit, tales hæredes, si velint hæreditatem, aut fideicommissarij habere fideicommissum, tenentur nomen testatoris assumere, & portare: aliter priuarentur hæreditate & fideicommisso. Continent enim verba hęc cõditionem, adeò ꝙ taliter grauatus necesse habet implere cõditionem, nomẽ & arma testatoris assumẽdo, prius quam hæres esse possit. per l. mulier. §. si quis hęreditarium. ff. de cõd. inst. Et ita refert fuisse arresto decisum
46 Guido Papæ q. cclj. plus dicens. q. ccccl xvij. † ꝙ hæc cõditio portãdi nomen & arma, primogenituram in-
☞ducit & comprehẽdit. [De quo vide plenius j. super ver. *in eodem testamẽto relinquens*. j. in materia primogenituræ. xviij. lĩmit.] Nam licet ad commodum alterius talis cõditio portandi nomen remittatur, putà ad commodum fideicommissarij, cui hæreditas restituenda venit, vt quia hæres fuit institutus, si nomen honestum testatoris portaret, & nihilominus restituere alteri hæreditatem grauatus fuit. Quo casu, si hæres in damnum fideicommissarij nollet testatoris nomen assumere, vt sic hæreditatem adire non possit, & consequenter nec eam restituere in totalem fideicommissi perditionem, quod nõ ædita hæreditate periret. l. eam quam. vbi plenè. C. de fideic. tunc talis cõditio hæredi eam implere nolenti remitteretur de æquitate prætoria in cõmodum fideicommissariis, ne fideicõmissum 51
pereat. Si autem hęres nõ rogatus, sed simpliciter institutus, sub illa conditione, & nomen testatoris honestum portare nollet, nunquam ei remitteretur dicta conditio: vt ea non impleta hæreditatem habere posset: imò priuaretur illa, si testatoris nomen honestum capere nollet. Quia licet ad alterius. ſ. fideicõmissarij commodum, talis conditio hæredi remittatur: non tamen ad commodum ipsiusmet hęredis: cui indicta est & iniuncta conditio præfata. Quoniam nihil mali est honesti hominis nomen assumere. l. facta fideicommissi. §. si in danda. quem Pau. ibi ita intelligit. ff. ad Treb.
47 Et † fieri potest alterius nominis assumptio dupliciter. Primò nomen antiquum totaliter derelinquendo, & nomen testatoris assumendo: quod fieri potest ex causa rationabili in libero homine, conuersationis ho- 52
nestæ, & sine alterius præiudicio, vt j. videbitis. Et ple
48 nè dicitur in l. j. C. de mut. nom. Et † causa rationabilis est in casu nostro. quia non fit in fraudem alicuius, nec propter superbiæ fastum, aut propriæ familiæ (à qua ortum habuit) contemptum, vel alterius denigrationem, aut proprij vitij occultationem. Sed hoc facit solum hæres aut fideicõmissarius vt testatoris impleat volũtatem, cui necesse habet parere: si hæreditatis vel fideicommissi commodum assequi velit. d. §. si in danda. Sicut fieri videmus in promotione summi pontificis: cui etiam rationabiliter nomen mutatur, vt plenè per gl. super ver. Bonifacius. in procem. sexti. Secundò hoc fieri potest per noui nominis adiectionẽ, seu adiunctionẽ cum dictione aliàs, absque eo ꝙ antiquum nomen penitus derelinquatur. Et ita dietim obseruatur. Et pluries vidi fieri in pluribus magnis domibus.
49 quod est valde ęquum ꝙ hoc sufficiat. Cũ aliter † graue multis foret nomen dimittere agnationis suę antiquum & honestũ, & arma magnifica, & sic nomen honestæ familiæ, quod diu fortè durauerat, periret, quod lex noluit: imò dicit interesse reipublicæ illud conseruari. l. j. § quãuis. ver. publicè. ff. de ven. insp. Ob quod
50 dicit tex. in l. hoc iure. §. fi. ff. de don. † ꝙ donatio alicui facta, vt nomen portet donatoris cum sit causata, non dicitur propriè donatio: de cuius substantia est, ꝙ ex liberalitate procedat, & donatario sit lucrosa. Quia donari id videtur, quod nullo cogente imperio donatur: sed dicitur quædam remuneratio onerosa in recompensam nominis ferendi facta, quod onus non est modicum. ſ. nomen suscipere alienum, vt clarè monstrauit propinquus Ruth, cui successio & ius sanguinis cõpetebat cum onere gerendi nominis: qui respondit, cedo iuri propinquitatis, neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo, &c. vt habetur Ruth iiij. c. Adeò ꝙ talis donatio insinuatione nõ eget. l. Aquilius. aliâs incip. Attilius. e. ti. de don. vnde ęquum est & sum mè expediens, ꝙ antiquum nomen omnino non dimittatur, sed nouum adiungatur: quia modo præmisso & nomen agnationis conseruabitur, & testatoris voluntati ac cõmodo & vtilitati hæredis satisfiet. Et si aliter fieret. ſc. ꝙ quis absolutè necesse haberet, nomine suo penitus derelicto, nomen testatoris assumere, multi essent hæredes & fideicommissarij, adeò nomen propriæ domus diligentes, vt naturaliter contingit (cum nemo carnem suam odio vnquam habuerit. Epheſ. v. & xiiij. q. ij. Non ęstimemus) qui mallent hęreditatem perdere, quam omnino nomen domus suæ mutare, vt fecit propinquus Ruth. de quo s. dixi, ex quo testamenta multa perirent, & testatores voluntate sua fraudarentur contra reipublicæ vtilitatem, cuius interest vt plenum testamenta sortiantur effectum. l. vel negare. ff. quemad. test. ap. Et † præmissa vera, vbi testatoris nomen est honestum, & honesti hominis. d. §. si in danda. Si autem nomen hæredi iniunctum esset inhonestum & turpe, aut inhonestę & diffamatę familiæ, non teneretur hęres illud assumere, nec suo honesto nomini addere: imò talis conditio velut turpis pro non scripta habetur, etiam in solius hæredis commodum, vt d. §. si in danda. & l. sed sciendum. in fi. ff. ad Treb. vbi fuerat hæredi iniunctum, ꝙ vespilonis testatoris nomen ferret. Et idem de turpi alio nomine, putà Iuda scarioth, aut diffamato, vt Nero, Dathan, aut Abiron, vel alterius malefactoris famosi oneraretur: quo casu certè onus tale remitteretur, & non immeritò: quoniam etsi quis ab initio nomẽ turpe haberet, posset illud rationabiliter omnino dimittere, & propria auctoritate in
melius & honestius commutare: quia † turpia nomina
sæpe in malã partem sonant, & siniſtram inducunt suspicionem. Prout legitur de illo Mascarone qui simoniacus fuit, in c. per inquisitionem. de elect. Et pariter de illo Beliade, qui propter furta ab eo perpetrata fuit suppositus torturę. c. j. de depo. & è cõuerso pulchrum nomen bonã præsumptionem gignit & inducit. Inde dicitur ꝙ prędium est non modicum, pulchrum & honestum habere nomen, cum à nomine & cognomine multoties sumatur, & sit permissa argumẽtatio, vt plenè decidit Pan. in verb. Gregorius. s. in proœ. & in c. j. de iud. & pulchrè per Bal. in c. j. §. si quis. de cõtr. inue. inde dicit Io. An. in c. cum secundũ apostolũ. de præb. & d. c. j. de depo. vxorem suam dixisse, ꝙ si pulchra nomina venderentur, caro essent pretio emẽda. Quia ho-
53 nor & decus est bonum habere nomen. Quòd † vnusquisque de illo habendo diligenter curare & laborare debet. Cũ multò melius sit nomen habere bonum, quã diuitias multas. Prouer. xxij. quod patenter ostendit P. Scipio vir ille insignis Romanus consul, de quo refert Valer. li. iij. ti. de fiducia sui. c. cccx. ꝙ cũ fratrem suum de bene gestis obtrectatũ defenderet, dixit: cũ Africã totam potestati vestræ subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen retuli. Etiam de Paulo Æmilio post triumphum Macedonicum li. iiij.

tit. de

BIU Cujas

tit.de abstinentia & continentia. Penates, inquit, suos nulla ex parte locupletiores fecit, præclarè secũ actũ existimans, quòd ex illa victoria alij pecuniã, ipse gloriam.s.nominis, occupasset. Et Scipio Æmilianus (vt ibi dicitur) nõ quãtũ auri & argẽti, sed quãtũ amplitudinis.s.famę & nominis põdus secũ ferre ęstimabatur. Ex quib.restat solũ de bono noīe curãdũ. Adeò quòd Sal.in l.j.in pr.C.de sum.tri. p illũ tex.parẽtes exhortatur pulchra nomina, & honesta liberis imponere, & nõ turpia, q̃ secũdũ cũ quodãmodo infamiã portant. Pariter Zab.in d.c.cũ secũdũ.parẽtes multũ increpat, q̃ turpia progenitorũ nomina ĩ filiis repetũr. Imò post Inn.& Io.An.dicit in c.j.de dep.imputandũ esse illi, q̃ cõtraxit cũ habẽte deforme nomen, si ab illo decipiatur. Quia (vt habetur j.Reg.xxv.) à nomine siniſtro de prehẽditur fatuitas. Et secundũ nomen suum est quis interdũ stultus, & stultitia cũ eo, vt ibi legitur de Nabal. facit text.in proœ.fforum.§.in reliqua verò anni parte, ibi: Non volumus veteri tã friuolo, q̃ ridiculo cognomine dupõdios appellari, sed eo immutato fulgere, &c. Et alibi dicit tex. vnãquãq; rem quemadmodũ intelligi debeat ex ipso nomine apparere. l.diuus. in pr.ff.de bo.dam. Et sic argumẽtatur ex nomine, secundũ gl.ibi.& Exo.xxiij dicitur ad Moysen: Inueniſti gratiam corã me: & teipsum noui ex nomine. Et alia ratio prædictorum non est, nisi quia ex turpi nomine
54 siniſtra oritur suspicio. Et† sæpe tales mali & peruersi existunt, vt de Mascarone dixi. Et præ manib.in præsenti regno habuimus exẽplum. Nã vidimus Ludouic. xj.domini nostri regis genitorẽ, inter cæteros domesticos & aulicos Oliuerium Diabolum habuisse tonsorem Flandrensem, hominem peruersum, quem Ludouicus sublata Diaboli appellatione malo mutato cognomine: deinde Dãnum cognominauit: in quo nomi
☞nis mutatio nihil profuit. [Mutatio enim nominis aut cognominis sola malos mores non tollit, sicut nec satisdatio de benefaciendo, propositum maleuolum tollit, sed diutius grassandi facultatẽ præstat. l.quia satisdatio. ff.de susp.tut. & l.testamento. §.non omnino. ff.de test.tu. imò nec iuramentum. c.clericos. de coh. cler. & mul. vt in persona dicti Oliuerij contigisse videtis.] Sed de malo factus pęssimus, cùm multa perpetrasset facinora, cũ Daniele quodã Flamingo, sibi plurimum familiari, arresto parlamenti patibulo suspensus, mortuo Ludouico vitam terminauit: Gaguino referente lib.x.c.ij. iuncto fine cum prin. Post cuius decessum multa in domo sua fuerunt reperta tormentorum genera, quib.hi in quos sæuiendum erat, torquerẽtur, nõ sine ingenio adinuẽta. Quib.finaliter periit exemplo Perilli, qui cum Phalaridẽ tyrannum crudelẽ delectare statuisset, & ex ęre taurum artificiosissimum fabricasset, & in eius latere ianuam posuisset, vt reus in eo incluſus subiectis ignibus torqueretur, atque ita sonus vocis hominis exclamantis non gemitus hominis, sed bouis mugitus videretur. Pro quo inuẽto cum nimis postulasset, Phalaris illum includi iussit, & suppositis ignibus primus artificij sui verum præbuit experimentum: dicente Ouid.j.de artę aman.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit infelix imbuit auctor opus.

Nec enim lex æquior vlla est, quã necis artifices arte perire sua. Tali etiam genere tormẽtorum Galli olim contra delinquentes vtebantur, vt in suis commentariis refert Cęsar de bello Gallic.li.vj. Immani, inquit, magnitudine simulachra habent, quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complent, quibus succensis circumuenti flamma examinãtur homines. hæc ille. Restat † ergo, quòd pulchrum nõmen & honestum bonitatis & totius probitatis est indicium. Ita quòd non sine causa Accurs.ll.ciuilium glossator eximius, in d.§.si in dãda. mirum in modum nomen extulit suũ, summè gloriando, quòd Accursius vocaretur, quasi occurrens & succurrens contra latebras, seu obscuritates iuris ciuilis: & notanter dicit iuris ciuilis, quia licet maximus fuerit legista, tamẽ parum nouit in cæteris facultatib. secundum Io.Fab. in §. si duorum. inst.de re.di. Sic & Io.An.in prolog.cle.in prin.more honesto & curiali nomen suum velut gratiosum indirectè commendauit. Sic pariter Io.Fab.in §.ex diuerso. allegato tit.de rer.di. dicit, quòd vocatur faber non ferrarius, nec lignarius, sed quia libenter operabatur,
56 & operari faciebat, s.cõpilando & legendo. Et† idem de Carolo Martello Francorum rege refert Gaguinus libr.iij. c.iiij. sic dicens: Eudo nanque perfidus Vasco vndictæ appetens ad Hispanos profectus Abidinarum regem christianæ religioni infestissimum hostẽ, magna victoriæ spe allicit, Francos petat: ille non magno labore persuasus adeò grandem exercitum cogit, vt non vincere modò Galliam, sed eam perpetuas sedes habere statuisset. Positis apud Burdegalam castris, ciuitatem expugnat, templis direptis incensisque: paribus deinde calamitatibus Pictauos persecutus concremata diui Hilarij ędę, Turonum adoritur: sed hosti occurrens Martellus magnam stragem edidit: fermè enim in eo prælio trecenta octogintaquinque millia hostium occubuisse: cùm tamen ex Martelli exercitu mille tantum quingenti cecidissent. Cuius victoriæ causa cognomentum Martello fuisse quidam auctores tradunt. Quemadmodum enim ferrum Martello obtunditur, ita hostium ferocia Martelli egregia virtute contrita est. Hæc ille. Sic & Hugo Capetus etiam Francorum rex, ideo Capetus, vocabatur, quia caputia per ludum aliis auferebat, vt idem refert libr.v. c. vij. De hac nominis mutatione videatis Bal.in proœ. C.super rub. & Lyram super illud Ioann.j. Tu vocaberis Cephas. Quæ omnia faciunt ad quæstionem, de
57 qua, annus nondum labitur, consului. An† ille qui nomen suum vult mutare, possit nomen alterius de illo loco vel patria assumere, & in casu subiecto fuit mihi visum quòd non: quia ille qui nomen suum mutabat, alterius cognomen assumendo, valde ei præiudicabat, & reipublicæ. Nam cùm de corrupto sanguine propagatus existeret, nomen honesti & sani viri de claro sanguine progeniti sibi vsurpare non poterat: quia iura quæ dicunt, vnumquemque nomen suum mutare posse, & aliud assumere, intelliguntur, dum tamen hoc non fiat in fraudem vel præiudicium alterius, vt facere consueuerunt delinquentes, ne cognoscantur alibi fugientes, & puniantur. Quo casu pœna falsi punirentur ex mutatione nominis in fraudem reipublicæ, quæ suadet crimina puniri, secundùm Salycet. in d.l.j. C.de mutat.nomin. facit l.eos. & quod ibi dicit Bartol.ff.de fals. & Panorm.in procemio suprà. Or in casu consulto maximum alteri irrogabatur & inferebatur præiudicium, fortè irremediabile de bona domo, & puro sanguine procreato, & toti suæ familiæ & agnationi. Quia si corruptus, & de lepra suspectus nomine illius vocaretur, multi crederent illum clarum & sanum fuisse & esse de genere corrupto ortum: ita quòd abstinerent à matrimonio & coniunctione suorum liberorum, & posteritatis tam actiuè quàm passiuè, & pariter à communione & participatione cum eo: adeò quòd clarum nomen obfuscaretur & deturparetur, & facto illius funestum fieret, contra regulam:

BIU Cujas

Alteri per alterum iniqua non debet conditio fieri.ff. de reg.iu.Crederet enim quilibet eos infectorum esse coniunctos identitate nominis, & parentes in eorum labem non modicam. Similiter ille infectus, & sanguine turbulentus, necnon eius soboles sub vmbra & clypeo clarę prosapiæ,& nominis assumpti,matrimonij medio, plures alios faciliter deciperent, & illaquearent. Ac communionis assuefactione inficerent sanos, credentes eos in puro & claro sanguine, boni & approbati hominis & familiæ ortos: taliter quòd respublica vltra damnum sobolis,confusionem sanguinis pateretur,cuius interest,quòd infecti cognoscantur,vt quia reipublicæ & priuatæ nocere possunt,euitentur. per ea quæ decidit Cyn. in l.si non conuitij.C. de iniur.per tex.in l.eum qui nocentem.ff.illo eodem tit.Interest profectò reipublicę cognoscere nationes, ne claræ & honestæ familiæ pereant, & confundantur commixtione & suppositione infectorum. vt d.l. j.§.penult.ff.de vent.inspi. Quia natio bona omnes ad se prouocat,mala autem deterret.Ideo nostra interest scire nationem. l. quod si nolit. §.qui mancipia. ff.de ædil.edict. Præterea illi qui de bona existunt & clara familia, fuerant illius cognominis præoccupatores.

58 † Igitur prohibere possunt alteri eiusdem nominis assumptionem.Arg.eorum quæ decidit Panorm.in c. si.de iudi.Bart.& Doct.in l.j.ff.sol.mat.& gl.& Doct. in l.j.C.de stud.lib.vrb.Rom.lib.xj. vbi dicunt,quòd si sint duæ scholæ doctorum concurrentes,& adeò vicinæ, quòd vox vnius doctoris vocem confundit alterius legentis, ille qui primus scholas in loco illo ædificauit & legere cœpit,prohibere potest alterum ibidem legere, ne vocem suam turbet & confundat. Sic ergo erit in casu nostro, & multo magis, vbi per vsurpationem nominis alicuius claræ familiæ,clara & immaculata cum leprosa & infecta confunderetur in perniciem propagationis sobolis: & nomen clarum quod iamdiu est præoccupatum, quod tantis fulserat temporibus,sibi tolleretur,denigraretur,& ingurgitaretur,vel arescceret,& finaliter deficcaretur: vt magistrorum vtar modo dicendi in simili. in l. quominus. * ff.de flum.Nec debet priuilegium prelationis auferri cui competit, vt l.assiduis. C.qui pot.in pign.hab. &

59 c.qui prior est tempore.de reg.iu.lib.vj.† Ad præmissa facit text.not.in c.dilecta.in fi.de excess.prælat. vbi not.quòd semel certo vtens singulari & proprio sigillo, potest alios prohibere, ne illo tali sigillo vtantur, quando cognoscit, quòd in sui vterentur præiudicium. Putà quia vsurpans nunc sigillum non est persona ad sigillandum fidelis. Ex quo prior sigillans,qui tali signo præutebatur, diffamaretur. Ideo dicunt Doct.quòd si aliquis tenere volens diuersorium præueniat, occupet aliquod signum, poterit omnes alios posteriores prohibere, ne in illo loco vel ciuitate signo tali vtantur, quia sua interest, vt quia fortè propter eius famam & diligentiam cuncti viatores ad ipsum concurrebant: nunc autem diffamaretur, saltem fama hospitij diminueretur,si alius non ęquè idoneus, fidelis, & seruitialis inter signium illud sibi assumeret: quod tolerandum non est in præiudicium primi occupantis. Pariter deciperentur viatores & peregrini, qui sub confidentia, & fama intersignij malè tractarentur in domo secundi in eorum præiudicium & reipublicæ: cuius interest securè per itinera commeari. l.j.ff.de his qui effu.vel deiec.& fideliter hospitari.l.j. vbi Bart. ff.furt.aduers.naut.caup.& stab. ad hoc facit ☞ quod per illum text.decidit Ioan.de Pla.in l.stigmata. C.de fabr.libr.xj.vbi dicit,quòd tabellio & mercator fideles,& bene famati prohibere possunt, ne alius faciat eorum signum seu marcam. Et idem in optimo gladiorum artifice, gladios propter artis peritiam,& sui operis bonitatem bene vendente. Nam eius interest, ne alius imperitus artifex tale signum assumat, ne confusio operum inducatur, & primi boni artificis diffamatio. Et idem in effectu,vt plenè decidit Bal.in l.ij.C.quę res vend.non pos.Similiter prodest ad probandum rerum dominia. Nam agens pro bene signato, & marcato signo gregis sui, licet aliâs non probet dominium, tamen sufficit, quòd illo solo marco marcatus,& signatus reperiatur.cap.displicet.xxiij.q.iiij. vbi, Et vos oues Christi estis: characterem dominicum portatis, secundum Luc.de Pen. in d.l.stigmata. Quinimò de his plus dicit Bart.in tract.de insig.& armis. ij.& iij.col. quòd quia interest reipublicæ, quòd signa bonorum magistrorum cognoscantur,ne interdum vnus imperitus pro perito assumatur,aut peritus per imperitum in suo opere diffametur, & ne populus decipiatur,potest,imò debet iudex ex suo officio, etiam parte cuius interest non requirente, nec conquerente, ne signum boni magistri assumatur prohi-

60 obere: † quia quoties officium iudicis tendit in bonum publicum,iudex potest illud impartiri non requisitus, secundum Bart. ibi, & plenè in l.iiij. §. hoc autem. ff. de dam.infect. & Panorm.in c.bonæ memoriæ.lo j. de postul.prælat. Caueat tamen, qui tale ius prælationis habet, quòd non reddat se actorem in petitorio, quia si hoc faceret, non posset, lite pendente vti tali iure. Bald.per illum text.in l.j.C.vt nemi.lic.sine iud.auct. sign. imprimere rebus. Sed experiatur remedio possessorio, præsertim retinendæ possessionis, aduersarium velut turbatorem repellendo,quoniam aliter a-

61 gendo præsupponeret aduersarium possidere.† Vlterius facit, quod dicunt Doct. in l. mimæ. C. de episc. audien.vbi decidunt,quòd meretrices prohiberi possunt vestibus vti honestarum mulierum: ne inter eas fiat honestatis, & turpitudinis seu castitatis,& libidinis confusio, & ne vna sumatur pro alia, aut honestæ matronæ scorta putentur seu existimentur. * *Refert & sequitur Ranchin.concl.146. part.1.l.item apud Labeonem.§.si quis virgines.ff.de iniur.facit glos.in l.si qua* ☞ per calumniam.in fin.C.de episc.& cler. [Sunt enim turpes personæ meretrices,adeò quòd si in testamento alicuius extranei meretrix hæres institueretur, frater testatoris præteritus posset querelare testamentum, vt plenè habetur j.super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, in secundo successionum ab intestato

62 articul.in fi.] † Qua ratione & aliis,motus fuit beatus rex Ludouicus, & ordinauit anno Domini M. CCLIIII. in mense Nouembri, quòd meretrices publicè morari non permittantur in ciuitatibus & villis, ne suo exemplo virgines alliciant, vel matronas ad meretricandum, nec etiam in campis propter concursum plurium in meretrice, ne se interficiant: sed morari debent in aliquo loco remoto non solitario,sed publico ad hoc deputato,vbi nec malo exemplo,nec scandalo, propter eas turbari possit respublica,vel honestas.l.& ancillarum.ff.de petit.hær. Cuius quidem ordinationis tenor sequitur in hæc verba:

63 † Expellantur publicæ meretrices tam de campis, quàm villis,& factis monitionibus,& prohibitionibus bona earum per locorũ iudices capiantur, vel eorum authoritate à quolibet occupentur, etiam vsque ad ☞ tunicam & pelliceum. [Hęc ordinatio est hodie,per dom.Aufrer. situata prima, in tit. de vita & hon.offic, & subditorum. & in tit. de adult.] Qui verò domum

publicæ

publicæ meretrici scienter locauerit, volumus quòd ipsa domus incidat domino in commissum, & fortius à ciuitatibus, & villis sunt lenones & lenæ expellendi, per tex.in §.sancimus.in auth.de leno.col.iij.vbi mandat imperator eos velut pestiferos, & castitatis vastatores expelli, cum multò plus peccent,quàm meretrices, qui sua pestifera suasione aut receptatione iuuenes inficiunt masculos, & mulieres. l. Athletas. §. ait prætor qui lenocinium.ff.de his qui not.inf. exemplo hæreticorum. l. nullus. C.de sum.Trinit. vbi Gul.de Cug.dicit idem in pestiferato,vt à villa [De quo expressè habetur ĩ.super verbo,*Testamentum*.j. dum loquitur de testamento facto tempore pestis.] & idem de lenonibus.[De quibus Baptista Mantuanus,contra impudicè scribentes sequendo Platonem,sic dicit: Hi sunt quos statuens sancti cõsortia cœtus, Esse procul iusta iussit ab vrbe Plato.Fautores scelerum corruptoréque iuuentę In mala deceptum plurima vulgus agunt.Vnde non sine causa lex noua in d.§.sancimus. vult eos omnia nouissima sustinere supplicia,quę mortem interpretamur. l.vltimum.ff.de pœ.] Sicut de leprosis in l.cum supra virentes.in fi C.de re mil.lib.xij. tenet Ioan.de Pla.quòd à villis,& ciuitate expelli possunt. [Sunt enim omni infamia turpes,ita quòd si in testamento aliquis leno instituereturhæres,posset frater testatoris querelare testamentum,vt habetur in fi. d.ij artic.vbi ś.alleg.] Si ergo ne confusio probitatis, aut operum , vocis vel famæ fiat , talia prohiberi possunt,vt dictum est,multò magis vbi timetur de confu-
64 sione & coniunctione nationum & sanguinis. † Ideo videmus Iudæos & meretrices signum portare , c. in nonnullis.ĩ.de Iudæ. & l.Iudęos,quos.C.illo e.tit.vbi dicitur,quòd Iudęi à Christianis distingui debent habitu,& nomine,ne Christianus pro Iudæo vexetur.Et idem de hæreticis, per l.j.C.de sum.Trin.in fi.ibi,dementes &vesani:& non solùm nomine distinguuntur, sed etiam habitatione,cùm à villis & ciuitatibus eiici debeant.l.nullus.tit.præall.de sum.Trinit.Sicut sacra scriptura plurifariè à villis,& castris leprosos expelli præcepit,satis intelligens etiam de hæreticis spirituali lepra tactis: qui sicut corpore cum sanis & veris catholicis,sic etiam nec nomine communicare debent.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

ET quia in memoria paterna radicata esse creditur causa filiorum de quibus pater primo loco præsumitur cogitasse, cùm eos plus diligat, quàm seipsum. l. isti quidem. ff. quod met. caus. [Circa quòd vide quæ habentur ĩ. dum loquetur de pacto de non succedendo.] Imo vltrà,quàm deceat.in auth. quib.mo.nat.ef.leg.§.illud.coll.vj.iuncta gl.super verbo,vltra quàm.inde dicitur filius à φίλος Græcè,quod est amor Latinè.l.liberorum.vbi Bart.ff.de verb.sign. Naturalis enim stimulus patrem hortatur ad cogitandum pro liberis. l.amicissimos. §.fi.ff.de excus.tut. & l.Aurelius. §.Titius. ff.de lib. leg. Imò omnia filiis ex voto paramus.l.scripto.ff.vnde lib.& l.nihil interest. ff. de bon.lib. Adeò quod amore filiorum ita quidam capti fuerunt,quòd proprias vxores filiis, aliàs morituris tradere non dubitarunt,vt de Seleuco Asiæ rege refert Valer.lib v. tit.vij.de indulgentia patrum in liberos,circa fin. [Fuit hoc mirabile,quia communiter mallet quis filio suo priuari, quàm cucurbitari: vt habetur ĩ.super verb. *Cuidam Petro tradiderunt*.] Cæterum,inquit,vt ad iucundiora cognitu veniamus,Seleuci regis filius Antiochus nouercæ Stratonices infando amore correptus,memor quàm improbis facibus arderet,impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. Itaque diuersi affectus iisdem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas, & maxima verecundia ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipse Antiochus in lectulo moribundo similis, lamentabantur necessarij, pater mœrore prostratus de obitu vnici filij , déque sua miserrima orbitate cogitabat , totius domus funebris magis , quàm regius erat vultus , sed hanc tristitiæ nubem Leptini mathematici, vel, vt quidam tradunt, Erasistrati medici prouidentia discussit. Iuxta enim Antiochum sedens , vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & spiritu increbrescere, eáque egrediente pallere , & excitatiorem anhelitum subinde recuperare animaduertit , curiosa obseruatione ad ipsam veritatem penetrauit. intrante enim Stratonice, & rursus abeunte brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo,modò vegetiore, modò languidiore pulsu venarum,comperit cuius morbi æger esset. Protinúsque id Seleuco expositi, qui charissimam coniugem, scilicet Stratonicem , filio suo cedere non dubitauit, quòd in amorem filius incidisset , fortunæ acceptum referens,scilicet pater,quòd dissimulare eum,scilicet filium , vsque ad mortem paratus esset, ipsius pudori imputans. Subiiciatur animis senex,qui scilicet natura Zelotypus esse consueuit, amans, id est, amor adolescentis filij, atque ad mortem eius insignis moderatio,iam patebit quàm multa, quámque difficilia paterni affectus indulgentia superauit. Hæc ille. Quia paternus affectus omnem vincit affectum. l.fin. C.de curat. fur. Nec possunt viscera parentum erga filium non commoueri. c.afferte. de præsum. & xxiij. q. iiij. can.ea vindicta. quod patenter deduxit Christus in exemplum, Luc.ij.in fi.ad quem dolens pia mater,Fili, ait , quid feciſti nobis sic ? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te , &c. Vnde Statius in Thebaide.Prolis,inquit, amor crudelia vincit pectora, scilicet ad diligendum etiam prolem indignam , & malè versantem. Prout exemplo tradidit Dauid etiam rex, & prophetarum eximius:audita filij sui Absalonis ingratissimi eum hostiliter in ore gladij persequentis, morte , continere non potuit , sed contristatus ascendit cœnaculum portæ , & fleuit sic loquens : Fili mi Absalon,Absalon fili mi,quis mihi tribuat,vt ego moriar pro te?Absalon fili mi,fili mi Absalon. ij.Reg.18. Aliud exemplum in Euangelio Christus nobis tradidit, Luc.xv.de filio prodigo,qui rediens fuit benignè receptus à patre. facit text.opt.in §.fi. inst.de nox.act. Similiter Inachus Io filiam cum Ioue luxuriatam, quam Ouid.Metam.lib.j.ob hoc in vaccam à Iunone conuersam fingit, collo & cornibus filiæ pendens eam osculando,Me miserum,exclamat pater Inachus, inque gementis Cornibus , & niueo pendens ceruice Iuuencæ , Me miserum ingeminat, túne es quæsita per omnes Nata mihi terras ? tu non inuenta reperta es. At tibi ego Inachus thalamos tedáque parabam. Spésque fuit generi mihi prima , secunda nepotum. Nec finire licet tantos mihi morte dolores,&c. Nec quis vnquam odio habuit carnem suam. xiij.q.ij. non æstimemus.& l.ij.ff.de recept. imò legitur ij.Reg.vij. capit.vbi Nicol. de Lyra , quòd lex Adam est,vt quilibet solicitus sit considerans prosperitatem posteritatis suæ , iuxta illud Poeticum j. Æneid. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis, & Tull. libro primo Offic. Vnicuique , inquit , nostrûm chari sunt liberi.

Et

BIU Cujas

Et profectò inter patrem & filium nexus quidam diuinus.l.penult.§.j.C.de adopt.Imò mater filiæ incrementum, & honorem videtur diligere. c.super eo.de testib. Quod clarè dicitur ostendisse mater filiorum Zebedæi, quæ Matth.xx. ait ad Christum: Dic vt sedeant hi duo filij mei,vnus ad texteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo,&c.[Caroli magni ecclesia Compostellæ ordinatur, & extruitur in honorem S. Iacobi: & impletur petitio Mariæ Zebedæi, quia Ioannes à dextris apud Ephesum, & Iacobus à sinistris.Roma in medio pulchrè,vbi sedes Christi in æternum situata est,iuxta illud Ænei.j. Imperium sine fine dedi multósque per annos,&c.Hæc in fasciculo temporum.] Vnde cùm semel quidam filium proprium propter scelus grauissimum capitaliter puniendum diuo Pio obtulisset, benignus Imperator non morte quam meruerat,sed leuiori castigatione,ne videretur pater ad supplicium filium obtulisse, ipsum emendauit. l.milites agrum. §.desertorem.ff.de re mil. [per illum text. dicunt Sal.& Paul.in l.propter insidias. C. qui accus.non pos. dari cautelam, vt quis pro crimine non occidatur, quòd pater eum offerat iudici, quo facto iudex ei mortem inferre non debet. De quo vide per Barth.Cæp.in tract.de caut.aduoc.in prin.Ne pater dicatur esse causa mortis filij, quia esset contra naturam: vt patet ex iam dictis. An autem teneatur dominus exhibere iudici seruitorem suum,aut subditum malefactorem. vide Bald.in c.j. §. si iudex.tit. de pace ten.]Cogito profectò non eo animo patrem filium ei obtulisse,vt occideretur:sed potius vt indulgeretur.l. iij.in fi.C.de patr.pot. quia(vt dixi)non est amor,qui vincat paternum erga liberos,de quibus primò cogitauit noster Raynutius,ideo subditur in tex.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ Duas habens filias.

1 *Filiæ necessariò sunt à patre hæredes instituendæ, aut exhæredandæ,sicut & masculi.*
2 *Filiæ succedunt iure patronatus ecclesiastico.*
3 *Præsentatus per mulierem,in causa dotis præfertur præsentato per virum.*
4 *Fœminæ in quibus casibus non æqualiter succedant cum masculis.*
5 *Fœminæ visæ pugnare,& bella gerere.*
6 *Minerua dicta Tritonia.*
7 *Diana nemorum ac montium Dea.*
8 *Artemisia Halicarnassæorum regina Rhodum subegit.*
9 *Semiramis Assyriorum regina Abrahæ seculo floruit: Æthiopes subegit,& Indis bellum intulit.*
10 *Pithadoris Ponti regina,quæ bella gesserit.*
11 *Panthasilea Amazonum regina.*
12 *Thomiris Scytharum regina Cyrum cum ducentis millibus Persarum obtruncauit.*
13 *Cloelia virgo Romana insignis.*
14 *Ioanna Darco dicta,la pucelle de France.*
15 *Fœminæ quæ consilio & industria viguerunt.*
16 *Reginæ cuiusdam sagax consilium.*
17 *Flandria comitatus dignitatem accepit à Carolo Caluo Francorum rege.*
18 *Fœminæ olim sanctitate insignes, & arma cum laude tractarunt,& literis ornatæ fuerunt.*
19 *Mulieribus homines assurgunt, in via eis cedunt, & in sedibus eas præponunt.*
20 *Mulieribus homines assurgere olim sancitum.*
21 *Mulieres impetrare possunt officium iudicis contra homines eis in via cedere nolentes.*
22 *Mulieres vti aurea & purpurea veste,aureisque fibulis & armillis olim sancitum.*
23 *Statuto perlas portari prohibente mulieres non comprehenduntur.*
24 *Mulieres propter sexus fragilitatem molles sunt ad belli pondera sustinenda,& iudicia discretè exercenda.*
25 *Mulierum proprium est vitare bella,& fugere congressus.*
26 *Proconsules vetantur secum ducere vxores.*
27 *Fœminæ quando amant,vehementius amant,quàm viri.*
28 *Viri vltra modum amantes dicuntur effœminati.*
29 *Mulieres sunt communiter garrulæ.*
30 *mulieres in causis feudalib.testimonium ferre non possunt.*
31 *Feudi successio habet quatuor considerationes,propter quas fœminæ non succedunt.*
32 *Feudo nec fœminæ succedunt, nec masculi ab eis descendentes.*
33 *Fœminæ feudo succedunt in casibus.*
34 *Clerici sunt feudi capaces, in casibus in quibus fœminæ sunt capaces.*
35 *Feudum reuocare non potest dominus, si pro eo pecuniam accepit.*
36 *Princeps reuocare non potest concessionem captæ pecuniæ factam.*
37 *Officiarij quandiu regi placuerit creati,an reuocari possint.*
38 *Officia regia vacare non possunt,nisi in tribus casibus.*
39 *Rege mortuo an dicantur officia vacare.*
40 *Officiarij etiam gratis creati, non possunt sine iusta causa priuari.*
41 *Tiberij imperatoris salubre consilium de officiariis non mutandis.*
42 *Sesostris in suos magnificentia.*
43 *Quintius Flaminius omnes Græciæ vrbes liberas esse iussit.*
44 *Officia in regno Franciæ esse perpetua ordinauit Ludouicus vndecimus.*
45 *Mandatum, re non integra, etiam morte mandantis non potest reuocari.*
46 *Locatenentes non posse sine causa reuocari.*
47 *Officiarij possunt in ius vocari durante officio.*
48 *Officiarios non posse contrahere,nec possessiones nouas acquirere,durante officio,statuit rex Ludouicus.*
49 *Iudex nec de rebus, de quibus coram ipso agitur, nec cum partibus contrahere potest.*
50 *Officiarius nullus mercantiam exercere potest,nec participare cum aliquo.*
51 *Officiarius nec mutuum contrahere potest.*
52 *Proofficiis publicis an licitum sit dare vel accipere pecunias.*
53 *Officia an vendere possint principes.& num.54.*
55 *Experientia rerum magistra.*
56 *Officia mercari vetuit rex Ludouicus.*
57 *Officia iure vendi prohibentur.*
58 *Beneficium principis data pecunia obtentum, non posse reuocari,quomodo intelligatur.*
59 *Cathedras doctorales vendi non posse.*
60 *Officium aut dignitatem, an quis sine peccato possit appetere.& num.61.*
62 *Prælaturas non peti,sed præstari debere.*
63 *Officia duo secularia vnus tenere non potest.*
64 *Fœmina tenere potest feudum,si eum pecunia redemerit.*
65 *Fœmina feudum fœmineum tenere potest deficientibus masculis,non aliàs.*
66 *In feudali materia verbum,hæres,pro masculo accipitur.*
67 *Fœminæ in feudo succedunt ex consuetudine vel statuto, vt in regno Franciæ.*
68 *Fœminæ in Gallia succedunt in feudis ligiis & non ligiis.*
69 *Feuda in regno Fran.venduntur,impignorãtur,et veniunt in*

BIU Cujas

in generali obligatione bonorum.
70 *Testari quis potest de feudis.*
71 *Vendi possunt feuda, & homines ipsi subditi sine ipsorum consensu.*
72 *Fœmina in feudo regali succedit de iure communi, sed non in regno Franciæ.*
73 *Salicæ legis tenor.*
74 *Salica lex quid, & vnde dicta. & num. 75.*
76 *Pharamondus primus Francorum rex, sub quo Salica facta est.*
77 *Colonia ciuitas Germaniæ per Francos ædificata.*
78 *Franciæ regnum filiabus non competere.*
79 *Franciæ regnum à Deo institutum, sicut regnum Israel.*
80 *Clodouei regis ad Christi fidem conuersio de consilio vxoris.*
81 *Ampulla cœlitus missa ad regis vnctionem.*
82 *Clodoueus templum diuæ Genouefæ Parisiis extruxit.*
83 *Clodouei in Gothos victoria.*
84 *Tolosæ seruabatur thesaurus Gothorum.*
85 *Lilia & auriflamma regum Franciæ.*
86 *Miracula quatuor in baptismo Clodouei.*
87 *Liliorum quæ in scuto regum Franciæ depinguntur expositio.*
88 *Virtutes candidæ & lucidæ, peccata verò nigra.*
89 *Clementia principi necessaria.*
90 *Rex libenter omnes audire debet, & officiarios ad se venientes benignè recipere. & num. 91.*
92 *Theodoricus rex toto anno non videbatur.*
93 *Carolus magnus multa corpora sanctorum Tolosam adduxit.*
94 *Philippus pulcher Francorum rex contra Mahumetos.*
95 *Blasphemantium pœna, quæ Tolosæ seruatur. & num. 96.*
97 *Iudæos regno expulit rex Philippus.*
98 *Saracenos persecutus rex Philippus.*
99 *Coronam Christi spineam à Balduino habuit rex Philippus.*
100 *Lilia quare aurea in scuto regis Franciæ.*
101 *Sapientia quare auro comparatur.*
102 *Lætum semper decet esse principem.*
103 *Princeps quibus rationibus debet auro assimilari.*
104 *Amor in principe erga subditos maximè requiritur.*
105 *Auro debet esse similis princeps.*
106 *Seculi huius status pelago comparatur.*
106 *Iustitia quid, & eius encomium.*
107 *Lilij flores quare tres in scuto regum Franciæ.*
108 *Trinitas est in Christi persona.*
109 *Tres peccatorum radices.*
110 *Concupiscentia oculorum est secunda radix peccati.*
111 *Superbia est tertia radix peccatorum.*
112 *Rex inter alia laudabilia opera, debet religionis hostes expugnare.*
113 *Lilia quare in scuto regis Franciæ habent colorem sapphyrinum.*
114 *Sapphyrus colore suo cælesti trahit ad cælestia desideria.*
115 *Color aureus, rubeus, vel azureus sunt reliquis nobiliores in armis, seu insignijs.*
116 *Fœminæ in Francia non succedunt, sed bene in regno Nauarræ & Apuliæ. & num. 118.*
117 *Fœminæ sicubi in regno succedant, est ex particulari legis consuetudine, vel vsurpatione.*
119 *Vxor regis, aut vidua vocatur regina, tamen ius in regno non habet.*
120 *Angli qua ratione se reges Galliæ putent. & num. 121.*
122 *Edoardus rex Angliæ paruit sententiæ, qua est à regno Galliæ exclusus.*
123 *Carolus Valesius Arteuellem prius famulum, deinde hostem habuit.*
124 *Filia non succedit, nec masculus ex ea genitus, in regno Galliæ.*
125 *Emphyteusis an sint fœminæ hæredes, & an veniant appellatione filiorum.*
126 *Fœminæ quibus casibus cum masculis non succedant.*
127 *Filia dotata, stantibus masculis non succedit.*
128 *Statutum quando dicatur habere vim iuris ciuilis vel prætorij.*
129 *Statutum filias dotatas excludens est fauorabile.*
130 *Iniuriæ defuncti vindicta ad solos masculos pertinet.*
131 *Honestas familiarum diuitiis conseruatur.*
132 *Diuitiæ sunt maximum adiumentum honestatis familiæ.*
133 *Familiæ appellatione venit agnatio.*
134 *Parentes plus diligunt masculos, quàm fœminas.*
135 *Plato de quatuor rebus Deo gratias agebat.*
136 *Masculinum sexum esse fœminino nobiliorem ostendit ordo creationis.*
137 *Dignitas virilis sexus maior, quàm fœminei.*
138 *Monachus dispensari potest ad matrimonium, donec filium susceperit.*
139 *Statutum quòd masculus fœminam excludat, extenditur ad Iudæos incolas.*
140 *Statutum filias excludens non extenditur ad bona extra territorium sita.*
141 *Statutum filias excludens, vt locum habeat, duo requiruntur.*
142 *Statutum puniens falsos testes locum habet in producente vnum.*
143 *Masculus an filias excludat, si fuerit monachus.*
144 *Masculus etiam testiculis carens filias excludit.*
145 *Statutum filias excludens locum non habet in clericorum hæredibus.*
146 *Bastardi sorores legitimas non excludunt, etiam si fuerint legitimati.*
147
148 *Legitimare quid sit.*
149 *Filij legitimi, siue adoptiui filias non excludunt.*
150 *Filius sicut fœminas excludit, ita & nepos ex eo.*
151 *Extensio quando propriè fit.* 152.
153 *Nepos ex filio excludit neptem ex alio filio.*
154 *Masculi fœminas excludunt, quando sunt hæredes patris, secus si extranei.*
155 *Statutum filiam excludens intelligitur, si fuerit dotata.*
156 *Dos data pro matrimonio spirituali, scilicet moniali, an filiam excludat.*
157 *Dotata an intelligatur filia per solam dotis constitutionem, vt statuto excludatur. & num. 158. & 159.*
160 *Sponsa simplex non intelligitur maritata, vt statuto excludatur.*
161 *Maritatæ appellatione non venit sponsa in odiosis.*
162 *Dotis promissio filiam non excludit, vbi statutum requirit dotem datam, & traditam.*
163 *Verbum simpliciter prolatum intelligi debet in potiori significatu.*
164 *Monialis an intelligatur dotata, & exclusa.*
165 *Conditio adiecta vni legato, quando repetita censeatur in alio.*
166 *Filiam sufficit semel fuisse dotatam, vt excludatur.*
167 *Dotari à quibus debeat filia, vt exclusa censeatur.*
168 *Dotata intelligitur filia, quando per eam stetit. & n. 169.*
170 *Dotari à fratre non potest soror, vt à patris mortui hæreditate excludatur.*
171 *Facultas dotandi filiam an transeat ad hæredes.*
172 *Statuta intelligi debent secundum leges vltimarum voluntatum.*
173 *Statutum non potest dare potestatem tertiæ personæ filiam dotandi, vt excludatur.*
174 *Filia non excluditur, nisi à successione dotantis.*
175 *Statutum filiam dotatam excludens, etiam excludit totam eius sobolem.*
176 *Filia exclusa, excluditur etiam neptis ex filio.*
177 *Filia dotata etiam excluditur à bonis quæsitis ex contractu patris.*

BIU Cujas

178 *Filia statuto exclusa testamentum patris, in quo præterita est, non potest impugnare.*
179 *Filia statuto exclusa petere non potest legitimam, nec supplementum eius.*
180 *Filia statuto exclusa agere potest, vt congruè dotetur.*
181 *Pater non prohibetur filias statuto exclusas instituere, etiam in testamento minus solenni.*
182 *Voluntas testatoris interpretanda est secundum consuetudinem regionis.*
183 *Statutum filias excludens nulla de dote facta mentione, an valeat.*
184 *Iudæi an statuta regionis seruare debeant.*
185 *Statutum ad præterita non trahitur.*
186 *Filiæ agere possunt vt dotentur, etiam si statuto eas excludente id non contineatur.*
187 *Statutum filias excludens intelligitur, si masculi supersint.*
188 *Filia statuto exclusa non repellitur à fratris successione.*
189 *Masculum nasci quando melius est, quàm fœminam.*
190 *Filiæ non succedunt, si dote contentæ renunciârunt.*
191 *Pactum de succedendo est omni iure prohibitum.*
192 *Pactum de succedendo, quibus rationibus improbetur.*
193 *Pactum de succedendo, in quibus casibus valeat.*
194 *Pactum de succedendo an possit iuramento firmari.*
195 *Iuramentum esse non debet occasio mali.*
196 *Dispositiones contra bonos mores, sunt impossibiles.*
197 *Pactum de succedendo an possit consuetudine firmari.*
198 *Pacta nobilium vt primogenitus succedat, an valeant.*
199 *Conuentionales institutiones & substitutiones, in quibus casibus valeant. & num. 200.*
201 *Votum captandæ mortis, quando non facilè præsumatur.*
202 *Donatio causa mortis non dicitur, vbi mentio mortis non est causa donandi.*
203 *Pactum de succedendo inter milites valet.*
204 *Pactum de succedendo inter duos vicißim factum, habet priuilegium.*
205 *Promißio bonorum post mortem, valet.*
206 *Pactum de succedendo ad pias causas factum, valet.*
207 *Ecclesia nunquam moritur.*
208 *Ecclesia aut eius ministri nullam patiuntur suspicionem malam.*
209 *Adulterij præsumptionem habet deprehensus in domo, in qua est pulchra mulier.*
210 *Clerici mulieres frequentare non debent, nec commatres facere.*
211 *Pia causa quacũq; dispositione nominetur hæres, succedet.*
212 *Pia causa an possit in contractu hæres institui.*
213 *Pactum de succedendo in multis casibus valet. & nu. 214. 215. 216. & 217.*
218 *Pactum de successione conseruanda an valeat.*
219 *Pacto potest ius succedendi seruari, vbi quis de rigore iuris esset exclusus.*
220 *Pacto an possit successio seruari, vbi quis est propter delictum exclusus.*
221 *Ingratitudine priuatus potest sibi successionem pacto seruare.*
222 *Doctor ob delictum priuatus non potest denuo doctorari.*
223 *Remotus ab officio vel dignitate propter vitium personale, nunquam amplius admittitur.*
224 *Notarius ab officio depositus non potest iterum creari tabellio.*
225 *Pacto non potest seruari ius per futurum delictum amittendum.*
226 *Pactum futuræ ingratitudinis remissiuum, an possit iuramento firmari.*
227 *Dolus præteritus remitti potest.*
228 *Pacto remitti non potest vasallo felonia, aut dolus futurus.*
229 *Mænius centurio diui Augusti fidissimus miles.*
230 *Marcus Curio exactissima norma Romanæ frugalitatis.*
231 *Fabricij Romani consulis memoranda fidelitas.*
232 *Camilli Romani egregium facinus.*
233 *Lælius Crassus iustitiæ exemplar.*
234 *Felonia committenda ex reuerentia non præstita remitti pacto potest.*
235 *Pactum de futura successione certo modo diuidenda vel disponenda, an valeat.*
236 *Pactum de hæreditate certo modo diuidenda, in quibus casibus valeat.*
237 *Pactum de non succedendo an valeat. & 238.*
239 *Pactum restrictiuum libertatis liberti, non valet.*
240 *Pactum de non succedendo valet in patre filium emancipante.*
241 *Pactum de non succedendo valet in filio spurio.*
242 *Pactum de non succedendo valet accepta legitima.*
243 *Pactum de non succedendo valet post mortem eius de cuius successione agitur.*
244 *Iura primogenituræ vendi possunt, & renunciari.*
245 *Iacob an peccauerit supplantando fratrem suum Esau.*
246 *Pactum de non succedendo potest consuetudine vel statuto firmari.*
247 *Pactum de non succedendo potest iuramento firmari.*
248 *Filia cum iuramento renuncians non succedit.*
249 *Filius tacens annis triginta, et ita exclusus ex capite, vnde liberi, adhuc habet alios xxx. ex capite vnde legit.*
250 *Filia hæreditati paternæ renuncians, non erit exclusa à bonis fratris.*
251 *Filia soli patri renunciare potest, etiamsi statutum duorum consanguineorum præsentiam requirat.*
252 *Naturalis pietas doli præsumptionem excludit.*
253 *Patri rem filiæ obligare volenti facilius consentitur, quàm extraneo tutori.*
254 *Statutum in contractibus filiæ duos proximiores requirens, locum non habet vbi ea cum patre contrahit. vide num. 256.*
255 *Patre vendente bona filij non requiritur iudicis decretum.*
256 *Episcopus, quasi pater pauperum, et legitimus administrator, potest vendere res immobiles sine iudicis decreto.*
257 *Fratris maioris, & rem minoris gubernantis, præsumitur metus reuerentialis.*
258 *Statutum non potest derogare iuramento.*
259 *Secularis potestas non potest infringere id, quod ortum habet ab ecclesiastica.*
260 *Renunciatio à filia patri facta valet ante & post matrimonium, etiamsi ipsa non sit à notario certiorata de beneficio legis.*
261 *Filia renuncians præteriri in testamento potest: nec computatur in numero liberorum ad taxandum legitimam. 262.*
263 *Filia quæ successioni renunciauit, an petere possit iuramenti relaxationem.*
264 *Enormissima læsio est iusta causa relaxandi iuramentum.*
265 *Enormis læsio qualiter faciat relaxari iuramentum.*
266 *Renunciatio iurata an extendatur ad bona per patrem postea quæsita.*
267 *Iuramentum sine iusta causa etiam à papa relaxari non potest in præiudicium alterius.*
268 *Papa non potest tollere obligationem iuramentalem etiam laico quæsitam.*
269 *Papæ & imperatoris iurisdictiones sunt distinctæ, & vna non potest aliam impedire.*
270 *Iudex secularis adiri potest, & cogere ad iuramenti obseruationem.*
271 *Papa iurans ligatur, nec seipsum potest absoluere.*
272 *Superioris authoritas in omni actu semper excepta, quomodo intelligitur.*
273 *Iuramenti dispensatio semper debet peti, nisi vrgeat necessitas*

BIU Cujas

ceſſitas, & ſuperior adiri non poſſit.

274 *Vtilitas magna æquiparatur neceſſitati.*

275 *Diſpenſatio à iuramento ſine cauſa facta, etiam in foro ſeculari non eſt tenenda.*

276 *Renunciatio iurata nedum filiam, ſed & nepotes ex ea excludit.*

277 *Iuramentum duo parit vincula, perſonale, & reale.*

278 *Iuramentum, quo ad vinculum perſonale ſiue ſpirituale, non tranſit ad hæredes.*

279 *Iuramenti vinculum reale, pacti confirmatorium, tranſit ad hæredes.*

280 *Renunciationem filiæ iuratam nepotes excludere quomodo intelligantur.*

281 *Ius accreſcendi potentius eſt, quàm edictum ſucceſſorium.*

282 *maſculi cum iuramento renunciantes etiam excluduntur.*

283 *Filius propter expenſas ſtudij ſine iuramento hæreditati renuncians, licet non excludatur, illas tamen expenſas computabit.*

284 *Renunciatio iurata an excludat à bonis emphyteuticariis, vel feudalibus.*

285 *Renunciatio per filiam in manibus vnius fratris facta, an reliquis proſit.*

286 *Filia quæ cum iuramento renunciauit, in quibus caſibus ſuccedat.*

287 *Renunciatio non trahitur ad ius de nouo ſuperueniens.*

288 *Licentiatus qui iurauit doctoratum alibi non aſſumere, poteſt alibi ex nouo examine doctorari.*

289 *Iuramentum non firmat contractus infidelium.*

290 *Renunciatio iurata non ligat eum, qui priùs non renunciare iurauerat.*

291 *Iuramentum primum quando præiudicet ſecundo.*

292 *Filia impubes quæ renunciauit, non ligatur iuramento.*

293 *Filia non obſtante renunciatione agere poteſt, vt congruè dotetur.*

294 *Iuramentum habet vim ſpecifici conſenſus, & qualiter intelligatur.*

295 *Iuramentum ſupplet conſenſum ſpecificum ipſius iurantis, non alterius.*

296 *Filiæ renunciantis portio pertinet ad hæredem vniuerſalem, quamuis extraneum.*

297 *Filia renuncians fauore fratrum, qui poſtea moriuntur, readmittitur.*

298 *Filia renuncians ſalua legitima ſucceſſione, videtur fauore maſculorum renunciare.*

299 *Epiſcopus an relaxare poſſit iuramentum parte non vocata.*

300 *Iuramentum parit exceptionem litis finitæ impedientem omnem nouæ litis ingreſſum.*

¶ Duas habens filias.

Æ duæ filiæ, ſcilicet Alterocha, & Adiecta erant naturales, & legitimæ filiæ Raynutij, vt dicit hæc gl. in princ. & latiùs dicetur ĵ. ſuper verbo, *vxorem nomine Adelaſiam.* [An autem appellatione filiorum vel filiarum veniant nepotes, & deinceps recta linea deſcendentes, habetur plenè ĵ. ſuper verbo, *tandem ſine liberis eſt defuncta.*] Et ſic potuerunt patri ex teſtamento ſuccedere prout fecerunt, quia vna videlicet Adiecta directè, alia verò ſcilicet Alterocha ſucceſsit indirectè per fideicommiſſum. Primò tamen, & interim ei relicta iure inſti-
1 tutionis certa portione, vt ĵ. videbitur. † Quemad- 3
modum enim liberi maſculi ſunt à patre neceſſariò hæredes inſtituendi, aut nominatim exhæredandi, vt plenè dicetur ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens.* Sic etiam filiæ neceſſariò ſunt hæredes inſtituendæ, vel nominatim exhæredandæ. Cùm hodie, quo ad hoc, ſublata ſit differentia ſexus, nec eas ſufficeret inter cæteras exhæredare, prout hactenus ſufficiebat. Inſtit. de exhær. lib. §. j. Quinimò tales, qui differentiam ſexus obſeruant, ſunt naturæ accuſatores, quæ in procreando filias non magis peccauit, quàm ſi maſculos edidiſſet. Cùm in vtriuſque natura æqualiter operetur. l. maximum vitium. C. de lib. præt. vel exhæredat. Adeò, quòd in ſtatu innocentiæ ſi Adam non peccaſſet, non ſolùm maſculi, ſed etiam fœminæ fuiſſent in illo ſtatu generatæ, quia natura ſic proceſſiſſet generando, ſicut Deus eam inſtituerat in humana natura marem, & fœminam creando. Gen. j. & ij. c. Quinimò dicit Thom. in j. parte q. xcix. artic. ij. quòd tot & non plus generatæ fuiſſent fœminæ, quot mares, licet in præſenti ſtatu interdum plures generentur, quàm maſculi, & econtrà, vt ĵ. dicetur, quia in iſto ſtatu poſt peccatum, corpus non eſt ita animæ ſubiectum, ſicut erat in ſtatu innocentiæ, vt ſcilicet ſecundum voluntatem generantis diſtingueretur ſexus in prole, vt ſic tot eſſent fœminæ, quot mares, vt quælibet haberet virum ſuum, & vir vxorem vnicam. Ideo æqualiter cum maſculis etiam ab inteſtato ſuis ſuccedunt parentibus: ſiue agatur de ſucceſsione parentum aſcendentium, ſiue deſcendentium, aut collateralium: & ſuccedunt cum maſculis abſque diminutione tertiæ partis, quæ olim eis auferebatur, & maſculis accreſcebat. l. meminimus. C. de legi. hæred. & Inſtit. de hær. quæ ab inteſt. deferun. §. item vetuſtas. & in auth. defuncto. C. ad Tertill. Adeò, quòd verificari poteſt ☞ dictum Apoſtoli ad Galat. iij. in fi. [Cui concordat text. in auth. de monach. §. illud igitur. ibi, quia quantum ad Dei cultum non eſt maſculus neque fœmina, &c.] dicentis: Non eſt maſculus, neque fœmina: quod eſt intelligendum, quia ſicut vnus non eſt dignior altero, nec differens ab eo in fidem & gratiam Chriſti, ſic nec quo ad capacitatem ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedendi, prout patenter in ſacra ſcriptura nobis oſtenditur, Act. ij. vbi ſpiritus ſanctus ſuper mulieribus deſcendit ſicut ſuper viris, vt per Iohelem prophetam prænuntiatum fuerat. Iohel. iij. & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, ſuper quibus effundam de ſpiritu meo. Quæ verba reaſſumit Euangeliſta vbi ſ. Or ſi pater patrum, & creator omnium in collatione ſuorum bonorum differentiam non fecit in ſexu, pariter nos ſexum fœmineum non poſtergare debemus, quoniam hoc eſſet nimis ancillare mulieres, quod lex ciuilis non patitur, dicens: Non enim intereſt mulier ſit an maſculus. l. quamuis. §. fin. & l. mulier. ij. ff. ad Treb. & in auth. de monac. §. illud. col. j.
2 †Idcirco decidit Pan. in c. j. & c. cùm ſeculum. de iure pat. quòd filiæ ſicut maſculi, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedere poſſunt in iure patronatus eccleſiaſtico, quod patri defuncto iure patrimonij competebat, vel teſtatori extraneo, vt plenè per eum in c. ex literis. eo. tit. & in c. fi. de conceſ. præb. vbi fœmina etiam in dignitate non conſtituta, aut non nobilis, ſed plebeia habere poteſt ius patronatus, & preſentare ad eccleſiam vacantem patronatam, vt etiam conſuluit Cald. tit. de iure patr. conſ. j. Et deputari poteſt executrix teſtamentorum, ſecundum gl. & Doct. in c. fi. eod. tit. lib. vj. videatis Rot. deciſ. cccxxij. in nouis, quòd † præſentatus ad cauſam dotis per mulierem, præfertur præſentato per maritum: imò plus dicit Angel. per illum text. in auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. ſed & aliud. quòd fœminæ quantumcunque meretrices

BIU Cujas

trices parentibus succedunt ex testamento, si hæredes instituantur, & ab intestato, si in gradu parentelæ sint proximiores, quem sequitur Ias. in l. j. & l. idem & si. §. sed quod meretrici. ff. de cond. ob turp. caus. Nec infames hæreditate priuantur, nisi in casibus expressis in iure. l. in arenam. C. de inoff. test. secundùm Bal. in l. Cassius. ff. de senat. & sic turpitudo vitæ non repellit [Vide infrà super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. artic. successionum ab intestato. circa princip. vbi dantur plura exempla.] à successione.

4 † Et hæc vera regulariter, quòd fœminæ æqualiter succedunt cum masculis, nisi in tribus casibus. Primò in dominationibus feudalibus, in quibus fœminæ iure feudorum non succedunt cum masculis, quibus solis feuda deferuntur, ea ratione, quia feuda concedun tur, vt per vasallos dominus defendatur: at fœminæ dominum in bello iuuare non possunt, nec pugnam aut prælia committere. c. vnico. §. filia. de suc. feud. & in tit. qui feud. dar. pos. c. j. §. hoc autem notandum. & ibi gl. not. in verbo, legibus. per quem text. dicitur, quòd si feudum esset venditum per vasallum, fœmina proximior de genere venditoris non posset ex consuetudine Franciæ, aut præsentis ducatus Aquitaniæ feudum illud retrahere, offerendo pretium infra annum, & diem, iuxta cap. constitutus. de in integr. rest. quia res in quibus non potest succedere, & quarum capax non est, retrahere non potest, cùm retractus per successionem ab intestato, & successio per seruitium regulentur. [Nec in eis succedere per consuetudinem Franciæ, per quam acquisita per maritum sunt sibi, & vxori communia, quæ in feudis locum non habet per maritum acquisitis, quoniam in illis vxor feudorum incapax, non succedit, vt habetur infra super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in iiij. artic. successionum ab intestato. in iiij. conclusione.] Per quam rationem dicuntur etiam clerici feudorum incapaces, nec in eis succedunt. Quod qualiter intelligatur plenè disputat Barb. in tract. de præstan. Card. q. v. † Et si quispiam diceret, quòd plures hactenus

5 fœminæ visæ fuerunt pugnasse, præliáque multa commisisse, de quibus ex libris chronicorum saltem de multis habere possumus exemplum. Legimus enim

6 primò † de Minerua omnium Poetarum muliere cantatissima, quam Aurelius Augustl. lib. xviij. de ciuitate Dei, c. viij. apud Tritonidem lacum anno ætatis Isaac lviij. apparuisse dixit, ex cuius nomine, & ipsa postmodum Tritonia appellata est. Et demum Pallas dicta fuit à Pallante Thraciæ insula, vbi nutrita fuit, siue à Pallante Gygante, quem interfecit. Quæ cùm multa antè non cognita reperisset, non solùm Aphri, sed & Græci eam absque matre ex Iouis cerebro genitam credidêre, ipsa enim ferrum in arma arte conuertere, & armis corpus tegere, aciem bellantium ordinare, & leges omnes quibus eatur in pugnam, edocuisse fertur. Id idem Cicer. in iij. de natura Deorum, libr. testatus est. Dicunt insuper eam numeros inuenisse, & in ordinem, quem seruamus eduxisse: necnon lanificium omnibus anteà incognitum ostendisse, quo ordine purgata lana, & dentibus ferreis pectinata, atque colo filata, etiam textrinum excogitasse, vnde & lanifices postea, fullones, tinctores, textorésque & puellæ, teste Ouid. iij. Fastorum lib. eius festum celebrare cœperunt. Etiam aulei, necnon quadrigarum vsum eousque mortalibus incognitum practicasse, ac tibias seu pastorales fistulas primam composuisse multi credunt, adeò quòd his tot compertis prodigiis deitatum largitrix antiquitas eidem sapien-

7 tiæ nomen attribuit. † Diana insignis virgo Apollinis Delphici soror, quam Cic. lib. eod. de natura Deorum, præcipuam inter alias Deas, & nominatissimam asseruit, ob virginitatis amorem hominum spreto consortio syluas petiit, & venationi ferarum plurimùm vacauit, ita quòd cum arcu, & pharetra antiqui eam descripsere, & nemorum, ac montium dixêre Deam. Tandem Orionem Neptuni filium eam vitiare volentem, occidit. † Artemisia Halycarnassæorum

8 regina mulier magnanima virili robore atque audacia, & militari disciplina plurimum valuit, & multis triumphis maiestatem sui nominis exornauit. Quoniam, vt legimus, bis arma susçepit. Primò vt patriæ salutem tutaretur. Secundò vt socialem fidem requisita seruaret. Rhodios nauali prælio superauit, & Rhodum ipsam sibi vendicauit. Iustinus etiam in lib. Epitoma. dicit Artemisiam in auxilium Persis contra Græcos venisse, & inter primores duces acerrimè bellasse. [De ista magnanima inclytáque regina, vide infrà super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.* dum ibi loquitur de viduitate seruanda.]

9 † Semiramis Nini magni Assyriorum regis vxor, anno à natiuitate Abrahæ xij. Cùm eius maritus morte sublatus fuisset, regimen suscipiens, nec contenta acquisitos à viro regni terminos tueri, Æthiopiam suo adiecit imperio: Indis etiam bellum intulit, quò præter illam, & Alexandrum magnum, nemo intrauit, multáque præterea ciuitates alias condidit, & inuentrix femoralium fuit, vt habetur in historia Scholastica, secundùm Lyram. Gen. ix. super verbo, veren-

10 da, & ingentia facta peregit. † Pithadoris Ponti regina susçepto regno multa in Ponto gesit prælia, cui ob eius virtutes Tibarini, & Chaldæi vsque in Cholchidem sese vltrò subdidere, Sirina quoque & Themesira, atque Phanera prouinciæ, & illi mox paruere. De Cleopatra Ægypti regina legitur, quòd cum Antonio eius viro in Attico bello fuit. Marthisia Marsepia sua fortitudine regna obtinuit. Mamillámque dextram abstulit, ne à sagittationis impediretur exercitio. Pariter Mamma seu Manica Ægyptiorum regina ob animi præstantiam viribus auctis, Romanis quam maximè formidabilis fuit. Quæ cum frequentibus præliis Romanorum opes attriuisset, etiam Pa-

11 læstinorum & Arabici limitis oppida vastauit. † Panthasilea etiam Amazonum regina, quanta in bellis Iliacis strenuè gesserit, Poeta j. Aeneid. testatur: Panthasilea, inquit, furens mediisque in millibus ardet. [De his mulieribus & earum conditione dixi infrà super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.*] Camilla Volscorum regina ex Methabo rege, & Cassamilla coniuge nata, virgo insignis ac memoratu dignissima, cum eius mater primum eam peperisset, & obiisset: Methabus rex ipsius Camillæ pater regno statim pulsus fuit, de quo nihil retinuit præter hanc paruulam præ cæteris rebus sibi dilectam. Quam cùm in nemore detulisset, eam ferino lacte educauit. Quæ cùm adulta fuisset, fœmineos labores à se omnes abiecit, & corpus suum multis laboribus assuescere cœpit, vtpote fundas circumagere, arcus tendere, ceruos cursu insequi, & plura alia pertractare, vt sic virginitatem suam præ cæteris omnibus inuiolatam obseruare posset. Quibus exercitiis assuefacta in paternum regnum aliquando peruenit: tandem cùm Aeneas è Troia in Italiam peruenisset, & Lauiniam Latini regis filiam sumpsisset vxorem, & ob id bellum inter Turnum, & Aeneam exortum fuisset, ipsa Turni partibus fauens, eidem cum grandi suorum agmine in

auxilium

auxilium venit,& cum armata sæpe irruisset in Troianos,ac multos ex eis occidisset,& ipsa sauciata occubuit. Ea quidem tantę dignitatis & probitatis virgo fuit,vt in eius laudem Vergil.longa descriptione
12 vij. Æneid.librum terminauerit.† Nónne Thomiris regina Scytharum cum audisset suorum cædem, & filij vnici mortem, fœmineis postpositis lachrymis, Cyrum primum regem Persarum ad montium angustias perduxit, ibidémque cum ducentis millibus obtruncauit. Zenobia Palmirenorum vrbis Assyriorum regina,omnium virtutum fœmina insignita,vt antiquæ paganorum literæ testantur, à Ptolomæis Ægyptiorum regibus clarissimam duxit originem. Ferunt autem ipsam cum primùm adulta fuisset,mulierum officia penitus spreuisse, & syluas ac nemora pharetra accincta incoluisse,& ceruos ac capreas cursu, & sagittis venasse, indéque cùm ad robustiores peruenisset vires, vrsos ac leones, & pardos multos interfecisse: tandem pro conseruanda virginitate, non solùm frigus, sed æstus, atque imbres toleraſſe. Sed etiam hominum contubernia spernere assueuisse. Verùm, instante nubili ætate, amicorum consilio & precibus lacessita, Odenato nobilissimo Palmirenorum vrbis principi se nupsit, quæ cùm cerneret virum suum captum à Saporo Persarum rege, militare disposuit, ita quòd sumpto regio ornatu collectis copiis, in Saporum regem iam latè Mesopotamiam occupantem, animosissimè progressa est, & nullis parcens laboribus, non solùm Saporum acerrimum regem superauit, sed & Mesopotamiam sibi ademit, & ipsum Saporum regem vsque ad Ctesiphontem pepulit, & fugauit. Ac postmodum cùm omnem Orientem ad Romanos spectantem vnà cum viro pacatum obtinuisset, Odenatus cum Meuio eius consobrino simul cum Herode eius filio occisus est. Quibus trucidatis Zenobia generosi animi mulier statim imperium intrauit, ac viriliter gubernauit, & adeò gloriosè illud rexit, vt nec Galienus & Claudius Imperatores aliquid contra eam attentare præsumpserint. Similiter nec Orientales Ægyptij, nec Arabes, aut Saraceni, vel Armenij populi. Quinimo eius potentiam timentes, suos terminos seruare posse contenti erant. Quippe omnes illam ob egregiam eius belli industriam, & militiæ disciplinam timebant, & venerabantur. Nam tantæ fuit virtutis, vt Galieno atque Claudio Augusto sublatis, & Aureliano in principatu suffecto ad ignominiam Romani nominis expiandam,& ingentem gloriam consequendam, plures in se traxerit, cum quibus multis confectis bellis tandem cum multis legionibus haud longè ad Emessem ciuitatem deuenit,vbi Zenobia imperterrita cum suo exercitu eum expectauit.cum quo diu & acriter pugnauit, & demum in Palmiram se recepit, vbi per Aurelianum capta, & cathenis aureis vincta, Romam in triumphum ducitur,& ab Aureliano libera pronunciatur, cui à Senatu Tiburtina possessione concessa, ab eadem Zenobiana dicta est. Et contra Antigonum 37. Macedonum regem sumpto regno confestim Spartanis bellum inferentem, non ipsi tantum,verùm & vxores liberique magno animo fortunam tulere,ita quòd nemo ipsorum in acie saluti pepercit, nulla a-
13 missum coniugem fleuit.† Præterea de Cloelia virgine Romana habetur, quòd Porsena vrbem obsidente cum Ethruscis,quorum rex erat,noctu Tyberim transfretauit,obses regi data. Quo facinore Porsena rex à Romanorum obsidione destitit. De qua virgine Valer.lib.iij.titul.de fortitudine.sic dicit,Immemorem me propositi mei Cloelia penè facit, eadem enim tempestate,certè aduei sus eundem hostem,& in eodem Tyberi inclytum ausa facinus. inter cæteras enim virgines obses Porsenæ data hosti,nocturno tempore custodiam egressa equum conscendit, celeríque traiectu fluminis, non solum obsidione, sed etiam metu patriam soluit, viris puella lumine virtutis præferenda. Hæc ille. Quarto etiam Iudicum legitur, quòd Iael fœmina interfecit Sisaram.
14 † Et postremò modernis temporib. memoriam hominum non excesit,inaudita prælia Ioannam Dare subulcam, vulgariter, *la pucelle*, appellatam, in hoc Franciæ regno peregisse, ipsúmque regnum longissimis temporum lustris ab Anglis ferè totaliter occupatum diuina operante gratia, sub obedientia recolendæ memorię Caroli vij.tunc regis Francorum Christianissimi tempore breui reduxisse, secundum ☞ gl.in prin.pragmaticæ super verb.gratia. [De ista virgine in strenuitate conspicua qualiter ab impositis fuit post obitum purgata, habetur super verbo, *Mortuo itaque testatore*. j. Et de suis vestibus,casu & morte,dicitur super ver. *Cuidam Petro tradiderunt*.] De hac inclyta corde & moribus nobili puella ex x. lib.Guaguini historici.c.j.ac diuersis ibi dictis,& varios effectus habui. Quòd Carolo rege antedicto regnante, & quasi absque regno existente, vrbéque Aureliana per Anglos obsessa, annos xx. nata erat Ioanna patre Iacobo Darco, matre Isabella apud Vallicontem in vico Dampremo genita,quę ob corporis perpetuam integritatē puellæ appellationem obtinuit,nutuq; diuino ad Carolum veniens,tametsi nullo illum tempore vidisset,ipséque præ cęteris aulicis veste minus ornatus ex industria esset, reuerenter tamen atque vrbanè regem intuita, salue,inquit, generosissime rex,detq; vitam tibi propitiam Deus. Cui cùm se regem esse Carolus pernegasset, Ah, inquit puella,Tu ipse rex es Francorum nobilissimus. Ad cuius verba spem cœpit rex cuiuspiam fortunæ melioris.itaque selectis prudentib.aliquot viris,qui eam diligentius probarent, illa se ideo venisse constanter affirmat, vt Carolum in regnum restituat, Deum ita decreuisse, vt se duce Aurelianenses obsidione liberentur,& Angli tandem Francia excludantur. Perducturam se Carolum ad Rhemos, vbi more maiorum sacra vnctione liniatur. de quib. omnibus oracula diuinitus accepisset. Et cùm de aliis arduis, & ad religionem Christianam pertinentib.multa accuratè rogaretur,supra fœminæ sensum respōdebat. Siue enim de diuinitate, siue de bello quęreretur,nō muliebriter,sed scitè & quasi perita loquebatur, ita vt mulier admirationi esset multis. Vtebatur in expeditionibus gladio, quem hoc modo nacta fuerat. Est templum in agro Turon. diuæ Catharinæ dicatum, genti regionis illius plurimum venerabile, vbi donaria plurima, atque vetustissima visuntur. in eo tēplo antiquum ensem inter sacras oblationes vtraque parte liliis insculptum extare Carolo Ioanna patefacit,petens vt misso ad templum armorum fabro gladium illi dono perferat. Admiratus Carolus si tēplum illud aliquando Ioanna inuisisset,percontatur mulierem qualiter id norit: neque inquit puella locum noui, neque humano ad hoc authore vsa sum, Deus est,qui reuelauit. Mittit rex opificē,qui inuentum ad se gladium ferat. Profectus ad tēplum faber ensem inter squalentia alia arma rubiginosum ad Carolum perfert,quem mox Ioannæ rex donauit. Quæ

BIU Cujas

cùm cordata esset, & confidens Deo mulier, multa quæ à præfectis de bello consulebantur improperabat, & quædam exequi mandabat. Aderat enim prę liantib. suis egregiis armis instructa, equo vsa potenti & animoso, in quem expeditè instar expediti militis conscendebat, negotiosa hæc mulier Aurelianam dissoluens obsidionem, in humero scorpione ex propugnaculo misso vulneratur. Quo vulnere neque tristior, neq; negligentior fuit, stans continenter ad fossæ labrum, & militem fortiter agere admonens. Indéque mense Iunio insequentis anni, qui fuit Christianæ gratiæ 429. supra mille, Ioanna puella Carolũ conueniens: Iam, inquit, sereniſsime rex, hoste superior esse incipis, multas vrbes atque arces ex Anglis ereptas tibi audientes videmus: nunc tuæ consecrationis tempus aduenit, diuinæ dignationi placet ad Rhemos proficiscaris, vbi more maiorum sacra vnctione delibutus diadema suscipias, qua vna re venerabilius Franco populo tuum nomẽ erit, & hosti formidabile: nihil te perterreat, qp Campania & reliquæ ferè Belgæ omnes ab hoste tenentur. Viam tibi propitiatore Deo parabimus, tantùm copias contrahe, vt Dei decretũ exequamur. Hæc Ioannæ verba spem omnib. faciebant magnam, propterea quòd vitæ puritate puella præ se ferebat sanctitatem, & nihil muliebriter agebat, aut loquebatur. Enimuerò sacerdotali confessione quaque fere hebdomada conscientiam purgabat, & diuinam eucharistiam desumebat. Vnde collecto apud Gyen non mediocri exercitu Ioanna pręeunte, & Carolo omnia subiiciente, Rhemos, qui Anglo parebant, Carolus adoritur: quos nulla vi recepit, lætis proculdubio ciuibus suum regem excipere, itaque Carolus & vnctus, & coronatus est à Reginaldo Chartensi Rhemorum antistite, assistente puella, quæ militare vexillum manu gerebat, nimirum exultans, quòd se vna hortante Carolus regni diadema, & sacram vnctionem loco celebri, atque huiusmodi sacri multos per annos ad id muneris desiguato recepisset. Sacratione absoluta spe nobili adducta, & post gesta alia magnifica Ioanna ciuitatem Paris. oppugnare (præter omnem opinionem) constituit, vbi ad sancti Honorati portam expugnato confestim propugnaculo (quod pro porta extructum erat) è muro sagitta in crure percutitur. Nec eo tardius in opere perseuerat, commilitones perseuerare cohortans, nec potuit inde reuocari, donec Alenconius laboriosam mulierem per se reduxit. Sequebantur eam regni proceres, & cuncti pugiles, qui tametsi stipendio regio non iuuarentur, visendę tamen Ioannæ causa, quam diuinitus missam arbitrabantur, militare non recusabant. Hæc ille. In hac profectò virgine verificatum fuit, quod à diuo Ambrosio dicitur: Virginitas ipsa Dei templum est: qui eam habet, fortitudinem habere conuincitur: quia secundum Aug. lib. 13. de ciuit. Dei, c. xxvj. tanta est vis probitatis & castitatis, vt omnis vel penè omnis eius laude moueatur humana natura. Nec vsqueadeò sit turpitudine vitiosa, vt totum amittat sensum honestatis. Virginitas virtus est animi, comitémque secum habet fortitudinem. xxxij. q. v. c. ita ne aliquem. Et de omnibus iamdictis mulierib. dici potest illud Boet. libr. j. de conso. has saltem nullus potuit peruertere terror. quod multum cedit eis in laudem. † Et insuper fœminę nedum strenuitate & fortitudine, verum etiam sapientia, atque industria viguisse leguntur. Opis alio nomine dicta Ops, fœmina fuit, quæ sui prudentia Iouem, Neptunum, atque Plutonem filios vnà cum Saturno, contra hostes sæuissimos à morte liberauit: ob quod adepta fuit tam grande nomen, vt ipsa diceretur mater Deorum. Et Iuno eius filia Ioui tandem nupta, olim regina cælorum arbitrata est. Nicostrates vaticinatrix clarissima, mulier quidem Arcadica de carminibus Carmenta cognominata, hostia Tyberis intrans in Palatino monte, vbi nunc Roma habetur, consedit, in quo Euandro eius filio rege constituto, cùm ipsa Græcarum literarum doctissima esset, atque versatilis ingenij, incolásque syluestres comperisset, nouos literarum characteres inuenit, eósque earum coniunctionem atque sonos edocuit. Cuius admirati rudes posteri eam non mulierem humanam, sed Deam arbitrati sunt. Vnde Poeta viij. Æneidos:

Tum rex, inquit, Euandrus Romanæ conditor arcis,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,
Me patria pulsum pelagique extrema sequentem,
His posuere locis, matrisq; egere tremenda
Carmentis Nymphæ monita, & Deus author Apollo.

Hoc idem Ouid. lib. Fastorum confirmat. sic Isis regina Ægyptiorum (teste Isid. lib. j. Etymolog.) literas Ægyptias inuenit, & præterea Diodorus lib. j. de antiquorum gestis, dicit: Isidem hanc Osiridis Ægyptiorum regis vxorem interpretatam Cererem inuento primum tritico & hordeo, quę prius incognita hominibus casu inter cæteras herbas oriebantur. Ab Osiride verò eorum fructu cibi vtilitate animaduersa, omnes eo nutrimẽti genere esse vsos, tum propter cibi reperti suauitatem, tum quia vtile videbatur. Signa huius inuentę segetis ferunt, quòd ab Ægyptiis veteti lege, & nunc quoque obseruatur, vt messores ęstate spicas maturas ad manipulum excerpant in Dei oblationem, atque Isidem inuocent. Hæc ibi. Sapho Erexia diuini ingenij poetrix vates quoque fuit nobilissima. Olda pariter Sellum vxor, Iosiæ regi vaticinando multa prædixit, & præsertim Hierosolymorum euersionem, vt patet iiij. Reg. xxij. Erinna poetrix multa laude digna conscripsit, quæ Nectenabo Ægyptiorum regi vsque in Æthiopiam pulso reditum suum prædixit. De Didone Phœnica dicitur Aeneid. j. Iura dabat legésque viris. Similiter Rebecca filium suum Iacob instruxit, vt benedictionem paternam obtineret. Eúmque suo consilio à fratris sui Esau persecutione liberauit, Gen. cap. xxvij. Bethsabee pro Salomone filio suo prudenti sermone regnum adepta est, iij Reg. j. Hesther quoque sua sapienti locutione ab Assuero rege, quod voluit obtinuit. Abigail etiam sua sapientia, & animi sui prudentia Nabal virum suum à morte eripuit, j. Reg. 25. Et Iudith castissima ab Holophernis furore populum Dei liberauit, Iudith xiij. Necnon Debora vxor Lapidoth spiritu prophetię repleta iudicabat populum in tempore illo, ascendebántque ad eam filij Israel in omne iudicium, Iudic. iiij.

Cornificia Romæ poetrix fuit clarissima, quæ tanto effulsit Poetico dogmate, vt Cornificio eius fratri germano poetæ summo, quæ foret gloria illustris, hæc profectò non contenta pulcherrimis valuisse verbis, nisi vt Elycon carmen describeret, atque plurima & insignia descripsit epigrammata, quę tempore diui Hieronymi, vt ipse testatur, extabant. Quibus virtutibus perpetuum sibi acquisiuit nomen.

Sicut Hortensia Hortensij Romani oratoris filia, quæ (vt Valer. lib. 8. tit. de mulierib. causidicis. in fi.) cum triumuirorum magistratu matronarum Romanarum multitudo publica exigente necessitate, intolerab

BIU Cujas

tolerabili grauaretur onere, nec hominum inueniretur aliquis, qui sibi patrocinium præstare auderet, sola ausa est animo constanti coram triumuiris rem fœminarum assumere, eámque perorando tam efficaciter inexhausta facundia agere, vt maxima audientium admiratione crederetur esse Hortensius pater. Quamobrem quicquid expetierat, non solùm obtinuit, verùm etiam longè plus à triumuiris laudari promeruit. Et Clodoueus regum Franciæ protochristianus consilio, & sapientia Clotildis vxoris suæ Baptismi lauacrum, vt j. dicetur, promeruit. Proba mulier Romana elegantissima, Adelphi proconsulis Romani vxor, tam literarum, quàm nomine memoratu dignissima, cùm Christiana esset, liberalibus artibus plurimum valuit, & inter alia eius studia adeò peruigili cura Virgilij carminibus familiaris fuit, nunc huc nunc illuc per Bucolicum, Georgicum, atque Æneidum saltim discurrendo carmen, nunc hac ex parte versus integros, nunc ex illa metrorum particulas carpens, miro artificio omnem Veteris, & Noui testamenti historiam placido, atque expedito, & sicuti pleno versu descripsit, adeò aptè integros collocans, & fragmenta connectens, seruata lege pedum, & carminis dignitate, vt nemo nisi expertissimus compages posset aduertere, & bis ab orbis exordio principium faciens, quicquid historiæ in Veteri atque Nouo legitur Testamento, tam comptè composuit, vt huius compositi ignarus homo prophetam pariter, & Euangelistam facilè credatur fuisse Virgilium, vocauitque opus suum à se compositum Centonem, quod persæpe vidi, & habeo propria manu scriptum. [Melius diceretur Virgiliocentonam, quasi opus de versibus Virgilij compositum. Sicut Eudochia Theodosij minoris vxor Homerocentonam ex versibus Homeri de Christo compilauit, de quibus meminit Hieronymus in epistola ad Paulinum, c.vj. ibi, quasi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas, & c. quia centones sunt non opera ipsa sic composita, sed sunt illorum compositores, qui ex multis hincinde compositis vnum corpus farciunt, secundùm gloss. ibi.]

Habuit Boetius vxorem prudentissimam nomine Elphe, quæ hymnum fecit oliuæ binæ de Petro & Paulo Apostolis. Ioannes Andreas literatissimam habuit pariter vxorem, quæ sibi & Cyno doctori legum eius compatri multoties de difficilibus iuris respondebat. Sic & Ioannis Calderini vxor, secundùm Panorm. in capit. cùm inter vniuersas. in fin. de elect.

Præterea Philippo Euangelistæ quatuor filiæ erant
16 virgines prophetantes, vt habetur Act. xxj. † Etiam narrat Seneca libro primo de clementia, capit. v. quòd cùm quidam rex non posset potentia quendam suum destruere inimicum, reginam consuluit coniugem suam, quæ tali regi dedit consilium. Fac domine quod medici facere solent, quia vbi vsitata remedia minimè prosunt, tentant contraria: si seueritate nihil profecisti, nunc tenta quomodo cedat tibi clementia. ignosce illi. Quod ille gauisus annuit, factóque adimpleuit, & contulit ei consulatum, ex quo habuit eum amicissimum fidelissimúmque hæredem. Et hoc est, quod diuus consuluit Bernardus in epistola de cura domus, & rei familia. Quòd bladum tempore caristiæ minori pretio est vendendum vicinis & inimicis, quia non semper gladio, sed sæpe seruitio vincitur inimicus. [Hoc antiquum diuinę iustitiæ, & proprium semper extitisse sacris memoratur in literis, reuocare peccatores ad vitam via atque ordine triplici, vocibus præconum & vatum per correctionem, largitate quoque benefica, flagello denique, si duo priora non corrigunt. Hæc Matthæus Bossus in iij. parte, epistola lx. incip. Primo beneuolentiæ ortu.] Quod probè monet Cato dicens:

Quæ superare potes, interdum vince ferendo.
Maxima enim morum semper patientia virtus.

[Vt plenius habetur j. super verbo, *Testamentum.* iiij.] & superabundans beneficio vincere inimicum. Plerumque siquidem id euenit, vt qui peccata atque iniurias facilè vlciscì non possumus, eas alicuius dignitatis ratione assumpta ad gloriam conuertamus: quia vt dicit Valer. libr. iiij. tit. de iis qui ex inimicis iuncti sunt amicitia. de Publico Vaticinio ac Cicerone loquens. Speciosius aliquando iniuriæ beneficiis vincuntur, quàm mutui odij pertinacia pensantur, cui conuenit Cato:

Vincere cùm possis interdum cede sodali:
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

Qua sagacitate in Balduynum forestarium vsus fuit Carolus Caluus Francorum rex, & Flandriæ comitatus dignitatem hac occasione accepit, de quo Gaguinus libro v. capit. j. de prædicto Carolo loquens:
17 † Eius, inquit, regis ætate, Flandria, quæ paucis tunc vicis atque ædificiis ornata erat, & feris magis quam hominibus incolebatur, eíque præficiebatur à rege custos, qui Francorum lingua forestarius dicebatur, comitatus dignitatem hac occasione accepit. Erat autem Balduynus, cui patre defuncto cùm in magistratu illo fuisset à Carolo institutus, Iudith regis filiam, dum ex Anglia reuertitur sibi rapere temerarius iuuenis ausus est: nupserat enim Adolato Anglorum regi, qui cùm absque liberis decessisset, Iudith viro destituta, in Franciam ad patrem rediens deprehensa est. Cuius rei gratia Caroli iussu coeuntes episcopi Balduynum excommunicatione percellunt: at cùm nihilominus facti non pœniteret, consilio procerum persuasus Carolus permittit filiam Balduyno in matrimonio copulari, & de custode Flandriæ comitem Balduynum instituit. Eius certe Caroli Calui extant præclara & religiosa monimenta. Hæc ille. [Nam in hunc modum filiæ iniuriam tulit, & suam multo laudabilius, vt à simili de Pisistrato Athenien. tyranno dicit Valer. libr. v. tit. de humanitate.] Et semper fuit, & est comitatus ille regi Franciæ subditus, & de resorto curię Parlamenti Parisius, vt dicit Bal. in Auth. statuimus. C. de epi. & cler. vers. iuxta hoc quæro, & c. Vnde propositum continuando non immerito Iustinianus vxorem consuluit, & bonum ac sanctum consilium reportauit, vt j. videbitis. Cæteras taceo fœminas, vel quarum inhonesta vita nomen, & scientię famam denigrauit, qualis Medea fuit, & Sapphos Lesbia: aut quibus largitor omnium prætextu sanctitatis vitæ spiritum sapientiæ, prophetiæ, & literalis scientiæ infudit, quales fuerunt Sibyllæ, & plures aliæ Romanæ fœminæ, in quibus literaria dignitas seruata est vsque etiam ad diui Hieronymi nostri tempora. Quibus omnia fermè scripta & editiones dicauit suas, vt visus sit Paulam, Blesillam, Marcellam, Aletam, Asellam, Celantiam, multásque alias non minus, quàm illius temporis viros dignas, meritásque dixisse, quibus suos dedicaret
18 libros, suúmque desudaret ingenium. † Sed restat, quòd fœminæ sanctitate insignes nedum arma cum laude tractarunt: Verùm etiam literis ornatæ fuerunt. [Hodie dolendum, quòd non literis vacant

fœminæ, vnde Matthæus Bossus, in iij. parte epistola lxxvij. incip. Quas scripsit ad te Anna. Degenerauit iamdudum, inquit, à pristina gloria literaria in fœminis dignitas, si non magis interiit, non vt puto, ꝙ sit ita defecta labefactáque: nam, vt non possit quod potuit propagare rursum, id, quod magnificum & glorioſum in literis, priores illæ tenuerunt innumerabiles, & clarissimæ fœminæ suis faustioribus seculis, quarum illustrium æternis monumentis amplissimi etiam referti sunt codices, sed in vitio sunt sine dubitatione parentes, qui vel erubescunt suas seipsis prestantiores habere filias, quarum erudito ingenio, audaciq; facundia capi, & suffundi queant, vel quòd dare & accipere chirographum valeant, teneros ad amores, & occultas sagacius flammas procis aperire, quæ ab his omnino abest occasio atque malitia, quæ literaturæ sunt prorsus expertes. In quo cum his nullo sanè modo ipse conuenio, vt dedecori sit progenitoribus natorum doctrina, noscendique nobilitas, quando dignitas generantium tota pendet à genitis, nec plus excellit vlla paternitas, quàm sit excellens suiipsius filiatio, & illud sit verisimè dictum in sacris prouerbiis: Gloria patris est filius sapiens: & insequenter, filius sapiens lætificat matrem. Ita neque vllum vehementius frænum contra iuuenilem calorem omnémque libidinem mihi omnino esse videtur, quàm literarius labor, & incitata studiorum auiditas atque constantia. Qua ratione Hieronymus diuus, & oculatissimus omnium, aptissimè admonet. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis: A pugillari vigiliq; lucerna Venus ebria cum pharetrata prole migrat impatiens, vbi se confestim insinuat liuida, macilentáque Minerua. Adde & istud quòd tametsi non ex se, verùm ex modo vtentium tam nocua, quàm vtilis fieri scientia potest, ignorantia tamen semper est pessima, nec vnquam abest à turpitudinis vitio. Hæc ille.] Mulieres pariter omnes fere artes inuenerunt. Et prætereà olim artibus liberalibus instruebantur l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. vbi gl. dicit, quòd antiquitus mox erat mulieres legere Grammaticam.† Et sic non sine 19
causa honorandæ veniunt, prout in plerisque locis homines mulieribus assurgunt, & in via eis cedunt, ac eas sedibus præponunt, vt nostri Tolosani, & fere regnicolæ omnes facere consueuerunt. Quod à Veturia Coriolani matre habuerunt, qui exactis à Roma regibus egregius bellator, ac strenuæ virtutis adolescens his temporibus propter virtutis suæ præstantiam à Romanis summo in honore habitus est, qui (vt Plutarchus ait) ab ineunte pueritia ità corpus ad omne genus pugnæ exercuit, vt cursu peragilis in capiendo pugnandóque ineluctabile pondus habuerit. hic itaque paulò superiùs exacto Tarquinio, iam pubescente adolescentia prima meruit stipendia, qui statim cum Romanum in bello succumbentem videret, inspiciente dictatore eo prius profecto irruentem confodit hostem, quamobrem illum dicta- ☞
☞ tor quercia donauit corona. [Huius arboris fronde coronabantur tunc victores in defectum Lauri, quo ex post coronati fuere, & coronantur. Quercus enim arbor est glandifera, quam veteres Græci esculum appellabant, eo quòd prisci ex illius fructu escam sumerent, iuxta illud Boet. lib. j. de conso. ibi, Et soluebant ieiunia glande, in signum cuius adhuc hodie glandis appellatione omnis fructus continetur. l. j. ff. de glan. leg. imò Adam à paradiso eiectus stomachum fructu illo saturauit, primam famem pellendo. Etiam in præmium victoriæ fronde illius coronabantur, de quo meminit magnus ille Ouid. lib. j. Metamorph. dum dicit:

Hic iuuenum quicunque manu pedibuſq́, rotáue
Vicerat, ęſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum Laurus erat, &c.

Laurus enim nunquam fulgure percutitur. ideo Tyberius iij. Romanorum Imperator tonitrua præter modum expauescens, turbatiore cœlo coronam Lauream capite gestabat: quia fulmine afflari negatur id genus frondis, vt refert Antoninus Archiepiscopus Florent. in j. part. historiali. tit. vj. c. xxj. §. j. de illo Imperatore loquens, de quo plenè habetur j. super verb. adiectæ impuberi, dum loquimur de excellentia hominis quo ad corpus.] Quo honore stimulatus Coriolanus ipse sibi fortitudinis ęmulationem proposuit, cùm virtutis vberrimũ alimentum sit honos, qui virtuosis dabatur, sicut debetur, quia secundum Philosophum solus est præmium virtutis, quæ alio quocunque munere præmiari non posset, quod ab Athenienſ. originem sumpsit, vt Valer. lib. ij. tit. de institutis antiquis. Eadem inquit ciuitas, ſ. Athenarũ bonos ciues corona decorandi primò consuetudinem indroduxit, duobus oleę, id est, arboris oliferę connexis ramusculis, clarum Periclis, id est, hominis virtuosi, cingẽdo caput, probabile institutum, siue rem, siue personam intueri velis. Nam & virtutis vberrimum alimẽtum est honos, & Pericles dignus, à quo talis muneris dandi posteritas potissimum initium caperet. Hęc ille. Vnde Romani, qui & leges, & optimos Gręcorũ mores sequebantur, virtuoso coronа quercia fortè in defectu oleæ præmiabãt, quo prę mio Coriolanus fuit meritò decoratus: cumq; multa Romani decertarent bella, è nullo sine corona, aut præmio discesit. Cæteris enim virtutis finis erat gloria. Huic verò gloriæ finis materna erat lætitia. Nec sibi honoris magis aliquid ducebat, quã vt eum coronis ornatum aſpiceret mater. Pauloq; post cùm pecunias pro parta victoria ſpreuiſſet, Coriolani cognomen decretum est, qui anteà Marcus vocabatur. Demum petente eo consulatum, ac cicatrices ostendente, quas per xiij. annos bellando exceperat, licet à cunctis virtus eius veneraretur, tamen non eidẽ ſtatim, quod postulabat concessum est. Qua iniuria lacessitus discesſit, ac ipse ſtatim cũ Tullo Volſcorum principe ſe coniungens dux belli efficitur, móxque contra Romanos bello ſuſcepto eorum agrum inuadens, maximam prædam exportauit, & depopulatis Latinorum finibus, castra ad Celias fossas xl. ab vrbe ſtadiis distantes collocauit, propter quod Romani timore perterriti primò legatos, ſecũdò pontifices cũ infulis, & ſuis inſignib. velatos ſupplices miſerunt: qui fruſtrati rediere: tertiò cùm iam deſperatio Romanorum animos intraſſet, Veturiam eius matrem & Volumniam coniugem mittunt: ac ille cùm dura legatis & pontificibus reſpondiſſet, matris precibus ☞
☞ permotus, Volſcos ab obſidione remouit. [de quo Valer. lib. v. tit. de pietate erga parentes, pulchra diſſerit, & titulo de ingratis, cùm à Scipione Africano diſcreuit, Africanum ei laude præferendo, quia iſte metu & violentia de ingratis Romanis ſumpſit vltionem: & Africanus oſſa ſolùm & cineres ſuos eis negauit, ſepulchro ſuo inſcribi iubendo, *ingrata patria nec oſſa quidem mea habes.* Quid iſta aut neceſsitate indignius, aut querela iuſtius, aut vltiõe moderatius? Cineres ei ſcilicet ciuitati Romanæ ſuos negauit, quã in cineres collabi non fuerat paſſus. Igitur hanc

vnam

BIU Cujas

vnam Scipionis vindictam ingrati animi vrbs Romana senſit maiorem me hercle (id est ita iudicante) Coriolani violentia, id est quàm fuerit violentia Coriolani: ille enim, scilicet Coriolanus, metu patriam pulsauit. hic, scilicet Africanus, verecundia, quę grauior est metu: quia metus cadit etiam in eum qui non peccauit: verecundia non nisi in peccati conscium.] Ob Veturiæ igitur beneficium ne ciuitas ingratitudine argueretur, ex senatusconsulto ad perpetuam rei memoriam eo loco, quo hęc Veturia filij iram molliuit,
20 templum & ara fortunæ constructa sunt. Et † insuper cùm nullus vsque ad id tempus vel modicus à viris mulieribus præstaretur honor, sancitum fuit, vt mulieribus homines semper assurgerent, & in via eis cederent: de quo Valer. lib. v. tit. de gratis. sic dicit: atq; vt à publicis actibus ordiar, Marcum Coriolanum patriam oppugnare conantem admotóque portis vrbis ingẽti Volscorum exercitu, funus ac tenebras Romanorum imperio minitãtem Veturia mater ac Volumnia vxor nefarium opus exequi precibus suis passæ non sunt: in quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit.
Sanxit namque vt fœminis in semita viri cederent: cõfessus scilicet senatus plus salutis reipublicæ in stola, id est veste matronarum, quàm in armis fuisse, scilicet virorum. Vetustísque aurium insignibus quibus supplex antè vtebãtur, nouum vitæ discrimen adiecit, id est nouum ornatum in capite. Permisit quoq; his purpurea veste & aureis vti segmẽtis, id est ornamentis colli aureis. i. ex auro quasi in squamas secto. Super hoc ædẽ & aram Fortunæ muliebri eo loco, quo
Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curauit, memorem beneficij animum suum exquisitæ religionis cultu testãdo. Hæc ille. quod nunc vsq; inter nobiles
21 & nostros, vt dixi, Tholosanos obseruatur. Et † adeò, quod licet tales mulieres agere non possent actione iniuriarum, si eis viri non cederent in via, & sedibus, sicut agere non posset maior, si ei non cederetur per minorem. vt l. iniuriarum actio. §. si quis de honorib. ff. de iniu. Tamen agere possent, seu intentare officiũ iudicis, vt viri eis cedant, minores maiorib. in sede,
☞ via, & cæteris consuetis honoribus. [Nam honor consistit in sedendo ante alios. c. solite. de ma. & ob.] l. j. & ij. C. vt dig. ord. ser. in l. fi. ff. de alb. scrib. Imò si essent in possessione vtendi tali priuilegio, eis competerent remedia possessoria. secundum Ioan. Fab. &
☞ Angel. in §. aliam verò. inst. de bo. pos. Bene dicit priuilegio: quia solus vsus sine titulo priuilegij aut possessione immemoriali, cùm sit contra ius commune, non posset tribuere possessionem, nec causare præscriptionem. c. j. vbi bo. tex. & gl. opt. de præscri. lib. vj.] Plus dicit Bal. in l. obseruare. §. antequam. in fi. de off. procon. quòd existens in possessione alicuius sedis, vel alterius honoris, si in illo impediatur, potest de facto resistere etiam armata manu: & fortius posset actione iniuriarum eo tunc agere, cùm nemo teneatur iniuriam pati nec paruipensionem proprij honoris, & ex consuetudine cõpetentis cuius est pos-
☞ sessor. [Ad hoc facit quod dicit Bar. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de iti. act. pri. & ea iura quæ remedio aliquo possessorio tueri possunt, etiam manu armata & potenti licitum est de facto conseruari, quem sequitur Panor. in c. j. de im. ec.] Et ad hoc, s. quod pro honorib. remedia competant possessoria, est tex. quem ad hoc ibi ponderat Bal. ii. j. col. in c. licet causam. de prob. quod est not. quia sæpe contingit: & aliàs vidi plura debata & iurgia de sede inter vxores magnatũ,

& super prælatione offerendi, vel pacem in ecclesia suscipiendi contendentes. videatis Panor. in c. abolen
22 dæ. col. ij. de sepul. Prętereà † vt dixi, sancitum à senatu Romano fuit, & mulierib. liceret vti aurea & pur-
☞ purea veste, aureisq; fibulis, & armillis. [Rationem ponit Valer. lib. ij. tit. de instit. antiq. vt clarè dicitur j. super verb. *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de ornatu mulierum.] Pro primo facit quod decidit Io. Cald. de consilio suæ vxoris, quem refert & sequitur Pan. in e. c. cum inter vniuersas. in fi. de ele. vbi mulieres grauib. comparantur personis: vt quando sunt ad prandium inuitatę, debeat pro eis mitti, sicut pro grauibus personis. Et alibi tex. eas comparat excelsis di-
☞ gnitate viris, in l. optimam. C. de cont. & com. stip. [Ita quod pro honore mulierum, etiam post earum mortem indici potest, & suscipi duellum: vt habetur j. super verb. *Cuidam Petro tradiderunt.*] Pro secundo facit tex. in l. ij. iuncta decis. Bar. in l. j. C. de vest. olo. lib. xj. & in l. j. C. vt nem. li. in fræ. equest. e. lib. vbi vestes & iocalia nimis preciosa portari vetita non censentur mulierib. prohibita, sed solis viris, nisi expressè
23 de mulierib. diceretur. Adeò † & in statuto perlas portari prohibente, mulieres non comprehenduntur, secundũ Bar. in l. j ff. de font. vnde licet olim ab Appio tribuno lex Romę lata fuisset, & neq; mulieres aliam quàm semiunciam auri haberent, & ne diuersi coloris vestimento, nec vehiculo per vrbem vterentur, tamen ex post lex illa mulierib. dura per Marcum Catonem & Tyberium Graccum consules fauore earũ abolita fuit, vt refert Fascicul. temporum de his con-
☞ sulib. loquens. [Vide quæ plenius dixi j. super verb. *Cuidam Petro tradiderunt.* dum loquor de ornatu mulierum.] Per quæ omnia viderẽtur mulieres postquã ad bellandum fuerunt aptæ, & consequenter ad seruiendum dominis in bello habiles, & in honorib. prę ferendæ, ac sapientia & intellectu pollentes, Etiam deberent esse feudorum capaces sicut masculi. Sed verum non est. licet enim aliquæ hactenus fuerint, tamen paucæ: nec contingit illud de lege communi. Ideo non curandum de his, quæ raro eueniunt. l. ex
24 his. & l. nam ad ea. ff. de legibus. † Quinimò mulieres communiter, & vt plurimum, propter sexus fragilitatem molles existunt ad belli pondera sustinenda, & iudicia discretè exercenda. xxxij. q. ij. §. sed illud. & c. forus. de ver. sig. & l. cùm prętor. ff. de iudi. Iudicium enim mulierum fragile, ex toto integrum non reputatur, vt ibi dicitur, & in l. si pater. C. de spon. & not. Bal. in c. j. vers. vltimò quæro, & c. de iudi. vbi dicit consilium mulierum inualidum, secundùm Arist. quem ibi alleg. & idem Bal. in c. significauit. de rescr. §. alleg. Ideo si statutum in contractu alicuius requirit authoritatem vel consilium propinquorum, non intelligitur de fœminis, secundùm Bal. in l. j. n. lxvij. ver. sed quid si statutum, & c. C. qui adm. ad bo. poss. pos. & Ang. in l. fi. C. de ver. sig. Fœmina praui ingenij longè effreni pugnatior ore quam gladio: commissi, s. consilij perfida custos, nec author fœmina pacis, sed potius litis & belli. Prętereà dicit tex. in l. quis quis. C. ad l. Iul. ma. & minus audent fœminæ quam masculi. Nec expedit reipublicæ, & fœminæ bella sectentur & exercitum. Ne milites earum concupiscentia diuertantur à militia. Ex quo decisum olim fuit, milites suis dare non posse concubinis. l. ij. C. de don. int. vi. & vx. vt mulieres occasionem non habeant sequendi eos ambitione præmiorum. [de quo plenius
☞ habetur super verb. *& vxorem nomine Adelasiam.* in ij. art. in fi. & super verb. *testamentum.* j. in ix. casu fal-

BIU Cujas

lentiæ. in fi.] Et alibi dicit tex. in d. l. optimam. C. de contr. & com. ſtip. ꝙ mulieres non omnib. perperam naturalis pudor ſeſe manifeſtare cõcedit. Vnde ſicut ad teſtes impeditos mittitur propter neceſsitatem. c. ſi qui teſtium. de teſti. Etiam ad perſonas egregias propter eorum dignitatem. l. ad egregias. ff. de iu. iur. ſic pariter mittitur ad mulieres propter honeſtatem, ſecundum Bal. in d. c. ſi qui teſtium. Prẽterea non decet eas cœtibus virorum commiſceri, quas ſexus pudicitia ab eorum cõſortio fecit alienas. l. fi C. de arb. Nam Calphurnia mulierum omnium arrogãtiſsima in iudicio poſtulans, prętori irreuerenter cum ad votum non exaudiretur, poſteriora oſtẽdit. l. j. §. ſexum. ff. de poſtu. & c. mulieres. de iudi. lib. vj. [Verè turpitudo huius nominis arrogantiam denotat vilanæ mulieris, per ea quæ plenè dicta ſunt ſuper verbo, *Raynutius de Clera.* prope fi. Nam refert etiam Raph. Regius in j. Metamorph. Ouid. lib. de quodam Ioan. Calphurnio omnium grammaticulorum arrogantiſsimo, qui nuper cauillationibus ſuis enarrationes illius heroicas ſub nomine cuiuſdã ſtolidi pędagogi editis reprehẽdere, imò corrumpere ſua malignitate curauit: tamen non præualuit, ſed confuſus remãſit.]

25 Proprium† enim mulierum eſt vitare bella, & fugere congreſſus, quas ſola puſillanimitas facit amare delicias. Habent profectò mulieres cor molle, non valentes quid durum ſuſtinere. ideo ſunt vt plurimum timidæ, & valde appetitiuę laudis, & conſequenter verecundæ, timentes inhoneſta facere. Sunt etiam comuniter pię, & miſericordes pluſquam viri, ſecũdum Philoſophum lib. viij. de natu. animalium, iuxta illud Eccl. xxxvj. vbi non eſt mulier, ingemiſcit agens, vt exẽplo patuit quoniam publicato Pharaonis edicto, ꝙ obſtetrices maſculos Hebræorum obſtetricando interficerẽt, eas à pietate non diuertit nec miſericordia, imò Deum pluſquam regem timuerunt, & maſculos non occiderunt. Exo. j. Sed cõtrarium viri ad prẽceptum Herodis regis fecerunt, & innocentes occiderunt. Mat. ij. Et ſunt fœminę quã viri plus deuotę, prout dietim teſtatur eccleſia dicẽs: ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu. & non ſine cauſa: fuit enim mulier in paradiſo de coſta Adæ dormientis à Deo formata: in quo virum excellit, qui extra paradiſum in campo Damaſceno formatus, & creatus extitit, & pòſt in paradiſum latus. Gen. ij. Vnde in qualitate ſeu cõditione in qua participãt communiter, excedunt vltra modum, vt ſi ſunt miſericordes, nimis ſunt tales. Et pariter ſi crudeles, & odio repletæ, ſunt vltra viros terribiles odij concepti executrices, vt de Semiramide regina Babylonię recitat Vale. li. ix. ti. de ira & odio. Namq;, inquit, Semiramis Aſſyriorũ regina, cùm ei circa cultum capitis occupatæ nunciatum eſſet, Babylonem defeciſſe, altera iam parte criniũ adhuc ſoluta protinus ad eam expugnandã cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quàm tantam vrbem in poteſtatem ſuam redegit. [Decorem plurimum fœminæ ſuper omnia cordi habent: & rationem quare ornari ſemper cupiunt, vide ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderũt:* dum plenè loquimur de ornatu mulierum & patientia earum ad viros. Et ibi habetur de hac Semiramide ad diuerſos effectus: & plenius de vitiis mulierum & virtutibus.] Quocirca ſtatua dictæ reginæ Babyloniæ poſita eſt in illo habitu quo ad vltionem exigendã celeritate præcipiti tetendit. Hęc ille. Non enim eſt odium nec malitia ſupra malitiam mulieris. Eccl. xxv. Audax enim eſt ad omnia quę amat, vel odit fœmina. Et vix pauca inuenies impoſsibilia mulieri. Nihil enim fœmina relinquit inauſum, quò furor impellit, mentiſq; infamia verſat. Idem de verecundia & inuerecundia vt vidiſtis de Calphurnia: idẽ in rapina, quoniam viris ſunt rapaciores. [De verecundia Valer. lib. 4. tit. de verecund. in prin. ſic dicit. Hęc enim iuſtiſsimis viris pręcepit vt priuatas facultates negligerẽt, publicas quam ampliſsimas eſſe cuperent, digna cui perinde ac cæleſti numini templa extruantur: areq́ue conſecrentur, quia parens eſt omnis honeſti conſilij tutela, ſolennium officiorum magiſtra, innocentiæ chara, proximis accepta, alienis omni loco, omni tempore fauorabilem præ ſe ferens vultum. Hęc ille. Eſt enim verecundia ſecundum Philoſophum iiij. Ethic. timor quidam pudoris contrahendi. vnde Cic. Verecundia, inquit, eſt cuſtos virtutum omnium, dedecus fugiẽs, laudémque maximam conferens. Ob† quod lex proconſules vetuit ſecum ducere vxores, vt d. l. obſeruare. in prin. ff. de of. procon. quod in auibus demonſtratur. Tradit enim Guil. tardiui. in eius noua tranſlatione artis falconeriæ de latino in gallicum ad regem noſtrum Carolum viij, directa, j. par. tit. de ſpeciebus animalium rapacium. Quòd inter aues de præda viuentes femella eſt rapacior, audacior, cautior ad rapiẽdum, & aſtutior. hinc dicit tex. & gl. ſuper ver. tam grauia. in l. nihil. ff. de adult. fœmellam maiora vulnera ſuſtinere, quàm marem. Ideo caueant iudices, & ſemper inuigilent circa vxores, quę naturaliter auarę ſunt & cupidę plus quã viri: quia quidquid audiunt & vident, appetunt. Vnde hæc omnia conſiderans beatus Ludouicus Francorũ rex ſalubriter ſtatuit, & deinde Philippus confirmauit, ꝙ à cętero officiarij in ſuorum ingreſſu officiorum iurarent, ꝙ dona aut beneficia à quacunq; perſona non reciperent in quacunque re, nec ſuis vxoribus ac familiaribus fieri procurarent: imò poſſetenus, & bona fide diligentiam adhiberent, ne vxores eorum, & aliæ perſonæ ſupradictæ munera recipiant: quod ſi fecerint, ex quo hoc ſciuerint eas ad reſtitutionem compellent ſub debito iuramento. Cùm genus mulierum ſit auariſsimum. ff. ad Velle. l. ſed ſi ego. [Hanc ordinationem ſituauit dom. Aufr. in ordine iij. in tit. de offi. Balliuiorum. & ordine xxxvj.]

27 Et † inde etiam eſt, ꝙ quando fœminæ amant, vehementius amant quam viri. Tum propter maiorem complacentiam & delectationem, quam ſecundum naturales recipiunt in coitu, [De quo habetur j. latius ſuper ver. *& dotem quam ei dederat.* vbi alia ratio datur. Et multò maiorem habuiſſent delectationem, ſi Adam non peccaſſet, vt habetur j. ſuper ver. *Quæ filium ex eo ſuſcipiens.*] per multas rationes, quas tacere honeſtius eſt. Tum quia ſint viris fragiliores. Et inde mulieri luxurioſę dãdus eſt curator, & nõ viro: Cùm æquiparetur furioſo. l. & mulieri. ff. de cu. fu. nõ enim amãt mulieres, ſed potius inſaniunt. iuxta illud poetę Æneid. j. *Infelix Dido longumq; bibebat amorem.*

Pariter & iiij. Æneid.

Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem.

Et poſt multa eod. lib.

Venit amor, magnoq; irarum fluctuat æſtu.

Et eod. lib.

Interea & tacito viuit ſub pectore vulnus.
Uritur infelix Dido, totaq; vagatur
Vrbe furens, qualis conięcta cerua ſagitta, &c.

Et paulo ante his dictis intenſum animum inflammauit amore. & Ouid. lib. j. Metamorph.

Heu mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.

Ideo

Ideo dicit text.iuncta glos.in §.fi.inst.de succes.subl. quòd furore amoris præsertim in muliere nil vehementius inuenitur:quia vt vino capitur aut Baccho, ita & amore,in quo nihil differt à brutis.vnde Poeta Georgic.lib.iij.

Omne adeò genus in terris hominumq́, ferarumq́,
Et genus æquoreum,pecudes,pictæq́, volucres,
In furias ignemq́, ruunt,amor omnibus idem.

Facit in Auth.quib.mod.nat.effi.§.illud.colla.vj. Et
28† hinc est, quòd viri amantes vehementer, & vltra modum mulieres quam cæteri, dicuntur effœminati aut mulierosi. & xv. q. vj. alius. vt etiam faciunt viri castrati, de quibus loquitur iiij. Reg. xxiij. ibi: Destruxit quoque ædiculas effœminatorum, qui erant in domo Domini, qui interdum mulieres vltra modum diligunt. secundum Bal.in l.j.C.de eunuch. Sicut gallus dicitur gallinaceus,qui supra modum diligit gallinas. Et vir dicitur vxorius. [Primus vir vxorius fuit Adam humani generi stirpes, vt habetur j.super verb.*Cuidam Petro tradiderunt.* dum loquitur de pulchritudine vxoris, quæ sæpissime maritos decepit.]qui nimis vxorem diligit.l.pœna.iuncta gl.ff. ad l.Pomp.de parric. [De luxuria autem & libidine, Valer.libr.ix. Quid,ait,his vitiis fœdius? quid etiam damnosius? quibus virtus atteritur, victoriæ elanguescunt, sopita gloria in infamiam conuertitur, animiq; pariter & corporis vires expugnantur,&c.] Mercurij ad Æneam iuxta illud, allegato Æneidum libr. iiij. pulchrumque vxorius vrbem extruis, &c. Nam vocat Mercurius deorum nuntius Æneam vxorium, quasi Didonis amore inebriatum,taliter quòd ab ea non poterat discedere,etiam iussu deorum: & verè vxorius est ille,qui amore vxoris,Dei præcepta
29 contemnit, sicut Adam fecit. Præterea † mulieres sunt communiter garrulæ.vnde Titus Liuius decade j Initium, inquit, turbandi omnia à fœmina ortum est,vt patet Genes.iij.Sunt insuper variabiles,litigiosæ, atque superbæ, necnon incredulæ & superstitiosæ plusquam viri:quod habuerunt ab Eua, quæ plus credidit serpenti, quàm Deo, alleg. Genes. iij. Iuxta illud Apostoli j.ad Timot.ij.ibi, Adam non est seductus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit:facit text.in c.forus.de verb.sign. Nam videmus communiter plures fœminas esse diuinatrices,& credentes ire de nocte in partes longinquas,pueros occidere,& per domos discurrendo ianuis clausis intrare,ibi comedere,& bibere:quod est fatuum credere. c.episcopi. xxxvj. q. v. licet in quodam tractatu, qui Malleus maleficarum intitulatur, videatur concludi contrarium. vbi respondetur ad d.c. episcopi. quòd factum fuit per Aug.in concilio Carthaginensi paucis assistentibus prælatis. Pariter recitat idem Augu. lib.ij.de ciuit.Dei c.iiij. & c.xxvj. quòd olim mulieres Romanæ plusquam superstitiosæ [Vide de hoc j.super verbo,*Cuidam Petro tradiderunt.* de quadam regina Franciæ quæ superstitiosa fuit.] fuerunt:quia sacrificando Berecinthiæ deorum matri abluebant eam vrina,sonosque turpes ei per membra pudibunda in faciem reddebant, de quo eas deridet Iuuenalis libr.ij. Et par sacrificium faciebant deæ castitatis. & libr. iiij. de ciuit. Dei, etiam refert idem August. cap. x. quòd mulieres Phœnices offerebant deæ Veneri de lucro & fructu ex coitu ipsarum filiarum, quas in loco publico prostituebant priusquam maritarentur. Etiam Cypriæ virgines ad litora mittebantur, vt nauigantium vterentur consortio & concubitu,vt sic futuræ castitatis suæ libamenta Veneri exsoluisse viderentur: & pro suis nuptiis quæsiuisse dotes:in hoc deam illam venerando,quæ ex duabus gentilium venerandissima habebatur, non solum apud Cypros,vbi orta & enutrita fuerat,sed etiam apud Romanos, eo quòd formosissima haberetur, quæ in tam grandem luxuriæ pruritum venerat, vt omnem decoris sui claritatem crebris fornicationibus maculauerit,viuendóque in prostibulo voluptatibus vtebatur. Vnde [Vide circa hoc quæ habentur super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* dum loquitur de ornatu mulierum, & earum pulchritudine.] prima (vt poetæ aiunt) meretricia publica adinuenit,& fornices instituit,& matronas inire compulit: quod quidem scelus execrabile apud Cypros in consuetudinem quasi deductum erat. Ex quibus resultant mulierum vanæ, imò damnatæ superstitiones. Non ergo sine causa prohibet Apostolus eas loqui in ecclesia,& cęteris publicis locis,j.ad Corinth. capit.xiiij. ibi, Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui:Sed esse subditas, sicut lex dicit. Si quid autem volunt discere,domi viros suos interrogent. Turpe profectò est mulieri in ecclesia loqui.Hæc ille. & ad Hebr.ij.capit.in fin.Mulier,inquit,in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Vnde propter hæc vitia & plura alia non bene vitis conuenirent in bello &
30 feudis tenendis. Imò † in causis feudalibus testimonium ferre non possunt, per text. singularem quem ibi commendat Bald.in cap.j.in fin.titul.quot testes sint necessarij ad probandum inuestit.Ideo sufficiat eis honor prælationis Veturiæ, & cæteris mulieribus à senatu concessus, quem ipsæ naturaliter appe-
31 tunt.Non† quòd in feudo succedant,in quo veniunt quatuor considerandа.Primò natura:nam debet succedens se conformare naturæ feudi. Secundò consideratur aptitudo: quia propter ineptiam quis à feudo repellitur,sicut à quolibet alio studio virtutis,secundùm glos.in l.de quibus.ff.de legib. Tertiò consideratur actus. Nam actu vasallus seruire debet domino, quia qui non laborat, manducare non debet. l.hoc amplius. ff.de damn.infect. & dicit Apostolus ij ad Thessal.iij.capit. Quartò consideratur consuetudo feudi. Quibus omnibus consideratis fœmina incapax est ad succedendum in feudo. vnde Bald. in l.quoties.C.de suis & legit.hæredib.mulier,inquit,à feudo communiter repellitur pluribus ex causis.Primò naturali ratione,quoniam arma ferre non valet. Secundò propter iustitiam honestatis, quia cœtibus virorum immiscere se non debet, præsertim illustrium.l.si qua illustris.C.ad Orficia. Tertiò propter fragilitatem consilij, cùm apta nata non sit solidis consiliis,vt d.capit.forus. Quartò propter lubricitatem voti, quia ter mutatur in hora. vt ibi. Quintò propter periculum secreti, quia secreta tenere nescit.Quæ omnia discrepant à natura feudi.capit.j.de noua fidel.forma. Et sic non sine causa à feudo repellitur. Et † nedum ipsa,sed & masculi descendentes per lineam fœmininam. Non quia masculi ex filia non possunt pugnam facere, & dominum in bello iuuare, quia imò possunt: sed quia carent principio producente. Fœmina enim non est agens aptum operari transmissionem, licet masculus ex ea esset patiens aptum confirmari,si fieret transmissio. Sicut ergo prædium medium, quod non seruit, impedit seruitutem, ita media persona quæ non seruit in feudo, impedit seruitutis præmium, scilicet feudum,

BIU Cujas

quod est quædam seruitus: aut seruitutis, seu seruitij præmium. ff. de ser. rust. præ. l. qui sella. §. fi. Nam omnis fidelitas est contraria libertati. cap. cum olim. de priuil. Nec ob. ff. de bon. pos. contra tab. l. iij. §. si emancipatus. vbi vitium filij non obiicitur nepoti, quia ibi subiecta materia non respicit nepotem, sicut hîc. Sed quid de hermaphrodito vtroque sexu participante, an possit in feudo succedere, decidit Bald. in
33 d. l. quoties. Et † quod dictum est, mulieres non posse in feudo succedere, fallit in seq. casibus. Primò, vbi feudum ad tale seruitium fuisset concessum, quod non minus per fœminam, quàm per masculum explicari posset, secundùm Bal. in d. l. quoties. qui alle. text. in quodam feudorum. c. extraordinario. Subiungens idem esse & secundò, cùm feudum ita datur, vt pro eo nullum seruitium fiat, quo casu fœmina potest in tali feudo succedere, vt est casus secundum eum in d. capit. extraordinario. veluti si feudum sit cõcessum, pro quo non præstetur seruitium: sed census pecuniarius ad instar fisci. Puta, certa pecuniæ quantitas, aut frumenti, vel quid simile, vt spatula porci, aut vnum par caponum quolibet anno, vt seruatur in feudis quarundam ecclesiarum Lombardiæ, quæ secundum eum non curant de seruitiis armorum, sed solùm de bursalibus. In quibus feudis mutus & surdus etiam à natiuitate succedit, & quilibet alius hæres, quamuis sit mulier, secundum Bald. super verbo, liuellariè. in fin. tit. de pace const. Et idem esset de clericis: quoniam in talibus feudis succedere possunt, secundùm Inn. Ioan. Andr. & Panor. in c.
34 in præsentia. de probat. Vbicumque † enim fœminæ sunt feudi capaces, ita & clerici, per identitatem rationis. Et ita etiam Barb. in tract. de præstant. cardinalium, q. v. in fin. & Ioan. Fab. instit. de legit. patro. tutel. in fin. idem esset & tertiò per eundem text. vbi feudum esset paruum & exiguum. Tunc enim cùm ex eo non causetur obligatio ad fidelitatem & seruitium faciendum, fœmina succedit secundùm Bal. vbi s. & in capit. j. §. est & alia. quæ sit prima causa benefic. amit. Fallit iiij. in feudo, iure, & titulo emptionis acquisito: quoniam in illo fœmina succedit, magis considerata natura contractus, quàm feudi, se-
35 cundùm Bald. in capit. j §. hoc autem notandum. qui feud. dare pos. Pro quo facit text. ibi. §. fin. Et idem si fœmina feudum alio modo pecunia redemerit. cap. j. quemadmodum feud. ad fœminam pertin. Nam † his duobus casibus postquam dominus de feudo seu
36 alio beneficio pecuniam receperit, non poterit inuito vasallo ipsum reuocare. Vnde † principes illi qui pro beneficiis concedendis pecunias capiunt, officiarios à quibus præmium habuerunt, reuocare non possunt. Cùm beneficium aut priuilegium accepta pecunia concessum non possit à concedente reuocari, nec à suis successoribus, secundùm Baldum in l. qui se patris. C. vnde liberi. pro quo facit text. in d. §. final. qui feud. dare possunt. Quia tunc ex contractu sunt obnoxij ad verbum suum non faciendum irritum. Ex contractu enim, cùm sit de iure gentium, etiam imperator, imò summus pontifex ligatur. cap. j. vbi Panorm. de prob. Cyn. & alij per illum text. in l. digna vox. C. de legib. & Bald. in j. notab. in d. capit. j.
37 Subiungens † singulariter in l. ij. C. de seruit. & aqua. & in capit. j. de natura feudi. quòd licet Deus leges subiecerit imperatori, non tamen contractus. Et sic officiarios taliter creatos reuocare non poterit, etiam si tales officiarij creati forent qualificatè, scilicet quandiu creantis placuerit voluntati, quoniam hoc casu pariter censentur esse perpetui: Cùm principi sine causa rationabili talis concessio displicere non possit, secundùm Bartol. in l. iuris peritos. ff. de excusation. tutorum. pro quo facit textus in l. Thais. §. sorore. ff. de fideicom. libert. & per eundem Bart. & Alexandrum in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui operis nunciatione. in quarta oppos it. & glos. super verbo, electionem. in clementina, & si principalis. de rescriptis. vbi officiales taliter creati æquiparantur perpetuis. facit glos. super verbo, perpetuos. in capit. fin. de rescriptis. libro sexto. & Bald. in l. quisquis. C. si certum petatur. Et clarius per eundem in capitulo primo, columna tertia. de feudo guardiæ. & Panormit. in capit. final. columna secunda. de precar. Bald. in Authentic. omnes peregrini. columna j. in fin. C. commun. de succes. & Ioan. Fab. in l. j. C. de contract. ib. iudic. & in d. l. quisquis. facit textus in l. præsidis. ff. si certum petatur. vbi officiarij ad voluntatem creati censentur esse perpetui. Et ita seruatur in presenti regno, in quo priuari non pos-
38 sunt. Nec † officia vacare dicuntur, nisi in tribus casibus. Scilicet morte naturali, aut ciuili: puta renunciatione, vel forefacto, si deliquerint in officio: vel aliter ex quo priuari officio mereantur. Quo tamen casu antequàm priuentur, audiri debent in suis defensionibus: adeò quòd si sine causa & pro sola voluntate destituerentur, eis succurretur per remedia iuris ordinaria etiam possessoria. c. ex tenore. de resti. spoliator. de quo claram habemus hodie ordinationem Caroli octaui regis nostri moderni Turonis factam anno Domini M.cccclxxxv. (Additio.) quam reperietis in libro ordinationum regiarum cameræ inquestarum parlamenti Tholosæ, folio clxiiij. ver-
☞ so. [Idem statuit Ludouicus duodecimus, qui nunc regnat, vt habetur in suis ordinationibus, capit. xlvij. & infrà dicitur.] Cùm in regno Franciæ officia regia sint immutabilia, vt habeantur pro patrimonio, quo quis sine causa priuari non potest. nec sine causa principi displicere potest creatio officiarij, secundùm Bartolum in d. l. iuris peritos. Et tales mutari non possunt: saltem quandiu viuit princeps, qui eos
39 creauit. Sed principe † mortuo finitum officium est taliter concessum, per cap. si gratiosę. de reser. lib. vj. secundùm Baldum in l. meminisse. ff. de offic. proconsul. & tenet in capit. porrecta. de confirmat. vtil. vel inutil. Et licet morte principis talia finiantur officia, tamen in præsenti regno consuenit semper nouus rex illa confirmare, nisi ex causa legitima alios instituerit. Quo casu veteres officiarij etiam ante nouam institutionem exercere possunt, & continuare pristinam iurisdictionem, donec nouiter creati aduenerint, & in prouincia applicuerint. Et salaria percipient, sicut prius, pro tempore quo plus seruierint vsque ad aduentum successoris in prouinciam. vt d. l. meminisse. & l. obseruare. §. fin. cod. titul. Et inde est, quòd in Francia omnes officiarij post mortem regis à rege moderno obtinent suorum officiorum confirmationem, qua nouam non dicuntur adipisci iurisdictionem, sed atiquam continuare. de quo per Baldum vbi s. & Panormit. in d. capit. final.
40 de precar. Et † quòd officiarij gratis, & voluntariè creati non possint sine causa iusta destitui, optimè fundatur: quia decet à principe concessum beneficium esse mansurum. capitul. decet. de regulis iuris, libro sexto. Præterea mutare officiarios vergit in publicum detrimentum, scilicet ipsorum subditorum. Solent enim officiales publici dispergere res, cùm se

recessuros

receſſuros ſperant. Quia non parcit populis breue re
gimen, ſecundùm gloſ. in capit. hinc eſt. xvj. quæſt. j.
imò & plurimum noui officiales oneroſi exiſtunt
partibus, & cauſis damnoſi. vnde dicit text. in l. præ-
tor. §. final. ff. de vacat. & excuſat. muner. tolerabilius
eſſe iudices qui ſemel cognouerunt retinere: imò ſi
impediti forent, vel abſentes, tantiſper expectare,
41 quàm nouos committere. Et † hoc eſt, quod Tibe-
rius Imperator quibuſdam principibus reſpondiſſe
fertur ei ſuadentibus mutationem officialium. Vidi,
inquit, quendam muſcas vulneribus inſidentes fu-
gare, quem ægrotus inculpauit dicens: Quoniam
venturæ ſunt ſitibundæ, vt fugant: iſtæ tantum quia
plenæ ſunt locum occupabant. quaſi diceret, Con-
ſultius eſſe locupletes retinere officiarios, & plenè
impingatos, quàm illis amotis de nouo tenues &
pauperes ditare: ideo (vt Ioſephus refert) procurato-
res ſuos vix aut nunquam mutabat. In hoc enim ſe
dicebat parcere plebi. Nam procuratores ſcientes
ad modicum ſe habere poteſtatem, quidquid poſ-
ſunt rapiunt. Quod magnum prudentiſsimi imperatoris conſilium omnes vnanimiter teſtantur. Et pariter Suetonius libr. ij. de duodecim Cæſaribus, adeò quòd Helinandus in chronicis lib. ij. dicit inter conditiones & mores boni principis eſſe, ſuos officiales frequenter non mutare. Vlterius attrahuntur & alliciuntur veteres officiarij videntes ſe in ſuo ſtatu confirmatos ad melius ſeruiendum, & fidelitatem ſeruandum nouo principi, cuius beneficio potiuntur, & ipſum plus diligendum, & ad duriora pro ipſo patiendum, & odia fortè concepta deponendum, & commutandum in ardorem feruentis amoris & di-
42 lectionis. Quo † ſalubri vſus conſilio Seſoſtris, qui poſt Mœridem prole ſeptima rex factus in Ægypto, ſuperiores omnes gloria & rerum magnitudine exceſsit. De quo Diodorus Siculus lib. j. ſic dicit. Verum in primis quo facilius optata perficeret (videlicet Seſoſtris) ſibi omnium Ægyptiorum beneuolentiam conciliauit, vt & milites pro eorum ducibus ad appetendam mortem promptiores redderet, & qui in patria reliqui eſſent nouis rebus abſtinerent: omnes beneficiis affecit, hos donauit pecuniis, alios agris, nonnullos remiſsione pœnæ, ſingulos oratione & humanitate deuinxit, omnes qui in regem deliquerant, dimiſit impunitos: ob æs alienum victos ſoluit, Æthiopes omnes (qui ad meridiem ſpectant) aggreſſus victos acie tributum pendere compulit, hebenum, aurum, & elephantorum dentes. Deinde ad mare rubrum claſſe quadringentarum nauium miſſa, primus omnium largis nauibus vſus, & inſulas omnes eius oræ ſibi ſubdidit. Et partes maritimas vſque ad Indos ſubiecit. Aſiam quoque omnem pedeſtri exercitu deuicit. Neque ſolùm prouincias expugnauit ab Alexandro poſtmodum ſubactas, ſed & gentes quaſdam ad quas nunquam Alexander acceſſit. Nam & Gangem tranſiit & vniuerſam Mediam vſque mare Oceanum peragrauit. Scytharum quoque gentem ad Tanaim vſque fluuium (qui Europam ab Aſia diuidit) pertranſiit, Aſiam quoque reliquam ſibi parere coegit. Cycladibus inſulis maiori ex parte potitus eſt: tranſcendens in Europam, omnémque Thraciam pertranſiens, ibique finem expeditionis ſtatuens, multis in locis ab ſe deuictis columnas erexit: in quibus Ægyptiis, quas ſacras dicunt, literis ſcriptum extat. hanc prouinciam armis ſubegit rex regum principantium Seſoſtris. Hęc ille.
43 Sic † & ipſe Quintius Flaminius cõſul Romanus conſentiente ſenatu, Philippo Macedonum regẽ deuicto, omnes Græciæ vrbes liberas eſſe iuſsit. de quo Valer. lib. iiij. c. vij. tit. de liberalitate: Illius verò, inquit, Romanæ liberalitatis cœleſtem ſpiritum nullæ literæ ſatis dignis laudibus proſequuntur. Philippo enim Macedoniæ rege ſuperato, cùm ad id tam inſigne ſpectaculum tota Græcia conueniſſet: Quintius Flaminius tubæ ſigno ſilentio facto, per præconẽ hęc verba recitari iuſsit: Senatus Populuſq; Romanus & Quintius Flaminius Imperator, omnes Græciæ vrbes quæ ſub ditione Philippi regis fuerunt, liberas & immunes eſſe iubet. Quibus auditis maximo & inopinato gaudio homines perculſi, primò veluti non audiſſe ſe quæ audierant credẽtes, obticuerunt: iterata deinde pronunciatione præconis, tanta cælũ clamoris alacritate compleuerunt, vt certè cõſtet aues quę ſuperuolabant, attonitas pauentéſq; decidiſſe. Magni animi fuiſſet, à tot captiuorum capitibus ſeruitutem detraxiſſe, quot tunc nobiliſsimis & opulentiſsimis vrbibus Populus Romanus libertatem largitus eſt: ad cuius maieſtatem pertinet, non ſolum quod ipſe benignè tribuit, ſed etiam quod alio tribuente ſenſit commemorari. Vt enim illic commemoratæ, ita hîc redditæ laudis commendatio eſt. Hęc ille. Pariter Alexander magnus ille Macedonius Dario Perſarum rege deuicto, regnoq; integraliter obtẽto, officiarios Darij, quos pro hoſtib. habuerat, non deſtituit. quinimo ipſis confirmatis ſtipendia auxit, ſic eis ſcribens: Rex regum & dominus dominantium Alexander filius Dei Ammonis & reginę Olympię, vniuerſis principibus, ducib. & magiſtratib. dignitatib. & populis ciuitatum, per vniuerſum regnum Perſarum conſtitutis, gratiam ſuam: Poſtquam diis placuit, vt ſuper excelſum thronum Darij ſederemus, gaudere debetis non modicum & lætari. Mandamus itaque vobis, vt in vnaquaque ciuitate rectores & principes ſint ſicut in tempore Darij conſiſtebant, quibus iubemus, vt iuſtitiam faciant rationabiliter inter quoſlibet, & conſeruent. Quorum pręcepta ſubiectis omnibus ſine cõtradictione aliqua obſeruent. Et vnuſquiſque proprietates ſuas in pace poſsideat, & gubernet. Videtes autem hoc Perſæ, & quia Roxanam Darij regis quõdam filiam ſibi copulauerat in vxorẽ, gauiſi ſunt valde, ſtatimq; leuauerunt deos ſuos & adduxerunt eos ad Alexandrum, & cœperunt eum tãquam deum adorare, dicẽtes: Tu ipſe Deus es, & quæ diis placent operaris. Hæc ibi. Prætereà, ſi aliter fieret, aliud non eſſet, quàm commouere omnes officio deſtitutos ad odium & inimicitias contra principem & rempubl. Cùm ſcriptum ſit, qui noſtra tollit inimicus eſt. Et econtra princeps cogitare deberet, quod in Euang. dicitur: Qui mecum non eſt, contra me eſt. vt dicit gl.
44 in l. cælicolarum. C. de iudæ. Ob † quod, quia malè ei ſucceſſerat, ordinauit Ludouic. xj. regis moderni genitor officia à cætero eſſe in hoc regno perpetua. ☞ [Quam ordinationem poſuit dom. Auffr. in tit. de exceſ. offi. c. ix. § prætereà de quo plenè habetur j. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam.* prope fi.] De quo Gagui. lib. x. cap. ij. ſic dicit: Conuerſus inde ad rempublicam Ludouicus conſcius ſibi quantum odij atque inimicitiarum ob plurimos à ſe vt voluerat, magiſtratu officióque deſtitutos contraxiſſet, legem tulit, magiſtratus perpetuos fore, neque amoueri inde eos poſſe, qui ea gererent, niſi morte interueniente, vel commutatione, aut dimiſsione facta, aut ☞ culpa fortè geſtoris, aliis officia mãdarentur. [Quo caſu etiam ſi iuraſſet non reuocare, poterit ſine rea-

tu

tu periurij eum reuocare, ſecundùm Ioann.Andr. in capit.penult.in fin. de officio vicarij. cùm dolus futurus remitti non poſsit.l.iuriſgentium.§.illud.ff.de pactis.] Si aduerſus legem precum importunitate feciſſet, donationem ſuam inanem fore. Hæc ille. Poſtremò eſt vnum peremptorium: quia ſub confidentia officij vnuſquiſque ſtatu ſuo derelicto quibuſcumque cæteris viuendi modis qui plures ſunt, ſeruitio principis ſe dedicat. Et dum viuere inciperet, ſupplantaretur in ſui honoris & totius familiæ denigrationem & perditionem: itaque mandatum principis, imò beneficium ſibi foret illuſorium & deriſorium, contra omnem iuſtitiæ æquitatem, quæ neminem permittit beneficio decipi, Sed potius iuuari. c.j.in fi.de commo. & ff.illo eod.tit.l.in commo-
45 dato.§.ſicut.in fi.Nec † poteſt mandatum re non integra etiam morte mandantis reuocari, ne officium ſit damnoſum. l.ſi ſeruus communis.§.quod verò. ff. de furt.& l.mandatum.iuncta gloſ. C.mandat.Et teneretur ſine cauſa reuocans ad omnia præparamenta, intereſſe, & damna in foro conſcientiæ, & etiam contentioſo, ſi ſuperiorem habet, & ipſe ad conueniendum ſit facilis. argum.l.j. §.cœpiſſe.ff.de pollic. & l.ſi pecuniam. ff.de condi.ob cauſ. vnde his motus fuit ad faciendum dictam ordinationem Ludouicus. Et ne officio deſtitutus dimittatur inter malos, quos ob delicta puniuit omnino lacerandus. Præterea ſub iuramento fidelitatis & aliorum articulorum, in Auth.iuſiurandum quod præſtatur.collat.ij. conceduntur officia publica. Et certum eſt, quòd in beneficiis ſub tali iuramento conceſsis, dominus licet ſit imperator, vel rex Francorum, ius pœnitendi non habet, quandiu officium tenens fidelitatem & iuramentum ſeruat, ſecundùm Bald. ſingulariter in c.peruenit.lo ij. in ij.not. quem ibi ſequitur Felyn. in fin. de iureiurand. Non ergo ſine cauſa hoc ordina-
46 uit Ludouicus. (Additio.) Pariter † fuit anno M. cccexcviij. per dominum noſtrum regem Ludouic. xij. anno regni ſui j. quo ſua gratia mihi contulit officium conſiliarij in ſua ſuprema parlamenti Burdegalæ curia, ſalubriter Bleſis ordinatum, Quòd etiam Bayliui, Seneſcalli, & cæteri magiſtratus ſuos non poſſunt ſine cauſa in curia parlamenti ipſis auditis cognita, mutare locatenentes. Secundùm quam ordinationem ex pòſt me ſtante conſiliario in dicta curia, fuit per Arreſtum reintegratus in poſſeſsionem officij locum tenentis ſeneſcalli Aquitaniæ, magiſter Petrus Geneſte, ad preſens locumtenens per dictum ſeneſcallum eo inaudito expoliatus: hodie autem per ordinationem domini noſtri regis moderni in ordine lxvj. receptores talliarum & diſtributores ſtipendiorum, quæ officiariis domus regiæ, & armigeris ac cęteris ſimilibus debentur, ſunt declarati ad nutum & voluntatem regis non perpetui, ſed reuocabiles: quia olim non erant niſi ſimplices commiſſarij
47 pro vice illa, & non officiarij formati. Ex † quibus reſultat, quòd cùm hodie omnes officiarij formati ſunt in præſenti regno perpetui, non obſtante l.ij.ff. de in ius voc. Poſſunt in ius vocari durante officio, ſecundùm Bart. & Alexand. in d.§.ſi quis ipſi prætori. Necnon contrahere poſſunt etiam cum ſuis ſubditis, & poſſeſsiones acquirere. [De quibus non tenentur tallias ſoluere, & ſi ſint res nobiles, etiam pro
51 illis non tenentur ſeruire, nec ad bellum mittere, vt plenè dicitur ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam.* art.j.in iiij.deciſ.] quas liberè tenebunt, & matrimonia contrahere, ita quòd in eis cùm ſint perpetui, locum non habet.l.j.C.de contrar.iud. Nec dicta l.quiſquis. & ſimiles, neque l.j. C.ſi rector prouinc. ſecundùm Guid.Pap.q.cxcv. & Ioann.Fab.in quolibet dictorum iurium. [Et pariter locum non habet in hoc regno Franciæ. l.fin.C.de crim.ſacr.qua prohibetur quis habere officium in loco originis, vt plenè dicitur j.ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam.* prope fin.] Quæ tantum locum habent in officiariis annalibus, vel aliâs temporalibus, ſicut ſunt in Italia, qui contrahere non poſſunt eorum durante officio. Et non in officiariis huius regni, qui perpetui hodie
48 ſunt. Licet † beatus Ludouicus, Gaguin. referente, libr.vij.c.ij. in contrarium ſtatuiſſet, quo ad contractus: vt ſcilicet contrahere & poſſeſsiones acquirere durante officio non poſſent, nec liberos matrimonio copulare incolis prouinciæ cui præſiderent. [Quam ordinationem ſituauit dom. Auffrerij x. & xj.in tit.de offic.Balli. vide ibi ordina.Philip.xliij.] Et idem ſtatuerunt ex poſt Philippus & Carolus vj. anno Domini M.cccl̄xxviij. Addens, quòd acquiſita eoipſo confiſcata eſſent, niſi venditor illa recuperare vellet, & pretium fiſco regis reddere. (Additio.) quam ordinationem reperietis in lib. ordinationum regiarum cameræ Inqueſtarum parlamenti Tholoſæ fol. lxxxix. Sed tempore illo officia non erant perpetua: quia etiam de iure communi temporalia erant, vt plenè per Panorm.in c.fin. de iudic. in vlt.not. [Quo caſu etiam officiarij annales officia tenentes in loco originis vel domicilij omnes contractus celebrare poterant, quod non licebat foraneis durante officio: vt clarè habetur j. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* prope fin. dum concludit officia conferri poſſe originariis patriæ, vbi inſeritur ordinatio Philippi pulchri.] Hodie verò ſunt in hoc regno perpetua, vt videtis. Et ſic contractus eis permittuntur, niſi in his quæ ad ſui officij adminiſtrationem pertinent: quia † iudex de rebus nec
49 cum partibus de quibus coram eo quæſtio eſt, etiam in caſu aliâs permiſſo in l.fin.C.de legi. & c.eccleſia ſanctæ Mariæ.vt lit.pen.non poſſet contrahere: nec theſaurarij de rebus quarum curam habent, ſicut nec tutor de rebus pupilli. l.cùm ipſe.C.de contr.empt. ſecundùm Io.Fab.vbi s. Et in his locum habere poſſet antiqua ordinatio, & etiam in magiſtratu exer-
50 cente mercantiam. Nullus † enim regis, vel alterius domini officiarius mercantiam cum aliquo exercere poteſt vel exerceri facere per ſe, aut interpoſitam perſonam, neque ſocietatem facere, vel participare cum alio in aliqua mercantia, ſub pœna perditionis mercantiarum, & aliarum grauium pœnarum ad voluntatem regis, per quem gratia non fiet, nec literæ dabuntur in contrarium: de quo ſalubris ſtat ordinatio Caroli v. Francorum regis: qui ſapiens dictus eſt, & literas in contrarium conceſſas irritas decreuit: & quòd ilico officio regio vel mercantiis renunciare tenerentur. Aliâs ſi literis contra huiuſmodi ordinationem vti vellent, vt mercantiis priuati punirentur, ſapienter ſtatuit. [Hæc ordinatio eſt hodie per dominum Auffrerij ſituata tertia in tit. de vita & hone. offi. & ſubditorum. Et pro iſta ordinatione eſt text. in l.j C.neg.ne mil.libr.xij.] Hanc ordinationem etiam reperietis in libr. ordinationum prædictarum,
51 fol.xciij. Et † idem eſſet in contrahente mutuum cum ſubditis, ſecundùm ordinationem Philippi pulchri, Pariſiis factam anno Domini M. cccij. Poſteà per Ioannem & Carolum v. eius filium, Carolum vj. & vij. Francorum reges confirmatam. Qua prohibentur

officiarij

officiarij mutuum capere à personis processum coram ipsis habentibus, vel quos sciuerint de proximo habituros, mutuum scilicet accipere magnum vel paruum per se, aut interpositas personas, & ab aliis personis eis subditis processum non habentibus, nec de proximo habituris, etiam mutuum capere prohibentur vltra summam quinquaginta librarum turonens. quas intra duos menses à tempore receptionis mutui reddere & soluere tenebuntur, licet creditores ampliori termino eis credere vellent. [Hanc ordinationem situauit dom. Auffrerij. xxxvij. in tit. de offic. Balliuorum, quam originaliter fecerat beatus Ludouicus: de quo habetur eod. ti. ordinatione iiij.] Nec aliud mutuum recipere poterunt, quousque fuerit prioribus satisfactum. [An princeps vel alter dominus superior cogere possit subditos ad sibi pecuniam mutuandum, habetur j. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. principali artic. & in iiij. decis. circa fin. Quam ordinationem reperietis etiam in lib. ordinationum regiarum prædictarum. fol. xxv. verso. artic. xxxj. Id idem ordinauit prædictus Carolus. vj. anno superius dicto Domini M. ccclxxxviij. in mense Februarij, vt patet fol. ibi allegat. Heu me quanti sunt qui non pro suis vrgentibus necessitatibus, sed pro officiis & honoribus acquirendis pecunias mutuo rogant à futuris eorum subditus: quos credo in dicta ordinatione comprehendi: quia sicut officiarij mutuum capere non possunt ab his, qui de proximo habituri sunt litem coram eis, sic nec possunt quando de proximo empto seu pecunia redempto officio, futuri sunt iudices mutuantium, propter
52 identitatem rationis. An † autem pro officiis publicis licitum sit dare pecunias vel recipere, dicit Bald. quòd licitum est in principe, vt ipse not. in l. Barbarius. ff. de of. præt. Hoc enim prohibitum non inuenitur de iure diuino, Sed tantùm ciuili, cui Cęsar non subest. l. princeps. ff. de legib. Vnde Papa sua temporalia vendere posset sine peccato: secus autem esset in inferiore à principe, quia iurisdictiones & honores venales esse non possunt. in Auth. vt iud. sine quo. suffrag. §. hæc autem omnia. & in d. l. quisquis. C. si certum petatur. Nec iustitia venalis esse debet. Quinimò res malè agitur, cùm quod virtute fieri debet, pecunia tractatur, vt Tullius dicit, quem Bal. refert in repetit. d. l. Barbarius. col. ij. O † vtinam
53 principes qui hodie officia iustitiæ vendunt, quo medio viam concussionibus aperiunt, omnibus postpositis legibus fœmineum sequerentur consilium, [Sicut etiam fecit Childericus Francorum rex pater Clodouei protochristiani: vt habetur infrà super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* post princip.] quo summus ille Iustinianus, Imperator Christianissimus, à Theodora eius coniuge consultus, iudices sine quoquo suffragio fieri statuit. Ex quo tempore eam nedum charam, imò reuerendissimam habuit, & in recipiendo iuramentum ab officiariis sibi eam associauit. in Auth. iusiurandum quod præstatur. in princip.
54 vt dicit text. in d. §. hæc autem omnia. Refert † pariter summa Rosella in verbo, restitutio. iiij. §. v. beatum Thomam per Ducissam Brabantiæ interrogatum, si licitum foret officia secularia vendere: sic eidem respondisse. Cùm autem balliuis & officialibus vestris nihil committatis nisi temporalis officij potestatem, non video quare non liceat vobis vendere officia, dum tamen talibus vendatis, de quibus præsumi possit, quòd sint vtiles ad officia huiusmodi exercenda. Et non tanto pretio vendatur officium, quod recuperare non possint sine grauamine subditorum. Attamen talis venditio expediens omnino non videtur, cùm frequenter contingat, quòd magis idonei sint pauperes, vt officium tale emere non possint. Quin etiam si tales diuites sint, tamen quia boni sunt, officia non ambiunt, nec ad lucra inhiant. Et sic quia illa officia emunt vt plurimùm hi, qui peiores sunt, & subditos opprimentes diuites facti. Iuxta illud Iob: Abundant tabernacula prædonum. Magis expediens videtur, vt bonos & idoneos ad officia vestra liberaliter eligatis. Hæc ille. Cui prudens ducissa acquieuit. Pudeat igitur ad negotium tam honestum in viro rationem non posse, quod sexus fragilitas vt plurimum auarissima potuit in muliere. Nam vt summista superius refert, officia regiminis, vendi stricti ssimè prohibentur, & taliter assumpti nihil dare
55 debent præsertim tempore hodierno. Cùm † teste experientia, quæ rerum dicitur magistra, ex his infinita mala dietim prouenire videmus, etiam si bonis viris vendantur: quoniam principatus quem ambitus occupauit, etiam si moribus vel actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est pernicios us exemplo, & difficile est vt bono peragantur exitu quę malo sunt inchoata principio. j. quæstio. j. capit. principatus. facit text. in capit. fin. ibi, quem vt dicunt, fuit minus canonicè assecutus, &c. de accusatio. De Iulio Cæsare legimus, quòd adhuc adolescens dicendi & agendi promptitudine longè clarus, & qui vniuersa auderet atque speraret, & felicitate quadam gratus multitudini, quæ vt plurimum liberales colit atque diligit tamen ad ambitionem suprà modum profusus & ardens, vt qui ædilitatem & præturam ære alieno meruisset, & tandem imperium vsurpasset (Appiano Alexandrino libr. ij. de bellis Romanorum ciuilibus referente) in quo quanta fuerit eius modestia Suetonius, Plutarchus, Liuius, ac Plinius, & cæteri declarant, anno regni sui v. teste Orosio, cùm in Capitolio applicuisset viginti tribus vulnerib. confossus est. Alexander etiam magnus, cui totus orbis non sufficiebat, anno ætatis suæ xxxij. mense vij. intoxicatus obiit. Tales præterea qui officia emunt, communiter vendunt in minuto quod emerunt in globo: quia illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulauerint. dicit Salustius in Iugurthino. Vnde talia emere redundat in grauamen subditorum, & totalem iudiciorum subuersionem: cùm enim officium sub mercede venale disponitur; ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur, nisi ad recuperandum & reburs andum pretium. [Ideo videmus iustitiam auaritia ab hominum societate pulsam. iuxta illud Ouid. lib. j. Metamorph.

Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes,
Vltima cælestum terras Astrea reliquit, &c.

Quasi dicat, virgo Astrea, hoc est iustitia: quæ Astrei gygantis filia fuisse dicitur, relinquit terras: & clarè experimur veram esse sententiam qua dictum est, pecuniæ obediunt omnia. Venalis iustitia, venalis mulierum pulchritudo: venalis denique facta est nostris temporibus ecclesia. Quod à Deo non procedit: sed à dæmone illo Iuda, qui Christum sponsum & caput ecclesiæ mercatus pecunia vendere non erubuit authorem sacramentorum. Nec abs re Salustius in Iugurthino sæpe exclamat: Romæ omnia venalia.] Dicit text. in cap. ij. & iij. ne prælat. vic. suas. Et in epist. j. ad Cęsarem de republica ab incerto authore directa, sicut dicitur, Omnia mala pariter cum

honore

honore pecuniæ desinent, si neque magistratus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt: ex qua venalitate omnia mala procedunt. Vnde olim (vt Valer. libr.iiij.tit.de paupertate dicit) nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæque illustrium virorum publicè succurrebatur. Et sic honores & magistratus qui virtuti debẽtur, pretio non
56 redimebantur. Ob† quòd inter cæteras leges summè laudabiles, Ludouicus Francorum rex beatus, officia in regno mercari vetuit. de quo Gagui.libr.vij.c. sic dicit. Per id tempus prefectura apud Parisios venalis habebatur: solíque ciues pretio illam sibi, vel liberis suis comparabant. Vnde fiebat, vt inopes premerentur, opulenti omnia licenter agerent, fures nullis pœnis afficerentur. Hanc venalitatem rex prohibuit, constituto anno stipendio ei, qui præfectus esset. Atque ita Stephanum Boilleum iustitia atque æquitate spectatum hominem præpositum instituit: qui officium adeptus intra paucos dies statum ciuitatis longè tranquilliorem reddidit. hæc ille. Id idem Carolum vij. & Carolum viij. nũc regnantem, vt etiam officia ad firmam dari non possint, statuisse cernimus, [Vide quæ habentur j. super verbo, *cætera bona.* dum loquitur de fructu & emolumento iurisdictionis vendendis, & ad firmam tradendis.] & officia empta ipso iure vacare, & impetrabilia esse sanxerunt: necnon iuramentum ab officiariis in eorum receptione, quòd nihil pro officio dederint per se, aut per alium, nec promiserint, strictissimè exigi 58
præceperunt. Et Deus scit, & notoriè videmus, quanti vnam illam acerbam deglutierint in amaritudinem conscientiæ. Et hoc est quod Lucio Cornelio Syllæ largitionibus prætori facto Cæsari indignabundo cùm sua se in illum potestate vsurum esse dictaret (vt ex Plutarcho de vita Syllæ habetur) ridens Cæsar rectè, inquit, tuum putas esse magistratum, quem tuis habes pecuniis comparatum. q.d. in illo ius non habere, quod est not. Vnde Carolus vij. anno Domini M.cccclij. ordinatione sua. xcvij. ordinationes suorum prædecessorum insequendo, districtè prohibuit omnibus officiariis, consiliariis, & omnibus subditis nihil recipere mobile, aut immobile pro obtineri faciendo à rege aliquod officium iudicaturæ à rege: Et omnibus subditis de nihil dando, vel promittendo sub pœna quadrupli aliquid recipientibus realiter, vel ex promisso, & sub pœna indignationis regię incurrendæ, & grauioris punitionis, & dantibus aut promittentibus sub pœna perditionis officij sic obtenti, & inhabilitationis à cætero tenendi aliqua officia regia, & pariter soluendi quadruplum datorum aut promissorum: & quòd officia à cætera dentur libera mente, & gratiosè idoneis & sufficientibus sine aliquo suffragio, vt sine aliqua exactione iustitiam administrent subditis. Similiter Carolus viij. rex noster modernus ordinatione sua 59
lxviij. statuit à cætero officia præsidentium, consiliariorum, aut cætera officia curiarum suarum parlamenti, & sic comprehendit aduocatum, procuratorem, grafarium, & ostiarios, & quæcunque officia iudicaturæ extra curiam parlamenti in toto regno: & quòd nihil dederint, aut promiserint, tenebuntur præstare solenne iuramentum ante eorum receptionem. Et si posteà contrarium reperiretur, priuat eos officio, quod declarat eoipso impetrabile, vt vacans.
(Additio.) Et quia exposit multi literas regias con- 60
gedij de vendendo & emendo dicta officia obtinuerant à rege, Lud.xij. anno Domini M.cccccxcviij. sui regni primo, ordinatione sua xl. declarauit quòd per literas congedij derogare non intenderat, nec intendebat in futurum. Et si per importunitatem, vel aliàs aliquas tales literas commendaret, prohibuit cancellario eas sigillare. Et si surprisia, vel aliâs sigillarentur, prohibuit gentibus curias parlamẽti tenentibus, & quibuscunque aliis officiariis inferioribus, talibus literis obedire, licet iteratiuis. Et sic secunda, tertia, aut vlterior iussio regis nihil operabitur hoc casu.
57 Et † quòd officia vendi non possint, est text. in l. baphij. C. de muril. lib. xj. vbi gl. dicit illud esse simoniacum. facit tex. in c. lege Iul. & c. fi. j. q. j. & est casus in c. j, iuncta gl. ibi, super verb. consuetudines. de magi. quæ dicit, quòd talia emere est quasi simoniacum. facit gl. in l. j. ff. ad l. Iul. de ambi. vbi Bar. dicit, quòd illud quod canonistæ vocant simoniam, legistę dicunt ambitum: qui committitur in redemptione pecuniaria officiorum. facit text. in §. si quis tutor. vers. sed si quis præsens. insti. de susp. tut. vbi redimens pecunia tutelam, tradi debet præfecto vrbis puniendus. l. j. §. item solent. ff. de of. præf. vrb. & vtrobique gl. arguit contra doctores, qui pecunia data redimunt scholares. * *Adde in simili Corse. sing. 79. in verb. doctor. j. quòd doctor ex mutuo quod facit scholari committit vsuram, si contemplatione mutui intrat secum: aliàs non intraturus. alleg. Calde. in c. nauiganti. de vsur. Intelligit tamen si ex tali introitu doctor aliquam vtilitatem æstimabilem percipit. Abb. refert in c. j. de depos. & ita dicit intelligendas d. gl.* Vlterius † videatis gl. pragm. super ver. ecclesiasticis. tit. de annatis, præmissa tamen non referentem. Videatis etiam Bart. in l. licet pro hærede. ff. si quis omis. caus. test. volentem, quòd qui dat pro officio, aut præbenda pecuniam, cùm det malo animo, titulum dicitur habere lucratiuum: licet gratis officium illud non habuerit. Vnde poterit indubitanter reuocari, quia titulus non ei censetur onerosus, imò vt vidistis, officium est impetrabile tanquam vacans, cùm simoniacus titulum non habeat, secundùm gl. in c. ni si cùm pridem. in prin. de renunc. Nam iura superius allega. & Bal. in d. l. qui se patris. C. vnde lib. volentia beneficium pecunia accepta concessum esse irreuocabile: loquuntur de beneficiis & priuilegiis, in quibus non cadit ambitio. Vt quia sunt beneficia patrimonialia, putà feuda & officia simplicia nudam administrationem habentia sine iurisdictione, pro quibus dari potest pecunia. Qua accepta erunt officia sic concessa irreuocabilia, secundùm dom. Ant. & Pa nor. in c. tuam. de ęta. & qual. Prouiso quòd offeratur & detur publicè, & non occultè l. j. §. sed si quis. ff. de pol. quæ verè intelligitur de honore siue iurisdictione secundùm eos. & Sal. in l. j. C. ad l. Iul. de ambit. Si autem pecunia daretur etiam pro his simplicibus administrationibus occultè ex pacto, certè pręsumeretur contra sic mercantes. argu. l. j. C. de fam. lib. Ideo
59 † iuridicè & sanctè per Arrestum Curiæ Parlamenti Tholosę, prohibitum fuit anno Domini M.ccccl xx. cathedras doctorales vendi, pœna contra facienti ad iecta. Quod fuit ex post alio Arresto confirmatum die j. Febr. anno Dom. 1486. Et prætereà additum & prohibitum loca collegialia vendi in vniuersitatibus fundata, & cum decreto irritante. Sed quicquid de iure communi, ordinationibus regni, & arresto parlamẽti dicatur, hodie non instamus in istis: quia temporale & spirituale, & cętera omnia venalitati exposita sunt: Et omnia pecuniæ obediunt. An † autẽ possit quis sine peccato, nõ dico emere, aut importunè petere, sed sola voluntate dignitatem vel officium

appetere

BIU Cujas

appetere & desiderare? Super quo dicit Hug. de Prato, præsupposito tamen quòd talis dignus sit gradu quem appetit, aliâs non. Talis potest appetere dupliciter. Vno modo propter status altitudinẽ, ad quem sequitur honor, & reuerentia, ac sufficientia temporalium. & hoc modo est peccatum mortale: quia procedit ex cupiditate & ambitione. Nec obstat dictum Philosophi in suis Ethicis, quòd homo est animal regium, honorum cupidum, alteri sociale per natu-
ram. Nec vlla est tanta humilitas, quę dulcedine glo- 62
riæ non tangatur. vnde illa scilicet gloria à claris viris interdum ex humillimis rebus petita est, dicit Valer. lib. viij. c. xv. tit. de cupiditate gloriæ. Imò Themistocles sapientissimus & philosophus dulcedini gloriæ penè adiecit gloriam, vt ibi dicitur. Quia intelligitur quòd homo esse debet cupidus virtutum, quæ ad se trahunt honorem, & quibus honor debetur: qui solus est præmium virtutis, & dari debet solis virtuosis. Et si malè dispensando eis non conferatur in hoc seculo per habentem potestatem, quia ipso facto eis competit, cum illo semper gaudebunt in paradiso. iuxta illud Statij libr. vij. Thebaidos. Ite, inquit, alacres: vestri nunquam morientur honores. Nec sunt hæc officia nisi signum honoris propter virtutes competentis. Alio modo potest intelligi quod officium appetat, vt proximis prodesse possit. Et si hoc laudabile sit iuxta illud, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: non vt præsit, sed vt prosit. Nihilominus tamen sic appetere præsumptuosum est. Scilicet præsumere & se æstimare ad hoc sufficientem, & consequenter cùm præsumptio sit filia su-
perbiæ, est detestabilis. Hinc † est quòd talis gradus 61
non potest absque peccato appeti. Iuxta illud Aurelij Aug. libr. ix. de ciuit. Dei: Locus, inquit, superior, & si administretur vt decet, indecenter tamen appetitur. Vnde non sine causa, & ratione Hala magistrum equitum Spurium Melium regnum Romanorum affectantem, occidit, Valer. referente lib. v. c. iij. titul. de ingratis: Quod fuit sibi reputatum ad maximam reipublicæ gratitudinem, & obsequium. Et vt idem Valer. [Vide j̃ super verb. *domum*. An propter delictum sit domus destruenda.] lib. vj. tit. de seueritate dicit, Par indignatio ciuitatis aduersus Spurium Cassium erupit: cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerũt. Senatus enim Populúsque Romanus non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superiecit, vt penatum quoque strage puniretur. In solo autem ædem Telluris fecit. itaque quod prius domicilium potentissimi viri fuerat, nunc religiosæ seueritatis monimentum est. Et sequitur. Eadem ausum Spurium Melium consimili exitu patria mulctauit. Area verò domus eius quò iustitia supplicij notior ad posteros perueniret, Æquimelij appellationem traxit. Hæc ille. Nam vt diuus ait Imperator in l. j. C. de comi. & præp. schol. lib. xij. dignitates & dominationes à casu debentur & fortuna: quia licet in abstracto emanauerint à Deo. in Auth. quom. opor. epi. in princ. & c. solitæ. de maioritat. & obed. tamen in concreto prout isti adhærent, aut illi, à fortuna dependent, secundùm Ioan. de Pla. in d. l. j. ideo peti non debent. Vnde diuus ait Bernar. Quoties hominibus præesse desidero, Deum meum pręire contendo: & tunc non sapio quæ Dei sunt. Pariter dicit Chrysostom. super Matth. Quicunque primatum desiderauerit in terra, inueniet confusionem in cęlo. Nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. Quod nobis etiam Christus ostendit, qui aufugit, cùm regem eum facere voluerunt. Ioan. vj. Ob quod conclu dit Apostolus ad Hebr. v. Nemo sibi assumat honorem, nisi qui vocatus fuerit, sicut Aaron. sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchise-
dech. Hæc ille. Cui † concordat quod optimus prin- 62
ceps ille Adrianus. Cùm ab eo viri prętorij peterent, vt sibi liceret de iure respondere, quod ex principis authoritate pro officio tunc fiebat, rescripsit hoc non peti, sed prętari solere. l. ij. §. primus diuus Augustus. ff. de orig. iur. Numa Pompilius (vt Plutarchus ait) cùm anno ætatis suæ xl. legati venissent pro eo rege assumendo, ipsóque non acquiescente ac dicente, quòd omnis vitæ humanæ mutatio sit periculosa. Tandem instantibus legatis atque rogantibus, ne populus iterum in seditionem veniret, regnum lacessitus suscepit, & secundus post Romulum rex effectus fuit. Vnde regnare est nolle regnare cum possis, dicit Senec. lib. iij. de beneficiis. Quod prudenter considerans Scipio Aphricanus consulatum ad vitam suam ei oblatum, & honores diuersos suscipere recusauit: de quo Valer. libr. iiij c. j. tit. de animi moderatione, sic dicit: Non defuit maiorib. grata mens ad præmia superiori Aphricano exoluenda. Si quidem maxima eius merita paribus ornamentis decorare conati sunt: Voluerunt illi statuas in comitio, in rostris, in curia, in ipsa denique Iouis optimi maximiq; cella ponere: Voluerunt imaginẽ eius triumphali ornatu indutam, capitolinis puluinaribus applicare. Voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos Consulatum, perpetuámque Dictaturam tribuere: quorum sibi nil neque plebiscito dari, neque Senatusconsulto decerni patiendo, penè tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum egerat in merendis, scilicet honoribus. Hæc ille. Considerabat iustissimus ille consul de publico ministerio nihil cuiquam præter laudem bene administrati officij accedere debere. vt idem dicit Valer. eod. libr. c. iij. tit. de abstinentia & continentia, loquens de Quinto Fabio Gurgite. Et ibidem, Scipio Æmilianus post duos inclytos consulatus, &c. non quantum auri & argenti, sed quantum amplitudinis, honoris, & gloriæ pondus secum ferret, æstimabatur. Ex quo facilè conuinci potest, quòd non virtutibus ex dignitate, sed dignitatibus ex virtute honor accedit. Ideo non ab re viri sancti, dum in prælatos eligebantur, renuebant, & possetenus restiterunt. vt legitur de beatis Nicolao, Martino, Gregorio, & aliis pluribus sanctis. Similiter & Labeo noluit, cũ ei offerretur ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, & honorem susciperet. l. ij. §. post hunc. alleg. tit. ff. de orig. iu. Læti erant qui regna deponebant, & tristes quibus dabantur. dicit Valer. lib. v. c. vij. tit. de indulg. patrum in liberos. in fi. Scientes quòd indignus est regno & sacerdotio, nisi ordinatus fuerit inuitus. l. si quenquam. C. de epi. & cle. Non certè debet homo sibiipsi assumere officium publicum violentia, prece, pretio, aut simulatione: sed cùm sibi imponitur pro vtilitate populi, debet cum timore suscipere, sicut Christus, de quo dicit idem Apostolus quòd non arbitratus fuit rapinam, se Deo patri æqualem facere: sed pater hoc fecit, dicens: Filius meus es tu: ego hodie genui te. super quo dicit Aurelius August. in lib de ciuitat. Dei.

Otium

Otium ſanctum quærit charitas, negotium iuſtum, ſcilicet per officium publicum ſuſcipit neceſsitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit, contemplandæ veritati vacandum eſt. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus vbi ſuprà. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Ille enim à Deo vocatur, qui modo debito inſtituitur. Aliâs & ſæpe officia deſiderata & petita triſtem producunt effectum. Iuxta illud, quod ſolitus erat dicere Au. Plerunque poteſtas quæ petitur premit. quid enim aliud eſt poteſtas culminis, niſi tempeſtas mentis, in qua cogitationum procellis ſemper nauis cordis quatitur: huc illucque inceſſanter impellitur, vt per repentinos exceſſus oris & operis, quaſi per obruentia ſaxa frangatur. dicit Gregor. in Paſtorali, & Claudianus. *Tolluntur in altum vt lapſu grauiore ruant.* Vnde cæci ſunt & duces cæcorum, cum Æolo ventorum rege gloriantes, & (vt Poeta lib. j. Æneid. refert) dicentes:

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra Iouemq́
Concilias: tu das epulis accumbere Diuûm,
Nimborumq́ facis, tempeſtatumq́ potentem.

Per quę clarè conſtat omnes tales nimborum, id eſt, ventorum & tempeſtatum eſſe duces: quos increpat diuus ille Bernard. in ſuis epiſtolis. Quid poſteà ab iis, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, & amiſſa cruciant? quia ſecundùm Philoſophum viij. Ethic. Principatus quanto maior, tanto inſtabilior: quanto ſublimior aſcenſus, tanto lapſus periculoſior. dicit Hieronymus ad Demetriadem: Sed mens potentiæ auida nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis, nec pietati adhibere conſenſum. xlvij. diſt. c. virum. videatis Luc. de Pen. in l. iubemus. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. xij. & in l. j. C. de vete. e. lib. Quæ paulò latius à me vobis narrata ſunt, vt fac 1ᵇ intelligatis honoris ſedes, peſtilentiæ cathedras à Dauid rege pulchrè appellari, quas nemo ferè conſcendit, cui à laboribus quies, à periculis ſecuritas concedat illis maximè, quibus inuiſa eſt alterius poteſtas, putantes alieno fulgore ſuam obſcurari. Nunquid Lucifer honorem ambiendo, & ſedem ab aquilone appetens ilico cecidit? Nunquid Apollo Deus Phaetonti filio ſuo currũ ſolis in quo ſederet petenti, & conſequenter regimen mundi lib. ij. Metamorph. reſpondit:

Non honor eſt pœnam Phaeton pro munere poſcis.

Et quia currum tam ſublimem oſtentando patris monita contempſit, toto orbe combuſto cecidit, ruptáque ceruice expirauit, Ouid. ibi dicente:

Conſternuntur equi, & ſaltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptaq́ lora relinquunt.
Illic frena iacent, illic temone reuulſus
Axis in hac radij fractarum parte rotarum,
Sparſaq́ ſunt latè laceri veſtigia currus.
At Phaeton rutilos flamma populante capillos
Voluitur in præceps, longoq́ per aera tractu
Fertur, vt interdum de cælo ſtella ſereno.

Vnde finis honoris ambiti, aliud quàm pœna ambitionum non exiſtit. quos Valer. lib. vij c. ij. titul. de ſapienter dictis (Socratem referendo) poſſe tenus retrahit. Honores, inquit, concupiſcis, qui quàm plures peſſundederunt. Diuitias appetis, quæ multis fuerunt exitio. Regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſępenumero miſerabiles cernuntur. Splendidis coniugiis manus iniicis, at hæc vt aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt. Hæc ille. De Methrodoro ſic dicitur. Methrodorus rhetor Græcus & legiſta apud Calcedonem è philoſophica diſciplina in ciuilem mutatus propter eloquentiam, quanquam pauper eſſet, clarum coniugium obtinuit: & à Mithridate rege iuri reddendo præpoſitus eſt. Sed poſtmodum ad Tygranem legatus miſſus, cùm ab eo receſsiſſet, inuitus remiſſus eſt. Ac iterum reuertens, ſiue regis opera, ſiue alio morbo deceſsit. Senſitque philoſophicam vitam imprudenter ſe dereliquiſſe: quæ ſi neque honores, neque opes cumulat, attamen ſaltem periculis, moleſtiiſque complurimis, vt experientia didicimus, caret. Sæpe enim ignominioſus eſt finis. Hæc Bergomen. Et hinc eſt, quòd dignitas alterius fratris in collatione bonorum non venit. Cùm iuxta Papiniani reſponſum, dignitatis onera multa exiſtant. l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de collatione bonorum. Et conſequenter in legitima non computatur, ſicut nec officium patris pecunia filio emptum. de quo tamen per Paul. Iaſon. & Baldum ſuper hoc plenè loquentes in l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſo teſtamento. Talia
63 enim ſunt plus oneri quàm vtilitati. Ideo † non poſſet ſimul quis duo tenere officia ſecularia. l. quiſquis. C. de cohortal. vbi Bartol. libr. xij. Nec duos honores. l. libertus. §. præſcri. ad municipal. & l. fin. C. de aſſeſſ. & l. quiſquis. C. de prox. ſacrorum ſcrin. libr. xij. Nec duas militias. l. his quidem. §. in poſterum. C. qui milit. poſſ. lib. eod. Ob quod apud Romanos Quintus Matius Voluſij auditor homo quæſtorius cùm eſſet, vltra proficere noluit. Cùm Auguſtus illi etiam conſulatum offerret. l. ij. §. fuit eodem tempore Trebatius. ff. de origin. iuris. Et apud Francos Gaguin. libro nono, capitulo, tertio referente, cùm Ioan. Solleuillus, homo ſine controuerſia eruditus & iuſtus, duo gubernacula in vrbe Pariſienſ. geſsiſſet, non inſcius, quantæ ſolicitudinis erat vtrique officio inſeruire, regem ſcilicet Carolum ſextum adiuit, curas enarrans quæ bino magiſtratui incumberent: alteri vix ſe ſatis eſſe poſſe, orare vt vno ſe abdicare poſſet: deputatur in eius locum Ioannes Iuuenellus inter parlamenteos aduocatos boni nominis & probitatis vir, &c. Omne enim quod hîc eminet, plus ſecundum Gregorium mœroribus afficit, quàm honoribus gaudet. xiiij. diſtinctione, capitulo, nerui teſticulorum. Et qui ſuccedit in honore, expedit, quòd etiam ſuccedat in onere. capitulo, ex literis. de pignoribus. & capit. aduerſus. de immunit. eccleſiarum. Ex quibus reſultat beſtialitas ementium officia publica, ſeu potius onera, pericula, & in
64 commoda ineuitabilia. Tamen † reſtat caſus fallentiæ expeditus, in quo fœmina tenere poteſt feudum, videlicet ſi pecunia eum redemerit. Prætereà fallit regula vbi feudum eſſet fœmineum. capit. j. de nat. ſuc. feud. & capit. ij. de fil. nat. ex matr. ad morg. contract. vel vbi ſpecialiter conuenit in inueſtitura, quòd tranſeat ad fœminas. c. j. de feu. fœm. Quo caſu tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudorum. per tex. quem ibi Bal. ad hoc dicit egregium in tit. de duo. fra. à ca. inue. ibi, tenorem inueſtiturę, &c. Adeò, quòd ſi inueſtitus fuerit pater eo pacto, vt ſui deſcendentes maſculi & fœminæ feudum habere
65 poſsint: tunc fœmina ſuccedere poterit. Quod † verum intelligatis deficientibus maſculis: quia licet per tenorem inueſtituræ videantur pariter inuitati tam maſculus quàm fœmina, attamen ex rigoroſa feudorum conſuetudine maſculo exiſtente ſemper fœmina cenſetur excluſa. cap. j. §. filia verò. de ſucceſ. feud. & in capit. primo, epiſcopum vel abb. feud. dare non poſſ. & in c. ſimiliter. de capit. qui cur. vend.

Et multò

BIU Cujas

Et multò magis hoc verum erit, vbi pater de feudo fuisset inuestitus pro se susque hæredibus legitimis masculis: & his deficientibus pro fœminis: quia tunc fœminę velut temporaliter excluſæ, & non perpetuò, ad feudum deficientibus masculis admitterentur. c.j. de inuestit. quam Titius accepit à Sempronio. & in c. j. de eo qui sibi & hæred. suis. Aliter autem non venit fœmina, licet pater inuestitus foret pro se & hæredibus suis. Cùm † in materia feudali verbum, hæres, solùm pro filio masculo accipiatur, & non pro filia, nec extraneo hærede, c.j. de alien. feud. * *Adde Specul. tit. de feud. §. quoniam. ver. 26. & quod not. Bart. in l. pro hærede. §. quid tamen. ff. de acq. hæred. & in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel.* vt clarè consuluit Lud. conſ. j. incip. visis in facto, &c. Et etiam filia in feudo succederet, si mortuo patre dominus feudi eam de feudo inuestiret de consensu illorum, qui erant in feudo successuri. c.j. de alien. feud. mat. & de succes. feud. c.j. §. hoc quoque. Et ita in prædictis casibus consuluit idem Lud. conſ. xxxiij. & latius conſ. cclxvij.

Postremò † & addendo, filia etiam in feudo succederet, vbi statuto vel consuetudine regionis permitteretur, vt seruatur in præsenti regno Franciæ, vbi fœminæ sicut masculi in feudo succedunt, secundùm Io. Fab. in Auth. ingressi. C. de sacros. eccles. vbi dicit feuda in regno Franciæ ad instar patrimoniorum esse redacta. pro quo est text. in c. significauit. secundùm intellectum Hostiens. quem ibi refert & sequitur Panorm. de reseri. in princip. & c. dilecto. in princip. de testam. & tenet idem Ioan. Fab. instit. de legit. patron. tut. in fin. & consuluit Zabarel. Card. conſ. lxiiij. in fin. & Guido Papæ, quæst. lix. dicens ita seruari etiam in patria Delphinatus. idem dicit quæst. cxxxiij. imò etiam in materia feudorum appellatione suorum hæredum non solùm veniunt in hoc regno filiæ, sed etiam quicunque alij etiam extranei hæredes: sicut in hæreditatibus patrimonialibus, secundùm eundem, quæst. ccxxx. Et quod plus est, veniunt feuda in generali alienatione bonorum, secundùm Ioan. Fab. in §. j. in fin. Instit. de rer. diuis. Et posito etiam, quòd feuda haberent annexam omnimodam iurisdictionem, filiæ in præsenti regno in eis succedunt ex consuetudine: quam iurisdictionem exercebunt per alium, vel per seipsas, si hoc habeat consuetudo, vt in c. dilecti filij. de arbitr. Sicut faciebat Dido regina postquam Carthaginem condidit. vt habetur allegato libr. j. Aeneid. ibi, *Iura dabat, legesq; viris.* Et plures aliæ ita fecerunt. de quibus suprà vidistis. Et pulchre dicit Felyn. in c. dilecta. de maiorit. & obed. Et † nedum eo nunc succedunt fœminæ in feudis ligiis, quæ quid sint, declarat glos. super verbo, homo ligius. in clem. pastoralis. de re iudic. Specul. in tit. de feud §. quoniam. vers. xxj. ☞ Et ibi Ioan. And. in addit. incip. & sciendum. [Et clarius j. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. artic. in iij. decis.] Tamen idem erit in feudis non ligiis probata consuetudine in loco, secundùm Alex. in j. part. conſ. xxx. incip. Quoniam omne datum. in responsione ad quartum argumentum. Et Ias. in prælud. feud. vij. diuisione. & in l. de quibus. col. xxij. ff. de legibus. Et est casus in d. c. significauit. secundùm Hostiens. & Panorm. ibi: & Henricum in c. ex parte. in fi. de feud. Nam † in hoc regno videmus feuda multùm alterata, quia licet iure communi feuda & vasalli ipsis inuitis alienari non possint, cùm interſit subditorum non mutare dominum, qui forsan potentior est ad ipsos defendendum, sicut interest libertorum suum non mutare patronum. l. inuitus. vbi bona glos. ff. de fideicommiss. libertat. & plenè Felynus in dicto capitulo, dilecti. iuxta illud Lucæ vndecimo capite, Cùm fortis armatus custodit atrium, in pace sunt omnia quæ possidet. vt plenè not. Bartol. in l. si is qui. §. final. ff. de pignoribus. & Ioann. Fab. plenius in §. item Seruiana. columna septima. versiculo, sed quid dices, tu debes mihi homagium, &c. Institut. de actionibus. Veruntamen quia ratio supradicta non est perpetua, imò aliquoties potius interest vasalli esse hominem Capellani sui, qui modicè ipsum vexabit, quàm alicuius magni & potentis tyranni, qui plures sæpe daret ei molestias. Ob quod dicit Panormitanus in capitulo, iniustum. de rerum permutatione. honorabilius esse, quem subiici ecclesiæ, & sic Deo seruiendo regnare, quàm subesse domino temporali. facit capitulo, multos. quinquagesimaquarta distinctione. Videmus hodie in præsenti regno Franciæ ex generali regni consuetudine feuda liberè vendi & alienari sicut patrimonia, secundùm Ioann. Fab. in dicto §. item Seruiana. & clarius in §. primo. Institut. de rerum diuisione. & in §. finali. Institut. de assignatio. liber. vbi plus dicit, quòd feuda, homagia, & cætera iura veniunt hodie in Francia in generali bonorum alienatione: Adeò quòd si decimæ tenerentur per laicum ab ecclesia in feudum, iuxta cap. cùm apostolica. de his quæ fiunt à prælatis. vendi possent, etiam aliis similiter laicis, sicut alia feuda, vt ibi dicit. & in dicto §. item Seruiana. Dummodo vendantur capaci, puta alteri nobili ad tenendum decimas dispensato, & masculo. quia cùm fœminæ in feudo succedere non possint, has decimas in feudum tenere non possent. vt suprà dixi in principio. Nec si venderentur eas retrahere possent, tanquam proximiores de genere: etiam si quis ad tenendum decimas priuilegiatus pro se & recta linea descendentibus eas venderet. non posset proximior agnatus, vel alius collateralis eas offerendo pretium intra annum ex consuetudine regni retrahere. argument. l. verum. §. si seruo communi. ff. pro socio. tamen in præsenti regno quibuscunque laicis venduntur, secundùm Ioan. Fab. licet contrarium & fortè melius de iure in feudo decimæ videatur tenuisse. in §. loca. Institut. de emptio. & vendit. & in dicto §. primo. & plenè Panormitanus in capitulo, prohibemus. de decim. & Felyn. in capit. quæ in ecclesiarum. columna xxiiij. de constitutionib. Tamen primum in facto seruatur in Francia, quia liberè venduntur feuda decimarum, similiter dominationes, & iurisdictiones vendi possunt, & obligari, in iudicio deduci, super his transigi, & componi per dominos sine consensu subditorum ex consuetudine regni: quia sunt feuda ad instar patrimoniorum quo ad hoc redacta, vt dixi. Quæ consuetudo valet, secundùm Panormit. in capit. auditis. columna septima. de præscriptionibus. Iasonem in dicto §. item Seruiana. columna xxiij. & Barb. in capit. ad quæstiones. de rerum permutatione. Ad quod facit quod decidit Bald. in capit. j. de succes. feudi. vbi dicit, quòd licet super feudalibus testamentum fieri non possit. & si fieret, non valeret, etiam pro anima vel alia pia causa. cap. j. §. donare. qualiter olim feud. alien. poter. & in capit. imperialem. vbi Bald. de prohib. feudi alien. per Fed. Tamen † hîc & vbique citra montes ex generali consuetudine seruatur, quòd quis de talibus bonis testatur, ☞ sicut de patrimonialibus seu allodialib. [Quod qualiter intelligitur, habetur plenè super dicto verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. articul. iij. iiij. & v. decision.] Ita quòd valet consuetudo secundùm eum, quem

BIU Cujas

quem sequitur Ias.in d.l.de quibus. col.xx. ff.de legi. post glos.ibi,circa quæ multa singularia consuluit Panorm.in ij.par.cons.iij.col.xx.in decisio.quæstio.xxij.

71 † Vbi inter cætera concludit feuda alienari posse etiam sine consensu subditorum cum vniuersitate territorij, scilicet alienando subditos cum territorio, secus si retento territorio dominus alienaret ius, quod habet in aliquem,vel aliquos subditos,& homines suos:quod fieri non potest de iure sine eorum consensu,per d.l.inuitus.ff.de fideic.lib. vbi gl.quæ sic intelligitur secundùm Alex.in v.part. cons.xxv. col.vj. Nisi talis alienatio fieret in casu maximè imminentis necessitatis. Arg.l.patronus.& l.medicus.ff.de operis lib. facit text.in c.j. §.ex eadem. de lege Conradi. vbi cm territorio homines alienantur,secundum Bald.in l.ij.ff.solut.mat.& in l.si plures.C.de cond.insert.& in l.ij.C.de dona.Si ergo ex consuetudine regni Franciæ talia permittantur,non est mirum,si etiam fœmina in feudo succedat,& pariter sua soboles,quę seruire per substitutum poterit, sicut facit ecclesia pro feudis, quæ tenet. Qua conclusione præsupposita,quid erit si Comes habens feudum decesserit, relictis nepote ex filia primogenita prædefuncta, & secundogenita filia vel vlterioris gradus, vel relicta filia, & fratre suo dictæ filiæ patruo? quis illorum præferri debet in comitatu? Videatis Bald.in l. quoties.C.de suis & leg.hær. & clarius in Auth.cessante.C.de leg.hær.Cyn.in auth. post fratres.illo eod.tit.Specul.titul.de emphyteusi.§. nunc aliqua.ver.cxlvj. Bart.in l.liberorum.ff.de verb. sign. & Bald.in Auth.si quas ruinas.C.de sacrosc.eccle. & in capit.j.quemadmodum feud.ad fœminam perti-

72 neat. † Præterea etiam de iure communi fœmina in feudo seruitio alicuius domini non subdito succedere posset, de quo in capit. dilecti. de arbitris. Etiam in regno, sicut pluries successit fœmina in regno Apuliæ, vt dicit Bald. in dicta l. quoties. Quod non permittitur in regno Franciæ: nam licet pro eo nullum prę̃stetur obsequium nec seruitium,cùm alium quàm Deum non recognoscat superiorem, capit.per venerabilem. qui filij sint legitimi. Tamen in ipso regno ex ipsius speciali consuetudine nunquàm fœmina succederet,quod etiam ortum habuit à lege regni antiqua,quæ vocatur Salica,qua prohibitum erat fœmi-

73 nam succedere in ipso regno. † Cuius legis verba, (quo ad propositum sufficit) sunt hæc: *Nulla portio hæreditatis de terra Salica mulieri veniat. Sed ad virilem sexum tota hæreditas perueniat,& c.* Quæ verba interpretantur de regali dominio, quod à nullo dependet, nec alicui subiicitur, ad differentiam allodiorum seu terrarum,quæ in allodium subditis conceduntur à rege. Terra enim Salica dicitur,quæ coronæ adhæret: quia authores legis Salicæ, cum loquebantur de allodio,semper intelligebant de terra siue hereditate subditorum: quæ in allodium datur & recipitur, sola regi superioritate reseruata. Et ad differentiam feudorum, pro quibus vltra superioritatem regi debetur seruitium. Vnde ad differentiam terræ allodialis, &

☞ feudalis, Terram regiam vocabant Salicam, [Vt de his clarè habetur super dicto verbo,*& vxorem nomine Adelasiam.*articul.j.in ij.& iij.decis.]qua lex Salica à Francis principibus constituta primò formam succedendi, & modum regendi in terra regia docuit,quod antea non fiebat, quinimo absque lege viuentes for-

74 tior obtinebat principatum. † Est autem lex Salica constitutio regia sub Pharamondo primo Francorum rege inclyto decimo anno sui regni,responsis quatuor prudentum ab eo deputatorum initiata,subsequenter à principib.homologata,& ex post secundum diuersitatem temporum,per varios Reges emendata & augmentata, prout tractum fuerat ad Romanos de lege decem tabularum à Græcis obtenta, cui duæ fuerunt additæ à Romanis tabulæ, & demum emendata,& in aliquibus correcta. Sic pariter fuit dicta lex Salica vsque ad tempora Caroli magni, qui Imperator factus leges Romanas in regno legendas suscepit, & ad hoc studia multa fundauit: sine tamen legis illius derogatione,cui ex post (habitis legibus Romanis) nihil ad-

75 ditum est,nec emendatum. † Et dicitur lex Salica, secundùm aliquos à ciuitate Salechanti vltra Rhenum fluuium Alemaniæ, vbi tunc Galli habitabant,sita,eò quòd in dicta ciuitate authores primi infrà nominandi eam initiarunt: vel dicitur à Sale condimento oris, & deriuatur Salica, quasi licitum condimentum. Vel à Sale prout est masculini generis, quasi sit licitè & sapienter condita. Ita quòd sit Gallorum Sophia, & sapientia,de qua lege meminit Imperator in titul.de filiis natis ex matrim.ad morg.contract. in vsibus feud. Et Gaguinus Gallorum gesta exordiens,libro primo, capit.iij.sic dicens:Primus omnium Marcomirus dominationem in Francos accepit, quem à Priamo Troiano rege prognatum in summa veneratione habebant Franci.Hic præterquàm vallo muróque munire

76 vrbes nihil illustre gesit. † Sed erat illi filius Pharamondus corporis, & animi præstantia insignis, hunc ex consilio patris sibi primum regem constituunt. Regendi permissa sibi potestate, anno salutis ccccxx. Qua modestissimè administrata, vndecimo post acceptum regnum anno morte assumptus est, relicto Clodoueo filio regni hærede. Hic Pharamondus author fertur extitisse legis,quæ Salica à Francis appellatur.Nam cùm ad Rhenum vsque peruenissent Franci, ferísque moribus viuerent, quatuor ex Sicambris spectatos primates selegit,qui populo legem ferrent, Vsugastum, Losogastum, Sologastum, & Visogastum.Qui communi,& procerum authoritate freti legem conscripsere, quam Pharamondus edidit,atque promulgauit ad nostram vsque ætatem nominatissimam. Hæc ille. In fasciculo autem temporum sic habetur. Priamus quidem nobilis de semine Troianorum, qui in Lombardiæ partibus venerat, rebellauit contra imperium: sed mox interfectus ab exercitu

77 Romanorum fuit. † Cuius filij fugientes regnum Franciæ inchoarunt inuitis Romanis, & Coloniam extruxerunt, ibíque vt coloni habitare cœperunt, quorum Marcomirus dicti Priami filius Dux fuit. Sed Pharamondus eius filius primus Rex Franciæ extitit. Et inde locus ille adhuc Colonia appellatur Alemaniæ ciuitas, quæ ante hæc tempora dicebatur Agrippina, quam Cæsar in suis Commentariis nominare omisit, de qua Raymundus Marlianus ad Cæsaris Commentaria addens, Agrippinam,quæ nunc Colonia dicitur Archiepiscopalem inferioris Germaniæ Vbiorum vrbem ad ripas Rheni citerioris sitam non memorat Cesar, sed Tacitus. Ex qua gente Agrippinam Claudij Cæsaris filiam Gnei Domitij coniugem, Neronísque matrem natam esse refert. De huius inclyti regni initio frater Iacobus Bergomensis libro supplementi Chronicarum tertio: Francus:inquit,quidam ex Hectoris Troiæ filiis, à quo Francorum nomen tractum est,his temporibus(vt Vincentius Gallus, historicus scribit) vnà cum Antenore aliísque à fratrib.propriis fugatus,prius tota Asia peruagata,in Danubij ripas tandem peruenit, ibiq; cum aliquandiu consedisset,mox authore Antenore locum quærens à communi homi-

num

BIU Cujas

num sotietate seiunctum, ad Thanais fluenta, & Paludes Meotidas secessit, vbi cùm maximis fluctibus se circumseptum videret, Sicambriam condidit vrbem, vbi & per multa tempora sub armis contra finitimos suos successores cruentam exercuere vitam, donec à Valentiniano iuniore Romanorum Imperatore, cui aduersus Alanos opem sub Francorum vetusto nomine ferentes meriti fuerunt liberatis priuilegiũ. tunc quoque sibi ex ducibus regem cõstituere cœperunt. Hæc ille. Cui satis concordat glossa in principio pragmaticæ. † Vnde restat filias & masculos ex eis descendentes in regno ipso secundùm leges suas, atque consuetudinem inconcussè obseruatam succedere non posse. Quinimo liberis masculis non existentibus, reliqui parentes & consanguinei in regno succederent seruata gradus prærogatiua, vt scilicet proximior sit de iure potior ad regnum obtinendum, adeo quòd si (quod absit) tota domus Franciæ moreretur, ita quòd vnus solus staret de antiquo sanguine, etiam si in millesimo gradu foret, certè iure sanguinis, & vi antiquæ consuetudinis succederet in regno, quia licet in aliis successionibus post decimum gradum collateralium admittatur fiscus de iure communi post coniugem, libro primo. C. vnde vir & vxor. tamen in ipso regno deferendo non potest fiscus succedere, sed ipse sanguis, qui perpetuus est, secundum Bald. in capitulo primo, de feud. marchiæ. [De quo plenè habetur super dicto verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in iij. præludio, & in v. principali articulo.] † Est enim regnum Franciæ ita clarum & nobile, quòd in eo nunquam fœmina, sicut nec in regno Israel successit, quasi ambo regna illa fuerint cœlitus instituta, prout fuerunt, si nedum Gallorum, sed etiam totius orbis historiæ vt decet. considerentur, † de Clodoueo primo rege Christiano loquentes, de quo Gaguinus libro primo c. viij. sic dicit, Conuentu apud Suessionem habito Clodoueus rex Clotildem Burgundiorum ducis filiam, cuius speciem prudentiámque cùm per legatos occultè explorasset, regio apparatu in vxorem suscepit, amauítque, tametsi Christi documenta mulier sequeretur. Quamobrem illa sedulo admonebat virum deos non colere, sed eum cui seipsa addixisset Dominum Iesum. Sed ille veteris obseruantiæ insuetus se maiorum traditiones relicturum negat. pertinaci autem in errore Clodoueo bellum in Alemanos instauratur. Constitutis in conspectu vtrinque exercitibus manus conserunt. pugnatum cùm diu esset, Francis cedentibus, timet sibi Clodoueus, cœlúmque suspectans, Deus, inquit, quem Clotildis religiosè veneratur, audi, si vicero, fide te perpetua colam. Vix preces finierat rex, ecce alacres Francos prælium reintegrare conspicatur, quibus animum ipse quoque adiiciens rege Alemano perempto, victoria potitus est, & Alemanis lex posita, victorem etiã credulum Christo regem Vedastus, qui Tulli aderat, & qui postea Attrebati pontificatum administrauit, secutus est, cui rex credulitatis & fidei suę rationem enarrauit. Clotildis credenti Clodoueo gratulata, Rhemigium pontificem nihil morata conuenit, atque ad Clodoueum introducit, quem ad se admissum rex diligenter audit de fide, & Christi religione differentem: dies abluendo regi indicitur parato ingenti ornatu lauacro, † cùm sacrosanctum oleum, quo liniri ritu Christiano qui abluuntur, solent, siue ministrorum incuria, siue hoc agente Deo allatũ nõ esset, ecce de supernis delapsa columba, phialam, quam ampullam vocant, odoratissimi liquoris oppletam, ad manus Rhemigij detulit. Creditũ est spiritus Dei ministerio id perpetratum esse, eo liquore hic Clodoueus primũ posteri deinceps Francorum reges hactenus regnum administraturi sacrantur. [Ex quo solo satis liquet regnum Franciæ à solo Deo dependere: sunt tamen plura alia signa, de quibus habetur super dicto verbo, *& vxorem nominem Adelasiam.* articulo primo in fine quintæ decisionis.] Ministerio ablutionis expleto Clodoueus ad circunstantem nobilitatem populúmque breui oratione habita suadet aspernari falsam deorum religionem, & eius fidem profiteri, qui Christus appellabatur, & Dei filius esset, quo authore hostem Alemanum superauerat. Regis oratione perculsis Francorum animis Christum professi abluti sunt. † Clodoueus, vt professam fidem insigni aliquo opere illustraret, templum in colle Lecutitio, qui nunc Genouefa appellatur, Parisiis à fundamentis extructum diuis Apostolis Petro & paulo dicat, &c. Hic profectò Clodoueus videtur quasi secundus Constantinus, qui sedem Petri & Pauli dicauit. & Clotildis altera Helena rememorari. nonagesimasexta distinctione. capitulo, Constantinus. Quos & Deus exaltauit, eísque semper fauit, vt idem ibi subnectit Gaguinus, Hic, inquit, fide firmus (scilicet Clodoueus) Alaricum Gothũ ab Aquitania propellens, cùm ex Vienna veniisset, amníque obstitisset, qui crebris imbribus intumuerat, † ita vt vado transiri non posset, impeditum dolens exercitum Clodoueus, Deus, inquit, optime in tribulationibus adiutor, sanæ religioni tuæ, quam tueor, ne differ de hæretico Gotho sumere vltionem, da fluuium vadabilem. Hoc precantẽ Clodoueum non est aspernatus Deus, ad primam enim insequentis diei lucem ceruus è sylua nemine inclamante, in conspectũ se prorupit, qui magnis inde militum vocibus excitus, fluuium enatans, quasi itineris explorator, vadum monstrauit, hunc secuti milites in vlteriorem fluentis ripam, quà ceruus traiecerat, euadunt. Vltrà progressus exercitus ad diui Hilarij Pictauiensis ædem consistit, & cùm non procul abesset hostis, milites in aciem rex reducit, móxque atrox vtrinque prælium committitur, iuxta fluuium Clanum in campo Voglodinensi, qui ab vrbe Pictauorum decimo milliario abest. Rex inter præliantes Alaricum conspicatus, eum inuadit, & solus sibi congrediens solo deiectum Gothum necat. Vnde ineunte proximo vere postquàm Theodoricus eius filius cum exercitu in Narbonensem prouinciam missus, eam partem quam nunc Occitanam linguam vocant, ipsos præterea Aruernos patri audientes fecerat. † Tholosates petit, vbi Alarici thesauri asseruabantur, quibus expilatis reliquas vrbes, quas Gothi præsidio tenebãt adoritur, hísque hoste vndique deturbato Francorum præsidium parit: rebus ad hunc modum quietis Turonum se contulit, vbi Anastasij Bisantini imperatoris legatos audiunt imperatorio nomine amicitiam ei offerentes Romanúmque consulatum: quo honore affectus rex, inscenso equo in patens aruum, quod inter diui Martini ædem Turonúmque per id tempus erat, proficiscitur, vbi populo varia munera profudit, cunctis acclamantibus, bene sit regi consulíque Romano. † Nec præteribo huic loco adiicere, quòd perseuerante ad hanc vsque ætatem fama vulgatum accepi, fuisse regibus Francis buffones treis nobilitatis quidem insigne. Clodoueo christianis sacris initiato demissum cœlo esse, id quod nunc

reges gestant lilia aurea, quibus subest cœli sereni color, quem asurum Franci dicunt: traditum quoque est pannum sericeum rubrum instar signi militaris quadratum miro fulgore spendentem diuinitus esse exceptum, quo in expeditionibus contra fidei Christianæ hostes pro signo Franci reges vterentur, huícque vexillo nomen auri flammam hactenus permansisse. Hæc ille. (Additio) De hac Clodouei Francorum regis miraculosa conuersione latè scripsit frater Ioannes Ludouicus Vinaldus de monte Regali, ordinis prædicatorum, in tractatu de triumpho trium liliorum domino nostro regi ad præsens feliciter regnanti, Ludouico duodecimo directo. Et inter cætera, Ea, inquit, die qua Clodoueus à sancto antistite Rhemi-
86 gio vnda sacri baptismatis perfusus est,† quatuor mi-
☞rabilia facta perhibentur. [In præsenti additione plura alia continentur vltra dicta per dictum de monte Regali, per hunc doctorem locis opportunis intermixta.] Primò Clodoueus erutus de potestate tenebrarum translatus est in Dei lumen & regnum, & per baptismatis sacramentum spiritus sancti effectus est templum. Secundò, cùm in tanto mysterio sacrum chrisma deesset, ilico columba niueo [Excellens-si-
☞gnum de ipsius columbæ missione, sub cuius forma apparuit Spiritus sanctus in baptismo Christi, & quare hoc factum fuit, habetur plenè infrà super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* quinto articulo, loquendo de successione in rebus vacantibus, & quando prohiberi potest venatio:] candore resplendens, de cœlo delapsa est, quæ rostro sacram ampullam chrismate plenam attulit: quo antistes regem liniuit, ☞ & inde Francorum reges seriatim inunguntur. Vnde in baptismo Clodouei sicut baptismo Christi columba apparuit, quæ sacrum oleum attulit, quo reges vnguntur in virtute spiritus sancti, qui est spiritalis vnctio ignis inflammatus, septiformis gratiæ charisma vocatus. A qua sacra vnctione pro tanto miraculo piè creditur omnes Francorum reges virtutem curandi certum genus morbi sola manus impositione diuinitus accepisse. Et quia dignum erat, vt Clodoueus ob tantæ pietatis meritum aliquod perenne susciperet, tria aurea lilia nitido colore sapphiri miro splendore lucentia à superis transmissa
87 sunt, quibus scutum regis compositum est.† In quo sunt quatuor consideranda mysterio non carentia. Primò, quod in scuto lilia depinguntur. Secundò, quia aurea. Tertiò, quia in numero ternario. Quartò, quia in campo coloris sapphyri extenduntur.

Quo ad primum, lilia fuerunt à superis multiplici ratione Francis regibus data. Primò, quia sicut lilium plerunque de spinis oritur, inter spinas moratur, & quantò magis spinis pungitur, tantò vehementius odor eius sentitur. Sic Francorum reges, licet à spinis, & infidelibus originem duxerint vsque ad tempora Clodouei prædicti: qui quatuor reges predecessores habuit infideles, videlicet, Pharamundum, & Clodoueum. Meroueum, & Childericum dicti Clodouei patrem: nihilominus postquam nomen Christi Francis innotuit, tam reuerentem candorem & odorem illibatæ fidei retinuerunt, vt nihil eis dulcius nihílque charius fuerit, quàm gloriam Christianæ gentis extollere.

Secundò, quia lilium plantam habet rectam, quæ ad vnam partem non inclinat nec aliam, sed recto tramite tendit ad alta, in quo rectitudo bonorum operum figuratur, iuxta illud: Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante dominum. Sic rex animi rectitudinem habere debet, cùm nihil honorabilius existat in regia maiestate, quàm rectitudo voluntatis, sicut per oppositum nil execrabilius in eo, quàm simulatio aut duplicitas. Ideo pristini Francorum reges duplicitatis vitia nimium horrentes, semper cum animi rectitudine ac cordis integritate seipsos ecclesiæ obsequio prębuerunt. Sicut Pipinus pro Stephano antistite contra Astulphum, Et Carolus magnus pro Adriano contra Desyderium Lõgobardorum reges fecere, vt clarè dicẽt super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in primo articulo decis. ij.

Tertiò, quia inter lilia quiescere, & conuersari Christus quamplurimùm delectatur, vnde in Canticis Canticorum, lilium ipse, qui sapientia diuina est, se nominat. Ego, inquit, flos campi, & lilium conualliũ, ita quòd spiritus sanctus in persona ecclesiæ Canticorum secundo, ait, Dilectus meus (scilicet Christus mihi, & ego illi) qui pascitur inter lilia. Et iterum, Dilectus meus descendit in hortum suum, vt ibi pascatur, & lilia colligat. amat enim valde Christus, & delectatur in liliis, id est, personis puris & mundis à peccato, quia cùm sit in eo summa puritas, mentes puras diligit. Sic rex Christianissimus delectari debet in liliis, id est, secum habere & amare personas doctas, puras, & mundas ab omni peccato & vitio, tendentes Veronã, id est, sequentes veritatem. Et non ambulantes inter Laudem & Placentiam, quales sunt adulatores veritatem occultantes, aut dissimulantes, qui principes decipiunt, sicut Sirenes nautas, vt dicetur super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. artic. dum loquitur ☞ de legitimatione. [Et plenius habetur de pernicioſa adulatione super verbo, *condidit.* primò, prope finẽ.]

Quartò, quia lilium sui natura (teste Plinio) est nobilissimum quo nulla florum celsitas maior, cuius flos languido semper collo quasi inclinans & non sufficiens capitis oneri flagrat odore acutissimo. Est etiam Christus sedens à dextris virtutis Dei in excelsis, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra. Tantò angelis melior effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit, vt dicit Apostolus ad Hebræos primo. qui tanquam fons humilitatis cœlos inclinauit, descendens in vtero virginis, humilauitque semetipsum factus obediens vsque ad mortem, secundum Apostolum ad Philippenses secundo. Et tandem inclinato capite tradidit spiritum. Ioannis xix. Cuius flagrantia aliis est odor vitæ in vitam aliis verò odor mortis in mortem. Sic rex Franciæ cũ sit christus, scilicet oleo sacro diuinitus emisso vnctus & sacratus, omnibúsque celsior atque maior, ex quo vocatur Christianissimus, sicut lilium in se habere debet humilitatem, & ad audiendum singula caput inclinatũ, nihil de seipso præsumens, & odoris suauitatem per bona & sancta opera, ex quibus bona resultat fama in suauitatem odoris, & non exemplum cuiusquam sceleris, quia candidum semper stat lilium. Vnde legitur in Exodo xxv. cap. quòd in candelabro tabernaculi erant lilia, ex ipso prudentia, denotans candelabrum Franciæ. scilicet regem habere debere cogitata
88 verba & opera pura, & candida tanquam lilia.† Sunt enim virtutes candidæ & lucidæ, peccata verò & vitia nigra sunt & obscura, propter quod diuisit dominus lucem à tenebris, appellauítque lucem diem, & tenebras noctem, Geneſis primo.

Quintò lilia in scuto regio sunt posita, quia lilium multiplicem habet virtutem, ita quòd virtute suæ naturæ radix eius, secundum physicos valet contra duritiam splenis & neruorum, maximè sub prunis cocta &

cum

BIU Cujas

cum oleo roseo trita vsturas sanat, & vulnera cicatrizat, & confert adustioni aquæ calidæ, cùm sit exsiccatiua & mollitiua absterſiua consolidat. Valetque lilium incisionibus neruorum, & splenis apostemata maturat. Et vt omnes testantur, lilium tumores resoluit, vlcera abstergit, dolores mitigat, venena depellit, puncturis confert, & succus eius cum melle decoctus veteribus vlceribus medetur. Sic rex Christianissimus (quasi virtute lenitatis liliorũ prouocatus) vltra modũ horrere debet tumorẽ arrogantiæ, discordiæ, iactantiæ, inanis gloriæ. Apostemata luxuriæ purgare, vsturas auaritiæ, & venena inuidiæ sanare. Et tandẽ omnes morbidas Reipublicæ ægritudines correctione, & cùm opus fuerit punitione
89 malorum salubriter curare. Et† insuper totũ se conferat ad regias virtutes, ad pietatem, clemẽtiam, misericordiam, mansuetudinem, humilitatem, modestiam, dilectionẽ & beneuolentiã, quæ pretiosa sunt monilia regiæ maiestatis. Vnde Demosthenes ad Alexandrum, Nil, inquit habes, rex, vel fortuna tua maius, quàm vt possis: vel natura tua melius, quàm vt velis seruare plurimos. Nulla enim de virtutibus tuis generosior misericordia, vel admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quàm vt salutem conferas hominibus, vel dando si eguerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgẽdo si supplicauerint. cùm enim vincamur à diis in omni munere, sola clementia est, quæ nobis deos reddit æquales. facit l. imperialis. C. de nupt. Tullius quoque libro primo de Officiis, Nihil, inquit, laudabilius, nil magno & præclaro viro dignius placabilitate, & clementia. Nam si egregium est hostem abiicere, nõ minus tamen laudabile infelicis scire Misereri. Quia vt dicitur Prouerbiorum vigesimo, Misericordia & veritas custodiunt regem. Et roboratur clementia thronus illius. & Seneca libro primo de clementia ad Neronem, Magni certè animi est placidum esse, tranquillum, & iniurias atque offensiones semper de
92 spicere. Muliebre autem est furere in ira: nam de Cæsare legimus, quòd omnium memoriam habebat, præterquam iniuriarum. Pariter Octouianus detrahentibus ei in libera ciuitate liberas esse linguas respondebat, & cùm in testem ptoduceretur libenter obiectus etiam contra personam suam tolerabat, nec cõtra obiicientem mouebatur. Et Valerius libro quinto, titu. de Humanitate & clementia, de senatu Romano loquens, Ante omnia, inquit, humanissima & clementissima senatus acta referã: qui cùm Carthaginensium legati ad captiuos redimendos in vrbem veniſſent, protinus his nulla pecunia accepta reddidit iuuenes numerum duũm millium, & septingentorum quadraginta trium explentes, tantum hostiũ exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot punicis iniuriis veniam datam ipsos legatos obstupuisse arbitror, ac sexum dixisse, O munificentiam gentis Romanę Deorũ benignitati æquandam! O etiam nostram legationem supra vota felicem! Nam beneficium, quod nunquam dedissemus, accepimus. Et de Pyrrho Epirotarum rege: Aequè, inquit, mitis animus Pyrrhi regis, qui cum audierat apud quosdam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de se sermonem habitum, accersitos qui ei interfuerant percunctabatur, an ea quæ ad aures eius peruenerant, dixissent. Tum ex his vnus inquit, Nisi vinum nobis defecisset, ista quæ tibi relata sunt, prę his quę de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent. Tam vrbana crapulę excusatio, tãm que simplex veritatis confessio, iram regis cõuertit in risum. Qua quidem clementia & moderatione assecutus est, vt & sobrij sibi Tarentini gratias agerent, & ebrij bene precarentur. Videte de hoc textum optimum in l. prima. C. si quis imperatori maledixerit.

Sextò in scuto regis sunt lilia, quia lilij oleum est resolutiuum, & appetitiuum, conuenit etiam dolori capitis, distillatum in aurem sedat eius dolorem. Sic
90 † rex Christianissimus in aperto esse debet, & copiam sui facere, aures apertas semper habere, & singulos audire, vt de omnibus informetur, & singulis prouidere possit, ne assistentes eidem faciliter eum decipiãt, propriis commodis inhiantes in Reipublicæ destructionem. multoties enim reuelatur vni paruulo ad informandum regem quod sapientiores sibi propinquos latebat, qui facta ignorare possunt, quæ ipsos quãtuncunque peritissimos fallunt. l. secũda. ff. de iuris & facti ignorantia. facit. l. prima. in fine C. de officio præfecti vrbis. & l. potioris. C. de offi.
91 rectoris prouinciæ.† Præterea fieret quodam modo iniuria nationibus regem adeuntibus, si non audirẽtur, & missorum officialiũ authoritas vilesceret. Vnde Imperator, relationes, inquit, omnium præsertim officiariorum libenter audimus, ne administratorũ decrescere videatur authoritas, si eorum cõsulta veluti prophanorũ preces à nostris adytis repellamus. l. ij. C. de offic. vica. Sed hodie principes multi susurronibus & detractoribꝰ aures præbẽt. [De quo plenè infrà, super verbo, *condidit*, primo.] ab eisque domesticis suis tenentur incluſi, vt nihil veritatis eorũ quæ prauè geruntur, sciant, & ipsi interim bona hauriant & substãtiam, & interdum personas subditorũ perdant. & hoc est quod Aeneas Syluius ad ducem Ferrariæ dicebat, Nullus verũ de se minus audit, quã publica potestas: vt plenè habetur infrà super verbo, *& vxorem*. in primo arti. successionum ab intestato, dum loquimur de legitimatione in temporalibus.

92 Quod † in præsenti regno aliâs cõtigit, regnãte in Francia Theodorico, [Vide plenius infrà, super verbo, *dotem quam ei dederat*, circa finem, dũ loquitur ibi, de otio & negligẽtia.] sub quo ferè destructũ fuit vniuersum regnum, de quo Gaguinus li. iij cap. iiij. sic dicit, Per Theodorici incuriam atque socordiam res Francorum deterior facta est. Quippe cùm respublica cubiculariis regis, & præfecto palatij libere crederetur, Regi per inertiam mos inoleuit, palatio nisi ad Calendas Maij non egredi, moderationem omnem aliis permittere, ostẽdere se populo vno vel paucis dũtaxat diebus, & quo salutatus & munerib⁹ donatus cùm & ipse reciproca populo dona exhibuisset, domum abire, ibique toto anno incolere. In hoc tam inerti otio Ebroynus occasionẽ nactus opprimere & vexare complures cœpit, rem omnem in Theodoricum transferens. Hæc ille. Non profectò est in quolibet administratore publico modicum vitium negligentia, cuius prætextu officio suo priuari potest, per textum notabilem in l. si quos. C. de offic. præfecti præto. orient. per quem dicit ibi Bartol. iudices posse remoueri propter negligentiam. Quod dicit esse notandum, & menti tenendum perpetuò.

Septimò lilia in scuto regis figurantur: quia liliũ sua virtute saniem, & immunditiam purgat. Ex quo demonstratur, quòd ad regem pertinet immunditias hæresum, & saniem hæreticorum, ac peruersa infidelium dogmata ab ecclesia Dei diligenter abstergere, & repellere: quia hæresis fundamentum omnium bonorũ subuertit, & plus cæteris peccatis nocet eccle-

BIU Cujas

siæ Dei. Estque omnium peccatorum grauissimum, secundùm Tho. facit tex. in l. Manichæos. & authen. Gazaros. C. de hære. Et inde est quòd hæretica pra-
93 uitas appellatur. † Huius zeli accensus fuit Carolus magnus, qui barbaras gentes, Saxones, Hispanos, Longobardos, ceterósque populos, qui falsos ritus sequebantur in potestatem subegit. Et multa corpora sanctorum, quæ ex prouinciis subactis exemit, Tholosam portauit, quæ honore non modico in diui Saturnini cœnobio venerãtur, & inter cætera beatorum Philippi & Iacobi, nec non alterius Iacobi, præter caput maioris, quod est in Galitia, ac Simonis & Iudæ, & Barnabæ, efficacibus à sede apostolica visitantibus confessis indulgẽtiis. taceo alios Francorum reges, præcipuè Philippum tertium, qui Petro Aragonum regi bellum intulit, eò quòd variis erroribus fauerat. Tandem illo apud Gerundam occiso, ac pulsis vndique hæreticorum erroribus, ad
propria rediit, vnde in omnibus, & per omnia felicia fuerunt regum Francorum prælia: nam cum cæteri Christianæ religionis principes torperẽt otio, quiete nimia desidiáque marcescerent, isti pro Christo, & ecclesia seipsos, & sua religione litabant, quasi radẽtes morbidas ægritudines infidelium hæreticorum, virtute ac medicamine liliorum.

Octauò Francorum regi lilia data sunt, quia liliũ suæ naturæ virtute morsum serpentis curat, & similiter eius folia vexationem serpentum curant, eiúsque radices (vt Plinius testatur) valent contra serpentũ ictus. Et secundùm Auicennam, lilium confert punctura vermium venenosorum, atque Scorpionis: & prætere à semẽ eius (vt dicit Dioscorides) potui datum ad serpentis morsum facit. Quia morsu illius tortuosi serpentis Machometi tota penè Christiana religio infecta, imò dilacerata fuit. Hic scelerũ princeps veneno æstuans tertiam Stellarum partem traxit de cœlo ecclesiæ militantis, eáque in terrã prostrauit, vt scribitur Apocalyp. xij. a. Hic est ille angelus Satanæ, qui Satanicam legem condidit, quę incentiua fuit. & est omnium hæresum, quia quicquid diabolus sparsim per alios seminauerat hæreticos, ex his omnibus hic Satanæ discipulus vnum conflauit coagulum, suámque damnatissimam legem statuit, & ordinauit, in qua nedum permittit, quinimo omnes suadet carnales voluptates bestiis, & hominibus communes. Quibus tam Ingentem multitudinem ad se traxit, nec mirum, quia naturaliter mel muscæ sequuntur, & cadauera lupi. Contra quem Machometum serpentem Francorum reges ad venenum
94 illius extinguendum surrexere. † Et inter cæteros Philippus huius nominis secundus forma pulcherrimus, facie lætus, fide catholicus, munificentia largus, consilio prouidus, dicti sui tenax, in iudiciis suis velox, & rectus: in rebus bellicis expertissimus, ac
☞ fortunatissimus. [Et sic regno dignus, iuxta illud, Species Priami digna erat imperio. Conuenit enim principem esse conditionatum in multis, de quibus in chronicis Helinandus libro ij. sic dicit: Princeps constitutus non multiplicabit sibi equos, nec subditis erit onerosus. Neque multiplicabit sibi seruos. nec canes, aut bestias, sed quod satis est tenebit. Histriones, mimos, lenones, meretrices repudiabit, inferiores non corrumpet exemplo: quia teste Claudia. libro iij Mobile mutatur semper cum principe vulgus: vxoréque non habebit plures, Literis intendet, & cùm iudicabit, ad partem alteram non declinabit, Deum præcipuè colet, munera non acceptabit, suósque officiales frequenter non mutabit. Hæc ille. Pariter Dauid rufus erat, & pulcher nimis. j. Reg. xvj. qui de Christo prophetans Psalm. xlviij. de illius pulchritudine, sic dicit: Speciosus forma præ filiis hominum, & c. vide quæ plenius habentur infrà super verbo, *mortuóque testatore*. j. dum loquimur de nullitate sententiæ capitalis cõtra Christũ latæ.] Hic cùm intellexisset de perditione Ierusalem rumores Christianorum lamentabiles, Ludouico trium annorum filio relicto ad subsidium festinauit. Et cùm in decimoquarto ætatis anno ita volente Ludouico
95 eius patre, coronatus fuisset atque sacratus, † Sacro coronamenti absoluto, memor, vt Gaguinus libro vj. refert, rex adolescẽs, quàm impiè pleriq; per Franciam deierarent, & execrabili Deum blasphemia prouocarent, legem tulit, si quis eius impietatis reus compertus esset, in fluuium aut paludem citra
96 mortem demitteretur. † Quod Tholosæ adhuc seruatur, vbi ter in Guaronnæ flumen proiiciuntur: quam practicam ponit Cyn. in l. ij. C. de reb. cred. & iureiuran. & nedum blasphemias & iuramẽta Philippus ille vocatus Augustus, & ab aliis *Rhilippe le conquerant, autrement le Conrageux*, à regno suo,
97 † Verùm etiam Iudæos lege Mahumetica pariter quo ad voluptates carnales in futuro seculo exercẽdas infectos, & nonnulla alia nephanda perpetrantes expulit, anno domini M. clxxxiij. vt Vincentius refert lib. xxix. cap. xxv. Credunt profectò Iudæi, erroríque Saracenorum (vt Lyra dicit Gen. j.) assentiunt, qui beatitudinem futuræ vitæ in corporalibus ciborum & venereorum delectarionibus ponunt, quod nedum apud catholicos, sed etiam apud gentiles Philosophos (qui beatitudinem in partis intellectiuæ operibus ponũt (absurdum reputatur, vt plenè per Philosophum in. j. Ethi. de quo Gaguinus allegato libr. vj. capit. iiij. sic dicit: In Iudæos quoque, quorum erat per omnem Franciam ingens multitudo, seueritatem exercuit (scilicet Philippus.) Itaque huic perfidæ gẽti impia consuetudo erat, surreptum quotannis aliquem infantem Christianum in locum apud se subterraneum ducere, atque illum diu pœnis affectum, tandem die veneris sancto cruci affigere, contẽnentes hoc suo immani facinore Dei Christi mortem, & Christianorum religionem ludibrio habentes. Quam rem postquam rex certò cognouit, iubet ad quartum Calendas Martias omnes Iudæos comprehendi: comprehensos auro argentóque atque vestibus expoliat. Post pauca ibi, idem Gaguinus subiungens, Cùm in Franciam Philippus venisset, essétque apud sanctũ Germanum de Layo, execrabile Iudæorum facinus ad eum delatum est. Apud Brayum castrum Iudæi Christianum quendam captum serto spineo coronauerunt, deductúmque per oppidum, & multis vulneribus affectum tãdem cruci affigentes interemerunt, permittẽte loci domina, quam ipsi muneribus euicissent. Cognita iniuria, rex nulla mora interposita, nescientibus aulicis quid animo cogitaret, ad Brayum perpropere se contulit, móxque portas & viarũ exitus à suis diligẽter obseruari præcipiens supra octoginta Iudæos comprehẽsos cremare iubet, & finaliter à regno expulsi fuerũt.
98 † Consequenter Philippus tertius Catholicæ fidei Clypeus cũ valido exercitu Saracenos infideles persecutus est. Et adeò, quòd post strages plurimas Tunicij regem expugnauit, quem tributariam pẽsionem auunculo suo Carolo Siciliæ regi soluere coegit. Nunquàm etiam beatissimus ille Ludouicus, vt hu-

ius

BIU Cujas

ius venenosi serpentis furiosos impetus reprimeret, cum duobus suis fratribus, ac fortissimo exercitu bis crucem assumpsit,& de Saracenis mirabiliter triumphauit:& tandem Tunicij apud infideles decessit.

99 Prius † corona Christi spinea in præmium aliquod laborum à Balduyno imperatore Constantinopolitano ei donata: de quo Gaguinus, lib.vij.cap.ij. Per hos, inquit, dies Balduinus imperator Ludouico coronam Christi spineam dono dat, quam religiosissimo receptam apparatu ex Vicennis ad Dionysianum cœnobium portari iubet,comitantibus se fratribus Roberto,Alphonso,Carolóque.nec multo post tempore Ludouicus cognito, quòd Balduinus rerum inops bonam dominicæ crucis partem cum spongia,& lanceæ ferro, quibus dum cruci Christus esset potus, & confossus fuerat, pignori obligasset, ingẽti pecunia recepta Ludouicus, per Balduyni assensum dissoluto ære sacrosancta dominicæ passionis monimenta in regio apud Parisios sacello condidit,institutis ibi ad Dei cultum ministris. Hæc ille. Certè omnes à Clodoueo protochristiano, Francorum reges seipsos suáque dederunt in pericula mortis,vt Christianam religionem à morsu tortuosi serpentis Mahometi liliorum virtute liberarent. Igitur conuenientissimè lilia à superius emissa in scu-

100 to regio figurantur.† Secundò principaliter in scuto regis Christianissimi lilia figurantur aurea,& non argentea, vel alterius coloris. Ex quo pulchra aperiuntur documenta ipsis regibus necessaria. Primò quia aurum est coloris optimi, & puritatem quandã ac fulgorem eximium præ cæteris metallis habet, & inde dicitur aurum ab aura,id est,à splendore,secundum Isidorum,vnde in libro de Natura rerum dicitur, quòd aurũ est in corporibus sicut Sol inter stellas.Sol autem dicitur rex stellarum & lumen earum. Sic aurum est rex corporalium rerum,& mensura omnium. Et quanto rubicundius fuerit,tanto melius est: quale est aurum quod in India, & terra Euilath nascitur. Quam fluuius Phison, alio nomine dictus Ganges circuit.in qua terra aurum nascitur optimũ, vt dicitur Genesis secundo cap.Ex hoc auro prouocatur rex Christianissimus ad sapientiam acquirendam,quæ auro purior est & splendidior, imò omne aurum in cõparatione illius arena est exigua.Et tanquàm lutum æstimabitur argentum in conspectu il-

101 lius.Sapientiæ iij.† Comparatur enim auro sapientia ratione puritatis, & splẽdoris in conspectu æterni iudicis:de qua Lactãtius libro ij.diuinarum institutionum,Illibabilis,inquit,est tanquam lux, & claritas solis sapientia, quia vt sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani.& lib.iij. ca. xxvj. Vno, inquit, lauacro malitia omnis abolebitur, tantæ sapientiæ vis est, vt in hominis pectus infusa matrem delictorũ stultitiam vno semel impetu expellat, quæ tanquam virtutum nobilissima est profectò regibus necessaria:quia sicut,qui in tenebrisambulãt,luminis claritate indigent,ne pedibus offendãt,sic reges,qui potestatem habent perpetrandi omnia peccata, & omnia sua implẽdi desideria,ambulant quodammodo vias tenebrosas & difficiles, indigent lumine sapientiæ,vt habeant principandi scientiam, ac in cũctis agendis publicam sciant procurare vtilitatem: hanc verè sapientiam habuere inter cæteros Alexander Macedonius,Salomon,Carolus Magnus,qui nedum sapiens fuit, quinimo studium sapientiæ Parisiis fundauit,vt vidistis super verbo, *Raynutius de Clera.nu.x.* Etiã beatus Ludouicus, Carolus quintus sapiens appellatus;& plures alij Francorum reges. Secundò, aurum habet proprietatem lætificandi,quam non habet aurum per Alchimiam Sophisticatum, secundum Thomam.[Sapientiam regibus esse necessariam Vegetiuslib.j.de re militari,apertè ostendit. Nullus,inquit,est,cui sapiẽtia magis cõgruat, quàm principi, cuius doctrina omnibus debet prodesse subiectis. Nam sapientia (vt Policrates libro iiij. & vij.ait)fecit Romanos dominari.Romani, inquit, viguerunt quandiu literati fuerunt. Sed ex quo virtus literarum in eis lãguit,ex tunc manus armata infirmata est, & cecidit principatus: quoniam sapientia ait, Per me reges regnant, Prouerb. octauo. Ob quod (vt idem Policrates libr. vj. refert) Traianus olim hortabatur regem Francorum vt filios suos in Artibus liberalibus erudire iuberet. Rex enim insipiens perdet populum suum,Eccles.decimo. Et sapiens multiplicabit eũ.Sed prohdolor hodie fortassis superbia eleuauit corda eorum, ita vt negligant omnia,quæ à prudentibus scrutari debent,&c. non certè considerantes beatam illam solùm esse rempublicam,quæ per sapientes regitur,secũdum Platonẽ, quem refert Boetius lib.j. de consolatione, & magis extensè Valerius lib. vij. titul.de sapienter dictis, & factis in hæc verba,Iam Platonis verbis adstricta,sed sensu prævalens sententia, qui tunc demum beatum terrarũ orbem futurum prædicauit, cùm aut sapiẽtes regnare, aut reges sapere cœpissent.] Vnde limatura auri(vt dicit Auicen.)ingreditur medicinis melancholiæ,& alopeciæ. Et confert doloribus cordis, ac tremori ipsius, nec non timori animæ, data cum

102 succo boraginis auxiliatur syncopizantibus. † Ex quo instruitur rex Christianissimus, quòd gaudens sit semper & lætus: quia animi lætitia interdum corporis dolores mitigat. Tristitia verò humanę vitæ æmula est,& passio mortifera. Iuxta illud Prouerbiorum xvij.d. Animus gaudens floridam ætatem facit, spiritus tristis desiccat ossa. Tertiò, quia verum aurum ponderositatem habet, & soliditatem: quia, vt dicitur in libro de natura rerum,Aurum est in duplo ponderosius argento, ære, aut stanno, habetque ex suasoliditate puritatem,& generositatẽ super omnia metalla.Ideo est pretiosius, durabilius, tractabilius, omni tempore fulgens, recreans visum, & cæteros

103 sensus.Ex † quo regi Christianissimo datur salubre documentum, vt tanquam aureus sit solidus, maturus, secretus, & grauis in discutiendis rerum causis, ne leuitate,aut furore ductus feratur in præceps. Nã veri principes nec misericordia flectuntur, nec corrumpũtur,neque pœnitentia, aut satisfactione mitigantur: sed diuina & humana lege reuoluta, & personarum acceptione remota,diffinitiua sentẽtia post plenam causæ discussionem feratur,quia ideo lilia gestat aurea, vt sic velut aurum solidus, stabilis, ac fixus, ne per facilitatem aut inconstantiam subditos suos inficiat. Cùm enim instabilitas sit dispositio quædam ad omne peccatum, faciliter parere solet confusionem in populis. Iuxta illud Prouerbiorum vndecimo,Impius facit opus instabile,sicut Nero fecit qui felicitatis magnitudine abusus,omnium virorum leuissimus, omniúmque flagitiorum genere inquinatissimus fuit.Ex quo malè ei succesit. Quartò quia aurum secũdum physicos temperatius est omni metallo.Vnde virtutes habet mirabiles confortandi cor,stomachum,& cæteros sensus.Non quòd incorporetur aut membra nutriat,sed quia alteratiua virtute corpus immutat.Et ideo confortat,quia asperi-

tate ſua ſuperflua detegit. Licet enim aurum calidæ ſit naturæ, vt medici dicunt, tamen eius caliditas eſt modici exceſſus. Ob quod nō locatur in gradu, quāuis ab aliquibus ponatur. Sic rex ipſe Chriſtianiſſimus, quaſi aurum erit temperatus, calidus quidem amore charitatis & dilectionis erga ſubditos. [Et præ oculis habere illud Senecæ, Si vis amari ama, quoniam vt dicit Helinandus, vbi ſuprà, ita decet principem viuere, vt à ſubditis diligatur: & ſic ſuos diligat, vt etiam pro ipſis mori non timeat, ſicut Codrus Athenienſium rex, pro victoria populi ſui ſeipſum morti tradidit, qui mutato habitu regio, ſarmenta colligens caſtráque hoſtium ingreſſus à mili te interfectus eſt: ſic etiam Chriſtus pro ſalute populi ſui occiſus fuit. Vnde princeps ſic faciendo, à ſuis diligetur: nam dux (vt Cæſar dicere ſolebat) qui nō laborat, vt militibus charus ſit, militem amare neſcit. Videant illum magnum Alexandrum, qui videns militem Macedonem præ nimia ſenectute frigore ſtupefactum, de ſede ſublimi deſcendit, & ſuis manibus eum in ſedem poſuit, & eo modo fecit, vt à ſuis diligeretur. aliter princeps, qui à ſuis non diligitur, tanquam tyrannus dominatur, nec ſecuritate vbi eſt fruitur: ſicut de Dionyſio tyranno legitur, cui cùm corpus ſuum iuberet à multis militibus cuſtodiri, Plato dixit: Quod, inquit, malū feciſti, vt à tot militibus cuſtodiri habeas? Quapropter dicit Claudianus: Non ſic excubiæ, non circunſtantia tela, quē tutatur amor. quaſi dicat, quòd qui amatur, non eget cuſtodia. Ob quod dicere Traianus Romanorū imperator ſolitus erat: Talem priuatis imperatorem eſſe oportet, quales priuatos ſibi optat habere. hoc inter cætera fecit nedum viros, ſed & fœminas gloria belli pollere regníſque potiri. Vt de Amazonibus lib. iij. de geſtis antiquis refert Diodorus, dicēs: Eas omnium ſubditorum beneuolentiam iuſto æquóque imperio adeptas.] Exemplo etiā Moyſi, qui Exodi trigeſimoſecundo. Aut, inquit, dimitte eis hāc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Similiter Apoſtolus ad Romanos loquēs. Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis.

104 † Qua ſententia datur intelligi, quòd tota paſtoralis cura amore veræ dilectionis ornari debet, quæ à paſco paſcis, nomen ſumpſit. Cui vigilantia incumbit ad ſubditorum vtilitatem, & totalem cōſolationem. Iuxta illud Ouidij,

Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis.

Regium profectò eſt omnibus prodeſſe, & nulli nocere, quod in belluis clarè monſtratur. Et ſic viuunt apes, quòd rege amiſſo, totum dilabitur examen. Et cùm ſint animalia iracundiſſima, ac pro corporis captu pugnaciſſima, quæ aculeos in vulnere relinquūt. Rex tamen apum aculeo caret. Nec voluit eum natura ſæuum eſſe, à quo telum detraxit, quod regibus & principibus dignum exemplum eſt, vt & ipſi ab exiguis animalibus diſcant turbas populorum ſine aculeo ſeueritatis in debitum finem dirigere, & tunc velut aurea lilia amore veræ charitatis erunt radian-

105 tes. Quintò, † quia verum aurum ſub malleo non reſiſtit, vt ferrum, nec frangitur, vt vas terreum, nec reſonat, vt cymbalū: ſed ſi malleo percutitur, cedit, & in omnē partem dilatatur. Et ſicut in libro de natura rerum dicitur, Licet autem ſit generoſiſſimum ſuper omnia metalla, nihilominus eſt maximè ductibile, & tractabile, ex quo plura documenta regi Chriſtianiſſimo oſtenduntur, patientiæ, hilaritatis,

106 conſtantiæ, & fortitudinis. Cùm † enim ſtatus huius ſeculi pelago cōparetur, in quo rara ſunt proſpera, denſa ſunt turbulenta, & præſens vita tota tentatio ſit, in qua nullus ſeruus Chriſti abſque tribulatione eſſe poteſt, ideo non debet rex Chriſtianiſſimus perturbari in rebus aduerſis, nec frangi per diffidentiam, nec conqueri per impatientiam: ſed vt ſit aureus collum ſubmittere debet iugo diuinæ correctionis, conſiderans Deum eſſe ſummum medicum, de quo loquitur Hieronymus in epiſtola ad Amandum, non parcit medicus vt parcat, ſæuit vt miſereatur. Et idem in epiſtola ad amicū ægrotum ait, Nec mirandum eſt, quòd malorum frequentium ſtragibus variis ſic mortalium vita populetur in mundo, in quo nemo naſcitur ridens, in quo lumen vitæ, niſi cum lacrymis auſpicatur. [Zoroaſtes ea hora riſiſſe fertur, qua natus fuit, de quo ī. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi. nu. 36.*] Et iterū artis eſt medicinæ aliquoties ignibus & ferro curare. Quid mirum, ſi Dominus noſtrarum medicus animarū turbinibus excutiat, morbis examinet, calamitatibus purget? fortitudinis eſt noſtræ, quaſi per ignes & flammas vaſorum more purgari. Hæc ille. Sextò, quia verum aurum diutius, & durabilius in ſua operatione permanet, quàm aurum ſophiſticatum teſte beato Thoma. Et ſicut dicitur in allegato libro de natura rerum, aurum cunctis corporibus nobilius eſt, & rex eorū ac dominus, quia nec terra, nec aqua, nec aëre, nec igne corrumpitur, aut minuitur. Sed ignis rectificat eum & humectat, nec comburunt eum ſulphura, quæ alia comburunt corpora, natura quippe eius & complexio recta eſt, ita quòd in eo non eſt additio, neque diminutio. Et iterum aurum in igne poſitum non cōburitur, ſed probatur & purgatur: nec aurum rubigo vlla, nec erugo eius bonitatem conſumit, pondúſve minuit. Ex cuius auri proprietate animari debet rex Chriſtianiſſimus ad perſeuerantiam diuinæ legis, quia hæc virtus ſola, ſcilicet perſeuerātia meretur coronam. Eſtque vnica æterni regis filia, ac cunctarum virtutū finis, ſine qua nemo Deum videbit. Natura enim (dicit Valerius libro tertio, titulo de conſtātia. in principio) ſic comparatum eſt, vt quiſquis ſe aliquid ordine, ac recta mente complexum confidit, vel iam geſtum, ſi obtrectetur, acriter tutatur, vel nondum editum ſi interpelletur, ſine vlla cunctatione ad effectū perducat. Profectò in vanum bonum agitur, ſecundum Gregorium, ſi ante vitæ terminum deſeratur. Et fruſtra velociter currit, qui prius quàm ad metas venerit, deficit. Tolle perſeuerantiam, ait Bernardus, nec obſequium mercedē habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui incœperit, ſed qui vſque in finem perſeuerauerit, hic ſaluus erit. Prout inclyti Francorum reges facere. Qui à Clodoueo primo catholico nunquam in fide defecerunt, ob quod etiam Chriſtianiſſimi vocantur. Septimò, quia verum aurum cæteris metallis eſt pretioſius, virtutem habens conſeruatiuam, nec vnquam putreſcit, ſed putrida reſoluit & corrigit. Adeo quòd, ſecundū Auicennam, cauterium melius eſt, & velocius ſanabile, quod fit ex auro, nec vulnus ex auro factum corrumpitur in tumores, imò vſturæ factæ ex aureo inſtrumento, meliores ſunt, quàm ex alio metallo. Et ſunt qui dicunt aurum valere ad iuuentutem conſeruandam. Vnde plures ſequantur aurum potabile, ex qua dignitate auri incitatur rex Chriſtianiſſimus ad veram humilitatem, quæ virtus eſt aurea cæterarum virtutum conſeruatiua, teſte Hieronymo in epiſto-

la ad

BIU Cujas

Ia ad Celantiam, vbi humilitas, inquit, est præcipua conseruatrix, & quasi quædam custos virtutum omnium, Nihilque ita est, quod nos hominibus gratos esse Deo faciat, quàm si vitæ merito magni humilitate infimi simus. Et Isidorus libro tertio, capitulo quadragesimonono. Qui rectè vtitur regni potestate, ita se præstare omnibus debet, vt quãto magis honoris celsitudine claret, tãto semetipsum mente humiliet. Proponens sibi exemplum humilitatis Dauid, qui de suis meritis non timuit, sed humiliter se deiiciens dixit, Vilis incedam, & vilior apparebo ante Deum. [De virtute humilitatis, & triplici gradu eiusdem, vide glossam in Clementina prima in fine. de religiosis domibus.] Octauò & vltimò aureis liliis ideo decoratur scutum regis, quia verum aurũ fistulas, & hæmorrhoidas sanat, vlcera putrida, & tetri odoris emẽdat, corporíque humano maximè congruit: ita quòd in cibo sumptum, iuuat multum, ac vinum in quo extinctæ fuerint laminæ aureæ candentes, Spleneticos iuuat, quæ si haberi non possint, de chalybe fiant. Hæc profectò virtus medicinalis auri regem prouocat Christianissimum ad iustitiæ amplexum, quæ virtus sola magna est, & mater omnium. quos magnos facit. [Verè nulla alia causa fuit, & sic creuit potestas Romanorum super alios, nisi virtutes, quæ exurebantur in eis, & micabant, præsertim iustitia, quam summè colebant. Et quandiu seruauerunt modestiam, & dilexerunt iustitiam, inuicti semper vbique manserunt, corrupti verò vbique faciliter deuicti legũtur. Prætereà in quadam reuelatione beatæ Brigidæ diuinitus facta habetur, quòd Deus testimoniũ perhibet antiquioribus Romanis, quòd nusquam homines in mundo ex puris naturalibus iustius, & rationabilius vixerunt, ob quod toti mundo dominati fuerunt, quandiu bene vixerunt. Sed ex post mutatis moribus corruerunt, vt habetur infrà super verbo, condidit. primo. loquendo de male tractantibus subditos.] 106 Est † enim iustitia virtus confortatiua, & corroboratiua, quæ sui splendore reges & regias sedes magnificat, quibus dictum est Sapientiæ primo, diligite iustitiam, qui iudicatis terram, id est, ecclesiam, quæ tota est sicut terra humilis, & corde infima. Vel qui iudicatis terram, id est, peccatores, qui terrena diligunt. Vel qui iudicatis terram, id est, homines de terra formatos, vel humanam carnem aut eos qui carnales sunt, vel habitantes in terra, quos iustitia curat ab omni morbo. Vnde Hieronymus, Iustitia, inquit, quasi aurea virtus curatiua est morbidarum ægritudinum: quia puniendo tollit scelera & peccata, atq; putridas carnes, & scabiosas curando abradit, & Augustinus in libro de duodecim abusionum gradibus, sic dicit, Quantum iustitia regis seculo valeat, intuentibus perspicuè patet. Est enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimen gentis, cura languorum, lætitia hominum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimet ipsi (scilicet principi) spes futuræ beatitudinis. Hæc ille. Pariter Anselmus in libro cur Deus homo. Iustitia, inquit, est animi libertas, suam cuique tribuens propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinam. Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, & egeno operosam misericordiam. [Ad hoc Mercurius Trimegistus, Iustitia, inquit. nil aliud est quàm Dei vocatio. Deus enim, qui hominem generat, atque inspirrt, omnes pares esse voluit: eandémque viuendi conditionem omnibus proposuit, immortalitatem omnibus spopondit. Nemo apud eum seruus, nemo dominus, nemo pauper est, nisi qui iustitia indiget. Nemo diues, nisi qui virtutibus plenus est. Prætereà dicit Lactantius libro de vero cultu, Primum iustitiæ officium est coniungi cum Deo. Secundum est coniungi cum homine, sed illud primum religio dicitur. Secundum verò humanitas nominatur. Itaque tam Deo quàm proximo iustitia debetur. Iudex sic ergo iudicet, vt Deum non offendat, & proximum non iniurietur. Non est enim iustitia, vbi crudelitas exercetur. Hæc illæ.] Qua scilicet iustitia remota, nil aliud sunt regna, nisi magna latrocinia, secundum Augustinum libro quarto de ciuitate Dei capi. quia etiam latrocinia, nil aliud sunt, quàm parua regna. Hæc ille. De iustitia Romanorum, ad instar quorum regnum Franciæ fuit erectũm, Valerius libro sexto titulo de iustitia. Tẽpus, inquit, est iustitiæ sancta penetralia adire, in quibus semper æqui ac probi facti respectus religiosa cum obseruatione versatur, & vbi studium verecũdię cupiditas rationi cedit, nihílque vtile quod parum honestum videri possit, ducitur: Eius autem præcipuum, & certissimum inter omnes gentes, nostra ciuitas exemplum est. Subiungens de exteris. in fin. Nihil illis etiam iustitiæ exemplis fortius. Seleucus, Locrẽsium princeps, vrbe Locrensium à se saluberrimis, atque vtilissimis legibus munita, cùm filius eius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab ipso cõstitutum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorẽ patris necessitatem pœnæ adolescentulo remitteret, aliquãdiu repugnauit: ad vltimum precibus populi euictus suo prius, deinde filij oculo eruto, vsum vtrique videndi reliquit, ita debitum supplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem, & iustum legislatorem partitus. & sequitur. Sed aliquanto Charõdæ Tyrij regis præfractior, & abscissior iustitia. Ad vim & cruorem vsque seditiosas conciones ciuium pacauerat, lege cauendo vt si quis eas cum ferro intrãsset, continuò interficeretur. interiecto deinde tempore ex longinquo ruré gladio accinctus domũ repetens, subito indicta concione, sicut erat, scilicet cũ gladio, in eam processit, ab eóque qui proximè constiterat, solutæ à se legis suæ monitus: idem ego illam, inquit, sanciam: ac protinus ferro, quod habebat districto incubuit. Cũque liceret culpam vel dissimulare, vel errorem defendere, pœnam tamen repræsentare maluit, ne qua fraus iustitiæ fieret. Hæc ille. Si ergo pagani, & idololatræ de proprio filio, imò de seipsis vsque ad mortem iustitiam fecerint, vt videtis, quanto plus Christiani principes sine comparatione præexcellentes hoc facere tenentur? Et quia rex Francorum (vt alibi dicam.) [Hoc dixit super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo articulo successionum ab intestato. in fine in quinta decisione. & exemplũ ponit super verbo, *Condidit*, primo. dum decidit an dominus subditos verberare possit.] de seipso & aliis ita fecit, & dilexit semper iustitiam, vt clarè demonstrãt officia ex antiquo in domo sua, & regno instituta, & odiuit iniquitatem, vnxit eum Deus oleo lætitiæ præ consortibus suis. Ad quorum differentiam solus nomen Christianissimum adeptus est. Ita quòd propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam deduxit eum mirabiliter dextera sua. Cuius sedes in seculum seculi. virga directionis virga regni sui. Psalm. xliiij.

107 Tertiò † principaliter in scuto Francorum regum

in ternario numero, & non maiori nec minori aurea lilia figurantur. Habet enim hic numerus rationem cuiusdam totalitatis. Puta principium, medium, & finem. Nam secundum Chronica etiam gentiles in eorum cultu diuino vtebantur numero ternario ad sacrificationes Deorum, vt habetur lib. j. de Cœlo, & Mundo. super quo beatus Tho. in commento. Sicut, inquit, natura perficit omnia in ternario numero: ita gentiles, qui diuinum instituerunt cultum, volentes Deo tribuere omne quod perfectum est, attribuunt ei ternarium numerū in sacrificiis & laudibus ipsorum. Legimus præterea in scripturis sanctis numerū ternarium multipliciter cōsecratum, eo quòd opera mirabiliora Dei in eo facta, & ordinata sunt. Vnde si mysterio trium liliorum regis Christianissimi explorare quis conetur, tantò magis exuberabit ratio disserendi, quanto plura mysteria in ternario numero eluceſcunt. In primis ergo tria redolentia lilia, quæ in scuto regio figurantur, odoramenta Catholicæ fidei in beatissima Trinitate asserūt, scilicet quòd patri in diuinis attribuitur potētia, filio sapientia, & spiritui sancto clementia. Quæ tria attributa sicut sanctissimam Trinitatem ornant, ita regiam maiestatē magnificāt. Quæ sacratissimæ Trinitati debet posse tenus conformari, scilicet vt sit rex primò clarus potentia patris ad tyrannos debellandum, & barbaras gentes, ac Turcarum perfidiam extinguendam. Secundò cōuenit vt ornatus existat sapiētia filij in discutiendis rerū causis. Tertiò, quòd sit clementia plenus, quæ quanto in eo maior fuerit, tanto in conspectu Dei, & hominum mirabilior, & gratior apparebit. Secundò principaliter tria lilia (quæ in scuto regis figurantur) tres subsistātias in persona Christi de-
108 notant. Sicut † enim in diuinis est Trinitas personarum in essentiæ vnitate, ita in Christi persona est trinitas essentiarum, seu naturarum in vnitate personæ: scilicet deitas, anima, & caro. Et sicut in diuinis per diuersas personas nō distinguitur esse, sic in Christo per diuersas naturas nō distinguitur persona. Pariter tria lilia tres Christi natiuitates ostendunt. Prima dicitur, qua æternaliter nascitur ex patre. Secunda, qua nascitur temporaliter ex matre. Tertia, qua in mente nascitur spiritualiter. Tertiò principaliter tria lilia tres potentias animæ rationalis, quæ ad imaginē Dei creata est. l. si quis in metallū. C. de pœnis. patenter ostendunt. Nā sicut Deus est vnus in essentia, & trinus in personis, sic etiā anima rationalis est vna in essentia, & trina in potentia: quia habet in se memoriam, intellectum, & voluntatem. Et memoria quidem repræsentat patrem, intelligentia filium, & voluntas spiritū sanctum. Cuius ratio in hoc est: quia ex memoria primæ veritatis generatur intelligētia. Ideo memoria assimilatur patri: intelligentia verò est genita, ideo assimilatur filio. Amor quoque ab vtroque procedit, si placet ei, quod intelligitur: ideo voluntas assimilatur spiritui sancto. Quartò tria lilia in scuto regis posita, tres Angelorum hierarchias significant, in quarum singulis tres ordines inueniuntur, vt similitudo beatissimæ Trinitatis in eis ostendatur impressa. In prima quidē hierarchia catholici tres collocāt ordines: Seraphin vt primos, Cherubin vt medios, Thronos vt vltimos. In secūda verò hierarchia alij tres, videlicet dominationes, virtutes, & potestates. Similiter in tertia hierarchia ordinantur principatus, Archangeli, & Angeli, de quibus loquitur Isidorus libro septimo Etymolo. cap. quinto. & in libro de Summo bono. cap. duodecimo. Quintò tria lilia in scuto regis depicta, tres virtutes Theologales, scilicet fidem, spem, & charitatem significant, quibus anima rationalis rectificatur, & dirigitur in beatissimam Trinitatem, secundum tria ternis personis Trinitatis appropriata, de quibus s̄. Ita quòd fides dirigit in summè verum assentiendo. Spes verò dirigit in summè arduū expectādo. Charitas dirigit in summè bonum amando. Et fides in præsenti Deū sequitur. Spes verò in cœlo comitatur. Sed charitas perenniter amplexatur. Etiam fides facit Deo assentire, spes in Deo confidere, charitas verò facit Deū amare. Iterū per fidem cognoscitur Deus vt veritas, per spem habetur Deus vt æternitas, per charitatem diligitur Deus vt bonitas. Vel tria sunt nobis necessaria ad salutē. Quæ salus per has tres virtutes consequitur. Primò requiritur cognitio finis, quę habetur per fidem, quæ ad cor syncerum firmandū sola sufficit. Secundò, requiritur viuacitas cordis, quæ per spē habetur, vt dicit Esaias. Qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & non deficient. Tertiò requiritur perseuerātia operis, quæ habetur per virtutem charitatis, quæ voluntatem & corroborat, occasiones tollendo omnium peccatorum. Iuxta illud Apostoli, in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, sublimitas, & profundum. Sextò lilia tria in scuto regis ordinata, ad tria opera veræ pœnitentiæ nos ire compellunt, videlicet ad contritionem, confessionem, & satisfactionē. Hæc enim sunt illa tria nobilissima spiritus sancti charismata ad salutem necessaria, sine quibus nullo modo esse posset in homine lapso salus. Nam dicuntur tres partes pœnitētiæ essentiales: quia sicut omne peccatum committitur ore, corde, & opere, ita oportet ꝙ per contrariū curetur secundum Chrysostomum dicentem, vnumquodque per quascūque causas contrahitur, per easdē dissoluatur. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Peccatori igitur volenti Deo reconciliari expedit omnino, vt culpam per cordis contritionē detestetur, & eam ore per confessionē explicet, atque opere per satisfactionem puniat. Septimò tria lilia regem Christianissimum ad tria salutifera consilia (in quibus consistit omnis perfectio Christianæ religionis) excitant. Quæ quidē tria cōsilia per Christum cūctis fidelibus ostēsa sunt con-
109 tra tres peccatorum radices, de quibus † Ioannes Euangelista in sua Canonica secūdo capitulo sic dicit, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitę: ad quas radices extirpandas, & à mentibus hominum tollendas Christus primò dedit castitatis consilium, quod directè opponitur contra luxuriam, & carnales delectationes, quæ vehementissimæ sunt. Et per quas intentio hominis permaximè trahitur, & applicatur ad corporalia, & debilitatur circa intelligibilia. Iuxta illud Matthæi quinto, Audistis quia dictū est antiquis, nō mœchaberis. Ego autem dico vobis quia omnis, qui viderit mulierē ad concupiscēdum
110 eam, iam mœchatus est eam in corde suo. † Secunda radix dicitur concupiscentia oculorum, quæ est in auaris, & cupidis. Dicitur autem cupiditas radix omnium malorum, ad similitudinē radicis arboris, quæ toti arbori præstat nutrimētum. Nam per diuitias acquirit homo facultatē perpetrandi quodcunque peccatum, & adimplendi sua omnia desideria. Cum pecuniæ obediāt omnia. Eccleſiastici decimo. Ad quam radicem à cordibus hominum tollendam

dedit

BIU Cujas

dedit Christus consilium paupertatis, Matthæi nono, Si vis perfectus esse, vade, & vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.
111 † Tertia radix peccatorum est superbia, de qua dicitur Ecclesiast. allegato decimo cap. Initium omnis peccati superbia, qui tenuerit illã, implebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Ad hanc radicem extirpandam dedit nobis Christus cõsilium humilitatis, & mansuetudinis allegato Matthæi ix. cap. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Octauò & vltimò tria lilia in scuto regis diuinitur ordinata, tres denotant venitates, quæ necessariò requiruntur ad conseruandum veram Chrristianæ religionis dignitatem, & habendum bonorum morum honestatem, de quibus Apostolus ad Ephesios quarto, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Hæc tria sunt, quæ verum perhibent testimonium de excellẽtia fi-
112 dei catholicæ. Vnde † inter laudabilia omnia catholicæ fidei opera, quæ rex explere debet pro suæ dignitatis, ac totius religionis Christianorum salute, nullum maius, nullum honorabilius, nullũ denique gratius Deo offerri potest, quàm barbaras gentes, & Turcarũ perfidiam, cæteróque populos, qui falsos ritus ac deos colũt alienos, expugnare, atque in frẽna submittere sub Christi fide, aut talia sancta exercitia apud Francorũ reges semper floruerunt. Quar-
113 tò † principaliter & vltimò tria aurea lilia sunt in scuto regis Christianissimi Sapphyrino, id est, colore Saphyri, qui similis est sereno cœlo, cõuenientissimè depicta, multiplici ratione. Primò, quia cùm rex sit Paranymphus ecclesiæ Christi, cuius officium est, & semper fuit à tempore Clodouei prædicti, ampliare cultum diuinum, ac gloriam Christianæ religionis extollere, & magnificare, vt sæpe dictum est, decẽtissimum fuit insignia maiestatis suæ sereno cœlo similia fore: vt sicut ipse Christus, qui est rex regum, & dominus dominantium, quodammodo pro scuto suo habet cœlum sydereum, miro ac vario astrorum fulgore decoratum, sic rex Francorum Christianissimus pro gloria Christi scutum gerit nobilissimum, in quo aurea lilia colore Sapphyri, quasi astra in sereno cœlo affixa, fulgere videntur. Vt etiam ex cœli altitudine intelligatur, quanta sit suæ dignitatis sublimitas. Tanta est autem altitudo cœli, quod à mortali homine non potest mensurari. Nam licet Rabbi Moyses, & Ptolomæus Alexandriæ rex, qui apud Græcos habetur præcipuus secundum Isidorum, & Archimedes Siculus, pluréque alij tam Græci, quàm Hæbræi, tam Aegyptij, quàm Chaldæi & Latini, in Arithmetica, Geometria, ac Astrologia doctissimi, ratos ac diffinitos astrorum cursus, distantias quoque orbium ac Planetarum, vt à Luna vsque ad Mercurium, & à Mercurio vsque ad Venerem, Solem, Martem, Iouem, ac tandem à Saturno vsque ad firmamentum, quasi balbutiendo diuiserint, mensuauerint, & dinumerauerint: nihilominus tamen credimus antiquos mathematicos falsa multa dixisse. Cùm etiã tẽpore Aristotelis (magno teste Alberto) nondum perfectè scirentur quantitates orbium, & diametrorũ Solis, Lunæ, Mercurij, cæterorúmque Planetarum. Vnde adhærendum videtur conclusioni catholicæ Ecclesiastici primo: Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? quasi dicat nullus. Et sic ad propositũ, in scuto Francorum regum color similis sereno cœlo conuenienter datus est: quia sicut cœlum situatum est in loco eminentiori, atque inter omnia corporalia altius eleuatum: Sic rex Christianissimus inter omnes seculi huius reges Christianæ religionis dignitate, potentia, diuitiis ac nobilitate, est sublimior, atque admirabilior. Secundò principaliter campus scuti regij nedum cœlo, sed etiã Sapphyro lapidi in cõ-
14 lore assimilatur rationibus sequentibus. Quia † Sapphyrus colore suo videtur trahere regem ad cœlestia desideria: [Scilicet per rectam fidem: quia nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe. Pariter nihil est, quod ita nequeat occasui subiacere, quàm vera religio, vt in epistola, inter claras. C. de summa Trinitate.] Nam dicit Gregorius decimooctauo libro moralium, capitulo octauo, Sapphirum tenere similititudinem coloris aerei, per quod designant appetitum languentis animæ tendentis ad cœlestia. Vnde dicit Helinandus, quòd quia Sapphyrus cœlo sereno similis est, castè portari vult, gemmáque gemmarum, & lapis sanctus dicitur. Ideo in libro de natura rerum habetur, quòd qui Sapphyrum portat, expedit quòd summo studio castitatem seruet, quoniam hic lapis tanto dicitur pretiosior & melior, quanto colori cœlesti est similior. Sic rex Christianissimus tantò magis erit Deo & angelis gratior & charior, quantò magis in contemplatione rerum diuinarum fuerit sublimior. Et sic quantumcunque excellat in dignitate, potentia, diuitiis vel abundantia temporalium, nihilominus felicitate prosperarum rerum huius seculi non debet corrumpi, aut deprauari. Sed magis ac magis oculos mentis conuertere ad altiora desideria, ad veros honores, ad securas diuitias, ad cœlestes thesauros, ac delectationes æternas. Regiã quoque dignitatem suam in Christo rege, quẽ in speculo limpidissimo contemplari debet, vt quod in se prauum deprehenderit, corrigat: quod rectum, teneat: quod deforme, componat: quod pulchrum, seruet: quod sanum, excolat: quod infirmum, assidua meditatione corroboret. Præcepta diuinæ legis efficaciter impleat. Et quid sibi cauendum, quídve sectandũ sit agnoscat. Decẽs quippe est, vt rex se totum in vita, & moribus componat: quia quanto mirabilius præ cunctis regibus vniuersi orbis excedit honoris dignitate, ita conuenit vt cæteros transcendat mentis sublimitate, & totus sydereus fulgeat maiestate. Præterea Sapphyrus sua claritate, duritie, ac puritate regem docet fortitudinem, atque mentis puritatem conseruare. Est enim Sapphyrus gemma summè dura, hilaris, clara & pura, vtpote similis cœlo serenissimo, & purissimo. Inde dicit Plinius, quòd Sapphyrus aureis collucet punctis. Et Arnaldus de Villa noua, Sapphyrus est gemma fulgens, quæ hominem reddit castum, mitem, & humilem. Sic rex esse debet mente serenus & purus, vt inter læta inuictus, inter tristia faciem viuam constantis animi obtinea. Non multum gaudens de temporalibus commodis, nec omnino lugens de aduersis: nec eum blanda corrumpant, nec tristia concutiãt: nec falsa vituperatio mi-
☞ nuat, siue laudatio augeat. [Iuxta illud Boetij in primo de cõsolatione, Gaudia pelle, pelle timorem. Nec dolor adsit, nubila mens est, hæc vbi regnant.] Nec pectoris sui stabilem firmitatem quicquid mũdus promittat, aut minetur, excutiat. Sed idẽ semper sit serenus ac perseuerans, ne bona fallacia labẽtis seculi in eũ præualere videantur. Quæ omnia fortissimi sunt animi, qualis regius esse debet. Iuxta illud Lactantij, lib. j. diuinarum Institutionũ, sic dicentis, Animũ vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est.

BIU Cujas

Hæc qui facit, non modo ego eum cum ſummis viris comparo, ſed Deo ſimillimum iudico. Non enim fortior putandus eſt, qui leonem, quàm qui violentiam, & in ſeipſo incluſam feram ſuperat iracundiam. Aut qui rapaciſſimas volucres deiicit, quàm qui cupiditates auidiſſimas coërcet. Aut qui Amazonem bellatricem, quàm qui libidinem vincit pudoris, & famæ debellatricem. Aut qui ſimum de ſtabulo, quàm qui vitia de corde eiecerit, quæ magis ſunt pernicioſa velut domeſtica, & propria mala, quàm illa quæ vitari poterant & caueri. Ex quo fit, vt ſolus ille vir fortis debeat iudicari, qui temperãs, modeſtus, & iuſtus eſt. Hæc ille. Vnde reſtat mentem regiam eſſe debere Sapphyrinam, & puram per mentis conſtantiam, atque animi integritatem.

Tertiò principaliter tria lilia aurea in campo Sapphyrino depinguntur. Quia Sapphyrus animum hominis pium, & deuotum efficit ad Deum, atque in bonis firmat, & paces conciliat, taliter quòd inter omnes lapides pretioſos dicitur lapis ſanctus, quia ad ſanctitatem, & deuotionem hominem diſponit. Ob quod legitur Exodi vigeſimooctauo, & trigeſimonono capitulo, quòd Moyſes ad præceptum Domini veſtem ſanctam fecit Aaron ſummo ſacerdoti in gloriam & decorẽ, in qua inter diuerſos lapides pretioſos Sapphyrus cõnumeratur. Sic Ieremias Threnorum quarto. Deſtructionem Ieruſalem, ruinam templi, & ſacerdotum recogitans, eorum pulchritudinem aſſimilauit Sapphyro, dicens, Cãdidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, Sapphyro pulchriores. Conuenit itaque, vt maieſtas regia ſit tota ſyderea, & Sapphyrina, per reuerentiam & beneuolentiam ad omnia, quæ diuinũ cultum concernunt: vt ſicut in dignitate & potentia cæteris eſt eminẽtior, ita expedit, vt in amore rerum diuinarum ſit amicabilior, & conformior: ſicut ſui fuerunt prædeceſſores. Quartò Sapphyrus, ſecundum Arnaldum corpus humanum vegetat, ac membra integra conſeruat, curat dolorem frontis, & ſudorem reſtringit, corpora præbet integra, boníque coloris, tortiones ventris tollit, & omnia vlcera cum lacte ſanat. Præterea in libro de natura rerum dicitur, quòd Sapphyrus morbum illum horribilem, Noli mẽ tangere appellatum, fugat. Tamen vitiatur tũc eius colore, ex quo inſtruitur rex Chriſtianiſſimus vt vigilans ſit, & ſolicitus ad corpus myſticum, id eſt, eccleſiam protegendum. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, quæ ſecundum Apoſtolum, non eundem actum habẽt, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. huius autem corporis membra tenetur rex vegetare, ac cuſtodire, ne à lupis voracibus dilacerentur, & ne morbida ægritudine putreſcant, ac pauperibus beneficia, ſuffragia, & eleemoſynas largiri, quibus recreentur, tanquàm membra corporis myſtici: quia ſicut Sapphyrus membra corporis conſeruat & recreat, ſic conuenit vt rex, quia tria lilia in Sapphyri colore extendit, membra corporis myſtici dirigat, & cuſtodiat, ne deuios ſequantur anfractus. [Huius nanque corporis myſtici rex eſt caput in temporalibus: quia res publica eſt] ſicut quoddam corpus, quod ſecundum Helinãdum in Chronicis libro ſecundo diuino numine animatur, & regitur, cuius caput dicitur princeps, & Senatores locum cordis tenent, iudices autem, & præſides tenent locum oculorum & aurium, & oratores locum linguæ, cæteríſque membris perſonæ aliquæ reipublicæ comparari poſſent. Et vnde dicantur ſenatores, & quis eos primus inſtituit, habetur infrà ſuper verbo, *Adiecta impuberi.*] Quintò Sapphyrus eſt gemma pretioſa, ſereno cœlo ſimilis, quæ perculſa à radiis ſolaribus ardẽtem fulgorem emittit. Præterea dicit Iſidorus libro xvj. etymolog. cap. ix. quòd Sapphyrus pulueres habet aureos ſparſos, ex quo inſtruitur regia maieſtas, vt gratias ſolicita ſit Deo reddere in tanto cumulo beneficiorum, quia quanto plura à ſole iuſtitiæ Chriſto ſuſcepit beneficia, tanto magis ardentia deſideria refundere debet in Chriſtum, à quo procedunt. Et econtra tanto grauius de ingratitudine iudicabitur omnis homo, quanto magis multiplicatis beneficiis ingratus probabitur extitiſſe. Iuxta illud Chryſoſto. Quanto maiora beneficia ſunt hominibus conſtituta, tanto grauiora peccantibus parantur iudicia. Sextò Sapphyrus eſt gemma valde delectabilis, gaudioſa, & pulchra, de quo quidam lapidarius ait,

Sapphyri ſpecies digitis aptiſſima regum,
Egregium fulgens puróque ſimillima cœlo
Vilior eſt nullo virtutibus atque decore.

Ex quo inſtruitur rex Chriſtianiſſimus, vt delectabiliter & gaudioſè pulchritudinem ad decentiã Chriſtianæ religionis velit conſeruare: hoc autem fiet ſi purgabuntur fæces luxuriæ, auariciæ, ſimoniæ, blaſphemiæ, tyranniæ, ac cætera publica peccata, & notoria, quæ iram Dei prouocant, & pariter dolores, atque anguſtias animæ rationalis. Vnde expedit omnino, vt reges ac principes non iniqui ſint, ſed iniquorum correctores. de quo Iſidorus libro tertio de ſummo bono, capitulo xlviij. Reges, inquit, à rectè agendo vocati ſunt. Ideo ſicut rectè faciendo regiũ nomen obtinetur, ita peccando amittitur. Rectè igitur illi reges vocantur, qui tam ſemetipſos, quàm ſubiectos bene regendo modificare norunt. Hæc ille. Et ſic patet ad regem Chriſtianiſſimum pertinere peccata grauia, præſertim notoria, tollere & punire, vt in Dei eccleſia ſpiritualis conſeruetur lætitia: quia teſte Auguſtino, Verum gaudium non datur impiis, Sed illis qui Deum gratis colunt, quorum gaudium ipſe eſt, & ipſa beata vita, quæ ſola vera vita eſt, & non altera. Septimò in colore Sapphyri aurea lilia extenduntur, quia Sapphyrus ſuo valore, & pretio vires acuit regis Chriſtianiſſimi ad cogitandum ſumptuoſitatem cœleſtium ædificiorum. Nam teſte Iſidoro vbi ſuprà, Sapphyrus inter gemmas purpureas computatur, habet pariter exceſſum valoris inter lapides pretioſos. Ob quod ſanctiſſimus Thobias Spiritu eleuatus videns excellentiam cœleſtis patriæ, dicit portas eius eſſe de Sapphyro ædificatas. Pariter Ioannes Apocalypſis vigeſimoprimo dicit, Fundamenta muri ſupernæ ciuitatis eſſe ex lapidibus pretioſis: inter quos Sapphyrus connumeratur. Ex quo inſtruitur rex totus Sapphyreus, vt totaliter inclinetur ad cogitandum excellentiam ædificiorum ſupernæ ciuitatis. de qua dictum eſt per Prophetam Pſalmo lxxxvj. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Et ſequitur, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Octauò & vltimò ſcutum regis Chriſtianiſſimi in Sapphyri colore figuratur: quia Sapphyrus ſua ſignificatione eum excitat ad cogitandum nedum ædificia ſupernæ ciuitatis, ſed etiam eminentiam gloriæ æternæ. Nec ſolũmodo Sapphyrus ſignificat æternam gloriam, verùm etiam ſuo colore animum hominis ad cœleſtia gaudia inclinat. Et ratio eſt, quia cùm omne ſimile naturaliter appetat ſuum ſimile, & Sapphyrus inter omnes gemmas

ſimilis

BIU Cujas

similis est sereno cœlo: vnde rex Sapphyro non conueniret, nisi ad cœlestia inclinaret, ac cœlestia appeteret. Sapphyrus enim etiam inscripturis sacris significare videtur æternam gloriam, vt habetur Exodi xxiiij. vbi Moyses, Aaron, Nadab, Abiu, & septuaginta de senioribus Israël Deum viderunt. Sub cuius pedib' erat quasi op' lapidis Sapphyrini, & quasi cœlum cùm serenum est. Pariter in Exechiele x. cap. legitur: quòd species gloriæ domini super Cherubim erat quasi lapis Sapphyrus: quæ verba nõ sunt intelligenda vt sonat litera. Quin illa patria & beatorum gloria maior est sine comparatione, ac mirabilior omni pulchritudine Sapphiri: imò penitùs omnem inuestigationem excedit humanam. Sed quia intellectus noster manu ducitur per creaturas ad cognitionem cœlestium, & balbutiendo vt possumus excelsa Dei resonamus. Ideo volens loqui prophetа de æterna patria & gloria, similitudinem Sapphyri assumpsit, qui inter omnes gemmas est admirandæ virtutis, & pretiositatis: atque magis conueniens in colore cœlisti. Ad præmissa igitur inclinant insignia dignitatis regiæ, tum quia è cœlis elapsa, tum quia auro atque sydereo cœlo (vt iam dixi) sunt similia. Qui colores inter cæteros dicuntur nobiliores: de quibus in tractatu de insigni. & armis, sic dicit
115 Bart. vj. colum. Vnus † color est nobilior altero respectu eius quem repræsentat secundum se. vnde color aureus nobilior est. Per eum repræsentatur lux. nam si quis radios solis figurare vellet, quod est corpus magis luminosum, hoc non posset congruentius facere, quàm per radios aureos. Et constat nil luce nobilius, vt dicit text. in epistola, inter claras. C. de summa Trinita. ibi, nihil est, quod lumine clariore &c. Et in Authẽ. habita. C. ne filius pro patre. Ibi, totus mundus illuminatur &c. Ideo in sacra scriptura pro re maximæ excellentiæ figuratur sol. vt ibi: Fulgebunt iusti sicut sol & stellæ. Daniel. xij. Et Matth. vij. & ibidem xxiij. cap. Resplenduit facies eius, scilicet Christi in transfiguratione, sicut sol. Et propter huiusmodi nobilitatem nulli permissum est vestes portare deauratas, nisi principi. l. prima. & secunda. C. de vesti. olobe. & deaura. libro xj. Sequẽs color nobilis est color purpureus seu rubeus, qui figurat ignem, qui super cætera elementa est elementum nobilius. Propter cuius nobilitatem nulli permissum est portare vestes comptas eius colore. vt dicta l. secunda & quarta, de vest. olobe. vbi dicitur dictum colorem esse aliis nobiliorem: quia etiam communicatur auro: quod, vt suprà, vidistis quanto est magis rubicundum, tanto est pretiosius. Sequens color post prædictos nobilis est color azureus: & azurus per quem figuratur nobilis aër, qui est corpus transparens & diaphanum maximè receptiuum lucis, sine quo aëre nullum viuens supra terram viuere posset: qui etiam repræsentatur in Sapphiro, sicut in azuro ex communicatione coloris. Vnde prædicti colores propter id, quod repræsentant, cæteris dicuntur nobiliores: in quibus voluit Deus arma & insignia Christianissimi regis, non sine magnis rationibus depingi & figurari, vt vidistis. Vnde
116 † præmissis consideratis præsertim requisitis in rege virtutibus, non mirum, si lex & consuetudo Franciæ, fragilitatem muliebrem à regni successione excluserint. Licet admittantur ad succedendum in regno Nauarræ secundùm Petr. Iacob. in titu. de causis ex quibus vasal. & etiam in regno Apuliæ: vt dixi secundùm Bald. in dicta l. quoties. C. de suis & legiti. hæredi. & in capit. primo. §. hoc quoque. de successione feudo. dicens ibi regnasse inclytam reginam Ioannam xl. ferè annis. Et ita prudenter, quòd in cathedra regali non sedit similis ei in gratia & virtute: sed tandem miserabiliter diem clausit extremum. Videatis Dominicum in capitulo, grandi. de supplen. negligen. prælato. libro sexto, vbi sentit de iure communi fœminas in regnis succedere non posse: & si succedant, hoc est ex particulari lege, vel consuetudine regni, vel per vsur-
117 pationem: † sicut legimus de Hyrene Leonis quarti imperatoris Bizantini seu Constantinopolitani vxore: quæ Athenienſis fuit nobilissima, & insignis decoris conspicua: propter cuius pulchritudinem Constantinus quintus dicto Leoni filio suo eam dedit in vxorem, ex quo filium suscepit nomine Constantinũ. Sed mortuo Leone, cùm filius adolescentulus adhuc esset, per decennium egregiè rexit. Tamen postea filium excæcatum in carcerem trusit, & solio imperiali ipsa conscendens præ cæteris mortalibus cum ingẽti gloria sola imperauit, vt libro decimo Bergomensis refert. Et plures aliæ regnarunt: de quibus suprà: de quo per Imo. in dicto capitulo, grandi. Quia
118 † in regno Franciæ nec iure communi, aut particulari lege, vel consuetudine, fœmina succedere potest. Quicquid hactenus Burgundorum dux post obitum Ludouici Hutini Philippi pulchri Francorum regis primogeniti, etiam Ioanne ex dicti Hutini vxore Clementia prægnante relicta nato, & paucis post diebus mortuo, prætendisset in successione regni filiæ dicti Hutini, quæ comiti nupserat Ebroycensi, fauens contra Philippum Longum dicti Hutini fratrem, & dicti Ioannis præmortui patruum: cui patruo (dicta comitissa Ebroycensi exclusa) remansit regnũ ex consilio procerum. de quo Gaguinus libro vij. cap. fin. sic dicit, Per id tempus Clementia quam moriens Ludouicus, scilicet Hutinus, grauidam reliquerat, filium Ioannem parit paucorum dierum regem. Quo defuncto Philippus, scilicet Longus, rex appellatus est, reclamante Burgundorum duce, quòd diceret non ad Philippum, sed ad Ludouici defuncti filiam, scilicet Ebroycensem comitissam regna patris pertinere. Quæ res difficiles postea controuersias Francorum quieti inuexit, & seminarium discordiæ inter Anglos & Francos fortè fuit. Hæc ille. Nec obstat
119 † text. in dicto capitulo, dilecti. de arbitris. vbi fœmina ex tunc regina Franciæ erat: quia secundùm Panormitanum & doctor. ibi, mulier illa vocabatur regina, non quòd sibi regnum pertineret: sed quia vxor regis erat, cuius radiis coruscabat. l. fœminæ. ff. de senatori. in Authent. de consuli. in princip. facit l. fina. C. de incolis, libro decimo: vbi bonus textus. Et sic rationabiliter regina appellatur etiam secundum communem vsum loquendi, quo vxores dignitate mariti in honorem decorantur. Vel erat vidua regis Franciæ relicta, quæ durante viduitate vocabatur regina. Et hoc modo loquendi etiam vtimur, vt quandiu vidua permanet, dignitate mariti defuncti post illius mortẽ sicut in vita decoretur.

☞ Cùm vidua sit mariti mortui imago. [De quo vide pulchra super verbo, *qui cum alia matrimoniũ contrahens.* vbi plenè loquitur de priuilegio viduitatis.] ipsum repræsentans secundùm Bald. de quo est text.
120 in cap. ex parte. de foro competenti. Quæ † omnia pro decisione antiquæ quæstionis faciunt, ortæ post mortem dicti Philippi pulchri Francorum regis,

qui

BIU Cujas

qui pridie diui Andreæ,menſe Nouẽbri, anno Chriſtiani natalis milleſimo cccxiij. obiit apud fontem Bleaudi, qui vicus in Vaſtinio eſt, Poſtquam annos octo & viginti regnaſſet,quinq; relictis liberis, quos ex Ioanna vxore ſuſceperat,Ludouico Hutino,Philippo Longo Pictauorum comite,Carolo, qui etiam pulcher eſt vocatus, principe Marchiæ, Filia, quam infantẽ mors abſtulit:Et altera Iſabella,quã Edoardo ſecundo Anglorũ regi Philippus ipſe pater matrimonio iunxerat. Qui tres filij ſucceſſiuè poſtquã reges fuerunt,ſine liberis ſaltem maſculis,qui longo
121 tempore vixerint,deceſſerunt. Ex † quo orta fuit grandis illa quæſtio, An regnum dictæ Iſabellæ, ſeu Edoardo tertio illius nominis eius filio,aut Philippo filio Caroli Valeſiani, quondam fratris Philippi pulchri conſobrino dictorum trium fratrum regum defunctorum germano deberetur. Et tam ex lege Salica, quàm ex regni conſuetudine fuit iudicatum pro Philippo. de quo Gaguinus libro octauo, capitulo ſecũdo. Philippo, inquit,pulchro maſculinæ prolis tres liberi,vt dictum eſt,fuerunt. ſinguli fratrẽs,Philippo pulchro defuncto,regnum legitima ſucceſſione tenuere. Hutinus patri, Longus Hutino, Longo (cui vnica erat filia comitis Attheſienſis vxor) Carolus pulcher ſucceſſit. Nam Ioannes Hutini filius dum Rhemos vnctionis gratia petit,moritur. Filiam Ebroycenſis comes ſibi copulauit. Hutinus annum, Longus quinque,Pulcher annos ſeptem, nullis liberis maſculis relictis regnum poſſedit: qui Ioannam Burgundam grauidam cùm reliquiſſet, turbationis de qua nunc agitur occaſio extitit. Nam cùm Blancham regina peperiſſet, de legitimo hærede cõtentio inſurrexit. Erat eodẽ tempore ex Carolo Valeſio Philippi pulchri fratre, ſuperſtes Philippus filius
123 qui & Valeſius appellabatur,cũ fratre Carolo Alenconij comite: Edoardo igitur atque Philippo Valeſio de ſucceſſione cõtendentibus,cõuentus Francorum habitus eſt,quem trium ſtatuũ concionẽ vulgus vocat. ibi de contendentiũ iure, diu multúmque diſceptatum eſt,dicentibus Valeſianis Philippum Caroli pulchri hæredem eſſe, cuius & duorũ præcedentium regum Hutini & Longi conſobrinus per genus maſculinum eſſet. Contrà aſſeuerantibus Anglis: Edoardo tertio non iniuſtè regnum vendicare, quem Iſabella trium quos memoraui regum ſoror genuiſſet. Igitur cum ex regibus nepos & maſculus eſſet Edoardus,ſucceſſorem Caroli definitum iri magnopere depoſcebant. Sed Edoardo obſtabat lex Salica, quæ à Pharamondo (vt ſuprà ſcripſi) Francis data in illos vſque dies obſeruatiſsima habebatur. Ea lege ſoli virilis ſexus reges à maribus regibus orti regnũ adminiſtrant. Nec ad eam dignitatem fœminæ admittuntur. Adſtipulatur præterea vetuſtiſſimæ legi diuturna conſuetudo: quæ mares non fœminas Frãcis præfici obtinebat.Quare Edoardo(qui ex fœmi-
124 na ortus erat) nulla ſucceſſionis ratio poterat ſuffragari. Quod ſi iuris quippiam Edoardus ex matris origine ſibi præſumeret, videret ipſe Nauarræ regem qui ex Hutini filia & Ebroycenſi comite cùm natus eſſet, nullam in regno poteſtatem quæſiuiſſe, quòd intelligeret fœminas à regni hæreditate eſſe ſemotas. His rationibus edocti hi,qui cõmuni autoritate conſilium habebant, Philippo regnũ adiudi-
122 cant. Cui † iudicio nec Edoardus detraxit, fide poſt paucos annos apud Ambianos Philippo de Aquitaniæ feudo præſtita. [Ex tribus fuit Edoardus peremptoriè à regno Franciæ excluſus, Primò ex lege & moribus regni. Secundò procerum diffinitiõne,à qua ipſe nõ reluctauit. Tertiò,quia fidelitatem poſt interuallũ, & ſic de libertate pro ducatu Aquitaniæ liberè præſtitit,quod faciendo Philippũ Valeſium regem approbauit: & iuri, ſi quod habebat, ei reuerentiam præſtando renunciauit. cap. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Sub quo Philippo Ioannes Faber opus ſuum compilauit ſuper libro inſtitutionum, vt ibi dicit in proœmio. §.j.ſecunda colum. Et præterea dum Ludouicus Groſſus Ludouicum eius filium Rhemis ſacrari iuberet,Hẽricus tunc Anglorum rex dicti Edoardi ſucceſſor, velut Aquitaniæ dux, ei ſeruiuit in ſacro, vt habetur infrà ſuper verbo,*Adiectæ impuberi.*]Cuius denique aſpernator fuit, & ferè principium dedit, vt idem Gaguinus prædixerat,Iacobus Arteuella plebeio genere ortus,qui Gãdaui erat,& ſeruili miniſterio Carolo Valeſio aliquando ſeruierat: huic cùm aſtutus eſſet,& ingenio polleret, & alti cordis eſſet, Edoardus authoritatem illi apud Gandenſes comparat: ita vt non parui intra paucos dies fuerit æſtimatus. Nactus ergo nomen Iacobus Arteuella Gandenſibus quàm neceſſaria illis eſſet Anglorum communio oſtendit: Flamingos omnes lanificio deditos eſſe dicens, qui niſi ex Anglia nullas lanas haberent: ideo operepretium illis eſſe Edoardi partes ſequi. Hac oratione perſuaſis Gandenſibus ipſe Brugas petit ſatellite multo ſtipatus, deinde Ypras, atque alia maritimæ oræ oppida præuadens,ab omnibus magna lętitia exceptus eſt. Poſtea autem conuentu Gandaui facto coniurant omnes bellum cum Edoardo gerere: atque ita omnes qui exulabant ad ſe reuocarunt. Coacta nobilitate obſides dare, ne ſecus ac iuratum
123 erat,quippiam moliretur. Hæc ille. Or † domini,ſi Carolus Valeſianus ſapiẽter ab initio egiſſet, dictum Arteuellam, quem alti cordis ingeniíque verſuti cognoſcere potuerat, in domo vna ſola hora non tenuiſſet.Præſertim ſi diuum Bernar.in epiſtola de cura & regimine rei familiaris vidiſſet,ſic dicentem,Famulum alti cordis repelle,vt futurum inimicum. Et pariter famulum tuis moribus blandientem. Famulo te de vitio laudanti reſiſtas. Famulum adulantem ne admittas, quia te decipere cogitat. Famulum rixoſum euitare cures. Sed famulum de facili verecũdantem dilige,vt filium,&c. Certè in præmiſſis omnibus famulus ille nequam vitioſus extitit,qui pro honore & beneficiis à Carolo comite de Valeſio ſuſceptis belli lethiferi Philippo Valeſiano eius filio poſtea regi facto, ſeminarium fuit ſub falſo præſuppoſito, quòd filius ex filia Franciæ deſcendens ſuccedere in regno poteſt. Licet talis appellatione maſculorum non comprehendatur, ſecũdum communem opi. [vt plenè habetur infrà ſuper verbo, *Tandem ſine liberis eſt defuncta.*] Nam ſicut filia non ſuccedit
124 in regno, † ſic nec maſculus ex ea progenitus. pro quo facit tex.in d.§.hoc autem. qui feud.da.non poſ. & de gradi.ſuc.feu. §.ad filias. vt plenè dicit Bald.in d.l.quoties. excluſo enim aſcendente ſatis dicuntur deſcendentes excluſi.l.fi. C.de natur.libe.& l.ſi viua matre.C.de bonis maternis. Ideo non potuit dictus Edoard⁹ tertius prædictæ Iſabellæ filius ius aliquod prætendere in regno,ſecundum Bald.in repeti.l.j.C. de ſum.Trin. de quo bonam habetis gl.in proœmio pragmaticæ ſuper verb.Conſanguineis.Vltra quam videatis Bald. eleganter loquentem in l.j.ff. de ſenato.vbi dicit filias ex rationabili conſuetudine Frãcorum in regno ſuccedere non poſſe, ſicut nec ſucceſſit filia

BIU Cujas

sit filia Ludouici vltimi comiti Ebroycēsi nupta: Sed Plilippus Longus, nec etiā filia Philippi Longi comitissa Artheſienſis, Sed Carolus pulcher earum patruus, vt vidiſtis. Ex quo infert ibi Baldus nullū poſſe reges Angliæ in regno iſto prætēdere intereſſe ex perſona dicti Edoardi, qui Carolo pulchro ſine liberis defuncto ſuccedere non potuit, quāuis maſculus foret: Prout etiam non ſucceſſerat rex Nauarræ ex filia Hutini & comite Ebroycenſi genitus, vt dixi. Quæ vltimi & immediati temporis expleta ſunt cū dicto Edoardo concurrentia & cōtemporanea: quia ſecundū Bal. vbi ſuprà, nō poteſt in cauſato plus virtutis eſſe, quàm ab influenti potētia cauſæ procedat: Per text. in dicto §. hoc autem notandū. ſubiungens, quòd ſi malè in aliquibus ſucceſſerit Francorum regibus, hoc fortè fuit propter aliam cauſam, quæ diuina erat. Et non propter illam, quæ clara eſt pro rege Francorum. [Nam ſolent reddi ſex cauſæ propter quas non eſt pax inter homines, ſed bellum etiā contra veros principes, de quibus per glo. ſuper verbo pacem. in cap. ad apoſtolicæ. de ſententia & re iudicata. lib. vj. Vnde proceſsit, quòd Angli tanto tēpore regnum Francię occupatum tenuerunt viſa eorum notoria iniuſtitia.] Facit quod ad propoſitum dicit Rapha. Fulgo. conſilio xij. in princ. quòd mortifera radix non poteſt ſtipitem aut ramum vllum virentem & fructiferum facere. Allegat Bald. in l. maximum. C. de libe. præte. Ex quo clarè datur intelligi, quòd ſicut filia non ſuccedit, ita nec eius ſoboles. Viſa præſertim dicta lege Salica. Cui tam Philippus Valeſianus, quàm etiam Edoardus antedictus ſtare conſenſerant. Per quam deinde proceres ſeu Pares regni ad vtilitatem dicti Philippi iudicarunt, & regnum Franciæ ſibi pertinere decreuerunt, Edoardo penitus & rationabiliter excluſo. [Et ſi rationi & iuribus & propriis renunciationibus Angli credere nolint, credant ſaltem operibus manifeſtis regum Franciæ, qui dietim infirmos quibus naturaliter mederi non poteſt, diuina virtute eis inſita curant ſola manus impoſitione: quæ cauſa ſine alia eſſet ſufficiēs ad patenter iudicandum verè eis regnum pertinere, & non regi Angliæ, vt habetur j. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam.* in primo principali articulo. circa finem, quinta deciſione.] † An autem in emphyteoſi ſuccedant fœminæ, & veniant appellatione filiorum? & regulariter non veniunt. Quia in cōtractibus & conceſsionibus inter viuos, in quibus fit interpretatio contra illum in cuius commodum verba proferuntur iuxta l. veteribus. ff. de pact. maſculinum non concipit fœmininum: ſecundū Archidia. ſingulariter in cap. ſi quis ſuadente. xvij. quæſt. iiij. quem ſequitur Imo. in cap. potuit. circa finem de loca. dicens ſic aliàs conſuluiſſe. Quod verum intelligatis, niſi in conceſſione dictū extitiſſet expreſſè de filiabus, quia tunc ſuccederēt prout dixi in feudo, in quo fœmina ſuccedit, ſi fuerit dictū in inueſtitura. Et pariter in emphyteoſi erit, per text. in §. emphyteoſim autem. in authent. de non alie. aut permu. rebus eccle. col. ij. qui ſic intelligitur. Et idem eſſet ſi conſuetudo patriæ haberet filias poſſe in emphyteoſi ſuccedere: Cui ſtandum eſſet. l. minimè ſunt mutāda. ff. de legi. & c. cum dilectus. de conſuetudi. prout eſt in præſenti patria Tholoſæ, & ferè vbique circa montes: vbi ex conſuetudine feuda & emphyteoſis ad inſtar patrimoniorum ſunt redacta, vt ſuprà dixi in feudo. Videatis Ludoui. conſil. xxxv. incip. Viſa facti ſerie. Et cū his ſit expeditus iſte primus caſus,

in quo fœminæ de iure communi æqualiter non ſuc-
126 cedunt cum maſculis. † Secundò principaliter fœminæ non ſuccedūt cum maſculis etiā in bonis allodialibus nō feudalibus neque emphyteoticis, quoties ſtatutū aut patriæ cōſuetudo habet, quòd filia ſtātibus maſculis non ſuccedat, quia tunc non ſuccedere poſſunt. Cùm cōſuetudo vel ſtatutum eas excludat, etiā ſi moniales factæ. [De hoc habetur plenè infrà ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* in primo articulo ſucceſsionū ab inteſtato. Et ibi dicitur, an monachi dicātur ſucceſsionū capaces.] eſſent tanquā ſtatuto cōprehenſæ, quia naſcendo iam ligatæ erant ſtatuto aut cōſuetudine filias propter maſculos excludente. Vnde monachatus ſuccedens ſeu ſubſequens tollere non poteſt ius maſculis quæſitum, ſecundum Panor. in capit. quod clericis. de foro competen. Quem poſt longā diſputationē, ſequitur Fely. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. xxx. col. verſicul. ſextò quæro. de conſtitu. Si autem monachatus ſtatutum præcederet vel conſuetudinem, non poſſet eas quibus ius erat iam quæſitum excludere: & idem ſi monachatus ſtatutum ſequeretur, & ſtatutū eas expreſsim excluderet: quod fieri nō poteſt, de quo per Bar. in l. fin. C. de pact. Sed vbi ſtatutū ſimpliciter fœminas excludit, nihil expreſsè de monialibus diſponēdo, eo tunc omnes fœminas excludit, quāuis religioſas: quæ dicto obſtante ſtatuto ſuccedere non poterunt etiam in iure patronatus, quod patri competebat, ſecundum Panor. in dicto cap. cùm ſeculum. de iure patronatus. Cùm eo caſu ius patronatus naturā patrimonij ſortiatur ſecundum doctores. Pro cuius intellectu eſt aduertendum, quòd tale ſtatutum vel
127 conſuetudo poteſt dupliciter diſponere. † Primò quòd filia dotata ſtantibus maſculis non ſuccedat. Secundò diſponere poteſt ſimpliciter, quòd filia ſtantibus maſculis non ſuccedat, nulla de dote facta mentione. Quo ad primum dicatis tale ſtatutum aut conſuetudinem valere, quia per ſtatutum poteſt in totum legitima tolli filio debita in bonis patris, vt poſt longam diſputationem tenuit Richardus Malumbre, quem Dynus ſequitur, in cap. indultum. de regulis iuris. libro ſexto. Cynus in l. ſancimus. C. de nupt. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditionibus & demonſtrati. Ange. in l. Papinianus. §. quarto ff. de inofficioſo teſtamento. & conſuluit Panor. conſilio lxxv. incip. Quidam deceſſit, dicens in fin. hanc eſſe communem opinionem, ſaltem quatenus legitima excedit valorem alimentorum filio debitorum: & cauſa legitima eam tollendi eſt fauor maſculorum, & agnationis conſeruandæ, in qua nomen domus & arma conſiſtunt, vt videbitis. Et ita dicit tenere Ioannem Andræam hîc. & Bal. in l. cùm lege. C. de epiſcopis & clericis. Videatis Ioan. And. in addition. Specu. ſuper titul. de ſucceſ. ab inteſtato. Ergo à fortiori valere debet ſtatutum filiā excludēs dotatam: quaſi tunc voluerit dotem ei ſuccedere loco legitimæ: & dotis cōtemplatione filiam excludere à ſucceſſione. facit l. qui volebat. ff. de hæred. inſti. Secundò hoc probatur ratione: quia legitima nō eſt niſi quædā portio cōgruè taxata à lege, vt in authen. nouiſsima. C. de inoffi. teſta. Quæ quidē portio dicitur bonorum ſubſidium. Sed filia dotata ſatis habet ſubſidium, ſcilicet dotis & mariti ſui. l. j. & authenti. præterea. C. vnde vir & vxor. Ergo tale ſtatutū aut conſuetudo de iure valet, ſecundum Bartolum in l. ſi filius. & l. fina. §. quoniam. ff. ad Tertulli. & in l. j. §. ſi pater. ff. de coniungen. cū emancipa. libe. & conſi-

lio ſuo

lio suo ccj. incipiente, Viso testamento Mimini. & Baldum in dicta l. maximum. & in l. si emancipati. C.de collationib. & in l.posthumus. §. si quis ex his. ff.de inofficioso testamento. & Angelum in l.dotem filiæ. C.de collationibus. & in l. gallus.§. & quid si tantum.ff.de liberis & posthumis.& consilio ciiij.incipiente, Statuo communis, cum consilio sequenti.

128 Et † tale statutum quòd filia dotata non succedat,si factum fuerit à summo principe, velut Imperatore, vel Rege Franciæ, qui iura imperij habent, dicitur ius ciuile. Cuius remedium seu ius petendi hæreditatem, & sic succedendi filiabus exclusis competit perpetuò masculis, videlicet vsque ad triginta annos.l.licet.C.de iure deliberandi. Si autem tale statutum factum esset ab inferiore, dicitur ius prætorium.l.ius autem ciuile.§.primo. ff. de iustitia & iure. Et not.Bartolus in l.prima.in fine.ff.de bonorum possessionibus. volens quòd si ex constitutione ducis,marchionis,ciuitatis,vel alterius à principe inferioris hæreditas deferatur, necessaria etiam est hodie bonorum possessio, quæ iure prætorio competit: quæ agnosci debet, peti, & intentari per descendentes infra annum: & per collaterales agnosci debet intra centum dies vtiles. Idem voluit Bartolus in l. quinta. in principio. ff. de verborum obligationibus. & Baldus in rubrica. C. qui admitti ad bonorum possessionem possunt. Quod tamen intelligatis verum, nisi dux, comes, aut marchio, vel alius inferior statuti conditor, dignitatem haberet perpetuam ad successores transmissibilem: quia tunc eius constitutio pro lege perpetua seruanda foret. Et consequenter ius succedendi ex ea perpetuò competeret,secundum Bartolum,in l. omnes populi. versiculo,quarto quæro.ff.de iustitia & iure. Ange.in dicta l.quinta. Ludouicus & Bartolus in l. finali. ff.de

129 pe. & Angelus in §.sed istæ quidem. institu.de actionibus. Et † est tale statutum filias dotatas excludens fauorabile, & non odiosum. Nam ad iudicandum naturam constitutionis, an scilicet dicatur fauorabilis vel odiosa,cõsiderari debet id quod principaliter constitutio intendit: id est, cui principaliter prouidet. Or istud statutum prius & principaliter masculis prouidet,volens eos fauorabilius tractare. Qua ratione potius mouetur, quàm odio filiarum: secundum glossam plenè in fine capit. sciant cuncti. de electioni.libro sexto. Bartolus per illum textum in l.qui exceptionẽ.ff.de condictione indebiti.& Panormitanus in capitulo primo, tertia colum. de locato. [De quo plenè dicitur in dicto verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in primo præludio,dũ loquitur de statuto matrem excludẽte propter agnatos.] & Pau.in casu proprio, consilio clxxj. & Ludouicus consilio cxxix. & Baldus in l. secunda. C. de in ius vocando. Ideo tale statutum dicitur fauorabile, & sic ampliandum, & extendendum, ac fauorabiliter obseruandum. Cùm mens statuentium sumere rationem videatur ex eo,quia apud masculos remanẽt ferè omnia onera defunctorum. Vnde æquum est,apud eos remanere commoda successionum. l.secundum naturam. ff. de regulis iuris. & hæc est veritas.

130 Primò, † quia videmus ad solos masculos propulsationem & vindictam iniurię defuncti actiuè & passiuè pertinere, quia licet in filia cadat inimicitia, prout animi rancorem cõcernit,per textum in l.prima.C.de his qui se deferunt libro x.quem ibi ad hoc ponderat Ange. volens, quòd debens habere pacem cum hæredibus defuncti, debet cũ muliere pacisci, sicut cum masculo, cùm ei permissa sit vindicta iudicialis.l.sororem.C.de his qui.vt indign. & l.si fœmina.C.ad turpil.facit tex. no.in l.j.§.potuisse. ff.ad Silleia. vbi ancilla iudicialiter defuncti necem vẽdicat patroni,sicut seruus. Attamen filiabus & mulieribus prohibetur vindicta extraiudicialis iniuriæ vi belli, aut duelli,seu manu forti. vt dicit gl. in cap.j.an mutus vel imperfectus feu. reti. per quam dicunt Bald. & Ang.in l.iiij.§.Cato.ff.de verb.oblig.& Bald.in l. Titia.§.Lucius.ij ff de leg.ij.quòd si habenda est pax cum hæredibus defuncti occisi, filia fœmina pacem habere non potest,id est, fructũ pacis, qui ad masculos pertinet,si extent.secundum Imo.in l. si filius qui patri.ff.de vulg.& pupil.facit bonus text. in l.fina.§. fin.ibi,virilis animi.ff.qui petant tuto. quem ad hoc ponderat Ang.consil.cclxxxviij.incipien. viso facto & statutis prædictis. Sic ergo in proposito, cùm tale onus vindictæ violentæ spectet ad masculos,Statutũ filias excludens à successione paterna, velut dictum onus recompensans,dicitur fauorabile, quia etiã facere pacem & commoda pacis consequi ad masculos pertinet,secundum Bald.post glos. in cap.j.§. decedente,aliàs incipit: hoc autem notandũ. qui feu.dare poss.vbi est glo.nota.super verbo,legibus. dicens mulierem non posse leuare faydam,id est, inimicitiam. Præterea tale statutum publicam concernit vtilitatem: quæ honestatem requirit in singulis familiis conseruari.l.j.§.sed si hæres.ff.de ventre inspi. &

131 l.super statu.C.de quæstionib. Constat † autem honestatem familiarũ diuitiis conseruari, quæ plerunque propter inopiã perit.l.iij.in princip. ff.de testib. & in authen.illo eod.titu.§.sancimus. coll.viij. & in l.j.ff.de custo.reorum. & in authen. de defenso. ciui. in princ.colla.iij.& l.si creditores.ff. de priuil.cre.&

132 l,pietas.C.de suspe.tuto. Sunt † enim diuitiæ maximum adiumentum honestatis familiæ. vt dicit Ang. consil.ccxxj.incip.circunscripto dicto statuto. iuxta illud Ouidij,

In pretio pretium nunc est,dat census honores,
Census amicitias,pauper vbique iacet.

Quem necessitas aliquando cogit. vnde Valerius libro viij.titu.de necessitate: Abominãdæ,inquit,necessitatis amarissimæ leges, & truculẽtissima imperia tum vrbem nostrã,tum etiam exteras gẽtes, multa non intellectu tantùm, sed etiã auditu grauia peregerunt, [Et sæpe(inquit Salustius in Iugurthino) vicit in senatu pars illa, quæ vero pretium aut gratiã anteferebat. Et paucis charior fides, quàm pecunia fuit: & pauci quibus bonũ & æquum diuitiis charius erat. Et parum tuta per seipsam probitas est: imò ante expertus sum parum fidei miseris esse, & bonum publicum priuata gratia deuictum,maximæque innocentiæ plus periculi quàm honoris est,tanta vis auaritiæ animos eorũ veluti tabes inuaserat. animus enim æger auaritia facilè conuersus est, & magnitudine pecuniæ à bono honestóque in prauum abstractus est. hæc ille ibi in diuersis locis. idem reperies in libro nauis stultorum: scilicet,

Paupertas fugitur,totóque arcessitur orbe.
Vndique numme places,pauper vbique iacet.
Ridetur solus pauper,solúsque fugatur.
Cedit inops cunctis,nummus in arce sedet.
Paupertatis onus omnes iam ferre recusant.
Auri sacra fames pectora cuncta quatit.

Item adde no.in cap.pauper.xj.quest.iij. scilicet pauper dum non habet quid offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra charitatem opprimitur &c.

BIU Cujas

tur, & c. vt ibi vidi.] Prętereà propter diuitias personæ redduntur nobiliores secundum Innocentium in capitulo, sedes, de rescriptis. facit l. honor. §. de honorib. ff. de munerib. & honorib. & pauperes ac miseri citò flexibiles sunt secũdum Philosophum vt dicta l. tertia, omníq; societate & amicitia nudati, vnde dicitur Prouerbiorum decimonono, Multi colũt personam potentis & amici sunt dona tribuẽtis: fratres hominis pauperis oderunt eum, & amici procul recesserunt ab eo. Et intantum, quòd Scipio Aemilianus vir vtique inter Romanos sapiẽtissimus in senatu ad diffiniendum consultus, Seruio Sulpitio Galba inope & paupere, & Aurelio diuite auarissimo cõsulibus, vter eorum in Hispaniam aduersus Viriatum Lusitaniam Hispaniæ partem tunc occupantẽ, mitteretur, contendentibus respondit neutrum esse mittendum, æquè suspectum iudicans Galbam pauperem licet bonum, qui nihil rerum habebat, sicut Aurelium diuitem cui nihil satis erat. de quo Valer. lib. vj. cap. iiij. titulo de grauiter dictis & factis. Idẽ, inquit, scilicet Scipio, cùm Seruius Sulpitius Galba & Aurelius cõsules in Senatu contenderẽt, vter aduersus Viriatũ in Hispaniã mitteretur, ac magna inter patres conscriptos dissensio esset, omnibus quónam eius scilicet Scipionis sentẽtia inclinaretur expectãtibus, Neutrum, inquit, mihi mitti placet: quia alter nihil habet, alteri nihil est satis, æquè malam licentis imperij magistram iudicãs inopiam, atque auaritiam. Quo dicto vt neuter in prouinciã mitteretur, obtinuit. hæc ille. Et sic paupertas suspecta est. Ob quod aliqui philosophi in diuitiis ascripsere nobilitatem, vt refert Bartolus in l. prima. C. de dignitatibus. libro xij. Et ad propositum multa deduxit Bonartisius de monte magno orator optimus, in quadam de nobilitate per eũ disputata quæstione principi montis Ferrati directa. incipiente, Apud maiores nostros, &c. Imò fuit imperator quidam qui dixit nobilitatem esse antiquam æris & diuitiarũ possessionem cum pulchris regiminibus & moribus, vt ibi dicit Bartolus in dicta l. prima. Et notanter dicitur, quòd nobilitas est antiqua æris & diuitiarũ possessio: ad differentiam subitæ & festinatæ substantię, quæ nobilitatem non tribuit, sed potius sinistram inducit præsumptionem, vt quidam ex honestiori ordine dixisse fertur Scyllæ Romano, Quo, inquit, modo vir bonus esse potes? qui cùm nihil à patre tali relictum sit, tot & tanta possideas? vt habetur ex Plutarcho, de vita Syllæ in principio. Verè, vt Sapiens dixit, Substantia festinata minuetur. Tamen diuitias & bona temporalia [De quo vide pulchra quæ habentur infrà, super verbo, *Cætera bona.* in principio.] habere multum confert, si iustè fuerint acquisita, & sapienter possessa. Nec diuitiæ malæ sunt, vt patet in personis Abrahæ, Lot, & Iob. Sed earum abusus, vt in diuite epulone: de quo habetur Lucæ xvj. imò conferunt ad nobilitatem, vt videtis. Prætereà egestate sordentibus, mors est solatium, & vita supplicium. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. iuxta illud Ecclesiast. xl. melius est mori, quàm indigere. Nam vita eius, scilicet indigentis, semper est in cogitatione victus. Ideo talis qui ex diurno viuit artificio, inter inopes computatur. capit. quo super. vbi Panormitanus in principio, infrà de voto. adeo quòd si in testem producetur, vltra victum ei deberetur dieta, secundum Salicetum & doctores in l. 133 quoniã liberi. C. de testib. Quapropter† cùm appellatione familiæ veniat agnatio. l. pronuntiatio. ff. de verborum significat. & l. prima. iuncta glos. ff. de probation. ad publicam pertinet vtilitatem, vt prolem masculinam comitentur paternæ diuitiæ. Cùm per eam memoria æterna conseruetur ascendentiũ. l. liberorum. ff. de verborum significat. facit l. & quia, ff. de in terrog. actio. videmus etiam tale statuũ ius & legem imitari duodecim tabularũ: qũa agnati cognatis præferebantur: & masculi fœminis. instituit. de hæredibus ab intestato. §. itẽ vetustas. & instituit. ad 134 Tertullianum. in principi.† Et insuper conuenit tale statutum amori, voto, & dilectioni parentum. Nam parentes naturaliter plus diligunt masculos, quàm filias. Quinimò matres, quibus fortè & communiter filia dulcior esset, & magis gratiosa, veluti ei similis in sexu, semper concipere & parere mallent masculum. [Etiam mater plus appetit cõcipere & parere marem, quàm fœminam.] quia grauius fœminam in vtero gerunt, & pariunt: secundum Philosophum in libro animalium. Quæ inquit, fœminam ferunt, sunt pallidiores, & grauius degunt, & varia auidius appetunt, statímque fastidiunt, quàm quæ mares. & plus motus magna ex parte mas in vtero infert, quã fœmina, & celerius prodit. Et sic matrem non tantùm torquet in partu. Prætereà naturaliter masculi longioris sunt vitæ fœmellis. Cum calidius animal sit masculus, quàm fœmella, secundum Philosophum in libro de lõgi. & breuitate vitæ. Imò dicit idem Philosophus in dicto libro de animalibus. quòd in genere humano pauci gemini seruantur: si alter mas sit, & alter fœmina, quę mari nocet in breuitate vitæ, & inde dicitur Ecclesiast. trigesimosexto. Omnem masculum excipiet mulier, id est, gratanter accipiet in partu, plusquam si mulierem pareret, secundum Lyram, ibi: quia fœmina non est homo simpliciter, sed dicitur homo occasionatus: secundum Philosophum allega. libro de animalibus, quod denotat imperfectionẽ rationc defectus materiæ, ex quo prouenit quòd fœmina generatur. Ex quibus domini clarè intelligitis, quàm summè Deo tenemur, & obnoxij sumus, q nos masculos creauit, & non mulieres fecit, quibus Geneſis tertio, dixit, Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios: & sub viri po 135 testate eris, & ipse dominabitur tui. Vnde† refert Lactantius libro tertio, non sine causa Platonem de quatuor gratias egisse Deo. Primò, quòd homo natus esset, & non animal brutum. Secundò, quòd Gręcus potius quàm barbarus. Tertiò, quòd Athenis tẽpore Socratis. Quartò, quòd mas potius quam fœmina. quia secundum Thom. in prima parte quæst. xcix. artic. ij. fœmina est quid occasionatũ & defectuosum eo quòd virtus actiua quæ est in semine maris, producere intendit simile sibi perfectum secũdum masculinũ sexum. Sed quòd fœmina generetur, est propter virtutis actiuæ debilitatem, vel aliquam materiæ indispositionem, aut propter aliquam trãsmutationem ab extrinseco: puta à vẽtis Austrálib. qui sunt humidi, secundum Philosophum in dicto libro animaliũ. vbi dicit, q ventus septentrionalis coadiuuat ad generationẽ masculorũ: australis verò ad generationẽ fœminarum. vnde si Adam non peccasset in paradiso delitiarũ residens, qui est supra oẽs ventos, homines tot fœminas & nõ plus quot mares genera ſſent, & e- 136 cõtrà secundũ Tho. ibi: & dixi s. in princip. Et† q sexus masculinus nobilior sit fœmineo nobis ostendit, & clarè demonstrat ordo, & prioritas creationis, quam Deus operatus fuit in creatione humanæ naturæ, quæ prius fuit producta in vno solo indiuiduo, &

in sexu

in sexu virili tantùm, vt sic esset primus homo principium omnium indiuiduorum naturæ humanæ: & consequenter totius speciei suo modo. Sicut Deus est principium totius vniuersi. vt quo ad hoc esset in masculo quædam similitudo hominis ad Deum propter humanæ naturæ dignitatem. iuxta illud Actu. xvij. Deus fecit ex vno omne genus hominum, id est ex Adam quem solum (cùm Eua adhuc creata nõ esset) posuit in paradisum voluptatis, eique soli adduxit omnia quæ creauerat, quibus ipse nomina imposuit, & deinde Euam creauit: [Euam creauit de costa Adę dormientis, in qua dormitione fuerunt sicut Ioanni supra pectus Domini in cœna dormienti reuelata à Deo secreta, & mirabilia multa: vt habetur infrà super verbo, *Cuidam Petro tradiderũt.*] vt patet Geneſis ij. Nec obstat quod dictum ibi erat. c. j. masculum & fœminam creauit eos. Quia hoc ibi dicitur per anticipationem, volens Deus statim mentionem facere de multiplicatione humanæ naturæ per commixtionem maris & fœminæ: dicẽdõ, Crescite & multiplicamini. Sed postea in dicto cap. serioſe, & per ordinem explicatur modus formationis mulieris de costa viri. Ex quib⁹ reprobata semper fuit fantastica quorundam Hebræorum opinio, dicentium humanam naturam ab initio fuisse in vtroque sexu formatã, per tex. in dicto cap. j. dum dicitur: masculum & fœminam creauit eos. Veruntamen corpora viri & mulieris ita secundùm eos erant coniuncta in lateribus, quæ faciebant vnum totum continuum, postea tamen separata fuerunt virtute diuina, quod est falsum, quia non est verisimile Deum duo corpora simul iuncta fecisse: quod pertinet ad monstra, [De quibus habetur super verbo *soboles quam gestabat in vtero.* & super verbo, *quæ filium ex eo suscipiens.* & plenius super verbo, *& filios suscipiens ex eadem.* in principio.] quæ solùm per accidens contingunt in natura, & non fuisset rationabile quòd in prima rerum creatione, artifex omniũ ab illis inciperet, quæ fiunt per accidens. Cùm talia non cadãt sub arte maximè in natura humana, quæ nobiliòr est secundùm Lyram, allegato Geneſis primo cap. super verbo, masculum. Et † ratione huius prioritatis & aliorũ supradictorum vertex legum, Vlpianus in l. j. ff. de senatorib. maiorem dicit esse dignitatem in ipso sexu [De quo plenè habetur infrà super verbo, *si absque liberis moreretur.* ij. in materia exemplaris substitutionis, & in iiij. articulo eiusdem.] virili, quàm fœmineo. Ad conseruationem cuius & nominis ac familiæ defuncti multa satis exorbitantia & miraculosa facta hactenus fuerũt. quia fratricida qui solus supererat, & in quo nomen patris & domus consistebat, à lege veniam obtinuit precibus matris, & delictum eius impunitum remansit. secundi Regum decimoquarto. ea sola ratione, vt nomen patris & reliquiæ domus non extinguerẽtur in terra, vt ibi dicitur. Sic fecit Christus Lucæ septimo: qui filium viduæ vnicum, cùm mortuus portaretur, resuscitauit. † Imò monachus de monasterio exire posset, & cum illo faciliter dispensari ad matrimonium contrahendum duraturum, donec filium susceperit, in quo nomen domus illustris conseruetur, secundùm Ioannem Andræam in capitulo, actus legitimi. de regulis iuris libro sexto. in mercuriali. [De quo plenè habetur infrà super verbo, *qui cum alia matrimoniũ contrahẽs.* in princip.] Ex quibus restat talia statuta esse fauorabilia, velut tendentia ad conseruationem nominis & familiæ: quod publicè interest. Et ad quem finem punitio criminum remittitur, & neruus religionis soluitur, quod est notabile. Et hanc partem, quòd talia statuta dicantur & sint fauorabilia, tenet Ioannes Andræas in additionibus Specul. super titulo de successionibus ab intestato. in additione incipiente, est sciendum, quòd Iacobus de Aretio. Cynus in l. prima. C. ad legem Iuliam de adulteriis. Ang. in dicta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. & allegat consilium cclxxxviij. Baldus in l. quod verò. ff. de legibus. Paulus consilio cccxxxiiij. incipiente, Primum est de intellectu statuti. dicens non esse nouum derogari naturali æquitati per naturalem æquitatem. argu. l. prima. ff. de vsuris. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Idem tenet Ludouicus, consilio ccccx. incipiente, Quatuor sunt quæ refragantur. & consilio decimosextõ, incipiente, Viso themate. & Baldus in dicta lege, maximum vitium. Dicentes dictum statutum, cùm sit fauore masculorum factum: qui quidem fauor ratione legitima fundatur, vt vidistis, dicitur fauorabile, & est communis opinio. Ex quo cùm sit fauorabile, decidit Ioannes de Anania in capitulo Iudæi. lo. ij. quem ibi se-
139 quitur Felynus, de Iudæis. † Quòd tale statutum extenditur ad Iudæos in terra statuti habitantes, vt masculus fœminã excludat. Pro quo facit quod sentit Baldus in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusatio. tuto. dum dicit immunitatem concessam habitatoribus alicuius loci extendi ad Iudæos ibi habitantes. Idem dicit in capitulo primo. de noua fidelitatis forma. facit tex. in authentica, de quæsto. in principio. & melius glossa prima, quã ibi not. Dominicus in capitulo, ius quiritum. prima distinctio. Si autem statutum filias excluderet maritatas non facta mentione de dote, tale statutum non esset fauorabile, sed potius odiosum, secundum Panor. in rubrica
140 de sponsalibus. de quo infra dicam. Vnũ † tamen menti tenebitis, quòd siue dictum statutũ sit fauorabile, siue odiosum, non extenditur ad bona dotantis vltra territorium statuentium sita & posita. vt est de mente Bart. Bal. & omnium in l. prima. C. de summa Trinita. & plenè consuluit Alexand. in prima parte consilio cxxviij. incipiente, Consideratis verbis.
141 Or † pro intellectu huius statuti siue consuetudinis, sciendum est quòd ad hoc, vt tale statutum locũ habeat, scilicet vt filiæ excludãtur, duo sunt necessaria. Primò, & filij supersint masculi, qui filias excludant: quia aliàs non excluderentur, quasi deficiente ratione statuti. Tamen ad eas excludendas sufficit, quòd vnus supersit masculus, secundùm Bal. in l. prima. C. de conditio. inser. Cùm hoc suadeat ratio naturalis: vt dicta l. prima. facit text. in l. iubemus. §. penultimo. C. ad Trebell. & in l. iij. §. j. ff. de negotiis gestis. vbi dicit Baldus, † quòd statutum puniens falsos testes, locum habet in producente vnum. Idem
142 tenet Bartol. in l. prima. §. omnem. ff. vi bonorum raptorũ. facit quod ipsemet no. in l. Stichus qui meus erit. ff. de legatis primo. & sequitur Petr. de Ancharano, in capitulo penultimo, de re iudicata. libro sexto. Nec refert, an ille masculus superstes sit laicus, vel clericus: quia vterque filiã excludit, licet in clerico cessare videatur ratio statuti, quæ est familiæ conseruatio, vt dixi: quia per clericos qui matrimonium contrahere non possunt, conseruari non posset, cùm prolem nisi damnatam habere non valeant. Tamen cùm in clericis filios habere nõ posse sit impedimentum accidentale, & non naturale, tale vitium attendi non debet: secundùm Baldum in quodam

BIU Cujas

dam eius consilio inter cõsilia Angeli fratris sui posito.cclxx.incipien. Quis succedat filio infanti. nam quoties statutum priuilegiando affert commodum, etiam includit clericos, secundùm Panor. in cap. cõstitutus. iij. colum. de in integrum restitutione. & in capi. ecclesia sanctæ Mariæ. vbi plenè Feli. de constitu-
143 tu. in vij. quæstio. Et † etiam includere videtur monachos, qui licet per monachationem esse desinant in patris potestate, tamen iura retinent suorum: ita quòd habẽt omnia iura suitatis, ac si in potestate remansissent. l. finali. C. de episco. & cler. licet Specula. sentire videatur contrarium, titu. de statu monacho. versiculo, Iij: quæritur. Sed eius opinio locũ habere posset in professo regulam mendicantium, qui in omnibus & per omnia habetur pro naturaliter mortuo, secundùm Barto. in l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de lega. ij. Et idem in aliis non mendicantibus secundùm cõsuetudinem huius regni: quæ omnes monachos à succedẽdo repellit, vt dicã infrà super ver-
☞bo, *& vxorem nomine Adelasiam.* [Vbi plene in pri-
414 mo articulo principali.] Ex † quo sequitur dictũ statutũ, filias stantibus masculis excludẽs, locum habere stante filio nõ habente virilia, seu testiculis carente, vel aliàs inhabili ad procreandum: quia tales defectus sunt ex accidenti, & non à natura. Ideo attẽdi debet communis hominum natura, & non alicuius speciale vitium. l. si quis posthumos. in princi. ff. de liberis & posthu. secundùm Bal. in dicto consilio iij. colum. Anto. de Butri. & Panor. in capi. quod clericis. xiij. col. de foro compet. Quæ opinio seruatur in practica secundùm Imò. in cap. dilecti filij. de foro competen. licet Ange. consil. cclxxxij. incipiente: Stante prædicto themate. in fin. cõsuluerit contrariũ cõtra magis communem opinionem: per quam voluerunt aliqui tales spadones, quibus abscissa sunt virilia, posse matrimoniũ cõtrahere. l. si serua. §. si spadoni. ff. de iure dotium. & dicta l. si quis posthumos. in princi. de quo per glo. in cap. hi qui. xxxij. quæst. vij. & Ioan. And. in cap. quòd sedem. de frigi. & maleficia. Tamen Ludo. singulari. 640. incipiente, Bononiæ dum eram. tenet, quòd matrimonium contrahere nõ potest. Cùm in eo cesset duplex causa institutionis matrimonij, scilicet sobolis procreatio, & fornicationis euitatio. Et respondendo ad dictum §. 148 † si spadoni. dicit quòd loquitur in carente vno solo testiculo. qui cum alio generare potest & fornicari. l. Pomponius §. spadonem. ff. de ædil. edicto. Vnde restat, quòd clerici sicut laici fœminas excludunt, & fructu statuti gaudent, licet religiosi existant: quod
145 intelligitur vt suprà dixi. Et † quod dictũ est, masculos filias **excludere**, est verum, quoties agitur de hæreditate laici, aut clerici coniugati, qui in omni præterquã criminali, laico comparatur c. primo. de cleri. coniuga. lib. vj. Si autem ageretur de hæreditate clerici defuncti, vt quia postquã ex vxore habuit liberos, effectus presbyter decessit: tunc tale statutũ fœminas excludens locum non haberet secundum Imo. in dicto capi. quod clericis. quia tale statutum agit facere hæredẽ decedenti. Or quia decedens non est subditus statuenti, tale statutum ipsum non comprehendit secundùm eum ibi: dicens sic aliàs consu-
146 luisse apud Lucam ciuitatem. Pariter † intelligatis filiam excludi à paterna successione per filium naturalem & legitimum, quia existentia filij naturalis tantùm, vel spurij, eam non excluderet. Cũ tales masculi in testamento nõ cæprehendantur: Per ea, quæ
147 vidistis super verbo, *Raynutius de Clera*, etiã † si legitimati essent, vt refert Ludo, cum alijs famosis docto. cõsuluisse, in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. volens, quòd si statutum dicat, quòd filij legitimè nati excludant filias, tale statutum locum nõ habet in filio naturali legitimato, qui licet sit legitimus, non tamen est legitimè natus. ff. filium. l. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Vnde casus iste velut omissus à statuto, relinquitur dispositioni iuris communis, quo tales non excludunt filias. facit l. si extraneus. ff. de condictione ob causam. Præterea statutum nõ trahitur ad casum fictum. l. prima. §. hoc interdictum. ff. de. fonte. Et tales legitimati non dicũtur propriè filij, sed impropriè & fictè, vt d. l. filium

Et idem dicit Ludouicus vbi suprà, Si statutũ simpliciter loqueretur, quòd filij excludant filias, duo etiam casu filia non excluderetur per masculum legitimatum. l. prima. §. si quis filium. ff. si tabulæ testamen. nullæ extabunt, vbi licet filius in potestate patris constitutus nepotem excludat ex se natum, tamẽ si filius ille emãcipetur, & postea readoptetur, & sic pristinæ patriæ potestati restituatur, nõ excludit nepotem. l filio quem pater. ff. de liberis & posthu. sed in proposito licet si filius fuisset legitimus, exclusisset fœminam: tamẽ posteà ad iura legitimitatis deductus filiam excludere non debet. Sed cõtrariam sententiam, quòd imò legitimatus filiam excludat, te-
☞net Bal. in l. cùm acutissimi.] De quo plenè habetur infrà super verbo, *si absque liberis moreretur.* j. in ij. limitatione.] C. de fideicom. quia secundùm eum legitimatus habet verum principium: quod probat ex decisione Iacob. de Are. quam refert Ioan. Andr. in addi. Spec. titu. de succes. ab intestat. in fin. dicens, quòd cõditio, si absque liberis decesserit, non verificatur stãte filio legitimato, qui substitutũ excludet tales enim filij legitimati dicũtur filij naturales & legitimi, scilicet natura & lege cooperãtibus. facit tex. in Authen. quibus mo. naturales efficiũ. legi. §. si quis igitur. in fin. ibi, donum patris & principis. quod idẽ est ac si diceret naturæ simul & legis. Præterea tales legitimati verè & non fictè dicuntur legitimi, argu. l. secundæ. C. de iure anu. aureor. vbi libertus restitutus natalibus, dicitur verè ingenuus, ita in proposito erit, vt legitimatus dicatur verè legitimè natus: Cũ
148 † legitimare aliud non sit, quàm maculam abstergere illegitimitatis: quæ iuri naturæ nõ inhæret, sed erat iure gentium offuscata ex defectu matrimonij, secundùm glos. in l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. & ita residet Bald. vbi suprè. Sed pro concordia opinionum assumere necesse est doctrinam Ant. de Butri. in capitu. cùm venerabilem. qui filij sint legitimi. volentis, quòd legitimati per sub sequẽs matrimoniũ, vel alios mores legales, de quibus in capitu. per tuas, illo eodem titulo. comprehendũtur appellatione legitimorum: etiam in statuto facta. Et ita intelligi potest opinio Bald. in d. l. cum acutissimi. Secus autem esset in legitimato per rescriptum principis, qui statuto non comprehenderetur mẽtionem faciente de legitimis, aut filijs simpliciter. Et ita debet intelligi opinio Ludou. in d. l. si is qui pro empto re. ff. de vsu cap. ad quod facit quod suprà dixi, super verbo, Raynutius. in quarta fallentia. Et ratio differentiæ est, quia dato quòd legitimatus per rescriptum sit verè legitimus, tamen non est legitimus de iure communi, sed de iure speciali, de quo statutum non præsumitur cogitasse, maximè in præiudicium aliorum ad excludendum filias. facit lex, Iulianus. ff. qui & à quibus. Sed solùm censetur statutũ dispo-

BIU Cujas

fuisse & sensisse de legitimis iure communi, quales sunt legitimati per subsequens matrimoniũ, iuxta §. fin. Institut. de nupt. secundùm Paul. qui quidem cõsuluit consi. ccxxiij. incipiente: super eo quod primo loco. vj. & vij. colum. & in l. fin. C. de his qui veniam
149 æta. impetra. vbi Bal. & Sali. Similiter stante † tali statuto, filius legitimus tantùm, scilicet ciuilis, id est adoptiuus, vel arrogatus, filiam dotatam non excludit: Per ea quæ notant Cyn. & Ang. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de institu. & substitu. sub conditio. fact. vbi dicunt dispositionem l. cùm acutissimi. C. de fideicom. locum non habere in filiis legitimis
☞ tantùm, quia substitutũ non excludunt: [De quo plenè habetur super verbo, *si absque liberis moreretur.* j. in iij. limitatione.] Sicut eum excluderent naturales & legitimi simul, vt ibi: nam tale statutum naturalitatem considerans, filium non comprehendit adoptiuum, qui est tantùm ciuiliter filius. facit text. in dicta l. finali, C. de his qui veniam æta. impetra. & optimè in l. si quis ita. §. is cui. ff. de leg. ij. vbi Bart. facit text. in l. ij. §. adoptiui filij. ff. de vacat. & excusatio. muner. vbi inter liberos nõ computantur: attendenda est enim natura plusquam accidens. l. qui habet. ff. de tut. Ergo statutum præsumitur potius sensisse de filio secundùm naturam, quàm secũdùm accidens. facit quod voluit Bal. quem ibi refert Panormitan. in c. licet. de officio delega. Prætereà tale statutum est exorbitans, vt d. l. maximum vitium. ergo venit restringendum, cùm de his cogitasse non præsumatur, capitulo, quæ à iure communi. de regulis iuris, libro vj. Præsertim quia præiudicaret filiab⁹. Vnde cùm satis operari possit in filio naturali & legitimo, non extendi debet ad filium ciuilem tantùm in
150 odium fœminarum. Bene † verum est, quòd sicut filius naturalis & legitimus filias excludit, ita & nepos ex eo excludit eas, scilicet amitas suas, secũdùm Iaco. Butrig. in quadam sua disputatione incipiente,
☞ statuto vel consuetudine. [Bald. in tertia parte cõs. xxx. incipiente, præsuppositio statuto. ij. colum. consuluit contrarium: vt plenè habetur infrà super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* loquendo de iure repræsentationis nepotum loco patris. dic vt ibi.] Quem sequitur Ioan. And. in add. Spec. tit. de succes. ab intest. super rubric. & Cyn. in d. l. j. C. de adulter. volentes nomine filij sub larga significatione venire nepotem. quod sequitur Pau. consi. clxxxij. incip. Præsens casus. Nam tale statutum respectu masculorum, vt vidistis, non dicitur odiosum: maximè, quia nepos ex filio venit ex persona sui patris, secundùm Bald. consil. cccxxxviij. incipien. Præsens casus: & Ludou. consilio cxxix. incipiente, licet magna apud me fuerit dubitatio. Quod est verum, siue in tali statuto sit assignata certa ratio, siue non: quia ex quo assignari non potest, nisi vna, scilicet conseruationis familiæ, vt dixi: certè illa habetur ẽper pro expressa, secundũ glos. in l. quanuis. C. de fideicom. & not. Bal. in l. fi C. de libe. præteri. vel exhæreda. & in l. nominatim. ff. de libe. & posthu. per illum text. Cùm igitur ratio statuti, quæ alia non est, quàm conseruatio familiæ, militet in nepote sicut in filio, tale statutum locum habebit. Nec tunc fieri dicitur extensio de casu ad casum, secundùm Bal. singulariter in l. de
151 quibus. ff. de legibus. Quoties † enim in pluribus est eadem ratio, tunc illa vna & eadem expressa, vel nõ expressa in vno, omnes alios decidit casus similes, nõ vi extensionis, sed comprehensionis: quia sicut genus cõprehendit species, sic etiam generalis ratio diuersas comprehendit species casuum emergẽtium. Sed quando essent diuersæ rationes similes, tunc dicere-
152 tur de vna ad aliam fieri extensio: † quæ aliud nõ est, quàm quædam interpretatio de termino ad terminum per adæquationem & paritatem rationis. Vnde quoties est vna eadem ratio numero, non dicitur propriè fieri extẽsio. Sed virtute legis vel statuti directè fit determinatio, licet verba deficiant. Et hæc vera, quòd nepos excludit fœminas, vbi statutum dicit, masculum fœminas excludere, vel dicit, filiũ excludere fororem: Secus si statutũ diceret fratrem excludere fororem: Quo casu nepos fœminam non excluderet: quia licet appellatione filij veniat nepos, vt videtis: non tamen reperitur, quòd appellatione fratris veniat nepos ex fratre: in qua sententia multi conueniunt. Attamen dubitandum est, quòd contrariũ sit veritas: quia ratio statuti, quæ est conseruatio familiæ, suadet, quòd veniat talis nepos, per textũ uota. in §. quarto gradu. Institut. de gradibus cognatio.
153 Plus † videtur: quòd sicut filius excludit filiam, & nepos ex filio suam amitam: ita idem nepos ex filio neptem excludet ex alio filio, secundùm Iacobum de Arena, quem sequitur Iohannes Andreæ in addit. Speculato. super allegato titulo de succes. ab intesta. & Bald. in l. scimus. C. de inofficioso testamento: quia ratio eadem est in hoc casu, quæ est in fratre & sorore: Et verba statuti non repugnant, imò mẽs & intentio concordat, quæ est conseruatio familiæ & agnationis, quod verum esset, etiam si statutum diceret fratrem excludere fœminam. Nam licet appellatione fratris non veniat nepos, quo ad excludendum filiam eius amitam, secundùm aliquos, vt suprà dixi: Tamen secus est quo ad excludẽdum filiam ex filio, & sic neptem: quia cùm isti sint pari gradu consanguinei, benè appellantur fratres & sorores, vt di-
154 cto §. quarto gradu. Vnum † tamen menti tenebitis, quòd talia statuta filias excludentia propter masculos vel agnatos, effectum sortiuntur patre ab intestato moriente, vel etiam facto testamento, in quo masculi seu agnati fuerint hæredes instituti, quorum fauore filiæ excludebantur. Si autem extranei essent hæredes instituti, filiæ non excluderentur, quin præteritæ dicere possint testamentum nullum: vel in aliquo institutæ petere possint legitimã, vel legitimæ supplementum in corporibus hæreditariis, cum fructibus à tempore mortis testatoris, vt clarè consuluit Alexan. in prima parte consilio lxix. incipiente super primo dubio, quia in pecunia non cogerentur legitimam acceptare, secundùm Bartol. in l. suus quoque. ff. de hæredibus instituendis: nisi relictum pecuniarium eis in testamento patris relictum acceptassent: quo casu petere possent pecuniã cum vsuris concurrentibus ad fructus corporum eis pro legitima debitorum, sicut relictum pecuniariũ non acceptassent. Quæ quidẽ vsuræ etiam hodie peti possunt licitè, cùm loco interesse succedãt. de quo plenè in dicto cõsilio. Et ita his præteritis diebus dictum fuit per arrestum curiæ parlamenti Tolosæ, contra Ludouicum de Ruppefolio, scutiferum, fratrem domini Berengarij domini & hæredis vniuersalis domus de Ruppefolio, & castri noui de Monteraterio huius seneschalliæ, qui relictũ in pecunia sibi à patre factum agnouerat, partem illius recipiendo. Et demum legitimam petebat in corporibus hæreditariis: tamen fuit dictum quòd residuum haberet in pecunia. Alter verò frater, videlicet Astorgius, qui nihil de legato pecuniario sibi relicto receperat,

BIU Cujas

perat, ſuam legitimam haberet in corporibus hære-
155 ditarijs. Secundò † principaliter, vt dictum ſtatu-
tum locum habeat, requiritur, quòd filia de cuius ex
cluſione quæritur, fuerit dotata: tamẽ ſufficit quòd
dotata fuerit actualiter, vt quia iam maritata, & dos
ei data, & tradita realiter, vel quòd dos ei ſit aſsigna-
ta per patrem in teſtamẽto, vel aliter, ſecũdùm Bar-
tol. in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cõdition.
& demonſtrationibus. & in l. qui pupillam. ff. de a-
dulteriis. Primò per illum textum. Secundò per l.
non eſt matrimonium. ff. de ritu nuptiarum. facit l.
qui pupillam, de adult. Tertiò per gloſſ. quæ hoc vi-
detur velle in l. cùm in plures. §. primo. ff. de admini-
ſtration. tutorum. Quartò, quia ſtatutum loquitur
de filia dotata à patre. Sed pater dotem aſsignando
exercuit actum dotandi, quantum in eo fuit. l. mu-
lier. §. primo. ff. de condition. inſtitu. & l. Stichum. ff.
de ſtatu. liber. ergo, &c. Et hanc opinionem ſequi-
tur Baldus in l. non ſine. C. de bonis quæ liberis. di-
cens ita conſuetudine ſeruarit in ciuitate Peruſij, v-
bi communis vſus loquendi interpretatur illam eſ-
ſe dotatam, cui dos aſsignata fuit tantùm. facit gloſ.
in l. prima. §. accedit. C. de rei vxoriæ action. & Pau-
lus conſilio ccxxxiij. incipiente, ſuper eo quod quæ-
ritur. Subiungens ibi idem eſſe, ſi dos fuiſſet filiæ
per patrem in teſtamento relicta ſub conditione. I-
☞ dem tenet in dicto §. Titio genero. [De quo ple-
nè habetur ſuper verbo, *reliquit.* loquendo quando
156 legitima dilationem capit.] An † autem dos data
pro matrimonio ſpirituali, puta pro filia facta mo-
niali, eam excludat à ſucceſsione patris, videatis ple
nè Petrũ de Vbaldis in ſuo tractatu de duobus fra-
tribus, parte xj. columna ſexta. Tamen in præſenti
regno Franciæ quæſtio non procederet: in quo pro-
feſsi nunquam ſuccedunt ſecundùm Maſuerum ti-
tulo de ſucceſsio. in teſtamentis, & vltimis voluntа-
tibus. §. item. per conſuetudinem regni: vt videbitis
☞ ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* [Vbi
de hoc plenè in primo principali articulo.] Sanè
157 † tamen intelligatis per ſolam dotis cõſtitutionem
& ſimplicem aſsignationem filiam excludi à ſucceſ-
ſione vbi ſtatutum ſimpliciter excludit filiam dota-
158 tam. Si † verò ſtatutum filiam excluderet dotatam
& maritatam, prout facit ſtatutum præſentis ciuita-
159 tis Caturci, huius tenoris, Filia † per patrem mari-
tata in bonis paternis nihil vlterius petere poteſt.
Sed ſi dos promiſſa ſoluta non fuerit, illam ſolum-
modo petat ſine pluri: in aliis autem bonis quæ pa-
tris ſunt, vel fuerunt, aliis ſtantibus liberis nullum
ius habeat, nec habere debeat: niſi in his quæ à patre
ſibi data fuerunt, vel relicta. Et ſi contingeret, quòd
vnus ex fratribus dictæ filiæ maritatæ decederet in
minori ætate, vel ſine vllo condito teſtamento, bona
illius fratris decedentis ad alios fratres, non ad ſoro
rem, debent pertinere. Hæc ibi Tunc ſtante tali ſta-
tuto, non ſufficeret filiam eſſe in teſtamento dota-
tam, ſecundùm Baldum in dicta l. non ſine. Quini-
mò requirentur duo copulatiuè: ſcilicet quòd foret,
160 maritata & dotata. Si † autem ſtatutum diceret,
quòd filia maritata cum fratribus non ſuccederet,
requireretur quòd eſſet vxor per verba de præſenti,
vt excluderetur: licet ad dotem agere poſſet ei con-
ſtitutam vel conſtituendam. Cùm etiam eo tunc ſi-
ne dote conſtituta ſit à ſucceſsione dotantis excluſa,
quanuis vt congruè dotetur agere poſſit, nec ſuffi-
ceret, quòd eſſet ſponſa, ſecundùm Petrum, vt refert
161 Cynus in d. l. non ſine. Nam † vbi tractatur de o-

dio mulieris, appellatione maritatæ non venit ſpon-
ſa. l. ſolet. in fine. vbi Baldus & Angelus. ff. de his qui
notantur infamia, & Baldus in lege, ſi ante. ff. ſoluto
matrimonio. & Panormitanus in capitulo, illud. de
præſumptio. & ſuper rubrica de ſponſalib. in fine.
Et eſt communis opinio, quam intelligatis eſſe ve-
ram in vera ſponſa, quæ non excluditur, vt dixi. Vbi
verò eſſent ſponſalia inter impuberes de præſenti
contracta, quæ per ſuperuenientiam legitimæ ætatis
tranſiuiſſent in matrimonium de præſenti, iuxta ca-
pitulum primum. de deſponſatione impuberum, li-
bro ſexto, Tunc in tali ſponſa ex hoc vxor effecta
ſtatutum locum haberet, etiam ſi carnalis copula
ſequuta non ſit: quia talis dicitur maritata, ſecundũ
docto. Et idem eſſet ſecundùm aliquos in ſponſa de
futuro, quæ fuit per ſponſum carnaliter cognita.
Quia cùm talia ſponſalia præſumptione iuris & de
iure tranſeant in matrimonium de præſenti, capitu-
lo, is qui fidem. infrà de ſponſa. Talis dicitur ſatis
maritata. Facit quod in ſimili dicit Panormitanus,
in prima parte, conſilio primo. Quod eſt bona limi
tatio ad Bartolum in dicto §. Titio genero. volen-
tem ſufficere dotem eſſe conſtitutam ad excluden-
dum filiam: quia hoc locum non haberet vbi ſtatu-
tum requireret filiam eſſe maritatam & dotatam, vt
in præſenti ciuitate, vbi fallit dictum Bartoli. Se-
162 cũdò † fallit, vbi ſtatutum requireret dotem datam
& traditam: quo caſu non verificaretur in dote ſim-
pliciter promiſſa, vel teſtamento relicta ſeu deſtina-
ta, ſecundùm Bart. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacro-
ſanctis eccleſiis. quem ſequuntur Baldus & Ludoui.
in l. ab hoſtibus. §. ſi vxorem. ff. ſoluto matrimonio.
& Paulus in l. ſi marito. §. primo. illo eodem titulo.
Et plenè Andræ de Yſernia in capitulo primo, de ſuc
ceſſio. feudorum. Nam aliud eſt dotem eſſe datam,
& aliud eſſe promiſſam. facit l. ſciendum. §. ſi fundus.
163 ff. qui ſatiſda. cogantur. Præterea † verbum ſimpli-
citer prolatũ intelligi debet in potiori ſignificato.
inſtit. de iure naturali. §. ius autem ciuile. Ergo cùm
ſtatutum requirit dotem datam, & conſequẽter ma
trimonium eſſe contractum, ſine quo dos eſſe non
poteſt tali caſu non ſufficeret dotem eſſe promiſſam
aut ſimpliciter conſtitutam. Tertiò fallit prædi-
cta deciſio Bartol. vbi pater legaret ſimpliciter cer-
tam quantitatem ipſi filiæ, puta centum, vel eam in-
ſtitueret in centum: quia tunc non excluderetur per
ſtatutum velut dotata: Cùm tale ſimplex legatum,
vel inſtitutio multum differat à dotis conſtitutione.
l. filia. cum ibi nota. C. de legatis. Aliàs ſequeretur,
quòd mulier ſi nunquam nuberet ex quocunque le-
gato diceretur dotata: quod lege non probatur. Vn-
de iſte caſus tanquam omiſſus à ſtatuto relinquitur
diſpoſitioni iuris communis. argumento l. ſi cum
dotem. § primo. ff. ſoluto matrimonio. & l. commo-
diſsimè. ff. de liberis & poſthumis. Maximè cùm a-
gatur de lege communi corrigenda, & de materia
exorbitanti. argumento l. cùm quidam. allegato ti-
tulo de liberis & poſthumis. Præterea, quia ceſſat
qualitas requiſita à ſtatuto, ſcilicet dotatio. Igitur
ceſſare debet ſtatutum. Ideo requiritur, quòd pater
ad excludendum filiam ſibi leget, vel aliquid relin-
164 quat pro dote. Aut † ſi efficiatur monialis, det
aliquid monaſterio in eleemoſynam pro filia quæ
monaſterium ingreditur: cum qua dote erit talis fi-
lia à ſucceſsione excluſa virtute ſtatuti filiam mari-
tatam & dotatam excludentis: quia ingrediendo
contraxit matrimonium cum Deo immortali. Et ſic

BIU Cujas

pater dando ipsi monasterio, dotem satis dare dicitur. Et talis donatio ex communi vsu loquendi dos appellatur, secundùm Bartolum in dicto §. Titio genero. Et doctores, maximè Panormitan. in capitulo, in præsentia. de probationi. & plenè Fely. [De quo plenius dicitur super verbo, *dotem quam ei dederat.* in principio.] in capitulo, ecclesia sanctæ Ma-
195 riæ. in sexta quæstione, de constitution. Ex † hac decisione, quòd simplex legatum per patrem filiæ relictum, non censetur factum causa dotis, decidit, quòd si pater filię sue reliquerit centum pro dote: deinde ei domum simpliciter legauerit, licet legatum dotis tacitam habeat conditionem, seu dilationem, scilicet cùm filia nupserit, vel ad annos nubiles peruenerit: nec antè peti possit, dicta l. mulierem: ff. de ritu nuptia. & l. quod pupillæ. ff. quando dies legat. cedit. & l. hæc conditio. l. j. ff. de conditionib. & demonstrationibus: & clarè decidunt Bart. & Pau. in dicto §. Titio genero. Tamen dicta cõditio legato dotis adiecta non inest, nec subauditur in legato domus eidem filiæ simpliciter facto: imò legatum domus ilico debebitur, nec expectabitur, quòd filia nubat, vel ad annos nubiles perueniat. Nam licet conditio adiecta vni legato repetita censeatur in alio eidem personæ per eundem & in eodem testamento facto & relicto. l. in repetendis. & l. si tibi purè. ff. de lega. tertio: tamen istud est verum, vbi conditio expressa nõ inerat, neq; subintelligebatur: quo casu expressa in vno, cẽsetur repetita in alio. Sed in casu nostro conditio nuptiarum tacitè legato dotis inerat, & subintelligebatur: ideo expressa per testatorem in legato dotis nunquam intelligitur repeti-
166 ta in alio, vt est casus singularis & mirabilis in l. si in diem. §. finali: ff. de conditionibus & demonstrationibus, secundum Ludouicum, singulari cccxxxvij. incipiente, Dico tibi vnum. quod est perpetuò menti tenendum. Or † ad propositum reuertendo, vt filia per statutum excludatur, oportet quòd sit dotata. Et sufficit, quòd semel dotata fuerit, licet tempore mortis patris viduata reperiatur morte mariti, secundùm Bald. in l. prima. in fine. C. vnde vir & v-
167 xor. dotata enim satis dicitur, quæ solu. matrimonio dotem recuperauit, seu recuperare potuit. l. finali: C. communia vtriusque iudicij. & l. si socius pro filia. ff. pro socio. & l. filiæ. C. de collatio. & ita se habet secundum eum communis vsus loquendi. † Pariter sufficit ad excludendũ filiam, quòd dotata fuerit siue à patre, siue à matre, siue ab auo, siue ab auia: dũmodo de eorum, vel alicuius dotantis ipsorum hæreditate agatur. Quoniam tunc appellatione patris & matris continentur auus & auia. l. iusta. in fine. ff. de verborum significatione. & l. quicunque. C. de seruis fugiti. secundùm Paul. consilio cccxliij. incipiente, primum est de intellectu dicti statuti. vbi concluditur, quòd statutum matrem excludens, excludit etiam auiam. Vnde siue agatur de hæreditate paterna vel materna, aui vel auiæ: sufficit fœminam esse dotatam, aut ei de dote vel pro dote esse prouisum, vel
172 relictum ab illo, de cuius hæreditate agitur. Si autẽ pater filiam dotaret de propria substãtia ipsius filiæ, vel vxoris, & non de suis bonis, filia non excluderetur à bonis paternis, quantumcunque pater actum dotandi exercuerit: Cùm non sit in effectu dotata de bonis & substantia patris: quia per dotationem significatur ius, & non actus nudi ministerij. argum. l. pater ex prouincia. ff. de manumissis vindicta. Nisi expresè ex verbis statuti colligeretur, quòd etiam aliundè dotata excluderetur secundùm Baldum in l. mater pro filia. C. de iure dotium. quem sequitur Iason in l. quoniam nouella. C. de inofficio. testamen.
198 & Paul. vbi s. Sufficit † ergo quòd per patrem filia dotetur, vt à successione excludatur: aut saltem stet per filiam, quominus dotetur: vt quia non vult dotari, nec nubere, sed castitatem seruare, vt patri succedat: quo casu cùm per ipsam stet, quominus dotetur, certè pro dotata habetur. argumento l. filium. ff. vbi pupil. edu. debe. facit l. iure ciuili. ff. de condition. & demonstrationi. & l. Labeo scribit. ff. de contrahenda emptione. Nam hoc casu cùm statutum velit dotem succedere loco legitimæ. l. qui volebat. ff. de hæredibus instituendis. Sufficit illam offerre secũdùm Baldum in l. pactum: versiculo xxv. C. de colla. & l. fin. versiculo, sed ponamus. C. de pactis. Et si filia acceptare nolit, habetur pro dotata, dũ tamen ius succedendi non sit ei adhuc quæsitum: quia si iam esset
169 ei quæsitum, non posset cogi inuita dotari: & sic renunciaret successioni ad eã delatæ. † Prætereà intelligatis filiam per quam stetit haberi pro dotata, si culpa sua non dotetur, vt quia dotari non vult, nec nubere, vt dixi: quia si hoc contingeret non culpa filiæ, vt quia pater moritur relicta filia posthuma, vel infante, aut furiosa: & sic cessante culpa filiæ: nõ potuit eam dotare, tunc non censetur per statutum exclusa, nec audiretur frater post mortem patris volẽs eam dotare loco patris ad eam excludendam, secundùm Baldum in l. si plures. versiculo, iuxta prę̃missa: C. de conditio. inser. & Petr. de Anchar. in capitulo primo, de constitu. Bart. in dicto §. Titio genero. Et
170 in quodam eius consi. incipien. Quidam † decessit intestatus: multominus audiretur frater, si pater eam dotare potuisset, & noluit, aut neglexit: quia statutũ eam excludere non intendit, nisi à successione dotantis, & non alterius: nisi aliud in statuto caueretur, secundùm glos. & Bald. in l. prima. C. de legitim. hæredi. nec transit ad hæredes facultas dotandi filiã ad eam excludendam à successione: super quo Iason in l. cùm mota. vj. colum. C. de transaction. tria mem
171 bra facit. Aliquando † statutum purè loquitur, scilicet quòd stantibus masculis filiæ non succedant patri, sed debeant dotari: & tunc facultas dotandi trãsit ad hæredes etiam masculi mortui: qui eius loco succedunt, & illius personam repræsentant. Aliquãdo statutum loquitur cõditionaliter incipiens à præsenti conditione, vt puta si mulier dotata fuerit à patre vel fratribus, non succedat in bonis patris. Et tũc facultas implendi legalem conditionem scilicet dotandi, ad hæredes non transit, vt plenè per Bartol. & Modern. in l. si decem cùm petiero. ff. de verborum obligationibus. Præsertim cùm incipiat à conditione, vt declarat Bartol. in l. à testatore. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Nam etiam in vltimis voluntatibus facultas implendi conditionem non trãsit ad hæredes. institut. de verborum obligationibus. §. ex conditionali. & l. vnica. §. finautem sub con-
172 ditione. C. de cadu. tollen.. Et † statuta intelligi debent secundùm leges vltimarum voluntatum, vt dicit Bartolus in l. prima. C. de his quibus vt indig. Aliquando & tertiò verba statuti sunt dubia, vt quia stare possunt conditionaliter, vel modaliter. Puta si statutum dicat, quòd filia dotata non succedat patri. hæc verba intelligi possunt conditionaliter, videlicet si filia dotabitur: & etiam intelligi possunt modaliter, aut purè, & certè in dubio stabunt conditionaliter, secundùm Baldum si bene ponderetur in

BIU Cujas

tur in dicta l.si plures.versiculo, iuxta prædicta formatur talis quæstio.C.de condit. insertis. & Per. de Anchara.in dicto cap. primo. de constitu. versi. pone statuto cauetur, quòd filia dotata. Ad quod facit decisio Bal,in dicta l.cùm mota.de transactioni. vbi dicit,ꝙ quoties causa quæ apponitur, requiritur ad originem, sicut in casu nostro, tunc stat conditionaliter:secus quando ponitur ad effectum, vt est tex. optimus secũdùm Imolã ibi,in l. cùm tale. §. j. ff. de conditioni.& demõstra.& Bal.in l.iij.C. de arbi. & Pau. consi. cviij. incipi. super eo de quo quæritur. & consil. cix. vbi sentit contrarium, videlicet quòd stante tali statuto filia à matre dotata non succedet patri. Tamẽ primum communiter tenetur. videatis Ludoui. consil. cccIxxxvj. incipien. in casũ propositæ consultationis. dicentem, ꝙ vbi statutũ filiã dotatam excluderet à quacunque successione extranei dotantis:ad cuius successionẽ soli coniuncti, & non extranei vocantur,tale statutum intelligitur eam excludere à successione suorum parentum, vt aliquid operetur. argument. capitul. si papa. de priuilegiis. libro sexto. & l. si quando. C. de inofficioso testamento. in principio. & melius in l. si quando. ff. de legatis primo. idem tenet Paulus consilio cccxlj. incipiente, præsuppositò quòd dictum statutum.

173 Nam† statutum dare nõ potest potestatem tertiæ personæ, puta vni ex parentibus dotandi filiam vt à successione alterius excludatur. Cùm actus proprius legis sit aliquos excludere,alios vocare ad successionem.l.hoc iure.ff. de verbo. signifi. & no. Bar.

174 super rubr.ff. de acquir. hæredi. His † etenim cessantibus,filia dotata non excludetur, nisi duntaxat à successione dotantis: vnde si filia de suis propriis bonis fuerit dotata, à successione etiam propriorũ parentum non censetur exclusa,secũdùm Bal. in l.à matre. C de iure dotium· vt suprà dixi· Et sicut ad eam excludẽdam à successione dotantis requiritur, ꝙ tempore mortis ipsius sit dotata aut dos relicta: ita etiam stante statuto excludente filiam dotatam à quacunq; persona.Quia nõ sufficeret,si post mortem patris dotaretur à matre, vel alio. Nã cùm tẽpore mortis patris qualitas dotationis in ea deficiat, statutum ei non nocet, nec eam excludit, velut non qualificatũ. & sic efficitur hæres sui patris iure suitatis:adeò ꝙ mater vel alius eam posteà dotando facere non potest eam desinere esse hæredem patris. Idem econtrà si potest mortem matris & aditam hereditatẽ per filiã hæredem factã eam dotaret, quia propter hoc non desineret matris hæres esse, secundum Bal.in l. si mater. C. de suis & legiti. hær. & in quodã suo consi. incip.Quedã mulier nomine Leoneta.& Cy.in l.j. C. de adult. & Ioan. Andræ. in additio.Specu.super dicto tit.de succe.ab intest. videatis Ludo.consi. xl.incipiente, Visis ac discussis. Bal. in l.nõ sine.C.de bonis quæ libe. & in l.si matre. C. de suis & legit.hæred.Pe. de Anch consi. cclxxxviij.

175 & Pau.in dicto §.Titio genero.in fin.Et † restat,ꝙ duobus interuenientibus, scilicet masculos existere, & tempore delatæ hæreditatis fœminã dotatam esse, talis fœmina virtute dicti statuti dicitur à successione excluſa:& nedum ipsa, sed eius filius vel filia,& cætera proles etiam per rectam lineam descẽdẽs,secundùm Cyn. post Nicola. de Mata. in l. j. C. quæ sit longa consuetudo. Bart. in l.ij.§.fi.in fi.ff. ad Tertull.Bal.& Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio.Bal.in dicta l.maximũ. de lib. præte.& in l.quòd verò.ff.de legi.& in l.illam.C.de collatio. & Angel.in §.ne qui.in Authen. de trien. & semisse. colla.iii.& consi.ccx. incipiente, statutum prędictũ. & Paul.allega.consil.cccxxxviij.incipiente, præsens casus. Nam postquam filia excluditur, ergo & neptis,& cætera proles,secundùm Baldum in l. venia. C.de in ius vocan.& Panormi. consi. lxxv. incipiente.quidam decessit. & idem de nepote ex filia, à pari tate rationis. Cùm mutato sexu non mutetur causa exclusionis,quæ est conseruatio agnationis & nomi nis familiæ. Præterea nepos venire non potest, nisi tanquàm imago matris suæ,vt dicta l.illã. C. de collationibus.Vnde exclusa censetur tota linea descẽdens ex filia. Ad quod facit:quia nisi actus à principio sumat initium. non potest ex illo fieri vlterior productio l.quæcunque gerimus.ff.de actio.& obligatio.Sed principium.scilicet filia,est exclusum:ergo,& c.Præterea statutum habuit ad naturam respectum, non ad personam. Ideo quia nepos masculus ex filia descendẽs est alterius naturæ & agnationis: cùm familiam sui patris sequatur,& non matris,Institut. de patria potesta. in principio. Certè si de medio tollatur filia, non propter hoc descẽdens ex ea subintrat gradum vel locum. Quæ ratio confundit decisionem in hoc puncto. in dicta l. maximum. Ad hoc faciunt quæ dixi, secundùm Baldum in prima fallentia.circa finem.quòd nepos à feudi succes-

☞sione sicut filia eius mater repellitur. [Vt plenius habetur in verbo. *tandem sine liberis est defuncta.*]Vn de concludendum restat, non distinguendo an filia præmoriatur patri vel econtra,quòd sicut filia dotata est per statutum exclusa,ita & nepos ex ea,ac vlterior proles seu posteritas descendens ex ea. Vbi verò filia nõ esset dotata,succederet patri morienti, & omnes ex ea descendentes, etiam si talis filia culpa sui non fuerit dotata: non quia maritari noluit, sed quia fortè inuito patre matrimonium cum aliquo si

☞ne dote contraxit: (De quo plenius habetur super verbo, *dotem quam ei dederat.*) Quo casu pater eam non tenetur dotare, vt plenè per glo.& Bartolum in l.obligamur.ff.de actionibus & obligationib. Nam hoc casu patri succedet cum fratre suo, non obstãte dicto statuto. secundùm Panormit. singulariter in cap.accedens.in fine.de procura. Si autem filia non dotata patri præmoreretur, fortè tũc fieri posset distinctio inter nepotem masculum, & neptem ex ea: quia neptis si dotetur per auũ non succedet, ex quo in ipsa cadit qualitas dotis.Quæ cùm cadere nõ possit in nepote masculo, esset fortè aliud dicendũ. Cũ tunc essemus extra casum statuti requirentis filiam esse dotatã, neque hoc casu nepos dicitur ex radice inhabili,eo quia mater nunquàm dotata fuit. Et idẽ eo tunc esset in nepte, si non fuerit per auum dotata

176 vel maritata,Statuto non continẽte. † Et sicut filia excluditur per statutum, ita etiã exclusa censetur neptis ex filio masculo, secundùm Rapha. in l. venia. C. de in ius vocan. licet Bal. ibi contrarium voluisset: quia sicut filia propria defuncti excluditur vt videtis, ita excludi debet neptis ex filio, quæ melioris non debet esse conditionis,quàm propria eius filia, de cuius successione agitur,argumẽ. in l.si viua matre.C.de bonis maternis.Præterea qualitas sexus masculi,quæ erat in patre, cessat in filia.Et sic patrẽ repræsentare non potest,Cùm non habeat qualitatem requisitam in statuto.argumen.l.fin. C.de natu.libe-

177 ris. † Vlterius dico, quòd filia dotata stante dicto statuto, nedum est exclusa ab hæreditate patris eam dotantis,sed etiam à bonis ei obuenientibus ex con-

BIU Cujas

tractu patris: & sic à feudo & emphyteosi, quæ pater acceperat pro se & filiis suis masculis, & fœminis. Nam verba contractus interpretari debẽt secundũ formam & ordinem statuti, vt scilicet illa verba, & fœminis, intelligantur non stantibus masculis. argumen. l. si duo. ff. de acquirenda hæreditate: secundum Barto. not. in l. vt iurisiurandi obligatio. §. si liberi. ff. de operis liber. sed Bald. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanctis eccl. tenuit contrarium, per textum in l. fin. ff de pactis. & l. post mortem. §. fin. ff. de bonorum possession. contratabu. Tamen ex verbis suis in l. liberi. C. de operis liber. sumi potest cõcordia inter eos dicendo, aut statutum filiam dotatam excludit ab hæreditate patris, & hoc casu cum hoc ius feudale vel emphyteoticarium sit separatum ab hæreditate, poterit filia in feudo & emphyteosi succedere, sicut masculus. Et ita procedere potest opinio ipsius Bal. Aut statutũ disponit, ꝙ filia non succedat in bonis patris: & tũc quia horum appellatione venit ius emphyteoticum. l. bonorum. ff. de verborum significatione. Filia excludetur ab emphyteosi per masculum. Et ita intelligitur opinio Bart. videatis Felynum in cap. quæ in ecclesiarum. in fin. de constitutio. vbi concludere videtur fœminas esse omnino exclusas etiam à feudo & emphyteosi ecclesiæ, propter existentiã masculorum. Et nedum mortuo patre ab intestato exclusæ censentur per statu-
178 tum, & à succedendo repellũtur, † Sed etiam si pater testamentum fecerit, in quo solos masculos hæredes instituerit: quia etiam tunc filia velut in testamento præterita dicere non poterit testamentũ patris nullum, nec ipsum impugnare per viam nullitatis, aut contratabulare, secundum Baldum in dicta l. posthumus §. si quis. ff. de inoffic. testamento. & Angel. eodem titulo, l. Papinianus. §. si mortis causa. & Bartol. in l. ij. §. finali, ff. ad Tertul. & in l. j. §. sciendũ. ff. de suis & legiti. hæredib. vbi dicit, quòd tale statutum vel consuetudo, eo tunc facit desinere filiam esse suam, & consequenter non continuatur in eam dominium paternæ hæreditatis, vt pater ad interrũpendam necesse habeat eam exhæredare, imò liberè testando potest eam præterire, iuxta nota. per Bart. in l. in suis. ff. de liberis & posthumis. Et sine causa ingratitudinis in testamento inserenda exhæredare simpliciter dicendo: filiam meam exhæredem esse ☞ volo, vt dicam super verbo, *In eodem testamento relinquens.* secundò. Et quòd testamentum præterita vel exheredata impugnare non possit, tenẽt Raphael Fulgo. Paulus in l. filiæ. C. de collat. Bald. Ange. & Alexand. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. Bald. & Salice. in l. ij. & fin. C. de libe-
180 ris præteritis. & ratio est, quia illi tantùm datur bonorum possessio contratabulas. Et testamentum aliàs impugnare permittitur, cui ab intestato successio debetur. l. j. §. filium. & l. illud. §. j. ff. de bonorum possession. contratabulas. Sed huic filiæ per statutũ exclusæ non debetur successio, nec eius posteritati, vt dictum est: Ergo nec ei dabitur bonorum possessio contra testamentum patris. Secundò, quia liberi admittuntur ad testamenta paterna impugnanda, in quibus sunt præteriti. Et hoc propter iniuriam eis illatam. vt dicam super verbo, *In eodem testamento relinquens. primò.* Sed cùm filia statuto prohibeatur succedere, & eius soboles, nulla ei videtur facta iniuria ex præteritione vel exhæredatione: igitur cessante iniuria cessare debet actio. facit l. si præteritus. ff. de inofficioso testamento. Et hanc opin. sequitur Angel. consil. xcix. incipiente, Viso themate prædicto. & consi. cxxxvj. incipiente, In quæstione vergẽte. & Paul. consil. cccxlvij. vbi ad hoc allegat not. in l. prima, §. si pater. ff. de coniungend. cum emancipa. liber. vbi dicitur, quòd hæc remedia his tantùm dantur personis, quæ testamentum dicere possunt nullum. Idem Bald. & Salic. in dicta l. maximum. & Ludouicus consilio xiij. incipien. Idem videtur mihi.
179 †Plus dico, quòd tales filiæ per statutum exclusæ nedum repelluntur ab impugnando testamentum paternum, vt dictum est: imò etiam nullum habent remedium ad petendum legitimam in bonis dotantis, nec supplementum illius, etiam si dos non sufficeret ad legitimam: talibus enim exclusis non debetur legitima, Cùm dos ei succedat loco legitimæ, etiam si eis dos data vel assignata fuerit sine titulo institutionis in testamento, vel aliàs, secundum Paulum allegato consilio cccxlvij. incipiente, In puncto quæritur. Et Bart. in dicta l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condition. & demonstration. Et idem Paulus consilio cviij. incipiente, Super primo quæsito. & consi. cxcvij. incipiente, In casu præsenti. & clarius consilio cxviij. incipiente, Si domina Corualia. consilio ccxxx. incipiente, Pro pleniori respõsione. Et loquitur Ludouicus consilio xvj. incipiente, Viso themate. idem tenet Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legiti. hære. & Petrus de Anchar. consilio xlviij. Quod sanè intelligatis verum, si filij masculi, quorum fauore emanauit statutum, fuerint in testamento patris hæredes instituti: Secus si pater hæredes vniuersaliter instituisset extraneos filiis exhæredatis, aut particulariter in re certa institutis hæredibus: quia tunc licet filia statuto exclusa sit per existentiam masculorum, Tamen si dos non sufficeret ad legitimã, filia agere posset ad supplementum cõtra extraneos hæredes, per text. in l. omnimodo. C. de inofficio. testamento. secundum Paul. allegato cõsil. cccxlvij. ij. colum. & Alexand. in prima parte cõsil. lxix. incip. Super primo dubio. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. vbi respondet ad rationem Salic. contrarium tenentis, & quòd ipse fuit pluries requisitus consulere pro opini. Sali. sed nunquam hoc facere voluit, concludens statutũ excludere filiam à legitima & supplemento. & ita resident in versicu. reperio etiam inter prædicta. Salic. & idem tenet Iason in authen. nouissima. & clarius in l. si quando. §. fi. in fin. C. de inofficioso testamento.

(Vide plenius infrà super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* Dum deciditur, quòd statutum excludẽs matrem propter agnatos censetur eam excludere à
180 legitima. † Vnum tamen mente teneatis, quòd licet filia eo modo per statutum exclusa petere non possit legitimam, nec supplementum illius, filiis masculis hæredibus institutis, vt dictum est: Tamen si esset incongruè dotata, agere posset, vt cõgruè dotaretur arbitrio boni viri, secundum Bal. in l. fin. C. de dotis promis. per text. in l. si filiæ. ff. de legat. iij. quod est æquum. licet contrarium sensisset in dicta l. si defunctus. Pro hoc facit, quia statutum loquens de filia dotata, intelligi debet de congruè dotata. argumento l. cùm post. §. gener. ff. de iure dotium. Et sic incõgruè dotata agere posset ad supplemẽtum dotis, nisi statutum expresè diceret, quòd filia esset contenta dote sibi data vel promissa, secundum Baldum in dicta l. fina. argumento l. qui volebat. ff. de hæredibus instituendis. & clarius in Authent. res quæ. C. communia de legatis. vbi Baldus dicit ita consuetudine

approbari

BIU Cujas

approbari: quia licet ſtatutum ſit durum, tamen cùm non ſit contra bonos mores, ſeruãdum eſt. l. proſpexit. ff. qui & à quibus manu, liberi non fiunt. facit capitul. ſcriptum. vj. quæſtione iij. facit quod nota. in l. Balliſta. ff. ad Trebel. Vnde ſtante dicto ſtatuto ſtandũ erit taxationi per patrem factæ, ſecundum mentem Bald. vbi ſuprà, vt filiæ remedium nõ competat ad legitimam, nec ſupplemẽtum illius, nec ad ſupplemẽtum dotis quantuncunque eſſet dos incõgrua menſuræ legitimæ. Et hæc vera, quòd ad legitimam nõ debet haberi reſpectus, vbi ſtatutũ diſponit filiam dotatam ſtantibus maſculis non ſuccedere: Si autem ſtatutum filiam excluderet à ſucceſsione exiſtentibus maſculis: & mãdaret eam dotari arbitrio propinquorum: tunc nõ deberẽt propinqui arbitrari dotem minnorẽ, quàm eſſet legitima, ſecũdum Salice. & Fulgo. in Authen. res quæ. per illum tex. C. communia de lega. quod ſequitur Alex. conſi. lxix. primæ partis incip. Super primo dubio quæritur. & in dicto §. & quid ſi tãtum & Iaſon in dicta Authen. nouiſſima. in fine. quod eſt no. & ſic alij parentes filiæ mortuo patre, non tam liberã habẽt dotem arbitrandi facultatem, ſicut pater, qui eam minorem legitima taxare poſſet. facit tex. no. in l. ſi furioſo puberi. (De cuius intellectu plenè habetur infrà ſuper verbo, *reliquit*. in xij. caſu in quo filius gravari poteſt in legitima.) ff. de cura. furio. Si verò dos data per patrem, non eſſet cõgrua menſuræ alimentorum, tũc poſſet filia ad ſupplementum agere, qua tenus ei dos non ſufficeret ad alimẽta. ſi bona paterna ad hoc ſufficiant, cùm dos loco alimentorũ ſuccedat, ſecundum Barto. in l. cùm de in rem verbo. ff. de vſuris. quæ quidem alimenta iure naturæ debentur. Inſtitu. de iure natura. §. j. Et ſic ſtatuto tolli non poſſunt. l. j. §. fin. ff. de iuſtitia & iure. ideo nõ poteſt tale ſtatutum dotẽ tollere, nec illius congruentiam: Cùm dos & alimẽta à pari regulẽtur. l. cùm vnus. §. fin. ff. de alimen. & ciba. leg. & dotis congruitas nõ attenditur nec cõſideratur reſpectu legitimæ, ſed re
181 ſpectu alimentorum. † Vnde eſt dicendũ, quòd propter ſtatutum, aut conſuetudinem filias excludentẽ nõ prohibetur parẽs, qui filias dotauit, eas hæredes inſtituere, & per teſtamentum vocare. Quinimò talis filia in teſtamento patris hæres inſtituta, virtute dicti ſtatuti non excluditur, etiam ſi ſtatutum cõtrarium diceret: ſcilicet ex teſtamento vel ab inteſtato filiam dotatam excludendo: quia cùm tunc tollere diceretur liberam teſtandi facultatem, tale ſtatutum quo ad hoc non valeret, per tex. in l. final. & quæ ibi omnes dicunt. C. de pactis. Panormit. & Doct. in c. nulla. de conceſ. præbend. & plenè videbitis infrà in tertio caſu fallentiæ. Nam tale ſtatutum filias dotatas excludens, intelligitur eas tantùm excludere à ſuccedendo contra, vel præter voluntatem defuncti expreſſam vel tacitam: Qualis eſt vbi pater moritur ab inteſtato. l. conficiuntur. ff. de iure codi. Cùm per dotationem deſinat eſſe ſua, quantum ad hoc, vt in ipſam non fiat cõtinuatio paternæ hæreditatis, quæ aliàs fieret, per l. in ſuis. vbi plenè Barto. ff. de libe. & poſthu. Bal. in dicta l. maximum. & Pau. conſi. ccl. incip. Super primo puncto. & Panor. conſil. xiij. incip. quædam mulier. Et valebit inſtitutio talis filiæ in teſtamento patris facta, etiam minus ſolenni. per l. hac conſultiſſima. §. eximperfecto. C. eo. titu. ſecundũ Fulgo. ibi in §. per nuncupationem. (De quo plenè ſuper verbo, *teſtamentum*. j. in xij. fallen.) Et hoc verum, vbi cõſtat patrem expreſsè & nominatim in teſtamento ſuo vocaſſe filiam dotatam excluſam, ſecus ſi pater ſimpliciter in teſtamento dixiſſet, filios meos hæredes inſtituo: quia tũc nõ videretur filiam ſtatuto excluſam vocaſſe, niſi in quota ipſam contingente ſecundum ſtatutum patriæ, ſcilicet in congrua
182 dote. † Cùm voluntas teſtatoris ſit in dubio interpretanda, ſecũdum cõſuetudinem regionis. l. nũmis. ff. de lega. iij. Et ad illam conſuetudinem ſe retuliſſe videtur l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iud. & ita debet intelligi Petr. de Anchar. in dicto cap. primò, de conſtit. Bene dicit Bald. in l. quicunque. nu. 13. ver ſic. Sed pone, ſtatuto cauetur. C. de ſer. fugit. quòd ſi pater inſtituendo dixiſſet in teſtamento, filios inſtituo hæredes, in eo quod ipſos tangit de iure: tunc etiã filia videretur hæres inſtituta, nõ in parte ſtatutaria, ſcilicet in dote, ſed in ea parte, quę filiæ debetur iure cõmuni, videlicet in quota ſua iuxta numerum liberorum: quia cùm teſtator ad ius ſe retulit, videtur de parte digniori intellexiſſe. Quæ omnia vobis ſufficiant
183 de ſtatuto filias dotatas excludente. † Tamen, quia vt ſuprà in principio huius ſecũdæ fallẽtiæ præſuppoſui, quòd ſtatuta aliquãdo diſponunt ſimpliciter, videlicet quòd ſtãtibus maſculis filiæ non ſuccedãt, ita quòd de dote nulla in eis fit mẽtio: Quo caſu poſſet dubitari, an talia ſtatuta de iure valeant, & ſuſtineri poſsint. Et communiter concluditur, quòd ſic. Fundantur enim de iure diuino. & ſuſtinentur & tolerantur iure humano. Nam iure diuino fundantur, per tex. no. Numer. xxvij. vbi Deus ad Moyſen: ad filios, inquit, Iſrael loqueris hæc: Homo cũ mortuus fuerit abſque filio, ad filiã eius tranſibit hæreditas: ſi filiã nõ habuerit, ſucceſſores habebit fratres ſuos, &c. Ecce tex. apertus, quòd ſtãte filio maſculo filia non ſuccedebat. & tamẽ de dote nihil dicebatur. Vn de ſtatuta, quæ hoc diſponunt, iuri diuino ſunt conſona, & penitus conformia. Et oẽs populi tam Chriſtiani, quàm Iudæi, in locis vbi talia vigent ſtatuta filias ſimpliciter excludẽtia, tenentur illa obſeruare, cùm Iudæi teneantur ad obſeruationẽ legis Mo-
184 ſaycæ, † & veniũt Iudæi appellatione populi, vt probat tex. in Authen. de quæſtio. circa princ. quem ad hoc ſingularem dicit Bal. in c. j. de forma fideli. & in rubri. C. qui accuſ. nõ poſ. circa fi. facit quod no. idẽ Bald. in l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excu. tuto. & Pet. de Ancha. in c. ſi ſententiam. de ſenten. excõ. libro vj. & plenè decidit Ioan. de Ana. in c. Iudæi. ij. de Iudæis. vbi diſputat, an Iudæi in condendis teſtamentis, aut iure ſuccedendi ſeruare debẽt legẽ Moſaycam, vel ciuilem. Talia enim ſtatuta fundãtur in cauſa legitima, quę eſt fauor maſculorũ, & agnationis conſeruandę, vt in præcedenti ſtatuto vidiſtis, & plenè Ioan. And. in addi. Spec. titu. de ſucceſ. ab inteſta, Et ratio eorum eſt fauor reipublicæ ſuadentis nomen domus, & familiæ conſeruari, quod fieri non poteſt, niſi in maſculis. l. j. §. ſi hæres. ff. de ventre inſpi. Secundò ſuſtinentur hæc ſtatuta iure humano, per tex. no. in præſenti ca. dum dicit, *ſecundum conſuetudinem*. Nam etiam lex antiqua xij. tabularum rationabiliter præferebat agnatos cognatis, vt l. lege. C. de legi. hæredi. facit tex. in §. itẽ vetuſtas. Inſt. de hæredi. ab inteſtato. Nec alia ratio legis antiquæ erat, quàm vt nomen familiæ conſeruetur. quod non tranſit ad fœminarum poſteritatem, quæ nõ matris, ſed patris ſequitur conditionem, vt plenè vidiſtis ſuper verbo. Raynutius de Clera. & declarat Ang. in Inſtitu. de legiti. agnato. tutel. in principio. & Bal. in l. cum lege. C. de epiſcopis & cleric. Cõcludit vale-

BIU Cujas

re ſtatutum fœminas excludens propter maſculos, dicens conſuetudine ita ſeruari & approbari, vt ipſe pariter ſequitur in l.j. verb. conſequenter quæritur. C. de ſumma Trinit. Licet in repetitione eiuſdem l. dicat ita demum tale ſtatutũ valere, ſi tempore mortis patris filia reperiatur dotata tali dote, ex qua ſuſtentari poſsit, de quo per eundem in capitul. fin. de conſuet. & cap. ſi proponente: de reſcript. Ego ſemper putaui Bald. non bene dixiſſe in dicta repetitione, quia ſecundum eum ibi non eſſet differẽtia inter ſtatutum noſtrum ſimpliciter fœminas excludens, de quo nunc loquimur, & ſtatutum filias dotatas excludẽs, de quo ſuprà vidiſtis, quod non eſt dicendũ. argumen. l. ſi idem. C. de codicil. Vnde tenẽdum eſt tale ſtatutum eas ſimpliciter excludens valere, adeò quòd tunc filiabus non debebitur etiam legitima in bonis, & hæreditate patris: quia cùm per ſtatutũ excluſæ ſint, ab inteſtato debetur, & legitima ſit portio eius, quod ab inteſtato debetur, tales filiæ petere nõ poſſunt etiam legitimam, ſecundum Paul. in dicta l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demõ. & plenè per Iaſonem in dicta l. ſi quando, §. fi. C. de inoffic. teſtamen. Sanè tamen intelligatis tale ſtatutum filias excludere per exiſtentiam maſculorũ, ſcilicet per ſtatutum ſucceſſuras, quia ſi ante ſtatutum iam patri ſucceſsiſſent, tunc non excluderentur.

185 † Cùm ſtatutum ad præterita non trahatur: capit. ij. & capitulo finali, de conſtitutioni. & l. leges. C. de legi. niſi expreſsè diceretur in ſtatuto, quòd ad præteritas ſucceſsiones extẽderetur, quia tũc eas excluderet, de quo per Bart. in l.j. §. fi. ff. ad Tertullianum, dicens ſic aliàs conſuluiſſe, per text. ibi, & ſequitur
186 Fely. in dicto cap. fin. tertia colum. † Vnum tamen notabitis, quòd licet ſtatutũ filias ſimpliciter excludens non requirit ipſas tempore mortis patris fore dotatas, imò ac ſi dotatæ eſſent excludũtur à ſucceſſione, poterũt tamen agere contra patrẽ vel fratres, vt eas competenter dotent, per dictam l. fi. vbi Bald. C. de dotis promiſ. facit l. qui liberos. ff. de ritu nup. Pariter agere poterunt ad alimenta, quæ eis debentur, antequam dotatæ nupſerint: Cùm iſta ſint diuerſa, ſcilicet ſucceſsio paterna, dos, & alimenta. Ergo filia excluſa à ſucceſsione paterna, nequaquam excluſa cenſetur à dote vel alimentis. argumen. l. ſi domus ff. de ſeruitu. ruſtic. prædio. facit quod not. Angel. in l. Modeſtinus. ff. ſolutio. & Imo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. & tenet Bald. in dicta repeti. verſic. vnde ſi ſtatum prohibet. facit text. in authent. ſi qua mulier. ſecundum vnam
187 lecturam. C. de ſacroſanct. eccleſ. † Et licet (vt dictum eſt) non ſit de eſſentia excluſionis filiarum, q̃ tempore mortis patris ſint dotatæ: tamen bene eſt de ſubſtantia, quòd maſculi ſuperſint, aliàs filiæ non excluderentur, quinimò ſuccederent, vt probat text. diuinus ſuprà allegatus. Quod eſt verum etiam ſi ſtatutum mentionem non faceret de maſculis, vt tenet Alexan. in dicta l Gallus. §. & quid ſi tantũ. Cùm ipſorum fauore dicatur eſſe factum, ſecundum Bal. in l. peto. ff. de lega. ij. & Bart. in l.j. §. filium. ff. de contratab. & conſuluit Ludouicus conſilio ccccxiij. Et etiã requiritur, quòd maſuli ſuperſtites velint filias eſſe à ſucceſsione excluſas: quia ſi mallent, & conſentirent eas ſimul cum eis ſuccedere, quàm ipſas dotare, aut dotes ſoluere, certè cũ ipſis maſculis ſuccederent, non obſtante ſtatuto filias excludente: propterea quòd fauore eorum factum fuit, cui renuntiare poſſunt, ſecundum Bald. in d.l. maximum vitium:
188 & Paul. in dicto §. Titio genero. † Et intelligatis ſanè per exiſtentiam maſculi filiam præſertim dotatam excludi ab hæreditate, & bonis paternis, ſcilicet quandiu hæreditas remanet paterna. Si autem maſculus patri ſolus ſuccedens poſtquam hæreditatem adiuit, ſeu illi ſe immiſcuit, moriatur, certè filia non excludetur ab hæreditate ſui fratris: Cũ poſt aditionem non dicatur amplius paterna, ſed fraterna ſucceſsio, ſecundum Ludo. in l.j. §. veteres. vbi glo. ff. de acquir. poſſeſ. & conſi. iiij. incipien. viſo ac diſcuſſo pũcto, & Alex. plenè in dicto §. veteres: ix. & x. col. Quod eſt verum, etiam ſi frater adita paterna hæreditate deceſſerit, nulla alia habẽs bona, quàm paterna: quia poſtquã filius ſemel adiuit, bona deſierunt eſſe paterna, & effecta fuere fraterna, ad quæ fœmina admittitur, licet bonis renũciauerit paternis, aut ſit excluſa per ſtatutum. Pro quo facit tex. optimus in in §. j. Inſtit. de hæred. inſtit. Niſi ſtatutum expreſsè eã excluderet à paternis & fraternis, aut eis expreſsè renuntiaſſet, ſicut eam excludit ſtatutũ huius ciuitatis, de quo s. Et etiam ſtatutum Toloſanum. Et prædictam deciſionem in dicto §. veteres: ſequitur Iaſõ
189 in §. actionum, in fine. Inſtitu. de actio. † Quæ omnia vobis ſufficiant pro huius ſecundæ fallentiæ principalis expeditione, in qua filiæ cum maſculis patri non ſuccedunt, in qua, & præcedẽti, melius eſt naſci maſculus, quàm fœmella. l. in multis. ff. de ſtatu hominum. Licet interdum expediat, & proſit partum eſſe fœmineum, quàm maſculum, l. ſi fuerit, §. finali, ff. de rebus dubiis.

190 † Tertiò principaliter fallit regula noſtra noſtra in alio caſu, in quo filię nõ ſuccedũt cũ maſculis, etiã dicto ſtatuto ſeu cõſuetudine nõ ſtãte, ſcilicet cum tẽpore nuptiarũ ante vel poſt filiæ dote cõtentæ bonis, & hæreditati renunciãt paternis cum iuramẽto: Quo caſu licet aliàs non valeat pactũ de futura ſucceſsione, l. pactũ quod dotali: & l. fi. C. de pac. & l. pactum: C. de colla. & plenè Panor. per illũ text. in c. ij. de cõceſ. præben. Tamen iuramentũ in caſu noſtro validat pactũ, per tex. in c. quãuis. de pactis, libro vj. glo. & omnes in d.l. pactũ: de colla. Et adeò iuramẽtum tale pactũ validat, quòd ipſo obſtãte filia, quæ renunciauit excluſa erit, non ſolùm à paterna hæreditate, ſed etiã ſuccedere non poterit in iure patronatus, quod patri vel alteri cuius hæreditati renuntiauit, competebat, ſecundum Panorm. in c. cùm ſeculum, de iure patro. Sed bene peterd poterit feudũ vel emphyteoſim: de quo per Salic. in l.ij. vbi Iaſon xcix. col. verſi. iij. quærit Salic. C. de iure emphyt. & dicã infrà in vltimo mẽbro futuræ ſucceſsionis. Sed pro clariori intellectu terminorũ harum ſucceſſionum futurarum, hunc articulum quotidianum diuido in quatuor partes. Nam aliquãdo fit pactum de ſuccedendo, aliquando de ſucceſsione conſeruãda, interdum verò fit pactum de certo modo ſuccedendo: & quartò fit aliquoties pactum de nõ ſuccedendo. † Quo ad primum, ſcilicet de ſuccedendo, dico tale pactum eſſe nullum, veluti omni iure reprobatũ, vt in iuribus ſuprà in principio allega. & l. ſtipulatio hoc modo cõcepta: vbi plenè Bar. & omnes ff. de verborum obligationibus: & text. nota. iuncta glo. ex qua hanc doctrinam ſumpſi in l ex eo inſtrumento. C. de inutil. ſtipulat. Ideo talia pacta fieri nõ debent velut omni iure damnata. Et maximè fieri non debent per perſonas Eccleſiaſticas, quæ ſtrictius iura ſeruare tenentur, vt in propriis terminis
191
192 conſuluit Angel. conſil. clxxvij. † Et reprobationis hu-

BIU Cujas

nis huius pacti de succedendo est triplex ratio. Primò, quia hæreditas pacto dari non potest. l. hæreditas. C. de pac. conuen. tam super dote, quàm propter nuptias dona. Per quam dum ibi dicitur, nullo modo debetur. dicunt omnes ex tali pacto nullam oriri obligationem naturalem, neque ciuilem. Ad quod facit text. in dicta l. ex eo instrumento. per quem talia pacta nullius esse momenti declarantur, & nullũ pariunt effectum naturalem, neque ciuilem. Secundò, quia pacta de succedendo liberam tollunt facultatem testandi, quæ sui natura est ambulatoria vsque ad mortẽ. l. j. C. de sacrosanc. eccle. l. si quis in principio testameti. ff. de legat. iij. & capit. cùm Marthæ. de celebra. missa. Igitur non valent, per dictam l. fin. C. de pact. Adeò quòd licet dos sit valde priuilegiata, vt l. j. vbi plenè Bart. & omnes. ff. soluto matrimo. tamẽ hæreditas pacto dari non potest in causam dotis, vt dicta l. hæreditas. & dicta l. pactum quod dotali. C. de pactis. secundum Bald. & Salic. ibi dicentes fauorabiliorẽ esse causam liberi arbitrij, quàm dotis: etiã si in tali pacto stipulatio intercesserit, vt d. l. stipulatio hoc modo concepta. secundum glo. & Bartolũ in l. cùm donationis. C. de transa. Eò quòd talia pacta votum inducunt alienæ mortis captandæ. Et sic sunt contra bonos mores. vt dicta l. fin. & dicto c. ij. de concess. præben. quod etiam gentiles abhorrẽt, vt ibi. Ille enim, qui pacto esset successurus semper affectaret, & præsumitur captare mortem viuentis, cui ex pacto successurus esset, vt celerius hæreditatẽ haberet. Vnde talia pacta sunt omni iure damnata, taliter quòd paciscens, postea contrarium de bonis suis disponendo, non teneretur ad interesse ratione pacti non seruati, secundum Bald. singulariter in l. cùm Achimedoram. versic. vlterius quæro. C. vt in possessio. lega. vbi dicit, quòd si quis caperet vxorẽ intuitu pacti per socerum facti, quòd filiam faceret hæredem, si postea socer alium hæredem instituat, non potest agi contra eum ad interesse. nec ob hoc retractabitur matrimonium: quoniam talia pacta nullam pariunt obligationem, & consequenter nec actionem, vt dicta l. pactum quod dotali. secundum Alexan. ibi in fin. (Quod qualiter intelligitur, habetur super verbo, *cum omnibus bonis ei relictis à patre*, dum loquitur an principale propter accessoriũ retractetur.) facit glo. in cap. penulti. ad fin, de his quæ vi metúsve caus. fiunt. Hanc tamen regulam seu conclusionem (quòd pactum de succedendo non valeat)
193 dico fallere, & cessare in sequẽtibus casibus. † Primò fallit, vbi esset iuramento firmatum: Quo casu propter iuramentum renet tale pactum, & venit seruandum, secundum Bald. singulariter in cap. moribus. si de feu. fue. contro. inter dominum & agna. Et mouetur per illum tex. & etiam per cap. quanuis pactum. de pac. lib. vj. vbi valet pactũ de non succedendo per filiam factum, si fuerit iuramento firmatum. Et certum est ex pacto de filiam non succedẽdo resultare pactum de masculos solos succedendo, cùm ex pacto quod filia non succedat, intelligatur satis
194 resultare, masculum succedere in totum. † Et sic respectu masculi, & sui fauore est pactum de succedendo, quod iuramento firmatum est per illum tex. Ad hoc facit text. diuinus iij. Regum j. vbi Dauid eximius ille propheta cum Bethsabee coniũgi iuramento pollicitus fuisset, quòd Salomon eius filius sibi in regno succederet, obsecratus per eam in hæc verba: Domine, mi rex, tu iurasti per dominũ Deum tuum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex, ignorante, cui rex, cõsiderans se pacto iurato astrictum, & ligatum, respondit: Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia: quia sicut iurauí tibi, sic faciam hodie. Quod aliud non sonat, nisi quod pactum de succedendo, vbi est iuramenta firmatum, seruandum est, sicut ibi illud seruauit rex sanctissimus, & de cõsilio Nathan prophetæ. Et tenet Bald. quanuis text. illum non alleget, qui tamen facit pro illo. Sed aduertatis: quia contrarium tenent plures, & est communior opinio, quòd tale pactum iuramento non firmetur, cùm sit contra bonos mores: per textum in capitul. non est obligatorium. de regulis iuris. libro vj. secundum Bart. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. facit text. cum glos. in dicta l. si quando. §. illud. C. de inoffi. testamen. & idem Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussorib. Talia enim pacta votum inducentia captandæ mortis sunt contra bonos mores naturales. l. de fidei commisso. C. de transactio. facit l. j. iuncta glos. ibi. C. de pactis. Id circo sunt prohibita: quia per ea succedẽti ex pacto datur occasio malignandi contra patrẽ, vt celerius consequatur eius hæreditatẽ sibi pacto promissam: & nedum daretur ei occasio malignandi, sed etiam cæteris fratribus contra patrẽ: qui in eorum perniciem alterum prætulit. Ob quod & si fortè non malignarentur in mortẽ patris, saltem hoc facerent per subtractionem obsequiorum patri debitorum. Et præterea malignarentur contra ipsum fratrem ex pacto succedere debentem, ad quem pater plus respexit quàm ad ipsos, sicut Genesis iiij. legitur Quod quia dominus respexerat ad Abel, & munera eius, ad Cain verò nõ respexit: Iratus Cain, quia frater præferebatur ei, occidit eum. Mouetur enim & molestius gerit quis vidẽs res suas, aut sibi debitas fratri suo deferri, quàm si extraneo darentur. l. cùm oportet. §. j. ibi, vel ad fratres suos, & etiam grauius multis esse videtur, &c. C. de bonis quæ liber. & Genesis xxvij. sic dicitur. Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, quia benedixerat ei pater. Dixítque in corde suo, venient dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum, &c. Vnde nimirum si talia pacta iuramento non firmentur, vt dictũ est.
195 † Cùm iuramentum esse non debeat occasio mali, nec vinculum iniquitatis, minúsque fratres deducere ad inæqualitem, quam iura detestantur propter inuidiam, quam generat inter eos, vt videtis l. eam. & l. illud. C. de colla. Et sic opinio Bald in dicto capitul. moribus, communiter nõ tenetur. Et ipsemet in pluribus aliis locis tenuit contrarium, videlicet in dicta l. pactum. in quinta opp. C. de collatio. vbi dicit tale pactum esse contra ius diuinum, per textũ in dicto capitul. ij. de concess. præben. Idem tenet in dicta l. pactum. C. de pactis. quem ibi sequitur Salice, & communiter omnes, per dictum ca. non est obligatorium. Et consuluit Alexand. in tertia parte consilio xxviij. incipiente, Ponderatis verbis instrumenti. vbi expressè reprobat dictum Bald. in dicto capitu. moribus. Nec obstat eius motiuum ibi: quia malè arguit, nec tenet eius consequentia. Quia non sequitur, quòd si filia patri fecerit pactum de non succedendo cum iuramento, quòd propter hoc pater ex tali pacto iurato sit astrictus facere vel habere masculum hæredem: Quinimò potest alium penitus extraneum instituere hæredem, cũ filio quantumcunque grato, & digno relinquere non tenea-

BIU Cujas

tur,niſi legitimam. l. cùm quæritur. C. de inofficioſo teſtamen. Ideo non eſt verum,quòd pactum de non ſuccedendo fœminas iuramento firmatum, includat aut neceſſariò producat pactum de ſuccedendo maſculos,prout Bald. præſupponebat. Sentit tamen Imol.in capitulo cùm contingat.de iureiurando. ſaluari poſſe opinionem Bal.ſi eam intelligamus,quòd licet tale pactum non firmetur iuramento, tamen veniens contra iuramentum ſit periurus. Pro quo facit dictum capitu.cùm contingat. & capit. ſicut ex literis. de ſponſal. vbi ſi iurem te ducere in vxorem, & demum per verba de præſenti cum alia contraham, valet matrimonium,ſed ſum periurus. Sicut à ſimili videmus:quia ſi iuro non reuocare procuratorem, & poſtea ipſum reuocem,valet reuocatio, veruntamen ſum periurus,vt dicit gloſſ.ſingularis in capitu. fina.de procurato.libro ſexto. facit gloſſ.in capit.vltima voluntas. xiij. quæſtion. ij. Cogitetis tamen circa hoc, quia cùm tale pactum de ſuccedendo ſit, vt dictum eſt,contra bonos mores etiam de iure canonico, quod votum improbat captandæ mortis ex tali pacto reſultans, videtur tale pactum iurantem
196 nullatenus obligare: †quia tales diſpoſitiones,quæ contra bonos mores fiunt,ſunt impoſsibiles. l.reprehendenda.C.de inſtitut.& ſuſtitutio. ſub condit. factis. Or impoſsibilium nulla eſt obligatio. l. impoſſibilium.ff.de regulis iuris. Per quod videtur, quòd veniens contra tale iuramentum non ſit periurus,vt ſentit & videtur concludere Alexand. in d.l.pactum quod dotali.C.de pactis. & in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus.
197 † Secundò fallit regula,& concluſio noſtra,vbi pactum de ſuccedendo eſſet ſtatuto, aut conſuetudine approbatum: quoniam tunc valeret ex vi conſuetudinis. Conſuetudo enim vim habet decreti, & authoritatis ſuperioris, ſecundùm Baldum in titul.qui feud.dare non poſſunt. §.primo, v. colum. Ex quo videmus inter nobiles talia pacta,quòd primogenitus ſuccedat, tempore matrimonij inita & paſſata valere, & effectum ſortiri propter talem conſuetudinem inter nobiles vigentem,quæ ſeruãda eſt,ſecundùm Bald. ſingulariter in dicta l. cùm Archimedoram.C.vt in poſſeſ.legat.per text.in cap.mulier. vbi Iacob. de Auarot. & in capitu. filij. ſi de feudo fuer. controuerſ. in quibus iuribus præſupponitur pactũ de ſuccedendo fuiſſe factum in fauorem filiorum, & liberorum primi matrimonij, & valere in excluſionem filiorum ſecundi matrimonij duntaxat, & non in excluſionem liberorum ex primo matrimonio deſcendentium,puta nepotum, pronepotum,& cæterorum in poſterũ ex illis paciſcentibus mediatè deſcendentium: quos ex tali pacto excluſos intelligere non debemus, cùm ſatis dicantur ex illo deſcendere matrimonio, ex quo originem ſumpſerũt,
198 quod eſt not. † His enim concurrentibus videmus talia pacta inter nobiles, & potentes conſuetudine approbari, ſaltem quo ad iuriſdictiones,dominationes, & feuda: In quibus ex pacto patrimoniali primogenitus ſuccedit. Quæ quidem pacta regni conſuetudine roborantur, ſecundùm Maſuerum in titulo,de ſocietate. § item licet inſtitutio teſtamentaria. & in titulo, de ſucceſſ. §.item inſtitutio teſtamentaria. vbi dicit ex conſuetudine huius regni valere talem inſtitutionem & ſubſtitutionem hæredis in pacto matrimoniali factam: quia etiam in actibus inter viuos ſubſtitutiones fieri poſſunt. l. quoties.C.de donatio.quæ ſub modo fiunt. quam vocat inſtitutionem aut ſubſtitutionem conuentionalem,

☞ vt alibi dicam. (De hoc habetur plenè infrà ſuper verbo, *Tandem ſine liberis eſt defuncta.*) licet ex alio numerali matrimonio geniti ſint immediatè, ſed illi qui naſcuntur ex ſecundo matrimonio per eoſdem paciſcentes poſt primum ſolutum contracto, nullo modo dici poſſunt ex eodem primo matrimonio: & conſequenter ſuccedere non poſſunt in præiudicium liberorum primi matrimonij, quibus fuerat ex pacto ius ſuccedendi quæſitum, vt dicit text. in dicto cap.mulier. & cap.filij, & in l.cùm vir vxori.ff.de conditio.& demonſtration. Per quæ iura talia pacta de ſuccedendo valent: imò iuſtitiam habẽt & æquitatem,ſecundùm Bal.in dicto cap.filij. Idem tenent Barto.& Bald.in ſecunda oppoſi. & Salice.in dicta l. pactum.C.de colla. per text. in cap.j.de filiis natis ex matrimo. ad morg.contract. & Ioan. Fabr. in l.j.C.ſi mancipi.ita vænierit ne proſtituatur. Præterea lex hoc poteſt,ſecundum gloſſ.in verbo, iubetur.inſtit.de adopt.§.ſed ſi decedens pater. Ergo idẽ potuerit conſuetudo,quæ vim legis habet. Inſtit. de iure natu. §. ex non ſcripto. Sed contrariam ſententiam, ſcilicet dictum pactum conſuetudine non firmari,tenuit ipſemet Bal.in l.ij. C.quæ ſit longa conſue. Et ratio eſt, quia illud quod fieri non poteſt per pactum, eo quia eſt contra bonos mores,non poteſt fieri per ſtatutum vel conſuetudinem, quæ debet eſſe honeſta.ca.erit autem.iiij.diſtinc. Et ita etiam tenet Barto. in iij.quæſt.principali.in l.omnes populi. ff.de iuſtitia & iure. vbi plures alias ponit rationes. Et eſt communis opinio, quam ſequitur Alexand.in additio ad Bald. in dicta l. cùm Archimedoram. & in dicta l.pactum. de colla. vbi idem ſentit Iaſon. & idem Alexand.& Iaſon in dicta l.pactum quod dotali.C.de pactis. Nec obſtant iura per Bal. allegata in dicta l.cùm Archimedoram:quia loquũtur de pacto de non ſuccedẽdo, quod non eſt contra bonos mores: quia,vt dixi ſuprà,iuramento firmatur, vt dicto capit.quanuis pactum. & dicam in quarto membro. Ideo poteſt conſuetudine approbari. Sed non ſic in pacto de ſuccedẽdo,niſi fortè diceremus, quòd tunc conſuetudine firmetur,quando pater paciſcens illud pactum facit de certa portione, aut de bonis præſentibus tantùm,& nõ de futuris, vel aliquid ſibi retinuit ad teſtandũ, & in eadem voluntate perſeuerauit vſque ad mortem incluſiuè. Et ita ſentit Ioannes Fab.in dicta l.j.C.ſi mancipi.ita vænie. ne proſtituatur. vbi remittit ſe ad per eum no. in dicta l.fin.C.de pactis. vbi præmiſſa dixerat de hoc pacto loquens. Cui concordat text.diuinus Thobiæ viij.in fi. vbi de omnibus, quæ poſsidebat Raguel dimidiam partem dedit Thobiæ,hanc faciens ſcripturam,vt pars dimidia, quæ ſupererat poſt obitum eorum Thobiæ domino deueniret. Tunc ergo valet pactum de ſuccedendo iuramento, aut conſuetudine approbatum, ſi in eo detur perſeuerantia vſque ad mortem incluſiuè,per text.in dicta l.fin. de pactis. Et clarè demonſtratur,per text.in ſuperius allegato iij. Regum cap. j. vbi cùm Berſabee regem Dauid eius maritũ de obſeruando pactum iuratum obſecraſſet, Subiunxit. Veruntamen, mi domine rex,in te oculi reſpiciunt totius Iſrael, vt indices eis quis ſedere debeat in ſolio tuo poſt te. Per quæ verba demonſtratur, quòd licet rex iuraſſet pactum ſeruare:tamen perſeuerantia requirebatur vſque ad mortem, vt dicta l.ſi.cùm ante mortem potuiſſet rex Adoniam alterum eius filium eligere,vt regnaret,prout ſonant dicta verba,

BIU Cujas

199 dicitque eã valere in duobus casibus. † Videlicet, quãdo fit in contractu societatis omniũ bonorũ. Et in hoc casu idẽ dicit Salic. in d. l. fi. C. de pactis: vers. 200 Iuxta hoc quæro, pone q̃ duo fratres, &c. † Vbi si duo fratres pro bonis sibi cõseruandis sibi inuicé solenni stipulatione promiserint bona præmorientis, * valet irreuocabiliter talis cõuentio. * *De donatione reciproca omniũ bonorũ etiã inter cõiuges, q̃ valent, tenẽt Cin. Bal. & Salic. in l. si pater puellæ. C. de inof. test. Rom. sum. Bro.* Secundò valet in cõtractu matrimonij ex ☞ cõsuetudine. (Idẽ dicitur j. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in v. & vlt. art. dũ loquitur de multiplici specie agricolarũ, in fi. & in iiij. art. ibi clarè habetur de societate inter virũ & vxorẽ consistente præsertim in isto regno Frãciæ.) cùm iuramentũ seruari tunc possit sine interitu salutis æternæ, secundũ Bal. in d. c. moribus: dicentẽ de hoc esse ibi tex. & in d. cap. mulier. & cap. filij, & c. j. de filiis natis ex matrim. ad morga. imò in d. l. cùm Achimedorã. sentire videtur per cõsuetudinem dari posse robur huic pacto. Quæ quidẽ cõsuetudo, vbi viget, sicut in præsenti regno magna fulget æquitate ob honorẽ, & fauorem matrimonij: quia sub tali pacto nobiles nobiliores inueniũt, aut ditiores cõiuges, quibus nobilitas crescit. Sunt enim plures, qui sine tali pacto filias suas aliquibus, quantũcunque virtuosis, & diuitibus nõ darent in vxores. Vnde cùm nõ solùm intersit cõiugum, sed etiã suorũ parentũ, ne sub fide pacti consuetudine tolerati bonã fidẽ sequendo decipiãtur, & sub spe bonorũ, & præmij cõsequendi, dispendium patiãtur: Æquissimum est talia pacta valere, saltem fauore liberorũ ex tali matrimonio procreandorum ex parte succedere debentiũ, quod fuit de vera mẽte tex. in d. l. hæreditas. C. de pact. conuent. tam super dote, volentis hæreditatẽ non pacto, sed testamento extraneis dari, quasi dicat, à cõtrario sensu, & permittat hæreditatẽ liberis ex pacto dari, etiã per modum hæreditariæ institutionis, quoties in fauorẽ eorũ fit, de quibus non refert, quali volũtate ac dispositione hoc fiat, per tex. no. in l. fi C. famil. erciscun ita quòd valebit pactum ex tunc irreuocabiliter. Cùm idem videamus in donatione causa mortis, sui natura reuocabili, vbicunque est facta mentio mortis. l. Seia. §. fi. ff. de donatio. causa mor. quæ tunc trãsit in donationem inter viuos irreuocabilem. (De quo plenè habetur infrà super verbo, *Testamentum.* iiij.) cùm tendit in fauorem coniunctæ personæ, secundũ Raph. ☞ & Lud. per text. in l. j. & l. cùm patrẽ. C. de iure dotium. & l. cùm maritus. §. fi ff. de pactis dotali. præsertim, cùm non solius donãtis aut donatarij: sed etiam alterius interest donationẽ non reuocari, secundum Bal. singulariter in l. pro hæreditariis. in fi. C. de hæred. actio. Et maximè vbi alia causa irreuocabiliter obligatoria præcesserit. secundum Bartolũ in l. nam & si cùm moriar, ff. de condictione indeb. sic intelligas illum text. in l. j. C. vt actio. ab hærede, & contra hæredem, & in l. hæreditarium. ff. de bonis authori. ludi. pos. & in l. plenè. C. de contrahen. stip. Ergo à simili in casu nostro hæc tria simul concurrentia, scilicet coniunctio personæ, seu liberorum ex illo matrimonio procreandorũ fauor: & interesse alterius quàm promittentis vel hæredem facientis, videlicet interesse soceri filię patris, cuius interest non decipi: liberósque ex filia nepotes suos succedere, aliàs fortè matrimonium non facturus, vt ex pacto præsumitur: Nec filiam altioris fortè conditionis, vel cum tanta dote traditurus, cuius interest pactum irreuocabiliter valere ex dicta causa onerosa sibi facta. Necnon quia & tertiò concurrit præcedens causa, scilicet matrimoniũ sui natura irreuocabiliter obligatorium. Et insuper stipulatio & iuramentum. quæ omnia accedunt ad matrimonium tanquam ad principale, & sic ad alium contractũ de se validum, vt est casus in l. si quis seruum. iuncta glossa ij. ff. de actione empti. & vendi. & dicam infrà in tertia specie horum pactorum de futura successione. versicu. tertiò fallit, vbi tale pactum, &c. Certè tale pactum de primogenito, aut filiis ex illo matrimonio procreandis succedendis valere faciunt: Et quod sui natura, velut de futura successione factum, reuocabile erat vsque ad mortem: Sicut donatio causa mortis ad irreuocabilitatem reducunt: imò quodlibet illorum trium hoc faceret inter nobiles, ne claudicet contractus, & ne sit quo ad matrimonium & dotem irreuocabilis, & quoad institutionem hæredis, & pactum de succedendo reuocabilis ad nutum, & ita in nostris propriis terminis decidit Bal. in dicto capitul. filij, si de feu. fuerit contro. quem ibi sequuntur Aluarotus, & de sancto Georgio præpositus, in vsibus feudorum. Nec considerari debet hoc casu mortis captandæ votum, cùm sit incertum. & in dubio potius est bonum præsumendum, quàm malum. l. meritò. ff. pro socio. maximè vt actus valeat magis, quàm pereat. l. quoties. ff. de rebus dubiis. facit quod dicã in sequenti fallacia. Nam etiam mentio mortis in donatione habita, præsumi eam facit esse donationem causa mortis ad nutum donantis vsque ad obitum reuocabilem. Quæ tamen præsumptio vno de illis tribus concurrente, & fortius si omnia simul concurrant, cessat, ita quòd valebit vt donatio inter viuos irreuocabiliter. Ergo idem in casu nostro, considerato, quòd & si pactum non esset, etiam liberi succederent, quæ consideratio multum firmat dispositionem aliàs inualidam, per textum no. in l. j. C. de his qui in testam. sibi adscribunt. vbi hæc 201 ratio exprimitur. † Præterea de voto captandæ mortis inter tam coniunctos non faciliter est præsumendum, inter quos nexus quidam diuinus censetur esse à Deo constitutus. l. cùm in adoptiuis. C. de adoptio. vnde tale votum incertum, & simpliciter præsumptum non venit in consideratione, sed potius iuramentum præstitum, de quo est certissimum, quòd seruari potest citra æternæ salutis dispẽdium, ☞ & consequẽter venit seruandum. (Casum, aduersámque fortunam spectari neque naturale, neque ciuile est. l. inter stipulantem. §. sacram rem ff. de verborum obligationibus.) Nec pariter tollit istud pactum facultatem testandi, cùm sine bonis corporalibus hæreditas cõsistere possit. l. hæreditatis. & l. hæreditas. ff. de verborum signification. Et non habens bona testari potest. l. lex cornelia. ff. de vulga. & pupillari. igitur validum erit tale pactum, attenta regni consuetudine inter nobiles vigente superius relata ☞ per Masuerum. (Vide plenè in quæstionibus capellæ Tolosan. quæstio. cccclij. in addi. domini Auffrerij ibi, qui tenet tale pactum valere inter nobiles, allegans plura consilia & arresta Parlamenti Tholosæ pro dicto pacto prolata, & vltra prædicta habes hîc rationes optimè cõcludentes, & æquissimas, per alios non tactas.) Pro cuius iustificatione hæc pauca tradidi vobis æquitate subnixa. Et pro quo est gloss. in dicto cap. filij. quæ sentit, quòd hoc erat ex lege Salica, quæ fuit prima lex huius regni Franciæ, quæ talia pacta permittebat, de qua lege dixi suprà in primo

BIU Cujas

mo casu, quo fœmina cum masculis non succedit. Nam hoc casu inter nobiles & magnates quo ad feuda & dominationes toga cedit armis, vt dicunt præfati Doctor. in dicto capitu. filij. & in capitu. j. de filiis natis ex matrimon. ad morga. contracto. vbi sentire videntur talia pacta seruari etiam in bonis non feudalibus: si hoc habeat consuetudo. Etiam inter non nobiles ex lege Salica, quæ causam dedit consuetudini talia pacta seruandi in Francia, per textum in dicto cap. j. per quem firmatur glos. in dicto capi. filij. adeò quòd taliter contrahentes matrimonium, vt soli filij ex eo vel vnus eorum succedat, dicitur vxorem ducere lege Salica in his partibus, vel ad Morganicam apud Mediolanenses, vt ibi expressè dicit textus. Et sunt talia pacta iurata seruanda tanquam irreuocabilia. per text. in allegato. iij. Regum j. Quod si verum non esset, Nathan propheta nunquam Bethsabee, cui tale pactum iuratum fuerat, persuasisset regem Dauid infestare de obseruatione illius, si cõtra bonos mores fuisset, dum ei dixit: Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei: Nónne tu domine mi rex, iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, &c. Nec obstat huic irreuocabilitati, quod dictum est de Bethsabee, quæ regem adiuit, vt in pacto perseueraret, quasi de se non validum foret, nisi data perseuerantia vsque post mortem: quia respondetur quòd Nathan & Bethsabee hoc non fecerunt diffidentes de validitate pacti, sed ideo, quia Dauid executionem illius distulerat, donec post suam mortem per illa verba, regnabit post me, &c. Et adhuc viuente rege Adonias regnum de facto vsurpabat, & sibi appropriabat: qui mortuo rege difficiliter potuisset expelli sine magno scandalo, & Salomonis ac subditorum præiudicio: Bethsabee consilio prophetæ regem obsecrauit, non de confirmando pacto quod de se validum erat, sed de ipsum exequendo in vita, vt eo mortuo nullum succederet scandalum, prout factum fuit ex consilio prophetę, qui etiam à Spiritu sancto doctus erat Salomonem post patrem esse regnaturum. Nam si talia pacta essent vsque ad mortem reuocabilia, faciliter deciperentur vxor & parentes sui, qui cum tanta substantia, aut generis nobilitate se marito tradiderunt, & bona fide coniunxerunt, quod esset iniquum, vt patet ex supradictis. † Nec dicitur donatio causa mortis, vbi mentio mortis non est causa donãdi: sed taxatio temporis in executione: & sic reuocari non potest, secundum Oldradum consilio cxxxix. & Bal. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimon. vt alibi dicam. ☞ (Infrà super verbo, *testamentum*. iiij.) Tertiò fallit regula seu conclusio nostra in militibus ad prælium pergentibus, & tendentibus, inter quos valet pactum de sibi inuicem succedendo, per text. singularem in l. licet. C. de pactis. Nec ad rem facit, quòd tale pactum inducit votum captandæ mortis: quia illa est præsumptio iuris ciuilis, quæ alio iure ciuili tolli potest. Præsumit enim dicta l. licet. votum captandæ mortis, ex tali pacto non induci inter milites simul ad prælium pergentes: quod requirit ille text. dum dicit, ad bellum pergentes, quo casu præsumendum est, quòd vnus alium potius iuuaret, & liberaret à morte propter seipsum ne careat socio, & eius succursu priuetur, quã quòd ipsum perimeret, cum socio perempto, & occiso ipse ab hostibus faciliùs occideretur. Vnde tale pactum etiam inter milites domi factum non valeret, nisi actualiter sint ad bellum pergentes, vel in castris prope hostes, seu in tentoriis existentes, cùm sit ex tunc eadem ratio. 204 † Præterea non est verisimile votum mortis captandæ vigere inter tales mutuo, & vicissim pacisscentes, qui in pari sorte existunt. Pro quo ponderatur ille text. dum ibi dicitur, inuicem. Per quod datur intelligi dictam l. locum non habere, vbi pactum non esset mutuum inter eos, vt quia vni soli factum: quia non valeret, secus quando est mutuum: nam talis vicissitudo multum operatur, & intãtùm, quòd si duo fratres etiam non milites bona paterna habẽtes pacto vicissim conueniant, quòd superstes bona præmorientis paterna habeat, tale pactum cuiuscunque valoris bona donata existant, valet, cui defectus insinuationis, si quingentorũm aureorum summam excedant, obiici non poterit, per l. sancimus. C. de donatio. secundum Sali. in dicta l. fina. C. de pactis. quia nõ dicitur propriè donatio propter onus: Cùm vicissitudinaria existat, quæ insinuatione non eget, argument. l. j. ff. de donation. vt per Bald. in l. si tibi. ff. si certum petatur. & in l. illud. C. de sacrosanc. eccles. & plenè per omnes in l. Aquilius. ff. de donatio. vt etiam per bonas rationes tenet Ioan. Andr. in tit. de instrument. edi. §. porrò. circa vltimam colum. & Oldrad. consilio allegato cxxxix. incipien. Ad habendum. & consilio v. & Alexandr. in dicta l. licet. quæ locum non habet in militibus nostri temporis, ☞ (Et plenius deciditur infrà super verbo, *testamentum* j. in ix. fallentia.) secundum Angelum consilio 205 clxxix. † Plus dico, quòd si alicui bona mea post mortem meam promitto, talis promissio valet, quia intelligitur non de vniuersa hæreditate, sed de bonis quæ habebam tempore donationis. facit l. si ita quis. ff. de auro & argento legat. & l. fin. §. qui indiuisa. ff. de legat. ij. secundum Pet. Cy. Bartol. Bald. & est cõmunis opinio: secundum Alexand. in dicta l. fin. C. de pactis. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de 206 verborum obligationibus. † Quartò fallit dicta regula, vbi pactum de succedendo fieret ad piam causam, quia tunc valeret, secundum Bald. singulariter in dicta l. fina. C. de pactis. nam si tale pactum valet fauore armatæ militiæ, vt in casu præcedenti vidistis, multo magis valebit fauore cœlestis militiæ. l. milites. cum gloss. C. de loca. facit glo. no. in l. miles. ff. de re iudic. Simile videmus fauore piæ causæ valere donationem omnium bonorum præsentium & futurorum, vt dicit Bald. in dicta l. finali: & in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. & Panor. in cap. in præsentia. de probatio. Sed aduertatis, quia Ludou. in repetitione authen. similiter. C. ad legem Falcidiam, tenet contrarium, dicens, quòd si fauore liberorum tale pactum de succedendo non valet, vt dicta l. pactum quod dotali. C. de pactis: Ergo minus valere potest fauore piæ causæ, cui non tantùm fauetur sicut filiis, secundum Augusti. in ca. quicunque. xvj. quæst. iiij. quem etiam refert glos. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. Præterea inter milites, vt dixi, tũc pactum valet de succedẽdo, cùm mutuo & vicissim factum est. vnde vni solùm militi factum non valeret, secundum Iasonem in dicta l. fina. certum est autem inter ecclesiam, vel aliam piam causam, & priuatam personam cadere non posse pa- 207 ctum de mutuo, & vicissim succedendo: † Cùm ecclesia nunquam moriatur, imò est semper perpetua. l. iubemus. l. ij. C. de sacrosanct. eccle. & c. si gratiosè. de rescript. lib. vj. facit cap. quoniam abbas. de offi. deleg. Per quæ motiua videtur pactũ de succe-

BIU Cujas

dendo in piam causam factum, non valere, secundum Ludouicum vbi suprà. & Iason. in dicta l. fina. ij. colum. in fi. de pactis. sed Georgius Natta, in dicto cap. quanuis. & Alexand. in dicta l. pactum quod dotali. nitũtur opinionem Bald. saluare dicentis ad piam causam taie pactum valere: Cùm in piis causis non seruantur ea, quæ iure ciuili positiuo inducta sunt, capitu. cùm esses. & capit relatum. suprà eod. & not. plenè Bartol. in repetitione l. j. C. de sacrosanc. eccle. Præterea magis fauetur piæ causæ, quàm liberis. secundùm Bart. ibi v. & vj. quæstio. principalibus. vt patet in l. captatorias. C. de testamẽ. milita. iuncto cap. cùm tibi. suprà eod. nisi quando relinqueretur piæ causæ tollendo filio legitimam contra pietatem scriptã in l. ij. ff. de in offic. testam. quo casu non diceretur piè relinqui, sed ad causam impiam, & etiam vbi fit pactum piæ causæ de succedendo, non timetur votum capiendæ mortis, saltem ita faciliter, secundum glos. in cap. cùm venisset. in princip.
208 de restitut. spoliat. † Cùm in ea, aut seruitoribus Christi nulla mala neque siniſtra cadat suspicio, nec de ipsis aliquid mali suspicari debemus, vt dicit tex. in cap. absit. xj. quæstion. iij. per quem dicit ibi glo. quòd si clericus amplectitur mulierem, interpretandum est, quòd causa benedicendi hoc faciat, & non causa libidinis. Nec in his vendicant sibi locum not. per glos. in l. quod ait lex. ff. de adult. cùm eorũ probitas sit fundata de iure communi, per dictam glos. licet sit hodie suspectissima. Quam glo. ego semper intellexi veram, vbi talis mulier esset vetula ad minus sexagenaria, vel deformis, & turpissima: aut talis in qua fœdus naturale nihil sæui criminis suspicari permittat, vt in capitu j. & cap ij. de cohabi. clerici. & mulierum. & in l. eum quem probabilem. C. de episcop. & cleri. Aliter & aliàs non puto, quòd clericus, præsertim scholaris, qui reperirerur solus in domo cum pulchra puella, ibi esset causſa dicendi pater noster, vt dicit Bald. in l. neque natales. C. de proba
206 tio. & Bartol. in l. ij. ff. de furt. dicit † quòd deprehensus in domo alicuius, vbi est pulchra mulier, habet contra se præsumptionẽ adulterij. l. capite quinto. ff. de adulte. & Panormit. in capit. præterea, de testib. & in cap. literis. de præsumption. Nec tunc putarem procedere dictam præsumptionem pro clericis, quantumcunque religiosis, etiã si essent de monte Carmeli, aut de monte Oliueti, aliàs sequeretur frustrà mulieres esse prohibitas habitare cum eis, maximè cum monachis, qui mulieres frequentare non debent, quantumcunque religiosas, aut consanguineas, nec osculari, aut commatres sibi facere. capitul. peruenit. xviij. quæstion. ij. Sed prohdolor, Quoniam [alias, quàm] hodie monachi multi habenis pudicitiæ, & honoris laxatis commatres habent? Quo sub colore infinita mala cõmittunt, iuxta illud, Dulcia commatris sub nomine furta tenemus. vt dicit glo. pragmaticæ titu. de concubina. in principio. Et vtinam clerici Moderni vidissent, & sequi vellent
210 tex. in capitu. clericus. lxxxj. distinc. † Vbi clericus solus cum sola fœmina loqui nõ debet, nec cum mu-
☞ lieribus se balneare. [Quia esset contra verecundiam, quæ parentes & affines etiam masculos non permittit se nudare, & inuicẽ lauare, vt habetur infrà super verbo, *& vxorem*, in iij. artic. successionum ab intestato, prope fin. vj. conclusionis.] Hæc enim est apud gentiles prima reprehensio, vt dicit tex. eadem distinc. c. non oportet. Quem pulchrè exornat glos. pragmaticæ, super verbo, tenet, in §. publici. titul. allegato, de concubina. Et plenius per Angelum Aret. in tractatu maleficiorum super verbo, *che mè hai adulterato la mia donna.* & ibi Angel. in additio.
211 † Vlterius ad propositum reuertendo, pro opinio. Bald. vltra eos posset adduci singulare dictum Bartoli in l. tale pactum. §. finali. ff. de pactis. vbi dicit, quòd si pia causa nominetur hæres in aliqua dispositione inter viuos, & paterfamiliàs sine alia dispositione decedat, eo casu pia causa erit hæres, & succedet, per cap. final. infrà de succes. ab intesta. Et idem secundum aliquos esset de milite, per dictam l. licet. quod intelligo verum, vt suprà dixi, inter liberos, p
212 l. fin. C. familiæ erciscundæ. † Quod dictum Bartoli in pia causa reputat mirabile Ludouic. in dicta authen. similiter. dicens in hoc contra Bart. nunquã reperisse contradictorem, ex quo credit, quòd eius dictum in practica seruaretur. Tamen ipse ibi eum nõ tenet: imò multifariè impugnat: Præsertim quia iure non cauetur, quòd hæreditas in contractu dari possit ad pias causas. Et sic sumus in casu. l. hæreditas. C. de pact. conuen. tam super dote. & hanc opin. contra Bar. tenuerant Angel. & Paul. de Cast. in dicta l. tale pactum, Sed finaliter opinionem Bartol. sequitur Alexan. in dicta l. licet. in fin. per textum in dicta l. fi. C. familiæ erciscun. vbi fauore liberorum hæreditas dari potest in actu, & dispositione inter viuos: ergo fortius relinqui potest piæ causæ, cui magis fauetur, vt dictũ est, quàm liberis. Præterea hoc probat, per textum in dicta l. licet. in fin. vbi est speciale fauore militum, quòd pacto & via contractus hæreditas detur. Ergo idem erit dicendũ in pia causa, per ea quæ not. glo. in dicta l. miles. ff. de re iudic.
213 † Quinto fallit dicta regula, vbi per tale pactum de succedendo directè non tollitur testandi facultas, sed alia reseruatur forma disponendi de bonis, per tex. iuncta glos. magna circa fin. in l. quidam cùm filium. ff. de verborum obligatio. secundum Ludou. in l. stipulatio hoc modo concepta. eodem titulo.
214 † Sextò fallit regula in casu singulari dictæ l. fin. C. de pactis. in. fin. vbi valet pactum de succedendo inter aliquos factum de consensu illius, de cuius hæreditate agitur. Prouiso, quòd in eadem voluntate perseueret vsque ad mortẽ inclusiuè, vt ibi plenè di-
215 citur. † Septimò fallit, vbi non fieret pactum super hæreditate eius, qui viuit: quia non habet. vt est dictũ Sed stipularetur quis ab eo, qui hæreditatem habere speret in vnamquanque rem hæreditariam subijciendo pœnalem stipulationem. Nam eo casu, mortuo illo de cuius hæreditate agitur, si promittens contra promissionem venerit, pœnalis stipulatio cõmittitur. l. stipulatio ista. §. quæsitum. ff. de verborum obligationib. secundum. Rapha. Cuma. ibi, qui dicit quòd vbi constaret de fraude, scilicet quòd fieret in fraudem legis pactum de succedẽdo prohibentis, talis stipulatio non valeret, etiam quo ad pœnam.
216 † Octauò fallit, quia licet non valeat pactum de succedendo in commodum paciscentium, tamẽ bene valebit in detrimentum eorum: scilicet quia fiscus auferet ab eis tanquàm indignis, si ad eos deueniat successio ex illo pacto. l. ij. §. fi. ff. de his quibus vt in dig. glo. & Pan. in dicta l. fin. C. de pactis. facit quod dicit Bart. in l. cùm dominus. §. fi. ff. de pecul.
217 legat. † Nonò fallit & vltimò, vbi non ageretur de successione vniuersali, sed solùm de singulari & particulari successione, quia tunc super illa valeret pactum de succedendo, secundùm Lancelotũ indicta l. pactum quod dotali C. de pactis. & consuluit

Alexan-

Alexand. in tertia parte, consilio xxviij. incipiente, Ponderatis verbis conuentionum, &c. vbi plenè.

218 † Secunda species principalis pacti de futura successi one est, quando fit pactum de hæreditate conseruanda, de qua posset etiam dubitari, an valeat. & dicatis, quòd aut ille, qui pacto vult sibi hæreditatẽ conseruare, priuatur propter rigorem iuris obseruandum, aut propter delictum. Primò casu, vbi quis hæreditate priuatur propter rigorem iuris seruandum, tunc si testator poterat illum instituere, valet pactum, secundum Bart. in d.l.fin. C. de pactis. facit Institu. de legiti. agna. succes. §. fina. & l. fin. C. de e-

219 mancipa. libero. † Ex quo infert Bart. & nobis proderit gratia exempli: Quòd filia dotata exclusa per statutum, ex pacto cum patre inito tẽpore quo dotatur, potest sibi ius succedendi conseruare, cum pater si velit, possit eam hæredem instituere, vt suprà. In secundo casu principali huius notatæ declaratum fuit, in fine. Talis enim filia fuerat exclusa ad rigorem iuris obseruandum. argument. dictorum iurium. Quo non obstante rigore poterat per patrẽ instituí. Certè in hoc casu tale pactum factum de succedendo patri, valet vt dictum est. Et dicam latius infrà, in quarta specie huius pacti. Hoc enim pactum de successione conseruanda est fauorabile. Ideo decidit eleganter Salic. in dicta l. fina. C. de pactis. quòd valet pactum inter duos fratres passatum causa successionis conseruandæ, quòd superuiuens potiatur bonis causa donationis præmorientis sine liberis. Nec indiget insinuatione, si bona summam quingentorum aureorum excedant. Idem tenet Iason in dicta l. fina. iij. col. in fine. videatis Alexand. in secunda parte consilio lxxx. incipiẽte visa facti narratione. Si verò pater non poterat paciscentem hæredem instituere, puta quia fortè filia per statutum est exclusa succedere ex testamento, & ab intestato, tunc pactum inter patrem & filiam factum de succe dendo non valet, vt in capitul. j. de succes. feudorum.

220 † Secundo casu principali, quando is, qui vult successionem conseruare excluditur à successione propter delictum, tunc est considerandum, quòd aut tale delictum est, quod illum paciscentem excludit ab omni hæreditate, & ipsum penitus reddit incapacẽ cuiuscunque successionis, & cum priuat omni iure succedendi in genere, vt puta in casu. l. penult. C. de hæredibus instituendis. & l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. vbi loquitur de deportatis propter delictum, & tunc talis non potest per pactũ sibi conseruare successionem, vt ibi. facit l. quisquis. & quod ibi notatur. C. ad legem Iuliam maiestatis. Quòd in potestate partium non est habilitare in capaces ad succedendum, nisi princeps manum apponat.

221 † Aut tale delictum non reddit ipsum incapacem omnis successionis: Puta quia filius fuit patri ingratus, propter quam ingratitudinem solùm, & duntaxat priuatur paterna hæreditate, & non alterius, & tunc si agatur de ingratitudine præterita, ita quòd ex ea priuari posset paterna hæreditate, tunc pactum inter ipsum, & patrem de sibi conseruando successionem valet, virtute cuius pacti filius propter illam ingratitudinem exhæredari non poterit. [Vt plenè habetur infrà super verbo, *in eodem testamento relinquens*.] Cùm per pactum sibi videatur remissa, vt l. omnimodo. C. de inofficio. testamento. nam delictum præteritum remitti potest, vt l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. Quod intelligatis verum, præter quàm in casu l. ij. C. de liber. & eorum libe. vbi liberto in seruitutem propter eius ingratitudinem reuocato. non potest ingratitudo remitti, neque libertas per patronum dari principe inconsulto. Ex quo

222 secundùm Docto. infertur primùm, † quòd doctor priuatus propter delictum dignitate doctorali non potest iterato doctorari etiam ex nouo examine, ita singulariter Bald. in dicta l. ij. in fine. allegat text. in

223 l. nullus. C. de diuer. offic. libro xij. † Secundò resultat, quòd remotus ab officio vel dignitate propter vitium personæ, nunquam ad illud aspirare potest, ita singulariter determinat Bald. in c. j. §. si duo, de pace tenenda. ibi, perpetua macula ei obsistente, quod est verum, nisi ex principis dispensatione, vt l. si illud. C. de suscepto. & archa. li. x. & l. j. C. si rector

224 prouinciæ. Ex quo resultat, † quòd notarius ab officio depositus non potest iterum per comitem Palatinus creari tabellio, etiam si per principem sit restitutus ad famam, & non ad officium, ita singulariter decidit Bald. per illum text. in l. si nihil. ff. de manu vindicta. De hoc qualiter semel remotus ab officio aliquo non potest amplius restitui ad illud, videatis plura dicta per Felyn. in cap. ex literis. viij. col. de const. Et hæc de ingratitudine, & delicto præteritis. Et idem si ageretur de felonia præterita per vasallum commissa contra dominum: quia pacto potest remitti sine quo vasallus priuaretur feudo. imò quod plus est, si proximiores ipsius vasalli offenderent dominum, deinde talis vasallus venderet feudum extraneo, tales proximi offendentes dominum vasalli facti sunt illo feudo indigni, adeò quòd retrahere non possent feudum offerendo ex consuetudine pretium infra annum, iuxta cap. constitutus, de in integrum restit. imò à retractu excluderẽtur, per text. in cap. j. §. quæsitum est. de cap. qui curiam vendi. & clarius in cap. imperialem. §. insuper. de prohib. feu. aliena. per Feder. & sic per feloniã quis priuatur nedum feudo habito, sed habendo, nisi pacto

225 prouiderit, vt videtis, † Si verò agatur de ingratitudine aut felonia futura, veluti si per pactum dicatur, quòd non obstante quacunque ingratitudine, aut felonia futuro tempore committenda, filius succedat patri: Quia tale pactum inuitat filium ad delinquendum, non valet, vt dicto §. illud. & l. conuenire. ff. de pactis dotali. & l. quidam decedens. ff. de administratione tuto. dolus enim futurus remitti nõ potest, vt l. iurisgentium, §. si paciscar. ff. de pactis. ex quo infertur, quòd non valet pactum factum, quòd non liceat donatori reuocare donationem propter ingratitudinem committendam, secundùm Baldum

226 in dicta l. fin. & in l. j. C. de ingra. lib. † Quod intelligatis verum etiam si tale pactum fuerit iuratũ: Quoniam tunc etiam non valebit, secundùm Ludouicum in dicta lege, stipulatio hoc modo concepta. quia tale iuramentum reperitur appositum super eo, quod est contra bonos mores: ergo non valet, vt in capitulo non est obligatorium. de regulis iuris. libro vj. & l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de legatis j. Et dictum fuit suprà in prima specie pacti, licet Iohan. Andr. in additio. Specul. titul. de donatio. §. primo, versi. quid si actum. tenuerit, & malè, tale pactum iuramento firmari, per cap. quemadmodum. de iureiurando. Sed non obstat, quia ibi fuerat iuratum nõ accusare propter adulterium præteritum: ideo est

227 iuramentum seruandum: † cùm dolus præteritus remitti possit. Sed aduertatis, quia An. de Butrano, & Imo. in dicto capitulo fin. de donatio. & Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum

obligatio-

BIU Cujas

obligationibus: & Iason in dicta l.fina. C.de pactis: tenet, quòd etiam futura ingratitudo remitti potest iuramento, vt est text.in vltima parte. in dicto capit. quemadmodum. Nec est verum secundum ipsos, q hæc remissio inuitet ad delinquendum: Quoniam illa non obstante, licet ad priuatã vtilitatem remittens non possit accusare, tamẽ ad publicam poterit accusare vindictam, quæ pacto priuatorum remitti
228 non potest.l.ius publicum.ff. de pact. † Vlterius ex præmissis infertur non valere pactũ inter dominum & vasallum passatum, quòd domino nõ liceat, propter feloniam futuram vasallum priuare feudo, quod sanè intelligatis verum, quando felonia esset committenda ex fide violata, aut ex aliquo delicto, vt multa exempla possunt dari per totum titulum, quibus modis feud. amittatur. Nam fidem fallere, præsertim domino, graue est.l.prima, ff. de constitu.
229 pecun. † Quod facto docuit Mæuius centurio diui Augusti fidissimus miles, qui in bello Antoniano captus mori maluit, quàm Antonio parere hosti, à quo propter fidelem constantiam vitam obtinuit, de quo Valerius, lib.iij..it. de constantia. Sine vllis, inquit, imaginibus nobilem animum, & idem constantiæ propositum secutus Mæuius cẽturio diui Augusti cum Antoniano bello sæpenumero excellentes pugnas edidisset, improuisis hostium insidiis circũuentus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatúsque quidnam de eo statui deberet: Iugulari me, inquit, iube, quia non salutis beneficio nec mortis supplicio adduci possum, vt aut Cæsaris miles desinam, aut tuus esse incipiam. Cæterùm quò constantius vitam contempsit, eò facius impetrauit. Antonius enim virtuti eius incolumitatem tribuit.
230 † de Marco Curio idem sic scribit Valerius libro iiij.cap.iij. titu. de abstinentia & continentia. Marcus autem Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis, idémque fortitudinis perspectissimum specimen Samnitum legatis agresti se foco in scamno assidentem ac ligneo catino cœnantem spectandum præbuit. Ille enim Samnitum diuitias contempsit, Samnites eius paupertatem mirati sunt: nam cùm ad eum magnum auri pondus publicè missum attulissent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultũ risu soluit, protinúsque, Superuacuæ, inquit, ne dicam ineptæ legationis ô ministri, narrate Samnitib⁹ Marcum Curiũ malle locupletibus imperare, quàm ipsum fieri locupletem, atque istud vt pretiosum, ita malo hominem excogitatum munus refertote, scilicet ad eos, qui vos miserunt. Et mementote me, scilicet fidelissimum, nec acie vinci, nec pecunia corrũ-
231 pi posse. Hæc ille. † Sic & Fabritius vir ille Romanorum consul fidelissimus, de quo sic fertur. Quòd cùm Romani eum ad Pyrrhum Epirotarum regem pro redimendis captiuis suis legatum misissent, Pyrrhus sciens ipsum esse pauperem, quartam sui regni partem ei obtulit, vt ad ipsum transiret: qui Pyrrhum & eius pollicitationem contempsit, dicens se malle pauperem in diuitum imperio, quàm diuitẽ in paupere. Quod audiens Pyrrhus ingenti admiratione tentus est. Et restitutis captiuis confestim legatum misit, interiecto autem anno Fabricius dux contra Pyrrhum à Romanis missus, quem cùm Pyrrhus diu auro tentasset in amicitiam suam alliceret, Fabritius repulit aurum dicens, Romanos non quærere diuitias, sed vt diuitibus imperent. inde dicit text. in § cogitatio. in authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. fiant. Quòd interest principis subditos habere locupletes sub se, tunc quoque cùm rex, & Fabritius castra haberent vicina, Pyrrhi medicus. [De alio medico qui Carolum Caluum Francorũ regem necauit, habetur infrà super verbo, *Adiecta impuberi.*] noctu ad Fabritium venit, promittẽs veneno se Pyrrhum necaturum, si ei aliquid polliceretur. Quem mox vinctum Fabritius ad Pyrrhum subridens perduci iussit cum doli denuntiatione: quamobrem admiratus rex ait: ille ipse est Fabritius, qui difficilius ab honestate, quàm Sol à cursu suo auerti potest, sicut Boetius in secundo de consolatione prosa septima testatur,
232 dicens: vbi nunc fidelis ossa Fabritij. † Sic de Camilo etiam consule Romano narrat Valerius lib.vj. tit. de iustitia, in princip. qui cùm Phaliscos circunsedisset, magister ludi plurimos, & nobilissimos inde pueros velut deambulandi gratia eductos in castra Romanorum perduxit, quibus interceptis non erat dubium quin Phalisci deposita belli gerendi pertinacia tradituri se Romano imperatori essent. ea re cognita Senatus censuit, vt pueri vinctum magistrũ virgis cædentes in patriam remitterentur. Qua iustitia animi eorum sunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant. Nanque Phalisci beneficio magis, quàm armis victi, portas Romanis aperuerunt.
233 † Nec aliter se Lucius Crassus in eodem iustitiæ experimento gessit, Gnei Carbonis nomen infesto animo, vtpote inimicissimum sibi detulerat: sed tamen scrinium eius à seruo allatum ad se, complura continẽs, quibus facilè opprimi posset, vt erat signatum cum seruo cathenato ad eum remisit. Quo pacto igitur inter amicos viguisse tunc iustitiam credimus, cùm inter accusatores quoque & reos tantum virium obtinuisse videamus? Hæc ille. vnde si fides, iustitia, & honestas hosti, quanuis non promissa seruata fuit, multò magis domino est seruanda & superiori: nam & Ioseph sanctus maluit calumniam pati, & biennio carcerem, quàm fidem fallere domino suo principi exercitus Pharaonis, cum ab eius vxore in adulterium traheretur. Genesis xxxix. cum sequentibus. Non ergo sine causa felonia procedẽs ex fide rupta vel alio delicto remitti nõ potest pacto in
234 futurum. † Secus si felonia committẽda insurgeret propter reuerentiam non præstitam domino. Nam licet reuerentia debita personæ remitti non possit, prout est illa, quæ debetur à filio ipsi patri, aut ab vxore ipsi marito, vt l.alia.§.eleganter.ff. soluto matrimonio. vel quæ à iudice debetur doctori, vel alteri personæ egregiæ, iuxta l. ad egregias. ff. de iureiuran. secundùm Cyn. singulariter in l.nec honore. C. de episcop. & cler. pro quo est casus singularis in cap.ij. §.certum. de iudi. libro vj. secundùm Ludouicum singulari decimo, super litera e, incipiente, tu audisti. Tamen aliud est in reuerentia, quæ debetur ratione contractus, prout est illa, quæ debetur à vasallo ipsi domino, quæ bene remitti potest, secundùm Bald. in l.prima, in lij. quæst. ff. de rerum diuis. & in c. si cautio. de fide instrumen. ita dicit Ludouicus in di-
235 cta l.stipulatio hoc modo concepta. † Tertia species pacti de futura successione est veluti pactum de hæreditate certo modo diuidenda, vel disponẽda, de quo dubitari posset an valeat. Et dicatis, quòd non valet regulariter, per text. in dicta l.fina. C. de pactis. & l.quidam in iure. §.finali. ff. de donatio. & l.ex eo instrumento. iuncta glos. final. C. de inutili. stipula.
236 † Veruntamen hæc regula fallit in quinque casibus, in quibus tale pactum valebit. Primò fallit regula vbi ille (de cuius hæreditate agitur) consentiret illi

illi pacto, Puta inter filios facto patre consentiente, quo casu valet, dum tamen pater consentiens in tali consensu perseueret vsque ad mortem. Casus est singularis in dicta l.finali. Secundò fallit, vbi tale pactum fieret super hæreditate incerti hominis, vt l.iij. ff.pro soc. Tertiò fallit, vbi tale pactum disponendi de hæreditate fieret in consequentiã alterius precedentis contractus liciti, vt l. si quis seruũ. in princip. ff de action. empti. Quartò fallit, vbi fieret tale pactum ad liberandum paciscentem, vt puta pater habet plures creditores, filius in vita patris dat certum quid creditoribus, cum pacto, quòd ipsum non molestent, si contingat eum succedere patri, vt l. & suum. §. filius. ff. de pactis. Quid autem si filius viuẽte patre facit pactum debitoribus paternis de non petẽdo, an mortuo patre possit petere? videatis Specula. titu. de pactis. in fin. & Domini. in d. cap. quanuis. de pactis lib. vj. facit quod not. Panorm. consilio xij. incipiente, Talis casus est: magnificus dominus. Quintò fallit, vbi talis hæreditas venit accessoriè, puta vendo hæreditatem, in qua erat annexa substitutio pupillaris, ad quam venditor sperabat venire. Certè in hac venditione hæreditatis fieri potest pactum de hæreditate pupilli viuentis, cùm veniat accessoriè, vt l.ij. §. illud. versic. planè. in verbo, maximè. ff. de hæred. vel action. vendi. ita dicit Bal. in d.l.
237 fin. C. de pactis. † Quarta & vltima species pacti de futura successione est pactum de non succedendo, de quo similiter dubitari posset, an valeat. Et dicendum est, quòd non. text. est in d.l. pactum. C. de coll. & not. in l. pactum quod dotali. & l.j. & d.l. fin. C. de pactis. & l. de fideicommisso. C. de transacti. &
238 & l. si quando. §. illud. C. de inofficio. testam. † Et huius determinationis est multiplex ratio. Primò, quia facultas succedendi est de iure publico, vt l. fin. ff. de suis & legit. hæred. Quod quidem ius pacto priuatorum tolli non potest, vt l. ius publicum. ff. de pactis. Secundò, quia meritis filij sunt in paterna obsequia prouocandi & inuitandi, & non pactionibus adstringendi, vt dicit text. in d. §. illud. qui tamẽ multipliciter intelligi potest. Primò, quòd ideo non valet, ne filius omittat obsequia paterna, quæ verisimiliter omitteret, si se paterna hæreditate priuatũ sentiret, & in hoc publica versatur vtilitas. Secundò potest intelligi, quòd pater potius debet prouocare filios ad eius obsequia meritis, quàm pactionibus astringere, quia talia pacta minus grauant filiũ, & reddunt illum mansuetum, & timidum, ita vt loqui nõ audeat. Cùm obstante pacto non spectat paternam hæreditatem, nisi ex testamento, vt j. dicetur, † Et ideo quia pactum restrictiuum libertatis liberti nõ valet, vt l.j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. minus valebit in homine libero. Tertiò probatur pactum de non succedendo non valere, quia à pari procedũt datio libertatum & ademptio, vt l.iij. §. conditiones. ff. de adimendis lega. facit tex. in §. fin. institut. de codicil. Sed hæreditas pacto dari non potest, vt dicta l. hæreditas. C. de pactis conuen. vt suprà dictum est vltimo membro. Ergo nec adimi, vt contrariorum eadem sit disciplina, argum. c. hospitiolum. xxxij. dist. insti. de his qui sunt sui vel alien. iuris. §. primo. Quarta ratio est, quia pro modico quis renuntiaret futuræ hæreditati, etiam magnæ & pingui: iuxta illud dictum vulgare: Ad præsens oua, cras pullis sunt meliora, vt not. gloss. in l. cùm hi. in princip. ff. de transactio. Ideo ne faciliter homines depauperẽtur tale pactum prohibetur. Et hanc rationem sequitur Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Quinta ratio est, quia paterna hæreditas naturali instinctu debetur filiis, vt l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testament. & l. cùm ratio. ff. de bonis damnato. facit l. scripto. ff. vnde liber. Præterea debetur iure diuino. cùm scriptum sit per Apostolum ad Galat. iiij. Est filius, ergo hæres. Sed naturalia iura, & diuina sunt immutabilia. institu. de iure naturali. §. sed naturalia. & l. eas causas. ff. de capit.
240 diminutio. ergo &c. † Vnde ex his rationibus restat nobis talis regula, quòd pactũ de non succedendo est ipso iure nullum. Quæ quidem regula fallit in sequentibus casibus. Et primò fallit in patre filium emancipante, & præmium emancipationis recipiente. Quo casu si pater faciat filio pactum de non succedendo, tale pactum valet, vt l. prima. §. si vel parẽs. ff si quis à paren. fuerit manumissus. Et hoc est quod voluit glos. in verbo, lex ciuilis. in dicto capitu. quãuis. de pactis. libro sexto. Et ibi ponderantur rationes huius casus. Potest enim pater filium emancipãs præmium capere de emancipatione, vt puta potest dimidiam vsusfructus in bonis iam filio quæsitis retinere, aut totum vsumfructum. Sed in bonis filio quærendis non posset pater etiam expresse conueniri de vsufructu, vt singulariter decidit Io. And. in additio. Specu. quem Iason refert, & sequitur in l. fin. C. de pactis. dicens Oldra. ita consuluisse. Et si pater in præmium emãcipationis capiat vltra quàm lex permittat, scilicet vltra dimidiam vsusfructus, priuatur successione filij. Idem si pecuniam capiat quoquo modo, per textum in l. etiam. §. si quis nũmos. ff. de
241 oper. liber. Secundò † fallit in filio spurio, aut naturali legitimato, qui si tempore quo legitimatur à patre, facit pactum de non succedendo patri, valet tale pactum: quia ex quo ipse beneficio patris consequitur legitimationem, potuit pater in actu legitimandi legem quam voluerit apponere. vt l. traditionibus. C. de pactis. & capitulo, verùm extrà. de conditio appos. facit l.j. §. si conuenerit. ff. depositi. & l. contractus. ff. de reg. iur. & ita notabiliter dicit Ludouicus Roma. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. & ita etiam Alexander refert Bartolum tenuisse in l. quæsitum. aliàs incipit, si tibi. in lectura antiqua. ff. de adopt. aliàs in l. quæsitum. ff. de acquir. hæredita. Idem tenet Iason in d.l. pactum. & in l.j. xiij. colum. de iure emphyteo. Ex quo dicebat Anton. de Butri. in capitulo, per venerabilem. qui filij sint legiti. patrem habentem filium ex vxore sua, posse spurium legitimare hac lege, quòd sibi non succedat, nisi in eo, quod sibi placuerit relinquere. Idem tenuit Angel. in l. si ab eo. & clarius in l. si de emancipato. C. de legi. hæredi. & ibi Paulus, in Rub. de iure anulorum aureorum. & in d.l. pactum. de colla. facit textus in capitulo primo de filiis natis ex matrimo. ad morga. contracto. facit dictum Bart. in l.j. §. in filij. ff ad Trebel. singulariter dicentis, patrem posse filium emancipare quo ad vnum casum tantùm, puta testandi. allegat tex. in l.ij. ff. ad Macedo. vbi lex facit filium haberi pro patre in castrensi vel quasi, & non quo ad a-
☞ lia. [Vide quæ plenè habẽtur j. super verbo, *matrẽ*
242 *insuper Cleram.* in sexto casu fallentiæ. Tertiò † fallit quando filius paciscens de non succedendo tantùm accepisset à patre, quantùm ascendit eius legitima: quo casu pactum valet, per dictam legem primam. §. si vel parens. ff. si quis à parentib. fuerit manumissus. * *Adde Bald. in l. quanuis. in fi. C. de fideicõmiss. Rauchin. decis. 499. part.* ita tenet Iac. Butrig. in di-

BIU Cujas

in d.l.pactum.C.de colla.Bal.& Ang.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.de ver.obl.Bar.& Bal.in l.fi. C.de pact. arg.l.cum quo de peculio.ff.ad l.Fal.§.fi. & ita est communis opin.secundum Ludouic.in d.l. stipulatio. licet Bal.sibi contrarius in d.l.pactum.teneat contrarium per l.si quando.§.illud.C.de inoffi. test.Et in estimanda tali legitima considerabitur tempus renunciationis, & non mortis patris, secundum Iac.Butr.in d.l.pactum.de collat. idem tenent Im.& Lud.in d.l.stipulatio. & Bald.in l.quamuis. C.de fideic.& l.in successione.C.de his quæ in frau.credit.

243 Quartò † fallit si tale pactum de non succedendo fiat post mortem illius, de cuius successione agitur. Quoniam tunc valet:quia non agitur de hæreditate deferenda, sed iam delata, ergo valet pactum, cùm non sit de futura successione,vt d.l.si quando.§.fi.C. de inof.test.faciunt not.in l.j.C.de pact.& l.de fideicommisso.C.de transact.& in l.qui Romę.§.duo fratres.& ibi hoc tenet Bart.ff.de verb.obl.Nam mortuo testatore fideicommissum remitti potest, vt di-

244 ctis iuribus.Quintò † fallit in filio primogenito paciscendo cum tertio, puta fratre de non succedendo patri, cedendo sibi iura primogenituræ, secundum Angel.in d.l.stipulatio.Motus authoritate veteris testamenti, in quo Esau renunciauit Iacob fratri suo Iura primogenituræ, Isaac eorum patre viuente, vt patet Genes.xxv.in fi.& ibi Nicol.de Lyra disputat, an hoc fieri potuerit. Videatis eundem ad Hebr.xij. de quo in c.quàm sit periculosum. & ibi gl. vij.q.j. & not.in l.quoties.in prin.ff.de hære.inst.Idem tenet Bal.in d.l.pactum.& gl.in verb.adiicere. in c.ecclesia

245 vestra.de ele.Et † an Iacob supplantare potuerit Esau,videatis Bal.in j.par.cons.cxliij.& cxlv.in fin.vbi concludit quòd non potuit eum supplantare sub falsa pelle,licet incommutabili voce,quod fieri non est licitum de iure. Sed hoc factum fuit ex sola Dei miseratione, qui per prophetam dixerat Malach.j. Iacob dilexi, Esau verò odio habui. vt sequitur Apost. ad Rom.ix.Contrarium verò tenuit Ludouic.in d.l. stipulatio. per l.quidam in iure. §.fi.ff.de don. & l.ij. §.fi.ff.de his quib.vt indi. vbi dicitur, quòd nulla est conuentio per quam quis de hæreditate viuentis paciscatur, quamuis legitimè à se sperata minus solicitè agit. ita not.dicit text.in l.ij.§.interdum.ff.de vul. & pup. Nec obst.secundum eum quod dicitur de Esau & Iacob. Quoniam illud procedit iure veteris testamenti, cuius dicta non tenentur,nisi quatenus reperiuntur innouata in nouo testamento & approbata. §.his itaque. vj.dist. & clarè dicit Nicol.de Lyra Exod.xxj.in prin.& not.in c.fi.vbi Panor.de consue. vel dicatis quòd ius primogenituræ de se est cessibile,vt not.in c.licet.de vot. & ibi Panor. & Arc.in d. c.quàm sit periculosum.Quia tale ius primogenituræ dicitur esse quodammodo contra ius naturale, quo æqualiter defertur successio filiis non inspecto cursu seu ordine natiuitatis, vt d.l.scripto.ff.vnde libe.& per l.cùm ratio.ff.de bon.dam.& d.l.maximum vitium.C.de lib.præter. Non est ergo mirum,si tale ius primogenituræ competens iure speciali facilius tollatur, quàm ius succedendi competens de iure communi.arg.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testam.mil. Vnde potest dici,quòd ius primogenituræ in abstracto consideratum & separatum à successione, per pactum potest tolli, sed non vnà cum ipsa

☞ successione. [De quo plenè habetur super verbo, *in eodem testamento relinquens.*j.in xviij.limit.] Sextò

246 † fallit, quando pactum de non succedendo consuetudine vel statuto esset approbatum, secundum Bar.in d.l.pactum.de coll.quem ibi sequuntur Ang. Paul.& Bal.in ij.opp.per tex.in c.j.de fil.nat.ex matr. ad morg.contra.& in c.filij.si de feu.fuer.contr.inter dom.& agn.Secus autem esset in pacto de succedendo : quod consuetudine patriæ firmari non potest. quod qualiter intelligatur, vidistis plenè s. in prima

247 specie pacti. † Septimò fallit quando tale pactum de non succedendo esset iuramento firmatum : quia tunc valet,per text.in c.quamuis.de pact.libr.vj.vbi deciditur, quòd si filia tempore quo nuptui traditur, bonis paternis cum iuramento renunciauerit, à paterna successione perpetuò excluditur propter iuramentum, & etiam à iure patronatus. de quo plenè Panor. in c.cùm seculum.de iure patr.licet gl.tenuerit contrarium & malè in d.l.pactum.& l.qui superstitis.ff.de acq.hær. quia standum est d.c.quamuis.etiam in foro seculari, cùm agatur de periculo periurij, & sic peccati incurrendi. Quo casu canon seruatur,& lex succumbit,vt not.gl.in c.possessor.de reg. iur.lib.vj.c.fi.de præscr.vbi plenè Panor.& in c.j.de noui ope.nun.Bar.& Bal.in l.priuilegia.C.de sacrosc. eccl. Nec posset iudex secularis aut princeps prohibere notariis suis, ne in tali contractu seu renunciatione apponant iuramentum, sine quo renunciatio non subsistere posset : licet teneat prohibitio in aliis actibus sine iuramento validis, ne propter iuramentum laici trahantur ad forum ecclesiæ. Et ita etiam fuit Arresto parlamenti Parisiis declaratum anno Domini M. ccxc. in Februario, quòd episcopo Tolosano tunc conquerenti non fuerat facta iniuria per vicarium Tolosæ regium, qui inhibuerat notariis regiis,ne ponerent iuramentum in instrumentis suis, duntamen contractus seu negotia super quibus erant dicta instrumenta confecta,possent absque iuramento subsistere, aliâs per indirectum absorberetur faciliter iurisdictio temporalis, pro qua tuenda

☞ potest iudex secularis inhibere [Vt plenius habetur j.super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in ij. decis.circa med.] laicis, ne coram episcopo litigent, secundum Ioan.Fab. in l.si qui ex consensu. C.de e-

☞ pisc.aud. [De quo meminit dom.Auffr. in suo arrestorum tractatu,&intellige quòd prohiberi potest iuramentum ne fiat: sed si præstetur contra prohibitionem pœna incurritur:tamen iuramentum non est irritum:cui etiam statuto derogari non potest,vt j.dicetur.] Vbi autem actus non teneret sine iuramento,vt in casu nostro,& similibus,quia tunc iura-

☞ mentum est de substantia contractus, [Qualiter autem cognoscuntur substantialia actus qui geritur, plenè habetur j.super verb. *in eodem testamento relinquens.* j.dum quærit, an iure ciuili nouissimo sit filius in testamento patris hæres instituendus : vel sufficiat relinquere quocunque titulo] qui aliâs non valeret, non posset prohiberi iuramentum, cùm ex hoc prohiberentur contractus, qui sunt de iure gentium: quod etiam per principem tolli non potest.Instit.de iure natural. §. sed naturalia. Vnde licet prohibere possit subditis iurare:& si iurauerint,vel notarij eos iurare fecerint, possit punire : tamen iuramentum præstitum non potest tollere, nec effectum illius, etiam si in contractu iuramentum non esset necessarium : quod verum esse patenter ostenditur, ex eo quia quotidie videmus per quascunque literas regias contractuum rescissorias nunquam mandari actum iuratum rescindi,nisi adiecta clausula,Prouiso quòd impetrans talem contractus rescisionem ob-

BIU Cujas

tinuerit à ſuo prælato diſpenſationem, quod eſt not.
248 Et † talis filia cum iuramento renuncians, quouis
modo ſuccedere non poteſt: nedum contra teſta-
mentum, imò nec pręter, ſcilicet ab inteſtato ipſi pa-
tri, vel alteri, cuius ſucceſsioni cum iuramento re-
nunciauit, ſecundum Domi. & doct. in d. c. quamuis.
& plenè conſuluit Alex. in iij parte conſ. xxix. incip.
præclarè ſubtiliter. vbi videatis pulchra circa hoc.
249 Plus decidit Iaſ. in l. licet. in fi. C. de iur. del. † quòd
licet filius qui alio paternam hęreditatem poſsiden-
te, tacuit per xxx. ann. quòd paternam hæreditatem
non petiit, & ſic ab ea petenda eſt excluſus ex capite
vnde liberi, poſsit eam adhuc petere infra alios xxx.
annos ex capite vnde legitimi: vt ſing. decidit Bal. in
d. l. licet. quem ibi ſequuntur Moder. Attamen ſi filia
ſemel iurauerit non habere regreſſum ad bona, vel
mortuo patre ſimpliciter ſine iuramento bonis re-
nunciauerit paternis: talis filia à paterna, vel alia cui
renũciauit hæreditate excluſa erit, non ſolùm ex ca-
pite vnde liberi, ſed etiam ex capite vnde legitimi,
ſecundùm gl. in l. j. §. ſed videndum. ſuper verbo, ſuc-
cedat. ff. de ſuc. edic. de quo per Alex. in l. ſuum. C. de
iure del. & eundem Iaſ. in l. j. C. qui adm. ad bon. poſ.
poſſ. & plenè in l. ſi emancipata. C. de iur. & fact. ign.
quod eſt verum, ſi iuri ſuccedendi renuntiauerit ſim
pliciter & ſcienter. l. illud. & l. in plurium. ff. de acq.
hæred. Secus ſi ſpecificè repudiaret alterum ius, puta
vnde liberi, vel vnde legitimi: quia non præiudica-
ret, niſi in iure expreſſo: l. ij. ff. vnde leg. ſecundùm Io.
Fab. poſt gl. in §. ſed agnationis. Inſt. de legit. agn. tut.
in prin. Sola ergo ſimplex renunciatio filium omni-
no excludit, & etiam filium, vel quemcunque alium
renunciantem: nec petere poſſet, nec recipiendus fo-
ret ad petendum promiſſionem pro alimentis, etiam
ſi diceret renunciationem non valere, aut eam reſcin
di peteret, poſito etiam quòd acceptum reddere, vel
communicare offerret: quia quicquid proponeret
contra renunciationem, iacet in cauſæ cognitione:
qua durante contractus in ſuo permanet effectu, do-
nec reſcindatur per ſententiam: & ita fuit arreſto iu-
dicatum aliàs Pariſiis, pro quo facit tex. in l. ſi inſtitu-
ta. §. de inofficioſo. ff. de inof. teſt. & c. ſuſcitata. de in
☞ integ. reſt. [De quo meminit dom. Auffre. in tract.
250 ſuo arreſtorum, c. vj.] Non † tamen erit excluſa à bo
nis fraternis, quibus expreſsè non renunciauit, in l.
ij. §. illud. ff. de hær. vel act. ven. vbi hoc tenet Bar. vi-
* deatis Guid. Pap. q. ccxxxj. * *Pro hoc bene facit, quòd
filia dotata non obſtante renunciatione etiam iurata, &
promiſsione de non amplius petendo: poteſt tamen petere
bona materna. & ita conſuluit Bart. vt ipſe refert in l. vt
iuriſiurandi. §. ſi liberi. num. 7. ff. de oper. lib. quem etiam
refert Bald. in l. quoniam nouella. num. 9. C. de inof. teſt.*
facit bon. text. in l. qui cum tutor ib. §. j. ff. de tranſa.
Præterea & hoc adeò eſt verum, ſcilicet tale pactum
per filiam patri cum iuramento factum valere, & in
251 vtroque foro eſſe ſeruandum. Quia † licet in ciuita-
te foret ſtatutum, quòd mulieres non poſſent etiam
cum iuramento contrahere ſine præſentia & conſen
ſu duorum propinquorum, tamen valebit renuncia-
tio ſucceſsionis iurata per filiam patri facta, dicto
non obſtante ſtatuto. Poſito quòd facta fuerit ſine
conſenſu aliquorum aliorum propinquorum, quàm
patris dictam renunciationem accipientis. Nam non
præſumitur quòd filia à patre decipiatur, propter na-
turalem affectionem, quæ naturaliter cadit in pa-
trem erga filios. per text. in l. Aurelius. §. Titius te-
ſtamento. ad ſi. ff. de lib. leg. & l. quidam cùm filium.
252 ff. de hær. inſti. Naturalis † enim pietas doli præſum-
ptionem excludit, ſecundùm Bald. per illum text. in
l. penult. §. j. C. de adopt. & pater affectu propenſio-
re, magis quàm dolo præſumitur omnia in filiæ fa-
253 uorem feciſſe. Ita, † vt prætor pronior exiſtat con-
ſentire patri rem filij obligare deſideranti, quàm ex-
traneo tutori. l. falſus. §. Iul. ff. quod cum falſ. tut. &
meritò parentis ſtatur voluntati, qui vtique filio re-
ctè proſpexit. l. ſi plures. ff. de adm. tut. Quia nullum
habet filius meliorem amicum, quàm patrem ſuum.
☞ l. quidam cùm filium. vbi gl. ff. de hæred. inſtit. [Per
quem tex. & l. Iul. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. dicit Bal.
in c. per tuas. col. iij. in fin. de prob. quòd maior ami-
cus mundi eſt pater.] Imò viris bonis conuenit ſalu-
bre matris conſilium admittere. l. quidam decedens.
§. Papinianus. alleg. tit. de adm. tut. Cogitare & cre-
dere debent filij, quòd parentes plus diligunt eos, vt
ſui ipſorum aliquid exiſtentes, ſecundum quod dici-
tur viij. Ethic. c. iij. & lib. ix. c. vij. etiam dicit idem
Philoſophus, quòd quilibet proprium opus diligit,
magis quàm diligatur ab opere ſuo: quia omnes ad
illud quod ipſi fecerunt, quodammodo beneuoli
ſunt. Pater igitur beneuolus eſt ad filium, eo ipſius e-
xiſtente factore, propter quod magis pater filium a-
mat, quàm filius patrem: eo quòd de natura ſua pro-
pria dederunt filiis corpus proprium: filij autem pa-
rentibus in generatione nihil dederunt: ideo filij
non tantùm diligunt parentes, ſicut ab eis amantur.
l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. Quia diligunt eos
vt opera ſua, vt carnem ſuam, & vt membra ſua. Et
hac de cauſa non præcepit patribus, ſicut nec præce-
pit homini diligere ſeipſum. Quæ conſiderans Salo-
mon Prouerb. vj. dicit: Fili, conſerua præcepta patris
tui: quaſi dicat, quòd propter maximam dilectionem
non tibi præcipiet niſi bonum. Pariter dixit Solon
ex ſeptem Græciæ ſapientibus vnus: Parentes reue-
rere. & meritò: ſunt enim fideliores amici, quos ha-
bet quis in hoc mundo, vt etiam habetur in d. l. qui-
254 dam cùm filium. Ex quibus reſtat, † ſtatutum in
contractibus filiæ duos proximiores requirens, lo-
cum non habere vbi filia contrahit cum patre. ad
quod faciunt quæ dixi ſ. in præludio ſuper his ver-
bis. Sed ſi filia contraheret cum aliis proximioribus,
quàm cum patre, tunc bene requireretur aliorum
duorum propinquorum conſenſus ſecundum for-
mam ſtatuti, ita quòd non ſufficeret, quòd ipſi pro-
pinqui cum muliere contrahentes contractum au-
thorizarent in eorum commodum. l. j. §. quæſitum
fuit. vbi plenè Alex. col. v. ff. ad Treb. & Bar. in l. j. ff.
de auth. tut. Tamen talis bonorum renunciatio patri
facta, & quæcunque alia diſpoſitio valebit ſine præ-
ſentia aliorum propinquorum, non obſt. dicto ſtatu-
to, ſiue fiat contractus, ſiue diſtractus vel liberatio.
ita etiam in propriis terminis decidit Bald. in xxj. q.
in d. l. pactum. de coll. Cum quo tranſit ibi Ludo. &
in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. ff. de
acq. hær. & Alex. conſ. clx. incip. quo ad præſens quæ-
ſitum. & conſ. præall. incip. præclarè. col. iij. & etiam
ſequitur Andr. Barbat. in c. cauſam matrimonij. ſ. de
255 of. deleg. Ad † huius deciſionis corroborationem fa-
cit ſingulare dictum Azo. in ſum. tit. C. de bon. quæ
lib. vltra medium. verſ. nec puto quòd in alienatione
immobilium. vbi dicit, quòd quando pater eſt legi-
timus adminiſtrator filij in poteſtate exiſtentis in bo
nis aduentitiis, in quibus etiam habet vſumfructum,
ſi aliquid alienare velit de rebus immobilibus, vbi
de iure requiritur iudicis decretum, iuxta l. magis

puto

puto, §. ne passim, & per tot. ff. de reb. eorum. Tamen quando pater alienat, decretum non requiritur propter singularem confidentiam, quam lex habet de patre erga filios, & eorum bona. & hoc dictum sequuntur Bald. Ful. Paul. & Alex. in l. præses. C. de transac. magnifacientes illud dictum velut singulare, & men
256 ti tenendum. Pro quo dicto facit, † quòd cum episcopus sit pater pauperum, & quasi legitimus administrator, potest alienare res immobiles sine iudicis decreto, §. si quis in nomine, in Auth. de eccl. tit. secundùm Bal. in l. si prædia, ff. de rebus eo. Sed in contrarium facit, quòd quando filia cum iuramento renunciat bonis paternis in manibus patris, licet non requiratur decretum, quod per iuramentum suppletur. Auth. sacramenta puberum, C. si aduer. ven. Tamen consensus duorum propinquorum ex statuto requisitus requiritur, non obstante præsentia patris talem renunciationem acceptantis. Primò, per l. lata, C. de don. Secundò, quia ratio dicti statuti est, eo quia mulieres vel minores faciliter decipiuntur: quandoque minis, quandoque blanditiis. Ideo æquissima sunt statuta, quę disponũt, quòd interuenire debeat consensus duorum propinquorum, secundùm Bal. in l. ij. & ix. q. C. de resc. ven. & l. ij. circa fin. C. de adop. Or sic est, quòd facilius possunt filiæ seduci à patre seu decipi, cui contradicere non audent, quàm ab alio. Ideo potius necessaria est prouisio statuti, quàm in aliis. Et hoc sentit tex. in d. c. quamuis. vbi Papa solùm voluit filiam excludi si sine dolo & metu iuraverit, tacitè innuens patrem posse dolum vel metum inferre. Tertiò facit quod sing. decidit Sal. in l. transactionem, C. de transac. vbi dicit, quòd licet præsentia consanguineorum vel coniunctarum personarum interuenire debeat, quando mulier vel minor contrahit, ne dicatur inducta ad contrahendum metu vel blanditiis, vt dicit ibi tex. tamen si filia contraheret cum patre, tunc non sufficeret præsentia consanguineorum ad purgandum metum, cùm maior sit reuerentia patris, quam illorum, l. si cùm dotem, §. eo autem tempore, ff. so. ma. & l. si patre cogente, ff. de ri. nupt. iuncta l. j. ff. de furt. Quartò facit, quia in patre præsumitur metus reuerentialis idem in marito, glo. & Bar. in l. j. §. quæ onerandæ, ff. quar. re. act. non dat. imò plus consuluit Franc. Are. cons. xxiiij. inci. Quaestuor dubia. † quòd in fratre qui est maior natu, & gubernat minorem fratrem, præsumitur metus reuerentialis. Quintò facit, quia lex plus confidit de tutore quàm de patre: patet, quia pupillus obligatur cum authoritate tutoris, sed non cum authoritate patris, inst. de inutil. stip. §. pupillus. & ibi gl. assignat rationem, quia pupillus habet tutorem obligatum, si eum vel bona sua malè administret authorizãdo. Sed obligatum non habet patrem, l. cùm oportet, §. sub hac tamen diffinitione, C. de bo. quæ li. quapropter Iaf. reliquit finaliter super dicto Bal. cogitandum in d. l. pactum, in fi. necnon super dicto Azo. superius relato, quod sibi non placet in d. l. præses, C. de transac. Ego verò non puto latius cogitandum in puncto nostro:
258 † quia tale statutum derogans iuramento non valet, nec impedire potest potestatem iuramenti filiam renunciantem excludentis, vt ṽ. dixi de principe. Primò quia potestas secularis, & sic inferior tollere non potest ius Dei quæsitum ex iuramento, c. cùm inferior, de ma. & obe. nec potest inferior aditum ad superiorem tollere directè nec indirectè, c. veniens, de iureiu. de appel. c. ex insinuatione. quod fieret si tale statutum valeret: quia per eum tolleretur aditus seu recursus, quem habet laicus medio iuramenti ad iudicem
259 ecclesiasticum pro obseruantia illius. Non † enim potest secularis potestas aliquid infringere ortum habens à iurisdictione ecclesiastica, de excep. c. j. lib. vj. facit c. decernimus, de iud. Prętera est vnum peremptorium: quia videmus quòd quis compellitur seruare iuramentum interpositum super contractu non habente iuris communis solennitatem, puta iudicis decretum, quod est necessarium propter præsumptam facilitatem decipiendi minores in suis contractibus, vt d. aut. sacramenta pub. C. si aduer. ven. Ergo idem erit, si in contractu deficiat solennitas statuti: quia iuramentum tenebit, quod obseruari potest sine interitu salutis æternæ per iurantem, nec tendit in alterius quàm iurantis præiudicium: ita eleganter consuluit Lud. cons. 437. inci. in casu proposito aduertendum censeo. Videatis pulchrè pro sustinendo talem renunciationem per Pau. cons. cccxj. inci. viso puncto. Et quòd tale statutũ non valet, plenè consuluit Ale. in j. parte cons. ix. inci. viso instrumento, & titulo quę
260 stionis. Restat † ergo in puncto nostro, quòd valet pactum de non succedendo iuratum patri per filiam factum siue fiat tẽpore quo nuptui traditur, siue ante siue post. Quoniam omni tempore locum habet ratio d. c. quamuis. Nec obst. tex. ibi, dum dicit, nuptui tradebatur: quia ponit facti narrationem. Sic enim fuerat expositum Papæ, secundùm Ioan. Mo. Archi. Io. An. & Dom. ibi. Et valet talis renunciatio iurata, etiam si filia tempore renunciationis non fuerit per notarium certiorata, vel alterum de beneficio d. l. pactum, C. de coll. secundùm Domi. in d. c. quamuis. quem sequitur Guido Papæ, q. ccxxvij. dicens sic fuisse arresto decisum, cùm iuramẽtum vim habeat certiorationis, vt plenè habetur in cap. ex rescripto, vbi pulchrè Bal. de iureiu. qui singulariter loquitur, vt dicam j̃. in verbo, testamentum, iij. Quod est verum, nisi renunciasset substitutioni seu fideicommisso futuro. Quo casu non valeret renunciatio, nisi certiorata de cõtentis in testamento fuisset, l. de his, ff. de transac. vt plenè videbitis in verbo, *Si absq; liberis moreretur.*
261 ij. in materia fideicommiss. substit. Et † intantum filia quæ renunciauit, censetur esse exclusa: quòd si per patrem in testamento prętereatur, tale testamentum propter eius prętericionem non erit nullum: Cùm de ipsa ac si mortua esset, non teneatur facere mentionem, secundùm Bar. in l. j. §. qui habebant, ff. de bon. post. contra tab. & Alex. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & post. & in l. si filius, in fi. ff. ad Tertul.
262 † Non enim computatur talis filia in numero liberorum, etiam in computatione legitimæ: adeò quòd partem faciat in legitima liberis debita secundùm aliquos, cùm habeatur pro mortua: alij verò contra, vt Pet. Iac. in tit. de cond. ex le. l. omnimodo, & communiter doct. Sed portio illius penes patris hæredes remanebit: & sic talis filia facit partem: licet non admittatur ad partem, de quo plenè per Guid. Papæ, q. 295. & plenius dicam in materia legitimę, & hoc videbitis j̃. prope fi. & per Bar. & Mod. in d. §. & quid si tantùm. vbi plures tenuerunt hoc verum esse, vbi liberi testatoris masculi essent in testamẽto instituti. Secus si penitus extranei, quod ego verum intelligerem, vbi filia esset statuto propter masculos exclusa, quia tunc cessaret causa statuti. Sed si per renunciationem excluderetur, pro mortua omnimodo haberetur. Prætera dos ei pro legitima sufficit, vltra quam pater non tenetur, nisi constaret eam fauore masculorum renunciasse, vt dicam j̃. prope fi. † nec potest fi-
263 lia

BIU Cujas

lia à succesſione cum iuramento excluſa petere iuramenti relaxationem propter verbum,omnino,poſitum in d.c.quamuis:& verbum,inuiolabiliter, poſitum in d.Aut.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.ven. & ita conſuluit Pe.de Anc. conſ.434. inci.Poſtquam iſta domina.vbi pulchrè loquitur. & Panor.in j.par. conſ.lxxj. inci.ſtante ſtatuto, vbi concluditur,quòd aliàs ſi abſolutio peti poſſet,iuramentum non ſeruiret niſi de vento. Idem conſuluit Alexan.in iij. parte conſ.ccxxij.inci.viſa facti narratione. Videatis Gui-
264 do Papæ,q.cclxiiij.† quod intelligo verum,niſi ex cauſa legitima, vt puta, ſi in renunciatione interueniſſet dolus,metus,aut læſio enormiſsima:quia tunc relaxari poſſet per ſuperiorem , cum careat iuſtitia, quæ eſt vna de comitibus iuramenti , vt j. dicetur.
☞[De quo vide plenè conſ.Philippi Decij,in ij.part. conſ.xlv.inci.Quod ſupra maturè,&c. vbi concludit Auth.ſacramenta puberum, non habere locum,data enormi læſione: quia licet iuramentum reddat iurantem ipſum maiorem, nō tamen facit eum ſagacem.] Iuramentum enim ciuilem & æquam interpretationem recipit, Ne quis immoderatè lædatur, l.ſi libertus,ff.de ope.lib. & c.veniens.& c.quanto.de iureiu. & not.Bar.in l.ſocietatem,§.arbitrorum. ff.pro ſoc. Præterea talis læſio,quando eſſet enormiſsima,faceret præſumi dolum,ſecundùm Bart.in l.fin.in fi.ff.de præt. ſtip.& Pe.de Anc.conſ.ccix.inci.iudex.col.pe. in fi.& Bal.in l.iij.C.de dot.prom. Ideo ratione doli præſumpti iuramentum redditur inefficax, vt d. c. quamuis.Ideo decidit Fede.de Sen.conſ.cxcix. inci. Quæritur an domina Margarita. quòd ſi filia renuncians fuerit dolosè decepta,& ei datū intelligi,quòd vltra dotem quę ei dabatur,legatum opulentum fuerit ſibi in teſtamento per patrem relictum,& poſtea fuit repertum, quòd tres libræ tantùm fuerant ei legatæ, cùm dolus dederit cauſam tali renunciationi, talis dolus eſt & fuit in caſu illo iuſta cauſa petendi relaxationem iuramenti. Pariter etiam decidit Petr.
267 de An.in regula,acceſſorium,col.xij.de reg.iu.lib.6. de quadam ſorore,quæ pro ſexcentum libris renunciauit fratri ſuo paternam ſucceſsionem,valoris quatuor mille florenorum : quòd iuſtam cauſam habuit propter enormiſsimam læſionem petendi abſolutionem à iuramento. Et ita dicit aliàs conſuluiſſe:cuius conſilium habetur illum caſum decidens conſ.38. in-
268 ci.Pro clariori deciſione.vbi eleganter loquitur.Idē conſuluit Paul. conſ.clxxvij. incip. Contra ſuperius conſulta. vbi pater dotauit filiam de quingentis libris,de bonis propriis filiæ,videlicet de dote ſuæ matris:cum qua dote fecit eam renūciare reſiduo,quod aſcendebat ad triplum. Et nihilominus paternæ hæreditati & doti de ſuo patrimonio dandę,ad quam tenetur pater de iure, per l.qui liberos,ff.de ritu nupt. & l.fi.C.de dotis pro. Certè decidit ibi, quòd ex hoc filia præſumitur ſolicitatione & machinatione patris læſa enormiſsimè,ita quòd petere poteſt,& obtinere debet abſolutionem à iuramento.Qua obtenta veni
269 re poterit contra ſuam renunciationem , etiam ſi in ea decretum iudicis interſit, l.ſi quos,C.de reſc.ven. Idem ſub dubio fortè conſuluit Panorm. in j.parte, conſ.xij.inci. Caſus talis eſt.col.vlt.Concludens ętatem minorem & enormem lęſionem filiæ renuncian tis fore iuſtam cauſam abſoluendi eam à iuramento.
265 Et præmiſſa intelligatis vera,ſ.quòd†propter lęſionem enormiſsimam daretur abſolutio à iuramento, & reſtitutio contra renunciationem,ſi filia tempore
270 iuramenti ignorabat damnum,quod ſibi ex iuramento inferebatur. Et hoc probat, ſecus ſi ſciuiſſet, cùm ſcienti & volenti non fiat dolus, l. cùm donationis, C.de tranſ. ita reperio in propriis terminis decidere Fel.ſuper verbo,iuramento.in c.in præſentia,col.4, de prob.Pro quo facit,quod eleganter conſuluit Pe. de Anch.conſ.lxxxij.inci.Viſis diligenter.& Bald.in
266 rub.C.de rerum permu.ad fi.†Ad hoc vltra Felyn. facit quod ſingulariter decidit Bald.per illum tex.in c.cùm M.de conſti. vbi dicit, quòd filia quæ cum iuramento renunciauit dote contenta,petere non prohibetur augmentum , de ſuperexcreſcentibus bonis, ſi poſt iuramentum facultates patris fuerint augmentatæ:quia ad hoc iuramentum non ſe extendit vt ibi. Præterea tempore iuramenti ignorabat damnum bonorum,quæ fuerunt poſtea augmentata.Ideo conſului aliàs, quòd de hoc certioraretur filia,& expreſsè renunciaret illi augmento. Videatis plenè Iaſ. in Auth.nouiſsima, col.iij.C.de inoffic.teſta. vbi plenè per eum de veritate huius dicti. facit quod plenè decidit Panorm.per illum tex.in c.cùm acceſsiſſent. & c.cùm M.de conſtit. vbi dicit,quid operetur talis bonorum ſuperexcreſcentia, non obſtante iuramento,vel alia diſpoſitione. Et hoc verum, quòd petere poteſt augmentum dotis de bonis ſuperexcreſcentibus poſt renunciationem invita patris.Si autem illud augmentum ſeu ſuperexcreſcentia contingeret poſt mortem patris,etiam ex cauſa de præterito,& etiam ſine opera,& induſtria hæredis vniuerſalis,non poſſet filia petere propter hoc augmentum dotis ſolutę vel conſtitutæ : Nec filius augmentum legitimæ:ſed habebitur reſpectus valoris bonorū ad tempus mortis.tex.eſt egregius in l.etiam,§.fi.& l.ſi patronum ex debita,§.fi.ff.de bo.lib. Et idem deciditur in legitima filij ſupplenda de ſuperexcreſcentibus bonis:vnde cōcluditur quòd vbi in renunciatione iurata non interueniſſet læſio enormiſsima, vel eam ſciens & perfectè intelligens filia renunciauerit, tunc iura-
267 mentum tolli non poteſt. Nam † relaxari non poteſt ſine legitima cauſa, etiam per Papam in præiudicium alterius partis, cùm ius excipiendi quæſitum eſt ex iuramento, vt not.Inn.in c.cùm inter,de ren. & conſuluit Panorm.allega.conſ.xij.& lxxj.vbi eleganter loquitur. & not.gl.in d.c.iiij.de iureiur. & in c.authoritate.xv.q.j.Vnde Panorm.in c.cum parati,
268 col.iij.de appel.†dicit Papam non poſſe tollere obligationem iuramentalem , etiam laico quæſitam: adeò quòd ſine cauſa non poteſt vaſallum abſoluere à iuramento fidelitatis : quando vocatus à domino feudi teneatur ei parere , intantūm quòd ſecundum aliquos ſi vaſallus clericus vocaretur à Papa,& à domino feudi,teneretur potius obedire domino feudi. de quo plenè Panorm.in d.c.cum parati.facit clem. paſtoralis,de re iudic. Idem tenet Panormi.in c.qua fronte,col.v.in fi.e.tit. Maximè vbi iuramentum effectum & efficaciam capit à lege ciuili : ſicut eſt videre in minori iurante,per auth.ſacramenta,C.ſi adi-
269 uer.ven.Nam † eo caſu Papa tollere non poſſet iuramentum,ſicut Imperator tollere non poſſet ius canonicum:quia iuriſdictiones amborū ſunt diſtinctæ, & vna non poteſt aliam impedire. Ita ſingulariter conſuluit Paul.conſ.ccxviij.incipient.præſuppoſito ſine præiudicio. Quinimò manu regia & potenti eſt tale iuramentum tuendum & exequendum , vt dicit ſingulariter Panorm.in c.ex literis,lo ij.de ſponſ. & clarius in c.cùm veniſſent,circa fin.de conſti.vbi de-
270 terminat, † quòd ſuper obſeruantia talis iuramenti manus regia ſeu iudices regij & ſeculares poſſunt

adirī

BIU Cujas

adiri. Ita etiam tenet Bald.in d.c.j.§.item sacramen-
ta,in iiij.& v.quæst.alleg.tit.de pa.iur.fir. [Et sicut
secularis cogit iurantem ad seruandum iuramẽtum
licitum,sic etiam cogere potest ad absoluendum à iu
ramento ex parte recipientis illicito : vt singulariter
consuluit Fed.de Sen. quem refert & sequitur Lud.
singulari 493. incip. vbi iuramentum est licitum.]
271 Nam† vt dicit Ant.de But.in c.j.de constit.Papa iu-
rans subiicitur & ligatur iuramẽto, taliter quòd non
posset seipsum à tali iuramento absoluere, sicut nec
se absoluit à peccato: per not.in c.omnis, de pœni.&
rem.gl.& doct.in c.sanè,de of.dele. quod est intelli-
gendum, quòd non potest se absoluere à iuramento
sine legitima causa : sed cum causa bene posset, cùm
alium non habeat superiorem,secundùm Petrum de
Anch.in c.venerabilem,in fi.de elect.& Panormi.in
dicto c.j.& tenet gl.pragm.in verbo, iuret,in §.& vt
eo firmius,tit.de ele. Vnde restat,quòd iuramentum
etiam Papæ sine causa tolli non potest,cùm sit de iu-
re diuino, cui Papa subest : sicut tollere non potest
ipsum Papa si ab alio præstetur,maximè vt dixi,quo
ad effectus, quos iuramentum habet de iure ciuili:
quos Papa dispensando non potest extinguere, vt
singulariter determinat Pau.de Ca.cons.alleg.218.Si
enim sine causa peti posset relaxatio à tali iuramen-
to,de modico nobis seruiret dictum cap.quamuis.&
quasi frustra occuparet membranas, contra c.si Ro-
manorum,xix.dist.facit tex.in l.ij.in fi.C.communia
de legat. & capit.commissa, de election. libro sexto.
Præterea, quia si Papa voluisset tale iuramentum
posse relaxari,hoc fieri posse expressisse,c.ad audien-
tiam,de decim facit l.j.C.de cad.toll. Nec obst.si di-
ceretur, quòd in omni iuramento semper excepta
censetur authoritas Papæ vel superioris. Quoniam
272 † hoc intelligitur in his, quæ dependent à plena e-
ius dispositione, qualia non sunt pacta iurata, nec
contractus,quibus ipsemet ligatur,c.j.de probat.Ita
pulchrè decidit Panorm.in c.significasti,col.iiij.in fi.
de elect. Licet enim Deus subiecerit Imperatori le-
ges,& Papæ canones,tamen eis non subiecit contra-
ctus, secundùm Bald.in l.ij.C.de ser.& aq. in c.j.§.j.
de natu.feud.Vnum tamen menti tenebitis,quòd v-
bicunque iuramentum esset dispensabile,quòd quan
do sit,patet ex prędictis,semper adiri debet superior,
& dispensatio obtineri,antequam quis veniat contra
273 iuramentum : aliàs esset periurus : Nisi † necessitas
instaret veniendi contrà, & superior adiri non pos-
set. Quo casu non solùm iuramento temerario, sed
etiam in licito & honesto, potest iurans contraueni-
re,non expectata superioris dispensatione: ita singu-
lariter decidit Inn.in c.venerabilem, de electio. vbi
idem putat, si instaret & immineret magna vtilitas.
274 Cùm † magna vtilitas æquiparetur necessitati se-
cundùm eum in cap.cùm omnes,de constitu.& hoc
dictum Inn. sequitur Panormi. in dicto c. venerabi-
lem, col.vlt. facit quod not.decidit Zaba.in clem.j.
q.xxix.vbi plura alleg.de rebus eccl.non al.Prouiso,
quòd talis immineat vtilitas,propter quam superior
ipsum iurantem verisimiliter à iuramento absoluis-
set,si adiri potuisset,per iura ibi per eum alleg.Idem
tenet Panor.in c.quanto,col.v.de iureiu.Circa quod
videatis quæ pulchrè decidit Fel.in capit.cùm acces-
sissent,col.ix.de consti.vbi licet in puncto nostro ni-
hil dicat,tamen ponit quatuor alia dicta nostram de
cisionem Inn.valde confirmantia,quæ per vos vide-
bitis. Et si super hoc puncto velitis eum videre ple-
nè & eleganter loquentem, videatis in c. præterea.

275 penult.column.de sponsal.Si † verò Papa,aut alius
iuramentum relaxaret sine iusta & rationabili cau-
sa,iurans tutus non esset coram Deo in foro conscien
tiæ,secundùm gl.in cap.non est, de voto & voti red.
facit glos. in cap.sunt quidam. xxv.quæst.j. Nam li-
cet in iuramento intelligatur fuisse excepta autho-
ritas superioris,tamen hoc intelligitur in his quæ de-
pendent à plena dispositione Papę,vt dixi secundum
Panormit.in c.veniens,de iureiur.in hoc autem non
intelligitur excepta authoritas Papæ vel alterius su-
perioris, imò tale iuramentum tolli non potest sine
causa rationabili : nec prodest aliàs dispensatio quo
ad Deum,vt dictum est. Ita eleganter decidit Panor.
in c.significasti,prope fi.de elect. Nec etiam prodes-
set in foro contentioso,per iura superiùs alleg. Quia
Papa tollere non potest ius quæsitum parti,cap.fi.de
concess.præben.lib.vj. de quo videatis per Fely.in di-
cto c.præterea. vbi dicit, quòd cum causa potest iu-
ramentum relaxari per superiorem,quamuis relaxan
dus iurauerit non petere à iuramẽto relaxationem,
vt ibi rationibus & authoritatibus optimè probat,
276 & liquidissimè. Et † tantæ est virtutis & authorita-
tis huiusmodi renunciatio iurata, quòd nedum ex-
cludit filiam quæ iurauit, sed etiam nepotes ex ea de-
scendentes : & hæredes quoscunque ab ipsa ius &
causam habentes, vt tenet gl. in d.c. quamuis. quam
ibi sequuntur Ioan.And.in nouel.Ioan.Cal.& Gem.
Et excluduntur liberi ex ea descendentes, siue nati
fuerint tempore renunciationis, siue postea, secun-
dum Alex.in dicto cons.xxix.iij.partis,vlt.col. Nam
licet vinculum iuramenti non transeat ad hæredes,
ita vt hæres qui contrauenit dicatur periurus, cùm
iuramentum quo ad hoc sit personale, vt in c.veritā-
tis,de iureiur. Tamen obseruantia pacti sic iuramen-
to firmati bene ligat hæredem. Pro quo facit tex.in
dicto capit. quamuis. dum dicit, pactum iuramento
firmari,&c. Ita etiam tenet & eleganter determinat
Angel.Instit.de except.§.j.colum.xxvj. dum ibi tra-
ctat de secunda specie simulationis,vers.quęritur an
contractus simulatus firmetur iuramento, &c. Ex
277 † iuramento enim duo vincula surgunt, vnum sci-
licet personale & spirituale : quo ligatur iurans sub
pœna periurij ad non veniendum contra iuramen-
278 tum:&sic quo ad vinculum spirituale. Et † istud non
transit ad hæredes, sed extinguitur cum persona iu-
rantis, vt dicto capit.veritatis. & tenet Guido Papæ,
alleg.quęst.ccxxiij.in fi.& q.ccccxiiij.vbi de his sin-
gulariter loquitur. Idem est quo ad sortiendum fo-
rum episcopi : nam licet ratione iuramenti filia iu-
rans potuisset trahi coram episcopo, cùm iurando i-
bi sit sortita forum:vt in c.nouit,de iudi. Tamen hæ
redes non poterũt trahi coram episcopo,si aliàs non
sint de foro episcopi:Puta quia sunt laici.ita determi
nat Ioan.And.in nouel.in c.fi. de foro compe.lib.vj.
& Bal.in dicta Avth.sacramenta, C.si aduer.vend.in
279 fi.Aliud † est vinculum iuramenti reale,scilicet con
firmatorium pacti de non succedendo,& illius robo-
rativum:roborat enim iuramentum talia pacta, quæ
de se non valerent, vt dictum est. Et istud vinculum
reale & temporale ligat etiam hæredes & succesio-
res iurantis ad obseruantiam pacti:ideo decidit Ioan.
Fab.in §.soluitur,in fi.Institut.de societa. quòd licet
pacto fieri non possit,quòd societas sit perpetua, ta-
men perpetua erit,si iuramentum interceserit.quod
quo ad effectum realem transit ad hæredes,& eos li-
gat. Sicut enim aliud pactum de se validum hæredes
pacisscentis adstringit:vt l.si pactum,ff.de prob. Cùm

BIU Cujas

omnia pacta sui natura sint in dubio realia,& ad hæredes actiuè & passiuè transitoria, vt l. tale pactum, ff.de pact.& d.l.si pactum,ff.de prob.no.plenè Henr. in c.cùm venisset,de insti. Sic etiam pactum de se inualidum iuramento firmatum hæredes adstringit ad pacti obseruãtiam.Ex quo sequitur,quòd eo ipso pacto est agendum non autem ex iuramento.Ad hoc fa
280 ciunt quæ no.per Io.An. & Bal.vbi s.Ad† vnum tamen est aduertendum, dum dixi s.per talem renunciationem iuratam etiam excludi nepotes à successione aui,obstante eis renunciatione materna,per iura superius alleg. Quia in contrarium fuerunt opin. aliquorum doctorum dicentium,eos non esse exclusos. Ideo omissis longis & inextricabilibus disputationibus,pro concordia opinionũ sequendo ac concludendo veritatem,vt mihi videtur,dicatis hoc modo, faciendo duo membra,quòd aut ista filia quæ renunciauit,decessit viuo patre, & tunc indistinctè talis renunciatio non obstat nepoti, arg.l.gallus,in pr. ff.de lib.& post.& l.posthumorum,ff.de iniu.ru.test. & insti.de suc.ab intest. §.cùm filius. Exclusio enim matris quæ decessit in vita illius, de cuius successione agitur,non nocet nepotibus, l.si ex patronis,§.fi. ff.de bon.lib.Nec iuramentum matris debet filiis nocere, l.iij.§.matris igitur, ff.de iureiur. Etiam si sint hæredes matris, secundùm Bar.in d.l.qui superstitis.

Præterea renunciatio matris habet tacitam conditionem,scilicet si ad ipsam deferatur hæreditas.vnde si dicta conditio non eueniat,puta quia filia viuo patre decessit,& sic patri succedere non potuit,talis renunciatio habetur pro non facta.Et hæc est opi.communis doct. cum Bal. quem sequitur Paul.in d.l.qui superstitis,ff.de acq.hær.& Alex.in d.l.pactum,C.de colla.vbi Bal.& in l.fi.C.de pact. Aut filia quę bonis paternis renunciauit,superuixit patri,& demum patre mortuo decessit: Et tunc est considerandum,aut nepos venit tanquam hæres matris exclusæ,& ex illius persona petit aui successionem:& tunc non audi tur.Et ita intelligitur gl.in d.c.quamuis. & sequitur Paul.cons.cccxj.inci.viso puncto.& cons.seq.Vbi verò nepos non venit tanquàm hæres matris: tunc aut stant fratres ipsius matris, & tunc cùm ipsi debeant
281 admitti ad talem portionem eorum sororis iure accrescendi,cùm sint coniuncti & pariter vocati,vt l.j. C.quando non peten.partes peten.accr. Nepos non admittitur:† quoniam ius accrescendi potentius est quàm edictum successorium, vt est tex.not.quem ibi ad hoc ponderauit Bal.in l.meminimus, ver.si ex secundo gradu,C.de leg.hære. facit l.cum emancipatus,§.qui duos,ff.de contratab.Ergo cùm fratres veniant iure accrescẽdi excludunt nepotes,qui veniunt per edictum successorium:vt l.ij.C.de suc.edic. Vbi verò non sunt aliqui fratres ipsius matris, sed tãtùm alij remotiores in gradu qui non possunt venire per ius accrescendi propter gradus disparitatem, tunc admittitur nepos per successorium edictum matre eius exclusa renunciatione, morte, aut aliàs quouis modo,vt l.si is qui,in prin.ff.de inof.test. & d.l.ij.de suc.edi.& l.j.§.quibus,ff.illo e.tit. Quod verum intelligit Bal.in d.l.pactum,q.ij.C de colla. si fuit simplex renunciatio, quo casu vt dictum est, vocantur nepotes:secus si fuerit partis debitę perceptio:vt puta quia filia quæ renunciauit,pro dote sua & portione aliquid accepit à patre: nam tunc talis patris susceptio obstat sequentibus nepotibus non vi repudiationis, sed vi successionis, quia succedit filia in parte sua,ideo consuluit ibi Bald. quòd si pater velit nepotes ex filia nõ succedere,faciat, quòd filia vocet se contentam sua portione, & iuret non petere aliquid plus. Et hoc modo per notarios communiter passantur instrumenta talium renunciationum.Si enim non appareat aliqua causa renunciationis, successio deuolueretur ad nepotes:vt l.j. C.de suc. edic. etiam si renunciaret aliquo accepto pro sua renunciatione,ff.de acq.hære.l.fuit quæstionis, & ff.si quis omis.causa test.l.licet.nisi esset tale datum,quòd deberet in legitimam computari: veluti dos & similia in l.quoniam nouella,C.de inof.test. quoniam tunc non esset noua renunciatio,sed partis,i.legitimę perceptio.Quo casu non fieret locus sequenti in gradu. facit quod not.Bart.in l.j.§.filium,ff.de bo.pos.contra tab.Quod est notandum,&menti tenendum.Hęc
282 † autem quæ dicta sunt de filia renunciante,& ipsius ac suorum exclusione,vera intelligatis, etiam in masculis renunciantibus:cùm eadem sit ratio, dũtamen renuncient cum iuramento, quia aliàs renunciatio non valeret,vt dicit Bal.in d.l.pactum,C.de coll.vbi
283 in xj.q.dicit singulare verbum,† si filius propter expensas studij renunciaret bonis paternis sine iuramento, licet per talem renunciationem à bonis non excludatur paternis,vt dictum est:tamen illa renunciatio simplex operabitur, quòd talis filius tenebitur illas expensas computare in partem suam, & in legitimam, cùm hoc videatur tacitè actum, vt l.cum quo, §.fi.ff.ad leg.Fal.quæ aliàs non imputarentur. Cùm in vita patris fuerint consumptæ.Et ita tenent etiam
284 ibi Sal.& Paul.de Cast.Sed † an prætextu renunciationis iuratæ dicatur exclusus, vel filia exclusa à bonis emphyteuticariis,vel feudalibus,not. Bart.in l.vt ☞ iurisiurandi,§.si liberi,ff.de ope.lib.[De quo habetur super verbo,*Si absque liberis moreretur.* ij.in materia vulgaris subslit. tractando primum effectum illius in fine quintæ limit.] Nam quo ad propositum nostrum quemadmodum filia cum iuramento renuncians excluditur à paterna hęreditate,ita etiam filius & cæteri descendentes masculi. sed de filiabus ideo exempla posui,quia vt plurimum contingit,quòd filiæ has renunciationes faciunt cùm à parentibus nu-
285 ptui traduntur.Quid† si filia renunciet bonis paternis in manibus vnius fratris,an talis renunciatio prosit ipsi soli,an omnib.cæteris fratribus? Videatis Bal. & post eum Ale.ibi in l.si actione,C.de pact. & eundem Bal.in l.pactum,q.viij.C.de coll.& in Auth.nouissima,C.de inof.test.Et per hæc sit vobis expeditus tertius casus fallentiæ principalis sumptus à regula in prin.huius notulę positæ:qua dicebatur,quòd filiæ cum masculis æqualiter parentibus succedunt. Quoniam(vt dictum est)fallit si filię renunciauerint successioni paternę cum iuramento:quo casu dicuntu exclusæ, ita quòd eis obstante pacto iurato nullatenus audientur volentes aspirare ad successionem
286 renunciatam.Et† hoc sit nunc pro conclusione,quę fallit in casibus sequentibus. Et primò fallit in filia, quæ post renunciationem iuratam fuit in testamento patris hæres instituta:quia non obstante tali iuramento poterit ex testamento succedere: quia dicta renunciatio quamuis iurata solum ipsam excludit à succedendo patri ab intestato, non autem ex testamento.Ita dicit Bald. in d.l.cum archimedoram,C. vt in pos.leg.& in d.l.pactum,q.iij.C.de pact.& Im. & Lud.in d.l.qui superstitis,& Bal.in l.fi.C.de pact. ver.venio ad regulam.Et ratio est multiplex. Primò, ne auferatur testatori libera testandi facultas.Secundò, quia renunciatio etiam iurata non trahitur ad

ius

BIU Cujas

ius superueniens, vt est casus valde singularis in cap. cùm inter, de renun. & in l. si patronus non aluerit libertum, ff. de operis lib. habet enim iuramentum tacitam conditionem, scilicet rebus sic stantibus, vt l. fi. ff. qui satisd. cog. & l. fi. ff. ad munic. & l. fi. C. de non nume. pec. & c. quemadmodum, de iureiur. Quinimò
287 † quod est fortius, renuncians cum iuramento iuri quod habet, vel habere sperat, intelligitur quod habere sperat ex causa præterita, & non ex causa futura, vt dicit Bart. in l. si vxor, §. diuus, ff de adulter. & l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obli. Ad hoc facit quod in simili consuluit Lud. cons. xxij & consil. ccccciij. & l iij. incip. diligenter inspectis. & Felyn. in c. si diligenti, col. penult. vers. Decimò fallit, de foro
288 comp. Ad † hoc facit quod decidit Imol. in d. c. cùm inter. quòd licentiatus qui iurauit alibi non recipere gradum doctoratus, poterit sine metu periurij in alia vniuersitate doctorari ex nouo examine. Videatis Bal. in l. qui indignus, ff. de senat. & Ias. in l. nulli, col. iiij. C. de iudiciis. facit quod eleganter refert Guido Papæ, q. ccxxviij. fuisse in parlamento Delphinatus decisum, quòd filia non obstante renunciatione sua iurata, petere potest id quod pater cuius bonis renunciauerat, perdidit iure disponente per transitum ad secunda vota: quod defertur sibi & suis fratribus ex primo matrimonio natis, l. fœminæ, §. illud, C. de secundis nupt. quæ locum habet in viro secundò nubente, sicut in fœmina, secundùm gl. ibi, quam sequitur Sal. & *communiter* doct. Non enim perditur quod pater postea perdidit sua culpa, secundùm Bartol. in Auth. hoc amplius, C. de fideic. q. penult. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, in fin. pen. opp. ff. de verb. obli. quia ad hoc quòd filia renunciando non cogitauit, non porrigitur quittantia, l. mater, ff de inof. test. nec etiam iuramentum, l. fin. ff. qui sat. cog. Videatis eundem Guid. q. ccxxix. facit l. qui cum tutoribus, §. j. ff. de transac. Nam cùm illud non esset tempore renunciationis sibi debitum nec re, nec spe, sed sola legis dispositione, vbi & si casus contingeret, certè non venit in generali renunciatione, sicut in ea non venit illud quod perditur per cohæredem non implentem patris testatoris voluntatem, iuxta Auth. hoc amplius, C. de fideic. secundùm Bart. sing. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, opp. j. ff. de verb. obli. & clarius habetur per Guid. Pap. alleg. q. ccxxviij. Vnde restat quòd pactum de non succedendo iuramento firmatum non impedit iurantem succedere ex testamento, sed duntaxat ab intestato: quòd procedit non solùm si filia iurauerit in manibus patris, vt puta non succederet: sed etiam si iurauerit in manibus patris & fratrum suorum ad eorundem commodum & vtilitatem etiam patre consentiente. Quo casu, non obstante iuramento, à patre hæres instituta capere poterit: quia, vt dictum est, hæc filia agit ex noua causa: de qua non præsumitur cogitatum. Præterea quia tale iuramentum censetur per patrem filiæ relaxatum, eam instituendo, qui hoc potest: gl. est no. in c. ad nostram, §. de iureiu. l. ij. Nec obstat q̃ tale iuramentum emanauerat ad commodum & vtilitatem fratrum. Quoniam respondetur, q̃ inuito patre, de cuius hereditate agitur, tale pactum non valet, nisi detur perseuerãtia patris vsque ad mortem, secundùm Bal. in d. c. ad nostram, vers. pone filia. Allegat ad hoc casum sing. in d. l. fi. C. de pact. & ibi dicit Bal. quòd etiam pactum iuratum de non succedendo etiam ex testamento non præiudicat paciscenti, si hæres instituatur, ne tollatur libera facultas testandi. Nec obstat, si dicatur, quòd per tale pactum non tollitur facultas testandi, cùm pater possit alios hæredes instituere. Quoniam illud est verum, quòd non tollatur testãdi facultas, sed bene tolleretur libera facultas, si paciscentem non posset instituere: tunc enim facultas non esset libera. Vel dicamus secundum Lud. quòd pater contra pactum iuratum postea filiam instituendo, videtur ei remittere iuramentum, arg. c. pręterea, de of. del. Quod fieri potest, quia ille in cuius fauorem est præstitum iuramentum, vim obtinet apostolici in illud remittendo, vt tenet gl. in l. adigere, ff. de iu. pa. & Io. An. in c. pręterea, de spon. & Bar. in l. Labeo, ff. de iureiur. [De quo plenè j̃. super verb. *testamentum*. j. in xij. casu fallent.] Et talis filia sic per patrem instituta habebit hæreditatem etiam ex testamento minus solenni, vt ibi dixi, ita quòd in præsenti regno ex generali consuetudine in talem filiam ipso iure transit possessio sine apprehensione: de qua consuetudine videbitis in verb.
289 *Mortuo itaque testatore*. ij. Secundò † fallit in Iudæo vel hæretico renunciante cum iuramento, cuius contractus non roboratur. Quia in Iudęis & infidelibus non cadunt ista sacrámentalia, per l. ij. C. de hęr. & ita tenuit Bal. in §. item sacramenta, tit. de pace iur. firm. Præterea ratio d. c. quamuis, in eis locum non habet, cùm solùm hæc dispositio emanauerit ad euitandum dispendium æternæ salutis: quod cessat in Iudæo & hæretico, qui sunt perditi. c. ita quorundam, j̃. de Iud. Ideo ad talem obseruantiam non sunt cogendi. Pręterea Papa non cogit Hebræos quo ad ea quę respiciunt fauorem animæ. c. qui syncera, & c. de Iudæis, v. dist. hinc dicitur quòd non arctantur constitutionibus canonicis: quia foris sunt. c. gaudemus, de diuor. c. multi, ij. q. j. facit quod not. in c. j. de vsur. lib. vj. Et hæc est communis opin. licet Lud. in d. l. qui superstitis, per multas rationes tenuerit contrarium. Tertiò
290 † fallit vbi filia primò iurasset se non facturam pactum de non succedendo, nec se renuntiaturam: nam cum tali iuramento primo concurrit dispositio iuris communis infirmantis pactum de non succẽdendo, & impedit dominij translationem. Vt dicam j̃. super verbo, *testamentum*. iij. Ergo secundum iuramentum de non succedendo postea pręstitum, cùm sit contrarium primo iuramento licito, non obligat. c. eam te, de iureiur. Ita dicit gl. sing. in c. licet mulieres, de iureiu. lib. vj. vbi dicit, quòd si mulier primò iurat non consentire alienationi rei dotalis si postea cum iuramento consentiat, non valet alienatio. Pro quo videtur casus in c. intellecto, de iureiur. hoc sequitur Bal. & firmat Ludo. in d. l. qui superstitis. facit quot not. Spec. in tit. de empt. & ven. §. tertio loco, vers. & no. generale. & Ioan. And. in c. cùm contingat, de iureiu. vbi dicit minorem non posse alienare sine decreto, quantumcunque iuret, si prius iurauerat non alienare absque decreto. Hanc sententiam etiam tenet Ale. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obl.
291 gl. in d. c. licet. Quam quidem † gl. vltra ipsum limitabitis dupliciter. Primò dicatis illam gl. in d. c. licet. habere locum, vbi primum iuramentum fuisset præstitum in manibus alicuius, & ad illius commodum, vt patet in d. c. intellecto, vbi rex iurauerat in manibus reipub. regni, & ad illius commodum iura regni non alienare. Secus esset si generaliter, & in nullius manibus foret præstitum: quo casu nulli alteri facit pręiudicium dictum iuramentum, quinimò secundũ iuramentum pręualebit. Ita singul. determinat Bald. limitando dictam gl. in c. veniens, prope fi. de iureiu. & in Auth. sacramenta, vers. vlterius quæro, C. si adu-

BIU Cujas

uerſ.vend.& ibi pulchra. Secundò limitabitis dictam gl.habere locum, vbicunque ille cui præſtatur ſecundum iuramentum, ſciret iſtum ſecundo loco iurantem prius iuraſſe contrarium: quo caſu non valet ſecundum iuramentum, ſicut contingit in d.c.intellecto. vbi ille cui res regni alienabatur cum iuramento, ſciebat, aut ſcire debebat dictum regem prius contrarium iuraſſe. Quod iuramentum à regibus & cæteris adminiſtratoribus ſolitum eſt præſtari palam & publicè tempore coronationis. Ita quòd nullus præſumitur hoc ignorare. facit c.ſi quis presbyterorum, de reb.ec.non al.vbi primum iuramentum à prelato præſtitum de non alienando eſt de iure communi,& omnibus notum: & ſic derogans ſecundo iuramento in alienatione præſtito. Secus autem foret, ſi ille cui præſtabatur ſecundum iuramẽtum ignoraſſet iſtum ſibi ſecundò iurantem prius iuraſſe contrarium: quo caſu ſecundum iuramentum præualet: ne detur facultas decipiendi,& locus fraudi relinquatur. Ita ſingulariter dicit Bal.in c.cùm contingat,col.vij. de iureiur. & præterea hoc idem tenuit ipſemet Bald.in l.ſi prædium,in fi.C.de iure do.in iij.lect.quia bis legit illam rubricam & plures alias de quinto lib.Cod.& id idem prius tenuerat Ioan.Fab.in §.j.col.ij.Inſt.quib. alie.non lic.dicens cautelam gl.in d.c.licet.non eſſe tutam in foro animæ: imò plures præcipitauit in infernum.videatis eum ibi: quia prudenter loquitur.& hęc nota pro intellectu gl.in d.c.licet.quæ quotidia-
292 na eſt tam in ſcholis,quàm curiis. Quartò † fallit in filia impubere,quæ non obſtante renunciatione, paternam petere poterit hæreditatem: & ratio eſt,quia iuramentum habere debet res comites,ſ.veritatem, iudicium,& iuſtitiam: c.animaduertendum,xxij.q.ij. gl.in Auth.quod eis,C.de nupt.& in c.& ſi Chriſtus, de iureiur. Quæ quidem tria non cadunt in pupillo, præſertim iudicium, cùm tales careant iudicio,i.diſcretione,Inſt.quibus non eſt perm.fa.teſt.§.præterea. vbi dicitur,quòd pupillus caret iudicio rationis. Et hoc indubitanter procedit in pupillo doli non capace, ita quòd in eo non habet locum diſpoſitio d.c. quamuis. Sed duntaxat habet locum in pubere & adulto,iuxta not.in d.Auth.ſacramenta puberum. per Bar.idem dicunt aliò in filia renunciante abſque dote, vt in ea non habet locum diſpoſitio d.c.quamuis. per text. ibi dum dicit, dote contenta. ſed tutior eſt ſententia contraria, attenta ratione d.c. quia tale iuramentum etiam abſque dote poteſt ſeruari ſine in-
293 teritu ſalutis æternæ. Poterit † tamen filia agere vt legitimè dotetur,per l.ſi.& ibi Bal.C.de dotis prom. & nedum à patre,ſed etiam ab eius hæredib.ad quos tale onus dotandi tranſit. Nam in generali renunciatione hæreditatis non intelligitur renunciatum eſſe iuri petendæ dotis. ita conſuluit Paul.conſ.cxxxj.inci.domina Liſia.facit quod idem Pau.conſuluit conſ. ccxxxiij.vbi dicit,quòd in generali quittatione omnium legatorum ſibi debitorum non includitur legatum dotis. Quia dos ſuccedit loco legitimæ,vt no. Cy.in l.ſancimus,C.de nup.& Bar.in l.Titio centum, §.Titio genero,ff.de condi.& dem. ſed generalis renunciatio non trahitur ad legitimam quominus peti poſsit,vt voluit Gul.de Cu.& Ang.in l.de his,ff.de tranſa. per l.ſi quando,§.& generaliter,C.de inoffic. teſt. Quia deficit in tali renunciatione ſpecialis conſenſus, qui requiritur, per d.§. & generaliter. Quod intelligatis verum, niſi talis renunciatio eſſet iurata.
294 Quo † caſu etiam comprehenderet legitimam,cùm iuramentum habeat vim ſpecialis & ſpecifici conſenſus,vt eleganter determinat Bal.in l.j.C.com.per l.cum pater,§.filius matrem, ff.de leg.ij. de cuius dicti intellectu videatis Sal.in d.l.j.C.com.& ita in propriis terminis tenuit Lud.in l.j.§.ſi quis ita,ff.de ver. obl.& conſuluit Ang.conſ.ccxxiij.in fi.inci.caſus talis eſt. & Iaſ.in d.§.& generaliter. & in l.ſed & quis, §.quęſitum,ff.ſi quis caut. Et hoc intelligatis verum, quòd iuramentum vim habet conſenſus ſpecifici & ſpecialis,vbi conſenſus adeſt in genere,vt in caſu noſtro, vbi filia generaliter conſenſit renunciare bonis paternis. Quo caſu ſi renunciauit cum iuramento,tale iuramentum ſupplet clauſulam ſpecificam, ac ſi expreſsè renunciaſſet legitimę,& acſi certiorata fuiſſet de inualiditate ſimplicis renunciationis, ſecundum Guido Papæ,q.ccxxvij.vbi pulchrè.& ita intelliguntur prędicta,ſecundum Im.in c.j.ĩ.de com.Sed vbi conſenſus non interceſsit ſaltem in genere, tunc iuramẽtum non ſupplet: quia hoc eſſet ſupplere non conſenſum ſpecificum, ſed totum conſenſum: quod fieri non poteſt, vt pulchrè conſuluit Barb.in ij.vol. conſil.conſ.lv.col.penul.vbi ponit exemplum,ſi quis tranſigendo quittaret,ſeu renunciaret iuri ſibi ex teſtamento competenti,non viſis verbis teſtamenti,vt d.l. de his. vnde cum hoc caſu deficiat omnino conſenſus,cùm non dicatur,quis conſentire his quæ non vidit,nec cogitauit, tale iuramentum nihil operabitur: de quo tamen latius dicam ĩ.eod.ſuper verbo, *Si abſque liberis morereiur*.j.in materia fideicommiſſarię ſubſtitutionis. Et ibi videbitis,an hoc ſit verum. Subdit idem Barb.in dicto conſilio vnum mirabile in caſu noſtro,quòd vbicunque ſpecialis & ſpecificus conſenſus in aliquo actu requiritur pro forma,iuramentum non ſupplet vim clauſulę ſpecificæ,ex quo concludit, Quòd cùm in caſu noſtro d.l.ſi quando, §.& generaliter. pro forma diſponat, quòd in renunciatione fiat ſpecialis mẽtio de legitima, ſequitur,quòd non ſufficit generalis renunciatio iurata, adeò quòd ſi filius à patre hæres inſtitutus,& hæreditatem reſtituere grauatus generaliter promiſerit, & iurauerit teſtamentum implere paternum, & ſingula in teſtamento contenta, non prohibetur petere legitimam, nec Trebellianicam, cùm vtraque ſpecialem renunciationem requirat,vt d.§.& generaliter, iuncto §.ſi verò expreſsim,vbi Ang.in Auth.de hær.& fal.& clarè decidit Guido Papæ q.427. nam quoties lex in aliquo actu certam requirit ſolennitatem,aliàs annullat actum ipſo iure, talis lex videtur tradere formam ſubſtantialem: ſicut facit tex.in d.§.& generaliter.ita eleganter dat formam cognoſcendi formam actus.

☞ Bald. in c.j. qui ſuc.ten. [De quo latius ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens*, j.ver.tertia quęſtio nullam habet dubitationem, &c. & verſic.iij.limitat Bal.&c.] Quare hunc paſſum cogitandum vobis relinquo. quia idem Barb. in j.parte conſil. conſ.xxv.
295 col.ix.& x.ſentit contrarium. Vnum tamen † menti tenebitis, quòd iuramentum licet ſuppleat conſenſum ſpecificum ipſius iurantis, non tamen ſupplet conſenſum alterius, qui fortè in actu habet neceſſe conſentire. Sicut pater in donatione aduentitiorum filij,ſecundùm gl.vbi Sal.in l.ſi.§.filiis,C.de bon.quę lib. & idem puto in caſu l.ſi curatorem, C.de in int.
296 reſt.minorum. Et † intantum filia quæ cum iuramento renunciat, excluditur à petendo legitimam,quòd etiam illa legitima non accreſcet alteri filio non repudianti per edictum, quando non peten.partes non peten.accreſ.Et ratio eſt,quia dicta renunciatio non eſt mera repudiatio,ſed quædam ſatisfactio contemplatione

BIU Cujas

platione dotis facta. Sed remanebit legitima filię re-
nunciantis hæredi vniuersali ipsius patris iure repre-
sentationis: ita eleganter determinat Bart. per illum
text. in l. duobus, ff. de leg. j. & in l. si pacto, C. de pa-
ctis. & consuluit Paul. cons. cv. circa fin. Or in dubio
pater à filia exigendo iuramentum, videtur suo hæ-
redi prospexisse, & substitutis, quamuis extraneis, se-
cundum Guidonem Papæ, q. ccxxx. magis quam
propriis filiis vniuersaliter non institutis. Vnum ta-
men menti tenendum not. Im. in d. l. qui superstitis,
quòd si filia renunciasset doti & iuri petendæ dotis,
& alimentorum, tale iuramentum non teneret, se-
297 cundum eum. Quintò † fallit in filia renunciante
patri fauore fratrum, qui posteà viuo adhuc patre
decesserunt: quo casu filia non obstante renunciatio-
ne iurata admittetur ad bona paterna: ita dicit Bal. in
d. l. pactum, q. iij. C. de coll. per l. iubemus, C. ad Vell.
& ibi in d. l. pactum. hoc sequitur Sal. & Im. & Lud.
in d. l. qui superstitis. & idem si filius patri renuncias-
set salua legitima successione: de quo per Bar. & do-
ctor. in d. l. fin. C. de pactis. & clarè per Guid. Papæ, q.
298 cxcij. † quia tunc satis videtur masculorum fauore
solùm renunciasse: Cætera videatis per Geminian.
& Georgium in d. c. quamuis. Bald. & Saly. in d. l. pa-
ctum, & l. fi. C. de pact. vbi ponunt multos alios casus
in quibus non habet locum dispositio d. c. quamuis.
seu saltem in eis peti potest absolutio à iuramento:
299 de quo dicatis vt ibi per eos. Sed an episcopus ab-
soluere possit à iuramento parte aduersa non voca-
ta, in casu quo relaxari debet. Videatis Panorm. in c.
j. & ij. de iureiur. vbi concludit quòd non regulari
ter. Idem tenet Petr. de Anc. cons. cxcix. & de Zabar.
cons. xxxv. col. 4. Sed Paul. contrarium consuluit, &
latissimè cons. ccvj. dicens iuramentũ tolli posse sine
partis vocatione. Sed concordare eos vt pulchrè per
Oldrad. cons. cxx. vbi eleganter loquitur, & breuiter
tangit veritatem æquam: licet Iason in l. nec quic-
quam, §. vbi decretum, col. xij. ff. de officio proconsl.
teneat indistinctè partis vocationem esse necessa-
riam. & idem Panorm. in c. quanto, de iureiur. & d.
c. qua fronte, col. v. in fi. de appel. & etiam partis vo-
cationem fore necessariam tenet Petr. de Ferrariis
in sua practica, in libello iuramenti quod præstatur
à parte parti. Et consuluit plenè Alex. in iij. parte,
cons. ccxxij. incip. Visa facti narratione, col. iij. con-
firmando opi. Panor. & sequentium. idem Barb. in ij.
parte cons. xxiiij. col. viij. & Guido Papæ ponit latis-
simè, q. cxj. Tamen consilium Oldrad. dictim practi-
catur in partibus istis, & si bene ponderetur consi-
lium Paul. idem sentit quod Oldrad. videlicet quòd
si petatur iuramentum relaxari, vt per hoc obligatio
quæ contracta est tollatur, & instrumentum cancel-
letur, ac si iuratum non fuisset, partis vocatio neces-
saria est. Si autem petatur relaxari ad solùm habili-
tandum personam vt iuramento non obstante pos
sit dolum, fraudem, vel metum detegere ipsius con-
tractus, quia tunc de grandi non agitur præiudicio i-
psius creditoris, non est necessaria partis vocatio, cùm
sibi remaneat adhuc facultas defendendi contra-
ctum. Et idem foret vbi notoriè constaret iuramen-
tum continere in se turpitudinem ex parte recipien-
tis: ita quòd creditori nulla competeret in contra-
rium exceptio secundum Panorm. in d. c. j. de iure-
iurand. de quo videatis quæstio. capellæ Tholos. lxij.
Guido Papæ q. cxl. & ccxxv. cum duabus sequentib.
☞ [De efficacia iuramenti extraiudicialis plenè habe
tur super verbo, *Testamentum*, iij.] Inter quæ vnum
300 menti commendabitis, quòd † ex iuramento com-
petit parti cui iuratum est, exceptio litis finitæ, om-
nem impediens litis ingressum: ita quòd si filia quæ
renunciauit cum iuramento petat paternam hæredi-
tatem, repellitur ab ingressu litis, opposita per hæ-
redes patris exceptione iuramenti, quæ impedit litis
contestationem: ita quòd amplius non quæretur an
bene renunciatum fuerit. Sed duntaxat an filia agens
iurauerit, vt in §. item si quis postulante, Insti. de act.
ita eleganter determinat Bald. in l. postquam, C. de
pactis. & in c. j. de iureiur. & idem Bald. in tit. de pace
Constan. in fine, super verbo, nolentibus. Laus, ho-
nor, gloria, gratiarum actio, sint Christo Iesu in se-
culorum secula.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ Matrem insuper Cleram.

1 *Testari quis potest, etiam si matrem habeat.*
2 *Testamentum eius qui est in potestate patris non valet.*
3 *Filius præsumitur esse in potestate patris.*
4 *Filius non præsumitur emancipatus, etiam si sit in posses-
sione sui iuris.*
5 *Emancipatus præsumitur qui seorsum à patre per decen-
nium habitauit.*
6 *Testamentum filiifamil. non valet, nisi in castrensi vel
quasi castrensi peculio. & num. 7.*
8 *Doctores militibus æquiparantur.*
9 *Doctorum priuilegium intelligitur de actu docentibus in
vniuersitate approbata.*
10 *Militibus nostri temporis priuilegia non competunt mi-
litaria.*
11 *Filiusfam. testari non potest de peculio profectitio.*
12 *Testamentum à filiofam. factum non validatur per su-
peruenientiam libertatis.*
13 *Donatio facta à filiofa. validatur superueniente libertate.*
14 *Filiusfam. testari non potest de aduentitiis, etiam in qui-
bus pater non habet vsumfructum.* 15. *et quid ad pias
causas.* 36.
16 *Testamentum filiifam. etiam de consensu patris factum,
est nullum.*
17 *Filiusfam. in quibus casibus testari potest.*
18 *Clericus in patris potestate constitutus, testari potest.*
19 *Filiusfam. sumens primam tonsuram testabitur inuito
patre. & num.* 20.
21 *Pater non habet vsumfructum in aduentitiis filij clerici.*
22 *Francorum filij non sunt in patris potestate.*
23 *Filiusfam. testari potest de lucro dotis quod pater perdi-
dit ad secunda vota transeundo.*
24 *Filiusfam. habilitari statuto potest ad testandum.*
25 *Tolosæ filius seorsum à patre habitans, & filia maritata,
habentur pro emancipatis.*
(nem causa mortis.
26 *Statutum permittens filio testari, extenditur ad donatio-*
27 *Filius emancipari potest solùm ad testandum.*
28 *Fictionem sola lex inducere potest, non homo priuatus.*
29 *Filiusfam. an testari possit ad pias causas, saltem de con-
sensu patris.*
30 *Licentia testãdi includit licentiam donãdi causa mortis.*
31 *Licentia testandi semel filio concessa non potest per pa-
trem reuocari.*
32 *Pater non potest codicillari nec disponere pro filio pubere.*
33 *Voluntas patris reuocantis licentiam testandi filio præsti-
tam, nihil est.*
34 *Testari an possit filiusf. in aduentitiis, etiam quo ad vsum
fructum, de consensu patris ad pias causas. & num.* 35.
37 *Filiusfam. testari potest ex priuilegio principis.*
38 *Filius, seruus, & monachus, æquiparantur.*

39 Seruus

BIU Cujas

39 *Seruus hæreditarius relictus non acquirit hæredi futuro in casu.*
40 *Filius Iudæi vel hæretici baptizatus potest testari. & num.41.*
42 *Filius eius qui religionem ingressus est testari potest.*
43 *Filiusfamil. donare potest causa mortis de patris consensu, etiam vbi testari non posset.*
44 *Pater & filius si in eodem contractu contrahunt, tacitè videtur pater consentire.*
45 *Donatio causa mortis per filium de consensu patris facta morte ipsius filij, non morte patris confirmatur.*
46 *Pater consentire potest filio sibi donanti.*
47 *Clausula codicillaris an testamentum filij de consensu patris factum valere faciat vt donationem causa mortis.*
48 *Donatio causa mortis largè dicitur vltima voluntas.*
49 *Codicilli maiorem habent similitudinem cum testamento, quàm donatio causa mortis.*
50 *Iuramentum filij testantis & patris consentientis facit testamentum valere vt donationem causa mortis.*
51 *Donatio per filium facta an valeat si pater postea consentiat.*
52 *Licentia condendi vltimam voluntatem à patre data an faciat filij donationem causa mortis validam.*
53 *Donatio causa mortis per filium de consensu patris facta an à solo patre possit reuocari.*
54 *Donatio per filium absenti facta de consensu patris an valeat.*
55 *Donatio absenti facta an valeat saltem iure codicilli aut fideicommissi.*

¶ Sed quia in hac materia successionum post liberos & cæteros descendentes, secunda causa est parentum & ascendentium. l. nam & si parentibus, ff. de inoffi.test. de quibus secundo loco præsumitur Raynutius cogitasse: Idcirco cùm alios ascendentes non haberet, subditur in textu,

¶ Matrem insuper Cleram.

1 EX hoc † text. vt ex sequentibus appareret, habetis, quòd aliquis non prohibetur testari, etiam si matrem habeat, cùm mater non habeat filios in potestate, Instit. de adopt. §. fœminæ. nisi esset statutum aut consuetudo in ciuitate, quòd post mortem patris filius reincideret in potestatem matris: Quoniam tunc habens matrem, testari non posset, cùm non esset sui iuris, vt l. qui in potestate, ff. e. ti.
☞ [Quod qualiter intelligatur, plenè habetur super verbo, *Si absque liberis moreretur*, j. in materia pupill.
2 substit. & tertio requisito eiusdem.] Si † iste Raynutius testator patrem habuisset tempore conditi testamenti, in cuius potestate fuisset, testamentum eius non valuisset, vt d.l. qui in potestate, Institut. quibus
3 non est permissum facere test. § j. Et in † dubio semper filius esse præsumitur in potestate patris. Nam hæc duo sunt vera. Primò, quòd pater alicuius semper viuere præsumitur si non probetur mortuus. cùm in dubio quilibet viuere præsumatur vsque ad centum annos. Præterea quis semper præsumitur esse in patris potestate, donec probetur emancipatus, vt probat text. melior de iure in l. si emancipati. dum dicit, teq; emancipatum probatum fuerit. C. de col. quem ad hoc not. Fulg. Ludouic. & Alex. ibi: facit l. si filius, ff. de prob. Nam emancipatio est facti, quę nunquam præsumitur nisi probetur. Et præterea semper præsumitur primęuus naturę status durare, in quo filius est
4 natus, sc. in patria potestate † quod est verum, etiam posito, quòd filius esset & reperiretur in possessione sui iuris. Et sic talis possessio non releuaret possessorem ab onere probandi titulum possessionis, s. emancipationem, secundum gl. in l. sicuti, §. si quæratur, ff. si ser. ven. & ita tenent Petr. Bald. & Alex. in l. Titia, ff. sol. matr. Imò plus dicit Bald. in l. ij. C. de sentent. quem sequitur Alex. in l. j. C. eod. quòd licet filius fa. communi opinione reputaretur sui iuris, puta emancipatus, vel quòd eius pater erat mortuus, propter hoc non valeret testamentum per ipsum factum: quia licet communis reputatio, quo ad testes sufficiat ad testamenti validitatem, vt d.l. j. tamen non sufficeret ad testatorem habilitandum: cùm eo tunc in substantia testamenti fit defectus, qui grauior est secundum eum. Nec obst. gl. in l. quamuis, C. de edicto diui Adr. tol. quia loquitur vbi agitur ex testamento iudicio possessorio & summario: quo casu sufficit reputatio & communis opin. Sed vbi ageretur iudicio petitorio de testamenti validitate, non sufficeret, vt sentit illa gl. & Iason in dicta l. j. col. iij. & plenè in l.
5 Barbarius, col. vij. ff. de officio præto. † nisi filius seorsum à patre habitasset per decem annos: quia tunc præsumeretur emancipatus ex lapsu decennij, si hoc allegaret, scilicet fuisse emancipatum. Quia ex lapsu temporis tanti præsumitur de tit. allegat. secundùm Bald. ita in propriis terminis decidentem in l. post mortem, ad fin. ff. de adopt. facit tex. in l. iij. ff. ad Maced. & l. j. in verbo, diu passus, C. de patr. potest. Et ita est intelligenda gl. fi. in d.l. Titia, secundùm Iaſ. in d. l. si emancipati, de coll. Restat ergo, quòd testamentum filiifamil. est nullum, obstante patria potestate, quamuis factum esset inter liberos testatoris, secundùm Bal. in rep. l. j. C. de sacros. ec. & not. in l. hac con
6 sultissima, §. ex imperfecto, C. eod. Quod † intelligatis verum, nisi habuisset peculium castrense: quia fortè erat miles qui in illo habetur pro patrefamiliàs, l. ij. ff. ad Mac. & Inst. quibus non est perm. facere test.
7 §. j. Vel † nisi habuisset peculium quasi castrense, vt ☞ quia forte erat doctor, vel aduocatus. [Quis præferatur doctor, vel miles, vide j. super verbo, *testamentum*, j. in ix. fallentia.] aut notarius de publico stipendiatus, prout plenè deciditur in l. fin. C. de inofficio. testament. Quoniam illi de tali peculio testari possunt cùm in his de patria potestate non curetur, vt di
8 ctis iuribus. Maximè † doctores militibus æquiparati, quia per adeptionem gradus doctoralis, nobilitatem & militiam acquisiuerunt, l. prouidendum, C. de postul. secundùm Bartolum in proœmio Cod. & ff. & Panorm. in c. j. de don. Quinimo doctores ab ipso Imperatore vocantur sui parentes, vt de Vlpiano legitur in l. ex diui pij, C. loca. iuncta l. diuo Marco, C. de quęst. Ex quo vocantur honorati, & celsiores viri, quibus ingrediendi secreta principis facultas prębetur: & qui à præsidibus, non fratres, sed patres appellantur. Necnon vehiculo aureo vtuntur, etiam hodie super mula strato & freno deauratis portantur, l. ij. & fin. C. de offic. diuer. iud. & l. j. C. de vehi. hon. libr. xij. de quibus & cæteris eorum priuilegiis scripsit
9 Ang. in §. suspectus, Instit. de susp. tut. † quod de solis doct. in vniuersitate approbata regentibus actú- ☞ que docentibus [De quo vide plenius super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo principali articulo, in quinta decisione.] intelligitur, qui si xx. ann. legerint, comites efficiuntur, l. j. C. de profes. qui in vrbe Constan. degunt. lib. xij. & non de aliis doct.

qui so

qui solùm vt eorum dilatent philateria & salutationes in foro, ac primos accubitus in cœna consequantur, pro solo fastu promouentur: quibus priuilegia doctorum non competunt secundùm Bart. in l. medicos, C. de profes. & med. lib. x. & Ang. in §. item Romæ, Inst. de excus. tu. Sicut † nec militibus [Vt etiam ☞ plenè dicitur super verbo, *Testamentum*. j. in ix. casu fal.] nostri temporis priuilegia competunt militaria, ad pompam potius, quàm pro tuitione reipubli. deauratis, secundùm Cy. & Saly. in l. j. C. de iur. & fa. ign. & Ange. in §. illis autem, Insti. de test. mi. & Pan. hîc super gl. iij. Vnde restat filiofam. de castrensi, vel quasi castrensi peculio testari posse. Sed † testari non possunt filiifa. de peculio profectitio, i. de bonis ex paterna substantia prouenientibus, nec etiam testari possunt de peculio aduentitio propriis laboribus, aut prospera fortuna proueniente, nec de peculio paganico per filios paganicè, i. ex arte mechanica acquisito: in quibus scilicet, aduentitio & paganico peculiis, pater habet vsumfr. & filius solam proprietatem, de qua etiam testari non potest, etiam de consensu patris: nec aliàs disponere inter viuos sine patris consensu, etiam si disponeret cum iuramento, vt l. fi. §. filiis. & ibi gl. Bal. & Sal. C. de bon. quæ lib. Nec † tale testamentum nulliter factum reconualesceret per superuenientiam libertatis, puta si testator filius efficeretur sui iuris post testamentum factum, per emancipationem aut mortem naturalẽ sui patris prę-morientis, l. j. §. sed si filius, ff. de leg. iij. Nam licet testamentum morte testatoris confirmetur, adeò quòd quo ad eius validitatem maximè attenditur tempus mortis testatoris, c. cùm Marthę, de cel. mis. per quod videbatur testamentum valere, vbi testator tempore suæ mortis, & sic tempore quo testamentum confirmari debet, reperitur sui iuris: tamen hoc verum non habet, vbi testamentũ fuit ab initio funditus nullum, vt in proposito facit tex. in c. non firmatur, de reg. iu. lib. vj. Sed fideicommissum alibi quam in testamento relictum bene confirmaretur, si fideicõmittens filius tẽpore mortis reperiretur sui iuris, vt d. §. sed si filius. Idem † puto in donatione, quę facta à filio viuente patre non valet, etiam cum iuramẽto, sicut non valeret facta per prodigũ, vt d. l. fi. §. filiis, vbi hoc tenent gl. Bal. & doc. C. de bo. quæ lib. & Spe. ti. de acto. §. j. Tamẽ talis donatio per mortem patris superuenientem confirmabitur, & validabitur, per ea quę pulchrè decidit Bart. in l. cum vir, ff. de vsuc. & Pan. in c. cùm ex officij, de prę sc. vbi superuenientia iuris validat alienationem, quæ de se nulla erat propter defectum iuris in alienante tempore alienationis, sicut dictum est in fideicommisso alibi, quam in testamẽto relicto. Et idem fortè esset, si filius post donationẽ à se nulliter factam emanciparetur, quia donatio confirmaretur, per ea quæ dicuntur in l. siue emancipatis, C. de don. & pulchrè Ias. in l. diuortio, §. j. col. 3. ff. sol. ma. † Plus dico, quòd etiam non poterit filius testari de bonis aduentitiis, in quibus pater non habet vsumfructum, quæ plenè ponuntur per tex. & gl. in auth. excipitur, cum seq. C. de bon. quę lib. Nam licet plures famosi doc. consuluerint filiumfami. in talibus testari posse, multas adducendo rationes, quibus facilè responderi posset: tamen veritas mihi videtur esse, q̃ testamentũ etiam in talib. nihil valeat. Primò, quia si speciale est in his aduentitiis, quæ filio proueniunt ex principis largitione, in quibus pater non habet vsumfructum, vt in his testari possit, per text. sing. in l. cùm multa, ibi, ad instar castren. peculij, C. de bon. quæ lib. Ergo in contrarium est ius commune in aliis, in quibus pater non habet vsumfructum ex principis largitione non prouenientib. arg. l. ius singulare, ff. de legib. Secundò, quia speciale est in presbytero, vt ille in aduentitiis testetur. Casus est singul. in Auth. presbyteros, C. de epi. & cler. vt j. latius dicetur. Ergo in aliis personis ius commune est in cõtrarium. Tertiò, quia ratio quæ ponitur in d. l. fi. §. filiis, C. de bon. quæ lib. quare filius testari non potest in aduentitiis, in quib. pater habet vsumfructum, est, ne filij iuuenili calore bona propria consumentes, patri noceant, qui eos postea alere cogatur ad egestatem deductos, l. si quis à liberis, ff. de lib. agn. Sed hæc ratio ita locum habet in his aduentitiis, in quibus patri non quæritur vsusfructus. Cùm igitur eadem sit ratio, eadem etiam erit iuris dispositio, arg. l. illud, ff. ad leg. Aquil. & l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr. Nec obstat si dicatur, quòd ratio quæ militat in filiis contrahentibus, de quibus loquitur d. §. filiis, non sibi vendicat locum in filiis testantibus: cùm post testamentum, & eorum mortem non habeat pater eos necesse alere. Quia respond. q̃ licet ratio tunc non haberet locum in persona filij iam mortui, nihilominus tamen verificari poterit in persona nepotis ex filio mortuo remanentis, quem sicut filium auus alere cogitur in egestate constitutum, vt d. l. si quis à liberis, §. vtrum autem. † Quartò hoc probatur, quia quemadmodum quãdo vsusfructus aduentitiorum est ipsius patris, non potest ipse filius testari in proprietate, quæ est sua, vt d. §. filiis. ita etiam non videtur posse cum vsusfructus, & proprietas sua sint: & quod iuris est de parte quo ad partem, idem de toto quo ad totum: arg. l. quæ de tota, ff. de rei ven. & ff. de vsur. l. qui semisses. Non obsi dicatur, quòd ideo filius testari non potest, quando pater habet vsumfructum, quia tunc pater est bonorum administrator legitimus, quod secus est, quando non habet vsumfructum: quoniam resp. q̃ non est bona consequentia: Cùm secundum hoc sequeretur, q̃ cum curator bonorum adulti sit eius legitimus administrator, quòd adultus testari non posset, quod est falsum, quia imò potest, vt l. cum pater, §. curatoris, ff. de leg. ij. ff. de lib. leg. l. Aurelio, §. Caius. Et per has rationes & plures alias secundũ hanc opin. consuluit Lud. scholaris existens, & fuit eius primum cõsilium, prout ipse refert in repetit. Auth. similiter, C. ad leg. Falcid. col. xxxiij. Ex præmissis habetis filium testari posse in castrensi, vel quasi castrensi peculio: Cùm in illis habeatur pro patrefamilias, vt dicit text. in l. ij. ff. ad Maced. & not. plenè in l. fin. C. de inoffic. testa. & §. fin. Instit. de testam. milit. Sed in aduentitio seu paganico peculio non facta differentia, an in eo pater habeat vsumfructum, vel non, filius testari non poterit propter patriam potestatem, vt dicta l. qui in potestate, & l. testamenti factio. secundum vnam lectur. ff. eodem tit. † Quinimo testamentum à filio factum etiam de consensu patris est ipso iure nullum: cùm ex alterius arbitrio testamentum dependere non possit, vt l. captatorias, C. de testament. milit. ☞ [Vt plenè habetur super verbo, *condidit*. j.] Et hæc est vera iuris conclusio. † Quæ tamen fallit in consequentibus casibus, in quibus filiusfamiliâs testari poterit. Primò fallit in bonis à principe filio donatis & collatis, quoniam in his filiusfamiliâs testari poterit. Casus est singularis in d. l. cum multa, C. de bonis quæ liberis. Secundò fallit in filio presbytero facto, aut aliàs ordinato, qui licet sit in potestate patris, quæ propter ordines non dissoluitur, vt not. gloss. &

Doct

Doct in c.indecorum,§.de ætate & qualit. Attamen testari poterit,nedum in ejus peculio quasi castrensi, quod lucratus est cum officio presbyterali, sed etiam testari poterit quo ad peculium aduentitium. Casus est singularis in d.Auth.presbęteros,C.de epi. & cle. Per quam Auth.gl.singularis in c.quia ingre-
18 dientibus,xix.quæst.vlt.dicit, † quòd clericus in patris potestate constitutus testari potest.Nec facit differentiam, in quo ordine clericatus sit constitutus: de eo quòd clericus filiusfamiliàs testari posit, est text.not secundum intellectum Hostiens.ibi in cap. quia nos,§.eodem tit.cum quo transit Barb.ibi, & in tract.de præstan.Card.quæstio.iij.in princ.Nam mi-
19 lites filij familiàs testari possunt. Ergo & clerici eis æquiparati,vt l.miles,ff.de re iudic.& ibi gl.Et hanc opin.per illum tex. etiam tenuerat Panorm.in d.cto c.quia nos,in fin.eleganter dicens: Illud quod reputatur aduentitium laicis,esse castrense, vel quasi castrense in clericis,secundùm Innoc.ibi.pro quo dicit esse text.rotundum in d.Auth.presbyteros.† Ex quo Barth.Cæp.in tract.de cautelis aduocat. cautela 113. dat filio cautelam, & modum testandi inuito patre, scilicet,quòd faciat se promoueri ad clericatum suscipiendo saltem primam tonsuram, videatis ibi per eum,quia idem tenet Iason in l.filiæ,la ij C.de colla.
20 iij.colum. nam priuilegia indulta clericis,vt non ligentur statutis laicorum, etiam competunt clericis in minoribus constitutis,secundùm Bal.in c.cum venissent,de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.quem sequitur Felyn.in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constit. xlix. col. subiungens ibi nullum statutum solennitatem testandi inducens extendi ad clericos. † Et hoc est verum, scilicet filiumfamiliàs testari posse de bonis aduentitiis, quando clericatus adhæret tempori delationis bonorum,id est,quia filius erat iam clericus, quando bona fuerunt sibi acquisita: sed si iam fuerant ei acquisita ante clericatum, est maius dubium, quod Panor.reliquit indecisum in c.constitutus,col. v.§.de in integ.rest. & fortè idem dici posset in bonis acquisitis ante clericatum, vt in illis etiam testari posit, & disponere etiam sine patre: & sic priuabitur pater vsufructu istorum bonorum,etiam ipso viuente. Et hoc etiam est de mente dicti Cæp. in dicta caut.113.Et formaliter ita determinat summa Rosella in verbo,clericus,iiij.in fi.Et quòd habens simplicem tonsuram, habeat priuilegium testandi:text.est in dicta Auth.presbyteros. dum dicit tex.lectores & omnes, quos clericos vocamus. Nam tonsurati vo-
21 cantur clerici. † Nam in bonis talium clericorum pater non habet vsumfructum, etiam in bonis maternis.& ita tenent Ant.de Butr. Petrus de Anchara. Cardi.& Imol. in dicto c.quia nos. referentes Azon. ita tenuisse in summa C.de bonis quæ liber.& Host. in d.c.quia nos Et est veritas,quicquid dixerint Iac. But.& Bar. in d.l.sacrosanctæ, C.de sacrosanctis ec-
22 clesiis. † Tertiò fallit in Francigenis filiis, qui cùm non sint in patria potestate,vt dicit glo.singularis in verbo,Romanorum,Insti.de patria potest. tales viuente patre poterunt testari. Et idem in Britonibus. ita singulariter determinat Bal.in c.j.§.si duo, in tit. de duobus fra.de nouo benefi.inuest. vbi dicit,quòd Galli & Britones testari possunt etiam de aduentitiis, cùm secundum eorum legem non sint in patrum suorum potestate. Quæ quidem patria potestas inuenta est iure Romano, vnde ipsi iure gentium testari possunt: quo iure non curatur patria potestas. Idem tenet Bal.sequendo dictam gl.in c.j.an maritus succedat vxori in benefi. & Lud.in l.fin.C.qui testamenta facere pos.& ibi Alex. & in l. j. §.hoc autem, ff.ad Treb. & Panorm.in c.fi.de conuersione infidel.

☞ De quo plenius habetur super verbo, *Si absque liberis moreretur.*ij.in materia pupil.substit.& in iij.re-
23 quisito eiusdem. † Quartò fallit in lucro dotis,quod pater lucratus fuerat, & eius proprietatem perdidit per transitum ad secunda vota, quæ dos applicatur filio primi matrimonij, de qua idem filius poterit in vltima voluntate disponere,licet fuerit in patris potestate constitutus:ita determinat Angel. in Auth.de nupt. §.venient autem, coll.iiij. per text.l.in quibus,
24 in fi.C.de secund.nupt. † Quintò fallit,vbi statutum ciuitatis aut patriæ habilitaret filium ad testandum: quoniam tunc testari posset,vt tenet Bar.in l.si quæramus,ff.eodem tit.idem sequitur Bal.in Authen.ingressi,C.de sacrosanctis eccl. & in l.j. C.de sum.tri. & ibi Bar.& Bal.ac Fel.tenent tale statutum duntaxat habere locum in filiis & subditis ciuitatis, vbi viget tale statutum, non autem in forensibus ibi testantibus,& Pet.de Anch.in repet.c.j.de consti. vers.procedo vlterius,& Im.in c.ij.suprà eod. vbi plus dicit, quòd ille tunc potest testari etiam de aduentitiis, in quibus pater habet vsumfructum,dum tamen taliter testetur,quòd non faciat patri prejudicium in suo vsufructu, vt tenet Bal.in d.l.si quæramus. Sed aduertendum est,quòd Ang.ibi tenet contrarium, s.filium statuto non posse habilitari ad testandum, propter tex.in dicta l.fi.C.qui test.facere pos. dum dicit,nullo etenim modo hoc eis permittimus. Quæ verba tollunt in futurum dispensandi & statuendi potestatem in contrarium, vt no.gl.singularis in clem.vt hi
25 qui,super verbo,nullo modo,de ætate & qual. Idem tenet Barb.suprà in repet.huius rubricæ.† Sed prima opin.est communior, & tenetur in dubio, quæ facit pro statuto Tholosano, in quo cauetur, quòd filiusfamiliâs seorsum à patre commorans habeatur pro patre,& pro emancipato:pro quo facit tex.in §.si filiusf.Inst.de obl.quæ ex quasi malefic.nasc. Et etiam filia maritata cùm seorsum moretur à patre,& marito suo adhereat, censetur emancipata per statutum Tholosanum,quia etiam de iure non veniunt appellatione paternæ familiæ:de quo per doc.& Ias.in l.fi. C.de ver.sig.& sic testari poterit,ac si realiter fuisset emancipatus, quod facere non posset cessante dicto statuto,nisi decennio seorsum à patre habitasset & allegaretur emancipatus,vt §.dixi. Pro quo videatis dictum Bal.in l.post mortem,ff de adop.vbi dicit,q̃ filius seorsum à patre habitans longo tempore præsumitur emancipatus fuisse.Cum quo transit Barb.in c. peruenit,col.4.in fi.§.de empt.& ven.circa quod est menti tenendum,quod sing.determinat Paul.consil. 174.inc.ad primum quæsitũ,& c.dicens eo casu sufficere nedũ si filius omnino moretur seorsum à patre, ita q̃ quilibet per se moretur,sed etiam si filius principaliter alicubi habitet,& pater cũ eo:quoniam eo tunc cũ habitet pater cũ filio,non censetur filius habitare cũ patre,neque simul habitare:sed filius principaliter,& de per se,& pater accessoriè:quia nihil gerit pater,sed solus filius:l.& habet,§.j.ff.de precar.& quod no.Bar.in l.Sempronio,ff.devsuf.le.vnde in tali locum haberet statutũ,ita q̃ pater etiam non habebit vsumfructum aduẽtitiorum: secus si ipse filius cũ patre moraretur,ita q̃ pater in domo esset principalis,quoniam tunc seruaretur ius commune,s.q̃ pater haberet in aduentitiis vsumfructum, nec in eis filius testaretur, cùm non sit sui iuris, vt suprà dictum est.

Vnum

BIU Cujas

26 † Vnum teneatis menti, quòd si statutum permittat filiofamilias testari, tale statutum trahitur ad casum mixtum, vt etiam possit filius donare causa mortis sine patre. Ita determinat Ias. Inst. de act. §. omnium, col. ix. circa medium. allegat Bal. in l. fi. C. eod. titul. vbi hoc non dicit, saltem in meo libro, licet determinet similem quæstionem: tamen de filio nihil dicitur. Sed videatis eum in l. j. ver. nunc incidenter quęritur, C. de sacrosanct. eccles. vbi hoc dicit. Et quòd statutum vel patriæ consuetudo possit habilitare filium ad testandum, tenet Flor. in l. Pomponius Philadelphus, ff. fam. erc. col. iij. in prin. vbi tractat de statuto Bononiæ permittente filiabus testari de dote. Et ibi quærit, an extendatur ad iocalia, quæ dat pater
27 filiæ sponsæ, videatis ibi. † Sextò fallit, si filius in patris potestate existens fuerit per patrem emancipatus, quo ad actum testandi, quoniam tunc testari poterit, quia quo ad illum actũ patria potestas euanuit. Nam quemadmodum lex potest habere filium pro emancipato quo ad aliqua, veluti castrensia, vel quasi, vt l. ij. ff. ad Maced. vbi text. facit filium haberi pro emancipato in castrensibus, vel quasi castrensibus, & non quo ad alia, ita similiter pater potest ipsum filium emancipare quo ad quædam. Ita sentit Bart. licet pedem non figat in l. j. §. in filij, ff. ad Trebell. sed hoc non est verum, secundum Bald. in d. l. senium, C. qui testamenta facere possunt. Quia patria potestas est indiuisibilis, neque potest quis esse sub duplici
30 † Quia licentia testandi includit licentiam donandi, vt dixi, & eleganter determinat Bal. in d. l. j. ver. nunc incidenter quæritur, C. de sacrosanctis eccl. videatis Bal. in dicta l. senium, & in l. fin. vers. quid si statutum, C. eodem tit. facit tex. in l. cùm hîc status, §. si miles, ff. de donat. inter virum & vxor. & l. Marcellus, ff. de don. causa mor. & l. discretis, §. j. C. qui testa. facere
31 pos. glos. & Bar. in l. tam is, ff. de don. causa mor. † Et talis consensus à patre semel filio præstitus tantæ est efficaciæ, quòd testamento semel ad pias causas per filium facto de voluntate patris, pater non poterit illud reuocare quo ad hæredis institutionẽ, nec etiam quo ad legata, siue filius adhuc viuat, siue sit mor-
32 tuus: † quia pater non potest codicillari, nec disponere pro filio pubere, sed duntaxat pro impubere, l. si fundum per fideicommissum, ff. de legatis primo, §. fin. not. in l. ex tribus, C. de inofficioso testamento. & plenè dicetur infrà in materia pupillaris substitutio-
33 nis. † Vnde si quispiam diceret patrem posse reuocare, ego quærerem, hæc voluntas patris quid est? Testamẽtum non, codicillus non, vltima voluntas non: Ergo nihil est, & sic nihil valet. Nam quod caret esse, caret virtute & operatione. Cùm operatio sit posterior pars mentis, essentia verò est prior: sicut patet ad sensum, & probatur in l. fi. C. si certum petatur. secundum Bald. Et quòd talis voluntas non possit reuocari, præsertim in perniciem piæ causæ, facit tex. not. Instit. de rerum diuisio. §. religiosum, versiculo, in alienum. Ad hoc facit, quod singulariter decidit Panormitanus in prologo huius voluminis Decretalium, super verbo, seruus seruorum Dei, in fin. vbi dicit, quòd licet promissio facta alteri per medium alterius non obliget promittentem, quin pœnitere possit, & suam voluntatem mutare, l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verborum oblig. attamen semel facta piæ causæ est irreuocabilis, vt ibi plenè probat sic intelligens glos. in c. quoties cordis oculis, j. q. vij. de quo plenius per Felynum vbi s. Ad hoc facit quod per illum text. decidit singulariter Bart. in l. priuilegia, in fi. C. de sacros. eccles. vbi dicit, quòd eleemo-

syna

28 mo priuatus, † vt not. ipsemet Bart. in repetitione dictæ l. si is qui pro emptore, in j. quæstio. principali, quam repetiit & subtiliter in xxvj. suæ ætatis anno, & fuit prima lex, quam scripotenus suis tradidit scholaribus registrandam. hanc eandem opinionem Bald. contra Bartolum per dictam rationem reperio tenuisse etiam Alexan. & Paul. in dicto §. hoc autem.
29 † Septimò fallit in filio testante ad pias causas, quoniam tunc testamentum valet saltem iure canonico, vt est casus in cap. licet, de sepult. libr. vj. vbi dicitur, quòd filiusfamilias testari potest de consensu patris pro anima in aduentitiis, quorum proprietas est sua, licet administratio legitima & vsusfructus ad patrem pertineant, vt dicit gl. in dicto cap. licet. super verbo, iudicare. Idem tenet Bartolus in dicta l. qui in potestate, ff. eodem. & plenius in l. prima, C. de sacrosanc. eccles. Bald. & Salycet. in dicta l. senium, in fin. C. qui testam. facere pos. & l. j §. si filius, ff. de legatis iij. Quæ quidem opinio ex duobus firmatur. Primò quia ratio, quare filius in potestate existens etiam de consensu patris testari non possit, est, quia testamentum debet ex proprio, & non alieno arbitrio dependere, vt l. illa institutio, ff. de hæredibus insti. Sed hęc ratio cessat in testamentis ad pias causas, quoniam in illis testamentum pendere potest ex alieno arbitrio, vt in c. cùm tibi. & ibi glo. not. suprà eod. quam ad hoc allegat Bald. in Authentic. ingressi, C. de sacrosanctis eccle. Igitur per consequens cessat prohibitiua dispositio. Secundò probatur, quia de hoc est casus formalis in dicto cap. licet, à contrario sensu, ibi dum dicit: *pro anima vero sua citra ipsius patris assensum nisi peculium castrense, vel quasi habeat, aliquid iudicare non potest.* Ergo à contrario sensu, cum patris consensu etiam in his, quæ non sunt castrensis, vel quasi, peculij, poterit pro anima iudicare, id est, disponere: & hæc est veritas, quicquid dixerit Ioan. Andr. in nouel. in c. si pater, eodem tit. lib. vj. vbi concludit contrarium & malè: quia prima opin. *communis est*, secundum Ludouicum in dicta Authent. similiter, C. ad legem Fal. vbi plenè respondet ad rationes Ioan. Andr. idem tenet Ang. in § j. Instit. quibus non est permissum facere testamentum. dicens hanc *esse communem opinionem*, quod testamentum filij hoc casu valeat, ita quòd sufficit consensus seu licentia generalis à patre obtenta, etiam antequàm testaretur filius, licet per multa tempora, nec est necessarium, quòd pater in actu testandi ad pias causas ibidem existens præbeat licentiam filio, aut det sibi licentiam testandi certa forma, sed vt dictum est, satis est quòd præcesserit licentia testandi generalis ad pias causas: quæ quidem licentia seu consensus per patrem præberi potest per epistolam, vt tenet Ang. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acq. hære. per l. honores. & ibi etiam hoc tenet Ang. ff. de decur. cuius consensus virtute posteà filius ad sui libitum testari poterit ad pias causas, vel donare causa mortis.

syna fieri pauperibus semel introducta, etiam statuto ciuitatis posteà mutari vel diminui non potest, imò debet perpetuo præstari, ita quòd nedum voluntas ad pias causas expressè præstita est irreuocabilis, sed etiam si tacitè per cõsuetudinem fuerit inducta: quia per voluntatem expressam statuto declaratam tolli non potest, nec mutari, de cuius dicti veritate plenè Lud. in Auth. similiter. in j. parte repet. C. ad l. Falci.

34 † Sed themate retento, quòd filius de consensu patris possit testari ad pias causas in aduentitiis, quorum vsusfructus est patris, vt dictum est. Quod est intelligendum, quòd testari possit quo ad proprietatem. Nunc autem est dubium, an idem filius de consensu patris testari possit ad pias causas quo ad dictorum bonorum vsumfructum patri pertinentem? Et videtur prima fronte dicendum, quòd non: quia ex quo pater consentiret filium testari in his bonis quo ad vsumfructum, qui patris est, videtur sibi illum donare, & cõsequenter filium habilitare de isto, vt suo, testari & disponere: sed hoc fieri non potest, quia inter patrem & filium donatio nulla est, vt l. ij. C. de inof. don. & l. donationes, C. de don. inter virum & vx. Nec obstat si diceretur, quòd illud procedit, nisi pater donet filio, & filius donet alteri. Quo casu donatio facta filio valet, cùm apud ipsum non sit remansura, vt l. in ædibus, §. quod filius, ff. de don. sicut est in casu nostro. Sed hoc non est verum simpliciter, quoniam tunc donatio facta filio alteri donaturo procedit & valet, vbi ita filius donat, quòd ad eum res donata amplius non sit reuersura: secus autem si ad eum res donata esset reuersura, seu reuerti posset, vt eleganter traditur in l. si cum filius, ff. de don. Ita enim est in casu nostro, vbi filius donat per viam vltimæ voluntatis, quæ reuocabilis est vsque ad vltimum vitæ exitum, vt l. iiij. in fin. ff. de adi. leg. In contrarium tamen puto esse veritatem in quæstione proposita. Et dico testamẽtum filij etiam quo ad vsumfructum

35 patris esse validum: † ex eo quia licet donatio inter patrem & filium regulariter sit nulla, attamen est valida eo casu, quo pater donat filio vsumfructum aduentitiorum. Quoniam tunc in illo validum est testamentum, tanquam filius testetur de suo. Casus est singularis in l. cùm oportet, C. de bo. quæ lib. quem ibi commendat Bal. Subdens vlterius donationem talis vsusfructus non requirere confirmationem per mortem paternam: & ita refert tenuisse Azo: licet gl. ibi tenuerit contrarium & malè, quia pro Bald. & Azo. text. potest adduci valde not. hoc decidens rectè intuenti in c. j. de al. feu. pat. in vsib. feu. Vnde nunc pro expedito habetis, quòd filiusfamiliàs testari potest ad pias causas in proprietate, & vsufructu aduenti-

36 tiorum de consensu patris, vt dictum est. † Sed nunc succedit dubitatio. Nunquid in talibus aduentitiis, in quibus de iure patri non quæritur vsusfructus, filius testari possit ad pias causas sine consensu patris? & Bart. dicit quòd non, in d. l. qui in potestate, ff. eod. Lud. tamen in d Auth. similiter. tenet contrarium, & Bald. in l j. C. de sacrof. eccl. propter text. ibi, dum dicit, liberum sit arbitrium. Pro opin. Bart. facit, quia text. in d. capit. licet. requirit indistinctè patris consensum. Et præmissa intellige vera, quando filius testatur ad pias causas tantum. Quo casu potest modis supradictis. Si verò testaretur ad pias causas, & fauore alicuius priuati, veluti legando ecclesiæ, & Titio feudum, tale relictum non valet, quatenus concernit Titium, nec pars eius accresceret ecclesiæ. Nam in talibus relictis non habet locum ius accrescendi de non pia causa ad piam: vt l. mulieri & Titio, ff. de condi. & demonstr. quia dispensatio ius accrescendi non recipit, ne multiplicetur inconueniens: ita dicunt Bal. & Salyce. in d. l. senium, in fi. quod intellige verum, scilicet non habere locum ius accrescendi. Secus tamen esset in hæreditate: Nam si per filiumfamiliàs in casu supradicto ecclesia & Titius instituerentur hęredes de consensu patris, quo ad Titium institutio non valeret, sed totum accresceret ecclesiæ, vt tenet Bald. per bonas rationes in d. l. j. vers. iij. quæ incidenter, C. de sacrof. eccles. de quo plenius dicam infrà super verbo, testamentum, primò in xj.

37 fallen. † Octauò fallit, vbi filiusfamiliàs haberet priuilegium testandi à principe concessum, quo casu virtute priuilegij testari poterit. Quod intelligatis seruata solennitate iuris, vt l. si quando, §. j. C. de inofficioso testamento. vbi hoc sentit Bal. in monacho.

38 Ergo idem erit in filio, † cùm filius, seruus, & monachus æquiparentur, secundùm Innocen. in cap. olim. de priuil. Quo casu non erit dare hęreditatem iacentem in illo patrimonio, vt singulariter determinat Ang. per illum text. in l, si seruus communis Mæuij & castrensis peculij, §. j. ff. de stipulat. seruorum. vbi licet filiusfamiliàs possit facere testamentum, vt in casibus prædictis, & fecerit, & possit habere hæredem: Tamen non dicitur eius hæreditas esse antè quàm hæres adeat: sed dicuntur vacantia bona. & ratio est, quia si hæres adeat, fingitur fuisse hæres vsque ad tempus mortis, l. si ex re. §. fi. ff. de stipulat. seruorum. Si verò non adeat, finguntur illa bona fuisse patris, l. hæreditatem, §. patris, ff. de castrens. pecul. Et sic patet, quòd mortuo filiofamiliàs condito testamento, non est dare hæreditatem iacentem in suo patrimonio, non enim antè quàm adeatur, vt d. l. si seruus. nec post eam aditam, quia tunc patrimonium suum est iunctum cum patrimonio hæredis, & cœpit esse vnum corpus. Et sic non est amplius hæreditas, l. sed si plures, §. à filio, ff. de vulgari & pupill. & l. pater, ff. de priuileg. credito. Ex quo sequuntur tria, quæ secundùm eum sunt admiratione digna.

39 † Primum est, quòd seruus hæreditarius relictus non acquirit hæredi futuro, vt dicta l. si seruus communis. Secundum est, quòd tali patrimonio non poterit dari curator velut hęreditati iacenti. Tertium, quòd contra tale patrimonium non poterit continuari præscriptio, vt l. si seruus hæreditarius, ff. de stipulatione seruorum. Imol. ibi dicit, quòd imò continuari potest præscriptio: ex eo, quia illa fundatur ex possessione possidentis bona fide & iusto titulo: quæ durant, licet quis decedat sine hæredibus, vt l. j. §. proculdubio, C. de vsucapionibus transformand.

40 † Nonò fallit in filiis Iudæorum si baptizati fuerint, cùm sacrum baptisma eos à patria potestate liberet, vt dicit glossa singularis in capitulo, Iudæorum, vigesimaoctaua, quæstione prima. de quo per Felynum plenè in capitulo, Iudæi, el secundo, de Iu-

41 dæis. † Decimò fallit in filiis hæreticorum & schismaticorum, cùm non sint in patria potestate, prout de primo est text. in capit. secundo, in fine, de hæret. libro sexto. De secundo ita singulariter determinat Bald. in l. nam ciuium, ff. de his qui sunt sui, vel alie. iuris. Tales enim filij si fideles existant testari poterunt: Secus si cum parentibus remanerent in Iudaismo, hæresi, vel schismate, secundùm Baldum ibi.

42 † Vndecimò fallit in filio illius, qui religionem ingressus est, qui testari potest: quia cùm pater per ingressum monasterij censeatur mortuus mundo,

filius

BIU Cujas

filius liberatur à patria potestate. Et ita tenet Bart. post Gul.de Cun.in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. quos sequitur Ias. in Auth. ingressi.
43 col.iij. C.de sacrosanct.eccl.† Aduertendum tamen est, quòd licet filius extra casus prædictos non possit in aduentitiis testari etiam de consensu patris, vt dictum est, tamen bene donare posset causa mortis. Nam licet talis donatio sit vltima voluntas, tamen accedit contractui, vt not.gl.in l.ij.ff.de dot.præleg. de quo plenè per glos.in §.j. Institut.de donationib. Bart.in d.l.tam is.& d.l.qui in potestate.& Doctor. in d.l.senium. Et donare poterit causa mortis sine patris consensu bona aduentitia, in quibus patri non quæritur vsusfructus, per textum in Authentica, vt liceat matri & auiæ.in principio.vbi glos.hoc tenet, & Raphael Cuman. in d.l. tam is. quem sequitur Ias. in d.l.senium. columna j. & in l.nemo. columna vlt. eodem titulo, qui testamenta facere possunt. licet
43 Alexand.ibi tenuerit contrarium.Ludouic.in Auth. similiter,C.ad legem Falcid.tenet opin.Raph.Similiter dicit Rapha.Fulg.in d.l.senium.quòd sine consensu patris potest filius causa mortis donare res alienas,dum tamen donet de cõsensu domini rerum. Sed quando donat res, in quibus pater habet vsumfructum, consensus patris expressus & antecedens est necessarius, vt dictum est, vel quod pater & filius
44 simul donent.† Quia vbicunque pater & filius in eodem instrumento contrahunt, tacitè videtur pater contractui filij consentire sine alio formali consensu. Et idem si ambo agant in iudicio: quia valebit iudicium quo ad filium sine alio patris consensu, vt locum non habeat dispositio.l.fin. §.filius. & §.necessitate.C.de bon.quæ liber. secundùm Bartolum in l. cùm pater.§.libertis. ff.de leg.ij. & Bald.in l.fi.C.ad Maced. Bald.Angel.& Alexand.in l.is qui hæres.§.fi. ff. de acquirenda hæreditate. & Iason in l. quoties. C.de fideicommis. & Angel. in §.pupillus. Instit. de
45 inutil. stip. † Et talis donatio causa mortis facta per filium de consensu patris, morte tantùm filij confirmatur, ita quòd ad eius confirmationem nullatenus requiritur mors patris, vt l.iij. C. de donation.causa
46 mortis.& ibi glos. † Et pariter ne dum potest consentire filio alteri donanti, vt d.l. tam is. sed etiam potest consentire filio sibimet patri donanti. Nec est reprobum tunc patrem suum consensum præstare ad sui commodum & vtilitatem, vt tenet Ang. in l.j.§.quæsitum.ff.ad Trebellianum. per tex.in l.j.C. de imp.lucr.descri.lib.x.Non subaudiendo ibi,quòd filius emancipatus esset, vt est communis opin. secundùm Alexand.in d.§.quæsitum.Quod est notandum pro his,quæ not.in clement.si vna.de rebus eccles.non alien.& in l.cùm ipse. C.de contrah.empt. contrarium tamen refert fuisse decisum Guid. Papæ quæstio.ccxxiij.in princip.vbi plura bona de hac donatione ponit, præsertim an reuocari possit sine patre. An autem valeat contractus factus in fauorem, & commodum illorum, quorum præsentia requiritur ex statuto vel consuetudine, videatis plenè Fely.
47 in c.edoceri. col.vij.de rescript.† Quid si pater approbet testamentum filij, in quo est clausula codicillaris,an saltem respectu dictæ clausulæ valeat iure donationis causa mortis ? Bald. & Salycet. in d.l.senium.dicunt,quòd non. Idem tenuerat Barto.in d.l. tam is. quia specialis & specifica concessio requiri-
52 tur ad hoc, vt filius donare possit causa mortis, vt est text.in l.filiusfamilias.§.pari ratione. ff.de donatio. Et specificum est, quod ab omni generalitate est e-
53 xemptum, vt l.sed & si quis, §.quæsitum,ff.si quis cautio.facit l.fi.§.defensionem.C.de admini.tut. not.gl. & Bart.in l.Prætor ait,§.j.ff.de noui operis nunciat. & idem Bartol.in l.j.ff.de vulgar.& pupill. Et licet multi transeant cum hac opinione, vos tamen dicatis hoc modo, quòd si filius testetur de consensu sui patris adiiciendo dictam clausulam hoc modo, si nõ valet vt testamentum, valeat iure codicillorum, aut cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis: Et tunc cum facta expressa enumeratione testamenti, & codicillorum illa verba generalia cuiuslibet alterius non possunt referri ad aliam voluntatem,cùm vltra testamentum & codicillos non sit alia vltima voluntas, quàm donatio causa mortis. Tunc dicta verba operantur idem, ac si facta foret specialis mentio de donatione causa mortis:argum.capit. qui ad agendum. de procur.lib.vj.& not.in d.§.quæsitum. facit in ar-
48 gum.l.ij. ff.de liberis & posthumis. † Præterea, quia largè sumpto vocabulo,donatio causa mortis est vltima voluntas:l.fi.C.de don.causa mortis. Vbi verò filius de consensu patris testando adiiceret clausulam codicillarem isto modo, Si non valeat iure testamenti, valeat iure cuiuslibet alterius voluntatis. Et sic non facta mentione de clausula codicillari, tunc talis clausula non intelligeretur de donatione causa mortis: cùm illa verba intelligantur de vltima voluntate simili ipsi testamento, argum.l.si fugitiui. iuncta gl.in ver. qualibet,C.de seruis fugitiuis.& l.fi. §.cui dulcia,ff.de vino tritico,& oleo leg.& cap.fe-
49 des,de rescr.† Et per consequens talis clausula intelligitur de codicillis,qui maiorem habent similitudinem cum testamento, quàm donatio causa mortis, quæ potius accedit contractui, vt dictum est: vnde tunc tale testamentum nullo modo valebit vt testamentum, nec vt codicillus: cùm filiusfamiliâs non possit testari, nec codicillari: nec valebit vt donatio causa mortis: quia de illa non censentur cogitasse pater & filius,videatis Alex.in l.ij.in fine,ff.de leg.j. vbi plenè. Vnum tamen singulariter determinat Angel.in d.l.senium, C. qui testamenta facere possunt,
50 vbi dicit, † quòd si in testamento prædicto interuenisset iuramentum filij testantis, & patris illi testamento consentientis, tunc talis voluntas omnino valeret iure donationis causa mortis propter iuramentum: quia circa id in quo interuenit consensus generalis, iuramentum habet vim specifici consensus, vt l. cùm pater, §. filius matrem, ff. de legatis ij. tenent Bald.& Salyc.in l.j. C.comm.o. quod similiter sequitur Alexand.in d.l.senium,circa finem. Ad hoc facit, quod plenè dictum fuit in vltima lectione,in fine,su-
51 prà, super verbo, *Duas habens filias.* † Sed quid erit si filius donat sine patris consensu, & posteà pater consentit, an valeat talis donatio? glos.in l.qui mortis,ff.de donation.causa mortis, tenet quòd non, nisi appareret filium post consensum patris perseuerasse in vltima voluntate: quo casu requirantur testes ad probandum dictam perseuerantiam filij, vt dicta l.prima,§.filius,& ibi Bartolus,ff.de legatis iij. Licet multis videatur contrarium, quia actus ab initio non valuit: ideo non potuit posteà ex consensu patris conualidari, vt notat Innocentius in capitulo, consuetudinis, suprà de consuetudin. Nisi dicamus, quòd perseuerantia filij hoc operatur,vt sentit Imol. in dicta lege, tam is. † Quid si pater dat filio licentiam condendi vltimam voluntatem,an filius donare poterit causa mortis? videatis plenè per Alexand.
53 in l.secunda,columna vltima, ff.de legatis j. † Quid

si filius

BIU Cujas

si filius fecit donationem causa mortis de consensu patris, an pater solus possit eam reuocare? Bar. in l.ij. §.j.ff.de don. videtur tenere, quòd pater possit eam reuocare, quia pater permittendo, quòd filius donet, ipse pater & non filius videtur donare, vt l.in ędibus. §.quod filius, ff.de don. Vnde cautela est, quòd pater consentiendo filio donanti promittat donatario aut notario, vt publicæ personæ, eius consensum non re-
54 uocare, de quo dicatis, vt ibi per Bart.† Quid si filius patre consentiente det causa mortis alicui absenti? Dicatis, quòd non valet talis donatio: quia in donatione causa mortis requiritur. quòd fiat præsenti, vel alteri pro eo recipienti, vt l.j.& l.in mortis causa.ff.
55 de don.causa mor.† Sed an donatio facta absenti valeat saltem iure codicilli, aut fideicommissi? Bart.in d.l.tam is. dicit, quòd in filio donante nullo modo valet: cùm vt dictum est, non possit codicillari, neque fideicommittere, arg.l.ij. ff.de leg.ij. Sed in homine sui iuris donante valeret iure fideicommissi, quo casu quæcunque verba sufficiunt, vt l.fideicommissa.in prin.ff.de leg.iij. Nam in his fideicommissis non refert, cum quo quis loquatur, vt d.l.cùm pater. §.donationis. ff.de leg.ij. quod est menti tenendum: quia sępe contingit, quòd fiant donationes causa mortis, & non est præsens persona donatarij: & tamen valent vt fideicommissa, ita quòd succedentes ab intestato ipsi donatori compellentur restituere donata ipsi donatario. [Vt plenè dicitur super verbo, *Testamentum.*iiij.] Nec ad validitatem talis donationis requiritur, quòd hæres hæreditatem adeat ipsius donatoris, secundùm Bal.in l.j.C.de do.cau.mor. quod est not.& hæc sufficiant.

Laus Christo Iesu Redemptori nostro.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ Et vxorem nomine Adelasiam.

1 *Adelasia fuit Raynutij vxor, Alterochæ et Adiectæ mater.*
2 *Testati causa præfertur causæ intestati.*
3 *Præsumitur quis semper intestatus decessisse.*
4 *Extraneos parentibus præferens grauiter peccat.*
5 *Parentes ipso iure efficiuntur domini, & possessores hæreditatis filij.*
6 *Succedendi ab intestato sunt quatuor ordines.*
7 *Intestatus quis dicatur.*
8 *Intestatus dicitur qui iure testari non potuit.*
9 *Pupillus dicitur intestatus decedere, quia testari non potuit.*
10 *Habitus testandi dupliciter consideratur.*
11 *Habitus testandi est in pupillo.*
12 *Pupillaris substitutio dicitur testamentum patris.*
13 *Statutum mentionem faciens filij sine liberis defuncti comprehendit pupillum.*
14 *Pupilli habere possunt liberos.*
15 *Statuta quomodo sint strictè intelligenda.*
16 *Intestatorum appellatione comprehendi pupillos & infantes.*
17 *Intestatorum appellatione non comprehendi pupillos in odiosis.*
18 *Statutum ecclesiæ sancti Aniani Aurelianensis.*
19 *Verbum anceps restringi debet in odiosis.*
20 *Statuto de intestatis locus est si filius testamentum fecit, quod ruptum est, vel hæreditatis repudiatione destitutum.*
21 *Successio matris non est de iure naturali, sed positiuo, ideo tolli statuto potest.*
22 *Donatio ab agnatis facta, insinuatione non eget.*
23 *Mater excluditur per auum paternum.*
24 *Mater non venit appellatione legitimi hæredis.*
25 *Descendentes soli excludunt substitutum in testamentaria substitutione.*
26 *Statuta agnatos matri præferentia sunt legi diuinæ consona.*
27 *Statuto Tolosano agnati præferuntur matri.*
28 *Legalia Veteris Testamenti possunt lege, vel statuto renouari.*
29 *Matri quare præferantur agnati.*
30 *Salicæ legis rationes potissimæ.*
31 *Francorum rex nec Papæ nec Imperatori homagium præstat.*
32 *Papa cùm primum consecratus est, legatos ad regem Francorum mittere debet.*
33 *Statuta matrem propter agnatos excludentia sunt fauorabilia.*
34 *Consuetudo, vt quis testari non possit, valet fauore agnationis. & num.35.*
36 *Statutum matrem excludens comprehendit omnes ab ea causam habentes.*
37 *Clerici etiam matrem excludunt.*
38 *Statutum vel consuetudo, quomodo tollatur, & quomodo probetur.*
39 *Scriptura sola consuetudinum confirmatoria sufficit ad earum probationem.*
40 *Consuetudo non scripta testibus debet probari.*
41 *Sententia contra ius constitutionis lata est nulla, sic etiam contra ius consuetudinis.*
42 *Mater sicut à bonis filij profectitiis per agnatos excluditur, ita & ab aduentitiis.*
43 *Successiones sunt de iure positiuo.*
44 *Statutum vel consuetudo legem imitatur, & aliquando vincit.*
45 *Statutum matrem propter agnatos excludens, etiam à legitima eam excludit.*
46 *Exclusus à successione intelligitur etiam exclusus à legitima.*
47 *Legitima ascendentibus debita non est de iure naturali.*
48 *Ius naturale extensiuam interpretationem non capit, sicut ius ciuile.*
49 *Aruerniæ consuetudine ascendentes descendentibus nunquàm succedunt.*
50 *Feudorum consuetudine ascendentes descendentibus non succedunt.*
51 *Publica vtilitas præfertur vtilitati matris.*
52 *Statutum vel consuetudo circa successiones plus potest, quàm homo.*
53 *Exhæredatis nulla debetur legitima, nec inter legitimos hæredes computantur.*
54 *Testari sicut potest pater pro filio, ita & statutum vel consuetudo alium pro alio testari facit.*
55 *Argumentum de pacto ad statutum non procedit negatiuè.*
56 *Frater defuncti præfertur vxori.*
57 *Mater præterita non dicit testamentum filij nullum obstante statuto.*
58 *Matre exclusa excluduntur aui materni.*
59 *Ablatiui absoluti dispositionem indicunt.*
60 *Filia exclusa excluduntur ab ea descendentes.*
61 *Matri exclusæ debentur alimenta.*
62 *Viduitatem seruans per annum lucratur tertiam partem dotis Tolosæ.*
63 *Mater stantibus agnatis etiam legitimam petere non potest in bonis filij.*
64 *Filius vnius fratris non admittitur cum alio fratre ad hæreditatem tertij fratris.*
65 *Agnatorum appellatione veniunt filij fratris, sicut & fratres*

BIU Cujas

fratres ipsi.
66 Statuta confusè loquentia, secundùm ius commune sunt interpretanda.
67 Mater non excluditur à bonis filij ex linea materna profectis.
68 Agnati matrem non excludunt, nisi eorum interfit.
69 Matri in parte succedenti accrescit ius agnatorum repudiantium.
70 Mater si à filio instituatur, non excluditur per agnatos.
71 Mater in testamento nullo per filium instituta an excludatur per agnatos.
72 Testamento existente nullo an ibi disposita astringant in foro conscientiæ.
73 Mater exclusa à filij successione, an censeatur exclusa à tutela.
74 Legitima successio intelligitur ab intestato.
75 Emphyteusis pro se & legitimis hæredibus sumpta, illos solos intelligit, qui ab intestato succederent.
76 Legitimæ successionis quatuor sunt iura.
77 Mater filio succedit ex senatusconsulto Tertulliano.
78 Agnationis, & cognationis differentia nouissimo iure sublata.
79 Emancipationis & patriæ potestatis sublata est hodie differentia.
80 Descendentes in infinitum vocantur.
81 Agnationis & cognationis sublata est hodie differentia, duo tamen sunt capita. & num. 82.
83 Linea succedendi duplex, recta & transuersa.
84 Ius ciuile & canonicum differunt in computatione graduum inter collaterales.
85 Fratres iure canonico sunt in primo gradu, & iure ciuili in secundo.
86 Consanguinitatis gradus iure canonico impropriè numerantur.
87 Persona quæuis facit gradum iure ciuili, canonico secus.
88 Collaterales vsque ad decimum gradum succedunt, exceptis quatuor casibus.
89 Militum successionibus maior fauor semper præstatur.
90 Feudi successio extenditur tantùm vsque ad septimum gradum in collateralibus.
91 Feuda non iudicantur secundum iura communia, nisi vbi deest vsus feudorum.
92 Successio regni extenditur in collateralibus vsque in infinitum.
93 Intestatis descendentes primo loco succedunt.
94 Ius accrescendi locum habet etiam in fisco.
95 Accrescendi ius non secundum personas, sed secundum portiones æstimatur.
96 Cohæres iuri accrescendi renunciare non potest.
97 Ignoranti non parcitur in iis, quæ pertinent ad rigorem iuris obseruandum.
98 Emptori portionis hæreditariæ accedit ius accrescendi.
99 Ius accrescendi portioni acquirit, non personæ.
100 Ius accrescendi procedit ex quadam legitima coniunctione, quæ tripliciter consideratur. & num. 101.
102 Hæres non potest vnam partem adire, et aliam repudia-
103 Protestatio ius accrescendi non impedit. (re.
104 Aditio hæreditatis est res fauorabilis.
105 Testator an prohibere possit ius accrescendi.
106 Hæredis institutio nulla est prohibito iure accrescendi.
107 Hæres qui partem adiuit sibi purè relictã, videtur etiam adire partem conditionalem, & quomodo intelligatur.
108 Hæreditas per procuratorem, quare adiri non potest.
109 Repudiatio vnius partis per hæredem facta non valet.
110 Hæres siue ex testamento siue ab intestato, non potest partem adire, & partem repudiare.
111 Donatarius partem potest accipere, & partem repudiare.
112 Legalis coniunctio iuris accrescit in successionibus ab intestato, 113. & 114.
115 Ius accrescendi in successionibus ex testamento.
116 Ius accrescendi locum non habet, vbi vnus repudians habet substitutum.
117 Legalis coniunctio ex identitate rationis operatur ius accrescendi.
118 Nepotes ex præmortuo filio vocantur omnes in stirpem vnam.
119 Ius accrescendi an locum habeat in legitima. 120.
121 Vnius loco habentur, qui ad vnam partem vocantur.
122 Ius accrescendi locum habet in omni successione.
123 Ius accrescendi locum habet in succedentibus ex statuto vel consuetudine.
124 Accrescere est habitus, qui fundari non potest super mera priuatione.
125 Ius accrescendi locum habet in successione dispensatiua.
126 Ius accresc. operatur vnionem partium irreuocabilem.
127 Ius accrescendi quando operetur vnionem partium reuocabilem.
128 Renuncians successioni exclusus est omni iure, & à quocunque capite. 129.
130 Ius accrescendi quare fuit introductum.
131 Hæres repræsentare non potest dimidiam partem personæ defuncti.
132 Ius accrescendi an locum habeat in legatis.
133 Legatum vni relictum non potest in parte agnosci, & in parte repudiari.
134 Hæredi in quibus casibus succurritur contra rigorem iuris accrescendi. 135. & 136.
136 l. cum hæreditate. ff. de acq. hær. explicata.
137 Iudex dicitur vir bonus.
138 Hæredi succurritur contra rigorem iuris accrescendi, vbi cohæres erat minor. 139.
140 Ius accrescendi quando non operetur in inuitum. 141.
142 Ius accrescendi vt impediatur quando cohæres est minor, duo requiruntur.
143 Ius accr. vel ius non decrescendi, quando locum habeat.
144 Iuri accrescendi quare locus est in vltimis voluntatibus & non in contractibus.
145 Ius accrescendi quando in contractibus locum habeat.
146 Ius accrescendi locum habet in indiuiduis.
147 Ius accrescendi locum habet in concessis à rege Galliæ.
148 Ius accrescendi locum non habet in feudis ab inferiore concessis.
149 Donatio causa mortis non est propriè vltima voluntas.
150 Ius accrescendi locum non habet in pœnis.
151 Ius accrescendi in non datis locum non habet.
152 Ius accrescen. locum non habet, vbi vnus solus succedit.
153 Successorium edictum quare fuit introductum.
154 Successorium edictũ fuit introductum fauore creditorum.
155 Hæredi quantum tempus præfigendum, vt hæreditatem adeat.
156 Venditam rem eodem pretio retrahere potest proximior, & intra quantum tempus.
157 Successorium edictum fuit introductum fauore sequentium in gradu.
158 Successorium edictum quadrupliciter habet locum.
159 Caput & gradus quomodo differunt.
160 Capita sunt quatuor successionis ab intestato.
161 Successorium edictum qualiter locum habeat in primo capite liberorum de gradu in gradum.
162 Successorium edictum hodie locum habet in suis de gradu in gradum.
163 Domini simul esse possunt duo diuersimodè.
164 Fideicommissario restituta hæreditate dicitur hæres indirectus & vtilis.

BIU Cujas

165 *Successorium edictum etiam locum habet in capitibus vnde agnati & cognati.*
166 *Successorium edictum habet locum in secundo capite de gradu in gradum.*
167 *Successorium edictum locum non habet in capite vnde vir & vxor.*
168 *Successorium edictum locum habet de vna persona ad eandem.*
169 *Successorium edictum etiam locum habet vbi solùm agitur de successione ab intestato.*
170 *Successorium edictum in quibus conuenit cum iure accrescendi, & in quibus differt.* 171.
172 *Ius accrescendi non deuoluit hæreditatem seu portionem vacantem.*
173 *Ius accr. et successorium edictum solùm operantur quando hæreditas est pluribus simul, vel successiuè delata.*
174 *Hæres transmittere ad suos hæreditatem potest, si decessit antè quàm esset exclusus tempore vel repudiatione.*
175 *Diuisio animum præparat, & memoriam confirmat.*
176 *Consanguinei qualiter ab intestato sibi inuicem succe-*
177 *Sui hæredes qui dicantur.* (dunt.
178 *Suitate largè sumpta mater suos habet hæredes.*
179 *Testator verba quæcunque impropriare potest.*
180 *Hæredes fiunt ipso iure possessores in Gallia.*
181 *Sui hæredes dicuntur, qui per subsequens matrimonium sunt legitimati.*
182 *Legitimati succedunt in feudis.*
183 *Legitimatio fortior est quàm adoptio.*
184 *Impossibile reputatur, quod à principe impetratur.*
185 *Legitimati sunt ordinum, & beneficiorum capaces.*
186 *Legitimati à principe succedunt, sicut & alij.*
187 *Legitimatus non succedit nisi soli patri.*
188 *Legitimatio an extinguatur, si alij postea legitimi nascantur.*
189 *Priuilegium cessat quando incipit esse damnosum, & iniquum.*
190 *Legitimatio per subsequens matrimonium differt à legitimatione per principem facta.* 191.
192 *Rex non potest suum legitimare bastardum in præiudicium agnatorum.*
193 *Bastardum regis Galliæ nemo se asserit.*
194 *Eudo Andegauensis ex tutore factus rex.*
195 *Nobilitatis parentum meminisse oportet in filij legitimatione.*
196 *Legitimatio per principem fieri debet facta mentione aliorum succedentium.*
197 *Papa legitimare non potest bastardum quo ad successiones, & officia temporalia.*
198 *Legitimare non possunt principes seculares quo ad ordines, & officia ecclesiastica.*
199 *Callisthenes philosophus ab Alexandro interfectus.*
200 *Legitimatur quis per ingressum religionis, non tamen quo ad beneficia & successiones.*
201 *Baptismus legitimat quo ad succeessiones & beneficia.*
202 *Papam non legitimare quo ad temporalia, quomodo intelligatur.*
203 *Ius patronatus per se vendi non potest, sed bene in consequentiam.*
204 *Legitimatio legatis triplex.*
205 *Legitimato per principem non potest plus à patre relinqui quàm vni ex aliis, etiam minimo.*
206 *Legitimatus non plus petere potest, quàm sit dos vnius fi*
207 *Legitimatus dicitur suus hæres.* (liæ.
208 *Sui et emancipati differunt tantùm in modo succedendi.*
209 *Monachi etiam professi succedunt suis parentibus.*
210 *Nobilitas an perdatur per religionis ingressum.*
211 *Monachus non desinit esse ciuis.*
212 *Ciuitas non perditur per meliorem statũ superuenientem.*
213 *Doctorari possunt religiosi.*
214 *Religiosi sunt extra patris potestatem vbi est fauor eorum, aliàs secus.*
215 *Franciscani etiam parentibus non succedunt.*
216 *Mulier adulterinam prolem debet monere vt mendicantium regulam profiteatur, ne succedat.*
217 *Testamentum mendicantes instituentis valet.*
218 *Mendicantes etiam dispensati beneficia non obtinent.*
219 *Mendicantes beneficia obtinentes mãdato regis exclusi.*
220 *Monachi cuiuscunque ordinis ex consuet. regni non succedunt.*
221 *Professionem religionem bona non dedicantur, sed proximioribus accrescunt.*
222 *Papa dispensare non potest, vt monachus succedat.*
223 *l. fi. C. de episc. & cler. non seruatur in Gallia.*
224 *Monasteria in Gallia nunquam succedunt.*
225 *Consuetudo plus potest, quàm statutum.*
226 *Successiones sunt de iure positiuo.*
227 *Foro conscientiæ non tenentur, qui negant monachis partem in hæreditate.*
228 *Lex ligat in foro conscientiæ, sed non donec sit recepta. & num.* 229.
230 *Lex alicui dirigenda populo scribi debet secundum illius idioma.*
231 *Populi consensum adhibent cauti principes, cùm leges condere volunt.*
232 *Lycurgus exulare voluit, vt leges suas perpetuas redderet.*
233 *Ecclesia orientalis non est hæretica, etiam si Canones non receperit de continentia clericorum.*
234 *Gallicana ecclesia potuit Canones Basilienses concilij respuere, & modificare.*
235 *Ecclesia Gallicana respuere potuit legem ciuilem, & canones illi similes.*
236 *Vsus immemorabilis tantum potest quantum lex & na-*
237 *Consuetudo titulum inducit.* (tura.
238 *Dispensare videtur papa aliquid tolerando.*
239 *Consuetudinem notoriam princeps præsumitur scire.*
240 *Clericorum bona confiscata fisco regis cedunt in Gallia.*
241 *Clericorum bona mobilia capi non possunt per regis officiarios.*
242 *Iudex laicus de bonis clericorum mobilibus se intromittere non potest.*
243 *Immobilia clericorum fisco regis publicantur, excepto crimine hæresis. & num.* 244.
245 *Raymundus Tolosanus comes hæreticus.*
246 *Clerici à suo episcopo malè puniti possunt bona per seculares iudices capi in casibus. & num.* 247.
248 *Laici contra ecclesiam præscribunt.*
249 *Consuetudo excludens monachos à successione non est contra libertates ecclesiæ.*
250 *Monachis succedentibus multa sequi inconuenientia.*
251 *Priuilegium eo ipso cessat quòd incipit esse damnosum. et num.* 252. & 253.
254 *Renunciatio filiæ iurata non extenditur ad paterna bo-*
255 *Necessitate vrgente factum est contra legem.* (na.
256 *Leges vtilitati cedunt.*
257 *Consuetudo filios alios excludens, facilius potest excludere monachos.*
258 *Consuetudo monachos excludens voto eorum conuenit, & iuri diuino.*
259 *Monachis denegantur literæ regiæ ad partem hæreditatis petendam.*
260 *Consuetudo monachos excludens approbatur.*
261 *Consuetudo feudorum monachos repellit.*
262 *Monacho excluso prouideri debet de alimentis.*

Statuto

BIU Cujas

263 *Statuto possunt monachi à successione excludi.*
264 *Clerici fructus beneficiorum ab intestato ad suos transmittunt, & de eis disponunt.*
265 *Consuetudo in substitut. potest idem quod lex & canon.*
266 *Clerici ad testandum priuilegiati.*
267 *Ecclesiæ in temporalibus successuræ vtiles decisiones.*

¶ Sed quia in hac successionum materia post descendentes, ascendentes, & collaterales parentes, sequens consideratio est eius coniugis in successione mariti fiscum excludentis, l.j.C.vnde vir & vxor. Honor enim bene transacti matrimonij, nec non fides communium liberorum patrem inducunt, vt de matre scilicet eius vxore secus nihil præsumat: sed potius eam in memoria æterna habeat. dicit tex.in l.vnum ex familia, §.fi.ff.de leg.ij. Sut profectò coniuges socij diuinæ & humanæ domus, l.aduersus, C.de cri.exp.hæred. Præsertim in Francia, vbi omnia tam conquesta, quàm bona mobilia sunt inter eos communia. dicit Ioan.Fab.in §.j.inst.de acqui.per arrog. imò quod plus est, transit ipsa in potestatem mariti, secundum eum in §.j.instit.ad Tert. Sed vtinam ipse potestati non subiiceretur vxoris, quia si mulier primatum habeat, contraria erit viro suo, Eccles. xxv. quod non esset inter mediocres plagas, iuxta illud Esa.iij. Populum meum, inquit Dominus, exactores sui expoliauerunt, sed mulieres dominatæ sunt eis, s. in pœnam. Mulier profectò si audiat amicabilia, surgit vt hostis, secundùm Aug. cùm igitur Raynutius alios fortè non haberet, præter filias & matrem, consanguineos, nisi vxorem, subditur in textu:

¶ Et vxorem nomine Adelásiam.

1 EX quo apparet † dictam Adelasiam fuisse ipsius Raynutij vxorem: [Quid sit vxor, vnde & quare sic vocetur, habetur j. super verbo, *curdam Petro tradiderunt.*] Alterochæ, & Adiectæ matrem, secundum gl.hic in prin. Et consequenter has duas sorores fuisse Raynutij filias naturales & legitimas, quę etsi pater testamentum non fecisset, iure tamen legitimo, & ab intestato succesisisent. l.j. C.de his qui sibi adscri.in test. Successiones enim intestatorum lege antiqua xij.tab. primo loco ad suos hæredes pertinent, s. filios filiásve, & deinceps per rectam lineam descendentes, salua tamen gradus prærogatiua. Et † hoc vbi testamentum non fuit factum, aut nulliter passatum, aut in irritum deductũ, quoniam stante testamento hæres in eo institutus omnes parentes, qui ab intestato succesisisent, excludit, & omnibus præfertur, adeo quòd etiam ius patronatus non ad propinquos sanguinis, sed ad institutos hæredes, licet extraneos defertur: quia si ad emptorem villæ cum aliis iuribus deferatur: c.cùm seculum. & c.ex literis, de iure pat. multò fortius defertur ad hęredem testamento institutum, secundum Inn.in rub. & c.j.in fi.vbi etiam Panorm. & Henric.in c.ex insinuatione, illo eod.tit. & Guido Papæ q.507. Et † quia vnusquisque in dubio præsumitur intestatus decessisse, vbi de testamentum non apparet, secundum Bar. in l.is potest, ff.de acq.hære. [De quo plenius habetur j. super verbo, *testamentum*, j.in princ.] Quo casu ab intestato vocantur legitimi hæredes ad successionem: ideo de ipsa legitima successione (scilicet qualiter parentes ab intestato inter se succedant) oportet hic videre. Cùm postea text. discurrendo satis abundè videbitis de successione ex testamento. iura enim à sapientibus edita parentes in successionibus intestatorum extraneis prætulerunt. Sicut prudens quisque testator, si sano vtatur consilio, facere tenetur.l.Lucius, la ij.ff.de hær.inst. Prudens, inquit, consilium animaduertit, vt quis non præferat extraneos parentibus. Imò in casu dubio suos semper prætulisse videtur. l.cùm acutissimi, C.de fideic. Ex his enim successoribus, scilicet ratione parentelæ & sanguinis, debiti potius solutio, quàm muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis, ipsa propinquitatis serie deferuntur. l.j. vbi tex.not. C.de imp.luc.descr.lib.x. Nam in tam necessariis sibi coniunctísque personis, sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur. Cuius iuris authoritatem valere, etiam si ab intestato succedant, præfiniti sibi generis ordine sociari, vt ibi dicitur. Nam coniunctæ personæ si hæreditatem non habeant, non dicuntur perdere lucra, sed debita l.fi.C. de codicil. & l.& quia, ff.pro soc. & l.fi. §.ij ver. sin autem perpetuò, C.de cur.fur.ff.de bon.dam.l.cùm ratio, & l.scripto, C.vnde lib. & in auth.de trien.& se. §.j. Adeo quòd dicit Io.Fab.in §.intestatorum, insti. de suc.ab intesta. quòd † si quis propter rancorem animi iniustum parentes suos ei ab intestato successuros, præsertim liberos priuaret hæreditate, grauiter peccaret, vt Aurelius inquit Augustinus, in c.quicunque, xvij.q.iiij. Et exemplo nobis tradidit diuus Augustus de Septitia muliere Romana, quæ duobus liberis in testamento præteritis Publio seni secundo marito hæreditatem detulit, cuius testamentum Augustus ipse rescidit, & hęreditatem filiis debitam adiudicauit. de quo Valer.lib.vij.tit.de testamentis rescisis. sic dicit: Septitia quoque mater Trachalorum Ariminensium, filiis irata, in contumeliam eorum cùm iam parere non posset, [De his vetulis nubentibus plenè habetur super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.*] Publio seni admodum nupsit testamento etiam vtroque præterito: à quibus aditus diuus Augustus, & nuptias mulieris, & suprema iudicia improbauit. Nam hæreditatem maternam filios habere iussit, dotem, quia non creandorum liberorum causa coniugium interceserat, virum retinere vetuit. Si ipsa æquitas hac de re cognoscere potuisset, iustiúsne aut gratius pronuntiaret? q. d. quòd non, imò mulieri dixisset, Spernis quos genuisti, nubis effœta, testamenti ordinem violento animo confundis: neque erubescis ei totum patrimonium addicere, cuius polluto iam corpori marcidam senectutem tuam substrauisti: Ergo dum sic te egeris, ad inferos vsque cœlesti fulmine afflata es. Hæc ille. Et sic tales grauiter peccant, etiam Deum, & ecclesiam vel pauperes, aut regem seu fiscum hæredem instituendo, vt ibi, & in §.fi.inst.quib.mod.test.infir. & l.ex imperfecto, C.eo.quia cùm hæreditas sit parentibus debita, à quibus fortè processit, & quorum auxilio defunctus sæpe forsan adiutus fuerat, censetur æs alienum, de quo non est fienda eleemosyna, nec Deo & sanctis oblatio. c.non est putanda eleemosyna, j.q.j. maximè si tales sint parentes, qui indigeant, & pauperes existant: quia eis tunc testator extraneos præferendo, faceret contra officium pietatis, & ordinem charitatis, ita quòd posset ex eo solo anathematizari. cap. si quis reliquerit, xxx.dist. [De quo vide j. super verbo, *testamentum*, j. in prin.numer.7. vbi ponit exemplum Valer.de punitione super hoc facta per Romanos.] Sunt enim nonnulli parentes adeò leues, quòd ilico

BIU Cujas

ilico etiam proprios exhæredant filios, quos deberent œconomicè corrigere: & si opus foret, ad iudicium trahere, vt correcti hæredes postea instituantur, quibus omni iure hæreditas debetur aliqualiter etiam discolis, qui patris beneficium sentientes multoties resipiscunt, & ad frugem melioris vitæ reducuntur. Ideo à patre patienter tolerati, sanguini honor redditur, si hęredes instituantur, vt de Lucio Gellio, & Quinto Hortensio, & Fuluio Flacco nobis Valer. lib. v. tit. de Parentum moderatione aduersus susceptos liberos. exempla salubria tradidit in hæc verba: Lucius Gellius omnibus honoribus ad censuram vsque defunctus, cùm crimina grauissima de filio, in nouercam commissum stuprum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, nõ tamen ad vindictam procurrit continuò, sed plenè vniuerso Senatu adhibito in cõsilium, expositis suspicionibus, defendendi se adolescenti potestatẽ fecit. Inspectaq; diligentissimè causa absoluit eum, tum consilij, tum etiam sententia sua, quòd si impetu iræ abstractus sęquire festinasset, admisissetmagis scelus, quàm vindicasset. Quinti autem Hortensij, qui suis temporibus ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia extitit. Cùm enim eousque impietatem eius suspectam, & nequitiam inuisam haberet, vt Messalam suæ sororis filium hæredem habiturus, ambitus reum defendens, iudicib. diceret, si illum damnassent, nil sibi præter osculum nepotum, in quibus 6
acquiescceret, superfuturum: hac, s. sententia, quam etiam editæ orationi inseruit, filium potius in tormento animi, quàm in voluptatibus reponens, tamen ne 7
naturæ ordinem cõfunderet, non nepotes, sed filium hęredem reliquit, moderatè vsus affectibus suis, quia & viuus moribus eius verum testimonium, & mortuus sanguini honorem debitum reddidit. Idem fecit clari generis magnęque dignitatis vir Fuluius, sed in filio aliquantum tetriore, i. turpiore. Nam cum auxilium senatus imploraſſet, vt suspectus in parricidio, & ob id latens per triumuirum conquireretur, ac iussu patrum conscriptorum comprehensus esset, 8
non solùm eum non notauit, sed etiam decedens dominum omnium, sc. bonorum, esse voluit, quem genuerat hæredem instituens: non quem fuerat expertus, s. criminosum. Hæc ille. [Vide aliud singulare exemplum j. super verbo, *in eodem testamento relinquens.* ij dum decidit, an ingratitudo pœnitentia abo leri possit.] Per quę exempla edocemur, filios leuiter à successione non esse excludendos, sed magna moderatione vtendum fore in eis, & cæteris parentibus quibus omni iure successio debetur: & si contrarium fieret, censeretur parens non sanę mentis fuisse filios extraneis postponendo, vt dicit tex. in l. ij. ff. de inof.
5 test. Et inde est, quòd in præsenti regno Francorum & vbique parentes quamuis infames etiam meretrices, [vt dixi super verbo, *duas habens filias.* in princ.] ab intestato succedunt, & tanquam proximiores parentes defuncto succedentes ab intestato, dummodo non fuerint infames per sententiam capitalem effecti. l. si qua pœna, ff. de his qui sunt sui vel al. iur. vbi Bart. & Bal. [& habetur plenè j. super verbo, *mortuo itaque testatore.* j.] Eoipso si hæreditatem non repudient efficiuntur hæredes, & possessores ex generali
* consuetudine regni, qua mortuus saisit viuum. * *Vide Chassan. in consuetud. Burgund. titul. des successions. §. j. Io. Sanxon. in consuetud. Turon. titul. des successions des fiefs & autres heritages, artic. ij.* [De qua consuetudine plenè habetur j. super verbo, *mortuo itaque testatore.* ij.] eius proximiorem linaigerium, qui sine alia aditione, nec corporali adeptione in puncto mortis parentis dominus efficitur, & possessor, eique omnia competunt remedia possessoria, si alius cui possessio non competit eam occuparet. Præterea tantus est fauor parentum in successione defuncti parentis, quòd si in eius testamẽto essent dati executores cum extraneis, & discordarẽt in distribuendo relicta, non posset eos episcopus concordare, opinio parentum præferenda est, secundum Bal. sing. in l. imperatores. ff. de pact. per illum tex. ad hoc not. pro huius tamen successionis ab intestato materię prędudio vobis necesse habeo aliqua generalia pro intellectu dicendorum præsupponere: quia dicit Philosoph. in procœ. Physic. quòd à communioribus semper est inchoandum. facit text. in §. his igitur generaliter cognitis. instit. de iust. & iur. Nam si in foro causas dicentibus nephas (vt ita dixerim) videtur esse, nulla prędfatione facta iudici rem exponere, quantò magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omissis initiis atque origine non repetita, atq; illotis (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractare? Namque (nisi fallor) ipsę prędfationes, & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cùm ibi venerimus, eius euidentiorem præstant intellectum. l. j. ff. de orig. iur. & l. j. ff. si cer. pe. Ergo cùm ad hanc legitimam ab intestato successionem perueniatur ex quadruplici capite: cùm quatuor sint ordines principales succedendi ab intestato: Pariter quatuor pro intellectu dicendorum præsupponam, & necessariò. Primò enim præsuppono, quòd nedum dicitur ille mori intestatus, vel ab intestato, qui cùm testari potuisset, testamentum non fecit: quia fortè testari noluit, vel non potuit casu, vel fato impeditus, aut inutiliter ipso iure defectu fortè solennitatis, vel alio testatus est, vel testamentum eius in irritum aliquo modo postea deductum est. l. intestatus, de ver. signi. Sed etiam ille dicitur intestatus, qui de iure testari non potuit, vt quia demens, furiosus, aut pupillus. Ex quibus resultat altę & perutilis quæstionis decisio, quæ hic, & Tholosæ sæpe contingit, vbi est statutum vel consuetudo, quòd stantibus agnatis mater à successione filij sui intestati excluditur. Quæ consuetudo etiam viget per totam Italiam, secundum Ioan. And. super verbo, Hæreditas. in addit. Spec. tit. de curat. §. fi. Quoniam per prędicta nedum excluderetur filio intestato mortuo, qui testari potuerat, & noluit, aut de facto, vel casu fortuito impeditus fuit: sed etiam si de iure testari non potuit: quia infans aut pupillus erat, vel demens, aut prodigus declaratus. Et ita tenet Bart. in l. j. ff. de suis & leg. hęr. dicens tales satis dici intestatos, & ab intestato decessisse, vt tunc mater per agnatos dicatur per statutum excluſa, attento maximè communi vsu loquendi. pro qua opin. facit text. in l. in testamento. la j. ibi, mater quidem intestata filiæ, C. de test. mil. & in l. ij. ibi, hęreditatem quidem intestati filij, C. de im pub. & al. substit. quem ad hoc ponderat ibi Paulus contra pertinaces, qui dicunt pupillum non decedere intestatum, quod est trufa, secundum eum: quia licet propriè loquendo non dicatur intestatus: attamen pro intestato debet haberi, adeo quòd iura & statuta de intestatis loquentia, in eo sibi locum vendicant, per tex. in d. l. j. ff. de suis & leg. hær. & d. l. in testamento. & l. ij. idem tenet ipse Paul. in l. omnem. C. ad Tertull. nec erit necesse hoc casu aliter probare communem vsum loquendi, cùm omnes doctores

ipsum

BIU Cujas

ipsum referant, quod sufficit secundum Bart. in l. de
9 quibus. ff. de legib. Et hanc opin.† quòd etiam pupillus, qui de iure testari non poterat, dicatur intestatus decessisse, in matris exceptionem propter agnatos, consuluit Bart. cons. 138. incip. Hæc est copia cuiusdam statuti sancti Seuerini. & cons. 141. inci. statuto vrbis veteris cauetur. vbi concludit pupillum satis dici, etiam cessante communi vsu loquendi, de iure intestatum, vt dictis iurib. Præterea dicit Baldus, instit. de hæredib. ab intest. in princip. quòd statutum loquens de decedente ab intestato, locum sibi vendicat, & comprehendit intestabilem, licet sæpe con-
☞ suluerit contrarium. [idem tenet per illum text. in l. codicillis. §. matre. ff. de leg. ij. & plus fidei sibi adhibeo, in eo quod dixit legendo, quàm consulendo: quia consulendo semper quis appetit complacere parti, prece, aut precio, prout de Panorm. dicit Fely. in c. cùm ex officij. §. de præscript.]Nec obstat, quòd non potest esse priuatio vbi non est habitus, cùm omnis priuatio præsupponat habitum. instit. de cap. dim. §. j. vers. seruus. Et in pupillo non est habitus testandi. Et sic dici non potest intestatus, nec ab intestato
10 mortuus, quod priuationem denotat. Quia † secundum Bartol. in dicto consilio 138. habitus considerari potest dupliciter. Vno modo strictè secundum naturam vnius indiuidui, & isto modo in homine pupillo non est habitus testandi propter defectum discretionis. instit. quib. non est permissum facere testament. §. præterea. Alio modo accipitur habitus largè secundum naturam speciei, sub qua est illud indiuiduum, & dat exemplum in muto, & cæco à natiuitate. Certè in colicet nunquam fuerit habitus loquendi, aut videndi, tamen dicitur mutus vel surdus, non respectu sui tantùm, qui est vnum particulare indiuiduum: sed respectu speciei humanæ, cui competit habitus loquendi & videndi. l. discretis. & l. hac con-
11 sultissima. C. qui testamen. facere possunt. Sic † in proposito, non est in pupillo habitus testandi respectu sui, sed respectu speciei humanæ, cui conuenit testari, vt dicit text. in l. j. C. de sacrosanctis ecclesiis. quod satis est secundum Bartol. in dicto consilio, sic intelligens text. in dicta l. j. ff. de suis & legitimis hæredibus. ibi, Sed eos pro intestatis accipimus, &c. quasi dicat, in pupillo cadere hoc verbum intestatus respectu humanæ speciei, cui competit ius testandi. & pro Bart. facit glos. in verbo, Opiniones, in clem. j. §. ad hoc baptisma. de summa Trinitate & fide catholica. volens quòd in paruulis scilicet infantibus & pupillis, ex quo baptizati sunt, inest habitus gratiæ & virtutum, quamuis ille habitus ligatus existat propter pueritiam, sicut in dormiente propter somnum. Quia obstante pueritia puer propter imbecillitatem illis vti non potest quo ad actum, vt impotentia illa seu ligamen non tollit seu impedit habi-
13 tum, sed actum, sicut casus contingens adulto non tollit habitum testandi, sed solùm actum, quia etiam adulti dormientes, aut ebrij habitus habent, tamen ligatos ne ad actum prosiliant. Vnde à simili in casu nostro in paruulis, ex quo nati sunt, inest habitus testandi, ligatus tamen propter pueritiam, cùm propter non vsum rationis habitus ille deduci non possit ad actum, tamen moriendo ante pubertatem, satis mori dicuntur intestati, vt dicit text. in d. l. in testamento. & l. hæreditatem. quæ est l. ij. Aliâs quicunque adultus, & maior si dormiens, vel alio detentus impedimento decederet, & sine testamento, non diceretur mori ab intestato, quod foret absurdum: & sic intestabiles sicut hi, qui testari potuissent, si voluissent, vel opportunitatem habuissent, mori dicuntur intestati, vel ab intestato, vt etiam per alias nouas rationes consuluit Angel. cons. xcix. incip. Viso themate prædicto. col. ij. & clarius consil. ciiij. incip. Statuto communis Burgi cauetur. licet anteà cons. xxvj. perfunctoriè transeundo contrarium consuluisset: quia in duobus præfatis consiliis plus materiam ad partes disputando decidit, & examinauit, & consultius respondit, quàm in dicto consilio xxvj. vt in simili de Bald. dicit Panorm. in c. bonæ. lo ij in fi. de postul. prælat. Præterea vna ratio Angeli in dicto consilio ciiij. multum me mouet: quia omnes fatentur illum decessisse intestatum verè & propriè, qui habere potuit testamentum, & non habuit. Or pupillus & infans habere potuit testamentum, & po-
12 test vbi pater ei pupillariter substituisset. Quæ† quidem substitutio pupillaris licet verè dicatur testamentum patris quo ad ordinationem, quia pater ipsam ordinauit, attamen verius dicitur testamentum filij impuberis, cùm de sua hæreditate agatur, dicit text. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inof. testam. iuncta gl. ibi, super verbo, impuberis. in fine. facit l. patris & filij. ff. de vulg. & pupill. substitutio. Ergo pupillus defunctus satis dicitur intestatus, cui pater cùm posset, non ei pupillariter substituit. Et idem de furioso, aut de mente capto, cui pater exemplariter substituere poterat, & non fecit. l. humanitatis. C. de impub. & aliis substit. Nec obstat text. in d. l. j. ff. de suis & legit. hæredib. vbi filius pupillus habetur pro intestato. Et sic non propriè intestatus, vt statutum locum habeat secundum illos, qui hoc tenent. quoniam respondetur, quòd etiam si ille textus ita crudè caperetur, vt ipsi intelligunt, & illum sic literizant, tamen quia multò plures sunt alij textus pupillum vocantes absolutè intestatum, quàm pro intestato haberi, vt patet ex suprà alleg. & est textus in l. diuus. ibi, intestatorum suorum. & l. credendum. §. hæc autem mater. ibi, ab omni quidem filiorum intestatorum. ff. qui pet. tut. verè dicuntur intestati. vt est text. in l. qui duos. in fine. & l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & l. omnem. C. ad Tertullianum. & l. sciant. C. de legitimis hæredibus. vbi impuberes dicuntur mortui ab intestato. facit textus ad hoc notabilis in l. ij. §. si mater non petierit ibi, intestatorum filiorum. ff. ad Tertullianum. vbi expressè pupilli mortui vocantur stante matre intestati. Quæ quidem iura eos vocant intestatos, cùm leges scriptę semper loquantur. l. Arriani. C. de hæreticis. satis causant & inducunt, & si opus esset communi vsu loquendi prout non satis illum ita se habuisse & habere probant. per ea quę de ipso dicam plenè in verbo, eidem impuberi succederent. vbi à maiori parte sapientum & peritorum vsus loquendi sumitur. Plus dico† quòd etiam si statutum conditionem respiceret liberorum, vt quia diceret, filio sine liberis defuncto agnati matrem excludant, etiam si diceret sine liberis ex se procreatis, quæ verba sonant in adulto, & non in pupillo, qui generare non potest, in quo fundamentum faciebat Bald. in secunda parte, consilio quinquagesimooctauo, incipiente, factum tale est. columna vlt. Tamen tale statutum casum pupilli comprehendit illis non obstantibus verbis secundum Bartolum, quem omnes sequuntur in l. in pupillari. in fine. ff. de vulgari & pupillari substitutione. quia pupillus liberos habere potest legitimos, malitia interdum ætatem supplente, vt plenè videbitis in verbo, *si absque*

BIU Cujas

liberis moreretur. ſecundò. in materia pupillaris ſub-
14 ſtitutionis. Vnde † cum pupilli mori poſſunt cum liberis, dictum ſtatutum eos cenſetur comprehendere, tanquam reſpiciens quod euenire poteſt, prout iam pridem ſæpe contingit, quia Salomon ætatis decem annorum filiam Pharaonis eius vxorem imprægnauit, vt Bald. refert ſecundum aliquos in cap. ex parte. de reſtitutione ſpoliatorum. quod in meo Bald. non reperi. Pariter dicit magnus ille Grego. in dialogo ſecundum quod refert gloſ. xx. quæſtio. j. in ſumma. quòd puer nouem annorum imprægnauit nutricem ſuam. Præterea ratio dicti ſtatuti non eſt niſi vna, ſcilicet conſeruatio agnationis, & nomi-
17 nis domus: quæ ratio facit omnes comprehendere caſus, ſiue inteſtatos, ſiue inteſtabiles, ſicut perſonas in eo non expreſſas comprehendit ex identitate rationis, ſecundùm Panormitanum in terminis propriis in prima parte conſ. lxxv. incipient. quidam deceſsit. vbi enim non eſt niſi vna ratio, identitas rationis omnes comprehendit in ſtatuto ex præſumpta mente ſtatuentis. vt dicit gl. ſingularis ſuper verbo, eligatur. in clem. j. de elect. quam ibi ſequitur Imol. etiam in totalis iuris communis correctionem. Et quòd iſto caſu fortiori dicatur pupillus inteſtatus, etiam ſi ſtatutum liberorum conditionem reſpiceret, eſt text. in dicta l. credendum. §. hæc autem mater. & clarius in verſ. ſi verò. ff. qui pet. tut. maximè quia ſtatutum eſt fauorabile, vt infrà clarè demonſtrabitur, & conſequenter ampliandum, vt omnes comprehendat tam inteſtatos quàm inteſtabiles, ſe-
19 cundum Angel. in dictis conſil. vt mens dicti ſtatuti
15 plus attendatur, quàm verba. † vel poſsimus aliter & ſingularius reſpondere ad dictam l. j. ff. de ſuis & legitimis hæredib. iuncta regula communi, quòd ſtatuta ſunt propriè & ſtrictè intelligenda, vt minus quàm fieri poterit non derogent iuri communi. Quia hoc verum eſt, vbi ſtatuta aliquid nouiter inducunt omnino contra ius commune, ita quòd nunquam illud de iure communi fuerat, quia cum talia ſtatuta ab omni iure & ratione communi exorbitantia ſint odioſa, ſaltem non fauorabilia: certè ſunt ſtrictè & propriè intelligenda. Sed ſtatutum noſtrum quo mater defuncti excluditur per agnatos non eſt omnino iuri communi nec totaliter contrarium, nec matrem nouiter de ſeipſo excludit, ſed ſucceſsionem filij defuncti ad ius commune antiquum, ſcilicet legis xij. tabularum rationabiliter reducit, vt infrà dicetur. Igitur eſt amplè etiam impropriè intelligendum, & interpretandum, vt non ſolùm comprehendat inteſtatos propriè & ſtrictè ſumptos, verùm etiam inteſtabiles, tanquam reipublicæ conueniens & fauorabile, cum fomentum & principium habeat ab æquiſ-
20 ſima lege illa antiqua xij. tabul. & à iure communi olim vigente. ita not. dicit Ang. licet non ita clarè alleg. conſ. 99. col. ij. in fi. ibi, nec obſtat, quòd propriè ille dicitur inteſtatus, &c. Præſertim quia lex illa antiqua xij. tabul. differenter matrem excludebat per agnatos à ſucceſsione tam puberum teſtari valentium, quàm pupillorum qui teſtari non valent: pariter facere hoc debet ſtatutum, iuxta legem prædictam largè interpretandum. vbicunque enim agitur de extenſione ad cauſam non ſpecificatam fienda virtute regulę iuris antiqui ſemper ſtatutum etiam pœnale (quod plus eſt) extendi poteſt. l. ſi quis ſeruo. C. de furt. ſecundum Imol. in dicta clem. j. col. viij. in fin. ver. fallit primò. de electio. Sic ſtatutum etiam in pupillo locum habet præſertim ſi loqueretur de filio moriente ab inteſtato, vel ſine teſtamento: quod verificatur in pupillo teſtari non valente, de quo latè per Alexand. in l. ij. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. Et idem tenet Ioan. de Plat. & Angel. latiſsimè in §. j. Inſtit. de hæred. ab inteſtat. & conſuluit Paulus conſil. cclxxxviij. inci. Præſuppoſito quodam ſtatuto caſtri. dicens ita ſæpius conſuluiſſe: & quod in dubio ſequendus eſt Bartol. idem Ludouic. conſ. xxij. incipiente, viſa municipali conſtitutione, &c. (Additio.)
16 † Et ſecundum hanc opin. (quod appellatione inteſtatorum comprehendantur pupilli & infantes) fuit iudicatum in caſu proprio per arreſtum in parla-
17 mento Tholoſæ, de quo infrà dicam. Crederem † tamen eſſe verum, & ſaluari poſſe opin. contrariam, vbi ſtatutum eſſet odioſum ſecundum Ioan. Fab. in §.
18 j. inſtit. de hæred. ab inteſt. vbi † exemplum ponit de ſtatuto ſeu conſuetudine eccleſiæ ſancti Aniani Aurelianenſ. per quam decanus dictæ eccleſiæ capit, & ſibi appropriat etiam aduentitia bona clericorum inteſtatorum, ſeu ab inteſtato decedentium. Nam ſi clericus defunctus erat impubes, vel aliâs inteſtabilis, decanus non excluderet patrem nec matrem defuncti clerici. Quia hoc caſu verbum inteſtatus, vel ab inteſtato duo ſignificant: vnum propriè, ſcilicet qui teſtari potuit, ſed noluit, vel impedimento facti non potuit. Et aliud impropriè, ſcilicet qui de iure teſtari non potuit, vt pupillus qui propriè non dicitur inteſtatus: ſed quia eſt inteſtabilis habetur pro inteſtato. Et ſic impropriè dicitur inteſtatus, vt dicta
19 l. j. ff. de ſuis & legitimis hæredibus. Quoties † tale verbum, quod poteſt ſe habere propriè & impropriè, profertur in materia odioſa, vt in caſu iſto, ſemper reſtringam ad ſignificationem propriam. ff. de ventre in poſſeſsionem mitten. l. j. §. quæro. & ff. de lib. & poſthumis. l. cum quidam. Or hæc conſuetudo eccleſiæ eſt odioſa: quia contra rationem, & contra ius commune: per quæ debet talium bonorum ſucceſsio deuolui ad proximos, ſecundum parentelæ gradum. l. cùm ratio. ff. de bonis damnatorum. & dicto capitulo, quicunque. xvij. quęſtione iiij. vbi parentes præferuntur eccleſiæ in bonis aliunde acquiſitis, ſecundum gloſ. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſcopis & clericis. Ergo eſt reſtringenda, vt intelligatur de illis, qui propriè dicuntur inteſtati. Sed in caſu noſtro ſtatutum matrem excludens propter agnatos, eſt fauorabile nedum agnationi, ſed reipublicæ, boníſque conuenit moribus & legi diuinæ: ideo non ſine cauſa ampliatur, vt etiam inteſtabiles comprehendat: & iſta eſt *communis opinio* habens textus plures, & doctorum maiorem cateruam. Vnde non ſine cauſa fuit arreſto parlamenti ſe-
20 cuta & approbata, vt infrà dicetur. Et † reſtat vlterius ex dictis Bart. in l. j. ff. de ſuis & legitimis hæred. dicto ſtatuto locum eſſe, ſiue filius deceſſerit, nullo per eum condito teſtamento, ſiue facto teſtamento, quod poſtea ruptum fuit agnatione poſthumi, aut deſtitutum repudiatione hæreditatis. l. inteſtatus. ff. de verborum ſignification. quia quo ad excluſionem matris perinde cenſetur teſtator eius filius ab inteſtato mortuus, ac ſi nullum feciſſet teſtamentum. Nam hæc verba, inteſtatus, vel ab inteſtato, non ſolùm denotant & reſpiciunt tempus mortis, ſed perfectionem temporis, quo quis inteſtatus eſt, ſcilicet agnationis poſthumi, aut repudiatæ hæreditatis. vnde verba cum qualitate conueniunt, tempore quo teſtamentum deſtituitur, aut nullum declaratur, aut aliter rumpitur. Quibus caſibus agnati licet collate-

rales

BIU Cujas

rales ac etiam in gradu remotiores matrem excludunt defuncti seruata inter eos sola gradus prærogatiua, vt prior in gradu, sit in successione potior, vt j. plenius videbitis. Successio† enim matrum est de iure ciuili, quia ex senatusconsulto Tertulliano prodiit, originem & causam habuit, non per intentionem naturæ. instit. de iure nat. §. constat. ver. senatusconsultum. Vnde in primitiua natura quæ iura naturalia produxit, talis successio ab ordine naturalis intentionis aberrans minimè erat. vt patet ff. C. & inst. ad Tertullianum. Sicut ergo à iure ciuili hęc successio nata est, sic iure ciuili per consuetudines & statuta locorum tolli potest. instit. de iure natur. §. ex non scripto. Saltem in certis casibus, & sic non semper, putà stante persona agnata, quam statutum præfert, c. j. de nat. suc. feud. Tale profectò statutum licet aliqualiter sit contra pietatem. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testam. non tamen est contra publicam vtilitatem, cuius interest familias, & nomen domus conseruari. l. j. §. publicè ff. de ventre inspiciendo. quæ à solis agnatis conseruantur, vt ibi. Si enim prohibetur diuidi agnatio vel affinitas rusticorum. l. possessionum. C. communia vtriusque iudicij. & l. diffinimus. C. de agricolis & censitis, libro vndecimo, quanto plus liberorum præsertim nobilium hominum seruari debet, secundum glossam in capitulo, multorum, de Iudæis. Fauetur enim cuilibet de agnatione, ne patrimonium in extraneos deuoluatur. adeo,† quòd dicit singulariter Ioan. And. in addi. Specul. titul. de instrumen. edit. §. porrò. in fin. addit. vers. fuit etiam alia quæstio de facto, &c. donationem alicui de agnatione vel agnatis factam, insinuatione non indigere, si summam excedat cccc. aureorum in lege taxatam. Et rationem ponit: quia non est propriè donatio, scilicet simplex: de qua loquuntur iura insinuationem requirentia. Sed est donatio causata, & propter honestam causam facta, videlicet ne patrimonium in extraneos transiret, sicut dicitur in l. hoc iure. §. fin. ff. de donationibus. quòd donatio alicui facta cum causa, scilicet nominis ipsius donatoris ferendi, vt conseruetur nomen domus, non eget insinuatione, vt vidistis super verbo, *Raynutius de Clera.* loquendo de conditione ferendi nominis: Ergo non contra, imò secundum legis voluntatem mater non succedit. Opus enim est in successionibus lege deferente, non lege prohibente. l. obuenire hæreditatem. ff. de verb. signific. & l. secunda & tertia. ff. de petit. hæreditatis. & in casu nostro statutum plus facit: quia nedum non defert matri successionem, sed prohibet & aufert, eámque agnatis largitur. & sic est mater exclusa secundum Baldum, cuius in propriis terminis sunt hæc verba, in quarta parte, consilio nonagesimosexto, incipiente, præmissis verbis statuti. vbi efficaciter reprehendit quendam, qui dictum statutum interpretabatur, tunc agnatos vocari, si mater non existeret: erroneè credens statutum non personam matris, sed vlteriores agnatos excludere: quod dicit esse erroneum, quia imò per delationem successionis ad agnatos mater exclusa censetur: maximè per fratres filij defuncti vtrinque coniunctos, vel solùm ex parte patris, qui duas vxores habuit, & ex vtraque filium. Nam filio vltimę vxoris intestato mortuo, non mater sua, sed frater ex prima vxore ei succedit virtute statuti: ita quòd priuignus excludet nouercam tanquam proximior agnatus, secundum Baldum in dicto consilio. Pariter† excluditur mater per auum paternum: ita quòd locus non erit Authent. defuncto. C. ad Tertullianum. imò penitus cessat, & dormit senatusconsultum Tertullian. vt clarè consuluit Ludouicus in dicto consilio trigesimosecundo. & Panorm. alleg. cons. lxxv. vbi singulariter & copiosè decidunt per auum paternum matrem excludi, non verbis, sed rationabiliter in statuto comprehensum. Idem consuluit Paulus consilio cccxlvj. incipiente, Casus præsens valde dubitabilis est. Subiungens ibi, quòd fortius excludetur mater per eius maritum patrem filij præmortui: & hoc virtute dicti statuti, quod est fauorabile, velut ad familiæ & domus conseruationem tendens, ne nomen & arma pereant, quæ in agnatis & non cognatis consistunt. Instit. de legit. agna. tut. in princip.† imò si tali statuto diceretur quòd mortuo filio sine legitimo hærede, vel sine hærede, agnati præferantur: semper mater censetur exclusa, si aliqui agnati existant: quia licet appellatione legitimorum hæredum mater veniat, tamen hoc casu legitimus hæres non comprehendit, nisi ex corpore ipsius filij descendentes. l. ex facto. §. fin. iuncta gl. ibi. ff. ad Trebellianum. Aliàs statutum seu consuetudo nihil operaretur, cùm, vt videbitis in sequenti præludio, hodie cognati sicut agnati dicuntur legitimi hæredes. Et post omnes fiscus dicitur esse hæres, vt dicetur in quinto & vltimo articulo. Vnde vix aut nunquam moritur quis sine hærede, ideo restringere necesse est hoc verbum hęres, vt in hoc casu alios non comprehendat, quàm ex filio descendentes, quorum loco si non stent, surrogantur agnati. Sicut† enim in substitutione testamentaria soli descendentes excludunt substitutum, vt d. §. fin. vbi omnes. & plenè decidit Guido Papæ, q. ccccl vij. [De quo plenè habetur super verbo, *Si absque liberis moreretur.* j. per l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss.] Sic etiam erit in hac substitutione statutaria & consuetudinaria, vt mater non excludat agnatos filio intestato substitutos. Tale enim statutum omnia reducit ad illam veterem duodecim tabularum legem, qua non stantibus suis per rectam lineam descendentibus, solis agnatis vniuersa deferebatur successio matre defuncti exclusa, & tota linea fœminina, quæ lex æqua est, iusta, & rationabilis, prętertim quia† iuri diuino conformis erat, vt patet Numer. vigesimosexto capitulo, ibi, Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiam transibit hæreditas: si filiam non habuerit, successores habebit fratres suos, &c. Vnde textus ibi nihil de matre dicit. Nec† etiam statutum Tholosanum, cuius verba sunt hæc, *Vsus siue consuetudo est Tholosæ, quòd si aliquis homo vel fœmina non habens patrem, decedat ab intestato, quòd omnia bona, res, & iura mobilia, & immobilia illius personæ defunctæ remanent, & deuoluuntur propinquiori seu proximioribus illius personæ defunctæ in gradu parentelæ ex parte patris: & si fortè illa persona defuncta habet patrem tempore mortis suæ, pater illius personæ defunctæ succedet in bonis illius, & eiremanent & deuoluuntur de consuetudine Tholosæ, &c.* Nec mentionem facit de matre, quam propter agnatos exclusisse videtur, contra textum in dicta Authentica, defuncto. quia sufficit legislatorem quosdam tantùm includere, vt alios exclusisse videatur, & censeatur. argumen. l. quod in rerum. §. fin. ff. de legatis primo. Præterea inuitando patrem, & de ipso mentionem expressam faciendo, videtur etiam exclusisse matrem, per regulam, qui de vno dicit, alium exclusisse videtur. l. cùm prætor. ff. de iudiciis. & plenè in capitulo, nónne bene dicimus. suprà, de præsumptionibus. Censetur enim

enim istud esse testamentum legis, in quo præteritus à lege, censetur exhæredatus à successione. argumen. l. si viro, ff. soluto matrimonio. Militant profectò leges sicut milites, ideo testamento militis comparantur, vt earum sicut militum præteritio habeatur pro exhæredatione, quoniam si milites militant per leges, & authoritate legis eorum præteritio habeatur pro exhæredatione. l. sicut certi iuris. C. de testamen. milit. Multomagis præteritio legis de matre haberi debet pro exhæredatione, secundum Baldum in iiij. parte allegat. consil. xcvj. vnde cùm lex illa diuina Numeri vigesimoseptimo capit. quam tamen Baldus non allegat, matrem defuncti præterierit: cùm de illa mentionem fecit: satis etiam stantibus agnatis à successione filij ex iusta causa, scilicet publicæ vtilitatis, exhæredasse censetur. Et sic satis est, quòd statutum vel consuetudo successionem filij agnatis deferat, matrem expressè non excludendo: cùm inclusio vnius, scilicet agnati, sit alterius exclusio, scilicet matris ex virtute includente determinato modo. l. cùm ita. §. in fideicom. ff. de legatis secundo. secundum Bartol. in l. secunda. §. fin. in fine. vbi hoc clarè decidit. ff. ad Tertullianum. Et sic quoties statutum exclusa matre vocat agnatos, vel simpliciter eos vocat, aliter non excludendo matrem, semper censetur ipsa exclusa. Et ita etiam decidit Bald. in dicto cons. xcvj. licet Angel. allegato consilio xcix. col. tertia. versic. sed videamus, an præferatur, & c. contrarium sentire videtur, aliâs esset sibiipsi contrarius: quòd si statutum præferret agnatos cognatis, non censeretur mater defuncti exclusa, cùm non sit simpliciter cognata, sed principium cognationis, ne computetur in numero cognatorum. Instit. de legit. agnat. tut. §. j. sicut vxor non dicitur affinis, sed causa affinitatis, quod non puto verum: quia si per solam vocationem agnatorum censetur exclusa, multò fortius vbi agna
28 ti expressè præferuntur cognatis, secundum Bald. in dicto consilio. Quæ omnia sunt notanda ad intellectum dictarum legum ciuilis & diuinæ, cui in casu nostro standum est, quia licet seruare legem Mosaicam sit hodie prohibitum, ne iudaizare videamur, cùm per aduentum Christi omnia ceremonialia præter incensum, quem ecclesia tenuit: & † pariter legalia veteris testamenti fuerint sublata, vt plenè Panormitanus in capit. fin. de consuetudin. Possunt tamen principes seculi leges veteris testamenti rationabiles suis terris & populo conuenientes renouare: & posset etiam quilibet populus id idem statuere, vti & seruari in suo castro aut municipio, quoties expedit sicut in casu nostri statuti & Tholosani, quo dicta lex diuina renouatur, quibus vti legibus sic renouatis, eásque seruare sine peccato poterimus & possumus: non tanquam leges veteris testamenti, sed tanquam leges principis, vel statuta, aut consuetudines populi, secundum Lyram Exod. xxj in princip. Talia enim sunt statuta & populi consuetudines in ca-
29 su nostro, qui matri defuncti præferunt agnatos, non tamen sine ratione. Valde † durum profectò esset videre bona agnati ab intestato prædefuncti agnatis postpositis matri suæ deberi, & per senatusconsultum Tertullianum applicari: cum quibus scilicet bonis fortè in crastinum (vt mulierum mos est) nuberet alicui garcisero vili & inferiori, in dedecus & dedecorationem prioris matrimonij, ac totius agnationis & generis. Quam rationem summè ponderat Pe. de Ancharan. in propriarum filiarum exclusionem, quod fortius arbitror, consil. cccxlj. incipiente, pro maiori intelligentia. col. iiij. in principio. Et, vt sæpe contingit, cum tota illa præda bonorum domum expoliabit, vt de laboribus, industria, & sudoribus prioris mariti defuncti vel agnationis suæ, vnde fortasis bona processerant, alium ditabit virum: quod valde durum reputat Ioan. Fabr. super rub. Instit. de nupt. in fi. Contra verò similem mariti defuncti intentionem, cuius anima (vt ita loquar) contristatur per transitum vxoris ad secunda vota, vt habetur in Authent. de nupt. collat. iiij. Et durius adhuc, quia fortè cum bonis illis nubet inimico capitali prioris mariti & domus suæ, in quem inimicum & liberos inde procedentes bona illa transibunt, agnatione & domo sui prioris mariti in puncto depauperata & illusa, à qua fortè bona processerint, aut defunctus prior maritus, vel fortè ipsemet filius illa acquirendo per suos parentes adiutus fuerat & succursus, quod durum foret & lugendum, vt dicit text. in l. cum oportet. ibi, & filij non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda extraneos, & c. C. de bonis quæ libe. maximè viles extraneos ac tali successione indignos: mulieres enim, sæpe soluta prioris matrimonij lege, illiúsque dignitate neglecta, vt plurimum nedum bona filiorum, sed interdum & vitam nouis maritis addicunt. dicit text. in l. lex quæ tutores, C. de admi. tut. Et vtinam vitæ filiorum ante pro reperiendo cum bonis illis nouos maritos non insidiarentur, quę naturaliter etiam contra propria commoda laborant. l. fi. C. de spon. ex quibus tota insanit, & non sine causa domus & agnatio in tam flebili translatione bonorum in extraneos, præsertim indignos: quia domum in qua defecit pater minor defunctus, aut alius proximior de genere successurus creuit: in qua maiorum imagines aut non videre fixas, aut reuulsas cernere satis est lugubre, vt d.
30 l. lex quæ tutores. Et † hæ fuerunt potiores rationes antiquæ legis regiæ Salicæ, de qua dixi in verbo, *Duas habens filias*. prohibentis filias succedere in regno Francię. Quia cùm mulier sine sensu & consilio (cùm prona sit rei quę prohibetur ei) capiat sępe maritum, contingere posset filiam regis, si ipsa regina foret, nubere alicui vili saltem impari personę bassæ, & infimi status, aut malè conditiónatæ, in alterationem illustrissimi sanguinis regij, quæ toti regno & nobilioribus principibus dominaretur, in cuius persona vilescceret dignitas ac contemneretur & sperneretur maiestas: & consequenter ei non præstaretur, nec seruaretur fidelitas. Ex quo procederent murmurationes, odia, iurgia, quæstiones, & guerræ inextricabiles, in totalem regni perditionem. cùm scriptum sit, Regnum in seipso diuisum desolabitur. Vel fortè nuberet alicui inimico regni manifesto, vel occulto, qui regni destructionem cupiens, se vindicaret in principibus, prælatis, nobilibus, & officiariis, ac notabilibus personis, quas persequeretur & destrueret.
31 † Et fortè regnum ipsum subiiceret imperatori, vel alteri principi ecclesiastico aut seculari: quod nunquam visum fuit. imò etiam Papæ nouiter promoto non consueuit rex Franciæ homagium præstare, nisi duntaxat filialem obedientiam tanquam vicario Christi, & beati Petri successori. ad quod facit text.
32 not. in c. ego Ludouicus. in fin. lxiij. distinct. † vbi Papa quamprimùm consecratus est legatos ad regem Francorum mittere debet, qui inter eos amicitiam, charitatem & pacem consocient, & c. Præterea si filia regis in regno succederet, imperatori nuberet, qui fortè priuilegia regni, quibus rex & regnum ei non

subiic

BIU Cujas

subiicitur, surriperet, ad regnum & eius libertates æternaliter perdendum, & imperio subiiciendum, à quo est notoriè exemptum. cap. per venerabilem, qui filij sint leg. Quæ quidem rationes allegatæ fuerunt pro Philippo Valesiano filio Caroli de Valesio fratris Philippi pulchri regis post mortem Ludouici Hutini, Philippi longi & Caroli pulchri filiorum dicti Philippi pulchri sine masculis defunctorum contra Edoardum tertium Anglorum regem ex persona filiæ regnum Franciæ petentem: qui repulsus fuit à regni proceribus seu paribus, & regnum adiudicatum præfato Philippo Valesiano ex agnatione & linea masculina descendenti per dictas rationes & legem Salicam: cui Edoardus ille tertius stare, & iudicium ex ea subire consenserat, vt vidistis in dicto ver
33 bo, duas habens filias. Quibus † rationibus quæ literales & in corpore iuris clausæ existunt, euidenter demonstratur talia statuta agnatos matri & masculos filiabus præsentia esse plusquam fauorabilia: licet prima facie odiosum esse videretur & triste, matrem à luctuosa filij successione excludere. l. fi. C. de institutionibus & subst. quę non obstat, quia ad considerandum naturam constitutionis, an fauorabilis dicatur vel odiosa, attenditur id, quod constitutio principaliter agit & intendit, & cui principaliter prouidet. Or tale statutum potius prouidet agnationi, volens eam fauorabilius tractare, vt nomen domus maneat, quod publicè interest. Qua ratione statutum potius mouetur, quàm odio matris, quæ excluditur, vt à simili decidit gl. in verb. alios. quam ibi sequitur Dominicus in capit. sciant cuncti. de elect. libro sexto. & tenet Bartolus in l. qui exceptionem. in principio. ff. de condictione indebiti. per illum textum. & Panormitanus in capit. primo, column. iij. de locat. facit quod per illum textum dicit Bald. in l. prima. in fin. C. de secundis nuptiis. vbi dicit, quòd etiam si mater succedere prohiberetur expresè in casu nostro, adhuc statutum esset fauorabile, quia ad iudicandum rationem prohibitionis an sit fauor vel odium, considerari debet, an prohibitio concernat delictum prohibiti, vel malos mores, vt in casu d. l. j. & tunc præsumitur facta propter odium: aut concernit honores & prærogatiua alterius, puta agnationis: & tunc finalis ratio est fauor præsumptus ipsius agnationis, vt in casu nostro, videatis eundem Bald. singulariter loquentem in l. venia. vers. & hoc arguitur ad aliam quæstionem, &c. C. de in ius voc. vnde talia statuta sunt fauorabiliora eo scilicet respectu, quo fauent agnatis: qui respectus velut principalis solùm consideratur, quia secum habet bonum reipublicæ & interesse, vt d. l. j. ff. de ventre inspiciendo. necnon tollitur per talia statuta votum mortis filiorum captandæ per matrem ad habendum eorum successionem, cum qua ad libitum postea renubat, vt d. l. lex quæ tutores. & non consideratur exclusio matris, quæ in dicti fauoris consequentiam venit excludenda: & in qua versatur vtilitas priuata ipsius matris. Et si aliqualiter publica foret, non tamen ita fauorabilis. Cùm longè distet agnatos damna pati, vel matrem lucrum non capere. l. fin. C. de iure deliber. vt in propriis terminis arguit Bald. in prima parte consil. cccxlij. incipiente, Quæritur an pupillus, &c. Præterea videmus, quòd licet facultas testandi summè sit fauorabilis. l. j. C. de sacrosanctis ecclesiis. & reipublicæ interest testamenta sortiri effectum, & exequi. l. vel negare. ff quemadmodum testam. aper. Cùm testamenti factio publici iuris sit. l. testamenti.
34 ff eodem. Attamen † fauorabilius est agnatis deferri hæreditatem, adeo quòd dicit Ioan. Fab. in §. sed agnationis. in fin. instit. de leg. agna. tutel. quòd hodie istud ius agnationis ex tali aut simili consuetudine delatum non tollitur capitis diminutione. Et inde est, quòd valet consuetudo in pluribus locis vigens, quòd quis de patrimonio suo testari non possit, nisi de conquestis suis, vt omnia agnationi remaneant, secundum Ioannem Fabr. super verbo, Alemanicus. in proœmio Institutionum: quia illud quod est filij per acquisitionem, magis est suum, quàm illud quod ei obuenit ex parentum successione, secundum eum
35 ibi. Plus † dico, quòd imò statutum valeret, quòd de quibuscunque bonis testari non posset, prout seruatur in Normania, vt j. dicemus in quinto & vltim. art. prope finem. Nec sunt omnino talia statuta contra ius, quinimò sunt antiquæ prudentiæ consona. Cùm omnia vt dixi reducant ad illam veterem duodecim tabularum legem masculos fœminis, & agnatos cognatis præferentem in ratione naturali fundatam, vt patet ex prædictis. Ex quibus decidit singulariter Bald. in l. si is qui. in fine. C. si pendente appella. mors interue. quòd licet statutum quòd fœmina non succedat ab intestato, locum non habeat in hæreditate & successione anathematizati in illa maledictione defuncti, vbi statutum esset stricti iuris, tamen habebit locum in casu nostro in quo statutum est super naturali ratione fundatum: quia tunc non est stricti iuris, imò tanquam fauorabile extendendum in exclusionem matris à successione filij anathematizati
[De quo quòd testari non possit, habetur plenè super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. dum decidit an spiritualiter mortui, vt sunt excommunicati, testari possint.] defuncti, qui testari non potuit. allegat in terminis propriis l. j. ij. resp. ff. de suis & legitimis hęredib. in qua fundantur talia statuta, quæ omnia reducunt ad illam veteris legis naturalem æquitatem.
36 Et † pariter omnia reducunt ad veterem huius regni legem Salicam, de qua superius dixi. Vnde cùm fauorabilia sint, vbicunque excludunt à successione matrem, & facilius cæteros à matre vlteriores ascendentes causam ab ipsa prætendentes, secundum Bal. in prima parte, consilio cccxvj. incipiente, An statutum quod excludit ascendentes, &c. vt infrà dicam. Et nedum stante dicto statuto agnati laici matrem
37 excludunt: sed † etiam clerici qui in fauorabilibus, qualia sunt hæc statuta, comprehenduntur sicut laici. capit. si in adiutorium. x. distinctione. Præterea eadem est ratio, scilicet ipsa agnatio. facit l. promittendo. ff. de iure dotium. & capitul. dilecti filij. de foro competenti. vbi priuilegium populo indultum prodest clericis, vt in casu nostro consuluit Baldus in iij. parte, consilio xxx. incip. Præsuppositio statuto, &c. nisi tales clerici essent monachi: per ea quæ infrà dicam, in primo principali art. & tetigi in verbo, duas habens filias. loquendo de statuto filias excludente propter masculos. Talia enim statuta velut fauorabiliora sunt amplianda: ideo pupillos & cæteros inte-
38 stabiles comprehendunt, vt vidistis. Ac † vigent & seruantur, & in publica scripta & registra pluribus in locis prout hîc & Tholosę redacta sunt. Quo casu sunt magni effectus: tum quia semper secundum illa est iudicandum, siue aliàs fuerit iudicatum, siue non: quia sicut lex desuetudine sola, id est, non vsu tolli non potest, si fortè casus de centum annis non contingit, vel si contingit, non fuit de eo dubitatum, sed toleratum contra legem: Sic etiam talium statuta

non

BIU Cujas

non vsu sublata non dicuntur, nisi casu contingente, & facta inter partes concertatione fuisset decisum in contrarium: sed simplex non vsus, quia forte partes nolunt, vel non curant gaudere fructu aut commodo legis, statuti, vel consuetudinis, nunquam tollit legem vel statutum, vt plenè per Ang. in §. igitur. in proœm. instit. vbi necessaria plenè disputat, & sic concludit. Quod maximè est verum, vbi per maiores talia statuta iurantur in princip. regiminis. l. cùm notissimi. §. imò & illud. vers. sed & si quis. C. de præscript. xxx. vel xl annorum. Et præterea vbi talis foret consuetudo in scriptis redacta, tunc sufficienter sola scriptura probaretur per solam libri apertionem, sicut probatur, quælibet lex in corpore iuris communis clausa: ad cuius probationem sola sufficit libri apertura, vt videmus in feudalibus consuetudinibus, quas habemus in libro feudorum scripto redactas, secundum Bart. in l. de quibus. in iiij. principali quæsito, ff. de legib. & Ioan. Fab. in l. ij. col. vj. vers. circa quintum. C. quæ sit lon. consuet. & Bart. in j. q. quem ibi sequitur Alexand. ij. col. in l. moribus. ff. de
39 vulg. & pup. substit. Cui † decisioni conuenit ordinatio regia Caroli vij. facta anno Domini M. cccc liiij. vbi in c. fin. idem decidit, scilicet, quòd sola illa scriptura etiam consuetudinum confirmatoria, sufficit ad plenam consuetudinum confirmatarum probationem: quod verum intelligo, vbi in confirmatione sunt statuta aut consuetudines descriptę & incorporatæ, quo casu talis scriptura pro vero habetur originali secundum gl. quam omnes sequuntur in c. ve-
40 nerabilis. de confir. vtili vel inut. Nam † si descriptæ non essent in confirmatione, necesse foret eas probare vel per testes, cùm facti existant, pro quo non præsumitur, nisi quatenus probatur. c. j. de constit. lib. vj. vel per aperturam libri, vbi in archiuo reipublicę fuerunt registratæ, & in scriptis redactæ: tamen ad extrahendum consuetudinem allegatam de illo registro communi, necessariò esset pars vocanda, cuius interest: quia in quolibet actu præiudiciali est vocanda. l. nam ita diuus. ff. de adoption. in cuius præsentia summariè per commissarium inquirendum est cum his, qui ad hoc habent officium custodiæ chartarum communis, si archa illa sit archiuus publicus: & pariter quo ad illum librum habetur communiter recursus, tanquam ad librum consuetudinum: & inde fit consuetudinis extractus plenè probans: & ita quotidie practicatur, per ea quæ plenè habentur in cap. ad audientiam. de præscr. si autem liber ille consuetudinum legeretur in scholis, prout legitur liber feudorum, vel coram populo certis temporibus statutis, prout leguntur ordinationes regiæ in curiis parlamentorum die crastina beati Martini: & nonnullæ in vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ: cùm tunc notoriæ essent, non opus foret eos ad probationem solenniter extrahere parte vocata, nec cum prædicta inquisitione: imò sufficeret, cùm sint notoriæ, & in notorium deductæ, sola earum allegatio, à qua allegatione non excusatur pars, quamuis probatione non oneretur, secundum glos. in clem. appellanti. de appel. facit gl. in d. c. j. de constit. libr. vj. volens quòd sicut princeps nouum quid statuendo censetur velle iura præcedentia contraria tollere, vt ibi, sic etiam consuetudines notorias nouo statuto contrarias. facit etiam quod decidunt doctores in c. ij. de re iudic. & in l. cum prolatis. ff. illo eodem titulo. & in l. j. C.
41 quando prouoc. non est necess. † quòd sicut est sententia nulla contra ius constitutionis lata, ita etiam si feratur contra ius consuetudinis notoriæ: facit quod dicit Bal. in l. fi. C. vt quæ desunt aduocat. quòd sicut iudex supplere potest ea quæ sunt iuris communis: sic etiam allegare potest supplendo pro parte ea
☞ quę sunt consuetudinis notoriæ. (Additio.) Has ordinationes dicti Caroli Francorum regis in registro ordinationum regiarum camerę inquestarum parla-
42 menti Tholosæ reperietis fol. 146. verso. Hæc † profectò de quibus loquimur, statuta vel consuetudines non solùm matrem excludunt à bonis profectitiis filij intestati à patre, & agnatione profectis, sed etiam ab aliis quibuscunque bonis per filium aliunde quę-
43 sitis etiam aduentitiis & paganicis, quæ omnia deferuntur agnatis, quorum fortè expensis aut domus fauore vel diligentia defunctus ipse filius ad bona illa acquirendum factus extiterat industrius: quæ industria proficere debet agnationi à qua processit, cùm vnaquęque res ad suam faciliter reuertatur naturam: maximè quia statutum vel consuetudo patriæ hoc
43 potest: viso † quòd omnes mundi successiones sunt de iure positiuo, secundum Bald. in l. lege xij. tabul. C. de legi. hæred. & si quæ dicantur esse de iure naturali, debet exponi secundum eum, id est, sunt de iure ciuili persuadente naturali in coadunationem constituto. ff. de ver. sig. l. pronunciatio. §. familię Et ideo quia omne ius ciuile est mutabile, valent statuta quæ disponunt de filiorum & filiarum successione. Et fortius aliorum parentum. Nam sufficit, quòd statu-
☞ tum habeat aliquod motiuum, [Vide circa hoc singularia quæ habentur j. super verbo, *in eodem testamento relinquens*, j. in xviij. limit.] licet non omnino contineat æquitatem, sed statuentium voluntatem & authoritatem: quia vbi de nullius præiudicio tractatur, sicut quando statuitur super hæreditatibus deferendis, vel non deferendis, omne statutum valet, siue rationem habeat in se, vel nō, quod fieri non posset super hæreditatibus per mortem parentum iam delatis. Et hoc propter præiudicium quod irrogaretur in iure iam quæsito, quod fieri non potest. c. quamuis. de rescri. & c. fi. de conc. præb. lib. vj. Sed in quęrendis ius ciuile & positiuum olim omnia potuit
44 & potest. Suprà † quod ius, statutum, vel consuetudo, etiam omnia potest quę legem imitatur: cámque interdum vincit. instit. de iure nat. §. ex non scripto. Prætereà si pater filio pupillariter substituendo eo ipso matrem à quibuscunque bonis excludit, ita quòd non habet velut pręterita aut exhęredata de quo conqueratur. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. Similiter hoc potest statutum, vel consuetudo, aut quælibet alia lex communis, à quibus pater talem sumpsit substituendi facultatem & authoritatem: quia si olim lex ratione suitatis filios suos in successione paterna pręferre poterat emancipatis, quos licet aliquando sui fuissent, & in potestate patris, excludere poterat. inst. de hær. ab intest. §. emancipati. Quanto facilius matrem excludere potuit, in qua deficit ipsa agnatio, imò ipsa de agnatione nunquam fuit, nec ab ea agnatio, sed nuda cognatio procedit seu incipit. Et si lex xij. tabul. antiqua post suos descendentes cæteris omnibus agnatos præferebat: quia commodius videbatur ita iura constitui, vt hæreditates ad masculos confluerent. dicit text. in §.
45 cæterum. institut. de legitim. agnat. succes. Sic † etiam eos præferre rationabiliter potest statutum, vel patriæ consuetudo, & fœminas omnino excludere etiam à iure petendi legitimam: vt scilicet mater à legitima bonorum filij intestato defuncti per

tale

tale statutum vel consuetudinem, quamuis de legitima expressè non loquatur, satis censeatur exclusa, exemplo legis xij. tabul. qua nihil matri deferebatur stantibus agnatis, licet vltimo gradu constitutis. vt d. §. cæterum. donec factum fuit senatusconsul. Tertull. vt j. dicetur, quod similiter est de iure positiuo, & consequenter tollibile per contrarium statutum aut consuetudinem. & ita in propriis terminis consuluit Lud. alle. cons. xxxij. in decisione vltimi dubij. & Panorm. in d. cons. lxxv. col. vij. vbi clarè loquitur: & efficaciter probat tale statutum matrem excludere, etiam à legitima, quamuis de legitima mentionem non faciat: quod etiam sentit in Authentica, nouissima. prope finem. & postea clarè decidit & tenet Iason in l. si quando. §. fin. in fin. C. de inoffic. testam. plura ibi allegans, sed non supradicta, dicens idem consuluisse Raph. Cumanum, quem videatis consil. clxxxviij. incip. spectabilis miles. vbi hoc clarè concludit. Pariter allegat Alexand. cons. 553. quod nunc habetur in quarta parte, consilio lxviij. incipiente, circa præmissam consultationem præsuppono, &c. columna secunda, versicul. & constat quòd statutum potest. vbi concludit matrem excludi etiam à legitima. Subiungens nunquam voluisse contrarium consulere, licet à multis fuisset rogatus: quia illa est communis opinio, pro qua refert ibi Paulum sæpe consuluisse: & etiam legendo tenuisse in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de conditionibus & demonstrat. & tenet etiam Fabianus de Giocchiis, de monte sancti Sabini, in repetitione dictæ Authenticæ nouissima, in decimaquinta quæstione, in fine, dicens,
46 † quòd dispositio aliqua excludens quem à successione, censetur etiam eum excludere à legitima, nisi expressè eam sibi reseruet, quamuis excludatur proprius filius, per textum notabilem in Authentica, hoc amplius. ibi, præter naturale debitum, C. de fideicommissis. Ergo facilius excluditur mater à petendo legitimam vel supplementum illius. quod intelligit verum, videlicet quòd legitimam aut supplementum petere non poterit [Vide quæ plenius habentur in fine huius præludij] ab intestato. quo casu locum habet statutum. Sed si in testamento filij reperiretur mater instituta in aliquo, tunc petere posset ex testamento legitimæ supplementum: Cùm causa intestati non extendatur ad causam testati secundum eum: & ita saluari posset contraria opinio, quòd non excludatur à legitima, qua ex causa intestati petere non posset: licet enim in generali successionis renunciatione non comprehendatur communiter legitima iure naturali debita, qualis est illa quę filiis debetur, & cæteris descendentibus in bonis ascendentium, vt dicta l. si quando. §. finali. imò tali non obstante exclusione peti potest legitima, vbi non fuit quis ab ea expressè exclusus: quia succedit loco alimentorum, quæ filiis iure naturæ debentur, nec tolli possunt. l. cùm hi. & l. de alimentis. ff. & C. de transactio. Et inde talis legitima descendentibus debita vocatur subsidium, & dicitur ius agnationis, non quòd sit agnatio, sed ius ab agnatione procedens: quod est immutabile, nec diminui potest saltem quo ad concurrentem alimentorum præstationem & valorem. Tamen † legitima matri vel alteri
47 ascendenti in bonis filij debita non est de iure naturali, nec ei debetur prouidentia legis naturæ: quia quòd filius præmoriatur, & mater filio superuiuat, est turbare ordinem naturæ. vt dicta l. nam & si parentibus. ff. de inofficioso testamento. & l. scripto. ff. vnde libe. & nihil inordinatum facit natura: & sic à quo remouetur ordo, etiam remouetur prouidentia ordinantis. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verborum obligationib. Sed est talis legitima matri vel alteri ascendenti debita de iure ciuili positiuo, & sic variabili & mutabili statuto vel consuetudine, secundum Bald. in d. l. de emancipatis. C. de legit. hær. & clarius per eundem in l. j. §. ius naturale. in fi. ff. de iust. & iure. quia cùm legitima sit ius agnationis, matri non debetur, secundum eum ibi: naturale enim ius hoc non ordinauit, scilicet quòd matri, vel ascendenti legitima debeatur in bonis & hæreditate descendentis. vnde casus omissus à natura, suppleri non
48 potest, vt sit de iure naturali: cùm † ius naturale interpretationem non recipiat extensiuam, sed ius artificiale, id est, ciuile & positiuum sic: quoties in casu omisso est maior aut saltem penitus eadem ratio statuendi, quæ est in casu expresso, secundum Bald. vbi s. Et hoc dicere intendit Ioann. Fabr. in §. item vetustas. Instit. de hæredib. ab intest. dicens successionem qua descendentes suis succedunt ascendentibus, esse naturalem, & debitam, vt d. l. scripto. & consequenter est fauorabilis. Aliæ verò successiones, scilicet quando ordine turbato ascendentes suis succedunt descendentibus, aut ipsi collaterales collateralibus, est à iure & ordine naturæ exorbitans, vt d. l. nam & si parentibus. ideo venit restringenda, vt in ea minus veniat. Non ergo sine ratione facilius per generalem statuti aut consuetudinis exclusionem matris, censefe-
49 tur ipsa exclusa etiam à legitima. Et † in his fundatur consuetudo Aluerniæ, quam refert Mansuerus in titulo de successionibus & vltimis voluntatibus. §. item de consuetudine. pater & mater non succedunt liberis ab intestato: imò deficientibus hæredibus in recta linea & transuersali bona fiscus occupat, quod est notabile potissimè in patre. Nam etiam iure ciuili antiquo frater aut soror ex vno latere tantùm præferebatur patri & matri. l. fin. C. communia de succ.
50 & l. quicunque. C. de bonis quæ liberis. Pariter † videmus quòd ex natura & consuetudine feudorum ascendentes non succedunt in feudo. capitulo primo, de natur. successionis. feudi. Et alia ratio non est, nisi quia successio ascendentium non est de iure naturali, sed ciuili, & merè positiuo, quod statuto vel consuetudine faciliter tollitur, etiam in legitima matris, quam in bonis filij habuisset, si statutum aut consuetudo non fuisset, quam econtra filius à legitima suorum ascendentium, secundum eos in dicto §. ius naturale. & dictis consiliis, & idem consuluit Angelus consilio cv. incipiente, statuto cauetur. vbi clarè de casu nostro loquitur. Ad præmissa facit, quia quoties statuto quis etiam descendens à succesione ascendentis (quod fortius est) excluditur, nulla legitima ei debetur, secundum Bartolum in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditionib. & demonstration. quem ibi sequitur Paulus. & cons. lxxviij. incipient. pro pleniori responsione. in princip. & ratio est, quia legitima est tertia pars eius quod ab intestato debetur. l. cùm quæritur. iuncta Authentic. nouissima. & l. parentibus. C. de inoffic. testamen. Cùm ergo stante dicto statuto nihil ab intestato matri debeatur, nulla esse potest legitima, quia plus & fortius videmus quòd quoties filia cui magis fauetur quàm matri, est per statutum stantibus masculis, à successione exclusa, vel successioni renunciauit cum iuramento, petere non potest etiam legitimam, licet per statutum aut renunciationem non fuerit expressè à iure petendi

legitim

BIU Cujas

legitimam excluſa, ſecundum Bartolum, Paulum, & Alexandrum, in d. §. Titio genero. & conſuluit idem Paulus conſil. cviij. incipiente, ſuper eo de quo quæritur. & plenè vidiſtis in verbo, duas habens filias. in ij. & iij. principalib. fallent. Nam ſtatutum vel conſuetudo quem à ſucceſsione priuans, cenſetur etiam ſi filius ſit, in totum, & ſic à legitima priuare, quam non ſolùm poteſt diminuere, imò in totum tollere ex cauſa legitima. Et cauſa legitima & ſufficiens ratione ſubnixa eſt fauore maſculorum & agnationis, in qua ſola nomen conſeruatur, & dignitas domus & familiæ, ſecundùm Panorm. in dicto conſilio, in fin. Ergo fortius poteſt, & in dubio videtur ſtatutum eam tollere matri, ne per eam extinguatur, vel attenuetur nomen domus contra publicam vtilitatem:
51 † quæ præferri debet priuatæ vtilitati ipſius matris. Videmus inſuper conſuetudines & ſtatuta ſucceſsionem primogenito deferentia, valere & obſeruari vſquequaque. vt plenè habetur in cap. licet, de voto & voti redemptione. & in c. grandi, de ſuppl. negl. præl. libro ſexto. & per Baldum in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber. Et talia ſtatuta eſſe tuta nedum in foro contentioſo, ſed etiam in foro conſcientiæ, ſecundùm Alex. in l. quoties, col. xv. & Iaſ. ibi. xij. col. C. de rei vendic. prout clarè cuidam militi conſuluit diuus ille Bernard. quem refert & ſequitur Panorm. in dicto cap. licet. Quæ quidem ſtatuta & conſuetudines in locis vbi vigent, cæteros liberos non ſolùm à paterna ſucceſsione, ſed etiam à iure petendi legitimam excludunt, quamuis de legitima expreſsè nihil dicant: cum eo tunc tota paterna hæreditas ſit legitima primogeniti. [De quo plenè habetur j. ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens*, j. in xviij. limit.] Igitur pari ratione & faciliori ſtatutum ſucceſsionem agnatis deferens matre excluſa, legitimam comprehendit, vt etiam ab illa ſit mater excluſa, cui non ita fauorabiliter debetur in bonis filij ſicut debetur filio in bonis patris vel alterius aſcendentis, vt patet ex præmiſsis. Præterea videmus matrem à ſucceſsione filij eſſe omnino & penitus excluſam, etiam à iure petendi legitimam, vbi pater filio impuberi fecit ſubſtitutionem pupillarem, licet ei penitus extraneum ſubſtituerit, eum ſimpliciter ſubſtituendo, quamuis de legitima vel matre excludenda nullam expreſsè fecerit mentionem, l. ex tribus, vbi omnes ita concludunt. C. de inofficio. teſtamen. & rationem ponit textus in dicta l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inofficio. teſtament. quia ſubſtitutio pupillaris non cenſetur hoc caſu teſtamentum filij, vt de illo poſt illius mortem mater conqueri poſsit, quaſi eam præterierit vel exhæredauerit. Ergo à ſimili, imò fortiori ſtatutum eam expreſsè propter agnatos à filij inteſtati ſucceſsione excludens, ſatis dicitur eam à legitima excludere, à qua etiam excluderetur, ſi de matre excludenda expreſsè non diceretur. Cùm vocando agnatos, matrem & cæteros cognatos excluſiſſe videatur, vt ſuprà vidiſtis ſecundùm Bartolum & Baldum, quaſi faciat ſtatutum quandam pupillarem ſubſtitutionem, quę ſui natura matrem excludit, licet de ipſa tacuerit. [Quia filius moriendo ab inteſtato cenſetur omnia in agnatos alienaſſe, ſecundùm Bald. per illum textum in l. codicillis, §. matre, ff. de leg. ij.] Et ſi filius pubes deceſſerit, videatur feciſſe quandam ſubſtitutionem directam, quæ vocatur legalis ſeu ſtatutaria vel conſuetudinaria ſubſtitutio, quaſi filio etiam puberi & minori xxv. annis ab inteſtato ſine liberis defuncto, directè ſubſtituerit agnatos, quod lex facere poteſt: & ſtatutum vel conſuetudo contra naturam pupillaris ſubſtitutionis, quæ niſi impuberibus fieri non poteſt: tamen lex vel ſtatutum hoc poteſt etiam puberibus directè ſubſtituendo. Sicut in caſu noſtro ſubſtituiſſe videtur agnatos, quia quemadmodum hoc fieri poteſt per militarem ſubſtitutionem. l. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. Sic etiam fieri hoc poteſt ſtatuto vel conſuetudine per hanc ſtatutariam & conſuetudinariam ſubſtitutionem: quæ fortior atque potentior cenſetur, quàm ſubſtitutio hominis, conſiderato maximè quòd ſucceſsiones de iure poſitiuo exiſtunt, vt dixi. & ſtatutum in eis hoc & maiora facere poteſt, ſecundùm Bartolum in dicta lege, Centurio. iiij. colum. & Alexander ibi, xix. colum. & clarè idem Alexander & Iaſon in dicta l. moribus. in principio, illo eodem titulo.

[De quo plenè dicitur ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur*. ij. in materia pupillaris ſubſtitut. & in
52 ſecundo requiſito eiuſdem.] Et ſic † ſtatutum vel conſuetudo plus poteſt circa ſucceſsiones & modum ſuccedendi, quàm homo, quod patet, quia ſtatuto vel conſuetudine tolli poſſunt omnes legum ſolennitates circa teſtamenta. l. ſi non ſpeciali. vbi *omnes*. C. eodem titulo. [De quo plenius habetur ſuper verbo, *teſtamentum*. j. in x. caſu fallentiæ.] Quæ ſolennitates tolli non poſſunt per hominem ſcilicet teſtatorem. l. nemo poteſt. ff. de legatis j. Prætereà ſtante dicto ſtatuto mater cenſetur à filij ſucceſsione per legem ſeu ſtatutum exhæredata ex iuſta & legitima cauſa, ſcilicet publicæ vtilitatis, quæ in agnatione conſiſtit, vt vidiſtis.
53 Or † certum eſt, exhæredatis nullam legitimam deberi, nec exhæredatos inter legitimos hæredes computari: imò pro mortuis haberi, ſecundum Baldum & alios in dicta Authentica nouiſsima. C. de inofficioſo teſtament. nec habet mater in caſu huius ſtatuti vel conſuetudinis, de quo conqueratur contra filium, qui eam legitima non priuauit, quia non ipſe ſed ſtatutum aut cõſuetudo hoc fecit: quod pro filio impubere aut pubere teſtamentum fecit, ei agnatos ſubſtituendo. vt dicto §. ſed nec impuberis. nam ſi per ſubſtitutionem pupillarem ab homine factam moribus introductam. l. ſecunda, in principio. ff. de vulgari & pupillari. hoc fieri potuit, vt ibi dicit textus, fortius hoc in caſu noſtro fieri poteſt per ipſummet ſtatutum vel conſuetudinem. Et ſi per ſubſtitutionem militarem etiam in adulto hoc fieri potuit fauore militari, authoritate & diſpoſitione legis ciuilis, vt dicta l. Centurio. pari modo hoc fieri poteſt ſtatuto vel conſuetudine in caſu noſtro, quæ legem ciuilem imitantur. l. omnes verò populi. ff. de iuſtitia & iure. & inſtitutio. de iure naturali. §. ex non ſcripto.
54 Præterea † ſicut pater poteſt pro filio teſtari, ſic poteſt ſtatutum vel conſuetudo, & multo melius, vt dixi, imò poſſet quilibet extraneus ex conſuetudine pro alio teſtari, vt plenè dicam infrà eodem, in verbo, *condidit*. primò. pariter conqueri non poteſt mater de ſtatuto vel conſuetudine, quæ cùm generalis exiſtat, neminẽ grauat. vnde ab illa recedi vel conquerendo appellari non poteſt, velut à lege generali. l. ſi qua pœna. ff. de verbor. ſignificatio. & plenè Bartolus in d. l. omnes verò populi. & Petrus de Ancharano, in cap. j. de conſtitution. & licet nonnullis lex dura videatur, [Vide circa hoc pulchra quæ in ſimili dixi ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens*. primo. in xviij. limita.

loquendo

BIU Cujas

loquendo an plures regnum administrare possint.] tamen seruanda est, postquam sic placuit populo, & scripta est, per tex. in l. prospexit, §. j. ff. qui & à quib. manumiss. liber. non fiunt. voluntas enim sic viuendi habetur pro ratione. l. non omnium. cum l. seq. ff. de legib. ideo valet statutum etiam in exclusionem legitimæ. Nec obst. d. l. si quando. §. fi. illo eod. tit. quia vbi filio vel alteri cui legitima debetur, ius esset in ea quæsitum per mortem patris, tunc excluſus à successione non censeretur excluſus à legitima, nisi expressè renunciasset legitimæ: sed in casu statuti vel consuetudinis agnatos vocantis tempore mortis filij, & minus ante mortem, non erat ius quæsitum matri in successione filij, cùm statutum præcederet mortem filij, per quam & non antè legitima deberetur matri, ideo facilius in tali dispositione comprehenditur legitima tanquam prohibita, secundum Iaſ. & doct. ibi in d. §. fi. quia iura quærenda faciliter tolluntur seu quæri impediuntur, quàm iura iam quæsita. Neque sequitur quòd si pacto generali non possit legitima renunciari, vt d. §. fi. quòd statutum generaliter matrem excludens, & minus agnatos simpliciter
55 vocans, tolli non possit. Quia illud † argumentum de pacto ad statutum non procedit negatiuè, sed bene procedit affirmatiuè, secundum Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. ma. per text. in l. fin. in fi. C. de fideiuſ. videatis eundem Bart. in d. l omnes verò populi. ff. de iuſt. & iur. vnde restat matrem etiam à iure legitimæ in bonis filij intestato mortui stantibus agnatis fore excluſam, per rationes prædictas, & præsertim ne pereat nomen domus & familiæ, quæ fortè tantis temporum lustris fœliciter duravit. Et ne successio in exteras migret nationes: quod luctuoſius foret, quàm si sola mater lugeret, quæ in hoc certat in lucro captando, & vetus agnatio de damno certat vitando, cui plus fauendum est. vt d. l. fi. C. de iur. delib. considerato maximè, quòd in legitima sicut in residuo hæreditatis militant rationes suprà dictæ, scilicet fauor agnationis & conseruationis domus, ac dignitatis nominis eiusdem, quæ temporis successu ex tantarum detractione legitimarum in eadem domo successiuè debitarum & debendarum periret, & paulatim extingueretur contra mentem statuti & consuetudinis, quæ perpetuò domum & familiam conseruare intendit, quæ successu temporis periret. Nam vt Saluſtius in Iugurth. sapienter dixit, Passim multis sibi imperium petentibus breui dilabitur Ob quod non minus prudenter consuluit Petr. de Anch. consi.
56 ccclvij. incip. ex serie testamenti. quòd in † dubio frater defuncti præfertur vxori eiusdem, propter naturalem æquitatem, quæ fauet vt præferatur: quia iura dignitatem agnationis prætulerunt omni succedenti, cùm in ea consistant nomen & arma domus. Qua ratione videtur ab omnibus anteceſſoribus prædilecta, & sic præferenda, adeo vt interdum etiam substituto præferatur: quia licet substitutus videatur à testatore prædilectus, propter euidentem quam ei testator ostendit affectionem, ipsum nominatim substituendo, tamen quia illa affectio non est rationabilis, nec æqua, non extenditur ad casum dubium in perpetuam nominis & domus testatoris perditionem: vt plenè habetur in dicto consilio. Per quę omnia fundatur consuetudo Normaniæ, [De qua habetur infrà in quinto articulo, prope finem, dum loquitur de his qui facere tenentur excubias in castro domini.] & plurium aliorum locorum & prouinciarum, vbi quis testari instituendo vel substituendo non potest, ne præiudicetur agnationi. Ex quibus necessariò resultat, quòd licet statutum matrem in casu nostro expressè à legitima non excludat, aut de matre expressè non loquatur, sed agnatos simpliciter vocet ad successionem, propter quod posset probabiliter dubitari, an ab illa intendat eam excluſisse, vel non, semper est in dubio præsumendum & interpretandum eam voluisse etiam à legitima excludere fauore agnationis, quę tolli potest in totum, cùm matri non debeatur iure naturæ, imò nec alimenta, secundum Bald. in dicto §. ius naturale. & Ludouic. in dicto consilio, nunc in sui honorem valde roborato. & Panorm. singulariter allegato consilio lxxv. Ex
57 † quibus sequitur, quòd si filius stantibus agnatis, quibus vel eorum altero hærede instituto testaretur, nulla de matre facta mentione, tale testamentum non esset matris pręteritione nullum: Cùm stantibus agnatis habeatur pro extranea, prout de filiabus statuto excluſis propter masculos, quod fortius est: vidistis super verbo, *duas habens filias*, in ij. & iij. fallentiis, imò consuluit Bar. consil. 205. incipiente, viso testamento Minimi. quòd etiam si filius nullum de patruis, sed penitùs hæredem extraneum instituisset, nulla de matre facta mentione, adhuc mater remaneret à successione filij excluſa: quia licet agnati non succedant, obstante eis testamento, tamen matrem testatoris excludunt per statutum virtute cuius si mater prætérita testamentum filij quærelaret, vel alio modo impugnaret, illud ad causam intestati deducendo, tunc etiam agnati eam excluderent ex tenore statuti, sicut videmus: quia licet vxor maritò non succedat, tamen impedit filium naturalem, scilicet bastardum succedere. C. de natur. lib. Auth. licet: Super quo vltimo, scilicet quòd nullo agnatorum instituto mater sit excluſa, dubito: quia tunc est in filio testante quod ei imputari possit, scilicet matris prætéritio, quam instituendo saltem in legitima honorare debuerat, mandatum sequendo diuinum, honora patrem & matrem, &c. Qui honor in institutione consistit, vt plenè dicam super verbo, *in eodem testamento relinquens*, primo. vnde credo, quòd grauiter peccaret, vt suprà dixi in princip. Non quòd in foro contentioſo ei succurri posset, cùm rupto testamento etiam per agnatos ab intestato excluſa maneret, saltem quo ad bona paterna: quia in bonis per eum acquisitis suaderet tunc magna æquitas matrem non excludi, vt in illis sua impietas, quia matri sicut patri æqualis est. ff. de cura. furioſi. l. furioſæ. puniatur. quia, vt suprà dixi, illud quod erat filij per acquisitionem magis suum dicebatur, quàm quod per successionem ei obuenerat, secundum Ioann. Fabr. post Iacob. in proce. Instit. super verbo, Alemanicus: quamuis illa quæ ex genere venerunt, difficilius perdantur. l. fœminæ, ff. de senat. vt ibi dicit, nisi Bart. dicere vellet sua concordando consilia suprà relata; quòd aliud sit in filia excluſa per masculos, & aliud in matre per agnatos excludenda, quę facilius excluditur quàm filia, vt suprà vidistis. [De quo vide plenè super verbo, *in eodem testamento relinquens*, j. in ix.
58 limit.] Plus † dico, quòd sicut tali statuto agnati excludunt matrem, prout verba statuti sonant, sic etiam excludere videntur auum & auiam maternos, & cæteros deinceps alios cognatos etiam à matre causam habentes, siue tempore mortis eius, de cuius successione agitur, stet mater, siue prędecesserit: quia verba statuti habent non solum vim excluſiuam matris & cæterorum cognatorum, sed etiam virtutem habent

ineluſt

inclusiuam, & inuitatiuam, ac inductiuam agnato-
59 rum ad successionem. Cùm † illi ablatiui absoluti, stantibus agnatis, dispositionem inducant, quoties ab eo proferuntur, qui circa illud disponere potuit, sicut potest statutum. l. fideicommissa, §. cùm esset, ff. de leg. iij. & l. in ratione, §. tametsi, ff. ad l. Falc. vt per has & plures alias rationes decidit Bart. post Rich. Malumb. in l. ij. ff. ad Tert. vbi plus dicit, quòd agnati hoc casu succedunt, nedum excluſa matre, de qua statutum expresè loquitur, sed etiam auo & auia maternis & cæteris aliis cognatis, de quibus non loquitur, vt dixi. Quitamen non excludũtur, eo solo quòd mater excluditur, sed ex eo quòd agnati ad successionem vocantur: cùm in omnibus cognatis æqualis, imò vna & eadem militet ratio, quæ in matre, sc. ne perdatur nomen domus. nec refert an tempore successionis delatæ mater stet, vel præmortua sit, secundum eum ibi. & Io. An. in addi. Spe. super rub. de suc. ab intest. Bal. in l. si defunctus, C. de suis & leg. hær. & in l. quicunque, C. de ser. fug. cum quibus transit Ias. in l. de quibus, col. viij ff. de legi. & Paul. cons. 344. incip. Primum est. in fi. sed plenius in l. illam, vbi etiam Alex. C. de colla. vbi dixit hoc verum, quo ad cognatos filio defuncto coniunctos ex persona matris tantùm, vt sunt auus & auia materni, frater & soror, & cæteri ex latere matris tantùm, qui omnes indubitanter excluduntur, prout à simili vidistis in verbo,
60 *duas habens filias*. † quòd excluſa filia per statutum propter masculos censentur etiam nepotes & cæteri deinceps ex ea descendentes excluſi, siue filia viuat tempore delatæ successionis, siue non. Sed in aliis cognatis filio defuncto coniunctis non ex latere matris tantùm, sed patris tantùm, vel vtriusque, s. patris & matris plenè distinguit Paul. in d. l. illam. quem in aliquibus ibi sequitur **Alex.** vt per vos videre poteritis, ne vobis tædiosus existam. **Tamen** mihi videtur opinio Bar. vbi s. indistinctè loquentis æqua, ac menti & intentioni statuti consona: videlicet quòd quicunque cognati excluduntur, in quibus & per quos nomen domus conseruari non potest, cùm etiam illa esset mens legis xij. tabularum, ad quam statutum reducere intendit ius succedendi, secundum quam legem nulla etiam matri debebatur legitima in bo-
61 nis filij. Puto † tamen, quòd si mortuo filio ab intestato mater ei superuiuens reperiretur pauper, & indotata, nec patrem haberet, nec patris hæredes ad eam sufficienter dotandum vel alimentandum, tunc ei alimenta deberentur condecentia in bonis & hæreditate filij sui ab intestato mortui, non quòd alimenta ei debeantur iure naturæ, vt dixi secundùm Baldum in dicto §. ius naturale. Nec legitima tanquam subsidium loco alimentorum præstatur, sed ei tunc deberentur de iure positiuo ex quadam æquitate, ac pio rationis dictamine, si non habet vnde viuat in honorem præteriti matrimonij, & quodam debito filiationis, vel petere posset & vti prouisione Auth. præterea, C. vnde vir & vxor. de quo tamen dicam infrà in iiij. principali articul. & vj. conclusione: nam sicut tenetur mater alere filium pauperem, sic econtra filius matrem, vt sentit Bal. in j. parte cons. lxxxv. incip. statuto ciuitatis Florentiæ. vbi autem mater sufficienter dotata foret, aut domus paterna sufficiens, vel esset ipsa aliter diues, certè tunc agnati eam penitus excluderent, ita quòd aliud petere non posset præter dotem, quam marito dederat: & cætera quæ maritus ei fortè in testamento reliquerat, vel aliàs donauerat: aut statutum vel consuetudo patriæ ei detulit, sicut Florentiæ: vbi per statutum alimenta ei
62 debentur, secundùm Bal. in dicto consilio. Et † Tholosæ, vbi vxor marito superuiuens tenendo viduitatem per annum luctus lucratur ex consuetudine & statuto ciuitatis tertiam partem dotis super bonis mariti: pro modo quantitatis solutæ dotis: quia si dedit duodecim, recuperabit decem & octo. Et sex lucrabitur, quæ sunt tertia pars dotis & augmenti, secundum vulgare eorum qui dictum augmentum ☞ [de quo plenè habetur in iiij. principali artic. iiij. concluſ.] vocant agentiamentum. Et si vxor nihil de dote soluerit, nihil super bonis mariti vltra dotem lucrabitur, nisi pro quantitate dotis solutæ, per text. in authen. sed quæ nihil præstitit, C. de pact. conuen. tam super dote quàm propter nuptias donatio. Nisi maritus fidem habuisset de dote: quo casu quo ad lucrum ex dote percipiendum perinde haberetur, ac si dos realiter soluta fuisset, vt ibi per doct. & Guido ☞ Papæ q. cclxxiiij. & clarius q. 565. [Ne sit in potestate mariti habendo fidem de dote, aut parte illius fraudare statutum & vxorem in illo lucro: tamen reperio fuisse arresto Parlamenti Tholosæ dictum die xxvj. April. Anno Domini M. D. V. de quo infrà fit mentio: inter Raymundum Pagese, dominum loci de Azas Tholosæ habitatorem, & Annam de Noue, relictam Bertrandi fratris dicti Raymundi, soluendum esse agentiamentum dotis dictæ Annæ pro modo & quantitate tantùm dotis solutæ: licet dictus Bertrandus eius maritus de parte illius fidem habuisset. vnde seruata fuit simpliciter & indistinctè d. Auth. sed quæ nihil.] Et sic antequam ex consuetudine Tholosana mulier aliquid lucretur ratione dotis, necesse est quòd annum luctus perfecerit in viduitate, & quòd dotem viro perantea soluerit, vel de illa maritus fidem habuerit. Vltra quod lucrum aliquid iure legitimæ mater non habebit in bonis profectitiis filij prædefuncti. Et si filius nihil à patre habuisset, mater ab agnatis filio succedentibus dotem suam recuperare non posset. Et minus recuperaret agentiamentum: tamen ex bonis filij aduentitiis velut pauper & indotata, si nihil aliud haberet, alimentari deberet, vt vi-
63 distis. (Additio.) Et † ita scilicet quòd mater stantib. agnatis etiam legitimam petere non posset in bonis filij etiam pupilli, & sic testari non valentis prædefuncti, fuit decisum per Arrestum curiæ Parlamenti Tholosæ die xxvj. mensis Aprilis, Anno Domini M. CCCCV. in causa successionis nobilis quondam Bertrandi Pagesie domini loci de Azas habitatoris Tholosæ: cuius filia hæres testamentaria post illius mortem ferè annicula decessit, matre eius videlicet Anna de Noue & fratribus dicti quondam Bertrandi, Patruis suis, & consequenter agnatis seu eorum altero superstitibus, inter quos matrem videlicet & agnatos fuit super possessorio disceptatum, sed finaliter nihil fuit dictæ Annæ matri etiam iure legitimæ filiæ suæ adiudicatum vltra dotem & agentiamentum sibi per consuetudinem debitum: & summam ei in testamento domini Bertrandi quondam mariti sui relictã, imò vniuersa dictæ filiæ successio agnatis remansit, seu antiquiori capiti domus: quia vbi agitur de agnatis succedendis, ille solus vocatur qui fortè statuto aut loci consuetudine vel prædecessorum voluntate prærogatiuam habet succedendi, in cuius perso-
☞ na domus conseruatur. [Vt plenè dicitur super verbo, *in eodem testamento relinquens*. in xviij. lim. loquendo de primogenitura.] Si autem de primogenitura non esset inter eos ex consuetudine, vel aliàs priuile-

gium

gium, omnibus agnatis proximioribus pari gradu constitutis successio deferretur. vnde si filio defuncto plures supereſſent patrui æquali gradu constituti, omnes exclusa matre nepoti defuncto æqualiter
64 succederent. Nec † admitteretur filius alterius fratris cum patruo aut patruis suis, licet de iure communi nepos personam repræsentet sui patris: qui si viueret, ad successionem cum aliis admitteretur, inst. de hær. quæ ab intestat. §. cum autem filius. quia edictum statuti non sic aperitur nepoti, sicut edictum prætoris continens ius commune. quod etiam ei apertum non fuisset, si prætor expresè non dixisset, l. si post mortem, §. fi. ff. de contratab. & d. §. cùm autem filius. & sic in casu non via intestati per patruum non communicatur nepotibus, de quibus statutum non loquitur. l. illam. ibi, eo quòd nulla constitutio. C. de collat. secundùm Bal. in iij. par. consilio allegato, columna xxxij. Vnde ius illud repræsentationis locum non habet hoc casu, nisi statutum expresè hoc diceret, vel aliâs consuetum esset, vt j. dicam in j. memb. j. art. vbi de hoc iure repræsentationis plenè dicetur.
65 Cogitabitis † tamen, quia super hoc aliqualiter dubito, vbi statutum simpliciter, & per consequens indefinitè, & generaliter loquitur de excludendo matrem propter agnatos, quorum appellatione nepotes etiam veniunt. [Et ita concluditur in d. j. membro, j. art. principalis harum ab intestato successio-
66 num.] Et † statuta confusè loquentia secundum ius commune sunt interpretanda, & intelligenda. Et non tam dubitarem, vbi statutum matrem excluderet propter patruos: & præmissa intelligatis vera, scilicet matrem esse exclusam propter agnatos, scilicet masculos per rationem statuti, vt nomen conseruetur. Et sic amita defuncti matrem non excluderet, cùm in ea nomen & arma domus conseruari non possent, secundum Bart. in d. l. ij. ff. ad Tertul. licet Bald. consuluerit contrarium in j. parte cons. 143.
67 incip. Statuto ciuitatis Parmæ. Præterea † sanè intelligatis matrem per agnatos esse exclusam in bonis filij mortui aliùnde quæsitis, quàm ex munificentia matris ex linea materna habitis. Quoniam in illis mater propter agnatos non excluderetur, imò esset illis potior, arg. l. quod scitis, §. fi. secundum intellectum Bart. ibi. C. de bonis quæ libe. & l. de emancipatis, §. fin. C. de leg. hær. de quarum legum intellectu latius videbitis in d. j. articulo. Nam in talibus bonis à linea materna filio prouentis cessant rationes dictum statutum fundantes, vt ex prædictis clarè intelligere potestis. Præterea æquum est, quòd bona quæ à materno stipite fluxerunt, refluant in illum, vt d. l. quod scitis, in fi. sicut videmus naturaliter fieri, quod aquæ à mari fluunt, & in mare refluunt, sicut enim interest agnationem conseruari suffragio bonorum ab ea descendentium: sic pariter interest cognationem (cuius mater principium & caput dicitur) conseruari per bona ab ea profecta: ita quòd contrarium facere esset potius rigor, quàm æquitas, & iniquitas, quàm iustitia, sic largè statutum interpretari, vt mater etiam ab illis bonis propter agnatos filij præmortui excluderetur, cùm satis sit agnationem cognitioni præferri in cæteris filij bonis. Et ita in propriis terminis consuluit Bart. cons. 141. incip. statuto vrbis veteris.
68 † Similiter intelligatis agnatos matrem excludere & eius sequelam, vbi omnino exclusa matre ipsi succederent, & ad ipsos deuolueretur successio. secus si eis successio (alia obstante persona) non deferretur. Quo casu cùm eorum non interſit matrem excludi, certè eam non excludunt, vt pulchrè consuluit Ang. cons. 210. incip. Statutum supradictum. Qui ponit exemplum in statuto matrem excludente à successione descendentium superstite masculo vel patruo, quia cùm tunc soror personæ defunctæ, de cuius successione agitur, excludat patruum, cùm sit casus omissus à statuto, l. commodissimè, ff. de lib. & posth. Certè stante sorore non vocatur patruus ad successionem, obstante ei sorore à statuto omissa: & sic in dispositione iuris communis relicta, quæ patruum excludit, & ad successionem fratris simul cum matre vocatur, per Authent. defuncto, C. ad Tertullianum.
☞ [Imò videtur vocari patruus ad successionem, cùm ratio statuti adhuc duret, quæ est conseruatio nominis & familiæ domus, vt s. vidistis, quæ per sororem perderetur.] Vnde mater hoc casu, per medium sororis seu filiæ suæ consequetur, quod per se consequi non potuisset: quia patrui tunc solùm matrem excludunt cùm soli cum matre supersunt, & succedere possunt, aliâs non, vt ibi plenè probati: super quo cogitabitis, quia ipse præsupponit talia statuta esse odiosa eo solo, quòd sunt contra ius commune: & tamen suprà contrarium fuit concluſum. Bene tamen fateor eius decisionem in genere esse veram, quòd vbi patrui superstites essent ad succedendum inhabiles, aliter quàm per existentiam personæ fœmineæ, mater non excluderetur, l. siue ingenua, §. sed si sint sui, ff. ad Tertullianum. & l. si necem, §. si deportatus, ff. de bonis libertorum. & l. j. §. filium, de contratabul. Idem si agnati omnes hæreditatem eis per statutum delatam repudiarent, aut nullus staret in vita: quia cùm fauore eorum esset mater exclusa, vt s. dixi, cessante illo fauore, qui erat causa exclusionis ipsius matris, cessat exclusio. c. cum cessante, de app.

Præterea vbi agnati successionem repudiarent, renunciarent eorum fauori, prout de iure possunt. l. quod fauore, C. de legibus. & l. si quis in conscribendo, C. de pactis. adeo quòd decidit Baldus in dicta l.
69 prima, C. de secundis nuptiis. † quòd si mater non posset ab intestato succedere, nisi in certa parte, puta octaua, vt cauetur statuto Tuderti: & agnati residuum hæreditatis eisdem delatum repudiarent ex necessitate iuris accrescendi, accresceret matri portionem habenti, vt videbitis in quarto præludio in-
70 frà. Vlterius † & postremò intelligatis agnatos matrem excludere & sequelam eius, vbi filius ab intestato decesit. Si autem cum testamento decederet, in quo matrem hęredem instituisset, vel ea non stante alium ex ea parte descendentem, aut cognatum collateralem, tunc ei mater agnatis exclusus succederet, si consuetudo in contrarium non obuiaret: quæ filium testari fauore agnatorum prohiberet, vt s. dixi. Et idem quolibet alio hærede instituto cognato, vel penitus extraneo, qui non obstante statuto succederet ex testamento, secundum Ludouicum consilio centesimo nonagesimonono, incipiente,
71 præsens statuti particula. † vbi plus dicit, quòd etiam si hoc casu testamentum filij præmortui esset nullum, aut ex aliquo defectu irritaretur, & sic causa testati deduceretur ad causam intestati, mater tunc ab intestato non excluderetur per agnatos postquam filius testamentum fecit, quamuis inutiliter, in quo matrem inuitauit, nisi vsus communis haberet contrarium. allegat Bartol. in dicta l. prima, ff. de suis & legitimis hæredibus. tamen Angelus vbi testamentum esset nullum vel irritaretur, tenet contrarium, consilio vigesimosexto, incipien. statutum excludens

matrem

BIU Cujas

matrem. & sentit Antonius de Bu. consilio vigesimo, incipient. æquitas valde suggerit. quod puto verius. Cùm eò tunc ac si nullum fecisset testamentum, dicatur ab intestato mortuus, vt suprà vidistis in principio: quòd vbi testamentum non tenuit ex defectu solennitatis, aut irritum quouismodo deductum est, licet de facto testatus fuerit, semper videtur ab intestato decessisse, ita quòd tota hæreditas debetur ab
72 intestato vocatis. † Et agnatis quibus iustè acquiritur etiam in foro conscientiæ, non obstante tali testamento & voluntate testatoris nulla vel inutili, ex qua nunquam adiri potuit hæreditas, nec acquiri hæredi scripto, secundum Baldum in quadam sua disputatione incipiente, statuto cauetur. & in l. si post diuisionem. & l. cum quis. & vtrobique clarius Iason C. de iuris & facti ignorantia. & plenè Alexander in l. nemo potest, columna septima. ff. de legatis primo. vbi dicit hoc verum, nisi conscientia ab intestato succedentis ei dictaret vel scrupulosè persuaderet, malè faceret subtrahendo hæreditatem hæredi scripto in tali testamento nullo aut irritando, quo casu necesse haberet obedire conscientiæ suæ, quod est no-
73 tandum. Vnum † tamen menti tenebitis, quòd licet stante dicto statuto vel consuetudine, mater excludatur à successione filij intestati, non tamen excluditur à tutela eiusdem, si illam gerere velit, iuxta authenticam, matri & auiæ, C. quando mulier tut. officio fungi potest. secundùm Ioannem Andr. in addit. Specul. titul. de curatoribus, in fine. nisi per statutum expresè à tutela excluderetur. Et ita etiam tenet Baldus in quarta parte, consilio centesimo vndecimo, incip. statutum quod ego vidi. Et ratio est, quia matri non defertur tutela filiorum, eo quòd hæres, sed eo quia mater est. ideo licet per statutum excludatur à qualitate hæredis, non tamen excluditur à qualitate matris, secundum Salicetum in l. sicut, C. de legitima tutel. & dicta Authentica, matri & auiæ. idem consuluit Alexander in tertia parte, consilio centesimo decimo, versiculo, & posito, &c.

Secundò, præsuppono, quòd defuncto aliquo ab intestato soli hæredes legitimi ad successionem vocantur, secundum gradus prærogatiuam: vt qui defuncto erat in gradu proximior, sit in succedendo po-
74 tior. Et † inde est, quòd sola ab intestato successio, & non ex testamento quo interdum extranei ad eam vocantur, dicitur propriè legitima successio, quasi sola lege delata absque hominis ministerio, licet successio ex testamento largè & minus propriè dicatur legitima successio: sed non omnino impropriè, cùm sit confirmata, licet non inuenta à lege duodecim tabularum permittente quemcunque hæredem etiam extraneum testamento institutum habere hæreditatem, l. obuenire, ff. de verborum signification. Tamen illa propriè & strictè dicitur legitima successio, quæ sine hominis ministerio defertur à lege, & absque testamenti vel cuiuscunque alterius dispositionis medio, ita quòd illi soli hæredes dicuntur legitimi, qui per legem ab intestato vocantur, l. prima, ff. de legitimis tut. & textus melior in iure, qui hanc ponit differentiam, quem Baldus ibi ad hoc dicit singularem in l. ii. §. de illo, ff. pro socio. facit l. illud, de
☞ acquirenda hæreditate. [Qui autem veniant appellatione hæredum simpliciter prolatorum, vide j. super verbo, *Si absque liberis moreretur*, primò, in materia substitutionis pupillaris, circa principium.

75 Ex † quo nobis in practica magnus & notabilis resultat effectus, quòd si quis pro se & legitimis hæredibus emphyteusim acquireret, non venirent ad illam, nisi illi qui propriè dicuntur hæredes legitimi, qui soli censentur vocati tanquam ab intestato successuri, & non in testamento instituti, de quo per Alex. in l. ex facto, §. fi. circa fi. ff. ad Treb. nisi tales fuissent in testamento instituti, quia aliàs fuissent ab intestato vocati, qui non minus dicuntur hæredes legitimi, secundum Bart. in l. iij. ff. de leg. j. Et non solùm filij erunt legitimi hæredes, & deinceps cæteri descendentes, sed etiam quicunque alius primum gradum parentelæ tenens habilis ab intestato succedentium, vt d. §. de illo, secundum Alexan. ibi, siue sit masculus, siue sit fœmina, secundum Ioan. And. in c. Raynaldus, j. eod. Vnde restat illam propriè legitimam esse successionem, quæ ab intestato defertur. Et illos esse legitimos hæredes, qui tanquam in gradu parentelæ proximioris, ab intestato vocantur, vt plenè per Iaf. in l. j. col. ij. C. quando non petentium partes peten. accrescant. vbi ad præmissa plura adducit
76 notanda consilia. Circa † quam legitimam successionem, quæ ab intestato defertur, ne varietas & intricata legum ciuilium diuersitas, quæ potius intellectum iuuenum præsertim canonistarum oneraret, quàm instrueret, vos à vero intellectu præsentis materiæ satis difficilis diuertat & errare faciat, considerare habetis quatuor iura, quorum tria propria Im-
☞ perator. [Io. Fab. conqueritur de Imperatore in lib. Institutionum vetera iura hodie inutilia recitante.] qui vias intelligendi faciles dare iuuenibus, tam in procemio Institutionum, quàm tit. de iustitia & iur. §. his itaque. pollicitus fuerat, sed non fecit, imò veterem prudentiam nobis hodie superuacuam complexus est, de quo Ioann. Fabr. regnicola noster, eum quasi reprehendens conqueritur in §. repetitis, instit. de seruili cogn. sic dicens, vtinam Imperator ab antiquitatibus furatus non fuisset hunc librum, scilicet Institutionum. Sed solùm iura moderna, quibus hodie vtimur, in eo recitasset, & nobis tradidisset. Ob quod ne turbetur cor vestrum, neque formidet, scire debetis in hac legitima ab intestato successione quatuor iura esse consideranda. Primum fuit ius antiquissimum legis xij. tab. quo iure duæ solæ ab intestato succedebant personæ, videlicet suus hæres, id est, proximior per rectam lineam descendens, qui tempore mortis eius de cuius successione agebatur, erat in ipsius potestate veluti filius, ex eo nepos, & cæteri deinceps. Et aliquo illorum non stante, proximior succedebat agnatus de agnatione defuncti, seu linea collateralium masculina procedens, instit. de legit. agnat. successione, §. j. Et post illas duas personas (id est, illis non stantibus tempore mortis defuncti) statim ad successionem vocabatur fiscus, vt dicto §. primo, & §. placet, eodem titulo. & l. finali, ff. de successorio edicto. Cuius quidem legis duodecim tabularum verba ponuntur in l. pronunciatio, ff. de verborum significatione, quæ talia sunt: Non existente suo hærede proximior agnatus familiam defuncti habeto, &c. Sed quia successu temporis lex ista Romanis visa fuit nimis rigorosa, fisco excessiuè fauens, cùm matrem à filij successione ab intestato defuncti, & econtra filium à materna successione excluderet: quia suus hæres esse non poterat, tanquam in eius potestate non existens, instit. de adopt. §. fœminæ.
77 Fuit † secundo loco factum senatusconsultum Tertul. quo mater filio absque liberis intestatè defuncto succederet, & non fiscus. Pariter econtrà factum fuit senatusconsultum Orficianum. quo filius etiam ma-

tri

tri succederet, vt plenè habet. ff. C. & Institu. ad Orficianum & Tertullianum, per totũ. Superuenit deinde tertium ius, scilicet ius prętorium, quo iure excluso illo, qui proximior agnatus erat tẽpore mortis eius, de cuiꝰ successione agitur, repudiatione aut temporis lapsu, vt quia tempore determinato bonorum possessionem non agnouit, non statim vocaretur fiscus, sed succederent cognati, scilicet per lineã fœmineam descendentes, ex quo resultabat cognatos de iure ciuili antiquo, scilicet legis duodecim tabularum fuisse incognitos, sed prætor benignitate motus sola consanguinitatis iura considerans, eos ad successionem vocauit, & recepit. Institutio. de succession. cognatorum. in principio. & l. fina. C. vndę legitimi. Tamen considerato hoc iure prætorio, adhuc maxima resultabat iniquitas, ad quam prætores non aduerterant, cùm sæpe cõtingeret, quòd mortuo aliquo ab intestato pluribus relictis agnatis, & cognatis diuersi gradus, vno agnato proximiore lapsu tẽporis, aut repudiatione excluso, cæteri agnati remotiores excluſi manebant, postquàm proximiores, & in primo gradu agnatorum tempore mortis defuncti (de cuius agebatur successione (non fuerant, & vocabantur ad illam successionem cognati. vnde reperiebatur, quòd interdum vnus cognatus longè inferioris gradus, quàm esset aliquis de superstitibus agnatis succedebat, tota agnatione contra rationem,
78 & æquitatem excluſa. † Ideo superuenit quartum ius, scilicet nouissimum, quo nunc vtimur, per quod 80 tiò præsuppono, † quòd vbi agitur de successione
sublata fuit differentia agnationis & cognationis, adeò quod hodie cognati succedunt sicut agnati, & simul cum eis, vbi sunt eiusdem gradus, & si diuersi gradus forent, salua gradus prærogatiua (vt qui proximior est præferatur) simul succedunt. in §. reliquũ. in Authentica, de hæredibus ab intestato. collatione ix. Ita quòd hodie in hac ab intestato successione sublata fuit sexus differentia, vt ibi, sicut sublata fuerat in successione ex testamento. l. maximum. C. de liberis præteritis. Etiam in feudis in præsenti regno Fraciæ, in quibus succedunt fœminæ sicut masculi, secundum Ioannem Fabrum, in Authentica, ingressi. C. de sacrosanctis ecclesiis. vt plenè vidistis in ver-
79 bo, *Duas habens filias.* † Pariter etiam cùm in successione ascendentium (ad quam liberi priore loco vocantur) quatuor emanassent iura: Primum fuerat ius ciuile antiquum, scilicet ius digestorum, post legem illam duodecim tabularum factum, & ius antiquum codicillorum subsecutum, quibus iuribus filij emancipati erant iure ciuili incogniti, & penitus reputabantur extranei, & consequenter patri non succedebant ab intestato, sed soli sui hæredes, videlicet filij in potestate constituti. Institutiõ. de exhæredatione libero. §. emancipati. Secundum fuit ius prætorium, quo filij emancipati fuerunt à benigno prætore cogniti, & ad patri succedendum admissi, & recepti sicut liberi in patria potestate cõstituti. Institu. de bonorum possessione. in principio. Tamen necesse habebãt petere bonorum possessionem, vnde liberi in-
81 tra annum à prætore: quo elapso tempore excluſi erant à successione, quod non fuisset de iure ciuili, si in patria potestate fuissent, imò triginta annos habuissent ad paternam hæreditatem petendam. l. licet. C. de iure deliberandi. Tertium fuit ius nouellarum constitutionum. C. scilicet. l. meminimus. C. de legitim. hæredibus. quo nouiter statutũ fuerat filios emancipatos patri succedere ad similitudinem suorum, scilicet in potestate constitutorum. Quia cùm

nulllum simile sit idem l. quod Neruа. ff. depositi. Ex illo iure multæ insurgebant ambiguitates, an in omnibus similes essent, vel in aliquibus dissimiles: Superuenit quartum & vltimum ius nouissimum Authenticorum, quo nũc vtimur, per quod sublata fuit omnis differentia emancipationis, & patrię potestatis in hac successione ab intestato, vt in Authenti. de hæred. quæ ab intestato deferũt. §. nullam verò. Siue agatur de successione inter ascẽdentes, & descẽdentes, aut collaterales: quia vbique emancipati hodie succedunt, ac si essent sui in patris potestate cõstituti: salua inter eos duntaxat sola gradus prerogatiua: Et sicut filij verè emancipati ac si sui forent, succedunt, sic etiam & multò facilius illi, qui verè emancipati non fuerant, sed pro emancipatis habentur, quales sunt filij seorsum à patre habitantes, & larem distinctum tenentes, qui ex testamento & consuetudine Tolosana habentur pro emãcipatis: attamen patri succedũt cum suis & patre commorantibus & habitantibus. Quo autem ad succedendum ex testamento manet adhuc in aliquibus differẽtia suitatis & emancipationis, vt plenè videbitis super verbo, *in eodem testamento relinquens.* primo, & in verbo, *Si absque liberis moreretur.* secũdò in materia pupillaris substitutionis. Et fortè adhuc durat illa differentia quo ad modum succedendi, & etiam quo ad effectũ transmissionis etiam succussionis ab intestato, vt videbitis in verbo, *mortuo itaque testatore.* secũdò. Tertiò præsuppono, † quòd vbi agitur de successione ascendentium ab intestato mortuorum descendentes vsque in infinitum vocantur, nulla facta differentia sexus, nec suitatis & emãcipationis, nisi sola gradus prærogatiua. Et idem econtra ascendentes suis succedunt descendentibus in infinitum, si soli sint. Si verò ageretur de successione alicuius collateralis vt quia non sunt aliqui de recta linea, aut tales super sunt ascendentes, cum quibus collaterales interdum succedũt, vt videbitis, licet olim iure antiquo, & nouo agnati infrà decimum gradum, aut decimo gradu existentes ad successionem admitterentur, & hodie admittãtur, cognati autem vsque ad sextum gradum, & non vltrà admittantur. Institu. de succesſio. cogna. §. fina. Tamen hodie iure quo vtimur nouissimo, postquam sexus differẽtia sublata fuit, cognati sicut agnati, soli vel simul vsque ad decimum gradũ succedunt. in Authentica, de hæredibus ab intestato. §. si verò neq; fratres. vbi gloss. Bartolus, & cæteri in Authẽtica in successione. C. de suis & legitimis hæredibus. Quod procedit, etiam si tales cognati hæreditatem peterent de iure prætorio, quo erant solũ cogniti vsque ad sextum gradum: quia etiam hodie admitterentur vsque ad decimum, ac si venirent & hæreditatem peterẽt de iure ciuili, per textum in dicto §. nullam verò. ibi, in quacunque successione. Et ibi, In omnibus successionibus vacare differentiam &c. secũdum Baldum & Alexãdrum in l. certum. C. vnde legitimi. Quicquid in cõtrarium ibi tenuisset
81 Salicetus. † Quæ iura nouissima cùm fuerint fauore cognatorum edita, vt scilicet agnatis parificentur, nõ debẽt in eorum retorqueri lęsionem, imò in augmẽtum honoris, & non diminutionem vtilitatis, quia quæ ad augmentum fiunt, nõ debent interpretari in diminutionẽ. argumento l. quod fauore. C. de legib.
82 † Ex quo singulariter decidit Baldus in dicta l. certum: quòd licet hodie pariter admittantur cognati cũ agnatis, adeò quòd venire possunt per caput vnde legitimi, sicut agnati: licet olim deficientibus agnatis

BIU Cujas

venire non possent, nisi ex capite vnde cognati, tamẽ propter hoc non perdunt suum proprium caput, vnde cognati, nec sunt hodie hæc duo capita, scilicet vnde legitimi, & vnde cognati, in vnum caput trãsfusa, sed remanẽt duo capita integra & separata. Quę decisio est magni effectus: quia collateralis ad successionem vocatus siue agnatus, siue cognatus existat, si fuerit à bonorũ possessione vnde legitimi lapsu temporis exclusus, poterit hoc non obstãte succedere p bonorum possessionem vnde cognati, per textum in l. j §. sed videndum. ff. de succeſſ. edicto. quia expedit nobis plures vias habere. l. si domus. ff. de seruitut. vrbanorum prædiorum. Sicut à simili in suis hæredib' decidit Bal. in d. l. licet. C. de iure deliberandi. vt j̃. in quarto præludio latius dicetur. Nec est in hoc hodie correctus dictus §. sed videndum. secundum Alexan. in d. l. certum. Credo tamen, quòd stante statuto aut consuetudine, quòd agnati excludant matrem, de quo suprà vidistis in primo præludio: tale statutum vel consuetudo non extẽderetur ad cognatos, in exclusionem matris cognati defuncti, sicut eam excluderẽt agnati: quia statutum de illis non loquitur, sed de agnatis tantùm. Præterea rationes propter quas agnati eam excludunt, videlicet vt nomen domus & familiæ conseruetur, desciunt in cognatis ex fœmineo sexu propagatis, qui in alienam transierunt familiam, nomen illorum capientes ad quos transeunt. Institut. de patria potestate, in fine. quod non esset, imò cognati ad matrem excludere viderentur, si duo hæc capita essent hodie in vnum transfusa, prout nõ sunt, licet cognati priuilegio gaudeant succedẽdi cum agnatis vsque ad decimum gradum inclusiuè, & non vltrà: imò veniret coniunx superstes, aut collegium, vel fiscus, vt infrà videbitis in quarto & quinto articulis. Ex quibus pariter aliud resultat notabile, quòd si stante dicto statuto filius decesserit matre sua, agnatis, & etiam cognatis superstitibus, licet si mater non esset, cognati cum agnatis succederẽt, tamen non succedunt obstãte eis matre, quæ licet excludatur per statutum, tamen cognatos excludit, ita quòd agnati consequuntur per medium illius, quod per se non possent secundum aliquos. Alij verò contrà per ea, quæ suprà dixi in primo præludio, quia si statutum excludit matrem, facilius excludere debet cæteros cognatos, per rationes, quas ibi vidistis.

83 † Vnum tamen restat, quòd in hac materia succedendi ab intestato est differentia inter lineas, quę duę sunt, secundum Bal. in tertia parte, consilio cclxxj. videlicet linea recta, & linea inflexa seu transuersalis. Et recta linea est duplex, scilicet ascendens & descẽdens, quæ clara est: quia à patre inclusiuè in superius est linea ascendens, & à filiis etiam inclusiuè in inferius est linea descendens. Similiter linea transuersalis est duplex, scilicet superior, vt patruus, amita, auunculus, & matertera: Et descendens seu inferior est, vt frater, fratris filius, soror, & sororis filius, & deinceps. Vnde in recta linea existentes, in qua sunt descendentes & ascendentes, sibi inuicem succedunt in infinitum, sed non collaterales, nisi vsque ad decimũ
84 gradum. † Est & alia differentia inter eos, quia in computatione graduum in prima linea seu recta nõ est aliqua differentia inter ius ciuile & canonicum: quia vtroque iure filius est in primo gradu descendentium, nepos in secundo, & sic de sequentibus descendendo. Pariter ascendendo pater est in primo gradu ascendentium, auus in secundo, & sic deinceps
85 ascendendo. † Sed in collateralibus duo fratres iure isto canonico inuicẽ sunt in primo gradu, sed de iure ciuili sunt in secundo. & sic de singulis. quæ quidem differentia inter hæc iura in collateralibus surgit ex diuerso modo, & forma computandi gradus. Nam in his collateralibus in computatione graduũ est triplex differentia inter iura prædicta, quoniam de iure ciuili, si velitis scire, in quo gradu sunt sibi inuicem collaterales, necesse est inuenire stipitem, scilicet illum, à quo omnes isti procedũt & descendũt: quia ascẽdere oportet vsque ad stipitem, & deinde à dicto stipite descẽdere oportet vsque ad personã, de qua quæritur. Sed de iure isto canonico non inquiritur stipes. Et licet gl. in l. Iurisconsultus. ff. de gradi. dicat stipitem non cõnumerari pro vna persona, vt pariter dicit Bal. in Auth. si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccl. & Ang. in §. hactenus. Insti. de gradi. & Alex. in l. j. ff. de iurisdict. omnium iud. Attamen stipes connumeratur, vt expressè dicit tex. in d. l. Iurisconsultus. §. sunt ex lateribus. vers. idem faciendum. Et ita tenent gl. & Doct. si eorum computatio bene consideretur in l. si auiæ. C. de suc. edict. Or si computetur stipes pro vno gradu, prout computari debet per illum text. tunc prima persona à qua cõputationem incipere volueritis, non computabitur, aliâs secus. Et ita concordabitis hanc differentiã, secundum
86 Iasonem. † Secunda differentia est. quia de iure ciuili fit graduum computatio ad similitudinem scalarum, ascendendo de gradu in gradum vsque ad stipitem, & posteà descendendo: quæ cõputatio est propria. Sed de iure isto canonico non fit cõputatio per gradus, sed per saltus, scilicet saltãdo de vna linea ad aliam, quæ dicitur impropria computatio, illa autem quæ fit de iure ciuili est, vt dixi naturalis, & propria arti Arithmeticæ suppositа., quæ est scientia naturalis, vnde illi cõputationi standum est in cæteris, quã in matrimonio. Ita quòd si statuto caueretur, quòd agnati vsque ad quartum gradum excludãt matrem defuncti, tunc computatio fiet secundum leges, quæ propriè dinumerant gradus: & non secundum computationem iuris canonici, quæ dicitur impropria. cùm verba statutorum debeant propriè sumi, & interpretari. l. j. §. hæc autem verba. vbi Docto. ff. quod quisq. iuris, & c. Sicut etiã acciperetur vbi de gradu non fieret mẽtio: quia agnati matrem excluderent stantes vsque ad decimũ gradũ, secundum propriam computationẽ, vt disputando tenuit Iac. Butr. quem
87 Bal. sequitur in d. l. si auiæ. in fi. † Tertia differentia est, quia de iure ciuili vnaquæque persona facit gradum, sed de iure canonico duæ personæ gradum faciunt. Et ratio differentiæ est, quia regulariter computatio graduũ fit per canonistas propter matrimonia, in quibus duæ simul personæ cõsiderantur. Computatio autẽ quæ fit de iure ciuili, fit regulariter propter successiones. Ideo quælibet persona gradum facit, secũdùm Bal. in d. l. meminimus. C. de legiti. hæredi. Paul. in d. l. si auiæ. & Christophorum Porcũ, in §. j. Insti. de gradi. vos autem videatis bonam glo. in c. fin. de consanguinitate & affinitate. Hinc dicit gl. in d. §. hactenus. Insti. de gradibus. quòd computatio nostra procedit in matrimonio, sed computatio graduum de iure ciuili procedit in materia succes-
88 sionum, quod est notandum. † Restat ergo, quòd in successione ab intestato collaterales, nulla facta differentia sexus agnationis, & cognationis inuicem succedunt, hodie vsque ad decimum gradum inclusiuè, modo & forma prædictis cõputandũ, nisi in quatuor casibus, in quibus dicta regula fallit. Primò in

agnatis

BIU Cujas

agnatis & cognatis patroni, qui liberto vsq; ad quin
tum gradum solum succedũt. Insti. de succes. liber-
tos §. multis. Quia non ita fauorabiliter debetur eis
succesio illa, sicut hæredibus suorũ parentũ. Secun-
dò fallit in eo, qui incestas cõtraxit nuptias: quia nõ
admittuntur agnati nec cognati, nisi vsque ad tertiũ
gradum. l. si quis incesti. C. de incest. nup. secundùm
Bal. in d. l. certum. C. vnde legi. Nec est hodie hoc ca
su aliquid immutatũ iure nouissimo, vt talis succes-
sio ad decimum gradum extendatur, cùm hoc fuerit
introductum odio contrahentis incestas nuptias, &
in eius pœnam. Ergo fieri nõ debet succesionis ex-
tensio vsque ad decimum gradum in eius fauorem,
argumen. l. relegatorum. in fi. ff. de interdictis & re-
lega. Et idem est in dãnato, de quocũque alio crimi-
ne olim bonorum confiscationẽ importante, cui ho
die collaterales non succedunt vltra tertium gradũ.
C. de bonis damna. Authent. bona damnatorum. nisi
damnatus quis fuisset ex forma statuti: quia tunc ei
succederetur iure communi, & sic vsque ad decimũ
gradum, secundum Bal. singulariter in l. ij. C. qui te-
sta. facere possunt. In regno autem Franciæ ex suis
legibus, & cõsuetudine persona cõfiscata etiã solum
bannita ipso iure sunt bona confiscata, prout erat de
iure communi antiquo, ideo parentes in quocũque
gradu existant non succedunt, sed fiscus. Tertiò fal-
lit in milite, cui nõ succedũt agnati nec cognati, ni-
si vsque ad quintum gradũ. l. ij. ff. de vetera. militum
succes. secundum Ang. in d. l. certum. & ratio potuit
esse: quia hæc bona militum crescentia, vt plurimum
à principe, aut in castris principis, vel intuitu eiusdẽ
acquiruntur: ideo nimirum si in talibus bonis fiscus
citius succedat, & vocetur nõ expectato decimo gra
du, quã in bonis paganicis. Prætereà in succesione
militum, in qua non seruatur, nisi merum & purum
ius gentium, etiam iure veteri nulla considerabatur
sexus differentia. Quinimò ad succesionem militis
defuncti, ita vocabantur cognati, sicut agnati, vt d. l.
ij. Adeò quòd non putant moderni hoc casu aliquid
fuisse iure nouissimo mutatum, sed quòd illa l. ij. re-
manserit, & sit hodie incorrecta per regulam, quæ
habet, quòd lex noua aliquid generaliter statuens,
prout facit dictus §. nullam verò. in Authen. de hæ-
redib. ab intest. corrigens generaliter, & tollens dif-
ferentiã agnationis & cognationis, non loqui intel-
ligitur in casibus specialibus à regula exceptis, prout
sunt dicti tres casus, nec illis derogasse, imò debet ta-
lis lex noua limitari, & intelligi non procedere in
dictis casibus specialibus, secundum glos. in l. scien-
dum. vbi Bart. & cæteri. ff. qui satisda. cogan. & idem
Bar. in extrauaganti, ad reprimend. in verbo, nõ ob-
89 stantibus. † Prætereà licet maior fauor semper præ-
stetur in militum succesionibus, quàm aliorum. l. j.
& per totum. ff. C. & Insti. de testa. milit. Tamẽ quia
text. in dicto §. nullam verò. solùm iura corrigit, quæ
olim differentiam faciebant inter agnatos & cogna-
tos, volẽs à cætero nullam inter eos esse differentiã,
& de numero graduũ nihil disponit. Sequitur, quòd
non corrigit dictam l. ij. quæ in succesione militũ
differentiam nõ faciebat inter agnatos & cognatos,
& correctione nõ indigebat: vnde text. ille bonus po
tius hoc casu confirmat dictam l. ij. quàm eam cor-
rigat: præsertim quia de numero graduum mentio-
nem nõ fecit, licet, glo. ibi in §. si verò neque fratres.
propter generalem sublatam differentiam sexus di-
cat cognatos succedere vsque ad decimum gradũ,
prout agnati antea succedebant, quod intelligendũ
est de succesionibus, in quib⁹ iure antiquo erat illa
sexus differẽtia, quæ in militum succesione deficie-
90 bat, vt dicta l. secũda. † Quartò & vltimò fallit regu-
la nostra in succesione feudorum, vbi agnati trans-
uersales non succedunt, nisi vsque ad septimum gra-
dum. c. j. §. hoc autem sciendum. qui feu. dare possũt.
& in c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. glo. & Bal. in c.
j. de feud. marchiæ. & in c. satis bene. de prohibi. feud
alie. per Lota. & in Authentica, defuncto. C. ad Ter-
tullia. Etiamsi ageretur de succesione antiqui feudi,
secundum Baldum vbi suprà. vnde mortuo vasallo
stantibus solis collateralibus vltra septimum gradũ,
vacat eius succesio, nec cẽsetur hoc ius hodie corre-
ctum per dicta iura nouissima, vt succesio feudalis
sit vsque ad decimum gradum extensa, sicut est suc-
91 cesio patrimonialium bonorum: † quia nunquam
feuda iudicantur secundum iura communia, nisi quã
do in casu occurrẽte nõ reperiretur quæstio vsu feu
dorũ decisa, vt dicit text. in cap. j. de feud. cog. Or in
casu nostro reperitur in feudis expressa dicta deci-
sio, vt talis succesio vltra septimum non porrigatur
gradum: igitur est illi standum. Illam tamen decisio-
nem intelligatis veram, quòd transuersales agnati
vltra septimum gradum succedere non possunt: imò
talis succesio gradu septimo terminatur, quãdo de-
acquirente feudum primordialiter, & immediatè sit
transitus ad collaterales fortè ex pacto vel alio mo-
do. Si autem de acquirẽte feudum fieret primordia-
liter transitus in descendentes, tunc feudo semel ad
descendentes deuento, & in aliquo eorum radicato,
extenderetur succesio in infinitum, etiam ad trans-
uersales illorum descendentium primi acquirentis.
c. j. de natura succes. feud. & §. j. de succes. feud. secũ-
dùm Bald. vbi suprà versicu. item oppo. ad fin. huius
cap. & c. de feudo Marchiæ, & clarè Aluarotũ cap.
primo. §. & quia. qui feud. dare possũt. Et maximè in
præsenti regno Franciæ, in quo feuda sunt ad patri-
monialia redacta, secundùm Ioan. Fab. in Authenti.
ingressi. C. de sacrosãc. eccles. vt infrà in primo prin.
articul. dicetur, siue secundum ius commune patri-
moniorum iudicanda, vt eorũ succesio in infinitũ,
vel vsq; ad decimum extendatur gradum, super quo
cogitabitis, quia liber feudorum post quã in regno
publicè legitur, satis ius commune cẽsetur, vbi alia
☞ consuetudo non reperiretur. [Prætereà in succes-
sionibus istis, cum sint de iure positiuo multũ atten-
ditur consuetudo ad ampliandum vel restringendũ
gradus, vt dicitur infrà in iij. membro j. artic. in prin
62 cip. loquendo de succes. collateralium.] † Vnum ta-
men menti tenebitis, & erit quinta fallentia, quòd
vbi de succesione regni, in quo etiam collaterales
succedunt, ageretur, succesio diffunditur in infini-
tum, maximè in præsenti regno Frãciæ, in quo si to-
ta domus regia foret (quòd Deus auertat) extincta,
ita quòd nõ supereesset nisi aliquis de sanguine anti-
quo, puta de domo Aureliana, aut Borbonij, vel alte
ra licet comitali, aut inferiori, certè ille quanuis in
millesimo gradu esset vel vltrà, succederet in regno,
fisco excluso, & idem si ageretur de succesione illu-
strium Comitum & Baronum, secũdum Bald. in di-
cto capitu. j. de feud. Marchiæ, quem ibi sequuntur
Aluarotus & Præposi. Ad quod videatis, quæ super
hoc plenè dicta fuêre in verbo, *duas habens filias.* in
93 prima principali fallentia, circa finem illius. † Quar-
tò & vltimò præsuppono, quòd mortuo aliquo inte-
stato soli descendentes primo loco succedunt, dein-
de ascendentes & collaterales: & si sint plures eiusdẽ

BIU Cujas

capitis & gradus, vt duo vel vltrà, omnes simul, & æqualiter vocantur, ita quòd succedunt in capita, si omnes succedere velint. Si autẽ vnus à successione excluderetur tẽpore, aut repudiatione, vel omnes (præter vnum) similiter excluderentur, qui portionem ei delatam adiret. Et tũc in primo casu pars repudiantis, vel tẽpore excluſi accresceret aliis etiam inuitis pro hæreditaria portione eorum cuilibet delata & agnita. In secũdo verò casu portiones omniũ cohæredum à successione excluſorum accrescerent alteri, qui solus partem suam agnouit. Et hoc fit per ius accrescendi, quo partes non petentiũ petentibus accrescunt, etiam inuitis. l.j. C. quando non peten. partes peten. accrescunt. † Quod ius accrescẽdi etiam locum habet in fisco, secundùm Alexand. in l.j. ff. de acquiren. hæredi. si fuerit cum alio hæres institutus, quicquid ibi voluisset in contrarium Ludo. & à simili locum etiam habere videretur in ecclesia, quæ fisco comparatur. l. fi. C. de sacrosanc. eccl. Saluari tamen posset opi. Lud. in casu per Bal. posito, in d. l. j. ix. qõ. C. quãdo non peten. partes. † Non tamen intelligatis partes non petentiũ accrescere personis petẽtibus, quia malè intelligeretis, sed accrescũt portionibus petentium, & succedere volẽtium. l. ij. ff. de acquiren. hæredi. [Hac ratione accrescunt portionibus: quia ius accrescendi portionem respicit, ad hæredes transit, ita quòd si cohæres adita portione sua decedat, & alter cohæres partẽ suam repudiet, ille hæres cohæredis defuncti totum habebit. l. hæc scriptura. §. fi. ff. de cond. & demõst. Et in hoc differt ius accrescendi à substitutione, quæ cùm personam respiciat substituti, ad hæredes non trãsmittitur. l. si ex pluribus. ff. de suis & legiti. hæred. Sed extinguitur cũ persona substituti ante conditionem substitutionis defuncti, nisi vnita foret cum ipso iure accrescendi, ratione cuius transmitteretur ad hæredes, non sui natura, sed potius iuris accrescendi, cui vnita fuit, per text. singularem in l. qui patri ff. de acquiren. hæred. De quo habetur infrà super verbo, *si absque liberis moreretur.* secundò, in materia pupil. subst. in fin. & clarè super verbo, *in eodem testamento relinquens.* primò. in vlt. limitatione, loquendo qualiter hærede vniuersali repudiante hæreditas accrescit instituto in re certa.] † Ex quo dicit Bart. quòd cohæres huic iuri accrescendi (cùm ei non competat, sed portioni) renunciare non posset. idem tenet in l. re coniũcti. ff. de leg. iij. in iiij. prin. q. & Bald. in d. ix. q. Ius enim accrescendi competit & operatur de iure communi, & non ex priuilegio, cui iuri communi renunciari non potest. l. nemo potest. ff. de legat. j. vnde qui portionem hæreditatis quantumcunque minimam agnouit, cæteris non petẽtibus, vel à successione excluſis, totam hæreditatem ipso iure accrescendi suæ portioni vnitã habere cogitur, ac si fuisset ei ab initio insolidum delata. l. vnica. §. his itaque diffinitis. C. de cadu. tol. Etiãsi portiò illa accrescens sit ei damnosa, posito etiã quòd adeundo partẽ suam intenderet lucrari, & verè esset ei lucrosa: vt quia fortè erat per testatorẽ ab omni onere exempta. Et etiã posito, quòd partem accrescentẽ ignoraret esse sibi damnosam ignorãtia iuris vel facti, quæ ignorãtia post quàm originem habuit à lucro, non prodest ignorãti in damno euitando, sicut nec in lucro captando. l. si duo iuncta glõss. ff. de acquiren. hæredi. † quia in his, quæ pertinent ad rigorem iuris obseruandum, nõ parcitur ignoranti, sexui, ætati, damno, nec rusticitati. l. iuris ignorantia. vbi Bal. C. qui admitti ad bonorum possess. nec statuti aut consuetudinis rigori. Adeo quòd si statutum prohiberet matrem succedere filio ab intestato, nisi in certa portione stantibus agnatis, si agnati omnes residuum successionis repudiarent, tota successio accresceret matri, quæ suam portiunculam acceptat: non obstante rigore statuti prohibitiui, vt suprà in primo præludio dixi. Maximè quia ius accrescendi, vt vidistis, non personæ cõpetit, sed hæreditariæ portioni aditæ, quam ille cohæres sine residuo hæreditatis retinere non potest. † Ex quo etiam notabiliter decidit Barto. in d. l. re coniuncti. ix. colum. & v. quæstio. primæ principalis quæstionis, quòd si cohæres portionem quã adiuit, cuidam extraneo vendiderit, & reliqui cohæredes suas repudiauerint portiones, aut ab eis fuerint alio modo excluſi, tales portiones non vẽditori, sed portioni aditæ & venditæ, & sic emptori accrescunt. † Cùm ius illud accrescẽdi acquirat portioni, & nõ personæ, & non venditori, qui nullam habet portionem, cui accrescere possit. l. si Titio. ff. de vsufructu.

Præteteà emptor hæreditatis vicem obtinet hęre dis. l. ij. §. planè. ff. de hæred. vel actio. vendita. facit l. si totam. ff. de acquiren. hæredi. vbi portio per cohęredem repudiata alteri non accrescit cohæredi, sed fideicõmissario, cui hæreditatẽ restituerat. Nec obstat, quòd vendita aut restituta hæreditate, ipse venditor vel hæres restituens remanet hæres: quia verũ est, quòd hæres remanet solo nomine: sed emptor, aut fideicommissarius dicitur hæres re & vtilitate. Nec est absurdum, quòd sint duo eiusdem hæreditatis hæredes, vnus nomine, & alter re & vtilitate, secundùm Paul. in l. fi. ff. de acquir. hæred. prout à simili videmus de domino directo & vtili, vt per Bart. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqu. possess. Cui quidẽ domino vtili omnis pertinet vtilitas, maximè iuris accrescendi, quod operatur ad causam, & ratione portionis, & nõ personæ, aut nudi nominis. † Et procedit in hac successione ab intestato hoc ius accresdendi ex quadam legali coniunctione, quæ inter hæredes vocatos ad successionem consistit, qua inter se sunt re & verbis coniuncti, secundùm glo. in l. j §. idem ait. ff. de vsufruct. accrescen. † Quæ quidem legalis coniunctio tripliciter cõtingere potest. Primò ex singularitate vocationis, vt quando defuncto non supereſt nisi vnus proximior descendens, vel ascendens, aut collateralis, in quo non est dubium omnimodam esse coniunctionem: Scilicet re, cùm eidem hæreditati succedat talis hæres, & verbis, quia solus ad eam vocatur ex verbis legis, aut testatoris, si in testamẽto fuerit hæres institutus, & vocatus solus ab intestato ex verbis legis, cùm non sit alius, qui ipsum præcedat, vel cum eo concurrat. Vnde † nimirum si non possit talis hæres vnam partem adire, & alteram repudiare: quia hoc esset diuidere, & separare omnimodam vnitatem, & legalem coniunctionem. Ideo in illa persona vnam tantùm partem adeunte locum habet ius accrescẽdi, vt scilicet vna parte adita, cæteræ eiusdem hæreditatis partes ipso iure illi accrescant etiam inuito, ita quòd pars illa adita totum ad se trahit, & hæres insolidum fit, † quantũcunque partem adeundo protestaretur aliam habere nolle, quoniam talis protestatio tollere nõ potest iuris dispositionem cui renũciari nõ potest, vt vidistis. Et idem foret si partem adeundo, reliquam formaliter & expresè renunciaret & repudiaret, cùm aditio partis prius facta secum ilico traxerit executionẽ quo ad totum, vt ei nõ obstet secuta repudiatio,

BIU Cujas

tio. Secus esset ecõtrà, vbi hæres à repudiatione inciperet: vt quia vnã partẽ sibi delatæ hæreditatis repudiasset, de reliqua nihil dicẽdo: quia talis repudiatio nihil valeret, nec partes reliquas ad se priuatiuè
104 traheret, l. si solus. ff. de acquiren. hęred. † Et ratio differentiæ est, quia aditio est fauorabilis, quæ facit quem decedere cum hærede, & testatũ, vbi testamẽtum facit, quod est fauorabile, & publicè interest. l. vel negare. ff. quemadmo. test. ape. & in §. licet autem domino. Instit. qui, & ex quibus cau. manu. non poss. Vnde talis aditio semper ampliatur, vt totum comprehendat tanquam fauorabilis. Repudiatio autem cõtrarium operãs (videlicet quòd defunctus hæredem non habeat, vel intestatus decedat) est odiosa, & sic restringenda. argumen. l. cùm quidam. ff. de liberis & posthu. & cap. odia. de regul. iur. lib. vj. Præterea aditio hæreditatis est habitus, & sic est aliquid, ideò non sine causa recipit augmẽtum. Sed repudiatio est priuatio, & nihil: sed quod nihil est, aliquid recipere aut producere nõ potest. Nam esset implicare contradictionem, quòd quis hęres esset, & non esset hęres, vel quòd quis pro parte decederet cum hærede, & pro parte sine hærede, secundum Bartol. & Doct. in d. l. ij. ff. de acquir. hęredi. Quæ omnia etiam locum habent in coniunctione hominis procedente ex singularitate vocationis, vt tetigi, vt quando vnus solus hæres vocatus per testatorem fuit ex testamento. Qui si insolidum institutus hæreditatem in parte adiens de reliqua nihil dixerit, totum adiisse videtur, siue institutus fuisset simpliciter, siue in pluribus partibus hæreditatis nominatim & separatim, vt d. l. j. & l. ij. ff. de acquiren. hæredi. ita quòd aditio vnius portiunculæ ad se totum trahit, & singulas alias partes, etiam si hęredi adhuc delatæ non forent tempore aditionis, vt quia pro parte quam adiuit, fuerat hæres purè institutus. Et in alia vel reliquis sub conditione, quæ pòst impleta fuit: quia tunc non erit necessaria alia aditio post impletam conditionem: imò ipso iure, ipsa reliqua pars, quæ conditionalis fuerat, accrescit priori parti aditæ. l. liber homo. §. Titius. ff. de hęredi. institu. facit l. testamento. C. de impuberum & aliis substitu. Prętereà est hoc etiam verum, si in parte quam hæres adiuit, institutus fuisset simpliciter & absolutè, & in reliquis partibus datus fuisset substitutus, aut in singulis dictis partibus dati fuissent diuersi substituti: nam talis hæres cùm nullum habeat cohæredem, adeundo partem videtur totum adire, & totum ei accrescit, quia substituti in reliqua vel reliquis partibus dati solùm videntur in subsidium, scilicet casu quo hæres institutus nullo modo adiisset, & aliquã partem non agnouisset. Nec censetur testator hoc faciendo diuisisse hæreditatẽ, instituendo eum hæredem separatim in diuersis partibus, nisi in singulis partibus diuersos instituisset hæredes: quia sola diuisio portionem facta non cẽsetur causa diuidendi hæreditatem. Sed alio respectu, sicut fit aliquando diuisio fundi gratia vberioris culturæ, remanente fundi vnitate. l. Caius. ff. de leg. ij. Prout etiam est videre in mensura, qua panni mensurantur, in qua licet sint plura demonstrantia diuersas mensuras, puta diuersos palmos, tamen propter hoc non diuiditur vnitas illius mensuræ, secundùm Bart. Ideo non est mirum si hæres adeundo vnam partem hæreditatis dicatur adire & aliam, ne eadem hæreditas habeat pro parte hęredem, & non pro alia parte, vt plenè deciditur in dicta l. si solus. ff. de acquirend.
105 hæredit. † Per quam rationem decidit Bal. in l. do-

minus. §. per fideicommiss. ff. de vsufruct. testatorem ius accrescendi prohibere non posse, ne pro parte habeat hæredem, & pro parte non. Et ita etiam post Dy. tenent Imo. in l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredib. institu. hoc etiam ius accrescendi immediatè competit hæredi à lege, & non à testatore, licet interdum habeat ipsum iudicio testatoris, per tex. vbi Barto. & Imo. in l. si in testamento. ff. de vulg. & pupilla. Vnde quod à lege competit, non potest à testatore prohiberi, vt d. l. nemo potest. ff. de leg. j. Nec obstat, quòd idem Bar. in l. quoties. §. si duo. ff. de hæred. instit. videtur contrarium decidisse: quia loquitur in hæredis institutione non vera, sed interpretatiua, secundùm Bal. vbi s. & plenè per Docto. in l. penulti. ff. de iniusto rupt. testamen. puta si testator in re certa vnum solum hęredem instituisset, cum hoc, quòd nihil ei accrescere possit: quo casu, cùm talis hæredũ institutio verè non sit vniuersalis, sed interpretatiua, nullo alio dato cohærede vniuersali, & institutus tũc totum habeat. vt dicto §. si ex fundo. si testator tunc ius accrescendi prohibuerit, valet prohibitio: sed hæredis institutio nulla erit ex prohibitione iuris
106 accrescendi: † quia testator tunc prohibendo ius accrescendi, videtur velle decedere sine aliquo hærede, & sic ab intestato. Prætereà dicit Bal. in dicta l. j. vers. venio ad materiam. C. quãdo non peten. partes. quòd ius ipsum accrescẽdi prohiberi non potest vero & directo hæredi, sed bene ficto hæredi, qualis est in re certa institutus, vt dicto §. si ex fundo. & d. l. quoties. §. si duo. qui quadam fictione censetur institutus in toto, & idẽ dicit ibi in dicta ix. quæst. quòd si testator tres aut plures habens hæredes prohibuerit, ne vni eorum accresceret: quia cùm tunc alteri vel aliis accrescere possit, quasi tacitè substitutis, valebit eo casu iuris accrescendi prohibitio, quasi deficientibus causis, propter quas prohiberi non potest, de quibus s. Secus si in totum prohiberetur in personis omnium hæredum institutorum, de quo plenè per dominos de Rota in nouis, decisione cccxxxiij. incipien. si pater plures filios. Et sic arguẽdo à causa causante in legatis, & fideicommissis prohiberi potest ius accrescendi, secundum Bal. in dicto §. per fideicommissum. vbi ponit quid in legato alimento-
107 rum. † Sanè tamen intelligatis, quod dixi suprà, scilicet quòd hæres in parte hæreditatis purè institutus, & in reliqua sub conditione, si partẽ puram adierit, etiam adiuisse videtur conditionalem, vt conditione stante ei accrescat sine alia aditione, nisi adiuisset partem puram cum expressa conditione, si altera pars sibi non accresceret: quia tunc non valeret aditio, nec quo ad partem puram, nec quo ad conditionalem, secundùm Bart. in dicta l. ij. ff. de acquirenda hæred. Pro quo facit ff. de conditio. & demonstr. l. demonstratio. §. quod autem iuris. ibi, ac si cõditionaliter. Prętereà etiam vera intelligatis præmissa, vbi omnes partes hęreditatis fuissent hęredi per seipsum delatæ. Si autẽ vna esset ei delata per seipsum, altera verò per alium, puta filium aut seruum, tunc si primam per seipsum delatam adierit, non ex hoc efficitur hæres in alia ei per filium aut seruum deferenda: cùm in illa effici non possit hæres, nisi mediante aditione filij vel serui: vnde ante sui aditionẽ in sua non fuit potestate illam adire. Sed si filius illam primò adiuit, aut seruus iussu domini cohæredis, tunc statim ipsi hæredi acquiritur, nedum pars adita per filium vel seruum, sed etiam sua, quia ex acquisitione vnius sequitur acquisitio alterius. Prætereà hæres

BIU Cujas

iubendo filio vel ſeruo adire, ſatis illam partem acquirendo videtur ſuam adire, cùm tũc in ſui ſola poteſtate eſſet eam adire. l. ſi ego. & dicta l. ſi ſolus. ff. de
108 acquir. hæred. ſicut videmus in ſimili, † quòd hæreditas per procuratorem adiri non poteſt, cùm ipſum conſtituendo ſatis declarat ſuam voluntatem, quòd hæreditatem habere vult. Ex quo actu ſolo ſatis dicitur hæreditas per ipſummet conſtituentem adita. l. Paulus. ſecundùm communem rationem Doct. ibi, ff. de acquir. hæredita. ad quod facit ſecundum Bart. in l. ſerui electione. ff. de lega. j. quod dicunt Philoſophi naturales, quòd quoties agens eſt liberum, ita q̃ actus gerendus in ſua conſiſtit mera voluntate, & patiens eſt diſpoſitum, tunc eo ipſo quod agens vult, a-
109 ctus geritur & conſummatur. † Pariter intelligatis ſanè, quod ſuprà dixi de repudiatione de vna tantùm parte per hæredem facta, quòd non valeat, nec quo ad illã partem, nec quo ad reliquas, vbi tota hæreditas, aut ſingulæ eius partes fuerunt hæredi delatę eodem iure, ſcilicet inſtitutionis: vt quia fuit ſimpliciter hæres inſtitutus, vel expreſsè in toto, aut diuiſim in pluribus partibus integram hæreditatem facientibus, vt dicta l. ij. vel in aliqua re quantumcunque modica alio non dato cohærede, quo caſu, vt dixi, trahitur interpretatiuè ad totum, vt dicto §. ſi ex fundo. Si autem plures portiones hæredi deferrẽtur 112 ciant. † Secundò contingit hæc legalis coniũctio diuerſo iure, vt quia vna ei delata eſſet iure inſtitutionis, quia fortè inſtitutus fuit in dimidia, altera verò ei delata eſſet iure ſubſtitutionis, vt quia fuit cohæredi ſuo ſubſtitutus: ſi partem, in qua fuerat inſtitutus, repudiauerit, de reliqua nihil dicẽs, tunc valet repudiatio quo ad partem repudiatã, nec trahit ſe ad aliam, cùm ſit odioſa. Qua non obſtãte repudiatione poterit aliam partẽ ei iure ſubſtitutionis delatam adire, ſiue tẽpore repudiationis eſſet ei iam delata, ſiue poſteà ei deferatur, conditione ſubſtitutionis adueniente. Tamen adeundo nunc illam ex ſubſtitutione delatam habebit primam, quam ex inſtitutione ſibi delatam repudiauerat. quæ portioni nũc aditæ accreſcit. l. ſi tu ex parte. verſic. item ſi mihi. ff. de acquir. hæredi. vbi hæres incœpit à repudiatione, quæ valuit in parte repudiata, & poſtea accreuit portioni aditæ ex ſubſtitutione, quod neceſſariò fit ex poteſtate iuris accreſcendi, vbi talis hæres inſtitutus fuerat ſuo proprio nomine expreſſo ſubſtitutus cohæredi ſuo. Si autẽ fuiſſet cohæredi ſubſtitutus ſub 113 nomine appellatiuo, puta ſub nomine hæredis, & prius partem ſuam repudiaſſet, non poſſet alteram partem ei ex ſubſtitutione delatam adire, quia nõ eſt hæres: & ſic ex ſubſtitutione ſuccedere non poteſt. l. qui plures. in fine. ibi, hi ſubſtituti videbuntur, qui hæredes extiterunt. & c. ff. de vulg. & pupilla. ſubſtitu. vbi idem dicitur, ſi duo fuerint hæredes inſtituti, & inuicem reciprocè ſubſtituti, non expreſſis nominibus propriis: quia per talẽ reciprocam ſubſtitutionem ſatis videntur ſubſtituti ſub nominibus appellatiuis tanquam cohæredes: Ideo niſi adeant ex inſtitutione, etiã adire nõ poſſunt ex ſubſtitutione, vt d. l. ſi plures. & l. qui liberis. in princi. illo eodem tit.
110 facit l. Lucius. ff. de fideicommiſ. liber. † Vnde reſtat, quòd hæres ex teſtamento vel ab inteſtato non poſſet vnam partem hæreditatis habere, & reliquã repudiare, quia eſſet hęres & non hæres, quod eſt impoſſibile. Quinimò ſi hæreditatem retenta legitima repudiaret, totam hæreditatem haberet, ſecundum Bal. Pau. & Fulg. in l. hæres inſtituta. C. de impub. & aliis ſubſtitutio. [De quo plenè dicitur ſuper verbo, *ſi abſque liberis moreretur.* ij. in materia vulgaris ſubſtitut. tractãdo primum illius effectum.] neceſſe enim habet, vel totam adire, vel totam repudiare.

111 † Quod ſecus eſt in contractibus, quia ſi donata fuerit aliqua res, poterit donatarius vnam partẽ capere, & reliquam repudiare: & ratio differentiæ eſt, ſecundum Bart. in d. l. ij. ff. de acquiren. hæredit. quia inſtitutio hæredis, aut delatio hæreditatis ab inteſtato ſuam habent etiam, priuſquam acceptentur perfectionem: cùm pendeant ex vnius tantùm voluntate, ſcilicet defuncti expreſſa, quando ex teſtamento, vel tacita, vbi ab inteſtato ſucceditur. Et hoc caſu etiã ex volvntate legis expreſſa, ideo non poſſunt poſt perfectionem diuidi. Sed donatio ſuam non habet perfectionem, prius quàm donatarius cõſentiat, non ergo ſine cauſa poteſt pro parte perfici & acceptari. ſecundum Bart. quem ſequitur Bald. dictum eius tãquam ſubtile commendans. Hæc iam in prima legali coniunctione, quæ ex ſingularitate vocationis ſurgit, vbi defuncto ab inteſtato non ſupereſt, niſi vnus hæres verbo legis vocatus, & pariter de coniunctione hominis re & verbis, vt quando ex teſtamento vocatus non fuit niſi vnus, qui verbis teſtatoris, & perſonæ eius ſingularitate & re ſcilicet ad vnam eãdémque hæreditatem vocatus fuit, dicta vobis ſuffi-

ciant. † Secundò contingit hæc legalis coniũctio in ſucceſſione ab inteſtato, ex ſimultate vocationis, id eſt, ex plurium ſimultanea vocatione, vt quia defuncto ab inteſtato non vnus ſolus, ſed plures proximiores in eodem aut pari gradu exiſtentes ſimul ad eandem vocantur ſucceſsionem. l. j. §. nemo. ff. ad Tertull. & l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legiti. hæredi. & dicta l. j. C. quando non peten. partes. nam tales ſimul ad ſucceſſionẽ vocati ſunt pariformiter omnimoda coniunctione legali ſimul iuncti: quia primò ſunt verbis legis coniuncti, eò quòd ſimul à lege collectiuè, & ſermonis vnitate (quæ tales coniunctos, quaſi vnum corpus demõſtrat) vocantur, veluti quãdo ſuperſunt defuncto plures liberi, aut plures aſcẽdẽtes, vel collaterales agnati, vel cognati eodem vel pari gradu conſtituti, qui ſimul à lege vocantur ad ſucceſſionem. Et quia ad eandẽ vocantur hæreditatem, etiam dicuntur re coniuncti, eò quia in eadem re, id eſt, hæreditate ſuccedunt omnes in viriles aut ſtirpales portiones, vt infrà primo membro videbi-
113 tur primi articuli. † Et in his pluribus ſic legaliter coniunctis vno repudiante, locũ habet ius accreſcẽdi. [Secus ſi adiuiſſet: quia per aditionem extinguitur ius accreſcendi quo ad portionẽ hæreditatis aditam, ſicut extinguetur vulgaris ſubſtitutio. l poſt aditam. C. de impuberum & aliis ſubſtit. Non enim habet locum ius accreſcendi poſt aditam hęreditatem, cùm non ſit portio vacans, quæ accreſcere poſsit. l. j. in fine. ff. de vſufru. accreſcen. niſi in caſu ſingulari. l. qui patri. ff. de acquiren. hæred. vt quando ius accreſcendi eſſet vnitum cum pupillari ſubſtitutione, quo caſu pupillo moriente poſt aditam hæreditatem, hæreditas, nedum pupilli, ſed etiam patris ſui accreſcit ſuo cohæredi paternæ hæreditatis, ſibi pupillariter ſubſtituto: quia ſicut illo caſu hoc ius accreſcẽdi reddit pupillarem ſubſtitutionem ei vnitam ad hęredes ſubſtituti trãſmiſſibilem, vt dixi ſuprà: ſic etiã ſubſtitutio facit eum durare, & eum conſeruat poſt aditam hæreditatem, vt dicta l. qui patri. vbi Bartol. & omnes: vbi eſt aliud ſingulare, quòd ius accreſcendi locum habet in diuerſis hæreditatibus, licet communiter locum non habeat. l. ſi duobus. ff. de teſtament. milit.

BIU Cujas

mili. nisi dicamus, quòd hoc casu fauore ipsius pupilli, vt habeat hæredem, hæreditates diuersorum, scilicet patris & filij loco vnius habeātur. vel quòd sit speciale in casu illius. l. qui patri secundum Alexandr.]
Quod plus contingit & competit ex hac simultanea vocatione, quàm ex consanguinitate inter eos existente, ita, quòd sanguinis nexus non est causa huius iuris, secundum Bart. in dicta l. re coniuncti. pen. colum. vers. iij. quæro. ff. de leg. iij. Ex hoc ibi decidens, quòd si patre ab intestato defuncto, duobus relictis filiis ex prima vxore, & duobus ex alia, vnus repudiet, portio illius repudiātis non accrescit soli alteri fratri suo vtrinque coniucto, imò omnes tres simul vocantur ad illam partem, & admittūtur. Et sic accrescit etiam aliis duobus ex alia vxore susceptis,
114 attento †quòd coniunctio legalis, quæ est causa illius iuris accrescendi, non contigit ex eo, quòd plus & pluribus modis sunt cōsanguinei, & inuicem successores: sed ex eo solo, quòd simul à lege vocātur. l. j. §. si quis ex nepotibus. ff. de coniugen. cum emancipa. libe. licet Dynus in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pup. contrarium voluisset, scilicet portionem repudiantis soli alteri fratri vtrinque coniūcto deferri, per text. in Authenti. cessante. & Authēti. post fratres. C. de legiti. hæredi. quæ non obstant, quia loquuntur in successione fratris præmortui, in qua frater vtrinque coniunctus prę fertur. Sed in casu nostro tractatur de iure accrescendi in bonis patris, quæ nunquam quęsita fuerant fratri repudianti: ideò omnes pariter vocantur tanquam in bonis paternis, nisi sustinendo Dynum diceremus, quòd loquitur in substitutione pupillari, per quam succeditur pupillo, in cuius successione frater vtrinque coniunctus, tanquam plus coniunctus præfertur, vt dicta Authentic. in successione & Authentic. post fratres: quod secus esset in substitutione vulgari, per quam succeditur patri. Vnde restat, quòd vno illorum cohæredum ab intestato vocatorum exclusō tempore, aut expressa repudiatione, portio sua æqualiter accrescit cæteris etiam inuitis pro portionibus hęreditariis, vt in dict. l. j. C. quando non petentium partes.
114 †Et idem est in successione ex testamento, vbi plures fuerunt per testatorem hæredes instituti, & re & verbis ex simultanea vocatione per hominem, scilicet testatorem collectiuè ad eandem rem seu hæreditatem vocati & coniuncti, quoniam vno illorū excluso, aut repudiāte cæteris sua portio vacās accrescit ipso iure, etiam inuitis, æqualiter si ferè fuerant instituti, vel dispariter pro portionibus eis per testa-
116 torem delatis. † Nisi cohæredi excluso, aut repudianti datus fuisset à testatore substitutus: quia ille præferretur coniunctis, & ius accrescēdi impediret, quod oritur ex tacita volūtate testatoris, quæ cessat propter expressam à testatore factam substitutionē. l. ij. §. si duo. ff. de bono. possess. secundum tab. & C. de fideicommis. Authenti. hoc amplius. & in Authentica de hæred. & fal. §. si quis autem non implens. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. in primo. & §. pro secundo. & l. si tibi & Mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. ij. nisi appareret aliud ex mente testatoris expressa vel tacita, seu coniecturata. l. quidam testamento. ff. de vulgar. & pupil. vbi ex coniecturali mente defuncti, ille, qui erat cohæres, & coniūctus præfertur substituto, quē ad hoc not. Oldr. Præterea substitutus ius accrescendi tunc impedit, quādo datus fuit cohæredi meo vniuersaliter mecū instituto, de quo hīc loquimur. Secus si dat' mihi foret particulariter, vt quia institus fui hæres solus in diuersis portionibus, in quarū aliquibus datus fuit mihi substitutus: quia tunc datio substituti ius accrescendi non impedit. l. si solus. ff. de acquir. hæredi. vt suprà vidistis in prima legali con-
117 iunctione, quod est notandum. † Tertiò & vltimò hæc coniunctio legalis, quæ ius accrescēdi operatur, contingit in successione ab intestato ex identitate rationis: vt quia plures simul per eandē rationē vocātur. Puta si pater intestatus decesserit duobus relictis filiis, & duobus aut pluribus nepotibus ex altero primogenito filio, quo casu per legem omnes simul vocantur, tam filij quàm nepotes ad eandem successionem re & verbis legis coniūcti, sed non omnes vocantur eadem ratione: nam filij ex eo, quòd filij, vocā tur, & succedunt in capita, vt viriles portiones, ita q̄ tot erunt portiones, quot capita seu personæ filiorū.
118 † Nepotes verò ex præmortuo filio vocantur & succedunt omnes, quotquot sint, in stirpem, id est, in vnam solam portionem: quia etiam vnam solam repræsentant personā, scilicet eorum patris præmortui, taliter quòd omnes simul nihil aliud plus habebunt, quàm aliter ex filiis eius, de cuius tractatur successione, & quā solus eorū pater haberet, si de præsenti viueret: vt j. latius in primo articulo videbitis. Vnde sunt inter se hi nepotes plus cōiūcti, quàm cū patruis, cùm solùm ex simultanea legis vocatione coniungantur patruis suis, cum quibus ad succedendum auo simul à lege vocantur. Sed vltra illam coniunctionem legalem, qua iungūtur cum patruis, ipsi inter se iunguntur identitate rationis, eò quòd omnes simul in eadē stirpe, & solùm in vna & eadē portione succedunt æqualiter, in qua sola succederet eorū pater si viueret, vnde si alter ipsorū partē illius portionis expresè repudiaret, vel tacitè, vt quia tempore excluderetur, pars illa sic vacans solis aliis accresceret nepotibus fratribus suis, & non patruis, secundum Baldum in capi. j. versicu. ij. not. de natura succes. feud. Hi enim cùm sint dupliciter coniuncti præferuntur patruis sola legali coniunctione iūctis. Si verò alter ex patruis partem suam repudiaret, quia tunc caput vnum vacat: certè dimidia partis repudiatæ soli reliquo eius fratri accrescet: & reliqua dimidia dictis omnibus accresceret nepotibus, sicut accreuisset eorum patri, si viueret. Et pariter si omnes ex præmortuo filio nepotes repudiarent, vel aliās excluderentur, tota illa portio, cū tunc totū vnū caput sit vacans, ac si eorū pater repudiasset, patruis deferretur pro partibus, quibus vocati sunt ad successionē. Quia ius accrescēdi operatur solum secundum portiones hæreditarias. l. Mæuio. in princip. ff. de lega. ij. & dicta l. liber homo. §. cùm quis. ff. de hæredi. instituē. & hoc est, quod in effectu voluit Barto. in dicta l. re coniuncti. viij. colum. versi. quartò principaliter est videndum. ff. de lega. iij. licet non
119 ita clarè loquatur. † Ex quo etiam deciditur, quòd cùm plures filij sint eadem ratione in legitima coniuncti, vbi pluribus debetur, extraneo fortè per patrem vniuersaliter hærede instituto, si alter eorū partem suā repudiaret, non hæredi vniuersali, sed reliquis fratribus in eadem portiuncula coniunctis ac-
120 †cresceret, cùm etiam in legitima locum habeat ius accrescendi, quandiu est in acquirendo, quoniam si repudians portionem legitimē prius acceptasset, vt quia filia dote sibi data vel constituta repudiasset hęreditatem. capit. quamuis. de pactis, libro sexto. de quo plenè vidistis, in verbo, *Duas habens filias*. Vel filius fuisset donatione propter nuptias contentus,

BIU Cujas

quia tunc censetur portionem suam habuisse, licet plus fortè legitima ascendat, talis renunciatio non fratribus suis in legitima eadem cõiunctis, sed patri seu huius hæredi vniuersali proderit, vt illud quod plus valebat legitima, penes eum remaneat, non iure accrescendi, quod in iam agnitis & acquisitis locum habere non potest, sed iure retentionis & exceptionis ex renunciatione expressa vel tacita resultantis & competentis hæredi vniuersali, aut alteri, cui facta fuerat, secundum Bald. in lege, Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffic. testamẽ. & in l. huiusmodi. §. si Titio. & l. duobus. ff. de lega. j. & plenius per eundem in l. prima. in vj. quæstio. C. quando non peten. partes. & in l. prima. §. in primo. C. de cadu. tollend. Si autem omnes filij in eadem legitima coniuncti, eam repudiarent, tunc accresceret hęredi vniuersali, quasi to-
121 ta vacaret. † Vnde restat, quòd vbicunque vocantur plures pręcisè ad vnam partem, & vnus ad aliam, quòd illi plures ad eandem partem vocati sunt præcisè vt vnus, & loco vnius, vt ff. de collat. bonor. l. si nepotes. Vnde illi sunt plus coniuncti, cùm vna voce fint magis inuicem omnes cõcreti. l. fina. C. de impuber. & aliis substitutio. secundum Bal. in d. l. j. in decisione vij. quæstio. C. quando non petentium partes. Quod secus est in filiis plurium vxorum: quia cùm omnes vocentur in capita ad successionem, & quilibet in sua portione, si vnus repudiet, non plus habebit eius frater eiusdem matris, & vtrinque coniunctus, quàm frater alterius matris, vt suprà vidistis, quia non sunt in eadem stirpe, nec portione cõiuncti: ideo in capita succedũt, & quilibet in portio-
122 ne sua, & non plures in eadem. † Ex quibus omnibus summè & vtiliter resultat hoc ius accrescẽdi locum habere in omni successione, alicui vel aliquibus ex testamento vel ab intestato ex sua persona, vel alterius, puta filij aut serui delata. Et nõ solùm in portionibus vni & eidem personæ, etiam diuerso iure delatis, sed etiam in delatis pluribus & diuersis hæredibus, & nedum in successione alicui vel aliquibus delata iure ciuili, sed etiam iure prętorio, vt dicta l. j.
123 † Pariter locum habet non solùm in successione iure communi, scilicet prętorio vel ciuili, sed etiam iure statutario aut consuetudinario delata, quo iure interdum succedunt masculi filiabus exclusis, vt plenè vidistis in verbo, *duas habens filias*. Vel matre exclusa soli agnati vocantur, vt suprà vidistis in primo præludio. Nam quomodocunque deferãtur successiones etiam iure consuetudinario, certè inter tales illo iure succedẽtes locũ habet ius accrescendi, adeò quòd si stãte tali statuto, quòd filiæ stantibus masculis non succedant patri, pater intestatus decesserit, duobus stantibus filiis, & viuis filiabus, & vnus ex filiis partem suam non petierit, aut repudiauerit, portio illius quam habet ex statuto, & sic iure speciali, quadam identitate rationis vltra suam virilem sibi iure communi debitam, accrescit alteri fratri cohæredi, & non sororibus suis per statutum exclusis, quę nullam habent partem, cui portio deficiẽs accrescere possit, & certum vt vidistis, ius accrescendi non operari fauore personæ, sed portionis, cui pars vacans accrescit, etiam in successionibus, sic iure speciali delatis. l. si duobus. ff. de bonorum possessione contra
124 tabulas. † Accrescere enim est habitus, qui fundari non potest super mera priuatione, vt not. in l. ex facto. §. fina. ff. de vulga. & pupill. & per Bart. in l. j. de hæredit. actio. & Bald. in d. l. j. C. quando non petentium partes. Præterea, sicut statutum masculos prędilexit in eos vniuersam deferendo successionem, ita etiam in deferendo portionem cohæredis exclusi. sicut à simili decidit Bartol. in l. fina. ff. ad Trebellian. de testatore, qui masculos vniuersaliter instituit, & filiam in re certa: deinde subiunxit, quòd portio præmorientis ad superuiuentes peruenirет. Quia tunc soli masculi, quos vniuersaliter instituẽdo prædilexit, etiam videntur substitutione & fideicommisso integraliter habendo prædilecti, vt filiæ præferantur, quæ portionem non habẽt similem, de quo ibi per eum, & Ange. in §. præiudiciales. j. colum. in fine. Institu. de actio. dum tamen ratio recti sermonis saluari possit, vt ibi per eos. Si autem omnes masculi repudiarent, filiæ non iure accrescendi, cùm portionem non habeant, sed in defectum filiorum succederent, vel iure accrescendi, si portionem per statutum haberent. Sicut infrà, & in primo dixi prędudio de matre solùm in certa portione stantibus agnatis succedente: quia si nullus staret, aut omnes repudiarent, tota successio matri accresceret, seu portioni suæ, secundum Baldum in l. prima. in fine. C. de secund. nupt. secus si aliqui duntaxat agnati repudiarent: quia tunc aliis non repudiantibus, & non matri accresceret, vt patet ex prædictis. Pariter decidit Baldus in l. hac edictali. §. primo. in fine. C. de secundis nupt. quòd si plures sint liberi prioris matrimonij, qui reuocare possunt relictum secundæ vxori à patre factum, & vnus eorum partem repudiet, cæteris accrescit, etiam in feudis, quæ iure consuetudinario hæredibus deferuntur: locum habet ius accrescendi, vbi feudum non est nouum. capit. primo, in fine. de duobus fratribus à capita. inuesti. idem in nouo in hoc regno, in quo feuda sunt quo ad succedendum ad instar patrimoniorum redacta, vt dicit Ioannes Faber in Authentica, ingressi. C. de sacrosanctis ecclesiis, vt dicam infrà in primo successio-
125 num articulo. † Similiter decidit Bald. in l. prima. §. vbi autem. C. de caducis tollendis. hoc ius accrescẽdi locum habere in gratiosa successione, & dispensatiua, puta si dispensatum foret cum aliquo, quòd suis posset relinquere spuriis: nam inter eos locus foret iuri accrescendi, vt pars repudiantis alteri accrescat. Et pariter locum habet inter succedẽtes de iure speciali, ita quòd minor cohæres, qui repudiauit, si iure & priuilegio speciali minorum in integrum restituatur, ius accrescendi habebit. lege prima. §. pri-
126 mo. ff. de collati. bonorum. † Et operatur ius istud accrescendi vnionem partium vacantium cum portione hæreditatis agnita, & adita irreuocabilem, adeò quòd parte semel per vnum ex cohæredibus omissa vel repudiata, & parti per alium aditæ vnita, talis pars vnita non poterit amplius ab ea diuidi, nec separari, cui accrescit, & vnita semel fuit: dummodò illa pars, quæ iure accrescendi vnita fuit, verè & plenè vocauerit, taliter, quòd hæres adire omittens, aut expresè repudians sit omninò seu omni iure, via, & capite exclusus, quo casu fit per ius accrescendi talis vnio perpetua & irreuocabilis. Si autem cohæres omninò exclusus non esset, vt quia alio iure vel capite venire posset, sicut faceret, si exclusus solùm foret de iure prætorio, vt quia fortè bonorum possessionem illo iure prætorio sibi delatam, tempore debito non agnouisset, videlicet infra annum, si est de liberis, aut infra centum dies vtiles, si est de collateralibus, puta agnatis vel cognatis: tamen adhuc restat facultas adeundi de iure ciuili, quæ durat triginta annis, vt

dicta

BIU Cujas

dicta l.licet.C.de iure delibera.vel fortè talis cohæres excluſus fuit tempore, puta ſi eſt de deſcendentibus, fuit fortè excluſus à capite vnde liberi. Sed quia adhuc venire poteſt ex capite vnde legitimi tanquam agnatus: à quo etiam capite excluſus venire adhuc poſſet ex tertio capite, ſcilicet vnde cognati. Et partem illam à qua ex priori aut prioribus capitibus excluſus erat, portioni cohæredis vnitam reuocare poterit, quæ licet portioni aditæ fuiſſet ipſo iure quæſita, & iure accreſcendi vnita, tamen hoc fuit reuocabiliter, vt ſuprà tetigi in tertio præludio.

127 Et idem in collateralibus, † quia agnatus à capite, vnde legitimè excluſus, & parte ſua iure accreſcendi additæ parti vnita, adhuc venire poterit ex capite vnde cognati, & ſuam portionē iàm cohæredis portioni vnitam reuocare ad ſe. Quia nunquam fit per ius accreſcendi perpetua & irreuocabilis vnio, donec cohæres excluſus fuerit ex omni iure & capite, quo venire poteſt, nec cenſetur excluſus, donec fuerit prorſus & omninò excluſus, ſecundum Bal. cum quo cæteri trāſeunt in dicta l.licet. [Et plenè declaratur infrà ſuper verbo, *mortuo itaque teſtatore.* ij. loquendo de ſecūda ſpecie trāſmiſſionis hæreditatis.]

Vnde his caſibus reuocata ex alio reſtanti capite, dicta iam facta per ius accreſcendi vnione, tale ius accreſcendi, quod eam operatum fuerat, nullum aliū cenſentur habuiſſe effectū, niſi quòd cohæres, cuius portioni pars vacans vnita fuerat, interim adminiſtrauit, & adminiſtrando interim capere potuit credita, & cætera commoda hæreditaria, ac ſoluere debita, cùm pro vero hærede reputaretur, argumenteorum, quæ decidit Bart. in l. ſi vrbana. ff. de condictione indebiti. & plenè Panormitan. in capit. nihil. de elect. vbi quod plus eſt, dicuntur valere geſta per intruſum, quandiu toleratur. Et ſi cohæres ille ſucceſſu temporis omni via, iure & capite excluderetur, portio ſua ab initio alteri iure accreſcendi vnita, & omnia quæ percepit ex illa, vel ad cauſam illius perpetuò remanebūt, & irreuocabiliter penes illum cohæredem ſuum velut vnita, non vt ex nunc, ſed vt ex tunc, ſcilicet à tempore, quo prius fuerat (licet reuocabiliter) vnita, ſecundum Doctor. in l. prima. C. quando non petentium partes. quicquid ibi voluerit Bald. Etiam econtrà, ſi vniò illa ſemel facta poſtea ex aliquo reſtanti capite reuocaretur, cohæres, à cuius portione pars illa vnita euocatur, tenebitur de geſtis pro illa, & ad cauſam illius, rationem & reliqua reddere cohæredi nunc euocanti. Et hæc vera ſcilicet, quòd liberi aut collaterales ab vno capite excluſi, venire adhuc ſucceſsiuè poſſunt ex ſequē

128 tibus & reſtātibus capitibus, vbi lapſu temporis excluſi forent à præcedenti capite, vt quia infra terminum iuris ſuam non agnouerunt, nec petierunt portionem, vel eam ab vno aut duobus capitibus, vel ex vno iure ſolo eam repudiarunt & renūciarunt. Quibus caſibus, vt dictum eſt, venire poſſent ex ſequenti, vel ſequentibus capitibus. † Si autem cohæres excluſus foret ſimplici vel abſoluta renunciatione, vt quia noluit, nec vult hæres eſſe, tunc omnino videretur excluſus omni iure ciuili & prætorio, ac etiam ex omni & quocūque capite, ſcilicet vnde liberi, vnde legitimi, & vnde cognati. facit tex. in §. penult. in-

129 ſtitu. de bonorum poſſeſ. † Et maximè ſi in tali renunciatione interceſſerit iuramentum, quod vim habet ſpecifici conſenſus, ac ſpecificè ſingulis capitibus renunciaſſet, & omni ac cuicunq; iuri. ſecundum Baldum, in l.j. C. commoda. & plenè Iaſo. in l. ſed & ſi rei capitalis. §. quęſitum. ff. ſi quis cautio. imò talis iurata renunciatio traheretur ad legitimam, ſecundum Ludouicum in l.j. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligat. & Modernos in l. ſi quando. §. fi. C. de inoffic. teſtamen. de quo plenè vidiſtis ſuper verbo, *duas habens filias.* in tertia principali fallentia. tractando pactum de non ſuccedendo. verſicuvij. fallit.

130 † Et fuit introductum hoc ius accreſcendi ſecundū aliquos, ne cōtingat teſtatorē decedere pro parte teſtatū, & pro parte inteſtatū, quod ius noſtrum nō patitur. l. ius noſtrum. ff. de regul. iur. ſecundū gloſ. in d.l. ſeruus cōmunis. Sed hæc ratio non valet, ex qua ſequeretur ius accreſcendi locū non habere in ſucceſsione ab inteſtato, quod eſt falſum, vt dicta l.j. C. quando non petentium partes. nec etiam locum haberet in contractibus. quod verum non eſt, imò in eis locum habet. l. fundus ille. ff. de contrahen. empt. ſeruata tamen diſtinctione Bartol. in dicta l. re coniuncti. prope finem. ff. de leg. lij. & in l. ſi mihi & Titio. ff. de verborum obliga. vnde omiſſa ratione prędicta & aliis pluribus, quæ neceſſari ònō concludunt, dicatis ius accreſcendi fuiſſe introductum ratione vnionis, ſecundum Baldum in dicta. lege vnica. §. in primo itaque ordine. C. de caducis tollen. vel ne ſit earundem rerum naturaliter inter ſe pugna, vt dicta l. ius noſtrum. ſecundum Bald. in l. prima. C. de indicta viduit. Eſſet enim euidens pugna & contrarietas, quem habere hæredem, & non habere. vel dicatis, ſecundum Franc. Aret. in dicta l.ij. ff. de acquirēd. hæred. hoc ideo eſſe, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. ideo pars repudiātis alteri parti aditæ vel adeūdæ etiā inuito cohærede adeunte accreſcit ipſo iure, vt ſcilicet cohæres, qui iam partem ſuam adierat, vel poſt alterius repudiationem adire vult, totum habeat, & hæres inſolidum efficiatur, quia ſicut teſtatori vel ab inteſtato defuncto tota hæreditas pertinuit: ita etiam conuenit illam totam hæredi pertinere, qui perſonam repræſentat defuncti, imò eſt vna & eadem perſona cū defuncto. in Authent. de iureiuran. à morien. præſti.

131 collatio. v. † Or quia defunctus diuidi non poterat, ſic nec hæres repræſentare poteſt dimidiam partem perſonæ defuncti, & dimidiam non. Quoniam indiuidua non recipiunt ſectionem, ſecundū Bald. in dicta l. prima. C. quando non petentium partes. verſi. venio ad materiam. Et ſicut teſtator hæredem inſtituendo in vna certare, quantumcunque modica, videtur eum inſtituiſſe in totum, alio non dato hærede vniuerſali, aut illo repudiante, vt dicta l. prima. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtituen. ita etiam hæres vnā partem adeundo, quātumcunque modicam, videtur totam hæreditatem ei ſoli delatā, vel portiones cohæredum repudiantium adiuiſſe, & totam hæreditatem acceptaſſe, quam vt vidiſtis diuidere nō poſſet, vt vnitas ſeruetur. Quod ſecus eſt in legatis & fideicommiſsis, in quibus locum non habet ius accreſcēdi. l. & Proculo. ff. de leg. ij. declarādo, vt ibi per Bar. & Bal. in d.l. vnica. §. vbi autem. C. de caducis tollen.

132 † Quod verum intelligatis, ſcilicet ius accreſcendi in legatis locum non habere ex coniūctione contingente ex plurium ſimultanea vocatione, ſed bene locū habet in eisius accreſcēdi cōtingens ex ſingu-

133 laritate vocationis, vt quia vni ſoli legatum. † Nam licet legatum vni relictū diuidi non poſsit, quia non poteſt in parte agnoſci, & in parte repudiari, etiam ſi plures res collectiuè in tali legato continerentur, vt quando grex aut peculiū legatum eſſet. l. Mæuio.

cum

cum l.seq. ff.de legat.ij. tamen si pluribus eadem res legata esset, pars vnius repudiantis, secundùm veram naturam iuris accrescẽdi, quod operatur in inuitum, non accrescit alteri si partem repudiatam habere nolit, vt dicto §.vbi autem, sed volẽti bene accresceret. Tamen in hæreditate etiam inuito accresceret ipso iure cum onere suo. Et ratio differẽtiæ est, quia legatum adscribitur mero fauore legatarij. Sed institutio hæredis vel successio, quæ fortè alicui ab intestato defertur, non fit mero fauore hęredis, sed etiam creditorum & testatoris, vel ab intestato defuncti, ideo cogitur hæres inuitus, qui fauori alterius renunciare non posset, secundùm Bal. in d.§. vbi autẽ. Et per hoc etiam dicimus, quòd in legatis & fideicommissis prohiberi potest ius accrescẽdi, & etiam renũtiari, vt ibi, & l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. Et ideo cogitur hęres inuitus partẽ à cohærede repudiatam postquam suam adiuit, recipere, & habere, propter rationes iuris accrescẽdi supradictas, etiã si pars accrescens sit ei damnosa & onerosa, vt suprà dixi. Sed imputetur ei, cui partem suam adiuit: quia hoc faciendo videtur cum creditoribus hæreditariis quasi contraxisse, & de singulis oneribus hæreditatis respondisse, & se obligasse: vnde post perfectum contractum non posset pœnitere, nec in aliorũ præiudicium consilium mutare. l. sicut. C. de action. & obligat. & cap. non potest. de reg. iur. lib. vj. Non enim permittitur tunc mutatio volũtatis, nec quo ad partem quam adiuit, vt illam dimitteret, nec etiam quo ad partẽ illi accrescẽtem, vt eam refutare possit. † Nisi in certis casibus, in quibus tali hæredi succurritur contra rigorem iuris accrescendi ex quadã dulci & benigna æquitate expressa in iure, quæ omnem iuris rigorem superat & excludit, argument. l. placuit. C. de iudic. facit l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. & cap. final. de transactio. † Primò in casu singulari. l. cùm hæreditate. ff. de acquir. hæreditа. vbi dicitur, quòd si hæres, cui pars cohæredis repudiantis accreuit, à creditoribus hæreditatis pro illa parte molestetur vltra vires hæreditarias illius portionis, vel molestari timeat, videns hæreditatem sibi damnosam, poterit suam partem aditam, quam aliâs non poterat sine reliqua sibi accrescente retinere, ilico dimittere, & pristinum consilium mutare, ac illam repudiare, & per hunc modum portionem accrescẽtem ei damnosam euitare & refutare, ne pro illa vexetur vltra eius vires & valorem. Et hoc facere poterit ex æquitate dictæ l. cùm hæreditate. vbi de hoc est casus singularis, in quo à rigore iuris, quo hęreditas semel adita repudiari non potest, nec portio illi accrescens refutari, receditur, tum propter æquitatem casus superuenientis incogitati, cùm adita per eum hæreditate pars cohęredis repudiãtis sit ei incogitatè delata, quæ sibi præiudicare posset vltra vires hæreditarias, vbi hæreditas soluẽdo nõ est. Tum etiã propter rigorẽ creditorũ ab ipso hærede vltra vires exigere volẽtium. Qui quidem rigor cùm exerceatur contra hęredem, qui non fuit in causa tãti æris alieni, confundit rigorem iuris accrescendi in eo, saltem, vt possit hæres totum dimittere ex æquitate præfatæ l. quæ locum etiam habet in testamento militis. l. si certarum. versic. quòd si alterutra pars. ff. de testament. milita. & consequenter locum habet in testamentis & successionibus eorum, qui priuilegio gaudent militum, de quibus dicetur in verbo, *Testamentum.* primò. [Vbi de hoc plenè habetur in ix. casu fallentiæ.] Et à paritate rationis idem foret, si ius cohæredis etiam, qui hæreditatem adiuisset, ex post fuisset ipso iure resolutum per querelam inofficiosi testamenti, vel alio remedio iuris communis, quod facit indubitanter, quem desinere ipso iure hæredem esse, quia tunc hæres etiam, qui partem suam adiuerat, cui pars cohæredis sic iure communi resoluta nunc defertur, eodem gaudebit beneficio: ac si cohæres ille nunc euictus nunquam partem suam adiuisset, sed eam à principio repudiasset: quia postquàm ius ei per aditionem quæsitum fuit, sic ipso iure remedio iuris communis resolutũ haberetur quoad ipsum hæreditas pro non adita, imò pro non sibi delata, vt cohæredi accrescat, quam si postea videat vltra vires sibi damnosam, poterit vt illam euitet, suam partem licet aditam repudiare beneficio dictæ l. cùm hæreditate. Quoniam adeundo suam partem, habuit causam iustam ignorandi ius cohæredis fore resoluendum, & sibi deferendum, secundùm Paulum in l. si minor. ff. de acquirenda hæredita. † Vt tamen beneficium dictæ l. cùm hæreditate, locum habeat, vt scilicet hæres ad euitandum portionem vltra vires hæreditarias onerosam sibi accrescentem, possit suam portionem, quanuis aditam repudiare, & sic totam hæreditatem dimittere, requiruntur quinque. Primò requiritur, quòd hæres vti volens dicto beneficio, partem suam hæreditatis sibi ex testamento vel ab intestato delatam adierit, antequàm cohæres suus portionem suam repudiauerit: quia cùm tunc nihil esset tempore aditionis, quod ei imputari possit, seu propter quod videatur partem cohæredis agnouisse: quæ eo tunc repudiata non erat, nec alio modo resoluta, certè succurritur ei beneficio dictæ l. & idem vbi cohæres prius partem suam repudiasset, vel alio modo seu remedio iure communi iam resoluta fuisset, quã repudiationem aut resolutionem ipse hæres postea adeundo ignorasset, licet ex post ad eius notitiam deueniisset, quo etiam casu succurreretur ei beneficio dictæ l. vt partem suam nunc aditam ad euitandum aliam sibi onerosam repudiare possit. l. si duo. ff. de acquirend. hæredi. cùm paria sint cohæredem post aditionem istius repudiasse, vel antè & postea ad notitiam eius peruenisse. argu. l. in confirmando. & l. vtilitatem. ff. de confirman. tuto. &c. insinuante. de offic. delegat. Si autem hæres adeũdo sciret cohæredem suum iam repudiasse, aut illius partem resolutam fuisse, & nihilominùs partem suam adierit, certè tunc totam videtur adiuisse hęreditatem, & eo animo vt pro vtraque portione tam propria, quàm ei iure accrescendi delata omnibus hæreditariis oneribus teneatur, vt dicta l. si duo. Ita quòd partem suam semel aditã repudiare non poterit, nec partem cohæredis refutare, & rigorem iuris accrescẽdi euitare, nec impedire, adeo quòd beneficium d.l. ei tunc non competeret. Secundò requiritur, vt beneficium dictæ l. locũ habeat, quòd sint creditores hæreditarij aut legatarij, secundùm Bart. in d.l. cùm hęreditate. quia si nulli essent, vel tam pauci, quòd clarũ & notoriũ esset hæreditatẽ esse soluẽdo, eo tunc locum non haberet dictum beneficiũ, imò cogeretur hæres, qui suã portionem adiuit, recipere partem repudiatã cohæredis, nec audiretur volens aditam repudiare, cùm causam dimittendi non habeat, per ea quæ nunc dicam. Tertiò requiritur, quòd creditores hæreditarij præcisè petãt ab hærede integra debita illius partis per cohæredẽ repudiatæ nunc accrescẽtis, cùm pro parte sua adita hæres qui adiuit, indubitanter teneatur:

quia

BIU Cujas

quia tunc propter rigorem creditorum, ne hæres inuitus de casu incogitato teneatur, aut vexetur, poterit vti beneficio dictæ l. partem suam aditam repudiando, & ius accrescendi quo ad partẽ cohæredis sibi delatam impediendo: quia parte sua repudiata ius accrescendi operari non posset in præiudicium sui portione carentis. Sed tota hæreditas vacans in manibus remanebit creditorũ & legatariorum, pro tempore & modo debitorum posidenda, vt dicta l. si minor. ff. de acquir. hæredita. nisi creditores æquitate moti, gratiosè procedentes, consentirent hæredẽ non conuenire vltra modũ, & vires accrescentis partis: quia tunc cessaret beneficium dictæ l. cùm hæreditate. Quo casu si ad petitionem vnius creditoris ad cuius instantiam alij creditores hæredi, vt adiret aliquid remiserint ex debito, & hæres adierit hæreditatem, & nũc ipse, qui fuit aliorum incitator, quicquam remittere non vult, certè compelletur de suo credito aliquid remittere arbitrio iudicis, quibonus
137 vir dicitur. l. vir † bonus. ff iudicatum solui. secun dum glos. singularem. in l. cùm in eo. ff. de pactis. per l. si fundum, qui ex parte. ff. mandati vel contrà. Quartò requiritur hodie, vt beneficium dictæ l. locum habeat, quòd hæres qui partem suam adiuit, nullum fecerit inuentarium, quo casu tenetur indubitanter vltra vires hæreditarias, & legatarijs vltra dodrantem. l. fina. C. de iure deliberand. & Institutio. de hæredum qualitate & differentia. §. finali. Ideo concurrentibus suprà dictis & sequentibus conditionibus, vt poterit hæres beneficio dictæ l. cum hæreditate. quæ non fuit per dictam l. fina. correcta: secundum Bartolum, quem omnes sequuntur, etiam quo ad legatarios, vt hæres vltra dodrantem non teneatur: sicut nec creditoribus vltra vires portionis delatæ. Nam licet hæres in solidum teneatur propter delictum suum, quia non fecerit inuentariũ: tamen quia hoc delictum non respexit portionem alterius cohæredis repudiantis, non debet hęres, cui pars immaculata iure accrescendi defertur, circa quam non fuit peccatum, perdere beneficium dictæ l. pro illa parte accrescente. argumento l. rescriptum ff. de his, quibus vt indign. Si autem hæres ipse de bonis hæreditatis suum debitè fecerit inuentarium, iuxta formam dictæ l. fina. certè cùm tunc etiam quo ad partem suam aditam non teneretur vltra vires, nec legatariis vltra dodrantem, vt plenè videbitis in verbo, *mortuo autem testatore.* ij. non esset tunc opus beneficio dictæ leg. cum hæreditate, quæ tendit ad eximendum hæredem, ne pro portione sibi accrescente teneatur vltra vires. Et in casu vbi hæres fecit inuentarium, iam est illo onere exemptus, vt dicta leg. final. Quintò requiritur, vt locum habeat beneficium dictæ l. quòd pars cohæredis repudiantis delata fuerit hæredi ex iure accrescendi: & sic tacita voluntate testotoris. Quia si ei delata foret iure substitutionis per testatorem factæ, & sic voluntate expressa, tunc hæres cui delata esset, vti non posset beneficio dictę l. vt suam partem repudiare possit ad euitandum partem ei delatam, secundum Bartolum singulariter in l. testamento. C. de impuber. & aliis substitutionibus. Vnde si testator duos instituisset hæredes, scilicet Titium & Caium: & si Caius hæres non esset, ei substituisset dictum Titium: & contigerit, quòd Caius partem suam repudiauit, vel ante eã aditam decessit: quia pars illa Titio non defertur iure accrescendi, sed iure vulgaris substitutionis: certè locum non habebit dictæ l. beneficium. Et ratio differentiæ est: quia ius quod cohæredi defertur ex substitutione, ei defertur ex testantis expressa voluntate: quam hæres ipse ignorare non potuit, cùm videndo se institutum, etiam eodem testamento viderit se substitutum. Ergo illam partem cogitur accipere inuitus absque eo, quòd creditores teneantur ei gratiam facere: quia eo ipso quòd scienter adiuit, censetur se obligasse ad recipiendã aliam partem, in qua vulgariter fuerat substitutus. Sicũt pupillariter substitutus, qui testatoris adiuit hæreditatem, tenetur etiam recipere hæreditatem pupilli sibi delatam per pupillarem substitutionem. l. qui patri. ff. de acquirenda hæreditate.

☞ [Hãc limitationem sequitur Angelus ibi & Imola, super quo sunt variæ opiniones, quia Bartolus, vt ibi refert Alexander, fuit sibi contrarius.] Sed quando portio cohæredis repudiantis defertur iure accrescendi, quia hoc est ex dispositione legali, non sic ei imputatur, si hunc casum non præuiderit.
138 Secundus † casus, in quo hæredi adeunti succurritur contra rigorem iuris accrescendi, est in dicta lege, si minor. ff. de acquirenda hæreditate. vbi portio cohæredis non iure communi, puta repudiatione vel querela inofficiosi, seu alio iuris cõmunis remedio vacans, sed priuilegio speciali, puta minoris ætatis: vt quia cohæres minor annis postquàm adiuit, fuit in integrum restitutus, tanquam ex tali aditione læsus facilitate minoris ætatis, quia tunc licet illa portio nunc prætextu restitutionis vacans fuerit iure accrescendi delata cohæredi adeunti, tamen ei inuito non accrescit, nisi eam acceptare velit, &
139 re illo accrescendi vti. † Sed relinquetur creditoribus hæreditariis posidenda. vt dicta l. si minor. Nam minor quantumcunque hæreditatem adierit, si ex hoc læsus probetur, vt quia hæreditas soluendo non est, potest & debet in integrum restitui, & consequenter hæreditatem semel aditam relinquere, & repudiare: valebunt tamen per eum interim gesta ante restitutionem, licet post restitutionem hæres esse desierit priuilegio minoris ætatis. l. quoties. ff. de acquirenda hæreditate, sicut valent gesta per prælatum ante eius priuationem à prælatura. secundum Paulum & Doctores ibi. Et rationis huius est, ne beneficium restitutionis speciali priuilegio ratione minoris ætatis cohæredi indultum, sit alteri cohęredi nociuum & damnosum. argument. l. impuberi filio. ff. de administra. tuto. & l. final. C. de statuis & imagin. Præterea ille cohęres restitutus nunc repudians fuit semel per aditionem hæreditatis verus hæres, & sic ius accrescendi extinctum: licet postea per integram restitutionem fuerit restauratũ, quod tunc non tantum potest sicut ab initio potuisset: nec talis restauratio iure & priuilegio speciali facta nocere debet cohæredi in eius iniuriam, vt dicta l. cohæredi. Sed in primo superiori casu nunquam ius accrescendi fuerat extinctum, cùm aditio ex parte repudiantis nulla interueniisset: & si aliquando interueniisset, fuerat iure communi puta per querelam inofficiosi, & non priuilegio & iure speciali resoluta & extincta. Et ius accrescendi restauratum remedio iuris communis: quod facere potest quem desinere ipso iure esse hæredem, vt ibi vidistis. Quo casu ius accrescendi plus cogit hæredem, vt volens suam partem retinere, non possit partem accrescentem repudiare, imò cogitur totũ habere: sed istud ius speciale priuilegio minoris ætatis competẽs, facere non potest, quòd minor qui semel adiuit, posit ipso

BIU Cujas

ipso iure desinere hæres esse, nisi per remedium in integrum restitutionis speciale. Et etiam eo tunc esse non potest, quin nomen hæredis sibi remaneat, vt plenè habetur in d.l.si minor. & l.penulti. & final. ff. de acquiren. hæredita. Vnde nō mirum si ius accrescendi hoc casu non operatur, nisi in volentem.

140 † Sicut contingit in certis aliis casibus: Puta in assignatione libertorum, vt not. in l. vtrum. ff. de assignatio. libertorum.. Et vbi agitur de liberalitate imperiali, vt l.j.C. si socius liber. imper. libro x. Et etiam vbi ius accrescendi vnionem habet cum substitutione pupillari, vt dicta l. qui patri. ff. de acquiren. hæredita. Et pariter in vsufructu, l. prima. §. interdum. ff. de vsufruct. accrescen. Similiter cessat ius accrescendi, vbi plures partes, non ex vna & eadem, sed ex pluribus hæreditatibus prouenirent hæredi, licet ex eodem testamento. l. si sub conditione. ff. quibus modis vsusfruct. amitt. & l. si duobus. ff. de testamen. milita. & notat Bartol. in l. qui patri. ff. de adquir. hæredi. Prætereà locum non habet, vbi portio cohæredis non deficeret ipso iure, sed ope exceptionis tātùm. Puta, quia excluditur cohæres per sententiam aut iuramentum possessoris, qui iurauit cohæredi iuramentum deferenti partem in hæreditate non competere: vel fuit per sententiam exclusus: quibus casibus, si portio verè sibi competebat, eam ipso iure non perdidit: sed ope exceptionis ex sententia aut iuramento, si eam peteret, excluderetur. Idcò cùm talis portio ipso iure, & sic omnino, & perfectè non vacet, alteri cohæredi non accrescit, sicut ei accreuisset, si eam repudiasset, vel tempore exclusus foret, secundùm gloss. & clarius Bartol. in l. si duo patroni. § j. ff. de iureiurand. quem sequitur Angelus in §. fin. Institut. ad Orficia. Etiam locum non habet, vt dixi, in succedentibus iure diuerso. l. sed cum patrono. vbi Bartol. in princip. ff. de bonorum possession. vi- ☞ deatis bonum text. [Prout illum text. optimè ad hoc inducit super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens*. in iiij. casu quo viduitatis conditio non reiicitur de legato vel fideicommisso:] in l. mulieri. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Nec etiam locum habet, vt dixi, in legatis & fideicommissis. videatis Paul. & doctor. in dicta l. penulti. de acquir. hæredit. Bartol. in dicta l. re coniuncti. & gloss. in l. mater decedens. ff. de inoffic. testament. & in l. ex contractu. ff. de re iudica. Restat ergo ius accrescendi locum non habere in casu dictæ l. si minor. vt

141 in inuitum operetur. Et † differt iste casus à primo casu sumpto ex dicta l. cum hæreditate. quia in illo primo hæres qui vti vult beneficio dictæ l. refutare non potest portionem cohæredis repudiatam sibi accrescentem, nisi partem suam, quam adierat, repudiet seu dimittat. Sed in casu dictæ l. si minor. hæres suam poterit retinere portionem, & partem cohæredis in integrum restituti vacantem repudiare: etiam si creditores vellent ei gratiam facere, ne vltra vires

142 teneretur. quod est not. † Vt tamen hoc priuilegium locum habeat, duo requiruntur. Primò, quòd hæres iste, qui partem accrescētem accipere refutat, suam partem iam adierit, antequā eius cohæres contra aditionem fuerit in integrum restitutus: cùm tūc adeundo cogitare non potuerit ius accrescendi futurum ex priuilegio cohæredis sibi delaturum: & non est quid ei imputetur. Et idem foret, si post restitutionem cohæredis (quam tamen ignorabat) adiuisset hæreditatem, licet postea ad sui notitiam deuenerit, vt suprà fuit declaratum. Si verò adiuisset post in integrum restitutionem cohæredis, sciens illum eam obtinuisse, tunc teneretur inuitus protionem illius recipere: nec beneficium dictæ l. cum hæreditate, heberet. vt dicta l. si duo. & l. penultima. ff. de acquirenda hæreditate. Secundò, vt casus dictæ l. si minor, locum habeat, requiritur, quod partem suam iure proprio, & ex seipso adierit, & eam habuerit. Si autem in portione sua ius haberet ex aditione alterius, vt quia erat in parte hæreditatis fideicommissarius: quia aliquis alius hæres insolidum institutus fuerat per testatorem grauatus partem restituere, quam sibi post aditionem restituit, quod facere non potuisset hæres, nisi prius hæreditatem adiuisset: Et demum hæres quo ad partem suam, quam sibi retinuerat contra aditionem, quia minor erat & læsus, restitutus fuit: Certè hoc casu, quia iste hæres fideicommissarius partem suam habuit, nō ex sua, sed alterius, videlicet principalis & directi hæredis aditione, nō poterit partē illius tūc iure speciali vacantem, & sibi iure accrescendi delatam, refutare absolutè priuilegio dictæ l. si minor. scilicet retenta parte sua, sibi antè per fideicommissarium restituta, vt est casus not. in l. si pupillus. ff. ad Senatusconsul. Trebellianum. Posset tamen hoc casu iste fideicommissarius, si eum creditores exigere vellent, & excoriare vltra vires illius partis nunc iure accrescendi delatæ: vti beneficio dictæ l. cum hæreditate. De quo vidistis in primo casu, vt scilicet totam possit repudiare hæreditatem. secūdùm Paul. & doctor. in dicta l. si minor. ff. de acquirenda hæreditate. & dicta l. si pupillus. ff. ad Senatusconsul-

143 tum Trebellianum. Ex † quibus nunc clarè videtis qualiter prouisum fuit huic ab intestato successioni, & pariter successioni ex testamento, per hoc ius accrescendi: quod propriè locum habet & operatur effectum, vbi relictum de quo agitur est pluribus delatum. & eis competit pro virilibus portionibus æqualibus aut disparibus, vt scilicet pars repudiata per vnum aut plures accrescat alteri, vel aliis petentibus, seu eorum portionibus, vt vidistis. Vbi verò pluribus relictum deferretur, & competeret non pro virilibus portionibus, sed cuilibet insolidum, ita quòd singuli solùm partem sibi facerent per concursum, iuxta ea quæ plenè habentur in §. coniunctim. institut. de legat. & in dicta l. re coniuncti. Tunc ius non occurrentium, id est partem suam non petentium, non accresceret petenti iure accrescendi. cùm totum sibi competat: sed penes ipsum remaneret iure non decrescendi, quia nihil ei decresceret, postquam cæteri concurrere cum eo, aut aliquid petere nolunt, aut repudiant: vel si ex pluribus vnus repudiaret, cæteris accresceret, secundum docto. vbi suprà & Bart. in l. si mihi & Titio. ff. de verborum oblig. Per quem text. datur pro generali regula, ius accrescendi in contractibus locū non habere, imò in eis, qui non admittitur ad partem, facit partem. secus in vltimis volūtatibus, vt suprà vidistis. l. planè. laj. §. si duobus. & §. si coniunctim. &

144 l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de lega. primo. Et † ratio quare in vltimis voluntatibus est locus iuri accrescendi, sed non in contractibus est, secundum Iacob. de Rauen. in l. i. ff. de vsufru. accrescen. quia plenior fit interpretatio in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus. l. in testamētis. ff. de reg. iur. & ca. cùm dilecti. de dona. Et ratio rationis est: quia in contractibus potest disponens sibi prouidere contrahēdo, quòd locum habeat ius accrescendi: quod si non fecerit,

BIU Cujas

cerit, sibi imputet, qui legem apertius declarare potuit, & non fecit. l. veteribus. ff. de pactis. Non sic in vltima voluntate, in qua minus testatori est imputãdum, si mortis cogitatione turbatus non prouidet. l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt. facit gloss. in l. j. C. de pecu. eius qui liberta. meruit.

145 † Vnde concluditur ius accrescendi regulariter locum non habere in contractibus, vt dicta l. si mihi & Titio. & in Authen. si quando. C. de constit. pecu. & l. per seruum. §. quòd si seruus. ff. de acquiren. rerum do. Fallit tamen in sequentibus casibus. Et primò in vsufructu etiam inter viuos constituto. l. j. §. fina. ff. de vsufruct. accrescend. qui tex. generaliter loquitur qualitercunque vsusfructus constituatur, vt ibi in verbo, *constitutus.* & in verbo, *constituitur & legatur.* secundùm gloss. ibi. Secundò fallit quoties ea, quæ indiuidua sunt in contractu versantur, vt sunt seruitutes & cætera indiuidua: quæ cùm pluribus auferuntur sui natura cuilibet insolidum debentur, & effectualiter acquiruntur. l. ij. §. ex his. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligat. tamen in eis propriè locum non habet ius accrescendi, sed ius non decrescendi, de quo dixi, vt clarius probat Bart. in l. stipulatio ista. §. eum qui. ff. de verbor. obligation. facit l. j. §. communis seruus duorum. ff. de sti-

146 pulat. seruo. † Et hoc verum, quòd in indiuiduis locum habeat ius accrescendi, in contractibus & actibus inter viuos, vbi ius vnius ex pluribus ipsis purè extinctum fuit: secus si ope exceptionis extingue retur. l. si duo patroni. in principio. ff. de iureiurand. vbi in iure patronatus quod est indiuiduum. l. quædam. ff. famil. erciscun. & l. fina. ff. de iure patronat. non habet locum ius accrescendi: quia ibi iuspatronatus illius contra quem iuratum fuit, non est extinctum ipso iure, sed ope exceptionis iurisiurandi, secundùm glo. ibi. Vnde in casibus, in quibus reperitur ius accrescendi locũ habere in contractibus, semper intelligatis illud esse verũ, nisi illi qui nõ admittuntur ad partem faciant partem in aliquo saltem ope exceptionis, vt singulariter dicitur in d. l. si duo patroni. Et idem si faceret partem in solo iure retẽtionis, vt declarat Bart. in l. proinde. §. si seruus communis. per illum text. vbi glo. ff. de stipula. seruorũ. Tertiò fallit in donationibus factis à principe. l. j. C.

147 si liberalita. imper. socius. libro x. Et † idem in cõcessis per regem Franciæ, qui tanquam imperator neminem recognoscit. capit. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Per quam legem dicit singulariter Bal. ibi, & in l. vnica. §. in primo. C. de cadu. tollen. & in cap. j. de duobus fratribus de nouo benefi. inuesti. & in cap. j. de duobus fratribus à capit. inuesti. quòd si feudum concedatur à principe pluribus, vno repudiante vel sine hærede mortuo, portio sua accrecit socio, siue concessum fuisset sub præstatione alicuius seruitij, siue gratis & liberaliter: cùm vtroque casu concessio feudi dicatur liberalitas & gratia, se-

148 cundùm Bal. in præludiis feudorum. In † feudis autem ab inferiore concessis locum non habet ius accrescendi in actibus indiuiduis, sed ad concedentem pars vacans reuertitur. Quartò fallit in contractibus vltrò citróque obligatoriis, quoties interest concedentis, quòd ius accrescendi locum habeat l. fundus ille. ff. de contrahend. emption. Si autem non interesset concedentis rem, vt quia fortè eam modico pretio vendidit, tunc pars vacans non accresceret coëmptori, sed reuerteretur ad venditorem, secundùm Barto. in d. l. si mihi & Titio. Ex quo dicit, quòd cùm concessio in emphyteusim sit cõtractus vltrò citróque obligatorius, si res pro magno censu annuo fuerit in emphyteusim concessa, quòd census quasi æquipollet fructibus rei concessæ, & sic interest concedẽtis rem remanere penes emphyteutam insolidum, quàm portionem vacantem ad dominum reuerti, locum habebit ius accrescẽdi: & totum remanebit penes coëmphyteutã: Aliter & aliâs portio rei vacans reuerteretur ad dominum iure accrescendi cessante: quia tunc sua interest potius rei partem vacantem habere, quàm modicum censum, puta denarium. quòd latius declarat Alexan. in dicta l. si mihi & Titio versic. & prædicta inducuntur & c. & sic cessabit ius accrescendi. Quintò fallit in dona-

149 tione causa mortis. l. j. in fi. C. de cad. tollen. † quanuis donatio causa mortis non sit propriè vltima voluntas. l. ij. ff. de dote prælegat. vt dicam super verbo, *testamentum.* iiij. Sextò fallit in mortis causa capione, de qua ibi dicam: nam in mortis causa capione, id est in eo quod ex mortis causa capione præstandum est, locum habet ius accrescendi, si illud quod præstẽdum est præstari debeat pluribus vt hæredibus. l. Thais. §. Stichus seruus. ff. de fideicõmissa. liber. & ita intelligitur decisio Bartol. in dicta l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligation. Si autem erat dandum aliquibus non vt hæredibus, tunc cessaret ius accrescendi. l. penulti. § j. versic. de illo quoque quæritur. ff. de condition. & demonstrat. secundùm Alexand. in dicta l. si mihi & Titio. Septimò fallit in assignatione libertorum. l. vtrum, la j. ff. de de assigna. liberto. Octauò falllit in casu l. fina. ff. quibus ad libertatem proclamare nõ licet. Et hoc fit propter indiuiduitatem: quia non posset quis pro parte esse liber, & pro parte seruus. Nonò fallit in acquisitione necessaria. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de action. empti. Vnum tamen mente tenebitis,

150 † quòd ius accrescendi locum non habet in pœnis, adeò quòd si quis comdemnatus esset ad certam pœnam ecclesiæ & fisco, vel parti & fisco, & vnus eorũ partem suam repudiaret, non accresceret alteri, secũdùm Bald. in l. arbiter intra certum. ff. de arbit. Nec etiam inter duos fiscos locum habet ius accrescendi vt ipse decidit in l. ex facto. la grande. ff. de hæredib. instit. Et sic vno confiscationem repudiante non ac-

151 crescit alteri. † Præterea non obliuioni dabitis ius accrescendi tantùm locũ habere in parte data postea defecta: sed in parte nunquàm data locum nõ habet, adeò quòd si testator quid certũ reliquerit cuilibet canonico interessenti tali die in diuinis: quia per hoc non accrescet pars non interessentium aliis, cùm non interessentibus nil datum videatur. Et idẽ in constitutione vel statuto taliter disponente. Nam ius accrescendi locum habet solùm in parte data ex voluntate disponentis ex postfacto ei ablata vel pro non scripta, aliter quàm per voluntatem disponentis, vt plenè per Innoc. in cap. sicut. de cleri. non residen. & in cap. fina. de verborum significat. vbi etiam Panor. & glos pragmaticæ. in titul. de tenen. capitula tempore missæ, in fine. Or domini clarè videtis, quòd iure accrescẽdi prouidetur vbi plures eiusdem vel paris gradus ad successionem vocantur: vt scilicet pars vnius aut plurium tempore vel repudiatione excluforum portioni alterius, vel aliorum qui hæredes esse volũt, accrescat ipso iure & necessariò

152 pro portionibus quibus vocati fuerunt. Si † autem ad intestati successionem non vocaretur, nisi vnus, qui fortè solus tempore delatæ hæreditatis reperitur

in gradu

in gradu parentelæ proximior, & ille excludatur tẽpore aut repudiatione, vel etiam plures eiusdẽ gradus simul vocati sunt omnes penitus excluſi: tunc locum habere non posset ius accrescendi: cùm nemo eiusdem gradus existat cohæres, cuius portioni hæreditas seu portiones vacãtes & repudiatæ accrescere possint. Quia hoc ius accrescendi nihil operari nec locũ habere potest, nisi inter pares simul eodem vel pari gradu & iure vocatos. Sed tũc locũ habebit successorium edictum: quo vbi proximior ad successionem vocatus tempore excluditur aut repudiatione, sequens in gradu, id est, in sequenti & immediato inferiori gradu constitutus, si hæres esse voluerit, admittitur, & deinceps de gradu in gradum. Et idẽ si essent plures in tali gradu cõstituti, vt l.j. & per
153 totum.ff. & C. de succeſſ. edicto. † Quod quidem edictum successorium fuit rationabiliter introductũ. Primò fauore defuncti, de cuius successione agitur, vt ei succedatur, & citò, cuius interest habere successorem. l. & quia. ff. de interroga. actio. & institut. qui, & ex quibus causis manumittere non possunt. §. licet autem domino. ibi, valde enim prospiciendum erat, vt homines quibus vnus hæres extiturus non esset, saltem alium habeant, qui satisfacturus sit creditoribus: aut hoc eo non faciente creditores res hæredi-
156 ij. ff. de acquir. hæred. vbi plenius per eum. † Quæ tarias hæredis nomine vendant: ne iniuria defunctus afficiatur, & c. scilicet quo ad memoriam, id est famam, quæ interdum etiam post mortem patitur. l. ex
154 iudiciorum. ff. de accusatio. Secundò † fuit hoc edictum successorium introductum fauore creditorum, vt scilicet potestatem seu facultatem habeant citò exigendi & consequendi debita. l.j. de succeſſ. edicto. quod facere faciliter non possent, donec hæredem reperiant. Ideo posset iudex ad eorum instantiam certum præfigere hæredi terminum, etiam termino iuris breuiorem, vt hereditatem adeat cum intimatione, quòd lapso termino dabitur bonis defuncti curator, qui creditoribus satisfaciet: quod fieri de iure potest, ne creditores nimis longam patiãtur dilationem, & consequenter iacturam. vt d.l. prima. imò tenent communiter Doctor. in Rubri. C. de succeſſ. edicto, quòd posset iudex ilico interrogare, nedũ hæredem primo loco vocatum, sed etiam sequentes in gradu si velint hæredes esse, & si respondeãt, quòd hæredes esse volunt, aut nolunt, tunc res erit expedita. Si autem respondere noluerint, poterit eis cer-
157 tum præfigere tempus ad hæreditatem adeundam: quo elapso dare poterit curatorem bonis, qui creditoribus respondeant, per text. in l.j. ff. de curator. bonis dando. facit glo. in cap. fina. de consuetu. libro vj. in fin. Quæ practica probatur per textum diuinũ Ruth. iiij. cap. in princ. ibi, partem agri fratris nostri, &c. Et si iudex terminum hæredi præfigeret simpliciter sine aliqua intimatione, illo elapso censeretur potius hæreditatem adiuisse, & hæres esse velle fauore creditorum: ad quorum instantiam hoc factum fuit: quia hoc magis expedit eis, quòd hæres sit quẽ ilico exigant, quàm quod non esset, secundùm Paul. Si autem fuisset hæredi scripto simpliciter terminus ad instantiam substituti, aut succedenti ab intestato ad instantiam sequentium in gradu præfixus, & ante lapsum termini statuti nihil responderit, nec declarauerit, quia noluit, vel non curauit, tunc lapso termino interpretari debet hæreditatẽ repudiasse pro-
160 pter fauorem substituti, aut in gradu sequentium, quibus hoc magis expedit vt successionem habeant, postquam institerunt ad hunc finem secundũ eum.

☞ [De hoc dixit plenè super verbo, *Mortuo itaque testatore*. j. loquendo de secunda effectuali perfectione testamenti, quæ per aditionem hæreditatis fit: dum quærit an per non factum inducatur aditio hæreditatis.] Vnde per elapsum termini hæres perpetuò erit excluſus ab illa hæreditate: tamen non posset iudex in perpetuam excluſionem minus seu breuius statuere hæredi tempus, quàm sit à iure præfixum propter regulam. l. licet. C. de iure deliber. Et minus hoc posset ad instantiam creditorum in perpetuam excluſionem tendentium: cùm ius illud adeundi vel repudiandi sibi competat de iure communi: Et satis sit interim creditoribus consultũ, quòd detur curator bonis secundum doctor. in dicta rubri. & communiter omnes in l. si curatoris. per illũ text. allegato titu. de iure deliberand. facit capit. decet. & c. indultum. de reg. iur. lib. vj. quia magis præiudicat hæredi priuatio, quàm quòd bonis detur cu-
155 rator. † Vnde si hæredes sit de liberis, non debet ei minus tempus à iudice dari quàm annus. Et si esset de transuersalibus, daretur cẽtum dierum terminus à prætore decretus. in l.j. §. largius. ff. de succeſſ. edicto. Quem prætor viuus, id est iudex, super hoc aditus imitari debet. secundum Bart. in l. quandiu. la

Quæ omnia faciunt ad intellectum generalis consuetudinis Franciæ & præsentis ducatus Aquitaniæ, quòd proximior de genere posit eodem pretio rem venditam retrahere ab emptore infra annum & diem, quia posset iudex ad instantiam sequentium in gradu certum præfigere terminum infra quem offerat pretium. Et si infra tempus præfixum nõ deliberauerit, possent remotiores rem venditã retrahere, secũdùm Cynum in l. fin. verſ. vlterius quæro. C. de furt. facit d.l.j. ff. de curato. bonis dando. Et not. Petr. de Ancha. in d.c. fi.j. col. de consue. lib. vj. post gloſſ. vbi dicit, quòd quando plures admittuntur ordine successiuo ad vnum & idem, præfigi potest priori terminus, infra quem acceptet, vel repudiet, per l. quãdiu. ff. de acquir. hæreditat. Et si semel repudiauerit, amplius pœnitere non poterit. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. imò sequens in gradu retrahere poterit infra residuum temporis: quod proximiori supererat, cùm extendi non debeat in infinitum. l. fideicommiſſa. §. si quis. ff. de leg. iij. & consuluit Zaba
157 rel. consil. lxxxvij. & consi. ciiij. Tertiò, † fuit introductum hoc edictum successorium in hac succeſſione ab inteſtato propter fauorem sequentium in gradu: quia successorium edictum est, quo prioribus non petentibus aut repudiantibus sequentes admittuntur. vt dicta l. prima. in fine. & ibi gloſſ. vltim.
158 Circa † hoc tamẽ scire debetis edictum successoriũ quadrupliciter habere locum. Aliquando enim locum habet de capite in caput, seu de ordine in ordinem: quod idem est. Aliquando de gradu in gradũ: aliquando de eadem persona in eandem personam. Interdum & vltimò mixta consideratione, scilicet
159 capitis & gradus simul & semel. Caput † enim secundùm Bal. super dicta rubrica. C. de succeſſ. edict. nihil aliud est in hac materia, nisi quædã disgreſsio, puta de liberis ad agnatos, & de agnatis ad cognatos, deinde verò de cognatis ad cõiuges. Gradus autem est dinumeratio personarũ de eadem linea per
160 superius & inferius, & ex latere. Circa † ergo caput notare debetis, quòd in successione ab inteſtato quatuor sunt capita, videlicet liberorum, agnatorum, cognatorum, & vnde vir & vxor. Quæ quidem

capita

BIU Cujas

capita fiscum excludunt, qui ad successionem venire non potest, nisi eis deficientibus, vt infrà videbitis. Et in omni capite locum habere potest edictum successorium. Nam in primis locum habet in primo
161 capite, scilicet vnde liberi. Quia † deficiente capite seu ordine liberorum, vt quia nulli fortè sunt liberi, vel tempore fuerunt, aut repudiatione excluſi, succedit secundum caput, scilicet agnatorum. Et hodie etiam tertium caput cognatorũ cum dicto secundo. Cùm sit differentia sublata agnationis & cognationis, vt s. vidistis in secundo præludio. Ideo non stãtibus liberis, pariter vocantur agnati & cognati, salua sola gradus prærogatiua: vnde fit digressio quædam successionis de vno capite ad aliud. Et pariter de vno gradu ad alium in eodẽ capite seu ordine fit successus. Nam quicquid olim fuerit de iure antiquo, quo filius primum gradum suitatis tenens, iure ciuili desinere non poterat esse hæres lapsu temporis, nec repudiatione. Et sic nepos ex eo, quòd deinceps venire non poterat per edictum successoriũ, loco sui patris hæres esset: ne duo insolidum hęredes & domini essent. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cõmoda. & cap. licet. de probatio. Sed necesse habebat venire de iure prætorio: quo filius facultatẽ abstinendi à paterna hæreditate habebat. Et sic nepos vel alius inferior primum locum post filium immediatè tenens vocabatur & veniebat, nõ vt de liberis, sed tanquàm agnatus: quia quicunque est de liberis agnatus est, & etiã cognatus quasi sanguine iunctus.
162 Hodie † tamen in liberis etiam suis (id est in potestate defuncti mortis tempore cõstitutis) locum habet hoc edictum successorium de gradu in gradum, etiam de iure ciuili: Adeò quòd si filius mortuo patre priusquàm paternã hæreditatem agnouerit, moriatur, vel à paterna hæreditate abstinuerit, aut tempore excludatur, vocabitur nepos eius filius etiã iure ciuili ad sui aui successionem: & deinceps cæteri per ordinem descendentes secũdum gradus prærogatiuam. l. qui se patris. vbi bona glo. C. vnde libe. & in dicta rubrica. C. de succes. edict. per tex. in l. defũctis suis. C. de legitimis hæredibus. & in l. ex contractu. ff. de re iudi. & Io. de Pla. in §. placebat. Instit. de legiti. agna. succes. Or plus prodest nepotibus & cæteris de capite seu ordine liberorum descendentibus venire de iure ciuili, qua via non excluduntur, nisi triginta annis: vt dicta l. licet. C. de iure deliberan. quàm vocari de iure prætorio, à quo excluderentur anno, vt vidistis. Pariter si mortuo patre omnes liberi naturaliter moriantur ante agnitam hæreditatem, aut ciuiliter, vt quia ab illo tempore, aut repudiatione excluduntur, locum habebit edictum successorium, scilicet de capite in caput, virtute cuius fiet digressio de capite seu ordine liberorũ ad caput & ordinem agnatorum, & etiam cognatorũ hodie: Cùm non sit inter eos differentia quo ad hanc legitimam successionem, ad quam, vt vidistis, hodie simul vocantur, salua inter eos sola gradus prærogatiua. Et hoc iure (videlicet inter suos locum esse edicto successorio) vtimur postposita quorundam doctorum præsertim citramõtanorum subtilitate, quanuis laudabili, tenentium in suis de iure ciuili locum habere non posse edictum successorium de gradu in gradũ, ex eo quòd filius vel alius tempore mortis defuncti primum locum suitatis tenens semel ipso iure suitatis virtute [Vt plenè declaratur infrà super verbo, *Mortuo itaque testatore.* ij.] factus hæres non potest amplius desinere esse hęres: Et consequẽter non potest alius inferior de eodem vel altero capite venire de iure ciuili, sed tantùm prætorio, ne duo simul reperiãtur eodem tempore insolidum domini & hęredes, vt s. dixi. Sed hoc non obstat secundum Bartol. quia licet duo esse non possint simul eiusdem hæreditatis domini vno & eodem respectu, scilicet quia non possent duo simul hæredes esse & domini directi aut vtiles, vt dicto §. si duobus vehiculum. pos-
163 sunt † tamen diuersimodè domini esse: quia primus, scilicet filius, vel alter suus hæres, qui semel ipso iure propter suitatem effectus hæres, si tempore aut repudiatione excludatur, semper manebit iure ciuili hæres, & dominus hęreditatis directus. Et sequẽs in grãdu vel capite per edictum successorium in eius locũ vocatus erit dominus vtilis, quia non est inconueniens, quòd eiusdem rei vnus sit directus dominus, & solo nomine nomen retinens hæredis & honorẽ: alter verò sit dominus vtilis re & vtilitate: cui successionis vtilitas ex edicto successorio pertineat. Sicut videmus in hęrede rogato restituere hæreditatẽ: qui facta restitutione sẽper remanet hęres directus: in signum cuius, ne habeat nomen hæredis in vanũ, & pro iure restitutionis quartam totius hæreditatis Trebellianicam retinet, vt dicit tex. Insti. de fideicõ. hæredi. §. in primis. ibi, opus esse vt aliquis recto iure hæres instituatur. † Et fideicommissarius, cui hę-
164 reditas restituta fuit, dicitur hæres indirect⁹ & vtilis in quem sunt omnia per Trebellianum Senatusconsultum translata. vt clarè decidit text. in §. restituta. cum sequenti. illo eod. titu. Ad præmissa facit, quod magistraliter tradit Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possess. de dominio directo & vtili. & Cy. & cæteri in l. j. C. de actio. & obli. de actione directa, quæ penes cedentem remanet, & de vtili, quæ in cessionarium transit. Et maximè locum habet in suis edictum successorium in præsenti regno Franciæ, in quo parum curatur de patria potestate suitatẽ operante. secũdum gloss. in verbo, Romanorum. Instit. de patria potestat. Præsertim in ciuitate nostra Tholosæ quo ad filios seorsum à patre habitantes, aut filias maritatas, qui omnes pro emancipatis habentur, vt suprà vidistis in secundo præludio, in fine. Quinimò hodie iure nouissimo, quo vtimur in his successionibus ab intestato sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis suitatem gignẽtis, maximè in casu nostro, vbi patria potestas liberis non prodest: si primo excluso sequentes iure ciuili repellerentur à successione, cùm multò vtilius sit liberis, quòd in eis locum habeat edictum successorium de
165 iure ciuili, quàm prætorio, vt suprà dixi. Vnde † procõclusione restat in suis hæredibus etiam iure ciuili locum habere edictum successoriũ de gradu in gradum: & sic in primo capite succedendi locum habet. Secundò locum habet etiam in capite agnatorum. Et hoc dupliciter. Primò de capite in caput, vt si nullus stet de capite agnatorum præter vnum, qui successionem in defectum liberorum agnati prædefuncti ei delatam repudiet, aut tempore ab illa excludatur, vel etiam plures eiusdem veldiuersi gradus fuerunt eo modo excluſi: certè fiebat tunc digressio de capite agnatorum in caput cognatorum, qui olim iure veteri vocabantur solùm in defectum agnatorum. Sed hodie propter sexus sublatam differentiam agnati & cognati, si pari gradu existant, omnes simul vocantur, ita quòd hodie edictum successorium non ita propriè operatur in eis de capite in caput, sicut olim fiebat, imò hodie fit simul digressio

greſsio de capitibus vnde legitimi, & vnde cognati, in caput vnde vir & vxor: qui tunc vocantur, cùm omnis deficit parentela defuncti. vt infrà ſuo loco vi-
166 debitis. Habet † etiam locum & ſecundò hoc edictum ſucceſſorium in hoc ſecundo capite de gradu in gradum, vt ſi agnati fuerint excluſi in primo gradu exiſtentes, vocantur ſequentes in gradu proximiores, vnus ſi ſolus fuerit, aut plures eiuſdem gradus ſi plures exiſtant. Sed vt circa hoc vetera ſtatuta intellectus veſtros non turbẽt propter eorum intricatã diuerſitatem, habetis in hoc puncto tria conſiderare iura. Primò, ius antiquũ legis duodecim tabularum iure antiquo Digeſtorũ cõfirmatum: Quo iure primo agnato temporis lapſu aut repudiatione excluſo, ilico admittebatur fiſcus, cæteris agnatis & cognatis excluſis. Vnde illo iure in capite agnatorũ & cognatorum locum habere non poterat edictum ſucceſſorium de gradu in gradum, nec de capite in
168 caput: cum eo tunc fiſcus omnes excludere defuncti parẽtes. Et quia ius illud ſummè rigoroſum erat, ſuperuenit ius prætorium, quo diſpoſitum fuit, quòd excluſo agnato proximo nõ tunc veniret fiſcus: ſed poſtpoſitis cæteris agnatis fieret incontinenti diſgreſsio de illo ſecundo capite ſeu ordine agnatorum ad tertium caput. ſcilicet cognatorum: ex quo tertio capite ille ipſe à tertio capite excluſus venire poterat ex dicto ſequenti tertio capite vt cognatus. Et ſi ex nullo capite venire petebat, ſed omnino hæreditatem nolle declarabat: tunc cognati per lineã fœmineam defuncto coniuncti vocabantur. In quibus voluit prætor locum eſſe edicto ſucceſſorio de gradu in gradum, vt ſcilicet excluſo prime proximiore cognato non veniret fiſcus, imò ſuccederet ſequens in gradu, & deinceps ſucceſsiuè. l. j. §. gradatim. ff. de ſucceſ. edict. Et ſic de iure prætorio locus non erat edicto ſucceſſorio de gradu in gradum in capite agnatorum, & in hoc conueniebat cum lege antiqua duodecim tabularũ. Sed bene erat locus edicto ſucceſſorio de capite in caput, & in capite cognatorum locus erat illi edicto etiam de gradu in gradum vſq; ad vltimum à iure præfixum. Et in hoc differebat ius prætoriũ à d. lege antiqua duodecim tabularum. Sed
169 quia ius iſtud prætoriũ euidentem nutriebat iniquitatem: quòd primo agnato hæreditatem non petẽte non veniret ſequens in gradu, ſed vocabatur cognatus tunc proximior, qui fortè in quinto aut ſexto gradu exiſtens excludebat agnatũ ſecundi gradus. Ideo ſuperuenit tertium ius, ſcilicet imperatorium & ciuile nouum, de quo in d. § placebat. inſtit. de legiti. agna. ſucceſ. Quo iure ſtatutum eſt, quòd ita locum habeat edictum ſucceſſoriũ de gradu in gradum in capite ſeu ordine agnatorum, ſicut erat de iure prætorio in ordine cognatorũ: adeò quòd ſi proximior agnatus in primo gradu tẽpore delatæ ſucceſſionis exiſtens ab ea excludatur iure communi, putà lapſu temporis aut repudiatione, tunc ſequentes agnati de gradu in gradum ſucceſsiuè admittentur etiam de iure ciuili vſque ad xxx. annos qui iure prætorio nõ admitterentur poſt cẽtum dies vtiles, vt d. §. largius. Et idem ſi ille proximior agnatus iure ſpeciali excluderetur, vt quia hæreditatem adiuiſſet: & demũ quia minor vigintiquinque annis tanquam læſus contra aditionem eſſet in integrum reſtitutus. Nam etiam tunc ſequentes in gradu agnati, & hodie iure quo vtimur nouiſsimo ſimul cum eis cognati vocarentur ſecundum gradus prærogatiuam. Ex quibus clarè
170 nũc habetis edictum ſucceſſorium hodie locum habere in ambobus iam dictis ſecundo & tertio capitibus. ſcilicet agnatorum & cognatorum regulariter vſque ad decimum gradum, vt ſuprà dixi in ter-
167 tio præludio. De † quarto autem capite, ſcilicet vnde vir & vxor, pauca in propoſito reſtat dicere: quia deficientibus tribus primis capitibus, videlicet vnde liberi, vnde legitimi, & vnde cognati: ſuccedit hoc vltimum caput, vnde vir & vxor, in quo non eſt dare plures gradus: cum deficientibus ſupradictis tribus capitibus, ſola vxor viro ſuccedat, & ecõtrà maritus ſolus vxori: vltra quos ſucceſsio in alios non porrigitur affines, vt infrà videbitur: ideo in hoc quarto capite fruſtrà eſſet de edicto ſucceſſorio ſaltem de gradu in gradum diſputare. Vnde nunc ſatis habetis, qualiter hoc edictum ſucceſſorium locum habet de capite in caput, & de gradu in gradũ, ſeu de vna perſona ad aliam perſonam ſucceſsiuè.
Tertiò † principaliter dixi edictum ſucceſſoriũ, etiam locum habere de vno gradu ſeu perſona ad eundem gradum ſeu perſonam. Exemplum in eo cui delata fuit ex teſtamento hæreditas, qui aliàs ab inteſtato ſucceſsiſſet, vt ſunt liberi. l. prima. C. de his qui ſibi adſcribunt in teſtamen. vel eis non ſtantibus proximiores agnati vel cognati aut coniuges. Nam talis poterit hæreditatem adire vſque ad triginta annos, vt dicta l. licet. C. de iure deliberan. niſi tempus breuius ei per iudicem fuiſſet ex cauſa aſsignatum, vt ſ. vidiſtis. Quam hæreditatem ſi infra dictũ tempus non adierit, & ſic ex cauſa teſtati non venerit, ſine tamen fraude relictorum in teſtamento excluſus fuerit, nũc alios incipit habere triginta annos ex cauſa inteſtati: in qua tempus ſuum currere non potuit prima cauſa teſtati durante. l. quandiu. la ij. de acquirenda hæreditate. Vnde hoc modo talis hæres per edictum ſucceſſorium de vna qualitate, ſcilicet teſtati: in aliam, ſcilicet inteſtati, quæ tamen ſunt in eadem perſona concurrentes ad adeundum hæreditatem, ſexaginta habebit annos: niſi expreſsè & ſimpliciter eam repudiaſſet. Quoniam talis repudiatio ad cauſam teſtati traheretur & inteſtati, ſecundum gloſſam in dicta l. prima. §. ſed videndum. ff. de ſucceſ. edicto. & Paulus in dicta l. quandiu. Et † idem
169 vbi ſolùm ageretur de ſucceſsione ab inteſtato de filio ſeu quolibet alio deſcendente, qui tres habet in ſucceſsione paterna vel alterius aſcendentis qualitates. Primò quia eſt de liberis. Secundò de agnatis, cùm patri cõiungatur per lineam maſculinam. Tertiò eſt de cognatis: quia quilibet agnatus dicitur etiam cognatus, tanquã ſanguine iunctus. Ideo venire poteſt ad patris vel alterius aſcẽdentis ſucceſsionem ex dicto triplici capite, ſcilicet per vnde liberi, per vnde legitimi, & per vnde cognati. Ita q; eo tẽporis lapſu à primo capite excluſo venire poterit intra aliud ſimile tempus ex ſecundo capite. Et deinde ex tertio, clarè decidit Baldus in d. l. licet. vnde licet in eadem perſona fieri non poſsit digreſsio: & vt verius loquar, ſucceſſus de gradu in gradum, cùm in eadem perſona non ſit dare plures gradus in ſeipſa: attamen fit digreſsio de capite in caput, ſeu de qualitate in qualitatem, vt videtis, dum tamen non ſint alij in priori & potiori gradu conſtituti, vt d. l. prima. §. ſed videndum. & §. largius. ff. de ſucceſ. edicto. Quia diuerſæ qualitates in eadem perſona cõcurrere poſſunt, vt vices plurium ſuſtineat, vt ibi. facit capitulum, à collatione. de appellationibus, libro vj.
170 Et † ſic quẽadmodum ius accreſcendi in fauorẽ cohæredis non operatur, niſi portio alterius cohæredis

ſit

sit omnino, id est omni capite iure seu qualitate vacans, vt vidistis. Sic nec operari potest edictum successorium in fauorem sequentis in gradu, donec sit hęreditas vacans ex omni capite seu qualitate in primo gradu concurrente: & in isto conuenit cum iure accrescendi. Quare satis restat ex prędictis quartum membrum expeditum, videlicet, quòd edictum successorium etiam locum habet mixta consideratione, scilicet capitis, & gradus simul. Ex quibus nũc clarè intelligitis qualiter succursum, & prouisum defunctis fuit, ne remaneant sine hęrede: & hoc tam remedio iuris accrescendi, quàm per edictum
171 successorium. Inter † quæ remedia est magna & vtilis differentia. Primò quia hoc edictum successorium non competit, nisi inter hæredes capite, seu ordine, vel gradu per superiùs dispares, ius verò accrescendi locum non habet nisi inter pares simul & pariter vocatos ad successionem. Ex quo communiter dicimus, quòd ius accrescendi excludit edictum successorium, quod est subsidiarium: vbi aliquis non subest de paribus, in quo ius accrescẽdi operari pos-
172 sit, vt suprà vidistis. † Ius enim accrescendi non deuoluit hæreditatem seu portionem vacantem. Cùm inter pares locum non habeat deuolutio. capit. non putamus. de consuet. libro vj. Sed portio vacans accrescit non vacanti: & facilius aliquid accrescit, quã deuoluatur: quia in habentibus symbolum facilior fit transitus. Et faciliùs inducitur in quo minor dissessio reperitur, sicut fit inter pares, inter quos similitudo est causa generationis & augmenti. Hoc autẽ edictum successorium cessante paritate hæredũ deuoluit hæreditatem repudiatam ad sequentes in gradu vel capite: per quod fit quædam disgressio, quæ difficilius fit secundùm Baldum. Secundò hoc edictum successorium differt à iure accrescendi, quia nõ competit nisi volentibus: quoniam primo gradu vel capite toto vacante, sequens hæreditatem adire non cogitur: nec ad ipsum deuoluitur, nisi succedere velit. Sed ius accrescendi ipso iure competit etiam inuitis, & nolentibus. l. iij. §. inuito autem. & §. fin. cum ll. sequentibus. ff. de bono. posses. De huiusmodi autem successorio edicto tam legis quàm etiam conuentionis etiam in feudis, aliquà notanda Christo duce videbitis in verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.* dum loquemur de posteris nondum conceptis succedentibus. Postremò vnum in hac materia præ-
173 cipuum notabitis, quòd † ius accrescẽdi & edictum successorium in suis casibus solùm operantur, quando hæreditas est pluribus simul vel successiuè delata, ita quòd omnes fuerũt per testatorem vocati, aut per legem veluti ab intestato, & portio vnius vacauit lapsu tẽporis aut repudiatione eius, cui delata fuerat, quia accrescit cohæredi, vel defertur sequenti in gradu proximiori vt vidistis. Si autem hæreditas vel portio istius vocati defecisset ante aditionem, & vacasset morte hæredis vel cohęredis, cui delata fuerat, tunc locum non haberet edictum successorium, nec ius accrescendi in fauorem cohæredis: aut in gradu vel capite sequentis hæredis: imò hæres aut cohęres, cui delata hæreditas fuerat, moriendo eam transmittit ad suos proprios hæredes iure transmissionis hæreditatis, vel iure deliberandi. quia ille ad quẽ transmittitur hæreditas (cùm suum repræsentet transmittentem) censetur ad succedendum proximior. In qua proximitate primò consideratur capacitas in hærede: quia incapax ad succedendum non occupat locum, nec facit gradum. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Secundò consideratur hæreditatis transmissibilitas, vt quia proximior in gradu moriendo liberos & hæredes reliquit, ad quod ius succedendi transmisit. Tertiò consideratur proximitas tempore mortis defuncti, de cuius successione agitur. Institu. de hæred. ab intesta. §. interdum. cum §. sequent. de quo per Alexandr. consilio cxxxvij. volumine primo. Et sicut ius accrescendi & edictum successorium operantur in fauorem vocatorũ à lege vel ab homine, ita etiam operatur ius transmittendi ad vtilitatem non vocatorum, tamen vocati veniunt iure proprio per ius accrescendi, aut edicto successorio: illi autẽ qui non sunt vocati ad quos hæreditas solo iure transmissionis deuoluitur, non veniunt ex propria persona, nec iure proprio: sed ex persona & iure transmittentium morientium ante
174 ius quæsitum. Ideo † potest solùm hæres transmittere ad suos posteros hæreditatem: prouiso quòd decesserit antequàm excluſus foret tempore aut repudiatione: quia si tempore aut repudiatione excluſus foret, ius transmittendi interrupisset, & nihil transmitteret, obstante præscriptione vel renuntiatione, quæ ius accrescendi & edictum successorium operantur, vt plenè videbitis in verbo, *Mortuo itaque testatore.* ij. vbi materia transmissionis necessaria & perutilis vobis tradetur pro pane lucrando gu-
175 standa. His † igitur pro intellectu dicendorum præsuppositis, & necessariò præmissis: quia partitio seu diuisio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat. l. j. ff. de doli excep. Sicut imperator vsus est diuisione. Instit. in procemio. §. igitur. & hoc ad prędictos effectus, secundùm gloss. ibi. sic & nos materiam nostram diuidendo considerare habetis parentes, inter quos versantur: hoc præsertim ab intestato successiones esse in multiplici differentia. Quorum quidam sunt naturales, & legitimi simul. [Licet olim in illo rudi seculo quo matrimonia nomipata non erant, nec cognoscebantur, omnes legitimi nascerentur, tamen statim quòd fuerunt cognita, duplex hominum genus esse cœpit, scilicet legitimorum, & non legitimorum. Postea tertium genus incœpit, scilicet legitimatorum, & deinde quartum genus, scilicet legitimatorum tantùm per adoptionem à filia eorum: postremò quintum genus ex ritu Christiano hominum inoleuit, scilicet spiritualium, qui sacramento baptismi aut confirmationis gignuntur, vt habetur infrà super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* de quibus seriatim nunc videbimus.] Quidam sunt naturales tantùm, & quidam legitimi tantùm, vltra quos sunt affines: postremò fiscus. Et omnes prędicti parentes, aut sunt descẽdentes quorum causa in succedendo dicitur præcipua, aut sunt ascendentes, aut transuersales, seu collate-
176 rales. Capio † nunc primum principalem articulum, videlicet parentes naturales simul & legitimos, quales sunt consanguinei naturaliter ex matrimonio iũcti, de quibus si queratur qualiter ab intestato sibi inuicem succedant: fienda sunt tria membra. Nam aut descendentes succedere volunt ascendentibus, aut ordine naturæ turbato ascendentes suis descendentibus, aut collaterales collateralibus. Primo casu cũ agitur de bonis & hæreditate ascendentium debito ordine ab intestato prærnortuorum, dicatis, quòd
177 prima successio olim erat suorum hæredum. † Sui autem hæredes existimantur, qui in potestate morientis, de cuius successione agitur, tempore mortis

BIU Cujas

suæ fuerunt, veluti filius, filiáve, nepos, neptísve ex filio, pronepos, proneptísve ex nepote nato ex filio, prognatus, prognatáve, id est, quicunque alius vlterior descendens vsque in infinitum, vbi de successione ascendentium ex linea paterna ageretur, quia in succedendo ascendentibus ex linea materna, suitas tam in successione testamentariæ, quàm ab intestato non cõsideratur ex potestate, cùm mater filios in potestate non habeat, nec vlteriores, Instit. de adop.
178 §. fœminæ. Sed †consideratur suitas largè & impropriè, & secundum communem vsum loquendi, quo dicitur de matre, sicut de patre, quòd filios suos habet hæredes, quia mater filios ita appellat suos sicut pater, qui communis vsus loquendi attenditur, l. cùm de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instruc. secundùm gloss. in l. non aliter. ff. de lega. iij. Barto. in l. omnes populi. vij. q. princi ff. de instit. & iure. & Panor. suprà in proœ. maximè, vbi concurrit intentio legis aut testatoris. Fuit enim legis intentio statuendo matrẽ ab intestato hæredes habere filios suos. Et pariter intẽtio testatoris fuit hæredes instituẽdo, vel substituendo filiam, & suos filios vel hæredes intelligere de suitate largè & impropriè sumpta, secũdùm communem vsum loquendi: & sic de tali quæ cadere potest in matre, & descendentibus ex ea: quia mater, (vt dixi) loquẽdo de filiis vocat eos suos sicut pater, aliàs sequeretur quòd lex & testatores, successiones mulierum ad proprios earum filios nunquam deferrent, quod absurdum foret secundùm Guid. Papæ, in
179 propriis terminis. q. ccccxlviij. incip. mulier. †Potest enim lex & testator verba quæcũque impropriare, vt conueniant materiæ subiectæ. l. quoniam indignum. C. de testa. Sui ergo sunt primi hæredes. Vnde si quis intestatus moriebatur, prima causa erat suorum liberorum in successione, qui mortuo parente fiunt ipso iure hæredes absque alio facti ministerio virtute suitatis, institut. de hæredum qualita. & diffe-
180 ren. §. sui. †Imò in præsenti regno Franciæ nedum fiũt hæredes ipso iure, sed etiam possessores ex illius generali consuetudine, qua mortuus saisit proximiorẽ lignagerium, secundum Ioan. Fab. in d. §. sui. & Instit. de interdi. § summa. & § retinendæ. etiam in feudis, præsertim in hac ab intestato successione, vt refert magister Gulielmus debrolho. styli curiæ parlamenti scriba. tit. de feudis. §. item de consuetudine.
☞ & §. sequenti. [Vt plenissimè supra omnes dixi super verbo, *mortuo itaque testatore*. ij.] Et nõ immeritò: quia liberi ad successionẽ ascendentium vocati penè ad bona propria veniunt, dicit tex. in d. l. j. §. largiùs. ff de successi. edi. facit text. l. in suis. ff. de libe. &
181 posthu. & in l. scripto. ff. vnde liberi. Quibus † suis hæredibus connumerari necesse erat eos qui ex legitimo matrimonio non fuerant, sed ex cõcubina geniti: tamen persequẽs matrimoniũ cum ea contractũ
☞ legitimati. [Istud est tertiũ genus hominũ: quia sicut nati ex matrimonio appellãtur naturales & legitimi, etiam dicũtur naturales isti legitimati, vt suprà dixi in principio huius articuli. Et credo quòd isti hoc modo legitimati etiam dici possunt naturales & legitimi: quia sicut matrimoniũ retrotrahitur ad tẽpus conceptionis & natiuitatis horum filiorum: cap. tanta. qui filij sint legitimi. ita finguntur legitimè nati. d. ca. tanta. Quo casu talis & tanta est vis matri-
186 monij postea sequuti, quæ nedum filij, qui post tale matrimonium nascũtur: sed qui eo tempore in vtero existunt: & (quod plus est) anteà nati legitimantur:: d. cap. tanta. & Instit. de hæred. quæ ab inte. defe. §. ij. Et non solùm filij, sed etiam nepotes dicuntur legitimati, vbi pater, viuente filio, concubinam desponsasset: secùs si filio iam mortuo secundum Bald. singulariter in l. benignius. ff. de legi. super quo cogitabitis, quia text. in Auth. quib. mod. natura. effi. legi. videtur indistinctè nepotes sequẽti matrimonio legitimasse. de quo plenè in d. §. ij. Nam tales sic persequens matrimonium legitimati succedunt sicut legitimè nati, aut legitimè concepti: etiam in feudis, in quibus naturales liberi alio modo & simpliciter legitimati non succederent: capit. j. §. naturales. si de feud. fue. contro. vbi plenè docto. & Panor. in c. innotuit. viij colum. & in c. cùm Vintonienſis. iiij. col. de elect. Et etiam admittuntur ad retractum pro re quã proximior alienauit offerendo pretium infra annũ.
☞ Pariter succedunt legitimati per principem. [Isti sic legitimati faciunt propriè tertium genus hominum qui vocantur naturales legitimati, vt suprà dixi.] Sicut enim qui vadit trans mare ad sanctum Iacobum, aut visitare sanctum sepulchrum, vel limina Petri & Pauli, abstergitur & mundatur à suis omnibus peccatis: sic & bastardus per legitimationem lauatur & mundatur à genituræ vitio & macula illegitimitatis. Infans etiam secundum Bart. in l. iubemus.
☞ C. de emancipa. libe. adhuc existens in vtero. [Vide de hoc quæ plenius habentur infrà super verbo, *Adiectæ impuberi*.] in princ. secundum Bald. in d. §. naturales. in fin. per l. sed est quæsitum. ff. de liber. & posthu. ita quòd nascetur legitimus nihil postea discrepans à legitimè conceptis & natis. in Auth. quib. modis natura. effic. legi. §. si quis sanè non habens. secun-
182 dùm glo. in verbo, curiis. in d. § j. †Hodie autem in hoc regno Franciæ, & in Delphinatu, vbi ipsa feuda quo ad ius succedendi sunt ad Instar patrimoniorum redacta: naturales etiam per principẽ vel aliàs quàm sequenti matrimonio legitimati succedũt in feudis, secundum Guid. Papæ, q. lix. Securiùs tamen esset, quòd in legitimatione inseratur, quòd etiam in feudis succedere possint. Pro Guidone vltra eum facit,
183 †quia fortior est legitimatio quàm adoptio, cùm filius adoptiuus nihil habeat naturalitatis, nec sanguinis, sed naturalis legitimatus sic: ideo substitutum excludit, & non adoptiuus. l. fideicommissum. ff. de condi. & demonst. aliàs faciliter fraudaretur fideicommissarius: quia faciliter hæres restituere hæreditatem grauatus, sibi filium adoptaret, vt d. l. fideicõmissum. ibi, adoptionis commento, quod aliquid si-
☞ gnificat in fraudem fideicommissi inuentum. [De quo plenè habetur super verbo, *Si absque liberis moreretur* j. in iij. limita.] per legitimationem verò non ita faciliter fraudaretur, cùm à principe habeat impe-
184 trari: & quod impetratur à principe reputatur impossibile propter nimiam difficultatem eum adeũdi, & ab eo quod petitur obtinẽdi. l. apud Iulianũ. §.
185 alias est sub l. Iulianus. §. fina. ff. de lega. j. Et †sunt profectò tales legitimati ordinum & ecclesiasticorũ beneficiorum capaces, ac si nunquam illegitimi fuissent, sed legitimè concepti & nati: ita quòd succedũt etiam ab intestato parentibus vnà cum legitimè natis & conceptis: & hoc virtute legitimationis ex matrimonio secuto factæ ipso iure. Quæ quidem legitimatio procedit tam secũdum leges, quàm sacros ca-
186 nones, vt d. c. tanta. & Instit. de nupt. § fi. Et †eodẽ modo succedũt si legitimati forent principis rescripto, qui tales bastardos legitimare põt, etiã nõ vocatis ab intestato succedẽtib⁹, vbi legitimarẽtur patre eorũ viuente, & ad sui requestã, aut saltem de suo cõ-

sensu:

BIU Cujas

ſenſu: quia aliter non ſuccederent, cùm non cogatur quiſpiam inuitus habere hęredem. Pariter etiam cõſentire debet legitimationi ipſe baſtardus, qui legitimatur: quia non cogitur qui ſui iuris eſt, intrare poteſtatem patris. Vnde ambobus ſolis, (ſcilicet patre & filio conſentientibus) poteſt filius ad patris requæſtam, vel alio aliter conſentiente, etiam in præiudicium aliorum parentum reſcripto principis legitimari. l. cùm adoptio ſit. iuncta l. nam ita diuus. vbi gloſ. & Bal. ff. de adop. & ita fuit arreſto Pariſiis deciſum, quòd filius baſtardus per papam & regem legitimatus omnes alios excludit à ſucceſsione cõſanguineos, & ita fuit dictum pro quodam Carolo de Hiſpania baſtardo de bonis ſui patris. Quia illorum non intereſt quos poſſet pater quouis alio modo excludere à ſua ſucceſsione, & extraneũ hæredem facere, cùm aliâs non teneatur quàm proprios liberos vel aſcendẽtes ſuos facere hæredes, nec etiã illos vltra legitimam. l. cùm quæritur. & l. parentibus. C. de in offic. teſta. [De quo etiam meminit dominus Auffrerius in ſuo arreſtorum tractatu. cap. xliiij. & anno præterito filius baſtardus quondam domini de Pordeaco ciuitatis Lectore, per regem legitimatus recredentiam paternę ſucceſsionis arreſto parlamẽti Toloſæ obtinuit cõtrà alios parentes.] Et ideo qa illis præiudicatur ſaltẽ quo ad legitimã, cùm ſint ex legitimo matrimonio nati, eſſent in legitimatione fratrũ baſtardorũ vocandi, poſtquàm eorũ intereſt in aliquo, etiã cõtra velle patris, quo inuito debetur eis legitima, in qua pater dicitur filiorum debitor, ſecundùm Bal. in l. quoties. C. de hæred. inſtit. & in authen. de trient. & ſemiſſ. §. j. vbi bo. text. quia quantò plures erunt liberi legitimi, tanto pars cuiuſlibet erit minor. Ideo vocãdi ſunt: & ſi vocati ſint & cõſenſerint, valẽbit legitimatio, aliter & aliàs non valeret: imò habetur expreſſẽ in regula cancellariæ apoſtolicæ, inter gloſſatas. xlviij. incipientẽ: itẽ voluit, quòd in diſpẽſationibus ſuper defectu natalium &c. quòd in tali diſpenſatione ponatur clauſula: quòd non præiudicetur filiis, ad quos ſucceſsio ab inteſtato pertinet. Quæ quidem clauſula etiam ſi in reſcripto non eſſet appoſita, ſubintelligeretur ſecundùm gloſſ. ibi. [Et ſi papa vel princeps baſtardum legitimaret cũ legitimè natis ſucceſſurum, non eſſet homo, ſed vnũ pecus, vt dicit Bal. in cap. j. §. filij. ſi de feu. fuerit cõtro. quia hoc faciendo nõ haberet iuſtitiam præ oculis: quia fortè mulier nobilis vel optimè dotata nupſerat, ſperans prolem ſuam legitimè procreatam patri ſuccedere, & non meretricum liberos. quod eſſet nedum præiudicare filiis legitimè natis: ſed etiam decipere eorum matrem, quæ ſi hoc cogitaſſet, illi nõ nupſiſſet.] Et idem fortè eſſet in vxore in ope, & indotata, cui debetur in bonis mariti diuitis mortui certa portio iuxta Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Quinimò ſufficeret quo ad hæc patrimonialia bona patrem in vita ſua, aut in extremis conſtitutum teſtamento diſponere de filij ſui baſtardi legitimatione in futurum fiẽda per principem, etiam inuitis agnatis, cognatis, & vxore dotata, aut diuite, quorum non intereſt: quia (vt videtis) filio non legitimato non teneretur pater eos inſtituere, nec aliquid relinquere. Sed poſſet penitus extraneum, quãuis ignotum hæredem facere. Inſtitu. de hæred. inſti.

187 §. fina. Præterea † non ſuccedit taliter legitimatus, niſi ſoli patri, & non cæteris parentibus. imò nec prio fratri. Et ſic res immobiles per fratrem vel alium de genere patris alienatas retrahere non poſſet ex conſuetudine Franciæ. c. conſtitutus. de in integ. reſtitu. offerendo pretium infrà annum, cùm eis ſuccedere non poſſit: quia eum habere hæredem non coguntur inuiti. Ideo in legitimatione vocandi non ſunt d. l. nam ita diuus. ff. de adopt. vbi ſingulariter Baldus. ſecùs, ſi ageretur de baſtardo poſt mortem patris legitimando, quia aliter de legitimatione nõ diſpoſuerat ſaltem fienda: & ſic iure iam quæſito venientibus ab inteſtato: quia eo tunc eis non præiudicaretur quo ad ius ei iam quæſitum in ſucceſsione, maximè in præſenti regno, vbi ex generali conſuetudine defunctus moriendo ſayſiuit iure ipſo parentes ſuos proximiores, eóſque fecit dominos & poſſeſſores, vt ſuprà dixi. facit text. in c. quanuis. de reſcri. lib. vj. Et ſicut † non valet legitimatio à principe facta non vocatis nec conſentientibus filiis legitimè natis, vbi filij tales ſuperſunt, ſic etiam non fortiretur effectum totalem & perpetuum, vbi tempore legitimationis nulli fuiſſent liberi, tamẽ poſt baſtardi legitimationem fuerunt ſuſcepti: cùm non præſumatur patrem eis præiudicare voluiſſe ex vxore habenda vel quã habebat procreandis. ſecundùm Paul. in l. ex facto. in princ. per illum tex. ff. de vulg. & pupil. vbi ſubſtitutio exemplaris filio dementi facta finitur, ſi demens incipiat poſſe teſtari, aut liberos ſuſcipiat. † Priuilegium enim ilico ceſſat, quod incipit eſſe damnoſum & iniquum. c. ſuggeſtum. de decimis. vnde talis legitimatio tunc ceſſat, adeò quòd prætextu illius ſuccedere non poterit legitimatus cũ filiis ex matrimonio poſteà ſuſceptis: quorũ agnatione, & natiuitate rumpitur & finitur legitimatio: ſicut infirmaretur teſtamentum prius factum. Inſti. quib. mod. teſta. infir. §. j. cùm tendat talis legitimatio, quæ ciuilis eſt, & de iure poſitiuo, in præiudiciũ naturaliter legitimorum. Tamen quoad cæteros effectus quàm ſucceſsionis, puta quo ad honores, & cætera filiis legitimis poſt vel anteà ſuſceptis non prę-
188 iudicialia, perpetuò durabit talis legitimatio, & ſuũ
189 ſemper continuabit effectum. Et † hæc legitima-
190 tio quæ principis reſcripto expeditur, differt à præcedenti, quæ fit per ſequens matrimonium: quia licet per hãc poſſit legitimatus ſuccedere in bonis patrimonialibus, vt dixi: non tamen ſuccederet in feudo nobili, vt d. §. naturales. & Panor. in d. c. innotuit.
191 & c. cùm Vintonienſis. de elect. Nec etiam † comprehenditur in cõceſſione facta alicui & liberis ſuis legitimis, ita quòd recipiens emphyteuſim, vel aliã quãcunque rem non mobilem, nec aliàs priuilegiatam pro ſe & filiis ſuis legitimis, appellatione legitimorum comprehenduntur legitimè nati, & etiam legitimati per ſequens matrimonium, ſed non per reſcriptum, ſecundùm Bald. per illum tex. in l. fi. C. de his qui veniam ætat. impetrat. & minus in feudis ſuccederet taliter legitimatus. idem Sali. & Paul. ibi, per tex. in d. §. naturales. Bald. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſti. & ſubſti. & in l. eam quam. C. de fideicommiſſis. vbi dicitur quòd in diſpoſitione teſtamentaria vel ſtatuti, licet veniat legitimatus perſequens matrimonium, vel alios modos iure communi inuentos, vt per oblationem curiæ: tamẽ numquã venit legitimatus per reſcriptum principis. quod locum etiam habet in contractibus, vt videtis ſecundũ Alex. in d. l. fin. in addi. niſi ad feuda ſpecialiter fuiſſet diſpenſatus, & legitimatus: quo caſu ſuccederet etiam in feudis legitimãti principi ſubiectis, præter
192 quàm in regno. Non † enim poſſet aliquis, præſertim rex noſter Chriſtianiſsimus legitimari facere fi-

BIU Cujas

lium naturalẽ,si quem haberet,in præiudicium alterius sui consanguinei legitimi, licet in gradu parentelæ remotissimi, cui ex consuetudine regni liberis legitimis stantibus successio deberetur,à qua nõ potest per regem excludi, cùm dispositio regni ab eius non pẽdeat dispositione nec libera potestate,secundùm Imo. & Dominicum in ca.grandi.de sup.negli.
193 præla.lib.vj. †Sed vnum est laude dignũ in præsenti regno Franciæ,quod nunquã fuit visum nec auditum, quòd aliquis gereretur pro bastardo regis: qui propter eius excellẽtiam cœlestémque dignitatem, & Imperialem maiestatem nullam patitur etiam in naturalibus sordem. Nec ob.de Carolo Martello Pipini, ac Ludouico & Carolo Ludouici Balbi ex pellicibus filiis: de quibus & eorũ illegitimatione meminit Gaguin.lib.iij.cap.iiij.& lib.v.ca.iij. quia non fuerunt reges Franciæ nisi ad tẽpus per vsurpationẽ propter veri regis minorem ætatem, aut debilitatẽ: quos fortè permisit Deus regnare ad tẽpus propter hostium repulsionẽ, maximè Carolũ Martellũ quo opus illo tẽpore fuit insurgẽtibus vndique bellis anno salutis D.ccxxxv. Proceres certè regni hoc sæpe permiserunt, imò ꝙ extraneus pro bono reipublicæ
194 saltẽ ad tẽpus regnaret: †prout Eudo Andegauensis Caroli Simplicis tutor regnauit ad tẽpus. de quo idem Gaguinus sic dicit: Per id tempus iners ille & nihil faciẽs Ludouicus relicto Carolo filio, cui Simplici cognomen inditum est, decessit. Scriptum inuenio hunc Carolum Simplicem ex Ludouico Balbo prognatum esse,post Ludouicum & Carolũ Balbi filios spurios, sub tutela Eudonis educatum fuisse,& posteà regnasse. Qui cùm per ætatem regendo regno nequaquam idoneus esset, cognito ꝙ Normani nouos belli motus pararent,ad Eudonem Roberti Andegauensis filium, hominem bonum & rebus gerendis aptum mittunt: cui & Caroli Simplicis tutelam & regni administrationẽ cum regia appellatione cõmittunt. Hic à Galterio Senonũ archipræsule cõsecratus Carolum Simplicem probè educauit,Francísque modestissimè præfuit. Moriẽs autem proceres iureiurãdo adactos admonet, regnum sine controuersia Carolo Simplici administrandum permittant,cúmque esse regni legitimum hæredem. Hæc ille.Sícque restat bastardos in regno succedere non posse cùm verecũdia non modica esset homini dignitatis excelsæ,ac etiam claræ illustríque cognationis,habere bastardos,secundùm Barto. per illum text.in l.ex facto.§.si quis rogatus. ff.ad Treb. facit
195 l.si qua illustris.C.ad Orficia. Ob † quod de nobilitate parentum,cùm aggrauet delictũ, mentio fienda esset in dispensatione seu filiorum legitimatione,secundùm Ioan. Andr.in c.fi.de fil.presb. & latissimè Fely.in c.postulasti. de rescript. vnde Aurelius Aug. in lib.de bono coniugali,sic inquit,Satius est defungi sine liberis,quàm ex illicito coitu stirpem quærere: quia licet omnibus libidinis amor turpis sit,nunquam tamen deterior quàm in honorato,secundùm Fulgen. Facit quod plenè dixi in verbo, *Raynutius.* iiij.fallentia. & s.in iij.præludio. secundùm Bald. in
☞ tit.de feu. Marchiæ. [Circa hoc vide quæ dixit infrà super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de causa institutionis matrimonij. Et quo ad regem Franciæ, suásque prærogatiuas & laudes, vide super verbo, *si absque liberis moreretur.* ij. in materia
196 pupillaris substitut. & iiij. requisito eiusdem. † Et fieri debet, domini legitimatio per principem facta mentione de filiis legitimis, agnatis, & cæteris ab ab intestato succedẽtibus, si quos pater habeat,cùm eo casu saltem difficilior sit dispẽsatio, quàm si alios non haberet ab intestato successores, quo casu faci-
197 liùs ei daretur in successorem bastardus. Papa† tamen legitimare nõ posset bastardos, quo ad has successiones aut officia secularia tenendum, nisi in terris ei quo ad temporalia subiectis,secundùm glos.in c.lege Imperatorum.x.dist. & in c.si officia.lix.dist.
198 & in can.peruenit.101.dist. Sicut † è conuerso aliquem legitimare principes seculares nõ possũt quoad ordines & beneficia ecclesiastica,quæ eis nõ subsunt,etiam si collatio beneficiorum eis ex priuilegio competeret:vt plenè disputat & tenet gl.in dicta regula cancellariæ apostolicæ, concludens Papam non posse quo ad temporalia legitimare, quicquid dicãt aliqui doctores de Placebo domino, vt ibi dicitur,
☞ qui multos à recto tramite diuertũt prícipes.[Vide circa hoc quæ plenè & nõ minus pulchrè habentur j.super verbo,*condidit.*j. prope fi.] non dicendo veritatem:quæ apud plerosque summos viros hodie est capitalis,nisi quatenus blãditur,& placet.Ex quo malo, nebuláque teterrima quæ offusćat horũ oculos,omnes regnorum labes,calamitates,exitia,euersionésque nascuntur. Nec debent tales consiliarij de Placebo, per principes suos inter amicos connumerari: qui improbam cupiditatem, offensiones, sæuitiámq; proponunt: sed vt hostes ac parricidæ iudicari. In quos veluti in auctorẽ Phalaridis tauri animaduertatur, qui prior à Phalaride coactus est suo
☞ inuẽto & arte perire. [De quo habetur super verbo,*si absque liberis moreretur.* ij. in materia substitutionis vulgaris declarãdo quartum articulũ principalem eiusdẽ,in fine illius artic.] Heu me,quia oportet, vt qui principibus hodie vult cõplacere,ambulet inter Laudẽ & Placentiã, non versus Veronã, vt scripsit Pius pontifex, anteà dictus Æneas Syluius, poëta & orator maximus in epistola ad Borsium Ferrariæ ducem incipien. Nemo verum de se minùs au-
199 dit,quàm publica potestas,&c. Ob † quod Aristoteles Philosophorum facilè princeps, dum Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum regem mittẽs monuit,vt cum eo aut quàm rarissimè,aut quàm iucundissimè loqueretur: quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior,vel sermone esset acceptior.At ille dum Alexãdrum Macedonem Persica salutatione,id est adoratione,gaudentem obiurgat, & ad Macedonicos mores inuitũ reuocare beneuolè perseuerat,vt scilicet non pateretur adorari, spiritu carere iussus,id est necatus, seram neglecti salubris consilij pœnitentiã egit,vt Valerius lib.vij.tit.ij.de sapienter dictis,refert.Vnde restat Papam in temporalibus legitimare posse bastardos credere nõ debere,si adulatione non decipiatur: & maximè in regno Franciæ legitimare eos Papa non posset, quo ad succedendũ in regis præiudicium: qui solitus est certam partem successionis, vel finantiam per cameram computorum Parisiis taxãdam,recipere pro talibus legitimationibus concedendis,secundum leges regni. Vnde non sine causa anno domini M.cccclxj.die xxij Maij inter procuratorem regium generalem actorem ex vna parte, & dominum Iohannem Mauer militem comitem Palatinum defensorem, ex altera, per arrestum parlamenti Tolosæ dictum fuit, quòd quatenus dictus defensor ad creationem notariorum & legitimationes processerat in hoc regno, temporalia tangendo,abusus fuerat, & contra iura regis interceperat. Et declarauit curia omnia per eum facta

nulla

BIU Cujas

nulla, nec non eum condemnauit ad ea caſſandum & reuocandum: dicẽdo, quòd nulliter & abutendo, no
tarios faciendo, & legitimationes authoritate apoſtolica & imperiali temporalitatem tangẽdo, reuocando, & petendo veniam regi & iuſtitiæ. Et fuit ei inhibitũ ampliùs vti in hoc regno, & omnibus illis quos legitimauit, & notariis quos creauit, ne vterẽtur, ſed penes curiam afferrent literas eis taliter cõceſſas: condemnauitque eundem defenſorẽ ad penes curiam ponendum quicquid à creatis notariis & legitimatis receperat. hæc ibi. [De huiuſmodi arreſto etiam meminit dominus Auffrerius, in ſuo arreſtorum tractatu. cap. cclj.] Præterea † licet per ingreſſum religionis & profeſsionem regularem baſtardi legitimentur, quia talis profeſsio omnem maculam tollit, in Authen. de monachis. in princ. ſecũdùm Guliel. de Cug. quem *omnes* ſequuntur in l. j. C. de ſacroſan. eccle. & text. in can. j. lvj. diſtinct. & in cap. j. de filiis presbytero. attamẽ propter hoc ſuccedere parentibus ab inteſtato non poterunt., nec in eis locum habebit diſpoſitio l. fin. C. de piſco & clericis, vt infrà de baptiſmo † dicetur: quòd baſtardos non legitimat quo ad hæreditates ſeculares: nec beneficia eccleſiaſtica, etiam tenere poſſunt, ſecundùm gl. in cap. fi. de filiis presbyterorum. Et † hoc verum, quòd Papa quo ad ſucceſsiones non legitimat, nec eius legitimatio in terris ſibi temporaliter non ſubditis ad ſucceſsiones porrigitur, niſi legitimatio ſurgeret ex radice matrimonij: puta ſi Papa qui ſolus poteſt per ſe vel per alium, diſpenſaret ſuper matimonio inter contrahere prohibitos celebrato, aut celebrando. Quoniam hoc caſu in conſequẽtiam matrimonij legitimati per Papam & diſpẽſati, etiam proles inde procedens quo ad ſuccedendum, & cætera omnia cenſetur eſſe legitima, vt plenè habetur in cap. per venerabilẽ. qui filij ſint legit. acſi per ſequens matrimonium legitimata foret. Et ſic legitimatio ſicut fit per matrimonium ſequẽs, ita per præcedens ex pòſt diſpenſatum & ex ſequela illius. Multa enim fiunt & tenent in conſequentiam, quæ principaliter fieri non poſſent. † Prout videmus in iure patronatus, quod principaliter & de per ſe vendi non poſſet, tamen venit in conſequentiam caſtri vẽditi ratione cuius competebat. gloſ. j. in c. cũ ſeculum. de iur. patron. j. & tex. c. ex literis. illo titu.

(Additio.) Et ita fuit ſeruatum in ſcaquario regio Rothomagẽſi, quo ad ſucceſsionẽ domus de Ferrieres ducatus Normaniæ: vbi per arreſtũ, in quo mandatus per regem præſens fuit, & opinans cum pluribus excelſis, dign tate viris pariter illuc ire mãdatis: filiæ quondã magiſtri Ioannis de Ferrieres ad ſacros ordinati, tamen ad matrimonium contrahendum apparenter ſaltem diſpenſati, manutentæ fuerunt & cõſeruatæ diffinitiuè in poſſeſsione totius ſucceſsionis paternæ, & dictæ domus contra dominum Dangueorum patruum: in mẽſe Februarij, anno præſenti Domini M. ccccc vij. licet non fuiſſent dictæ filiæ aliter per regem ad ſuccedendum diſpenſatæ. Quæ omnia in legitimatione & diſpenſatione per ſequens matrimonium vel principis reſcriptũ ſuccinctè tradita vobis ſeruient ad multa. Eſt † etiam quædam alia legitimatio legalis, quæ tripliciter fit per leges ciuiles & ſeculares. Primò ſi pater filium ſuum naturalem offerat curiæ principis, ita quòd efficiatur curialis, in Authentico, quibus modis naturales efficiuntur ſui. §. ſi quis igitur. Et idem ſi offerat eum curiæ ciuitatis: de cuius vico eſt oriundus, aut curiæ præſidis prouinciæ, vt d. §. fin. Inſtit. de nupt. melius probatur in d. §. ſi quis igitur. Secundò, ſi nullo ſtante filio legitimo ipſe filius naturalis ſe offerat curiæ. in Authẽt. quibus modis naturales efficiuntur legit. §. j. Tertiò ſi pater decedens filium naturalem in teſtamento nominet legitimũ hæredem, & ipſe poſtea teſtamentũ patris offerat principi. vel ſi pater inſtrumento publico manu publica confecto, aut propria ſcripto cũ trium teſtium ſubſcriptione ipſum nominet filium, dummodò non adiecerit naturalem. in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc autem. quem tex. etiã habetis in Auth. ſi quis. C. de natu. libe. vbi ex ſola nominatione videtur filium legitimare propter matrimonium præſumptum inter amaſium & amaſiam. ſecùs eſſet in matre filium ſic nominante. quia propter hoc nõ diceretur legitimatus, cùm ceſſet ratio præſumpti matrimonij: quia non ita facilitèr præſumitur amaſium conſentire ſicut econtrà, vt ſingulariter decidit Angel. in d. Authent. ſi quis. quæ in ſolo patre locum habet. Sanè tamen intelligatis ſola nominatione de filio per patrem facta filium legitimari, ſi mulier quæ filiũ peperit, erat digna tali viro, [Super quo vide quæ habentur infrà ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* in prin. & ibi dixi addendo.] de quo filium ſuſcepit. Quia ſi indigna erat, vt quia meretrix, vel aliàs viliſſimæ conditionis, & pater erat nobilis & diues, qui cũ honeſtate non poterat cum ea matrimonium contrahere. certè per talem nominationem non cenſeretur filius eſſe legitimatus, ſecundùm Ange. ſingulariter in §. ſed & aliud. per illum text. in Authen. quibus mod. natural. efficiun. legiti. colla. vj. Nam tales legitimationes ſic vel à principe factæ valent quo ad ſucceſsiones ſeculares, & ad tenendum dignitates in terris tali principi legitimanti ſubiectis, & pariter in aliis vbi nõ infertur alteri præiudicium. † Tamen filius à principe legitimatus non poterit in plus patri ſuccedere, quàm vnus de legitimè natis, nec per patrem poteſt ei plus relinqui, quàm vni de legitimè natis, cui minus reliquit. in Authen. quib. mod. natur. effic. ſui. §. & quoniam variè. quem tex. Bal. dicit ſingularẽ in cap. per tuas. de maior. & obedien. † Et ſic filius legitimatus erit deterioris conditionis quàm quilibet extraneus: cui pater omnia ſua relinquere poteſt ſola legitima filiis relicta. C. de inoffic. teſta. Authen. nouiſſima.] Ex † quo infert ibi, quòd ſi ſtatuto vel conſuetudine filia dotata nihil in paterna hæreditate petere poſſit, præter dotem, filius legitimatus non vltrà petere poterit, quàm aſcendat dos vnius filiæ. quod ſequitur Alexand. in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebellia. & Iaſon in l. vnica. C. quando non peten. par. Nec filias dotatas excludet à paterna ſucceſsione ſtante ſtatuto filias excludẽte propter maſculos, vt plenè dixi ſuper verbo: *duas habẽs filias.* in ſecunda principali fallentia. Similiter dicit Baldus vbi ſuprà, quòd filius legitimatus ſedere non debet in eadem menſa cum legitimè natis, vt vidiſtis in verbo, *Raynutius de Clera.* Quæ locum non haberẽt in legitimatis per ſequens matrimonium, aut in conſequentia præcedentis diſpenſati matrimonij, cùm tales nihil differant à legitimè natis: ſecundùm *omnes*, qui in effectu præmiſſa omnia & plura alia decidunt, vbi ſuprà, & in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liberis & poſthumis. Vnde ad propoſitum noſtrum reuertendo reſtat, quòd deſcendentes liberi debitè legitimati ſuis ſuccedunt aſcendentibus cum † & in eis ſicut in legitimè natis

locum habet existentia sui hæredis, secundùm Baldum singulariter in l. eam quam. C. de fideicommiss. quem sequitur Iason in l. qui se patris. C. vnde lib. dicens hoc vltimum alibi non se legisse. Tamẽ pro Bald. facit rubrica. & alia non est mens illius in dicta Authen. quibus modis natur. efficiun. sui. volens per legitimationem filios bastardos patri effici suos, & iure suitatis gaudere. Ita quòd etiam in feudo recepto pro se & suis hæredibus venit ad feuda legitimatus, secundùm Rapha. Cuma. consil. clxviij. incip. reuerendus pater dominus episcopus, &c. Et pariter vocaretur ad rem per patrem alienatam ex consuetudine Franciæ retrahendam offerendo pretium infra annum & diem. Et valeret testamentum imperfectum ex defectu numeri testium inter liberos legitimatos, sicut legitimè natos, ita quòd in eis locum habet dispositio. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. & l. fi. C. famil. erciscun. secundùm Baldum in cap. de causis. de offic. delega. quem *omnes* sequuntur. Alexand. & Ias. in dicto §. ex imperfecto. vnde restat (ad propositum redeundo) primam successionem esse filiorum ab intestato.

288 †& pariter (vt vidistis) succedunt hodie filiæ sicut filij, & cæteri ex filia sicut ex filio descendentes, sublata omni differentia sexus agnationis & cognationis, nisi statutum vel consuetudo eas excluderet, vt vidistis in verbo, *Duas habens filias*. Succedunt etiã liberi emancipati, sicut in potestate cõstituti. in Authen. de hæred. ab intesta. venient. §. j. & §. nullam verò. adeò quòd solus sanguis seu sanguinis nexus, matrimonialiter tamen, aut legitimatione decoratus, inspicitur: imò omnes tales, scilicet cognati, sicut agnati, & emancipati liberi, sicut in potestate constituti, ad successionem hodie vocantur etiam de iure ciuili ad similitudinem suorum hæredum. l. meminimus. C. de legiti. hær. & sic vsque ad triginta annos succedere & petere successionem possunt, vt dicta l. licet. C. de iure deliberan. Quod est verum quo ad vim & substantiam succedendi, in quo nulla est hodie differentia inter eos, sed quo ad modum succedendi, est differentia inter suos & emancipatos, agnatos & cognatos. Quia sui hæredes in potestate patris tempore mortis existentes, eo mortuo fiunt ipso iure hæredes, licet hæreditatem ignorent esse eis delatam. institu. de hære. quali. & diffe. §. sui. adeò quòd si antè per eos aditam hæreditatem morerentur, etiam illam delatam ignorantes trãsmitterent ad quoscunque, quanuis extraneos hæredes. l. si fratris. C. de iure deliberã. Quod non facerẽt emãcipati, nisi solùm ad suos descendẽtes. d. l. si fratris. l. j. C. de his qui ante apertas tabulas hæredita. transmittunt, vt plenè dicetur super verbo, *mortuo itaque testatore*. ij. Quicũque ergo filius siue suus, siue emãcipatus, siue per adoptionem patris exierit potestatem, vt quia datus in adoptionem coniunctæ perso-

209 næ. Institu. de adop. §. sed hodie. † siue per professionem regularẽ masculus vel fœmina, licet in abbatis potestate constitutus, etiã iure ciuili succedit parentibus, ac si in eorum potestate mansisset, & in solidum succedunt si soli fuerint, vel in partem, si alios habuerint fratres. ita quòd per religionis ingressum ius suitatis & succedẽdi non perdiderunt. l. fin. §. hoc autem. C. de episc. & cler. Imò succedẽt, & talis successio per eos acquiritur monasterio: quia ecclesiæ, & monasteria sunt hodie bonorũ temporaliũ capacia, & succedere possunt. l. j. C. de sacrosan. eccles. &

210 dicta l. fin. † Sunt & religiosi etiam nobilitatis capaces, quam (si naturaliter ex genere eis insit) retinent, nec professione eam perdũt, sicut nõ perditur suitas, quæ & pariter generis nobilitas, sunt quoddã ius sanguinis incommutabile. l. ius agnationis. ff. de pactis. & dicta l. fin. C. de episc. & cler. & ita decisum fuit per dominos de Rota, secundũ Ludo. Rom. singulari xxxvij. num. 3. & 4. incip. vtrum nobili. [De quo plenè habetur super verbo, *Si absque liberis moreretur*. ij. in materia vulgaris substitutionis v. princ. artic. tractando primum effectum dictæ substitutionis.] Religiosi enim quo ad naturalia per ingressum religionis nihil perdũt: vnde videmus quòd testimonium ferunt, secundùm glos. Instit. de iure personarum. circa medium. & tex. in c. & si Christus. de iureiur. & si illegitimi forent, legitimi efficerentur sola professione, quæ omnem maculam tollit. in auth. de monachis. col. j. atque filium ingratum purgat, vt ingratitudine amplius exhæredari nõ possit. xix. q. iij. can. fi. Si enim militans ad latus principis efficitur nobilis. l. j. C. de præpo. labor. li. xij. multo magis mi-

211 litans Deo, arborẽ cum fructu ei dedicando. † Præterea monachus non desinit esse ciuis, secundũ Bart. in l. j. versic. iuxta prædicta. ff. ad municipa. cùm per professionẽ statum suum mutauerit in melius. Quia multò melior, nobilior, & securior est vita religiorum contemplatiua, quàm actiua, quantumcunque sancta & honesta, de qua dicitur, Maria optimã partem elegit, scilicet vitam contemplatiuã, quę nõ auferetur ab ea. Plus enim dat, qui fructum dat & arborem, sicut religiosi faciunt, quàm qui dat solũ fructum, secundùm gl. in verbo, seipsum. in cle. j. de reli

212 quis & venera. sanctorum. † Or per meliorẽ statũ superuenientẽ non perditur ciuilitas. l. senator. ff. de senato. facit l. maior. C. de digni. lib. xij. & nobilitas naturalis retinetur, vt plenè Iason in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. ita ꝙ nõ vitiaretur rescriptum, si religiosus in eo se diceret nobilẽ: imò econtra vitiaretur, si impetrans beneficium per monachum nobilem possessum vltra annum in eo tacéret nobilitatem possessoris, per regulam Cãcellariæ apostolicæ incip. Item idem dominus noster, vt improbi lites exquirentium motus &c. Præterea si per professionem perderetur nobilitas, sequeretur absurdum, quia cùm ingrediendo religionem Christo militare volens laudem mereatur, vt patet ex prędictis, pœnam perditionis nobilitatis incurreret cõtra omnem æquitatem. arg. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. Quare restat, quòd licet nobilitas accidentalis & politica ex publico officio, aut seculari militia vel administratione procedens perdatur per religionis ingressum, capit. beneficium. de regula. lib. vj. de qua etiam loquitur glos. teneas eam cordi, in cap. ea quæ. de statu mona. & in ca. j. de purga. cano. vbi Panor. & clarius tenet Ange. in §. si monachus. in fin. in Authen. de sanct. episc. ix. collatio: tamen naturalis nobilitas ex sanguine prouenies non perditur, vt vidistis. Nec etiam politica, & ciuilis, si in temporalium administratione non versetur, qualis est nobilitas doctoratus, qui est dignitas. l. prouidendum. C. de postulan. secundùm Bartolum in procemio. C.

213 †& hinc est, quòd religiosi possunt doctorari, vt doceant & prædicent, dum tamen hoc fiat de licentia sui superioris, secundùm Hostien. in summa titul. de magistris. §. qualis debeat. & Panor. in c. de multa. de præben. quoniam talia religiosis conueniunt, maximè prælatis: quia doctoratus est actus ecclesiasticus, & à persona ecclesiastica recipitur seu authorizatur,

secundùm

BIU Cujas

☞ſecundum gloſ. in clemen. ij. de magiſt. [Hæc quæſtio fuit plenè diſputata per duos iuuenes ſcholares in doctoratu domini Ludo. de Rochechoard prioris Maciniaci die quinta Februarij, anno domini M. ccccxcviij. in vniuerſitate Caturcen. celebrato, qua die doctor iſte præfato domino inſignia doctoralia contulit cum maxima pompa poſt repetitionem cap. j. de election. de qua dicam infrà in ij. deciſione, loquendo de priuilegio, quod habet rex Franciæ in dignitatibus electiuis, vbi plenius dicã. & fuit præfatus doctoratus vltimus actus, quem fecit in dicta vniuerſitate: quia ſequẽti menſe Martio fuit per dominum noſtrum regem Ludouicum creatus conſiliarius regius in ſuo Parlamento Burdegalæ, & deinde in fauorem ipſius idem dominus rex eum tranſtulit in ſuã curiam Parlamenti Toloſæ, vnde oriũdus erat, & hoc die prima Septembris, anno domini M. ccccciij.] Præterea poteſt intra eccleſiam dari & conferri, ſecundum Panormit. in c. cùm eccleſia, de immu. eccle. poſt Ioan. Andr. in cap. decet illo eodem titul. lib. vj. Et ita dietim ſeruatur, & ſic iuſtiſſimè per Arreſtum fuit Pariſiis in Parlamento quidam carmelita receptus ad probandum ſayſinam in ſimplici querela ratione lectuæ ſeu magiſtratus in ☞Theologia. [De quo meminit dominus Auffrerius in ſuo tractatu Arreſtorum cap. clxxvj.] Etiam per profeſſionem nõ perditur nobilitas ſpiritualis, imò augetur, qua nobilitate eſt ille nobilis, qui eſt acceptus Deo, j. Regum ij. cap. Quicunque honorificauerit me, ego glorificabo eum. Et qui contemſerint, erunt ignobiles. Quid enim prodeſt (dicit Chryſoſtomus ſuper Marcum iij. cap.) ei quẽ mores ſordidant, generatio clara? Quid proficit Cain, quòd filius Adæ, & primogenitus humanæ naturæ fuerit? Aut quæ vtilitas ſanguine meo, ſi deſcendero in corruptionem? Pſalmo xxix. Non ergo mirum, ſi pa-
214 rentibus religioſi ſuccedant ab inteſtato. † Plus dico, quòd etiam ſi ſtatutum, vel conſuetudo patriæ haberet, quòd mortuo aliquo ſine liberis in poteſtate cõſtitutis, curia, aut Baro, vel alius quicunque tẽporalis dominus ſuccedat, exclusis agnatis & cæteris parentibus, (de quo plenius dicã infrà in vltimo principali articulo) & aliquis de terra illa deceſſerit vnico relicto filio religioſo, & extra patriam poteſtatem in ſolius abbatis poteſtate cõſtituto, vel relicto filio epiſcopo, qui pariter tempore mortis patris nõ erat in poteſtate ſua, à qua fuerat epiſcopali dignitate liberatus. C. de epiſco. & cler. authen. epiſcopalis dignitas, eò tunc baro, aut curia nõ ſuccederet. Quia licet epiſcopus, aut profeſſus ſit extra poteſtatem patris, vbi eſt eius fauor, quòd non ſit in poteſtate, non tamen vbi eſſet ei odium & damnum, vt in caſu noſtro: in quo cenſetur in patris poteſtate manſiſſe, ſecundum Bart. in propriis terminis in l. item in poteſtate, cũ ll. ſeq. & in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & Bal. in l. nepotes. illo eod. titu. & Ioã. Fab. in §. j. Inſti. quib. modis ius patr. poteſt. ſol. Nec valent ſtatuta in contrarium, velut cõtra libertates eccleſiæ, & religionis retractiua, vt dixi in verbo, *duas habens filias.* in prima principali fallentia. quicquid diſtinguendo tenuerit Bart. in l. fin. C. de
215 pact. de quo infrà dicetur. † Et hoc verum, ꝙ monachus tanquam ſuus hæres ſuis ſuccedit ab inteſtato parentibus, niſi religionem intraſſet cordigerorum ſancti Franciſci, qui cùm ſecundum eorum regulam proprium habere nõ poſſint in particulari nec communi, ſuccedere etiam parentibus non poſſunt, imò per expreſſum ſuccedere etiam ex teſtamento ſunt prohibiti, vt in clem. exiui de paradiſo. de verb. ſign. & plenè per Bart. ſuo quarto Minoricarum libro, in prin. Et ſi bona ante profeſsionem haberent, illa perderent, quæ penes ab inteſtato ſuccedentes remanerent, per Auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. ſecundùm *communem opin.* [De quo dic vt in fin. ij deciſionis j. eod.] Et idem in cęteris mendicantibus, quibus ſucceſsio parentum non competit, cùm mortui fingantur. [De quo plenè j. ſuper verbo, *in*
216 *eodem teſtamento relinquens.* j. in viij. limit.] † Ex quo ſumitur cautela pro matre, quæ ex adultero & non marito prolem ſuſcepit, quòd eam inducat ad profitendum regulam mendicantium, ne marito patri putatiuo ſuccedant, ſecundum Panorm. in c. veniens, ver. ſecũdò quæritur. de eo qui duxit in matr. & plenè Petr. de Anch. in c. non remittitur peccatum. de reg. iur. libr. vj. quia tales mendicantes etiam patri ſuccedere non poſſunt. & ita fuit aliàs Arreſto Pariſiis pronunciatum contra quatuor ordines mendicantium, quòd non erant recipiendi, imò nec cæteri religioſi etiam ordinis Cluniac. conquerentes in caſu ſayſinæ, & nouitatis ratione ſucceſsionis parentum, & ita fuit dictum contra cordigeros Montiſpeſſulani in teſtamento alicuius hæredes inſtitutos. [De quo habetur per dom. Auffrer. in tract. ſuo Arreſto-
217 rum, c. lvj. & clj.] † Valeret tamen teſtamentum, in quo mendicantes reperirentur inſtituti hæredes, quia ſi captiui qui ſunt ſerui, poſſunt hæredes inſtitui. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. pari ratione inſtitui poſſunt hæredes tales religioſi, licet proprietatum ſint incapaces, non vt bona teneant, ſed vendantur per epiſcopum, & pretium in eorum neceſsitates conuertetur, vt d. l. ſi quis ad declinandam. & l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ff. de leg. iij. [De hoc pleniùs in fin. ij. deciſ. j. vbi datur remedium petendi talem hęreditatem, & non quòd ipſi agere poſſint.] Poſtquàm enim collegium eorum eſt approbatum, poteſt hæres inſtitui, vt d. l. j. C. de ſacroſ. eccl. & ita ſeruatur, ſecundum Bart. in l. ciuitatibus, ff. de leg. j. & in l. ſeruos, ff. de alim. & cib. leg. & latiſsimè in ſuo magiſtrali tractatu Minoricarum, quem videatis, vt non ſolùm ſucceſsiones, & proprietates ſeculares eſt eis prohibitum habere, à quibus abſti-
218 nere debent, & in mendicitate viuere, † ſed etiam ad beneficia eccleſiaſtica ſecularia, & adminiſtrationes extra eorum profeſsionem & regulam, etiam per Papam diſpenſati aſpirare non debent, ſed ab his abſtinere, quæ eorum mendicitatem, & viuendi regulam infringere poſſent. Præterea portare habitum mendicantium, & ex fructibus beneficiorum præſertim ſecularium viuere, & diuites fieri, monſtrum eſſet ac patens contradictio, quòd Papa, qui aliquando cum eis diſpenſat, tolerare non deberet, ſciens quòd non quærunt niſi fraudare clauſtrum, & vagari ſub colore talium beneficiorum adminiſtrandorum. Et Et pro vltimo ſubſidio, ſi beneficia & dignitates habere non poſsint, vicarios epiſcoporum, & epiſcopos portatiles, & gratiæ ſe fieri procurant, vt cum Pſalmiſta dicere poſsint, Pſalmo cxxiiij. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, ſecundum gloſ. in clement. in pleriſque. de electione. Vnde cùm Papa olim cum eis faciliter diſpenſaret ad beneficia etiam ſecularia tenendum, & dignitates eccleſiæ,
219 † plures & infiniti fuêre ſequuti abuſus, & ipſorum mendicantium diſſolutio in totalem ferè religionis tam ſanctæ & eccleſiæ Dei neceſſariæ vituperium.

BIU Cujas

& destructionem, in partibus præsertim Tolosanis tempore Caroli sexti Francorum regis. Qui videns abusum, & eorum cum laicis vtriusque sexus ad causam secularium beneficiorum couersationem, anno domini M. cccxiij. & die xix. mensis Februarij, suas patentes Parisiis existens concessit literas Senescallo iudici maiori, & vicario Tolosæ directas: Per quas considerans Christianissimus princeps religiosos mendicantes terminis suis non contentos, ac suæ professionis immemores, vitio ambitionis excæcatos, nō aduertentes, quòd fundatores ordinum mādatum statuerant salubriter, & decreuerant eosdem mendicantes in paupertate, & mēdicitate victuros, præsertim minores, qui nec in communi, nec particulari proprium habere possunt, iuxta suarum tenorem regularum. Quinimo abdicatio proprietatis, sicuti custodia castitatis, adeò est annexa regulæ monachali, vt nec contra eam summus pōtifex possit licentiam indulgere. Et aliis circa præmissa considerandis consideratis, præfatis cōmissariis, & eorum cuilibet mādauit, quatenus de & super præmissis diligenter & secretè se informarent, & si de his ita esse appareret, præciperent & mandarēt procuratori regio dictę Senescalliæ, vt de præmissis, & circa bullas præmissas collationes, reseruationes, seu quascunq; prouisiones factas, seu fiendas supradictis, & quibuscunque aliis mendicantibus vel alteri eorundem, se viriliter opponeret, & oppositionem prosequeretur coram ipsis. Et talē nouam perniciem seu potius superstitionē, in clero, populo, & regno fieri, nec attētari permitterēt. Et si quæ attentata fuissent, aut innouata per dictos mendicantes, aut eorum alterum, recipiendo possessionem beneficiorum curatorum, & dignitatum quarumcunque (Episcopali & aliis maioribus dignitatib' exceptis, in quibus curia Romana eosdem hucusque tolerauit) id ad statum pristinum, & debitum reducerent. & à possessione dictorum beneficiorum absque morosa dilatione expellerent seu expelli facerent eosdem mendicantes, clericósque seculares, & vniuersitates regni, iuribus eisdem pertinentibus ad causam beneficiorum prædictorum ex collatione summi pontificis, vel aliàs vti & gaudere liberè facerent & permitterent, amotis dictis mendicantibus, & reiectis sine quacunque difficultate à dictis beneficiis, inhibētes singulis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & cæteris collatoribus ordinariis, necnon gratiarum exequutoribus dictorum mendicantium, magistris dictorum ordinum generalibus, prouincialibus ministris, guardianis, & cæteris, quorum intererit, sub magnis pœnis ipsi regi applicandis, ne cōtra tenorem dictarum literarum aliquid facerent, nec attentarent, imò facta reuocarēt, rebelles & cōtradictores taliter punirēt, & cæteris trāsiret in exemplum: appellationibus, oppositionibus, ordinationibus, ac literis surreptitiis in cōtrarium impetratis vel impetrandis nō obstantibus quibuscunque, hæc ibi. (Additio.) Hoc mandatum reperietis registratum in registro ordinationum regiarū cameræ inquæstarum Parlamenti Tolosæ. fol. xcvij. verso. † Et idem quod in cordigeris, & mendicantibus (vt parentibus succedere non possint) seruatur in præsenti regno Frāciæ ex ipsius generali consuetudine, de quolibet alio religioso, etiam non mendicante cuiuscunque ordinis existat: in quo regno fuit immemorialiter obseruatū quòd religiosi nunquam suis ab intestato successerunt parentibus patri nec matri, & minùs cæteris eorū consanguineis: nec iura suitatis profitendo retinuerunt, & per consequens eis non succedunt. [Sed quid si in testamento hæredes instituantur, dicitur infrà isto eo. artic. in v. decisione.] Et consequenter ius retrahendi bona per eos alienata offerendo pretium infra annum & diem, iuxta cap. constitutus. de in integrum restitutio. ex consuetudine Franciæ, & huius ducatus Aquitaniæ nō habent, nec eorum monasteria, cùm eorum cognatio de terra migrauerit ad cœlos: cap. j. de milite vasallo, qui arma belli. deposuit. & c. non dicatis. xij q. j. Præterea (vt dixi) ex consuetudine regni non succedunt, quam refert & sequitur Masueri' optimus Aruerniæ, & præsentis regni Frāciæ consuetudinarius. in titu. de successio. testamentis, & vltimis voluntatibus. §. item per consuetudinem regni. dicens monachos haberi pro mortuis, 221 † nec per eorum professionem (quod plus est) dedicantur tacitè bona, quæ à successione parentum habuerant ante ingressum, vel ipsi aliter acquisiuerant, quæ per professionem aliis accrescunt parentibus in gradu parentelæ proximioribus de iure succedere debētibus. facit l. si quis presbyter. C. de episcopis & clericis. si ipsi aliter prius non disposuerint, aut expressè bona illa non dedicauerint: quia finguntur postquam professi semel fuerunt, nunquam fuisse hæredes, aut bona habuisse, vt in monasterium non transeant, nisi illa expressè dedicauerunt, quæ tempore ingressus, & professionis eis competebāt, & ac- 222 quisita iam erant. † Nec posset Papa dispensare, vt monachus succedat, & maximè in his, in quibus iurisdictionem non habet temporalem, etiam si talis monachus factus esset episcopus, secundum eum in dicto §. Et sic cessat in regno, nec locū habet dispo- 223 sitio authē. ingressi. de sacrosanct. eccle. † Nec pariter seruaretur l. fi. de episc. & cler. nec quod ibi dicūt Docto. maximè Ioan. Fab. quòd monachus iure suitatis transmittat in suum monasteriū hæreditatem paternam: sicut filius in potestate patris tēpore mortis constitutus illam transmittit ad quoscunque hæredes. Quoniam hæc omnia iuris communis statuta in regno Franciæ non seruantur quo ad religiosos: quia non subest Imperatori, qui tales leges condi- 224 dit. † In quo regno etiam monasteria nūquam successerunt, nec succedunt, nec visum fuit vnquam monasteria succedere, nec successiones petere ex persona professorum viuentium aut mortuorum, saltem quòd obtinuerint, nec etiam iure proprio tanquam loco filiorū existant. Cùm etiam verè monasterium loco filij nō sit, vt clarè decidit Panormi. xv. colum. & Fely. magis plenè xviij. col. in cap. in præsentia. de probatio. Imò notoriè eis, & quibuscunque religiosis partagium ab intestato petentibus à suis fratribus vel aliis parentibus in Cancellaria regia literæ denegantur, obstante eis generali regni consuetudine. 225 † Et in hoc plus potest consuetudo, quàm statutum, vt scilicet professi nō ab intestato succedāt, nec eorum monasteria. Et ratio differentiæ est: quia cōsuetudo initium habuit volūtarium, statutum verò initium habuit necessarium & coactiuum, prout à simili decidit Panormit. in cap. cùm M. ferrar. prope finem. de constitutio. vbi multos à vitio & labe simoniæ excusat consuetudo, qui excusari statuto non possent. Præterea valet maximè talis consuetudo, quia est generalis, qua vsi semper fuerunt clerici, & religiosi non petendo partagium fratribus in bonis intestati parentis, sicut ea vsi sunt laici in retinēdo integram successionē. Quo casu valet talis consuetudo

BIU Cujas

ſuetudo generalis, qua mixtim clerici & laici ſimul vſi ſemper fuerunt, ita quòd eccleſiam etiam ligat & adſtringit, ſecundùm Inno. in capit. cùm dilectus. de conſuetu. quem ſequitur Ioan. Fab. in §. ex non ſcripto. prope finem. verſic. ſed quæritur an conſuetudo tollat legem, &c. Inſtit. de iure natur. Eccleſia enim non vtendo iure ſuo perdidit illud, ſecundum gl. in
226 cano. cùm multæ. xv. quæſtio. viij. † attento maximè, ℭ ſucceſsiones ſunt de iure poſitiuo, ſecundum Bald. in l. meminimus. C. de legit. hæredi. ſicut tituli beneficiorũ vt dicit Innoc. in cap. niſi cum pridem. de renuntia. & Bal. in l. reſcripta. C. de precib. impera. offeren. Cui iuri poſitiuo ſemper in regno iſto obuiauit cõtraria conſuetudo & faciliter: quia ei quod plus eſt, derogare potuiſſet, vt dixi iuxta illud: Turpius eiicitur, quàm non admittitur hoſpes. Facilius enim aliquid fieri impeditur, quàm iam factum rum
227 patur. facit text. in dicto §. ex non ſcripto. † Nec creditur illos peccare, aut in foro conſciẽtiæ teneri parentes monachorum, qui tales inſolidum retinent ſucceſsiones, poſtquã ſic viuere conſuetum eſt. Pro quo facit quod decidit Zabarel. Cardin. in capi. cùm ad monaſterium. de ſtatu monachorum. vbi dicit, ℭ ſi in aliquo monaſterio non ſit memoria, quòd vſus carniũ ſit prohibitus: quia ſemper ibi comeſtæ ſunt, certè ibi aſſumens de nouo habitũ, non peccat ſi carnes comedat, mores ſequendo aliorum, quicquid regula dicat & præcipiat, quod etiam tenet Panormitanus in cap. Deus, qui eccleſiam. ij. col. de vita & honeſtate cleri. Or in præſenti regno viſum nunquam fuit profeſſos nec corũ monaſteria cum effectu hæreditates parentum ab inteſtato mortuorũ petiiſſe, ſaltẽ obtinuiſſe, nec eis adiudicari. Igitur nõ eis debentur, quicquid iure communi ſtatuatur, cui regnicolæ (vt dixi) nõ ſubſunt. Ideo ipſum ſequi nec obedire tenentur. Primò quia ipſum nunquam quo ad hoc receperunt, nec cõſtat, quòd eo vſi fuerint, quia
228 viderunt eum ſuis moribus non conuenire. † Licet enim lex à poteſtatem habente ex cauſa rationabili edita liget etiam in foro cõſcientiæ ad mortale peccatum ſubditos, ſecundum beatum Thomam, quem refert & ſequitur Panormi. in cap. j. de conſti. Non tamen ligauit Gallos Imperatori, legíque ſuæ nõ ſubditos, nec etiã canon, aut alia eccleſiaſtica conſtitutio eos ligauit quo ad monachos ad ſuccedendũ recipiendos, poſtquàm illa non receperunt, nec vtendo approbarunt: quinimò vſu contrario ſemper vi-
229 xerunt. † Lex profectò vel canon ab initio, quòd cõdita eſt eo ipſo neminem ligat, donec fuerit à ſubditis recepta. Quæ cùm eis obſeruãda præſentatur, poſſunt eam repellere expreſsè, vel tacitè: ſcilicet ea non vtẽdo nec ei obediendo. Nec eſt verum nec veriſimile principem velle ſubditos ligare, ex quo lex ſua eorum moribus, & vſu non approbatur: quia lex conuenire debet loco, & patriæ cõſuetudini, ſecundum gl. in c. ſi qui virorum. xxx. diſtinct. per text. in cap. erit autem lex. iiij. diſtin. Cùm habeat vnaquæque conſtitutio quandam tacitam, & implicitã conditionem, videlicet, ſi moribus ſubditorũ cõueniat, & per eos recipiatur, aut eorũ vſu tacitè acceptetur & approbetur. Et inde eſt, quòd lex noua prius quã liget, publicatur, vt tũc à ſubditis recipiatur vel repellatur. in Authen. vt nouæ factæ conſtitu. & plenè per omnes in capit. fin. de conſtitu. Et hoc eſt quod prudẽter dixit Aurelius Auguſtinus, in libro de vera religio. Leges, inquit, inſtituuntur, cùm promulgãtur, firmantur, cùm moribus vtẽtium approbantur: ſicut enim moribus vtentium in contrarium nõnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, id eſt, in totum repulſæ aut ſublatæ, ita moribus vtentium leges ipſæ confirmantur. vnde illud Theleſphori Papæ, qui decreuit vt clerici generaliter à quinquageſima ieiunãdi propoſitum ſuſciperent, & à carnibus & delitiis abſtinerent: quia moribus vtentium approbatum non eſt, aliter agentes reos trãſgreſſores nõ arguit. Hæc ille. videatis tex. in cap. in iſtis. iiij. diſt. Quibus concordat text. ciuilis optimus in l. de quibus. ibi, Nam cùm ipſe leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt, &c. ff. de legib. & in l. j. illo eo. tit. vbi ad eſſe legis, vt ſcilicet firmam vim habeat, requiritur ℭ ſint reipublicæ, id eſt, populi ſubditi cõmunis ſpõſio, & approbatio. Et inde eſt,
230 † ℭ lex alicui dirigẽda populo, ſcribi debet ſecundum idioma illius populi, vt ibi clarè intelligi poſſit, & intellecta acceptari, aut reſpui, vt per Ludoui. Roma. in l. j. §. fina. ff. de verborum obligationib. &
231 Fely. ſuper rubri. de cõſtitu. † Vnde cauti principes eam ob rem, cùm leges condere volunt, vt populi conſenſum habeant, de ſingulis regni partibus proceres à populo exquirunt, & conuocant, quorum conſilio leges faciunt, & promulgãt. Quæ practica ſumpta eſt ex text. in tit. Inſtitu. de iure naturali. §. ſenatuſconſultum. ibi, Senatum vice populi cõſuli, &c.
232 Et ita dietim in Francia ſeruari videmus. † Hæc & ℭ præterea patenter nos docuit Lycurgus. [Hic primus leges tradidit Lacedæmoniis. vij. diſtinct. cap. Moyſes.] Lacedæmoniorum facilè princeps ſapiẽtiſsimus, qui leges ſubditos donec receptæ fuerint non ligare diſcretè cognoſcens, cùm leges aliquas iuſtiſsimè editas Lacedæmoniis tradidiſſet, eõſque difficiles ad eas acceptandas obſeruãdáſque cognouiſſet, finxit ſe Deum Apollinem ſuper earum iuſtitia, aut iniuſtitia conſulturum: dummodò vſque ad eius reditum ſubditi eas ſeruare iurarent, prout fecerunt. Quo facto, vel leges illas faceret æternas, ad Apollinem profectus, exulare, in patriámque ſuam ac regnum nunquàm redire maluit. Et ne eo mortuo oſſa ſua in patriam ad violationem iuſtiſsimarũ legum, quaſi ipſe rediiſſet, reportarentur, illa in mari proiici iuſsit. Et ſic non redeundo ſubditos leges perpetuò ſeruare ligauit, qui aliàs ligati non fuiſſet, nec eas acceptaſſent, ſed eas fortè repuliſſent: quia ſi lex etiam à ſubditis recepta, de conſuetudine & vſu contrario abrogari poteſt, vt dicit textus in proœmio Inſtitu. & in §. ex non ſcripto. verſi. ea verò, Inſtitutio. de iure natura. multò facilius poſſunt non recipi & reſpui ab initio. Ex quibus clarè videtis non ſeruãtes leges, aut canones circa monachorum ſucceſsiones, tacitum habere pro ſe legis, & canonis conditoris conſenſum, qui legem condendo eam tali conditioni ſubiecit, poſito quòd eam non expreſſerit, quia ſatis eam ſubintellexit, ſcilicet ſi à populo reciperetur, vel vſu approbaretur. Ita quòd eam non recipientes nec ſeruantes non venire dicuntur contra præceptum ſuperioris, ſecundum glo. ſingularem. & Hoſtien. ibi ſuper verbo, frangere. in fine. capitulo primo, de treuga & pace. vbi lex mandans pacem, & treugam certis ibi ſpecificatis diebus ſeruari, quamuis ſit lex illa ſummè fauorabilis, propter pacem eccleſiæ, & populo perneceſſariam, & ſine qua nõ bene colitur Deus pacis auctor. cap. ad apoſtolicæ. de re iudica. libro ſexto. Tamen quia non fuit recepta, eam non ſeruantes non peccant, nec legis dicuntur tranſgreſſores, vt ibi. Ad

hoc

BIU Cujas

hoc facit gl.in verb.illorũ.in can. de libellis.in fi.& 233 quod ibi voluit Dominicꝰ xx.dist. †q̃ licet ecclesia Orientalis canones non receperit de cõtinentia clericorum, tamen propter hoc non incidit in hæresim. Pariter decidit Cardi. de monialibus.quæ de clausuris constitutionem non receperunt, de qua in cap.j. de statu mona.lib.vj. Et idem Dominicus in ca. obeuntibus.lxiij.dist. de ecclesiis cathedrali. quæ illum canonẽ non receperũt, nec religiosos vocare voluerunt in electione episcoporum. Videatis Alexand.in prima parte consil.cxxxij.incip. super primo dubio, 234 &c. † Et in hoc videtur aliqui errare, qui dicunt ecclesiam Gallicanam Bituris tempore Caroli septimi Francorum regis congregatam non potuisse aliquos sacri Basilien.cõcilij canones respuere, prout fecit: quia imò illos respuere & nõ acceptare, & quos recepit in eos acceptando modificare addendo vel detrahendo modum, aut formam adhibendo potuit, non hæsitatione potestatis,& auctoritatis ipsius condentis,& promulgantis concilij generalis, sed quatenus commoditatibus, temporibus, & moribus regionũ, & personarum regni, & Delphinatus congruere cõueniréque patres conspexerũt, vt patet ex prædictis: & cauetur expressiùs in text. pragmaticæ sanctionis paulo antè decretum de auctoritate,& potestate sacrorum conciliorum. Quia si in totum respui poterant, multò faciliùs potuerunt in parte solùm acceptari, qualificari, aut modificari. Nec obst. text. dictę pragmaticæ paulò antè fin. in §. demũ concluſit prælibata congregatio. Per quam glos. ibi in verbo, admittentur. videtur sentire modificationes ecclesiæ Gallicanæ Bituris congregatę, cùm ad generale cõciliũ admittendæ referrentur, quæ ex pòst non fuerunt per concilium (quia ilico dissolutũ fuerat) admissæ, nullum effectũ sortitas fuisse, & consequenter nominationes locum non habere. Quoniã respondetur, quòd ad validitatem dictarum modificationũ 239 per ecclesiam Gallicanam factarũ, non de necessitate requirebatur, quòd per concilium generale admitterentur & approbarentur, nisi solùm pro abundãti cautela, cùm (vt vidistis) populus subditus ex seipso respuere posit legem superioris sibi non conuenientem, aut eam modificare, prout reipublicæ regionis illius expedierit. Vnde talis abundans cautela, si adhibeatur vel omittatur, non vitiat. l. testamẽtum. C. eod. Et etiam text. in d. §. demum concluſit. si bene intelligatur, contrarium non vult, nec requirit confirmationem modificationum prædictarum per concilium fiendam, sed solùm confidebat, quòd tanquã rationabiles & regni, & ecclesiæ Gallicanæ bene cõuenientes acceptarentur, prout acceptari debebant, 235 saltem vt dixi pro abundanti cautela. † Ex quibus restat populum & ecclesiam Gallicanã respuere potuisse dictam l.fi. C.de episc. & cleri. & canones illi similes, eísque non vti,& contrariũ seruare, prout etiam in Gallia receptæ nunquã leges Romanæ fuerunt. nec Galli eis vti voluerunt.iij. quæst.v. cap.de accusationibus. vbi Papa Eusebius in Galliam scribens, leges Romanas vocat quo ad Gallos, exteras, quasi eis Galli non vtantur, vt ibi dicit gloss. Pariter Papa Ioãnes I I. reginæ Franciæ scribẽs, non ei allegat leges Romanas, quibus non vtebatur, sed ei allegat leges Lombardas. cap. cùm deuotissimam. xij. 236 quæstio.ij.cum seq. † Et quia ille non vsus immemorialis existit, præsumitur dictas leges, & canones nunquam recepisse, & contrariam consuetudinem iustam fore,& ex causa iusta introductam, secũdum 237 glo. in c. illa xij.distin. † Nam cõsuetudo tanti temporis, viso quòd quo ad successiones tẽporales laicis incapacitas aliqua obiici non potest, titulũ inducit, aut saltem præsumptionem tituli & priuilegij.c.j.de præscrip.lib.vj.gl.& doc.in c.si diligenti.de præscr. facit tex.optimus in l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arcen. & in l.in summa.eod.tit.dicitur, quòd lex, natura, & vetustas æquiparãtur, vt quod potest lex superioris vel natura, etiam posit vetustas ac inueterata consuetudo. Et hoc clarè decidit Panor.in d.c. Deus, qui ecclesiam. & Cæsar in Commentariorum suorum de bello Pompeiano, lib.ij. Est, inquit, omnium rerum magister vsus hominum. Prius quàm enim regnum Franciæ legem suscepisset orthodoxam, fuerant in regno religiosi quidam, qui Druydes vocabãtur. de quibus meminit Imperatorũ ille Primas idẽ Caius Iulius Cæsar lib.vj. Cõmentariorum de bello Gallico, quem ipse in Galliis scripsit, qui quidẽ Druydes non leguntur suis parentibus succesisse. Vnde eo modo ex pòst religiosos vixisse, vbi interruptio generalis non probatur, est verisimiliter præsumendũ, & contraria iura recepta non fuisse. Quæ & si recepta forent, illis memorialiter vsum non fuit, saltem 238 vniuersaliter, imò sic viuendo ecclesia tacuit. † Similiter Papa & clerus totus, vt ex tanto tẽpore præsumitur, sciens tolerauit, quòd sufficit ad peccatum euitandum, secundum gl. in verb.de iure teneri. in c. gratia.de rescrip.lib.vj. pro qua gloss.in verbo, In vna domo. in ca. quoniam, vt ait. scriptura de vita & hone.cleri.& gl.in verb.iterari. in fi. in ca.vir autẽ. de secund.nupt. Nam Papa, qui super hoc potestatẽ priuilegiandi, & disponendi ac dispensandi habet, videtur populum Gallicanum in hoc dispẽsasse. Argumento.l.quidam consulebant.ff.de re iudic.& tenet Panor.in verbo, Pannis rubeis. in c. clerici officia.de vita & hon.cleri.& in c.à nobis.in fin.de decimis. †Maximè quia consuetudo, de qua loquimur, vulgata est & notoria: Et tales sic vulgatas consuetudines princeps præsumitur scire, secundum Bal.in l.ij.C.quæ sit lõga consuetu.& subiicit ibidem, quòd longa patientia superioris habet vim priuilegi, seu confirmationis: Ita quòd ciuitates Italiæ, quæ merũ præscripserunt imperium, præsumũtur illud de scientia Imperatoris præscripsisse, vt sentit glos. magna in verb.iurisdictione.in fi.in §.nulla.in Authentico, de defens.ciui. Consuetudines enim, ex quo sunt generales, & non particulariter locales, præsumitur princeps non ignorare.c.j.iuncta glo. in verbo, Singularium. de constit.lib.vj.& sequitur Bald.in rub. de consuetudi.recti feud. quia sicut non licet ignorare leges generales, nec earum ignorantia excusat. l.leges sacratissimæ.C.de legibus.sic etiam ignorare non licet generales consuetudines, quas princeps & cæteri præsumuntur scire, nec eorum ignorantia excusat, secundum Iacob. de Aret. in l.j. vers. quid de 240 mercatore. C.de summa Trinitate. † Ad prædictam consuetudinem Franciæ, facit quod consuluit Oldra. consilio xvij.incipien. Thema tale est, quidam clericus. volens quòd licet bona quæcũque clerici per suum episcopum condemnati deuoluenda sunt in fiscum ecclesiæ, vt tenet glos. in cap.quia diuersitatem. super verbo, Præter eius.in fin.de concess. præben. Attamen in regno Franciæ bona immobilia ex ipsius generali cõsuetudine fisco regio applicantur: Quæ quidẽ cõsuetudo secundum eum seruanda est pro lege.l.iij.§.diuꝰ. ij.ff.de sepul. vio.& l.fi.C.de eman.li. vt tenet Old.consi.iiij. dicens ita fuisse iudi-

catum

BIU Cujas

catum in ciuitate Aquenſi in Prouincia. Idem tenet Ioan. Andreæ, de bonis clerici immobilibus in addi. Specula. titu de feud. §. penul. verſic. xl. vbi dicũt, bona mobilia pertinere ad eccleſiã etiã in regno Franciæ, & Petr. de Anchara. in capitu. ea quæ fiunt. in xxij. quęſtio, de regu. iur. libr. vj. & Pal. conſil. cliiij. incipien. Circa præſentem. & conſil. clxxij. incipien. Circa id quod primò quæritur. Videatis quæſtionẽ capellæ Toloſanæ. cl. quæ idem decidit. Sed latiſſi-
241 mè Ioan. Andreæ. vbi ſuprà. †Cuius deciſioni concordat ordinatio regia Philippi Pulchri quondam Frãcorũ regis facta anno domini M. cccIij. mẽſe Februario, per quam expreſſè vetuit bona mobilia clericorum clericaliter viuentium capi poſſe etiam pro
☞ remẽda regia, per iudicem ſecularem. [De qua meminit dominus Auffrerius in ſuo tract. ordi. regiarũ titu. de reſcri. cap. ij.] (Additio) Quam etiam ordinationem reperietis in regiſtro ordinationum regiarum cameræ inquæſtarum Parlamenti Toloſæ folio xxxvij. verſo. Et ita etiam tenet Maſuerius conſuetudinarius titu. de iudicibus, & eorum iuriſdictione. §. j. plus dicens, quòd de re mobili, quouis modo agat, poteſt iudex eccleſiaſticus etiam inter laicos cogno-
242 ſcere. l. ſi qui ex cõſenſu. C. de epiſc. audien. † Et ſic iudex laicus de bonis clericorum mobilibus minus ſe intromittere poteſt, nec de perſonis. Adeò quòd aliàs ſuis arreſto Pariſiis dictum, quòd presbyter vel ſimplex clericus ſe ſuſpendens, eſt per iuſtitiam ſecularem epiſcopo ſuo reddendus mortuus, ſicut ei redditus fuiſſet viuus pro delicto, ſed bona immobilia per ſecularem capi poſſunt, ità quòd in dicto regno ceſſat diſpoſitio can. ſi quis rapuerit. xxvij. quæſtio. j. & can. ſi qs deinceps. xvij. quæſt. iiij. & conſequenter ceſſare videtur diſpoſitio l. raptores. in fine. C. de
☞ epiſc. & cleri. [De hoc Arreſto etiam meminit dominus Auffrerius in ſuo Arreſtorum tractat. c. cviij.] Cuius regni cõſuetudo probatur & clarè fundatur, per tex. in capit. Felicis. §. j. & §. ſi qua verò funda. de pœnis. lib. vj. facit tex. in l. ſina. ibi, vel clericus. iuncta gloſ. in verbo, præſcribendum. C. vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis vel alie. imponat. facit quod j. dicã in ſecunda deciſione, vbi videbitis nulla eſſe in regno Franciæ bona immobilia ſecularia, quæ nõ dependeant à rege iure directi dominij, vel auctoritatis, & in eccleſiam, vt ibi maneant nõ tranſmiſſibi
243 lia, vt ibi dicam. †Sanè tamẽ intelligatis dictam cõſuetudinem, quòd bona immobilia clerici fiſco regio pertineant, vel alteri domino tẽporali, à quo dependent, & in cuius iuriſdictione ſunt ſita, vt plenè per Specu. vbi ſuprà, Bart. & Alexan. in l. ſi finita. §.
244 ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto. †Niſi in crimine hæreſis ſecundum aliquos, quia cùm ſit crimẽ merè Eccleſiaſticũ. c. vt inquiſitionis. §. prohibem⁹. de hæreti. lib. vj. bona fiſco eccleſiæ applicantur. Alij dicunt, quòd ad fiſcũ temporalẽ pertinent, cùm crimen hæreſis nõ ſolùm eccleſiã, ſed etiã omnes alios
☞ catholicos offendat. Quod maximè eſt verum in bonis recognoſcentibus principem, & dominum temporalẽ, vt plenè per Fely. in c. vergẽtis. in primo nota. de hæreti. j. vbi etiã decidit, quòd ſi hæreticus cõdemnatus reſtitueretur per Papam, uon propter hoc bona principi aut domino temporali per cõfiſcatiõnẽ acquiſita, recuperaret. Pro primo dicto facit text. in c. excommunicamus. lo. j. §. moneãtur. ibi, ſaluo iure dominij principalis. j. de hæreti. & in cap. cùm ſecundum leges. §. fina, illo eod. titu. lib. vj. & ſequitur Guido Papæ quæſt. lxxvj. inci. ſi in terra. quòd bona feudalia, & emphyteutica cõfiſcentur domino, à quo tenentur etiam in crimine hæreſis, clarè decidit Philippus Francus in dicto capit. cùm ſecũdùm. §. cõfiſcationis. ſubiungẽs, quòd ſi hæreticus bona haberet in diuerſis prouinciis, vel ſecundũ conſtitutionẽ Papalem diuidãtur in tres partes, fiet vt ibi dicitur per Ioan. Andreæ, & Philip. vbi dicũt hodie per bullam Papalem bona hæreticorum cõfiſcata diuidi in tres partes. Prima ad poteſtatẽ ſecularẽ, ſecunda ad officiales pertinet. tertia verò reſeruatur fiſco eccleſiæ
245 Romanæ. † Et eo modo bona Raymũ. comitis Toloſani poſt eius deceſſũ, quia hæreticos fouerat, fuerunt diuiſa inter eccleſiã, & regem, & omnia regi applicata. quæ ab ipſo tenebantur in feudum, cùm eſſet vnus de paribus Franciæ, ac cætera alia circa Rhodanum exiſtentia. Quod ſeruatur etiã in bonis clericorum immobilibus, vt pro delicto confiſcata ad fiſcũ
246 regiũ pertineant. †Imò in dicto regno ex ordina-
☞ tione regia, [Hęc ordinatio, quæ ſequitur eſt hodie per dominũ Auffreri. ſituata ij. in ti. de vita & hone. offic. & ſubditorũ.] ſi clerici pro ſuis enormibus delictis rempublicam regni, aut patriæ vel loci ſcandalizantibus, coram ſuo epiſcopo cõuenti, aut ei per iudicem ſecularem remiſſi, liberarentur à carcere ſine debita eorum punitione, & in terra regia morarentur, prout dietim per nonnullos auaritiæ duces epiſcopos, pecuniaria cõpoſitione redempti, reſeruatã actione parti damnificatæ, quæ de iure, & ſecundum bonam rationem pœnis fiſcalibus erat præferenda. l. in ſumma. ff. de iure fiſci. & l. j. C. pœnis fiſcali credi. præferri lib. x. elargiantur in eccleſiæ Dei ſcandalũ, & reipublicæ regni, cùm ſępe, vt præ oculis habem⁹, cõtingat, quòd laici ſunt pro crimine capitaliter puniti, & clerici eiuſdem complices criminis pecunia redẽpti, ab epiſcopis elargiuntur in reipublicæ ſcandalum, ex inæquali punitione procedẽs: certè eo tũc bona immobilia talium clericorũ, quæ ſi debita punitione per epiſcopum de crimine facta, fuiſſent regi (vt dictũ eſt) cõfiſcata, capi poſſunt per iudicẽ regiũ, ſayſiri, & teneri, nec talibus clericis in terra regis commorãtibus ſecuritas prẽſtatur aliqua, ſecundum ordinationẽ Philippi Pulchri Francorum regis antedicti, facta anno domini M. cclxxxv. quæ ſeruatur, vbi delictũ clerici per epiſcopum impunitè relictum, ita graue erat & enorme, ac notoriũ, q⁹ rempublicam ſcandalizaret, vt dixi. ſecus, ſi nõ aliter intereſſet regis, niſi quo ad bonorũ immobiliũ confiſcationẽ: quia tunc officiarij regij nõ ſe intromitterent, & ita intelligitur dicta deciſio capellæ Toloſanæ cl. quæ prima facie videretur dictæ ordinationi regiæ cõtraria, quæ locũ habet, vbi cõpoſitio facta cũ Epiſcopo, non ſolùm regem in perditione confiſcationis bonorũ clerici damnificaret, ſed etiam rempublicam, ex euidenti inæqualitate punitionis, & iuſtitiæ diſſimulatione & conniuentia ſcandalizaret, vnde
☞ conſueuerunt officiarij regij manũ apponere. [Et notanter dixi ſuprà, bona immobilia capi poſſe per iudicem, etiam regium: quia bona mobilia, quæ ſequuntur perſonam, capere non poſſet iudex regius, & minus perſonã, nec eam punire etiam in criminibus priuilegiatis, vt infrà dicam, nec epiſcopũ cogere ad puniendum clericum, qui poſt clericatum deliquit. Si autẽ ante clericatũ ſuſceptũ deliquiſſet, poſſet epiſcopus cogi ipſum punire pœna corporali, ſecũdùm Bar. in l. cùm quædam puella. verſicu. quærit glo. ff. de iuriſ. om. iudi. dicens hoc caſu iudicẽ ſecularem eſſe maiorem eccleſiaſtico, allegans Cy. idem

tenere

BIU Cujas

tenere in l.properandum.§.sinautem reus.C.de iud. & In..in c.j.de off.ord.cùm ipse eũ punire nõ posset in persona, vt dicit idem Bart. in l.j.ff.de pœnis. sed coget ecclesiasticum, vt dixi. Si verò laicus pro crimine communi simul cum clerico per iudicem secularem inquisitus fuerit, cum clericum foro declinãte iudici ecclesiastico remissus, prout remitti debet ratione connexitatis causæ, vt singulariter decidit Anto.de Prato veteri in l.j.§.fi.ff.quæ senten.sine appel.rescin.quem sequitur Marianus in c.ij.de mutuis peti. si talis laicus per iudicẽ ecclesiasticum nõ esset sufficienter punitus, posset eum iudex secularis pœna condigna punire.argu.capit.de his.de accusa. secundùm Felyn.in capit j.de præscript.] (Additio)

247 † Et quia propter hoc in Seneschallia Carcassonæ procedebant iudices ecclesiastici per cẽsuras contra gentes regias talia bona capientes, fuit per patentes literas regias mandatum Seneschallo Carcassonæ, ꝙ eos à talibus cessare & desistere cõpelleret per bonorum suorum temporalium captionem, in quo mandato est dicta ordinatio incorporata in registro ordinationũ regiarum cameræ inquæstarũ Parlamenti Tolosæ fo.xxiiij. Nec censetur talis consuetudo fiscalis esse contra libertates ecclesiæ, postquam ita seruari semper consuetum fuit in dicto regno, cùm minimè sint mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt.l.minimè.ff.de legibus. Præterea illa cõsuetudo nihil auferet ecclesiæ, quia bona clerici non erãt ecclesiæ ante condemnationem, & eorũ cõfiscationem, de quo per Bar.in l.post contractum. ff.de donat. Nec fuit vnquam visum in regno, quòd aliqua confiscatio bonorum immobilium temporalium etiam ac clericos pertinentium applicata fuerit ecclesiæ. Vnde videtur consuetudo nihil auferre ecclesiæ, sed potiùs nõ dare, quod fieri potest, secundùm Oldr. in d.cõsi. Sicut videmus in filio & seruo, qui licet patri aut domino nihil acquisitum possint auferre, tamẽ possunt eis non acquirere: quia in acquirendis possunt eis præiudicare l.filius C.de pact. & l.si autem dominicam.vbi gl.ff.illo eodem tit.Si-

248 militer ecclesię prælati. †Imò videmus quòd laici contra ecclesiam rectè præscribunt dominia rerum temporalium.l.fi.cùm authenti. quas actiones.C.de sacrosanct. eccl.cap.ad aures. & per totum. de præscri. Igitur in casu isto consuetudo, quæ plus est, quã præscriptio, rectè & iustè potuit contra ecclesiã obtinere. & non ei dare, aut permittere confiscationis lucrum, quo ad bona immobilia clericorum delinquentium regi subiecta, cùm longè distet damnum scilicet in iam acquisitis bonis pati, & lucrũ non capere, quod est in acquirẽdis. l.fi.§.sed & si legatarij.

249 C.de iure delibe.†Pariter idem erit in successionibus, vt ex generali cõsuetudine regni ipsis monachis nõ deferãtur, nec eorũ monasteriis: quia cùm cõsuetudo nihil eis auferat, quibus bona adhuc tempore consuetudinis quæsita non erant, dici non potest talis cõsuetudo præiudicialis monasterio, nec cõtra libertates ecclesiæ, secundũ Bart. in propriis terminis consi.xxxvij.inci.quidã Cola Pauli: quia nihil ecclesiæ aufert, sed nõ defert. [Nam dispositio legis vel statuti non prodest clericis, si non vult quòd lex prosit.l.si quis curialis.C.de epis.& cler. secundùm Bal. ibi, nu.2. Ex quo infert, ꝙ licet per statutum auferri non possit clerico ius commune ei semel quæsitum, tamen auferri potest protectio statuti vel priuilegiũ vide ibi Alexand.in addi.] Nec valet, quod aliqui dicunt, quòd plures retrahentur ab ingressu monasterij. & à bono religionis, timore perditionis bonorũ, & futuræ successionis: quia respondetur, ꝙ tales, qui bona præsertim futura ambiunt, tanto honore non sunt digni, quòd ad professionem recipiantur, postquam ad terrena cogitant, & temporalia spiritualibus præferunt. Et si eos recipientes ad tam vilia cogitarent, iuridicè talibus bonis indigni forent, nec illa habere deberẽt, ad quorum prædã tendunt.cap. constituit.xvj.quæst.vij. & c.fin.xx.quæstione iij.

Prætereà cùm tales profiteri volẽtes sciant omnia eorũ bona etiam præsentia dedicari, & perdere quo ad dominium & possessionẽ, quæ ipso iure communi solo ingressu, & professione saltẽ expressa in hoc regno, monasterio dedicantur & applicantur, eodẽ timore retraherentur à religione, & tamen perduntur, vt dicta Authenti.ingressi.C.de sacrosanct.eccle.

250 † Quare nõ valet dicta persuasio, qua non obstãte, bona proximioribus parentibus debentur, in quibus nomẽ domus cõseruetur: Aliàs Iam ferè periisset, exhaustáque fuisset, & in nudis posita regni huius vniuersalis machina secularis, adeò quòd hodie monasteria omnia penè bona temporalia possiderent, Cęsare in puris & nudis relicto, de quo valde conqueritur Ioan. Pet.de Ferrariis in libello de hæreditate diuiden. super verbo, Omnis communio. Cùm vix nũc aliqua reperiatur domus nobilis, aut potens, quæ filios nõ habeat religiosos, aut filias, vel alios parentes. Vnde si facultas succedẽdi, & cum fratribus vel aliis parentibus laicis, & securalibus bona paterna vel aliorum parentũ diuidendi attributa eis esset facultas, vniuersæ regni meliores saltem possessiones à manibus laicorũ iãdiu est, exulassent: & tota laicorum armata, & pecuniæ subsidiaria potentia reipublicæ alũna ipsiúsque ecclesiæ tutrix, certè vacua remãsisset, quod tolerandũ non fuit. Imò ipsorum & religiosorum à Talliis & cæteris publicis oneribus & subsidiis exemptorum interest subsidia laicorũ durare, quæ defectu possessionum perirent: pro quibus ad solidum, & libram talia eis onera indicuntur. ali-

251 ter careret Imperator subsidio subditorum, † considerata maximè hodierna religiosorũ & monasteriorum multitudine & augmento, quæ rempublicam grauaret enormissimè. Qui quidem religiosi fratribus non parcerent, nec cæteris parẽtibus in diuisione bonorũ, quinimò temporalia omnia deuorarent, cùm eorum genus, & cæterorum clericorum sit auarissimum, secundùm glo.in verbo, maioris. in cap.si pluribus.de præben.lib.vj. in cap.nonnulli.de cleri. non residen.& in cap.auaritiæ.iuncto ca. quorundã. de electio.lib.vj.secundum Ioan.Andreæ, in c.peruenit, de censibus, quod solum sine aliqua ratione sufficeret ad tollendum, aut saltem moderandum priuilegium, per tex.in cap.suggestum. ibi, Ita raræ erant abbatiæ vestri ordinis, quòd exinde nulli poterit de iure scandalum suboriri, sed nunc ita augmentatæ sunt, &c. j. de deci. per quem text. singulariter deci-

152 dit Ioan. Andreæ in cap.dilecti.de arbitr. †quòd vbi communitas castri vsum nemoris præscripsisset contra aliam communitatem, & contingeret cõmoditatẽ nemoris non sufficere ambobus castris, præfertur communitas illa, cõtra quam præscriptũ est, ad quẽ fundus pertinet, ne vsurarius sit domino fundi molestus: Insti.de vsu & habit.§.j facit c.quid per

153 nouale.de verborum signif. † Nã præscriptio, sicut priuilegium, deficit, cùm lædere incipit. facit. c.quãto.de censi.ibi, Verùm tunc propter fratrum, & seruientium paucitatem, talis procuratio non grauabat &c.

BIU Cujas

bat, &c. In quib' iuribus ceſſat priuilegium eoipſo, quòd eſſe incipit graue & oneroſum. Ad quod facit text.not.in d.l.ex facto.ff.de vulg. & pupill. prout ſ. eam induxi loquendo de legitimatione. Præterea *cõmunem* habemus deciſionem Panor. & Doctor.in c. peruenit.de immu. eccle.poſt Io. And.ibi,volentiũ, quòd quoties priuilegiũ exemptionis lædere grauiter incipit ſubditos, vt quia princeps fortè multitudinem exemit, aut multitudo ad gaudendum priuilegio alicui ordini indulto, ad illum ordinem confluere incipit, ex quo cæteri ſubditi grauiter lædereẽtur, poteſt officiũ ſuperioris implorari, vt exemptio tollatur: quia multitudo onerosa nihil habet honeſtum.in Authen. de referen.§.propterea.verſ.multitudo enim.& vt Cicero cõcludit lib.de Off.honeſtũ ſemper eſt vtili præferendũ. Facit quod dixi in verbo, *duas habens filias.* in tertia principali fallentia.

254 † quòd renunciatio filiæ iurata non extenditur ad paterna bona futura, ſi nimis forent poſt renunciationẽ aucta,ſecundùm Bal.in c.cùm M.per illũ text. de conſti.quia ſuper excreſcẽtia exceſsiua nunquam cenſetur in præcedenti diſpoſitione comprehenſa, imò potius excluſa,per illùm tex.vbi plenè Panor.& Doct.& Iaſon in Auth.nouiſſima. C.de inoffic.teſta-

255 ment. † Nec obſtant cõtraria iura: quia ſi illorum conditores ea ad perniciem inclinare coniecturaſſent,ea ipſi tollenda in primis cenſuiſſent, vt veriſimiliter eſt præſumendum, per tex.ſingularem in l.ſi hominem.ff.manda. Quo caſu non dicitur fieri contra legem vrgente neceſſitate, vel ſuadente publica vtilitate,quod (vt refert Valerius lib.iij.tit.vij. de fiducia ſui) exemplo tradidit prudẽtiſſimus Scipio ille Africanus,cùm ad neceſſariũ reipublicæ vſum pecuniã ex ærario promi opus eſſet,idq; Quęſtores,quia lex obſtare videretur,aperire non auderẽt: priuatus, ſcilicet Scipio nullum tunc magiſtratum gerens,claues poposcit, patefactóque ærario legẽ vtilitati ce-

☞dere. [Vide quæ dixi ſuper verbo,*teſtamentum.*j. dum in ix.caſu fallentiæ loquitur de priuilegiis mili-

236 tum.] coẽgit. † Legibus enim dum populo conueniunt vtendum,dum verò officiunt, abſtinendũ eſt. Ex quo prouenit, q͡d de rebus immobilibus alicui etiam titulo lucratiuo obuentis non ſoluitur decima, ſed ſolùm de fructibus illarum: quia ſi de corporibus poſſeſſionum decima ſolueretur, cito ad eccleſiam omnes poſſeſſiones deuoluerentur,imò iam deuolutæ eſſent in totalem laicorum deſtructionem,onera reipublicæ portãtium. quod tolerandum non eſt,ſecundum glo.ſuper verbo,quaſi de lucro. in fi.in cap.

257 paſtoralis.de deci. † Poſtremò eſt illud peremptorium: quia illis iuribus in regno non fuit vſum: Sed cõtrarium ſeruatũ, ſcilicet quòd non ſuccedãt religioſi, quibus ex generali conſuetudine nunquã fuerunt delatæ ſucceſſiones, ſicut vidimus cõſuetudinẽ ſoli primogenito, aut ſolis maſculis deferre poſſe vniuerſam patris vel aliorũ parentũ hæreditatem, cæteris etiam legitima priuatis & excluſis,quanuis clerici fuerint aut religioſi, vt ſuprà vidiſtis in verbo, *duas habens filias,* in ſecũdo principali caſu fallentiæ. Et dixi ſuprà in primo noſtro præludio de agnatis

☞excludentibus matrem. [De quo etiam ſuper verbo,*in eodem teſtamento relinquens.* j.in xvij.limitatione.] Si igitur conſuetudo propriis liberis & matri, quibus in ſuccedendo magis fauetur,quàm eccleſię, aut Deo Aurelio conſulente Auguſtino in can. quicunque.xvij.quæſtio.iiij.præiudicare poteſt in defe-

rẽdis ſucceſſionibus: certè multò facilius præiudicare potuit monaſteriis & religioſis,quibus propter reipublicæ præiudiciũ minus fauetur: quia hoc propriè non eſt eis præiudicare, ſed iſtud bonum eis nõ deferre. Ad quod facit quæſt.capellæ Toloſ. præal-

258 lega.cl.in ratione ſui. † Attento maximè,quòd talis conſuetudo conformis eſt eorum voto, quo ad articulum paupertatis. Sufficit enim quòd viuãt, & modo,quod infrà videbitis,bona temporalia capiant,& retinere poſſint,aut pro neceſſitate vti, & non quòd ab inteſtato ſuccedant,& propinquos laicos depauperent ipſi, qui tot & tantis hodie beneficiis & eccleſiæ reditibus abundant: quos ſine rationabili cauſa conſuetudo non excludit ſeu repellit, de quibus ſcriptum eſt Deutero. xviij. in princip. Non habebunt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu ſunt, partem & hæreditatẽ cum reliquo Iſraël quia ſacrificia domini, & oblationes eius (id eſt beneficia, & bona eccleſiaſtica) comedent,& nihil accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum. Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis. Et ſic cõſuetudo cõformis eſt iuri diuino his iũctis, quæ ſ. dixi in primo præludio. adeò quòd ſi petitione hæreditatis alióve remedio experirentur etiã pro paterna hæreditate monachi, eis notoriè obſtaret voti exceptio & profeſſionis,ita quòd à limine iudicij per fines non recipiendi repellerẽtur,velut actione carentes,ſine qua nemo experiri poteſt.l.ſi pupil-

259 li.§.fin.ff.de neg.geſt. † Nec audirentur, (vt dixi,) petentes literas à Cancellaria regia ſuper partagio cum ſuis parentibus fiendo,quæ eis denegari cõſue-

260 uerunt. † Et quòd talis conſuetudo valeat, ſatis clarè decidũt domini de Rota in antiquis, hodie per ordinem rubricatis, tit.de conſuetu. deciſione j. incipien.ſuppoſito de conſuetudine. vbi dicunt, quòd ſi conſuetudo excludit à bonis paternis profeſſum,ſi exinde apoſtatando exeat monaſterium, & de facto matrimonium contrahat, adhuc remanet ad ſuccedendum inhabilis virtute dictæ conſuetudinis. Vnde præſupponunt talem conſuetudinem valere. Cũ quibus ſine alio fundamento tranſit Fely.in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. ibi,ſextò quæro. verſic. ex prædictis,adde dominos de Rota.ſuprà de conſtit.quod dicit eſſe notandũ. Nec credere poſſum, quòd Fely. dictam cõſuetudinem mordere diſſimulaſſet, ſi eam reprobatam intellexiſſet. Ergo ſatis videtur ex hoc eam approbaſſe, vt profeſſi ab inteſtato non ſuccedant,præfata obſtante eis conſuetudine.Idem tenet Pet.Iaco.in tit. de cau. ex quibus vaſal. debet amit. feud.verſicu. & ſi quæſtio ſit an monachus. vbi plus dicit,quòd conſuetudo loquens in ſimili caſu (ſcilicet quòd canonicus regularis non ſuccedat) etiã excludit ipſum monachum ei ſimilem, & econtra, per tex.in cap. ex parte.de poſtulan. qui pro ipſo multũ facit.& gloſ. etiam hoc clarè decidit in l. de quibus. in princip.ff.de legi. Et hæc eſt veritas,quicquid dixerit glo.ſuper verbo,in locũ. in fi. in cano.præſens. xx.quæſt.iij. volens talem conſuetudinem velut praua non valere, & malè. Quia imò valet, vt vidiſtis, iuncto quòd in regno Franciæ bona ferè omnia immobilia ſunt feudalia, emphyteuticaria aut tributaria, vt infrà dicam in prima deciſione,& ſic in manus mortuas & priuilegiatas tranſire non poſſunt,vt tangit gloſ.in l.cùm de nouo iure.& id l.humanum. C de legi. videatis tex.in cap.j.de mili. qui arma beli.depo. & in c.j.§.qui clericus. ſi de feud.fuer. con-

261 trouer. † vbi ex vſu feudorum obtentum eſt, quòd monachi non ſuccedant, nec conuentus, quod fundatur

datur naturali ratione: quia desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi. Nec beneficiũ pertinet ad eum qui gerere non potest, nec debetur officium, vt d.c.j. mortui profecto sunt, & vita eorũ absc̃dita est cum Christo in Deo. Cùm autem Christus apparuerit, & ipsi apparebunt cum ipso in gloria, vt dicitur ad Colossen. iij. quoniam qui mortuus hîc fuerit ☞ to. [In illa ordinatione non comprehenduntur religiosi, quibus parentes non succedunt, cùm non habeant proprium. Et sic etiam testari non possunt, in Authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Præterea æqualitas est seruãda, vt sicut ipsi parẽtibus non succedunt, etiam parẽtes non eis succedãt. Ideo loquitur ordinatio de clericis non religiosis.] Si enim doctori consuetudinem aliquam narranti creditur, vt tenet Bart. in d.l. de quibus. ff. de legi. multò melius credendum est regi dictam consuetudinem dispositiuè, & non ad alterius suggestionem talem esse asserenti. Sicut videmus, quòd creditur Imperatori, & cuilibet legislatori edicta prætorum, & vetera senatusconsulta ac suorum prædecessorum constitutiones & mores narrantibus, sine alia probatione, vt patet
265 in pluribus locis Institu. C. & ff. † Potest enim etiam in his testamentariis substitutionibus consuetudo, quod potest lex & canõ, vt dicto c. relatum. lo. ij. §. licet. ibi, cõsuetudinis tamen non est improbandæ. & c. Et nedum quòd clerici simplices, aut simpliciter beneficiati testari possint, de quibuscunque bonis etiam mobilibus, de quibus magis dubitabatur, cùm personam sequantur: Sed etiam de immobilibus possessionibus, quæ plus tẽporalitatem sapiunt. Imò etiam hoc possunt clerici, administrationem habentes, nõ considerata distinctione glo. in c. fi. de offic. ordina. lib. vj. Et pariter hoc possunt episcopi nõ religiosi, de quibus etiam maior erat dubitatio propter maiorem quam habent communionem, & coniunctionem cum suis ecclesiis, quàm cæteri beneficiati ob causam matrimonij spiritalis inter eos existentis. c. inter corporalia. de transla. episc. & c. requisisti. s. eod. Et quasi omnes episcopi habere cõsueuerũt à Papa dispẽsationem testandi, secundùm Henr. Bohic, in c. si qs sanè. de pecu. cle. Et nedũ testari poterunt de bonis ex consuetudine, sed etiam de fructibus beneficiorũ, necnon de spoliis, vt plenè per Guidonẽ papæ quæstio. cx. incip. An clerici possint testari. (Additio.) Dictam ordinationem Caroli sexti reperietis in registro ordinationũ regiarum cameræ inquæstarum Parlamenti Tolosæ. fo. xciiij. verso.
266 † Et vltra consuetudinem regni generalẽ clerus & clerici huius Caturcẽs. diœcesis sunt per Papam priuilegiati, vt testari possint de prædictis, scilicet de fructibus beneficiorum perceptis, & aliis bonis inde acquisitis, de quo stat bulla, quã vidi in Archiuis ecclesiæ cathedralis. Ad causam cuius annuatim in synodo soluunt singuli beneficiati episcopo Caturcẽ. certum quid pro testamentis. Clerus etiam Tolosanus hoc habet ex compositione facta cum Archiepiscopo, anno domini M.cccxcvij. & die xxvij. mensis Aprilis recepta per magistrum Petrum de Blanhaco, quondam notarium Tolosæ, cuius duplum vidi à suo originali in publicis Archiepiscopalibus Archiuis existente, authẽticè parte vocata, & auctoritate iustitiæ extractũ per magistrum Ioannem Helon notarium Archiepiscopalẽ, & dictorũ Archiuorum
267 custodẽ. † Et quia hic articul⁹ de ecclesiis, aut clericis in bonis tẽporalibus generaliter successuris, vel acquisitionibus tẽporalium rerũ in eodẽ regno per ecclesiã, & p̃sonas ecclesiasticas fiendis: posset adhuc in ali-

Item per consuetudinem regni. Quæ consuetudo talis esse etiam asseritur per Carolum sextum Francorum regem domini nostri regis proauum, in quadã per eum consultissimè facta ordinatione, super reparatione ecclesiarum & monasteriorũ regni, die sexta Octobris, anno domini M.cccl xxxv. & regni sui sex-

262 s. vidistis. dum loqui incepimus de monachis. † Bene tamen stant plura Arresta, per quæ fuit professis præsertim monialibus decreta & ordinata prouisio super bonis, & hæreditate paternis, quandiu viuerẽt pro alimentis, vbi in monasterio facultates non erant sufficientes: non quòd bonorum proprietas aut possessio in totum vel in parte fuit eis adiudicata, nisi sola duntaxat prouisio pro victu, quæ dari etiam posset mendicãtibus de iure communi ad succedendum incapacibus, vbi eorum mendicitas non sufficeret. Ad similitudinem seruorum, qui licet sint bonorũ omnino incapaces, tamen de alimonia eis prouidetur per iudicem. l. si quando. C. de ordin. cogni. Vnde restat in præsenti regno Frãciæ monachos suis patri & matri, aut cæteris parentibus ab intestato nõ succedere ex generali ipsius regni consuetudine, quę
263 sustineri rationabiliter potest. † Et pro ea consuluit Bart. consil. v. incipien. visa vbi plus dicit, quòd etiam statutum valet volens eos succedere non posse: quia si pacto posset filius cum iuramento bona paterna quittare & renuntiare. ca. quanuis, de pact. lib. vj. vt plenè dixi in verbo, *duas habens filias*, multò facilius hoc fieri potest statuto, aut consuetudine. l. fin §. fin. C. de fideiuss. secundùm Bart. in dicto consilio. & in l. fina. C. de pactis. Igitur valet talis consuetudo, quæ de consensu ecclesiæ tanto tempore tolerantis, & tacitè consentientis processit, & non quod ipsa monasteria sint de iure bonorum temporalium
264 incapacia, vt plerique intellexerunt, & malè. † Pari modo fuit in eodem regno consuetum. & publicè ac notoriè obseruatum, & per ecclesiam toleratum, episcopos & cæteros beneficiatos posse fructus suorum beneficiorum perceptos transmittere ab intestato ad suos proximiores parentes, secundum gloss. pragmaticæ super verbo, acquisitos. in §. item quòd si ecclesia. tit. de annatis. & etiam posse de fructibus suarum dignitatum & beneficiorum, ac de bonis per eos nomine proprio, & non nomine ecclesiæ acquisitis, etiam de pretio ex fructibus beneficiorum redacto testari, & aliàs inter viuos vel causa mortis, sicut laici de suis bonis liberè disponere, prout dietim faciunt, contra c. episcopi. xij. quæstio. j nisi essent religiosi, secundùm Ioan. Masuerij, in dicto §.

BIU Cujas

in aliquibus esse non bene intellectus, vt vobis clarè pateat, faciam digressum à pura materia successionũ ab intestato aliqualiter prolixum, vobis tamen vtilem, in quo quinque sequentes considerabitis per modum conclusionum, Decisiones.

SVMMÆ.

1 *Ecclesia initio nulla habebat bona.*
2 *Protonotarij hodie sunt loco notariorũ olim gesta sanctorum scribentium.*
3 *Syluester à Constantino accepit regnum Italiæ.*
4 *Ecclesiam diuitiis abũdare an deceat. & nu. 5.*
6 *Monachi ob diuitias miraculosè puniti.*
7 *Ecclesiam in temporalibus abũdare, sancti spiritus ordinatione factum est.*
8 *Imperium ab ecclesia pendere.*
9 *Temporalẽ etiã iurisdictionem habere oportuit ecclesiam.*
10 *Ecclesiæ iurisdictionem & bona seruare consueuit Francorum rex.*
11 *Brenni Senonensium Gallorum ducis gesta.*
12 *Federicus secundus imperio priuatus.*
13 *Siginaldus mente captus ob surrepta ecclesiæ bona.*
14 *Dagobertus Francorum rex in infernum à dæmonibus actus ob violatam Pictauen. ecclesiam.*
15 *Gayfirus Aquitaniæ dux sacerdotũ prouentus vsurpans.*
16 *Carmelitas obsidet Vignery Tolosani filius.*
17 *Alexander Magnus põtificem Iudæorum veneratus est.*
18 *Pompeius templo pepercit capta vrbe Ierosolymitana.*
19 *Clotarius à bonis ecclesiæ abstinuit.*
20 *Gladios duos habet ecclesia.*
21 *Iurisdictionẽ ecclesiæ tẽporalẽ auferre tentãs cõfunditur.*
22 *Iurisdictio temporalis ecclesiæ non conuenit iure cõmuni.*
23 *Princeps secularis iure communi fouetur semper temporalibus ab ecclesia possessis.*
24 *Possessio etiam spiritualium in episcopis non est fundata iure communi.*
25 *Ius patronatus ex vno solo actu præsentandi obtinet laicus contra episcopum.*

¶ Prima decisio.

1 PRIMA Decisio est, † quòd à principio nascentis ecclesiæ, ecclesia nulla tenebat bona, nec prædia possidebat, vel alia immobilia, nec longo tempore tenuit: imò & clerici & religiosi, ac cæteri ecclesiæ ministri more apostolico, qui in actibus Apostolorum subiicitur. & xij. quæstio. j. per totum, viuebant, & vixerunt vsque ad tempora beati martyris Vrbani papæ huius nominis primi, qui post Calixtum primum etiam martyrem in cathedra Petri, circa annum Christi ccxx. immediatè sedit. Qui post plura magnifica, per eum facta instituta vt prædia, atque fundi à fidelibus ecclesiæ oblati, ex quibus clericis & notariis gesta, & miracula sanctorum scribentibus, † (quorum loco hodie sunt nostri inutiles pronotarij) sumptus deputarentur, reciperentur, salubriter statuit & ordinauit. Cùm anteà bona temporalia à catholicis ecclesiæ oblata venderentur, vt de pretio ministris & pauperibus prouideretur, vt habetur in capitulo videntes. xij. quæstio. j. & tangit Panormita. in capitu. j. in fine, de priuil. [Eo tempore fuerunt duo iuris ciuilis præcipua lumina, Vlpianus videlicet, & acutissimi ingenij Papinianus, sub diuersis tamen principibus, & diuerso modo tractati. Vlpianus siquidem sub Alexandro summè honoratus, vt infrà videbitur. Sed Antoninus non ille Pius, sed Caracalla libidinis impatientissimus, hunc Papinianum iurisconsultum, & doctrinæ legalis thesaurum occidit. Et sicut fecit factum est ei, quia ab hostibus circunuentus occisus est pessimus ipse cum gaudio multorũ. Mos enim stultorum semper fuit, si potentes sunt, sapientes persequuntur, quibus sublatis necesse est vt ipsi quoque pereant.] † Et deinde beatus Syluester Christi professor gloriosus patrimoniũ beati Petri, scilicet regnum Italiæ cum tota vrbe à Constantino Imperatore Protochristianissimo sui die baptismi susceptit, circa annum domini cccxiij de quo in cap. Constantinus. xcvj. distin. hîc profecto Constantinus sedem Apostolorum ditauit, & Helena eiusdem genitrix crucem domini quæsiuit & inuenit. [De hac clariùs loquitur super verbo, *cuidam Petro tradiderunt*, loquendo de mulierum pulchritudine.] Vnde illa grãdis orta fuit disceptatio, an valuerit prædicta donatio. de qua per gloss. in verb. pertinere, in l. j. ff. de offi. præfecti vrbi. & in Authenti. quomodo oportet. episc. in princip. in gloss. quam pro decisa teneo, quòd valuit, & imperium penes ecclesiam in æternum durabit, vt de illo quasi prophetãs j. Æneid. Poëta prædixerat de Roma futura loquens ibi, Imperium sine fine dedi, multósque per annos. Et Psalm. xliij. ibi, Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Et Psalm. lxxxvj. Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit
4 eam altissimus? † De aliis etiam possessionibus, quas prælati exposit habere, & tenere cœperũt, summa fuit inter patres disputatio, quibusdam dicentibus, iustum fore, & vtile ecclesiam in temporalibus
5 abundare, honorémque terrenum habere: † aliis econtrà, quòd nullatenus expediebat ecclesiam in temporalibus abũdare, honorémq; habere: † aliis econtrà, quòd nullatenus expediebat ecclesiam bona temporalia possidere: ne cura temporalium à diuino seruitio ministri diuerterentur. Sicut factum est, prout exemplo nunc videmus hodie Palatia regum, & curias, plena religiosis propter temporalia vagantibus, in pernicioſum clausstri abusum. clem. ne in agro. §. quia verò. & ibi bona glo. de sta. mona. Optima enim olim fuit virorum ecclesiasticorum præsertim religiosorum viuendi austeritas & parsimonia, vt solis oleribus, & sæpe olerum loco fagi frondes desumebant, & pane hordeaceo admixto milio vtebantur: sed vbi possessionibus, aut prouentibus ditati sunt, apud successores illorum virtus, & Dei pietas elanguit: ita vt in luxum parsimonia, in superfluas opes paupertas, in fastum humilitas, in lasciuiam continentia, in confusionem omnis ferè ordo ecclesiasticus nunc versus parui habeatur. vnde talibus abundare bonis ecclesiam non expediebat, vt lib. vj. c. ij. circa fi. refert Gaguinus [De quo Matthæus Bossus in tertia parte, epistola xcvij. incip. Me beneuolentia. Ad Dandalum episcopum Vincentinum. Ambitio, inquit, ipsa in ecclesia Dei, quã Petrus in humilitate fundauit, irrepsit iam ita, vt nullus prælatulus, nedum maximi proceres sacri, regali cultu nõ viuat. afferuntur ad mẽsas vasis cibaria argẽteis, & auratis poculis vina. Epularũ & bellariorũ nulla vsquã maior copia, maiórque luxuries. triclinia atq; cubicula quæque vestita pẽdulis aulęis, & pauimẽta variè pictis strata tapetis, toros & puluinaria tegunt fulcra serica. taceo mulas & alipedes instratos ostro, & variatis bracteis radiãtes. Calamistratos hincinde pueros, & clericos his famulãtes, habitu petulanti &

cultu

cultu molliſſimo, quibus omnis eſt cura, vt manus anulis ſplendeant, indumenta ſuaue oleant, zonæ laxatæ in latus dependeant, pedes calceoli leuigati venuſtent, vt ſponſi magis quidem illi videãtur, quàm clerici. Quæ omnia etiam ſi longus cõcedit abuſus, & communis inſania habet in laude, non propterea apud Dei diſtrictum examẽ ſunt ſine graui culpa ducenda, ac ſapienti & modeſto Ieſu Chriſti miniſtro non abhorrenda. Mors tandem, quid proſint iſta nos admonet in epulone diuite, Lazaróque mẽdico, &c. Lucæ xvi. vide de diſpenſatione bonorum eccleſiæ, quæ plenè habentur vbi reſiduum dictæ epiſtolę addidi infrà ſuper verbo, *ſi abſque liberis moreretur.* ij. in tractatu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, ſuper tertio caſu fallentiæ ad regulam, quem honoro, onera- 8
6 re poſſum.] † Et pariter Faſciculus temporũ de his eccleſiaſticis abuſibus loquẽs, dicit horribile factum contigiſſe Turonis tempore Stephani ſecũdi Papæ, & Conſtantini ſecundi Imperatoris: quia cùm monachi eccleſiæ ſancti Martini dictæ ciuitatis propter abundãtiam bonorum temporum deliciis & pompis vacarent, omnes vno excepto ab Anglis ſuffocati fuerunt, & Alcuynus Caroli magni præceptor il- ☞ lud plenè reformauit. [De iſto horribili facto Gaguinus libr. v. cap. j. in nouiter impreſſis, & additionatis chronicis ſic dicit: Cæterum diui Martini cœnobitæ, qui multis opibus apud Turonos elati viue- 9
bant, reiecto monachali indumento ſeſe in ritũ cleri ſecularis deformârunt, cuius temeritatis mox pœnas luerunt, miſſa in eos cœlitus peſtilentia, qua per noctem extincti ſunt omnes præter vnum, ſcilicet Vedaſtum, qui in numerum ſanctorum relatus eſt, & nomini eius ſacellum dicatum, quo ferè tempore apud Lemouicas canonici diui Martialis relicto ſeculari habitu ſe ad monaſticam vitam conuerterunt. Hæc ille. Pariter anno domini M. ccccc x. in feſto natiuitatis Domini, canonici regulares eccleſiæ metropolitanæ beati Stephani Toloſæ ordinis Aurelij Auguſtini præter dominum Petrum de Abſergio dictæ eccleſiæ præpoſitum, & Vaurenſem epiſcopum, & duos alios in profeſſione conſtantes relicto monachali habitu, ſicut Turonenſes fecerunt, de quo magnus pendet in curia Parlamenti proceſſus inter dictum præpoſitum, & præbendarios dictæ eccleſiæ ratione tam ſubitò attentatæ mutationis, ſine ſcitu 10
& conſenſu præpoſiti, ac expilati Theſauri ad Romanos miſſi pro ſuppl. hoc obtinenda diſpenſatione, & Archiepiſcopum Toloſanum iuncto ſecũ procuratore regio ex vna, & dictos canonicos partibus ex altera. Dominus omnia dirigat in honorem eccleſiæ & diuini cultus augmentum.] Sed tandem teſte Bonauentura in quarto ſcripto ſuper ſententias,
7 † Sancti ſpiritus ordinatione actum eſt, quòd eccleſia in temporalibus abundaret, cùm pauci tantę perfectionis inuenirentur, qui ſine adminiculo temporalium onera eccleſiaſtica ſuſciperẽt. Ex quo periret magna pars fidelium, non ſtantibus miniſtris, qui ſacramenta & ſpiritualia adminiſtrarent. vide gloſ. xij. quæſtio j. c. clericus. Sancta etiam Brigida, libro iiij. cap. xvj. ſcribit beatiſſimam virginem Dei genitricem, in quadam reuelatione (vt idem Faſciculus refert temporum) de his ſibi hæc verba dixiſſe, Eccleſia Dei primis temporibus pauper erat in temporalibus voluntariè, proceſſu verò temporis, vt amici Dei feruentiores ad prædicandum verbum Dei, & expeditiores eſſent, & vt ſcirent, quòd non diuitiæ malæ ſunt, ſed ſolus abuſus earum, ſub Sylueſtro, & aliis bona tẽporalia eccleſiæ data ſunt, quæ viri ſancti longo tempore ad ſuam ſolam neceſſitatem, & amicorum Dei ac pauperum ſuſtentationem diſpenſabãt. Ergo tales ſcito amicos Dei, qui eius diſpoſitione contentantur, & ipſe videt eos. Hæc illa. Poſtquàm ergo hoc ex Deo eſt, humano conſilio diſſolui non poterit, Actuum v. cap. Deus profectò (vt piè creditur) qui terræ dominus eſt ac totius orbis per creationem ac generalem gubernationem, Pſalm. xxiij. dominium, quod habet, eccleſiæ ſponſæ ſuæ communicare voluit, & cætera cuncta priuilegia. l. princeps. ff. de legib. Neque dicitur Conſtantinus donaſſe imperium eccleſiæ, ſed potius reliquiſſe, ſeu reſtituiſſe, cùm domini ſit terra, & plenitudo eius. Et conſequẽter ſponſæ ſuæ pertinebat. † Adeò, ꝙ plures dixerunt imperium ab eccleſia dependere, de quo plenè per Docto. in cap. nouit. de iudi. imò videmus ſummos principes tanquam ex Deo regnantes bona temporalia eccleſiæ in acquirendo, & acquiſita conſeruando multum priuilegiaſſe. l. j. l. fi. & per totum. C. de ſacroſanc. eccl. cum tit. ſequenti. Et eccleſiam, eccleſiaſticáſq; perſonas, ſucceſſiones, & relicta quęcunque tam inter viuos, quàm cauſa mortis, teſtamẽto qualitercunque, & à quibuſcunque facto capere poſſe, vt dicta l. j. quæ omnia poſt Bartolum ibi, & alios clariſſimè nobis tradidit Ludo. in Authentica, ſimiliter. C. ad legem Falcid. † Plus dico, quòd nedum bona etiam immobilia ad miniſtrorum, & pauperum ſuſtentationem neceſſe fuit eccleſiam habere, ſed etiam temporalem iuriſdictionem ad iniquã compeſcendum temeritatem volentium bona eccleſiaſtica vſurpare, ſuíſque vſibus appropriare. Qui ſi dura fronte ſint, indura tu ô eccleſia ecõtra tuam. nihil enim tam durum quod duriori non cedat, vt verificetur quod Ezechiel. iiij. dicitur: Dedit, inquit, dominus frontem tuam duriorem frõtibus eorum. Nec decuit prælatos eccleſiæ ſpirituali gladio præditos temporalem, cui imperant, iuriſdictionem ab aliis ſcilicet laicis mendicare, ſed eam propriam poſſidere. Imò gaudet tẽporalis iuriſdictio ſpirituali iuncta, ſe naturam ſpiritualis ſapere, ſecũdùm Hoſtienſem in Summa, tit. de appel. §. à quo & ad quem. ver. ſed pone quòd epiſcopus. argu. l. quæ religioſis. ff. de rei vendicatio. & cap. quod in dubiis. de conſe. eccl.
Quam † iuriſdictionem & bona eccleſiæ Francorũ rex pugil eccleſiæ potenti brachio tueri ſemper conſueuit & defendere, tãquam verus eccleſiæ filius, prę oculis ſemper habens quod habetur in capit. conuenior. xxiij. q. viij. prope finem. ibi, quid enim honorificentius contingere poteſt, quàm quòd princeps filius dicatur eccleſiæ, & tanquã filius matrẽ defendat? quod in Francia ſemper conſuetum fuit, vt infrà dicetur: In ſignum cuius, & pro firmiori cautela ad iura tuendum eccleſiaſtica magiſtrorũ in parlamento, partem ex clero, partémque ex laicis conſtituere, vt j. dicetur. Et id iuſtum eſſet credere. Cùm tot ſancti patres viri vtique ſummæ perfectionis, & literatura ac miraculis glorioſi, qui bona temporalia arbitrabrantur vt ſtercora, non præſumãtur ſic deliraſſe, vt huiuſmodi temporalia contra iuſtitiã & Dei voluntatem detinuerint: ſed potius vſque contradictores eorum vidimus, & dietim legimus formidabili morte conſumptos, iuxta illud quod eis imprecatus fuit glorioſus ipſe Conſtantinus dum paginã imperialis teſtamenti propriis manibus ſuper venerãdum corpus beati Petri poſuit: vt dicto c. Conſtãtinus. ita ꝙ dicere poſſum illud Ouidij in ij. de remedio amoris:

Quid

BIU Cujas

Quid moror exemplis quorum me turba fatigat.

☞ [Vsurpans bona ecclesiæ committit furtum, sacrilegium, crimen peculatus, & parricidium. c.qui abstulerit.xij.q.ij.vide Panor.in c.vt præteritæ.in fin.de
11 elect.] Vnde,† omissis exterorum exemplis infinitis, habemus nostra præ manibus de Brenno vetustissimo Senonensium Gallorum duce maximo, & excellentissimo rei bellicæ ductore Monuchri Anglorum regis filio, qui tredecimo Assueri Persarum regis anno,& Iudaicæ captiuitatis ccvij. postquàm cum trecentorum millium Gallorum exercitu Italiam inuasisset:expulsisque veteribus Tuscis, eorumque vrbibus occupatis necnon plurium ciuitatum (Policrate & Iustino testibus) iactis fundamentis, ac vrbe Romana capta,& incredibili furore excepto Capitolio direpta, ac pace (vt Liuius testatur) inter eos firmata,deinde vniuersa Macedonia vastata,Ptolemæo rege occiso, & capite truncato: tantisque terroribus Gallici nominis regibus ferè vniuersis lacessitis,& pa 15 cem ingenti pecunia mercantibus, homines expoliasset:deorũ templa spoliare aggressus est. Sed dum Apollinis ædem apud Delphos spoliare cœpisset,partim terræ motu obruti Galli,partim grandine & frigore dissipati,reliqui ab accolis vsque ad internecionem cæsi sunt. Brennus autem eo in prælio vulneratus,cùm dolorem ferre non posset,pugione vitam finiuit. Quo mortuo,Gallorum reliquiæ nonnulla Asianorum loca postmodum occuparunt, vbi perman 16 serunt. vnde ab ipsis Gallis Gallatia & Gallogræcia dictæ fuerunt. Ad quos illa extat Pauli Apostoli familiaris epistola ad Galatas. Hæc Bergomensis. De isto Brenno meminit etiam Valer.lib.j. tit.de neglecta religione. Brennus, inquit, Gallorum dux Delphis & Apollinis templum ingressus, Dei voluntate in se manus vertit:ac etiam sui numinis vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nudatus id egit, vt sacrilegæ manus inter fragmenta eius abscissæ inuenirentur. Milesia Ceres Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum spoliaturi irruperant, flamma obiecta priuauit oculis:Etiam de
12 † Federico secundo habetis in c.ad apostolicæ. de re re iud.libr.vj.quòd fuit imperio per Innocent.iiij.in generali concilio Lugdunensi priuatus, & tandem sine sacramentis à proprio filio suffocatus expirauit. sentiitq; verissimum esse illud 2.Machab.4. quòd in ☞ leges diuinas impiè agere impunè non cedit. [Iste fuit Federic.ij. quem Henricus Imperator filius Federici primi ex Constantia regis Siciliæ filia monacha professa Cælestino iij.Papa dispensante susceperat,vt habetur ĩ.super verb.*qui cum alio matrimonium contrahens.* in prin. Occasione cuius Henricus subiugauit sibi totum regnum Apuliæ, fugatis illis qui il-
13 lud tenebant.] Eodem modo † de Siginaldo Aruerniorum præfecto,qui licentia dominandi elatus post quàm multa ab incolis surripuisset, villam Vulgratensem quam Tetradius ecclesiæ diui Iuliani donauerat, occupauit: moxque mente captus non priùs sui compos factus est, quàm villam reliquisset compensatione exhibita rerum quas temerè abstulerat, narrante Gaguino lib.j.c.penult.qui paulò antè præmiserat,quòd dum ciuitas Claromontensis Aruerniæ primaria à Theodorico Clodouei protochristiani tunc defuncti filio obsideretur, milites qui in obsidione erant,accepto quòd in diui Iuliani templo prædicto plerique ciues fortunas suas contulissent, in templum reseratis foribus irruerunt, & cuncta diripientes bona exportarunt:sed protinus vindex sacri-

legij Deus prædatores corripuit insania,horrenda vo ce clamantes, Cur ô beate martyr tam dirè nos cru-
☞ cias, & c. [Exinde apud Gallos exiit prouerbium, *Que iamais chien ne mordit l'Eglise qui n'enrage ast.*]

14 Similiter † lib.3.c.3. refert de Dagoberto Francorum rege, quòd ob violatam diui Hylarij Pictauiensis ecclesiam,raptus à dæmonibus portabatur in infernum, vt ĩ.v.principali articulo dicetur. Pariter eod. libro, c.4.de Carolo Martello rege sic dicit, Ipse vero per bella censu pecuniáque extenuatus,cùm compertum haberet regni proceres egregiam operam reipublicæ nauauisse,fortunisque suis destitutos esse,decimas quæ cleri erant, non dissentientibus episcopis, proceribus,dum bellum aduersus Christianæ religionis hostes gererent,percipiendas attribuit:persanctè iurans, si vitam diu viueret, se omnia & multò maiora sacerdotibus repensurum:cuius sacrilegij pœnas luere apud inferos Martellum Euterius Arelatensis pon 15 tifex se per quietem vidisse diuulgauit. Sic † eisdem cap.& lib.dicit de Gayfiro Aquitaniæ duce sacerdotum prouentus sibi vsurpante: qui à Pipino regè Christianissimo fugatus, & ferè deuictus à suis necatus legitur.In cuius supellectili manuum integumenta, quæ nunc chirothecæ appellantur, quæ quod vnionibus aliisque pretiosioribus gemmis intexta erant, hæc recepta Pipinus in templo diui Dionysij appendi iubet: quæ cruci aureæ quæ supra aram ma-
16 iorem extat appensa diu visa sunt.† Præterea cùm filius Viguerij magistratus Tholosæ ordinarij anno Domini M. cclxvj. dum Carmelitæ in vrbe Tholosana olim adolescere cœpissent, liuore motus,vel aliàs eis igne combustis conuentum perdere decreuisset: & cuncta prædari die Transfigurationis Domini,postquam illos potenti manu obsedisset,plaga Dei facie retrouersa transfiguratus ad virginem Dei genitricem conuersus veniam obtinuit: portámque maiorem in recta & meliori Tholosæ carreria: ex qua parte ignem parauerat,& percussus fuerat,in laudem virginis, magnis lapideis constructionibus erexit. Per quam ex post ea die annis singulis processio solennis (quæ ad miraculi memoriam fieri solet, & virginis pusilla per vrbem portari) exit & ingredi-
☞ tur. [Legenda habet hoc factum fuisse die beati Sixti martyris,dum fratres qui inclusi loco erant,qui domus beatæ Virginis Mariæ de carmelo tunc dicebatur,Vesperas decantarent:& illum versum, Potens in terra erit semen eius,& c.Psalm.cxj.deuotius inchoassent:statim non defuit omnipotens,qui & sua virtute fastuosos potentes deprimeret, & oppressos humiles exaltaret,& c.tamen non refert,cùm eadem sit dies. Habet enim legenda de die beati Sixti, quia tunc non colebatur Transfiguratio Domini.Sed iste doctor de Transfiguratione diem nominauit à nobiliori,cùm ea die beati Sixti solùm celebrari cœpit à tempore Papæ Calixti iij. data ea die miraculosa Christianis victoria contra Turcam in Vnguaria trans Danubium flumen, quamobrem Transfigurationis Domini nostri Iesu Christi officium ordinauit anno Domini M. ccccclvij. iusitque cum his indulgentiis ea die celebrari, quibus solennitas corporis Christi celebratur. Et anno sequenti M.ccccclviij. ea die beati Sixti spiritum reddidit altissimo,relictis cameræ apostolicæ quos in Turcas conquisierat centum quinquaginta numorum aureorum millibus.] His docti exemplis principes & qui militiam sequuntur, temperare debent à rapinis, ne sacris locis iniurij sint. Apprehendit interdum pœna sacrilegos,

BIU Cujas

& suas Deus iniurias quantò plus tolerauerit, tantò grauiùs vlciscitur, vt Cæsar Diuiconi Heluetiorum legato, libr.j. comment.de bello Gallico respondit, Consuesse deos immortales, quò grauiùs homines ex commutatione rerum doleant: quos pro scelere eorum vlciscì velint, his secundiores interdum res & diuturniorem impunitatem concedere. [Heluetij sunt hi, quos nunc Suysseros appellamus in Gallia Belgica siti, bello feroces, omnium Gallorum fortissimi, ac in arte bellandi doctissimi, propterea quòd à cultu atque humanitate prouinciæ longissimè absunt. miniméque ad eos mercatores sæpe commeant, atque ea quæ ad effœminandos animos pertinent important. Proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum fluuium incolunt. Quibus cum continenter bellum gerunt: qua de causa Heluetij quoque reliquos Gallos virtute præcedunt. Hæc Cæsar lib.hic alleg. in prin.] Et Valer.libr.j.titul.de neglecta religione, Lento, inquit, gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatémque supplicij grauitate compensat. cui Psalmista conuenit Psalm.vij.ibi, Deus iudex iustus, fortis, & patiens nunquid irascitur per singulos dies? quasi dicat, non irascitur statim: imò dat & expectat pœnitentiæ tempus: tamen si peccator patientia Dei abutatur, s. non se corrigendo, comminatur grauiorem pœnam, dicens, Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit, &c. altissimus enim est patiens auditor. Eccl.v.c. Quod etiam concludit Apost.ad Rom. ij. Existimas, inquit, ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea: quia tu effugies iudicium Dei? an diuitias bonitatis eius, patientiæ, & longanimitatis eius contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. hæcibi. Ideo multo tempore non sinere peccatoribus agere, sed statim vltionem adhibere magni beneficij est indicium. ij.Machab. vj. Quia virga & baculus ipsa
17 me consolata sunt. Psal.xxij. Quod † animaduertens Alexander ille magnus domitor orbis, ad locum qui dicitur scopulus, cùm applicuisset, & pontificem Iudæorum vidisset, solus abiit, & se ab equo in terram proiecit, nomémque Dei adorauit. Nec de templo quod ditissimum erat, aliquid abstulit: quinimò sa-
18 cerdotibus multa contulit donaria pretiosa. Sic † etiam Pompeius, licet paganus (vt Bergomensis refert) cùm Ierosolymam cæpisset, nihil de templo abstulit, quamuis præter mensam auream & candelabra, pecuniarum duo millia talenta ibi reperisset: quas tamen ob deuotionem contingere noluit, nec
19 permisit. † Pariter Clotarius alter Francorum regis antedicti Clodouei filius per Turonum Antistitem admonitus incepto destitit, vt idem Gaguinus libr.j. c.fin.edixit. Aucto, inquit, Childeberti fratris Clotarij regno auaritia Clotarium inuasit, excogitauit enim tertiam ecclesiasticorum prouentuum partem accipere. Cuius concupiscentiæ assentientibus ipsis, vnus tantùm Turonum antistes iniuriosus resistit, dicens, Si quæ Deo dicata sunt auferas, & de pauperum horreis tua pergas explere, regnũ à te auferet Deus. Qua increpatione territus Clotarius incepto abstinuit. Hæc ille. A quo excessu etiam pagani abstinuerunt. vt de Persis refert Valer.alleg.lib.j.tit.de neglecta relig. Persę, inquit, mille nauium numero Delum compulsi, templo Apollinis religiosas potiùs manus quàm rapaces adhibuerunt. Et Gothorum rex nomen Romanorum ei odiosissimum extinguere cùm voluisset. vrbem vastans nedum à prędа ecclesię Apostolorum abstinuit, verum etiam omnibus quamuis hostibus ad eam confugientibus personarum immunitatem & bonorum concesit, Aug. referente lib.j. de ciuit.Dei, c.j. Vnde ecclesia super firma petra fundata ore prophetico Psalm. cxxviij. de Christo eius sponso certa confidens, Sæpe, inquit, à iuuentute mea expugnauerunt me: etenim non potuerũt mihi, imò facti sunt sicut fœnum tectorum, quòd priusquàm euellatur, exaruit: Nam ita fieri, & ecclesiam eiusque ministros bona temporalia possessuros permisit Christus, Marc.x.dum Petro quærenti: Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te, respondit, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in futuro seculo vitam æternam,
20 &c. † Pariter dicenti Petro, ecce duo gladij hîc. Respondit Dominus, Sufficit. Ex quo infert diuus ille Bernard.ad Eugenium Papam scribens, Quòd vtrunque gladium Christi ordinatione ecclesia susceperit, alioquin non dixisset, Sufficit. Sed respondisset, nimis est. Quorum vnum (scilicet iurisdictionem spiritualem) per seipsum, secularem verò etiam criminalem, vbi ei competit, per alios, s. laicos absque irregularitatis periculo ecclesia regit. c.fi.ne cler.vel mon. lib.vj. Inno. & cæteri in c.nouit.de iudic. Nec fuit ex post vnquam auditum reges, nec cæteros principes Franciæ bona semel ecclesiis dedicata vsurpasse, donec tempore Ludouici regis, qui ob inertiam, nihil faciens appellatus est, quo Normanni Franciam vastabant, quòd Hugo appellatus Abbas & quidam alij in his ecclesiam vexarunt, de quo Gaguinus lib.5. c.3. sic dicit, Erat autem his diebus Hugo Abbas appellatus qui valida manu collecta Normannos adeo exterminauit, vt ex eorum multitudine vix vnus superstaret, qui acceptæ cædis nuntium ad suos ferret. Nec est omittendum hunc Hugonem atque Robertum Parisiorum comitem, qui & Marchio dicebatur, primos fuisse qui post Pipinum & Carolum magnum relicta monachis sanctimonialibus prædia prouentusque occupauerint, ea sibi suisque militibus attribuentes: quæ violentia ad Roberti regis tempora perdurauit. Hæc ille. Tamen impuniti non euaserunt, vt
21 eorum annales mœstissimè testantur. Ex † quibus & aliis pluribus confusus remansit magister Petrus de Cimeriis huius regni procurator generalis, qui tempore Philippi Valesiani Francorum regis auferre prę sumpsit iurisdictionem ecclesiæ temporalem, eámque in manum regis reducere. de quo meminit glos. pragmaticæ in prologo super verbo, libertatis. & Petrus Iac.in arbore successionis regni Franciæ.col.vj. licet eum non nominet. Ad causam cuius fuit in nemore Vincennarum prope Parisios concilium regni tam prælatorum ecclesiæ, quàm procerum congregatum: coram quo & rege præsidente facta fuit disputatio, quam legi, quæ pro parte dicti procuratoris incip. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. Et pro decisione ecclesiæ & eius tuenda temporali iurisdictione, quam proposuit electus Ebredunensis incip. Deum timete, & Regem honorificate. &c. In quibus multis hinc inde deductis & demonstratis, Christianissimus rex prudenter considerans, non es-

se pro

BIU Cujas

se proprium principis auferre concessa, sed potiùs augere. in auth.de referendariis. §.propterea igitur. Necnon absurdum fore & temerarium innatam principis liberalitatem non ad augmentum, sed diminutionem conuertere.l.fi. C.de prin.agen.in reb.lib.12. Ob idque ecclesiam in suo statu reliquit. Nec immeritò: cùm anteà eius patruus Philippus Pulcher etiam Francorum rex consultissimè attendens ad reges seculi pertinere, vt temporibus suis pacatam velint matrem suam ecclesiam habere, xxiij.q.iiij. can. quando vult Deus.iurisdictionem confirmasset temporalem ecclesiis sui regni pertinentem, vt clarè habetur ordinationum suarum cap.j.anno Domini, M. ccciiij. factarum. Et rursus illud propheticum impleretur: Sæpe expugnauerunt me, etenim non potuerunt mihi. (Additio.) Prædictas ordinationes Philippi Pulchri reperietis in registro ordinationum regiarum cameræ inquestarum Parlamenti Tholosæ,
22 fol.xxv.verso. Vnum † tamen menti tenebitis, quòd habere iurisdictionem temporalem, & illius exercitium, non competit ecclesiæ naturaliter, nec de iure communi, sed ex quodam iure speciali & accidentali, secundum Dominicum, & alios in c.Romana.§.debet autem.de appellat.lib.vj. Vnde intentio prælatorum est solùm de iure communi & naturali fundata, quo ad spiritualia.c.conquerente.de of.ord. Sed non quo ad temporalia, nisi quatenus probarentur ecclesię donata à principe, vel alio temporali domino, aut per prælatos legitimè præscripta, vt de vtroque casu est text.not.in c.cùm venerabilis.de excep.& c.cùm venerabilis.de relig.domib. Hinc dicunt doct.& Panorm.in c.veniens.ver.& nota, quia.de accus.† quòd princeps secularis suam habet intentionem fundatam de iure communi super temporalibus etiam ab ecclesia concessis, ita quòd tenentur prælati præstare homagium ratione horum temporalium, nisi exemptionem probarent ex priuilegio, per tex.ibi, dum dicit, quòd episcopus Pragensis ducis Boemiæ contra priuilegium ecclesiæ iuramentum fidelitatis præstiterat. Ergo de iure communi ad illud tenebatur, vt la-
24 tiùs j. dicetur. Plus dico, † quòd licet quo ad spiritualia, quæ sunt ordinis, sit intentio episcoporum iure communi fundata, vt d.c.conquerente.& etiam quo ad ea, quæ sunt iurisdictionis spiritualis, quæ nata est simul cum sacerdotio: tamen non fundatur episcoporum intentio quo ad possessionem etiam spiritualium, quia non præsumitur illa, quamuis spiritualia, possediſſe, nec possidere, nisi hoc probent: per text. quem ibi ad hoc ponderat Panor. in c. olim inter te pro abbatia.de rest.spol. Pariter non fundant de iure communi intentionem suam quo ad collationem beneficiorum infra diœcesim sitorum & vacantium, vt eis competat pleno iure: sed solùm fundatur quo ad solam institutionem: quia omnia beneficia præsumuntur habere patronos fundatores aut dotantes: cùm naturaliter beneficia non nascantur, sed producantur in esse artificialiter per aliquos. clem.literas. de rescr.& j. de eccl.ædific. per totum. præsertim per laicos, qui vt plurimum sunt ecclesiarum fundatores: à quo tanto bono non debent retrahi, vt fieret, si pro episcoporum plena potestate præsumeretur in beneficiis liberè conferendis, vt singulariter decidit Ioan.And.in c.quod alicui gratiosè. col.vlt.de regu. iur.libr vj. quem sequitur Panor.in quadam per eum disputata quæst.incip.Augerio. col.xj. ver.ad secundum dubium descendens, &c. quod est singularis li-
25 mitatio ad c.omnes basilicæ.xvj.q.vij. Vnde † quilibet quamuis laicus ex vno solo actu præsentandi obtinebit contra episcopum, licet aliter non probet ius patronatus habere, secundum Ioan.Andr.vbi s.& in c.j.super gl.fi.de relig.dom. Et sic ex vnico actu fundatur possessio & ius præsentandi: imò plus decidit & clarè Panor.in d.c.j.de relig.dom. sequendo Ioan. And.in dicta regula, quòd per vnumquemque actum de pluribus ad patronum pertinentibus præsumitur is qui vnicum actum exercuit, esse patronus & possessor totius iuris patronatus contra episcopum & quemlibet alium, ex quo non constat patronatum ad alterum pertinere, per text.singularem in d.c.j.de relig. dom. quod non fieret si episcoporum intentio quo ad plenam collationem esset iure communi fundata, vt j. dicam in v.& vlt.artic. dum loquar de colonis adscriptitiis & censitis. Quæ omnia vobis sufficiant pro prima decisione.

SVMMÆ

¶ Secundæ Decisionis.

1 *Allodialia etiam in monachos à quocunque transferri possunt, & quoquo titulo.*
2 *Clausulæ translatiuæ dominij, id in solis allodialibus operantur.*
3 *Professio simplex non facit bona professi monasterio acquiri.*
4 *Ius diuinum licet tolli non possit, potest tamen limitari.*
5 *Allodialia bona propriè dicuntur bona, in quibus nemo alius ius habet.*
6 *Allodialia in Gallia sunt burgensium bona, in quibus nullum ius princeps habet, nisi protectionis.*
7 *Cautionem Burgensem promittens ad quid teneatur.*
8 *Burgenses qui propriè dicantur.*
9 *Communis vsus loquendi præfertur proprio significato.*
10 *Allodiorum appellatione largè veniunt feuda & emphyteuses.*
11 *Allodia bona dicuntur domestica, & propria patrimonialia.*
12 *Successio legitima propriè locum habet in allodiis.*
13 *Res omnes præsumuntur allodiales.*
14 *Italici iuris sunt Burgundia, Lugdunum, & Gallia Narbonensis.*
15 *Iurisdictio & proprietas differunt.*
16 *Allodium & iurisdictio sunt diuersa.*
17 *Imperator suam habet fundatam intentionem quo ad loci iurisdictionem, sed non quo ad rei proprietatem.*
18 *Francorum regnum imperatori non subest.*
19 *Allodia nulla reperiuntur in ecclesiasticis.*
20 *Directum dominum se esse afferens, id ostendere tenetur.*
21 *Barones cogere non potest rex, vt titulum suæ possessionis ostendant.*
22 *Vasallus non tenetur ostendere primam concessionem narratam in secunda.*
23 *Donationes regum ecclesiis factæ valent.*
24 *Iurisdictio venit in donatione regia ecclesiæ facta, sed non suprema.*
25 *Appellatur à temporali episcopi iudice, non ad metropolitanum, sed ad iudicem regium.*
26 *c.Romana.§.debet autem.de appell.lib.6. non habet locum in Gallia.*
27 *Donatio regis etiam propriis filiis facta non includit supremam iurisdictionem.*
28 *Appellatio à rege ad papam nulla est.*
29 *Allodia non regalia possunt à rege ecclesiæ donari.*
30 *Clerici non possunt conueniri coram iudice seculari a-*

BIU Cujas

ctione personali, sed bene reali.
31 Iudex secularis supplet defectum et negligentiam ecclesiastici in realibus actionibus, sed non in personalibus.
32 Clericus coram iudice seculari respondens punitur.
33 Possessoris persona non est obligata in actione reali.
34 Clericus trahitur coràm iudice seculari ratione actionum à realitate pendentium.
35 Annua præstatio, si sit assisa, habet annexum directum dominium.
36 Clericorum bona subsunt iudici temporali, licet non personæ.
37 Laicus pro tuitione rerum suarum potest clerico violentiam inferre absque metu excommunicationis.
38 Possessorij causa in beneficialibus agitur coram iudice seculari in Gallia. 39.
40 Appellatione temporalitatis ecclesiasticæ non veniunt bona mobilia.
41 Clerici à iudice seculari possunt in emenda pecuniaria condemnari.
42 Fructus beneficiorum & ecclesiarum clericis commissarum capiunt aliquando iudices seculares. 44.
43 Executio sententiæ vel hypothecæ fit etiam contra monachum.
45 Iuris solennitates non seruantur, iudice seculari fructus beneficij ecclesiastici intercipiente.
46 Iudices seculares cognoscunt contra clericos in actionibus mixtis.
47 Argumentum à contrario sensu est fortissimum.
48 Consuetudine an induci possit, vt clericus in actione reali coram iudice seculari conueniatur.
49 Prælati Galliæ cognoscere prohibentur de reali actione, & de hypothecaria.
50 Episcopus regi potiùs obedire debet, quàm suo metropolitano.
51 Rex præsidet prælatis ob eo feuda tenentibus. 52.
53 Secularis iudex potest laicos prohibere coram ecclesiastico litigare.
54 Prorogare iurisdictionem in alium non potest, qui sub iuramento fidelitatis est de iurisdictione alicuius, sine consensu eius.
55 Consuetudo Galliæ roboratur ex tolerantia domini papæ.
56 Consuetudo leges interpretatur, & leges præeligit.
57 Pontifices ex Gallia oriundi.
58 Conditio & rerum natura sunt causæ approbandæ consuetudinis.
59 Tolerantia superioris habet vim approbationis.
60 Francorum reges libertatis ecclesiæ continui zelatores.
61 Fama cum vsu immemorabili sufficit ad priuilegiorum iustificationem.
62 Gallorum rex beneficia confert.
63 Pipini gesta pro ecclesia.
64 Aureæ coronæ Francorum regum.
65 Pipini historia.
66 Figiacense monasterium à Stephano pontifice consecratum tempore Pipini.
67 Caroli magni gesta pro ecclesia. 68. 69. & 70.
71 Carolus imperator creatur.
72 Carolus magnus templa plurima extruxit.
73 Christianissimi quare reges Galliæ sint dicti.
74 Carolus beneficia conferebat.
75 Romanum pontificem sine Caroli iussu eligi non debere.
76 Priuilegio Carolo concesso renunciauit Ludouicus, de electione pontificis. 77.
73 Ius regaliæ in dignitatibus ecclesiasticis habent Gallorum reges.
79 Hispaniæ rex successores episcopis nominat.
80 Eligentes nominatum per regem, si iuxta formam pragmaticæ non eligant, electio non tenet.
81 Reges licet eligendi potestatem non habeant, sed tantùm præstandi consensum. sine eo tamen non valet electio.
82 Electio alterius quàm de nominatis à rege, non valet.
83 Limitari potest ius naturale ac diuinum.
84 Prærogatiuæ regis Galliæ sunt quatuor rationes.
85 Rex etiam ad papam & metropolitanum prouidendi ius habentes vtitur precibus, sicut ad eligentes.
86 Donatio causata reuocari non potest.
87 Regis preces, vt eligentibus manus ligent, plura requiruntur. 88.
89 Preces principis pecuniariæ electionem non impediunt.
90 Principis nominatio violenta, aut comminatoria nihil operatur.
91 Preces principis ad eligentes benignæ esse debent.
92 Preces regis debent esse pro benemeritis eligendis.
93 Benemeriti & bonum regni zelantes qui dicantur. 94.
95 Doctor dicitur persona benemerita, vt eligatur.
96 Doctores debent à iudicibus patres nominari.
97 Doctores actu docenter præsumuntur docti.
98 Verbalia non vno solo actu verificantur.
99 Princeps non meritum nominans peccat.
100 Nominati per regem præsumuntur benemeriti. 101. & 102.
103 Fama publica dat iustam causam credendi.
104 Reipublicæ præpositi non debent suos facere locupletiores.
105 Nominari debent plures, non vnus à principe.
106 Eligere est aliquem ex pluribus ad prælaturam canonicè vocare.
107 Consuetudo contra substantialia actus nihil operatur.
108 Princeps non semper, sed aliquando nominare debet in electionibus.
109 Gratia alicui concessa ad vnum vel duo beneficia, intelligitur de primo vacaturis.
110 Dispositio generalis quomodo comprehendat particularia.
111 Pragmaticam tenetur rex obseruare, sicut & ecclesia.
112 Nominationum principis numerus arbitrio bono relinquitur.
113 Ecclesiæ limitrophæ nullus potest esse detentor, nisi quem princeps decreuerit.
114 Castra in limitibus regni sine consensu principis non licet emere.
115 Pacis bono potest princeps ius alteri quæsitum tollere.
116 Electiones princeps nec impedire, nec de eis se intromittere potest, nisi in casibus.
117 Prærogatiua regis Galliæ in electionibus.
118 Actiones personales inter clericos non cognoscit iudex laicus.
119 Iurisdictionem suam cuique tueri datur, etiam pœnali iudicio.
120 Clerici trahi prohibentur ad forum secularem in actione reali.
121 Clericus se submittere non potest iudici seculari.
122 Hypothecæ ratione potest clericus ad iudicium seculare trahi.
123 Clericus respondere cogitur super actione personali coram iudice seculari in casibus.
124 Reconueniri potest clericus actione personali coram laico.
125 Iudices seculares cognoscunt contra clericos in causis guarentigiæ.
126 Clericus instrumentum suum defendendo respondere cogitur coram seculari iudice.
127 Clericus tanquam officiarius secularis tenetur in actione personali coram iudice seculari respondere.
128 Clericus tutor vel curator coram iudice seculari respondet in

BIU Cujas

det in actione personali.
129 Insinuari non possunt testamenta nec donationes nisi coram iudice laico.
130 Iudex secularis exequitur sententiam in clericum latam.
131 Episcopi sententias suas exequi non possunt.
132 Episcopi de bonis clericorum temporalibus facere non possunt inuentaria.
133 Episcopus extra septa sua existens, si actus iudiciales exercere vult, ecclesiam aliquam ingredi debet, vel iudices regios requirere.
134 Clericus de chirographo respondet coram iudice seculari.
135 Papa potest iudici laico causam clerici etiam criminalem committere.
136 Papa potest clerum totum vnius terræ iudici laico submittere.
137 Papa non potest statum vniuersalem ecclesiæ mutare.
138 Ecclesias reparare coguntur clerici etiam prælati per iudicem secularem.
139 Clerici in actione reali prohibentur coram iudice ecclesiastico litigare.
140 Clericorum excessus cognoscunt & puniunt iudices seculares in casibus. 141.
142 Clericum coram se falsum deponentem punit iudex secularis.
143 Crimen priuilegiatum subiicit clericum iudici laico.
144 Portus armorum est crimen priuilegiatum. 145. & 146.
147 Publicorum itinerum cognitio ad iudices regios spectat.
148 Clericus quando capite punitur à iudice seculari citra degradationem.
149 Clericatui qui actus sint contrarij.
150 Clericatus non opitulatur iis qui bello interfuerunt.
151 Consuetudo est optima interpres legum.
152 Ecclesiastica immunitate non gaudentes extrahuntur ab ecclesiis.
153 Rex abolere potest edicta clericorum.
154 Clericum condemnare potest iudex secularis in emenda erga regem: deinde eum tradere suo officiali puniendum.
155 Clericum officium seculare gerentem iudicat secularis.
156 Iustitia ecclesiæ est inubilea, & tarda.
157 Iudex secularis cognoscere potest de iustitia degradationis clerici.
158 Clericus secreta principis reuelans, ab eo punitur.
159 Leodiorum vastatio per Burgundos.
160 Clericus seculariter punitus, adhuc suo iudici remittitur puniendus.
161 Clericus à laico iudice bannitur pro crimine priuilegiato.
162 Clerici fideles esse debent domino ciuitatis sicut laici.
163 Iustitia cessante sibi ius dicere, et de facto procedere potest.
164 Episcopi non sunt facilè banniendi.
165 Dominus priuat clericum officio à se dato, si in eo deliquerit.
166 Clericus officiarius quando à seculari domino puniatur.
167 Feudo priuare potest dominus clericum vasallum.
168 Pontifex contra Francorum consuetudinem nihil tentat.
169 Francorum rex & domini temporales habent innumera priuilegia.
170 Fama cum tempore immemorabili operatur priuilegium habilitationis incapacium.
171 Consuetum est quid innatum, & vim pacti habet.
172 Allodia transire possunt in ecclesiam. 173.
174 Tractatus pacis cum Anglis improbatur.
175 Bigorræ comitatus litigiosus.
176 Aquitaniæ ducatus quid olim continebat.
177 Anglorum conuentionis forma.
178 Alienatio in Anglos facta non valuit.
179 Galliam quomodo diuidat Cæsar.

180 Iuramentum primum de non alienando præualet secundo.
181 Iuramentum impedit dominij translationem.
182 Dispositio nulla valet ad quam sequitur deformatio communis populi status. 183.
184 Aquitaniæ dux est de principalibus Galliæ paribus.
185 Pares Franciæ quare instituti.
186 Pariũ Franciæ nomina.
187 Parium Galliæ senatus.
188 Parlamentum quid.
189 Pares Franciæ sunt parlamenti coniudices.
190 Parlamentum nemo alius à rege habere potest in terra sua.
191 Parlamentum Tholosæ quando institutum.
192 Parlamentum dicitur quasi parium lamentum.
193 Cancellariæ Galliæ dignitas.
194 Iacobus de Arena fuit Galliæ cancellarius.
195 Quæstoris loco est Galliæ cancellarius.
196 Tribunianus fuit Iustiniani cancellarius.
197 Cancellarius est primus post regem.
198 Ioseph primus fuit in orbe cancellarius.
199 Moyses fuit Dei cancellarius.
200 Iethronis ad Moysen diuinum consilium.
201 Iosaphat fuit Dauidis cancellarius.
202 Vlpianus Alexandri, & Seneca Neronis fuere cancellarij.
203 Cancellarius non est Romæ, sed vicecancellarius.
204 Vicecancellarij Romani officium.
205 Papa solus est in ecclesia cancellarius, sicut Moyses in synagoga.
206 Gulielmus de rupe forti optimus cancellarius.
207 Regnum gubernatur intrà per iustitiam, & extrà per militiam.
208 Connestabilis officium in Gallia.
209 Marescalli officium in Gallia.
210 Marescalli in Gallia quatuor.
211 Marescallorum curia & præfecto prætorio cognexitatem habent.
212 Magister equitum dictatori subiiciebatur.
213 Marescalli habent sub se capitaneos.
214 Thesauriorum officium in Gallia.
215 Thesauriorum origo.
216 Thesaurarij quatuor in Gallia.
217 Generales quatuor in Gallia.
218 Præsidentes computorum in Gallia.
219 Cancellarius est supra omnes status regni. 220.
221 Cancellarius qualis esse debeat.
222 Nero Senecam habuit cancellarium.
223 Aquitaniæ ducatus non potuit Anglis in allodium concedi.
224 Rex etiam nouiter à se parta nequit penitus alienare, si sunt intra limites regni.
225 Aquitaniæ ducatum quare Angli perdiderint.
226 Alienatio in Anglos facta irrita.
227 Allodia Tholosæ per reges & arrestum confirmata.
228 Allodia qualiter in ecclesias & monasteria trasire possint.
229 Bona incapacibus religiosis relicta cui competant.

¶ Secunda Decisio.

1 SEcunda Decisio † in præsenti puncto est, quòd quilibet bona habens allodialia, seu libera ab omni subiectione, & omnino francha, potest iure communi de illis liberè disponere inter viuos, aut in vltima voluntate, & illa transferre prout voluerit, nedum in laicos, sed etiam in clericos, &

BIU Cujas

ecclesias seculares, necnon monasteria & quęcunque loca regularia, & monachos in communi aut particulari, si parentes vel extranei donent eis aliquid, vel relinquant, eósque hæredes instituant, aut ipsi talia bona habentes aliquam profiteantur regulam de approbatis, bonorum & proprietatum capacib. in communi, illíque bona sua expresè vel tacitè dedicent. auth. ingressi. C. de sacros. ecc. quæ de talibus tantùm bonis nemini subiectis intelligitur, secundum Bald. in c. inter dilectos. de fide instr. & in l. si plures. C. de cond. inser. & auth. nisi rogati. C. ad Treb. quia de feudo, aut emphyteusi fieri non posset etiam expressa translatio in ecclesiam, aut eius ministros, vt videbitis in 3. & 4. decisionibus. sed de franchis & liberis bonis potest vnusquisque dominus pro suæ voluntatis libito disponere. Et† de talibus bonis allodialibus 2
loquuntur iura, & magistrorum documenta volentia per clausulam constituti, transferri in emptorem aut donatarium omnimodam rei venditæ aut donatæ possessionem sine alia traditione. l. quod meo. vbi Bart. ver. visis contrariis. ff. de acq. pos. & Panor. in c. ex literis. ver. quintum exemplum. de consuet. & pariter retentione vsufructus. l. quisquis. C. de dona. vel alio actu ficto, per quem, nisi à domino quis fuerit inuestitus, non transiret feudum, nec emphyteusis, vt 6
dicam in decis. prędictis, de quo plenè Fran. Are. con-
sil. xiiij. in j. dub. incip. Viso, & diligenter. Tamen† in 3
præsenti regno expressa requireretur etiam talium bonorum dedicatio: aliàs per simplicem professionem non censerentur bona profitentis, quamuis allodialia, monasterio acquisita: imò accresceret proximioribus consanguineis & cæteris deinceps ab intestato debito ordine succedere debentibus, ac si profitens naturaliter decessisset, secundum Io. Mansuer. vbi s. & tit. de loc. §. item per ingressum. Quia si ab intestato monasteria ex personis professorũ non succedunt, obstante regni consuetudine, vt vidistis, etiam non succedunt per tacitam dedicationem. Cùm etiam succedere ab intestato non sit, nisi quædam tacita & verisimilis voluntas relinquendi bona proximioribus suis, postquam defunctus testari noluit, vel non potuit: quo casu succedens ab intestato, habet bona ex quadam tacita & verisimili voluntate defuncti, ☞
quæ in hoc regno religiosis non prodest, nec eorum monasteriis, nisi expresè bona sua dedicauerint, vel se & sua bona, aut quolibet alio titulo in ecclesiam transtulerint, vel monasteria. Et in Francia locum habet & seruatur. l. j. C. de sacros. ec. sed non d. auth. ingressi. nisi de bonis fiat mentio: nec (vt vidistis.) l. fi. C. de epi. & cle. quæ loquitur de successione ab intestato, locum habet in professis. Nam ius diuinum & iura humana communia, quibus ipsi capaces sunt bonorum temporalium seu eorum monasteria. vt alleg. Marc. x. locum non habent in successione ab intestato: quia loquuntur de relinquente bona sua propter Deum: & sic expresè vel potest dici, q̃ est per consuetudinem ecclesiæ Gallicanæ limitatum, vt locum
4 non habeat in successione ab intestato. Ius† enim di- 8
uinum licet tolli in totum non possit, tamen limitari & distingui potest, secundum *omnes* in l. fin. per gl. in verb. generali. C. si contra ius vel vtil. pub. & in c. quę in ecclesiarum. de const. maximè quia non est præceptum negatiuum, cui sine peecato renunciari non
5 possit, iuxta plenè not. in c. fi. de consue. Et† sunt allo- 9
dia, bona propria alicuius quæ propriè dicuntur bona sua: quia allodium est ita proprium alicuius patrimonium, quòd à nemine alio tenetur, nec recognoscitur nisi à solo Deo: ita quòd nulli facit seruitium personale aut pecuniarium: idcirco dicitur Frãcum, quia sui iuris est nulli subiacens seruituti: & cui onus imponi non potest, sine consensu possessoris. c. j. de allod. in vsib. feud. & in tit. si de feu. fue. contro. c. defuncto. secundum Bald. & Aluar. in d. c. j. subiungens ibi, quòd allodium dicitur hæreditas, quam quisque illam habens vendere aut donare potest, vel quouis alio modo in quemcunque transferre, & sic dicitur sua propria, quasi omnimoda proprietas sibi pertineat, [Possibile est quem in allodio non habere nisi ☞
vtile dominium, de quo j̃. v. articul. dum loquitur de bonis allodialibus pro derelicto habitis.] vt de illa disponere possit, nullius licentia requisita: & dicitur ☞
plena proprietas seu plenum dominium. [Vide de hoc super verbo, *mortuo itaque testatore.* ij. loquendo de continuatione possessionis de patre in filium. & de plenissimo dominio habetur j̃. super verbo, *cætera bona.*] Facit quod not. Panor. in c. conquestus. col. j. de foro comp. & in c. cùm inter. col. iij. de re iud. & in c. auditis. de præscrip. vbi sunt boni text. de plena proprietate seu pleno dominio. & l. libertis libertabúsque. ff. de ali. & cib. leg. & Pau. cons. cl. Et de proprietate, & quasi proprietate habetis bon. text. in c. fin. de
iudi. in prin. Allodia† enim in præsenti regno dicun- 6
tur burgensatica, seu burgensia, in quibus nullum ius princeps habet, nisi protectionis, & supremæ iurisdictionis. l. ij. & fi. C. de quadr. præscr. quorum plenum dominium pertinet possessori, qui propriè dicitur burgensis à bonis suis burgensibus, id est, franchis & liberis, quæ habet, & de quibus viuit, & statum suum
☞ conseruat. [De hoc est bona gl. super verbo, Fran- 7
corum. in princ. pragmaticæ.] Adeò, † quòd promittens dare cautiones Burgenses, tenetur tales possessores talia bona tenentes dare in fideiussores, aut in bonis hypothecam, in quibus perire cautio non potest. quòd secus foret, si daret in bonis feudalibus aut emphyteuticariis quæ alteri quã possessori subsunt: quæ si caderent in commissum, & ad dominum iure directi reuerterentur, cautio seu hypotheca quo ad illa bona resolueretur, & extingueretur in totale prę-
iudicium creditoris. per text. in l. lex vectigali fundo.
☞ ff. de pign. [Licet qui habet dominium vtile, possit rem pignori obligare, vt teneat & valeat hypotheca, & possit creditor agere contra quemlibet possessorem, ad quem res posteà peruenit, & actionem hypothecariam intentare habentem causam à debitore. l. tutor. §. fi. ff. de pign. act. & l. grege. §. & in superficiariis. ff. de pign. non tamen tenet hypotheca, nec datur actio hypothecaria contra dominum, ad quem res iure directi dominij reuersa fuit, cùm non habeat rem neque possessionem ab emphyteuta, sed à semetipso lege & pacto emphyteutico disponentibus. vt d. l. lex vectigali fundo. secus si ius & possessionem recuperaret à domino vtili, eam ab ipso acquirendo titulo emptionis, vel alio quàm iure suo, quia tunc ad omnia onera teneretur imposita, vt plenè dicetur j̃. in 4.
decisione. in fi.] Soli† ergo illi dicuntur propriè bur- 8
genses, quorum bona sunt allodialia nemini subdita. Credo tamen quòd staretur communi vsui loquendi, & consuetudini patriæ, quę titulis dignitatum dare solet nomina, secundum Inn. & doct. in c. de multa. de præb. aliter & aliàs pauci burgenses reperirentur in præsenti regno, in quo vt nonnulli asserũt, non esse possunt aliqua allodia, vt j̃. dicam. In præsenti autem ciuitate Cadurci quicunque fuerit consul bursarius habens onus bursæ cõmunis ipsius villæ, quem

alter

BIU Cujas

alter ex consulibus toto illo anno ad hoc electus con
sueuit gubernare, à cætero in electione consulum eli
gitur, & capietur pro burgense, imò summè diuites
cuiuscunque status sint, secundum communem vsum
9 loquendi,† (qui proprio præfertur significato. l. cùm
de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instr. & l. Labeo. ff. de
sup. lega. & plenè not. Panor. s. in proœm.) dicuntur
seu appellantur burgenses. Sicut à simili dicitur in d.
c. de multa. per doct. quòd pro nobilibus tenentur hi
qui communi fama nobiles appellantur. De quo ple
nè habetur j. super verbo, *eidem impuberi succederent.*
prope fin. Et cùm hodie in præsenti regno feuda &
emphyteuses sint ad instar allodiorum & patrimo-
niorum redacta, secundum Ioan. Fab. in d. Auth. in-
gressi. C. de sacros. eccl. vt plenè dicam j. in v. decis.
possidens feuda & emphyteuses satis dicitur burgen-
sis fideiussor, attenta consuetudine & vsu loquendi pa
10 triæ: Maximè † quia largè appellatione allodiorum
veniunt etiam feuda, & emphyteuses secundum Bal.
in auth. item nulla communitas. C. de epi. & cler. ad
☞ quod facit ordinatio regia Philippi Pulchri, [Hanc
ordinationem inseruit dominus Auffrer. in tit. de pri-
uilegiis regiis ac burgensiis.] Parisiis edita die Lunæ
post mediam Quadragesimam, anno Domini 1302.
incipiens, Hæc est ordinatio facta per nos, & c. cum
nouem articulis sequentibus: secundum quam vnus-
quisque ciuitatis, villæ, aut loci regij originarius est
burgensis, & permittitur cuique suum volenti muta-
re domicilium: Præpositum villæ in quam transferri
desiderat cum vxore, vel sponsa adire, & ab eo bur-
gensiam requirere in præsentia duorum aut trium e-
iusdem villæ burgensium, offerendo facere quæ in-
cumbunt cæteris facienda, cautionémque dare infra
annum & diem, domum facere, vel emere, & aliàs
prout in dicta ordinatione latius continetur. Cui
Præpositus seruientem deputabit cum quo priori do
mino, à cuius iurisdictione se vult amouere, notifica-
bit, quòd burgensis alibi factus est, diem, locum, &
præsentes ei nominando: de quibus fieri debet instru
mentum, & registrari antequam pro nouo burgense
in illa villa habeatur. Hæc ibi. Et fuit dicta ordinatio
ex post confirmata per Ioannem, Carolum v. sextum,
& septimum Francorum reges dicti Philippi succes-
11 sores. † Alibi bona hæc allodialia vocantur domesti-
ca, & aliàs dicuntur familiaria. l. quicunque. ij. C. de
omni agro des. lib. xj. & in l. quidam ignauiæ. in fi. C.
de decur. lib. x. Aliàs dicuntur bona propria & patri-
monialia, de quib. potest quilibet liberè facere quod
vult inter viuos vel vltima voluntate, in auth. de nup.
§. soluto. secundum Luc. de Pen. in d. l. quicunque. ta-
men secundum vsus feudorum vocantur allodia, vt
d. c. j. de allod. Et eodem nomine vocabantur in lege
Salica huius regni primaria, vt dixi in verbo, *duas ha-
bens filias.* loquendo de dicta lege Salica, circa suc-
12 cessionem filiarum in regno. Et † in talibus bonis al-
lodialibus propriè locum habet legitima successio
ab intestato, vt in illis proximiores de recta linea e-
xistentes in infinitum, & collaterales vsque ad decis-
mum gradum succedant, & demum vir & vxor, ac
postremò fiscus, secundum Lucam de Penna in d. l.
quicunque. quia cum bona illa essent defuncto pro-
pria, & à nullo dependentia, habere potuit in illis suc
13 cessorem. Et † quia naturaliter res omnes ab ipso
Deo creatæ fuerunt franchæ & liberæ, vnaquæque
res in dubio libera præsumitur & francha, & sic allo-
dialis, nisi feudalis probaretur, aut emphyteuticaria,
vel aliter seruitio, aut censui, vel tributo subiecta, vt

14 d. §. soluto. Præsertim † in Burgundia, Lugduno, Gal-
☞ lia Narbonensi prouincia, [Vide j. in fi. huius ij. de-
cis.] quæ iuris Italici sunt, ab omni tributo exempta.
l. fi. §. j. iuncta gl. ff. de censib. Et consequenter Tho-
losa nostra in eadem prouincia existens, ab omni tri-
buto exempta, vt d. l. fi. de qua Cæsar contra Aquita-
nos bellum gerens meminit in suis comment. lib. iij.
de bello Gallico. Itaque, inquit, re frumentaria pro-
uisa, auxiliis, equitatúque comparato, multis præter-
ea viris fortibus Tholosa & Narbona, quæ sunt ci-
uitates Galliæ Prouinciæ finitimæ, ex his regio-
nibus nominatim euocatis in Sonciatum fines exerci-
tum introduxit, & c. Sonciates erant quidam popu-
lus prope Tholosam existens. Nec minus dicuntur
res allodiales, quòd in districtu, territorio, seu iuris-
15 dictione imperatoris aut regis sunt sitę: cum aliud † sit
rei quamuis liberæ, proprietas, & aliud iurisdictio.
Sufficit enim ad essentiam allodij & eius substantiã,
quòd à nemine quo ad plenam proprietatem sit re-
cognitum, & nulli faciat seruitium, licet iurisdictio
sit alterius. Ideo in concessione allodiorum quan-
tumcunq; larga & generali, nunquam censetur com
prehendi iurisdictio principis, imò semper intelligi-
tur excepta: nec venit in tali concessione etiam si ex-
pressè concessa foret, cùm alienari non possit, nec e-
tiam in tali concessione veniret iurisdictio cuiuscun-
que alterius domini iuridici vbi iurisdictio domino
16 allodium cõcedenti non pertineret. Cùm † allodium
& iurisdictio sint diuersa & separata, & separatorum
non est bona illatio: nec in concessione vnius venit
ius alterius. l. fi. ff. de cal. & c. inter corporalia. de tran
slat. episc. de quo in propriis terminis est casus in d.
c. j. de allod. Si autem allodium & iurisdictio perti-
nerent vni & eidem domino, esset aliud, vt plenè per
doct. in l. j. §. cùm vrbem. ff. de off. præfc. vrb. Nec e-
tiam tunc censeretur in tali concessione suprema iu-
17 risdictio imperatoris aut regis venire. Ex † quibus
per omnes concluditur, quòd Imperator aut Rex
Francię in suo regno, & qualibet parte eiusdem suam
habet de iure communi fundatam intentionem so-
lùm quo ad supremam iurisdictionem, seu vltimum
resortum: quia nemo est qui ei non subsit. Et quo ad
hoc est ipse imperator dominus totius orbis. l. de-
precatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. quæ sic intelligitur.
18 Excepto † regno Francorum, quod tanquam verum
allodium ei non subest, sed soli regi. c. per venerabi-
lem. qui filij sint legit. Sed imperator & rex Franciæ
suam non habent iure communi fundatam inten-
tionem; & minus habent eam fundatam inferiores
domini, quo ad rerum proprietatem & dominium:
quæ singulis pertinere possunt plenè, liberè, & allo-
dialiter, nisi probarentur subiectæ & seruitiales. Quæ
probatio incumbit hoc dicenti. l. ij ff. de prob. secun-
dum Panor. per illum text. in c. si diligenti. in prin. de
præscr. Ioan. Fab. in l. j. C. de sum. Trin. & Bal. in rub.
ff. de rer. diuis. col. 4. Hostien. & Ioan. And. in c. fin. de
iudi. Et plenius in c. nimis. de iureiur. vbi concludunt
quòd licet omnis persona & res ecclesiastica infra
diœcesim constituta, sit episcopo & eius dispositioni
subiecta. xvj. q vij. omnes basilicæ. & x. q. j. regenda.
19 ita † quòd in ecclesiasticis non reperiuntur allodia,
quia ius canonicum non patitur aliquam personam
esse acephalam. xciij. dist. nulla ratione. Et ex quo ei
subsunt personæ, fortius & res. xij. q. j. præcipimus. at-
tamen in temporalibus omnis res, licet infra re-
gnum sita, præsumitur allodialis, nisi asserens contra-
rium probaret. imò si esset castrum cum territorio

BIU Cujas

diceretur prouincia habens de per se iurisdictionem secundum eos. & consuluit Paul. cons. clxiij. incip. in causa quam. & si iurisdictio regi vel alteri pertineret, non minus diceretur allodium, id est, franchum dominium possessori pertinens quo ad liberam dispositionem: Quia sicut allodium seu libera rerum proprietas iurisdictionem superioris non includit, sic nec iurisdictio includit rerum proprietatem. Quia non sequitur, res est in tua iurisdictione, ergo tenetur à te in feudum vel emphyteusim, vel censum, nisi aliud per asserentem probaretur, secundum Spe. tit. de
20 emph. §. nunc aliqua. ver. lx. lxj. & lxij. Ideo † qui prętendit se dominum directum, & petit à possessore censum, tenetur rem ostendere, ad causam cuius prętendit censum, & de illa facere veutam si petatur, & illam verificare, vt ibi, facit tex. in l. Titius hæres Sempronij. in fi. ff. de actio. empt. & ita dicit consuetudine seruari Masuerus tit. de loc. & iure emph. §. item dominus directus. Imò quicunque possessor in possessione libertatis rerum suarum existens præsumitur illarum fuisse, & esse plenus & allodialis proprietarius, nisi aliud per contrarium allegantem probaretur. vt dicit gl. not. in verb. oportebit. in l. & si quis. §. sed interdum. ff. de relig. & sumpt. fun. & in l. penult. C. de
21 ingen. manum. adeo, † quòd singulariter decidit Bar. in l. vnica. C. de cond. & proc. præd. fiscalium. lib. xj. quòd si rex suum citari faceret baronem sub pœna priuationis, ad sibi ostendendum ius quod habet in castris, quę tenet infra regnum, aliàs sibi ea auferret: talis citatio esset ipso iure nulla. Pro quo facit quod decidit Ioan. And. in addit. Specul. tit. de feud. §. j. in
22 addit. incip. instrumentum. vbi dicit, † quòd ad validitatem secundæ concessionis non tenetur vasallus ostendere primam concessionem suis prædecessoribus factam in hac secunda narratam: quia etiam si prima facta non fuisset, hæc secunda valeret: postquam in seipsa concedendo disponit. l. ex hac scriptura. ff. de don. & plenè Oldr. cons. cxxvj. col. ij. vers. ad
☞ secundam quæstionem, & c. [Vide quod singulariter deciditur infrà articulo quinto. dum quærit an simplex declaratio domini rem esse censualem declarantis, probet eam censualem.] Cùm nemo ostendere teneatur titulum possessionis suæ rei prophanæ. l. cogi. C. de petitione hæreditatis. imò possessor præsumitur esse dominus, vt plenè decidit Panorm. in cap. cùm ad sedem. de restitut. spoliat. & in capit. illud. de præsumpt. & docto. in l. siue possidetis. C. de probationib. Quod secus esset in beneficialibus, vbi
25 ageretur de titulo beneficij, vt de titulo. secundum gl. in c. j. in fi. de reg. iur. lib. vj. vbi plenè Petr. de Anc. si autem baro ille se gereret pro exempto à iurisdictione & superioritate regis, tunc ostendere cogeretur titulum seu priuilegium exemptionis suæ, cùm habeat ex tunc ius commune contra se. capitul. j. de præscription. libr. vj. Quia etiam fundata esset intentio regis eo solo quòd rex est, & baro intra limites regni habitat, & bona sua habet. l. competit. C. de præscription. xxx. vel xl. annorum. secundum gloss. in fin. in dicto cap. si diligenti. ne quis remaneat acephalus,
23 id est, sine capite. Vnde † non mirum, (vt ex prædictis apparet) si tantæ donationes & relicta magnifica per Christianissimos Francorum reges & alios diuersos principes supremos ecclesiis & monasteriis per eos hactenus fundatis facta, valuerint: quia quo ad imperatorem & reges eum non recognoscentes, omnia quæ habent sunt eis propria allodia, nulli alteri quàm Deo subiecta. Et hoc est quod voluit text. in l. sacra. §. sciendum. ff. de rerum diuis. vbi tunc locus dicitur plenè acquisitus eccclesiæ, cùm princeps eum dedicauerit: quod intelligitur de re sua, quam ecclesiæ dedicauit. Cui concordat textus in can. futuram ecclesiam. duodecima quæstione prima. Nec tenentur ecclesiæ aut monasteria quibus talia bona fuerunt acquisita, illa vẽdere, nec extra manum suam ponere, sicut aliàs tenerentur, vt videbitis. Imò possunt illa prælati tanquam verum & perpetuum ecclesiæ patrimonium liberum tenere & retinere, per text. not. Genes. xlvij. ibi, Præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis. Et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas, & c. Facit text. in capit. sancitum. §. hinc datur. xxiij. quæstio. viij. Et de talibus bonis intelliguntur propriè omnia iura res ecclesiæ alienari prohibentia, quæ oportet esse ibi perpetua, sicut est ipsa ecclesia perpetua. l. iubemus. *la grande.* ibi, vt sicut ipsa religionis & fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illæsum. C. de sacrosanct. ecclesiis. Et intellige idem in ipsis monasteriis, dum tamen sint bonorum saltem in communi capacia: quia secus si incapacia, prout sunt conuentus fratrum minorum, vt infrà vi-
24 debitis in fi. huius secundæ decisionis. Et † prædicta bona temporalia à principe superiorem non recognoscente donata ecclesiæ, censentur totaliter in ecclesiam translata, etiam quo ad omnem iurisdictionem, secundum Bart. in l. si quando. C. de bon. vacan. libr. x. & not. in capit. pastoralis. de donat. Specul. & Ioan. Andr. in additio. titul. de iurisdictione omnium iudicum. §. j. versicul. quid ergo. maximè vbi facta esset concessio ecclesiæ pro remedio animæ ipsius donantis: quo casu fauore animæ est latè interpretanda concessio secundum aliquos. quos refert Ioann. Andr. in addit. Specul. titu. de iurisdictione omnium iudicum. col. iiij. vers. quæ autem meri imperij sunt. Et sic in concessione à principe superiorem non recognoscente facta, iurisdictionem includit, nisi aliter conuentum fuisset. Quod non concedunt iudices & officiarij regij in præsenti regno Franciæ, vt dicit Spec. regnicola noster, vbi s. Dicentes officiarij prætacti, & cum effectu tenentes, quòd quantumcunque sit generalis, larga & indefinita alicuius castri aut villæ facta per regem ecclesiæ concessio, non intelligitur rex ea quæ meri imperij sunt, transtulisse, quin saltem retinuerit superioritatem & vltimum ressortum etiam si hoc dictum non fuerit in concessione. facit
25 gl. per illum text. in c. pastoralis. de don. Vnde † ab episcopo cui rex etiam contulit temporalem iurisdictionem & totale imperium, non appellabitur ad metropolitanum, vel alium superiorem suum ecclesiasticum, sed appellabitur ad regem, vel eius senescallum, & postremò ad parlamentum regium: quantumcunque temporalitas illa episcopo concessa sit ei allodialis, & ei pertineat iure proprietatis & liberæ iurisdictionis: ita quòd à nemine recognoscatur, quicquid dicant Bald. Panor. & super omnes de sancto Georgio præpositus. super rub. de appell. col. 18. ver. sed quid de clericis iudicantibus de temporalibus, & c. per text. in c. si duobus. §. denique. de appell. & in cap. Romana. §. debet autem. de appellat. lib. vj.
26 Quæ † locum non habet in hoc regno, nec fuit vnquam receptus text. in d. c. si duobus. §. denique. de app. nec etiam text. in d. c. Romana. §. debet autem. de ap. lib. vj. per quem appellatio in talibus ad metropolitanum deuolueretur, attamen non seruatur in præsenti regno. vt dicit idem Spec. tit. de ap. §. nunc tractem

BIU Cujas

&emus, ad quem ſit appellandum. in fi. cum quo tran
ſit Ioan. Andr. in nouella in d. §. debet autem. vbi ex-
preſsè dicit tex. illum non fuiſſe in Francia receptum:
& ſic regem non ligat, nec eius ſubditos, per ea quæ
ſ. dixit. imò vbi eccleſia temporalem habet iuriſdi-
ctionem iudicare tenetur ſecundum leges ciuiles, &
non ſecundum canones, vt tenet gl. ſuper verb. tam
canonica. in fi. de præſcript. capit. fin. Videatis Ioan.
And. in addit. Spec. alleg. ver. quæ autem meri impe-
rij ſunt. ſuper verbo, Franciæ. vbi refert Pileum in e-
ius vltima quæſtio. tractantem de donatione per re-
gem Franciæ facta eccleſiæ ſancti Martini caſtri Tu-
ronis, vbi in ſequenti addi. notabiliter loquitur Ioan.
And. & gl. fi. in cap. ij. de delict. puerorum. ad hoc fa-
cit quod decidit Henric. in cap. ex parte. de feud. vbi
dicit, quòd ab ipſo regis vaſallo inter ſuos vaſallos,
vel alios ſibi temporaliter ſubditos cognoſcente ap-
pellatio deuoluitur ad regem, aut eius officiarios, &
non ad metropolitanum. vnde conſueuerunt epiſco-
pi & cæteri prælati temporalitatem habentes tenere
vltra officialem qui de cauſis ſpiritualibus cogno-
ſcit, & habere iudicem temporalitatis, qui iuriſdi-
ctionem temporalem regat pro epiſcopo, à quo ap-
pellatur ad regem, & non ad metropolitanum, vel a-
lium iudicem eccleſiaſticum, niſi à tali iudice ſecula-
ri ipſius epiſcopi aut eccleſiæ appellaretur, qui epi-
ſcopus ex priuilegio vel antiqua conſuetudine habe
ret iudicem appellationum ſecularem: quo caſu ad
ipſum eſſet appellandum. Et ſi tunc de facto appella-
retur ad baliuum vel ſeneſcallum regium, ordinauit
Philippus Pulcher quondam Francorum rex in men
ſe Februarij, anno Domini M. ccciij. quòd tunc ſine
difficultate remittantur appellantes ad iudicem ap-
pellationum temporalem eccleſiæ, ſeu illius prælati.
(Additio.) Quam ordinationem reperies in regiſtro
ordinationum regiarum cameræ inqueſtarum parla-
menti Tholoſæ, folio xxxvij. verſo. Tamen vltima
appellatio ad iudicem deuoluitur regium, ſaltem ad
parlamentum de iure & regni conſuetudine. Con-
ſuetudo enim in talibus multum operatur, vt ad iudi
cem temporalem & non eccleſiaſticum appelletur:
prout ſeruatur in regno iſto. ſecundum Archidiac. in
can. ſi quæ. §. his itaque. vndecima quæſtione prima.
& Hoſtien. in ſumma titul. de appellat. §. à quo & ad
quem. alleg. verſicul. ſed pone quòd epiſcopus. Do-
minicum & Philippum in dicto §. debet autem. vbi
de hoc videtur text. expreſſus ibi, niſi fortè de con-
ſuetudine, &c. facit text. in d. capit. nouit. de iudic. &
l. j. C. de emancipat. lib. Idem dicit Manſuerius con-
ſuetudine in regno iſto ſeruari tit. de appella. §. item
à iudice eccleſiaſtico. allegans Bartol. in l. prima. §. ſi
27 quis in appellatione. ff. de app. † Et ita quod fortius
eſt, ſeruari videmus in apanagiis huius regni, quæ a-
liis domus regiæ dantur, prout ſunt ducatus Aure-
lianenſis, Bituricenſis, aut Borbonij, in quibus licet
plus filiis faueatur, quàm Deo aut eccleſiæ in ſucceſ-
ſionibus, ſecundum Auguſt. in dicto can. quicunque.
xvij. quæſt. iiij. tamen ab illis ducibus aut eorum of-
ficialibus quantumcunque fuerit larga conceſsio eis
facta, appellatur ad regem, ſeu eius officiarios ſal-
tem ad curiam parlamenti, vt notoriè videmus: quia
in conceſsione nunquam venit exemptio à ſuperio-
ritate, à qua rex (etiam ſi hoc vellet) quem eximere
non poſſet quo ad res ſitas intra limites regni, ſecun-
dum Luc. de Pen. in l. quicunque. ij. C. de omni agro
deſerto. lib. vndecimo. vt infrà latius dicetur loquen
do de præſenti ducatu Aquitaniæ Anglis conceſſo:
quia aliter facere & interpretari eſſet in vno & eo-
dem corpore duo capita ponere: quod monſtruoſum
diceretur. Or nunquam Francia nouit monſtra. [Vt
habetur infrà ſuper verbo, *quæ filium ex eo ſuſcipiens.*]
Vnde in talibus ſic donatis terris creare rex poteſt
tabelliones, tallias indicere, & alia quæque regalia
in ſubditis & terra illa exercere, ſicut in qualibet alia
regni parte ſibi retenta: ideo ſi appelletur, ad ipſum
(& non ad papam) appellabitur. Quia cùm ſit in re-
gno ſuo imperator, & imperium ſit notoriè quo ad
temporalia à ſuperioritate papæ exemptum, à rege
28 non appellabitur ad papam: quia † regnum Franciæ
non eſt de regnis quæ ab eccleſia tenentur in feu-
dum, ſicut tenetur Siciliæ regnum. clem. paſtoralis.
de re iud. vt plenè per Lucam de Penna, in l. prædia.
29 circa finem. de locat. prædio. ciuil. libr. xj. Et † præ-
miſſa (ſcilicet vt teneat donatio allodiorum per re-
gem eccleſiæ facta) etiam locum habent de iure
communi in quibuſcunque cæteris allodiis non re-
galibus, in diſtrictu inferiorum à rege ſitis & conſti-
tutis: quia talium bonorum proprietas perpetuò ma-
nebit eccleſiæ pariter & vtilitas, attento quòd non
ſunt alicui ſeruitio ſubdita: [Et ſic in eccleſiam
tranſire poſſunt: quod & qualiter intelligatur, habe-
tur in fine huius ij. deciſ. & in quinta deciſ. poſt prin-
cip.] cùm per talium bonorum alienationem eccle-
ſiis, monaſteriis aut perſonis eccleſiaſticis factam ne-
mini præiudicetur. Et de talium bonorum donatio-
ne, aut tranſlatione, & alienatione intelligitur text.
in dicto cap. futuram eccleſiam. & cap. videntes. xij.
q. j. vbi Vrbanus papa ſtatuit eccleſias retinere poſ-
ſe bona immobilia ſibi à catholicis oblata, nec eas
cogendas vendere: & maximè quia iuriſdictioni re-
gis vel alterius domini temporalis cui ſubſunt non
30 præiudicatur, quia licet † eccleſia & clerici quo ad a-
ctiones perſonales ciuiles & criminales trahi non
poſsint, niſi coram iudice eccleſiaſtico, cui ſoli quo
ad perſonas ſubſunt. cap. ſi diligenti. & cap. ſignifica-
ſti. de foro compe. Tamen quo ad res & eorum poſ-
ſeſsiones, & ſic in cauſa & actione reali, ſcilicet poſ-
ſeſſoria, aut rei vendicationis coram domino tempo
rali loci ſeu iudicibus ſecularibus, in quorum diſtri-
ctu res eorum immobiles & poſſeſsiones ſitæ ſunt,
conueniri & trahi poterunt. [Quia res clericorum
ſunt de foro laici, ſecundum Innoc. in capit. non mi-
nus. de immunitate eccleſ. Præterea dicitur in capit.
nouerint. de ſententia excom. quòd in temporalibus
Imperator ſolus omnibus tam clericis quàm laicis
præeſſe debet, & priuilegia concedere poteſt.] Et pa
riter ipſi alios trahere & conuenire, ſecundum Ho-
ſtien. in ſum. titul. de foro comp. §. quibus ex cauſis.
ver. ſed nunquid iudex ſecularis, &c. vbi in realibus
31 † iudex ſecularis defectum ſupplet & negligentiam
iudicis eccleſiaſtici. vnde in realibus maior eſt iudi-
ce eccleſiaſtico. Pro quo facit text. in cap. ij. & capit.
quod clericis. & dicto capitulo, ſi diligenti. de foro
compet. vbi clerici ſolùm prohibentur conueniri &
trahi coram iudice ſeculari quo ad actiones crimina-
les & ciuiles perſonales. Facit text. in capit. clerici. &
capit. qualiter & quando. de iudic. & in Auth. ſtatui-
mus. C. de epiſcopis & cler. & text. clarus & optimus
in canone, ſicut enim impietatis crimen. §. ex his om-
nibus. xj. quæſtione prima. vbi ſolæ actiones crimi-
nales & perſonales clericorum à iudicio ſeculari exi-
muntur, ita quòd non valeret iudicium in actionibus
perſonalibus etiam pro clericis latum de conſenſu
ambarum partium, etiam ſi proprius epiſcopus con-
ſen

BIU Cujas

senſiſſet: imò clericus conſentiendo puniretur. capit. ſi diligenti. & cap. ſignificaſti. de foro competent. Ac iudex ſecularis poteſtate iudicandi priuaretur, per textum in Authent. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. vbi
32 ſingulariter decidit Bald. in ij. not. quòd † clericus coram iudice ſeculari tractus tunc puniretur, ſi de cauſa principali pro qua tractus erat, reſponderet: quia iudicium non teneret etiam pro ipſo latum, vt d. c. ſi diligenti. Attamen valeret, ſi ille qui eum traxit ad pœnam perditionis cauſæ damnatus cum expenſis fuiſſet per ſecularem iudicem, coram quo clericus tractus fuerat: prout fieri debet per illam Authentic. ſtatuimus. Nec eſt nouum, quòd ille qui non eſt iudex cauſæ principalis poſsit punire & in damnis & expenſis condemnare: cùm de hoc an ſit iudex vel non, cognoſcere poſsit. capit. fin. vbi bona gloſſ. in fi. de reſcript. & conſequenter de pœna & expenſis, vt ibi. Sed non de actione perſonali contra clericum in-
☞ tentata, per iura præallegata. [Ad quod facit quòd infrà dicitur, dum loquitur de reparatione attentatorum coram iudice ſeculari.] Quibus iuribus concordat ordinatio Regia Philippi Pulchri, Francorum regis, prędicto menſe Februarij facta anno Domini Milleſimo trecenteſimotertio, vbi ſic dicitur: Item perſonæ eccleſiaſticæ non compellantur in foro ſeculari ſuper actionibus merè perſonalibus litigare, quanquàm per noſtras literas vel miniſtrorum
☞ noſtrorum ad hoc fuerint obligatæ. Hæc ibi. [Hanc ordinationem poſuit dominus Auffrerius in titul. de priuileg. regiis. in ſuo tractatu ordinationum regiarum.] (Additio.) Hanc etiam ordinationem reperietis in regiſtro ordinationum regiarum cameræ inqueſtarum parlamenti Tholoſæ, fol. xxxvij. verſo. cum ſequent. Secus ſecundum aliquos, & obſeruatur etiam ſi clerici vltra perſonam bona ſua expreſsè obligaſſent: quo caſu dicunt, quòd ratione hypothecæ bonorum immobilium Cæſari ſubditorum. c. quo iure. viij. diſtinction. trahi poſſent in actione hypothecaria coram iudice ſeculari, vt infrà videbitis ſecun-
33 dum Ioan. Fab. Prætereà † certum eſt in actione reali, perſonam poſſeſſoris non eſſe obligatam: nec propriè trahitur perſona in iudicium, ſed ipſa res de qua quæritur. l. ſed & loci vnius. §. ſi alter fundus. ibi, quoniam magis fundo quàm perſonis adiudicari fines vel partes intelliguntur. ff. finium regundorum. facit l. qui aliena. §. fin. ibi, ſententia prædio datur. ff. de negotiis geſtis. videatis gloſſ. quæ hoc ſentit in §. omnium. j. Inſtitut. de actionibus. dum loquitur de a-
34 ctione propria & impropria. † Imò plus dicit Gulielmus de Cugneo doctor noſter Tholoſanus in l. de his. C. de epiſcopis & clericis. quem ibi ſequitur Baldus. & in Authentic. ſed & periculum. C. ſine cenſu vel reliquiis fun. compa. non poſſe. vbi clarè loquitur, clericum poſſe trahi coram iudice ſeculari ratione arreragiorum, & tributi, aut cenſus non ſoluti, pro ſuis poſſeſsionibus domino directo debiti: per illum textum, quia tunc magis conueniretur poſſeſsio, quàm perſona, ſecundum eos. idem tenet Salycetus in dicta Authentic. ſed & periculum. cum quibus tranſit vtrobique Alexander in addition. ad Baldum. & ita quotidie ſeruatur: & vidi literas concedi in cancellaria dominis temporalibus contra clericos pro cenſu aut tributo rerum immobilium, quas tenent, non ſoluto, per textum, ſecundum vnum intellectum gloſ. ibi in canone, ſi tributum. xj. quæſtio. prima. vbi poſſeſsio tributaria ſi tributum non ſoluatur, poteſt à domino temporali vendicari, vt ibi. & can. ſequent. Tamen fieri debet executio in dictis rebus aut fructibus earum, & non in aliis bonis eorum mobilibus, quæ ſequuntur perſonam, cum qua eodem gaudent priuilegio. quod verum intelligo in oneribus perpetuò rebus annexis vniformem habentibus præſtationem, vt ſunt tributa & cenſus. Si autem onus eſſet variabile, vt ſunt collectæ & talliæ, quę ſingulis pro neceſsitate emergente, imponuntur, non poſſent clerici per ſecularem iudicem cogi, etiam ſi pro tali onere prius fuiſſent poſſeſsiones eorum pro ſolido & libra aſcriptæ, ſicut fuerunt in preſenti patria & lingua Occitana: quia clerici ad tale onus non tenentur ſecundum *communem opinionem*, de qua in capitul. non minus. de immunitate eccleſ. tamen Bartolus tenet contrarium in l. reſcripto. §. ſi. ff. de muner. & hon. quando pro tali onere erant res aſcriptæ pro ſolido & libra priuſquam ad clericos peruenisſent: & ſua opinio ſaltem ſeruatur in rebus per clericos vltra eorum neceſsitatem acquiſitis, puta ſi habent plures domos, quibus ſufficeret vna, &c. Nam deſcriptio & allibratio poſſeſsionum pro ſolido & libra antea facta, eas affecit, ſi facta fuerit authoritate principis, ſecundum Baldum in l. placet. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Similiter literas concedere conſueuit cancellaria inhibitorias, ne pro talibus quęſtionibus trahantur domini aut alij ad forum eccleſiaſticum, querelis eccleſiaſticorum. Quia licet actio ſit eo tunc perſonalis, tamen non eſt merè perſonalis, ſed mixta, eo quia deſcendit & dependet à realitate, cùm cenſus debeatur ratione rei immobilis regi ſubditæ, vel alteri domino temporali in cuius ſita eſt territorio, ſecundum dominum Manſuerum dictam prohibitionem ex conſuetudine approbantem titulo de iudicib. & eorum iuriſdict. in princip. quam quilibet dominus iuridicus facere poteſt. Et pariter in ipſa re cenſuali, quæ pro cenſu eſt tacitè obligata. l. rei annonariæ. in fin. C. ſine cenſu vel reliq. fit executio, de qua non loquitur dicta regia or-
35 dinatio. † Quoties enim directè & ſimpliciter agitur pro annua præſtatione & eius arreragiis, ſi talis annua præſtatio ſit aſsiſa, habet annexum directum dominium quod trahit à domino rei, & obtinet principalem partem. Et inde dicitur, quòd habens dominium directum, cenſetur eſſe rei dominus. l. ſi domus. §. finali. de legatis primò. Et ſi non ſit aſsiſa, eo quia perpetua, ſatis cenſetur immobilis. Omnes enim reditus, ſicut prædia ipſa, cenſentur immobiles, ſecundum gloſſ. in §. ſi verò habeat reditus. in Authen. vt hi qui oblig. res. collatione ſexta. & clarè in l. iubemus. *la grande*. §. primo. ſuper verbo, annonas. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Quod verum intelligatis, ſi ſint reditus directi, vt cenſus, & alia ratione directi dominij: ſecùs, ſi eſſent ſimplices & nudi reditus fundalitati non annexi: quia tunc licet computentur inter bona immobilia, non tamen ſapiunt nec concernunt naturam rei ſuper qua debentur. Ideo fuit aliàs arreſto Pariſiis declaratum, quòd petens talem reditum perpetuò in futurum ſibi ſolui cum arreragiis, licet teneantur ventam rei facere, ſuper qua petitur, non tamen tenetur tradere demandam proprietariam: quia non petit rem neque dominium rei, ſuper qua reditus petitur, & ſic tradere non tenetur demandam triplicatam, vt vnam retineat, aliam defenſori tradat, & alia penes curiam remaneat, ſecundum ſtylum curiæ Parlamenti in materia proprietaria & petitoria, vbi partes fuerunt
☞ appunctatæ in factis contrariis. [De quo per dominum

BIU Cujas

minum Auffrer.in ſuo tract.Arreſtorum,c.ij.] Si autem ageretur pro arreragiis ex conuentione,vt quia reus ſoluere promiſit arreragia,tunc quia obligatio, quæ mixta erat,& rei immobili cohærens,imò ex ea procedens,& eius ratione competens,fuit nouata, id eſt,reducta ad perſonalem, poſſet iudex eccleſiaſticus cognoſcere,cui per ſecularem inhiberi non poſſet,vt dicit præfatus doctor,vbi s.[Niſi talia arreragia fraudulenter fuiſſent in ſtipulationem deducta ad fraudandum iuriſdictionem regiam fori mutandi cauſa:quia non proficeret,per l.ij.§.ſed & ſi agant.ff. de iud. de quo extant plura arreſta, & inter alia propter hanc fraudem Abbas ſancti Vincentij condemnatus fuit per Arreſtum in ſexaginta libras Pariſienſes,anno Domini M.cccIxxxv. vt refert dominus Stephanus Auffrer.in Parlamento Tholoſæ conſiliarius regius,ac inqueſtarum præſidens, in ſecundæ regulæ quarta fallentia.in fine. inter caſus per eum recollectos, ſub quatuor regulis, in quibus iuriſdictio ſecularis habet poteſtatem in clericos, & eorum bona. ſub prima regula xxj. decidit caſus in cauſa criminali, vbi criminaliter agitur.In ſecunda regula,in quęſtione bonorum pecuniaria, xxxiij.caſus cum ſex extenſionibus. In tertia regula in priuilegio perſonali duodecim caſus. In quarta regula, de negotiis clericorum,ſi laici ſe intromittere poſsint,cxlix.caſus recollexit. Et anno præſenti deceſsit Tholoſæ die decimo Septembris, M.cccccxj. honorificè ſepultus in conuentu cordigerorum de obſeruantia,præſente tota curia & omni magiſtratu, & ſtatu dictæ ciuitatis. Prædictæ quatuor regulæ ex poſt per modum additionis fuerunt impreſſæ cum repetitione clement. j. de offic.ordinar.per eundem Auffrer.facta.Et de dictis Arreſtis meminit idem Auffrer. in tract. ſuo Arreſtorum, capit.xxj. & cap.xlix.] Et ita fuit Arreſto Pariſiis dictum pro epiſcopo Pariſienſi, & quodam de camera inqueſtarum. Idem ſi ageretur pro decimæ non ſolutæ arreragiis, vel pro iure patronatus contra laicum:quia ſunt quaſi ſpiritualia,licet ad cauſam ſoli pertineant, vt ibi. † Ad præmiſſa facit elegans deciſio Lucæ de Penna in l.iubemus.C.de nauibus non excuſan.lib.xj.volentis valere ſtatutum populi, aut principis, & fortiùs valere conſuetudinem, quòd animalia clericorum, & eccleſiarum à ſuis, & etiam priuatorum paſcuis arceantur, & reperta per laicos paſcuorum dominos, aut officiales publicos, ad hoc deputatos expellantur, ne paſcua deuaſtent inuitis dominis. Et ſi in eis inueniantur,ſoluant pœnam,vel poſsint animalia impunè offendi,vel pro emenda capi. Poteſt enim ſuper rebus conſuetudine vel ſtatuto aliquid induci per iudicem,aut populum in cuius iuriſdictione bona conſiſtunt, licet animalium domini in iuriſdictione conſtituentium non ſint. De quo per Innocent.& Hoſt.in c.poſtulaſti.de foro compet.& Archid.in c.j.de priuileg.lib.vj facit l.fin. C.de exact.tribut. libr.x. quia nullo iure cauetur clericos vti poſſe alienis rebus inuito domino, nec poſſet hoc ſtatui ſine crimine ſtatuentis ſalua iuſtitia æquitatis, imò æquis paſsibus in hoc ambulare videntur bona clericorum & laicorum, quæ pari etiam tempore præſcribuntur. cap.iij.de præſcriptio. Prætereà hoc ſtatuere eſt imperij & iuriſdictionis, quo ad quę,bona clericorum,& eccleſiarum ſubdita ſunt principi ſeculari. vt dicto can.quo iure. viij.diſtinctio. Nec reperitur contrarium huius diuino iure ſtatutum: ergo cenſetur per eccleſiam approbatum,per ea quæ not.Arc.xcvj.diſt.can.bene quidem. Bona profectò clericorum ſunt eccleſię quo ad protectionem & defenſionem,non autem quo ad alienorum inuaſionem & deſtructionem:imò † pro tuitione rerum ſuarum licitum eſt laicis clerico inferre violentiam abſq; metu excommunicationis. c.olim. j.de reſt.ſpo.& ipſum ligare abſente epiſcopo,ſi viderent eum in alterius offenſam paratum, ſecundum Inn.in c.ſi verò.de ſen.ex.Ex clericatu quippe ſuſcepto non peccandi licentiam, ſed neceſsitatem bene viuendi ſe nouerint clerici aſſecutos. xl.diſt.in prin. Quoniam ex indulgentiis & libertatibus non debent crimina ſubleuari.l.ſi apparitor.in fin.C.de coartali. lib. xij. imò maiori ſunt pœna digni.l.presbyteri hoc citra.C.de epiſc.& cle. Hæc enim omnia dependent ex re immobili ſubdita imperatori.Præterea conſtitutio principis ſecularis ligat etiam res clericorum ſitas in eius territorio, vt refert arreſto fuiſſe deciſum Guid.Pap.q.lxxix.incip.an clerici. Et † hinc eſt, quòd cùm officiarij regij cognoſcant,& cognoſcere conſueuerint de poſſeſſorio etiam pleno beneficiorum eccleſiaſticorum,& quorumcunq; ſpiritualium, illudque diffinitiuè decidant, in beneficialibus inter clericos. Nam licet de iure communi non poſsit iudex ſecularis cognoſcere de poſſeſſorio cauſarum beneficialium, & eccleſiaſticarum inter clericos, inter quos neceſſe eſt poſſeſsionē iuſtificare ex titulis, qui ſunt merè ſpirituales, ſine quibus beneficia teneri & poſsideri non poſſunt.c.j.de reg.iu.lib.vj.Niſi ſolùm contra laicos, qui de facto turbarunt vel ſpoliarunt clericos, quo caſu non eſt neceſſe diſputare de titulo,nec poſſeſſorio talium ſpiritualium, quæ in laicis cadere non poſſunt.c.cauſam.de præſcrip.ſed ſufficit clerico turbato vel ſpoliato probare,quòd antè poſſidebat ſeu tenebat, & ſpoliationem à laico factam, qui de facto beneficium tenet,quæ nuda facti detentio in eo cadere non poteſt, quia nihil iuris habet,vt plenè decidit Panor.in c.literas.de iu.cal.Tamen † ex antiqua & immemoriali conſuetudine remedia poſſeſſoris etiam in beneficialibus,& eccleſiaſticis cauſis in iſto regno Franciæ conceduntur,& tractantur per iudices regios.Quam conſuet.B.pater Mart. Papa ad requeſtam regis Francię,videlicet Caroli vij.domini noſtri regis moderni nunc regnantis aui paterni approbauit, etiam reſpectu cauſarū beneficialium, tam in regno,quàm Delphinatu:ſed declarauit dictę conſuetudini & ſtylo per quamcunque conſtitutionem apoſtolicam derogatum nō fuiſſe,nec iudices regios de talibus quæſt.cognoſcentes cenſuris eccleſiaſticis ligaſſe,nec derogare aut ligare velle. Cuius declarationis tenorem ad longum poſuit Guid.Pap.q j.hanc conſuet.approbans,& q.552.in fi.dicens iudices ſeculares indubitanter cognoſcere de poſſeſſorio beneficiorum,eos conſequenter condemnant ad reſtitutionem fructuum malè perceptorum, & in expenſis inſtātiæ iudicialib.& extraiudicialib.quas poſtea taxāt, & literas executoriales concedunt.[Anno præſenti M.cccccxiij. die iiij.Februar. ſanctiſsimus dominus noſter Leo Papa x. literas quaſdam commendatitias in forma breues ſub annulo Piſcatoris curiæ parlamenti miſit, tenore quarum conſuetudinem, & ſtylum Franciæ clarè videtur approbare,cuius breuis tenor ſequitur,& eſt talis,Dilectis filiis Præſidentibus & Conſiliariis parlamenti curiæ Tholoſanæ, Leo Papa x. Dilecti filij ſalutem,& apoſtolicam benedictionem, Intelleximus litem ſeu controuerſiam ſuper poſſeſſorio monaſterij ſancti Petri de Salino, & prioratu ſancti Saturnini dē portu in Ponte ſancti Spiritus

Spiritus ordinis Cluniacensis, quæ olim certo modo vacantia dilecto filio magistro Ioanni de Ansedunа literarum apostolicarum abbreuiatori, per eum quo ad viueret tenenda, & gubernanda auctoritate apostolica commendata fuerunt, inter eundem Ioannem & certos eius aduersarios coram vobis iudicibus pendere. Nos autem eundem Ioannem, ob grata obsequia, quæ tam ipse, quàm bonæ memoriæ Rostagnus Archiepiscopus Ebredunensis eiusdem Ioannis patruus dũ viueret nobis impendit, & quæ idem Ioannes adhuc impendere non desistit, gratioso fauore prosequi volentes. Hortamur vos in domino, vt pro nostri, & apostolicę sedis reuerentia eidem Ioanni in præmissis iustitia mediante assistatis, ac auxilium & fauores opportunos præbeatis, vos in præmissis, taliter gerentes, vt apud nos, & sedem eandem non immerito commendari valeatis. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimaseptima Nouembris, M.ccccxiij. pontificatus nostri anno primo. Hæc ibi. Et fuit dictum breue registratum dicta die quarta Februarij, in registris curiæ anni illius per magistrum Raymundum Michaelis Grefarium, & secretarium regium dictæ curiæ, ex quibus resultat iudices regios sine scrupulo conscientiæ cognoscere posse de tali possessione, postquàm summi pontifices qui potestatem super hoc dispensandi habent, scienter hoc tolerarunt tanto tempore, quinimò approbarunt vt videtis.] Et id idem faciunt de actionibus realibus pro re immobilili prophana intentatis cognoscendo inter clericos, & laicos. Aliqui tamen iudices honestius (vt dicunt) procedendo ad fructus eos non condemnant. Sed quòd ad restitutionem eorundem per captionem temporalitatis constringentur ordinant, quod idem est in effectu. Cùm compulsio præsupponat, & includat condemnationem præcedere. l. sed cùm nulla. vbi plenè no. ff. de re
40 iudi. & l. j. C. de execut. rei iudi. Quo † casu appellatione temporalitatis virorum ecclesiasticorum non veniunt bona eorum mobilia, nec capi possunt, licet temporalia sint, qualia sunt vtensilia domus, quæ sequuntur personam, nec etiam capi possunt fructus decimales, vel primitiales, aut oblationes suarum ecclesiarum & beneficiorum: sed capi tantùm possunt bona eorum immobilia temporalia, quæ (vt suprà dixi) sunt Cæsari subdita, & consequenter fructus & prouentus illorum, super quo vltra ius commune habetis ordinationes regias nouiter factas malè obseruatas, præsertim domini nostri regis Caroli octaui nunc regnantis, super reformatione iustitiæ patriæ linguæ Occitanæ factam, in mense Septembris, anno Domini M.cccxc. quam malè seruant nonnulli officiarij peiores dæmone: quia quoties eis mandatur capi alicuius ecclesiæ maximè vacantis temporalitas, & fructus temporalitatis ecclesiæ, aut episcopatus, capiunt, imò rapiunt omnia mobilia, & fructus nedum rerum immobilium temporalium, sed etiam decimas, & quæcunque spiritualia emolumenta, contra mentem iuris, & principis rescribentis, ac intentionem eiusdem in dicta ordinatione liquidè declaratam. (Additio.) Hanc ordinationem reperietis in libro ordinationum regiarum cameræ inquestarum curiæ Parlamenti Tholosæ, folio clxx. verso. Quæ fuit ex post per alias patentes literas regias extensa per totum resortum curiæ parlamenti. (Additio.) Hanc opinionem reperietis in libro regiarum ordinationum cameræ inquestarum parlamenti Tholo-
41 sæ, folio clxxix. verso. in fin. Plus † obseruatur: quia si clerici in possessorio rerum suarũ, aut beneficiorum litigent, aut in rei vendicatione prophanorum, & calumniati fuisse, aut in lite tergiuersati, vel diffugia commisisse, vel excessus odio litis pendentiæ, vel aliquid attentasse reperiantur, iudices seculares causæ principalis eos in emenda condemnabunt pecuniaria. Pro qua res immobiles eorum sayssiunt. & ad manum regiam ponunt, donec ad plenã satisfactionem dicentes hæc omnia dependere ex realitate regi subdita, & possessione, de qua cognoscere assueti sunt, &
42 iudices capaces existunt. Et † aliquando in defectu veræ temporalitatis contra dictam ordinationem regiam, & iuris communis statuta fructus capiunt beneficiorum, & ecclesiarum clericis commissarum: quod fieri non debet, etiam ipsis existentibus non soluendo. l. stipendia. C. de execu. rei iud. vbi stipendia militum secularium capi non debent etiam pro re iudicata. cùm possit aliis rationibus exequi rem iudicatam. puta in rebus patrimonialibus, vt dicit glos. in l. commodis. ff. de re iudicata. & Bartolus in l. à diuo Pio. §. exequuntur. illo eodem titul. & Alexand. ibi. §. in venditione. Vel dicatis, si possit aliis rationibus exequi, puta officium, & auxilium iudicis ecclesiastici implorando, qui vices suas tenetur impendere, vt sententia iudicis secularis suum per censuras ecclesiasticas sortiatur effectum. Sicut econtra tenetur iudex secularis in similibus iudices iuuare ecclesiasticos. c. j. de officio ordin. & cap. fin. de re iud. lib. sexto. Vtraque enim potestas per aliam iuuatur, can. cùm ad verum. xcvj. distinctio. Et fit honestius, & in foro conscientiæ securius. facit can. princeps seculi. xxiij. quę-
43 stio. v. Tamen † ex regni consuetudine executio sententiæ vel instrumenti continentis hypothecam, fit etiam contra monachum in sua temporalitate, & secundum aliquos in solis fructibus pendentibus: quia si essent à solo separati, dicerentur bona mobilia: pariter executio fieri posset etiam in separatis à solo, & in reditibus, etiam nundum solutis vel receptis, secundum Mansuerum titul. de execu. §. item executio potest fieri aduersus monachum. Et ita seruatur per text. in c. peruenit. de fideiuss. vbi etiam non facta discussione bonorum patrimonialium mandatur executio fieri in fructibus beneficij. & ita tenet ibi glos. penult. Ioan. And. Anto. de Butr. Card. & Imol. licet alij contrà per d. l. stipendia. sed præcedens opinio.
44 quòd † recta via fructus beneficij capi possint, *communiter* practicatur. Et ratio potest esse, quia cùm in hoc regno viri ecclesiastici tenere non possint bona tempora immobilia sine mortificatione, & dispensatione regis, quæ difficiliter obtinetur. l. apud Iulianum. alias incip. Iulianus. §. fin. ff. de leg. j. vt infrà latius dicetur in v. decisio. Et eorum mobilia faciliter occultari possunt: satis notorium est eos in bonis secularibus non esse soluendo. Et sic illorum non est necessaria discussio, secundum gloss. in l. decem. ff. de verb. obligat. vbi Bart. & in l. fin. ff. si cer. petat. secus est in militibus secularis militiæ, qui feuda tenere possunt, & cætera temporalia, quæ priùs debent discuti, quàm capiantur publica eorum stipendia, vt d. l. stipendia. Præterea discussio, & ordo ille seriatim agendi, sunt iure ciuili pro quadam solennitate inducta, quæ est de apicibus iuris, secundum gl. singulariter super verbo, actum esset. in l. si mancipium. quam ibi sequitur Bal. in suis apostillis. ff. de euict. & Iason in §. item si quis in fraudem. ver. iiij. limitatur. Instit.
45 de actionib. Quæ † quidem solennitas & iuris apices iure isto canonico, secundum quod est de beneficiis

ecclę

BIU Cujas

ecclesiasticis iudicandum,non considerantur,nec seruantur, sed sola facti veritas,& simplex æqualitas. c. dilecti.de iudic. Vnde de aliorum bonorum discussione non disputatur, sed recta via ad fructus beneficij,qui ex se patent,deuenitur,vt d.c.peruenit.vbi talis discussio non requiritur, per illum text. Et si suppleretur esset diuinare, quod est refugium miserorum,secundum gl.in l.filium quem habentem. C.famil.erc. quia d.l.stipendia.in qua se fundant, loquitur in diuerso casu,vt dixi.[Iuris apices minus considerãtur in foro conscientiæ,vt plenè habetur super verbo, *Mortuo itaque testatore. j.* loquendo de sententia Pilati contra Christum lata, quando quartò defecit.](Additio.) Et ita fuit dictum per Arrestum curiæ Parlamenti Tholosæ die vltima Ianuarij, anno Domini M.cccexcviij. pro Antonio de Hereno loci de Rapistagno actore contra magistrum Stephanum Sacaley presbyterum priorem de Rossenaco, & archipresbyterum de Flanuhaco Doctorem regentem in studio Tholosano ratione summæ mille sexcentum librarum,de quibus pro suo fratre responderat, & omnia bona sua hypothecauerat.Pro qua declarati fuerunt affecti, & hypothecati fructus prædictorum beneficiorum, quos dictus de Hereno actor leuaret vsque ad plenam satisfactionem, reseruata dicto Sacaley congrua portione iuxta iuris formam. Prętereà vltrò procedunt seculares,quia clericos coram eis litigantes in casibus permissis, & consuetis ad satisfaciendum aduocatis, procuratoribus, notariis, processuum relatoribus,& causarum solicitatoribus pro laboribus, quos taxant,cogunt, ac adstringunt. Quia talia accessoria, & similia naturam sequuntur principalis:præsertim vbi sine illis principale tractari non posset,nec expediri. l.ij.ff.de iur.om.
46 iud. facit l.quoties.C.de iudic.† Cognoscunt etiam iudices seculares contra clericos de actionibus mixtis,sicut de hypothecaria actione,vt dixi:& de actionibus familiæ erciscundæ,communi diuidundo,& finium regundorum,pro rebus prophanis competentibus inter eos. de quibus in §.item mixtæ. Instit.de action.quia non sunt merè personales,sed mixtę,tam in rem,quàm in personam,vt ibi. De quibus non loquitur prohibitiuè dicta ordinatio regis Philippi,sed
47 potius permissiuè.†Argumento sumpto à contrario sensu,quod est fortissimum.l.j.ff.de off.eius cui man. est iurisd.[Hoc tamen intelligitur maximè,vbi sunt plures contendentes, quorum vnus est clericus:quia tunc contractabitur coram iudice seculari, per l.j. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. ratione connexitatis causæ,secundum gl.ibi,quia consortes & coniuncti sunt.l nulli.C.de iudic. & etiam ratione reconuentionis, quia quilibet est actor & reus, agit & conuenitur.l.in tribus.ff.de iudic. ideo eidem iudici cognoscere pertinet.iij.q.viij.can.cuius in agendo.& l.cùm Papinianus.C.de senten.& præterea ratione vitandæ absurditatis. nam aliàs contingeret, quòd vnus aliter iudicaret, quàm alius,vt d.l.j. Et vt suprà fuit tactum in his sententia plus datur fundo, quàm personis : & ita tenet etiam dominus Auffrer. in dicta secunda regula. xv.fallent. in repetit.supradicta.] Et prædictam opinionem, quòd pro re prophana immobili possit ecclesia ac clericus in actione reali etiam merè petitoria trahi coram iudice seculari, tenet Ioan.Fab.in §.item seruiana.Institut.de action. Et licet contrarium tenuerint Archidiaco. in capit.j. de cleric.coniugat. libro sexto. Panormit.& Felyn.in capit.qualiter & quando. vers.quæro,quia de iudic. & idem Panormitan. in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.versicul.venio ad secundum.de constitution. Petrus Iacob. in arbore succession. regni Franciæ. Ioannes de Platea,in l.viros. versicul.sed tu dic contrà.C.de palatin.sacra.largit.libr.xij. & Bald.in cap.
48 ij.ad finem. de iudic. † subiungens hoc consuetudine introduci non posse,scilicet quòd clericus in reali possit coram iudice laico trahi. tamen idem Bald. in Authentic.clericus.C.de episcopis & clericis. dicit in hoc regno Franciæ primam opinionem seruari, scilicet quòd conueniri possit, licet malè, secundum eum. Facit pro hac opinione, quod dicit idem Bald.in capit.cùm venissent.de eo qui mit.in possess. causa rei seruandæ.col.v.Idem in effectu tenet Ioan. Fab.in dicto §.item Seruiana. dicens prælatos regni Franciæ prohibitos esse cognoscere de actionibus
49 realibus:† & sic cognoscere non possunt, secundum eum de actione hypothecaria, quæ merè personalis non est, sed mista, seu in rem scripta. l. cùm notissimi. C. de præscription.triginta, vel quadraginta annorum. per quam non tenditur nisi ad possessionem rei hypothecatæ creditori tradendam, ad fines eam retinendi,donec ei solutum fuerit debitum, vt dicto §. item Seruiana. & idem concludit ipsemet Ioann. Fab.in Authen.statuimus. C.de episcop.& cleric. & in §.fin. Instit.de satisda. vbi dicit,quòd quicquid sit de iure communi, scit ipse, quòd Cardinales & episcopi in regno Franciæ trahuntur pro realibus ad forum seculare. & ita seruatur in practica, secundum Masuerium titul. de remission. §. item si presbyter. Ita quòd clericus coram laico tenetur in talibus respondere,nec fiet remissio ad ecclesiasticum,sed causa retinebitur,vt latiùs infrà dicam. Trahuntur enim etiam prælati in foro seculari,vbi etiam defensiones recipiunt. Vnde cùm sit ipse de regno, leges regni impugnare non intendit. Hæc ille.Videatis Guidonem Papam, quæstio.lxxvij. & quæstio.lxxix. Et ita consuetudine seruatur, imò anno Domini M. cccclxxxv. xiij. Septembris fuit Arresto Parisiis dictum, quòd episcopus Cabilonensis non erat recipiendus, quòd in eius curia spirituali cognoscere posset de actione reali. Et condemnatus ad cessandum decætero ab impedimentis per eum super hoc factis:tamen fuit releuatus ab emenda,quam aduersus eum petierat procurator regius,& etiam procurator ducis Burgundiæ, eò quòd de talibus cognouisset, & etiam ab expensis erga eundem ducem, & ex causa. De quo etiam meminit dominus Auffrerius in suo Arrestorum tractatu, capit.xv.] Et dum contrarium tenentes dicunt, quòd bona clericorum sequuntur personam,quæ soli episcopo subest,certè hoc verum est in rebus mobilibus, sed immobilia principi subsunt seculari, vt dicto capit.quo iure.viij.distinctio. & in cap.si quæ causæ. §.his ita respondetur.xj.quæstion.j.ibi, clerici ex officio sunt episcopo supposiți, ex possessionibus autem prædiorum sunt imperatori obnoxij, &c. facit text.in capit.si de morte. xxiij. quæstio.viij.vbi dicitur episcopos,& cæteros ecclesiæ prælatos leuitica portione, id est, sola spiritualium rerum, vt decimarum,& similium, contentos, nihil habere commune cum seculi principibus: quia cùm temporalia penitus abiiciunt,eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij non tenentur. Et à contrario sensu vult,quòd si temporalia haberent, legibus & iurisdictioni Imperatorum essent subiecti, vt ibi dicit text.in capit.tunc sequenti. facit cap. causam.ij.qui filij sint legitim.ibi,nos attendentes.quòd

ad reg

BIU Cujas

ad regem pertinet, non ad eccleſiam, de poſſeſsionibus iudicare, ne videamur iuri regis detrahere, qui ipſarum iudicium aſſerit ad ſe pertinere, &c. Pro hac
50 parte facit text. in c. verum. in fi. de foro comp. † Nec ſine cauſa dicit text. in c. ſi epiſcopus. xviij. diſt. quòd epiſcopus tenens temporalia per metropolitanum vocatus, & ab alio latere per regem, debet regi obedire. facit text. in can. de rebus. xij. q. ij. ibi, prius conſulatis principem, &c. facit tex. in c. paſtoralis. §. cùm autem. ibi, à rege vel archiepiſcopo euocari. de offi. deleg. ſumpto argumento ab ordine literæ. Videatis gl. in can. reprehenſibile. xxiij. q. viij. in verbo, orationibus. in fi. vbi ſentit quòd epiſcopus tenens feudum
56 regale, debet prius obedire regi, quàm Papæ. Pro qua facit text. in can. ſi in mortem. ea. cau. & q. gl. Inn.
51 Panor. & cæteri in c. cùm parati. de appel. Rex † enim præfertur, & præſidet quibuſcunque prælatis feuda tenentibus ab eo, ſecundum Panorm. in d. c. verum. maximè rex noſter Franciæ, qui oleo ſacro vnctus eſt
57 cœlitus demiſſo in perſona Clodouei Protochriſtia
52 ni regis, vt vidiſtis in verbo, *Duas habens filias.* † Ita quòd locum habet in eod. c. ſolitæ. de maio. & obed. de quo murmurant plures contra ſeculi principes præcedentes epiſcopos, & cardinales ab eis feuda tenentes, eóſque præcedere cupientes, quod fieri non debet, vt videbitis in iij. deciſione. Sed prius feuda dimittere deberent, & poſtea vterentur priuilegio. d. c. ſolitę. aliter feuda retinendo dominos ſequi tenentur, & eis obedire. Ex quibus omnibus iuſtificatur ordinatio generalis regia non ſine ratione, per Ludouicum xj. domini noſtri regis genitorem, anno Domini M. cccclxxv. facta. Quòd omnes archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, & cæteri dignitates in ſuo regno tenentes, & conſequenter feuda regalia, infra quinque menſes ad ſua redirent beneficia, continuam ibi
58 reſidentiam facturi ad diuinum ſeruitium continuandum, & ipſum regem pro bono regni, & reip. conſulendum, ſub pœna priuationis feudorum & temporalitatis beneficiorum. (Additio.) Hanc ordinationem ſeu mandatum regium reperietis in libro ordinationum regiarum camerę inqueſtarum Parlamenti Tholoſæ, fol. clxiiij. Or cùm, vt ex prædictis appareat, iurium ad materiam facientium intellectus reddatur propter diuerſas opiniones aliqualiter dubius & obſcurus, potuit generalis regni conſuetudo ea iura interpretari, quòd clerici in realibus teneantur co
53 ram iudice ſeculari reſpondere. Imò † prohibentur laici per officiarios regios in talibus, & etiam perſonalibus actionibus prorogare iuriſdictionem epiſcoporum & cæterorum eccleſiaſticorum ſub pœna, ſi contrarium faciant, & ita conſuetudine obſeruatur, ſecundum Ioan. Fab. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epi. aud. quod etiam fieri poteſt de iure, ſecundum Bart. in l. j. §. & poſt operis. ff. de noui oper. nun. Et ad hoc
54 facit, † quia quicunque ſub iuramento fidelitatis eſt de iuriſdictione alicuius, non poteſt prorogare iuriſdictionem in alterum iudicem, dominum, vel populum, niſi domino ſuo conſentiente, ſecundum gloſſ.
☞ quam Bald. allegat. [Idem dicitur j. dum concludit hanc Franciæ conſuetudinem de clericis in foro ſeculari conueniendis non extendi ad actiones perſonales.] & ſequitur dicens etiam not. in l. decernimus. C. de ſacroſ. eccl. col. j. ver. ſed nunquid populus. Et in regno Franciæ omnes ſunt homines regis debentes ei fidelitatem. & ſic prorogare non poſſunt iuriſ-
55 dictionem in alium. † vnde ſupradicta conſuetudo toleranda videtur, cum mixtim proceſſerit ex promiſcuo tam clericorum, quàm laicorum vſu, papa ſciente & tolerante. Vnde talis conſuetudo excuſare videtur à peccato ſecundum glo. in dicto capitulo, gratia. de reſcri. libro ſexto. & Panor. in c. cùm à nobis. in fin. de decimis. ne tanta multitudo damnetur, vt in ſimili dicit Panor. in cap. in aliquibus. in fine. illo eodem titul. vbi conſuetudo non ſoluendi decimam excuſat à peccato non ſoluentes. Sic etiam in caſu noſtro: per ea quæ notanter decidit Panormitanus in cap. Deus qui eccleſiam. ij. col. de vita & honeſtate clericorum. Prætereà quoties iura ſunt varia vel obſcura, ſtandum eſt, vt dixi, conſuetudinariæ in-
56 terpretationi. † Quia conſuetudo leges interpretatur, & doctorum opiniones præeligit. l. ſi de interpretatione. ff. de legi. ſicut in caſu noſtro, in quo variæ ſunt doctorum opinio. & iura aliqualiter obſcura, vt patet ex prædictis. Quo caſu minimè ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habue-
57 runt. l. minimè. ff. de leg. † Et maximè quia multi fuerunt ſummi pontifices de iſto regno oriundi, & inter cæterós Benedictus duodecimus de ciuitate noſtra Toloſæ oriundus, ordinem Ciſtercienſium in monaſterio de Valbona profeſſus, Clemens quintus Vaſco, anteà Burdegalenſis epiſcopus, Clemens ſextus, Innocentius ſextus, Gregorius vndecimus Lemouicen. pariter Vrbanus quintus Gaballitanus, & Ioannes xxij. præſentis vrbis Caturci oriundus, & huius vniuerſitatis fundator. Qui omnes talem vſum ſciebant, aut ſcire (cùm eſſent de regno oriundi) præſumebãtur, & tolerarunt: & non ſine cauſa etiam iure iſto canonico & eccleſiaſtico fundata: quia ſciebant res temporales immobiles naturaliter eſſe regi, & principi ſeculari ſubditas, & non papæ, nec eccleſiæ. vt dicto c. quo iure. & aliis iuribus ſuprà al-
58 legatis. Quæ † conditio, & natura rerum fuit cauſa, quòd coram ſeculari poteſtate tractẽtur, de quibus tanquam vilibus, eccleſia circa ſpiritualia & maiora, & ſic digniora dietim occupata curare non debet, ſicut de gladio materiali non ſe intromittit propter eius vtilitatem, & naturalem conditionem. Et hoc quod dicit text. ad propoſitum, nota. in authen. clericus. C. de epiſc. & cle. in princ. ibi, Quòd ſi natura cauſæ, vel alia ratio faciat, vt negotium apud eum (ſcilicet epiſcopum) propter naturã rei decidi non poſsit, per ciuilem procedat iudicem, &c. Et ſi aliud nõ eſſet, ſola cõſuetudo (vt dixi) ſufficeret, maximè per eccleſiam tãdiu tolerata. Et ita ſeruatur in Francia, ſecundum Bal. ibi volentem, quo ad ius fori inſpiciendam eſſe naturam cauſæ, per illum text. vbi etiam reprobat exempla gloſſ. quæ videntur extorta, nec conuenire illi literæ, ſecundum eum, vi-
59 ſa generali conſuetudine tolerata. Quæ † tolerantia ſuperioris vim habet diſpenſationis & approbationis, vt vidiſtis: maximè cùm talis tolerantia iuſtam habuerit originem, propter bonum & iuſtum regimen Franciæ regum, & ſeruitia ipſorum erga ſedem apoſtolicam, vt infrà dicam. Quæ fuerunt cauſa iuſta eos tolerandi, imò licentiandi in his & maioribus, etiam vbi iure communi eſſent prohibita, vt ſingulariter à ſimili decidit Bald. in l. decernimus. C. de ſacroſanctis eccleſ. verſicul. ſed nunquid populus, &c. facit quod notat. Ioann. Andr. in addi. Spec. titul. de præben. §. reſtat. vbi dicit regibus in tam antiquato iure deferendum. pro quo facit text. in dicto c. cauſam quæ. vbi papa detulit regi, & ſciebat papa talem conſuetudinem quam tolerauit, præſertim de rege Franciæ, qui ſemper fuit, & eſt ſedu-

lus ec

BIU Cujas

60 lus ecclesię Romanæ pugil. Similiter † fuerunt Christianissimi Francorum reges ecclesiæ Christi, & libertatum continui zelatores, præsertim Pipinus, Carolus magnus eiusdem filius, & beatus Ludouicus qui talia si reproba fuissent, in ecclesiæ præiudicium (pro qua nec bonis, nec personis propriis pepercerunt, sed illius tutores semper fuisse, & esse velle gloriabantur) in æternum non toleràssent, nec peccato se inuoluissent, si iusta ratione nobis fortè occulta, nec curiosè amplius perquirenda, moti non fuissent: Cùm sanctissimi fuerint atque doctissimi, & per ecclesiam quam possetenus iuuerant, & auxerant, canonizati. Vnde cùm iustissimè & laudabiliter vixerint, & in memoria æterna requieuerint, præsumendum est eos tali consuetudine vtentes, susque relicta posteris; 65 cunque sui iuris erant. Hæc Lyra ibi, † paucis exceptis. De quo Gaguinus alleg. c. 4. Retributionem Pipini etiam complectens sic dicit, Per id tempus Stephanus secundus pontifex Romanus vrbe egressus Carisiacum se ad Pipinum contulit: Pipinumque in regem Francorum sacrauit. Causa profectionis fuit, Astulphus Longobardorum rex, qui grauiore tributo Romanos præmebat, indicto cuique Romano capitali censu atque annuo. Pontifici propterea suppetias ferre Pipinus pollicetur: Stephanus autem vt regi gratificaretur Pipino, benedixit ei, & posteritati eius, atque qui temeritate aliqua aduersus Francos bella mouerent communione Christiana interdixit. Hæc ille. Hic Astulphus tandem à fulgure percussus, 66 vita extinctus est, secundum chronica. Hoc † profectò tempore cùm Stephanus ad Pipinum regem in Franciam veniisset dedicatum fuit à Christo Figiacense monasterium summè deuotum, præsentibus in villa Figiaci huius diœcesis Caturcensis, Stephano Papa & Pipino rege, qui causa sacrandi ecclesiam venerant, in crastinum consecrationis officium celebraturi: sed cùm de mane ecclesiam intrare statuissent, eam nube densissima coopertam viderunt, totum monasterium circuente & cooperiente, donec expleto consecrationis munere, quòd nubes euanuit. Vnde ecclesiam intrantes vestigia iam consecratę basilicę viderunt, & voce clara id à Christo factum fuisse audierunt, & reuersi sunt. Ob quod beatissimus pontifex omnibus ea die, scilicet v. mensis Nouembris, anno Domini D. cclv. verè confessis & pœnitentibus, Cœnobium istud visitantibus, plenariam perpetuò indulgentiam concesit, vt latius in bulla manu propria pontificis, & regis prædictorum signata continetur, quam vidi in quadam consultatione super exemptione dicti monasterij facta. De qua tam miranda, quàm etiam diuina consecratione meminit Fasciculus temporum de tempore illo loquēs in hæc verba: Cœnobium in Caturcēsi territorio dedicatur à domino præsente Stephano Papa, & Pipino rege.

61 est, non poteritis dissoluere. Ad † cuius & aliorum multorum priuilegiorum iustificationem, aliàs sufficeret fama cum vsu immemoriali, licet aliàs non 62 constaret de illis. Videmus † etiam, quòd rex Francię beneficia confert ecclesiastica & præbendas in pluribus sui regni ecclesiis, vt in sancta Capella Parisiensi & Bituricensi. De quo plenè Dominicus & cæteri in c. 2. de præb. libr. vj. Et plura alia in ecclesia Dei habet mirabilia priuilegia ratione fundationis, aut priuilegij à Papa concesi in persona Caroli magni intuitu seruitiorum propriorum, & paternorum ecclesiæ impensorum contra tyrannos, semper enim fuerunt Franci reges pro ecclesia Dei inuictissimi pugiles. Et 63 † inter cæteros duo. Primus tempore Stephani Papæ fuit Pipinus contra Gayfirum Aquitaniæ ducem sacerdotum prouentus sibi vsurpantem, de quo s. vidistis. Prætereà & contra Astulphum [Fortè est ille contra quem Stephanus Papa processit, eò quòd vxorem occiderat, de quo in can. admonere. xxxiij. q. ij.] Longobardorum regem, quem cum suo exercitu fudit, & dominia per eum occupata in Italia ecclesię Romanæ (cuius erant) restituit, illiusq; tyrānidem deleuit, prout diuina visione Euangelista præuiderat Apocal. 14. vltra medium ibi, Et vidi, & ecce nubem candidam. Per quam secundum Lyram, ibi intelligitur regnum Franciæ moribus, & fide præ cęteris candidum, de cuius nitore, & excellentia pulchrè disserit Ioan. de Terra rubeo in præludio suo in librum ab eo compilatum, qui vinea ecclesiæ nuncupatur. Et super nubem sedentem, sc. Pipinum Franciæ regem, Habentem in capite coronam auream. Nam re- 64 ges † Francię corona aurea coronantur, & pariter reginæ, de quibus coronis per Philippum Pulchrum Franciæ regem renouatis, & per Ludouicum Hutinum eius filium abbati sancti Dionysij Parisiensis commendatis, quas ego vidi in thesauro regio in Dionysiano cœnobio reposito. Gaguinus libr. 7. c. 5. sic dicit, Fecerat Philippus Pulcher aureas coronas treis, gemmis multi pretij ornatas, eas Ludouicus Hutinus in cœnobio diui Dionysij transtulit, vt ad coronandos deinceps reges reginásque reponerentur. Quas Matthæus abbas, & eius monasterij cœnobitæ receptas seruare chirographis datis compromiserunt. Hæc ille. Et in manu sua, id est, potestate sua, Falcem acutam, id est, exercitum summè bellicosum, per quem Pipinus multas magnas habuit victorias, maximè pro ecclesia Romana contra dictum Alphonsum regem. Et alius Angelus, s. Papa Stephanus, exiuit de templo, sc. Romanæ ecclesiæ: Clamans voce magna, id est, deprecans ex magno affectu. Ad sedentem super nubem, id est, Pipinum regem. Mitte falcem tuam & mete, s. dirigendo exercitus tui potentiam contra Astulphum tyrannizantem. Quia venit hora, vt metatur, id est, vt eius tyrannis per tuam potentiam tollatur. Quoniam aruit messis, id est, ipse Astulphus, & exercitus obdurati sunt in sua iniquitate. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram. Nam Pipinus valida manu intrauit Italiam, & messuit terram: quia contra Astulphum viriliter pugnauit, & beato Petro reddere compulit, quę-

67 Secundus † pugil pro ecclesia Romana tempore Adriani primi summi pontificis fuit diuinus ille Carolus magnus dicti Pipini filius, qui post reductas Aquitaniæ, quam idem Pipinus pater eius subegerat, & vastauit, potestati suæ prouincias. Adrianum primum, atque Leonem tertium eius successorem Romanos Archipręsules imperio pulsos in statum pristinū reduxit. Quamobrem imperium promeruit, quod in eius persona fuit de Græcis primò in Francos, & deinde in Germanos translatum, vbi adhuc est, secundum gl. in verb. Francorum. in can. ego Lodouicus. in fi. 63. dist. cultúmque Dei & ecclesię auctoritatem possetenus auxit, & sui deinceps ordinis successores Christianissimi Francorum reges, quem pariter

Ioan

Ioannes sanctissimus in sua Apocalypsi præuiderat ecclesiam sanctam liberaturum allegat.xiij.cap. ibi.
68 Et † alius Angelus, scilicet Carolus magnus. Exiuit de templo, scilicet Nouiodunensi, in quo coronatus fuerat. Habens & ipse falcem acutam, id est, exercitum fortem, imò exercitu patris sui Pipini fortiorem. Et alius angelus, scilicet Papa Adrianus. Exiuit de altari. Ad quod accesserat pro missæ celebratione vt vellet Deus ecclesiam protegere. Et clamauit voce magna, id est, affectu magno deprecans Carolum, vt ei ferret auxilium. Mitte falcem tuam acutam, id est, exercitus tui potentiam. Et vindemia botros, id est, Longobardos, eorum auferendo potentiam. Quo niam maturæ sunt vuæ eius, id est, Longobardi sunt destructione digni. Et misit Angelus, scilicet Carolus magnus. Falcem suam, id est, exercitus potentiam. Et vindemiauit vineam terræ, scilicet auferendo potentiam Longobardorum de terra Italiæ. Et misit in lacum iræ Dei magnum. Nam Desiderium regem deduxit captiuum. Et calcatus est locus extra ciuitatem: quia regem cum vxore duxit in exilium extra terram suam. Et exiuit sanguis de corpore occisorum, s. ex multa Longobardorum occisione, quæ terribilis fuit, vsque ad frænos equorum: quia ex sanguine occisorum fræni militum Caroli fuerunt rubricati, vt in talibus bellis fieri solet. Per stadia mille sexcenta. Nam fama huius victorię Caroli fuit longè latéque diffusa per quatuor orbis partes. Hæc Lyra. ibi, Videatis gio. aliqualiter dissonantem in c. venerabilem. de elect. de quo Gaguinus, libro iiij. capit. j.
69 Recepta, † inquit, vtraque prouincia, scilicet Aquitaniæ & Vasconiæ, Carolus cùm in Franciam venisset, Adriani primi Romani pontificis legatos audiuit. His mandatum erat petere à Carolo auxilium aduersus Desiderium Longobardorum regem: quo oppressore multa oppida vi, multa spontanea deditione à Romana ecclesia defecerant. Legatis Carolus respondet se id curaturum subuenturúmque beato pontifici. Igitur missis ad Desiderium nuntiis petit ab iniuriis desistat, restituatq; summo sacerdoti, quæ abstulisset. Atque vt imperata recusanti Desiderio Carolus paratissimus occurreret, collecto celebri exercitu, interim dum legati mandata peragunt, omnia quæ ad bellum conueniebant comparat. Redeuntibus legatis cognoscit Carolus Desiderium omnia hostiliter agere, paratum esse discrimen experiri. Non cunctatus igitur copias ad Alpes progredi iubet. Occupauerat Desiderius angustias montium fortissimis præsidiis, sed cognito regis aduentu in plana mox hostis se recepit. Superatis iugis postquam Taurinum Carolus peruenit, certior factus Desiderium Vercellas cum grandi exercitu profectum esse, conuerso in illum agmine Carolus Vercellas petit, vbi dimicandi potestate facta, fusos suos cùm videret
70 Desiderius, Papiam fuga se proripuit. † Locum vbi pugnatum est, propter interfectorum stragem, mortuariam incolæ appellauerunt. Fugientem Desiderium celeriter prosecutus Carolus, cùm vrbem prima oppugnatione capere non potuisset, eam circunsistit, ne qua pateret Desiderio effugiendi via. Sed vbi cognouit Desiderium plurima tentaturum prius quàm se dederet, Carolus relictis quibusdam ad continuandam obsidionem fortissimis, & belli non ignaris proceribus, Romam visendi Adriani causa profectus est. Inde Papiam conuersus ciuitatem, Desiderium vnà cum vxore, & liberis in potestate accepit. Hic est Desiderius regum Longobardorum vltimus, à quo recuperatas, quas Romano præsuli occupauerat vrbes, ecclesię Carolus restituit. Addidit his Spoletum, atque Beneuentum. Orta deinde apud Romanos seditione, quidam magna auctoritate proceres in Leonem tertium pontificem coniuratione facta, vrbe eum expellunt, lingua amputata, & excęcatum, secundum Lyram Apocal. xvj. super verbo, & secundus. Qua iniuria per legatos ad Caroli relata, vltum se ire pontificis iniuriam rex respondit. Ratus ad dignitatem suam pertinere Romanam sedem tueri. Nulla igitur interiecta mora in Italiam contendit, cuius aduentu composita res est, coniuratis supplicio affectis, atque ita Carolus pontificem restituit. † Restitutori gratificaturus Leo tertius sacerdotum habito consilio Carolum viij. Calend. Ianuar. cùm Francorum regnum tres & triginta annos administrasset, Augustum appellat, gratum nomen Romanis, nec minus Italis omnibus acceptum. Supra enim ccc. & xxx. annos cum imperij nomen Gothis omnia ferè occupantibus insuetum penè esset: ad Carolum delatum esse nemo non lætabatur, qui & virtute, & rebus gestis imperio idoneus omnium iudicio erat, mansuetissimus ad omnia Carolus, in iure dicendo æquitatem, in gerenda republica moderantiam obseruabat, religionis in primis reuerentissimus cultor, sacerdotes & clerum omnem venerabatur. Quod testantur synodi quinque per Galliam eius præcepto habitæ: Maguntię vna, Rhemis altera, Tertia Turonis, Cabilone quarta, Quinta Arelatæ. In quibus clero leges, & debiti ritus ordinati fuêre. Cùm verò de rebus diuinis, & vario canendi genere sacerdotes disceptare audiret, propterea ꝙ Ambrosianum illo tempore, atque Gregorianum morem promiscuè clerus obseruabat, obtinuit, vt Gregoriano reliquus orbis, Amuersus Desiderium Longobardorum regem: quo op
71
72 brosiano Mediolanensis ecclesia vteretur. † Plurima templa extruxit, & ditauit. Et quę diruta cognouisset, ea mandauit per locorum sacerdotes restitui, atque instaurari. Aedes & palatia complura magno sumptu iactis fundamentis condidit, quę testimonio sunt regiis, quibus ornatus erat, virtutibus. Sed illud omnium maximum est, quòd nihil antiquius duxit, quàm Christi fidem dilatare, & terminos proferre Christianorum. Cuius exemplum imitati omnes ferè, qui secuti sunt Francorum reges, magnis atque excellentibus factis cum religioni, & fidei Christianę dignitatem conseruarent, atque ampliarent. Inter quos Ludouicus primi Philippi regis filius fuit: de quo Gaguinus lib. vj. c. j. sic dicit, Fuit equidem Ludouico non segnis cura rebelles edomandi. Bochardum enim Montismorentiani dominum oblæsam diui Dionysij libertatem in arce obsessum ad se venire, & damna ecclesiæ illata compensare coegit: Proetum Montiacum præterea eius criminis participem incędio castelli, quo se receperat affecit: subiungens post pauca. Elbouem præterea Rauciacum, qui Laudunensi & Rhemensi clero frequentem vim inferebat, ad pœnitentiam compulit. Pari quoque virtute Leonetum de Magduno Aurelianensem ecclesiam turbantem compressit. Sic Thomam de Marla Ludouicus insignem latronem, ecclesiam & clerum diris factionibus affligentem furca suspendit, vt eod. libro cap. ij. latè descripsit. Et de pluribus aliis per discursum sui operis, quod vtinam esset impressum. Nihil
73 † ergo mirum inuidis, atque detrectatoribus videri debet, si Christianissimi appellati sunt ad instar imperatoris: qui sic vocatur in epistola, inter claras. in princ. C. de sum. Trin. & etiam in can. ecclesiæ meæ.

xcvij. dist

BIU Cujas

xcvij.diſtin.& in l.iij.ff. de natali. reſti. vocatur ſanctiſſimus. Itaque conſtat nullius gentis tanto labore Romanis pōtificibus, & aliis prætereà ꝑ orbē Dei miniſtris, & eccleſiæ paſſim fuiſſe ſubuentum. Hæc Gaguinus, pro maiori parte natio certè eſt omnium Gallorum admodum dedita religionibus, vt Cæſar refert [De quo plenè habetur ſuper verbo, *ſi abſq; liberis moreretur.* ij. in materia pupillaris ſubſt.& iij. requiſito eiuſdem.] libro vj. Commentariorum de bello Gallico. Fuit autem Carolus ipſe ſi eius res tā domi, quàm foris geſtas inſpicis, tantę amplitudinis & integritatis vir, vt poſteà neminē parem, nedum ſuperiorem Gallia habuerit. Hęc Iacobus Bergomē ſis. [Vide quæ dicta fuere ſuper verbo, *Raynutius de Clera.* poſt princip.] Subiungens Gaguinus, vbi ſuprà. Quibus beneficiis vt pontifex gratiæ aliquid
74 reprēderet, Carolū multis ornauit priuilegiis: † quorum iſtud maximū fuit, donare eccleſias idoneis ſacerdotibus poſſe, id à ſacerdotibus inueſtitura vulgò appellatur, ſine qua eccleſiam (vel vt nunc loquimur beneficium) nemo poſſidebat. Recipiebat enim à rege, qui beneficium adepturus eſſet, annulū vel ſimile quippiam argumentum, ſcilicet regiæ in eum gratitudinis. Intereſt enim regum noſſe, qui maiores maximè eccleſias adminiſtrēt, quarum ipſi tutores ſunt. †
75 Adiectum priuilegio eſt, Romanum quoque pontificem ſine Caroli iuſſu eligi nō debere, idque in ſynodo aſſiſtentibus Romæ cl. tribus epiſcopis, atque abbatibus firmatum eſt. Hæc ille. De quibus videatis tex. in cap. Adrianus. ij. & in cap. in ſynodo. lxiij. diſtinct. vbi hiſtoria narratur eccleſiaſtica. Et eſt bona gloſ. pragmaticæ in verbo, regaliæ. titu. de annatis, quæ dicit Bullam huius priuilegij eſſe Pariſiis in theſauro regis. idem dicit glo. in cano. imperium. x. diſtin. & in can. conſilia ſacerdotum. xvij. diſtin. de regibus Angliæ, & Vnguariæ refert Bald. in l. reſcripta. circa mediū. C. de precibus imperat. offeren. quòd præbendas conferunt in ſuis regnis. Videatis Aluaro. in titu. epiſcopum vel abba. feud. dare nō poſ. v. col. & Dominicum in dicto cap. ij. de præben. lib. vj. pariter refert Specu. titu. de præben. in fi. ſe vidiſſe bullatum priuilegium, quo imperator in qualibet eccleſia Alemaniæ poteſt recipi facere vnū
76 clericum in canonicum. † Prædicto tamen priuilegio per primum Adrianum papam Carolo conceſſo, fuit ſponte & liberè renuntiatum in perſona Paſchalis papæ per Ludouicum dicti Caroli magni filiū, qui Pius dictus eſt, vt habetur in can. ego Lodouicus. allegata lxiij. diſtinct. imò Adaianus ſecundus fuit abſq; ſcitu dicti Ludouici, ſeu legatorum ſuorū electus, vt in cap. cùm Adrianus. eadem diſtin. Quā electionē antedicti legati pariter & ipſe ratā, & gratam honore pōtificio ei exhibito habuerunt, vt ibi. Ex quo patet veram non eſſe expoſitionem aliquorum text. malè intelligentium Apocalyp. xx. dicentium, quòd ad renuntiandum eccleſiæ dictum priuilegiū fuit Henricus quintus Imperator compulſus per Calixtum papam, ſecundum quod fuerat ibi beato Ioanni reuelatum futuro tempore fiēdum, quod falſum eſt, nec teneturibi illa expoſitio ꝑ Nico. de Lyra, imò (vt ex præmiſſis conſtat) longè diu antè præfatus Ludouicus Pius rex Francorum & Imperator, priuilegio eligendi papā, aut intereſſendi in electione vel authoritatem præſtādi, renūtiauerat ſpō-
77 tè & liberè, vt dicto cano. ego Loducius. † Cætera autem priuilegia, quàm eligendi ſummum pontificem Ludouicus retinuit, vt dicto cano. ego Ludouicus. §. idémq; . Sibi reſeruato & ſuis ſucceſſoribus de conſenſu Romani pōtificis ſolo iure inueſtiendi preſules per clerum electos, & quòd aliàs conſecrari non poſſent, niſi per regem prius eſſent inueſtiti. Loco huius inueſtituræ ſucceſſit ius regaliæ, quod reges Franciæ adhuc habent hodie in epiſcopatibus & præſulatibus, tūc regi Franciæ, quo ad illam inue
78 ſtituram ſubditis. † Id autem ius regaliæ appellatū eſt, quod regibus ita peculiare eſſe Franci contendunt, vt nihil magis ad ius regium pertinere poſſit, ſecūdum Gaguinū, lib. vij. cap. iij. De quo iure regaliæ plenè habetur in cap. generali. de electio. libr. vj. [De cauſa etiā proprietatis beneficiorum omniū in regalia vacantium, & aliorum quorum collatio pertinet ad regem, ſolus rex vel curia ſua Parlamenti congnoſcit, & non iudex eccleſiaſticus. Et vacātibus talibus eccleſiis, rex facit fructus ſuos, & confert beneficia nō curata, quod rex habuit ab antiquo, & ſic de iure ſatis videtur ſuſtētabile: quia potuit ei cō petere ex priuilegio cano. Adrianus. & cano. ego Ludouicus. hīc alleg. & in cano. in ſynodo. xvj. quæſtio. j. ſecundum Henri. & Panorm. in capitu. prætereà. & cap. nobis. de iure patrona. & in cap. dilectus. iij. de præben. vbi olim habebat collationem præbendarū eccleſiæ Andegauenſis, & in capit. cùm inter. de conſue. cōtulit decanatū, vt patet in deciſa. Potuit etiā ius iſtud competere ex compoſitione facta in fundatione beneficij per papam approbata, vt patet in præbendis eccleſiæ Villæ nouæ prope Auinionem, quas rex confert, & curia Parlamenti de ipſarum petitorio cognoſcit. Facit dictū capit. nobis. & xviij. quęſtio. ij. cano. Eleutherius. Vel potuit procedere ex conſuetudine, aut præſcriptione cuius memoria nō exiſtit, quæ priuilegio æquiparatur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & capit. ſuper quibuſdam. §. prætereà. de verborum ſigni. prouiſo tamen, quia cū tali conſuetudine vel præſcriptione concurrat fama priuilegij, aliàs nō prodeſſet laico, & incapaci. capitu. cauſam. vbi Panormita. de præſcriptio. & dicto §. prætereà. & in c. cùm apoſtolica. poſt Ioan. Andræ. ibi. de his quæ fiunt à præla. Ioā Andræ. & omnes in capitu. j. de præſcript. libro xj. Et in talibus antiquatis iuribus deferendum eſt regibus, ſecūdum Ioan. Andræ. in addit. Specu. tit. de præben. maximè, quia papa ſciens tanto temprore tolerauit, vnde his motus ordinauit rex Ludouicus xj. anno domini M.cccc.xiiij. atque declarauit, cognitionē collationum beneficiorum in regalia vacātium, & aliorum quorum collatio ad regē pertinet, ſibi & ſuis iudicibus, & nō alteri pertinere in petitorio, nec poſſeſſorio plenè tetigit dominus Auffre. alleg. ij. in regula. in xxv. fallen. Et ius iſtud ſeruatur in pluribus eccleſiis Franciæ, & Caſtellæ, & Scotiæ, ſecundum Hēricum in dicto capit. nobis. de iure patro.] Quo iure in dictis eccleſiis regaliæ ſubiectis rex, ſecundū aliquos, dat licentiam eligendi pontificem, priùs ei denuntiata morte prælati, iuxta plenè dicta per Panor. in cap. j. & cap. cùm terra. de electio. Et pendente vacatione eccleſiæ facit rex fructus ſuos, atque beneficia cōfert ad collationem epiſcopi pertinentia, tamē nō curata, ſed in aliis eccleſiis hoc ius reges nō habent, licet pontificales ſint & ſitę in regno. Hodie autē conſenſu, & ex permiſſione totius eccleſię Gallicanæ, poteſt Chriſtianiſſimus rex etiam in aliis eccleſiis vti aliquando precibus benignis, atque beneuolis ꝑ perſonis benemeritis bonum reipublicę regni, & Delphinatus zelantibus, per tex. pragmaticę,

titu.de electio.capit.licet dudum.in fine.§.item nec credit ipsa cõgregatio.vbi ecclesia Gallicana Bituris anno domini M.cccc xxxviij.vniuersaliter congregata recipiendo decretum sacri Basilien sis conci lij de electione dictam permissionem regi, &principibus concesit. Quod nõ minus facere potuit, quã ecclesia Hispaniarum vniuersaliter olim congregata fecerat, & regi suo permiserat, quæ permissio valuit, & per concilium generale Toletanum aprobata seu tolerata extitit. Quam Gratianus nõ sine causa in suo Decretorum volumine registrauit in cano. cùm lõgè.ibi. vnde placuit omnibus põtificibus Hi
79 spaniæ, atque Galliciæ, &c.lxiij.distin. † vbi rex Hispaniæ ex regni sui pragmatica sanctione, & illius permissione, & cõcessione ac cõtractu totius ecclesiæ Hispaniarum decedẽtibus episcopis successores nominat. Qui si digni sunt, per eligẽtes & cõfirmatores in prædecessorum sedibus præficiũtur. Ex quo arguit ibi glo.j. quòd nihil hodie regi Hispaniæ subtractum est: quia sicut prius eligebat, ita & modò eligẽdum nominat post sibi à toto collegio ecclesiasti co concessum priuilegium. Facit text.not.in cap.nobis.ibi, nisi aliter de sua iurisdictiõe obtineat. de iurepatro. Facit etiam tex. de rege Franciæ loquens in cano. hinc est etiam xvj.quæstio.j. quòd priuilegium posito, quòd ibi singulare foret, tamen hodie per dictam pragmaticam allegato. §. itẽ nec credit. est factum vniuersale quo ad omnes pontificales dignitates, adeo quòd ecclesia Gallicana remanet obligata vnum eligere de nominatis per regẽ, aut principem illius terræ. Quia decretum de electione acceptãdo potuit illud, & cætera concilij decreta declarare, modificare, & restringere, vt suprà vidistis. loquendo de monachis ex regni consuetudine non succedendis. Quod decretum etiam locum habet in vacantibus in curia, cùm beneficia electiua põtificalia in curia Romana renuntiata, aut per mortem derelicta, vt ad capitula, & nõ ad papã electio pertineat. perinde habeantur ac si in partibus vacassent, secundum glos. quam ibi sequitur Dominicus, & cæteri Doct. in cap.ij de præben.lib.vj. Pro qua est text.in capit. cùm post petitã.de electione. vbi ecclesiæ cathedralis, cuius nisi corã papa fieri non potest renuntiatio, qui solus matrimonium spirituale potest dissoluere, electio pertinuit capitulo, nec papa se intromisit.

80 † Et si eligentes alterum ex nominatis per regem iuxta formam pragmaticæ non elegerint, habet rex de quo conqueratur, Quo prosequẽte, cassabitur electio, sicut patrono prosequẽte cõtemptum, cassaretur collatio per episcopũ de alio, quàm præsentato ☞ facta. [Quia electio nõ est ipso iure nulla, licet fuerit contra priuilegium principis attẽtata. cap. considerauimus. vbi Panormit. & *omnes*, de electio. post glos. ibi, & est tex. quem ad hoc ibi ponderat Panor. in capitu. abbate. de verb signif. vbi electio fienda de certo genere personarum, de alio facta non est nulla, sed cassanda, veruntamen hoc regis priuilegium est hodie ius commune in Frãcia, & sic omnibus notum, vt videtis.] Ad quod facit text.in capitu.lectis. lxiij.distinct. per quem arguit ibi Archidia. quòd reges patroni sunt in episcopalibus ecclesiis, vt ibi, & 83 tribus capitu. præcedentibus. Præsertim rex Franciæ, qui ferè omnium ecclesiarum põtificalium fundator extitit, aut dotator. Cùm vix vna sit in regno ecclesia non tenens ab eo feuda pro patrimonio, & mensali sustentatione. Nam quoties in electione regis consensus habet præcedere, si sine eo fiat electio, cassari debet, vt expresè decidit Hen.in casu nostro in d.c.nobis.vlt.col.p tex.in d.cano. lectis.lxviij.distinct. & in cano. Abbates.xviij.quęstio ij. secundum Innoc. Hostiẽ. & Compo.in ca. quod sicut. de elect. & Archid.in cano.reatina.lxxiij.distin. licet Hostiẽ. & Abbas contrarium dixerint, per illum tex.in cap. cùm terra.de electio. Sed ibi loquitur de cõsensu reprobato, vel qui post electionem requiritur, qui actum si non interueniat, non inficit. Cùm non sit de substantia, & in casu nostro requiritur consensus antecedens, scilicet nominatio regis, quæ reprobata non est, imò per cõcilium, & ecclesiam Gallicanam approbata. & sic meritò in contrarium facta electio cassabitur rege instante, vt videtis. Et hoc potest inducere nedum priuilegium, sed etiam consuetudo, per tex.in dicto cano. cùm lõgè.lxiij.dist. secundum eum in d.c.nobis.propefi. Idem tenet Panorm.in c. de hoc.super glos.in verbo, & principes. sic emẽdãdus est Panormi.de simo. vbi dicit regem Francię in hoc esse priuilegiatum, vt suprà dixi. Aliàs enim si electio alter facta nõ cassaretur, talis permissio per pragmaticam regi data, & cõtractus ecclesiæ Gallicanæ nullũ produceret effectum: imò frustra occuparet membranas, cùm frustra speretur euentus, cuius nullus oritur effectus. ca.si papa.de priuileg.lib.
81 vj.† Nam licet de iure reges nullam habeant eligendi potestatem, sed tantùm præstandi cõsensum, sine quo etiam electio non inualidaretur. cap. cùm terra. in fin.ibi. Quo facto nõ prohibemus quin regis, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electionẽ nolum⁹ impediri, &c.de elect. & in cap.cùm inter vniuersas.in fi.ibi, vice regia. & cap.quod sicut.§.j. eo tit. Hodie tamen in præsenti regno ecclesia vniuersalis Gallicana, & singula eius membra eligere alterum de nominatis per regẽ sũt obligata. Quæ quidem dispositio, quæ potius dicitur hominis, aliquid operari debet vltra dispositionem iuris communis. Quia si hoc potuisset cõsuetudo ex tacito consensu ecclesię resultans, vt plenè dicunt Panormita. & Doct.in dictis cap. cùm terra. & cap. cùm inter vniuersas. de electio. etiã hoc facere potuit ecclesia Gallicana expresè consentiendo: sicut iampridem fecerat Hispaniarum ecclesia, vt di-
82 cto capit. cùm longè.lxiij. distinct. † Ex quo potest cõcludi, quòd vbi preces regis reperirẽtur benignę, atq; beneuolæ pro personis benemeritis bonũ reipublicæ zelantibus, quæ tales in dubio esse præsumuntur, si eis spretis fieret electio de altera persona, quã de nominatis & deprecatis per regẽ, talis electio cõtra ecclesiæ Gallicanæ permissionem regi cõcessam facta, non teneret, imò veniret cassanda & irritãda. Si enim consuetudo libertatem eligendi restringẽs est de iure valida.capi. cùm dilectus.de cõsuetu.c.ij. de in integrum resti. & in cap.Abbate.de verbo.sig. vbi valet consuetudo, quòd capitulum aut conuentus teneatur sibi eligere prælatũ de certo alio collegio seu cõuentu. Et sic de certo genere personarũ capacium, secundùm Panor. & Ioã.Andræ. in dicto c. cùm terra. & c. licet. de electio. Quia per talem cõsuetudinem nõ adimitur nec tollitur eligẽdi libertas, quãuis limitetur & restringatur: † sicut limitari potest ius naturale ac diuinum, & distingui. quod in suo toto est immutabile, secundum glos. in l. fin. C. si contra ius vel vti. publi. & Doct. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti. Sic etiam valuit permissio prædicta regi Frãcię, & principibus regni, & Delphinatus concessa de eligendo non certã singularem per-

sonam,

BIU Cujas

sonam,sed alteram de nominatis per regē, & sic de certo genere personarum.Nec dicitur per hoc potestas eligēdi capitulo sublata,sed solùm restricta per ecclesiæ consensum,& cōtractum pragmaticū mutuo consensu eorum de vniuersitate,quorum duntaxat intererat,celebratum.Qui consensus tantum,& talem sortitur effectū, sicut consuetudo, quæ aliud nō est,quàm tacitus vniuersitatis cōsensus.l.de quibus.ff.de legibus.& cap.fin.de consuetu. lib.vj. & in cano.consuetudo.j.distin. Ex quibus dicere possimus patronis secularibus non competere electioni fiendæ,sed iam factæ præbere consensum, nisi aliter de corū iurisdictione obtineant, vt partes suas interponere debeant electioni tractandæ, vt dicto ca. nobis.de iure patronat. Sicut hodie iurisdictionem habet rex,id est,prærogatiuam à pragmatica sibi con-
84 cessam per ecclesiam. † Et huius prærogatiuæ regi,& principibus per pragmaticam concessæ potuerūt inter cęteras quatuor esse rationes, quæ ex dictis magistrorū resultant. Prima, quia videmus omnes & singulas ferè pōtificales ecclesias à regib⁹ & principibus, in quorum districtu existunt, tenere funda & bona secularia,prout videtis episcopum nostrum Caturcēsem tenere hanc Caturci ciuitatem,& comitatū Caturcensem ac plura castra, & dominationes tēporales à rege.Exquo dicitur episcopus,&comes Caturcensis.Pariter refert Specula.titu. de feudis.§. quoniā super homagiis.versic.xxiiij.quęritur. Episcopum Magalonensem, tenere villam Magalonæ in feudum à rege.Ad causam quorum feudorum faciunt regi homagium,& fidelitatis præstant iuramē
85 tum,quod non consueuerūt præstare per alios,scilicet procuratores,etiam speciale mandatū habentes, sed per seipsos,nec rex alteri cōmittere,sed ipse hoc in propria facit, vt dietim videmus. Secunda ratio fuit superiùs tacta, quia rex est ecclesiarum pontificalium patronus,secundum Archi.in dicto cano.lectis: & sic prærogatiuā habere meruit de electione tractanda se intromittendi, vt dicto cap.nobis. Tertia ratio est, pragmatica sanctio,non quòd istud priuilegium de nouo regi concesserit : sed in pristinum, qđ à sede apostolica, &generali cōcilio habere meruerat Carolus Magnus,quod postea Ludouic⁹ eius filius renuntiauerat,reges Francię reduxit:quod facilius fieri potuit,quàm.istud de nouo cōcedere, p ea,quæ plenè dixi suprà in primo præludio,vers.vel possimus aliter & singularius,&c.loquente de statuto matrem excludente propter agnatos, quòd nihil de nouo induxit : Sed omnia ad veterem legem xij. tabularum reduxit : ob quod fauorabile reputatur, & consequenter extendēdum, vt ibi dixi,secundum Angel.consi.xcix.ij.col.in fi. versi. Nec obstat,quòd propriè &c. Nam id idem factū fuisse cernimus, in dicto cap.cùm longè.lxiij.distinct.vbi rex Hispanię fuit per ecclesiam Hispaniarum in effectu reductus ad suum ius eligendi,quod priushabuerat,secūdum glos.in princ.Sic& rex Franciæ per ecclesiam Gallicanam reductus fuit ad ius pristinum, quod Carolus Magnus meruerat,& à summo pontifice,& generali ecclesiæ concilio habuerat. capi. Adrianus.lxiij. dist.Et(ad veritatem loquendo)quicquid in cōtrarium prętēdatur, Ludouicus Caroli filius dicto priuilegio de electionibus in singulis ecclesiis fiēdis se intromittendi nunquam renuntiauit , nisi duntaxat interessendi electioni Romani pōtificis,vt clarè dixit text.in dicto can.ego Ludouicus.lxiij.distinctione. Quarta ratio potuit esse, quia cùm per summos pontifices modernos omnes dignitates electiuæ per regulas Cancellariæ forēt prouisioni papæ reseruatæ,contra omnem iuris & rationis dispositionem:& facultas eligendi ablata eligentibus per sacrum Basilienſe cōcilium fuit eis restituta,qua vti volentes tenentur ea vti,eámq; seruare cum suis cōditionibus, qualitatibus, & modis.l.in traditionib⁹.ff.de pactis. inter quas cōditiones est,quòd reges dictam facere possint eligendarum personarum nominationem. Nec dicitur illa conditio simpliciter adiecta per ecclesiam Gallicanam,& pragmaticam sanctionē,sed etiam implicitè cōtinebatur in mente & textu concilij,vt infrà demonstrabitur. Prætereà licet rationes pędictæ satis euidēter concluderent, tamen vna sola alia sufficeret,quæ finalis fuit ad dictum can. cū longè. videlicet sola regia dignitas & prærogatiua, propter quam iuris præcepta relaxantur &transgrediuntur.cap principes seculi.& ca.regum officium. xxiiij.quæstio.v.& in ca.per venerabilem.ibi,rationibus igitur his inducti regi fecimus gratiam requisiti &c.qui filij sint legi.& in c.cùm parati.de appella.& cap. solitæ. de maio.& obedi. Probitas enim, honestas,& apex regalis dignitatis,permissio & consensus ecclesiæ Gallicanæ in forma pragmaticæ rectè & ritè præstitus vitant,& fugāt omnem fraudis, & inhonestatis ac peccati suspicionem.capit.nisi essent viri prouidi.de præben.vbi prouidētia &honestas disponētium cessare facit omnem simoniacæ labis suspicionem,prę sertim in casu nostro:quia pragmatica ab ipso cōcilio generali,& ecclesia vniuersali virtutem , & approbationem suscepit. † Et sicut potest rex dictis vti precibus erga eligētes,& singulas ecclesias regni,sic etiam ad sedem Apostolicam, vbi papę iure deuoluto,vel aliàs pertineret prouisio ecclesiæ vacātis,cùm dicta clausula,preces regi permittēs in fin. dispositiōis posita referatur ad omnes, & sic ad singulares ecclesias eligētes,& ad papā.De quibus omnibus concilium generare in præcedentibus articulis mentionē fecerat,arg.c.secundo requiris.de ap.& l.talis scriptura ff.de leg.j. Maximè quia dicta clausula nō restringitur,seu indefinitè & generaliter ponitur,nec per hoc ius cōmune infringitur, nec læditur,imò potius conseruatur etiam sermonis rectitudo,voluntas, & intentio ecclesiæ Gallicanæ: quia illa ratio , qua regi & principibus permittitur precibus vti beneuolis erga singulares ecclesias regni,illa eadem est erga sedem apostolicam.Et(vt vidistis)melior alia ratio dictæ permissionis non fuit, nisi prærogatiua regis,cui iura etiam communia fauent, vt dictis capitu. cùm terra. & capit.cùm inter vniuersas, & cap.nobis. supra alegatis, interest profecto regū nosse, qui maiores maximè ecclesias administrent, quarum ipsi tutores sunt. Nam quoties alicui facultas conceditur , aut permissio aliquid faciendi, puta dispensandi, vel precibus vti benignis, nō expresis personis: talis facultas & permissio est large interpretāda quo ad eum cui conceditur,quo ad quem dicitur beneficium principis,secūdum Ioan.Andræ,quem ibi sequitur Panormi.in c.fin.de simo. vbi etiam hoc sentit glos. Præterea fuit etiā de mente concilij generalis Basilienſ.in decreto, sicut in cōstruēda. ꝑpe finē. §. ad tollendū autē de elect. prout nūc videbitis, Et nō dubitatur quin cōcilium papā quo ad hoc ligare potuerit, & regi dare prærogatiuam,quod, vt dixi,nō est de nouo cōcedere,sed regem in pristinum priuilegiū Carolo Magno cōcessum reducere,imò potiꝰ redintegrare,tāquā sub

BIU Cujas

colore renũtiationis Ludouici Pij de facto obnubilatum & retractum. Quam renuntiationem nunquã fecerat, niſi quo ad electionem ſummi pontificis, vt dicto c. ego Lodouicus. iuncto, quòd cõceſſio priuilegij Carolo Magno facta nõ fuit propriè donatio, ſed ſeruitiorum per eum eccleſiæ impenſorũ remu-
86 neratio, vt ſuprà vidiſtis. & ſic irreuocabilis. † Cùm donatio cauſata præſertim ſeruitiorũ remuneratoria ſit adeò fauorabilis, quòd reuocari nõ poteſt, nec ſub titu. de reuocan. donationibus comprehenditur. l. Aquilius Regulus. ff. de donat. ſecundum Panorm. ſuper rubrica. & cap. fi. de dona. vbi eam dicit intãtum fauorabilem, quòd ingratitudine reuocari non poteſt, minúſque inſinuatione indiget, vt d. l. Aquilius. Imò propter merita, & ſeruitia eccleſiæ impẽſa poteſt res etiam de menſa exiſtens iuſtè alienari, per text. in l. iubemus *la grande*. §. j. circa fin. ibi, ad viciſſitudinem beneficij colorati, iuncta gloſ. ibi. C. de ſacroſan. eccle. Per quẽ à contrario ſenſu alienari poſſet etiam res immobilis propter verum, & non fictũ nec coloratum ſeruitiũ, quale fuit à Carolo magno
87 eccleſiæ impenſum. † Antè quàm tamen permiſſio regi facta, tam per concilium, quàm eccleſiam Gallicanam, ſortiri poſſit effectum, & eligentes ligare,
88 plura requiruntur. † Primò, quòd preces illæ regiæ procedãt de motu proprio, & mera liberalitate regis, & non ad inſtantiam, & proſequutionem per eum nominãdorum, vel quorumcunque aliorũ pro ipſis, aut in fauorẽ eorum, qui preces & literas regis procurauerint, prout de hoc eſt tex. apertus in dicto decreto Baſilien. allegato. §. ad tollendum autem. titu. de elect. vbi ſacrũ concilium inſtantiſſimè exhortatur reges & principes, ne electorib⁹ literas ſcribãt, aut preces porrigant pro eo, qui per ſe, vel aliũ preces tales vel literas procurauit. Vnde ſi rex pro alio, qui per ſe vel alium hoc non procurauit, ſcribat, aut preces porrigat, tales preces ſunt exaudiendæ. Et ſic prærogatiua nominandi eligendùm, regi pertinens dependet & efficaciam habet à poteſtate concilij generalis, & non ſolius eccleſiæ Gallicanæ, quæ in d. §. item nec credit. nil aliud facit, niſi concilium declarare de eo, quod à cõtrario ſenſu regi ptinebat ſcribere pro nõ procurantibus nominari, aut eligi. Vnde talis permiſſio in ventre, ſeu mente & intentione cõcilij comprehenſa, nunc per eccleſiã Gallicanam declarata, & in lucem extirpata, quæ declaratione alia rectè intelligentibus non indigebat. Cùm argumentum à cõtrario ſenſu ex textu concilij ſumptũ ſit de iure fortiſſimum l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdictio. etiam ad papam extenditur, & ipſum ligat ad preces Chriſtianiſſimi regis benevolas ꝓ perſonis benemeritis porrectas exaudiẽdum, vt piè & libenter facere papa conſueuit. Et ita etam per illum text. decidit gloſ pragmaticæ, ſuper verbo, procurabit. in dicto §. ad tollẽdum autem. Si autem ille pro quo rex ſcripſit, & preces porrexit, hoc per ſe vel alium procuraſſet, nõ diceretur perſona benemerita, ſed demerita. Et cõſequẽter electio, aut prouiſio in cõtrarium de alio non nominato facta eſſet efficax & irretractabilis, ſi aliud non obſtaret, venirétque cõfirmãda. Et ſi perſona talis per regem nominata eligeretur, & quòd nominationem, aut electionem per ſe vel alium procuraſſe probaretur, eſſet talis electio inualida tanquã ambitioſa, nec
89 confirmaretur. † Et pariter, imò fortius electio nõ valeret, ſi princeps ad nominãdum pecunia vel alio munere moueretur, vt legitur de patrono in c. præterea de tranſactio. quia nulla eſſet propter ſimoniacam labem, quæ in regno Franciæ multum dominatur. j. quæſtio. j. cap. fertur. Nullũ enim ius haberet, nec titulum ſimoniacus, ſecundum glo. & *omnes* in capi. niſi cùm pridem. §. j. de renun. & ſi ita foret, triſtem ſentiret eccleſia euentum. Cùm talis quem rex nominat, eoipſo ꝙ ambitioſus eſt, ſuſpectus dicitur, & nõ eligendus. Quicunque enim primatum deſiderauit in terra, confuſionem inueniet in cœlo, nec inter ſeruos Chriſti cõputabitur, ꝙ de primatu tractauerit. xl. diſtinct. quicũque. Quinimo (vt Leo papa ſcripſit ad Mauros epiſcopos) Principatus quẽ aut ſeditio extorſit, vel ambitus occupauit, etiam ſi moribus vel actibus non offenderit, ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exemplo. Et difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo fuêre inchoata principio. j. q. j. can. principatus. vt dixi in verbo, *Duas habẽs filias*. Ideo eſſet electio nulla, aut ſaltem retractanda propter vitium ambitionis præcedens, ſecũdum Innocẽ. in dicto cap. quod ſicut. de electio. vbi dicit electum, qui pro ſe rogauit vnum ſolum de electoribus, teneri ad renuntiandum electioni: ex hoc ſatis declarans talem electionem eſſe nullam, aut ſaltem retractandam. capi. per inquiſitionem. de elect.
90 † Secundò requiritur, quòd ceſſet in rege, & principe omnis comminatio & violentia, quibus ad electores vti non debet. Aliàs electio de tali nominato per regem facta per minas, aut violentiam eſſet nulla, ceſſante libertate, quæ de ſubſtantia electionis dicitur. capi. vbi periculum. §. cæterum. de elect. libr. vj. ita quòd non ſolùm timor mortis, aut cruciatus corporis, ſed etiam timor verborum vitiat electionem, & minor metus excuſaret mulieres, quã viros. Nec refert ad vitiandum electionem, metus accedat in perſonam propriam eligentium, aut parẽtum aſcendentium, deſcendentium, vel collateralium, vt plenè per glo. pragmaticæ, ſuper verbo, quibuſlibet,
91 & verbo, violentiis, in d. §. item nec credit. † Tertiò requiritur, quòd preces regis, aut principis benignæ ſint, & beneuolæ Benignę quidem ceſſante quacunque verborum atrocitate & aſperitate, nõ tamẽ per hoc excluditur quin poſſit, & debeat aliqualem ſui & dignitatis regiæ cõmendationem facere, per text. in l. ſi in aliquam. ff. de offic. proconſul. Beneuolę, id eſt, tales ex quibus & earum verbis eligentes percipiant zelum principis ſcribentis, quẽ habet & vult ad bonũ publicum regni ſui. Qui zelus in eo etiam in dubio præſumitur, vbi omnia per decretũ requiſita ab eo ſeruãtur, cùm aliàs nõ de bono, ſed de malo præſumeretur. l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. libro xj. & capi. qui contra iura. de regu. iur. libro vj. nã tales preces iuſtæ ſunt: quia per ſacra decreta approbatæ. Et quia ad bonum plubicum tendunt, ſunt exaudiendæ. Præterea preces principis iuſtum non inducunt metũ ad reſcindendũ actum, nec ſola dignitas ſua ad metum probandum ſufficeret. l. ad inuidiam. C. quod metus cauſa. niſi per accidens fierẽt iniuſtæ, vt quia importunæ, quæ metui æquiparãtur: vel eſt talis princeps, qui malè & tyrannicè conſueuit tractare talibus ſuis precibus non parentes: quod facere, præſertim in caſu noſtro, nõ debet rex, nec alter princeps, nec eſt fieri neceſſe, cùm preces eorũ benignæ, & beneuolæ ac dulces operẽtur electionis in cõtrarium factæ caſſationem & re-
92 tractationem, vt vidiſtis. † Quartò requiritur, quòd rex precibus vtatur prædictis pro perſonis benemeritis, & zelantibus bonum reipublicæ regni, & Delphinatus.

BIU Cujas

93phinatus.† Et dicuntur perſonæ benemeritæ,& bonũ publicũ regni zelãtes omnes,qui de domo, aut ſtirpe regia exiſtunt, quibus fauendũ eſt præ omnibus. ca.nouit.de iudi.quoniam qui alta nobilitate,& honoris prærogatiua lætantur, auctoritate & dignitate fungi debẽt ampliori. c.j. in fi. de offi.leg.&c. ne aliqui.de priuile.lib.vj.Propter enim ſublimes pſonas laxantur interdũ canonice præcepta.ca.de multa.de præben.Quod non ita groſſo modo eſt intelligendum, vt indifferenter de quibuſcũque ſublimibus,& nobilibus intelligatur, ſed de maximis & excelſis perſonis,quæ ſolæ veniunt appellatione taliũ, ſecundum declarationem Ioan.papæ.xxij. præſentis vrbis Caturci filij, & vniuerſitatis fundatoris in ſua extrauagante, execrabilis, ſcilicet de filiis regum & principum,qui multum eccleſię proſunt,& prodeſſe poſſunt ad tuendum illius iura, & recuperandum à potẽtibus occupata, vel aliter deperdita,præſertim vbi poſſeſsiones habet eccleſia circa inimicos aut in medio peruerſæ nationis. Vbi opus eſt potentia,quã requirit vrgens eccleſiæ neceſſitas, aut eius euidens vtilitas,ne opprimatur incurſibus malignorum.cap. principes ſeculi.& c.regũ officium.xxiij.quæſt.v.facit c.officij.de elec.Pro quibus pręſumendum eſt,q̃ bonum regni zelẽt, & domini regis:cùm non ſit veriſimile,quẽquam carnẽ ſuam odio habere,nec perditioni contra propriam domum cõſentire, & regẽ
94 de cuius ſtirpe deſcendunt.† Pariter dicũtur perſonæ benemeritę omnes deordine clericali ſeruitio regis perſonæ ſuæ exiſtentes & cõſiliarij,qui etiã ſublimes perſonæ dicuntur,& patres cõſcripti vocabãtur, quorum nomina ſolita olim erant in diademate Imperatoris ſcribi, quorum dignitate ſacra paterna tolluntur & extinguuntur.inſti.qui.mod.ius pa.pote.ſolui.§.filius familiàs.quos decus lateris regis illuſtrat.l.j. C.de præpo.labor.libro xij.Et nedum conſiliarij ad latus regis perſonaliter inſiſtentes, verùm etiam cæteri conſiliarij in ſuis Parlamentis,quæ hodie in regno plura ſunt,vt Pariſiis,Toloſæ,& Burdegalæ.& de aliis prout in imperio Romano olim fuerant,vt patet ex titu.de officio præfect.præto.Oriẽtis,& Illyrici, & de officio præfecti præto. Africæ. Qui omnes vnum & idem corpus faciunt cum rege & imperatore,quorum authoritas in tantum meruit augeri, vt appellari ab eis non poſſit Quoniam credit princeps eos,qui ob ſingularẽ induſtriam exploratа eorum fidẽ,& grauitate ad huius officij magnitudinẽ adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus.dicit tex.in l.j.de offic.pręfecti præto.qui non abs re parentes principis appellanter.l. ex diui Pij.C.de loca.Et idẽ de quibuſcũque aliis iuſtiſſimis officialibus principis in quacunq; regni parte degẽtibus pro ipſo reipublicę regni ſeruiẽtibus.Quia dignũ eſt,vt qui ſuis cõſiliis, ſuiſq; laboribus pro toto regno die noctúq; laborãt, etiam & multo magis extra regnum pro bono ipſius degentes,dignam habeant ſuæ fortunæ prærogatiuã,dixit tex.in l.bene à Zenone.prope finẽ. C. de quadri. præſcr. Præſertim illi,qui occultas detexerint cõſpirationes,& coniurationes cõtra principem,& rempublicam.Et fortiùs ſi eis obuiauerint,qui vt bonum publicũ zelantes immẽſa ſunt remuneratione digni,& in eccleſia ſublimandi & decorãdi. cano.ſi quis papa.§.fi.lxxix diſt.iuncta l.quiſquis. C.ad leg.Iuli.maieſt.& bonus tex.in l.etiam conditionis implendæ cauſa.ff.de manu.vindi.vbi ſingulariter ad propoſitũ concluditur,

quòd idem eſſet fiendum ex aliis ſimilibus meritis, quæ exiſtimare debebit is, qui præmia illa iudicare habet,ſi iuſta fuerint,aut iniuſta.Et ſic iuſtitia cauſę, pro qua rex ſcribere habet,& eligẽtes deprecari, in eius arbitrio, & exiſtimatione cõſiſtit, ſecundũ Lu-
95 do.allega.conſi.cccxxxvij. in fin.† Et idem eſſet de doctoribus in aliqua vniuerſitate approbata actu docentibus ſi excellentis ſcientiæ,peritiæ,eloquentiæ, & experiẽtiæ fuerint. de quorum numero Papinianus fuit.l.cùm acutiſſimi.C. de fideic6. vbi vir acutiſſimi ingenij,& in §.ſed quia ſtipulationes.Inſtitu. illo eo.titu.homo excelſi ingenij nuncupatur. Et Vlpianus in l.diuo Marco.C.de quæſt.vir.prudentiſſimus vocatur.& in l.ſcire oportet.§. aliud etiam ff. de execuſa.tuto.Ceruidius Scæuola,Paulus, Vlpianus, κορυφαῖοι, id eſt, vertices legũ appellabãtur,& etiam parentes imperatorum & regum nominabantur; vt
96 dicta l.ex diui Pij. C. locati. Quamobrem † doctores,vt dece,qualificati, ab omnibus & quibuſcunq; iudicibus non ſtatres, ſed patres ſunt nominandi & honorãdi:pœna contrà facientibus indicta, nec immeritò.Quia conciliarij principis nati exiſtunt,quibus ſecreta concilia ipſius nõ vetantur.l.ij. & l.fi.C de offi.diuer.iudi. vnde poſſunt tales tanquam bene meriti à rege nominari per eccleſiam eligendi. Eo
97† enim quòd doctores actu docent,præſumendũ eſt eos eſſe doctos. Cùm omne artificium per exercitiũ ſuſcipiat incrementum.l.legatis ſeruis.§. ornatricibus.ff.de lega.iij.maximè ſiviginti annis docuerint: ex quo foret eoipſo comites facti, & comitali digni tate decorati.l.j.C.de profeſ.qui in vrbe Conſtanti. docent.lib.xij. quia de illis non intelligitur qui præmaturè doctorantur, & licentiam ſeu auctoritatem docendi vſurpant: & interdum pecunia redemerũt. de quo vidiſtis in verbo, *duas habẽs filias*. Quos potiùs audire deceret, quàm ſolium doctrinæ aſcendere:cùm priꝰ animas oporteat fieri eruditas, quàm linguæ loquãtur.§. illud verò. in proœmio Digeſtorum. Et apoſtolum doctorem gentium legimus ad pedes Gamalielis legem audiuiſſe. Etiam poſſet rex aliquos nominãdo optimos theologos,ſi eccleſia vacans de nouo foret ad fidẽ cõuerſa,vti precibus pro ipſis: quo caſu etiã præcepta iuris & canonum laxãtur iuxta not.in cle.j.de elect. vbi eccleſiæ ſeculares cõferri poſſunt talibus regularibus propter bonum prædicationis:nec locum habebit cap.cùm ſingula. de præbẽ.lib.vj.Nam tales ſic docti ſunt ad regimẽ nedum eccleſiarum, imò regnorum & reipulicæ aſſumẽdi.§.fi.in proœmio Inſti.Expedit enim, quòd zelantes cum prudentia bonum regni & reipublicæ ad dignitates altas & excelſas per regẽ nominẽtur. exemplo eius quem Iuſtinianus promouit in l.in nomine domini.C.de offi.præfect.præto. Africæ.§. iubemus.ibi, vnà cum tribuno ſuo homine prudente,& deuotionem ſeruãte reipublicæ noſtræ, per omnia conſtituas &c. Qui quidem zelus ad principem & rempublicam debet talis eſſe, qui nõ ex vno ſolo actu,ſed pluribꝰ antè geſtis proceſſerit,per tex. ad hoc not.in l.fi.C.de offi.magi.mili.ibi, tuámque magnitudinem(quæ nobis ex ante geſtis optimè cõmendata eſt) idoneam ad talem fore dignitatẽ confidẽtes elegimus &c. Facit optimè tex.in proœmio Inſtit.§.cumque.ibi, quorum omnium ſolertiam & legum ſcientiam & circa noſtras iuſſiones fidem,iã
98 ex multis rerum argumentis accepimus &c.† Nam hæc nomina benemeritis, & regni zelator,ſunt nomina verbalia,quæ non verificantur per vnum actũ,

BIU Cujas

nec vno ſolo actu cantãtur, ſecundum Panormi.in cap.j.vlt.colum.de iudi.Ideo ſi nominati per regem non eſſent modis prædictis,aut ſimilibus qualificati, ætatis legitimæ,moribus graues,ſufficienti literatura prediti,in ſacris ordinibus conſtituti,& aliàs idonei ſecũdum canonicas ſanctiones,nõ dicerẽtur benemeriti,ſed viliſſimi omni honore indigni.cap. viliſſimus.j.q.j. vbi papa, Viliſſimus (inquit) computandus eſt, niſi præcellat ſciẽtia & ſanctitate,qui eſt honore præſtantior.Et tali caſu peccarent eligentes ſcienter illum, qui debitæ qualitatis non eſſet: imò electio eſſet ipſo iure nulla propter decretũ irritans in concilio generali Baſil. poſitũ.c.ſicut in cõſtruẽ-
99 da.§. deinde eligant. de elec.Pariter† princeps talẽ non meritum ſcienter nominans, grauiter peccaret, & teneretur de ſingulis malefactis per illum, cùm ſit in culpa malæ electionis: quæ facit eum teneri de caſu ſecuto. c.ij.de depoſito. Facit ad caſum noſtrũ tex.in l.ad ſimilitudinem.C.de epiſ.& cle. & pro talibus eligentes obedire principi ilico non debent,nec tenentur,ſed differre: & principem honeſtis demõſtrationibus placare, & inducere in aliorũ nominationem caſu ſibi debito, iuxta formam c. ſi quando. de reſcrip. Imò electio in cõtrariũ ſi idoneũ à principe habere nõ poſſent,de alio facta teneret,quæ tamen caſſanda foret, ſi iuſtis regis precibus non obediſſent,cui obedire debebant & tenebantur,vt ſ.di-
100 xi in princi.† Nec excuſari poſſent eligentes dicẽdo,nõ habuiſſe,aut habere notitiam perſonarum nominatarum per regem: quam notitiam iurare hodie tenentur ſecũdum dicti decreti formam.ſicut de iure ciuili præcipiebatur in Authenti.de ſancti. epiſc. colla.ix. ſine quo iuramento electio velut peccãs in
101forma,eſſet nulla,vt ibi dicitur.Quia† cùm iuſtitia cauſæ & benemeritorum ipſius nominati cõſiſtat in cognitione regis nominantis: vt dixi ſecundum Ludo.in dicto conſi. præſumendũ eſt pro eo de veritate cauſæ & perſonarũ nominatarum idoneitate, niſi certè contrarium euidenter,vel aliàs debitè ſcirent: Conſiderato maximè, quòd ipſi eligentes iuramentum præſtant de crudelitate duntaxat: iurando eum eligere quem credũt futurum eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus vtiliorẽ.† Quæ quidẽ credulitas ſufficiẽter & excuſabiliter cauſatur ex ſolla principis nominatione,per quam aſſerit perſonas per eũ nominatas habere qualitates requiſitas. Quia ſi dictum vnius legalis viri iuſtã præbeat cauſam credẽdi,& excuſet credẽtẽ,vt tenet gl.ſingular.ſuper verbo,actiones,quam *omnes* ſequuntur in l. Titio fundus.prope finem.ff. de cõdi.& demonſtratio.Multò fortiùs dat cauſam iuſtam credendi eligentibus, vt etiã à peccato excuſentur, dictum & nominatio ſeu teſtimonium regis de illo quem electores nunquam viderunt,nec cognouerũt. De quo latiſſimè per Fely. in cap.cùm contingat.de reſcrip.vbi octo ad propoſitum dedit cõcluſiones, ac per multas auctoritates hoc eſſe verum demonſtrans. Ad quod ſolus tex. ſufficeret in l.ij.C.de crimi.ſacrile.vbi legiſlator,dubitare(inquit) de principali iudicio nõ oportet.Sacrilegij enim inſtar eſt dubitare, an is dignus ſit,quẽ elegerit Imperator.hæc ibi.Niſi euidenter ſcriberet pro aliquo ribaldo notoriè diffamato de aliquo crimine,aut inhoneſta vita, vel literatura inſufficienti: Quo caſu non tenerentur eligentes principi pro indigno aut incapace ſcribenti obedire,etiam ſi ex certa ſcientia pro illo ſcriberet,maximè,quia in ſui poteſtate non eſt indignum habilitare, nec cum eo diſpenſare ad beneficia tenenda, vt ſuprà dixi in princip.huius primi articuli.& plenè decidunt Panor. & Fely.in c.ſi quando.de reſcrip.& docto.in l.quidam cõſulebat.ff.de re iudi. Vbi pro indigno non eſt parendum etiam papæ ſcribenti, ne honeſtas eccleſiæ decoloretur: quod tamen primã facie nõ eſt præſu-
103 mendum principem facturum. † Prætereà ſola fama publica dat iuſtam cauſam credendi, ſecundum Innocen.in dicto cap.de multa.vbi nobilitas per ſolam famã probatur. Et notoriè idoneus eſt recipiẽdus etiam ſine examine, ſecundum Panormi.in capitu.cõſtitutis.de appel. Ideo ſufficit idoneitatem & benemerita ſciri oculo corporali per viſum & experimentum, aut oculo mẽtali informato ex fama vel auditu. Nec deieraſſent,& minus peccaſſent canonici,ſi Barto.Ioan.Andr.& Panor.vel alium famatum elegiſſent,tanquam ſufficiciẽtes,quos nũquam præterquam ex auditu, & libris viderãt, nec cognouerant. Legimus (inquit Hieronymus in epiſtola ap Paulinum) in veteribus hiſtoriis quoſdam luſtraſſe prouincias,nouos adiiſſe populos,maria tranſiſſe,vt eos quos ex libris nouerãt,corã quoq; viderent &c. Et Exod.xxxiij.dicitur ad Moyſen: Inueniſti gratiã coram me,& teipſum noui ex nomine. Et de duplici oculo,ſcilicet mẽtis & corporis,habetis glo.in cap. ☞ quorundam.de election.libr.vj. [Coram quo princeps ſi in caſu debito fuerit per eligentes contẽptus, poterit vel eius procurator petere caſſari electionẽ aliter factam. Et in hoc erant aliquando procuratores regij, qui ab electione facta vel fienda appellant ad curiam ſecũlarem, cui poteſtas confirmandi aut infirmandi non pertinet. Ideo per curiam parlamẽti Toloſæ Anno iſto domini M.ccccxiiij.in menſe Iunij fuit quo ad epiſcopatum Appamiarum, & eccleſiæ Vautenſis prouinciæ Toloſanæ annullata appellatio procuratoris regis,& permiſſum Archiepiſcopo ſeu eius vicario procedere in negotio cõfirmationis vel infirmationis dictarum electionum, corã quibus poſſet idẽ procurator regis dicere ius regiũ ſi ei videatur.Et idem fuerat anno præterito quo ad epiſcopatum Carcaſſonenſem pronũtiatum.] Ego credo Iacob. Butri.hominẽ fuiſſe excellentiorẽ totius Italiæ,quia hoc refert Bald.in l.quicũque. C.de epiſco.& cler. Vnde tales ſi bonum publicũ ſint zelãtes,dicuntur & credendi ſunt benemeriti, & ſic à principibus nominãdi ad dignitates vt videtis.facit bonus tex.in procœmio. Inſti.in fi.Qui zelus ad bonũ publicum tantus olim fuit,quòd abiecta priuata vtilitate publicam induebant.de quibus libro iiij. titu. de paupertate,ſic dicit Valer.Animi virorum & fœminarum vigebant in ciuitate,ſcilicet Romana,eorumque bonis dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabatur.hæc ſcilicet animi & zeli bona imperia conciliabant,hæc iungebãt affinitates,hæc in foro,hæc in curia,hæc intra priuatos parietes plurimũ poterant. Patriæ enim rem vnuſquiſque non ſuam augere properabat,paupérque indiuite,quàm diues in paupere imperio verſari malebat. Atq; huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur,quòd nihil eorũ quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat. Inopiæque illuſtriũ virorum publicè ſuccurre-
104batur.† quia econuerſo reipublicæ præpoſiti,ſicut Paulus AEmilius eſſe debẽt, qui penates ſuos nulla ex parte locupletiores fecit,præclarè ſecum actũ exiſtimãs,quod ex illa Perſarum regis victoria aliis pecuniam,ipſe gloriã occupaſſet, & plures alij Romani de publico miniſterio nihil cuiquam præter laudem

BIU Cujas

dē bene administratio officij accedere debere iudi-
cantes, eodem Valerio referēte alleg. li. tit. de abstinen. & continen. ibi subiungens tales rempublicam gerentes, non quantum auri & argenti, sed quantū amplitudinis pondus secum ferant æstimandi sunt. Heu me, vbi nunc Romani bonum reipublicæ zelātes: quibus cùm & magni pretij & varij generis à legatis Pyrrhi Epirotarum regis, tā virorū quàm fœminarum apta vsui munera circa domos ferrētur, & penè totum regiarum opum apparatum transtulissent, nulla cuiquam dono ianua patuit. Quasi dicat, quòd soli benemeriti, & taliter virtuosi debent gratis à principe nominari, & nō preces eorum fauore, vel odio, aut pecunia, vel sola libidine effundi, prout sæpe fit in turbatione sanctæ electionis. Quæ omnia præmissa eorúmque veritas veniunt in discussione
105 coram confirmatore. c. fi. de elect. lib. vj. † Quintò vltra præmissa requiritur, quòd rex, aut princeps, nō vnum solum, sed plures nominet eligendos ad eccle siam vacātem benemeritos, & vt decet conditionatos: aliter & aliàs nō essent pces iustæ nec benignæ, quia essent cōtra substantiam rei gerendæ, id est electionis celebrādæ: Nec cogi possunt eligētes vnam certam solùm nominatam personā eligere, quia non esset eligendi libertas, & consequenter electio nulla vt dicto capitulo. vbi periculum. §. cæterùm. Cùm.
106 †eligere propriè sit aliquem ex pluribus ad prælationē canonicè vocare. Nec essent canonici qui eligerēt, sed ipse laicus princeps electionis notoriè incapax, qui ad hoc etiam cōsuetudine capax fieri non posset. cap. cùm terra. & cap. cùm inter vniuersas. & cap. quòd sicut. de ele. Nec pariter fieri posset, aut cō suetudine induci, quòd canonici aliter eligerēt, quā
107 ex pluribus vnum: † quia contra substantialia actus nihil operatur consuetudo, secundum glos. quam *omnes* approbant & sequuntur in capit. ij. de cōsuetu. libro vj. Præterea hoc non esset per canonicos eligere, sed præsentatū per principem instituere in pōtificali dignitate, quæ aliter dari nō potest, nec prælatus ea assumi, quàm per canonicam electionem, confirmatione superioris & seruata forma dicti cap. fin. de elec. lib. vj. roboratam, approbatam, & confirmatam. Cùm aliter procedendo esset destruere ordinem ecclesiæ, & iura omnia loquentia de confirmatione, concilióque generaliderogare: quod fieri nō potest, propter decretum irritās in eo promulgatū. Vnde necesse est plures nominari per principem. Et bonum est, quòd tres ad minus nominet eligendos, plures nominare nolit: Ex quibus canonici, vel conuentus vnum eligāt, quod proderit reliquis duobus, quo ad augmentum honoris. argumen. l. fin. ff. de albo scribendo. Cùm semel à principe digni reputati & nominati fuerint, vt ibi. Et princeps multis gratificabit, & vnico actu plures honorabit: quod modicū nō existit ꝓ cōseruando reipubl. amicos. Præterea illi in futuris dignitatibus erunt potiores, ac præferendi: vt dicta l. fin. Et quòd plures nominentur à principe, requirit expressè text. dans regi Hispaniæ priuilegiū nominandi in dicto can. cùm longè. lxiij. distinct. ibi: quoscūque regalis potestas elegerit. loquens in plurali, ita quòd illa pluralitas personarū per regē Hispaniæ nominandarū, intelligitur nō distributiuè, sed collectiuè, prout requirit materia subiecta. facit glo. penul. in capi. fina. de cōsue, libro vj. Sic etiam requirit tex. in rege & principibus Frāciæ & Delphinatus, etiam in plurali loquens, vt dicto §. item nec credit. ibi, pro personis benemeris, &c.

108 † Sextò & vltimò requiritur, quòd rex non semper in qualibet vacatiōe talibus licet benignis & beneuolis vtatur precibus, sed aliquando, id est semel in vita sua, non in ecclesia vniuersali Gallicana solùm, sed etiam in qualibet particulari ecclesia pontificali regni suis: quibus post regis promotionem vacantibus, etiam si omnes viuente eo vacarent, ad quamlibet semel tantùm precibus vti poterit, suáq; prærogatiua gaudere. Quod satis videtur, cùm dignitas talis monocula sit in qualibet ecclesia pontificali, quæ illa grauari non potest, nec princeps de monoculo beneficio prouidere, vt plenè Felyn. in capitulo, in nostra. quarto corrolario. de rescriptis. & gloss. pragmaticæ super verbo: Turnū. in §. item placuit ipsi congregationi. titul. de collat. Præterea Papa mandando quem in ecclesia recipi, semel ecclesiam in vita sua grauare potest, nisi hodie, vbi essent quinquagenta collationes. capit. mandatum. cum duobus sequentibus, de. rescriptis. Quia vltra vnam vicem non posset. Quæ intelligitur de prima vacatione: cùm omnis actus affirmatiuus & permissiuus per aliquem explicandus, qualis hæc permissio dicitur, intelligatur de primo, & in primo extinguatur, argumento l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum signification. secundum glo. quam ibi commendat Bartolus in l. hoc genus. ff. de conditio-
109 nibus & demonstrationibus. † Vt etiam à simili videmus de gratia alicui cōcessa ad vnum vel duo beneficia: quia intelligitur de vno aut duobus primò & immediatè vacantibus, capit. non potest. de præbend. & capitulo primo. & capitulo, ne captādæ. de concessione præbendæ, libro sexto. Vnde cùm talis permissio regi concessa extinguatur in prima vice, intelligitur non collectiuè, vt in tota ecclesia Gallicana semel tantùm precibus vti possit: sed intelligitur distributiuè, quòd vti possit aliquando, id est semel in vita ad singula capitula ecclesiarum cathedralium aut superiorum. Et ad singulos conuentus & ecclesias, in quibus morte prælati viduata dicitur
110 ecclesia. † Quia vbicunque dispositio refertur ad vniuersalem, seu ad generalem vniuersitatem expluribus aliis generalibus consistentem, talis dispositio vbi materia subiecta non repugnat, sumi debet distributiuè quo ad singulares vniuersitates contentas sub vniuersali: & non collectiuè, secundnm glos. super verbo, Conuentuū, in ca. præsentium. in princi. de testib. libro sexto. in capitulo, si sententia. §. fi. vbi Archidiaco. Ioann. Andræ. & Dominicus: & in cap. Romana. §. in vniuersitatem. de senten. excommuni. libro sexto. & in capit. primo. vbi Panor. de his quæ vi metúsve causa fiunt. Alij intelligunt regem permissione sua vti posse in qualibet ecclesia semper, scilicet vt in prima vacatione capitulū eligere tenea tur nominatum per regē: deinde verò post duas sequētes vacationes quibus libera præcesserit electio, in tunc sequenti eodem modo eligere teneatur alterum de nominatis per regē: exemplo vniuersitatum & graduatorum in eisdem, quibus tertia pars beneficiorum vacantium debetur. Primùm videlicet graduato & per vniuersitatem approbato, & post alias duas sequentes vacationes nominato per vniuersitatem, vt habet text. pragmaticæ in §. insuper. titu. de collatio. Aliàs sequeretur, si rex nisi semel in qualibet ecclesia nominare nō posset, quòd maioris prærogatiuæ essent vniuersitates, quàm regia maiestas: quę vltra & super omnes præcellere debet, vt dicitur j. Petri ij. c. ibi, tanquam regi præcellenti. &c. solitæ.

BIU Cujas

de maio.& obed. Alij verò vt curiales & palatini ferè omnes intelligunt & asserunt, regem hac facultate vti posse, quandocunque ei placuerit, etiam vltra prædictas vacationes. Pro quibus prima facie videtur facere text. in d. §. ad tollendum autem. ibi, concilium generale. à contrario sensu, prout cum suprà induxi: permittit simpliciter regi vti precibus pro his, qui nominari non procurarũt nec eligi. Et semper vti poterit permissione sua. quod nõ est verum, nec hũc intellectum pateretur illud aduerbium, aliquando. quo vsa fuit ecclesia Gallicana pragmaticæ
111 contrahendo cum rege. † Quem pragmaticum contractum tenetur rex obseruare, sicut & ipsa ecclesia. cùm ex contractu obligetur. c. j. vbi Panor. de prob. & doct. in l. digna vox. C. de legi. quia licet ei Deus subiecerit leges, nõ tamen cõtractus, quibus ligatur, sicut quilibet particularis priuatus, secundum Bald. in l. ij. C. de serui. & aqua. & in cap. j. in prin. tit. de natu. feud. Per quem solẽnem contractum videtur recessisse ab ampliori facultate, si qua per concilium vel aliàs ei competiisset. Sicut ecclesia vniuersa iuri semper liberè eligendi per cõcilium concesso renũtiauit, nominationi aliquando per regem fiendæ se supponẽdo, vt ecclesia Hispaniæ fecerat in d. c. cùm longè. Quæ quidem pacta nouissima sunt inuiolabiliter seruãda. l. pacta nouissima. C. de pact. maximè arresto parlamẽti cõfirmata per publicationẽ pragmaticæ Parisiis factam in Parlamẽto. Anno domini M. cccxxx. Ego autẽ sẽper intellexi omnia hæc cõsistere arbitrio boni viri, videlicet vt rex suo vtatur priuilegio ita curialiter, quòd ecclesia nõ nimis grauetur. Et hoc importat dictio illa, aliquando. Super qua consultissimè dicit glo. non semper. Aliter non exprimens vices seu vacationes, quibus rex sua vta-
112 tur permissione. † Quapropter videtur arbitrio bono relictum, per textum in l. j. §. ait prætor. ff. de iure delib. qui interdũ arbitrari posset semper regem facultate nominandi posse vti pro tutione reipublicæ & bono regni sui. Quod bonũ publicũ totius regni plus attenditur, quã vnius grauamen ecclesiæ cõsideretur. Cũ multò tolerabilius sit vnã vel plures ecclesias grauare, quàm totum regnum periculo subiicere in destructionẽ omnium ecclesiarum regni, & status nobilium & laicorum vniuersalem. Quia quoties fauor reipubl. vicissim concurrit, magis publica præfertur, vt ei altera postposita succurratur. l. j. vbi ple-
113 nè not. ff. solu. matr. † Ideo vbi ecclesia pontificalis vacans in patria esset limitropha, id est in limitibus regni sita, & alteri regno aut nationi finitima: certè Iris nullus esse potest detentor, nisi quem princeps deputauerit. Et cùm ad causam ecclesiarum habeãt episcopi villas & multa temporalia, non possunt ibi prefici sine cõsensu regis. quia hoc est priuilegiũ in corpore iuris clausum, in l. ij. C. de fundis limitro. libro xj. vbi dicit gl. non licere priuato custodiam habere limitum regni. O priuilegium in corpore iuris clausum censetur à quacunque dispositione, & à decreto concilij generalis exceptum, secundum gl. in verb. illic omni priuilegio. in Authẽt. qua in prouincia. quam ibi ad hoc not Bart. & Bald. C. vbi de crimine agi oportet. Et multò fortiùs cẽsetur à pragmatica & contractu ecclesiæ Gallicanæ exceptum, vt rex non cogatur solùm illa permissione vti aliquando, imò semper ea vti poterit hoc casu vtendo priuilegio suo, cui magis fauendum est, tum quia in corpore iuris clausum, tum etiam ad maius pericu-
114 lum euitandum. Vnde † si quis castra ibi, scilicet in limitibus regni emerit, vel alio modo acquisiuerit, nõ potest illa habere nec tenere, nisi princeps cõsenserit. l. quicúq;. de fundis limitrophis. lib. xj. C. Adeo & etiã proximior de genere vẽditoris non posset ex cõsuetudine Franciæ, aut præsentis ducatus Aquitaniæ, rem talem vẽditam retrahere offerendo pretiũ intra annũ & diem, nisi princeps terræ illius expressè cõsentiret. Cùm omnis retractus præsupponat capacitatem retrahentis. Et capax nõ est, nisi cui princeps cõcesserit vt ibi: imò se de facto ingerentes incurrunt pœnam illius legis, scilicet pœnæ capitalis cum bonorum publicatione. Et idem dicunt docto. de beneficiis in limine regni sitis, vt teneri non possint sine beneplacito regis. Et idem puto seruandũ. vbi ecclesia pontificalis vacans, loca posslideret munitissima & fortissima in partibus, præsertim vbi timeretur guerra verisimiliter moueri. Quæ quidem loca, si semel ab hostibus occupata forent, non possent per regem faciliter recuperari, saltem sine magna strage. Nam hic etiã casus cẽsetur à regula communi exceptus, per glos. j. quam omnes ita notant & sequuntur in l. ij. in prin. ff. qui satis. cogan. Et in locis non limitrophis nec fortibus, idem seruandum
☞ crederem, vbi rex propter bonũ pacis, [Certè multa exorbitantia à communi regula tolerantur propter bonum pacis, vt plenè dicitur super verbo, *mortuo itaque testatore*. infrà dum loquitur de testamento Christi.] ipsi⁹ ecclesiæ, vel regni preces scriberet capitulo, benignas ac beneuolas, tempore guerræ in regno vigentis, pro personis, quarum medio & opera pax publica in regno haberi posset, Quo casu propter bonum pacis inducendæ & habendæ præcepta canonica plerunque relaxantur. c. vbi non est. de desponsa. impub. facit can. dudum. §. aliquãdo. & can. hoc quippe. iij. quæstio. vj. vbi plenius dicitur, quòd propter bonum pacis. Episcoporũ depositio, & aliorum surrogatio etiam contra cõscientiam facta, fuit per Papam & ecclesiam tolerata. Quo etiã casu posset papa Ecclesiæ electiuæ inhibita electione prouidere, tali causa tanquam iusta in literis expressa, secundum Ludo. consil. cccxxxij. incipiente: Quo ad primum consultationis articulum in fine. cum sequ.
115 vbi singulariter loquitur. † Quia videmus, quòd plus est pro bono pacis posse principem actiones & ius alteri quæsitum tollere. l. Antiochensium. ff. de priuileg. creditorum. secundum Baldum de pace cõstan. & est bona glo. pragmaticæ. super verbo, Hostilitas. tit. de paci. pos. cui addatis Bal. in l. vnic. §. j. in ij. nota C. de cadu. tollen. & Iason in l. ij. C. de in ius vocand. Quia vt pax seruetur, moderamen iuris habetur, secundum glo. in dicto cap. vbi non est. Vnde si propter pacem habendam ius quæsitum tolli possit, faciliùs impediri potest ius quærendum: ideo ex tali causa quoties erit vera, poterit rex nedum aliquando, imò sæpe casu occurrẽte vti precibus & priuilegio suo. Imò quod fortius est, posset reiici iã facta electio & alia fieri, secundũ concilium generale Basilien. in cap. licet dudũ. versic. veruntamen. titul. de electio. facit capitu. quòd sicut. §. j. in fine. de electione. vbi toleratur electio non vocatis absentibus
116 propter bonum pacis facta. † Vltra autẽ casus, modum, & formam prædictos non possunt reges nec principes iustè de electionibus se intromittere, nec eas impedire, & minus iam factas impugnare, nisi in casu vno permisso de iure, vt si fortè contingeret electionem aliquam licet canonicam fieri, quæ in perturbationem ecclesiæ aut patriæ, vel boni publici

BIU Cujas

blici vergere timeretur. Quia tunc coram confirma-
tore, constito de veritate, vocata parte & audita, tali
electione reiecta ad capitulum vel conuentum elec-
tio de alio fiēda remitteretur, per tex. hodie clarū
dicti cōcilij Basilien. tit. de elect. c. licet dudum. §. fi-
nal. vbi optima glos. iura communia hoc permitten-
tia allegans. Et fiet tunc electionis retractio ad re-
questam principis, qui electum habet suspectum de
proditione ac reuelatione secretorum, vt ibi plenè
dicitur. [Principes aliter non posse impedire præ-
dictas electiones tanquam iure diuino, naturali at-
que humano fundatas. super omnes cōsuluit iste do-
ctor sustinendo cōfirmationem factam de persona
dicti Antonij de Lusethgio in episcopum Caturcen.
per archiepiscopū Bituricen. seu eius vicarios anno
domini M. cccexcv. vigilia beati Ioannis Baptistæ.
contra quam multa scripsit quidam Hispanus Gu-
lielmus de monte sarrato vocatus in fauorem fratris
Benedicti Ioannis ordinis sancti Antonij, ad requæ-
stā regis de dicto episcopatu prouisi apostolici. Cu-
ius occasione de hoc quēdam fecit tractatum de hac
regis prærogatiua in his dignitatibus & ecclesiis pō
tificalibus domino legato de Ambasia directum in-
cipiē. Legimus enim colendissime pater &c. Quem
diuisit in quinque partes, in quarum vltima tractat
de hac regis prærogatiua, in multis discrepās ad his
quæ hīc dicta & scripta fuerāt. De quibus omnibus
decretum concilij Basilien. concernentibus titul de
elect. habetur plenè in repetitione ca. j. de elect. quā
iste doctor tunc in vniuersitate Caturcen. regens fe-
cit die xv. mensis Ianuarij & duabus sequen. anno
domini M. cccexcviij. Cuius materiam in decem re
soluit conclusiones: de quibus sub eo respondit ge-
nerosus & magnæ prosapiæ religiosus dominus Lu
douicus de rupicohardo prior Siluigniaci & Mar-
cignaici frater domini de Mortamar, quarum con-
clusionem tenor sequitur. *Electiones adeò sunt fauo-
rabiles omni iure, quòd nisi per eas non potest quis ha-
bere titulum in electiua dignitate.* Secunda conclu-
sio. *Pendente tempore ad eligendum de iure præfixo,
de dignitate electiua, nisi per capitulum nulla potest
fieri prouisio.* Tertia conclusio. *Sicut mulieri inuitæ
dari non potest maritus, ita nec pontificali ecclesiæ nolen-
ti præfici valet prælatus.* Quarta conclusio. *Quam-
uis electiuæ dignitates in curia resignentur, non in curia,
sed in partibus vacare censentur.* Quinta conclusio.
*Plus dico, quòd si in curia renuntientur cum pensionis
retentione, sed solus papa eam constituat, capitulo per-
tinebit eligere.* Sexta conclusio. *Solis canonicis aut re-
ligiosis ecclesiæ cathedralis vel conuentualis, pertinet
electio episcopalis vel abbatialis dignitatis.* Septima
conclusio. *Bene possunt capitulum & canonici con-
sentire, quòd papa possit de episcopatu pro hac vice pro-
uidere.* Octaua conclusio. *Adeò commenda hodie ti-
tulus canonicus dicitur, quòd commendatario decedente
dignitas in partibus vacare censetur.* Nona conclu-
sio. *Si dignitas electiua fuerit per deuolutionem effecta
semel collatiua, valebit prouisio in præiudicium inferio-
rum iure præuentionis per papam facta.* Decima con-
clusio. *Aliàs quàm per electionem in ecclesia recepto, si
expellatur, competere non potest spoliatorum restitutio.*
Eo tempore in dicta vniuersitate audiebat sub isto
doctore tres inter cæteros excellentes & generosi
scholares, scilicet domini Amamus de Albreto, fi-
lius domini de Albreto. Franciscus de Claromonte:
& Ludouicus de Ambasia tūc electus Albien. quos
hodie videmus sacrosāctæ Romanæ ecclesiæ cardi-
nales.] † Ex quibus resultat excellens prærogati-
ua, qua dominus noster rex Frāciæ habet in electio-
nibus ecclesiarum pōtificalium electiuārū sui regni
& Delphinatus: de quibus iustè & sine scrupulo cō-
sciētiæ potest modo & forma prædictis se intromit-
tere auctoritate cōcilij, & de cōsensu totius ecclesiæ
Gallicanæ. Vnde mirum videri non potest (ad pro-
positū reuertēdo) si inter clericos bona temporalia
tenentes & possidentes aut petentes, possit etiam in
petitorio, & de actionibus realibus & mixtis cogno-
scere ex cōsuetudine, & præsertim ex tam inueterata
tolerātia ecclesiæ, vt dixi. Sed † in actionibus per-
sonalibus, quæ merè personales existunt, vt de illis
officiarij regis & dominorum temporalium contra,
vel inter clericos cognoscere possint, nō valeret cō-
suetudo, nec iudici seculari dari posset iurisdictio-
nem. cap. clerici. &c. qualiter & quādo. ibi, quod om
nino fieri prohibemus. de iudi. & in cap. ij. de foro
compe. vbi iudex secularis cognoscere nō potest cō
tra, vel inter clericos in actionibus merè personali-
bus, ciuilibus, & pecuniaris, etiam de consensu am-
borum litigantium. capit. si diligenti. nisi voluntas
episcopi accedat cap. significasti. de foro cōpet. Imò
potest & debet episcopus clericis prohibere coram
secularibus litigare in actione personali, sicut pos-
sunt seculares officiarij laicos in realibus & mixtis
prohibere, coram ecclesiasticis litigare. Imò etiam
in personalibus possunt laicos prohibere, cùm eo-
rum interesit ratione iurisdictionis & emolumento-
rum eiusdem, vt suprà tetigi. secudum Ioan. Fab. in
l. si qui ex consensu. C. de epis. audien. Et etiam pro
hibere cōsueuerunt, ne episcopi cognoscant de qui-
buscunque realibus ad cognitionem laicorum per-
tinen. † Cùm cuique permittatur suam tueri iuris-
dictionem etiam pœnali iudicio. li. j. ff. si quis ius di
cen. non obtempe. vt not. plenè Panor. in c. super li-
teris. de rescript. Sed in actionibus personalibus in-
ter clericos nō valeret prohibitio. cap. decernimus.
de iudi. quod intelligitur in pertinentibus ad forum
ecclesiasticum. videatis Bar. in l. j. §. & post operis. ff.
de noui ope. nuntia. Adeò quòd etiam in Frācia, vbi
iudices regij plura cognoscūt de clericis, nō cogū-
tur ipsi clerici litigare corā iudice seculari in actio-
ne pesonali, etiā pro iure cesso à laicis iurisdictio-
ni temporali subditis, posito quòd facta cessio fuis-
set in casu de iure licito, secundum Specu. tit. de ces
sio. act. §. j. ver. quartò præsumitur simulata &c. Pro
qua decisione etiam sola sufficeret ordinatio regia
Philippi Pulchri superiùs allegata & registrata:
† vbi expresè clerici trahi prohibentur in foro re-
gio & seculari in actione merè personali, etiā si per
literas regias aut ministrorum regis, ad hoc fuerint
obligati. Nihil enim potest consuetudo contra pre
ceptum prohibitum dicti c. ij. de foro cōpe. vt not.
decidunt do. de Rota in supradictis decisionibus an
tiquis, hodie per ordinationem rubricatis, titu. de
consuetud. decisione ij. incip. vtrum valeat cōsuetu-
do Anglicana. quæ in decisionibus nō rubricatis est
nnme. 840. quam videatis vtilem ad multa propter
suas rationes, & elegātes respōsiones ad contraria.
† Nec posset cleris se submittere iudici seculari,
nec rigoribus curiæ illius: & si se submitteret, non
valeret submissio etiam de consensu sui episcopi fa-
cta, vt dicto ca. si diligenti. &c. significasti. Quibus
iuribus concordat dicta ordinatio regia, per quam
christianissimus Francorum rex, in his merè perso-
nalibus ecclesiā pertinaciter nolle turbare prætextu
consue-

BIU Cujas

cõsuetudinis catholicæ declarauit: imò hoc fieri vetuit, nõ obstante submissione, quod Angli in eorum terris nunquam audire voluerunt, eorum sequentes consuetudinem quæ potiùs dicitur corruptela, vt pa
122 tet in dicta decisione. † Nam submissio nihil operatur, nisi clericus expresè sua bona obligasset. Quo casu ratione hypothecæ immobiliũ bonorum trahi posset coram iudice seculari in actione duntaxat hypothecaria tendẽte ad fines, ꝙ bona immobilia pro debito clerici affecta creditori tradantur pro modo debiti, cùm de constamẽtis posidẽda, donec ei fuerit de debito satisfactũ. Cui creditori erit multò melius pignori incumbere, quàm in personam agere. Insti. quibus modis re contrahitur obl. §. fin. secundum Ioã. Fab. in d. §. itẽ Seruiana. Instit. de act. & ita dietim practicatur in isto regno. Non autem cognoscere posset iudex laicus, an clericus debeat ad fines ipsum cõdemnandi & compellendi ad soluendum: ꝙ hoc esset intrare & cognoscere de merè personali actione. quod fieri non potest etiam ex cõsuetudine, vt in præfata decisione. Præsertim quia in dicto cap. clerici. expresè derogatur cuicunque consuetudini, quæ propter incapacitatem iudicis nihil operari potest, vt ipse de merè ꝑsonali cognoscere cõtra clericum à laico cõuentum, & in iudicio tractũ possit: † nisi in causa recõuentionis: quia tũc directè &
123 principaliter non dicitur clericus trahi coram seculari via actionis, sed in vim defensionis. & ita tenet gl. in dicto cap. ij. de foro compet. Et licet super hoc fuerint variæ doct. opi. tam legistarũ in l. cùm Papinianus. & Authen. & consequenter. C. de sentẽ. & in dicto cap. ij. de quo potestis ad saturitatẽ videre Panor. in c. at si clerici. §. j. de iudi. hũc passum alto di-
124 gito ingenióque suo more tractantem. Tamen † in præsenti regno semper consuetũ fuit cõtra clericos etiã de actione merè personali cognoscere via recõuentionis: quoties laicos trahũt corã seculari agendo, coram quo ab eis reconueniũtur, & respondere & defendere tenentur & coguntur: aliàs in eorum actione per eos intentata cõtra laicos audientia denegaretur, secundum practicam l. sed & si per prętorẽ. §. ait prætor. vers. sed & si dũ decreto. ff. ex quibus caus. maior. in integ. restit. Et huius opi. fuerũt glos. & maior ferè pars scribentium, quam Ioan. And. dicit de antiqua consuetudine approbari & seruari: & ☞ pariter Masuerus. titu. de remissio. circa prin. [Et idem vbi clericus succederet laico iam corã seculari iudice conuento, quia instantia tunc transit in clericum eius hæredem secundum Imol. in l. si eum hominem. ff. de fideiuss. Paul. in l. hæres absens. ff. de iudi. & in l. si constante. §. fin. vbi hoc tenet etiam Ludo. ff. solu. matri. Nam alterius conditio qui iudiciũ inchoauerat, fieri non debet deterior ex persona hęredis. l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. Prætereà defunctus iam ex quasi cõtractu in iudicio celebrato obligatus erat. l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio. Et ex cõtractu hæres semper tenetur: & vbi cœptũ fuit iudicium, ibi finem accipere debet. l. vbi cœptum. ff. de iudi. & idem vbi clericus tanquàm tertius opponens & possessor rei, de qua lata fuit sententia vult contra sentẽtiam iudicis secularis inter laicos latam se opponere, & illius executionem impedire. secundum Bald. in l. testamenta. C. eod. & in l. fina. C. de edicto diui Adria. vbi dicit quòd si clericus cõtradicere velit laico petenti se mitti in possessionem hęreditatis per iudicem secularem, tenetur coram illo litigare: subiungens ibi Bal. idem esse in clerico qui prędoni succesſit laico in fraudem iurisdictionis, quia cogi poterit per secularem iudicem restituere furtum. Et ita tenet do. Auffreri. in dicta ij. regula. vj. x. & xiij. fallentiis.] Or non est dubium, vbi sunt diuersæ opiniones auctoritate & rationibus suffultæ, quin eo casu consuetudo eligere possit, prout cõsuetudo regni huius iam inueterata fecit, sicut in actionibus realibus & mixtis, vbi diuersæ fuerant olim sententiæ ad iudicium seculare eas traxit, vt vidistis. Si-
125 militer † cognoscũt iudices seculares cõtra clericos de causis garãtigiæ in casu euictionis portãdæ iuxta l. vẽditor. §. j. ff. de iudi. veluti si laicus qui domũ emerat à clerico, ꝙ qua restat de euictione obligatus ad iudiciũ seculare, pro illa domo tractus fuerit, & clericum euictionem portaturum, & pro eo defensurũ & causam defensionis in se susceptũrum vocauerit: certè clericus eo casu licet actio ꝑsonalis existat, forum emptoris declinare nõ poterit, per text. in dicta ☞ l. venditor. [Vbi hoc tenet Bald. & in Authen. clericus. C. de epis. & cle. & in l. emptor. C. de euict. Angel. in l. non solùm. §. quod vulgò. ff. de vsuca. Pano. in ca. quoniam frequenter. §. fin. vt lite nõ contesta. & in cap. fi. de emptio. & vendi. Petr. de Anch. in ca. ea quæ fiunt à iudice. quæstio. xvij. de reg. in. lib. vj. Ange. Areti. in §. actionũ. instit. de actio. col. iij. Et sequitur do. Auffreri. vbi suprà v. fallentia.] Debet enim venditor causam defendere in foro emptoris, nec potest ex ꝓpria persona declinare forũ: quia forũ quod est declinabile à defẽso, declinari nõ potest à defensore. l. j. C. vbi in rem acti. exerceri debeat. & dicta l. vẽditor. Et ita eas locũ habere in clerico eui dictionario stantib⁹ super hoc diuersis opinionibus, consuetudo generalis interpretata est: quia ibi tunc clericus corã iudice laico litigat nõ pro se, sed tanquã procurator & defensor laici emptoris, vt ibi dicit glo. Quia per eius comparationem emptor principaliter super domo conuentus, nõ est ab instantia & iudicio relaxãdus, posito quòd euictionarius causam totaliter in se & supra se suscipere vellet, secundũ Bart. dicta l. j. C. vbi in rem actio exerce. debeat.
126 Et † idem seruatur in regno isto, vbi ageretur de cancellando instrumentum à notario publico receptum, præsertim regio: de cuius viribus etiam si hypothecam bonorum nõ contineat, nullus cognoscere potest, quàm officiarius regius: cùm ad illum pertineat dissoluere cui⁹ auctoritate fuerat ligatũ. Ideo si creditor clericus corã seneſcallo, aut alio iudice regio adiornetur, instrumentum debiti portaturus, ipsumque ad instantiã debitoris laici cãcellari visurus, nõ audiretur clericus exceptionẽ opponẽs fori declinatoriam: imò tenebitur ibi respondere, & instrumentum suum defendere, iuxta l. dissolutæ. C. de ☞ cõdi. ex lege. [Idem tenet dominus Auffreri. vbi s. in xix. fallentia, motus: quia in huiusmodi instrumẽtis apponitur vt plurimum hypotheca bonorũ, nec nõ obligatio ad rigores & compulsiones sigillorum regiorum: ideo possunt ipsi iudices regij adiri super inefficacia, aut dissolutione talium hypothecarum, de quibus cognoscere possunt, vt suprà dictũ fuit, & quorũ interest ne fiãt sub eorũ rigoribus aliquæ extorsiones. l. illicitas. ff. de offi. præsi. subiungens fuisse in parlamento Parisiis dictũ Anno domini M. cccc lxxxvj. quòd Gulielmus Quepie clericus solutus in curia parlamẽti respõderet super fraude cuiusdam cõtractus tam parti super illius annullatione, quàm procuratori regio, qui etiã emẽdam requirebat propter fraudem in dicto contractu cõmissam in literis

seu

BIU Cujas

ſeu inſtrumento contentam. idem refert in tractatu Arreſtorum cap. l. j.] Et hoc per meliorem rationem quàm ſupradictam, quia licet quando de aliqua queſtione principaliter cõtenditur inter clericum actorem & reũ laicum, actor ſequi debeat forum rei. cap. cùm ſit generale. de foro compet. & c. ſi clericus. eo. tit. Cùm illud ſit generale inter omnes, cuiuſcunque fuerint conditionis. vt l. ij. C. de iuriſdic. om. iud. Tamẽ ſecùs eſt, vbi quis vellet ſuper aliqua exceptione experiri & agere: quoniam tunc agitur coram iudice coram quo ageretur, ſi ipſe reus traheretur & cõueniretur: quia attendi debet cauſæ naturalis origo, & non quod à caſu accidentaliter contingit. Cauſa enim naturalis vincit cauſam accidentalẽ. l. qui habent. ff. de tutelis. Ex quo videmus, quòd licet vnus ex fideiuſſoribus, vt in totum non conueniatur. ſed diuiſio fiat inter eos, quia ſoluendo ſunt, exceptionem habeat. Inſtit. de fideiuſſoribus. §. ſi plures. Tamen ſi antè quàm per creditorem conueniatur, agere velit, vt ſe ab onere aliorum eximat, poteſt creditorem præuenire, & officium iudicis implorare, ad fines illius diuiſionis, vt pro reliquis partibus creditori ſilentium imponatur. l. ſi contendat. cum ſua glo. ff. de fideiuſſoribus. Or in caſu noſtro laicus debitor clerico cũ inſtrumento obligatus, timens fortè in dies per creditorem vexari, & ſic petens inſtrumentum cancellari, nil aliud prætendit quàm ſuas proponere, quibus munitus eſt, exceptiones & defenſiones cõtra inſtrumentum, prout facere poteſt. vt dicta l. diſſolutæ. & eſt bonus text. in l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. lega. Certè clericum creditorem ſuper hoc trahere poterit, ad fines ſuas exceptiones proponendi & probandi, ac inſtrumentum cancellari petendi & faciendi, necnon ſilentium ſuo creditori clerico perpetuò imponendi coram iudice laico coram quo clericus ſi ex inſtrumento egiſſet, aut ſchedula debitorem laicum trahere neceſſe habebat rei ſequendo forum: & ita in caſu noſtro decidit Panor. in c. ſi quis contra clericum. in primo not. de foro compet. quod eſt notandum. † Pariter trahi poteſt clericus in actione perſonali coram iudice ſeculari, vbi tanquam officiarius ſecularis teneretur: vt quia fortè depoſitum pecuniarum, vel aliarum rerũ ſuſcepit authoritate iudicis ſecularis, iuxta l. acceptã. C. de vſur. vbi depoſita fiũt in æde ſacra. [Idem tenet dictus do. Auffreri. vbi ſuprà. in xiiij. fallentia. vbi etiam allegat Sali. in dicta l. & tenuit etiam in ſua additione ſuper quæſtionibus capellæ metropolitanæ Toloſæ quæſtio. Quæ adduci poſſent in clericis ſequeſtris qui quotidie per iudices ſeculares dantur, vt per eos cogi poſsint rationem reddere, & reliqua præſtare. Et ita dietim ſeruatur.] Quo caſu poſſunt cogi clerici, & cogũtur per ſecularem iudicem ad depoſitum reddẽdum. ſecundum Bald. ſingulariter in dicta l. acceptam. † Et idem ſeruatur in hoc regno vbicunque clericus aut perſona eccleſiaſtica officium tutelæ aut curæ, vel aliud quodcunque ſeculare geſſiſſent: quia cogũtur de adminiſtratis reddere rationem coram iudice ſeculari. Et ita dicit Maſuerus ſeruari in curia parlamenti allegato titu. de iudi. & eorum iuriſdictione. §. item ſi clericus. ſolutus. [Idem tenet dominus Auffreri, vbi ſuprà xxviij. fallentia, dicens etiam ad iudicem ſecularem pertinere, quòd det clericis tutorem, qui tamen poteſtatem non habebit in beneficialibus & eccleſiaſticis negotiis. c. ſi annum. de iudic. lib. vj. vbi per omnes. Et poſſunt clerici eſſe tutores legitimi, ſed non teſtamentarij nec datiui, ſi hoc velint. cap. peruenit. iuncta glo. in verb. tutelas. lxxxvj. diſtin. etiam in ſacris conſtituti, vt ſequẽ. diſtin. c. in religioſum. imò tenentur etiam religioſi eſſe tutores miſerabilium perſonarũ. lxxxviij. diſtin. c j. &c. epiſcopus. & plenè Bal. in l. generaliter. hîc allegata.] Et credo, quòd ratio eſt, quia cùm teſtamenta inſinuari non poſſint nec exequi, niſi per ſecularem iudicem. vt l. cõſulta diualia C. eo. & l. repetita. C. de epi. & cle. ſic ſi tutelæ & curæ pupillorũ & adultorum laicorum eis decernantur authoritate iudicis ſecularis, poterunt coram ipſo trahi tanquam eius officiarij, à quo officio poterant ſe excuſare, ſi voluiſſent. l. generaliter. cum Authen. ibi poſita. C. de epiſ. & cler. quòd ſi non fecerint, eſt eis imputandum, qui in culpa ſunt immittentes & ingerẽtes ſe rei eis nõ pertinẽti. † Et idẽ ſeruatur in præſenti regno in donationibus, quæ inſinuari non poſſunt, ſicut nec teſtamenta, niſi coram iudice laico: ita q; ſi teſtamentum aut donatio facta eſſet corã epiſcopo, nihilominus eſſet inſinuãda vel inſinuandũ corã iudice laico ad hoc deputato, cùm epiſcopus nõ ſit iudex inſinuationũ, ſecundum Bal. in dicta l. repetita. quod dicit menti tenendum: nec prorogari poſſet in epiſcopum iuriſdictio inſinuandi, vt ibi per eum, qui etiam ponit & tenet poſt Gul. de Cug. omnes prædictos caſus in Auth. clericus. C. de epiſ. & cler. reprobatis exemplis gl. ibi, tanquam literæ non cõuenientibus. [Idem tenet dictus dominus Auffreri. vbi ſuprà lxxxix. & xj. fallẽtiis, plura ibi alleg. & inter cætera Iaco. Butrig. Bart. Bal. Sali. & Ioan. Fab. in l. teſtamenta. C. eo. & ih d. l. conſulta diualia. & Pet. de Anch. in cap. ea quæ fiunt à iudice. de reg. iur. lib. vj. Et idem, ſi pater vellet emãcipare filium clericum ſecundum Petr. de Anch in dicto c. ea quæ fiunt. & præfatum dominum vij. fallentia.] † Præterea ſi clericus fuerit in mera & ſimplici actione perſonali cõdemnatus per ſuũ epiſcopum, vt fieri debet, qui ſuam ſententiam exequi vellet per captionem bonorum temporalium regi ſubditorũ, vt quia fortè clericus cenſuras nõ timet eccleſiaſticas, & eſt abundans in bonis temporalibus: certè nõ poſſet epiſcopus ſentẽtiam exequi in bonis: in. ò tũc neceſſe foret eam exequi per iudicem ordinarium temporalem loci, vbi ſunt bona ſita, ſicut à ſimili dicit Io. And. in addi. Specu. titu de executio. ſentẽtiæ. §. ij. verſi. ſed pone de ſententia lata per doctorẽ cõtra ſcholarẽ, iuxta tex. in §. illud verò in fi. in proœmio Digeſtorum. & in Auth. habita. C. ne filius pro patre. quæ per iudicem ordinarium ſecularem loci & exequẽda. Idem tenent glo. & Ioan. Fab. in l. epiſcopale. C. de epiſcopali audiẽ. † Epiſcopi enĩ olim territoriũ non habebant extra ſuas eccleſias, & illarum ſepta, ſecũdum Cy. & Bal. ibi, ideo in bonis tẽporalibus ſententias ſuas exequi non poſſunt, vt ibi. & dicit Inno. in cap. ſignificaſti. de offic. deleg. per illum tex. ſecundum vnum intellectum. Nec † de bonis clericorum temporalibus facere poſſunt inuentaria, cùm dominis temporalibus ſubiiciãtur: in quibus epiſcopi nihil poſſunt. ſecundum d. Bernardum Laureti. nunc in parlamento Toloſæ regio præſidentem, in ſuo tractatu de caſibus, in quibus iudex ſecularis põt in clericos manus imponere. [Quinimo cùm ſint in confeſsione inuentarij omnes quorũ intereſt vocandi, vt creditores & legatarij. l. fin C. de iure delib. ſi clerici ſint creditores laici defuncti, aut legatarij, tenebũtur coram ſeculari iudice cõparere: Per quem ſi non compareant, poterit procedi in

BIU Cujas

di in eorum contumacia, ſecundum Bal. in d.l. teſtamenta. Et idem in inuentarij confectione: ad quam tenentur tutores & curatores. l. fin. C. arbi. tut. Et idē in quocunque alio actu, in quo vocandi ſunt coram iudice ſeculari omnes quorum intereſt, ſecundū do. Auffre. vbi ſuprà in xij. fallentia. Subiungens, quòd etiam epiſcopus executor teſtatoris conficere tenetur inuētarium coram iudice laico ſecundum Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per legem Falc. attamen idem Auffrer. in ſuo tractatu arreſtorum. c. xcxvij. refert archiepiſcopū Bituricen. fuiſſe in curia parlamenti receptum contra ducem Bituri. ad proponendum poſſeſſionem de conficiendis inuentariis bonorum mobilium clericorum ſuæ diœceſis in iuriſdictione tēporali dicti ducis defunctorum.] Quod vidi ſeruari & ſeruatur Toloſæ, vbi archiepiſcopo aut eius officiali extra ſepta ſua nō permittitur etiam clericos capere pro delicto. Quinimò fuit aliàs arreſto parlamēti Pariſiis dictum contra epiſcopū Sueſſionenſem & eius officialem, quòd recipiendus non erat ad probādum ſe eſſe in poſſeſſione capiendi clericos nō coniugatos, & cōiugatos in habitu & tonſura incedentes, & ꝙ à cætero non proponeretur, ꝙ officiarij regij capere non poſſent clericos, niſi in flagranti delicto repertos. Quia imò poſſunt ſine metu cenſuræ ad fines remittēdi epiſcopo, quādo requirētur. Et ſic epiſcopi eos capere nō poſſunt, nec aliquam iuriſdictionem criminalem aut ciuilem exercere. [De quo per dominum Auffreri. in ſuo tractatu arreſtorum. capitu. xxvj. xxxvij. & 133 xxviij.] Sed † neceſſe habet epiſcopus extra ſepta ſua exiſtens aliquam intrare eccleſiam, ſi actus iudiciales exercere velit, vel iudices regios requirere, ꝙ clericos capiant & ſibi remittāt, aut eis territorium ad hoc faciendum concedant: quia ſicut olim territorium non habent epiſcopi in præſenti regno: imò ſemper rex & eius officiarij retinuerūt manus iniectionē in clericos, vt olim habebant, ſecundū Bald. per illum text. in dicta l. ſi quis curialis. C. de epiſco. & cler. Facit quod decidit Bart. in j. qō. in repeti. l. iij C. de pignoribus. verſic. quæro quid in rebus eccle- 134 ſiæ. †Plus ſeruatur in curia parlamēti, quòd ſi clericus quamuis epiſcopus, fuerit per ſchedulam ſuā manu propria ſcriptam vel ſignatam, aut ſui prædeceſſoris, obligarus actione perſonali, puta ex mutuo, aut contractu alio: pro qua aueranda, ſeu confitēda, vel denegāda fuerit adiornatus, tenebitur ſuper hoc reſpōdere, eámque auerare vel negare. Nec poterit aliquam exceptionem fori declinatoriam oppone re, & ita quotidie practicatur, & ita etiā ſeruari vbique dicit Maſuerus allegato titulo de iudicibus. §. item ſciendū eſt quòd clericus ſolutus. [Idem refert dominus Auffreri. vbi ſuprà xviij fallentia: & in addi. capellæ in dicta q. & in ſuo tractatu arreſtorū. c. ccv. refert ita fuiſſe arreſto parlamenti Toloſę ordinatum contra dominū Philippū de Leuis, archiepiſcopum Auxitanum, anno domini M. cccc xliij. die xviij Auguſti.] Et idem ſentit in titu. de remiſſio. §. item cùm agitur. vbi ponēdo caſus in quibus de conſuetudine conuentus non remittitur ſuo iudici, inter alios ponit iſtum. Quam billetam ſi cognouerit, deponere tenebitur ſummā in eadem contētam, vel manum regiam de bonis explectabilibus guarnire & ſayſire. Quo facto, & manu regia remanente ſayſita, ſi forū declinet, ſuo remittetur iudici cogniturο de actione perſonali: alioquin termino elapſo ad ſoluendū conſtringetur per captionem ſuæ tēporalitatis, ſuper quo cogitabitis, quia ſemper durum mihi fuit. Et videretur eſſe contra ordinationē regis Philippi ſuperius allegatā. [Quod durum etiā fuit & do. Auffreri. vbi ſuprà xviij. fallen. ſed non dubitat, quin papa poſſit cōcedere alicui principi cognitionē & punitionē criminū per clericos cōmiſſorū vel cōmittendorum, vt tenet in prima regula & prima fallentia: quia licet priuilegiū fori clericis cōpetens ſit de iure diuino quo ad totū, nō tamen quo ad tantum, ſed quo ad partē aliquam cleri, vt ibi plenè declarat. quia ius diuinum licet nō poſſit in totū per principem tolli, tamen poteſt diſtingui & reſtringi, ſecūdū Inno. & *omnes* in c. quæ in eccleſiarū. de conſti. ad noſtram materiam principalem facit tex. in §. verum. xxxij. diſt. & in c. Mēnam. ij. q. v. & c. illud. x. 135 qō. iij.] Poſſet † tamen papa iudici laico, imò alicui priuato laico ex certa ſcientia cauſam clerici perſonalem, vel aliàs ſpiritualem licet criminalem cōmittere, ſecundum glo. & doct. in c. decernimus. de iud. & de licētia eccleſiæ poſſet cōtra clericos iudex laicus impunè procedere, vt dicit gloſ. in cap. tua. j. de decimis. Et inde eſt ꝙ rex, & principes, ac eorū officiarij cogūt omnes quāuis clericos ad obſeruationē decretorū & pragmaticæ ſanctionis huius regni: cū authoritatē hoc faciendi habeant à concilio genera l. Baſilien. [De quo pleniùs infrà ſuper verbo, *ſi abſq; liberis morereturi*. ij. in materia ſubſtitut. fideic. declarādo regulam, Quem honoro onerare poſſum, in vltima fallētia. Et per do. Auffreri. vbi ſ. xxxj. fallentia. vnde curia parlamēti cogit epiſcopos, archiepiſcopos, & cæteros ad cōfirmandum aut infirmandum electiones. Et cancellaria regia cōcedit ad hoc literas, quas dirigit aliis iudicibus inferioribus: & cogūtur epiſcopi ſi ſint ſuſpecti, vices ſuas committere alteri: à quo ſi appelletur, iterum cogit aliū delegare ad cognoſcendū de appellatione. Quod an fieri poſſit, dicitur plenè in materia dictæ ſubſtitutionis expediēdo dictā regulam, Quem honoro onera- 139 re poſſum. [Imò †poſſet papa, & fortius tota eccleſia cōgregata ex cauſa clerum totius vnius diœceſis aut terrę ſubiicere principi ſeculari aut iudici laico, ſecundum Zabarel. in repetitione c. perpēdimus. vij. col. verſi. Oppono, ad eādem lecturā fortiſſimè &c. de ſenten. excom. quem ſequitur Fely. in c. ij. col. j. & c. fi. in fi. de maior. & obedien. Non tamen poſſet clerum vniuerſalis eccleſiæ principibus ſecularib⁹ quo ad forum in omnibus ſubiicere: quia priuilegiū fori in talibus clero vniuerſali competens eſt de iure diuino, vt ibi per eum. & Ludo. ſingulari. cccc xix. 137 incip. Sed an poteſt papa facere legē. †Prętерea hoc faciendo alteraret ſeu decoloraret & mutaret ſtatū vniuerſalem eccleſiæ, quod ei nō permittitur, etiam cum concilio cardinalium. Idem tenet Panormit. in cap. propoſuit. iiij. col. de. cōceſ. præbēd. Sicut videmus, quòd aliquos à ſolutione decimarū eximit laicos: ſed omnes eximere non poſſet, cùm decima ſit de iure diuino. ſecundum gl. in ca. à nobis. de decimis. Vlterius † cognoſcit rex Franciæ & curia ſua, 138 imò cogit clericos, & quoſcūque prælatos ad ſuarū eccleſiarum reparationem. [Quæ coactio de reparando eccleſias fieri debet per commiſſarios regios ſola expenſa ſine alio ſalario contentos, vt habetur infrà ſuper verbo, *ſi abſque liberis morereturi*. ij. in materiæ fideicōmiſſariæ ſubſtitutiones tractādo illam regulam: Quem honoro onerare poſſum, in iij. fallen.] Quod habuit à Ioade rege Iſraël, qui hoc fecit, iiij. Regum xij. de quo ibi dicitur, quòd fecit rectum

coram

BIU Cujas

coram domino. Pariter à Iosia rege, qui similiter fecit, eodem li. xxij. cap. de quo ibi dicitur, quòd fecit quod placitum erat coram domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui non declinans ad dextram siue ad sinistram. Etiam hoc habuit Christianissimus rex à summa veteris iuris non correcti prudentia. l. si in aliquam. §. ædes sacras. ff. de officio proconsul. facit l. hæreditas. in fi. ff. de petit. hæred. & xvj. quæst. vij. can. filiis vel nepotibus. [De quo latiùs dicitur, vbi suprà in dicta vltima fallentia. & q̃ rex, & eius curia cognoscere potest circa diuinum seruitium cõtra clericos & prælatos: & de perpetuis vicariis ecclesiarum parochialium, augenda portione, ac de pensionibus sine iusta causa impositis super beneficiis, vt tollantur, & tenet dominus Auffreri. vbi suprà in xxj. fallentia.] Vnde restat, quòd in actione personali principaliter intẽtata clericus respondere non tenetur corã iudice seculari, imò nullum esset iudicium. quacunque non obstante cõsue-
139 tudine, nisi prout suprà. † Sed in actione reali teneretur coram ipso respondere, & prohiberi possunt coram ecclesiastico litigare: & hoc tã de iure quàm ex generali huius regni consuetudine, viso maximè quòd Aurelium pro nobis habemus Augustinum in dicto cap. quo iure. viij. distin. & Innoc. in dicto ca. si quæ causæ. §. his ita. xj. quæstio. j. & Alexand. in dicto cap. causam quæ. & alios quos in princip. huius quæstionis vidistis allegatos: qui omnes fuerunt viri doctissimi, & sancti vita & moribus approbatissimi. Pro quibus facit text. in can. cùm deuotissimã. & cap. si seculi leges. in fine. ibi, & vestra regia dignitate. vij. quæstio. ij. vbi loquitur de regina Frãciæ, quæ cognouit de possessionibus pertinentibus ecclesiæ. Facit etiam, quia videmus clericos ex feudorum cõsuetudine domino temporali esse subditos, vt in iiij. decisione videbitis. Si hoc potuit consuetudo in feudis, similiter hoc potuit in cæteris rebus temporalibus. Etiam in hoc optimè facit quod dicit Baldus in l. iubemus nullam. C. de sacrosanctis ecclesiis. vbi sentit statutũ ratione rei facere posse clericos & ecclesiam de foro seculari. Ergo à fortiori saltem à simili hoc in Francia facere potuit consuetudo generalis: & ita seruatur secundum Masuerum in dicto §. item sciendum est. titu. de iudi. & §. item si presbyter. titulo de remissio. [Vt clariùs habetur infrà, iij. decisione per rationes Panor. in cap. cæterum. in vltimo not. de iudic. quæ pro hac decisione multum faciunt.] Et sicut in actione ciuili & pecuniaria merè personali non potest contra clericos secularis iudex procedere, vbi descenderet ex contractu vel
142 infa. quasi, sic cognoscere nõ potest, nec se intromittere, si actio personalis ex delicto descẽdat vel quasi: quia personalis est, & in plus quàm si ex contractu esset. institutio. de actio. §. omnium autem actionum. vbi
140 glos. & Angel. Attamen † in præsenti regno iudices in tribus casibus cõtra clericos procedunt, & de eorum excessibus cognoscunt, ac etiam corrigunt
141 & puniunt. Primò † vbi crimen à clerico commissum qualitatẽ haberet attentati in odium litis pendentiæ ciuiliter coram iudice seculari, vbi cognitio causæ ciuilis ei pertinet: sicut in possessoriis & actionibus realibus, & mixtis, aut personalibus in supradictis casibus. Et idem si clericus aliquid attentaret pendente quæstione, an causa esset per iudicem secularẽ retinenda, vel ecclesiæ remittenda. Quia licet posteà causa remittatur iudici ecclesiastico, tãquam de foro ecclesiæ existens, tamen attentatum pendente illa declinatoria semper venit reparandum. Ideo iuridicè ordinauit Carolus septimus Francorum rex ordinatione sub titu. *des appel. article* xj. incip. Item voulons &c. quòd etiam si appellatio nõ sit recipienda, nec retinenda in curia parlamenti, tamen attentatum antequam causa retineatur vel remittatur iudici à quo venit per curiam reparandum, etiam si posteà pronuntietur appellantem nõ fore recipiendum. Et eodem modo posset iudex secularis cognoscere vbi crimen aliàs incideret in lite ciuili, quia de his iudici etiam seculari pertinet cognoscere, corã quo principalis causa tractatur. l. quoties. C. de iudi. vbi Bar. & in l. omni innouatione. C. de sacros. eccl. Et attentata reparare & punire iudici pertinet causæ principalis solis, vt plenè habetur in cap. non solum de appella. lib. vj & in l. appellatione. C. illo eo. titu. & patet suprà vt lite pendente nihil innou. per totum. Et nulli alteri quàm eidem iudici pertinet ta-
lia reparare attentata. [Et idem si clericus sententiam iudicis secularis turbaret. & impediret iurisdictionem. cap. j. de offi. delega. & l. vnica. ff. si quis ius dicenti nõ obtempera. Quia videmus à simili, quòd metropolitanus, qui nullam habet cognitionem in subditos suffraganeorum suorum: tamen potest eos punire, si suam impediant iurisdictionem. cap. Romana. de pœnis libro sexto. & quilibet iudex aliàs incompetẽs de non sibi subditis capere potest vltionem, vt dicto capitulo primo, & idem si clericus vellet iurisdictionem secularem vsurpare & cognoscere de causis ad eam pertinentibus, de quibus sunt in possessione, per capit. ex parte. de verborum signifi. & cap. dilectus, de pœnis. & cap. dilecto. de sententia excommunicationis. libro vj.] Ex quo videmus per stylum curiæ Franciæ, quòd curia parlamenti volens aliquando ex causa reparationem attentatorum fieri per alium, conuertit illa attentata in excessus, & causam illorum remittit seneschallo, vel alteri iudici regio, in cuius territorio fuerunt commissa. Et interdum ex causa illorum materiam committit alteri, quàm suo ordinario. quo ad hoc ipsum committendo, quia in propria qualitate attẽtatorum remittere causam vel alteri committere non consueuit. Sed ipsamet curia procedit & reparat. Pariter si contra clericos coram iudice seculari in testes productos dentur obiectus de crimine, potest de illo iudex cognoscere: & si probetur, clericos à testimonio repellere. Sed non pœna criminis punire, ad quam actum non fuit, capitulo primo. de except. & l. Lucius. secundũ vnum intellectum. ff. de his qui not.
142 infa. † Similiter eos punire poterit, si coram eo falsum deposuerint, vel aliàs eius maiestatem vel aures offenderint. l. nullum. C. de testi sequẽdo illius literæ corticem. & l. si quis fortè. §. si quos. vbi Bartol. ff. de pœnis. & l. ij. vbi Baldus. C. de sportulis. Et ita seruatur in præsenti regno, quicquid in contrarium voluerit Panormitanus in cap. verum. de foro competenti. & in capitulo primo. vbi bona & plena additio, de maledi. & in capitulo, dilectus. de pœnis. vbi deciderat dictam l. nullum. non habere locum in clericis coram iudice seculari delinquentibus, vt ibi puniri possint. Sed respondent officiarij regij, illud verum esse, scilicet clericos ab eis non esse tunc puniẽdos pœna corporali, cũ sit indefinitè scriptum: Noli tãgere Christos meos. Sed pœna bursali & pecuniaria puniri possunt. Et ita seruatur. [Idem dicit seruari in hoc regno dominus Auffreri. in regulæ primæ secunda fallentia allegans Federicum de

Se nis

Senis sic consuluisse consi. lxxxvij. incipiente, Factũ quod proponitur. vbi dicit, quòd licet clericus non possit corã iudice seculari de crimine excusari principaliter, nec conqueri incidenter, tamen potest clericum secularis iudex corã eo calumniosè accusantem, vel falsa aut varia deponẽtem, ex officio extraordinariè punire in bonis, vel eius fideiussores quos dedit constringere. l. iij. C. qui accusare non possunt. & eodem modo potest clericum definientem punire in expensis, vt sentit glos. v. quæstio. vj. cano. presbytero. vbi Archidiaco. reseruata in omnibus episcopo pœna corporali, si esset imponenda: & idem tenet Petrus de Ancha. in cap. ea quæ fiunt. de regu. iuris, libro sexto. in xxij. quæstio. dicens opinionem Federici fundatam in æqua consideratione. Et idem videtur de aduocato, procuratore, vel notario clericis corã iudice seculari delinquẽtibus per l. athletas. ff. de his qui notan. infamia. & idem in clerico vtente falso instrumento coram iudice laico. super quo
143 refert plura vidisse arresta.] Secundò † cognoscit rex & eius officiarij de omni crimine priuilegiato, vt sunt crimen læsæ maiestatis, falsæ monetæ, infractio saluægardiæ regiæ, vel assecuramenti brisati. Et procedere cõsueuit etiã contra clericos de præmissis, vel aliquo præmissorum inculpatos vel si manum regiam appositam violauerint: & de quibusdam aliis quæ priuilegiata dicũtur, quorum aliqua recitat magister Gulielmus de Brochi. in stylo parlamenti per eum descripto. in titu. quorum cognitio pertinet ad regem. & titulo sequenti, de personis ecclesiasticis. & Masuerus allegato titulo de iudi. §. item ☞ sciendum est, quòd clericus. & titulo de iniuriis. §. j. in fin. titu. de remissio. §. item in saluagardia. & §. item causa iniuriarum: & Guido papæ quæstio.
144 lxxvij. Inter † quæ crimina est portus armorum, de quo rex cognoscit, & curia sua, etiam contra clericos: quos si culpabiles reperiantur, punit. Et cõtra quoscunque laicos procedit: nec permittit Barones ☞ cognoscere qualecunque imperiũ habeant. [Idem dicit dictus dominus Auffreri. in primæ regulæ xiij. fallẽtia: quòd clerici de huiusmodi delicto possunt per iudicem secularem ciuiliter puniri. pro quo videtur textus secundum Ioannem Fab. in l. addictos. iuncta glos. ibi super verbo, vindicetur. C. de episco. audiẽ. De quo dicit regem & eius officiarios esse in præsenti regno in possessione à tempore cuius initij non existit memoria, fama priuilegij cõcurrente, ita quòd iste dicitur vnus de casibus priuilegiatis. & quia ĩ seneschallia Tolosana clerici officiarios regios arcentes, eos à portu armorum pro iniuria coram iudicibus ecclesiasticis vexabãt, prouidit super hoc Carolus sextus Francorum rex, Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo tertio. & dicto seneschallo præcepit, quòd per captionem literarum & portitorum, ac temporalitatis taliũ ecclesiasticorum clericos arceret à talibus vexationibus: eósque de portu armorum puniret, &c. Quam ordinationem idẽ dominus Auffreri. posuit in titulo de accu-
145 sationibus. cap. pro parte.] Quod † est verum, si in forma belli arma moueantur: vt si vna villa insurgeret contra aliam, aut vnus dominus contra alium, vt sæpe fit in Vasconia & Bearnio: vel si in aliqua ciuitate fieret seditio cum armis. Quibus casibus solus rex, & officiarij sui de hoc cognoscunt, per textum iuncta rubrica. C. vt armorum vsus inscio principe sit interdictus. libro vndecimo. Si autem fieret insultus armatus de priuato ad priuatũ, vel fieret homicidium, latrocinium, vel raptus, quæ rarò sine armis perpetrantur: quia illud esset tunc crimen commune, de illo cognoscere posset quilibet dominus merum imperium habens in loco. Et ita dicit seruari Mansuerus allegato titulo de remissio. §. item si aliquis. Aliter & aliàs faciliter per officiarios regios iurisdictio baronum vsurparetur, ita quòd vix de aliquo crimine cognoscerent, & eorum merum imperium esset eis sine fructu. qnod minimè permittunt, imò vetant regiæ ordinationes. de quo per Guido. papæ, quæstio. cccexxxvij. in fine. vbi allegat Petr. Iaco. in titulo de successio. regni Francię §. finali, in fine. vnde hoc casu non possent officiarij regij baronibus inhibere de hoc vltimo portu armorũ cognoscere, quasi ad eos solos pertineat: licet in contrariũ multoties abutantur alienum imperium vsurpantes, & occasionem sumentes à textu styli parlamenti superius allegato, vbi sic dicitur in principio: Portationis armorum contra quẽcunque iustitiabilẽ cognitio pertinet ad regẽ, licet dominus cui talis subest, omnimodam habeat iurisdictionem in terra sua, &c. Certè videre & cõsiderare debent integrum capitulũ per l. in ciuile. ff. de legibus. quia stylus postea se restringit, vbi arma delata fuerũt publicè, & cum multitudine: vel itineribus publicis. & sic in bellica forma. Quo casu cognoscunt regij nedum de portu armorum, sed etiam de quocunque alio delicto tũc & exinde secuto: cuius delicti portus armorum in causa fuit, ita quòd portus armorum fuit principalis excessus. Et propter resistẽtiam plura fortè secuta fuerunt homicidia. [Et ita refert dictus domi. Auffrer. vbi suprà, caueri in concordatis officiariorum curiarũ spiritualis & regiæ Tolosæ: inter quos fuit inter alia conclusum, quòd gẽtes regiæ compositiones non reciperẽt à clericis, nisi in casibus à iure permissis, vel ex generali consuetudine regni: vt portationis armorum per modum turbæ in numero decem. Hæc ille. Et concordatum illud cępit fundamentum à stylo tam diu obseruato & etiam à iure cõmuni, in titulo suprà allegato, vt armorum vsus inscio principe sit interdictus, libro vndecimo.]
146 Vbi † autem quis portaret arma non publicè, nec adunata multitudine, tunc quilibet dominus de delicto communi cognoscere potest. Sed replicant iustitiarij regis dicẽtes, quòd soli regi pertineret prohibere, & permittere arma portare: ex quo rex prohibuit, ipse solus offenditur: & sic ei soli cognitio & punitio pertinent & quorumcunque delictorum cum armis commissorum. Respondetur, quòd non est bona cõsequẽtia: quia sequeretur quòd cùm per ordinationes & publicas proclamationes omnia delicta sint prohibita, solus rex de omnibus cognosceret: quod iustum non esset in præiudicium baronum suorum. Præterea satis respondet stylus vbi suprà: quia verum est quòd portus armorum est crimen priuilegiatum: & vbi nõ ageretur de alio communi crimine, quàm de portu armorum, soli regi cognitio pertineret. Sed vbi adiunctum habet crimen commune, puta homicidium, vel raptum, aut latrocinium, priuata factione & occulta commissum, maximè vbi est separabile à portu armorum: officiarij regij cognoscant de portu armorum priuilegiato, & dominus habens iustitiam in loco cognoscet de communi delicto, homicidio, raptu, aut latrocinio, vel alio simili. Et ita iudicatũ fuisse refert, cùm dominus de Pugione in terra comitis Ronciaticum armis incendia apposuisset. Et rex tam armorum,

BIU Cujas

rum, quàm incendiorum cognitionem prætenderet Attamẽ arreſto fuit deciſum, quòd ſolus rex in portatione armorum fuerat offenſus, & illius cognitio ad ipſum pertinerent: aliorũ verò ad comitem, cùm eſſent diuerſa delicta, vt latiùs videbitis. Et eo modo honor cuique debitus fuit ſeruatus. l. omnem honorem. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & capitulo. vt debitus. de appellatio. aliter & aliàs ordo iuris confunditur, vbi vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur. † Etiã capiũt iudices regij indifferẽter cognitionem de publicis itineribus, prætendẽtes nulli alteri pertinere de his cognoſcere: & verum dicunt, vbi eſſet quæſtio de itineribus limites regni aut prouinciarum vel baroniarum & caſtelleniarum regi immediatè ſubditarum facientibus: ſed vbi de reparatione priuata ageretur, limites imperij non concernẽte, quilibet in ſuo territorio cognoſcere põt. [Vide de hoc ordinationem regiam relatã per dominum Auffreri. incipiente, hoc edicto in perpetuũ valituro, ſub titul. de officio balliuorum.] De quo ſtat ordinatio regia Philippi Valeſiani huius nominis ſexti: & Caroli ſexti cognomento Pij in hęc verba: Hac in perpetuum valitura conſtitutione duximus ordinandum, quòd reparationes murorum, itinerum, pontium, locorum, baronum, & nobilium de cæterò fiant de præcepto eorundem baronum & nobilium, quorum fuerint, vel ſuorum officiariorum. Et ſi in defectu eorundem vel negligentia, aut in caſu eminentis periculi, aliquem commiſſarium vel officiarium noſtrum ad loca eorũdem deinceps venire cõtigerit, pro dictis reparationibus faciendis, nolumus, quòd dictus officiarius noſter, vel cõmiſſarius quicquam pro ſportulis, ſalario, & dietis petere poſsit à dictis nobilibus, vel eorum ſubditis, nec populares illius loci ſic viſitati aliquid pro dicta viſitatione ſoluere teneantur, niſi duntaxat expenſas in eodem loco moderatè factas &c. [Et ad idem, quòd ſine ſalario fiant eccleſiarum reparationes, ſtatuit idẽ Carolus ſextus Anno domini M. cccl xxxv. vt ſuprà dixi.] Pariter cognitio criminum & delictorum communium ad regios iudices pertinet, & de his cognoſcere ſoliti ſunt, etiam contra clericos & prælatos, quoties verſatur infractio ſaluægardiæ regis, vel aſſecuramenti briſatio, vt quia fortè occiſus fuit, vel aliàs in corpore aut bonis damnificatus is qui in ſaluagardia vel aſſecuramento regis fuerat poſitus. [De ſaluagardia regia, à quo & per quem debeat impetrari, & concedi: & qualiter violatores & à quibus ſunt puniendi, plenè poſuit dominus Auffreri. vbi ſuprà in primæ regulæ xij. fallen. & in addi. ad quæſtio. capellæ. cccclxxxix. & in concordantiis ſuper ſtylo curiæ parlamenti. titul. de aſſecura. §. fina. Tamen concordat cognitionem iudici regio pertinere quo ad pœnam pecuniariam, l. ij C. vt nemo priua. titu. prædi. ibi, miles vel clericus. Et etiam ibi, executoréſque huius legis omnes iudices &c. prouiſo quòd executio emendæ fiat in bonis clerici immobilibus temporalibus ſecundum Oldrad. conſil. xvij. Et ita refert concluſum fuiſſe in concordatis inter officiarios ſpirituales & temporales Toloſæ factis. Et cùm quidam clericus pro iſto exceſſu emendatus non haberet bona temporalia, fuit per arreſtum parlamenti Pariſiis dictum, quòd teneret priſionem in curia epiſcopi Pariſienſis vſque ad ſatisfactionem, quamuis clericus ſolutus eſſet. ídque die prima Martij, Anno domini M. cccxcix. facit pro hoc cap. j. ibi, vinculis alligatũ. de depoſito.] Quo caſu puniunt clericos pœna pecuniaria. Pro corporali verò (ſi caſus illam exigat,) remittunt eum iudici ſuo puniendum. Pro quo facit textus in dicta Authent. clericus. C. de epiſcopis & clericis. & in Authentico, vt clerici apud proprios epiſcopos. §. ſi tamen de criminibus. & §. ſequ. vbi de crimine ciuili clericorũ, id eſt, foro ciuili & ſecu lari pertinẽti, cognoſcit, & punit iudex ſecularis, ſcilicet ciuiliter & pecuniariter, & epiſcopus de crimine eccleſiaſtico, ſcilicet perſonã eccleſiaſticam ſuggillante, cùm illam tangere non poſsit laicus, priuſquàm fuerit clericus à ſacerdotio per epiſcopum de gradatus, vt ibi: & interdum ante punitionem clericum remittunt iudici eccleſiaſtico, oneratum tamen de caſu priuilegiato pœna pecuniaria puniẽdum erga regem vocato procuratore regio pro intereſſe regis, per tex. in capitulo, ſi iudex laicus. ibi, vocato tamen iudice ſeculari &c. de ſententia excommunicationis, lib. vj. Et licet tunc clericus epiſcopo remiſſus à communi crimine abſolueretur per epiſcopũ, ſeu eius officialem, cui cognitio criminis communis pertinet, tamẽ poſſet per iudicem ſecularem pro crimine priuilegiato coram eo probato cõdemnari, prout arreſto Pariſiis condemnati fuerunt quidam clerici pro portu armorum, & infractione ſaluægardiæ, quamuis fuiſſent à delicto communi per epiſcopum abſoluti. Et fuerunt condemnati tam erga partem læſam quàm erga regem in certis pecuniarum ſummis. [De quo meminit dominus Auffreri. in ſuo tractatu arreſtorum cap. clij.] Et præmiſſa intelligatis vera, quòd clericus per ſecularem iudicem captus, eſt pro delicto cõmuni ſuo prælato remittẽdus, vbi per informationes apparet de ſibi impoſitis oneratus: quoniam aliter ſi conſtaret eos iniuſtè & ſine cauſa captos, quod ſatis apparet ex informationibus, poſito etiam quòd capti fuiſſent pro crimine communi, nũquam eſſent iudici eccleſiaſtico remittendi: imò per ſecularem qui eos ad corpus cepit & arreſtauit, conſueuerũt elargiri, ne ſine cauſa coram epiſcopo vel eius officiali vexentur. & ita dietim ſeruatur in regno. Et notanter dixi, quòd conſueuerũt elargiri, ſcilicet ſimpliciter: quia eos ſecularis tanquam innocentes à crimine non poſſet abſoluere, ſicut non poterat cõdemnare, ſecundum Bal. in dicta Authen. clericus. C. de epiſco. & cle. quia nullam habet iudex ſecularis cognitionem de criminibus clericorum communibus, ſine qua cõdemnari non poſſunt, nec abſolui, vt ibi. Et † (quod plus eſt) ſeruari videmus, quòd licet contra clericum etiam in minoribus ordinibus conſtitutum, etiã poſito quòd ſæuis & enormibus ſe immiſcuerit, per iudicem ſecularem procedi non poſſit ante priuationis priuilegij clericalis declarationem, necnon degradationem per epiſcopum fiendam, præterquàm in certis caſibus per gloſſ. in verbo, relinquatur, poſitis in capit. ad abolendam. de hæret. & Panor. in c. at ſi clerici. §. j. de iudi. Pro qua degradatione fienda etiam in ſimplici clerico eccleſia proprium habet officium in pontificali epiſcoporum contentum: clarè demõſtrans degradationem priùs de clerico eſſe fiendam, quoties grauitas criminis requirit ipſum eſſe per iudicem ſecularem puniendum, prout poſt longam diſputationem concludit Panor. in dicto c. at ſi clerici. per text. in cap. perpendimus, de ſenten. excom. vbi papa non mandaſſet comiti pœnitentiam iniungi, ſi clericum illum iuſtè ante degradationem per collum ſuſpendiſſet: attamen in præſenti regno

147

148

& curia

BIU Cujas

& curia Franciæ, quoties clericus simpliciter tonsuratus de crimine detinetur à seculari potestate, si delictum sit tale, pro quo puniendo ecclesia non habet de iure quid faciat, vt quia delictum est ita atrox, ꝙ ecclesia pœnam pro illo non habet condignam, vt in casibus ibi not. per Panormitanum, versi. sunt autem plura delicta grauissima, &c. vel delinquens se immiscuit sæuis & enormibus, aut non habet ecclesia quid faciat de facto, vt quia clericus aliquod delictum commisit non ita atrox, pro quo pœnam seu pœnitentiam sibi ab ecclesia iniunctam sustinere noluit, imò carceres episcopi euasit, aut pœnæ per ecclesiam sibi iniunctæ non obedire velit, iuxta capit. vni. §. si clericus. versi. si autem. de pace tenenda, & eius viola. Et sic iustitiam ecclesiæ illusit malè facere continuando, iuxta capitul. cùm non ab homine. de iudi. Quibus casibus est clericus de iure vel de facto incorrigibilis: vel est talis, qui actum clericatui
149 contrarium fecit: †vt quia corruptam vel viduam in vxorem duxit, vel miles & armiger factus guerram secutus fuit & arma, certè his casibus per iudicem punitur secularem, absque alia declaratione seu degradatione per ecclesiam fiẽda de perditione priuilegij, quo est ipso facto priuatus: licet videretur declarationem esse necessariam, per capit. cùm secundum leges. de hæreticis, libro vj. & cap. si iudex laicus. de sententia excommunicat. eodem libro. Quæ iura hoc casu non seruãtur in regno, nec seruata fuerũt ecclesia sciẽte & tolerante, vt dicto ꝯ. si clericus. vbi clericus ecclesiæ non obediẽs punitur per secularem, quæ punitio in ecclesiæ honorẽ cedit, vt eius rebelles extirpentur, per text. ad hoc not. in canone, principes seculi. xxiij. quæstio. v. Et ita sæpe fuit dictum per Arrestum Parlamenti Tolosæ: Primò de persona cuiusdam armigeri clerici soluti, qui captus pro homicidio appensatè commisso Tolosæ in personam cuiusdam aduocati dictæ curiæ Parlamenti, quem dominica die tertia mensis Septembris post prandium, Anno domini M. cccclxix. in carreria ante domum suam existentem, pro eo quòd causam in dicta curia contra quendam suum defenderat parẽtem, lancea transfixerat, & paulo pòst captus per curiam Parlamenti iam dictam, licet clericus foret, & clericatũ declinatoriè allegaret, ac de illo clarè doceret, manu dextra ei ante domum, vbi aduocatum occiderat, priùs amputata fuit, super tabulato seu postello capite truncatus, cadauere postea in partes quatuor diuiso, die Lunæ vndecima dicti mensis.

§ [De hoc Arresto meminit dominus Auffrer. in tractato suo Arrectorum, cap. cclxxj.] Pariter anno domini M. cccclxxiiij. nobis quidam etiã clericus solutus nõ obstãte clericatu allegato, ad quem nullus fuit per curiam habitus respectus, imò expressè ab eo die decimaseptima Martij exclusus, & quæstioni suppositus, quia quendam mercatorem Tolosæ, cuius vxore abutebatur, vt liberiùs ea gaudere posset, interfecerat, fuit die tertia mensis Aprilis, anni sequentis domini Millesimi cccclxxv. Arresto curię capite punitus, etiam cadauere in quatuor partes diuiso, & mulier qua abusus fuerat, tanquam mortis mariti conscia, fuit die vndecima eiusdem mensis decapitata. Vidi etiam ex post quendam in dicta ciuitate perditum hominem clericum solutum vocatum le Mongat, qui in religione steterat, habitúque derelicto deliquerat, & per ecclesiam punitus, carceres ab ea sibi pro pœnitentia deputatos de facto euaserat. & iustitiam ecclesiasticam illuserat, cum armis ambulans in ciuitate Appamiarum quendam hominem interfecerat. Vnde captus per Senescallum Tolosæ, non obstante clericatu fuit ad capitis pœnam condemnatus: à qua sententia cùm se iudici ecclesiastico tanquam clericus remitti petiisset, appellauit. Sed per Arrestum curiæ Parlamenti sententia Senescalli confirmata, capite truncatus extitit, circa annum domini Millesimum cccclxxvij. vel
150 octauum. †Nam in talibus armigeris, qui militiam exercuerunt, & bello interfuerunt, clericatus non opitulatur, qui sunt eoipso priuati, adeo ꝙ necessaria non est declaratio iudicis ecclesiastici, nec degradatio. Et ita tenuit Inno. & Hostiens. cum quibus transit ibi Panorm. in cap. j. de apostatis. & latiùs in cap. final. de clericis coniugatis. & in cap. petitio. de homicidio. & Hostien. in d. c. perpendimus. de sent. excõmunicat. secundũ quã opinionẽ semper procedi consueuit in præsenti regno. Et sic minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper ha-
151 buerũt. l. minimè. ff. de legib. †quia vbi iura sunt obscura, & multipliciter intelligibilia, & varię Doctorum opiniones, optima iurium interpres consuetudo est. l. si de interpretatione. ff. illo eodem titu. aliàs multa sequerentur, & infinita scandala, si iudices seculares haberent in talibus expectare iudicis ecclesiastici declarationem, & simplicium clericorum degradationem. A qua declaratione appellarent criminosi ad metropolitanum, & deinde ad papam, & sic crimina puniri non possent sine magnis circuitus sumptibus & laboribus, ac periculo perditionis prisonerioꝝ sic traducendorum. Ex quo tota secularis iustitia remaneret illusa, crimina impunita, & patria scandalizata, viso maximè hodierno more, quòd domini episcopi omnes, & quoscunque etiam armigeros, & laboratores ac vagabundos tonsurant, imò iam coniugatos promouẽt ad clericatum. Quorum plures tonsurantur, vt liberiùs delinquere possint, & corporalem securiùs euadere punitionẽ, nihil possidentes ad furniendum pro expletis iustitiæ necessaria. Vnde præsumptio multùm siniſtra esset contra iudicem secularem, qui tales clericos iudici ecclesiastico remitteret sub colore talis declarationis fiẽdæ: & etiam cõtra procuratorem regium, si à tali remissione, seu verius iustitiæ dissimulatione, non appellaret ad curiam Parlamenti. Bene tamen credo, quòd si iudex ecclesiasticus iudicẽ laicum in capiendo clericum preueniſſet, seu quoquomodo clericũ delinquentem teneret in carcere suo, ad eum pertineret, inspecta criminis qualitate, ipsum punire in persona, etiam de crimine priuilegiato, postquàm præuentus fuit per iudicem ecclesiæ. Et ita reperio decidisse Capellam Tolosanam, quæstion. clxij. vbi habetur, Quòd anno domini M. cccxciij. & die tertia Decembris, fuit legitimo processu præcedente condemnatus per officialem Archiepiscopi Tolosani, quidam qui falsos cugnos ad falsam monetam cudendum fecerat, de qua sententia magnum fuit factum festum Tolosæ propter regales. Nam etiam in his priuilegiatis criminibus iudex secularis clericum tenens eum pro pœna corporali imponẽda remitteret iudici ecclesiastico punitum de casu priuilegiato pecuniariter, vel oneratum de illo, vt suprà dixi. Et si videret officialis clericum, quem præuenit non debere gaudere priuilegio clericali, hoc declararet, & per episcopum degradatus traderetur iudici seculari puniendus: Prout factum fuit his præcedentibus diebus in persona cuiusdam clerici coniu-

gati

BIU Cujas

gati cum vnica & virgine, qui nocte quadam fratrem presbyterum & loci rectorẽ, & sic patrẽ suum spiritualem cum quadam securi in lecto dormientẽ occiderat. De quo facinore cõuictus, cùm officialis Caturcẽsis, qui eum præuenerat, & tenebat, videret pœnam non habere tãto delicto condignam, declarauit ipsum gaudere nõ debere priuilegio clericali, & per episcopum degradatus fuit Seneschallo Caturcensi in forma ecclesiæ relictus, per cujus sententiã fuit ad pœnam capitis, & truncationem cadaueris in quatuor partes condemnatus. Et tandem appellans fuit per curiam Parlamẽti sententia confirmata remissus, & finaliter in hac vrbe exequutatus, & bona sua cõfiscata dominæ Abbatissæ de feudis dominæ iurisdictionali, à qua tenebãtur in emphyteusim, & quæ in loco totalem habebat iurisdictionem. De quo casu enormi videatis Petrũ de Anc. in regu-
152 la, ea quæ fiunt. de regulis iuris, lib. vj. † Pariter vbi delinquentes sunt in casu, quo gaudere non debent ecclesiastica immunitate, iuxta c. j. de homicidio. & cap. inter alia. de immun. eccl. officiarij regij eos capiunt, & ab ecclesia extrahunt sine alia declaratione per ecclesiã fienda, per motiua supra dicta. Et ita vidi pluries seruari, præsertim tẽpore quo leges incœpi audire Tolosæ in auditorio doctissimi viri, atque eloquentissimi domini Ioãnis Bosqueti legum Doctoris, nunc iudicis Laurauguesij. [Et ita fuisse in Parlamento Tolosæ seruatũ, refert dominus Auffreri. in suo Arresto rum tractatu, cap. ccxviij. vbi anno domini M. cccc liiij. die xxiij. Februarij, curia ordinauit, q Bertrandus Baranhas delinquens, & in ecclesia existens, gaudere nõ debebat immunitate, ipsumque fore ab ecclesia extrahendum per primum dictæ curiæ ostiarum.] Ibi post eum extraordinariè legentibus duobus acutissimi ingenij baccalaureis, videlicet domino Petro de sancto Andræa, nũc doctore & iudice maiore Carcassonæ, & domino Antonio Topigonis nũc licentiato, & iudice maiore præsentis Seneschalliæ Caturcensis, legum Margarita summè dotatis, à quibus accepi hæc pauca, quæ trado vobis. [Dominus Petrus de sancto Andræa ex post fuit in magno consilio consiliarius regius, & 153 posteà secundus præsidens in Parlamento Tolosæ, nunc verò est primus præsidẽs, & doctor iste in eodem Parlamento consiliarius regius.] Quo tempore, scilicet anno domini M. cccc lxxij. in mẽse Maij, & die tertia dicti mensis, qua festum sanctæ Crucis, cum pompa solenni ibi colebatur, tres scholares dictæ vniuersitatis, quendam de Bearnio mercatorem eorum compatriotam, quem alter eorum odio habebat, consilio præmediato per carreriã ante collegium Petragoricensis transeuntem, ictibus ensium in eum vibratis, & cumulatis crudeliter occiderunt, & in conuentum prædicatorum, immunitate gaudere sperãtes, vanè se retraxerũt. Quia eadem die post solis occasum à dicto cõuentu fuerũt per officiarios electi, & ad curiam Parlamenti adducti, cuius Arresto ipsos non fore in immunitatem redintegrandos pronuntiatum extitit die decimatertia dicti mensis, eódemque Arresto remissi fuerunt tanquam clerici soluti officiali Tolosano onerati de crimine priuilegiato, scilicet portus armorum, congregationis factæ, & saluæ gardiæ regiæ infractæ, & violatę, in qua sunt omnes in tanta ciuitate. Etiam fuit ordinatum quòd Archiepiscopus Tolosanus duos de consiliariis dictæ curiæ clericos crearet vicarios, qui dicto officiali assisterẽt prisoneriis in carcere seu cõciergeria regia sub tuta custodia, donec perfecto processu remanentibus, prout factum fuit, & taliter quòd die vigesima dicti mensis per arrestũ curiæ tres præfati scholares, videlicet duo primi principales homicidij factores, & eorum quilibet in summa mille librarum Turonensium ad causam criminis priuilegiati fuerunt erga regem cõdemnati: & tertius, qui satis longè dicto homicidio cum ense solùm astiterat, in summa centum librarum distribuenda, prout in dicto Arresto continetur. Et quòd aliquo modo de carcere Archiepiscopi non elargirẽtur, vsque ad integram emendæ satisfactionem. [Pro qua cùm ex delicto descendat detineri potest, etiam clericus solutus in curia saltem episcopi, per capit. j. in fin. de depos. & fuit Arresto Parisiis dictum, vt suprà tetigi, loquendo de infractoribus saluægardiæ regiæ, sæpe detinentur per curiam secularem, donec satisfecerint.] Et eadẽ die ante fores domus Archiepiscopalis adducti, super postato ibi in platea erecto, fuerunt per officialem dictis duobus vicariis assistentibus, ad scalam duo primi ad perpetuos carceres cõdemnati: & tertius ad scalam, & carcerem per triennium ibidem ploraturi peccatum in pane doloris, & aqua tristitiæ. Hoc certè, scilicet ordinare vicarios de curialibus facere curia consueuit, quoties dubitat ecclesiasticam potestatem excessiuè in misericordia abundare, & agitur de factione cruenta. [Ideo scholares isti clericali priuilegio, quo ad pœnam mortis euitandam gauisi fuerunt: Et similiter duo prædicti scholares huius vniuersitatis, quia sem per anteà clericaliter vixerant, sed nobilis ille adulter nõ gauisus fuit clericali priuilegio, quia bellum secutus fuerat, & pariter alius, qui aduocatum occiderat, per superius allegata in dicto capitulo primo, de apostatis. & capitu. cùm non ab homine. & capi. perpendimus. de sententia excommunicat.] Ecce ergo modum procedendi in præsenti regno cõtra delinquentes etiam clericos sine declaratione super gaudentia immunitatis. ad quod facit text. optimus iij. Regum ij. cap. aut priuilegij clericalis, vt dicto capitu. j. de homicid. & Panormitan, in dicto cap. j. de apostat. † Plus consuetum est, quia rex Frãciæ abolet delicta clericorum regni sui, vbi sunt delicta capitalia rempublicam regni scandalizantia, & si per regem fuerint aboliti, episcopus de punitione illorum non se amplius intromittit, de quo tamen videatis Guido. papæ, hoc aliqualiter tangentẽ quæst. cccc lxij. incipiẽ. vtrum officialis. versi. Circa hoc tamen. Et est casus, in quo Seneschallus iudex regius, cui interinatio abolitionis dirigitur, cognoscit etiã de criminibus communibus per clericos perpetratis. Et si videat abolitionem fore interinandam, eos absoluit & relaxat: sinautem vbi abolitio reperitur surreptitia, eam talem esse declarat, & pro casu priuilegiato si reperiatur, clericum condemnat in certa emenda erga regem, & pro crimine communi tradit eum officiali ecclesiastico corporaliter, vel aliàs iuxta qualitatem criminis puniendum. [Tamen pendente interinationis processu non fuit aliàs clericus per secularem detẽtus: imò cùm quidam Henricus Bernardi clericus, qui abolitionem à rege obtinuerat, & in Conciergeria detentus erat, anno domini M. cccc lvij. die quinta Ianuarij fuit per curiam Parlamenti Tolosæ Archiepiscopo Tolosæ redditus, quo ad personæ suæ detentionem, ita quod nõ elargiretur, donec de interinatione remissionis per curiam cognitum extitisset: vt refert dominus

BIU Cujas

Auffreri,in ſuo tractatu Arreſtorum,capitu.ccxj. & in repetitione cle.rj.de offi. ordi. in fin. plenè diſputat,an rex poſſit delicta clericorum abolere.& concludit quòd nō. tamen contrarium ſeruatur in Fran
154 cia, vt hic videtis. † Vt fecit curia Parlamenti Toloſæ anno domini M. ccccIxxxvij. de duobus ſcholaribus præſentis vniuerſitatis, qui quandam de nocte rapuerant puellam non virginem,tamē in domo ſui patris honeſti laboratoris manentem & dormientem, ſuper quo abolitionem obtinuerunt à rege: tamen quia reperta fuit ſurreptitia, fuerūt eius fructu & vtilitate priuati, & quilibet eorū,quia cum armis,& congregatione plurium aliorum ſcholariū armatorum,& ſic pro caſu priuilegiato, fuit per Arreſtum erga regem condemnatus ad centum libras Turonen. & pro crimine communi, vt deceret de raptu,puniendi,fuerunt officiali Caturcēſi.in cuius ciuitate deliquerant, remiſsi. Quæ practica ſumpta fuit ex text.in l. j.C.de exhiben.reis. iuncta l.j.C.vbi ſena. vel clariſ. vbi ita ſeruatur in militibus, quibus clerici æquiparantur.l.miles.vbi bona gl.ff.de re iudi.facit glo.in l.magiſteriæ.C.de iuriſdict. omnium
155 iudicum. † Tertiò cognoſcit rex, & eius officiarij vbicunque clericus,licet in ſacris cōſtitutus, officiū ſeculare gerēs deliquiſſet in officio: quia puniri poſſet pro modo delicti per captionem temporalitatis, ac venditionem bonorum immobilium: & ſi caſus hoc exigeret,priuari aut ſuſpendi officio,in quo deliquit,quia eſt de caſibus priuilegiatis, ſecūdum aliquos. Et ita ſeruari eſt cōſuetum in regno,& de iure ſuſtineri poſſet, etiā quòd priuari poſsit officio regio,quod eſt per ordinationes perpetuum,& pro patrimonio reputatur in Francia, non obſtante clauſula,quandiu regis placuerit voluntati, quæ in donis officiorum communiter inſeritur,de quo plenè dixi in verbo,*duas habens filias*. Quia poſtquàm clericus etiam ſolutus officium ſeculare aſſecutus eſt, ſubiectus eſt principi ſeculari,à quo negotiatio illa depēdet,& cui reſpondet, cōtra quem eccleſia non tenetur,nec debet ipſum tueri,nec defendere.c.fi.de vita & hone.cler.qui tex. quāuis loquatur quo ad onera rerum, ſed non quo ad coërcitionē perſonæ, niſi ☞ter monitus deſiſtere perſeuerauerit. [Hoc etiam ſeruatum fuiſſe in curia Parlamenti Toloſæ refert dictus dominus Auffreri. in repetitione dictæ cle.j. de offic. ordin.in magna addi.in primæ regulæ xvij. fallentia.dicens curiam ſecularem conſueuiſſe clericos punire ciuiliter ſi in officio deliquerint.Pro quo facit tex.in c.ſacerdotibus.ne cleri.vel monachi. ſecundum illos,qui dicunt laicum iudicem auctoritate illius cap.punire poſſe clericū occaſione adminiſtrationis per laicos ſibi conceſſæ,non obſtan. priuilegio clericali: propter quod ab eccleſia non defenduntur, cùm indignum ſit eis ab eccleſia ſubueniri, per quos conſtat ſcandalum in eccleſia generari, vt ibi.& ita ſeruari vidi, & ſeruatur in clerico negotiatore vel artifice,qui ſi in illa arte delinquat, punitur per collegiū,vel primates illius,per tex.in l.fin.C.de iuriſdict. omnium iudicum. & ita fuit Pariſiis Arreſto pronuntiatum, de quodam clerico chirurgico, quòd coram ſeculari iudice teneretur reſpōdere de abuſu in officio,vt refert in dicta xvij.fallentia. & in ſuo tractatu Arreſtorum.cap.clix.] Et priuatio officij ex delicto infamiam irrogat,& perſonam afficit, & ſuggillat,tamen priuari poterit,per tex.in §.feſtinabis.in Authen.de manda.princi.collatio.iij. facit deciſio Bal.in d.l.acceptā.C.de vſuris.§.relata.Quod 156 neceſſe haberet eos adire in ſui pernicię,† cùm epiſcoporum in veteri teſtamento figuratum extitit de Samuele Propheta ſanctiſſimo, qui populū iudicauerat loco regis.j.Regum xij.Et poſtea audita contra ſe aliqua murmuratione corā rege iudiciū ſubire paratus,eodem lib.cap.xij.Loquimini,inquit,de me coram domino,& Chriſto eius,ſcilicet rege vncto oleo ſacro, vtrū bouē cuiuſquā tulerim aut aſinum, ſi quēpiam calūniatus ſum, ſi oppreſsi aliquē, ſi de manu cuiuſquā munus accepi, & cōtemnam illud hodie, reſtituámq; vobis, &c. quia licet aliàs viri eccleſiaſti cōtra regē, vel in officio ſeculari delinquētes per eum puniri nō poſsint ditione cōtentioſa, cùm ſcriptum ſit: Nolite tangere Chriſtos meos, attamen per eum puniuntur quadam ditione politica, œconomicæ ſimili,nec aliquo modo in perſona coërceri poſſēt ditione contentioſa, niſi per eccleſiam,& ſuos officiales. ſuppoſita enim eccleſiæ quo ad forum cōtentioſum,ditioni regum non ſubſunt, ſed ſolius eccleſiæ, vt d.c.ij.de fo.compet.& in authen.ſtatuimus. C.de epiſ.& cler. In foro autem ſeu ditione œconomica, aut politica vnuſquiſque ſubeſt capiti domus,vel ciuitatis,quāuis ſeculari. Quia ſicut paterfamiliàs poteſtatē habet in filium, aut ſeruitores de domo ſua licet clericos, per quā poteſt eos coërcere ab offenſione, præſertim à ſua domo, & familia, ac toto corpore œconomico procul pellere,velut membra diſſoluta & reproba. purà filium ingratum exhæredare,& filiatione ac iure ſibi debito priuare,& ſeruitio res à domo ſua expellere, & ſeruitio ſuo priuare, ſi malè verſentur in officio domeſtico eis decreto,veluti clericū in adulterio cum vxore, vel aliqua propinqua repertū affligere, & à domo expellere. c.iij. §.fin.de ſenten.excom. Sic etiam quicunque rex vel dominus poteſt clericum, & quamcūque perſonam eccleſiaſticam in officio regio malè verſantē in regis,& reipublicæ offenſam expellere, & priuare, ac indignum, & inhabilem ad tenendum officium ſeculare in regno declarare.Cùm etiā ad hoc ferè ſunt ipſo iure inhabiles, ſaltem prohibiti illa exercere. j. ne clerici vel monachi.per totū.Ad quod facit text. not.in l.cōſulta diualia. ibi,clericis opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint diſceptationem eſſe forenſium oſtendere,&c.C.de teſtam. Vnde facilius poteſt clericus ab officio ſeculari expelli, tanquā membrum putridum à corpore regni & reipublicæ, cuius rex eſt caput myſticū, & talis clericus membrum putridū, iuxta illud Hieronym. xxiiij.q.iij. c. reſecandæ ſunt. & can.cccc.Has ꝓfectò & cæteras correctiones domeſticas, & politicas non eſt dubium capiti domus, & reipublicæ cōpetere: inter quam & regem eſt indubitanter coniugium quoddam politicum:& ſi clericus in officio delinquens fornicatus fuerit,& rempublicam regis coniugem adulteratus, certè affligi & expelli poterit,nō per modum contentioſæ poteſtatis,ſed domeſticæ & politicæ coërcitionis,& executionis.l.j.C.de emēda.propinquorum. &c. ſi quis alterius vxor.iuncta glo. vij. quæſt.j. & gloſ.in l.j.C. de priua.carce. vult quemlibet habere poſſe carcerē œconomicum pro punitione familiæ,ſed nō carcerem publicum,ſcilicet fori contentioſi. Aliter ſequeretur, quòd nō poſſet pater filium inſolentem à domo expellere,ſi clericus eſſet,vel ingratum exhæredare,nec ſeruitorem clericū pro longo tempore fortè retentum,& locatum à ſuo ſeruitio excludere, & repellere,vel officiarios ſuos in ſeruitio ſuo abutētes remouere abſq; iudicio epiſcopi ſui,& eccleſiæ. Sed

epiſcoporum

BIU Cujas

ſcoporum iuſtitia ſit hodie iubilea, & valde tarda, quod eſſet incõueniens: quia vt plurimùm eſt pecuniaria, vt dicta l. conſulta diualia. ibi, verùm etiam defenſores eccleſiarum, quos turpiſsimum intimationis genus irrepſerat &c. vbi pecuniam petebant pro inſinuatione teſtamentorum & piorum legatorum executione. Quinimo omnia delicta (quod peius eſt) quantumcunque grauia in pecuniam conuertunt epiſcopi, ſecundum Lucam de Pẽna, in l.ij. C. de priuileg. ſchola. lib. xij. Et (quod deterius eſt,) ſi aliquem etiam pro grauiſſimo crimine cõdemnauerint ad perpetuum carcerem, ſemper in fine ſentẽtiæ gratia domini epiſcopi, & miſericordia reſeruatur. Quod an fieri poſſit, decidit Bald. in authen. interdicimus. C. de epiſc. & cleri. Cuius clauſulæ virtute pœnam perſonæ delinquentis in detrimentũ burſæ, quæ non deliquit, conuertunt. Ex quo cùm iuſtitiam veram de clericis non faciant, ex iſto inconueniẽti, quia eos non puniunt, ſequitur aliud incõueniens, q̃ ſæpe iudices ſeculares de eis iuſtitiã faciunt & eos puniunt, ſecũdum Bar. in l.j §. generaliter, circa. fi. ff. de pœnis. Nam tota eorũ iuſtitia ex pecunia vel defectu pecuniæ pẽdet. ideo dicit idem Lucas de
157 Pẽna, in d.l.ij. † quod poteſt iudex ſecularis cognoſcere de iuſtitia degradationis clerici degradati pro punitione ſibi remiſſi, contra *cõmunẽ opin.* Doct. in c.j. de officio ordi. quæ locum non habet in crimine hæreſis, de quo nõ pertinet iudici ſeculari aliqualis cognitio, ſed ſola facti executio, ſecundũ Bal. in authen. clericus. in fi. de epiſco. & cler. per text. in c. vt inquiſitionis. §. prohibem⁹. de hære. lib. vj. Excæcati ſunt profectò auaritia clerici c. auaritiæ cęcitas de electio. lib. vj. præſertim religioſi. c. quorundam. eodem tit. & glo. ſuper verbo, maioris. in c. ſi pluribus. de præben. lib. vj. Vnde non mirum ſi clerici in officio regali delinquentes poſſint per regẽ ſuis priuari officiis regiis. videatis bonum tex. in l. quicũq; C. de
160 epiſco. & cler. vbi epiſcopus per principẽ ſeculare expellitur ab eius cõſortio, ſi perſonam ſuam offenderit, aut rempublicã. facit tex. bonus. in l. minimè. ff. de religio. & ſumpti. funerũ. & ſentit Archidia. in c. de forma. xxij. q. v. Et idem ſi principis, aut reipublicæ ſecreta reuelauerit in officio delinquendo.

158 † Et ita vidimus tẽpore noſtro practicari in perſona Balluæ Cardinalis, qui poſtquàm Ludouicum regem domini noſtri regis genitorẽ, vt Carolo Burgundo in facinore aſſiſteret, induxiſſet, ipſum prodidit. [Vide aliud perniciоſum huius Balluæ cõſilium de pragmatica ſanctione huius regni tollenda à quo fuit viriliter per procuratorem regium repulſus, infrà ſuper verbo, *ſi abſq; liberis moreretur.* ij. In materia ſubſt. fideic. tractando regulam: Quem honoro onerare poſſum.] ex quo ei malè ſucceſſit, de quo Gaguinus lib. x. c. ij. reuerſo inquit Turonũ Ludouico, Ballua Cardinalis, qui plus cæteris aulicis apud regem aſtu, atq; auctoritate valebat, diſſidentẽ à Ludouico fratrem ad beneuolentiã reuocat, atq; ita agit, vt poſthabitis, quæ conſilium Turonenſe de capienda paterna hæreditate diffiniuerat, Ludouicus Aquitaniã Carolo fratri relinqueret. Qua recepta cõtentus Carolus bello abſtinuit: ſed Ballua, qui apud Pictauos humili loco natus, paruo incremento, ſed ingenio verſuto, in Ludouici familiam venerat, magniſq; & excellẽtibus beneficiis primũ, deinde epiſcopatũ, mox cardinea dignitate auctore
161 Ludouico fuerat honoratus, quo ipſe animo eſſet, tãdem apparuit. Auctor enim fuit, vt Peronẽ ad Burgundiam, & poſteà Namureum aduerſus Leodios Ludouicus accederet, Vbi Carolus Burgũdorũ dux cum iuſto exercitu de Leodiis vltionẽ ſumere vehementer optabat, ad quem Ludouicus tanquam eiuſdẽ expeditionis ſocius inductione qua ſuprà, vltrò
159 venit. † Eò quoq; Leodius præſul placandi Burgũdi cauſa acceſſit, nec profecit, iurante Burgundo nõ priùs ciuitati parcere, quàm ciues & vrbem ſubegiſſet. Ergo irrumpentibus ferociter Burgũdis, Ludouicus primũ, deinde Burgundus ciuitatẽ intrat, fitq; mox paſſim occiſio & ſtrages, virginibus vis, & religioſis mors infertur, neq; indulgentia vlla militum in pueros fuit, quin ſtupratas à ſe virgines crudelis ſatelles iugulauit. Sacerdotes eadẽ hora rem diuinã in tẽplis faciẽtes gladiis periẽre, nec ſatiatus eſt inhumanus hoſtis tam multa cæde, prędas ex omni ciuitate, & ex templis ſacrilegia fecit, incenſa poſtea vrbe & muris dirutis, quorum ruinis foſſas æquauit, Anno ſalutis M. cccclxviij. iij. Calendas Nouẽbris. Ac vbi fratrum mutuam charitatem ſupra quàm ſentiſerat Ballua firmam eſſe intellexit, paci inuidens literas familiari cuidam ſuo ad Burgundorum ducẽ dat. Quæ interceptæ ad regem delatæ ſunt. His literis Ballua ducem admonebat, ſibi maximè caueret. Concordiam quæ inter fratres interceſſiſſet, ad eius perniciem factam eſſe. Eos expeditionem in eũ tantiſper differre, donec Aquitaniæ datam ſibi prouinciã Carolus perluſtraſſet, remq; omnem domeſticã & exercitũ ordinaſſet: opus propterea illi eſſe maioribus quàm vllo tempore copiis, & regem acerrimè bello infeſtare. Balluæ cognita perfidia rex proditorem cõprehendi, & ad Mombaſonẽ cuſtodiendũ duci mãdat ſub tutela Ioannis Torcei Normani fidiſſimi in primis aurati equitis. Hæc ille. Ex his clarè videtis, regem contra Cardinalem proceſſiſſe, & dictã l. quicunq; practicaſſe in tollendo ei officium,
160 & eius cõſortium. † Vbi autem delicta vltra officij ſecularis priuationem grauiorẽ requirerent corporalẽ vltionem, clericus ditione politica punitus ſeu officio ſeculari priuatus quo ad pœnam fori contẽtioſi corporalẽ ei imponendam eſſet, iudici ſuo eccleſiaſtico remittẽdus, prout à ſimili dicitur in l. placet in fi. C. de ſacroſan. eccl. & d. c. at ſi clericus in fi. de iudi. facit c. de his j. de accuſ. vbi pœna fori pœnitẽtialis non excludit pœnam fori cõtentioſi. Et ita in terminis noſtris reperio deciſum fuiſſe per magnæ circumſpectionis virum in ſacra pagina, ac iure humano doctiſſimũ dominum Ioannem de Terra rubea, in libro quem vineã eccleſiæ intitulauit. Per vineam eccleſiæ intelligens regnum Franciæ: Carolo ſeptimo, tunc Delphino Viennenſi, Caroli ſexti Frãcorum regis vnigenito, contra Philippum tunc Burgundiæ Ducem, & alios principes, tractatum per dictum Carolum ſextũ cum Anglis nulliter & abuſiuè, & quatenus in rege erat, ignoranter & eroneè paſſatum ſequentes directo. vbi in quinto articulo tertij principalis tractatus concluſione decima ſeptima decidit, dictum ducem & eius ſequaces etiam epiſcopos, & alios eccleſiaſticos fuiſſe rebelles, & vt tales per regem, & eundem Dephinum puniendos, attẽta notoria nullitate, & euidenti iniquitate dicti damnati tractatus. [De quo & illius euidenti nullitate plenè habetur j ſuper verbo, *in eodem teſtamẽto relinquens.* j. in xviij. limitatione, loquẽdo de primogenitura & prærogatiua eiuſdem.] † Pro qua deciſione facit d.l. quicunq;. C. de epiſ. & cler. quam ipſe non allegat, per quem text. curia regia Franciæ pro

BIU Cujas

talibus priuilegiatis criminibus clericos bānit à regno, quoties delinquendo reipublicæ officiunt. Pro quo facit tex.in c.vnico.§.si clericus.vers.si autē.tit. de pace tenē. & eius viol. vbi Bal.plenè disputat:an iudex secularis clericos bannire posset de suo territorio.Cuius prima opinio, q̄ possit,seruatur in isto regno,cùm banniendo non tangat personā:licet dictus de Brolho, in stylo curiæ Parlamenti titul. de assecuramēto.§.j.in fi.hoc solùm seruāri firmet in clerico coniugato atrociter delinquente & sic rempublicam scandalizante. Et idem seruatur si pro cōtumacia bāniretur solutus clericus, vt quia citatur super delicto responsurus sub pœna banni,& cōfiscationis bonorū. Quia si non cōpareat,bannū sortitur effectū, viso quòd nō ostēdit se clericum, & tanquā delinquēs fugit, de cuius clericatu nō est præsumēdum. [Hoc ita fuisse in Parlamento Tolosæ factum refert do. Auffre.in tractatu Arrestorum,cap. ccxlix. referens duo arresta,vnum latum anno domini M.cccclxiij.die decimo Decembris.aliud autem eodem anno,xxiij.Februarij.] Aliàs autē si cōpareret,& clericum se ostenderet, remitteretur iudici ecclesiastico quo ad punitionē personæ,nec bāniretur pro delicto per iudicē secularem, quod fuit de mente Ioan.Fab.in authen.qua in prouincia.circa mediū.C. vbi de crimi.agi opor. Aut si delictū esset atrox, degradaretur, & degradatus per iudicem secularē puniretur, vel dimitteretur proscriptus & bannitus,prout est:nam clerici, qui iustitiæ prælatorum obedire cōtemnunt.per seculares banniri à suis territoriis possunt, vt d. §. si clericus. vbi expressè deciditur principes seculares posse legē facere cōtra clericos delinquentes, & eos forbannire de territorio. pro quo dicunt facere text.in l.ij.C.de priuileg. schola.lib.xij.& in Authen.de manda.princi.§.festinabis.colla.iij. Et licet Bald. & communiter Italici Docto.in dicto.§.si clericus. teneant illū text. hodie non procedere, cùm laici nullam habeant auctoritatem in clericos,vt in authen.statuimus.C.de epis.& cleri.tamen.Iacob. de Aluaro.ibi dicit hoc satis esse absonum assentire, quòd Imperator fuerit ita supinus,quòd statuere voluerit contradicta iura,præsertim canonica sine aliquo colore, cùm in principio illius titu.de pace tenē. dicat,quòd vult leges diuinas manere, & personas ecclesiasticas subleuare,ideo dicit sequendo gl.in authē. quomodo oporteat episc. §.sancimus.colla.j.quòd imperator in dicto §.si clericus.non statuit bannū de nouo contra clericos,sed recitat quasdam sacras regulas, & canonica statuta, quæ hoc dicebant: † nam clerici ita debent esse fideles domino ciuitatis,in qua habitant,sicut laici,& si opus sit iuramentum assecurationis præstare, de quo per eum in c.j. qualiter iura. debe. vasal. fideli. quia reputantur clerici esse de vniuersitate ciuium, vt plenè dicit in titul.de mili.vasal.qui arma bellica deposuit.in fin.Vel hoc fecit ibi Imperator pro salute vniuersali cum licentia papæ, vt pax ab omnibus conseruaretur,vt ibi. Tamē imperator nō nominat, nec allegat canones,quos sequitur in dicto.§.si clericus.Sed dimittamus canones quoscunq;,quia tex.habemus clarum in can. principes seculi.xxiij. q.v.vbi quoties intra ecclesiam positi contra fidem,& disciplinam agunt, rigore principum cōterūtur,ipsámq; disciplinā,quam vtilitas ecclesiæ exercere non præualet,ceruicibus superborū potestas principalis imponat,& c.vbi dicit gl.q̄ vbicūque ecclesiastica potestas deficit,vt quia nō potest,aut dissimulatione prælatorum nō vult,potestas secularis se intromittit,ne atrocitate delictorū pax publica turbetur.Videntes enim laici de clericis punitionem non fieri, & tam atrocia crimina remanere inulta, via facti cōtra eos procederēt,ex quo sequerētur tumultus, & seditiones in republica. [Enormia crimina,quorum pœnam cōdignā ecclesia nō habet,punire regibus pertinet,vt Aurelius dicit Aug.super epistolam ad Romanos, de quo in cap. sunt quædam enormia. xxiij. quæst.v.quod tenet Panor. in dicto ca.at si clerici.§. j. circa fi.] † Præterea vbi iustitia non redderetur, quilibet de facto resistere & ꝓcedere posset, & sibi ius dicere.l.si alius.§.bellissime. vbi Bart.ff. quod vi aut clam. & Paul. consil. xxxv. Et melius est, quòd hæc fiant per laicum iudicem,quanuis incompetentē,per regulam, qua omnes dicūt, quòd ea quæ fieri possunt,ꝓpria auctoritate sine iudice,à fortiori possunt per iudicem incompetentem fieri, secūdū glo. super verbo, transitu §. multis autem modis.versic. serui.Instit.de libertin.Præterea,vt plurimū,clerici banniuntur, vt compareant ad fines remitendi eos prælatis suis puniēdos in persona,quę est ecclesiasti ca,vt in authen.clericus.C.de epis.& cleri.† Episcopi tamen non sunt faciliter banniendi, de quo in c. olim.de iniur. & damno dato.Et hodie sunt indictæ pœnæ magnæ per consilium generale contra seculares episcopū bannientes,de quo in clemē.j.de pœnis. De episcopis, non dubitatur quin clericos bannire possint. cap.j.de calumniato. [Hoc facere possunt seculares de mandato, aut requirentibus episcopis: cap.ij.de cleri.excō.minist.& in c.cùm nō ab homine.in fi.de iudi.Et idē si dum laici erant,per secularē pro delicto banniti fuerant: quia clericatus superueniēs nō extingueret bannū, nec posset episcopus eū reappellare in suā diœcesim,in regis & iustitiæ suæ præiudiciū, secundū Bart.in l.cùm quædam puella ff.de iurisdi.om. iudi. §. facit quod habetur in decisio. Capellæ Tolosanæ, quæstio clxiiij. vbi bona addi. & Bart.in l.j ff.de pœnis.] Tamen vt suprà finaliter fuit factum de persona dicti Balluæ, de quo rex non suscepit vltionem: Sed post longam detentionem fuit elargitus extra regnum viuiturus, qui Romā posteà adiuit,& cùm mortuo Ludouico, redire tentasset,vti aliqua auctoritate nō fuit permissus.Potuisset rex fortè eius poscere degradationem, & de persona degradata capere vltionem pro tam detestabili scelere, per text.casum hunc decidētem in c.si quis laicus. xxij. quæstio. v. vbi si quis laicus iuramentum violando prophanet, quod regi & domino suo iurauit, & posteà peruersè & dolosè eius regnum tractauerit,& c. Episcopus,presbyter,diaconus,si hoc crimen commiserit, degradetur. Hæc ibi. Tamen nō loquitur de cardinali,qualis Ballua erat. Vnde non sine causa rex vltrò procedere dissimulauit. † Alij dicunt regē,& alium quemlibet dominū nō posse priuare clericū officio seculari quod tenetur ab eo,si deliquerit in illo officio,per tex.in dicto §.festinabis.in authen.de manda.principum.Et idē, si non esset officiarius, sed pro tali se gerens aliquid fecerit,quod nō priuato, sed regio solùm officiario cōuenit,per tex.no.in l.ij.vbi,vel clericus vel miles proscribendū deportādumq; &c. C.vt nemo priuatitulos præsidiis suis.in quo text.etiā fundatur,quòd clerici possunt per iudices regios bāniri,& bona immobilia cōfiscari.Ad quod facit d.l.quicūq;, quæ olim in veteri fuerāt perfigurata testamēto.iij.Regū. ij.cap.vbi Salomō rex pro conspiratione facta cōtra

cum

eum per Abiathar ſacerdotẽ. Va de, inquit, in Anathot ad agrum tuum, & quidem vir mortis es, ſed te non interficiam, quia portaſti arcam domini Dei. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt nõ eſſet ſacerdos
166 Dei, &c. † Si autem clericus regis officiarius de alio accuſaretur crimine cõmuni, puta de homicidio, raptu, vel alio ſeorſum ab officio, non in officio of ficiãdo, nec ſub colore officij perpetrato, dicunt cũ ☞ damnari tunc non poſſe per regem, etiam ad perditionem officij, niſi per ſuum epiſcopum cui ſubeſt, à quo ſi officio priuaretur & bona confiſcarentur, cõfiſcatio quo ad officiũ ſeculare & bona immobilia, lucro cederent fiſco regis per regẽ ad libitũ diſponenda ſecundum Oldr. & Ioan. Andr. vbi ſuprà. Sicut videmus in milite, qui quo ad crimẽ militare & priuilegiatum, vt quia aufugit à conflictu, vel arma vendidit, aut militando cõcuſſiones fecit, ſoli ſubeſt magiſtro militũ puniendus. Sed quo ad crimina cõmunia puniri poteſt per præſidem prouincię, in qua deliquit, vt quilibet alter de populo. l.j. C. vbi ſena. vel clari. & l.j. iuncta gl. fin. C. de exhi. reis. & bonus text. in l.ij. C. de priui. ſcho. lib. xij Ne ſub prætextu conceſſi priuileg j, vel flagitiorum creſcat auctori-
167 tas, vel publica vacillet vtilitas, vt ibi dicitur. † Et pariter poteſt dominus feudi priuare feudo vaſallũ clericũ ꝓpter feloniã contra ipſum commiſſam, aut deueria nõ facta, ſecundũ Gul. de mõte Laud. in cle. paſtoralis ſuper verb. ex natura feudorũ. de re iudic. Et ita ſeruatur de cõſuetudine in præſenti regno & aliis locis, ſecundũ Archid. in c.j. de cler. coniu. li. vj. & Guid. papæ q. cxxxix. quã conſuetudinẽ ſciuit, & regẽ Franciæ Philippũ ſecundũ, qui Auguſtus dicebatur, ſeruare permiſit Innocentius tertius põtifex ☞ beatiſſimus in perſonis Aurelianenſis, & Altiſſiodorenſis epiſcoporũ, ꝓpter ſeruitia eidẽ regi nõ facta. De quo Gaguinus, lib. vj. cap. iiij. Ad hoc inquit expugnandæ arcis negotium, cùm pontifices Franciæ Philippo præmoniti armatos aliquot ex ſuis miſiſſent, ſoli Aurelianenſis, atque Altiſſiodorẽſis antiſtites detractare auxiliũ non formidauerunt. Quam obrem cùm Philippus eorum terras donec de cõtẽptu ſatisfactionem feciſſent, occupaſſet, Romanum pontificẽ adeuntes, Philippum ne id faceret, pontifi-
168 cia auctoritate prohibere nixi ſunt. † At pontifex Francorum conſuetudini, quę de temporalium rerũ gubernaculis introducta eſſet, detrectare nihil tẽtauit: Igitur epiſcopi mulctam pro rebellione Philippo ſoluentes, quę ſuæ ditionis erant, receperunt poſt biennium, quàm illa rex poſſediſſet, Hæc ille. Vnde ſicut priuari feudo poſſunt clerici propter feloniã, ſic & mulctari poſſunt, & emendari, vbi feudum nõ eſt cõfiſcabile, ſicut ibi, cùm eccleſię pertineret, cui culpa prælatorum nocere non debuit. cap. delictum perſonæ. de regul. iur. lib. vj. Nec in hoc eſt requirendus iudex eccleſiaſticus, ſecũdum prædictos Doctores. Quicquid in contrarium decidat Panor. in d.c. verum. de foro compet. Cuius opinio poſſet habere locum, vbi vaſallus clericus pro criminine cõmuni veniret puniẽdus corporaliter cũ cõfiſcatione bonorũ, vt pro homicidio, vel raptu contra extraneum cõmiſſo non habente feloniam annexam, caſu quo per dominum nõ poſſet, ſed per epiſcopum puniri. Tamen confiſcatio quo ad feudũ pertineret domino, vt d.l. ſi finita. §. ſi. de vectigalibus. per Bar. & Alexan. ff. de dam. infec. Et ratio quare etiam pro crimine cõmuni poteſt clericus per ſeculare priuari officio ſeculari, & non pro feudo, eſt: quia plus iuris habet vaſallus in fudo, quàm nudus officiarius in ſuo officio: & cùm feudũ magis inhæreat perſonæ vaſalli clerici, quàm officiũ ſimplex, minus poteſt in eũ ſecularis iudex, ſecundum Panor. in d.c. verum. Tamen prima opinio, ꝙ etiã feudo priuari poſſet, ſeruatur in iſto regno, vbi peccatum eſt in feudo. Pariter vbi iuriſdictio tẽporalis per ſpiritualem impedi-
☞ retur. [De quo dixi s. loquendo de attentatis per clericos à iudice ſeculari reparandis.] Conſueuit curia regia Franciæ cogere, omnia reuocare, & impedimenta tollere per captionem temporalitatis ſuæ, Et ita ſeruatur quotidie, & cauetur expreſsè in ſtylo
169 tit. de perſonis eccleſiaſticis. in fi. † Et plura alia habet rex Franciæ priuilegia, & domini tẽporales tam in rebus eccleſiæ, quàm clericorum, de quibus priuilegiis vti conſuetis, aut eorum aliquibus, vbi aliter non conſtaret, niſi per famam in toto regno volantẽ, certè ſufficeret: & allegata cum vſu temporis immemorialis ſufficiẽter probaret dicta priuilegia, cũ in talibus antiquitatis iuribus ſit regibus deferẽdũ, præſertim cùm talem conſuetudinem papa ſciat, & toleret de rege Franciæ, ſecundum Ioan. And. in addi. Specul. tit. de præbẽ. §. reſtat. in fi. imò illa duo, ſcilicet fama, & tempus immemoriale ſimul iũcta vim habent priuilegij per habẽtem poteſtatem cõceſſi, etiam in his quorum ſunt laici incapaces, ſecundum Ioan. Andr. & Pano. & alios in c. cùm apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli. Quos tamen ſolùm tempus immemoriale capaces nõ redderet ſine fama, vt dicit Panor. in c. cùm cauſam. de præſcrip. & in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verborum ſignifi. poſt Ioan. And. in c.j. de præſcrip. lib.
☞ vj. [Licet conſuetudo immemorialis æquiparetur priuilegio. c. nouit. de iudi. & d. §. ſuper quibuſdam. tamen plus poteſt priuilegium in duobus caſibus, quàm cõſuetudo. Primò, vbi eſt incapacitas poſſidẽtis: quia nõ poſſet ſola conſuetudo eum facere capacem, vt hîc vides. Secundò, vbi cõſuetudo damnatur à iure: quia tũc plus operatur priuilegium. c. cùm ſatis. de offi. Archi. iuncto c. cùm veniſſent. de inſti. ſecundum Ioan. Andr. in c.j. de cler. ægrotan. lib. vj & Compoſtella. in c. cùm venerabilis. de cõſuet. & gl.
170 in cle. j. de priuileg. in fine.] † Sed iunctum cũ fama operatur priuilegium habitationis incapacium. quia dicit tex. in c. illa. xj diſtin. quòd tandiu ſeruata conceſſa videntur. & glo. penul. in fine, in c. ex parte. de cenſi. dicit, quòd ex tempore præſumitur aliquid fuiſſe inſtitutum, & ad nos à maioribus noſtris perueniſſe: quia ſecundum naturales, conſuetum dicitur quoddã innatum, & legales dicunt, quòd vim pacti habet, & pacto comparatur, ſecundum gl. in l.
171 ij. C. quæ ſit longa cõſuetudo. † Viſo quàm maximè ꝙ tanti & tales, & ſimul omnes viri docti, & ſancti ita ſemper vixerunt in regno, præſertim diuinus ille regum eccleſiæ ſanctæ Dei, ſuarumque libertatũ & iurũ tutor, & defenſor, Carolus magnus, & beatus Ludouicus per eccleſiã canonizati, & inter ſanctos relati, & catalogo ſanctorum deſcripti, quorum vita & mors fuerunt, & ſunt per eccleſiam, & ſedem apoſtolicam approbata. Pro quo multũ facit tex. quem ad hoc ibi põderauit Panor. in primo notab. in cap. niſi eſſent viri prouidi. de præben. Et plures ſuprà relati doctores publicè legendo pariter, & conſulẽdo hoc tenuerunt, & ſecundũ dictas conſuetudines cõſuluerũt, præſertim antiqui doctores, qui illas referũt prius viguiſſe, & eo tunc vigere, prout & nos de
172 præſenti videmus notoriè. † Reſtat ergo ad pro-

BIU Cujas

positum reuertendo, quòd cùm in his allodiis nemini subiectis nō interſit alicuius etiam ratione reſſorti, nec ratione iuriſdictionis tēporalis præſertim regiæ, certè tranſire poſſunt in eccleſiam, & monaſteria, & clericos, quocunq; titulo, dum tamē expreſsè
173 transferantur, aut dedicentur. †Quod moleſtè gerunt plures officiarij regij dicentes ad obuiandum præmiſſis, præter ipſum regnum quod à nemine tenetur, nec recognoſcitur, nulla eſſe poſſe in prēſenti regno Franciæ allodia, & cùm olim ſuper hoc orta fuiſſet in camera computorum Pariſiis quæſtio: reſponſum fuit, & ad æternam rei memoriam in dicta camera regiſtratū, quòd nullus in regno Franciæ tenere poteſt rem aliquam ſine dominio. Et ſi qua reperiretur res immobilis ſine dominio, ſuper illa cenſus imponeretur annis ſingulis regi ſoluēdus, prout & ſecundum modum, quòd aliæ cenſuales viciniores poſſeſſiones ſoluunt. (Additio.) Et dictas ordinationes, quas Galli inſtructiones appellāt, à ſuo dictę camerę originali extractas habeo. §. penulti. nūc reperietis in regiſtro ordinationum regiarum camerę
☞ inquæſtarum Parlamenti Toloſæ, fol. cxlvij. [Et dominus Auffreri. eas ad longum poſuit in titul. de finantia Francorum feudorum, & nouorū acquæſto
174 rum, & titulo ſequenti.] †Quod multum facit ad confutandum quendam alium anteà pacis tractatū prætenſum in loco de Britigniaco ſub mōte Lerico prope Carnotum inter Carolum quintū patrem dicti Caroli ſexti, tunc Franciæ regis primogenitum, Delphium Viennenſem, ipſumq; regnum, vt decet regis primogenitum Ioanne Francorum rege eius patre apud Anglos capto, regentem ex vna, & Edoardum tertium, tunc Angliæ regē, tam pro dicti ſui patris liberatione, quàm pace finali & perpetua, ac omni iure per Anglos in regno Franciæ prætenſo, fide præſtita paſſatum partibus ex altera. De quo pa
175 cis tractatu, †ad cauſam comitatus Bigorræ & Tarbienſis conſuluit incidenter Panor. in ſecūda parte, cōſi. iij. in deciſione xvij. quæſt. Pro cuius intellectu ſciendum eſt, quòd ante Philippi Pulchri Francorū regis tempora, nunquam Angli ius in regno Frāciæ prætenderant: ſed erat duntaxat quæſtio inter Franciæ & Angliæ reges ſuper ducatu Aquitaniæ, quem propter feloniam, & rebelliones in regem Franciæ, à quo in feudum idem ducatus tenebatur perpetratas, Angli feudo aperto commiſerant, & aliis pluribus de cauſis ipſum perdiderant. Prætendebāt inſuper Angli ius habere in ducatibus Normaniæ, Andegauiæ, & Cænomaniæ, regi Frāciæ pertinentibus. Et ab eo ex tempore Philippi Auguſti Franciæ re-
176 gis, & antè poſſeſſis. †Et cùm tempore beati Ludouici etiā Francorū regis, & antè idem ducatus Aquitaniæ non niſi tres, ſcilicet Burdegalenſem, Vaſatenſem, & Lauarum prouincias contineret, venientem ad beatum Ludouicum, anno dominicæ ſalutis. M. cclix. Henricum tertium Angliæ regem ſumma cha
ritate Ludouicus excepit, dimiſſa illi Aquitania, ea quidem lege, vt Normaniæ, Andegauiæ, atq; Cænomaniæ, Anglus cederet, ob quas magnæ olim contē tiones inter Francos Anglosq; extitiſſent, & quas à Philippo Auguſto receptas Franciæ reges ad eam
☞ ætatē poſſedīſſent. [Gallia omnis (vt clarè Cæſar in prin. Cōmentariorū de bello Gallico deſcripſit) diuiſa eſt in partes tres, quarū vnā incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui Celtæ, & lingua noſtra Galli appellantur. Vnde licet Aquitania generaliter modo prædicto ſumpta, à Garonna flumine ad Pyrenos montes, & eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet, inter occaſum ſolis, & Septentrionem ſpectans, multos contineat principatus, & dominia, & inter cætera Nauarram, & Biſcaiam, tamen ducatus, qui non Aquitania, ſed Aquitaniæ, velut vnus de in ea cōprehenſis principatibus dicitur, non niſi tres hîc expreſſas prouincias continebat. ſicut Seneſcallia Aquitaniæ, non tres hîc nominatas prouincias, ſed ſolam complectitur Burdegalēſem, vide quod nunc hîc per nos dicetur.] Addidit quoque ducatui Aquitaniæ prædicto Ludouicus Petragoras, Lemouicenſes, & Cadurcos, vbi nunc ſumus: Agenenſem verò agrum, quem Alphonſus eius frater nuptiarum lege tenebat, ab Anglo grandi pecunia redemit. Adiecit præterea Ludouicus Sanctonū partem, quæ citra Charantam amnem eſt, retēta regibus Francis ſuprema ditione, atq; poteſtate. Hæc Gaguinus lib. viij. c. ij. Poſtquā verò tēporis ſucceſſu Philippus Pulcher, ac tres eius filij ſine maſculis deceſſiſſent, Angli ex perſona Edoardi ſecundi ex Iſabella dicti Philippi Pulchri filia geniti in regno Frāciæ ius ſine cauſa prætendētes, vt dixi ſuper verbo, *duas habens filias*. Et rurſus ducatū Aquitanię cū ſupradictis quinciis à beato Ludouico vnitis, propter leges cum eo editas non ſeruatas: & quia cōtra reges, & regnum à quo dominationes iam dictæ in feudum tenebantur, Angli multimodè rebellauerāt, alias plures regni dominationes temerè cōtra debitum fidelitatis inuadendo & deuaſtando: erga regē feloniam commiſerant, tanquam regi domino apertum. Et deinde tempore Ioannis Frācorum regis, & ipſo apud Pictauos ab Anglis in bello per Richardū Vualliæ principem. capto, in Angliam tranſducto, Anno domini M. cccl vj. & ibi capto exiſtēte Carolus quintus dicti Ioannis primogenitus regnū Frāciæ, tunc vt dicti regens, & Edoardus tertius, tūc Anglorum rex pro dicti Ioannis liberatione, pace finali, ac omni iure, licet nullum Anglus haberet (vt ibi plenè dixi) alium paſſauerūt de dicto ducatu Aquitaniæ, & prouinciis iam dictis eidem vnitis, aliis quibuſdam additis, tractatū pacis, vt ex ſuprà dictis, & infrà dicendis apparebit euidenter nullum, de quo
177 idē Gaguinus li. xj. c. j. ſic dicit: †Miſſis ab vtroque principe nuntiis viris & nobilitate & doctrina illuſtribus apud Bretigniacū, qui vicus eſt non procul à Chartis ſub monte Lerico conuentio habita pacem ad inſequētem modum conſtituit: Anglo omnis Pictauia, Toardus, Bellauilla, Sanctones, Agenna, Petragoræ, Lemouicenſes, Cadurci, Tarbiēſes, Bigorrij, Angoliſmi, Rutheni, Pontiniaci, Galiſij, & Guynarum comitatus, cum aliis adiacentibus vicis obuenirent, & ad ipſius perpetuam ditionem abſque vlla iuris, aut maieſtatis diminutione cederēt, ei quoque tricies centena millia aureorū ſtatutis diebus ſoluerentur, permiſsiſque in Angli poteſtate Rupella, &
☞ Guynarum pertinētiis. Hæc illæ. [Hos Tarbienſes & comitatū Bigorræ nō potuerat rex Anglis tradere, cùm ſibi nō pertineret niſi in guardiam, & cuſtodiam ad cauſam proceſſus in Parlamēto Pariſiis pēdentis inter epiſcopum & eccleſiā Auiciēſem, & comitem Fuxi. Per cuius curiæ Arreſtum totus ille comitatus fuerat manu regis poſitus. Per quā manus poſitionem rex vltra ſupremum reſſortum ſibi vt regi pertinens, nihil acquiſiuerat iuris neque poſſeſſionis. l. ſi duo. §. creditores. ff. vti poſſide. Preterea talis ſequeſtratio neceſſaria ex ordinatione curiæ, & ſic iuſſu prætoris facta, neminem expoliat, neque regē

fac

BIU Cujas

facit poſſeſſorē, nec alios ſequeſtros, ſecundum Hē ricum, in c. examinata. de iudiciis. Et minùs facit eū dominum, nec dictum comitatum præſcribere potuit rex, vt plenè de iſto comitatu Bigorræ decidit Panor. in ſuprà allegato tertio conſi. xiiij. quæſtio.]

178 † Non enim illa ſic potuerunt alienari, nec alienatio tenuit, nec valuit de iure, cùm ducatus Aquitaniæ modo prędicto augmētatus eſſet, illo tunc quaſi tertia pars regni, nulla retenta ſuperioritate, de quo ducatu Raymundus Marlianus vir vtique clariſſimus, & eruditiſſimus ad Commentaria Cæſaris addens, in principio ſic loquitur. Aquitania regionum latitudine, & multitudine hominum ex tertia parte Galliæ exiſtimanda eſt. Hanc Garūna flumē à Celtis diuidit, quæ & Oceanum mare attingit. In hac ſunt metropoles Burdegalenſis, Auxitana, earúmq; ſuffraganeæ. Pars item aliarum metropolū extra terminos eoſdem ſitarum, quæ tamen Aquitaniæ attribuuntur, de quarum numero eſt pars, Bituricenſis prouincia, ducatus quoque Aquitaniæ, in quo ferè vigintiduæ ciuitates epiſcopales numerantˉ, Baiona inſuper Vaſconia, & comitatus Armanhacij, ac Pictauienſis, de Fuxo, ac de Bigorra, principatusq; & dominia multa alia in ea conſiſtunt in Francorum

179 regno ex maxima parte ſita, &c.† Et Cæſar ipſe in primo libro Cōmentariorū de bello Gallico agens, Galliam omnē refert in partes tres diuiſam, quarū vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipſorum lingua Celtæ, noſtra Galli appellantur. Et ſic tractatus ille notoriè vergens in grauiſſimum regni præiudiciū, quod regno Carolus antedictus regni merus rector exiſtens coactè potiusquàm liberè inferre non potuit, nec ipſemet Ioannes rex, tūc priſonerius in Anglia exiſtens. l. qui in carcerē. ff. quod metus cau. Cùm Auguſtus rex dicatur, non diſſipator, aut dilapidator in præiudicium reipublicæ, & ſuorum ſucceſſorum, & contra iuramentum in coronatione præſtitum. Nam iuramentum ſecundum de alienando, & alienationem tenendo non valet, nec iurantem ligat contra primum iuramentum de non alienando præſtitum ſecundum glo. in omnibus approbatam in c. licet mulieres. de iureiurando. lib. vj. Præſertim contra tale iuramentum, quod palàm & publicè fuerat in coronatione præſtitū. Et ſic omnibus notum, & non occultum, imò notoriè à quocūque rege prędari ſolitum. c. intellecto. de iureiuran. vt plenè dixi in dicto verbo, *duas habēs filias.* prope

180 finem, Loquēdo de pacto de nō ſuccedendo. † Maximè, quia primum iurametum de non alienando eſt, ſecundum ius commune: ſicut in præalleg. c. vt ſuper. & c. ſi quis presbyterorum. de rebus eccle. nō alienan. Et ſic impedit dominij tranſlationem quantumcunque iuratam, vt non obſtante ſecundo iuramento cōtra ius præſtito alienatum recuperari poſſit, vt dicto c. ſi quis presbyterorū. & d. c. intellecto.

181† quia quoties iuramentum præſtitum habet ius cō mune ,p, ſe, ſemper impedit dominij trāſlationem, ☞[Vide qualiter hoc intelligitur infrà ſuper verbo, *Teſtamentum.* iij. dum loquitur de iuramento inducente clauſulam codicillarem.] vt ibi. Prætereà non potuit rex Ioannes, nec Carolus eius filius illud facere contra publicum, & vniuerſalem regni, & coronę ſtatum, & eius decolorationem, ſecundum glo. ſuper verbo, non poteſt. in ca. literas. de reſtitut. ſpolia. & in c. propoſuit. in verbo diſpenſare. de conceſ. præben. ab omnibus approbatas. Et licet voluerint non nulli tenere, quòd imò ex cauſa notoria, maximè ſi fuerit in literis expreſſa, rex diſponere poſſit contra ſtatum regni publicum, qualis fuit illa, quę notoriè iuſta erat, ſcilicet cauſa liberatiōis perſonæ propriæ ipſius regis, pro qua etiam res ſacræ potuiſſent alienari. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccle. Et cauſa publicæ & perpetuæ pacis: pro qua habenda plura tolerā tur & exorbitātia, vt plenè per Ludouicum Rom. in ſermone poſito poſt conſilia, incipiēte, vos eſtis lux ☞mundi, &c. [Vide de hoc plenè infrà ſuper verbo, *mortuo itaq; teſtatore.* j. dum loquitur de teſtamento Chriſti, in quo pacē pro hæreditate nobis reliquit.]

182 Attamen omnes cōueniūt, & concorditer concludunt qnòd tunc non valet diſpoſitio, cùm ex illa ſequatur deformatio & decoloratio cōmunis & publici ſtatus, per tex. in can. & ſi illa ibi, illa tamē magno pere præcauēda ſunt, quæ recipi & tolerari ſine manifeſta decoloratione nō poſſunt &c. j. quæſtio. vij. Et poſt omnes cōcludit Fely. in c. ſi quādo. de reſcr. & in d. c. propoſuit. & Panor. in c. ſignificaſti. de elec☞tio. [Ad hoc facit dictum Innocen. in c. innotuit. de electio. quem ſequitur Panormit. in c. ad hoc ſumus. de reſcrip. in fin. vbi dicit papam ſine cauſa non debere vti plenitudine poteſtatis. Nec tolerā/us eſt princeps, ſine magna cauſa ſibi & aliis manifeſta, aliquid contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ vel regni faciens, vt clarius dicit idem Innocen. in cap. quāto. de conſuet. & in c. præterea. de dilatio. quem ſequitur Lu. Rom. conſi. cccccxcix. incip. in præmiſſa. & plenè Paul. de Caſtr. conſil. cclxxxiiij. incip. in facto præſenti non intendo adulari, cum cōſilio ſequēti,

183 vbi pulchrè loquitur.] † Or tractatus ille iniuſtiſſimus manifeſtè tendebat nedum contra publicum & generalem ſtatum, ſed etiam in manifeſtam, & notoriam regni Franciæ, ac coronæ regiæ decolorationem, cùm ex illo tractatu corona Frāciæ priuaretur illo principali membro, & tam nobili ſuppoſito, ſci

184 licet duce & ducatu Aquitaniæ, qui vnus erat,† & inter laicos duces de principalibus paribus Francię aſſiſtere, & officiare neceſſariò conſuetis in ſacro, & coronatione Chriſtianiſſimi regis. igitur ſuſtineri nō poſſet conuentio dicti tractatus, quia nō valuit.

185 † Ad hoc enim inter præcipuos colores floridos, & ſuperexcellentes regni, & ſtatus ſui æternam durationem, fuerunt per Carolum magnū inſtituti duodecim Pares in regno Franciæ, qui in ſacro & coronatione regum aſſiſterent, rémque ſuam militarem & ſtatum regni fortiorem redderent & tutiorem, ad inſtar duodecim Apoſtolorum, quos Chriſtus in fidei propalationē, dilatationem, & perpetuam conſeruationem, necnon ad iudicandum duodecim tribus Iſrael elegerat, ſecundum apoſtolum ad Ephe. j. vbi ſic dicit: Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in cōſpectu eius in charitate. De quorum ſcilicet Parium inſtitutione Gaguinus libr. iiij. cap. j. Carolus, inquit, fidei Chriſtianæ charitate adductus, exercitum in Hiſpaniam ducit: prius quàm tamen expeditionem produceret, rem tanto principe dignam ordinat, ex omni præcipua Francorū nobilitate duodecim ſelegit, quos ſecum in militiam perduceret, eos Pares appellās: quia ſcilicet æquali inter ſe dignitate regi conſtantes perpetuò erant, neque cuiuſquam, niſi Parlamenti tantùm ſenatus iudicio obnoxij tenerentur. Qui conſecrandis, item coronandisque Francorum regibus

BIU Cujas

adessent, [De Paribus, & quarum rerum cognitionē habeant, vide in c.j. in fin. de prohib. feud. alien. p Federicū. Et quare appellantur Pares, Panor. in cap.
186 cæterum. vers. qui aūt dicuntur pares. de iudi.] † Hi etiam nunc in sequentibus nominibus designantur. Rhemēsis Archiepiscopus, Laudunensis atque Lingonensis pontifices duces: Bellouacus, Nouionensis, atque Cathalpunēsis, episcopi comites sunt appellati. Ex seculi principibus Burgundus, Normanus, & Aquitanus ducatus dignitatem: Flandrensis autem, Tolosanus, & Campanus, comitatus prærogatiuam obtinuere. Hęc ille. Quorum Parium singuli officia habent distincta in sacro, & coronationis Christianissimi regis mysterito, ad cuius ornatum eodem dicente Gaguino, lib. viij fecerat Philippus Pulcher
189 sine huius senatus decreto non procedant. † Sunt Francorum rex aureas coronas gemmis multi pretij ornatas, quas Ludouicus Hutinus eius primogenitus filius post illius mortē regnum adeptus in cœnobium diui Dionysij transtulit, vt ad coronandos deinceps reges reginásque reponerentur. Quas Matthæus abbas, & eius monasterij cœnobitæ receptas seruare chirographis datis compromiserunt. Hæc ille.
187 † Plus videtis, quoniam suppressio tantæ dignitatis in regno pariter vergebat in Parlamenti senatus decolorationem: [De primæua Senatorum institutione, & vnde dicantur, habetur infrà sup verbo, *Adiectæ impuber.* & quæ dixi in verbo, *Duas habens filias.* loquēdo de Scuto Regio in colore saphyrino.] cuius pars ferè potior pares Franciæ dicūtur, sine quo senatu rex de reipubl. statu, & prouentibus regni, nihil vnquam statuere, aut disponere cōsueuit. de quo idem Gaguinus lib. iij. cap. fi. prope finē.
188 † Parlamentum, inquit, publicum ad iustitiam ministrandam conuentum Franci vocant, cuius instituendi auctor ab historicis nō traditur. Id enim cuiusque anni definito tempore, loco, quem rex designasset, habebatur. Verùm quia hæc generalis ex toto regno coitio impensis, & laboribus conuenientes afficiebat, obseruatum postea est, vt ex maioribus ciuitatibus, & prouinciis periti iudiciorum, & consuetudinis homines ad id munus delecti, ius cuique per prouocationem litiganti dicerent. Quæ institutio cùm vaga interdū incertáque commutatis sedibus esset, decreta est Parlamento apud Parisios curia & sedes, qua iudices designati se iugiter sisterent perpetui prouocationū diffinitores. Qui octuaginta sunt annua ex regis fisco stipendia capiētes: & hi quidem per quatuor curias distributi seorsum confidunt, suósque præsidentes habent. In prima quam Franci camerā vocant præsidentes quatuor, & consiliarij triginta, causas & lites audiunt: dilationes, & quæ ad iuris cognitionem attinent, constituunt: leuiora quædam & temporanea finientes, in reliquis singulis duabus cameris decem, & octo inquisitionibus præsunt, qui inquæstarum, id est, inquisitionum consiliarij dicūtur, quibus præsidentes quatuor præficiuntur. Horum omnium pars ex clero, parsque ex laicis constituitur. Sententias dictant, quas statutis diebus alter præsidentiū in prima curia palā enuntiat. Idque Arrestum, id est, fixum & firmatum vocant: A quo videlicet nemo prouocare possit. Qui verò reus sententiam in se excipit, sexaginta librarum Turonensium mulcta afficitur. Si quis tamen in iudicio error admissus reo videbitur, errorē proponendi, & in iudicium eiusdem curiæ deducēdi potestatem habet, nec prius auditur, quàm duplicatam
mulctā deposuerit. [Errauit in facto magister Gaguinus, quia libræ prædictæ sunt Parisienses valentes lxxv. Turon. de quibus & eorum auctoritate nihil elegantius videri potest post l. j. ff. de of. præf. præt. quæ aurea apud omnes meritò diuulgat.] Quarta curia est eorum, quos requæstarum, i. supplicationū palatij magistros vocāt: apud quos causa eorum tātùm agitur, qui regis obsequiis deputati vel priuilegio donati sunt. Et ab his quidē iudicibus, qui octo sunt, prouocare ad Parlamentū licet. at cū decidēdis iudiciis nodus aliquis, & anceps in causa difficultas surgit, omniū curiarū & camerarum cōsiliariis conuenientibus sententia fertur. Eius Parlamēti tanta fuit semper apud Francos auctoritas, vt quæ rex ipse de republica, déq; iure & quentibus regni statuerit, ea
dētes omnium primi sedent. [Scilicet in curia Parlamenti: tamen ipsi magistri requæstarū hospitij de per se seorsum à curia cameram tenēt, in qua de officiis regiis cognoscunt, tamen ab eis appellatur ad Parlamentū, & ita decisū fuit Arresto, anno domini M. ccc lxxxiiij. vt refert dom. Affrer. in suo tracta. Arresto. c. cxliij. His ergo cum Franciæ paribus cōprehensis centum omnino sunt, quibus appellationū cognitio, regaliarum quoque, & pariū causæ cōmittuntur, incōmutabili sententia terminandæ. Hęc ille. Hæc profectò curia Parlamenti ad instar senatus Romani à Romulo vrbis conditore (Tito Liuio j. decad. lib. j. teste) instituti fundata extitit. De cuius institutione, & magistrorum eiusdem præeminentia, pariter meminit glo. in fi. pragmaticæ. §. quocirca. super verbo, Parlamenta. & eleganter Lucas de
190 Penna, super titul. de præfecto. præt. lib. xij. † Nec posset alius princeps præter regem habere nec tenere in terra sua Parlamentum infra regnum, vt sentit Bart. in l. & hoc Tyberius Cæsar. ff. de hæred. instit. & Clarius Guido papæ, quæ. xliiij. quia cognoscere de appellationibus in vltimo ressorto est de regalibus: c. j. quæ sunt regali. in vsib feud. Hanc Parlamenti curiam Philippus Pulcher Francorum rex, ex post non esse ambulatoriā, sed cōtinuè Parisiis te
191 nendam confirmauit, † & curiam Parlamenti etiā Tolosæ perpetuò tenendam instituit, à cæteróque
* duo esse Parlamenta, vnum scilicet Parisiis, * *Anno 1320. Coraſ. in rubric. de ſenatorib. in fin.* aliud verò Tolosæ decreuit, Anno domini M. cccij. vt cauetur in suis tunc factis ordinationibus. xlvij. c. (Addi tio) Has ordinationes per Ioannem, Carolum quintum & sextum Francorū reges confirmatas reperietis in registro ordinationū regiarū cameræ inquæstarū Parlamenti Tolosæ, fol. xxv. verso. Quæ quidem curia Parlamēti Tolosæ fuit exposit per Carolum septimū, anno domini M. cccc xliiij. renouata. Et per Ludouicū vndecimū eius filiū domini nostri regis genitorē cōfirmata die secūda Octobris, anno domini M. cccc lxj. Tolosæ pariter tenenda de duobus præsidentibus laicis, & duodecim consiliariis, sex clericis, & reliquis sex laicis, tā ex patria linguæ

Doil,

BIU Cujas

Doil, quàm ex patria propria linguæ Occitanæ promouendum, cuius patriæ Tolosa est caput. (Additio.) Vt pater fo. dicti registri. cij. verso. & fol. clj. verso. In cuius curiæ institutione fuit inter regẽ, & patriam Occitanam expressè cõuentum, quòd scripto & communi iure in decidẽdo regeretur, ex quo pro malo appello, emenda regi non debetur, ex post acta fuit de vno præsidẽte, & quatuor consiliariis seu magistris. Et finaliter per Carolum octauum, Anno Domini M. cccclxxxv. consiliarij octo fuerũt additi partim clerici, & partim laici. [Et per eundem Ludouicum præcipuè decoratam legimus, quòd cõtra rebelles manu armata vti possit curia Parlamenti Tolosæ memorata, licet enim iudices manu militari cogere possint rebelles. l. qui restituere. ff. de rei vendi. tamen prudẽtur loquendo intelligitur manu seruientium ordinariorum, secundum Ioan. Fab. in l. j. de offi. mi. iudi. Cùm manu armata absque certa scientia principis vti nemini sit permissum, si expressè non mandetur. l. j. C. vt armorum vsus. lib. xj. aut lege expressè caueatur, vt in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. cum similibus. vel loquamur de curia Parlamenti Tolosæ, cui cõtra omnes rebelles eius arrestis non parentes concessa fuit per Ludouicum die penultima Ianuarij, anno domini M. cccclxvj. Quã concessionem perpetuam vidi extractam à libro Ordinationum regiarum dictæ curiæ,
192 & cameræ inquæstarum ex fol. cliiij.] † Et dicitur Parlamentum, quasi parium lamentum: quia (vt vidistis) fuit institutum, quòd omnes causæ Parium Franciæ in Parlamento, & non alibi tractarentur, & deciderẽtur, nec tenẽtur Pares Franciæ alibi litigare actiuè nec passiuè. Ex quo etiam dictũ est Parlamentum, quasi contra Pares Franciæ audiuntur lamenta pauperum subditorum. Aliter tamẽ accipiũt Bar. & Io. de Pla. in l. si quod extraordinarium. C. de
193 legatio. lib. xij. † Habemus pariter in Francia Cancellarium primum à regia maiestate in iustitia distribuenda magistratum, à cancellando dictũ, qui rescripta, & priuilegia per regem concedenda. sigillo regio munienda, quod apud se est, prius quàm eo muniantur, corrigit, & cãcellat. de quo Polycrates: Hic est, inquit, qui leges regni cancellat iniquas: Et mãdata pij principis æqua facit. Si quid obest populis, aut legibus est inimicũ: Quicquid obest, per eum desinit esse nocẽs. Videatis Lucam de Pẽna, in l. neminem C. de decurio. lib. x. Qui olim vocabatur Gallorum patritius. De quo loquitur papa in c. j. de donatio. iuxta suprascriptionem. Quæ quidem dignitas eũ liberat à patria potestate. insti. quibus modis ius
194 patriæ potesta. fol. §. ij. † Quo officio in Francia, vt fertur decorat' fuit Iacob. de Are. qui fuerat doctor regens Tolosanus, secundum Bart. in l. j. C. de sententiis, quæ pro eo quod interest proferũtur. Etiam Petrus de Bellapertica fuit Franciæ Cancellarius, & vt talis Epitaphio adhuc hodie in choro ecclesiæ cathedralis Parisiis palàm visitur sepultus, insigniisque
195 decoratus. † Et est in Frãcia Cancellarius loco quæstoris, de quo in l. præcipim'. C. de appella. secũdum gl. super verbo, quæstor. in l. ij. C. de petiti. bon. sublatis. lib. x. [Vbi Bal. in tertio notab. dicit tres esse quæstores. Vnus qui sedet ad latus principis, qui est illustris, ad cuius officium pertinet subscribere se in rescriptis, & respõdere viua voce aliquid implorãtibus, de quo loquitur hîc. Alius est q̃stor prouincialis, qui quæstum à prouincialibus recipit: id est, tributorias functiones, de quo loqtur. ff. de officio quæsto. Alius quæstor erat, qui causas criminales audiebat, secundum Odoffre.] Et clariùs hoc dicit in verbo, quæstor. in l. fina. C. de diuersis reser. & pragmat. sanctio. pro qua est tex. in Authẽ. vt diuinę quoque iussio: subscriptio. habeãt glorioſi quæstoris. collatio. viij. Quia officium quęstoris erat decretare petitiones. sicut & logotheta in regno, secũdum Lucam de Penna in dicta l. ij. C. de petitio. bonorum sublatis. li. x. quas signabat, & in eis se subscribebat, vt hodie faciunt secretarij regis in subleuamen Cancellarij propter multitudinem negotiorum in Cancellaria, & curia regis affluẽtium. Facit gl. super verbo, exquæstori. in §. cúmque. in proœmio instit. volens
196 secundum vnum intellectum, † Tribonianũ fuisse Iustiniani Imperatoris Cãcellarium. De quo videatis Guido. Papę non ita amplè nec clarè loquentem quæstio. cccxxvj. vers. xxxij. quæro. Et est tex. in l. j. in fine. versic. ex his. ff. de officio quæst. Vnde Isidorus lib. iij. etymologiarum, auctores, inquit, iudiciorum præpositos quæstores vocamus. c. forus. de verborum significat. Et Gregorius in cap. j. de donatio. Cancellarium, vt dixi, vocat Gallorũ patritium. Aliqui Cancellarium vocant præfectum prætorio simpliciter dictum per excellentiam: Eo quia in omnibus præfertur aliis prætorio præfectis quocũq; loco fuerint. Ex quo videmus eũ, in quocũque Parlamento regni huius sedere primo loco. Et primus post
197 regem, † de quo Cassiodorus lib. vj. variarũ quæstionum sic dicit: Si honoris alicuius est origo laudabilis, si bonum initium sequẽtibus rebus dare potest præconium, tali auctoritate præfectura prætoriana gloriatur. Qui & modo prudentissimus, & diuinitati probatur acceptus. Nam cùm Pharao rex Aegyptius de periculo futuræ famis Marcidis somniis vt geretur, nec visionem tãtam humanum posset reuelare consilium, Ioseph vir beatus inuẽtus est, qui & futura vera prædiceret, & periclitanti populo prudẽ
198 tissimè subueniret. † Ipse primus huius dignitatis insulas conseruauit, ipse carpentum reuerẽdus ascẽdit ad hoc gloriæ culmen euectus, vt per sapiẽtiam cõferret populis, quod præstare nõ poterat potestas dominantis. Ab illo nanque Patriarcha, & nunc pater appellatur imperij. Quod est, quod non habebat cõmissum, cuius est ipse sermo iudicum. Penè est vt leges possit condere, quando eius reuerentia sine appellatione poterit negotia terminare, potestate nulla dignitas est æqualis, vice sacra vbiq; iudicat. Nullus miles de fori sui auctoritate præscribit, excepto magistro militum: credo vt aliquid antiquitas cederet, qui videbatur pro republica bella tractare. de quo pleni' Lucas de Pẽna, in l. duos. C. de suscepto. & arca. lib. x. vbi eandẽ prærogatiuã concludit aliis præfectis prætorio competere. Quod est intelligendum in absentia Cancellarij, vt ibi, qui per excellentiam, vt dixi, vocatur simpliciter præfectus prætorio. Cui quando Imperator scribebat, simpliciter præfectum prætorio vocabat, vt patet in secunda constitutione Cod. quæ Mennæ præfecto prætorio dirigitur. Sed quando scribebat cæteris, eos nominabat præfectos prætorio Constantinopolitanæ, vel Africæ, aut Illyrici, vt patet in pluribus locis libri primi Codicis. Et hi præfecti prætorio, quorum loco sunt hodie in regno Parlamenta, in absentia Cancellarij omnia prędicta faciunt. Cùm non possit ipse in singulis Parlamentis residere, nec in vno, quia regẽ sequi, eíque assistere necesse habet, vt dicit glos. in dicta l. secunda. C. de petitio. bonorum subla. quod quæstor, id est,

Cancel-

BIU Cujas

Cancellarius est,qui circa latus principis stat, cuius cõsilio & directione vniuersalia regni,& summè arduastatũ regni, aut si aliquod sit inter pares vel principes bella mouentes iurgium, aut Parlamenta de limitibus, aut prærogatiuis disceptent, rex audit, gubernat,& discutit. Cum quo certus stat per vices dictorum octo magistrorum requæstarum hospitij regis numerus, necnon certi alij, qui stabiles non esse consueuerunt consiliarij, interdum de parlamentorum ibi affluẽtium magistris, & Doctoribus practicantibus. Sũt & aliquãdo de diuersis regni partibus, qui semper regẽ sequũtur: vt per omnes supradictos in diuersis Parlamentis & regionibus existentes de singularum statu prouinciarum, & moribus possit & valeat in veritate, ac pro singulorũ climatum necessitatibus, res ad bene regendum informari, cùm aliàs non sint consiliarij, qui regẽ sequuntur perpetui,nec certo numero,aut certa pensione taxati, nec cognoscunt nisi de maximis, & tangentibus statum vniuersalem ipsius regni,nisi rex ex causa aliud ordinaret,aliquam causam particularem cognoscere volendo,quòd rarò contingit: Sapiẽtissimum ac diuinum Ietronis ad Moysen cõsilium sequendo.de quo
199 habetur Exodi xviij. †Qui videns Moysen generũ suum,& Dei Cancellarium super populo Israël, vt habetur Numeri xij. cap.circa particularia occupari: Non bonam,inquit,rem facis, stulto labore cõsumeris tu.& populus iste,qui tecũ est.vltra vires tuas est negotium, solus istud non poteris sustinere. Sed audi verba mea,atque cõsilia, & erit dominus tecũ. Esto tu populo in his,quæ ad Deum pertinent,vt referas,quæ dicũtur ad cũ, &c. Prouide autẽ de omni plebæ viros potẽtes, scilicet iudicare per suã sapientiam, & experientiã, & timentes Deum,scilicet magis quàm homines, & apud quem non est acceptio
200 personarum: In quibus sit veritas,scilicet vitæ,iustitiæ & doctrinæ. Et qui oderint auaritiã,&c. †Quia omnes cupidi propter munera de facili flectuntur, & diuertuntur à iustitia. Et cõstitue ex eis,qui iudicent populum omni tẽpore, scilicet continuè vacãdo expeditionibus causarum particularium, cùm ad vniuersalia non sint occupati. Quicquid autem maius fuerit,videlicet cõcernens statum regni,aut personam regis,vel tale negotium,quod caudam traheret Scorpionis: putà quia trahi posset ad malam cõsequentiam, aut si accusaretur talis persona, quæ inferioribus deferri non posset iudicibus, nec curiæ Parlamenti.l.fina.C.vbi senato.vel clarissi.& l.milites. C.de officio magistri militum. Vel ageretur de eximendo, aut restituendo vel supprimendo dignitates & officia publica,secundum glos.in capit.præceptis.xij.distinctio. Referant ad te,qui iudicabis de illo: vel modum,& formam iudicandi dabis eis. Facit capitu.maiores.de baptis. Et ipsi minora tantummodo iudicent,id est, communes & ordinarias cau-
202 sas,quæ veniunt in contentione iudicali. Leuiúsque sit tibi in alios partito onere: quia dicit Gregorius ad Maximum episcopum. Mandata ecclesiastica efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur.capitu.mandata.de præsumptio.vbi glos.ad propositum arguit de officiis partiendis. xciij.distinctio.cap.diaconi. Si hoc feceris,scilicet de maioribus causis tantùm cognoscendo, vt suprà, quæ satis principem occupant, & consilium suum toto anno, & causas ordinarias omnes quaslibet coram suis ordinariis in suo territorio, quod minoribus sumptibus,& laborib⁹ sit tractare permiseris: Implebis imperium domini, id est, voluntatem Dei, vel sic faciendo, scilicet de maioribus tantùm causis cognoscendo, de quibus suprà, Implebitur imperiũ pace, & omni tranquillitate, & omnia quæ publicum statum concernunt, & vniuersum gubernamẽtum tam in militia, seu statu belli, moribus & finantiis, quæ omnia sunt reipublicæ, & fideiubent pro omnibus his, quibus pro Republica indiget, secundum Philosophum rectè gubernabuntur, quæ sæpissimè malè gesta relinquuntur occupatione particularium,& priuatorum negotiorum: propter quam habẽtes regimen vniuersalium in curia, præcepta regis statum regni concernentia sustentare non possunt:quia pluribus intentus minor est ad singula sensus. & qui ad vtrũq; festinat,neutrum bene peragit. Et omnis hic populusreuerteretur ad loca sua cũ pace,vt quilibet in suo territorio. & ressorto litiget minorib⁹ sũptibus, vbi in curia regis vexaretur maximis expensis, & laborib⁹. Et tardius propter negotia regni ardua totum tempus, & consilium occupantia expediretur, vbi coram ordinariis fuisset breui tẽpore expeditus. Ex qua expeditione pax & bonum publicum procuratur. l. properandum. §.j. C. de iud. facit capitu.finem litibus. de dolo & contumacia. Quibus auditis Moyses fecit omnia, quæ ille, scilicet Ietro socer eius,suggesserat: quia creatis & institutis à cætero ordinariis iudicibus remisit vnumquẽlibet in locum suum cum pace. Hunc sanctissimũ virum honorem diuinum,& bonum reipublicæ zelantem elegit Deus in populo suo, & instituit Cancellarium: qui consilio Ietronis etiam bonũ reipublicæ zelantis obediuit, & taliter se habuit, quòd Deum facie ad faciem videre, & cum eo familiariter loqui, nec-
201 non populo dominari meruit. Rex † regum & eximius prophetarũ Dauid, Iosaphat virum vtique prudẽtem & sanctum habuit in suum Cancellariũ, vt habetur ij. Regum viij. capit. in fine. Quæ dignitas ex tũc vocabatur à cõmentariis: quod est nomen indeclinabile:& significat idem quod Cancellarius. secundum Lyram ibi. cuius officium erat,secũdum eum,dictandi leges,vt suprà vidistis, secundum Polycratẽ: necnon repetere seu recordari casus varios quotidie occurrentes: & qui veniebant ad Dauid. Cùm infinita ardua negotia dietim ad regem confluant,quæ ei per Cancellarium propter labilitatem memoriæ regis expetenda erant,vt per ordinẽ expedirentur, secundũ eum ibi super verbo, Iosaphat filius Achilud. Ad quod faciendũ habet Cancellarius Franciæ octo magistros requestarum hospitij coadiutores, cùm impossible sit rerum habere omnium memoriam. Ob quod refert Gaguinus libro 4. capitulo primo,de Carolo Magno,quod tabellis ceratis vtebatur: vt quæ vel excogitaret per se agens,aut inter occurrentes curas se agẽda præsentarẽt,ea scri-
202 ptis mandaret. Vlpianus † Alexandri Imperatoris fuit Cancellarius,de quibus sic scribitur: Alexander matrem habuit Christianam nomine Mameas, cum qua Origenem presbyterum audire curauit. hic fuit iuuenis virtuosissimus, qui rempublicam salubriter gubernauit consilio Vlpiani vsus, qui fuit legalis scientiæ princeps. Seneca vir sanctissimus, in omníque scibili doctissimus, Neronis Imperatoris fuit Cancellarius secundum Lucam de Penna super rubrica C. de quæstoribus & magistris officio-
203 rum, libro duodecimo. Similiter habuit ecclesia Romana & Papa Cancellarium. qui Bibliothecarius vocabatur,capit.Adrianus j.lxiij. distinct. secundum glo.

BIU Cujas

dum gl.ibi. Qui cùm ſemel ex gloria propter excellentiam tãtæ dignitatis, cùm papa ſatageret contendere de pari: ſtatutũ fuit pro lege, quòd non cancellarius, ſed vicecãcellarius papæ à cætero vocaretur. quod & hodie ſeruatur, ſecundum Gul. & Zabarel. in clemẽ.ne Romani. de electione. & ita vocatur in proœmio.§.ſanè.verſic.nos ad apicem. lib. vj. & gl. pragmaticæ ſuper verbo, vicecãcellarium. §.Roma-
204 næ verò. titulo dẽ cauſis. Et † iſte vicecancellarius in curia Romana eſt ille, qui regulas apoſtolicas regit, cuius diſpoſitione dantur in curia & extrà cum ſubſcriptione duorum abbreuiatorum. Et eſt iudex in pertinentibus ad expeditionẽ bullarum, ita quòd in curia maior eſt poſt papam, ſecũdum Zabarel. in dicta clemẽ.ne Romani.§. eoipſo.in iiij. quæſtio. ſicut in Francia cancellarius eſt maior poſt regem, vt dixi. Et inde eſt, quòd vicecãcellarius papę olim vocabatur Bibliothecarius, quia ad eum ſpectat cuſtodire libros bullarum, & libros regularum & extravagãtium. Ex quo in curia practicatur, quòd certam capit partem de regiſtro bullarum, quia tenetur de omnibus ibi contentis reddere rationem, ſecundum gloſ. in proœmio regularum cancellariæ Innocentij octaui. Sicut cãcellarius Franciæ reddere tenetur rationem de omnibus literarũ expeditionibus coram eo expeditis. Eſt enim præſes iuſtitiæ in curia, ponit decretum irritans & alias clauſulas. de quo per gloſ. in cap. ſtatutum. de reſcrip. libro vj. §. j. in verbo, literarũ. Et ſedere poteſt & ſtare cum auditoribus rotæ in deciſione cauſarũ, etiam in præſentia papæ: quia, vt dixi, eſt præſes iuſtitiæ ſecũdũ glo. in dicto proœmio, ſicut vidiſtis de cãcellario Franciæ, qui tanquã primus poſt regem præſidet in omnibus parlamẽtis regni, & ſicut Moyſes in regno & ſynagõga Iudæo-
205 rum pro Deo verus cancellarius fuit. Sic † ſolus papa in eccleſia Dei cancellarius vocatur, cuius & Dei vnum & idem dicitur eſſe conſiſtorium. ſecundum Hoſti. in cap. quanto. de tranſlatio. epiſc. Pariter Iuſtinianus Tribonianum habuit cancellarium, libros in candidatu principis legentem, ſecundum gloſ. in proœmio Inſtit. §. cúmque hoc Deo propicio. ſuper verbo, ex quæſtori. vt dixi ſ. Et non de cauſis communibus ſe onerantem, nec populum & ſubditos ve-
206 xantem. Hæc † profectò conſiderans magnificus ille vir, atq; ſuperilluſtris domin⁹ Gulielmus de, Rupe forti domini noſtri regis cancellarius in origine regni ſui laboribus parcens & expenſis ſubditorũ, & vt rex & ipſe liberius cauſas huius tam ampli regni vniuerſales, ſtatum ipſius & regis tangentes, quibus ſine rege dari non poſſet medela, audire, tractare, & diffinire ſalubriter & maturè in regni augmentum & honorem, rémque militarem in tuto vt decet collocare & diſponere poſſet. Et præterea ne rex chriſtianiſſimus qui dietim & literatoriè cauſas in curiã papæ, aut corã iudicibus apoſtolicis, ſpretis ordinariis, deferri, vt non vexẽtur ſubditi, nec ordo ſacrorum canonum, & diuinarum ac humanarum legum ſimul ordinationum regiarum turbetur, autoritate cõcilij generalis, & ex decreto Baſilienſi titu. de cauſis vetare & prohibere conſueuit, cõtrafacientes puniẽdo, ipſe quo ad regnicolas & ſibi ſubditos cõtrarium facere dicatur, putans iuſtum in ſui perſonam quod reprehẽdit & vetat, tanquam iniquum in ipſo papa, ſuis contentus terminis Ietronis conſiliũ ſaluberrimum, vt alter Moyſes aut Ioſeph vel Ioſaphat & Tribonianus audiuit, regémque conſuluit, tantã cauſarum multitudinem potiùs cauſa vexandi pauperes, & fugiendi ſeu protelãdi iuſtitiam, ne citò in partibus fieret, ad regem delatam, remittere quoſlibet in ſuum parlamẽtum, cauſis ſtatum regni, officia regia & quæſtiones inter duo parlamẽta exiſtentes, & ſi quæ in futurum emergerent, cõcernentibus exceptis: & à cætero cauſas alias euocari edicto perpetuò vetaret: prout factum extitit anno Domini M. ccccl xxxiij. menſe Ianuario in concilio triũ ſtatuum regni Turon. congregato, cuius iuſtitia manebit in ſeculum ſeculi: adeò quòd nunc dici poteſt de ipſo quod ſcribitur Pſal. lxvj. Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicat populos in æquitate, & gentes in terra dirigit. Et præſertim hoc æquiſſimum ſolamẽ nobis Occitanis indulſit, ne extra limites, parlamenti noſtri trahamur per quaſcunque literas quas ex tunc caſſas & nullas eſſe voluit, & declarauit: cum extinctione omnium proceſſuum, & per captionem & arreſtationem portitorum & literarum. Quæ conceſſio cùm in forma pragmaticæ paſſata fuerit cum regni proceribus & tribus ſtatibus regni Turonis tũc congregatis, & magno regis conſilio, nõ poſſet reuocari per quancunque clauſulam generalem derogatoriã. per glo. ſuper verb. illic omni priuilegio. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. iuncta glo. in l. iubemus nullã. & auth. ſed & permutare. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. fin. C. de diuerſis reſcri. & in l. ij. C. de quibus munerib. vel præſtatio. nemini ſe liceat excuſa. lib. x. &. in c. j. de rerum permutatione. ſed quoties aliquid dubij emergit, conſulitur ipſe per curiam & officiarios, quos libenter recipit & audit, Valentinianæ conſtitutionis non immemor dicẽtis in l. ij. C. de offi. vica. relationes iudicum libẽter audimus, ne adminiſtratorũ decreſcere videatur auctoritas, ſi eorũ cõſulta velut prophanorũ preces à noſtris adytis repellamus &c. Hæc iam
207 de ſtatu Franciæ quo ad iuſtitiam. † Et quia ſicut regnum bene ordinatur intra ſe per iuſtitiam: ita extra ſe reprimẽdo aduerſarios per militiam pręcipuũ decus eſt ſtabilimẽtum totius imperij, quale eſt militaris diſciplinæ tenaciſſimum vinculum: in cuius ſinu ac tutela ſerenus tranquillúſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit, vt libro ſecundo tit. de diſciplina militari dicit Valerius in princip. Ob quod Mars imperij Romanorum pater appellatus ibi perhibetur
208 cũ de Lucio Quinto Cincinnato loquitur. † Cuius militiæ director in præſenti regno eſt coneſtabilis, qui ad res bellicas ſecundus poſt regẽ eſt, teſte Gaguino libro iiij. capit. vltimo. Olim tribunus celerum, id eſt militũ, qui celeres equos habẽt, vocatus. de cuius initio, nomine, & officio, ac poteſtate, habetis textus in l. ſecunda. § in initio ciuitati. ff. de origine iuris. Et primus inter Latinos coneſtabilis Iunius Brutus, qui auctor fuerat reges eiiciẽdi, fuit, vt ibi. Et in veteri teſtamento princeps militiæ vocabatur, qualis fuit Holophernes ſub Nabuchodonoſor Aſſyriorum rege, Iudith. ij. capitu. qui regnabat in Niniue ciuitate magna. Et Nabuzardam ſub rege Babylonis etiam princeps militiæ vocatus, & poſt regem ſecundus, Ieremiæ vltimo capit. Et ſub Saule primo Iudæorum rege fuit Abner. j. Regum xvij. c. in fine. Et ſub Dauide poſteà rege fuit Ioab filius Saruiæ: quia cùm Dauid ij. Regum v. capitulo, præmium propoſuiſſet ei qui Iebuſæum percuteret dicens, primo Paral. xj. Qui percuſſerit Iebuſæum, erit princeps & dux, ſcilicet militiæ. Et aſcendit primus Ioab, & factus eſt princeps, &c. qui textus clarè probat neminem ad tale officium aſſumendum

dum,qui non prius militauerit,& reipublicæ profecerit in salutē populi, vt fecit Naamam regis Syriæ conestabilis.de quo iiij. Reg.v.c.sic dicitur: In diebus illis Naamam princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud dominum suum & honoratus: per illum enim dedit dominus salutē Syriæ, erat autem vir fortis & diues. Sed cùm leprosus esset, propter merita ad rempublicam sanatus fuit per Helisæum à lepra, vt ibi. Sub Salomone fuit Banaias conestabilis,postquam interfecit Ioab prædictum, qui occiderat Abner etiam principem militiæ Saulis ignorante Dauid.ij.Reg.iij cap.& iij.Reg.ij.cap.ibi, Et cōstituit rex Banaiam filium Ioiade pro eo super exercitum,cùm esset vir fortis & prudens, fuerátque regis Dauid secretarius.ij.Reg.xxiij. circa fi. ibi, fecít-
209 que eum sibi Dauid auricularium,&c. Etiam †sub conestabili à primordio fuerunt & adhuc sunt in regno isto marescalli, qui olim Romæ magistri equitum,id est militum, dicebantur, vt dicto cap.fina.& in dicto cap.ij. vocantur duces militum. Marescallus enim nomen est officij eius qui parte aliqua bellicis rebus præest,vt Gaguinus dicit libro vij. cap.j. de quorum origine, & institutione,officio,& potestate est tex.in dicta.l.ij.§.post deinde.versi.populo deinde aucto.ff.de orig.iur.& in l.milites. C.de offi-
210 cio magistri militum. Et † sicut olim in Romano imperio fuerunt quatuor principales magistri militū.l.ij.§.sancimus. C.de offic.præfect. præt. Africæ. vbi etiam vocātur duces militum:sic etiam in regno Franciæ sunt quatuor Marescalli, & fuerunt simul instituti cum dictatoribus,quorum loco sunt hodie præfecti prætorio.vt dicto §. post deinde. & in Frācia præsidentes & magistri in parlamento. Nam
211 †prefecti prętorio,id est magistri in parlamento,& magistri militum non modicam habent inter se cōnexitatem,quæ apparet ex l.j.loquente de prefectis prætorio. & l.ij. loquente de magistris militum sub eo.tit.positis.C.de offi.præf.præt.Afri. & tex. & expresse eos iungit in l.j.ff.illo eod. tit. imò respectiuè sunt æquales, & origine & potestate in his quæ eorū incumbunt officiis.Super quo videatis Lucā de Pēna super rubrica de præfect.præt.C.lib.xij. Ideo nō subiiciuntur quæstoris seu cācellarij iudicio:nec prefecto prætorio.vt suprà vidistis,secūdum Cassiodotum.si Pares non essent prefentes,sed solùm regē habent vltorem.l.fin.C.vbi senato.vel cla. & l.prima. C.de officio magistri mili. vel eum cui rex cōmiserit: in signū cuius & memoriā sub eodē tecto præfecti prætorio,id est magistri in parlamento,& marescalli q sub conestabili sunt in palatio Parisiis curias tenēt vicinas & cōtiguas.Præfecti quidem prætorio vt suprà vidistis, & marescalli in aula magna eiusdem palatij super tabula marmorea in alto capite dictæ aulæ sita,solùm de actionibus & quæstionibus bellicis cognoscētes,supra quos dictatores nunquam fuerunt,pares in potestate existētes, nisi quis equitum magister pro necessitate tēporis, aut gratiæ causa voluntariè dictatori se subiecerit.l.est receptum.ff. de iurisdictione omniū iudicum. vt Romæ
212 semel contigit † quòd Minutius equitum magister seu marescallus Fabio dictatori pro subsidio eidem impenso gratificauit. de quo Valerius libro v.cap.ij. titulo de gratis:Fabio(inquit) etiam incolumi summa cū gloria gratia relata est, aduersus dictatorem: dictatori enim magister equitum Minutius scito plebis,quod nunquam antea factū fuerat,æquatus,partito exercitu seperatim in Samnio cum Hannibale conflixerat. Vbi temerè inito certamine pestiferum habitur⁹ exitum subsidio Fabij conseruatus, & ipse, scilicet Minutius,eum,scilicet Fabiū, patrem appellauit: & à legionibus suis patronum salutari voluit: ac depositio æqualis imperij iugo,magisterium equitum,sicut par erat,Dictaturę subiecit:imprudentisq; vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit. Hæc ille. Aliter & aliàs marescalli præfectis prætorio æquales semper fuerunt. Quia etiam in exercitu præpositum habent, qui præpositus marescallorum vulgari eloquio nuncupatur, crimina belligerūm coërcēs. Et quia tales marescalli auctoritatem habēt supra milites,& totum principis exercitum,alio nomine vocantur & appellantur Epidemetici,ad epi, quod est supra,& metis,id est metatis: id est militibus in terminis castrorum existentibus: quasi supra milites demetiantur, id est diuersis diuersa assignent hospitia,secundum glos.super rubrica. C.de metatis & epidemeticis.lib.xij. vbi & in l.j.Ioan.de Pla.vocat eos marescallos. Et si semel super ostio domus nomē illius cui domus assignata fuit talis Marescallus apposuerit,& posteà ipsum deleuerit, pœna falsi tenetur, vt in d. l.j. & quicunque alius hoc fecerit. Et in Francia tales habēt hoc peculiare officium assignandi hospitia, & sequūtur curiam regis quocūque vadat.qui vocantur marescalli hospitiorum, id est, *Les mareschaux des logis.* Habentes sub se forrerios, qui actualiter pro ipsis assignant hospitia, sed in exercitu marescalli habēt supra milites omnimo
213 dam auctoritatē etiam hispotiorum. Habēt † etiam marescalli capitaneos sub se, seu armigerūm duces. Quorum quidam vocantur tribuni, quorum quilibet præest mille hominibus, alij sunt centuriones. Cēturio enim de quo loquitur euangeliū in plurib⁹ locis,est,qui centum præest hominibus. Alij dicuntur quinquagenarij, id est præfectus quinquagenarius, qui quinquaginta præest hominibus. Alij decani. Decanus autem præest decē militibus. Et sic status originem sumpsit à Moyse, consilio circūspecti Ietronis cognati seu soceri sui. allega. Exod. xviij. capit. Et isti omnes, & qui sub eis sunt milites, non tenētur alibi criminaliter, nec ciuiliter respondere, quàm coram magistris militum, vel eorum præposito.vt dicta l.magisteriæ potestati.C.de iurisdi.omn. iudi. quandiu sequuntur exercitum, vel durat tempus commeatus: quo licentiam habuerunt visitandi rem familiarem, quo durante habentur in exercitu pro præsentibus. Eo autē elapso,vel si negotiationi vacent, tenentur coram ordinariis patriæ iudicibus respondere, nisi haberent priuilegium militandi & negotiādi à principe. l.j. C. de quibus causis milit. fori.præscriptio. vti non possunt. Si verò in exercitu aliqui vltra statutum numerum,& in registro seu matricula non cōprehensi militarēt, certè fori præscriptione non gauderēt,nec immunitate à publicis oneribus.l.eos qui vltra.C.de officio magistri militum. Et licet in Francia esse non consueuerint, nisi quatuor Marescalli, posset tamē rex alium vel alios de nouo creare ex causa, vt fecit Imperator in l. fin. illo eodem titulo de officio magistri mili. Tertius
214 †principalis in Francia fuit & est status thesaurariorum,qui à quærēdis & cōseruandis pro necessitatibus reipublicæ pecuniis olim quæstores nominabantur. Sicut enim regnum in se durare non potest sine statu iustitiæ,qua sublata, regna secundum Augusti. aliud non essent, nisi publica latrocinia: sic stare non posset sine ordine militaris belli, quo ab

hostibus

hostibus defendatur. Et neuter statuum præcedentium sine pecunia consistere potest. Et inde Philosophus animam reipublicæ pecuniam esse dixit. Fide iubet profectò numus pro omnibus his, quibus homo indiget. vnde videatis ex pecunia publica officiariis iustitiæ vadia, & militibus stipendia assignari, de quibus viuũt, ne subditos cõcutiant aut deprędẽtur: quibus voce clamãtis in deserto dictum est Lucæ iij. Neminẽ concutiatis, neque calumniam facia tis, sed estote cõtenti stipendiis vestris. Et horũ triũ statuum reipublicæ principalium quilibet auxilio alterius indiget, vt pulchrè docet Imperator. C. de Iustinianeo Codice confirman. Adeò q̃ de Francis regibus dicere possimus & eorũ regno, quod ibi scribitur in princ. Summa reipublicæ Francorum tuitio de stirpe duarum rerum, armorum atque legum veniẽs, vimque suam exinde muniens, felix regum nostrorum christianissimorũ genus, omnibus anteponi nationibus, omnibus gẽtibus dominari, tam præteritis effecit temporibus, q̃ Deo principio in æternum efficiet. Istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit. Et tam militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsæ leges armorũ præsidio ser-
215 uatæ sunt. Ortum † autem & originem habuerunt hi quæstores seu thesaurarij à populo Romano in principio nascentis ciuitatis, cũ ærariũ populi auctũ esse cœpisset, in quo pecuniæ publicæ reponebãtur. Quia vt essent qui ærario thesauri præessent, constituti fuerunt quæstores, qui pecuniæ præsiderent: & dicti sunt ab eo quòd inquirendæ & cõseruandæ pecuniæ causa creati erant. l. ij. §. iisdem tẽporibus. ver sicu. deinde. ff. de orig. iur. Ob quod dicit text. in l. j. ff. de offic. quæsto. quòd origo quæstoris creandi antiquissima est, & penè ante omnes magistratus. Habuerũt enim Romulus cõditor, vrbis. & Numa Põpilius binos quæstores, quos ipsi nõ sua voce, sed populi suffragio, id est, consensu & electione creârunt, vt ibi. Et sunt in Francia quatuor principales, qui de causis inter fiscum & priuatos cum pręsidibus, id est seneschallis cognoscũt. l. ij. C. si aduersus fiscum. vt exemplo Tolosæ videre potestis, vbi de illis causis ambo cognoscũt, scilicet Seneschallus, seu eius locũtenens, & Thesaurarius seu receptor prouinciæ Tolosanæ. Et tenẽt de illis causis eorũ communem curiam post prandium in domo thesauri regia. Quorum quatuor thesauriariorũ principaliũ plures sub se diuersarum prouinciarum habent receptores, qui in suis prouinciis cõmuni sermone, etiam thesaurarij vocantur, licet non sint: sed simplices receptores. Quorũ officium est quærere, & exigere omnia, quæ domanij regis, & de patrimonio seu mensa regis sunt. Et nulli sunt receptores, qui sub thesaurario suo non respondeant: quorũ thesaurarius curam habet. l. j. & secunda. C. de offic. quæstoris. Posito, quòd in præsenti regno sint omnes receptores per regem creati, cùm eorum officia formata & ordinaria exi-
216 stãt & perpetua, sicut cætera, vt dixi in verbo, *Duas habens filias*. Nihil tamen ad firmã tradere possunt, locare, nec arrendare sine prince, aut eius deputatis. vt l. fin. illo eod. tit. de officio quæstoris. vbi gloss. arguit, & in l. prima, in fine. eodem tit. cõtra Petrum de Vico, qui quęstas locabat sine principe. Et quicũque dictis receptoribus debita ad causam domanij soluit, liberatus est, nec teneretur receptore effecto non soluẽdo, nec patria tenetur: sed imputetur regi, qui tales elegit, & creauit. Et † officium quatuor thesauriariorũ est discurrere prouincias, & visitare domanium illud conseruando: & si iustè fieri posset augendo, & occupatum ac perditum recuperando auxilio præsidum: vbi de reditu vigintiquinque librarum turonen. & infrà quæstio foret. Si autem de maiori summa ageretur, curiæ parlamenti in cu-
217 ius ressorto est, cognitio pertineret. Sunt † præterea in regno quatuor quęstores seu thesaurarij, qui non thesaurarij, sed generales vocãtur. Quorum officium in pecuniis extraordinariis, & subsidiis quærendis & conseruãdis versatur. Sunt enim quæstores & receptores talliarum, quas rex annis singulis indicit pro necessitatibus regno occurrẽtibus, secũdum maius & minus, pro modo necessitatum, quæ talliæ leuantur à non priuilegiatis pro valore rerum & bonorum ruralium, quas quisquam plebeius habet & possidet: nam præcedẽtes domanij reditus, quos quatuor thesaurarij leuant, sunt ordinarij. A quorum solutione, velut ordinariorum nemo est exemptus.

Et hi quatuor generales, qui talliis & collectis subsidiorum præsunt, certos habent in singulis prouinciis receptores, quos ipsi nõ eligunt nec rex, sed vna quæque prouincia, cui annis singulis mittitur summa quæ a rege petitur: congregat omnes cõsulatus, in qua congregatione officiarij regij se ingerebant, non vt reipublicæ prodessent, sed vt aliquid pro assistentia extorquerent à consulatibus, quod fieri est hodie prohibitum per ordinationem domini nostri regis moderni Caroli octaui factam anno Domini M. cccc xc. & si ibidem reperirentur, prohibetur aliquid eis dari etiã pro speciebus sub pœna recuperãdi super statibus patriæ, & aliis qui eis donauerint, & sub pœna arbitraria officiariis talia dona recipiẽtibus indicenda. [Hanc ordinationem dominus Auffrer. situauit xiiij. in titul. de tallis.] (Additio) Pariter cùm in statibus cuiuslibet prouinciæ cõgregatis annis singulis pro impositione denariorum regiorum consueuissent vocari & interesse nobiles domini temporales & prælati ecclesiastici prouinciæ, quibus magnæ taxabãtur summæ pro vsagio in maximum detrimentum subditorum. fuit hoc à cætero fieri prohibitum per regiã ordinationem Ludouici duodecimi nunc regnantis, factam Blesis anno Domini M. cccc xcix. quę est in ordine. xv. vbi hoc prohibetur sub pœnis in ea contentis, quia sufficit solos cõsulatus interesse, quibus solis, & non ecclesiasticis aut nobilibus incumbit onus denariorum portare & soluere, inter quos summa illa toti prouinciæ indicta partitur & diuiditur. Et tunc omnes simul eligunt pro illo anno receptorem ad leuandum denarios singularum parochiarum, pro quo creando non debent consules & alij denarios regios situantes & diuidentes, aliquid extorquere sub pœna dupli accipientibus, & receptori danti sub pœna priuationis officij imponenda, vt cauetur in alia ordinatione regia præfati Caroli octa-
§ ui. [Quam dictus Auffreti. situauit vbi suprà xv.] Et si ille receptor efficeretur non soluendo, adhuc ad ratiocinia obligatus, nec haberet vnde rege seu generali suo soluat, patria teneretur illos denarios facere, & tenere bonos regi & regno: quia est quid imputetur patriæ quæ talem elegit, aut electioni illius consensit, & eam gratam habuit. facit textus in l. secunda. ff. ad municipa. & l. prima. C. de decuri. libro decimo. & l. cùm ostendimus. §. finali. in fine. ff. de fideiusso. tuto. vbi laudans quem & gratificans in aliquo publico officio, censetur pro eo fideiubere. & ad hos fines rex de illis receptoribus creandis

BIU Cujas

creandis non se intromittit, nec etiam generales, vt semper patria denarios bonos facere teneatur. Quæ practica & cautela sumpta fuit ex tex. dictæ l. vnicæ. circa principium ibi, etiam ipsum Romulum & Numam Pompiliũ binos quæstores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio, id est consensu, & electione crearent &c. ff. de officio quæstoris. Ideo cauti esse debent eligẽtes, vt ab electo bonas & sufficientes suscipiant cautiones, pignora, aut fideiussores, quorum plures vidimus in ictu oculi destructos. Omnes supradicti tam quatuor thesaurarij, quam quatuor generales, tenentur annis singulis reddere regi computa & rationes de receptis & administratis, seu his, qui ab eo deputati sunt, † quales sũt præsidentes & consiliarij cameræ computorum regiorum Parisiis, sine quorum auctoritate & decreto nulla valet, nec proficit remissio seu quittãtia regis, nec magnatum regni: nec tenet aliqua per regem facta alienatio, donatio, aut perpetua vel temporalis assignatio. Et meritò, quia regnum immẽsa est ex nobilitate largitas, & liberalitas: q̃ aliquibus nõ clauditur terminis, & omnia iam exulassent, si camera illa computorum non fuisset, & parlamentum. de qua & eius auctoritate tetigit Panor. in ij. parte consi. iij. circa fin. nõ enim sunt illi sicut thesaurarij, qui prouincias lustrare & sortiri tenentur, vt dixi: sed stant Parisiis residenter, vbi libros habent vniuersi domanij, & finantiarum totius regni, quos legunt quotidie, & visitant: cum quibus omnibus agendis in regno quatenus finantias, & domanium cõcernit, normam tribuunt, verificanda verificant, & non verificanda tollunt & refutant. de quibus posset intelligi text. in dicta l. vnica. §. sanè non omnes quæstores. ff. de offic. quæsto. & ab istis seu eorum camera appellatur ad parlamentum, si quem in aliquo grauauerint: ita quòd tales causæ remitti solent per Cãcellarium ad curiam parlamenti. [De quo meminit dominus Austreri. in suo tractatu arrestorum. c. cxliij.] Hæc de triplici Franciæ principali statu, cæteris ne prolixus sim omissis, ad aliqualem vestrum instructionem vobis sufficiant, quem à Moyse & maioribus, scilicet Assyriorum, Chaldæorum, & Romanorum, huius orbis principalibus monarchiis, vt nihil ad regni perfectionem deesset, Franci reges habuerunt. Supra † quos omnes Cancellarium sublimarunt, omnibúsque prætulerunt. de quo Cassiodorus vbi suprà pro rege ad cancellarium nouiter instituens loquens, † Aliis inquit, pecuniæ publicæ committimus procurationẽ, aliis concedimus causas audiẽdas, aliis patrimonij nostri iura delegamus. Quæsturam toto corde suscepimus, quam nostræ linguæ vocem esse censemus: is nostris cogitationibus necessariò familiariter applicatur, vt propriè dicere possit, quod nos sentire cognoscit, arbitrium nostræ voluntatis disponit, & ita mentis nostræ velle suscipit, vt à nobis magis putetur exisse quod loquitur. O quàm arduum est subiectum verba dominãtis assumere, loqui posse quod nostrum creditur. Si quid dubitamus à quæstore perquirimus: qui est thesaurus famæ publicæ: armarium legum, semper paratus ad subitũ. Nam si oratoris (vt ait fons eloquentiæ Tullius) est proprium, grauiter & ornatè dicere: vt animos possit iudicum permouere: quãtæ facũdiæ debet esse qui ore principis populo nosci t admonere, vt recta diligant, peruersa cõtemnant, bonos sine fine laudent, pessimos vehementer accusent, vt penè sit seruata districtio, vbi præualet eloquentiæ fortitudo. Sit † imitator antiquorum prudentissimus mores alienos corrigat, & suos debita integritate custodiat. Talem denique oportet esse quæstorẽ, qualem portare principis decet imaginem: adesse debet scientia iuris, cautela sermonis, vt nemo debeat reprehendere quod principem cõstiterit censuisse. Opus est præterea firmitate animi, vt à iustitiæ tramite nullis muneribꝰ abstrahatur, nec vllis terroribus. Nam pro æquitate seruãda nobis quoque patimur cõtradici, [Vide quæ pleniùs habentur infrà in v. decisione in fine.] cui oportet etiam obediri. Aliæ quippe dignitates assessorum solatia quærunt, tua verò principi consilia subministrat. Atque ideo prudentiæ & eloquẽtiæ tuæ fama prouocati quæsturam tibi gloriam literarũ, ciuilitatis templum, genitricem omnium literalium dignitatum, continentiæ domicilium, virtutum omnium sedem: per illam scilicet quæsturæ indictionem. Deo præstante committimus. Ad te enim prouinciæ sua vota transmittunt, & necesse est tibi omnibus sufficere: quando à nobis cõtigerit legum remedia postulare, totum te legibus, totum te responsis trade prudentum: sic nobis optimè famularis, si priscorum seruias institutis. Considera in verbis tuis laudẽ positam, principalis fama nostra est quicquid loqueris, conscientia sine dubitatione quod sentis. Intellige, quantum sit quod à te exigitur, cuius vera opinio cõmittatur. hæc subiectos amplectitur, hæc in gentes exteras peruagatur. Per hãc vbi non videmur, cognoscimur. Summo igitur studio constat esse seruandũ, quod de nobis potest ferre iudicium. Sed cùm hæc omnia feceris, nullis elationibus efferaris, nulla mordearis inuidia, alienis calamitatibus non læteris: quia quod odiosum est principi, non potest cõuenire quęstori. hęc ibi. Quæ omnia, vt puto, habuit doctor ille sanctissimus ex textu Gene. xlj. vbi ad Ioseph inquit Pharao, Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cũctus populus obediet: vno tantùm regni solio præcedam te: ecce cõstitui te super vniuersam terram Aegypti: tulítque annulum de manu sua, & dedit eũ in manu eius, vestiuítque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit: fecítque eum ascendere super currum suum secũdum, clamante prẽcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & prępositũ esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoque rex ad ipsum, Ego sum Pharao, absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. vertítque nomen eius & vocauit eum lingua Ægyptiaca, Saluatorem mundi. Hæc ibi. Cogitare ergo his attentis debent reges, quibus tãtum officium committant, vt sint modo prædicto qualificati, qualis fuit Ioseph. Cui à Pharaone dictũ fuit vbi suprà, nunquam sapientiorem & consimilem tui inuenire potero, quasi diceret ei secundũ Lyrã ibi: non posset inueniri aliquis te sapiẽtior, nec etiam in sapientia æqualis. Et de Moyse Dei cãcellario dicitur Numeri xij. capit. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabãtur in terra. de quo Deus eius rex & dominus dixit in omni domo sua eum esse fidelissimum. ore enim ad os loquebatur ei. Palãm & non per ænigmata & figuras Deum videbat. Quare ergo, inquit dominus, non timuistis detrahere seruo meo Moysi, &c. quasi dicat, Moyses me repræsentat in omnibus: qui cùm loquitur, ego loquor. Nam motus proprius cancellarij, & sua certa scientia quibus aliquando contra ius commune rescribit, censetur certa scientia & motus

BIU Cujas

proprius regis ad validandum rescriptum contra ius commune concessum, vt dicit glos. singularis in verbo, literarum, in cap. statutum. §. j. de rescript. lib. vj.
222 Nero † etiã quanquã leuis, ac crudelissimus: & omni malitia inquinatissimus foret, Senecã humanæ naturæ decus in suum cancellarium prælegit, vt dixi. Et tale officium (vt Lucas de Pẽna vbi suprà refert) suo tẽpore meruit dominus Barth. de Capua. Et tẽporibus nostris prædictum dominum de Rupeforti ita dotatum super illustrem cernimus & meritò cancellariã: nec potest rex errare, nec deficere, si bonus fuerit cãcellarius. Cui bona & mala regni soli imputantur & non regi, vt patet ex prædictis. Vnde †
223 ad punctum reuertendo, & ipsum concludẽdo, euidenter resultat dictum Carolum quintum, aut Ioannem eius patrem non potuisse dictum ducatum Aquitaniæ tantis dominiis excessiuè augmentatum, in allodium omnino liberũ Anglorum regi perpetuò concedere. Quinimò tractatũ illum inter eos habitum tanquam in decolorationem regni vergentem, eius statum & curiæ parlamenti regiæ perdentem, & destruentem, nullum & iniquissimum fuisse. Præsertim cùm, vt dixi, in regno isto esse non possint talia allodia sine ipsius regni & curiæ suæ decoloratione. Præterea hoc esset regnum in regnum erigere, vel regnũ quod in vnitate saltem respectu supremæ authoritatis consistit, diuidere, quod fieri non potuit: †
224 Imò quod plus est, si rex aliqua acquireret bona, quæ sibi patrimonalia dicerentur, & ad libitum alienabilia non obstante iuramento in coronatione præstito, quod ad illa non extẽditur, nisi tantùm ad ea quę de mẽsa existũt, vt d. cap. intellecto. Certè adhuc bona illa patrimonialia rex alienare non posset, cũ exemptione illorum à sua suprema iurisdictione, si intra limites regni sunt sita, secundũ Lucam de Penna in l. quicunque. la ij. C. de omni agro deser. lib. xj. Et minus potuit ducatum Aquitaniæ cum tantis dominationibus ferè tertiam regni partem facientem exemptum transferre in Anglos. cap. Abbate sanè. §. pro parte autẽ altera. de re iud. li. vj. vbi bona per regem extra limites regni acquisita alienari possunt etiam cũ exemptione & plena libertate: sed nõ bona regalia & mensalia intra regnum sita, vt ibi: etiam si filiis domus Fráciæ concederẽtur, vt suprà dixi circa principium huius secundæ decisionis, maximè in præiudicium sanguinis regiæ maiestatis & successorum: quibus ex Francorum antiqua lege Salica & consuetudine inconcussè obseruata, & nullo modo ex progenitorum persona successione vel alia dispositione regnũ ad proximiores masculos debetur, defertur, & eis competit ipso iure. [Circa hoc vide quæ plenius dicuntur infrà super verbo, *in eodem testamento*
225 *relinquens.* j. in xviij. limita.] Ob † quod & plures alias rationes quæ vobis fortè tædiosæ fierent, cõcessio prædicta per dictos Ioannem regem tũc in Anglia detentum, & Carolum eius filium Anglis facta, non tenuit, nec tenet. Etiam quia nõ tenuerãt beato Ludouico cui certam expeditionem armigerorũ ad Turcos pro fide Christi debellandum furnire & mittere promiserãt: pro quo faciẽdo magnas pecuniarum summas ab eo susceperant, & nihil fecerant. Et (quod deterius est) post dictum pacis tractatũ in dicto loco de Bretigniaco factum. asperiorẽ guerram quàm prius contra dictum Carolum quintum mortuo Ioanne regem factũ mouerunt, & prosecuti fuerunt cõtra fidem præstitam. de quo Gaguinus libro nono cap. secundo sic dicit, Nõ quieuit per hos dies Richardus Edouardi filius nouellus Angliæ rex. Sed traiecto ex Anglia Calisiũ exercitu, Thomas Edouardi filius octo circiter hominum millibus stipatus Artheſiũ, Viromãduos, Suessiones, Cathalanos, Trecenses, Senones, Vastinium, Blesiam, Bonamuallem incursantes, abductis aliquot claris equitib⁹, ad Britones contenderunt: quos Ioannes Montifortensis alacriter excepit. hæc ille. Ad idem & peiora tẽpore Caroli sexti, & pòst fecerunt, fidem non seruantes, donec per Carolum septimum fusi, & deleti penitus fuerunt à regno expulsi, prius ipsis per sententiã priuatis: de qua confiscatione loquitur Panor. allega. in ij. parte consi. iij. decidendo xvij. quæstio. [Qualiter ducatus Aquitaniæ ad Anglos peruenerat, & qualiter eum ex post perdiderunt: & de eorũ iniusta querela, plenè habetur in tractatu posito j. tom. 3. quem tẽpore huius operis feci, ad requestã nobiliũ ipsius
226 patriæ scholariũ.] Cassatáque † inefficaci facta per Ioannem & Carolum quintũ in liberum & omnino francum allodium concessione aliqua; non retenta superioritate seu suprema iurisdictione, quod in regno locum habere nõ potest. Et si de tali allodio nemini quàm Deo subdito loquantur officiarij regij, certè verum dicunt, quòd talia allodia in regno esse nõ possunt, vt patet ex prædictis. Sed capiendo allodium pro re libera & Franca respectu proprietatis, quæ à nullo tenetur, nec recognoscitur, & p̃ qua nullum debetur seruitium personale, vel pecuniarium: est tamen subiecta iurisdictioni regiæ quo ad ressortum iustitiæ saltem supremæ, allodia esse in regno possunt. Et in hoc officiarij errare possent, non obstante respõso dominorum de camera computorum suprà prope principium huius secũdæ decisionis relato. Quia non apparet aliqua lege, aut alia dispositione regia roboratum, qui quidẽ rex tolerauit in regno talia allodia suæ iurisdictioni vel alterius
227 de regno subdita. Et † in ciuitate nostra Tolosa multa sunt talia allodia à dicto rege Ioanne priuilegiata, quæ fuerunt Tolosanis per Ludouicum vndecimum domini nostri regis genitorem, confirmata die xxiiij. Martij, Anno domini M. cccclxxj. Et non immeritò: quoniam, vt suprà dixi in principio huius decisionis, ab omni æuo tota Gallia Burgundia, Lugdunum, & Narbonensis prouincia, vbi sita erat Tolosa, semper fuerunt ab omni tributo; & censu exempta, iure Romano & Italico fruentia, per text. in l. fina. §. primo. iuncta glo. in l. j. in principio. ff. de censi. quem ad nostrum propositum põderat Ioan. Fab. in §. per traditionem. in fin. Institu. de rerum diui. Ad causam quorum, allodiorum, maximus fuit exorditus processus inter procuratorem regium generalem, & syndicum villæ Tolosæ, adhuc pendens indecisus in parlamento. (Additio) Ex post fuit arresto dictæ curiæ parlamenti die xxiij. mensis Decẽbris, anno domi M. cccxcv. declaratum, omnes & singulos Tolosanos tenere perpetuò posse allodia, quæ vt talia tenebant tempore dictæ confirmationis à dicto rege Ludouico obtentæ: cuius arresti & processus executorialis originale habetur in archiuis capitolij Tolosæ, & transcriptum in libro albo dictæ domus prope finem, cum priuilegio dicti re-
228 gis. Et † ista talia allodia transire possunt in ecclesias & monasteria & personas ecclesiasticas, vt suprà fuit concluſum in principio huius ij. decisionis: dummodò talia monasteria sint bonorum temporalium capacia. [Vide aliam limitationem infrà decisio. v. post principium. vbi ponit quæ sunt allodia

quæ

BIU Cujas

quæ liberè in ecclesiam transire possunt, vt ibi maneant]saltem in communi: secus si incapacia omnino forent, prout sunt cõuentus cordigerorum beati Frãciſci, & similes: quia illis donari vel relinqui non posset, scilicet, vt ibi talia bona maneãt, vel eis adiudicari possint, vt suprà tetigi. Sed valebit, vt tale relictum aut donatum vendatur, & pretium in alimenta, & alias necessitates conuertatur. secundum glo. in cap. j. §. cõfirmatos. super verbo, domum. de reli do mi. libro vj. Barto. & plenè Alexand. in l. apud Iulianum. in fine. ff. de lega. j. & Panor. in cap. iij. ſ. eo. sub iungens ibi hæredem fore cogendum ad soluendũ talia legata officio iudicis nedũ ecclesiastici, sed etiã secularis: cùm hoc sit mixti fori. pro quo facit bon⁹ tex. in l. hæreditas. in fi. ff. de peti. hæredi. idem tenet in cap. recolẽtes. de statu mona. vbi dicit in fi. quòd si emptor nõ reperiretur, bona dari debẽt pro Deo, vel aliter debent abiici, & dimitti, & non penes eos remanere, cùm sint incapaces proprietatum. Videatis Guido. Papæ. q. cccxxvij. Vnde per arrestum fuit dictũ Parisiis contra quatuor ordines mendicantiũ, quòd non erant recipiẽdi ad faciendum petitionem redituum perpetuorum, & fuerunt in expensis condemnati. Imò per aliud arrestum fuit dictum in parlamento anno Domini M. cccxcj. contra quendam carmelitam, quòd non erat recipiendus ad faciendũ petitionem nomine suo proprio: fuítque cõdemnatus ad dimittendum quoddam hospitium, licet cum eo fuisset per sedem apostolicã dispensatum. [De his duobus arrestis etiam meminit dominus Auffreri. in tractatu suo arrestorum, capitu. xxxij. & cxvj.] (Additio) Curia autem parlamenti Tolosæ omnia hæc talibus relicta incapacibus cõsueuit deliberari facere, non ipsis, nec ad eorum instantiam, sed beneficio procuratoris regij conuertenda in religiosorum & conuẽtus quibus relicta fuerunt, necessitates & alimeta. (Additio.) Et ita fuit anno isto Domini M. cccccix. ante pascha dictũ in parlamẽto Tolosæ per arrestũ curiæ. Pro quo facit tex. optimus in d. l. hæreditas. in fi. ff. de peti. hære. vbi executio piorum relictorum est mixti fori incumbens auctoritati regiæ & pontificali. † Quid autem erit de bonis his quæ incapacibus religiosis fuerant relicta, vel eis aliter competebant ante professionem? *communiter* dicitur, quòd post professionem pertinebant succedẽtibus ab intestato per Authenticam, bona damnatorum. C. de bonis proſc. quod verum intelligatis, nisi fuissent eis relicta sub conditione, si decesserint sine liberis restituenda: quia tunc ad pias causas erogarẽtur, per tex. singularem in Authen. de sanctiſ. epiſ. §. sed & hoc præsenti. in fi. quem Ludo. in singularibus suis dicit singula. 439. incipien. heri consului &c. millies vidisse, sed ad hoc nõ notasse, donec eum didicit ab Ange. in disputatione quæ incipit, nobilis quidam genere, quod dictum dicit aureum & menti tenẽdum. Quę omnia vobis sufficere debẽt pro hac secunda decisione.

229

SVMMÆ

1 ☞ *Feuda in ecclesiam qualiter trãsire possint. & nu. 2.*
3 *Feudum quid.*
4 *Feuda vnde habuerint originem.*
5 *Feudum personalissimum.*
6 *Nobiles Galliæ qualiter debeant suis sumptibus militare.*
7 *Nobiles censentur stipendiati super tuitione prouinciæ solùm.*
8 *Feudum est contractus nominatus.*
9 *Feudum ligium & non ligium.*
10 *Feudum quare non transit in ecclesiam.*
12 *Feudum etiã pro anima vel alia pia causa in ecclesiam non transit*
13 *Vasallo feudum ipsi ecclesiæ legante dominus non tenetur eam inuestire.*
14 *Ecclesia nunquam moritur.*
15 *Feudum pro anima non potest ecclesiæ relinqui.*
16 *Feudum à seculari domino pendens etiam pro anima relinqui non potest.*
17 *Feudorum consuetudines ecclesias ligant.*
18 *Jurisdictio ob certam qualitatem vniuersaliter tributa, etiam clerico competet.*
19 *Ecclesia feudum capiens facere tenetur id quod reliqui vasalli.*
20 *Ecclesia propter feudum quomodo laico subiiciatur.*
21 *Ecclesia Romana mater est imperij, feudum tamen capiens efficitur vasalla.*
22 *Ecclesia feudum capiens præstat fidelitatis iuramẽtum.*
23 *Ecclesias in feudis non succedere.*
24 *Res nulla propriana immobilis potest in ecclisiam transferri sine consensu principis.*

¶ Tertia Decisio.

TERTIA Decisio est, quòd bona feudalia quę aliquo domino tenẽtur & recognoscuntur in feudũ, pro quibus debetur homagium, vel quodcunque aliud personale, aut pecuniariũ seruitiũ certũ vel incertum, non possunt in ecclesiam transire, aut † monasterium, nec in eorũ ministros titulo successionis ex testamẽto, vel ab intestato, directè, nec; medio, vel ex persona cuiuscunque, nec alio quocũque tit. causa mortis, vel donationis inter viuos, nec alterius alienationis onerosæ, vel lucratiuæ, sine cõsensu domini, à quo talia bona tenentur, ac regis cuius etiã interest: adeò quòd si vasallus efficeretur religiosus, feudum retinere non posset, nec transiret in monasterium: sed domino feudi, vbi legitimus non staret successor, pettineret. cap. j. de milite vasal. qui arma belli depo suit. Et minus in feudo, postquam religiosus est, succedere posset. secundum gloſ. & omnes in l. de quibus. ff. de legi. † Nec obst. l. fina. C. de epiſc. & cle. quæ locum non habet de iure, nisi in bonis parentum allodialibus francis & liberis, & non in feudalibus, in quibus religiosi ab intestato succedere non possunt, etiam si essent cruciferi, scilicet ordinis beati Ioannis Ieroſolymitani, qui pugnarent pro Deo contra infideles: tales enim licet arma bellica non deposuerint, tamen quia domino feudi seruire non possunt, alio bello & seruitio quanuis digniori occupati, in feudo succedere non possunt: quia religiosi & regulares sunt secundum Bald. sic text. illum intelligentem in prima parte, consilio xxxiij. incipien. ad euidentiam præmittendum est circa medium. Nec etiam succederẽt in allodialibus ab intestato in præsenti regno, vt ſ. vidistis. † Et enim feudum) rectè illud diffiniendo) beneuola & libera rei immobilis vel æquipollẽtis concessio cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta sub fidelitate & exhibitione seruitiorum. secundum Ioan. Raynaldi. in repeti. cap. imperialẽ. de

prohi-

1 aut
2 gloſ.
3 distis.

prohib.feudi aliena.per Feder. Qui quidem contractus feudalis ante librum feudorum fuerat incognitus,saltem in suo nomine, cùm anteà feuda vocarentur prædia stipendiaria, sic dicta, quia militibus pro stipendio dabantur. Instit.de rerum diuis. §.per traditionem. † Vel dicta à stipitibus,id est,minutis æris, quæ pro stipendio militum colliguntur. l.ager. §.stipendium.ff.de ver.sign. Vel quia data sunt militibus vt ex eorum fructibus viuant, & eorum vicé stipendium percipiant,& reipublicę seruiant,nec aliud stipendium à principe seu domino feudi petant: ideo in aliquibus locis vocantur militiæ, quia militibus dantur,vel à seruitiis,quæ regi præstantur,quæ dicuntur stipendia. c.hac edictali.in fi.de pace iur.firman. Nam prædia aut sunt prouincialia quæ Romæ tributa soluebant pro subsidio populi Romani, sicut hodie soluunt in Francia tallias pro subsidio regni, quæ loco tributorum sunt, secundum Ioan.Fabr.in §.per traditionem.inst.de rer.di. Alia verò sunt prædia stipendiaria, quæ, mutato nomine, nunc feuda vocantur: quæ militibus pro stipendiis data olim fuerunt, & sunt in præsenti regno perpetua,de quibus hîc loquitur. Et dicitur feudum beneficium principis, quod ab initio fuit personalissimum, alio modo militia vocatum,quæ ad nullum transibat hæredem,nisi quo ad fructus perceptos in vita militis, per l.defuncta.ff.de vsufr.& l.j.ibi,proprios iure sanguinis.C.de an.ci.lib.xj.† Ob quod vocabatur personalissimum, quasi ad nullum transmissibile.d.j. §. si impuberi. ff. de col.bon.Postea fuit personale,in quo certæ succedebant personæ ex dispensatione,vt liberi & agnati. l.j.§.fi.ff.de iure immun. Deinde fuit reale,& transitorium ad quemlibet hæredem vniuersalem ex vsu, aut quia hoc dictum fuerat in concessione feudi, vt not.in l.liberti libertæque. C.de oper.lib. Postremò factum est beneficium realissimum, ad quemlibet successorem transitorium etiam particularem, ita quòd potest donari,&vendi: quia ita fuit conuentum in concessione, aut introductum consuetudine, sicut nunc in Francia communiter feuda ad quoscunque transeunt extraneos etiam ad mulieres, vt j. demonstrabitur, vt clarè decidit Bald.in l.fin.in prin.ver.& not.ff.de const.princ. [Vide j.v.decis.in prin.vbi in Francia liberè disponitur de feudis.] Quę omnia probantur per text.in d.§.per traditionem. vers.itaque. iuncta gl.in verb.ordinantur.Instit.de rer.diuis.& in l.item si verberatum.§.item si fortè.ff.de rei vend.& in l.in prouinciali. ff. de noui oper.nun. & de his videatis plenè & elegantissimè per eundem Bald. in l. omnimodò. §.imputari. C.de inoffi.test. vbi decidit an hæc militia, quæ secundum cum quadruplex est, computetur in legitimam,ex quibus resultat decisio Bald.vera in capit.vnico. §.si duo fratres. de duobus fratribus de nouo feudo inuestitis. quòd feuda ista ab origine fuerunt peculia castrensia tanquam militibus in castris, vt quia probè se gesserunt, aut pro stipendiis publicis assignata: & si data fuerint pro inermi militia, dicuntur peculia quasi castrensia. Sicut si pro salario iudici vel aduocato à domino habente iurisdictionem in loco fuerint concessa: quia si ab alio essent acquisita priuato, vel ex alia causa, tunc dicerentur aduentitia. l. si fortè. ff. de castrens. peculio. Tamen etiam in his vltimis pater vsumfructum non haberet, cùm filius tale peculium habens teneatur seruire domino, & inde de fructibus viuere,secundum Bald. vbi suprà.& idem & clariùs dicit in l.si vxorem.in fine.C.de conditio.insertis. & tan-

6 git in l. cùm multa,in secundo not. C.de bonis quæ lib. Vnde † primo modo habuerunt nobiles Franciæ feuda, quæ tenent, vt cum per regem in necessitate mandantur sine alio stipendio se præparare, armare, & seruire teneantur. de quo per Lucam de Penna,in l.quicunque. la ij. C.de omni agro deserto, libro xj.

☞ [An autem vasalli & milites teneantur ire ad bellum quoties à domino seu principe mandantur, vide Panorm.in cap.sicut.ilo vlt. de iureiurando.col.vlt.] Quod verum intelligatis pugnando pro rege infra territorium seu Senescalliam,vbi feuda tenent. Si autem rex vltra eorum territorium ipsos ad bellum vocaret,tunc vocati per regem,& pro regni tuitione accedere tenerentur, sed non sumptibus suis, sed sumptu regis, qui eis dare tenetur stipendia. Vnde valeret consuetudo quòd subditi teneantur propriis sumptibus infra certos & determinatos dies sequi dominum, & non vltra, secundum Ioan.de Plat.per illum text.in l.fi.§.erit autem. ver.& per hunc text.C.de re mil.lib.xij.super quo stant regiæ ordinationes. Præsertim domini nostri Caroli viij. moderni regis, qui Turonis cum consilio & proceribus ordinauit,quòd nobiles feuda tenentes ad banna & retrobanna per regem mandata non mittant, nisi necesse fuerit pro tuitione &defensione regni,& ex matura consilij deliberatione mandati fuerint, & tunc stipendiabuntur rationabiliter secundum statum suum,vt non viuant super populum. ☞ [Vide qualiter hoc intelligitur j.super verbo,*Testamentum*.j.in ix.fallent.] Hæc ibi. Cogi autem non possent ire extra regnum etiam cum stipendio eis à rege soluendo, nisi aliud caueretur in feudi inuestitura.de hoc plenè per Spec.tit.de feud.§.quoniam super homagiis.ver.xxiij. (Addit.) Hanc ordinationem reperies in libro regiarum ordinationum cameræ inquestarum parlamenti Tholosæ,folio clxiiij verso. Censentur † enim nobiles stipendiati pro tuitione prouinciæ solùm in qua feuda tenent. Et super reliquis prædiis non allodialibus tributa seu tallias à possessoribus exigit: de quibus salaria aliis armigeris conductitiis soluit ipse rex. Sed alij officiarij regij in territorio suæ administrationis vacantes pro rege nihil habent præter stipendia ordinaria, sicut nobiles non habent nisi feuda, quæ pro stipendiis tenent: & si extrà vacauerint, tres habent pro qualibet dieta libras. De ecclesiasticis officiariis & prælatis videatis in capit. cùm ab omni specie. de vita & honestate clericorum. Et † feudum plus accedit contractui,quàm vltimæ voluntati, per textum, quem ibi ad hoc ponderat Bald. in capit. vnico, qui succes. teneantur. Et est contractus nominatus cùm à lege seu consuetudine nedum nomen,sed etiam formam susceperit,in quo fuit introductum quòd inuestitura interueniat, & fidelitatis iuramentum. cap. j. quid sit inuestitura. & capit.j.de noua fidelit.forma. Ergo est contractus nominatus, secundum Bart. in l. iurisgentium. §.quinimò.versic.feudum autem.ff.de pact.& in rub.C.de rer.permut. Bald.& Ang.in l.legitima.ff.de pact.& est communis opinio in dicto §. quinimò.& Imol.in c.quæ in ecclesiarum.de consti licet Bald.in capitul.cæterum. de iudiciis. dixerit,& malè, feudum comparari contractui innominato, & esse pactum nudum traditione vestitum. secundum ☞ eum in l.j.quæstio.iiij.ff.de rerum diuis. [Pro communi opinione facit quod de feudi acquisitione dicitur super verbo, *Mortuo itaque testatore*. ij. loquendo de consuetudine Franciæ,qua mortuus saisit viuum.] Et licet sit contractus nominatus, tamen

BIU Cujas

est stricti iuris, & non bonæ fidei, secundum Bald. & Aluarot. in capit. j. de feud. cognit. Adeo quòd quicquid est in eo omissum, censetur non comprehensum, nec aliquid in eo venit extrinsecum. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & l. quicquid adstringendæ. ff. de verborum obli. Ideo res sic concessa per dominum alicui vasallo suo, non potest per vasallum alienari, maximè in ecclesiam vel monasterium: † siue sit
9 feudum ligium, quod alium non recognoscit, nisi imperatorem, aut Franciæ regi subditum, in cuius homagio & fidelitatis iuramento alius nemo excipitur de quo in cle. pastoralis. vbi gl. in verb. homo ligius. de re iudic. Quo casu non potest talis vasallus etiam pro diuersis feudis esse homo ligius duorum, vt ibi *communiter* concluditur. Nec posset duobus dominis ligium facere homagium, secundum Spe. ti. de feud. §. quoniam super homagiis. ver. x. quæritur. & Bald. in prælud. feud. sexta diuisione, in fine. secùs est in homine non ligio. vt in capitul. grandi. ibi, vel cuicunque alteri personæ. de supplenda negligentia prælatorum. libro sexto. [De isto feudo ligio vide super dicto verbo, *Mortuo itaque testatore* ij. loquendo de materia suitatis.] Siue etiam sit feudum non ligium, quòd alium quàm imperatorem vel regem recognoscit dominum: puta ducem, comitem, aut baronem, à quo tenetur sub homagio & fidelitatis iuramento,
11 in quo persona excipitur imperatoris, contra quem non tenetur talis vasallus suum iuuare dominum, vel tenetur ad certum seruitium. capitulo primo. de alie-
10 natio. feud. vbi ponitur † ratio huius prohibitionis: non quòd ecclesia sit bonorum temporalium incapax, vt vidistis in prima decisione: sed ex eo est, quia si talia bona feudalia in ecclesiam transirent, nunquam, vel rarò ad dominum reuerterentur. Quia ecclesia quę perpetua est, quam decet patrimonium habere perpetuum. l. iubemus. la grande. C. de sacrosan. ecclesiis. nunquam desineret bona illa habere, cùm res ecclesiæ immobiles alienari saltem faciliter non possint, & quod difficiliter fit, pro impossibili reputatur. l. apud Iulianum, al. Iulianus. §. fin. ff. de legat. j. Præterea priuaretur dominus vasalli seruitio ipsum iuuandi in bello suis sumptibus, & interdum ipsius regis secundum huius regni consuetudines & ordinationes iuri communi conformes vt vidistis. In quo bello clerici seruire non debent, nec interesse possunt sine periculo irregularitatis, & aliis pœnis eis iure communi indictis, imò priuilegium clericale ipso facto perderent. capit. perpendimus. de sententia excommunicationis. secundum Panormitanum post Innocent. in cap. primo. de apostat. in fine. Quæ quidem damna non debet ecclesia quæ cultrix est iustitiæ, in domini præiudicium pro sui commodo & lucro contra iustitiam tolerare, vt dicto cap. vnico, de alienatio. feudi. facit textus in capit. vnico, de milite vasallo qui arma bellica deposuit. Et pluribus aliis priuaretur iuribus, præsertim quia per feloniam vasalli, aut seruitia & deueria non facta, nec domino
☞ prestita, potuisset ei feudum aperiri, & iure commissi applicari, vel aliâs pro delicto communi confiscari: quia bonis vasalli confiscatis etiam pro crimine
12 communi, feudum non domino confiscâti, sed domino ipsius feudi applicatur, secundum Spe. tit. de feu. xl. quæstione, vbi plenè, & Ioan. Fab. in Authent. bona damnatorum. C. de bonis damnat. Bart. & plenè Alexand. in l. si finita. §. si de vectigalibus. vers. quærit glos. ff. de damno infect. etiam si per Senescallum vel alium iudicem fuerint bona vasalli pro crimine communi confiscata: & ita seruatur in regno secundum Masuerum, titulo, de pœnis, §. item aduertendum. Et fuit factum per arrestum in confiscatione bonorum illius de Sicca valle, de quo ꝫ. vidistis in secunda decisione. loquendo de delictis clericorum per iudicem secularem puniendis. Quæ applicatio seu confiscatio fieri non posset domino, si feudum in ecclesiam transiret, aut monasterium, cùm nunquam vel rarò, & tunc difficulter ecclesia delinquat, & solius prælati delictum non posset ecclesiæ nocere in perpetuum, vt scilicet feudum domino applicetur perpetuò: quia soli nocet personæ pro tempore suo quandiu viuet, & ecclesiam illam tenebit, & non vltrà, capit. delictum personæ. de regulis iuris. libro vj. & est casus in c. j. §. similiter. de lege Conrad. ita dicit Masuerus seruari de consuetudine, allegato titul. de pœn. §. item si prælatus. (Additio.) Et ita fuit dictum per arrestum curiæ parlamenti Burdegal. anno Domini M. cccc xcix. circa festum Magdalenæ de loco de Busseria, qui ob excessum per quendam ecclesiasticum dominum dicti loci sibi commissum fuit regi, à quo tenebatur in feudum confiscatus per regem quandiu delinquens viueret tenendus. Quia satis est, quòd delictum noceat delinquenti in vita, & non ecclesiæ post mortem delinquentis. Propter
11 † quæ non sine causa statutum fuit feuda non transire in ecclesiam, nec personas ecclesiasticas. facit c. j. §. moribus. si de feudo fuerit contr. & d. §. similiter. de lege Conradi. vbi tolerari non debet, quòd domino præiudicetur, aut eius in aliquo deterior conditio fiat. Quod iam ante omnes feudorum vsuales constitutiones secundum veterem iuris prudentiam statutum fuerat, vt quoties præiudicaretur alteri, sicut in feudo & emphyteusi præiudicatur domino, non potest eo tunc talis res dedicari ecclesiæ, nec monasterio sine licentia ipsius imperatoris, cuius principaliter interest temporalia residere in manibus laicorum, à quibus succursum capiat in necessitate, & cuius etiam interest subditos suos esse locupletes, vt in casu nostro est text. not. in l. sacra. §. sciendum. ff. de rerum diuis. ibi, Cùm princeps locum dedicauit, vel potestatem dedicandi dedit. quem ad hoc allegat Io. Fabr. in l. quoties. in fine. C. de rei vendic. vltra quem habetis de hoc textum optimum in l. final. ff. vt in pos. leg. iuncta gl. in verb. permissa. quam Bart. ibi ad hoc singularem dicit, nec alibi reperiri. vbi sine consensu imperatoris non potest feudum nedum dedicari, & ecclesiæ consecrari, vt dicto §. sciendum. sed etiam nec aliter in ecclesiam transferri, nec ad alios vsus, vt d. l. fin. Et etiam in fauorem eius, cui feudum pertinere debet post mortem vasalli. Et minus in alterius fauorem. c. vnic. de feud. succes. vbi Bald. & in prima parte, allegato consilio xxxiij. & plenè Iason in d. l. de quibus. ff. de legibus. Nisi consuetudo aliud haberet, vt dicam in v. decisione. Sed cessante consuetudine, non posset vasallus de feudo disponere,
☞ nec etiam testari, [De quo clarius ꝫ. in v. decisione, in princip.] nec pro dote, licet sit in alienari prohibitis multum priuilegiata, in Authentica, res quæ. C. communia de legat. Nec † etiam pro anima, vel alia
12 quacunque pia causa posset vasallus feudum in ecclesiam transferre, per textum in capit. j. §. donare. qualiter olim feud. alien. poterat. & dicto §. imperialem. de prohib. feud. aliena. Non enim fienda est eleemosyna, nec peccata sunt redimenda cum iactura alterius: imò eleemosynam largiri de alieno, est in conspectu Dei, sicut victimare filium in conspectu patris

BIU Cujas

tris. can.non putamus. j.q.j. Et (vt videtis) feudum in ecclesiam transire non potest sine magno domini præiudicio à quo tenetur, & cui seruitium debetur. Nec dicuntur talia statuta & consuetudines contra ecclesiasticam libertatem, cùm habeant in se ciuilem & naturalem rationem: quia laici hoc statuendo poterant super re sua, durante sua, respectu proprietatis legem imponere, quam vellent, secundum Bal. sing.in c.j.de alien.feud.facit gl.in can.si quis Basilicam.de consec.distinct.j. & quod decidit Felyn.in c. ecclesia sanctæ Mariæ.col.xxiiij. vers.quintò quæro. in fin.quæstionis.de constit. Ideo dicit Bald.in d.c.j.
13 de prohibita feudi alienat.† quòd si vasallus feudum legauerit ecclesiæ, non tenetur dominus feudi: imò refutare potest eam inuestire, cùm sit de personis prohibitis, per iura superius alleg. facit capit.potuit. iuncta gl.in verbo, prohibentur. de locat. vt clariùs videbitis in sequenti decisione. Plus dico, quòd non solùm prohibetur in ecclesiam feudum transferri temporale, videlicet certo tempore & limitato finiturum: Vt quia certæ generationi, vel vsque ad certum gradum tantùm fuerat concessum, vt d.capit.j. §.similiter. vers. in quibusdam tamen curiis. de lege Conradi. Quo casu si in ecclesiam transiret, efficere-
14 tur perpetuum. † quia ecclesia nunquam moritur. capit.si gratiosè.de rescript.lib.vj.& multum domino præiudicaretur, ad quem, finita generatione, erat feudum rediturum. Sed etiam prohibitum est in ecclesiam feudum perpetuum vasallo pro se & quibuscunque perpetuò concessum transferri: quia iura feudum in ecclesiam transire prohibentia, loquuntur indistinctè, nullo modo distinguentia inter feuda perpetua & temporalia: idcirco sunt indistinctè intelligenda, maximè in hoc casu fauorabili, ne dominus pro concessione beneficij iacturam sustineat: quia hoc esset domino dicere, Pro bono opere lapidamus te, Ioann. x. Nec decet dominum decipi pro beneficio, sed iuuari.capit.j.in fine.de commod. & l.in commodato. §.sicut.ff.illo eodem tit. Plus dico, quòd dicta prohibitio alienationis feudi in ecclesiam nedum habet locum in feudis propter quæ tenetur vasallus domino seruire in propria persona, adeo quòd electa fuit eius, & sui generis industria & fidelitas, quod cognoscitur ex tenore inuestituræ, aut qualitate inuestiti. Quo casu si feudum transiret in ecclesiam, multum domino præiudicaretur, cui ecclesia in bello seruire non posset in persona propria, vt vidistis §. sed etiam locum habet in feudis, pro quibus ex priuilegio vel consuetudine seruiri potest per substitutum, aut pro quo tale seruitium debetur, quod ecclesiæ & clericis conuenire potest, putà seruitium pecuniarium, aut simile in dando consistens. Quo casu non esset propriè feudum, saltem nobile, vt dicam in sequenti decis. quia dicta iura prohibitiua loquuntur indistinctè. Præterea adhuc fieret conditio domini deterior, ad quem feudum amplius reuerti non posset iure prælationis, aut per aperturam commissum, aut confiscationem, saltem domino præiudicaretur in aliis sibi debitis iuribus, & difficultate
15 conueniendi ecclesiam, vt suprà. Vnde † ecclesiæ etiam pro anima relinqui non posset, secundum Imolam in dicto capitulo, quæ in ecclesiarum.de constitutionibus. Cuius opinio propter eius authoritatem multum valeret, & obtineret in practica, vt ibi dicit Felyn. versiculo, Erit ergo in proprio regulariter verum. Licet Hostiensis in summa.titul.de immun.eccles.§.inquantum.vers.Sed nec illa. tenuerit contrarium in hoc casu & præcedenti: quem sequitur Panor.in c.ij.in fi.de feu. Et credo hanc esse veritatem, quòd etiam in feudis, pro quibus seruiri potest per substitutum, licet perpetua sint, non possint ecclesiæ relinqui, per rationem supradictam. Et etiam quia vbi esset illa consuetudo, aut priuilegium seruiendi per substitutum, si dominus feudi, putà rex in propria persona pergeret ad bellum: quo casu cessant omnia priuilegia exemptionis à seruitio, ita quòd teneretur vasallus etiam tunc ire in propria persona, vt d.l.neminem. & l.placet.iuncta gl.in verbo, necessitatis. & l.iubemus nullam. C.de sacrosanct.eccl.& d.l.ij. C.de quib.muner. non liceat se excusare. libr.x. vbi Lucas de Penna ponit rationem, & efficaciter respondet ad c.non minus.de immun.eccles. & ad c.j. illo eodem titulo.libr.vj. quæ loquuntur de consulibus, & ciuitatum rectoribus, & cæteris similibus, qui onera clericis imponere non possunt, & non de imperatore seu iuribus imperatori debitis, quæ bona clericorum afficiunt, maximè quia tales res feudales sunt ab earum origine ita conditionatæ ad onera prædicta, quæ sunt ordinaria. xxiij.quæstione viij. tributum. Et sic tunc etiam præiudicaretur domino, cui per ecclesiam, vel eius prælatum seruiri non posset, quod ferendum non est, nisi secundum Imol.vbi §. feudum pro anima relinqueretur alicui laicæ personæ pauperi, in qua non militant prædicta inconuenientia in præiudicium domini. Plus dico, quòd dicta prohibitio nedum habet locum in feudo, quod tenetur à domino temporali & laico, sed etiam in feudo ecclesiæ, quod forsan tenet laicus ab ecclesia in homagium, vel aliud seruitium, quia dictæ feudales constitutiones hoc prohibentes etiam locum habent in feudis ecclesiæ, secundum Bal.in c.cæterum.
16 de iudi.in primo notab. † Adeo quòd sicut feudum à seculari domino dependens non potest etiam pro anima relinqui ecclesiæ, nec amore Dei, sic nec feudum quod laicus tenet ab vna ecclesia, relinqui potest alteri ecclesiæ quocunque titulo aut colore, secundum Felyn. in d. c. quæ in ecclesiarum. col.xxiij. de constit. licet moderni quidam contrarium tenere voluerint, per textum in capit.cùm apostolica.de his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli. dicentes ea ratione hoc esse permissum, vt tale feudum à laico detentum quoquo modo ad ecclesiam reuertatur, quæ vna est. Et quod vna ecclesia habebit, satis dicitur alia habere, vt ibi dicit text. Qui tamen non obstat, nec ad propositum facit, secundum Felyn. vbi §. cùm loquatur de feudo decimarum & rerum spiritualium, quod laicus tenebat ab ecclesia ante Concilium Lateranen. Quod quidem potest indubitanter laicus decimarum incapax in aliam quam maluerit ecclesiam transferre, ipsam instituendo, relinquendo, donando, legando, vel aliter disponendo, vt d.c. cùm apostolica. Et ratio est, vt decima à manu laici eximatur. Quæ ratio non militat in feudo rei temporalis, quod laicus talis rei capax tenet ab ecclesia. Vnde extendere dictum capit. cum apostolica. ad seculariа feuda, quæ tenentur ab ecclesia, esset absurdum, & in præiudicium illius ecclesiæ, à qua tenetur: ad quam feudum nunquam rediret quoquo modo, si semel foret alteri ecclesiæ quæsitum. Licet enim omnes ecclesiæ, largè sumendo ecclesiam, sint vna & eadem ecclesia: non tamen propter hoc debet vni auferri, vt alteri detur. capit.cùm causam.de præben. Aliâs vna ecclesia per aliam læsa & circumuenta in integrum numquam restitueretur: sed sufficeret rem

BIU Cujas

esse penes aliquam, licet alienam ecclesiam: & tamen contrarium est veritas. in c. auditis. de in integ. restit. Ideo extendere d. ca. cum apostolica. esset periculosum. Restat igitur Feuda in ecclesiam transire non posse etiam ex pia causa, secundum iura & consuetu-
17 dines feudorum: † quæ ecclesias ligant & personas ecclesiasticas sicut laicos, per text. in d. c. cæterùm. de iudi. vbi Papa declarat dominum feudi quamuis laicum, esse iudicem ecclesiæ & clericorum in causis feudorum quæ tenentur ab eo, prout iura & mores feudorum habent. facit c. nouit. de iudic. Et ratio est, quia illa consuetudo est natura ipsius feudi cùm sit origini feudi annexa, vt d. c. imperialem. quem text. ita ponderat Card. in d. c. cæterum. iij. not. Aluarot. & cæteri in c. j. col. viij. qui feud. dare pos. & Bal. in c. inter dilectos. col. v. de fide instr. [Non posse feuda in ecclesiam transire verum est de iure ciuili, & secundum vsus feudorum. sed de iure canonico potest ecclesiæ donari pro anima, vt singulariter & plenè decidit Host. in tit. de immun. eccles. §. inquantum. vers. sed nec illa. Consuetudo huius regni hæc iura concordat, vt scilicet relinqui possit ecclesiæ, & valet relictum: tamen infrà annum tenetur ecclesia feudum vendere alicui capaci, qui domino seruire possit, vt habetur infrà in quinta decisione.] Præterea
18 † quoties respectu certæ causæ per legem ciuilem iurisdictio attribuitur vniuersaliter alicui, etiam clericos comprehendit actiuè & passiuè, in quibus viget illa qualitas super qua fundatur iurisdictio, etiam in præiudicium ordinariæ iurisdictionis episcopi. Nam hæc iurisdictio respectu feudi tributa est domino feudi per legem ciuilem, vt dicto capit. imperialem. Et nihilominùs vendicat sibi locum in clericis actiuè & passiuè, in quibus illa qualitas reperitur: cum enim hæc dispositio legalis possit se habere ad commodum, sicut ad incommodum respectu clericorum, quia si sint domini feudi etiam habent iurisdictionem sicut laici, & in laicos, secundum Panor. clarè in d. c. cæterum. per illum tex. ver. vltimò induco. de iudi. Adeo (vt dicit Bal. in l. fi. ver. item si eccle-
19 sia. C. sine cens. vel reli.) † quòd si ecclesia receperit feudum, seruare tenetur id quod cæteri vasalli seruant. quod dicit esse mirabile, quòd ratione feudi ecclesia efficiatur de iure & foro domini, etiam si dominus foret vnus rusticus, secundum In. in c. verùm. de foro comp. quem ibi sequitur Panor. facit text. in can. sancitum. xxiij. q. viij. in fi. prin. ibi, debitum seruitium impendant. Quod verum intelligatis quo ad rem ipsam feudalem, in qua valet statutum feudale,
20 † tamen non valeret statutum generale, quod propter rem, vel ratione solius rei ecclesia vel clericus esset domino laico generaliter subditus, aut de suo generali foro quo ad omnes causas & actiones, secundum Inn. in cap. postulasti. de foro compe. quem sequitur Bal. in d. l. iubemus nullam. C. de sacros. eccl. Pariter dicit Bal. in l. sed & si hac. §. si liberta. per illum text.
21 ff. de in ius voc. † quòd licet ecclesia Romana sit mater imperij, tamen si feudum tenet ab ipso imperatore, hoc respectu erit eius vasalla, quia feudataria: non quia mater. & in c. j. col. ij. de contro. feud. apud pares term. dicit, quòd stante quæstione feudi inter dominum & vasallum clericum, pares curiæ erant iudices propter naturam causæ, quæ trahit ad se personam, & non persona naturam. Idem tenet Panor. in c. ij. in prin. de reb. ec. non al. Et consuetudo generalis illam conferre potest iurisdictionem laicis in clericos, per text. in c. j. de contr. inter vas. & episc. de benefi. de quo Bald. ibi admiratur. Similiter dicit idem
22 Bal. in prælu. feud. † quòd quoties ecclesia capit rem in feudum, præstare tenetur domino fidelitatis iuramentum, sicut cæteri vasalli: ita quòd si postea pacta non seruaret, feudo priuaretur iuxta feudales constitutiones, quæ etiam ligant ecclesiam in feudis suis, secundum Pe. de An. cons. 173. inci. dominus Lysarius. Vnde non sine causa decidit gl. super verb. iure alio. in d. c. Romana. §. debet autem. de appel. libr. vj. quòd vbi subditi temporalitati quam ecclesia tenet à rege in feudum, appellant ab episcopo vel suis officiariis temporalibus, talis appellatio non ad metropolitanum, sed ad regem ciúsve officiarios deuoluitur, secundum gl. ibi, & doct. quos sequitur Fel. in d. c. solitæ. de ma. & obed. & Bart. in l. si quando. C. de appel. & dixi plenè circa prin. ij. decisionis: quod etiam seruatur, si temporalitatem haberent allodialem, vt ibi dixi. Quæ omnia fortificant consuetudinem Franciæ, quòd in realibus clerici trahi possint ratione rerum immobilium coram iudice seculari, cùm in Francia fuerint ab origine res sic conditionatę, quòd etiam tendere potest in commodum ecclesiarum & clericorum, si domini temporales existant, vt etiam laici coram eis trahantur ratione rerum, per ratio-
23 nem Panormit. & doct. in d. c. cæterùm. Restat † ergo ecclesias & monasteria aliquo titul. in feudis succedere non posse, etiam si feuda essent francha & libera ab omni onere & seruitio: quia propter hoc non essent francha à maleficio in faciendo, consulendo siue in tacendo fraudem contra dominum: & sic interest domini, quòd feudum quod aliâs confiscari posset, non transferatur in ecclesiam, secundum Bal. in prælud. feud. viij. diuisione. quod etiam generali consuetudine seruatur, vt monachus in eis non succedat, secundum gl. in d. l. de quibus. Potuit enim ius ciuile & consuetudo in monachis necnon clericis sic statuere, propter naturam rei feudalis, quæ est, quòd feudum non transeat in eum qui seruire non
24 potest, secundum Bal. & Ang. in d. l. de quibus. Et † sic in ecclesiam vel monasterium non transibit sine consensu domini & principis, quorum interest, per text. iuncta glo. super verbo, conferebat. in d. c. inter dilectos. de fide instr. vbi imperator concessionem feudi monasterio confirmauit, aut de seipso contulit: ibi, tertiò per priuilegia Romanorum imperatorum, & præsertim Henrici, quę præmissa omnia, s. feuda confirmabat, vel etiam conferebat, &c. Idem tenet Ioan. Fab. in d. l. quoties. per d. l. sacra. §. sciendum. & tex. in d. c. inter dilectos. Per quæ iura probatur, quòd nulla res prophana potest ecclesiæ dedicari, nisi princeps eam dedicauerit, si ei pertinebat, vel potestatem dedicandi dederit, aut postea eam amortizando consenserit. Et eo modo intelligenda sunt iura, in quibus narrantur feuda monasteriis pertinere aut ecclesiis, vt ibi, & d. l. fi. ff. vt in pos. leg.

SVMMÆ.

1 *Emphyteuticaria bona an in ecclesias transire possint.*
2 *Emphyteusis quid, & quòd omni iure teneat.*
3 *Emphyteusis differt à feudo.*
4 *Feudum & emphyteusis conueniunt in multis.*
5 *Thesaurus in agro inuentus, vasalli est vel emphyteutæ, non domini.*
6 *Clausulæ translationis dominij in feudis vel emphyteusi nil operantur sine consensu domini.*

BIU Cujas

7 *Emptor secundus priùs inuestitus præfertur.*
8 *Emphyteusis & feudum quare in ecclesias non transeant.*
9 *Iura quæ habet dominus in vasallos. & num.* 10.
11 *Vasallos an cogat dominus pecuniam sibi mutuo dare.*
12 *Emphyteusi in ecclesiam transeunte priuaretur dominus suis iuribus.*
13 *Militibus ecclesia comparatur.*
14 *Argumentum de feudo ad emphyteusim, valet.*
15 *Emphyteusi ad dominum reuersa, extinguuntur omnia onera.*
16 *Dominus ad quem emphyteusis est reuersa, an onera emphyteutæ subire debeat.*
17 *Nobiles ad tallias non teneri, etiam pro ruralibus acquisitis bonis.*

¶ Quarta Decisio.

1 QVarta Decisio est,† quòd bona emphyteuticaria, quæ ab alio feudali, & directo seu proprietario domino tenẽtur sub aliquo censu, canone, vel alia quacunque pensione, aut onere, non possunt in ecclesiam aut monasterium, vel eorum 7 ministros, clericos, aut religiosos, titulo successionis ex testamento, vel ab intestato, aut alio quocunque titulo inter viuos, nec causa mortis, lucratiuo vel oneroso transire, sicut in feudis s. vidistis. Et sic emphyteusis dari non potest ecclesiæ, nec vendi, aut re-
2 linqui, vt videbitis. Est† autem emphyteusis, quæ alicui sub certa annua census, vel canonis præstatione conceditur. Qui quidem contractus est contractus nominatus, cùm formam habeat à lege, s. quòd in scriptis fiat. l. prima. C. de iure emphyteu. secundum Bart. in d. §. quinimo. l. iurisgentium. ff. de pact. & alibi, vt s. de feudo dixi. Erátque contractus iste omni iure tam Digestorum antiquo, quàm nouo Codicis, & hodie pariter est iure Institutionum, & nouissimo Authenticorum cognitus & practicatus, vt patet ff. si ager vectigal. vel emphyteuticarius petatur. & C. de iure emphyt. per totum. Institut. de locat. §. adeò. & in Authent. de alienat. & emphyteut. collatio. ix.
3 Et† differt à feudo, quia feudum est propriè beneficium, seu quædam beneuola concessio. capit. j. quib. modis feudum amittat. Debet enim gratis & liberè concedi, & vt pro eo solùm debeatur fidelitas, vel 8 personale seruitium. Et istud propriè dicitur feudum nobile, differens ab emphyteusi, quæ conceditur pro annua canonis, aut census præstatione, & interdum certa pecuniæ quantitas à principio pro intratis seu ingressu præstatur. capit. constitutus. vbi gloss. & doctor. de religiosis domibus. Bartol. & cæteri in l. j. C. de iure emphyteut. Et feudum datur gratis, ex cuius natura personale debetur seruitium. Sed in emphyteusi census debetur annuus, vnde feudum magis cohæret personæ quàm patrimonio. Cùm eius causa in persona consistat, id est, personali seruitio, secundum Baldum in Authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct.
4 eccles. Conueniunt† tamen feudum & emphyteusis, quia per vtrunque in accipientem transfertur vtile dominium, remanente directo apud dominum concedentem, secundum gloss. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodat. & Bart. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirenda possessione. Sed non obstante quòd dominium vtile habeant vasallus & emphyteuta, omnísque vtilitas ex re prouenies eis
5 pertineat,† adeo quòd si thesaurus in possessione reperiretur, lucro vasalli cederet, vel emphyteutæ, & non domini, secundum *omnes* in l. vnica. C. de thesau. libro decimo. & in §. thesauros. instit. de rerum diuisione. de qua vtilitate ad libitum disponere possunt. Tamen corpus rei sine consensu domini directi alienare non possunt, etiam capaci & non prohibito: intantum quòd si de facto venderent rem sine domino, & illam nomine emptoris possidere se constituerent, vel vsumfructum retinerent, aut instrumẽtum, vel claues domus traderent, vel alium actum, per quem fictè dominium transfertur, & possessio. l. quod meo. ff. de acquir. poss. l. j. & l. quisquis. C. de donatio. & l. clauibus. ff. de contrah. emptio. & plenè Panor.
6 in cap. secundo. de consuet. † Attamen tales clausulæ dominium, & possessionem in allodiis transferentes ad emptorem, vel donatarium, nihil operantur in feudo vel emphyteusi sine domino alienatis. l. fin. C. de iure emphyteut. vbi soli domino pertinet nouum vasallum vel emphyteutam inuestire, & eum possessorem & dominum vtilem facere, nisi fortè in præiudicium venditoris, qui hoc attentando sine domino rem commisit, sed in emptorem ante domini inuestituram nihil transit. & ita expressè decidit Guido Papę, q. cxij. incip. in dicta curia. Adeò† quòd si concurrerent duo, quorum cuilibet feudum fuit venditum, aut emphyteusis, si dominus secundum emptorem inuestierit, ille dominio & possessione potior erit primo, cui fortè per venditorem fuerat priùs tradita possessio sine domino, secundum Bal. in c. vni. §. si facta. si de feudo fuer. contr. & clarius Sal. in l. fin. C. de iure emphyt. & Pet. Iac. de actio. in rem pro re emphyt. quæ cecidit in commis. vers. item colligitur hic. lo j. Guido Papæ, quæstio. xlvj. & dicta quæstion. cxij. & Barthol. Cæpoll. in tract. de cautelis aduocat. caut. 130. incip. Si dominus inuestiuit aliquem de feudo, &c. quod est notandum pro intellectu l. quoties. de rei vend. & quæ not. Panor. in dicto cap. secundo. de consuetudin. Vnde si ibi esset consuetudo retractus, sicut est in Francia & præsenti ducatu Aquitaniæ, tempus datum parenti proximiori ad pretium emptori offerendum, & rem venditam retrahendum non currit à tempore factę venditionis, sed laudationis & inuestiturę à domino directo obtentę, cùm antè non dicatur perfecta venditio, quia venditor nihil potest sine domino, vt dicta l. fin. C. de iure emphyt.
8 Et ita consuetum est seruari Parisiis. Et† sic non mirum, si in ecclesia non transeat ante inuestituram, nec operatur in his rebus priuilegium ecclesiæ, vt tales res ipso iure in eam transferantur, per l. fin. C. de sacrosanctis eccles. quæ locum habet vbi venditor vel donans habebat plenam rei dispositionem, vt quia erant res allodiales à dominio alterius non dependentes, sed res feudales & emphyteuticæ dependent à dominio alterius, sine cuius consensu nihil transferri potest, maximè in ecclesiam, quæ prohibita est tenere talia bona, quę in eam transferri non possunt quoquo modo. Et ratio est, ne dominus grauetur & fraudetur in iure suo. Nam cùm res immobiles semel acquisitas non possit ecclesia alienare, nec conditionem suam facere deteriorem, ipse dominus laudimia ac capita, & cætera iura in mutatione emphyteutæ debita perderet, nec res faciliter caderet in commissum, nec vnquam reuerteretur ad dominũ, cuius conditio in conueniendo ecclesiam efficeretur deterior. Cùm ecclesia difficiliter conueniatur, & magis difficiliter deueria soluit, & nunquam moritur, vt d. cap.

BIU Cujas

9 si gratiosè.† Similiter priuaretur dominus aliis pluribus, quæ quilibet subditus conferre domino tenetur, secundum diuersas terrarum consuetudines, putà, pro exercitu, cùm dominus vocatur per Regem aut Imperatorem ad bellum: vel quando Rex, aut Imperator transit per illum locum, quo casu nemo quantumcunque priuilegiatus, excusatur, vt d.l.neminem.de sacros.ec.vt sæpè dixi. Aut pro filia domini maritanda, vel pro se aut filio milite, aut doctore faciendo, aut pro emendo aliquam terram, propter quam dominus fortior, & ditior erit ad defendendum subditos. vt plenè & singulariter consuluit Oldrad.cons.ciiij. incip.circa propositam quæstionem.

10 vbi concludit† subditos cogi posse ad succurrendum domino suo in noua acquisitione alicuius terræ ipsis præsertim contiguæ. Ad quod tenentur etiam de iure, vt ibi, & plenè Guido Papæ, quæstione quinquagesimaseptima. Vel redimendo dominum ab hostibus captum, quæ iura multoties domino ex consuetudine immemoriali debentur, vel ex pacto, aut forma antiquæ inuestituræ, cùm aliâs ei non debeantur de iure, quia scriptum est, Honorem domini non debere molestiam esse, nec onera subditorum. l.penultima.& l.fin. C de statuis & imaginibus. licet Rofredus doctor antiquus in suis (primus) dixerit libellis, talia iura esse dominis debita per subditos, quem sequi videtur Specul.tit.de feudis. §.j. col.antepenult. vers.& not. quòd vasalli comitum. Sed nihil est, nisi vt suprà dixi. De quo alleg.quæstio.lvij. & Alexand. in secunda parte, consilio trigesimoquinto, incipiente, Viso themate. vbi concludit necessariam fore in his consuetudinem immemorialem, secundum Bartolum in l.cùm neque originales. C.de incolis. libro decimo. Et licet debeantur communiter hæc iura soli domino, qui altam iustitiam habet in subditos, qui domicilium in sua terra fouent: quia hæc tallia est merè personalis, secundum Bartolum in l.prima, C.de mulier.& in quo loco munera sexui congruentia subire tenentur. libro decimo. Tamen interdum debentur domino directo, licet non iustitiario iure constituti,& conuentionis. Quo casu tallia imponeretur pro valore rei emphyteuticariæ tantùm,& domino iustitiario deberetur pro residuo bonorum, & vna non tollit aliam, secundum Masuerum titulo de talliis. §. item dominus altæ iustitiæ. vbi docet modum cotizandi subditos pro huiusmodi tallia. Ad quam cùm sit personalis, non tenentur ecclesiastici,

11 secundum eum ibi.† Posset etiam dominus pro faciendo guerram in defectu bonorum suorum, & in subsidium cogere subditos ad sibi mutuandum pecuniam, quam tenetur eis postea restituere, secundum Cynum in d. l. neminem. de quo Guido Papæ, q.551.in fine. [An clerici cogi possint, dicitur infrà in quinto articulo, dum loquimur de multiplici specie agricolarum, vbi super hoc inferitur bulla Papæ Bonifacij octaui quo ad clerum regni Franciæ.]

Sed quia talia mutua tardè, & interdum nullo modo restituebantur.& aliquando non necessitate, imò sola exactorum libidine extorquebantur à subditis, prohibuit beatus Ludouicus Francorum Rex à cætero talia mutua exigi, quæ quasi quoddam domanium censebantur in consuetudinem deducta. Plus declarando, quòd nolebat gabellas, & impositiones pro necessitate fortè ad tempus indictas, amplius durare, nec in domanio incorporari, Anno Domini Millesimo ducentesimo vigesimoquarto. [Hæc ordinatio hodie situata est, per dom.Auffrer. in ordine sexta in titulo de talliis & exactionibus.] Or Deus scit, si prælati ecclesiæ,& ecclesiastici viri, præsertim maiores, libenter domino contribuerent necessitate ingruente, vel pro his faciliter conueniri possent. Sed peius est, quia non tenerentur, & præsertim secundum illos qui tenent, quòd etiam res de antiqua contributione in viros ecclesiasticos deuentæ & translatæ, sunt eoipso exemptæ, quandiu in eorum manibus durabunt, vt tenet Guido Papæ, q. trecentesima octuagesimatertia.& Canonistæ in capit.non minus.& capit.aduersus.[Qualiter hoc intelligitur in regno Franciæ, habetur clarè in dicta bulla Papæ Bonifacij octaui, suprà allegata.] de immunitate ecclesiarum. pro quibus facit capitulum primum, de iure patronatus, libro sexto. † Vbi ius patronatus de laico, qui tres menses habebat ad præsentandum translatum in virum ecclesiasticum alteratur, & sumit naturam iuris patronatus ecclesiastici. Ita quòd sex menses habet ad præsentandum, ideo in ecclesias feuda,& emphyteoses transire non possunt, ne dominus suis priuetur iuribus, vel diutius elongetur ab eis. Et licet ecclesia quo ad emphyteusim non reperiatur expresè prohibita, tamen satis eis obstat generalis prohibitio, viso quòd curiales & milites prohibiti sunt. l.curialis.& l.milites. & l.ne cui liceat.C.

13 loc. † Quibus militibus ecclesia comparatur, secundum gloss.& omnes in l.miles.ff.de re iudic. & ita in casu nostro tenet gloss. quam *omnes* sequuntur in d. l.finali. C. de iure emphyteutico. & in dicto capitul. potuit. de loc. & ita fuit generalis consuetudo semper hunc passum interpretata. Ideo immutanda non sunt, quæ certam interpretationem semper habuerunt. l.minimè. & l.si de interpretatione.ff.de legib.

Et inde est, quòd consueuerunt domini in eorum concessionibus paciscendo exprimere, quòd emphyteusis in milites non transferatur, neque ecclesias, vel aliam priuilegiatam personam. Quæ quidem pacta velut naturalia illius contractus vbique seruantur, ex quibus plus dependet forma & effectus emphyteusis, quàm aliunde, vt d.l.prima.C.de iure emphyteutico. cùm sint conformia iuri communi, & dispositioni dictæ legis finalis. quæ generaliter prohibet translationem rei emphyteuticæ in omnem personam talem, per quam conditio domini fieret deterior. capitulo secundo, de alienatione iudicij mutandi causa fact. secundum Bartolum in l. prima. ff.illo eodem titulo.& in l.vnica.C. de his qui potentior.nomine. textus & gloss.in l.secunda.ff.qui satisdare cogantur. Adeò quòd Cynus & Baldus in l. qui stipendia. C. de procuratoribus. dicunt quòd fraus præsumitur eo ipso, quòd facta fuit cessio clerico,

14 vel potentiori, per quem forus mutetur. † Præterea bonum est argumentum de feudo ad emphyteusim propter identitatem rationis, scilicet præiudicij domini, sed ea ratione in feudo, quoquo modo succedere reperitur ecclesia expresè prohibita, vt dixi in tertia decisione: ergo & in emphyteusi propter identitatem rationis, prout omnes arguunt de vno ad alium, in dicta l.finali.& dicto capit.potuit. Quoniam si emphyteusis veniret ad manum mortuam, secundum vulgare Franciæ, dominus fraudaretur iure suo, & iura sibi debita perderet, quod fieri non debet. Et ita seruatur in præsenti regno, secundum Specular.titul. de emphyteus. §.nunc aliqua. versic.cxvj. & Masuerus titul.de locat.& iure emphyteut. §.item si res quæ data fuit. & titul.de præscript. §.item si ecclesia, tit.legati,& c. quia tales venire non possunt in

manus

manus mortuas, quales sunt ecclesiæ & cæteri priuilegiati, quæ verius dicuntur manus mortificantes
15 rem, quàm mortuæ, prout Galli dicunt. † Nam stante emphyteusi in manu emphyteutæ, potest (vt dixi) ad dominum reuerti & liberè: quoniam facta consolidatione vtilis dominij cum directo, vel propter deueria non facta domino, vel quia dominus rem venditam alteri, aut vendendam retinuit pro simili pretio, prout facere potest iure domini, talis consolidatio tantæ semper fuit virtutis & effectus, quòd fit ipso iure & liberè: adeo quòd si per emphyteutam fuissent tali rei onera imposita, putà ius hypothecæ, vel quęcunque alia seruitus realis aut personalis, per consolidationem eoipso est extincta in eum modum, qualitatem, & libertatem redacta, in quibus erat, & tempore quo data fuerat in emphyteusim & concessa. ita quòd si stante illa re penes emphyteutam facta fuerat contributaria, allibrata, & talliabilis, & realiter pluribus temporibus pro ea tallias, & cætera onera
16 publica emphyteuta soluerit: Certè † dominus ad quem reuersa est per consolidationem, nullatenus tenebitur ad contributionem, per text. in l. lex vectigali fundo. ff. de pign. vbi res redacta est in qualitatem allodij, & de censuali conuersa in allodium, sicut prius fuerat ante omnem infeudationem. Ad quod facit text. opt. in l. voluntate. in fin. ibi, Sed in pristinam causam res redit resoluta concessione, &c. Ac si nulla fuisset, secundum gl. ibi. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. secùs esset, si ad dominum reuerteretur non iure dominij, sed quia fortè dominus vtile dominium ab emphyteuta emit, vel in solutum accepit: quia tunc esset loco emphyteutæ, secundum Guido Papæ, q. 384. Quæ optimè faciunt ad intellectum ordinationis regiæ [Hæc ordinatio hodie posita est per dom. Auffrerij in tit. de talliis, & exact. ordine tertia.] Philippi pulchri huius nominis quarti Bituris factę, dieveneris ante cineres, anno domini M.ccciiij. c.xx. vbi sic dicitur, Item quòd in feudis, quæ teneri consueuerunt à nobilibus, vel religiosis, burgensibus vel aliis, licet aliquo modo, vel iure deuoluta sint ad dominos, à quibus tenebantur in emphyteusim, pro quibus feudis possessores contribuere consueuerant, domini possidentes ea, aut quicunque alij in realibus contribuere compellantur, prout hactenus extitit contribui consuetum per eorum veteres possessores. Hæc ibi. Quia hoc intelligitur si dominus non vt dominus, nec iure dominij feuda illa acquisierit emendo, vel in solutum recipiendo pro arreragiis, vel alio debito, aut quia emphyteuta rem ei donauit. Sed si iure dominij ad eum ipso facto reuersa, id est, eo modo, quo alius, quàm dominus eam habere non potuisset, per talem consolidationem extinguuntur omnia onera post infeudationem imposita, per tex. in d. l. lex vectigali. ff. de pign. & ita formaliter decidit idem Guido Papæ, q. 575. dicens ita decisum fuisse per arrestum. [De quo vide per Pet. de Anc in c. accessorium. de reg. iur. lib. vj. & dixi s. in ij. decis. circa princ.] Nec hoc casu locum habebit ordinatio, præsertim in hoc ressortu, seu intra limites huius parlamenti, vbi iure communi causæ deciduntur, secundum parlamenti institutionem: aliter & aliàs maximum fieret dominis prędiudicium in iure eis competenti, per d. l. lex vectigali. de qua confisi res infeudâ runt, aliàs fortè non facturi quibus per principem in dictis eorum iuribus, præsertim de iure communi competentibus præiudicari non potuit, secundum Bal. sing. in auth. omnes peregrini. vers. vlteriùs nota, quòd lex imperialis. C. com. de suc. quod est not. Ex post fuit humanius consultum nobilibus per Caro-
17 lum vj. anno Domini M.cccc viij. qui † ordinauit nobiles ad contributionem talliarum non teneri pro bonis etiam immobilibus quoquomodo acquisitis, quandiu illa in suis tenebunt manibus, imò censeri debent nobilia & sic exempta, quouismodo eis obue nerint. [Hæc ordinatio hodie posita est duodecima allegato titul. de talliis, per dom. Auffrerij.] Ad præmissa facit quod decidunt Gul. de Cun. & Ang. in l. sed & si hac. §. prostituta. ff. de in ius voc. vbi plus dicunt, quòd si dominus rem suam in emphyteusim alicui dederit, cum hoc quòd anno quolibet ex ea dare teneatur Titio certum bladum, aut vinum, vel aliud: & postea res illa reuertatur ad dominum, non erit obligatus ad illud onus, per text. in l. Titia. ff. de ann. leg. & l. Stichus. §. Titia. ff. de alim. & cib. leg. facit l. fi. ff. de contrahen. empt. nisi dominus rem suam dans conditionem adiecerit aliquam, per quam velit in re illa sua aliquid euitari. Quia tunc si res illa ad dominum dantem reuertatur, certè reuertetur cum eadem qualitate & conditione, per text. not. in d. §. prostituta. vers. at si venditor. & in l. j. ff. si mancip. ita venierit, ne prostituatur. Et idem vbi dominus concedens rem suam ei onus adiecerit cum rei obligatione, scilicet eam pro illo onere obligando: quoniam tunc reuertetur cum eadem qualitate, per generalitatem. l. si conuenerit. la ij. §. si fundus. ff. de pignor. act. & l. debitores. C. de pign. quod est not.

SVMMÆ

¶ Quintæ Decisionis.

1 *Feuda & emphyteuses in Gallia ecclesiæ relinquuntur.*
2 *Officia regia sunt in Gallia perpetua, & pro patrimonio habentur.*
3 *Allodia quæ in ecclesiam transeant, ibi perpetuò mansura.*
4 *Ecclesia cogitur rem dimittere propter onera ordinaria.*
5 *Consuetudo potest res omnes conditionare, et qualificare.*
6 *Annua præstatio præscribi nequit.*
7 *Euacuare manus tenetur ecclesia, si emphyteusim non præscripsit.*
8 *Feuda sunt instar patrimoniorum, si in nobiles transferantur. 9.*
10 *Tholosani priuilegiati ad tenenda feuda nobilia.*
11 *Caturcenses priuilegiati ad tenenda feuda nobilia.*
12 *Tholosani consules dicuntur domini de capitulo.*
13 *Capitulary Tholosæ qui dicantur. 14.*
15 *Domini de capitulo Tholosæ habent merum & mistum imperium. 16.*
17 *Senescallus Tholosæ concurrit in iurisdictione cum Viguerio & capitularijs.*
18 *Tabelliones creati per capitularios Tholosæ habentur pro notarijs in toto imperio.*
19 *Viguerius & consules Caturcenses sunt coniudices in criminalibus.*
20 *Philippus rex Narbonæ sepultus.*
21 *Tholosanorum curialium priuilegium.*
22 *Vniuersitatibus approbatis annumeratur Tholosana.*
23 *Doctores quales hodie fiant.*
24 *Statuta leguntur doctorandis.*
25 *Doctores hodierni priuilegio non deberent gaudere.*
26 *Doctores hodie fiunt, vt maius habeant salarium.*
27 *Salaria magistratuum diurna.*
28 *Doctoratum malè petens peccat.*

29 Milites, qui fiunt, vt sint exempti. sunt fatui.
30 Sabinus primus in iure publicè scripsit.
31 Tallias an soluant consules, & officiarij regij.
32 Amortizatio bonorum ecclesia à iure communi ortum habet.
33 Ecclesiæ in quibus casibus non teneantur manum euacuare de temporalibus quæsitis. 34.
35 Franciæ regnum à solo Deo pendet.
36 Iustitia maximè viget in Gallia.
37 Stipendia officiariorum Galliæ quam summam conficiant.
38 Romani tribunos plebis aduersus consules statuerunt.
39 Iustitia diuiditur in sex partes.
40 Francorum regibus se exteri sponte submiserunt.
41 Successio prima, est suorum hæredum.
42 Succedere potest in vtero existens.
43 Successio deferri non potest nondum conceptis.
44 Venditam rem proximior retrahere à minus propinquo potest, etiam si statutum de patre loquatur.
45 Gradum eundem obtinentes pariter ad successionem vocantur.
46 Ius accrescendi quale inter succedentes in capita.
47 Præmium victori promissum, an plures simul capere possint. 48.
49 Occidenti, vel capienti malefactorẽ, dari potest præmium.
50 Filius emancipatus nepotes suos, & reliquos omnes excludit.
51 Legitimam non habet nepos ex filio emancipato instituto.
52 Filius qualiter nepotes excludat. 53.
54 Repræsentationis ius habent nepotes ex priuilegio.
55 Nepotes repræsentant personam patris sui etiam ciuiliter mortui.
56 Repræsentatio filij vice patris locum habet in iure patronatus, feudis, & aliis. 57. 58. 59. & 60.
61 Fideicommissum an nepoti restituatur.
62 Fideicommissa conditionalia non transferuntur, si hæres ante conditionem decedat.
63 Conditio facit vltimas voluntates debiliores.
64 Repræsentationis ius solum extenditur ad pronepotes.
65 Nepotes ex filio præmortuo cum patruis succedunt in stirpes. 66.
67 Ius accrescendi quid operetur in succedentib. per stirpes.
68 Ius accrescendi solum operatur inter omnino pares verè, vel repræsentatiuè.
69 Nepotes vel pronepotes soli an in stirpes vel capita succedant.
70 Ascendentes qualiter descendentibus succedant.
71 Ordine turbato succedit filio pater.
72 Consuetudo vt ascendentes descendentib. non succedant.
73 Filio mortuo si succedant ambo parentes, vsusfructus patris non extinguitur.
74 Filio mortuo succedunt paterni in paternis, & materni in maternis.
75 Ius accrescendi quid operetur quando ascendentes succedunt descendentibus.
76 Collaterales cum ascendentibus quomodo succedant. 77.
78 Fratrum priuilegium cum ascendentibus succedentium non extenditur ad eorum filios.
79 Vsusfructus quando non acquiratur patri.
80 Parentes ad secunda vota transeuntes an perdant successionem liberorum priorum.
81 Mater secundò nubens prioribus liberis succedere potest.
82 Vidua tutrix non petito alio tutore nubens, perdit filiorum successionem & tutelam.
83 Mater secundò nubens quo ad solum vsumfructum vni ex liberis potest succedere. 84.
85 Mater etiam quo ad proprietatem succedit defunctis omnibus liberis primi matrimonij. & numer. 86.
87 Mulier ad secunda vota transiens quid perdat.
88 Patris ad secunda vota transeuntis est idem ius quod de matre, & de aliis ascendentibus. 89.
90 Mater secundò nubens, quam pœnam euitet iure canonico.
91 Mater secundò nubens, an à prioribus liberis institui possit.
92 Ascendentes descendentibus non succedunt in feudis.
93 Hæres semper intelligitur de descendentibus.
94 Ascendentes descendentibus quando succedant in feud.
95 Collaterales succedunt vsque ad decimum gradum.
96 Consuetudo collateralium successionem mutat.
97 Fratres primi inter collaterales.
98 Pauli Æmilij triumphus.
99 Marcus Fabius triumphum recusauit ob mortem fratris.
100 Repudiare & mortuum esse paria sunt.
101 Repræsentatio & ius accrescendi etiam locum habent in collateralibus.
102 Repræsentatio locum non habet in successione collateralium vltra filios fratrum.
103 Paternorum bonorum successio consanguineis, & materternorum vterinis debetur.
104 Naturales quomodo succedant.
105 Bastardi sunt in triplici differentia.
106 Concubina quid.
107 Concubina testimonium ferre non potest pro Amasio.
108 Naturales filij qui dicantur. 109.
110 Naturalium filiorum duæ differentiæ.
111 Fornicarius coitus multipliciter lege damnatus.
112 Concubinas plures habere non licet.
113 Concubinatus quicunque hodie damnatur.
114 Naturalium successio ex testamento.
115 Donandi causa stante nulla, donatio erit nulla.
116 Naturales non possunt iure vltra vnciam succedere.
117 Testamento etiam minus solenni pŏt bastardis relinqui.
118 Filios non extare, aut succedere non posse, paria sunt.
119 Bastardi an possint substitui. 120.
121 Matri succedunt bastardi.
122 Spurij nullo modo succedunt.
123 Coniunctorum appellatione non veniunt spurij.
124 Spurio alimenta possunt relinqui.
125 Pater pro anima spurij mortui potest in vita & morte donare.
126 Spuriæ filiæ pro dote potest relinqui.
127 Religionis prætextu spuriis donatur.
128 Spuriis substitui non potest.
129 Spurius etiam ex contractu nihil à patre potest capere.
130 Spurius reliquis omnibus, excepto patre, potest succedere.
131 Spurij filius ab auo capere potest.
132 Spurio relinqui potest in casu.
133 Spurius patri nihil etiam relinquere potest.
134 Naturalium successio ab intestato.
135 Bastardi an matri succedant. 136.
137 Naturales an patri ab intestato succedant.
138 Agnati medio vxoris consequuntur quod per se non possent.
139 Naturales ex ancilla quomodo succedant.
140 Matrimonium est etiam inter seruos iure canonico.
141 Ascendentes quomodo naturalibus descendentibus succedant. 142. & 143.
144 Bastardi qualiter sibi inuicem succedant.
145 Statuta de legitimis loquentia, habent locum in naturalibus, in casibus.
146 Concubinatus hodie reprobatur.
147 Bastardi in Gallia non succedunt.
148 Bastardi collateralibus etiam non succedunt, nisi legitimati. 149.
150 Bastardi de suis bonis in Gallia liberè disponunt.

BIU Cujas

151 *Bastardis in Gallia parentes non succedunt, nec econtrà.*
152 *Bastardi à cœlesti hæreditate non excluduntur, per baptismum legitimati.*
153 *Proximior rem venditam retrahere potens, non intelligitur bastardus.* 154.
155 *Vxor bastardo succedit, & econtrà.*
156 *Concubinæ an possit amasius inter viuos donare, vel in testamento relinquere.*
157 *Concubina institui non potest in præiudicium fratris.*
158 *Turpis persona quæ dicatur.* 159.
160 *Concubina ab intestato non succedit, etiam mortuo sine parentela.*
161 *Miles nihil dare potest concubinæ.*
162 *Caij Visellij & concubinæ eius historia.*
163 *Concubinæ ex iusta causa donans miles, non valet, nisi causæ veritas probetur.*
164 *Legitimi tantùm quomodo succedant.*
165 *Adoptio fit duobus modis.*
166 *Arrogatio quid.*
167 *Consuetudo non extendenda.*
168 *Arrogatus omnia acquirit arrogatori pleno iure.*
169 *Arrogati filij transeunt in potestatem arrogatoris.*
170 *Submittens se alicui principi, submittit etiam terram & vasallos.*
171 *Arrogationem quando facilè concedat princeps.*
172 *Impubes an arrogari possit.*
173 *Arrogatio an extinguat substitutionem.*
174 *Adoptio quid.*
175 *Patris erga filium semper est bona præsumptio.*
176 *Adoptiui non transeunt in potestatem adoptantis.*
177 *Pater an filium adoptiuum alere teneatur.*
178 *Adoptiuus filiam non excludit.*
179 *Adoptiui non succedunt.*
180 *Adoptiuus pater an possit in ius vocari.*
181 *Mater non potest à filio in ius vocari sine venia.*
182 *Adoptionis definitio.*
183 *Adoptare non potest mulier.*
184 *Adoptiuorum ex testamento successio.*
185 *Adoptiuorum successio ab intestato.* 186.
187 *Adoptio in fraudem facta non valet.*
188 *Carolus rex Galliæ adoptare non potuit regem Angliæ.*
189 *Differentia inter legitimos & naturales, ac legitimos tantùm in succedendo.*
190 *Ascendentes adoptiui quomodo succedant descendentib.*
191 *Arrogatione qualiter extinguatur pupillaris substitutio.*
192 *Adoptiui qualiter inter se, & cum naturalibus succedant collateraliter.* 193. & 194.
195 *Repræsentationis ius locum etiam habet inter adoptiuos.*
196 *Adoptiui in Gallia non succedunt.*
197 *Filiatio solo consensu non potest contrahi.*
198 *Retractus an locum habeat inter adoptiuos.*
199 *Spiritualium filiorum ius.* 200. & 201.
202 *Cognatio spiritualis ex baptismo, & confirmatione solùm oritur.*
203 *Baptizanti & leuanti debet baptizatus reuerentiam.*
204 *Cognatio spiritualis maior est quàm vinculum adoptionis.*
205 *Patrinus an possit esse testis pro filiolo, & econtrà.*
206 *Cognatio spiritualis impedit, & dirimit matrimonium.*
207 *Fredegundæ reginæ historia.*
208 *Matrimonium post cognationem spiritualem contractum dissoluitur secus si ante.* 209.
210 *Spiritualis hæreditas non transit ad filios.*
211 *Administratores ecclesiæ suos hæredes habent in Gallia.*
212 *Affinitas quid.*
213 *Affines ex testamento succedunt.*
214 *Donatio non valet inter coniuges.*
215 *Statutum quòd vir nihil in testamento dare possit vxori, valet.*
216 *Statutum quòd mulier testari non possit, nec causa mortis donare, valet.*
217 *Affines qualiter ab intestato succedant.*
218 *Sponsus non succedit sponsæ.*
219 *Vxor succedit marito intest. deficientib. consanguineis.*
220 *Coniuges qualiter sibi ab intestato succedant.*
221 *Tholosæ & Caturci vir succedit vxori in dote, & vxor viro in agentiamento.*
222 *Donator præsumitur præmortuus vt valeat donatio.*
223 *Domicilium cuius attenditur in statuto de lucrando dotē.*
223 *Vxor succedit viro, & econtrà in medietate mobilium. & etiam acquisitorum immobilium in Gallia.* 225.
226 *Societas individua est matrimonium.*
227 *Societas omnium bonorum inter coniuges.*
228 *Quæstus qui propriè dicantur.*
229 *Quæstus appellatione non continetur hæreditas cuipiam obueniens.*
230 *Communio bonorum inter coniuges ex consuetudine locum habet.*
231 *Vxor non succedit viro nisi ex consuetudine.*
232 *Vxor etiam in domum mariti non transducta, succedit.*
233 *Caturcensis vniuersitas, à quo fundata.*
234 *Coniuges in sibi inuicem succedēdo præferuntur collegiis.*
235 *Collegium succedit artifici mechanico, prius quàm fiscus.*
236 *Vxor præfertur bastardis in succedendo.*
237 *Successio inter coniuges, est de iure prætorio.*
238 *Coniuges quando sibi inuicem non succedant.*
239 *Ius sibi dicens perdit lucrum.*
240 *Vxor locuples quando non succedat viro.*
241 *Vxor inops in quarta parte succedit.* 242.
243 *Dotem congruam intelligunt iura de dote loquentia.*
244 *Vidua etiam dicitur, quæ virum habet inutilem.*
245 *Vidua retinet mariti priuilegia.*
246 *Regij domestici verecundè puniendi.*
247 *Diues vel pauper quando quis dicatur.* 248.
249 *Vxor pauper marito locupleti quando in quarta succedat.*
250 *Vxor superstes cum liberis, in quo succedat.*
251 *Maritus inops succedit instar vxoris inopis.*
252 *Amasia non potest institui in præiudicium fratris.*
253 *Collegium mechanicæ artis quando succedat.*
254 *Magistratus suis succedit officialibus.*
255 *Ambana lege, rex Galliæ vacantia omnia occupat.*
256 *Filiis apud hospitalia expositis succedunt ipsa hospitalia, non fiscus.*
257 *Fiscus excluditur à successione peregrinorum & pauperum.*
258 *Furioso succedit extraneus.* 259.
260 *Captiuis non succedunt consanguinei, sed redemptores.*
261 *Capti in bello hodie non fiunt serui.* 262.
263 *Captiuorum redemptio multa habet singularia.*
264 *Sacræ res pro captiuis redimendis, & pro fame vendi possunt.* 265.
266 *Captiui rem potest non dominus alienare pro ipsius redemptione.*
267 *Inuitus quis potest redimi.*
268 *Minor contrahit se liberando à captiuitate.*
269 *Canones præferuntur legibus in concernentibus animæ periculum.*
270 *Fiscus qualiter succedat in bonis vacantibus.*
271 *Clericorum vacantia non fisco Cæsaris, sed ecclesiæ pertinent.*
272 *Ecclesia clericatum allegans, tenetur id clarè probare.*
273 *Fiscus non succedit in regnis.*
274 *Fiscus non dicitur hæres proscriptorum.* 275.
276 *Auth bona damnatorum. an locum habeat in banniris.*
277 *Fiscus in confiscationibus reorum dicitur potius succedere bonis, quàm personæ. secus in intestatis.*
278 *Vxoris bona non veniunt in confiscationē.*

BIU Cujas

279 *Banniti post bannum contrahere, & bona acquirere possunt.*
280 *Ius patronatus venit in confiscatione.*
281 *Conditionalia iura, vt substitutiones non veniunt in confiscatione.*
282 *Ius adeundi hæreditatem non venit in confiscatione.*
283 *Ius dicendi testamentum nullum non venit in confiscat.*
284 *Fisco addicuntur bona, quæ quis habebat tempore confiscationis.*
285 *Legitima filiorum condemnati confiscatur.286.*
287 *Episcopus malè ablatorum est distributor.*
288 *Fiscus succedens confiscationi, non dicitur succedere personæ.*
289 *Fiscus tenetur creditoribus confiscati.*
290 *Pompeij debita solui iussit Cæsar.*
291 *Ciuitates non succedunt in bonis vacantibus.*
292 *Ciuitates habentes altam iurisdictionem, succedunt in bonis vacantibus.*
293 *Barones hodie merum vsurpant imperium.*
294 *Ecclesia nulla fiscum habet excepta Romana.*
295 *Feuda confiscata debet rex aliis infeudare.*
296 *Feudales domini non possunt vti iure prælationis.*
297 *Vasalli sunt in bello aliis fideliores.*
298 *Feuda sibi potest rex duobus modis applicare. (tinere.*
299 *Feudum ab alio domino pendens, non potest rex sibi re-*
300 *Aquitaniæ feuda non confiscantur, nisi læsa maiestate.*
301 *Peculia castrensia olim non veniebant in confiscatione.*
302 *Fiscus succedens ab aliis hæredibus differt.303.*
304 *Fiscus & priuatus differunt in contractu inter viuos.*
305 *Vacantium bonorum multiplex differentia.306.*
307 *Venari an liceat in aliena garena.*
308 *Columbos an liceat venari.*
309 *Columbarum priuilegia.*
310 *Sanguinis columbini medicina.*
311 *Columbæ proprietates adaptatæ donis sancti spiritus.*
312 *Venatores regis non possunt in forestis baronum venari.*
313 *Venationes possunt habere prælati.*
314 *Venatio quæ prohibita.*
315 *Animalia omnia agrestia licet occidere.*
316 *Lupus rapax bestia, & cruoris appetens.*
317 *Aper vnde dicatur.*
318 *Castrata animalia plus mansuescunt.*
319 *Aper contra lupos dimicat.*
320 *Vrsi natura.*
321 *Salarium de publico constitui potest capientibus lupos, vulpes, & alias feras.*
322 *Venatio sit potius causa recreationis.*
323 *Nobilitatis Gallicæ consuetudo venandi.*
324 *Parisius à Paride dicta.*
325 *Cerui miraculum.*
326 *Emporium in Campo Lendito.*
327 *Dionysij ecclesia à Christo consecrata.328.*
329 *Dagobertus à tartaris ereptus.*
330 *Dagobertus quare damnatus & saluatus.*
331 *Dagoberti regis venatio.*
332 *Cerui quare scuto regio apponi solebant.*
333 *Cerui venatio bonum omen semper fuit Galliæ regibus.*
334 *Cerui natura.*
335 *Agricolæ naturaliter appetunt prædam.*
336 *Barones an possint subditis venationem prohibere.*
337 *Nobilibus prohiberi non potest venatio.*
338 *Agricolis prohiberi potest venatio, ne diuertantur.*
339 *Publica vtilitas in agricultura.*
340 *Tyranni sunt, qui agricolas impediunt & diripiunt.*
341 *Indi agricolas eti im belli tempore nunquam impediunt.*
342 *Agricolis pepercit Nabuchodonosor.*
343 *Agricolarum instrumenta & bestiæ in pignus capi non debent.*
344 *Priuilegio agricolarum renunciari non potest.*
345 *Rustici ad nulla obsequia diuertendi.*
346 *Rustici vrbes frequentare naturaliter cupiunt.*
347 *Rustici non possunt statuto cogi ad vendendum in certo*
348 *Agricolæ pecuniam tangere non debent. (loco.*
349 *Agricolæ ad mercandum naturaliter inclinati.*
350 *Cain pondera & mensuras inuenit.*
351 *Agricolæ canes et oues ad venandum habere non possunt.*
352 *Falco à rustico malè nutritus, eum facit reum.*
353 *Venari post prohibitionem non licet, etiam vt domino detur venatio.*
354 *Aprum interficiens rusticus fuit crucifixus.*
355 *Venari solis nobilibus in Gallia licet, nisi in casibus.*
356 *Agriculturæ laudes.*
357 *Saturnus agriculturæ & stercorandi inuentor.*
358 *Noe primus laborator.*
359 *Feræ & pisces sunt primi occupantis.*
360 *Vacantia bona in triplici differentia.*
361 *Rem suam quisque potest vacantem relinquere.*
362 *Allodiali rei immobili pro derelicto habitæ quis succedat.*
363 *Præscriptione immobilium quæritur vtile dominium.*
364 *Feuda an pro derelicto haberi possint, & quis succedat.*
365. & 366.
367 *Derelictum est quasi genus donationis.*
368 *Vacantia in dubio bona cui cedant.*
369 *Actiones sunt iura incorporalia.*
370 *Res errantes & in publico repertas occupant domini in Gallia.371.*
372 *Filiis delinquentium potest quis donari.*
373 *Thesauri & res in mare lapsæ cui cedant.*
374 *Naues fractas occupant Hispani.*
375 *Gallorum cupiditas.*
376 *Officiarij raptores successorem habent fiscum.*
377 *Vacantibus bonis absque domini voluntate quis succedat.378.*
379 *Vacantibus de iure fiscus succedit, tamen possessionem non capit propria authoritate.*
380 *Hæres superueniens bona vt vacantia à fisco occupata an recuperet.*
381 *Fiscus aliena vendens vt sua facit emptorem securum, certis seruatis.382. & 383.*
384 *Lex, bene à Zenone. non habet locum iure canonico.*
385 *Fiscum succedere in bonis vacantibus, quomodo intelligatur.386.*
387 *Successiones sunt de iure positiuo.*
388 *Mortuus saisit viuum in Gallia. (tura.*
389 *Mortuus non saisit viuum in feudis sine domini inuesti-*
390 *Saluangardiam impetrare non potest subditus contra dominum.*
391 *Consuetudo quòd dominus succedat pagesio, valet.*
392 *Manus mortuæ iura.*
393 *Delphinatus à manu mortua liber.*
394 *Manus mortua impedit rustici testamentum, nisi inter liberos.*
395 *Ascriptitij omnium colonorum deterrimi.*
396 *Ascriptitij paganorum esse possunt Christiani.*
397 *Rustici inuisi contra nobiles.*
398 *Saturnus agricolarum deus, & eius mores.*
399 *Inuidia rusticis insita contra nobilitatem.*
400 *Agricolarum Bellouacensium insultus contra nobiles.*
401 *Plebs solo insignis viri conspectu obmutescit.*
402 *Plebi nulla olim in Gallia dabatur authoritas.*
403 *Tyberius Gracchus interfectus.*
404 *Ignobilium contra nobiles temeritas vnde processerit.*
405 *Ignobiles & infames ad dignitates propter penuriam personarum admittuntur.*

BIU Cujas

406 *Coloni censiti qui dicantur.*
407 *Censiti in quo ab ascriptitiis differant.*
408 *Iudicium durum fiet de iniustè iudicantibus.*
409 *Castrum auferri pōt à domino colonos iniustè tractante.*
410 *Ascriptitius non potest pro domino testimonium ferre.*
411 *Coloni originarij qui dicantur.*
412 *Inquilini qui dicantur.*
413 *Ascriptitij parum differunt à seruis.*
414 *Domini eorundem bonorum duo.* 415.
416 *Possessoria remedia cui competunt, domino, an colono.* 417. & 418.
419 *Census acquirit domino sicut seruus.*
420 *Emphyteusis non rescinditur decepto domino vltra dimidiam iusti pretij.*
421 *Cultum reddens eremum gaudet priuilegiis.*
422 *Domini censum pagesiis augentes incurrunt pœnam.*
423 *Emphyteuta bonus expelli non potest, vt alius subrogetur.*
424 *Ascriptitiorum conditio vnde processit.*
425 *Confessio sola an quem esse ascriptitium probet.*
426 *Reiteratio valere facit conditionem aliàs inualidam.*
427 *Contractu an quis fieri possit ascriptitius.*
428 *Scriptura in quibus plurimum operetur.*
429 *Iniuria verbalis non parit absenti actionem, secus si sit scripta.*
430 *Iteratio iniuriæ parit actionem.*
431 *Veniale ex contemptu fit mortale.*
432 *Ascriptitium non facit simplex consensus sine scriptura.*
433 *Ascriptitium se confitentis possunt consanguinei confessionem reuocare.*
434 *Liberorum status non læditur ex contractu parentum.*
435 *Nobilis prohibere potest, ne rusticus arma suæ domus vsurpet.*
436 *Ascriptitius quomodo quis fiat solo consensu.*
437 *Confessio statum non mutat confitentis.*
438 *Biennalis præstatio probat quasi possessionem annuæ præstationis.*
439 *Rusticum xxx. annis præstitisse probandum, vt annuatim teneatur.*
440 *Potens à non potenti extorquens, præsumitur violentus.*
441 *Metus præsumitur dominorum ad subditos.*
442 *Titulus allegari debet, & decennalis præstatio probari.*
443 *Titulus vitiosus omnem executionem impedit, etiam in mero possessorio.*
444 *Censualem esse rem an sola venditoris emptori facta declaratio probet.*
445 *Recognitio simplex an probet rem esse censualem.* 446. 447. & 448.
449 *Vēditor rem censualē dicēs esse liberā, prodest emptori.*
450 *Recognitio simplex probat contra agentes, sed non contra tertium.*
451 *Dominium non probatur per actus æquiuocos.*
452 *Probatio concludere debet per necesse.*
453 *Probatio dubia non releuat probantem.*
454 *Dominium non probat qui ait se emisse.*
455 *Ecclesia in probando dominium non est priuilegiata.*
456 *Dominium non probo, eo quod author meus esse dominus putabatur.*
457 *Dominij probatio quæ requirat.*
458 *Dominij probatio quando est facilis.* 459.
460 *Coloni simplices qui dicantur.*
461 *Mendicantium validorum fraus & pœna.* 462.
463 *Rustici vnde dicti.*
464 *Ciuitates in Gallia vocantur villæ.*
465 *Habitatores omnes an teneantur domino præstare iuramentum, & etiam clerici.*
466 *Excubias tenentur subditi in castro facere.* 467.
468 *Excubias an agere debeant etiam nobiles & clerici.*
469 *Cordigeri non tenentur ad excubias.*
470 *Clerici tenentur ad excubias.*
471 *Necessitatis tempore non vtendum legibus.*
472 *Necessitas legem non habet.*
473 *Ecclesia contribuere tenetur quando princeps inuaditur.*
476 *Coloni testari possunt.* (474. & 475.
477 *Normani testari non possunt.* 478.
479 *Consuetud. impeditur quis testari de antiquo patrimonio.*
480 *Alienigenæ in Gallia testari nequeunt.* (nio.
481 *Albanagij ius, vnde.*
482 *Extranei in Gallia nequeunt officia aut beneficia tenere.*
483 *Hispaniæ regi concessum, quòd alienigenæ in ea nequeant beneficia obtinere.*
484 *Caturci in collegio nō recipiuntur nisi de diœcesi oriundi.*
485 *Aurelianenses doctores Gallicè loquuntur legendo.*
486 *Angli in curiis Gallicè litigant.*
487 *Angli exordia fidei à Gallis habuerunt.*
488 *Offici secularia oriundis ex loco non conferuntur.* 489.
490 *Officia hodie perpetua teneri possunt in loco originis.*
491 *Consiliarij Tholosæ partim esse debent Aquitani.*
492 *Officia quare plus debeantur originariis, quàm extraneis.*
493 *Literæ naturalitatis ad quid.* (neis.
494 *Tholosæ non habet locum ius albanagij.*
495 *Serui per Tholosæ ingressum fiunt liberi.*
496 *Tholosæ comitatus fuit regno vnitus seruatis priuilegiis.*
497 *Albana consuetudo locum non habet Tholosæ.*
498 *Princeps non factum pro facto habere potest.*
499 *Conuentio inter regem & Tholosanos.*
500 *Narbonensis prouincia iuris Italici, & omni tributo exempta.*
501 *Occitanorum auxilium insigne regi in necessitate constituto.*

¶ Quinta Decisio.

QVinta Decisio & vltima † est, Q̄ in præsenti regno Franciæ possunt vasalli de suis feudis, & emphyteutæ de suis rebus emphyteuticis, testando, aut donando inter viuos, vel causa mortis etiam ecclesiis, aut monasteriis amore Dei, vel pro anima, aut quacunque alia causa liberè disponere, & se & sua talia bona dedicare, duntamen fiat expressa bonorum dedicatio, cùm aliàs non sequerentur personā, vt s. vidistis ex generali huius regni consuetudine, quæ ferè citra montes viget vbique, per quam feuda omnia, & emphyteuses sunt ad instar patrimoniorum allodialium redacta, secūdum Io. Fab. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. ec. & inst. de legi pat. tu. circa fi. & Guid. Pap. q. lix. & q. 133. & Iaſ. in d. l. de quibus. col. 22. cum seq. ff. de legi. vbi tenet hanc consuetudinem valére, secundum Bal. in c. j de succes. feud. & vigere hîc citra montes: Ita quòd in præsenti regno in his feudalibus locum habet legitima successio, & etiam emphyteuticariis, sicut in allodialibus patrimoniis, in quibus illi de recta linea in infinitum, & collaterales vsque ad decimum gradum, deinde vir & vxor succedunt, vt infrà videbitis. Tum quia talis semper fuit regni consuetudo, vt feuda patrimonia reputentur, nec seruantur in Francia consuetudines feudorum, secundum Petr. Iac. in titul. de causis ex quibus vasallus. col. x. vt sæpè dixi. † Imò officia regia sunt adeo perpetuata, quòd pro patrimonio habentur in vita officiariorum, vt dixi in verbo, *Duas habens filias.* Tum etiam quia feuda, & emphyteuses concedi consueuerunt pro se & sui ordinis successoribus

BIU Cujas

cessoribus:imò si de successoribus non diceretur,intelligeretur. l.si pactum. ff.de probat. nisi fieret pactum, aut particularis loci consuetudo esset in contrarium. Ideo in his sicut in allodiis testantur,& succedunt etiam in ecclesiæ aut monasteriorum vtilitatem:præsertim quia vbique citra montes ex generali consuetudine seruatur, quòd quis de feudis testetur:quæ consuetudo valet,secundum Baldum,quem sequitur Iason in dicta l.de quibus ff.de legib.nisi essent maiores dignitates, quæ non transirent in monasterium, vt sunt regna, ducatus, & comitatus, secundum gl.in can.scripsit.xxvij.quæstio.secunda.& in can.præsens. xx.quæstio.tertia. Sed inferiora feuda bene transeunt, vt ibi habetur, & non valebit talis dispositio, quòd feudum, aut emphyteusis ipsa transeat in ecclesiam vel monasterium : quia fieri hoc non potest in domini, & regis præiudicium sine eorum consensu,vt vidistis:ne talis res veniat in manus mortuas,secundum vulgare nostrum, de quo loquitur Ioan.Fabr.in d.l.quoties.C.de rei vendi. Sed valebit quantum ad hoc, vt scilicet æstimatio talis feudi, vel emphyteusis ecclesiæ, aut monasterio cui relicta,aut donata fuit, debeatur, si dominus aut donatoris hæres eam retinere velit, ad similitudinem rei alienæ legatæ.l.cùm alienam rem.C.de lega.& si talis res traderetur ecclesiæ vel monasterio sine consensu domini & regis,à quo fortè tenetur in feudum aut emphyteusim,certè tunc secundum consuetudinem, quæ est optima legum interpres, talis ecclesia vel monasterium tenebitur infra annum eam vendere,vel aliter transferre in aliquem capacem, qui seruire possit,& deueria facere, secundum Spec.alleg. tit.de emphyteus. §.nunc aliqua.vers.cxvj. quem sequuntur Ioann.Andr. & Panorm.in d.cap.potuit. & Barbat. ibi super glos. in verbo, prohibere. & Iason in d.l.final.col.xxix. vers.capio glos.in verbo,veteri. C.de iure emphyt. & Ioann.Fab.in dicta Authentic. ingressi.vers. quid si vasallus. C.de sacrosanctis eccl. & ita seruatur in regno isto : quia interest domini, quòd res non transeat ad ecclesiam, de cuius manibus exire non posset, nec ad dominum reuerti. & idem seruatur in domino iustitiario altæ & mediæ iurisdictionis, propter ius confiscationis & mortaliæ, quod sibi nunquam competeret, cùm ecclesia non moriatur,secundum Masuer.tit.de loc.&iure emph.

☞ §.item si res quæ data [De hoc iure mortaliæ, vide j.in v.art.dum loquitur de consuetudine.qua dominus succedit suis subditis exclusis parentibus.] fuit.

3 & tit.de præscr.§.item si ecclesia.vbi plus dicit,† ꝙ etiam tenetur ecclesia manus suas euacuare de bonis allodialibus sibi relictis, vel aliter acquisitis, quàm à rege.De quibus dixi in ij.decis.in prin.& in fin. quia etiam in allodiis interest regis propter ius confiscationis, quod perdit si in ecclesiam transirent. Sola enim bona regis dicuntur propriè & verè allodia. & illa indubitanter transferri possunt in ecclesiam, vt ibi maneant : quia nullius alterius interest superioris, vt ibi dixi, de quibus ecclesia manus euacuare non tenetur. Sed de bonis,quæ interdum secundum vsum loquendi dicuntur allodia, in quibus possessores plenam proprietatem habent, & plenum dominium,tamen soluunt regi tallias,propter quarum solutionem cùm regi soluantur, vt quædam collecta pro subsidio regni,sicut olim soluebantur imperatori tributa,non minus dicuntur res allodiales, nec domini earum minus dicuntur habere plenum dominium & plenam proprietatem,secundum Ioan.Fab. in §.per traditionem.circa fi.inst.de rer.diui.& Bal.in auth.item nulla communitas.ver.quærit hic l.c.& c. C.de epi.& cle. vbi dicit,ꝙ si talia allodia tributaria transeant in ecclesiam,certè transeunt cum illo onere soluendi.Et idem dicit in l.de his.illo e.tit. vbi tenet,ꝙ licet pro talibus allodiis soluantur tallię regi, non minus dicuntur possessores eorum plenam habere proprietatem,& directum dominium,quod nō habent vasalli, nec emphyteutæ, nisi solùm vtile dominium,secundum gl.in ver.dominium.in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.ff.com. Vnde talia allodia sine consensu principis teneri non possunt per ecclesiam , licet soluere talliam sit parata & contenta, vel etiam si non soluant talliam,sed sint omni onere excepta, quia rex perderet confiscationem, vbi dominus illorum delinqueret, secundum Bal.in prælu.feud.§. quinta diuisio.ver. alia diuisio,aliud francum,&c. nō possunt in ecclesiam transferri sine cōsensu,& amortizatione fienda per regem,cuius interest, vt d.l.fi.ff. vt in pos.le. & ita videtur intelligendū,quod dictum est per Masuer. Vnde in hoc regno retenta sunt hæc omnia in forma primitiuæ ecclesiæ,quę possessiones sibi oblatas non retinebat,sed eas indifferenter quęcunque essent vendebat, secundum gl.in c.j.in fi. de priuil.vt s.vidistis in j. decis. Valet enim talis consuetudo,vel statutum,secundum Arch.in d.c.Romana. super verb.consuetudine.de ap.lib.vj.quem sequitur Luc. de Pen.in l.iubemus. C.de nauib.non excus.lib. xj. Et non caret iuris communis fundamento talis consuetudo, licet ipsi non dicant:quia videmus Imperatorem id idem in casu conuerso statuisse: quia si emphyteusis, quam laicus tenet ab ecclesia, quouis modo peruenerit ad dominum imperialem, vel aliquam curiam, potest ecclesia intra biennium talem rem recuperare,& extra potentem manum principis eripere, & tenetur princeps de illa manus suas euacuare, & rem in pristinum statum reduci permittere, in auth.de alie.& emph.§.j.in fi.ver.si verò contigerit.col.ix.Et ita dicit seruari Masuer.alleg.tit.de loc. §.item si res quam ecclesia dedit. Ergo pariter poterit dominus,aut rex in casu nostro rem sibi subditam ab ecclesia recuperare, & ita dietim practicatur in præsenti regno. nam videmus in quibusdā literis regiis,quæ in talibus & ad res sibi relictas,& acquisitas per ecclesiam impetrantur in possessorio aut petitorio habendas,aut defendendo retinendas impetratis subnecti in fine clausulam : prouiso ꝙ habita possessione pacifica, teneatur ecclesia vel monasterium talia bona extra manum suam ponere infra annum & diem,& illa transferre in manum seu personam capacem,per quam durior non fiat nec domini directi vel regis cōditio,aut cum rege componere. Et eo modo consulitur ecclesiæ,ne lucro priuetur rei delato ex testamēto,donatione,vel alio titulo. Et pariter succurritur domino feudi vel emphyteusis,ne propter priuilegium ecclesiæ. per l.j.C.de sacros. detrimentum

4 patiatur in iure suo ordinario. † Licet enim propter onera,quæ rebus ab origine non insunt,aut quæ vniformem non habent præstationem:putà propter collectas,vel alia iura & onera extraordinaria,non cogeretur ecclesia res suas extra manū ponere. c.j. de im. ec.li.vj.cogitur tamen hoc facere propter onera ordinaria non fraudanda, quæ rebus naturaliter insunt ab origine ex forma primæ concessionis & inuestituræ, & quæ vniformem semper habuerunt, & habent præstationem:quia sic sunt conditionata ab omni ęuo feuda huius regni, & emphyteusis, sed in ecclesiam,

vel

BIU Cujas

vel aliam priuilegiatam personam perpetuò transire non possunt sine consensu dominorum & regis,
5 per ea quæ s. vidistis in iij. decisione. † Potest enim consuetudo res omnes conditionare, & qualificare, vt ibi dixi. Ideo de omnibus nouis acquestis tenetur ecclesia manus suas euacuare infra annum, vel cum
☞ rege componere. [Dictas ordinationes super his franchis feudis & acquestis nouis per ecclesiasticos factas ordinatè & ad longum posuit dom. Auffrer. in titul. de finantia Francorum feudorum, & nouorum acquestuum.] aliter de xl. annis in xl. annos finantiam in camera computorum Parisiis expressam soluere pro illo præterito tempore, quo illos tenuit: & deinde manus euacuare, ne res maneant in manu mortua, nisi tales acquestus ecclesia pacificè tenuisset vltra xl. annos, quia tunc cogi non posset de talibus se disuestire. Tamen ad finantiam soluendam singulis xl. annis teneretur, & ita (credo) intellexit Ma-
☞ suerus tit. de præsc. §. item si ecclesia. [Vel intellexit quòd ecclesia res illas tanquam liberas possedisset xl. annis, quæ possessio plenæ libertatis incœpisset à die denegatæ per ecclesiam finantiæ, cùm peteretur per regem, vel eius officiarios. l. hęc autem iura. ff. de ser. vrb. præd. quo casu verificari posset ordinatio regis Philippi Pulchri, quam posuit dominus Auffrer. in tit. de priuileg. regiis in ordine. xiiij. vbi sic dicitur, Concedimus insuper de gratia speciali prælatis, & ecclesiis, collegiis, & personis ecclesiasticis, quòd de acquestibus factis nomine ecclesiarum temporibus retroactis præstare finantias, nec extra manum suam acquisita ponere vllatenus compellantur, sed ea possint licitè retinere. Hæc ibi. Vel potest intelligi, quòd rex per illam ordinationem amortizauerit, & affrancauerit omnes acquisitiones nomine ecclesiarum factas ante dictam ordinationem per eum factam anno Domini M. ccciij. quod est verisimilius propter illa verba, Concedimus de gratia speciali, &c. vt aliquid operentur. Præterea est constitutio generalis omnibus prælatis & personis ecclesiasticis
6 directa.] Cùm † præstatio annua præscribi non possit. l. comperit. & l. cùm notissimi. §. in his. C. de præscri. xxx. vel xl. ann. Si verò completa non esset præ-
7 scriptio, non sufficeret finantiam soluere. Sed † vlteriùs illa soluta teneretur manum euacuare, vt dixi. Quo casu euacuationis aduenientè rex literas consueuit proximioribus illius, qui rem ecclesiæ dederat, aut aliter tradiderat, concedere, quòd ille proximior quibuscunque extraneis præferatur, tale pretium offerendo ecclesiæ, quod ab aliis sine fraude reperiretur, quod etiam tenet Bal. in l. ij. C. de com. rerum alienat. ver. tu autem not. nisi ecclesia cum rege componat, si rem aliis xl. annis tenere velit, quod est in electione regis eam recipere ad compositionem, si alterius non interest: putà quia res ab eo immediatè tenetur: quia si ab alio teneretur, putà barone si ille consentire nollet, non posset rex in illius præiudicium cum ecclesia componere, & dominum iure suo priuare, secundum Bal. in auth. omnes peregrini. C. com. de suc. Et si non constaret de compositione facta cum rege, vt quia tolerata fuit ecclesia rem tenere per alios xl. ann. satis ex hoc resultat tacita noua compositio in simili quantitate soluenda. argu. l.
8 qui ad certum tempus. ff. loc. Pariter † videmus, quòd licet feuda sint in præsenti regno ad instar patrimoniorum redacta, vt liberè quis de ipsis in laicos disponere possit, hoc intelligitur prouiso, quòd laici in quos transferuntur, nobiles existant, in quos sine consensu dominorum & regis transire possunt. Quia si in alios de nobili genere non extractos, & per regem non nobilitatos, nec dispensatos transferrentur, valeret quidem alienatio, etiam si facta foret vni rustico, vt dixi in verbo, *Duas habens filias.* in j. principali casu fallent. nec tenerentur illa dimittere, nec
9 extra manus suas ponere. Sed † tenerentur finantiam in dicta camera computorum taxatam regi soluere,
☞ vel aliàs cum eo super illa componere. [Super quo etiam sunt ordinationes regiæ, quas dictus dominus Auffrerij ordinatè posuit in tit. de finantia & acquis. feud. nobilium per ignobiles acquisitorum.] Super
10 † quo sunt ciues nostri Tholosani priuilegiati, quòd aliàs non nobiles, & plebeij tenere possunt feuda licet nobilia, dummodò impositionem non habeant annexam, nec à rege teneantur immediatè sub homagio, & fidelitatis iuramento, & domini de capitulo Tholosæ olim consules nominati, & qui capitularij fuerunt, & sui imposterum per rectam lineam descendentes, cum eoipso quòd fuerunt dignitate illa
☞ decorati, sint cum eorum posteritate nobiles. [Videatis plenè super verbo, *In eodem testamento relinquens.* j. circa fin. xviij. limit.] In signum cuius rescripta & eorum mandata sic intitulantur, capitulum nobilium ciuium Tolosæ. Tenere etiam possunt feuda etiam habentia iurisdictionẽ annexam, licet teneantur à rege immediatè sub homagio & fidelitatis iuramento, quę feuda tenere possunt liberè & franchè: sicut tenẽt allodia sine præstatione alicuius finantiæ. Tamen facere tenentur regi homagium, & præstare fidelitatis iuramentum, si ei debeatur pro feudis.
11 † Habitatores quoque huius ciuitatis Caturci habent priuilegium tenendi feuda nobilia. & sunt plures qui tenent de præsenti. Nec tenentur ciues Tolosæ, nec etiam Caturcenses ire ad bellum, nec mittere extra ciuitatem pro feudis, quæ tenent, qualiacunque sint, tanquam custodiæ ciuitatis deputati, vt expressè cauetur in quodam alio priuilegio in dicto libro albo capitolij Tolosæ registrato, quod etiam vidi. In quo priuilegio, cùm ciues Tolosani turbarentur, fuit eodem arresto parlamenti, de quo s. in fi. ij. decis. confir-
12 matum. Habent † etiam consules seu capitularij Tolosæ, qui nunc per excellentiam domini de capitulo
13 vocantur. Nam † capitularios (secundum vulgare nostrum) eos dicimus qui in ciuitate capitula ordinant, & corrigunt, vel statuta: & ea statuta seu capitula, quæ tales electi statuunt, seruanda sunt, ac si tota vniuersitas illa tulisset. ff. de orig. iuris. l. ij. §. deinde. secundum gl. super verbo, circulum. in §. interim illud sciendum est. in auth. de defensoribus ciuit. col. iij.
14 Et † hi debent esse rati, vt sentit Tullius j. Rhetori. de quo per Lucam de Pen. in l. ij. C. de priuileg. eorum, qui in sacro palatio militant. libro duodecimo. Ta-
15 les † enim sunt capitularij, seu domini de capitulo Tolosæ, qui habent in ciuitate, & suburbiis, ac toto gardiagio Tolosæ merum & mixtum imperium, seu illorum exercitium ad causam suæ dignitatis, & administrationis ciuitatis. Quia licet magistratibus municipalibus talia non competant de iure communi. l. magistratibus. ff. de iurisd. omnium iud. Tamen dicti domini de capitulo omne habent imperium, & de quibuscunque criminibus cognoscunt cum Viguerio Tholosæ concurrentes, vbi delicta infra ciuitatem commissa sunt, & extra villam infra gar-
16 dianum. Et ita semper seruatum fuit † & confirmatum per ordinationem Philippi filij beati Ludouici, quam fecit in villa Nemausi, eundo ad partes Aragoniæ

BIU Cujas

goniæ in menſe Octobri, anno Domini M.cclxxxiij. in qua ordinatione ſic dicitur, Ordinamus, quòd decætero præfati conſules, ſcilicet Tholoſani, de omnibus & ſingulis criminibus Tholoſæ, ſeu locis prædictis perpetratis & commiſsis, præſente Viguerio noſtro, qui Tholoſæ pro tempore fuerit, vel eius locumtenente, non tamen partem iudicis obtinente, cognoſcant & iudicent. Et poſteà ad propoſitum ſequitur. Et de iſta conceſsione excipi volumus gentes noſtras & ſeruientes noſtros, de quibus nobis vel Viguerio noſtro Tholoſæ, aut eius locumtenente cognitionem & iudicium penitus retinemus, &c. Præ-
17 terea † etiam ex vſu cum eis concurrit Seneſcallus Tholoſanus, inter quos eſt locus præuentioni, vt qui prior inquirere cœperit de delicto, aut delinquentem ceperit, ille cognoſcat & iudicet. Pro hoc facit textus. ff. de officio præſidis. l. ex omnibus cauſis. Et in ſumma dicta ordinatio tria continet, & diſponit. Primò, quòd in præuentis capitularij cognoſcant præſente Viguerio Tholoſæ regio, non tanquam iudice, ſed nudo aſsiſtente, quod hodie non ſeruatur. Imò ex vſu contrario ſoli capitularij cognoſcunt & iudicant ſine aſsiſtentia Viguerij. Tamen procurator regius curiæ Viguerij promouet cauſas criminales & cæteras, in quibus verſatur intereſſe regium, & reipublicæ coram dictis conſulibus. Et vocatur procurator regis & villæ, ſeu domus communis Tholoſæ. In cuius procuratoris perſona ſatis, vt credo, aſsiſtentia Viguerij hodie repręſentatur, quæ olim requi-
18 rebatur. Habent † & præterea capitularij Tholoſæ aliud ſingulare priuilegium creandi authoritate imperiali tabelliones, & notarios vbique terrarum, & cętera ſenatus Romani priuilegia ab Imperatore Cęſare, & ſenatu eis conceſſa, adeò quòd notarij per eos creati vbiq; etiam apud infideles pro veris tabellionibus habentur, & inſtrumenta per eos recepta vbique reputantur authentica, quia ab eis, ſc. Romanis, qui tempore priuilegij Toloſę conceſsi dominabantur toti orbi, authoritatem habent in ſignum cuius notarij per dictos capitularios creati in eorum ſubſcriptione. & ſigno authentico ſic dicebant: Et ego N. autoritate imperiali, dominorum de capitulo notarius, &c. Sed hodie per ignorantiam, aut negligentiam non ponũt illa verba, authoritate imperiali, niſi ſolùm & duntaxat, authoritate dominorum de capitulo, &c. Vnde non ſine cauſa contemnuntur, ſaltem non tanti ęſtimantur, nec immeritò. Quoniam in exceſsiuo numero creantur, & ſine delectu, vt plurimũ idiotę, & minus experti, vt de doctoribus dicetur. Et in his differebant, & adhuc differunt conſules præſentis ciuitatis Caturci à conſulibus ſeu capitulariis
19 Toloſæ, † quoniam in hac ciuitate Viguerius & conſules ſunt criminalibus coniudices, & ita conſueuerunt communiter iudicare. Secundò diſponit dicta ordinatio, quòd pro delicto officiarij regij, & ſeruientes etiam infra ſepta conſulatus Toloſæ delinquentes, non poſſint per conſules trahi, nec conueniri, aut puniri. Tertiò circa finem diſponit, executionem ſententiarum ipſorum conſulum non per ipſos, ſed per vicarium Toloſę regium fore faciendam, de quo meminit Gul. de Cun. doctor noſter Toloſanus in l. imperium. de iur. om. iud. ſic dicens, Conſules Toloſani pronunciant, non tamen exequuntur ipſi, ſed prę ſes Toloſanus. Quem ſequitur Bald. in l. j C. de exec. rei iudic. Hodie verò ſuas ſententias etiam capitales per ſeipſos capitularij præfati exequuntur ſine contradictione de quibuſcunque criminibus, ſoli per prę-uentionem cognoſcentes, niſi crimina priuilegiata forent: quo caſu curia non conſueuit eis delinquentes remittere ſimpliciter, ſed eoſdem conſules quo ad hoc committendo, vt ſæpe factum fuit in crimine falſę monetæ, quorum fabricatores fuerunt per conſules puniti, tamen ex commiſsione curiæ, quod eſt notandum pro intellectu dictæ ordinationis regis
20 Philippi, † qui paulò pòſt de Aragonia rediens, auxilióque comitis Fuxenſis Gerundam obtinuiſſet, vt Gaguinus lib. vij. c. ij. in fi. refert, atque ad Toloſates ſe conferre conſtituens per anguſtias Pyreneas Perpignianum febricitans ſe contulit, vbi recrudeſcente morbo ſacris Chriſtianis receptis rex emoritur. Cuius execta præcordia Narbonæ ſepulta ſunt. Oſſa verò ad Dionyſianum cœnobium elata. Hęc ille. De ſancto Ludouico Francorum rege, & iſto Philippo eius filio mentionem fecit Cy. in l. nuda. in fi. C. de contrah. & com. ſtipul. Prædictam ordinationem confirmauit Philippus Pulcher eius filius, & in regno ſucceſſor, anno Domini, M.ccciij. menſe Ianuario. (Additio.) Quas ordinationes, ſc. primam reperietis in regiſtro ordinationum regiarum cameræ inqueſtarum parlamenti Toloſæ, fol. xxj. & ſecundam primæ confirmatoriam, fol. eiuſdem regiſtri xxxviij. verſo.
21 † Similiter Præſidentes, Conſiliarij, Aduocatus & Procurator regius, generalis grafarius, receptor, & oſtiarij curiæ Parlamenti prædictæ, qui omnes licet in dicto priuilegio velut ciues comprehendantur, tamen de non eundo vel mittendo ad prælium pro feudis, nec ſoluendo tallias pro ruralibus bonis, quæ tenent vltra iuris diſpoſitionem, quæ ſunt à talibus immunes, etiam poſt finitum, aut depoſitum honeſtè officium, vt plenè per Guid. Papæ, q. ccclxxvj. cum ſequen. Certè fuerunt expreſsè, & ſunt priuilegiati per reges Carolum [Hæc priuilegia poſuit dominus Auffrerij in titulo de priuil. regio. in fine.] ſeptimum, Ludouicum vndecimum eius filium, die vigeſimanona Septembris, anno Domini M.ccccLxxj. & Carolum octauum regem modernum dicti Ludouici filium, anno Domini M. ccccLxxxiij. die vigeſimoprimo Nouembris. Addens, quòd ſint quitti & liberi, ac exempti ab omnibus impruntis ſeu mutuis regiis, vt ad ea non cogantur, nec alia onera pro feudis mobilibus vel immobilibus. Quibus priuilegiis magiſtri requeſtarum ordinariarum hoſpitij regij, & ipſe Cancellarius ab huiuſmodi oneribus exempti immunéſve ſunt, per text. in l. eos qui cum honore. C. de excuſat. muner. lib. x. quem ibi Bal. extendit ad Cancellarium communis Peruſij, vt ad ſolutionem collectarum non teneatur. (Additio.) Quæ priuilegia reperietis in dicto regiſtro, fol. clv. cum ſequent. Et cùm olim Druydes in præſenti regno ſupremam haberent authoritatem, his omnibus gaudebant. De quo Cæſar ille Caius Iulius in ſexto commentariorum libro de bello Gallico, Druydes, inquit, à bello abeſſe conſueuerunt, neque tributa vnà cum reliquis pendunt, militiæ vacationem omniúmque rerum habent immunitatem, tantis excitati præmiis. Hæc ille. Sic & præfati parlamentarij eam habentes nunc in regno ſupremam authoritatem eiſdem gaudent priuilegiis. Quid autem de cęteris aduocatis in parlamento poſtulantibus circa tallias ſit tenendum de iure communi, cùm in priuilegio non comprehendantur, videatis eundem Guid. Papæ, quæſt. 388. & quæſt. cccxc. vbi concludit eos dicto gaudere priuilegio, ſi doctores exiſtant. quod credo eſſe verum, ſi actu doceant, & in parlamento poſtulent. vbi eſt

conſiſt

BIU Cujas

consistorium regis. Si verò in vniuersitate approbata actu non docerent, cùm pro doctoribus non habeantur, dicto non gauderent priuilegio: vt expresè decidit glos. & Bart. in l. medicos. C. de profes. & med. libro decimo. & Ioan. de Pla. in §. item Romæ gram-
22 matici. instit. de excusat. tutorum. † vbi inter cæteras vniuersitates approbatas Tholosanam nominat, sicut nec gaudent milites plures nostri temporis qui militant in plateis & coquinis, secundum Cynum & Salycet. in l. prima. C. de iuris & facti ignorantia.
☞ [De talibus qualiter aliquo non gaudent priuilegio militari pleniùs dicetur ĩ. super verbo, *testamentum*. j. loquendo de priuilegiis, quæ milites habent in testando, & super verbo, *Matrem insuper Cleram*.
23 circa princ.] Sic † & doctores non hodie fiunt ad docendum, nec promouentur ad reipublicæ commodum, sed sola pompa & inanis gloria est principalis intentio eorum ad dilatandum philateria, & sedes occupandum primas, salutationes in foro, & cathedras in synagogis, & vt vocentur rabbi, vt habetur Matthæi xxiiij. Et vxores eorum dominæ, à quibus sæpe ad tantam fatuitatem incitantur, prudentia carentes, scientia & moribus. Vnde dicit Bart. post Cynum ibi in procemio Digestorum. §. j. in fi. quòd pauciss imi ad apicem tantæ dignitatis rectè promouentur. Sed hodie indifferenter omnes, ita quòd in tam effrænata multitudine existunt, quòd in vituperium & vilipendium deducti sunt, & mendicant plures in dedecus vniuersitatum, quæ eos promouerunt. Obliti profectò sunt, vel dissimulant solennia, quæ olim & sapientissimè vtrique censuræ statuta fuerant, ea videlicet inermi militiæ nostræ quæ ponuntur in l. vnic. C. de profes. qui in vrbe Constantinop. degunt. libro duodecimo. Et pariter armatæ militiæ, ne faciliter triumphum peterent & lauream: quibus occurri debet, ne honor in talibus vituperetur. Vnde Romani (vt Valer. refert lib. ij. tit. de iure triumphandi) legem strictam posuerunt. Ob leuia, inquit, prælia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant: quibus vt occurreretur, lege cautum est, ne
26 quis triumpharet, nisi quinque millia hostium vna acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius vrbis, sc. Romanæ, futurum decus maiores existimabant. Cæterùm ne tam clara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta est, quam Lucius Marius & Marcus Cato tribuni plebis tulerunt. Pœnam enim imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio aut amissorum ciuium falsum numerum literis Senatui ausi essent referre: iubetq; eos cùm primum vrbem intrassent, apud Quæstores vrbanos iurare de vtroq; numero verè ab his Senatui esse scriptum. Hæc ille.
24 Sic † in vniuersitatibus statuta leguntur, quòd iuuenes quinquennio studerent, quo completo si doctori, cui soli de doctrina sui scholaris creditur, visum fuerit, quòd tempus bene exposuerit, & vt talem cancellario præsentauerit, ad gradum baccalariatus recipitur. Et demum postquam alio quinquennio publicè legerit, à promotoribus examinatus, & in secreto & priuato omnium ad minus septem doctorum examine approbatur, postremóque in publico omnibus indifferenter de iure in sua facultate respondens, coronabitur. Quia impossibile creditur virum tantorum laborũ saltem publicè examinatum (quòd præsumptionem facilis corruptelæ tollit) iura ignorare, in quibus tandiu & frequenter certauerit, & victor cuasit. instit. in procœ. §. cúmque. l. j. §. puertitiam. ff. de postul. & l. vnic. C. de athlet. lib. x. & plenè Pan. in c. proposuisti. de prob. sed hodie tempora & examina sunt in pecuniam cõuersa, & multitudo laureata non sapientum, sed temerariorum, ita quòd asini sicut equi & muli doctorãtur. Adeò quòd verificatum est quod dici solet, Turba magistrorũ eam contemptibilem reddit. Vnde si prædictis gauderent priuilegiis, præsertim exemptionis à talliis, maxima fieret cæteris regnicolis iniustitia, super quibus caderent integra eorum onera. gl. in l. actores. C. de exac. trib. lib. x. quia quoties aliqui de ciuitate ab oneribus publicis, per principem superiore carẽtem eximuntur, princeps ille super communitate non minus capit: imò cęteris integrum onus incumbit. Or cùm his diebus propter doctorum multitudinem, priuilegium eorum nimis grauaret cęteros, cessare debet, cùm incipiat esse grauosum. c. suggestum. de decim. & l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Quo casu implorari posset officium superioris, vt exemptio tollatur, secundum Ioan. And. & Panor. in propriis terminis in c. peruenit. de im. eccl. & in c. accedentes. vbi plenè Fely. de præscri. vt ſ. vidistis tractando de monachis in regno
25 Franciæ non succedentibus. Prætereà † si tales priuilegio gauderent, commodum ex eorum vitio & appetitu inanis gloriæ, atque honorum ambitione reportarent, sine aliqua reipublicæ, cui docendo non seruiunt, vtilitate: quod ferendum non est in præiudicium multorum. arg. l. siue hæreditaria. ff. de neg. ge. Nam aut priuilegium exemptionis competeret eis, eo quia aduocati, & non est verum. Aut quia doctores sunt, & esset iniustum, quia sine labore & cura rei publicæ commodum haberent, quia dicit text. in l. vnica. §. pro secundo. in fi. C. de cad. tol. non est ferendus qui commodum amplectens onus subire recusat. maximè quia de officio postulationis à partibus quibus patrocinantur, satisfactionem reportant pro modo laboris, quod eis sufficere debet: quia bona fides
☞ non patitur vt bis idem exigatur. [Omnia doctorum priuilegia posuit Ange. Aret. in §. item Romæ.
26 instit. de excus. tut. vers. in eadem glo.] Verè † ad hoc fiunt hodie doctores, vt maius salarium eis pro labore taxetur, & maiores consequantur sportulas per ordinationes regias, quæ plus eis, quàm inferioris gra-
27 dus taxantur. Nam † taxa consiliarij regij pro dieta
☞ sunt tria scuta inclusis expensis: [Quas non posset pars quę eas fecit, remittere, de qua plenè ĩ. super verbo, *Si absque liberis moreretur*. primo, circa finem.] iudicis maioris, & locumtenentis Senescalli est pro dieta extra sedem duo scuta parua computando pro quolibet vigintiseptem solidos cum dimidio, & expensæ iudicis criminum quadraginta solidi, & expensæ doctorum pariter quadraginta solidi turonen. & expensæ licentiatorum vnum scutum prædicti valoris. & expensæ baccalariorum, vigintiquinque solidi turonen. & expensæ notariorum, quindecim solidi. & expensæ seruientium equestrium, decem solidi, comprehensis expensis. Et seruientium pedestrium, quinque solidi, etiam comprehensis expensis. Et ita fuit ordinatum anno præterito per reformatores iustitiæ patriæ linguæ Occitanæ à rege deputatos. (Additio.) Quas ordinationes reperietis in libro ordinationum regiarum cameræ inquestarum parlamenti Tholosæ, fol. clxxvij. Pro præmio igitur habeant tales doctores, quod eis concesserit glos. prima, in l. prima. C. de annon. ciuili. libro vndecimo. vt scholares periti talibus præferantur doctoribus, cùm non pro titulo dignitatis, sed pro meritis stipendia

BIU Cujas

dia debent assignari, vt ibi in text. & glos. Per quam quę iusta est & rationabilis, deberent iudices plus taxare baccalareis quàm eis, & non tanti promouerentur in vituperium ministerij: † quod modicum non dicitur peccatum: quia sicut non peccat idoneus petendo magisterium, vt opportunitatem obtineat docendi, & scientiam quam dominus sibi contulit communicandi aliis: sic grauiter peccat etiam idoneus, si hunc honorem ad suos fines proprios & ciuiles adipiscatur, secundum Panormitanum in c. cùm eccle-
29 sia. in fin. de immunitate eccles. Plus † faciunt aliqui qui milites fiunt, vt colore militię sibi excusationem & exemptionem causent, quos Ioan. Fab. velut contraria implicantes fatuos appellat, in proœmio insti. §. j. quia vix aut nunquam in eadem persona concurrunt militia, & scientia Miles enim debet esse in continuo cursu, & corporis exercitio. l. miles. C. de re militari, libro duodecimo. studens verò in quiete. C. de stud. liberal. vrbis Romæ. l. vnica. quia secundum Philosophum sedendo & quiescendo fit anima prudens: ideo sedere debent iudices, cùm (vt Seneca dicit) nusquam sit, qui vbique est. Præmium mentis compositæ existimat consistere posse, & secum mo-
☞ rari. Præterea miles [De quo plenè habetur ĵ super verbo, *Testamentum*. j. in nono casu fallent.] esse debet durus & fortis, & inde est, quòd milites pane bucellato, vino, aceto, & lardo, pro potu & cibo, vt duriores sint, fortiores, & robustiores, vti debent. l. j. C. de erog. mili. ann. libro duodecimo. studentes autem molles esse debent: quia secundum Philosophum molles carne, aptos mente dicimus. Vnde Valer. lib. ix. tit. de mortib. non vulga. pluribus adductis exemplis, in c. de Polidamante sic dicit: Possunt hi præbere documentum, nimio robore membrorum, vigorem mentis hebescere: quasi abnuente, id est recusante, natura vtriusque boni, scilicet roboris membrorum & vigoris mentis, largitionem, ne supra mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse & sapientissimum. Hæc ille. Quasi dicat militiam non bene doctori conuenire, quia rarò concurrunt quæ in quolibet requiruntur, & rara sub immenso prudentia corpore regnat.

Rarior exiguis conspecta modestia membris.
Rarò breues humiles sunt, aut longi sapientes.

Videatis Bart. in l. j. ff. de iurisd. omnium iudic. Derisorium etiam profectò esset, si miles, qui literas nescit, doctoraretur. Si verò laude dignum sit, quòd clericus qui arma ignorat, nec vnquam eis vsus est, mi-
30 litia cingatur, Deus scit & nemo ignorat. † Pauci sunt qui Cæsarem, Pompeium magnum, Catonem, Ciceronem, aut Massurium Sabinum qui in equestri ordine primus in iure ciuili publicè scripsit. l. ij. §. post hunc. ff. de orig. iuris. imitentur. Quid autem de secretariis regis & curiæ: videatis eundem Guid. Pa-
31 pæ, quæst. cccxciij. subiungens q. cccxcviij. † Consules ciuitatum exemptos non fore à contributione talliarum & subsidiorum reipublicæ propter bona ruralia quæ tenent, nisi pro tempore administrationis suæ. Imò domini de capitulo Tholosę qui ex consulari dignitate fiunt (vt dixi) cum sua posteritate nobiles, anno sui capitulatus elapso contribuere tenentur, sicut per antea tenebantur: licet anno capitulatus durante sint exempti, secundùm Bart. in l. honorem ff. de muneri. & honori. non obstante gl. in contrarium volente & malè: quia opinio Bart. seruatur etiam in muneribus realibus ratione patrimonij de-
bitis: & seruatur vbique secundum Masuerum titulo de talliis & collec. §. item consules non tenentur. Cæteri autem officiarij publici etiam regij à dominis in parlamento inferiores, soluere onera publica tenentur, vt idem dicit Guid. q. 378. nihil allegans: tamen pro ipso videatis glo. in l. actores. C. de exact. tribut. lib. x. quæ in aliquibus locis non seruatur, vt hic Caturci, vbi officiarij sunt & tenentur exempti: & ita refert Masuerus vbique seruari, vt ibi dicit in §. item
32 nec officiarij. Et † quod dictum fuit suprà ecclesiam teneri manum suam euacuare de feudis & cæteris temporalibus bonis, est verum, nisi talia bona probarentur fuisse & esse per regem amortizata, videlicet tali consentiendo alienationi, & nihil retinendo, per text. in d. l. fin. ff. vt in pos. leg. & l. sacra. §. sciendum. ff. de rerum diuisione. dicto capitulo, inter dilectos. de fide instrumentorum. Ex quibus iuribus surgit amortizatio, quam in præsenti regno practicamus. Quæ parum prodest simpliciter per regem concessa, nisi verificata fuerit & approbata per cameram computorum Parisiis, de qua loquitur Panormit. in secunda parte consil. iij. in fine. De illo autem, scilicet, quòd ecclesia teneatur de rebus temporalibus acquisitis manum suam euacuare, & in regis subditum transferre, aut cum rege componere, valde conqueritur Petr. Iacobus tit. de causis ex quibus causis vasallus feudum amittere debeat. in rubricella, de arbore successionis regni Francię. Sed an bene vel malè reprehendat in talibus regem & eius officiarios, potestis intelligere ex præmissis: quia non fuit Gallorum inuentio contra ecclesiam, sed ne regi præiudicetur. Ad quos fines ius commune Galli in vsum deduxerunt, secundum quem in duobus casibus ecclesiæ & viri ecclesiastici de bonis acquisitis manum euacuare non tenentur, nec regi finantiam soluere.
33 Primò † si fuerint acquisita pro fundandis ecclesiis parochialibus, vel necessariò ampliandis, aut eorum domibus intra villam vel extra non ad superfluitatem, sed si ad conuenientem necessitatem acquirantur possessiones. Quibus casibus (quod plus est) possessores illarum rerum ad eas ecclesiæ dimittendas iusto & rationabili pretio compellantur, secundum Philippi pulchri regiam ordinationem mense Febr. anno Domini M. ccciij. editam, hæc omnia continentem, quo ad hoc iuri communi conformem. vt de primo videtur text. iuncta glo. super verbo, dedi-
☞ cata. in l. placet. C. de sacrosanctis eccles. [Quam posuit dominus Auffrerij in titul. de priuileg. regiis.] Quo ad secundum ita decidit Bartholomæus Cæpo. in tractatu seruit. vrban. præd. c. 82. tit. de sepulchro. vbi probat iure communi vicinos fore cogendos ædes proprias vendere pro ampliando ecclesiam aut
☞ domum eiusdem. [Idem decidit Ioan. de Plat. in l. vnica. in fine. C. de stud. lib. vrbis Romæ. libro xj. dicens idem seruari vbi de ampliando scholam doctoris regentis (quæ hoc casu eodem gaudet cum ecclesia priuilegio) ageretur.] Secundò non tenentur ecclesiæ nec viri ecclesiastici res temporales dimittere, nec finantiam soluere de bonis immobilibus nomine ecclesiæ ante dictam ordinationem ab eodem Philippo rege editam acquisitis, vt in dicta ordinatione expresè dicitur. de qua etiam ŝ. dixi in primo membro primi articuli, loquendo de actionibus clericorum personalibus in foro seculari non tractandis. (Additio.) Has duas reperietis ordinationes in libro ordinationum regiarum cameræ inquestarum
34 parlamenti Tholosę. fol. xxxviij. Et † premissa domini (quamuis aliqualiter remota) tamen ad propositum

BIU Cujas

tum seruientia, succinctè hic interposui, vt sciretis quid de ecclesiis, aut monasteriis, vel religiosis, tam in succedẽdo quàm aliter bona temporalia immobilia acquirẽdo vel retinendo censendum sit, in hoc præsertim Francorum regno, visis consuetudinibus & priuilegiis suis: quæ vobis prima facie aspera fortè visa fuissent, quæ leuiter non sunt, nec temerè reprehendenda: quia iuribus canonicis & ciuilibus ac magistrorũ authoritatibus fulciuntur, vt videtis, velut illa quæ de iure communi initium ac originẽ habuerunt. Prætereà cogitare debetis reges Franciæ semper lege intellectus & perfecti ac rationabilis ☞ sensus vixisse, æquales imperatori. [Vide pulchra super verbo *si absque liberis moreretur.* ij. in materia substit.pupil.& iij.requisito eiusdem,]Et sic nemini subiecti,c.per venerabilem, qui filij sint legitimi. secundum Bal.in prima parte consi.ccccxvij. incipiẽ Ego puto quòd ab iniusta sentẽtia &c. cum sequẽti. de quo firmat Aegidius de Roma,in disputatione de potesta.eccle.incip.vtrum dignitas pontificalis &c. & reges Franciæ iusto titulo, & absque recognitione cuiusquam in temporalibus possedẽrunt & possi- ☞ dent regum Franciæ, [Scilicet sub tutela Michaelis archangeli:cui est à Deo regnũ Franciæ commissum,vt dicitur super verbo, *Adiectæ impuberi.* dum deciditur, an rex minor annis possit per se adminis-
35 strare.] Quod primò habent ex diuina gratia, & ad instar imperatoris dicere possunt:propitia diuinitate Frãcorum imperium nobis est delatum.l. fi. C.de offi.magi.mili. Quod probant multa efficacia indicia. Primò vnctio sacra diuinitus missa, qua reges Franciæ semper opportunis tẽporibus inunguntur. Secundò arma & lilia regi Clodoueo cœlitus demissa, quę euidenter demonstrant regnum immediatè à Deo dependere,cuius diuino munere reges cõsecrãtur, vt vidistis in verbo, *duas habẽs filias.* Tertiò hoc probant aperta miracula vniuerso orbi notoriè manifesta. Ex quib9 rex de suo iusto tit. respõdens dicere potest illud euãgelicũ,quod respõdit dominus cõtra calumnias Iudęorũ Io.x. Si mihi non vultis credere,operib9 credite. Et sicut iure hæreditario succedit filius patri in adeptione regni.ca.licet.de voto & voti redẽptio, sic quasi hæreditario iure succedit alter alteri in simili potestate miracula faciendi habilitate accedẽte. Et licet Bonifacius octauus per suã constitutionem regi Philippo Pulchro missam incipientem,Vnam sanctam.de ma. & obed.in extraua. cõm. declarauerit regnum Frãcorum eidem subesse in temporalibus:tamen Clemẽs quintus eius successor illam reuocauit declarans dictam extrauagantẽ Bonifacij non præiudicare regno Frãciæ, per aliam suam extrauagantem incip.Meruit.de priuil.secundum Paulũ in cle.quoniã.de immu.eccle.de quo habetis bonã gl.in proœmio pragmaticæ,super verbo, Dei gratia. Secundò principaliter hoc habẽt reges 39
Franciæ, quòd alteri quã Deo non subsunt ex clari-
36 tate famæ,deuotionis feruore,fidei synceritate: † & præsertim obseruatione iustitiæ, quę semper in regibus nostris p̃ cæteris regnis & regibus seculi viget. Primò ex ipsius iustitiæ statu qui hierarchic9 ferè cęteros omnes excellit, vt suprà vidistis, in institutione parium,palamentorũ, & cæterorũ officiariorum Frãciæ supremorum, cæteris inferioribus taciturnitati submissis,quæ de se patẽt. Et quia super cęteros seculi huius principes iustitiam rex Franciæ semper dilexit,& iniquitatẽ odiuit, & vnxit eum Deus De9 suus oleo lætitiæ præ consortibus suis. Psalmo xliiij.

vt vidistis loco,quo suprà. Secũdò ex regiorum stipendiorum cuilibet sufficiẽtium imperuertibili assignatione, quæ reges Franciæ semper fecit anteire. vt in eis verificetur quod scribitur in l. nemo. C.de offi.magi. officio. vbi nihil rationabilius quàm vt is gradu cæteros antecedat,quem stipẽdia meliora,vel
37 labor prolixior fecit anteire.† nam certũ habeo stipendia quæ à rege nostro Francorum capiunt annis singulis sui officiarij in toto regno ad summam duorum millium librarum Turonen.& vltrà ascendere, valentium viginticẽtum mille libras Turon. prẽter statum suæ domus & armatæ militiæ. Tertiò, quia licet Papa solus & Imperator de causa propria, & non alius inferior cognoscãt.c. cùm venissent.de iudi.& l.proximè.ff.de his quæ in testa.delen. Tamẽ reges Franciæ iudicio suorum officiariorum, nedum curiarum parlamẽti, sed etiam seneschallorũ suorum sponte se submiserunt: & quod iudicatum est contra se, efficaciter exequi permittunt & patiuntur,iudicatóque obediunt. Imò illud propriis patẽtibus literis exequi mandant.facit cano.nos si incompetenter.ij. quæstio.vij.& ff.de iurisdi.omni.iud. l.est receptum.
38 †Nam sicut Romani tribunos plebis instituerunt,ad quos quisque à cõsulibus loco regũ institutis ad eorum potestatem constringendam, & reformandam. Theopompus etiam Spartanorũ rex Ephoros. i.magistratus illos quales Romæ tribuni plebis erant. ad suam moderãdum regiam potestatem creauit,suam potestatem eis subiiciendo,& censuræ eorum, vt eo modo regnum diuturnum redderet perpetuò duraturum. De quo Valerius li.iiij.c.j.tit. de moderatiõe animi. sic dicit: Atque vt Theopõpo quoque Spartanorum regi moderationis testimoniũ reddamus, cũ primus instituisset,vt Ephori Lacedæmone crearentur,ita futuri regiæ potestati oppositi, id est contrarij, quemadmodũ Romæ cõsulari imperio tribuni plebis fũt obiecti: atque illi vxor dixisset,id egisse illum, vt filiis minorem potestatem relinqueret, Relinquam(inquit)sed diuturniorem. Optimè quidem: ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imposuit. Igitur Theopõpus legitimis regnum vinculis constringendo quo longius à licẽtia,scilicet malè faciendi, retraxit,hoc ad benecuolẽtiam ciuium propiùs admouit,id est applicuit. Hæc ille. Subiungens ca.sequenti. Nihil esse tam præclarum aut tam magnificum, quod non moderatione tẽperari desideret. Sic pariter salubri exẽplo supradictorum reges christianissimi semper moderatione vsi sunt, vt de ipsis quod de Platone dixit idem vbi suprà Valerius: Non,inquit,in corpore mortali, sed in arce cœlesti quidem armatum animum eius vitæ stationem putes peregisse, humanorũ vitiorum incursus à se inuicta pugna repellentẽ, cunctósq; virtutis numeros altitudinis suæ sinu clausos custodiẽtem. Nam virtus suos habet numeros: †vt iustitia diuiditur in sex partes, scilicet in religionẽ, pietatem, gratiam,fidem,vindicationẽ, & obseruantiam: quæ dotes præcipuæ regum Francorum in moderationẽ suæ potestatis Imperialis considerantes, quòd faciles motus mẽs generosa capit,vt dicit Ouid. & Salusti.in Iugurthino:Plerunque(inquit)regiæ voluntates vt vehemẽtes,sic mobiles sæpe ipse,sibi aduersæ, Vnde opus moderatione fuit, & tanta extitit, vt ex ordinatione plurium regum ac verbali præcepto officiariis Franciæ sæpius fuisse iniunctum literas regias iudicialiter & publicè posse impugnari de nullitate ac surreptiõe. & vt tales per iudices quibus di-

BIU Cujas

riguntur posse declarari, & iã de inciuilitate & iniquitate, & ita in omnibus curiis Frãcię seruatur insequẽtibus ordinationem regis Caroli vij. super hoc editam *article* lxviij. incipien. *Item & que souuentesfois plusieurs obtiẽnent de nous & de noz chãcelleries* ☞ &c. Et idem ordinauerat Philippus vj. [Quam ordinationem posuit domi. Auffre. in suo tracta. ordi. titu. de rescri. cap. quia sæpe contingit.] eius prædecessor. quod est notãdum: quia de iure communi vbi rescripta non sunt falsa nec subreptitia, nec cõtra bonum reipublicæ, licet iniquitatem contineãt, non possunt de iniquitate impugnari coram iudice inferiori, sed debet iudex rescribere principi. cap. si quando. de rescrip. tamen in præsenti regno possunt etiam de iniquitate coram inferiore cui diriguntur redargui, & inciuilia declarari: & hoc est quod dicebat Cassiodorus in persona Imperatoris seu regis. Pro æquitate, inquit, seruãda nobis quoque patimur contradici, cui oportet etiã obediri &c. de quo plenius suprà dixi in secunda decisione prope finẽ: tractando qualis debet esse cãcellarius. (Additio.) Ideo sanctè & cõsultissimè ordinauit dominus noster rex modernus Ludouic' xij. Anno domini M.cccc xcix. die xiij. Iunij Parisiis in parlamento eadem die audito procuratore regio generali publicata. quòd orta difficultate super rescripto cõcedendo, vel non concedendo, sigillari per cancellarium non debet, etiam si eidem cãcellario qui regis personam repræsentat, iustum videatur, donec per cõsilium peritorum fuerit deliberatum. Ex quibus prædictis tanta regum Franciæ fama intemeratæ iustitiæ per vniuersum euolauit orbẽ, quòd plures eis non subditi etiam infideles eorum iudicio se submiserunt: vt in eis verificatum sit quod de glorioso illo Scipione Africano
40 concludit Plutarchus. † quòd tanta est virtutis vis, & tam magna apud omnes gentes, cùm non solùm bonos, sed etiam improbos ad se amandum alliciat. Quod exemplo fuit in pluribus Francis regibus cõpertum, qui si acceptare voluissent, extraneas nationes regerent in eos consentientes, præsertim in personam Dagoberti regis Franciæ huius nominis primi. de quo Gagui. lib. iij. c. ij. Ad præsentes (inquit) regis mores iustitiæ illius atque æquitatis tanta fama etiam apud exteros percrebruit, vt ex ea gente, quæ Turcis Sclauonibúsque finitima est, nonnulli Dagoberti examẽ ad suas cõtrouersias deposcerẽt. Asseuerãtibus insuper Sclauonibus si ad eos aliquãdo commearet, se illi vt suo regi parituros. Hæc ille. ☞ [De isto Dagoberto & eius miraculosa saluatione habetur infrà in v. arti. dum loquitur de venatione.] Sic de duce Sabaudiæ qui Francorum regis iudicio sponte se submisit, consuluit Bal. in prima parte cõsil. ccccxviij. incipien. petita venia flexísque genibus loquar &c. vbi ponitur tenor submissionis. Videatis ☞ dictum consilium, quia pulcherrimum. [De isto consilio mentionem fecit Barba. in capit. quoniam Abbas. de offic. delega. versi. extra glos. opponendo & in iij. oppos. vbi quærit, an illud compromissum in regem factum transeat in successorem.] Imò legitur in vita beati Gregorij, quòd Traianus imperator saluatus fuit, & de inferno vbi propter infidelitatem ceciderat, ad preces Gregorij extractus propter iustitiam, secundum Ioan. Fab. in procœmio. Instit. §. j. Et adeò semper apud Frãcos reges cultus iustitiæ acceptus & gratus fuit, & speratur perpetuò
44 vigere, quòd de ipso christianissimo rege dicere veri similiter possimus, quod per Psalmistam dictũ fuit Psalmo xcv. Iudicabit orbẽ terræ in æquitate & populos in veritate sua. Et iterum psalmo xcvij. Iudicabit orbem terrarũ in iustitia, & populos in æquitate Et sequitur retributio Psalmo xliiij. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Quoniã notoriè videmus Francorum reges supra omnes principes terræ exaltatos, vt verificatũ maneat in eis quod Cicero pulchrè lib. iij. de officiis ait: Qui veram gloriam adipisci vult, iustitiæ fungatur officiis. Qua (vt dicit Sene. in lib. de quatuor virtutibus) Iustitia est diuina lex, & vinculum societatis humanæ, quisquis hanc sectari desiderat, Deum prius amet, vt ametur à Deo. Quod in Francis regibus videtis adimpletum, quibus rectè & iustè appropriari põt & pariter eorũ subditis, quod de rege iustissimo scribitur Psal. Lætentur & exultẽt gentes, quoniã iudicas populos in æquitate, & gen-
41 tes in terra dirigis. † Or nunc ad materiã successionum ab intestato reuertentes, reassumatis punctum de quo diu est (sed non sine causa, commodo. & vtilitate, ex materiarum connexitate) diuertimus, & dicatis, quòd vbi agitur de succedendo ascendentibus intestato defunctis, prima successio est suorũ hæredum, qui legitimè nati vel postea legitimati fuerũt: & cæterorum in posterum descendentium. Ita quòd non solùm succedũt filij, & filiæ, sed etiam nepotes & pronepotes, & deinceps vlteriores, dummodò primum gradum teneant tempore mortis intestati: aut si testamentum fecisset, primum gradũ teneant tempore testamẽti defuncti. vt dicto §. cùm autẽ quæ-
42 ritur. Instit. de hæred. quæ ab intesta. † Etiam si nati non essent eo tempore: dum tamen essent concepti. Quo casu cùm agatur de commodo succedendi, habentur pro iam natis. l. qui in vtero. ff. de statu ho. Si autem concepti non essent tempore mortis eius, de cuius successione agitur, vel tempore destituti testamenti, tunc non succederent, imò eis præponerẽtur soli alij pari gardu existentes iam nati vel concepti, in quorum defectũ succederet qui remotior est eo,
43 qui tunc conceptus non erat. † Cùm possibile nõ sit, quòd qui non est tempore successionis delatæ, & sic non ens, succedere possit etiam de iure prætorio. l. si quis filio exhæreda. §. j. ff. de iniusto rupto testamẽto. Prætereà ille tunc non conceptus nunquam fuit defuncto cõiunctus: quia illo viuo animal non fuit. l. Titius. ff. de suis & legi. hæredi. & l. j. §. proximus. ff. vnde cogna. & l. verũ est. ff. de bo. pos. secund. tab. & plenè per Bar. in l. item prætor. alleg. tit. ff. de suis & legi. hære. vbi dicit secus esse in aliis dispositionibus, quàm in successione ab intestato, Vnde in iure patronatus libertorum bene succederet, per tex. singularem in l. Paulus. §. pe. ff. de bonis liberto. An autẽ ille non cõceptus tẽpore mortis eius, de cuius successione agitur, venire possit ex persona sui patris iure transmissionis, videatis Ang. in §. posthumorũ. ☞ Insti. de exhæreda. libe. [Vide infrà super verbo, *& soboles quam gestabat in vtero.* secundum doctrinam Raph. ibi insertam.] Vnde restat quòd filius & filia nisi statuto, consuetudine patriæ, vel iurata renũtiatione forent excluſi, quia primum gradum descẽdẽtium tenent, vocantur priore loco ad successionem intestati patris tanquam proximiores: & consequenter cæteris vlterioribus exclusis in succedẽdo potiores. Ex quo infert Ioã. Fab. in §. ita demum. Insti. de
44 hæred. quę ab intesta. † quòd stante statuto vel consuetudine, prout est in hoc ducatu Aquitaniæ, quòd re vendita parẽtes venditoris reddẽdo pretium possint

BIU Cujas

ſint intra annum & diem retrahere, iuxta terminos cap.conſtitutus.de in integ.reſtitu.& l.dudum.C.de cõtrahen. emptio. vbi fundatur dicta conſuetudo, quæ conformis eſt antiquæ legi diuinæ. Leuiti. xxv. ibi,Si atenuatus fuerit frater tuus &c.Si res immobilis vendita fuerit etiam alicui de genere vẽditoris in remotiori gradu conſtituto,poterit proximior eã virtute conſuetudinis retrahere,ac ſi vendita fuiſſet extraneo.l.filio.ff.de inoffic.teſta. & videtur expreſſum in c.vnico.§.Titius.ſi de feudo fue.contro.facit l.vnũ ex familia.§.j.ff.de leg.ij. cũ ibi no. Facit optimè l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.cum concordantiis ibi in glo.poſitis ſuper verbo,proximus. Quia ſi in ſucceſsione proximior repellit vlteriores parẽtes,vt dixi,ſic fiet in tractatu,ſecundũ eum ibi. Et idẽ conſuluit Bal.in iij. parte conſ.xxviij.incip.dominus Tho. &c.& Pet.de Ancha.conſ.cccIxx.cum ſeq.& ſequit Bald.in capit.j.de vaſal.qui contra conſti. Lotha.fa-
45 cit tex.in l.pupillus.ff.de authori.tuto.† Et ſi tempore mortis inteſtati parentis eſſent plures eiuſdẽ gradus deſcendentes proximiores: putà plures filij & filiæ aliàs non excluſæ, omnes ſimul & æqualiter vocarẽtur ad ſucceſſionem,& pariter ad retractum,ſecundum prædictam conſuetudinem, vt tenet Ioan. Fab.in §. ſi plures Inſtitu.de legiti.agna.ſucceſ.Pariſiis ſeruatur quòd illi ſoli retractus adiudicatur, qui prius emptorẽ adiornari fecit,licet alij exiſtant proximiores venditoris parẽtes:vt eſt expreſſum in lib. conſuetudinum titu.de materia retractus. cap. *Item*
46 *le parent* &c.† Sed de iure proximior,aut ſi ſint plures,omnes ſimul vocantur,vt dixi:ſicut in ſucceſſione omnes æquali gradu exiſtentes vocantur: & vno repudiante pars ſua cæterisaccreſcet ſuccedere volẽtibus,ſcilicet pro portione hæreditatis cuilibet delata.Nam cùm omnes iſti in pari gradu exiſtentes eodem modo ſuccedãt,videlicet in capita,habet inter eos locum ius accreſcẽdi: & ſi omnes repudiarẽt, aut excluderentur tempore,ſequentes in gradu vocarẽtur per edictum ſucceſſorium, vt plenè dixi,ſuprà in
47 iiij. præludio. † Similiter ſi dux belli præconizari fecerit,quòd primus ingrediens caſtrũ habeat cẽtum,vel aliud præmium: ſi plures ſimul ingreſſi fuerint,ita quòd cognoſcere nõ poſſit quis primus fuit omnes præmium habebunt,ſecũdum Odo.& Guid. de Suza.licet enim lex vſa fuit verbis ſingularis numeri, tamen ſi plures fuerint, omnes admittentur.
48 per tex.in dicto §.ſi plures.† Et idem ſi præmium daretur occidẽti,vel capienti malefactorem,aut bãnitum,prout dari poteſt de iure.l.cùm nauarchorum. vbi Ioã.de Pla.C.de nauicu.lib.xj.& Bar.poſt Guil.
☞ de Cug in l. j.ff.de iuſti. & iure. [In quo præmio nullo modo participat cõſcius illius criminis & particeps:quia nõ mouetur ꝑ bono publico,ſed vt pœnam euadat, & pẽmiũ conſequatur. Idẽ in eo cui ex officio incũbit capere delinquentes:quiavoluntariè non mouetur,ſed neceſſitate officij:ſecundũ Bar.in l.ſi quis in graui.§.ſi ex ſtipulatu. & §.vtrũ.ff.ad Silla.Ideo ſi tales delinquentẽ capiãt, prẽmio non gaudebunt.] Pariter pro crimine detegendo, prout ſenatus Romanus fecit pro cõiuratione Catilinæ detegẽda.Ad hoc(inquit Saluſti.in Catilinario)ſi quis indicaſſet de coniuratione quæ cõtra rempublicam 51 facta erãt,præmia decreuerũt &c. de quo.ff.ad leg. Iul.maieſta.l. in quæſtionib. & l. ij. C.quib.ex cauſ. ſerui pro prẽmio liberta.acci.Pro quibus facitquod habetur j.Regum xvij. ibi, Verũ qui percuſſerit eũ (ſcilicet Goliam)ditabit rex diuitiis magnis. & filiã ſuam dabit, & domum patris eius faciet abſq; tributo in Iſrael &c. Et percuſſit eũ Dauid adoleſcẽs, qui pro præmio Michol filiã regis deſponſauit in vxorem. Pariter ij.Regum v.c.propoſuerat Dauid in die illa prẽmiũ qui percuſſiſſet Iebuſæum.dixítq; j. Paral. xj. Qui percuſſerit Iebuſæum in primis erit princeps & dux,ſcilicet militię.Et ſequitur ibi:aſcẽdit ergo primus Ioab filius Saruiæ,& factus eſt prĩceps&c.Sic dea Iuno(vt poëta Aenidum li.j. refert) volẽs Aeneam prohibere,ne Italiam adiret,ad Aeolum regem ventorum ſic ait :

Aeole(nanque tibi diuũm pater atque hominũ rex,
Et mulcere dedit fluctus,& tollere ventos)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans,victóſque Penates.
Incute vim ventis ſubmerſáſque obrue puppes:
Aut age diuerſas, & diſtice corpora Ponto.
Sunt mihi bis ſeptem corpore nymphæ,
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.
Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo.
Omneis vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat,& pulchra faciat te prole parentem &c.

49 Vnde † reſtat præmium dari poſſe occidenti,aut capienti malefactorẽ,vel inimicũ,prouiſo ꝙiudex de conſenſu & voluntate gubernatorum pecuniarũ publicarum,aut eis requirentibushoc faciat:cùm de ſe ipſo præmium de publico dare non poſſit, ſecũdum Bart.in l.j.in fi.prin.verſi.fo.ſecundum.ff.de iuſti.& iure. Vnde ſi in caſu noſtro plures eum caperent vel occiderẽt,omnes prẽmium haberent, ſi in plures cadere poſſet,quanuis aliqui oppoſitum voluiſſent,dicentes,quòd nulli deberetur,per l.ſi fuerit.ff.de reb. dub.quæ non obſtat:quia loquitur in teſtamentis,in quibus non ſit larga interpretatio,ſicut fit in benefi cio principis,vbi fit latiſſima.l.penul.ff.de conſtitu. principũ ſecundũ quam quilibet eorũ qui ſimul caſtrũ intrarunt. habebũt centũ.l. qui filiabus. §.ff.de leg.j.ſecũdũ Io.Fab. & Ang.in d.§.ſi plures. Quod vltimũ fortè nõ ſeruaretur in ruſtico talem munificentiã faciẽte,vt quilibet habeat centũ : quia ſtrictè intelligeretur,vt non quilibet,ſed omnes ſimul centum habeant.De his, & pariter de duobus equis brauium ſimul attingẽtibus,aut de pluribus ſimul vexillum hoſtium capientibus,videatis Bart.Bal.& Imol. in l.hoc articulo.ff.de hęred.inſti.Ioã.de. Pla.& Ange.in dicto §. ſi plures. Et adeò eſt verũ,quòd proximior in gradu, vlteriorem à ſuccedendo excludit.
50 † Quòd ſi filius ſit emãcipatus, & nepos ex eo ſit in aui poteſtate conſtitutus,eidẽ auo ab inteſtato mortuo non ſuccedet nepos in ſua poteſtate cõſtitutus, ſed filius emãcipatus qui eſt gradu proximior: cùm hodie nõ curemus de patria poteſtate quo ad ſuccedẽdum ab inteſtato,vt plenè vidiſtis ſuprà in ſecundo præludio.Imò plus dicũt docto. quòd ſi pater filium emãcipatum hæredem inſtituiſſet,& nepotem ex illo in poteſtate ſua cõſtitutum præteriiſſet, talis nepos præteritus dicere non poſſet teſtamentũ aui ſui nullum,quia cùm non teneat primum gradum liberorum,non fuit neceſſariò inſtituendus,nec exhęredandus,cùm filius emancipatus eum præcederet. Nec conqueri poſſet talis nepos, quòd legitimã nõ habet. † Quòd cùm legitima ſit tertia pars eius quod quis habitur eſſet ab inteſtato , in Authentica,nouiſſima.C.de inoffic.teſta.& iſte nepos nihil habiturus erat ab inteſtato, quia filius emãcipat⁹ pater eius eũ præcedebat, de nihilo conqueri poteſt. Vnde ſicut quo ad vim ſucceſſiuam ab inteſtato,ſublata eſt

BIU Cujas

hodie differentia emancipationis & patriæ potestatis,ita etiam ex testamento hoc casu.secundum Barto.Bald.& Angel.in l. Gallus. §. & quid si tãtùm.ff. de libe. & posthu.Nam ille qui non succedit ab intestato,qualis est ille nepos si in testamento prætereatur,non poterit illud ad causam intestati deducere ipsum dicendo nullum: quia non sua interest testamentum aui dicere nullum,postquàm eo annullato non succederet ab intestato, vt plenè dicã super ver
52 bo, *in eodem testamento relinquens.* j. † Et sic restat quod ꝓximior in gradu, qualis est filius & filia etiã emancipati, excludunt nepotes,& deinceps vlteriores:licet in patris potestate retentos,nisi(vt dixi) filia statuto aut consuetudine foret exclusa.Et hęc est conclusio vera:quam dupliciter limitabitis.Primò, quòd filius etiam emancipatus nepotem excludit emancipatum vel in potestate retẽtum,vbi filius qui proximior est,succedere vult,& hæres esse.Si autem filius paternam repudiaret hæreditatem, & hæres esse nollet,certè si talis filius tempore mortis patris esset in potestate constitutus auo succederet,non vt suus & necessarius hæres, sed tanquam voluntarius, quia vt suus & necessarius auo succedere nõ potest, cùm primum gradum non teneat nec primum locũ suitatis. Sed filius pater eius illum gradum & suitatis locum velut in potestate patris constitutus tenebat, & sic priuilegio suitatis non erat hæres suus,vt dicam in verbo, *Mortuo itaq; testatore.* ij.vbi declarabitur materia suitatis.Nec trãsmitteret nepos ille auitinam hæreditatem ad quoscũque hæredes,si ante eam agnitam decederet:sed eam solùm transmitteret ad hæredes ex sua persona descendentes,vt l.vnica.C.de his qui ante aper.tab.hæredi.Si verò filius paternam hæreditatem ei delatam repudians,fuisset tempore mortis patris emancipatus,& nepos ex eo fuisset in aui potestate retẽtus, quod fieri potest Instit.quib.mod.ius pat.pote.sol.§.j Talis nepos ex eo descendens vocabitur ad succedendum auo, vt suus hæres & necessarius,ita quòd tunc ipso iure erit hæres,quanuis ignoret delatam sibi esse hæreditatem, & iure ac priuilegio suitatis eam non agnitam moriendo transmittet ad quoscũque hæredes etiam extraneos,quos fortè post mortem aui suæ potestatis
56 existens instituit hæredes, vt ibi dicam,tractãdo materiam trãsmittendæ hæreditatis. Si verò filius post mortem patris sui intestati,non agnita neque repudiata hæreditate paterna decesserit,tũc in electione nepotis vel alterius descendentis proximiorem gradum tenentis erit,an velit auitam hæreditatem adire ex persona filij nunc mortui, tanquam ad ipsum
57 nepotem vel alium proximiorem iure suitatis transmissam,si filius erat in potestate, aut beneficio dictę l.vnicæ.C.de his qui ant.aper.tab.si filius ille erat emãcipatus:quo casu pinguior erit successio,quia nepos habebit bona aui, & filij patris sui, vel an velit dictam hæreditatem repudiare ex persona filij suiq; patris, & eam adire ex sua propria persona.l.si quis filium.§.j.cum glos.ff.de acquirend.hæred.& l.recusare.§.Titius.ff.ad Trebellia.Quo casu minus emolumentum habebit:quia solam hæreditatẽ aui &nõ filij patris sui habebit.secundum Barto. in l. si mihi
53 & tibi.§.j.ff.de lega.j.Secundò † limitabitis dictam conclusionem,quòd filius excludit nepotes,scilicet ex seipso descendentes,non autem excluderet nepotes ex alio filio præmortuo fratre suo stantes & superstites. Imò tales nepotes secundum gradum verè tenentes in successione aui concurrerent cum filio defuncti eorũ patruo,cum quo pariter succedent auo: Instit.de hære.ab intesta.§. cùm filius.quia hoc casu tales nepotes personam repræsentãt sui patris, & iure repræsentationis esse cẽsentur in pari gradu
54 cũ patruo,prout esset eorũ pater si viueret. † Quod quidem ius repręsentationis non eis competit de iure communi, sed ex priuilegio,in corpore tamen iuris clauso, per tex.singularem in §.si autẽ defuncto. ibi,huiusmodi verò priuilegium.in Auth.de hęredi. ab intesta.colla.ix.quod scire prodest propter multa, quæ(ne onerosus existam)taceo.Qualiter autem cognoscatur ius commune,& priuilegium in corpore iuris clausum,docet Bald.in l.j.C.de peti.hæredi. Et in quibus conueniant, & differant ius commune & priuilegium in corpore iuris clausum,alibi fortè & opportuniùs dicã.Simul ergo cum patruo succedũt nepotes ab intestato ipsi auo, nulla facta differẽtia an essent in potestate aui vel emancipati, vel an sint masculi aut fœminæ,nisi statutum vel consuetudo fœminas excluderet.in Authen.post fratres.C.de
55 legiti. hæredi. Et † sicut nepotes personam repræsentãt filij eorum quondam patris præmortui, vt cũ patruo aut patruis succedant auo: sic etiam eam repręsentant,si ciuiliter mortuus fuisset filius eorũ pater, vt quia patris sui hæreditatem repudiauit. Quo casu pars illa sic repudiata nõ accresceret cohęredi repudiãtis, sed remanebit nepotibus filiis ipsius repudiantis, qui eius personam repræsentant. secundum Ange. in dicto §.si plures.instit.de legi.agna.succes. Et idem puto in filiis, quorum pater capitaliter fuisset damnatus,ita quòd hæres esse nõ posset, vt quia deportatus ante mortẽ aui.l.j.C.de hæred.instituen. quia cùm talis dicatur ciuiliter mortuus,& sic de medio sublatus, nepotes, id est filij talis deportati, qui sunt sequẽtes in gradu,ipsum repræsentant,& tenẽt primum locum, vt simul cum patruo succedãt auo, per tex.in l.si qua pœna.in fi.vbi no.Bart.ff.de his q̃ sunt sui vel alie.iur. iũcto quòd bona futura non veniunt in confiscatione damnati, vt dicam in quinto articulo. Et sic præfati nepotes non vi trãsmissionis succedẽt, cùm nihil repudiatum vel exclusione perditum transmittatur: sed succedunt iure & priuile-
56 gio repræsentationis, vt d.§. cùm filius. † Quæ quidem repræsentatio sibi locum vẽdicat etiam in iure patronat⁹ ecclesiæ, in quo nepotes simul cũ patruis succedunt auo:nec tale ius regulatur,vt ius patronatus libertorum.cap.cùm seculum.vbi Panormita.de iure patro.& Innocẽ.in cap.cùm Bertholdus. de sententent.&re iudic.vt suprà tetigi in verbo, *Duas habẽs*
57 *filias*.in princip. Pariter † locum habet hæc repræsentatio in feudis, quæ in iure hæreditario & ad similitudinem iuris hæreditarij deferuntur. cap.j.de succes.feu. in quibus nepotes cũ patruis succedunt, vt ibi, & in capitu.vnico.§.de his.titu.de gradi.succes. in feu.Maximè in præsenti regno, in quo feuda sunt ad instar patrimoniorum redacta, secundum Ioan. Fab. vt suprà vidistis. Prætereà hæc repræsentatio locum habet etiam in hæreditatibus indiuiduis, vt sunt regna,ducatus comitatus,marchionatus,aut baronia:quę diuisionem non capiunt,capi.j.§. prætereà,de prohibi.feud.alie.per Fede.Et cætera alia feuda inferiora, vbi statutum aut consuetudo patriæ il-
58 la defert primogenito. † In quibus etiam nepos ex illo præmortuo primogenito patrẽ suum repræsentat iure primogenituræ: non accumulatiuè hoc casu cum patruo, sed exclusiuè, vt solus excluso patruo succedat in illis indiuiduis,quæ de iure vni soli defe

runtur

BIU Cujas

runtur, vel ex conſuetudine, ſecundum Ioan. Fab. in dicto §. cùm filius. Et ſic in his indiuiduis locum habet repræſentatio, vt etiam plenè cõſuluit Panor. in prima parte conſil. lxxxv. incipien. in præſenti quæſtione &c. vbi inter cætera dicit, quòd cõſtitutio aut conceſsio vel diſpoſitio loquẽs de primogenito operatur, quòd omnes deſcendẽtes ab eo gaudent iure primogenituræ, quo ad patruum excludendum: & ſic apertè vult, quòd etiam in indiuiduis natura vel conſtitutione locũ habet repræſentatio quo ad vim ſucceſſiuam, vt ſcilicet nepos ex primogenito ſuccedat auo: non tamen locũ habet quo ad vim accumulatiuã, quia ſolus ſuccedet, & non ſimul cum patruo ſicut faceret in hæreditatibus diuiduis. Sed quia quæſtio hæc de arduis eſt, & altioris indaginis, de ipſa loco ſuo dicetur. [De hac diſputabili queſtione vide quæ plenè habentur ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens*. j. in xviij. limita.] Similiter locum habet hęc repræſentatio nedum †in ſucceſſione ab inteſtato, vbi nullum omnino conditum fuit teſtamẽtum, ſed etiam ſi conditum fuerit, & poſteà ruptum per bono. poſſeſſio. contratabu. quæ locum habet in emãcipato, aut per querelam inofficioſi: quia etiam tunc nepos ſuccedet cum patruo. l. ſi defunctus. C. de leg. hære. perſonã ſui patris repræſentando: quam generaliter repræſentat in prædictis, & aliis quæ iure hæreditario deferũtur, & deuoluũtur ad poſteros, & alios ſucceſſores. In aliis verò quæ non iure hæreditario deferuntur, nepotes perſonam ſui patris non repręſentant. Vnde loco patris non ſuccedũt in tutela, vt eam cum patruo gerant. l. iij. §. ſi duo. ff. de legi. tuto. Nec etiam in iure patronatus libertorum. l. à duobus. ff. de oper. liber. Nec pariter repræſentãt ſui patris perſonam, niſi in his, quæ patri, ſi viueret, deferrẽtur titulo vniuerſali: id eſt in his, in quib⁹ pater eorũ ſi viueret, ſuccedere poſſet titulo vniuerſali hęreditario, ſecùs ſi tit. particulari, puta legati vel alio iure particulari, & non hæredis, vt clarè probat tex. in dicto §. cùm filius. Inſtitu. de hæred. ab inteſt. ibi, pariter † ad hæreditatem vocãtur. Et cętera alia iura de hoc iure repræſentationis loquentia, vbique loquuntur de tit. vniuerſali, ſcilicet hæredis, & qui iure hæreditario, ſcilicet directo deferẽ: & nõ iure particulari in quo locum non habet repræſentatio. Et idem eſſet in his, quæ non iure directo hęreditario, ſed iure fideicommiſſi, & ſic indirectè deferũtur, vt etiam in eis locum non habeat: vnde ſi filius hæreditas reſtituenda foret, tale fideicommiſſum ſolis filiis ſuperſtitibus, & non nepotibus ex altero filio præmortuo deberetur: quia hoc caſu nepotes ſuum non repręſentãt genitorem, vt cum patruis ad tale fideicommiſſum admittãtur. [De hoc vide bonum cõſilium Philippi Decij in ſecunda parte conſilio j. incipien. memini me aliàs cõſuluiſſe. Nam licet in ſucceſſione legali ab inteſtato filius fratris ſimul cum patruo iure hæreditario admittatur, velut alter de proximioribus: non tamen in fideicommiſſo, cùm verba teſtatoris de vero filio, aut alio proximiori, vt iacent, ſint interpretanda: vt ibi habetur ij. colum. in fine, & ſequen.] Et ratio differentiæ eſt ſecundum Bald. quia ſuccedendo tit. hæreditario directo conſideratur iuris diſpoſitio, ſecundum quam filius ſuccedit in locum patris. Et ſic nepos ſuccedit loco filij, cuius perſonam repręſentat. Sed in ſuccedendo iure & titulo fideicommiſſi, non conſideratur iuris diſpoſitio, ſed ſola affectio quã natura docet plus habere ad filios, vtpote proximiores, quàm ad filios filiorũ, ſecundum Bart. & Rapha. limitando gl. ibi, in l. cùm ita. §. fina. ff. de lega. ij. & in l. Lucius. la. ij. ff. de hære. inſtitu. quam abundè ibi dotauit Alexand. in fine. & tenet Ange. in dicto §. cùm filius. vide tex. in l. hæredes mei. §. peto. quẽ ibi ad hoc no. Rapha. ff. ad Trebel. poſt Angel. ibi. De quo tamen pũcto, ſcilicet an fideicommiſſario præmoriente, ſpes fideicommiſſi trãſeat & tranſmittatur ad hæredes, latiùs dicam in verbo. *ſi abque liberis moreretur*. ij. in materia fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis: [Et etiam dixit ibidem in materia pupillaris, circa finem.] Et quòd † dixi fideicommiſſum filiis teſtatoris reſtituẽdum ſtante conditione, puta filio inſtituto ſub conditione non ſtantium liberorum defuncto abſque liberis, deberi ſolis filiis teſtatoris & non nepotibus, ex aliquo filio præmortuo ſtantibus. qui in tali ſucceſſione indirecta filium præmortuum eorum patrẽ non repręſentant, eſt verũ, vbi agitur de ſuccedendo per fideicõmiſſum ex teſtamento, vel alia vltima volũtate: quia in ſucceſſione ex teſtamento non habet locum hæc repræſentatio. quia cũ (vt dixi) hæc repræſentatio, vt nepotes filium eorum patrem repræſentent nepotibus competat ex priuilegio in ſucceſſione ab inteſtato directa, non porrigitur ad ſucceſſionem ex teſtamẽto, cùm priuilegia ſint ſtricti iuris: & ſic iure iſto repræſentationis ad tale fideicommiſſum nunquam vocarentur, nec etiam fideicõmiſſum petere poſſent iure tranſmiſſionis, quaſi ad eos morte patris fuerit tranſmiſſum conditionale fideicommiſſum. † Cùm fideicommiſſa conditionalia non transferantur hærede inſtituto moriẽte ante conditionis euentum. l. vnica. §. ſi autẽ aliquid ſub cõditione. C. de cadu. tollen. Et eſt verum, quòd non tranſmittũtur etiam ad ſuos: licet glo. in l. ſi is cui. ff. de actioni. & oblig. contrarium voluiſſet, & malè, ſecũdum omnes. Sed vbi fideicommiſſum deberetur ex cõtractu inter viuos, in quo etiam fieri poteſt ſubſtitutio. l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo vel condi. fiunt. Prout etiam ſæpe fit in ſocietate omnium bonorum, vel in pactis matrimonialibus, præſertim in Francia, in quibus valent pacta de ſuccedendo, vt plenè dixi ſuper verbo, *duas habens filias*. in iij. caſu fallentiæ. In quo filiæ cum maſculis non ſuccedũt: tunc filio qui ſuccedere debet, & cui cæteri filij ſi abſque liberis moriatur, vel ſub alia conditione fuerũt ſubſtituti, moriẽte ante conditionis euentum, tale fideicommiſſum non ſolùm filiis paciſcentium debetur, ſed etiam nepotibus ex altero filio præmortuo relictis, non propriè iure iſto repræſẽtationis nepotibus in ſola ſucceſſione ab inteſtato ex priuilegio competente, quæ ad hunc caſum extendi nõ poteſt: ſed eis debetur iure trãſmiſſionis, quod in contractibus & pactis conditionalibus operatur, per tex. not. in dicta l. ſi is cui. ff. de actio. & obliga. & inſtitu. de verborum obligatio. §. ex conditionali. & in §. cùm quis. inſti. de inutili. ſtipulat. Et ratio differentiæ eſt, quare conditionalia ante conditionis euentum tranſmittũtur ex contractu, & non ex vltima voluntate: quia contractus conſenſu & voluntate duorum firmantur irreuocabiliter. l. ſicut. C. de actionibus & obligationibus. & l. perfecta. C. de donatio. quæ ſub modo. Sed vltima voluntas ſolius teſtatoris cõſenſu vſque ad mortem ambulatoria, ſecundum Angel. in dicto §. ex conditionali. quod eſt not. † Quia vltimæ voluntates velut debiliores, vbi ſunt conditionales, vim trãſmiſſiuam non habent, ſicut habent contractus & cæteri actus inter viuos. Pariter nepotes perſonam non re-

præsentāt sui patris, nisi in successione eis delata iure communi: quia in delata ex statuto aut consuetudine cessat repręsentatio, nec concurrūt cum patruo. secundum Bal. in iij. parte consil. xxx. incipien. præsuppositō statuto. ij. colum. vbi stante statuto, quòd mulier dotata non succedat, soli fratres eam excludūt, nec in eius portione nepotes ex fratre præmortuo concurrunt cum patruis, quia nepotibus non sic aperitur edictum statuti, sicut eis aperitur edictum prætoris, quod etiam eis apertū non fuisset, nisi prætor hoc expresè dixisset. l. si post mortem. §. fin. ff. de contratabul. vt suprà vidistis in j. præludio, circa finem. [Vide Philippum Decium in superiùs allega. consil. j. vbi idem concludit. & Alexā. in iiij. parte consi. iiij. tamen Ioann. Fabr. vbi suprà, & plures alij de quibus infrà dicitur, contrarium dixerunt.] Præterea nepotes ius repræsentationis habēt nō ex mero iure communi, sed ex priuilegio, vt suprà dixi. Quod tanquam plus stricti iuris existens quàm ius commune, non extenditur ad edictum statuti. Super hoc cogitabitis: quia dubito consilium Bal. sustineri non posse per ea quæ suprà retuli Ioan. Fab. dixisse in dicto §. cùm filius. & Alexan. in l. Lucius. la. ij. ff. de hæredi. instit. u. & ipsummet Bal. in l. in quibus. C. de secund. nup. quod etiam tetigi suprà in j. prælu dio. Imò hoc casu appellatione filiorum veniunt nepotes in dispositione statutaria, vt in eodem casu cōsuluit Pau. consi. clxxj. incipien. præsens casus. & Ludoui. consi. cxxix. incipien. licet magna apud me fuerit dubitatio, vt pleniùs dixi super verbo, *duas habens filias.* In secundo casu quo filiæ cum masculis non succedunt: vbi concluditur, quòd sicut filius in statuto mentionatus filiam excludit, sic etiam nepos eam excludere debet tanquam veniēs appellatione filij: tamē verum est, quòd repræsentatio de qua hîc loquimur, stricti iuris est, velut ex priuilegio in corpore tamē iuris clausō orta. † Quia etiā nō extēditur ad omnes ex filio præmortuo descēdentes, sed solùm ad pronepotes: vt si defūcto ab intestato supersint filij, & nepotes ex alio filio, & etiā pronepotes, sicut iure repręsentationis succedūt auo nepotes simul cum patruis, ita etiam simili iure succedūt pronepotes, per tex. in dicto §. cùm filius. Sed vltra pronepotes non vocātur alij vlteriores cum patruis ad successionem ascendentis. [Et notanter dicit cum patruis: quia si aliqui patrui, vel alij proximiores nō essent, certè trinepotes, & deinceps succederēt salua gradus prærogatiua. Et hoc iure proprio, & nō iure repræsentationis: & sic nō in stirpes, sed in capita, vt infra iij. mēbro dicitur, loquendo de successione collateralium vno latere coniunctorum.] Et in hoc, scilicet de pronepotibus simul cū patruis ad successionem vocandis, differt hæc successio descendentium succedere ascendentibus volentiū à successione, qua ascendentes cum collateralibus seu transuersalibus suis succedunt descendentibus, iuxta Authen. defūcto. C. ad Tertyl. Et etiam à successione collateraliū inter se. Quibus duobus vltimis successionibus priuilegiū repręsentationis nō progreditur vltra nepotes, vt in Authen. post fratres fatrúmque filios, iūcta glo. j. C. de legiti. hæredi. vbi doct. rationem ponunt differentiæ. & Ioan. Fab. in §. item vetustas. in fine. Instit. de hæredit. quæ ab intesta. quia hæc successio, qua descendentes suis succedunt ascendentibus, est naturalis & debita. l. scripto. in fi. ff. vnde lib. & consequēter est fauorabilis. Alię verò duæ, scilicet quādo ordine turbato ascēdētes suis succedūt præmortuis descēdentibus, aut collaterales sibi inuicem, est à iure & ordine naturæ exorbitās. l. nam & si parentibus. ff. de in offic. testa. Ideo venit restringenda, vt in ea ius repræsentationis vltra ipsos nepotes non porrigatur, vt infrà videbitis. Or, † domini, sanè intelligatis nepotes ex filio præmortuo iure repræsentationis vocari simul cum patruis ad successionem aui ab intestato mortui, & similiter pronepotes ex filio, & nepote ex eo p̄mortuis, vt scilicet succedāt, non in capita, sed in stirpes. & in hoc differunt filij ab ipsis nepotibus & pronepotibus in succedēdo, quia filij succedūt patri æqualiter in capita: Adeò quòd si decē forent, aut vlteriores, tātum habebit vnus sicut alter. Sed quādo nepotes cum filiis defunctæ personæ, de cuius hæreditate agitur, & sic cum patruis suis succedūt auo, certè omnes nepotes ex vno filio præmortuo, non plus habebūt etiā si essent mille, quàm habuisset eorū pater, si vixisset. † Et ratio quare nepotes & pronepotes cum patruis nō succedūt in capita sicut filij, sed solùm in stirpes, est, quia filij qui sunt in primo gradu, succedūt de iure cōmuni, tanquam primum locum tenētes: nepotes verò quando ad successionem aui concurrunt cū patruis, cùm primum locum seu gradum non teneant, succedunt ex solo priuilegio in corpore tamen iuris clauso, vt suprà vidistis. Vnde in tāta portione nō succedūt sicut filij, quia satis est, q̄ priuilegiū eos qui sunt in secundo aut tertio gradu repræsentet loco vnius gradus sine præiudicio filiorum primū locum verè tenentium, argumen. l. si. quando. §. j. C. de inoffi. testamē.

Præterea dicit alibi tex. in l. tutori. C. de neg. gest. satis esse si vel in paucis labore amici cōsulatur. Talia enim priuilegia iure cuiusdam amicitiæ & beneuolentiæ cōcessa vidētur: quia satis est quòd omnes portionem habeāt sui patris, cuius loco surrogātur, vt surrogatum naturam sapiat illius, cuius loco surrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & plenè Bart. in l. j. ff. si quis li. test. iussus esse fue. Ideo si ad talem successionem concurrant vnus filius, & tres ex altero præmortuo nepotes, illi tres nepotes quia succedūt in stirpem. i. in locū sui patris, non habebūt nisi dimidiam partē hæreditatis, & solus filij eorum patruus reliquam p̄cipiet dimidiam, ita q̄ tātum habebit solus filius, quātum simul omnes nepotes. Et si defunctæ personæ filius vnicus & ex altero filio p̄mortuo tres nepotes, ex altero verò decē, solus filius tertiam partem hæreditatis habebit, tres nepotes aliam, & omnes alij decem reliquā tertiam, vt d. §. cùm filius. versi. & quia placuit. insti. de hære. quæ ab intesta. † Ideo cùm isti nepotes ex filio præmortuo succedant auo in stirpem. i. in locum sui solius patris, & nō in capita, certè inter se sunt plus cōiūcti, quàm cū patruis. Vnde si vnus eorū successionē repudiaret, seu ab illa abstineret, prout facere potest. vel tempore excluderetur, par illius cæteris suis solis fratribus, qui in eadem stirpe existūt, & nō patruo vel patruis accresceret: quia patrui cum eis nō eodem modo succedunt sicut isti: quoniā illi succedunt in capita, & isti succedunt in stirpem: & inter diuerso modo succedētes nō est locus iuri accrescēdi, vt suprà vidistis in iiij. præludio: [Vide infrà super verbo, *in eodem testamento relinquens.* j. circa finē, xxij. limita.] Sed inter succedētes eodem modo, puta per capita, est locus iuri accrescendi, ita quòd vno capite repudiāte pars quæ fuerat ei delata cæteris accrescit capitibus, veluti quando soli filij succedunt, quia in capita succedūt vno repudiante vel aliàs ex-

cluso

BIU Cujas

cluſo, qui ſi filios non habeat aut nepotes qui ipſum repræſentent, pars ſua vacans cæteris accreſcit capitibus pro parte hæreditaria, qua vocati ſunt. Et idem ſi duo eſſent aut plures filij, & tres, vel quatuor, aut plures ex altero filio præmortuo nepotes: Quoniã ſi vnus filiorũ repudiaret, pars ſua alteri filio accreſceret fratri ſuo, & etiam omnibus nepotibus ſimul vnum caput facientibus ſeu repræſentantibus: ſed filio accreſceret pro dimidia, & omnibus nepotibus pro reliqua dimidia: nec accreſcit ſingulis nepotibꝰ vt ſingulis, cùm ſinguli caput ſui patris non repræſentent, ſed omnes ſimul ipſum repræſentant. Ideo accreſcit ſimul omnibus qui adierunt, & in communi: quia omnes ſimul ſunt loco ſui patris caput vnum facientes ſeu repræſentantes. Vnde ſi è conuerſo illi tres nepotes filios non habentes, qui nepotes auum ſuum naturaliter vel ciuiliter præmortuũ repræſentant, hæreditatẽ aui repudiarẽt: quia tunc per repudiationẽ omnium vacaret & deficeret vnum caput integrum, ac ſi nunquã fuiſſet: certè portio omnium illorum caput ſui patris repræſentantium, reliquis accreſceret capitibus, ſcilicet duobꝰ patruis filiis defuncti, de cuius ſucceſſione agitur: cùm hoc caſu ſit inter eos idem modus ſuccedẽdi, ſcilicet per capita. Et idẽ ſi nõ eſſet niſi vnus nepos, qui repudiaſſet, & vacaret vnum caput. Sed quãdo integrũ caput, quod ipſi nepotes repræſentant, non vacaret, quia omnes fortè non repudiarũt, ſed vnus vel duo ex illis, tunc portio illius vacãs ſolis reliquis aut reliquo nepotibus repudiantis fratribus accreſceret, tanquam indiuiduis ſeu membris eiuſdem capitis: nec patruis accreſceret, quia etiam ſi vnus ex patruis repudiaret, non accreſceret vni ſoli ex nepotibus, ſed omnibus vnum caput repræſentãtibus. Et ratio quare vno ex nepotibus repudiante, vel aliter excluſo, portio ſua ſolis accreſcit cæteris nepotibus repudiantis fratribus, eſt, quia illi tres aut plures nepotes, tãquam tria aut plura indiuidua, & membra eiuſdem capitis ſeu gradus, ſunt inter ſe magis cõiũcti, quia fratres ſunt, & ſic eiuſdem gradus. Vnde ſibi plus inuicem attinent, quàm patruis ſuis. †Et ius accreſcẽdi operatur ſolùm inter omnino pares verè aut repræſentatiuè. Sicut videmus: quia vno ex filiis repudiante, cum altero filio vocantur omnes nepotes qui verè nõ ſunt eiuſdẽ gradus cum filiis, ſed ſolùm repræſentatiuè, quia perſonam repræſentant ſui patris: qui cum aliis filiis ſi viueret, eſſet eiuſdem gradus. Similiter omnibus nepotibus repudiantibus vel excluſis, qui omnes ſimul ſunt repræſentatiuè eiuſdem gradus cum patruis, pars illorum omnium nepotum vacãs patruis accreſcet, vt vidiſtis. Sed non ſic, quãdo vnꝰ vel duo ex ipſis repudiarẽt: quia cùm illi ſingulares non ſint verè nec repræſentatiuè eiuſdẽ gradus cum ſuis patruis, cùm illorum ſinguli perſonam non repræſentent ſui patris, ſed omnes ſimul, certè portio repudiata ipſis patruis tanquam in diuerſo gradu conſtitutis nõ accreſcet, nec accreſcere poteſt. Sed ſolis reliquis nepotibus, qui ſunt eiuſdem gradus, & legaliter coniuncti idẽtitate rationis, vt dixi in dicto quarto præludio ſuprà. Et idem erit iudicium ſi cum filiis concurrant pronepotes ex vno capite, qui omnes perſonam repræſentãt nepotis, ſuíque patris præmortui: vel ſi concurrerẽt cum nepotibus, aut inter ſe viciſſim: quia ex præmiſſis cognoſcetis, quando & qualiter ius accreſcendi operabitur inter eos. Vnde reſtat quòd vbi in ſucceſſione ab inteſtato concurrunt filij eius de cuius ſucceſſiõe agitur, & nepotes ex altero præmortuo filio, nepotes ſuccedũt ſolùm in ſtirpes. Et idem in pronepotibus cum patruis magnis cõcurrentibus in ſucceſſione proaui. †Si autem nepotes 69
ſoli, aut ſoli pronepotes, vel nepotes & pronepotes ſimul & mixtim, nullo ſuperſtite patruo cõcurrerẽt in ſucceſſione illius aui vel proaui, tunc maius ſurgeret dubium, an ſuccedere debeant æqualiter in capita, vt tantùm habeat vnus ſicut alter, vel an ſuccedãt in ſtirpes ſolùm in loco & portione illorũ, quos repræſentant. Super quo licet ſatis ardua fuerit hactenus diſputatio, & diuerſæ opiniones, tamen *communis opinio* habet maximè gloſſ. & Barto. quòd etiam tunc ſuccedant in ſtirpes, ac ſi cum patruis concurrerent: quam Guido Papæ quæſtio. cxxxiiij. incipien. ſed qualiter. dicit in iudicando fuiſſe ſeruatam. Et Bald. in tit. de natura ſuc. feu. c. j. in fin. dicit eſſe *communem opinionem* gloſſ. quam in dubiis opinionibus conſulendo multum ſequebatur, nec inuenire poterat meliorem, ſecũdum quam ego etiam in puncto noſtro ſæpe conſului, & plura aliorum conſilia vidi, per tex. cui reſponderi non poteſt. in l. ij. C. de ſuis & legiti. hæred. & in dicto §. cùm filius. in fi. verſi. item ſi ex duobus filiis &c. Inſtitu. de hæredi. ab inteſtato. vbi mortuo auo inteſtato ſoli nepotes ex duobꝰ prẽmortuis filiis ſupererant in diſpari numero: quia ex vno ſuperereãt vnus aut duo, ex altero autem tres vel quatuor. Et tamen ibi mandatur hæreditas diuidi in duas partes, quarum vna detur vni vel duobus nepotibus ex vno filio: altera verò dimidia detur tribus aut quatuor nepotibꝰ ex altero filio. Et ſic in ſtirpes ac ſi cum aliquo patruo concurriſſent: & idẽ in pronepotibus. Quã opinionem poſt longam ad partes diſputationem etiam tenuit Ang. in dicto §. cùm filius. Ideo ſi in ſucceſſione cõcurrerẽt nepotes & pronepotes in ſtirpes ſuccedendo, vt dictum eſt, ſi alter ex nepotibus repudiaret, vel alter excluderetur, pars ſua cæteris accreſceret cũ nepotibus ipſius repudiãtis fratribus, cùm ſint eiuſdẽ gradus. Pariter ſi vnus pronepotũ partẽ ſuã repudiaret, cæteris pronepotibus repudiantis fratribus accreſceret. Et idẽ ſi ſoli pronepotes ex duobus aut pluribus præmortuis nepotibus cõcurrerẽt: quia ſuccedẽt illi ſoli, qui ſunt de ſtirpe repudiãtis. Et hæc de primo mẽbro huius primi art. ſcilicet qualiter deſcẽdentes ſuis ſuccedãt aſcendẽtibus inteſtato defũctis, dicta vobis ſufficiãt.

Venio † ad ſecundum huius primi articuli mem- 70
brum, qualiter è conuerſò aſcendentes ſuis ſuccedant deſcendentibus ordine naturæ turbato præmortuis. Ordine enim naturæ filij & deinceps cæteri deſcendentes patri ſuccedunt, & aliis aſcendentibus, iuxta gradus prærogatiuam. l. ſcripto. ff. vnde liberi, vt vidiſtis in præcedenti membro. † Tamen 71
ordo iſte plerunque turbatur, vt filius præmoriatur. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. Sicut contigit domino Bulgaro legum doctori antiquo, qui cùm eius vnicus filius prædeceſſiſſet, volũtatem diuinam patienter tolerans, hoc tantùm dixit: *Ordine turbato ſuccedis vulgare nato.* ſecundum gloſ. ſuper verbo, tamen ordine. ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus. & gl. ſuper verbo, filiis. in c. cùm apoſtolꝰ. de cenſi. Vnde cùm ſucceſsio alia quàm deſcendentium ſit 72
contra ordinem naturæ, † eſt in multis partibus conſuetudo, vt in Aruernia, quòd aſcendentes nunquam ſuis ſuccedunt deſcendẽtibus: ſed in defectu liberorum collaterales vocãtur: quibus deficientibus fiſcus ſuccedit, vt refert Maſuerus in tit. de ſuccеſſ. & vltimis volũtatibus, §. idem de conſuetudine, vt

BIU Cujas

vt dixi ſuprà in j. præludio. Pariter idem Maſuerus refert eod.tit.de ſucceſ.teſt.& vlti.volũ. §. xvj. incipiente: Itẽ illius qui mortuus eſt ſine liberis. Quòd mortuo aliquo ſine liberis ab inteſtato, dominus tẽporalis loci, ſeu eius officiarij, ponũt bona ad manũ domini, ad ſaluum ius habentis. Quæ manus poſteà leuatur aſcẽdenti vel collaterali proximiori ſucceſſori probata gradus proximitate, cũ antè pro eis nõ præſumatur ſicut præſumitur pro liberis, de quibus ſolis dictũ eſt: Eſt filius, ergo hęres. Ideo de hac ſucceſſione ſeu iure ſuccedendi aſcendentium, dicatis, quòd ſi deſcendenti ab inteſtato mortuo non ſuperſit niſi ſolus pater, ſolus ille ſuccedit: & idem ſi non
73 ſuperſit, niſi ſola mater: quia ſola ſuccedet: †Si verò ambo ſuperſint, ſcilicet pater & mater, quia ſunt pares in gradu: ambo æqualiter ſuccedũt tam in bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrẽſibus, quã bonis paganicis & aduẽtitiis filij, ſaluo quòd ſi filius aut filia quæ deceſſit erat in poteſtate patris tempore ſuę mortis: propter eius mortem non extinguetur vſusfructus bonorum illius aduẽtitiorum & paganicorum, qui penes patrem erat tẽpore mortis. iuxta l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. Cùm morte filij proprietarij non extinguatur vſusfructus patri debitus. Inſti. de vſufruc. §. finitur. Imò pater, quãdiu viuet, gaudebit vſufructu: poſt cuius mortem mater pleno potietur dominio partis ſuæ, in qua viuente marito non niſi nudam habuit proprietatẽ: & ſaluo etiam, quòd vbi ſtatutum eſſet, vel cõſuetudo, quòd mater excludatur propter agnatos filij inteſtato defuncti, ipſa tũc excluderetur per patrem, vel auum paternum, &
74 cæteros aſcendentes paternos, licet remotiores, aut per fratrem, quibus magis (nõ ſtante ſtatuto) fauendum eſſet, quàm remotioribus agnatis, de quo ſuprà in primo præludio. Et hæc vera quo ad ſucceſſionẽ bonorum caſtrenſium, quaſi caſtrenſiũ, & aduẽtitiorum filij præmortui, ſcilicet ab extraneis acquiſitorum, vel ſuis mechanicis & paganicis artibus. Quia †in bonis quę à patre tãtùm, vel eius linea acquiſierat, vel ad eum peruenerãt, ſolus pater ſuccedit matre excluſa. Et idem econtrà: quia in bonis ex matre & eius linea acquiſitis, & ad filiũ peruentis, ſola mater ſuccedit, patre excluſo, per textũ notabilem in l. quod ſcitis. §. fi. ſecundum intellectum Barto. ibi. C. de bonis quæ lib. Et pariter ſeruatur in retractu, qui competit ex conſuetudine ducatus Aquitaniæ, vt ille tantùm admittatur, qui in re vendita ſuccedere debebat ad inteſtato: adeò quod ſi res ad venditorem pertinebat ex latere paterno, admittitur proximior ex latere illo & idem de latere materno in maternis bonis, quia in bonis per vẽditorem acquiſitis locum non habet retractus, ſecundũ docto. & Franciæ cõſuetudinem, quam ſentit Ioan. Fab. ſuper verbo, Iuſtinianus. in proœmio Inſtitu. tamen in Aruernia etiam in illis locum habet ex conſuetudine, vt refert Maſuerus, titu. de retractu. §. j. pro quo facit quod dixi ſuprà in primo præludio, de agnatis matrẽ à filij ſucceſſione etiam in aduentitiis excludẽtibus: quia fortius excludere debent extraneũ emptorem. Aut defuncto ab inteſtato ſuperſunt parentes ſecũdi gradus, prout ſunt auus, & auia: vel tertij gradus, vt proauus, & proauia: æquales tamen in gradu. Et tũc fiẽt duæ partes: quarum vnam habebũt parentes ex linea paterna, ſiue ſint plures ſiue vnus: aliam verò habebunt parentes ex linea materna, ſiue ſit vnus ſiue plures. Vnde ſi quis inteſtatus deceſſerit ſuperſtitibus auo & auia paternis, & ſola auia materna: ea ſola habebit dimidiam, & alij duo reliquam dimidiam, per tex. in d. §. cõſequens. & §. reliquum. in Auth. de hæred. ab inteſta. & idẽ in proauis & proauiis, & deinceps. Quod etiã verum intelligatis in bonis neutralibus: quia ſi bona fuiſſent ab vna tãtùm linea paterna vel materna per defunctũ acquiſita, tũc in talibus bonis ſolũ ſuccederẽt parentes ex illa linea, per tex. in d. l. quod ſcitis. ſecundũ Bar. ibi: & in Auth. itaque C. cõmunia de ſucceſ. & Ang. in §. præferũtur. Inſtit. ad Tertyl. & cõſuluit Ludouic. Rom. cõſil. xl. incip. viſis. nu. 6. verſ. j. quia video. & Bart. in l. poſt dotẽ. in fi. ff. ſol. matr. facit optimè tex. in l. de emancipatis. §.
75 fi. C. de legiti. hæred. Ex † quibus reſultat, quòd quoties in bonis neutralibus & indifferentibus concurrunt plures aſcendẽtes ex vna linea, & vnus ex altera, ſemper fit ſucceſſio in ſtirpes: ita quòd tãtum habebit ſolus ex vna linea, quantum omnes illi plures ex alia linea. Et ſic videtur, quòd ſi vnus illorũ pluriũ repudiaret, pars ſua illis ſolis de illa linea accreſceret, ſiue ſit paterna ſiue materna: & non illi vni de alia linea, niſi omnes iſti plures repudiarẽt: quia tũc vacaret integrũ caput, & linea tota alteri capiti accreſcens. Aut ſuperſunt parẽtes in gradu diſpares. & clarum eſt, quòd præfertur proximior, ita quòd mater excluderet auum paternum etiam quo ad bona quæſita ex linea paterna, niſi ſtatutum vel conſuetudo matrẽ excluſiſſet propter agnatos, vt ſuprà dixi.

Et idem ecõtrà pater excluderet auum maternum etiam in bonis à linea materna acquiſitis, vt d. §. cõſequens. & in Auth. defuncto. in glo. C. ad Tertullia.
76 Et † præmiſſa omnia vera ſunt, vbi perſonæ inteſtato defunctæ ſoli ſuperſunt aſcendentes: quia ſi cũ aſcendentibus ſupereſſent etiam collaterales, puta frater vel ſoror defunctæ perſonæ, tunc ſi frater, vel ſoror ſint ab vno tãtùm latere coniũcti, vt quia ſunt conſanguinei tantùm à patre, vel vterini tantùm ex matre ſolùm cõiuncti: vel ſuperſint illorum fratris vel ſororis filij: & certè tales nullo modo vocãtur ad ſucceſſionem inteſtati cum aliquo de aſcendentibus ex linea paterna vel materna: nec etiam cum aliquo collaterali vtrinq; coniuncto, vt dicto §. conſequẽs. & dicta Authen. defuncto. & infrà dicetur. Si autem frater & ſoror cum aſcendentibus concurrẽtes, ſunt tam ex patre quàm matre & vtrinque coniuncti defunctæ perſonę de cuius bonis agitur, aut vnus filius vel filia talis fratris vel ſororis vtrinque coniunctorum: eo tunc tales alterari facient formam ſuccedẽdi, adeò quòd tunc fiet ſucceſſio in capita iuxta numerũ perſonarum, & non in ſtirpes, niſi quando ſupereſſẽt plures filij ex tali fratre aut ſorore præmortuis: quia tunc illi omnes reputantur pro vno, in Authen. vt fratrum filij. in princi. ita quòd quo ad iſtos plures fratrũ filios ſolùm fieret ſucceſſio in ſtirpes. Et ſic prædicti collaterales vocantur ad ſuccedendũ cũ patre & matre defunctæ perſonæ. Pariter etiam nõ ſtãtibus patre & matre tales fratres ad ſuccedẽdum admitterẽtur cum auo & auia paternis, & ſimiliter cũ proauo & proauiis. vt dicto §. conſequẽs. ſecundum vnum glo. intellectum ibi in verbo, proximis. quem *communiter* ſequuntur docto. Ex quo ſequitur, quòd ſi quis mortuus eſt, ſuperſtitibus auo & auia paternis, & ſola auia materna, ac vno fratre vtrinq; coniũcto, vel vnico eius filio illius perſonam repræſentante, certè propter perſonam illius fratris aut vnici eius filij, melior efficitur cõditio auorũ paternorũ. Et idẽ in proauis. Quoniã eo tunc diuidetur hæreditas in quatuor partes, prout ſunt quatuor

BIU Cujas

perſonæ: & ſic diuiſio fiet per capita. vt d. §. conſequens. Et tamen ſi iſte frater vel eius filius nõ ſuper eſſet, tantum habuiſſet ſola auia materna, quantũ reliqui duo auus & auia paterni. Nec eſt hoc mirũ, cũ ſæpe contingat me ex perſona alterius habere, quod ex mea habere non poſſum l. fin. C. ad Tertyl. & cap. penul. de præben. lib. vj. Et latiſſimè per Fely. in cap. j. de præſcrip. Ideo ſi iſte frater, aut eius vnicus filius qui huiuſmodi ſuccedendi modum alterat, ſucceſſionem repudiaret: quia hoc faciendo haberetur pro mortuo, & acſi nunquam fuiſſet. l. j. C. quando non peten. partes. certè per hanc repudiationem cõditio auiæ maternæ efficietur melior: quia tũc ſola habebit tantum, quantum alij duo aſcendentes paterni, prout habuiſſet ſi nunquam frater ille, vel eius filius in medio fuiſſet. Et hoc verum, quòd bona modo prædicto diuidentur, niſi quæſita forent ex vna tantùm linea veluti paterna: quia tunc in illis ſoli parẽtes ex illa linea deſcendentes ſuccederent cum fratre defuncti, aut eiuſdem fratris præmortui filio, vt d. l. quòd ſcitis. Ita quòd parentes materni nihil habebunt, quandiu paterni ſupererunt, ex quorum linea bona illa proceſſerunt: aliàs in eorum defectu vocarentur materni cum illo fratre vtrinque cõiuncto vel eius filio: & idẽ è conuerſo, vbi bona deſcendiſſent ex linea materna: quia tunc ſoli aſcendentes materni cum illo tali fratre aut eius filio ſuccederẽt.

77 Secundò † infertur ex præmiſſis, quòd ſi quis deceſsit ſuperſtitibus pluribus, putà quatuor filiis fratris vtrinq; coniuncti præmortui, & duobus ſcilicet auo & auia paternis, & auia tantum materna, certè de illa hæreditate fient quatuor partes: quarum vnã habebunt illi quatuor filij fratis præmortui, ſolùm ſuccedentes in ſtirpem, & locum eorum patris, & ſic vnius tantùm capitis, quæ plus non haberet, ſi viueret, quem omnes quatuor repræſentant. Aliam verò partem habebit auia materna, & reliquæ duæ æqualiter diuidentur inter illos duos aſcendentes paternos, ſecundum dominum Matthæ. de Matthesilanis clariùs cæteris loquentem, quẽ ſequitur Ang. in dicto. §. præferuntur. Vltra quos dicatis ꝙ ſi vnus filiorũ fratris præmortui repudiaret, pars ſua non omnibus, ſed ſolis aliis fratribus ipſius repudiantis eadem ratione coniunctis accreſceret. Et ſi omnes prædicti quatuor filij fratris repudiarẽt, & ſic vnum caput integrum vacaret, reſiduæ perſonæ cũ eis vocatæ partem illam vacantem iure accreſcendi haberent pro hæreditaria portione eis reſpectiuè delata, prout ſuprà vidiſtis in ſimili. Et ſi defuncto ab inteſtato ſupereſſent pater, mater, auus, auia, & frater vtrinque cõiunctus, vel eius filius, quo caſu pater & mater tãquã proximiores aſcendẽtes, & ille frater vtrinq; cõiunctus vel eius filius æqualiter ſuccedunt in capita in bonis neutralibus, vt dicta authẽ. defuncto. Certè ſi vnus, putà pater vel mater hæreditatem repudiaret, reliquus cum illo fratre vel eius filio ſuccederet æqualiter in parte repudiata, ſeu eis iure accreſcendi deferretur pro partibus hæreditariis delatis eiſdem. Si autem ambo ſcilicet pater & mater repudiarent, ille frater cum auo & auia ſimul ſuccederent ſecundum eos. facit quòd not. C. in dicta Auth. itaque. C.

78 communia de ſucceſ. Et † notanter dixi de filiis fratris, vel fratrum vtrinque coniunctorum cum aſcẽdentibus ſuccedendis, quia nepotes aut pronepotes talium fratrum vel ſororum, & cęteri deinceps nunquã cum aſcendentibus vocantur ad ſucceſſionem: imò per aſcendentes licet remotiores excluduntur. Nam priuilegiũ collateralium, vt cũ aſcendentibus ſuccedant, & perſonas ſuorũ patrũ repræſentẽt, non porrigitur ad pronepotes ſeu nepotes fratrũ, & minus ad poſteriores, ſecundum gl. in d. Auth. poſt fratres. quã omnes ibi ſequuntur, licet Placent. cõtrariũ voluiſſet & malè: quia illã gl. etiam tenet Io. Fab. in d. §. item vetuſtas in fi. Inſt. de hær. ab inteſt. Et in hoc differt hæc ſucceſſio à prima, de qua vidiſtis in primo membro: quæ porrigitur ad pronepotes, vt i-

79 bi dixi. Vnum † tamen menti tenebitis, quod in omnibus his caſibus, in quibus fratres & ſorores vtrinque cõiuncti, aut eorũ filij ſimul ſuccedunt cũ aſcẽdentibus, nunquam vſusfructus portionum talis ſucceſſionis eos tangentium acquiritur parẽtibus, in quorũ poteſtate conſtituuntur. Imò ipſi ſuccedẽtes plenè gaudẽt dominio ſuarum iam dictarum portionum, vt d. §. conſequens. & tenet gl. in fi. in l. iij. C. de vſufr. quod eſt not. pro limitatione l. cùm oportet. C. de bo. quæ lib. & eorũ quæ s. vidiſtis in prin. huius art. Nam hi collaterales aliqualiter alterant modum ſuccedendi, vbi concurrunt cum aſcendentibus.

80 Et † præmiſſa intelligatis vera, ſ. aſcendẽtes ſuis ſuccedere deſcendentibus, ſi mortuo coniuge cõtinuerint, nec ad vlteriores nuptias trãſierint poſt illas ex quibus deſcendunt hi, de quorum ſucceſſione agitur, & tractatur. Quia ſi ad alias tranſierint ſeu conuolauerint nuptias, maior eſſet difficultas de vi ſucceſſiua & modo ſuccedendi dictorum aſcendentium. Super quo omiſſis doctorũ variis diſputationibus & opinionibus, ſequentes trado vobis concluſiones. Prima † eſt, quòd mater vnum ſolum habens

81 filiũ, ſi ad alia trãſierit vota, tali filio antè vel poſteà mortuo ab inteſtato, ſola matre relicta, ipſa ei ſuccedit pleno iure in omnibus ſuis bonis eidem filio vndecũque etiã à patre & eius linea quæſitis & prouentis: de quibus tam in morte, quã in vita poterit mater liberè diſponere. l. fœminæ. in fi. C. de ſecun. nup. licet gl. in Auth. ex teſtamento. eod. tit. contrarium voluiſſet & malè ſecundũ Bar. ibi dicentem, ſe contra illam gl. pluries conſuluiſſe, niſi filio ſtante pupillo trãſiuiſſet ipſa ad ſecunda vota, nõ priùs petito tutore ipſi filio: & idem filius in ætate pupillari deceſſiſſet. l. matrem & l. omnem. C. ad Tert. quæ ſunt incorrectè, cum iura illa factum matris puniant cul poſum, in non petendo tutorem commiſſum, vt plenè per Fely. in c. eccleſia ſanctæ Marię. ver. Prima declaratio reſtrictiua, &c. de conſt. ſed fortè pœna illa locum nõ haberet, vbi tali filio ſola mater ad ſuccedendum ſupereſſet, vt ſonant verba concluſionis.

82 † Circa quam vnum menti tenebitis, ꝙ mulier filiorum ſuorum tutrix non petito tutore, nec reddita ratione ad ſecunda vota tranſiens, perdit nedum filiorum ſucceſsionem, tutelam vel curam iam ſuſceptam, etiam ſi matrimonium non ſit conſummatum, nec ipſa in domum mariti traducta, ſed verbis de præſenti contractum, ſecũdum Spec. tit de tutel. §. nunc dicendum *Adde marſil. ſingul. 248. incip. conditio mulierum. verſ. & teneas menti.* ſed ettiam maritus ille ſecundus, cum quo nupſit, pro ea obligatur & tenetur de malè adminiſtratis per eam, ſi ipſa ſoluendo non ſit, per tex. not. quem ibi Bal. ſummè cõmendat in l. penul. C. in quib. cau. pig. tacitè cũtrah. Ideo vir matrimonium cum tali vidua contrahens facere debet, quod prius de tutela, aut cura rationẽ reddat, de qua quittantiam habeat, ſecundum glo. in authen. ſacramentum. C. quando mu. tuto. offi. fun. poteſt. Quod verum intelligatis, ſi mulier illa tanquam

quam filiorum tutrix, aut curatrix negotia gesserit, secùs si alio modo bona filiorum administrasset, vel aliorum non liberorum. Quibus casibus locum non haberet dispositio.d.l.secundum Doct. quod est notandũ pro limitatione regulæ communis, quod maritus nõ tenetur pro vxore nec econtra.l.j.& per to-
83 tam. C. ne vxor pro marito. † Secunda conclusio est, quod mater plures habens filios, aut filias, ex eodẽ matrimonio progenitas, siue trãsierit ad alia vota ante mortẽ alicuius filiorũ, siue post mortẽ, poterit illi filio intestato mortuo in bonis eidẽ filio à patre eiúsq; marito prouẽtis succedere in solo vsufructu portionis sibi delatæ habito respectu ad numerũ filiorũ superstitũ, cũ quibus filio defuncto æqualiter succedit, per dictã auth. defuncto. C. ad Tertyl. Quo vsufructu vita sibi comite gaudebit, interdicta ei alienatione proprietatis, quæ filiis iam dictis cohæredibus suis pertinet, vt in authẽ. de nuptiis. §. sinautem intestatus. Et licet ibi dicatur, quòd habere debet vsum, tamen gl. ex ponit, id est, vsumfructum. simil. est glos. in auth. de non elig. secũ. nub. §. in fin. prin. vers. prospexim⁹. Ex quo sequitur, ꝙ si mater priùs, quàm nuberet filio suo successisset in plenò dominio portionis sibi delatæ: posteà nubẽdo proprietas illi⁹ portionis, in qua successerat, reuertitur ipso iure ad dictos liberos cohæredes suos, solo vsufructu ei remanente, vt dicto §. sinautẽ intestatus. & §. si verò expectet. ibi, & proprietatis erũt domini & c. eadẽ au
84 thẽ. † Et intelligatis proprietatẽ portionis delatæ matri ad superstites filios suos defuncti fratres deferri, si defuncto fratri non fuissent ingrati. Quoniamsi quis eorũ ingratus foret, ad illum proprietas illa nõ deferretur, sed in ea succederẽt reliqui nõ ingrati simul cũ matre. Etsi omnes ex primo matrimonio ingrati defuncto probarẽtur, sola mater ĩ tota illa portiõe pleno iure succederet, per tex. arg. not. Bar. ibi, & sic si nõ supereſſent &c. in §. ingratitudinẽ. in authen. de nup. iiij. collat. Et est ibi casus in quo hæres vocatus ab intestato priuatur successione propter ingratitudinẽ, licet exhæredatus non fuerit, & etiã si
☞ frater defunctus de ingratitudine conquestus [De quo & an ingratitudo excludat quẽ à successiõe ab intestato, habetur plenè infrà super verbo, *in eodem testamento relinquens.* ij. in fi.] nõ fuerit. Præterea dicit ibi Ang. per illũ text. ꝙ frater ingratus querelare nõ posset testamẽtũ fratris, quẽ offendit, licet in ipso turpem personã instituisset hæredem, cõtra tex. in l. fratris. C. de inoffi. testamen. quod not. Vlterius ꝓ-
85 cedens pro matre etiã dico, † ꝙ si omnes filij nati ex primo matrimonio cohæredes sui viua matre moriantur, hærede fortè extraneo in testamento vltimi filij instituto, & matre in sola legitima, vel aliquo alio (vt testamẽtum valeat) instituta, certè proprietas bonorũ paternorũ filij, aut filiorum primo loco intestatò mortuorũ, qua per transitum ad secũda vota fuerat priuata, reuertitur ipso iure ad eã, cùm causa priuationis suæ esset fauor liberorũ primi matrimonij, quæ nunc cessat. Et cõsequẽter cessare debet ipsa priuatio, arg. c. cùm cessante. de appel. secũdum
86 Inno in c. fi. de secun. nup. Tertia conclusio est, † ꝙ mater plures habens filios aut filias ex eodem matrimonio genitas, siue ad secunda transierit vota ante mortẽ alicuius filiorũ, siue post mortẽ, poterit illi filio intestato mortuo pleno iure succedere, cũ cęteris filiis & filiabus suis, in quibuscunq; bonis aliunde, quàm à patre eius marito quæsitis, etiã si ab auo paterno processissent, in quibus mater quo ad suam virilem portionem etiam pleno iure succedit cũ potestate liberè disponẽdi in vita pariter & morte, secundum Docto. Nam tex. in dicto §. sinautem intestatus. corrigit ius antiquum quod habetur in §. cùm igitur reliquum sit. in authentic. de non eligen. secun. nuben. Secundum quòd ius mater in omnibus bonis filij etiam paternis succedit pleno iure. vnde dictus §. sinautem intestatus. hoc corrigẽs quo ad bona filij paterna, vt mater à cætero in illis non succedat, nisi in solo vsufructu, nõ debet extendi ad bona auitina, cùm in materia correctoria, & sic odiosa, appellatione paternæ substantiæ non comprehendatur auitina, nisi diceretur expressè. argu. l. præcipimus. C. de appella. & no. Bart. in l. liberorũ.
87 ff. de verb. signifi. Quarta conclusio est, † quòd sicut perdit vxor relictum sibi à marito per transitum ad
☞ secunda vota: [De his matrimonialibus lucris plenè habetur j. eod. artic. iij. in iiij. cõclusione.] sic etiã perdit lucrum à statuto vel consuetudine, aut pacto marito præmoriente sibi delatum, secundum Bald. in auth. ex testamẽto. C. de secun. nup. pro quo videtur esse text. in l. fœminæ. & authen. vxore eod. titu. vbi Bal. ita firmat, & est melior tex. de iure in §. Gregoria. versic. prospeximus. in authen. de non eligen. secun. nuben. Quod etiam sentit Bar. in l. j. C. de inoffi. dotibus. licet Bald. contrariũ voluisset, in l. fin. C. de bo. maternis. qui saluari potest in solo vsufructu, qui vxori pertinet quandiu viuet: sed proprietate talium lucrorum priuatur remansura penes liberos illius matrimonij, ex quo tale lucrũ processit, in qua proprietate vni vel pluribus liberis suis mortuis non succedit mater ab intestato, imò in portionibus illis succedunt reliqui superstites liberi dicti matri-
88 monij. † Quinta conlusio est, quòd illud quod suprà conclusum fuit in matre, est etiam tenendum in patre ad secunda vota transeunte, secundum glo. fin. & Bar. in dicta l. fœminæ. vbi dicit, quòd cùm super hoc orta Bononiæ fuisset quæstio, ita fuit consultũ. Pro quibus, secundum Ang. in dicto §. prę feruntur. videtur esse text. in dicta authen. de nuptiis. §. si verò expectet. ibi. & communis viri. Facit tex. in dicta authen. vt fratrum filij ibi, similes esse & pares in muliere & in viro, vt tenet Cy. in authenti. sed & siquis. C. de secun. nuptiis. & Ang. in l. generaliter. eodem tit. Præterea videmus econtrà, quòd statutum pœnale in patre ad matrem extenditur, secundum gloss. super verbo. minus ausuras. in fi. in l. quisquis.
89 C. ad leg. Iuliam maiest. † Sexta conclusio est, quòd illud quod suprà fuit conclusum in patre & matre transeuntibus ad secunda vota, etiam est tenendum in aliis ascendentibus tam maribus, quàm fœminis, quales sunt, aui, auiæ, proaui, proauiæ, & cęteri deinceps ascendentes, per tex. in dicta l. generaliter. in prin. C. de secun. nup. vbi hoc videtur esse de mente glo. primæ. Pro qua faciunt authẽ. si tamen. & authẽ. vxore. eod. tit. quia in illo casu est maior ratio, cùm hæreditas filij sit magis matri & patri debita, velut proximioribus, quàm auo, auiæ, & cæteris vlterioribus ascendentibus, vt dicta authẽ. defuncto. Vnde si pæna priuationis nudę proprietatis imposita est patri & matri ad vota vlteriora transeuntibus, multò magis credendum est eam impositã fuisse vlterioribus ascendetibus, quibus minus debetur. Ex quo sequitur, ꝙ si auia paterna vidua duos habens ex præmortuo filio nepotes, ad secũda trãsierit vota, & demũ vnus ipsorũ intestatus moriatur, præfata auia ei simul cũ alio nepote superstite æquis portionib. succederet

BIU Cujas

cederet, vt dicta authen. defuncto. Erit tamen auia hæc priuata proprietate bonorum quondam mariti ſui, id eſt, aui paterni nepotis præmortui, cuius medio ad eam pleno iure ſucceſsio peruenisſet, ſi ad ſecunda vota non transisſet, vt dicta l. generaliter. in princ. Non autem priuabitur hæc auia proprietate bonorum per ſuum quõdam nepotẽ aliunde quæſitorum, nec etiã eorum, quæ filius quondam ſuus pater illius nepotis aliunde acquiſiuit, quàm ex ſubſtãtia ſui patris eiuſdem auiæ mariti, per dictã l. generaliter, à cõtrario ſenſu. Si enim mater ad vota ſecũda transiens priuatur proprietate ſubſtantiæ paternæ filij inteſtatò defuncti, & nõ proprietate ſubſtantiæ auitinæ, vt ſuprà dixi in tertia concluſione, & not. Bar. in dicta authen. ex teſtamento. C. de ſecun. nup. Sic etiã auia priuari ſolùm debet proprietate bonorum nepoti mortuo peruentorum à ſuo auo, dictæ auiæ quondam marito, & nõ proprietate bonorum quæ nepos habuit à patre ſuo dictæ auiæ filio, & idẽ per omnia ſeruari debet in proauo & proauia, & cæteris deinceps aſcendentibus ad vlteriora vota tranſeuntibus, ſi caſus cõtingeret, licet rarò eueniat. † Septima & vltima cõcluſio eſt, quòd licet de iure diuino & iſto canonico, permittatur viduæ mulieri impunè, etiam infra annum luctus ad ſecunda vota trãſire, abſque eo quòd aliquam incurrat pœnam legalem odio præcipitatarum nuptiarũ inductam, vt dicto c. fin. de ſecun. nupt. Tamẽ hanc pœnam priuationis proprietatis bonorũ, & quamcunq; aliam fauore liberorum præcedentis matrimonij, & propter ſuam culpam, vt in caſu l. omnem. C. ad Tertyl. & propter tranſitũ ad ſecunda vota impoſitã, non euitat, imò illas incurrit: ita q̃ leges ciuiles quo ad hoc remanẽt incorrectæ, ſecundum *cõmunẽ opi.* in d. c. fi. & tenet Bar. clarè, & cæteri in l. liberorũ. §. j. ff. de his qui not. infa. & plenè Fely. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. xvj. col. de cõſtit. ſecundũ quã ſæpe conſului, & iudicari vidi. licet Panor. in d. c. fi. videatur ibi. in fi. tenuiſſe contrariũ: tamen in iudicãdo dicit non eſſe recedẽdum à cõmuni. Et intelligatis pœnas ſecũdò nubẽtiũ locũ habere, niſi teſtator de cuius ſucceſſione agitur, eas in teſtamẽto prohibuiſſet, quo caſu locum nõ haberent, ſecundum Bal. & Paul. in l. filium quem habẽtem. C. famil. erciſc. Niſi illæ quæ feſtinatione nuptiarũ intra annũ luctus nubendo incurrũtur. circa quas nõ poſſet teſtator diſpẽſare. [De quo plenè habetur infrà ſuper verbo, *qui cũ alia matrimonium contrahens.*] vt plenè per L. Roma. conſi. ccxix. incip. ex themate. & Iaſonẽ in d. l. filium. † An autem mater, quæ ad ſecunda vota conuolauit, excludatur à filij ſucceſſione ex teſtamento, vbi filius eã inſtituit hæredẽ? dicatis q̃ nõ, in authen. ex teſtamẽto. C. de ſecũ. nupt. vbi filius poteſt eã inſtituere. An autẽ hodie mater, quæ ad ſecunda vota tranſiuit, excludatur à filij ſucceſſione per ſubſtitutionẽ pupillarem tacitè ei delatã, quæ regulariter eam non excludit, videbitis ſuper verbo, *ſi abſq; liberis moreretur.* ij. expediendo tertiũ effectũ pupillaris ſubſtitutionis. Et an etiam perdat priuilegiũ ſubſtituendi filio dementi exemplariter, prout poteſt mater, ſicut pater, per l. humanitatis. C. de impu. & aliis ſubſtit. pariter ibi dicam expediẽdo ſecundũ articulum exemplaris ſubſtitutionis, vbi plenè. [De his tam viris, quàm mulieribus ad ſecunda vota tranſeuntibus plura dicuntur notanda ſuper verbo, *qui cum alia muliere matrimonium contrahens.*] Vltimò vnũ notabitis, † q̃ licet ordine naturæ turbato aſcendentes ſuis ſuccedant deſcentibus ab inteſtato defunctis, & interdum præferãtur collateralibus, vt vidiſtis: tamẽ hoc locum non habet in feudis, in quibus etiam pater & mater filio non ſuccedunt, & minus aſcendentes cæteri. ca. j. de natura ſucceſ. feu. & ratio eſt, ſecundum Bald. ibi, propter virtutem verborum in inueſtitura expreſſorũ, aut ſubintellectorum. Nam aut in cõceſſione feudi prouidetur vaſallo & hæredibus ſuis expreſsè, aut hæres ſubintelligitur tacitè, put fieri debet. l. ſi pactũ. ff. de probat. † Et ſemper hæres accipitur pro filio, & cæteris deſcendẽtibus, ſecundũ ordinẽ gradus, vt dicunt omnes in c. in præſentia, de probatio [De quo vide plenè ſuper verbo, *tandem ſine liberis eſt defuncta.*] Et maximè in materia feudali hæres capitur pro filio. c. ſi clientulus. de aliena. feud. nec capitur pro aſcendente, ſecundum Aluaro. in c. j. §. hoc quoq; qui feu. dare poſſunt. quod eſt verum etiam in feudo eccleſiaſtico, vt dicit Bal. in dicta authen. defuncto. C. ad Terty. [De hoc qualiter intelligitur, vide infrà ſuper verbo, *ſi abſq; liberis moreretur.* ij. loquendo de vulga. ſubſtit.] Et idem in emphyteuſi eccleſiaſtica ſecundum eum, quia hæres de ſui natura non reſpicit niſi lineam deſcendentem, ſi aliud in inueſtitura non dicatur, per tex. in §. emphyteuſim. in authen. de nõ alie. aut permu. reb. eccleſia. & in his natura rei, & conſuetudo vincunt legem cõmunem, quæ ſucceſſionem etiam aſcendentibus defert. Et hoc etiam ſentit locum habere Maſuerus, in titulo, de ſucceſ. teſta. & vlti. volun. vbi dicit ex conſuetudine ſucceſſionẽ ab inteſtato nõ deferri aſcendentibus, quia appellatione hæredum non veniunt. Et in præſenti regno pauca ſunt bona, quæ non ſint feudalia, vel emphyteuticaria, vt vidiſtis in præcedẽti membro deciſione ij. † Et hoc verum intelligatis, ſcilicet aſcendentes in feudis non ſuccedere, vbi feudum eſſet nouũ. ſi autem eſſet feudum paternum, & ſic antiquũ, pater non ſtantibus deſcendentibus ſuccederet, ſecundum Pet. Iacob. in libello, de conditio. & moribus. Aliàs duorum eſſet, ſi pater filio, vel auus nepoti, cui fortè matrimonij fauore & contemplatione, vel alia ex cauſa iure approbata feudũ contuliſſet, eo poſtea ſine liberis præmortuo, non poſſet feudum ad ipſum redire: Vel poteſt dici, & verum eſt, ſecundum eum, quòd aſcendens deſcendẽti in feudis non ſuccedit ex voto naturali, ſicut nec in aliis bonis, ſed bene ſuccedit ei ordine mortalitatis turbato, cùm ſoli deſcendentes ex voto ſuccedant l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. l. ſcripto. in fine. ff. vnde liberi. maximè in præſenti regno, in quo feuda ſunt ferè in omnibus (præſertim in ſuccedendo) ad inſtar patrimoniorum redacta, in quibus etiam videmus filias contra naturam feudorum ſuccedere, ſecundum Ioan. Fab. in authẽ. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccle. vt ſæpe dixi ſuprà, & in verbo, *duas habens filias.* in primo principali caſu fallentiæ, † Nũc reſtat tertiũ huius primi principalis articuli expedire membrũ, videlicet, ſi perſonæ inteſtato defũctæ nõ ſuperſint deſcendentes, nec aſcendentes, ſed ſolùm parentes tranſuerſales ſeu collaterales, qualiter iſti ſuccedant. Et dicatis, quòd ſuccedunt inter ſe vſque ad decimum gradum, vt ſuprà vidiſtis in tertio præludio. † niſi eſſet cõſuetudo ampliãs gradus, vel eos reſtringens: quia interdum diſponit, quòd vltra tertium vel quartum nõ porrigatur gradũ. Quæ conſuetudo valet: quia cùm hæ ſucceſſiones ſunt de iure poſitiuo, & ſic mutabili, conſuetudo omnia poteſt quo ad hos collaterales, quorum ſucceſſio naturali

rali voto non defertur, ſed iure ciuili aut prætorio, quod conſuetudine tollitur in his ſucceſſionibus, ſecundum Bald. in l. meminimus. C. de legiti. hæredi.

97 † Et primò ad ſucceſſionẽ vocantur fratres perſonæ ab inteſtato defunctæ vtrinque coniuncti, ſi ſoli ſint: vt quia defunctæ ꝑſonæ nõ ſuperſunt deſcendentes neque aſcendentes, ſed ſoli fratres: quo caſu vtrinque coniuncti ſuccedunt ſoli, & excludũt alios fratres vno tantùm latere cõiũctos: quia magis præſumuntur dilecti à defuncto fratre, quàm vno latere coniuncti. In ſignum cuius legitur Geneſis xliij. in fine. quòd Ioſeph in conuiuio fratribus facto dedit Beniamin fratri ſuo vtrinque coniuncto quinque portiones plus quãm cæteris, qui ſolùm à patre erãt coniũcti. De his profectò fratribus, & eorũ pia coniunctione, & naturali charitate inter eos pulchrè loquitur Valer. lib. v. c. v. tit. de pietate erga fratres. in princip. eam laudans & magnificiens ex ordine & gradu. Nam primus pietatis gradus eſt filiorum in parentes. Secundus fratrum inter ſe. Tertius parentum in filios. Primum eſſe à parẽtibus habemus, deinde victum, & veſtitum, & illud eſſe ſimul capiunt ab eis fratres in eodẽ ventre & domicilio: & ſic mexima eſt charitas fraterna, & prior charitate ſui & liberorum, & cæterorum parentũ collaterelium vxoris, & affinium vel amicorum. Hanc, inquit, charitatem proximus fraternæ beneuolentiæ gradus excipit, nam vt meritò primũ amoris vinculum dicitur, plurima & maxima beneficia accepiſſe, ita proximum iudicari debet ſimul accepiſſe. Quàm copioſæ enim ſuauitatis illa recordatio eſt, in eodem domicilio antè quàm naſceretur habitaui, in iiſdẽ cunabulis infantiæ tempora peregi. eoſdem appellaui parẽtes, eadem pro me vota excubuerũt, parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Chara eſt vxor, dulces liberi, iucundi amici, accepti affines, ſed poſteà cognitis nulla beneuolẽtia accedere debet, quę priorem exhauriat, quod patenter eſſe verũ duo Romanæ vrbis præclara lumina nobis exemplo tradide-

98 runt. † Paulus ſcilicet Æmilius qui (vt Plutarchus de ipſo loquẽs refert) Dario rege Perſarum deuicto propter liberorum ſubitam mortem, nõ recuſauit triumphum, ſicut fecit Marcus Fabius obitu fratris turbatus, de quo idem vbi ſupra Valerius.

99 † Marcus, inquit, Fabius conſul inclyta pugna Hetruſcis & Veientibus ſuperatis, delatum ſibi ſummo ſenatus populíque ſtudio triumphum, ducere nõ ſuſtinuit: quia eo prælio Quintus Fabius frater conſularis fortiſſimè dimicans occiderat. Quantam in eo pectore pietatẽ fraternæ charitatis habitaſſe exiſtimemus, propter quã tantus ampliſſimi honoris fulgor extingui potuit? Hęc ille. Non ergo mirum, ſi fratres quos tantus amor coniunxit, inter ſe æqualiter ſuccedant. Et ſi vnus illorum repudiaret, pars illa filiis ſuis eum repræſentãtibus applicaretur, ſi filios haberet: quia ſi ille non eſſet, quia fortè morte præuentus filij ſui patruo inteſtatè defuncto cũ patruis

100 ſtantibus ſuccederent, vt vidiſtis. † Et paria ſunt repudiare, & mortuum eſſe. Inſtit. de bonorũ poſſeſ. §. penult. & dicta l. vnica. C. quando non petentium partes. & l. ſecunda. §. ſi fit cõſanguinea. ff. ad Tertyl. facit l. ſecunda. ff. de bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. ſecundum Angel. in §. ſi plures. Inſtit. de legiti-

101 agnator. ſucceſſio. † Vnde in ſucceſſione collaterali etiam locum habet repræſentatio, acſi ageretur de ſucceſſione aſcendentium, vt dixi in primo membro. & ſi talis repudians nullos haberet filios, pars illa repudiata alteri fratri, aut fratribus ſi plures eſſent, accreſceret, vt dicta l. vnica. C. quando nõ petentiũ partes. Si verò vltra fratres ſupereſſent filij alicuius alterius fratris vtrinque coniuncti præmortui, eo caſu nedum ſuccederẽt fratres, ſed etiam filij fratris præmortui, tamẽ ſuccederẽt in ſtirpem, & non in capita, ita quòd nõ plus haberẽt de ſucceſſione, quàm habuiſſet eorum pater, ſi vixiſſet, vt dicto §. conſequens. & §. reliquũ. & in authen. ceſſante. C. de legitimis hæredib. Ideo cùm perſonã vnius (ſcilicet eorum patris) repræſentẽt, in ſtirpem eius ſuccedendo, ſi vnus eorum repudiaret, aut tempore excluderetur, talis pars repudiata cæteris hæreditatem adeuntibus, & de illa eadem ſtirpe exiſtentibus accreſceret, & non patruis, vt dixi in quarto præludio, & ſuprà in primo membro. Et ſi nullus fratrum vtrinq; coniunctorum ſupereſſet, adhuc vocarentur eorum filij, qui fratres defunctę perſonæ excluderẽt ex vno tantùm latere cõiunctos, & facilius excluderent illorum filios, vt dicto §. conſequẽs. & dicta authent. ceſſant. Succedunt tamen tales nepotes ex fratribus vtrinq; cõiunctis præmortuis in ſtirpes, iúſq; accreſcẽdi inter ſe eiſdẽ modo & forma habent, acſi cum patruo vel patruis in ſucceſſione cõcurrerent, vt dixi ſuprà in primo & ſecundo membris. Tamen in aliquibus locis (vt in præpoſitura, & vicecomitatu Pariſienſi) de conſuetudine ſeruatur, ꝙ inter collaterales ſibi inuicem ſuccedentes ius repręſentationis locũ non habet, & ſic nec ſucceſſio in ſtirpes, ſed ſolùm fit diuiſio per capita æqualiter inter proximiores æquali gradu exiſtentes, vt cauetur in eorũ conſuetudinibus, titul. ſucceſſionis in linea collaterali. c. ij. & c. vj. Secundò poſt fratres vtrinq; cõiunctos, & eorum filios, ad ſucceſſionem vocantur fratres ex vno tantùm latere coniuncti, ſiue ex parte patris tantùm, qui vocantur fratres conſanguinei, ſiue ex latere ſolius matris, qui dicuntur fratres vterini, & ſi alter eorũ repudiaret, ſeruaretur quod dixi ſuprà in fratribus vtrinq; cõiunctis. Et ſi ex aliquo fratrum ex vno tantùm latere cõiunctorũ ſupereſſent filij, qui cum patruo vel auũculo, aut ſimul cum ambobus concurrerent, etiam vocarentur cum illis ad ſucceſſionẽ patrui vel auunculi, non tamen in capita, ſed in ſtirpes, inter quos etiã quo ad ius accreſcẽdi ſeruaretur, quod dictum fuit in filiis fratrũ vtrinque coniunctorũ, prout hæc omnia probãtur in dicta authen. poſt fratres. C. de legit. hęre. Et vltra hos filios fratrum vtrinq; vel vno tantùm latere coniun

102 ctorum præmortuorũ, † cæteri vlteriores ad ſucceſſionẽ collateralium non vocantur ſimul cũ patruis, auunculis, materteris, vel auitis, vt dicta authẽ. poſt fratres. Sed bene admitterentẽ ſi aliqui de dictis propinquioribus collateralibus nõ ſupereſſent. Quo caſu ſuccederent in capita iuxta gradus prærogatiuã, vt qui prior eſſet in gradu potior in ſuccedendo foret, nulla ſuorũ progenitorum repræſentatione admiſſa. Quia vltra filios fratrum nulla perſona ſuum in hac collaterali ſucceſſione repræſentat genitorẽ, in authen. de ſucceſſio. ab inteſt. §. reliquum eſt. verſicu. huiuſmodi verò priuilegium, & c. niſi conſuetudo diſponeret contrarium, videlicet quòd locum haberet repræſentatio vltra filios fratrum, & in infinitũ, ſecundũ Maſuerum, titu. de ſucceſ. & vltimis volun. §. j. & §. ij. tamen de iure cõmuni nõ porrigitur hæc repęſentatio in linea collaterali vltra filios fratrum, vt videtis. Sed ſola nuda conſideratur gradus prærogatiua, licet quando deſcendentes vocantur

in ſuc-

BIU Cujas

in ſucceſſione aſcendentium, priuilegium repræſentationis porrigatur ad pronepotes incluſiuè, vt §. dixi in primo mẽbro, vel in infinitũ, ſi eſſet conſuetudo, vt dixi. [De quo plenè cõſuluit Philippus Decius conſi. j. idem concludendo.] † Sanè tamen intelligatis fratres ex vno tantùm latere coniunctos conſanguineos vel vterinos ſimul omnes fratri ſuccedere prædefuncto in bonis neutralibus, ſcilicet ꝑ defunctum aliunde quęſitis, quàm à patre vel matre. Quia in bonis à patre, & eius linea quęſitis ſoli ſuccederẽt fratres conſanguinei: & in bonis quæſitis à matre ſoli vterini, per tex. ſingularẽ in d. l. de emancipatis in fi. C. de legit. hæred. ſecundum glo. & Doct. in dicta auth. itaque. C. cõmunia de ſucceſ. quia licet hoc iure nouiſſimo non ſit expreſſum, tamẽ eſt eadem ratio, quæ in d. l. quod ſcitis. in fi. C. de bonis quæ libe. & text. ille nouiſſimus in corpore vnde ſumitur. in auth. de conſan. & vteri. fratribus. colla. vj. vnde fuit ſumpta auth. itaque prędallegata, nõ corrigit illa iura antiqua, ſed limitatur per illa ſuper magna ęquitate fundata: nec eſt mirum ſi iura noua per vetera diſtinguantur. l. apud antiquos. C. de fur. Et idem erit in bonis aui, ſicut in bonis patris, vt ſcilicet frater conſanguineus vterino præferatur in bonis, quæ ad fratrem præmortuũ peruenerant ab auo, & auia paternis, & eorũ linea. Et ecõtra frater vterinus in bonis prouentis ex materna linea, cũ ſit vtroque caſu eadẽ ratio. Nã licet tex. in dicta l. de emãcipatis. loquatur de bonis maternis, tamen intelligitur largè, vt res omnes cõprehẽdit à linea materna prouentas: pro quo facit text. in d. l. quod ſcitis. ibi, ex matre vel ab eius linea peruenerint. Et idem ecõtra in bonis prouentis à patre, vel auo paterno, & tota eius linea, vt frater cõſanguineus prę̃ferat̃ur in illis, cùm ſit eadẽ ratio. Nec obſtat quod decidit Bart. in d. authen. ex teſtamẽto. C. de ſecund. nupt. vt dixi ſuprà in ſecundo membro, loquendo de aſcendentibꝰ trãſeũtibus ad ſecũda vota, in tertia cõcluſione. quia ibi loquitur in materia odioſa tanquam antiqui iuris correctoria, in qua appellatione paternæ ſubſtantiæ non venit auitina. Sed nos hîc loquimur in materia nullo modo odioſa, quæ nõ corrigit, ſed ſolùm limitat & diſtinguit iura antiqua. Et idẽ erit in filiis fratris vterini, vt in bonis maternis fratri cõſanguineo prę̃ferantur. Nã quod dicitur in d. l. de emancipatis. de ipſis fratribus, extendi debet ad eorũ filios: ꝑ tex. in dicto §. reliquũ. ſicut præponeretur eorũ genitor ſi viueret: ſed non idem dicendũ eſſet in bonis, quæ ad defunctũ peruenerãt à parentibus trãſuerſalibus ex linea paterna ſibi coniũctis, vt in illis ei ſuccedãt ſolùm fratres cõſanguinei: & in quæſitis ex tranſuerſalibus maternis ei ſuccedent vterini. Quinimò in illis bonis ex linea tranſuerſali procedẽtibus omnes fratres tam cõſanguinei tantùm, quã vterini tantùm ſine aliqua differentia vocabuntur, vndecunq; bona illa proceſſerant. cùm hoc nõ reperiatur iure cautũ, quia iura quæ hanc æquitatem conſiderârunt, qualia ſunt l. de emãcipatis. & l. quod ſcitis. in fi. vt paterna paternis, & materna maternis deferantur, loquũtur de bonis aſcendentium, quæ deſcendentibus naturaliter debẽtur, & non collateralibus. l. j. & ij. ff. de inoffic. teſtamẽto. Quę omnia vobis ſufficere debẽt de ſucceſſione ab inteſtato parentum naturalium & legitimorum ſimul, quam complectebatur. j. articu.

104 †Capio nunc ſecundum articulum, ſcilicet de parentibus naturalibus tantùm, [Iſtud eſt ſecundum genus hominũ qui non legitimi dicuntur, vt dixi in princip. j. artic.] qualiter ſibi inuicem, aut ſimul cum naturalibus & legitimis ſuccedant, tam ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato. Pro cuius articuli declaratione, præſupponẽdum eſt, quòd filij naturales tantùm, quos omnes vulgus & cõmunis vſus loquẽdi in his

105 partibus baſtardos appellat, † ſunt in triplici differentia. Quia quidã ſunt propriè & ſimpliciter naturales tantũ, ſeu baſtardi, qui idẽ ſunt, ſecundum glo. in rub. ff. de concubi. & Bar. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. quales ſunt illi, qui nati ſunt ex cõ-

106 cubina. † Eſt autem concubina, quæ in eadem retinetur domo ſimul viro amaſio ſuo cohabitans, & indubitato ſicut vxor tractata affectu, cuius affectus ſatis oſtenditur, & præſumitur per cohabitationem in eadem domo, ſecundum gl. Dy. & Bart. in l. fin. ff. de concubi. Nam vt mulier viro cohabitans dicatur eius concubina, plura requiruntur. Primò, quòd ambo ſint liberæ conditionis, & ſoluti matrimonio. Secundò, ꝙ eam tractet vt ſuam concubinam vicinis ſcientibus, videntibus, & audientibus, videlicet in cohabitatione, veſtitu, indubitato affectu, qui eo ſolo præſumitur, ꝙ ſimul habitant, ſecũdum Bart. in l. ſi. ff. de cõcubi. dummodò præcedat proteſtatio, ꝙ vir eam retinere intendit pro cõcubina. Quia aliter cõmitteretur ſtuprum cum virgine, aut vidua, ſi non conſtaret de conſenſu viri & mulieris ad concubinatum, vt dicit Bal. in l. eam quã. C. de fideicõ. Sed proteſtatio præſeruat virum, vt coitus non dicatur ſtuprum, nec puniatur. l. cũ ſecundis tabulis. §. quoniã. vbi Bart. ff. de his quibus vt indig. Et talis debet eſſe affectus ad cõcubinã ſicut dicimus de vxore, vt ſicut vir vxorem, ita & cõcubinam affectu indubitato tractare tenetur, vt concubina dicatur: quæ quo ad illũ naturalem affectum vxori comparatur, ſecundum Ang. in §. conſideremus. per illum text. in authen. de

107 trie̅. & ſemiſ. colla. iij. †Ideo ſicut vxor ferre nõ poteſt teſtimonium pro marito, ſic nec concubina pro ſuo amaſio, nec econtra, vt dicit Bal. in l. etiã iure. C. de teſti. Cùm non differat ab vxore in naturalibus affectibus, ſed duntaxat in honore & dignitate, text. l. item legato. §. item. ibi, niſi in dignitate. ff. de leg. iij.

☞ quia non dicitur caſtè viuere. [Quod qualiter intelligatur vide ſuper verbo, *qui cum alia matrimoniũ contrahens.*] Et ſic cùm ſuccedere ſit honor, non ſuc-

☞ cedit amaſio ſuo, [Vt habetur j. eo. art. in fi. & art. iiij. in ix. concluſione.] nec econtrà in defectu parentum ab inteſtato, ſicut facit vxor, ſecundum Ang. in d. §. cõſiderauimus. Nec poſſet eſſe tutrix filij ſui etiam legitimi ex præcedenti matrimonio nati, ſecũdum Bald. in auth. ſacramentum. C. quando mulier tuto. offi. fung. poteſt. Licet enim non ſit differentia inter vxorẽ & cõcubinã inſpecto iure naturali, quo iure nõ eſt dignitas in perſonis, quę omnes æquales erant, & omnis coitus æqualis. in authen. quibus modis natu. effi. legiti. §. liceat. tamen inſpecto iure ciuili, ſecũdum quod eſt dignitas, & perſonarum diſtinctio, eſt differentia inter vxorem & concubinã, cum matrimonium habeat formam ſolennem de iure ciuili, vt clarè dicit Bartol. in dicta l. item legato. §.

108 parui. † Ex quibus ſequitur, quòd filij nati ex tali muliere ſunt propriè naturales, ſed nati ex ea, quæ retinetur extra domum, nõ ſunt propriè naturales: quia licet tales (ſecundum communem magiſtrorũ opinionẽ præſertim canoniſtarũ, quibus in hoc ſtandum eſt) legitimentur perſequẽs matrimoniũ. c. tanta eſt vis. qui filii ſint legiti. Et largè ſumpto vocabulo, cõmuni vſu loquẽdi naturales vocentur, adeò ꝙ

ſi à

si à principe simpliciter tãquam naturales non facta mẽtione, quòd eorum mater fuerit cõcubina in domo non retenta legitimarentur, talis valeret legitimatio, ac si nati forent ex cõcubina domi retẽta, secundum Bald. post Ioan. And. in c. nisi cùm pridem.
109 de renuntiatio. † Attamen propriè naturales dicuntur nati ex concubina domi loco vxoris retenta, vt dicit Ioan. And. in addi. Spec. tit. qui filij sint legitimi. in princip. in quibus solis locum habent dicenda, quia illi soli capiunt de bonis patris, & infrà non cæteri, qui furtiuo accessu concepti extra domũ fuerunt, secundum Panor. post Ioã. And. in ca. innotuit.
110 de electio. † Ex quibus iam habetis duas filiorum naturalium species: quia quidã sunt propriè & strictè naturales, alij verò impropriè & largè, quidam alij sunt illegitimi, qui dicuntur spurij, quales sunt omnes ex coitu lege ciuili damnato nati, de quibus in §. si aduersus. & §. sequenti. instit. de nuptiis. & §. fi. in authen. quibus modis natu. efficiun. sui. & in authen. ex cõplexu. C. de incestis nup. Et dicũtur Græca voce quasi σποραδὶω concepti, vel quasi filij sine patre. vt d. §. si aduersus. vel dicũtur spurci, quia spurcos vocamus ex incesto procreatos, vt ex adultera, aut vestali, id est, moniali, quos legitimos, aut hæredes fieri lex vetat. Nam spurcũ dicitur incestum, & immundum, & inde processit, q̃ Mahometus Saracenoram deceptor, quia voluptates permittit, Por-
111 cus spurcissimus vocatur ab omnibus. † Coitus enim fornicarius est multipliciter lege ciuili damnatus, tanquam illicitus, vt dicto §. si aduersus. iuncta glo. ibi. Vnde illis modis vel altero eorum cõceptus & natus dicitur spurius, quales sunt nati ex adulterio, aut incestu, qui non filij merentur dici, vt dictis iuribus. Et idem quando pro tali coitu non impone-
112 retur pœna lege taxata, sed extraordinaria, † vt ☞ quando quis plures retineret concubinas: [De quo plenè dicitur infrà super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.*] quia est coitus damnatus, cùm sit res mali exempli, in authen. quib. mod. natu. efficiun. sui. §. si verò effusa. & §. fin. iuncta glo. ibi super verbo, inte-
113 status. † Imò quicquid leges ciuiles propter peius euitandum dissimulent, & tolerent circa concubinatũ, quo ad pœnam fori contentiosi, quæ talem coitũ non afficit, punitur tamen quo ad Deũ in foro conscientię pœna peccati mortalis, secundũ gl. in verbo legis, in l. in concubinatu. ff. de concubina. Quia quæ libet etiam simplex fornicatio est peccatum mortale, clemen. ad nostrum. de hæreti. Nec in illo foro cõscientiæ excusat cõsuetudo, per gl. in c. denique. iiij. distinct. Plus dico, quòd etiam hodie de iure ciuili, quicũque cõcubinatus quantũcunque simplex, & occultus est prohibitus, & dãnatus pro peccato mortali, per text. ad hoc singularem in c. j. in princ. de filiis natis ex matrimonio ad morga. contracto. vbi quidam post mortem cõiugis continere non valens aliam duxit, qui nolens existere in peccato, eam desponsauit. Ergo peccatum erat. & sic peccatum erat ante despõsationem carnaliter cognoscere mulierẽ, quod ꝓbat Ioã. Fab. in §. j. Insti. si quadru. paupe. fecis. dicatur. circa princ. tali ratione. Homo est rationabilis à natura, cùm sit animal rationale mortale, quicquid igitur ratio diffuadet, est sibi contra naturã. Cùm igitur naturalis ratio suadeat fœdus coniugij, cætoresq; amplexus diffuadeat, non dubium, q̃ homo facit cõtra naturam cæteros sectãdo, quos natura abhorret, quam conclusionẽ elicere voluit Vlpianus Iurisconsultus in l. probrum. ff. de verborum ☞ significi. Hæc ille. [Hoc plenè disputat & concludit, vt hîc dicitur, Barbar. in c. per tuas. in princip. de probatio.] Præterea Imperator in l. j. C. de summa Trini. statuit subditos in tali religione viuere, quam beatus Petrus & Apostoli docuerũt, qui possetenus concubinatum, & omne meretricium prohibuerũt. ☞ [Etiam lege ciuili, vt videtis damnatũ, adeò quòd licet vxor forum viri sequatur. l. cùm quædam. ff. de iurisdictione omnium iudi. & l. exigere. ff. de iudi. tamen concubina non sequitur forum sui viri seu amasij ex persona illius. l. fi. §. item rescripserunt. vbi Bartol. ff. ad municip. & plenè habetur super verbo, *Raynutius de Clera.*] Etiã text. in authen. vt clerici apud proprios episcopos. §. penul. col. vj. dicit. sacras leges non dedignari sacros canones imitari, qui clarè cõcubinatum prohibuerunt. Ergo multò magis & rationabilius damnatum est adulterium, vt etiam non excusetur propter susceptionem liberorum. Nam pietas inter patrem, & filios bastardos existens non excusat peccatum, nec causat omnino inter eos successionem in bonis nec dignitate patris. non enim communicat pater concubinæ suæ, & liberis suam dignitatem, nec transit in eos nobilitas, sicut transiret in vxorem, & liberos ex ea. l. fœminæ. & l. liberos. ff. de senato. Prout dicit beatus Ambrosius, in quodam sermone de sancto Ioãne. Non seducat te, inquit, aliquis dicens vxorẽ nõ habeo, & ideo ancillam mihi sociaui. Audi quid dicat scriptura ad Abraham Genes. xxj. & Apostolus ad Galatas iiij. Eiice ancillam & filium eius, nõ enim erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ.] Si igitur ancillæ filius hæres nõ est, ergo neque filius est. Cur ergo quæritur tale cõiugiũ, de quo susceptus filius, nec successionis possit esse hæres, nec sanguinis: nec habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis priuilegium? Cur inquam quæritur tale contubernium, de quo nati filij non sunt testes matrimonij, sed adulterij? Cur autem huiusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri sunt pudori, non honori, de quibus dicitur Sapien. iij. Adulterini filij abominatio sunt Deo. Hæc ille. Circa quæ videatis & necessariò, quæ dixi in verbo, *Raynutius de Clera.* in iiij. fallentia. Et aliàs de multiplici specie filiorum naturalium tantùm vi-
114 deatis glos. in d. c. nisi cùm pridem. de renun. † His igitur præsuppositis quo ad eorum successionem ex testamẽto, dicatis, quòd quicquid olim fuerit, debet hodie distingui, aut pater cum istis reliquit ex suo matrimonio filios naturales & legitimos, aut cùm eis reliquit matrem, aut etiam reliquit vxorem, licet ex ea liberos non haberet, aut solùm filios reliquit naturales. Primo, secundo & tertio casibus, quando inter filios ex suo matrimonio vel matrem suã, aut vxorem reliquit filios tantùm naturales, tunc illis naturalibus tantùm relinquere non potest in testamento, vel alia vltima voluntate, vltra vnam vnciã de tota sua hæreditate duodecim vncias faciente. Et si eis vltra aliquid relinqueret, aut donaret, nihil valeret, etiam si in præmium emancipationis donatio fieret: quia cùm non sint in potestate patris, emãci-
115 pari non possunt. † Ideo causa donandi stante nulla etiã donatio erit inualida, vt per multas rationes decisum fuisse refert Guido Papæ, quæst. vlti. num. 632. Et si eius concubina mater istorum naturaliũ viueret, non posset eis simul, & cõcubinæ vltra vnciam cum dimidia relinquere. Et si sola concubina superesset, non posset ei vltra semiunciam relinquere. l. ij. cum authẽ. ibi posita. C. de nat. libe. Ita quòd si vltra

relinquere

BIU Cujas

relinqueretur eiſdem, filij ex matrimonio nati, vel aliàs legitimi, ſibi illud plus appropiarent, vt in authen. licet. C. de nat. libe. Ipſis verò legitimis nõ ſtãtibus, aut illud plus reuocare negligentibus, fiſcus illud auferret à cõcubina, & naturalibus tanquam ab
116 indignis, vt dicta l. j † Quia naturales non poſſunt vltrà ſuccedere, niſi ſtatutum, vel cõſuetudo patriæ eos habilitaret ad æqualiter cum legitimis, vel vltra vnciam ſuccedendum. Quia tunc admitterentur, ſecundum Bald. in c. j. §. hoc autem notandum. vbi gl. in verbo, legibus. qui feud. da. poſ. ſecùs eſſet in ſpuriis, qui vltra alimenta ad ſuccedẽdum ſtatuto habilitari non poſſunt, ſecundum Bartol. in l. teſtamenti factio. ff. eodem. & Bald. in l. j. C. de ſumma Trini. & in l. ij. C. de iure annulo. aureo. & in l. eã quam. C. de fideicom. Quarto autem caſu, quando pater non haberet, niſi filios naturales tantùm, & careret legitimis, ac matre & vxore, poſſet tunc filiis ſuis naturalibus totum ſuum patrimoniũ inter viuos largiri, aut teſtamento relinquere, vt dicta auth. licet. & in corpore vnde ſumitur ibi, totam ſuam ſubſtantiam.
117 † Etiam in teſtamento minus ſolenni, quod valet etiam inter liberos naturales tantùm, quo ad bona, quæ eis relinqui poſſunt, perinde acſi legitimi forẽt: vt plenè dicam in verbo, *teſtamentum*. j. niſi in caſu authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccle. quæ ſolùm priuilegiat religionem ingreſſum diſponere inter liberos naturales & legitimos, & nõ inter naturales tãtùm, aut ſpurios, nec etiam inter nepotes filiorum, qui quaſi extranei ſunt. Quia dum hoc in filiis ei aliàs ſucceſſuris ſpecialiter conceditur, in aliis prohiberi videtur, ſecundum Specul. ſinguläriter titul. de ſtatu mona. verſi. lij. quæritur. in fin. Sed extra caſum illius authẽ. poteſt pater non ſtantibus naturalibus, & legitimis, matre, nec vxore inter baſtardos de ſuis bonis in totũ diſponere, & eodem modo poſſet pater totum ei relinquere, ſi filias tantùm haberet legitimas, quæ paternis renuntiaſſent bonis, cùm hoc caſu habeantur pro mortuis, ſecũdum Barto. in l. j. §. qui habebat. ff. de bonorum poſſeſ. contra tab. vt plenè vidiſtis in verb. *duas habens filias*. Vnde ſicut renuntiatio filiæ iurata filio prodeſſet legitimo, ſi ſtaret, ita etiam proderit huic baſtardo filio,
118 † cùm paria ſint filios non ſtare, vel ſtare, & ſuccedere nõ poſſe, vt dicit Bar. in dicto §. qui habebat. & in propriis terminis conſuluit Ludo. Roma. cõſi. xliij. incip. ad primum quæſitum, quod ſanè verum intelligatis, niſi conſtaret filias in fraudem renuntiaſſe, quæ renũtiatio baſtardis non patrocinaretur. Super hoc tamen Angel. conſuluit contrarium conſilio ccxxiij. incip. caſus talis eſt. dicens, eorũ hæreditatẽ potius deberi filiæ renũtianti. Ego autẽ puto Ludo. iuſtius conſuluiſſe, per ea quæ nunc dicam in talibus filiis ſubſtitutis. Nec obſtat dum ſuper verbo, *duas habens filias*. in ſecunda principali fallentia, dixi, quòd filius naturalis tantùm filiam dotatam ſtatuto excluſam non repellit: quia illud eſt verum ab inteſtato, cùm talis filius præter voluntatem patris nihil capiat, per glo. ſingularem in l. j. ff. de bon. poſ. contra tab. Secùs ſi eum hæredem inſtituiſſet, aut in eius fauorem aliter diſpoſuiſſet, quo caſu habet vo-
119 luntatem patris, vt ibi dixi. † Et præmiſſa intelligatis vera, videlicet patrem ſtantibus ex matrimonio liberis legitimis, non poſſe naturales tantũ liberos hæredes facere directè, ſi autem eos legitimis liberis, vel aliis ſuis hæredibus ſubſtituiſſet, ſiquidem eos vulgariter ſubſtituit, quia tunc ex ſubſtitutione vulgari ſucceditur teſtatori. l. poſt aditã. C. de impu. & aliis ſubſtit. Certè ex tali ſubſtitutione legitimis, vel aliis inſtitutis hæredibus abſtinẽtibus, aut repudiantibus, naturales filij admittuntur, acſi legitimi hæredes inſtituti mortui fuiſſent & non ſtarent; cũ (vt dixi) paria ſint filios legitimos non ſtare, vel hæredes eſſe nolle, ſecũdum Ang. Aret. & Rapha. in l. ſi is qui. & l. Lucius. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit licet Bal. ibi contrarium voluerit, & malè, ſecundum eos. Quia cùm filij legitimi tũc non ſuperſint, & hæreditatem paternã quam repudiarũt, non tranſmittant, non erunt impedimẽto filio naturali, quin ſuccedat in totum. Si verò pater naturalis tales filios pupillariter ſubſtituiſſet filio ſuo legitimo impuberi, qui poſtea impubes moritur, tunc poſſunt indubitanter filij naturales ſubſtituti capere hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione: quia nõ à teſtatore dicũtur capere, ſed ab ipſo pupillo eorum fratre, licet ex teſtatoris eorũ patris ordinatione, vt dicta l. ſi is qui Præterea quia ſpeciale eſt in pupillo, quòd hęredem habeat, qui largo modo dicitur inſtitutus, non à patre, ſed ab ipſo pupillo. l. patris & filij. ff. de vulg. & pupi. & l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. te-
120 ſtamen. Ex quibus ſequitur, † q̃ filius naturalis patri ſuccedere non poſſet ex fideicõmiſſaria ſubſtitutione, ſi pater dixerit, quandocunq; filius legitimus hæres ſine liberis deceſſerit, hæreditatem reſtituat filio meo naturali ſeu baſtardo. Nam cùm tũc filius legitimus hæres fuerit, & paternæ hæreditati ſe immiſcuerit, ius ex hoc ei quæſitum eſt, vt dicta l. poſt aditam. Adeò q̃ neceſſariò poteſt hæreditatẽ tranſmittere ad ſuos propinquiores, aut hæredes teſtamentarios, vt plenè videbitis ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*. ſecundò, in materia trãſmiſſionis hæreditatis, & ſic filiũ naturalem excludere, ſecundum Raph. in d. l. ſi is q̃ ex bonis. Quia cùm p̃ ſubſtitutionem fideicõmiſſariam patri ſuccedatur defuncto. l. cohęred. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Sequitur, q̃ filius naturalis ſubſtitutus vltra vnã vnciam de paterna hæreditate capere nõ poterit, reſiduo remanẽte pœnes hæredẽ filij legitimi reſtituere grauati: & hoc vbi pater filio ſuo naturali tantum relinqui. Quia ſi nihil ei reliquiſſet, nihil præter alimenta in bonis patris petere poſſet. Cùm cõtra vel præter voluntatẽ patris nihil capiat, per dictã glo. in omnibus approbatam in d. l. j. ff. de bono. poſſeſ. contra tabul.
121 Quæ omnia procedunt in patre. † Mater verò ſi velit poteſt filiis ſuis naturalibus omnia teſtamẽto relinquere, iuxta l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. & In-
122 ſtitu. illo eodem titul. §. fi. † De ſpurio autẽ ex adulterino vel alio damnato coitu, putà ſtupro cum virgine, aut vidua commiſſo nato, concludatis talẽ nullo modo ſuccedere ex teſtamento poſſe, nec aliquid capere de bonis patris inter viuos, nec in vltima voluntate, vt d. §. fi. in authen. quibus modis nat. effic. ſui. & d. authẽ. ex cõplexu. C. de inceſtis nup. Quod prima facie videretur iniuſtum, quòd filius ex delicto patris afficiatur. l. j & per totũ. C. ne filius p̃ patre. & l lege. C. de legiti. hære. quod fieri non poteſt per viam punitionis, ſed in caſu noſtro grauatur filius per viam indignitatis, quia paterna ſucceſſione indignus eſt, ſecũdum Bal. in dicta l. lege. xij. tabularum. quod redundat magis, in pœnam patris, quàm filij, cùm paterno voto ad filios hæreditates deuoluãtur. l. ſcripto. ff. vnde liberi. facit l. liberorũ. ff. de verborũ ſigni. Vnde plus torquetur pater & iuſtè, propter ſuum delictum videns ſe voto naturali fruſtratum.

BIU Cujas

tum, vt nihil tali filio relinquere possit. Quinimò nec posset executor paterni testamẽti ad distribuendum bona deputatus eligere spurium: quia per se vel mediante alio capere non potest. arg. l. si is qui ff. de vulg. & pupil. substi. Præterea non videtur datum arbitrium executori disponendi contra ius. l. quanquã ff. de ritu nuptia. & l. Lucius. ff. ad munici. secũdum Bal. in l. id quod pauperibus. versic. xxij. quæritur. cũ sequẽti. C. de episco. & cler. ibi, subiungens etiã epi- 126
scopum, qui est naturalis executor testamentorum, hoc facere nõ posse, & si de facto distribueret spurio de bonis paternis, nõ valeret. Imò aliis distributum applicaretur, & nõ spurio nec fisco, nisi spurius tale distributum tenuisset pacificè spacio. xxx. annorum propter bonam fidem causatam ab auctoritate superioris arg. l. & generaliter. ff. de noxali. Aliàs nõ valeret distributio, etiã si bona essent inter cõiunctos
123 distribuenda: †quorũ appellatione spurius non venit, secũdum Bal. vbi suprà, & plenè dixi super verbo, *Raynutius de Clera*. Etiam non posset ei relinqui pro alimentis de iure ciuili, vt est tex. in dicta authẽ. ex complexu, secùs est iure isto canonico, per c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam prius polluit. per adulterium, secundum Bart. in dicta authen. ex complexu. vbi pro alimẽtis & dote valet relictũ, & etiam per executorem distributũ: secundum Bal. vbi suprà. cui iuri canonico standum est, tanquam æquiori, etiã in terris imperij, & foro seculari, secũdum omnes in dicto c. cùm haberet & Angleum in dicto §. si aduersus. Institu. de nup. Aliàs summa esset inhumanitas propter peccatum parentum, alimẽtum negare innocenti, qui nunquam deliquit, nec in culpa genituræ suæ fuit, contra æquitatem etiam iuris ciuilis. C. ne filius pro patre per totũ. debet enim
124 pœna suos dũtaxat tenere auctores. l. sancim°. C. de pœnis. †Vnde potest hodie pater filio suo spurio relinquere alimẽta, vel aliquid pro alimẽtis: quia etiã cogeretur ipsum alere, secundum Bar. in dicta auth. ex complexu. & pleniùs in l. fina. ff. de his quibus vt indig. concludentem valere relictum fundi suo spurio factum pro alimentis, quãdiu viuet: & post mortem remaneat filiis suis. quod fieri potest per text. in l. fi. C. de nat. lib. Et consuluit idem. Bar. cons. cxviij. incip. Oducius Corneti. Imò semper fuit & est illa principalis cautela relinquendi spuriis, s. pro alimentis, vt plenè per eum in dicta l. fi. & Lud. alleg. consi. xliij. Et latius Barth. Cæp. in suo tract. de caut. aduo. caut. xxxviiij. incip. nunc videamus cautelas. vbi xij. ponit cautelas, & inter cæteras ponit illam, quòd pro alimẽtis relinquatur: quia hoc fieri potest, vt exẽplo nobis tradidit diuinus ille Patriarcha noster Abraham Genes. xxv. qui postquàm filio suo legitimo Isaac cuncta quæ possidebat, dedisset tanquam hæredi, tamen filiis concubinarum largitus fuit munera ad viuendum. Ex quibus habetis, quòd licet filio suo spurio relinqui non possit post eius vitam quo tempore alimentis non indigebit, tamen illud vel aliud relinqui potest eius liberis legitimis nepotibus testatoris, vt d. l. fi. C. de nat. lib. Nisi tales liberi essent ex filio incestuoso, [Ad hoc facit quod j. dicam super verbo, *à patre relinqui.*] ex cõsanguinea carnali vel spirituali susceptis: quia tunc liberis incestuosis quãtũcunq; legitimis relinqui nõ posset, sicut nec eorum patri. l. si quis incesti. C. de incest. nup. secundum Bal. in capitu. in præsentia. in princip. de
125 probatio. Per quæ omnia sæpe consului, †quòd pater pro anima filij sui spurij præmortui posset in vita sua donare vel in morte relinquere: quia licet post mortem cibo non indigeat corporali, tamen necessarius ei est cibus spiritualis pro anima. Et cui debetur cibus corporalis, fortius debetur ei spiritualis pro redemptione animæ, secundum Ioan. Fab. super verbo, contestatæ. in §. pœnales. insti. de perpetuis & temporali. actioni. Maximè, quia quo ad vitam & cœlestem hæreditatem inter eos, & legitimos nõ est delectus, vt infrà dicetur in fine huius articuli. †Similiter dico, quòd relinqui potest filiæ spuriæ pro dote, cùm ei dos succedat loco alimentorũ, ad quæ pariter tenetur, secundum Bartol. in dicta authen. ex cõplexu. & in l. si quis à liberis ff. de liberis agnoscen. & l. Męuius. §. duobus. ff. de lega. ij. quod est verum, secundum Bartol. in dicta l. final. ff. de his quibus vt indignis. nisi excessiua quantitas relicta foret pro alimentis, vel dote: quia tunc factum præsumeretur in fraudem legis. Quo casu posset ille excessus reuocari per hæredes patris, secundum Barto. & Bal. in l. si pater. C. de hæredi. instit. quia cùm spurij sine eorũ culpa sint incapaces, illud applicatur hæredibus patris, vt ibi dicitur. & per Bartol. in dicta l. fina. & l. aufertur. §. j. ff. de iure fisci. & in l. j. C. de natural. liber. & plenè Bald. in l. j. C. vnde legi. Et deficientibus, aut negligentibus hæredibus applicaretur fisco in subsidium, vt dicta l. j. de naturali. liber.

☞ [Quando ea, quæ auferũtur ab indigno, debeãt hęredibus applicari, vel fisco: habetur super verbo, *condidit. ij.*] Ideo dicebat not. Bartol. in l. final. §. j. ff. quæ in fraudem credi, quòd cùm dos respectu mulieris dicatur titulus lucratiuus, si dos data filiæ spuriæ mraito defucto redeat ad ipsam, consanguinei hæredes patris poterunt eam dotem ad se aduocare, per dictã l. j. Nisi quatenus permittitur spuriis habere pro alimentis vel dote sua rationabili ad viuendũ sufficienti, per dictam l. j. secundum Bald. in l. eam quam. vers. pone dicit decretalis. C. de fideicommis.

Ex quo aliàs consuli, quòd licet dos data per patrem filiæ spuriæ sit, & dicatur excessiua, si maritus tantam dotem mereatur, cùm iuxta eius conditionem dos assignãda sit. l. cùm post. §. gener. ff. de iure dotium, vel sine tanta dote non poterat spuria maritum inuenire, propter aliquam fortè difformitatẽ, vel aliàs, eo casu non possent hæredes nec fiscus illũ excessum aduocare ad se, quandiu viuet maritus, cuius contemplatione dos talis cõstituta fuit, sine qua fortè non erat matrimonium contracturus, & cuius ipse est dominus. l. doce ancillã. C. de rei vẽdicatio. Quo durante matrimonio, nõ considerantur alimẽta spuriæ secundum se, sed secundum quod decet viri conditionem. Vnde notãter dicit Bald. vbi suprà, excessum dotis repeti posse, cùm mortuo marito dos ad spuriam viduam redierit. Idem Bartol. in d. l.

☞ fi. quæ in fraudem credito. [Nisi spuria iterum nubere vellet ætate requirente: quia cùm eadem ratio duraret & maior, cùm viduæ viros difficilius reperiant, quàm virgines: tunc non posset dotis excessus reuocari per fiscum, aut parentes. Et ita credo dominum meum hîc intellexisse per rationes suas.]

127 †Pariter relinqui potest filio spurio, aut filiæ per patrem si ingrediatur religionem, ac si matrimoniũ carnale contraxisset. Quia hæc omnia alimentorũ loco sunt & dotis, secundum Bal. post Gul. de Cug. in l. prima versic. iuxta hoc quæro. C. de sacrosanct.

☞ eccle. [De quo & in quibus conueniant dos matrimonij spiritualis & carnalis, vide infrà sup verbo *dotẽ quàm ei dederat.* & etiã super verb. *Cuidam Petro*

BIU Cujas

tro tradiderunt.] vbi plenius dicit Gul. quia talis illegitimus poſtquam erit monaſterium ingreſſus, poterit à patre hæres inſtitui, tãquam ingreſſu religionis legitimatus, quæ omnem maculam abſtergit, & tollit, vt dicit text. in authen. de monachis. in princi. Ec ſic nedum quo ad ordines, & beneficia religionis tenenda, ſed etiam quo ad ſuccedẽdum profeſsio regularis ſpurium habilitat, & vt in teſtamento patris hæres fieri poſsit, aut ei relinqui, & eius medio acquiri monaſterio: licet hodie in regno Frãciæ monachi ab inteſtato nõ ſuccedant, vt plenè vidiſtis ſuprà in primo mẽbro præcedentis articuli, per tres, aut quatuor deciſiones. Sed aduertatis, quia credo Guliel. bene dixiſſe, quòd ſpurius religionem ingreſſus dicatur quo ad ſacros ordines legitimatus, & cætera omnia quæ ei tanquã ſimplici religioſo incumbunt, & ſine quibus clauſtro & religioni ſeruire nõ poſſet, nec officium religioſi exercere: ſed quòd habilitatus dicatur ad ſuſcipiendũ hæreditates parentum, & alia religioni neceſsariò non requiſita, dubito, propter gl. in c. fi. de filiis presby. quæ dicit ſpurium religionem ingreſſum, ex hoc non fore ad tenendum beneficia ſine diſpenſatione habilitatum, vt ſ. tetigi in primo primi articuli membro ferè in principio loquendo de legitimatione. Ergo nec ad ſuſcipiendũ hæreditates ab inteſtato, vt ibi dixi. Nec ex teſtamẽto hæres eſſe poterit. Fortè Gul. reſpectũ habuit, q̃ hæreditas nõ ſibi, ſed monaſterio quęritur, & in hoc monaſterio ſeruit, quod ſatis eſt tolerandum in ſucceſsione ex teſtamẽto, vbi expreſsè religioſus, & cõſequenter conuentus ad ſucceſsionem vocantur, pẽnes conuẽtum non remãſuram, vt ibi dixi in quinta & vltima deciſione. Fuit profecto Gul. de Cug. claræ ſcientiæ doctor noſter Toloſanus, loci de Rapiſtagno à Toloſa quinque leucis diſtantis oriundus, apud Italos maximæ reputationis, vt Cy. Bart. Bald. & cæteri in eorum lecturis, eum vt plurimũ ſequẽtes, euidenter demonſtrârunt. Nobis tamen reſtat, quòd nihil poteſt directè filiis ſpuriis à patre relinqui in quacunque voluntate, niſi pro alimẽtis, dote, anima, & religionis ingreſſu. Tamen moderatè, vt dictũ eſt. Nec etiam relinqui eis poſſet indirectè per medium alterius perſonæ. Vnde ſi hæres inſtitutus, & ad hæreditatẽ diſtribuendum poſt mortem pauperibus reſtituere grauatus, non poſſet executor teſtamenti ſpurium teſtatoris filium, quanuis pauperem eligere, cùm electus ab hærede vel teſtamenti executore, cẽſeatur electus à teſtatore. l. vnum ex familia. §. j. ff. de legat. ij. ſecundum Bart. in l fi. ff. de reb. dub. & clarè Pau. in l. Lucius. per illum text. not. §. in teſtamento. ff. de leg. j. [Et ſi à patre filio ſpurio nihil directè relinquatur, tamen hæres à patre inſtitui poteſt ſub conditione, ſi legitimabitur, & patre mortuo dabitur curator bonis, donec legitimatus erit, & ipſemet ſpurius fieri poteſt. per iudicẽ curator, & adminiſtrabit interim bona, ſecũdum Bald. in §. inſtituens. l. Gallus. de liberis & poſthum. & in l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt. vbi dicit hoc locum nõ habere in filio inceſtuoſo. Vide Alex. plenè in d. §. inſtituens.] †Similiter etiam ſi ſpurius filio patris teſtatoris legitimo pupillariter per patrem eundem ſubſtitueretur adneniẽte conditione ſubſtitutionis nihil poterit ſpurius de bonis à patre teſtatore prouẽtis capere, per tex. gl. & Doct. in d. l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupill. Sed bene capere poterit bona propria ipſius pupilli fratris ſui, cui fuerat à patre ſubſtitutus, quorum bonorum eſt capax tanquã

128

nõ paternorum, licet ex ordinatione patris, ſcilicet ex ſubſtitutione pupillari facta per patrem: quia (vt dixi) talis ſubſtitutio non eſt teſtamẽtum patris, ſed ipſius filij pupilli, vt d. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. nec per eam tũc ſucceditur patri, ſed fratri pupillo. Et ſic in hæreditate fraterna, cuius eſt ſpurius ipſe capax, vt plenè dicetur ſuper verbo, *ſi abſque liberis moreretur.* ij. in materia pupillaris ſubſtitutionis Ex quibus ſequitur ſpurium nõ poſſe à parte ſubſtitui vulgariter filio legitimo, nec alteri hęredi patris, cùm per talem ſubſtitutionẽ ſuccedatur patri teſtatori, & in hoc differt ſpurius à filio naturali tantùm, vt ſuprà vidiſtis, propter diuerſitatem rationis inter hos duos caſus reſultantem ex prædictis, & his quæ

129 dicta ibi fuerunt. † Et idem in ſubſtitutione fideicõmiſſaria, per quam pariter teſtatori ſucceditur, in d. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupill. Nec poſſet etiam aliquid à patre capere ex contractu lucratiuo aut oneroſo, per ſe, nec interpoſitam perſonam, vt d. l. j. vbi glo. Cy. Bart. Bal. & Sali. C. de natu ra. liber. licet gloſ. in contractu oneroſo dixerit cõtrarium, in l. qui teſtamentũ, in verb. modũ. ff. de proba. & malè, ſecundùm Iac. Butr. Bald. Sali. & Floria. ibi, nec per hunc modũ faciliter fraus legi fieri poſſit de contractu ad contractũ. Quod verũ intelligatis in bonis iam patri ſemel purè & abſolutè acquiſitis, & in eũ trãſlatis, ac in eo radicatis. Si autẽ cùm bona patri cõceduntur, & acquirũtur, fieret pactũ, quòd ſpurij ſuccedãt in eis, puta in emphyteuſi, quæ patri cõceditur, tale pactũ valet, & effectũ ſortitur, vt in eis ſuccedat ſpurius, vt pulchrè decidit Bald. in l. ij. C. de iure emphyt. Nec obſtat l. j. allegata, quia ibi pactũ apponebatur in re ipſa paterna, ſecus autẽ in re aliena, quãdo patri cõcedebatur, quàm potiùs habet ſpurius beneficio concedentis, quã patris cui concedebatur. facit. l. in traditionibus. ff. de pact. Ideo ſi res patri cõcederetur, vt in ea ſpurius ſuccedat, valet conceſsio & ſpurius in ea ſuccedet, quod fieri non poſſet per ſtatutum: quia habilitare non poteſt prolẽ illegitimam ad ſuccedendum, ne aperiatur via adulteriis & copulæ illicitæ. Præterea tale ſtatutum careret honeſtate contra c. erit autem lex. iiij. diſtin. vt plenè Fely. in c. fi. verſi. fallit ſeptimò. de conſtitu.

130 † Omnibus autem aliis parentibus, præterquã patri, ſpurius ſuccedere poteſt tam inter viuos, quàm vltima volũtate, ſi ei expreſsè relinquatur, ſecũdum Panor. in d. c. cùm haberet. verſic. illud vltimo. de eo qui duxit in matrimo. Adeò q̃ acquirere poteſt quocunque modo, etiam ab auo ſuo, quamuis paterno, per d. l. fi. C. de natur. liber. ſecundum Barto. in dicto

131 conſil. cxviij. inci. Oducius. † Poteſt etiam pater ſpurij relinquere filio legitimo eiuſdem ſpurij nepoti ſuo, vt d. l. fi. Prouiſo vt dixi, quòd non deſcendat ex filio inceſtuoſo, & etiam quòd non fuerit tali nepoti relictum contemplatione ſpurij, ſecundum Bart. plenè in l. Gallus. §. quid ſi is. verſic. vltimò Din. ff. de libe. & poſthu. quem Paul. ſequitur conſilio clxxiij. incipien. viſo caſu. videte Bald. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. Et prouiſo etiã, quòd non agatur de ſuccedendo in beneficio, in quo ſicut non poteſt filius ſacerdotis immediatè ſuccedere poſt patrem, ita etiã ſuccedere non poſſunt nepotes, nec inferioris gradus, quamuis legitimi exiſtant, ſecundum gl. in cap. ad extirpandas. de filiis presbyte. quod plenius per glo. in cap. apoſtolica. viij. quæſt. j. [Et prouiſo q̃ prolem nõ habeat legitimam, vt plenè dicitur ſuper

132 verbo, *condidit.* ij. ver. *vt tamen iſte articulus.*] † Et

quod dicitur ſpurio relinqui non poſſe per patrem nec matrem, eſt verum, niſi virgo per vim ſtuprata fuiſſet à quodam tyrãno rege vxorato: quia quo ad matrem natus non eſt ex coitu damnato, nec accuſabili, & dãnabili, ſed impreſsiuo: prout in dubio præſumitur amplexus impreſſiuus, viſa poteſtate viri, & ſic impunitus quo ad eam, quæ præſumitur vim paſſa, ſecundũ Bal. in l. eam quam. verſ. & ſcias, quòd in iſtis. C. de fideicõmiſ. & in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. [De quo vide pleniùs ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de fidelitate cõiugum.]

133 † Et ſicut pater filio ſpurio relinquere non poteſt, nec ipſum hæredem inſtituere, ſic nec ecõuerſo ſpurius patrem, cùm indignior ſit filio, & Iaſon in §. pœnales. inſti. de actio. & Bald. in dicta authen. licet. verſi. in text. ibi. C. de natur. lib. & in l. j. C. de ſacroſanct. eccle. licet Sali. in dicta authent. ex complexu. ſuper hoc dubitauerit. Quæ omnia vobis ſufficiant quo ad ſucceſsionem filiorum tantùm naturalium, & ſpuriorum ex teſtamento vel contractu. Sed an tales filij naturales, aut ſpurij ſuccedere parentibus ab inteſtato poſsint, vel eis ſuccedi, ſunt faciẽda tria

134 membra. † Primò an tales ſuis ſuccedant parentibus aſcendentibus. Secundò an econtrà parentes aſcendentes eis ſuccedant. Tertiò an ipſi ſibi inuicem ſuccedant collateraliter. Quo ad primum dicatis, quòd aut tales nati ſunt ex coitu aliqua lege temporali damnato, non dico ſpirituali: quia omnis coitus vltra matrimonialem, lege illa damnatus eſt, vt ſuprà dixi. Aut nati ſunt ex coitu non damnato lege ſeculari. Primo caſu concluditur *communiter per omnes*, quòd tales nullo modo ſuccedere poſſunt patri nec matri, & minùs cæteris parentibus aſcendentibus ab inteſtato. Cùm indigni ſint omni legis beneficio, vt dicto §. fin. & can. cùm multæ. xv. quæſtio. vlti. Et ratio eſt clara, quia iure ciuili, quo ſucceſsiones deferuntur, pater & mater tales filios alere non tenentur, vt dicta authenti. ex complexu. licet (vt ſuprà vidiſtis,) de æquitate canonica ſit contrarium, per dictum cap. cùm haberet. Tamen quo ad ſucceſsionem nihil fuit iure iſto canonico immutatum, ſecundum Bart. & Doct. in dicta authẽ. ex complexu. ita quòd tales ſpurij vel naturales tantùm filij non poſſent per patrem adoptari naturalem. l. legẽ. C. de naturali. libe. & in authen. quibus modis naturales efficiun. legi. §. & nos nõ latuit. Ne vna via prohibitum, alia via concedatur ad ſuccedendum per viam adoptionis. Non ſunt enim tales nominandi filij. auth. ex complexu. C. de natu. libe. & ibi no. nec econtra ſunt illi nominandi parentes, & conſequẽter ea omnia quæ iuris naturalis ſunt, non habent, nec eis debentur. Igitur tanquam filij ſuccedere nõ poſſunt patri, nec matri: quia pater & mater dici nõ poſſunt. Eſt tamen verum, quòd mortuo patre ab inteſtato alimenta eis debentur. Et ſi filiæ eſſent, dotarentur de bonis patris in ſubſidium, & pariter pro

135 anima quando pauperes moriuntur, vt dixi. † Secundo caſu, quando filij naturales tantùm nati ſunt ex coitu lege aliqua temporali non damnato, ſubdiſtinguitur, Aut quæritur an ſuccedere poſsint matri ab inteſtato defunctæ, vel alteri aſcendenti de linea materna. Et dicitur eos ſuccedere poſſe, perinde acſi nati forent ex matrimonio. Et ſic ſuccederent ipſi ſimul cum legitimis matrimonialiter genitis, vt dicto §. fina. inſt. ad Orficia. & l. hac parte. & l. Mo-

136 deſtinus. ff. vnde cognati. † Fallit hæc regula, vbi mater eſſet illuſtris, quo caſu diſtinguitur. Aut habet filios naturales tãtùm ex ſuo amaſio, cũ quo vt cõcubina morabatur, tali ſcilicet cõcubinatu, qui iure ciuili erat permiſſus, vt quia ambo, ſcilicet vir & mulier ſoluti erant: & tunc tales filij naturales ſuccedũt matri ab inteſtato, etiam cũ filiis naturalibus & legitimis, quos ipſa habuiſſet. Aut illa mulier illuſtris filios habet naturales, vt meretrix: & tunc ſi ipſa filios habeat legitimos plures, aut vnũ ex matrimonio, nõ poterũt ſuccedere matri. Aliàs ſic, vt d. l. ſi qua illuſtris. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi tales filij nati ex coitu meretricali matris illuſtris ſuccedere ab inteſtato vellent patri vel matri talis mulieris præmortuæ vel hæreditatẽ repudiantis, & ſuccedere vellẽt auo & auiæ maternis, ipſi venire nõ poſſent, ſi aliquis ſupereſſet filius legitimus matris illuſtris. Quia ſi tali caſu matri ſuccedere nõ poſſunt, minùs ſuccedere poſſent auo vel auiæ. Inſti. ad Orfic. §. j. in fin. aliàs autẽ

137 poſſẽt, per d. l. Modeſtinus. † Aut filij naturales ex coitu nõ dãnato nati ſuccedere ab inteſtato petunt patri, & deinceps in linea paterna aſcendẽtibus: diſtinguitur, aut pater eſt penitus incertus, quod contingit vbi mater erat publica meretrix: & tales alicui tanquã patri ſuccedere non poſſunt, licet is, qui rem habuit cũ tali meretrice ſit ita leuis & fatuus, ꝙ illũ tractauerit tanquã filiũ. Inſtit. de legiti. agnato. ſucceſ. §. vulgò. Cui enim pater eſt populus, illi dicitur pater nullus. l. vulgò. ff. de ſtatu hominum. Et minus ſuccedere poterit vlterioribus aſcendẽtibus, vel agnatis aut cognatis talis putatiui patris. Aut pater eſt bene certus, videlicet ea certitudine, quæ in filiatione cadere poteſt, per l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. [De quo vide plenè ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens.*] vt quia talis baſtardus ſuccedere volens natus eſt ex concubina affectu indubitato domi retenta, & tũc ſubdiſtinguitur. Aut tales filij ſunt nati ex libero & libera, aut ex libero & ancilla, aut ex ſeruo & libera, aut ex ſeruo & ſerua. Primo caſu quãdo nati ſunt ex libero & libera, poſſunt patri ab inteſtato ſuccedere ſolũ in duabus vnciis, & ſic in ſextante, id eſt, ſexta totius hæreditatis parte, tribus tamẽ concurrẽtibus. Primò, ꝙ iſta concubina eorum mater tractata fuerit affectu indubitato in eadẽ domo cum amaſio ſuo continuè habitãdo & conuerſando: quia ſi ſeorſum habitaſſet, tales filij priuilegiũ ſuccedẽdi non haberent, in authen. quib. modis natura effic. ſui. §. ſi quis autẽ defunctus. ſecũdum glo. in l. penul. ff. de concubi. quã ibi ſequuntur Dyn. Bart. in fin. & Panor. in d. c. innotuit. de electio. verſi. in gl. in verbo. Secũdò requiritur, ꝙ huic patri tempore mortis non ſuperſit aliquis de liberis naturalibus & legitimis, licet agnati ſupereſſent vel cognati paterni: quia tales agnati, aut cognati filios naturales non excludunt quo ad illas duas vncias, ſed in reſiduis decem ſuccedunt. Tertiò requiritur, ꝙ tali patri non ſuperſit vxor, vt d. §. ſi quis autem defunctus. & §. hoc ipſo cuſtodiẽdo. facit dicta authẽtica, licet ibi nec ſuperſit coniunx. C. de natur. libe. Quia ſi vxor patris naturalis ſupereſſet, filium naturalem ſui quondam mariti penitus, & in totum excluderet, adeò quòd ei non ſuccederet in aliquo: vnde potentior eſt exiſtentia vxoris, quàm agnatorum defuncti, ad tales baſtardos excludendum, ita quòd locum non habet hoc caſu regula: Si vinco vincentem te, multò fortius vinco te, ſecundum gloſſ. ſuper verbo, inter eos ſolos, in dicto §. præferuntur. Inſtit. ad Tertyllia. quia filius naturalis in illis duabus vnciis vincit agnatos, qui in ſuccedendo

vincunt

vincunt vxorem. Cùm eis ſtantibus, vſque ad decimum gradum ipſa non ſuccedat, vt infrà videbitur iiij. articulo. Et tamen talis filius vxorem defuncti patris non vincit, imò vincitur ab illa, quæ licet ſibi ipſi non proſit tanquã ab agnatis excluſa, tamen nocet filio naturali, vt in aliquo patri non ſuccedat, & omnia deferantur agnatis, & vxor prodeſt illis, per quos à mariti ſucceſsione excluditur, quod eſt mirabile & valde notant Ioan. de Platea, & cæteri in d. §.
138 præferuntur. † Præterea agnati medio vxoris conſequuntur, quod per ſe, & ex ſeipſis conſequi nõ poterant, quod plerunque contingit, vt ſuprà dixi. Deficiente autem altero ex dictis tribus non poſſunt filij naturales tantùm patri ſuccedere ab inteſtato, ſi de ſuo conſenſu legitimati non eſſent: quia ſi legitimati forent, in toto ſuccederent, aut æqualiter cum legitimè natis, ſi ſtarent, cùm veniant eo caſu appellatione ſuorum, ſecundum Bald. in d. l. eam quam. C. de fideicom. & dixi in primo membro primi articuli, circa prin. loquẽdo de legitimatione. Et præmiſſa vera in filiis naturalibus primi gradus, ſed in liberis naturalibus ſecundi, tertij vel vlterioris gradus, vt ſunt nepotes ex baſtardo, & pronepotes, & deinceps, ſecùs eſſet. Quia tales nunquã poſſent auo nec proauo paterno ſuccedere ab inteſtato. l. fina. in fi. C. de natura. libe. imò filius naturalis, & legitimus ex filio tantùm naturali genitus, auo paterno ſuccedere non poſſet ab inteſtato, niſi inſtitueretur expreſsè, aut ei relinqueretur per auũ, vt d. l. fi. quæ eſt etiã hodie incorrecta, vt d. §. de nepotibus. & §. filiũ verò. ibi, nullum tamen habere participium ad aſcendentes. licet Dyn. contrarium voluiſſet, & malè in
139 ſuo tracta. de ſucceſ. ab inteſt. † Secundo caſu principali, quando tales filij nati ſunt ex libero homine, & ancilla eius concubina affectu indubitato, in domo eadem retenta: tunc aut iſti filij non ſunt manumiſsi, & tunc quia remanent ſerui, cùm ſint ex ancilla & ſerua nati, cuius conditionem ſequuntur. Inſtit. de ingenuis. & in §. ſerui autem. de iure perſonarũ. ab inteſtato ſuccedere nõ poſſunt. l. partũ. C. de rei vendi. & Inſtit. de ſucceſ. cog. in princi. Aut ſunt manumiſsi, & tũc poſſunt matri, ſi ipſa manumiſſa fuerit, ſuccedere ab inteſtato, cùm aliàs ſi ancilla remaneret, hæredes habere non poſſet. Similiter poſſunt patri & ſuis aſcendẽtibus in ſolidum ſuccedere, ſi ſoli fuerint, vel etiam cum aliis ex matrimonio poſteà contracto natis. Inſti. de ſeruili cog. §. j. Ex quo multa ſunt hoc caſu priuilegia. Primò, quia iſti filij naturales patri ſuccedunt in ſolidum ab inteſtato. Secundò, quia ſimul ſuccedũt vnà cum filiis natis ex poſteà contracto etiam cum alia fœmina matrimonio. Tertiò, quia tales filij naturales ſuccedũt ab inteſtato vlterioribus paternis aſcendentibus: ſcilicet auo, proauo, & aliis, vt dicto § primo. Inſti. de ſerui. cog. iuncto §. fina. Inſtitut. quibus modis tutela finitur.

Et idem dicendum eſt in tertio caſu principali, ſcilicet, vbi filij naturales tantùm nati eſſent ex ſeruo & libera, & pater eſſet poſteà manumiſſus, cùm aliàs hæredes habere non poſſet. Et idem in quarto caſu, ſi ex ſeruo & ancilla eius cõcubina naſcerentur filij naturales, qui poſtea ſimul & parentes manumitterentur: cùm aliàs fruſtrà quæreretur de ſuccedendo: quia ſerui nec ſuccedere poſſunt, nec ſuccedi eiſdẽ, tanquã pro nihilo reputatis. l. quod attinet. ff. de regulis iuris. pertinent enim omnia corũ bona domino. Et ratio differentiæ inter primum caſum, & hos tres vltimos, in quibus ſunt filij naturales magis priuilegiati in ſuccedẽdo, quàm in primo caſu, vbi naſcerentur ex libero & libera, eſt ſecundum aliquos: quia de iure ciuili non poterat matrimonium inter ſeruos contrahi, quoties vir & mulier, vel alter ipſorum erant conditionis ſeruilis. l. cum ancillis. C. de nuptiis. Vnde præſumit lex hoc caſu in benigniorẽ partem, videlicet quòd tales, ſi potuiſſent, matrimonium contraxiſſent, ex quo filios legitimos habuiſſent. Sed quia non potuerũt obſtante eorum ſeruili conditione, & contrahẽdi inhabilitate: tales filij ex illo contubernio nati, tanquam ingenui poſt manumiſsionem, vt legitimi patri ſuccedunt, & cæteris
140 parẽtibus. † Sed quia hodie iure noſtro canonico etiam inter ſeruos eſt declaratũ poſſe eſſe matrimonium, vt infrà de coniugio ſeruorũ per totũ. Quod ius in matrimoniis præualet, & legem ciuilem vincit, ſecundum gl. in §. hactenus. Inſtit. de grad. Bartol. & Bal. in l. priuilegia. C. de ſacroſanc. eccl. & Panor. in cap. j. de noui operis nunt. hæc ratio nõ procederet, imò potiùs videretur titulus ille de ſeruili cognatione, præmiſſa ſtatuens, eſſe correctus: quod verum nõ eſt, cùm ſupradicta ratio non ſit ibi expreſſa, & ſufficit quòd alia ratione iuſtificari poſſit. Ideo pro ratione diuerſitatis inter primũ, & hos tres caſus dici poteſt, & ratio alia aſsignari, quæ hodie etiam ſtare poteſt: quia magis imputandum eſt homini, & fœminæ liberis, qui immediatè non contraxerunt matrimonium, quàm vbi vterque ipſorũ erat in ſeruitute. Cùm licet iure canonico etiã inter eos eſſe matrimonium poſsit, tamẽ metu & timore dominorũ, ſerui multoties abſtinent à contrahendo matrimonium, præſumentes, quòd domini moleſtè gererent eos cõiugatos eſſe, quia coniuges non ita vacãt operis eis incumbentibus, ſicut extra matrimonium, nec aliud cogitant, quàm ſibi inuicem complacere.

☞ [Prout facere tenentur, vt plenè dicitur ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de amore & dilectione inter coniuges requiſita.] Ob quod eccleſia miniſtros ſuos eſſe vetuit coniugatos. cap. diuerſis fallaciis. de clericis coniug. Cùm igitur hæc ratio adhuc hodie militet, ſequitur, quòd titulus ille de ſeruili cognation. non eſt correctus.

141 † Nũc videre reſtat caſum econuerſo, an & qualiter aſcendẽtes ſuccedere debeãt ſuis deſcendentibus naturalibus tãtùm, aut ſpuriis ab inteſtato, ſi ordo naturæ turbetur, & deſcendẽtes præmoriãtur. Super quo dicatis: Aut ſunt parẽtes, qui liberos naturales habẽt ex coitu ordinariè, vel extraordinariè dãnato aliqua tẽporali ſeu ſeculari lege, & nullo modo poſſunt eis ſuccedere, vt d. §. fin. in auth. quibus modis natur. efficiun. ſui. Quia ſi filij, qui non peccauerũt, non ſuccedãt patri nec matri, minus poſſunt eis pater & mater ſuccedere, qui damnatè coierũt, vt §. vidiſtis, ſecundum Bal. in d. auth. licet. Facit dicta l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen. vbi correlatiuè ſe habent aſcendẽtes, & deſcendẽtes in ſuccedendo. Aut filios habẽt ex coitu non damnato, & tunc aut quæritur de matre, vel aliis per lineam maternam aſcendẽtibus, aut de patre, & eius linea aſcẽdentibus. Primo caſu tales parẽtes ab inteſtato ſuccedere poſſunt talibus liberis, ac ſi in matrimonio nati eſſent. Inſtit. ad Tertyllia. §. fin. & de ſucceſsio. cogna. §. vulgo. & l. ſi ſpurius. ff. vnde cogna. Quod eſt verum ſiue mater filium habeat ex matrimonio, ſiue ex coitu meretricali, ſiue ſit illuſtris, ſiue non, licet glo. in dicto §. final. contrariũ dicat & malè: quia filij ſpurij bene poſſunt matri ſuccedere. Spurios

BIU Cujas

dico aliter natos ex coitu meritricali non adulterino, quàm ex concubina domi retenta, qui matri succedunt etiam illustri, prouiso quòd mater filios legitimos non habeat, vt d.l.si qua illustris. C.ad Orfici. vt ꝫ dixi. Ergo econtra poterit mater illustris ab intestato talibus succedere filiis spuriis, posito ꝙ filios habeat naturales & legitimos, cùm hoc casu absurdum esset matrẽ præcedi ab aliis legitimis, qui quo ad illos spurios sunt tantùm fratres vterini. in authẽ. defuncto. C.ad Tertyllia. & dicto §. vulgò. Secundo verò casu si de patre quæratur, vel aliis per lineam paternam ascendentibus, subdistinguendum est, aut pater est penitus incertus, quia mater erat publica meretrix: & clarum est, quòd aliquis de illis succedere non potest, licet qui patrem se dicit, sit ita supinus, & nimis credulus, quòd dicat talem fuisse & esse filium suum, vt d. §. vulgò. Aut certus est tali certitudine, quæ haberi de hoc potest, vt l. Lucius. ff. de cõdit. & demon. & d.l.filium. Et tunc eisdem modo & forma, quibus filij naturales tantùm succedũt patri, vt suprà dictũ fuit. Sic econtrà poterit pater eis succedere ab intestato. Institu. de serui. cog. §. j. ibi, sed etiam alterum in alterius. & in authen. quibus mod. naturales efficiũtur sui. §. de nepotibus. vers. in quib. enim casibus. vbi est de hoc text. optimus. Ex quo
142 infertur, † ꝙ si aliquis solutus filium ex concubina soluta habuerit, & postea vxorẽ duxerit, ex qua filiũ alterum susceperit naturalẽ & legitimum, tẽpore mortis filij naturalis reperiatur viuere, vxor aut filius ex ea naturaliter susceptus, non poterit pater ab intesta to tali succedere filio naturali præmortuo. Quia eodem casu, si pater prædecessisset, nõ potuisset dictus eius naturalis filius in aliquo ei succedere, licet aliqua non sit spes, ꝙ in subsidiũ vltimo loco talis filius legitimus, vel vxor possit tali filio naturali succedere ab intestato, cùm non sit ipse agnatus nec cogna-
143 tus. † Similiter infertur, quòd si ab intestato decesserit ille filius naturalis, patre & matre superstitibus, & non superstite vxore, vel alio filio legitimo sui patris naturalis, mater sua, scilicet cõcubina, succedet ei in decẽ vnciis. Insti. ad Tertyl. §. fi. Pater autem ei succederet in duabus, vt d. vers. In quib. enim casibus, vt correlatiuorũ eadẽ sit disciplina, & vicissitudinaria inter tales descendẽtes, & ascendẽtes naturales æqualis, & vniformis succesio, secundũ do-
144 minum Matthæũ de Matthesilanis. † Sed qualiter tales sibi inuicẽ collateraliter succedãt, est videndũ, vno solo præsuppoito, ꝙ plures filij vulgò ex eadẽ matre quæsiti dicũtur fratres vterini: ita quòd iure cognationis sibi inuicẽ succedũt, secus si ex diuersis matribus cõcubinis, ex eodem tamẽ patre nati sint, quia inuicẽ non succedunt. Nec etiã cognatis patris etiam si legitimarẽtur per principem, secũdum glo. singularem in d.l.hac parte. ff. vnde cognati. & est de mente Dyni in dicto suo tractatu, de succes. ab intesta. Or nunc ad pũctum dicatis, aut vterque prædictorum, scilicet defuncti & succedere volẽtis, vel alter tãtùm natus est ex coitu lege aliqua seculari damnato, & tũc nullo modo inuicẽ succedere possunt: quia non sunt nominãdi fratres cõsanguinei, nec cõsobrini. arg. d. §. fi. in authen. quibus mod. natu. effic. sui. & d. §. vulgò. Sicut (quod plus est) non sunt quo ad patrem nominãdi filij, nec etiam quo ad matrem, nec econtrà, vt d. §. fi. ibi. Nec naturales vocãtur, nec participanda est eis vlla clemẽtia. Sicut ergo natus ex coitu damnato Berthæ succedere nõ potest filio naturali, & legitimo eiusdem Berthæ, licet sint fratres vterini, vt dictis iuribus probatur: sic econtra ille legitimus non poterit huic succedere naturali, cũ non habeatur nec nominari debeat pro fratre. Aut vterque transuersalium natus est ex coitu non damnato aliqua lege temporali: & tunc aut quæritur de coniunctis ex linea paterna tantùm, aut ex linea tantùm materna, aut vtrinque coniunctis, tam ex parte patris, quàm matris. Primo casu non potest regulariter aliquis eorum succedere alteri. vnde si pater meus naturalis & legitimus, priùs quàm vxorem duxisset filium habuerit naturalem ex concubina, ego illi succedere non potero ab intestato, nec ille mihi: quia non sumus inuicem agnati: cùm agnati sint qui ex eodem patre matrimonialiter nati sunt, aut per adoptionem, vel arrogationem seinuicem legaliter contingũt, & coniungũtur. Institu. de legiti. agna. succes. §. j. & §. per adoptionẽ. vbi glos. in verbo, Naturales. Pariter succedere non possemus vt cognati, cùm sola cognatio agnationi non coniũcta, sit tantũ à matre. vt d. §. vulgò. Pro quo est casus in §. filium verò. in Authen. quibus modis natu. effi. sui. Vnde si quis filiũ habuerit naturalem ex concubina, qua defuncta alium filium susceperit ab alia, isti inuicẽ non succedũt, per gl. in d.l.hac parte. ff. vnde cog. Hoc tamen fallit in filiis naturalibus ex libero & serua, vel seruo & libera, aut seruo & serua, qui inuicem vt amasius & concubina tractabantur, susceptis. Hi enim si sunt liberi nati, vt in secundo casu, vel manumissione postea ad libertatẽ peruenerint, vt in primo & tertio casibus, possunt inuicem succedere: imò quod plus est, poterunt etiã succedere fratribus suis naturalibus & legitimis, quos pater postea ex matrimonio susceperit, vt d. §. j. Institut. de seruili cognatio. ibi, sed etiam alterum in alterius: quia intelligitur, quòd frater suo succedat fratri vel filio fratris. Nec mirum, quia (vt suprà vidistis) omnes prędicti pariter succedunt patri ab intestato. Non tamen dicendum esset tales transuersales præferendos esse patrono à quo libertatem habuerunt. Secundo autem casu vbi tales filij coniuncti forent per lineam maternam tantùm, tũc inuicem sibi succedunt, siue omnes sint naturales, siue vnus sit naturalis & alter legitimus, vt d. §. vulgò. & in §. fin. Institit. de legiti. agnato. succes. & d.l.hac parte. & l.si spurius. ff. vnde cogna. Et idem ac fortius in tertio casu, vbi essent vtrinque coniuncti, tam ex parte matris quàm patris, quia inuicem succederẽt per dicta iura. Vnde si Bertha fuerit concubina Titij, ex quo Seium susceperit: deinde Titio mortuo fuit cõcubina Meuij, ex quo Petrum genuit & Martinum: certè mortuo Martino cui superstant Meuius pater, Bertha mater, & Petrus frater eius: dictus Meuius pater eius naturalis ei succedet in duabus vnciis tãtùm, vt d. §. in quibus. in auth. quib. mod. natur. effic. sui. Et in reliquis decẽ vnciis succedẽt æqualiter Bertha mater, & Petrus frater eius vtrinque cõiunctus. in Authen. de hæred. ab intesta. §. si verò cum ascendentibus. qui textus intelligi debet de vtrinque coniũctis naturalibus tãtùm, dũmodo coitus aliqua non sit lege temporali damnatus. Seius autem frater Martini præmortui vterinus ex parte solius matris coniũctus excluditur à succes-sione, vt in §. reliquum. in Authenti. de consangui. & vteri. fratribus. Si autem in casu præmisso frater tantùm vterinus & pater naturalis scilicet Meuius, soli superuiuerent illi Martino tempore quo moritur, talis pater, vt dictum est. in duabus vnciis, & Seius frater vterinus in reliquis decem succederent, vt dicto

§. in

BIU Cujas

§.in quibus. Et hoc modo limitari debẽt iura nouiſſima,ſcilicet §.conſequens.cum §.ſequenti.in Auth. de hæredi.ab inteſt. Adeò q̃ ſi viueret dictus Petrus frater Martini præmortui vtrinque coniunctus, & dictus Seius frater tantùm vterinus,ille vterinus excluderetur per Petrum vtrinque coniunctum: cùm duæ rationes vincant vnam, vt d.§.reliquum. Sicut ſeruatur in fratribus naturalibus & legitimis matrimonialiter genitis,ita quòd omnia quæ dicuntur de naturalibus & legitimis, id eſt de illorum ſucceſsione deſcendentium,aſcendentium, & collateralium, in dicta Authent. de hæredi.ab inteſta. etiam locum habent in ſolùm naturaliter coniunctis. argu.l.tutelas.& quæ ibi not. Bart.ff.de capi.diminutio. Ideo filij fratrum ſimul ſuccedunt cum fratribus,auuncu-
345 lis defunctæ perſonæ excluſis: † Sanè tamen intelligatis omnia ea quæ ſtatuta ſunt de naturalibus & legitimis quo ad ſuccedendum ab inteſtato locum etiam habere in naturalibus tantùm,ſcilicet duobus concurrentibus: primò quòd coniuncti non ſint aliquo coitu damnato per leges. Secũdò,quòd ipſi ſint ſaltem iure cognationis per iura vetera Digeſtorum ſuccedere permiſsi in ſolidum ab inteſtato defunctæ perſonæ, de cuius ſucceſsione quæritur. Nam ſæpe materiæ nouæ diſtingui debent & limitari per antiquas.in Authent. de nuliis ante dotalia inſtru. natis.§. ſi.l.non eſt nouum.& l.ſed & poſteriores. ff.de legibus.& ſic per dictam Authen. corrigi non debent leges antiquæ, quæ filium naturalem non concedunt
☞ patri ſuccedere vltra duas vncias, & econtra patrem filio,vt d.§.ſi quis autem defunctus.&d.§ in quibus. in Authen.quibus modis natur.efficiun.ſui.

Pariter correctæ non cẽſentur leges antiquæ,quæ filios naturales tantùm ſuccedere non permittunt agnatis, & cognatis patris, quia per mortem nullo modo ſunt filio naturali tantùm coniuncti,vt d. §.filius verò.in Authen.quibus modis natura. effic. ſui. ſecundum Ange.in dicto §.vulgò.in fi. Inſti.de ſuc-
146 ceſ.cogna. Sed † cùm hodie concubinatus præſertim manifeſtus, maximè vltra annum continuatus ſit illicitus, ita quòd manifeſti concubinarij publicantur ſingulis diebus dominicis per eccleſiam excommunicati,vt notoriè auditis & videtis: & omnis fornicatio ſit per concilium generale damnata, in clemen.ad noſtrum de hæreti. Adeò quòd in ea vel alio perſeuerãs mortali peccato vltra annum, etiam ſi eſſet papa, præſumeretur de fide malè ſentire, vt concilio generali deferri poſſet, ſecundum glo.ſingularem ab omnibus approbatam.cap.ſi papa.xl.diſtinct.miratur Ioan. Fab. in d.l.ſi qua illuſtris.quòd hodie baſtardi ſuccedãt in aliquo illi præſertim qui ex concubina longo continuato tempore domi retenta naſcuntur: quibus iura ciuilia plus fauent. Et quare glo.& docto. iuris canonici hanc ſucceſsionẽ approbant,ia ctantes fundamentum in dicta Authen. licet. & toto titu.C.de natura.libe.& ff.de concubi.
Sed credit hoc proceſsiſſe ex inaduertentia. de quo per eundem in dicto §. nouiſsimè. Inſtitu. ad Orfi-
147 cia. Ideo † videmus in præſenti regno Franciæ Chriſtianiſsimo ex illius catholico more, obſeruantia & laudabili conſuetudine iuri diuino conſona, allegato Gene.xxv. cap.baſtardos nõ ſuccedere,nec aliud præter alimenta petere poſſe,cùm ſcriptum ibi ſit: Non erit hæres filius ancillæ, id eſt meretricis,ſed filius liberæ, id eſt vxoris legitimæ. Obedit enim Francia &vniuerſum regnum cæterorum ſpeculum diuinæ voci ad Abraam clamitãti: Eiice ancillam & filiũ eius,ſcilicet à ſucceſsione, ſolo ei dato munere ad viuendum, quia non erit hæres filius ancillæ,&c. Nomẽ enim hæredis dicitur nomẽ ho-
☞ noris, [Vt clarè oſtenditur j.ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens.* j. dum ponitur ratio quare filius neceſsariò eſt hæres inſtituendus.] qui baſtardis nõ debetur,vt plenè dixi in verbo, *Raynutius de Clera.* de qua conſuetudine etiam meminit Maſuerus tit.de proba.§.item & ſi defunctus hoc confeſſus eſt. & in tit.de ſucceſ.teſta.& vlti.volun. §.item naturales. vbi dicit baſtardos non ſuccedere patri nec ma-
148 tri ex conſuetudine. Nec † hodie in regno locum habere l.ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. nec Authẽ.licet.C.de natur.libe. & minùs ſuccedere poſſunt col
149 lateralibus patris aut matris, † niſi vt §.vidiſtis legitimati fuiſſent: quo caſu ſuccederent, & appellatione ſuorum hæredum venirent, ſecundum Bald.in d.l.eam quam.C.de fideicommiſsis. Imò excluderẽt ſubſtitutum ſub conditione:ſi filius hæres inſtitutus ſine liberis decederet legitimis. Niſi conditio ſubſtitutionis concepta fuiſſet: ſi ſine liberis à ſuo corpore legitimè procreatis decederet. Quo caſu cùm nõ eſſent legitimè cõcepti & nati, non excluderẽt ſubſtitutum: tamen iſto etiam caſu eum excluderent, ſi per ſequens matrimonium legitimati forent, cùm il la legitimatio trahatur retrò ad tempus cõceptionis.c.tãta eſt vis.qui filij ſint legitimi. vt plenè decidit Guido papæ, quæſt. ccccl xxxij. incip. vtrum le-
☞ gitimatus. vt latiùs dicetur alibi. [Vide infrà ſuper verbo allegato: *ſi abſque liberis moreretur.*j.in ij.limit.] Vnde hæc cõſuetudo regni pluribus etiã robo rata ordinationibus bona & æqua eſt propter cultũ pudicitiæ, ad refrenãdum luxurioſos ac libidinoſos amplexus,ex quibus odia,crimina oriũtur, & ſcãdala infinita,necnon matrimonia retrahũtur, quorum onera vnuſquiſque fugeret volũtariis concubitibus tãtùm vacãdo. Ex quo pudicitia quæ in cõiugio cõſiſtit,poſtergaretur & contemneretur in maximum humani generis vilipendium & difformationem. de qua pudicitia & conſuetudine regni chriſtianiſsimus rex dicere poteſt, quod Iuſtinianus dicit in dicta l.ſi qua illuſtris.hunc morem honeſtè viuendi ipſi pudicitiæ quam ſemper colendam cenſemus, meritò de-
150 dicamus. Ideo † cùm in regno inter baſtardos & eorum parentes ceſſet legitima ſucceſsio, ipſi baſtardi ſi bona habeant, poſſunt de illis etiam viuente patre contrahendo vel teſtando diſponere, quia ab eis incipit caput & linea,ac ſi ab alio non deſcẽdiſſent. Imò quando legitimantur, etiam ad requæſtam patris, ad plus compeſcendum libidinem & ad matrimonia regnicolas incitãdum & inuitandum conſueuit rex partem bonorum capere, vel certam finantiã per dominos cameræ computorum Pariſiis præcedenti inquiſitione valoris bonorum taxandam: ſine cuius authorizatione computorum cameræ legi-
151 timatio ſortiri non poſſet effectum. Vnde † ſi baſtardi per regem non legitimati ab inteſtato moriãtur ſine liberis, ſicut tunc ex conſuetudine regni ipſi nemini ſuccedunt,ſic etiam nemo parentum eis ſuccedere poteſt,niſi fiſcus,ac ſi parẽtes nullos haberẽt: vel alius dominus temporalis cui ſubditi ſunt: dum tamen hoc vltimo caſu tria concurrant, ſecundum conſuetudinem. Primò, quòd nati fuerint in eiuſdem domini terra. Secundò,quòd ibi moram & reſidentiam faciant. Tertiò,quòd ibi moriantur & decedant. Si autẽ hæc tria nõ concurrerẽt,rex bona illorum occuparet ab inteſtato tanquam vacantia.

BIU Cujas

Tamen officiarij regij aliquando etiam illis tribus concurrentibus omnia capiunt & vendũt, ne dominis præiudicetur, vt infrà dicam in quarto articulo.

Or domini prædicta intelligatis vera, scilicet bastardos hæreditare nõ posse in hæreditate tempora-
152 li & terrena: † tamẽ secùs seruatur in hæreditate cœlesti & æterna: cuius sunt ipsi, ac si legitimi forẽt, capaces, dummodò Christi vestigia imitentur, & ab eius corpore nõ separẽtur, cuius per fidem & sacramentum membra effecti sunt secundum Hieronymum. Vndecunque enim homines nascantur, si parentum vestigia non sectentur, honesti & salui erunt. Cùm semen hominis ex qualicunque homine, Dei creatura sit. Ideo licet malè vtentibus malè sit, non tamen ipsum aliquando malum est, vt Aurelius dicit Augustinus, quia nõ in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutũ, vt prę-fatus ait Hieronymus in epistola contra Ruffinum, & habetur lvj. distinct. cap. vndecunque. cum sequẽ-
☞ tibus quinque. [Vide Bald. in c. vnic. §. naturales. si de feu. fuc. contro.] Sola enim fide propria si adulti, aut parentum si infantes sint, adeò per lauacrum regenerationis in baptismo legitimantur quo ad æternam hæreditatẽ, sicut per principem quo ad terrenam & temporalem. Per lauacrum ergo regenerationis in baptismo per ecclesiam adoptantur in filios Dei. Ita quòd sicut bastardus per aliquem adoptatus efficitur eius filius & successor. l. cùm in adoptiuis. C. de adopti. sic etiam bastardi hominũ per baptismum & fidem Christo adoptati fiunt successores sui: & consequenter participes gloriæ suæ, nisi per peccati ingratitudinem exhæredentur: & sic licet patri naturali succedere non possint, tamen adoptiuo legitimè succedunt. Inde procedit, quòd hæretici atque infideles sunt de iure hæreditatum incapaces, vt in Authentica, gazaros. C. de hęreticis. Ego autem præsuppositа consuetudine Franciæ crederẽ, quòd postquàm bastardi suis non succedunt parentibus, nec econtrà, sed fiscus ab intestato: quòd si liberos habent legitimos, sibiinuicem succedant, videlicet liberi ipsis bastardis, & bastardi suis liberis.
153 Ita † quòd inter eos si consuetudo esset in patria, quòd proximior de parentela venditoris infra annũ rem venditam pretium offerendo retrahere ab emptore posset, locum haberet retractus: iuxta capitulum, constitutus. de in integrum restitutione: sed nõ inter bastardum & patrẽ aut matrem suos, nec ecõuerso: vt scilicet bastardi retrahere possint rem immobilem à patre, matre vel altero ex parentibus paternis aut maternis ascendentibus, vel collateralib' vẽditam. nec illi rem à bastardo alienatam, cùm inter eos cesset ex regni consuetudine omnis legitima successio, & consequẽter tractatus, qui ratione proximitatis sicut successio defertur, vt dixi primũ con-
☞ tinuando suprà articulum. [De iure communi inter patrem & filium bastardũ non habet locum retractus, & minus inter eos & cæteros parentes paternos: quia non sunt de agnatione, vt plenè habetur super verbo, *Raynutius de Clera.* Barto. in l. tutelas. ff. de capi. diminutio. Nec comprehenduntur statuto vel consuetudine fauorabili. gl. in cle. j. de bap. Sed inter eos & matrem si rem ab ea alienatam retrahere vellent, hoc facere possent: cùm iure communi ei succedant, l. si qua illustris. C. ad Orficia. nisi consuetudine essent à successione matris excluſi,
154 vt hîc.] Nam † in tali retractu necesse est duo cõcurrere, videlicet naturalitas, & ciuilitas: quæ ciuilitas cessat in bastardis, vt videtis. Pariter dico, quòd cùm inter bastardum & suos liberos illa duo concurrant, locum habet retractus. Et similiter, quòd liberi liberorum ipsius bastardi inter quos & illorũ deinceps ascendentes & collaterales locum habet legitima successio à bastardo infrà, qui caput tenebat, & lineã inchoauit, & exorditus est, & à quo defluit, etiam locum habebit retractus bastardo aut eorum aliquo rem immobilem alienante. Non tamen haberent illi retractum aliquo de ascendentibus vel collateralibus bastardi alienante: qui cùm inter se succedere, vt dixi, non possint, sic nec retractũ prætendere: quia consuetudo quæ eos à succedendo inter se repellit, etiam eos à rem venditam retrahẽdo excludit, secundum Masuerum titul. de retractu. §. penul. Et notanter dixi suprà fiscum bastardis succedere mortuis sine liberis. quod etiam sentit Masuerus allegato titu. de succes. testa. & vlti. volunta.
155 §. item bastardus. Plus † credo, quòd si liberos legitimos non haberent, sed solam vxorem relinqueret, ipsa sicut filius legitimus fiscum excluderet. & quencunque alium temporalem dominum. Quia peccatum & paterna incontinentia, quæ inter eos & parentes successionem impedit, certè in coniugio deficit: vnde sicut non stantibus parẽtibus, vxor viro succedit, & vir vxori, excluso fisco & quocunque temporali domino, vt plenè dicam infrà in ii ij. articul. Sic etiam in casu nostro succedere debet stantibus parentibus lege, aut consuetudine successionis incapacibus, qui pro mortuis habentur. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi Bartol. multa bona dicit. Quòd maximè est in Francia tenendum, vbi etiam stantibus parentibus ad succedendum habilibus, imò stãtibus liberis, vxor in quibuscunque ex consuetudine succedit, vt dicam in dicto iiij. articu. Et quòd vxor fiscum excludat in casu nostro, sentit Bal. vnico verbo in dicta l. si qua illustris, circa melium. Et idem puto ecõtrà in marito, quòd succedat suæ vxori bastardæ, cùm eorum coniunctio sit legitima: cuius fauore tenetur pater filiã dotare spuriam, in qua dote cùm sit patrimonium & hæreditas sua. l. iij. §. sed vtrum. ff. de minori. si aliter non disposuerit, succedet ei ab intestato maritus liberis ex matrimonio illo non stantibus, quod est nota. Quæ omnia vobis sufficere debẽt quo ad horum filiorum & parẽtum naturalium tantùm ab intesta-
156 to successionem, An † autem possit amasius inter viuos aliquid donare aut testamento relinquere cõcubinæ suæ? Dicitur quòd sic, in l. affectionis. ff. de dona. Possunt enim & debent philocapti seu amasij suis donare amasiis, nec econtra. In quo credendum est Cyn. tanquam experto in l. j. C. de mulie. quæ seruis propriis se iunxerũt. vbi dicit in talibus plus valere & operari donum, quàm suspirium: quia ad habendum eas requiritur donum, aut ferreũ membrũ secundum eum ibi. Nec pascuntur verbis, cùm sæpe
☞ fuerint verbo adulatorio deceptæ. [Vide pulchra quæ habẽtur super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de vxoris pulchritudine, super verbo, *qui cum alia matrimoniũ contrahens.* loquendo de vetulis
157 fœminis renubentibus.] Et † hoc verum, quòd donari potest concubinæ aut legari, non tamen posset hæres institui in præiudicium fratris ipsius testato-
☞ ris. Et si institueretur, cùm sit turpis persona, [Vide infrà articu. iiij. in ix. concluſi. [l. palàm. ff. de ritu nup. & infamis, posset frater testatoris testamentum illud vt inofficiosum querelare: quo rescisso succe-

deret

BIU Cujas

deret fratri ab inteſtato. l. fratris. & l. fratres. C. de inofficio. teſtamen. & ita conſuluit Ange. conſil. clxxj. incipiente, Super puncto prædicto, &c. & Bal. fra-
158 ter eius in l. j. ff. de his qui notan. infa. †Idem ſentit, dum dicit infamem infamia facti eſſe turpem perſonam, quæ fratrem exhæredatum non repellit à que-
159 rela teſtamenti. † Et minùs eum repelleret leno in teſtamẽto fratris inſtitutus, qui turpior eſt meretrice. Cùm ſit infamis de facto & de iure. l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui notan. infa. vnde in teſtamento inſtitutus repelliturad querelam propinquorum. Imò plus fecit Quintus Metellus prætor Romanus, qui nullo de parentibus teſtatoris conquerente, Vetilium lenonem in teſtamẽto cuiuſdam iuuenis hæredem inſtitutum, bonorum poſſeſsionem ſecũdum tabulas, & ſic gaudentiam hæreditatis petentem, ex officio repulit: & hæreditas parentibus ab inteſtato remanſit, vt refert Valerius lib. vij. cap. vij. tit. de teſta. reſciſſis. in fine. Quintus, inquit, Metellus Vetilio lenoni iuuenis bonorum poſſeſsionem ſecũdum tabulas teſtamenti non dedit, quia vir nobiliſsimus & grauiſsimus, ſcilicet Metellus, fori ac lupanaris ſeparandam conditionem exiſtimauit: nec aut factum illius, ſcilicet iuuenis teſtatoris, comprobare voluit, qui fortunas ſuas in ſtabulum contaminatum proiecerat: aut huic, ſcilicet lenoni inſtituto hæredi, tanquam integro ciui iura reddere: qui ſe ab omni honeſto vitæ genere abruperat, ſcilicet in lupanari immundo & fœtido viuens. Hæc ille. Præſumitur enim tale teſtamentum non ſana mente proceſsiſſe.
160 l. ij. ff. de inofficio. teſtamen. Etiam † defuncto cõcubinario ab inteſtato ſine parentela non ei ſuccederet concubina, vt ſuprà tetigi in princip. huius articul. Nec econtrà: quia non reperitur in iure bonorum poſſeſsio vnde vir & concubina: ſicut reperitur, vnde vir & vxor. vt plenè dicam infrà articul. iiij. Prætereà vidiſtis ſuprà, quòd filij naturales tantùm non ſuccedunt in Francia. Vnde minus ſuccedere poteſt concubina: quæ (vt dixi) eſt turpis perſona, & ſuccedere eſt honor, qui turpibus non debetur. Sufficit ergo quòd aliquid ei dari aut legari poſſit. Et idem in ea quæ tenetur tanquam vxor in matrimonio, vbi matrimonium non tenet: quia fortè conſanguinea, vel affinis, vel alio modo prohibita, dum tamen ipſa cui relinquitur, impedimentũ ignoret. ſecus ſi impedimẽtum ſciret, quod in dubio præſumitur ignorare, præſertim ſi cõtractum fuerat matrimonium palàm non clandeſtinum, arg. l. fin. ff. de ritu nup. & cap. fi. de clandeſti. deſpon. ſecundũ Bar. in l. miles. §. mulier. ff. de teſta. milita. Sanè tamen intelligendo, quòd donari poteſt & relinqui amaſiæ,
161 † niſi donans miles eſſet, qui nihil dare poteſt concubinæ ſuæ: quod fuit maximè prohibitum, vt fœminæ nihil ſperantes habere, non ſequantur milites. l. ij. C. de dona. inter virum & vxorem. Ad inſtar cuius idẽ deciditur in clericis, qui milites ſunt inermis & cœleſtis militiæ, ſecundum Barto. in d. l. affectionis. & Panor. in cap. j. de clerico ægrotan. idem Barto. in l. mulierem. ff. de his quibus vt indig. & in dicta l. miles. §. mulier. ff. de teſtamen. milita. & fuit originale dictum Ioan. Andr. in nouel. in dicto cap. de his. de ſepul. Sic etiam erit in doctore & aduocato, vt non valeat donatio per eos facta concubi-
☞ næ, [Vide infrà ſuper verbo, *Teſtamentum*. j. in nona fallentia.] ſecundum Hoſtien. in ſumma titul. de donatio. §. & cui. quod ſequitur Bartol. in l. miles. ff. de re iudica. & ita conſultum in ciuitate Peruſij, & iudicatum in ciuitate Spoleti, refert Ludou. in dicta l. affectionis: niſi in talibus donationibus iuramentum interueniſſet, & per donatorem præſtitum fuiſſet: quia eas validaret, vt conſuluit Ludoui. in dicto conſil. xliij. incipien. Ad primum quæſitum. Et eodem modo valeret donatio per eos facta cõcubinæ, quæ tempore mortis donatoris erat bonæ opinionis abſque ſuſpicione, vt quia iam conuerſa fuerat &
☞ emendata, [Quia tunc non eſſe cenſetur meretrix, imò honeſta reputaui: adeò quòd raptus in ſui perſona cõmiſſus capitaliter puniretur, vt plenè habetur ſuper dicto verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens*. in fin.] & idem ſi adhuc meretrix foret, tamen ei relinqueretur, vt ad frugem melioris vitæ reduceretur. Putà quia daretur ei dos, cum qua maritaretur, vel pro alimentis: ne cauſam habeat nec occaſionem amplius meretricandi, quia fortè eſt pauper. Quod ſcilicet dotis & alimentorum relictũ dicitur pium, & valet, vt in piam cauſam factum, ſecũdum gloſ. in dicto §. mulier. per text. in l. neque. §. j. verſi. ſed ſi mortis tempore. ff. de teſtamen. milita. & Bald. in l. imperialis. C. de nupt. Et idem ſi propter merita ſeruitia donatum foret concubinæ vel relictum, vel ob aliam cauſam honeſtam: dum tamen veritas cauſæ propter quam donatũ fuit, probetur per eam. Cùm ad illam cauſam præſumendam non ſufficiãt verba narratiua inſtrumẽti donationis, ſecundũ Bar. in l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecu. & in propriis terminis cõſuluit Pet. de Ancha. conſi. ccxlviij. incipiente, dubium facit. & hoc eſt quod recitat Va-
162 lerius lib. viij. c. ij. tit. de priuatis iudiciis. †de Caio Viſellio Varrone, qui graui infirmitate oppreſſus, tercentum millia nũmorum ab Octacilia eius concubina ſibi mutuata fuiſſe falsò confeſſus fuit: ex qua cauſa in teſtamento recognita, voluit ei iure legati ſolui. Et quia contra votum cõcubinæ mortem Varronis amaſij ſui (vt ſummam haberet) affectantis, Varro ipſe reconualuit, à quo Octacilia concubina velut diſtricta fœneratrix dictam ſummam petere iudicialiter non erubuit, cùm tamen de mutuo aliter quàm per ſimplicem confeſſionẽ Amaſij non conſtaret, Caius Aquilius iudex à tali petitione mulierem repulit, vt ibi dicitur in hæc verba: Caius Viſellius Varro graui morbo correptus, trecẽta millia numũm ab Octacilia Laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat, expenſa ferri ſibi paſſus eſt, eo conſilio, vt ſi deceſſiſſet, ab hæredibus eam ſummam peteret, quam legati genus eſſe voluit, libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. Euaſit deinde ex illa tempeſtate, ſcilicet infirmitatis, aduerſus vota Octaciliæ, quæ offenſa, quòd ſpem prædæ ſuæ morte non maturaſſet, id eſt non acceleraſſet ipſe Varro, ex amica obſequẽti, ſubitò diſtrictam fœneratricẽ agere cœpit, id eſt, gerere ſe crudelem in petẽdo dictam ſummam verè non mutuatam, ſcilicet numos petendo: quos vt fronte inuerecundã, ita inani ſtipulatione captauerat. De qua re Caius Aquilius vir magnæ authoritatis, & ſcientia iuris ciuilis excellens iudex adductus, & adhibitis in conſilium principibus ciuitatis, prudentia & reli-
163 gione ſua mulierem repulit. Hæc ille. Vnde † donatio aut legatum concubinæ factum à milite ex iuſta cauſa, vel quicunque alius contractus, niſi cauſæ veritas probetur, non valet. Et merita, ſunt donãdi iuſta cauſa. Tamen ſi donatio merita vel aliam cauſam expreſſam excederet, in illo pluri non valeret: ſicut dicitur de donatione facta filio benemerito,

BIU Cujas

cui plenius fauetur, vt tenent omnes in l.si donatione.vbi plenè Alexand.C. de collatio.

164 Succedit † nunc tertiũ discutere articulũ, scilicet de successione filiorum, & parentum legitimorum.

☞ [Istud est quartum genus hominũ, scilicet qui legitimi tãtùm seu legales dicũtur, vt §. dixi in prin.j. articul.] tantùm, quales sunt adoptati, vel arrogati. Cùm enim quis non habet liberos naturales, potest sibi per adoptionem ciuiles filios acquirere, qui legitimi tantùm dicuntur. Sicut fecit Ioan. Andre. qui cùm masculum quempiam filium non haberet, Ioannem Calderini sibi adoptauit in filium, qui magnus doctor euasit. de quo ipse mentionem fecit, & magis specificè Phillip. in capitulo, cùm secundum leges.de hæreti.libro sexto. Quæ filiatio dicitur ciuilis, quia actu ciuili contracta, scilicet per adoptio-

165 nem. Quæ quidem † adoptio duobus modis fit, aut principis rescripto, vel imperio & authoritate magistratus. Authoritate imperatoris potest quis sibi adoptare eos, qui sui iuris sunt, id est qui in sui patris naturalis potestate non sunt. Quæ species adoptionis vocatur arrogatio, quã nemo præter Imperatorem, aut ius imperij habentem, authorizare potest: cùm sit de reseruatis imperatori, vt eius authoritate fiat, aut illius cui ipse expressè commiserit. Nec venit talis potestas in generali commissione, si expressè commissa non fuerit, secundum Baldum in l.penultima.§.fina.C.de adopt. Quia in ea de magno agitur præiudicio, eo quòd filius arrogatus qui sui iuris erat, in potestatem transit patris arrogato-

166 ris etiã extranei. Et inde dicitur, † quòd arrogatio est actus legitimus, per quem homo sui iuris principis authoritate in alterius ingreditur potestatem, penè naturam imitãs, secundum doct. in l.j. ff. de adop. Et nedum transit ipse solus in potestatem patris arrogatoris, quinimò & bona sua omnia: adeò quòd sibi aliquid reseruare non posset, & si aliqua reseruatio fieret, non teneret. l. paterfam. in prin. ff. de adop. quin ipse filius in potestatem arrogatoris transeat, cum suis omnibus bonis: quæ quo ad dominium & possessionem transeunt ipso iure ad patrem arrogatorem. l. si adoptauero. vbi glos. Bart. & docto. ff. de preca. Prout dicitur de professo, & monasteriũ ingresso, cuius bona monasterium ilico possidet absq; alia corporali apprehensione, in Authen. ingressi. & l. fi. C. de sacrosanct. eccle. dum tamen in præsenti re

172 gno expressa fiat bonorum dedicatio. Cùm aliàs bona non sequantur personam, vt in primo artic. dixi quod secus est in arrogatiõe, vbi bona personam se-

167 quuntur, si de illis nihil dicatur: Cùm † consuetudo Franciæ extra suos terminos, quia de profiten-

168 tibus loquitur, non extendatur. Et † quicquid acquirit arrogatus, patri acquirit arrogatori pleno iure in profectitiis, & solum vsumfructum in aduentitiis cum administratione, proprietate illorum sibi filio reseruata, cuius est hodie filius capax. & pariter bonorum castrensium & quasi castrensium. de quibus omnibus plenè habetur Instit. per quas personas nobis acquirit. & in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. de quibus bonis etiam patri naturali & legitimo nihil vnquã acquirebatur, & minus acquiri debet patri arrogatori, cùm in talibus bonis filius habeatur pro patre. l. ij. ff. ad Macedonian. & d. l. cùm oportet. & Instit. de acquisitio. per arrogatio. §. j.

169 Similiter † transeunt in potestatem patris arrogatoris liberi ipsius filij, qui arrogatur, naturales & legitimi, siue legitimi tantùm, putà adoptiui, si quos habebat. vt Instit. de adopt. §. illud. & l. patre arrogato. ff. de adop. per quem tex. iuncta dicta l. si pater.

170 dicũt docto. † quòd duces illi infideles qui se iure belli submiserant regi Vngariæ, non solùm submissi fuerunt, sed etiam terra eorum simul & vasalli: cùm, seruiente capite, necesse sit omnia membra seruire. l. qui ex liberis. §. testamẽto. ff. de bo. possess. secundum tabul. vt dicunt Bald. & Ange. in d. §. illud.

☞ [De hac submisione loquens Bald. dicit singulariter in cap. ij. circa fin. de fide instrũ. quòd quando aliquis, & fortè ciuitas submittit se alicui principi, portat chartam albam, quæ est sicut tabula rasa in qua nihil est depictum cum sigillo communitatis: & notarius qui missus est cum illo sigillo, potest scribere quicquid est de natura negotij, & voluntate domini. Et de virtute & potestate schedulę vacuę in albo signatæ & sigillatæ postea repletæ, dicitur & plenè p Innoc. & tangit Pano. in fin. & ipsemet Bald. in d.c. ij.] Sicut dicitur de professo, qui de iure cõmuni videtur omnia dedicasse, vt scilicet omnia monasterio competãt, & in eum transeant, etiam feuda & vasalli. & in Francia si hoc expressè dicatur secundũ Ioã. Fab. in Auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. nõ tamen vt ibi perpetuò maneant temporalia illa bona, de quibus tenetur monasteriũ infra annum & diem se disuestire, & manus suas euacuare, ne Cæsari præiudicetur, aut cum eo componere: iuxta regias ordinationes, quæ generali consuetudine Franciæ seruantur, secundũ Specu. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. versic. cxvj. & cxvij. vt plenè vidistis in primo membro pri-

171 mi articuli in quinta decisione. Et † permittit faciliter princeps eo tũc arrogationem, vbi adultus, licet minor xxv. annis, aut maior arrogatur. Si autem impubes esset, qui arrogari petitur, talis arrogatio fieri debet præsentibus & consentiẽtibus parẽtibus suis maximè proximioribus ad eius fortè successionem venturis: cùm de illorum præiudicio agatur, attento quòd per talem arrogationem nedum bona pupilli, sed etiam persona illius alienatur, & trãsfertur in alterius potestatem. Vnde causæ cognitio adhibenda est plenissima tredecim obseruatis solennitatibus, de quibus in §. cùm autem impubes. Instit. de adop. Bar. & doct. in dicta l. si pater. §. in arrogationibus & l. nec ei permittitur. ff. illo eod. titu. Quibus discussis princeps, aut ab eo expressè commissus

172 permittet arrogationem, vel denegabit. Et † in hoc errauit Aulus Gellius libro v. noctium Atricarum, capitu. xix. volens indistinctè impuberem arrogari non posse, contra text. in dicto §. cùm autem impubes. Credo tamen quòd intelligebat ipsum pupillum non posse arrogari quouis modo authoritate cuiuscunque ordinarij: nec intellexit de principis authoritate, quæ in communi non venit consideratione, imò censetur semper excepta, licet non dica-

173 tur. Et † nedum parentibus per arrogationem præiudicatur, sed interdum & extraneis: quia per eam substitutio pupillaris à patre quondam naturali facta filio nunc arrogato extinguitur, quæ erat testamentum filij. vt dicta l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inofficio. testa. vt si filius impubes ante arrogationem decessisset, eos licet extraneos hæredes habuisset. quos pater naturalis ei pupillariter substi-

☞ tuerat: [De quo plenè infrà super verbo, *si absque liberis morereturs*. secundò. in materia pupillaris substitutionis.] nunc facta arrogatione illos non habebit extincta substitutione, hæredes. Quia cùm transierit in potestatem patris arrogatoris, testamẽ-

tum

BIU Cujas

tũ habere non poteſt.l.qui in poteſtate.ff.eod. & dixi in verbo, *Matrem inſuper Cleram.* Et inde eſt, quòd circa hoc prouidetur hodie ſubſtitutis & cæteris,quib. hæreditas pupilli debetur ex eius teſtamẽto ſeu pupillari ſubſtitutione, quæ ſuum dicitur teſtamentum:aut iure legati,vel ab inteſtato ſunt ei ſucceſſuri:& prouidetur eis per cautionem,quam pater arrogator eiſdem præſtare tenetur tempore arrogationis.Quæ ſi præſtita non fuerit,pro data& præſtita habetur, ſcilicet quòd pupillo moriente intra pubertatẽ in arrogatione,eis bona reſtituet quibus deberentur,ſi arrogatio facta nõ fuiſſet. Ita quod caſu ipſo aduenient bona non ex ſubſtitutione, quæ fuit extincta per arrogationem,ſed ex cautione præſtita, aut ſubintellecta reſtituentur,vt dicto §. cùm autem impubes. Cæteræ verò aliæ ſubſtitutiones per patrẽ naturalẽ filio arrogato factæ (prout ſunt vulgaris, & fideicommiſſaria, cùm ex teſtamento patris pendeant,nec ſint teſtamentum filij,ſed ipſius patris qui eas fecit) non pereunt, nec extinguuntur per arrogationẽ: Imò filio arrogato in quacũque ætate mortuo, lucra talium ſubſtitutionum tanquam debitum filij arrogati petentur per ſubſtitutos à patre arrogatore,ſicut peterẽtur à quocũque alio filij hærede. l. in arrogatione.ff.de peculio. & l.j.C. de bo.author. iudi.poſidẽ. vbi voluntas teſtatoris exequenda eſt, non obſtante filij hæredis voluntate præſtita in arrogatione. Ex quibus magnis præiudiciis quę plurib⁹ inferuntur per arrogationem,non eſt mirum, ſi tanta requiratur in ea ſolennitas, vt videtis. Secundò
174 †fit adoptio imperio & autoritate magiſtratus, id eſt iudicis ordinarij: vt quãdo adoptãtur & affiliantur hi qui ſunt in poteſtate ſui patris naturalis, ſiue primum gradum liberorum obtineant, quales ſunt filij,ſiue inferiorem,vt nepotes,& deinceps inferiores deſcendẽtes: Quo caſu ſi tales affiliẽtur ſeu adoptẽtur,ſufficit in talia adoptione autoritas cuiuſcũque magiſtratus, etiã ſi parẽtes patris adoptiui non cõſenſerint.l.cùm adoptio ſit. ff. de adoptio. quia in hac adoptione adeſt bonum & ſalubre patris naturalis conſilium,in cuius eſt poteſtate: de quo erga filiũ iurã valde præſumunt propter diuinam coniũctionem. Eſt enim inter eos diuinus quidam nexus. l.cũ
175 in adoptiuis.C.de adopt. Ex † quo præſumitur patrẽ affectu propenſiore magis quàm dolo malo omnia in filij fauorẽ feciſſe. l.falſus. §.Iulianus. ff.quod cum falſo tutore. Cùm non ſit amor qui vincat paternum.l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa.imò contra naturales ſtimulos pater faceret, ſi ne ſic tutor, aut curator filij,ſe excuſare tẽtauerit.l.amiciſſimos in fine.ff.de excuſatio. tutorum.& l. Aurelius. §. Titius.ff.de libe.lega.Nõ enim(inquit Valer.lib.j.c.7. titu. de ſomniis) eſt inter patrem & filium vllius rei comparationem fieri, præſertim diuinitatis faſtigio iunctos. Quibus cõſideratis pronior eſſe debet prætor ad conſentiendum patri rem filij ſui tractare deſideranti, vt dicta l.amiciſſimos. quàm alteri paren-
176 ti vel extraneo tutori, vt dicto §.Iulianus. Et † ſi quis filius ab extraneo adoptetur,in eius poteſtatem nullo modo tranſit, ſed remanet in poteſtate patris naturalis & legitimi, qui eum in adoptionem tradidit,cuius vincula per adoptionem minimè diſſoluuntur.Ob quod dicit glo.in §.ſed ea omnia.Inſtitu. de hæredibus ab inteſtato. quam ibi ſequuntur do-
177 cto. Patrem †non teneri filium adoptiuum alere, ſicut teneretur filium naturalem nutrire, licet ſpurium,vt vidiſtis.Ex hoc propter dictionem tantum-

modò, ibi poſitam: niſi ſecundum Ioannẽ Fabr.ibi, talis filius operaretur patri adoptiuo:quia tunc deberentur ei alimẽta,cùm dignus ſit operarius cibo ſuo. Nec claudi debet os bouis triturantis.Tales enim adoptiui ſunt tantũ legales & ciuiles filij, nihil naturalitatis habentes:nec dicuntur veri filij ſolam filiorum imaginem gerentes,quibus naturæ veritas deficit. l.filio quem pater.ff.de liberis &.poſthu. & inde
178 dicitur,†quòd ſtante ſtatuto vel cõſuetudine,quòd maſculis ſtantibus fœminæ non ſuccedant, talis filius legitimus tãtùm adoptiuus vel arrogatus filiam non excludet. Et pariter credo ſtãte ſtatuto matrem nõ excludi à ſucceſsione filij inteſtato defuncti propter agnatos ciuiles ſeu adoptiuos. Nam talia ſtatuta naturalitatem conſiderantia tales nõ comprehendunt filios, nec parentes, qui tantùm legales ſunt & ciuiles: quia magis attendenda eſt natura, quàm accidens l.qui habẽt.ff.de tute.vt dixi in verbo, *Duas habens filias.* loquendo de dicto ſtatuto filias excludente propter maſculos. Pariter tales filij non excluderent ſubſtitutum patri datum, etiam adiecta clauſula:ſi abſque liberis moreretur.l.ſi ita quis. §.is cui.ff.de lega.ij.Nec(vt credo)veniunt etiam arrogati in aliqua diſpoſitione, etiam inter viuos, appellatione filiorum,etiam ſi diceretur legitimorum, ſicut non comprehenduntur legitimati per reſcriptum, ſecundum Bald.in l.finali.C.de his qui veniam ætat. impetra. vt dixi ſuprà in primo articulo in princip. Nec etiam in eis locum habet diſpoſitio. l. cum au⁹. ff.de cõditio.& demonſtra.nec l.cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſ. vt dicam in verbo, *Si abſque liberis*
179 *moreretur.* j.Similiter † patri non ſuccedunt in feudo.cap.vnico.§. adoptiuus. ſi de feudo fuerit cõtro-
180 uer.]Quinimò pl⁹ dicit glo.in d.§.ſed ea omnia.†q filius patrẽ ſuum adoptiuum recta via in ius vocare poſſet,nõ obtenta à prætore nec petita venia, nec in pœnam caderet.§. pœnales, Inſtitu.de actio. & l. fin. de in ius vocan. Tamen dicta gloſ. non tenetur *communiter*, cùm negari non poſsit, quin talis filius patri ſuo debeat reuerentiam, quæ ſola dicitur cauſa dictæ prohibitionis vocãdi patrem,poſito quòd in eius
181 non ſit poteſtate,attento†quòd etiam mater quę filium in poteſtate nõ habet, non poteſt per filium in ius vocari ſine venia. l. quiq; litigandi. §. parentes. ff. de in ius vocan. Si verò quis daretur in adoptionem cõiunctæ perſonæ, puta auo paterno,vbi à filio emãcipato genitus eſt, vel auo materno, aut alteri aſcendenti per rectam lineam: tunc ſolueretur poteſtas patris naturalis,& talis filius tranſiret in poteſtatem patris adoptiui,vt dicta l. cùm in adoptiuis. C. de ado.
182 & Inſtitu.illo eo.titu.§.ſed cùm hodie. Nam † adoptio eſt quidam actus legitimus, per quem fit tranſitus de poteſtate vnius in alterius poteſtatẽ naturali vinculo concurrente,penè naturã imitans. Quo ſcilicet vinculo non concurrente non fit poteſtatis paternæ tranſitus in alium, vt dicto §. ſed cùm hodie.
183 Et † ſic mulier quæ filium in poteſtate habere non poteſt,filium adoptare nõ poteſt. Inſtit.de adoptio. §.fœminæ. licet adoptari ipſa poſsit. Quamuis enim fœmina filios naturales per generationẽ,& ſpirituales per regenerationẽ in baptiſmate aut cõfirmatione ſibi acquirere poſsit, tamẽ filios ciuiles habere nõ poteſt, vt d.§.fœminæ. Et rationem differentiæ ponunt doct.ibi: & Panor. in capi.veniẽs. de cognatio. ſpirituali,niſi ex indulgentia principis hoc mulieri permitteretur in ſolatium liberorũ in acie amiſſorum,Inſtitutio,de adoptio.§. fœminæ. Et hoc mo-

do bea

do beatus Ioannes fuit glorioſæ virginis filius ex indulgentia ſummi pridcipis dicentis, Ioan. xix. Mulier, ecce filius tuus. quod factũ fuit in ſolatiũ Chriſti veri & naturalis filij in acie & bello cõtra hoſtem humanæ naturæ morientis. De quodam tamen mirabili modo filios adoptandi per mulieres, videatis glo.in capitu.Iſmaël.l.vj.diſtin. quẽ practicare nunquam vidi: vos vt credo videbitis. [De quo habetur infrà ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de patientia vxorem ad viros.] Quæ omnia faciunt pro intellectu rubricæ,& totius titu:infrà de cogna.legali. Contrahitur profectò per adoptionem quædam ciuilis ſeu legalis cognatio, matrimonium illa durante impediens, & iam contractum dirimẽs: vt ibi plenè habetur in ca.j.& Inſtit.de nupt. §.ſed ſi qua. Et intantum, quòd ſicut vitiatur hæredis inſtitutio de illo facta,quẽ teſtator ſuum putabat filium naturalem & legitimum, qui non erat, ſic etiam nõ valebit, ſi eum inſtituerit, quẽ filium ſuum ciuilem ſeu adoptiuum,& ſic legitimũ tantũm eſſe credidit, qui non erat. Quia ſicut error in coniunctione naturali vitiat inſtitutionẽ,ita etiam ſi accedat in coniunctione legali & ciuili.l.neque profeſſio. C.de teſtam.& l.ſi pater.C. de hæredi. inſtitu. [Vt plenè dicitur infrà
184 ſuper verbo, *cætera bona*.in fine.] His † igitur profundamento præſuppoſitis,qualiter iſti parẽtes legitimi tantùm & ciuiles ex teſtamẽto vel ab inteſtato ſuccedãt,dicatis,ꝙ interdum agitur inter eos de ſuccedendo ex teſtamento, vt quia teſtamentum fecerunt:& tũc ſi erant tali adoptione coniuncti,quę patriam operetur poteſtatẽ, prout ſunt filij authoritate Imperatoris arrogati, vel filij authoritati iudicis in adoptionem cõiunctæ perſonæ dati, qui per omnia comparãtur arrogatis,Inſtit. de hæredi.quæ ab inteſta.§.ſed ea omnia.verſ. noſtra autem conſtitutione. .& duret adhuc patria poteſtas: tunc: in omnibus & per omnia parentibus ſuccedere debent.& ab eis inſtitui vel nominatim ex hæredari, ac ſi naturales eſſent & legitimi: quia vt dicit ſingulariter Bal. in dicta l.eam quam. C. de fideicom. exiſtentia ſui hæredis etiam locum habet in his adoptiuis: ita quòd ſi in teſtamento patris prẽterirentur,teſtamentum dicerent nullum: pariter ſi ſine legitima in teſtamẽto ex primenda cauſa exhæredarentur, teſtamentum querelare poſſent,& rumpere per querelã inofficioſi teſtamenti, vt plenè videbitis ſuper vebo,*in eodem teſtamento relinquens*. Et ſimiliter è conuerſo debẽt eis parentes ex teſtamento ſuccedere, & ſic inſtitui debent ac exhæredari, ſi cauſa exhæredandi ſubſit, vt ibi dicã.de quo habetur in §. adoptiui. & §. adoptiuos.Inſti.de exhæreda.libe. & in dicta l.cùm in adoptiuis. Si autem tales filij adoptiui fuiſſent ex iuſta cauſa emancipati,non teneretur pater eos inſtituere in aliquo, nec exhæredare, imò haberentur pro extraneis: ſecùs ſi pro cauſa iniuſta eos emancipaſſet. Quo caſu in bonis talis patris haberẽt quartam partem ex conſtitutione diui Pij, vt dicto §. cùm autem impubes.& §.ſed ſi decedens. Inſtitu. de adoptio. in qua quarta parte poteſt pater arrogator tali filio ſuo ſi pupillus ſit, pupillariter ſubſtituere, donec ad pubertatem venerit,vt dicta l.ſi arrogator.ff.de adopti. Sed poſt pubertatem in illa filius grauari non poterit,quam iudicio ſeu liberalitatis patris non habuit, ſed principali prouidentia, ſcilicet ex dicta conſtitutione diui Pij, quæ quartam illam filio arrogato in bonis patris arrogatoris decreuit,& conſtituit. Si verò eſſet filius ſimpliciter adoptiu', qui in poteſtatem patris adoptantis non tranſiſſet, puta extranei, poſſet ex teſtamẽto ſecũdum voluntatem patris ſuccedere:ſed nõ cõtra,vel prẽter eius voluntatẽ. Vnde ſi tali filio pater nihil reliquerit,nihil petere poterit, vt dicto §.ſed ea omnia.ibi,niſi in hoc tantummodò caſu, vt poſsit ab inteſtato ad patris adoptiui ſucceſſionem venire &c. Inſtitu. de hæredi. ab inteſtato. Sicut enim pater naturalis tantùm non tenetur filio ſuo baſtardo aliquid relinquere, vt ſuprà vidiſtis in ij.arti.Sic nec filio legitimo tantùm:imò quarta,quę filio arrogato debetur, nõ competit huic adoptiuo. Quia iura quæ dicunt eam filio adoptiuo deberi,capiũt adoptiuũ pro arrogato:cùm non debeatur ſimplici adoptiuo, per text.in dicto §.ſed ea omnia ibi, neq; quarta ei ſeruatur:nec vlla actio ad eius perſecutionẽ ei competit &c. Et in hoc differũt naturales tantùm,& iſti legitimi tantùm à filiis naturalibus & legitimis ex matrimonio genitis, quò ad hãc ſucceſsionem ex teſtamento, vt plenè dicam vbi ſ. Ali-
185 quando † agitur inter hos legitimos tantùm de ſuccedendo ab inteſtato,vt quia pater legitimus tantũ: ſcilicet adoptiuus deceſsit inteſtatus, nullo per eum cõdito teſtamento,aut ipſo rupto,quod idem eſt: & tunc dicatis,quòd deſcendẽtes,vt ſunt filij,ſi fuerint arrogati,perinde ſuccedũt patribus ſuis arrogatoribus vt ſui,ac ſi eſſent ex matrimonio nati.l.j.§. ſuos. ff.de ſuis & legi.hære. Adeò quòd cæteros excludũt patris arrogatoris aſcendentes & collaterales parentes,qui nullum habent remedium,poſito quòd dicerent arrogationem factam fuiſſe in eorum fraudem, cùm fraus non facilè præſumatur in tam ſolenni actu per principem authorizato, cum tali & tantæ cauſæ cognitione.vt dicta l. ſi pater. §.fi.ff. de adop.Et idẽ in eo,qui datus foret in adoptionem coniunctæ perſonæ,in cuius poteſtatem tranſiuit:qui arrogato cõparatur in omnib', vt dicto §.ſed ea omnia.niſi fuiſſet,vt dixi,ex iuſta cauſa emãcipatus. Quo caſu vter-
186 que loco extranei habetur.†Si verò tales deſcẽdentes ſunt liberi ſimpliciter adoptiui,tales qui in poteſtatem patris adoptantis nõ tranſiuerũt, vt quia dati fuerunt extraneo in adoptionem, tunc adoptione durante patri ſuccedunt adoptiuo, vt ſui hæredes ab inteſtato, per dictam l.cùm in adoptiuis.§. & ſi quidem. Ita quòd ſuccedunt cum naturalibus & legitimis,vt ibi dicitur.& in l.ſi te.C.de ſuis & legiti.hæredib.Nec eſt hoc hodie correctum per Authẽ. in ſucceſsione.illo eodem titu. Et adeo ſuccedũt tales eorum patri adoptiuo,quòd excludunt aſcendentes omnes, & facilius collaterales, & vxorem patris adoptiui,ac ſi ex matrimonio forẽt geniti: quia ſui ſunt vt dixi, & ſuorũ hæredum iura habent ad eos omnes excludendum,ſecundum Bald. fecit l.ij. §. liberi. ff.
187 ad Tertyllia. † Si tamẽ adoptio probaretur facta in fraudem aſcendẽtium, locum haberet remedium l.j. C. de inofficio.donatio.Et in hoc differt ab arrogatione,in qua non conſideratur fraus. Et fortiùs locũ haberent dicta remedia, ſi adoptio facta probaretur in fraudem liberorum ex matrimonio genitorum, quorum euidẽter intereſt,cùm per adoptionem detrahatur iuri ipſorum, quia quãtò plures erunt,tantò minus de legitima vel portione hæreditaria habe-
188 bunt. †Et ſic cùm Carolus vj.rex quondam Frãcorum chriſtianiſsimus ex matrimonio ſuo Carolum haberet filium,cui regnum debebatur,nõ potuit ſibi regẽ Angliæ adoptare in filium in præiudicium legitimi filij & naturalis,nec adoptio valuit, nec tenuit: quinimò regnum dicto Carolo qui ſeptimus vocatus eſt,do-

BIU Cujas

eſt, domini noſtri regis auo paterno delatum fuit, & ☞ meritò, vt alibi dicam latiùs. [Vide plenè j. ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens.* j. in xviij. limitatione. Quia ſicut in legitimatione vocãdi ſunt habentes intereſſe, vt dictum fuit arti. j. in princ. ſic etiã in adoptione. l. nam ita diuus. ff. de adoptio.] Sanè tamẽ intelligatis, filios adoptiuos patri ſuccedere, ſi tempore quo pater ipſe moritur, duret ipſa adoptio. Quoniam ſi ſoluta antè fuiſſet per emãcipationem, non ei in aliquo ſuccederẽt, vt dicta l. cùm in adoptiuis. §. ſed ne articulum. tamen bene ſuccederẽt patri naturali, qui eos in adoptionẽ dederat, ſiue duret ſiue ſoluta adoptio fuerit. Quia vtroque caſu patri naturali ſuccedunt, ac ſi in adoptionẽ dati nunquã fuiſſent, inſti. de hære. ab inteſta. §. at hi qui. & ſequenti-
186 bus vſque ad §. item vetuſtas. Ex † quibus reſtat differẽtia inter liberos naturales & legitimos, & hos legitimos tantùm. quia primi ad ſucceſſionem vocantur aſcendentium, ſiue ſint in poteſtate, ſiue emancipati, vt in primo articu. vidiſtis. Hi autem ſi emancipati fuerint, ad ſucceſſionem nõ vocãtur patris adoptiui: & ratio differẽtiæ eſt: quia inter primos & ſuos aſcendentes eſt, vt dixi, nexus quidam diuinus. Et præterea eſt inter eos nexus naturalis, qui non ſoluitur actu ciuili emãcipationis, cùm ciuilia iura tollere naturalia non poſſint, quaſi diuina prouidentia cõſtituta. Inſtitu. de iure naturali. §. ex non ſcripto. facit l. ius agnationis. ff. de pactis. Sed in filiis adoptiuis nõ eſt cum eorum patre ſimpliciter adoptiuo. niſi nexꝰ ciuilis & legalis filiationis, qui faciliùs tollitur contrarium actum ciuilem, ſcilicet emancipationis, vt dicto §. at hi qui. ver. minus ergo iuris. Et hoc vbi deſcendentes ſuccedere petunt ſuis aſcendentibus.
190 Si † autem è conuerſo deſcendentes adoptiui ordine turbato prædeceſſerunt, quibus aſcendentes ſuccedere volunt & petũt, dicatis quòd ſi pater arrogator filio ſuo arrogato ſuccedere velit ab inteſtato, ſi quidem talis filius erat pubes bona habens caſtrenſia vel quaſi, ei ſuccedit in illis: quia cũ in talibus bonis filius reputetur pro patre familiàs. l. ij. ff. ad Maced. habet in illis hæredem de iure, ſicut quilibet alter in ſuo patrimonio: nec potuit eũ pater naturalis grauare in illis quoquo modo in vita nec in morte, cùm in eis ius nullũ haberet. Inſtit. per quas perſo. nobis acquiritur. §. j. Similiter ei ſuccedit pater arrogator in bonis aduentitiis quo ad proprietatẽ: cùm per antea ſuus eſſet per arrogationẽ vſusfructus eorũ: quia iura eadẽ habet pater arrogator, quæ habet pater naturalis & legitimus patria durãte poteſtate. Et fortiùs
192 ſuccedit in bonis profectitiis ipſius filii ſine liberis defuncti, etiã à patre naturali & legitimo profectis, ſi per eundẽ patrem naturalem non ei fuerat ſubſtitutum filio. Si verò fuerat ab illo ſubſtitutum, ſi quidem vulgariter aut per fideicommiſſum, & conditio ſubſtitutionis euenerat, bona debentur ſubſtitutis. quia tales ſubſtitutiones (vt ſ. vidictis) per arrogationẽ non euanuerunt in quacunque ætate filius moriatur. Si autem fuerat tali filio pupillariter ſubſtitutũ, & in ætate deceſſerit pupillari, ſucceſſio tã bonorũ paternorũ, ſcilicet patris naturalis, quàm ſuiipſius, ſubſtitutis pertinebunt. Non quidem vi nec medio ſubſtitutionis, quæ per arrogationem vel adoptionẽ cõiunctæ perſonæ factã extincta fuerat: ſed eis pertinebũt virtute cautionis per arrogationem tempore arrogationis præſtitæ, vel ſubintellectæ, & ꝓ præſtita habitæ, vt dicto §. cùm autem impubes. Inſtitu. de adoptio. Ideò ſi poſt puberbatem filius arrogatus decederet, cùm iam pupillaris ſubſtitutio arrogatione fuiſſet extincta, & pariter cautio illa per cuẽtum pubertatis, certè pater arrogator filio tunc ſuccedet, ſicut faceret pater naturalis & legitimus ſi viueret.
191 Sanè † tamẽ intelligatis per arrogationem omnino & perpetuò pupillarem ſubſtitutionem eſſe extinctam, vbi pater arrogator ſuperuixerit filio. Quo caſu (vt videtis) ex ſola cautione ſucceſsio ſubſtitutis defertur, & pertinet poſt mortem impuberis filij. Si autẽ parer præmoreretur, talis ſubſtitutio iure ciuili per arrogationem & ſtatus mutationem extincta reconualeſceret de æquitate prætoria, cũ impedimentum ſit nunc ſublatum filio impubere ſui iuris moriente. Inſtit. quibus modis teſta. infir. §. nõ tamen. ſecundùm Barto. Bald. & *communiter omnes* in dicta l. ſi arrogator. Pro quibus facit optimè text. in l. poſthum. ff. de iniuſto rup. teſta. Et hæc de patre arrogatore, vel qui aliàs ſibi coniunctim receperat in adoptionem, intelliguntur. Si autem eſſet extraneus, & ſic ſimplex pater adoptiuus, qui ſupereſt ſolus, certè indubitanter filio ſuccederet adoptiuo inſolidũ. Sed ſi in ſucceſsione concurreret eum aſcendentibus naturalibus, puta patre & matre: tunc ſola mater ei ſuccederet in vna dimidia hæreditatis: & pater naturalis qui eum dederat in adoptionẽ, ſimul & pater adoptiuus qui eum ſuſceperat, in reliqua ſuccedunt dimidia parte, per text. in dicta Authenti. defuncto. C. ad Tertyllia. vt vidiſtis ſ. in ſecundo membro primi articuli, de auo & auia paternis, & auia materna naturalibus de legitimis. Quia ſicut tunc ſola auia materna tantum habet in hæreditate nepotis, quantum auus & auia paterni, vt in Authentic. de hæredibus ab inteſtato. §. cõſequẽs. ſic eſſe debet in propoſito, eadem ratione, vbi bona filij præmortui de cuius ſucceſsione agitur, fuerant ei aliundè quæſita, quàm à patre vel matre. Quia ſi quæſita ei fuiſſent à linea paterna, ſoli patres ſcilicet naturalis & adoptiuꝰ ei ſuccederẽt. Et pariter ſuccederet ei ſola mater in bonis tali filio prouentis ex linea materna, per textum in dicta l. quod ſcitis. §. final. C. de bonis quæ liberis. Et præmiſſa vera, vbi filius præmortuus fuerat loco filij adoptatus: quoniam ſi loco nepotis adoptatus fuiſſet, eo tunc talem auum adoptiuum in ſecundo gradu aſcendentium exiſtentem præcederent pater & mater naturales, & ſic eum tanquam remotiorem excluderent, vel alter eorum vbi ſolus eſſet, eum excluderet à ſucceſsione, vt dicto §. conſequẽs. & dicta Authentica, defuncto ſecundum Ange. in §.
192 mortuo. Inſti. de acquiſitio. per arrogatio. Sed † qualiter ſuccedant iſti ciuiles liberi ſeu legitimi tantùm, inter ſe collateraliter, vbi deſcendentes eis non ſuperſunt, nec aſcendentes. Dicatis, quòd aut loquimur de adoptiuis, aut de coniunctis per arrogationem. Primo caſu aut ſunt adoptiui, qui in poteſtatem non tranſierunt patris adoptantis, vt quia dati extranei in adoptionem: & clarum eſt quòd ſuccedere non poſſunt aliquibus tranſuerſalibus, vt dicta l. cum in adoptiuis §. ſed ne articulum. C. de adoptio. Si autem tranſierant in poteſtatem, vt quia traditi adoptione fuerant coniunctæ perſonæ, tunc ſuccedere poſſunt ex eo capite, quòd ſunt naturaliter coniuncti, in Authentico de hæredibus ab inteſtato. §. nullam verò. Et ſi ex capite illo ſuccedere nollent, ſcilicet ex gradu naturali, ſed ſolùm ex gradu ciuili, ſcilicet adoptionis, poſſent agnatis patris adoptiui ſuccedere, ſi adoptio antè ſoluta non fuerit emancipatione: non autem ſuccedere

poſſent

BIU Cujas

possent cognatis.l.qui in adoptione.ff.de adopt. Vnde si proauus maternus pronepotẽ sibi adoptauerit in filium, & ex tali proauo post eius mortem tres supereſſent filij naturales & legitimi ex patre solũ cõiuncti, quia nati ex diuersis matribus: & vnus ex his ab inteſtato moreretur, succederẽt ei reliqui duo fratres, & etiam pronepos ille loco filij adoptat⁹, vt dicta l.qui in adoptione. & Insti.de legiti.agna.succeſ. §.per adoptionẽ. & dicta l.cùm in adoptiuis.§. si verò pater naturalis. Qui pronepos si loco filij adoptatus nõ fuiſſet, excluderetur à fratribus defũctæ perſonæ, de cuius bonis agitur, ſecundum glo.in Auth. poſt fratres.la ij.C.de legi.hære. Pariter ſi quis illorũ duorum fratrum ſuperſtitum fuiſſet vtrinq; coniũctus, hũc verè pronepotem fratrem eius ciuilem à ſolo patre coniunctũ excluſiſſet, cùm à ſolo patre frater eſſe cenſeatur defunctę perſonę ratione adoptionis & ciuilis filiationis, in Authẽ.de hære.ab inteſta.

193 §.reliquum. Ex † quibus reſultat, quòd licet quælibet capitis diminutio contingens in perſona adoptati ſoluat adoptionem. Inſti,de legi.agna. ſucceſ. §. fi. Attamẽ mors naturalis in perſonam adoptantis cõtingens, adoptionem non ſoluit, imò durare dicitur inter adoptatum & agnatos adoptantis, vt dicto §.p adoptionem. & l. iij.§.ſi pater alicuius. vbi hoc tenet Dy.& in l.vtrum.ff.de bono.poſſ.contratabu. Quinimò nulla capitis diminutio contingens in perſona adoptãtis ſoluit adoptionem. Inſti. de adop. §. illud. Et eo modo ſuccedunt collateraliter ipſi filij arrogati, ſicut adoptiui per coniunctã perſonam, vt ſcilicet ſuccedant agnatis, ſed non cognatis patris. Vnde

194 † reſtat hodie differentia hoc caſu in ſucceſſione ab inteſtato inter agnatos & cognatos, inter emancipatos & non emancipatos, quæ tamẽ ſublata eſt inter naturales & legitimos, vt dicto §.nullã verò. qui ſolùm illam tollit differentiam quo ad cõiunctos naturali vinculo, & non quo ad iſtorum legitimorum

195 tantùm, & ciuilium filiorũ ſucceſſionem. † Vnum tamẽ notabitis, quòd ea quæ inducta ſunt iure nouiſſimo inter naturaliter coniunctos, quo ad ius repræſentationis, vt ſcilicet filius fratris præmortui ſimul cum ſuo ſuccedat patruo vel auũculo iure repræſentationis, vt dicto §.reliquum. etiam locum habent in his qui coniuncti ſunt ſolo vinculo ciuili: ſcilicet arrogationis, vel adoptionis ei ſimilis, cùm ſit eadẽ ratio, ſecundũ Ange.in §.hoc etiam. in fi. Inſti. de legit ſucceſ. agna. de quo etiã videre poteritis in practica Ferrar.in libello quo petitur hereditas ab inteſt. Sed nõ ita plenè ſicut per dominũ Matheſil.cuius pro

196 reliqua parte fuerunt prædicta. † Hodie autem ex generali huius regni conſuetudine filii adoptiui qui tantùm ciuiles ſunt, ſicut naturales tãtùm ſeu baſtardi, ab inteſtato non ſuccedunt parentibus ciuilibus, nec eis per illos ſuccedunt, vt dicit Maſuerus. tit. de

197 proba §. itẽ & ſi defunctus hoc cõfeſſus eſt. † Cùm filiatio & parentela ſolo conſenſu cõtrahi non poſſit: ſed fieri habet arte & natura, quod eſt matrimonium carnali & naturali copula conſummatum: quæ ambo filios producunt & cõſanguineos iure naturæ ad ſuccedendum habiles ſecũdum eum. Ex teſtamento autem bene ſuccedere poſſent & eis ſuccedi. ſicut poſſet quilibet extraneus. l.extraneũ. C. de hære, inſtit. & §.fina. Inſti. illo eodem titu. Et ſic parũ hodie prodeſſet adoptio, niſi inſolatium amiſſorum liberorum & mortuorũ. Et notanter dicit de adoptiuis ſimpliciter: quia ſi dati eſſent in adoptionem coniunctæ perſonæ in gradu proximiori, ei ſuccederẽt iure ſanguinis & patriæ poteſtatis, ſi ſuccedere vellẽt: & idẽ fortè in arrogatis propter cautionẽ, quæ in arrogatione apponi ſolet, vel ſubintelligi, vt patet ex præmiſsis. Et cùm adoptiui ſuis nõ ſuccedãt parentibus ciuilibus, ſic nec ipſi parentes dictis ſuis liberis ſuccedunt, cum in ſuccedendo vel non ſuccedendo reciprocè ſe habeant, vt dicta l.nam & ſi parẽtibus.ff.de

198 inoffi.teſta. vt §. vidiſtis. Et † ſic inter eos cùm non ſint agnati, nec cognati naturales, in qua naturalitate fundatur retractus, ſed ſint tantum modò ciuiles, locum nõ habebit retractus, ad turnum burſæ. per ea quæ §. dixi in fi.ſecundi articuli: quia in talibus ſurrogationibus etiam non veniunt appellatione filiorum. poſtquam nõ ſuccedunt. ar. l.ſi ita quis §.is cui.

199 ff.de leg.ij. Or † domini vltra prædictos habemus ☞ filios ſpirituales [Iſtud eſt quintum genus hominum, qui ſpiritualiter iuncti dicũtur.] tantùm: non loquor de illis ſpiritualibus, de quibus iura expreſsè diſponunt quòd habeantur in locum naturalium, vt ☞ ſunt monaſteria: de quibus plenè dixi in j. arti. [Vide etiam circa iſtos ea quæ habentur j. ſuper verbo, *abſq; liberis eſt defuncta*] & v. deci. ibi poſitis. Sed loquor de illis, de quibus ius nihil expreſsè diſpoſuit, quales ſunt quos baptizauimus, vel in ſacro fonte leuauimus, aut cõfirmationis ſacramẽto tenuimus: inter quos quædã oritur ſpiritualis cognatio, etiã ſi baptizans, i. ſacramentũ baptiſmi conferẽs, vel puerũ in baptiſmo tenẽs & leuãs, eſſet hęreticus. Quia cùm puerũ domino ſociauerit, verè ſpiritualis pater efficitur: nec baptiſmum quem habet, perdit propter hæreſim, de cõſe.diſt.iiij.oſtẽditur. & c.nullus. eod.diſ. Imò quo ad habitum eſt hæreticus de corpore eccleſiæ, & legibus eccleſiæ ligatur: & ſic ſpiritualem cognationem contrahit, quod ſecùs eſſet in Iudæo aut pagano baptibantibus, cum quibus nulla cõtrahitur ſpiritualis cognatio. Nam ſicut carnaliter quis naſcitur ex patre & matre: ſic ſpiritualiter renaſcitur ex Deo & eccleſia matre. Vnde conferens ſacramentũ baptiſmi gerit vicem, typum, & perſonam Dei quo ad hoc. Suſcipiẽs autem aut leuans puerum, gerit ty-

200 pum & perſonam eccleſiæ. c.j.de ſcruti. † Ex quo ſumitur ratio, quòd nõ baptizatus baptizat: ſed in baptiſmo non leuat, quia non baptizatus eſt creatura Dei, cuius typum baptizando gerit, vt dixi. Non tamen eſt membrũ eccleſiæ, cuius typũ gerit ipſe eleuans. Vtroq; tamen caſu, quia nõ baptizatus expers eſt ſpiritualis vitæ, in quam homo primùm renaſcitur per baptiſmum, nullam tamen contrahit ſpiritualem cognationem cum baptizato, vel parentes illius, cũ illius cognationis ſpiritualis capax non ſit. Et ita intelligitur quod dicitur in c.in baptiſmate. de conſecra. diſtin. iiij. ſecundum Ioan. And. ſingulariter in c.ex eo. de regu. iur. lib. vj. in mercu. Et tales etiã ſpirituali cognatione iuncti, quãtum ad ſuccedendum ab inteſtato, nobis nõ ſunt filij neq; parẽtes, cùm iure hoc non caueatur, licet fortè eſſent à nobis alendi in neceſsitate ſicut adoptiui, ſecundum Bald.in Authenti. niſi rogati. prope finem verſicu. Sed tunc ego quæro & c. C. ad Trebel. Saltem tenemur tales filios ſpirituales cibo ſpirituali nutrire, ſcilicet eos inſtruendo in fide & moribus. c.nos autem. de cõſecra. di-

201 ſtinct.iiij. † Sed talis cognatio ſucceſsionem ab inteſtato non inducit, etiam ad ſubſtitutionem excludendam, vt alibi loco ſuo dicam. [Vide infrà ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur.* primo in tertia limitatione.] Et quandoque appellatur paternitas, vt inter baptizantem, aut de ſacro fonte leuantem,

& leua-

BIU Cujas

& leuatum, vel inter confirmatam, aut tenentem in
202 confirmatione ſacramentali, & confirmatum † Ex quibus ſolis duobus ſacramẽtis hæc oritur cognatio ſpiritualis, quæ matrimonium omnino inter eos impedit, & contractũ diſſoluit, adeò quòd vt dicit ſingulariter Panor. in c. fin. de purga. cano. ſæpe reperitur eccleſiam diſpenſaſſe, & quotidie diſpenſare in cognatione carnali circa matrimonium, ſed in ſpirituali cognatione nunquam legitur diſpenſaſſe: quia cognatio ſpiritualis tanquam procedẽs ex nobiliori parte eſt maiori veneratione digna, ſecũdum eũ ibi
☞[Vnde Matthæus Boſſus in iij. parte epiſto. ij. incip. Quod equidem cernebam &c. ad Cæcilium Fabtianum eius ſpiritualem filiũ ſcribẽs: Quamobrem, inquit, credas velim te mihi nihilo ſecius charum eſſe Cæcili, qui te Chriſto regeneraui, quàm progenitoribus ipſis, qui rem ſecuti veneream infelici te mundo peperere mortalẽ, & veritatis luce carentem &c.] Quod dictum extollit Fely. in c. at ſi clerici. §. j. circa fi. de iud. dicent hoc alibi nõ legiſſe. Ec ſic ſcholares benè notare debent qui commatres habent. Attamẽ cognatio illa quantuncunq; & nobilis & veneranda ſucceſſionẽ non inducit ab inteſtato inter eos, ſicut
207 nec illa quæ oritur & contrahitur inter curatum & ſuos ſubditos in foro pœnitẽtiali: qui etiam ligãtur cognatione ſpirituali, iuxta illud Apo. j. ad Corin. iiij. In Chriſto Ieſu per euangeliũ ego vos genui. de quibus loquitur Panor. vbi ſ. Aliquando vocatur cõpaternitas, vt inter leuantis & leuati parẽtes: & dicitur tunc compaternitas à cõ, quod eſt ſimul, quaſi ſimul parentes, vnus carnalis & alter ſpiritualis. Qui tamẽ nobilior eſt, tamẽ ſucceſſionem nõ inducit, & cõſequenter nec retractũ propter naturalitatis defectũ: quia non ſunt agnati, nec cognati, ſicut dixi de adoptiuis. ſ. precedẽ. arti. & ij. arti. circa fi. vbi hoc declaraui. Nec per baptiſmum efficitur quis ciuis illius
203 ciuitatis, in qua baptizatus, ſecundũ Bar. in l. j. ff. ad muni. † Tenetur tamẽ baptizanti, & eum leuanti de
☞ſacro fonte ad honorem & reuerentiam. [Vide quæ de hoc habẽtur j. ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens.* ij. circa prin.] ſicut libertus patrono. quia per baptiſmũ liberatur à ſeruitute peccati originalis, quo tenebatur Sathanæ & Angelis eius. Vnde videt quædã manumiſſio, ſicut libertus manumiſſus eſt à ſeruitute & poteſtate patroni, ſecundũ Bar. ibi Ideo ſecundũ aliquos ſicut libertus in ius vocans patronũ ſine venia à prætore petita, incidit in pœnã 50. aurearum: ſic etiam in ius vocans patrinum ſuum qui eum de ſacro fõte leuauit. de quo plenè in §. pœnales. Inſtit. de acti. per Io. Fa. & Iaſ. qui tenent ipſum pœnam incurrere, ac ſi patrẽ naturalem in ius vocaret, ſecũdum Gul. de Cu. Bald. Ange. & Pau. in l. generaliter. ff. de in ius voc. pro quibus videtur bon⁹ tex. in c. ita diligere. xxx. q. iij. dicẽs, ita diligendum patrem ſpi-
204 ritualem ſicut naturalẽ: † quia maior ex cognatio ſpiritualis, quàm ſit vinculũ adoptionis. Ideo ſicut pater adoptiuus nõ poteſt ſine venia per filium in ius vocari, minus poterit pater ſpiritualis. facit glo. in c. qui dormierit. xxvij. q. ij. volens cognationẽ ſpiritualem eſſe maiorẽ carnali. Præterea, (vt dixi) iura vocant hunc patrẽ ſpiritualem compatrem. i. ſimul. patrem. c. tua. de cog. ſpiri. Adeò, quòd dicit Bal. in digeneraliter. q̃ non poteſt patrinus eſſe teſtis in cauſa filioli, nec econtra, ſicut non poſſet pater naturalis.
205 † Tamen contrarium tenuit & melius in l. parẽtes. vbi Sali. C. de teſti. & idem Sali. & Flo. in l. teſtis ido neus. ff. de teſt. quin edictum de teſtibus eſt prohibitorium, & nõ repellit niſi qui reperiuntur prohibiti: inter quos non ſunt iſti. Nec ob. ſuperiùs alle. quia hoc ideo eſt, quia concernunt ius reuerentiæ quæ patrino debetur ſicut patri naturali: vt non ſine cauſa cognatio eorũ dicatur compaternitas. Ideo nõ puto
☞[Vide circa hoc quæ plenè habẽtur. j. ſuper verbo, *ſi abſq; liberis moreretur.* j. in iij. limita.] in tali filio ſpirituali locum habere priuilegium Authen. res, quæ. C. cõmunia de lega. vt pro donatione filiolæ patrinus pater ſpiritualis hæres inſtitutus, & ſub cõditione reſtituere grauatus, poſsit res ſubiectas reſtitutiõi alienare. Quia tunc nõ quæritur de iure reuerentiæ, nec habent tamen filij legitimã in bonis patris ſpiritualis, nec tenetur eos dotare, & ſic ceſſat ratio dictę Authen. imò de alimentis Bal. in dicta Authen. niſi rogati, loquitur ſub dubio fortè. Et interdum vocatur fraternitas, vt inter leuatum de fonte & filios leuantis, qui fratres ſpirituales dicuntur: vltra quos, & ſic ad
206 nepotes hæc non tranſit ſpiritualis cognatio. ſecundum Panor. in rubri. de cogna. ſpiri. in fi. † Et impedit inter eos quos ligat matrimonium contrahendũ, vt dixi. Necnon dirimit iam contractum. c. ij. de cogna. ſpiri. lib. vj.
207 Tali † quidẽ prætextu Fredegonda inſolẽs mulier, tamen inſignis pulchritudinis, quã Chilpericus olim Francorũ rex in domo ſuſceperat, inter ipſum & Audoueram reginam, vt ipſa regina fieret, diuortium procurauit. De qua Gaguinus lib. ij. c. ij. ſic dicit: Non poſſum, quãuis breuitatem inti-
☞tio ſim profeſſus, huius pellicis [Quæ mulier dicatur, & quare vocetur pellex: habetur j. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* dum loquitur de forma & pulchritudine mulierum.] malitiam tacitus præterire. In Sueſsionibus loco & plebe humili nata eſt, in vico Valẽcurto, ſpecie quidem egregia, atq; ingenio ſupra fœminæ modum excellenti. Igitur cum Sueuorum infeſta Sigiberto gens, bellũ aduerſus eum ſuſcepiſſet. Chilpericus fratri auxilium tulit, egrediẽti domo cura fuit Audoueram coniugem grauidam fideli ſibi cuipiam commendare: huic negotio idonea viſa eſt Fridegonda, atque ita profectus eſt. Pariendi cùm tempus aduenisſet, fœminam regina parit, quæ priuſquam baptiſmo ablueretur, conſilio ex Fredegonda capto, quænam idonea ſatis mulier ad hoc ſacramẽtum teſtis, hoc eſt cõmater adhiberetur: Nulla inquit Fredegonda, nobilior te eſt, quam huic myſterio anteponas: vt quã carne puellam extuliſti, eã prætereà ad ſpiritualẽ vitã regeneres. Sciebat enim ex chriſtiano inſtituto nephas eſſe, virũ mulieris cõcubitu potiri, quæ baptizando filio commater extitiſſet. Eo pacto Chilpericũ à reginæ contubernio diſcluſum iri callidiſsima pellex ſperabat. abluitur ex ſententia Fredegondæ filia, atque ei cui mater Audouera erat, commater ſpirituali regeneratione efficitur, Childchindam ei nomẽ imponẽs. Regi domum, bello exacto, reuertenti gratulabunda pellex occurrit: narrat quæ de nata ſibi filia cõtingerant. Sed dolere ſe ait, quòd regina teſtis & commater ablutionis filiæ eſſe voluerit. Hæc loquẽti Fredegondæ, rex ſancte iurat, ſi ita compertum haberet, ſe eam vxoris dignitate donaturum. Ingrediente palatium Chilperico Audouera filiã complexa ſalutẽ impartiri, déque nata ſibi filia gratificari feſtinat. At rex exulceratus animo, Abi, inquit, in malam partem impudens mulier, quæ tua me ĩſipiẽtia à tuis nuptiis excluſiſti. nec multo poſt tẽpore, rex põtificẽ qui ſacrũ peregiſſet, ire in exiliũ iubet. Audouerã verò vnà cũ filia intra eccleſiæ ſepta vitã apud Cenomanos agere compellit, deſi-

lit,designatis (quantùm ad annuum alimentum satis
esset) prouentibus. Hęc ille. Et ex post Fredegondam
rex in vxorem accepit : cuius consilio finaliter occi-
sus fuit, post multa per eam perpetrata scelera, vt ibi
plenè habetur. An autem Chilpericus iustè illam ob
causam vxorem repudiauerit, videatis cap.j. vbi glo.
208 xxx.qō.j. &c.ij.de cogna.spi.† quia de matrimonio
post talem cognationem contracto nō est dubium,
quòd illud dissoluit sicut naturalis consanguinitas,
vt de Carolo pulchro, Philippi pulchri Francorum
regis vltimo filio in regē promoto factū fuisse Gua-
209 guinus lib.viij.cap.j.refert,sic dicēs:† Philippo sci-
licet Longo sine liberis defūcto, Carolus eius frater
Marchiæ comes successit. Hic cùm Blancham Ma-
hildis filiam desponsasset, eam à se dimittere cogita-
uit. Mahildis enim Blanchæ mater Carolum ex ba-
ptismi lauacro susceperat. Quamobrem ecclesiasti-
ca lege filiam habere vxorem prohibebatur, Consul
tus ad eam rem pontifex Romanus diffinit nuptias
(nisi aliqua dispēsatio pręcessisset) esse incestas. Hæc
210 ille. † Similiter in hæreditate spirituali cessat in-
ter parētes successio. Vnde videmus filium patri suc-
cedere nō posse in beneficiis ecclesiasticis, nec reli-
qui descendētes, vel econtrà.c.ad extirpādas. & ibi
glo.& docto.de filiis presbytero.nō ordi. Et faciliùs
permittitur in collateralibus.cap.ij. de arbit. &c. ex
parte.j. vbi Panor. in iij. nota. de offic. delega. facit
capi.accedēs.de accu.& glo.in cano. apostolica.viij.
qō.j. Et vbi hoc permittitur, nō est ratione succes-
nis: sed causa renuntiationis secuta superioris colla-
tione: nec successor causam habet in beneficio à præ
decessore cui in illo succedere nō poterat: sed à supe
riore qui beneficium contulit. Ideo nō est cum præ-
decessore vna & eadem persona, sicut est hæres cum
defuncto.in Authē.de iureiurā.à mo.præsti. in prin-
cip.imò in his spiritualibus multùm discrepat perso
na hæredis à defuncto.l.generaliter.§.j.C.de re.cre-
di. Plus videtis in rebus prophanis parentes non suc-
cedere prælatis, si de bonis ecclesiæ fuerint acqsitæ.
c.inquirēdum.de peculio cleri. Et in alienatione il-
larum extraneos proximioribus prælatorū esse præ-
ferendos, in Authen.quibuscunq; modis.C.de sacro-
san.eccle. De cuius intellectu plenè Panor. in c.vt su
211 per de reb.eccl.nō alie. In† regno isto Frāciæ admi-
nistratores ecclesiæ habēt parētes hæredes vt dixi s.
art.j. loquēdo de monachis in regno nō succedēdis.
212 Restat† nunc quartum soluere articulum, scilicet
de affinibus per matrimonium coniunctis, prout af-
finitas est regularitas personarum ex nuptiis coniun-
ctarum, omni carens parentela sanguinis ff. de gradi-
bus. l. non facilè. §. affines. & sciendum est qualiter
213 succedant inuicem. † Et certè ex testamento sibi in-
uicem succedere possunt, si vnus instituatur hæres in
testamento alterius, vel aliquid ei relinquatur: † nam
214 licet donatio non valeat inter coniuges, ne mutuo
amore se spolient.l.j.ff. de dona. inter virum & vxo.
Tamen quia in vltima voluntate, puta testamento,
codicillis & mortis causa donatione, præsumitur cō-
iugem de bonis suis disponētem cogitasse, finem hu-
ius mutui amoris morte finituri: certè valet talis
dispositio. Imò plus dicit tex. in l.fin. C.si quis aliquē
testa.prohibue.nō fore iure prohibitum, sed permis-
sum, quòd maritus blando [Vt plenius habetur j.
super verbo, *condidit*.ij. prope finem.] sermone vxo-
rem possit, & ecōtra vxor virum attrahere ad ipsum
hæredem instituendum, vel aliquid ei relinquēdum.
Prouiso quòd filiis si quos habeat, legitimam relin-
quat, vel aliquid loco legitimæ, ne testamētū sit pre-
teritione nullum, vt plenè dicam super verbo, *in eo-
dem testamento relinquens*, j. Et prouisō etiam quòd
sit cōiunx ex primo matrimonio : Quia si vxor stan-
tibus ex primo matrimonio liberis, relinquere vellet
secundo marito, vel cōtrà maritus suæ secūdæ vxori
ad libitum, tale relictum non valeret, cùm non ei po
tuerit relinquere, nisi quantum vni ex liberis primi
matrimonij, cui minus reliquit, aut dedit.l.hac edi-
ctali.C.de secū.nupt. Et præterea prouiso quòd nu-
dæ & simplices blāditiæ interceserint absq; mixtu-
ra cuiuscunq; coactionis, secundū Bal.in l.fi.ff.si quis
aliquē testa.prohi. Nec censebitur talis volūtas esse
captatoria: quia captatorias institutiones, nō eas se-
natus improbauit, quæ mutuis affectionibus iudicia
prouocauerunt, sed quarū conditio ad secretū cōfer
tur alienæ voluntatis.l.captatorias.ff.de hæred. insti.
215 Tamen quia tales blanditiæ præsertim muliebres
inter tam coniunctos sunt interdum periculosæ, non
sine causa fuit in plerisque ciuitatibus statuto proui
sum, quòd marit' in testamēto relinquere nō possit
nec donare vxori. Quæ statuta valēt, & tenent secū-
dum Bal.in l.j.C.de sum.tri.& ibi tenet, q̄ etiā vxor
nō possit legare viro, si statutū hoc habet, nec econ-
trà vir vxori, vt tenet in dicta l.si arrogator.vj.coiū.
versi.iij.quæritur.ff.de adop. Et ibi plenè, an talia sta
tuta extendantur ad omnia bona etiam extra locum
statuti (vbi ius commune seruatur) sita: & ibi post eū
Ias.xxij.col. Quo stante statuto non valeret testamē
tum in cōmodum vxoris, etiam si hæres instituta nō
esset, sed solùm substituta, vel ei aliquid relictū: adeò
quòd etiam si proprio & cōmuni eorū filio esset pu
pillariter substituta, licet pupillaris substitutio dica-
tur testamentū filij, & non patris.l.Papinianus.§.sed
nec impuberis ff. de inofficio.testa. Tamen per eam suc-
cedere tunc filio nō poterit in bonis filij paternis, ne
indirectè admittatur ad ea, quæ directè sunt ei pro-
hibita. Aliàs fieret faciliter fraus legi. Sed per eam solū
succedet filio in bonis aliunde, q̄ à patre quæsitis, se-
cundum Albe.in ij.parte statutorum.q. cxij. Subiun
gens ibi, quòd maritus eam tūc facere non posset te-
stamēti sui executricē, etiā ad distribuēdum pro ani-
ma, nec alio modo fraus fiat statuto, nisi maritus ei
alios daret collegas extraneos: quo casu cessaret frau
dis suspicio, secundū Alex.in ij.parte consi.lvij.inci.
prospectis testamēto & codicillis. ij. col. quē sequi-
tur Ias.in l.non dubiū.xj.col. C. de legi. facit quod à
simili decidit Alex. in l.cogi. §. hi qui solidum. ff.ad
216 Trebel.† Pariter valet consuetudo quòd mulier te-
stari aut donare nō possit causa mortis, vt plenè per
Bal.in c.j.de prohi.feu.alienatio.per Fede. Prę sertim
sine cōsensu mariti.secundū Ang. cō sil.cxxvj.& ple-
nè Ias.in l.ex facto.in vij.not.ff.de vulg.& pupil. Sed
qualiter affines isti ab intestato sibi inuicē succedāt,
217 sequentes tenebitis conclusiones. ¶ Prima conclu-
sio est: affinitatis iure nulla successio permittitur, vt
scilicet parentes vxoris prę mortuę marito succede-
re possint postea sine parentibus mortuo ab intesta-
to: imò in subsidiū succederet fiscus. Et econtra pa-
rētes viri præmortui nō succedūt postea ab intestato
mortuæ vxori sine parētibus: sed illi succedit fiscus.
l.affinitatis.C. commun.de succes.& hæc est veritas:
quicquid voluerit glo.in verbo, postea.in fi.Instit.de
nup.§.affinitatis.versi.mariti. quē ibi expressè dam-
nāt Ioan Fab. & Ang.ac doc.in l j.& Auth.præterea,
C. vnde vir & vxor. licet cū glo.illa transisset Ioā.de
Pla.in d.§.affinitatis. Ex quo dicit Bald.in l.certum,

C.vnde

BIU Cujas

C.vnde legiti. ꝙ in iure nō eſt dare bonorum poſſeſſionē vnde ſocer & gener, nec vnde ſocrus & nurus.
218 †Secunda cōcluſio eſt, ꝙ parentibus deficientibus nūquam ab inteſtato ſponſa ſuo ſuccedit ſpōſo eius futuro marito, nec ecōtra ſponſus ſponſæ.l. falſus. §. Iulianus.verſic.quod ſi intra.ff.quod falſo tuto.quia ſponſus nō eſt verè nec propriè maritus, nec ſponſa dicitur propriè vxor, donec matrimonio contracto vero aut ficto.l.nō ſine ratione.C.de bonis quæ libe. iuncto c.is qui fidem.de ſponſa. Ideo ſponſus & ſpōſa non includuntur in diſpoſitione dictæ l.j. & Authen.præterea.C.vnde vir & vxor.quæ iura loquuntur de ſucceſſione coniugum omni deficiente parētela.propter quod dicit idē Bal.in d. l. certū ꝙ apud iuriſtas nō eſt dare bonorū poſſ. vnde ſpōſus & ſpōſa, nec etiam vnde cōcubinarius & concub na: quorum alter alteri nō ſuccedit ab inteſtato, licet omnis deficiat parentela. Quamuis enim concubina nō diſtet ab vxore in affectu animi, tamen multùm diſtat in honore. l. item legato. §. itē intereſt. verſic. parui autem.ff.de lega.iij. iūcta glo. ibi. facit tex. in l. Maſ-
☞ ſurius. [Vt plenius infrà declarat in ix. concluſio.] aliàs incipit, pellicem. ff.de verb.ſigni. ſecundū Bal. in l.etiā.in fi.C.de teſti. Et ſuccedere eſt honor: ideo deficit inter eos inter quos non etiam eſt diuina illa coniunctio, quæ inter coniuges cōſiſtit, qui ſocij dicūtur diuinæ & humanæ dom⁹.l.aduerſus. C.de crimi.expila. hære. An autem ex teſtamento vel donatione poſſint inuicem ſuccedere, dixi in ſecūdo arti-
219 culo in fine.† Tertia concluſio eſt, quòd deficientibus deſcendentibus in infinitum, & collateralibus intra decimum gradum incluſiuè, vxor in totū ſuccedit marito inteſtatè præmortuo. Et ecōtrà ſuccedit vir vxori inteſtatæ præmortuæ, vt dicta l. j. C. vnde vir & vxor. Et ſurgit hęc ſucceſsio ex quarto capite ſuccedēdi poſt deſcendentes, aſcendētes, & collaterales. Et ſi maritus non ſtaret, ſocer ipſe ſuccederet per vtilem bo. poſſ. ſ. vnde vir. arg.l.qui eorum §. idem Pomponius.ff.de poſtulā. facit l. quia parentis. ff.ſolu.matri. & ita in ſolo ſocero Bal.in dicta l.j. ſaluat dictam glo. ſingularem in dicto §. affinitatis. verſic. mariti autem filius. vbi Ioan.de Pla. eam tenet, vt dixi. & deinde clariùs eam ſequitur in l.j. in j. colū. C. de bonis vacan. libro. x. Sed omnes docto. contrarium tenent: & eſt *communis opi.* per tex. in l. ſi verò. § de viro.ff.ſolu.matri. vbi iura loquentia de viro & vxore, prout ſunt dicta l.j. & Authen. præterea.C. vnde vir & vxor. locū nō habent in ſocero, niſi de ipſo loquerētur expreſſè, ꝙut nō facit dicta l. j imò ipſemet Bal. in dicta l.certum. C.vnde legiti. tenuerat & melius, ſocerum nō ſuccedere, & in dicta l. affinitatis. C. cōmunia de ſucceſ. hoc reliquerat cogitādum. Et hanc partem, quòd non ſuccedat, tenent Nico. de Vbal. Iaſon, & cæteri moderni. Præterea coniunctio
☞ illa diuina & humana (quæ inter ipſos coniuges exiſtit, qui ſocij ſunt diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de crimi. expila. hære.) fuit & eſt cauſa ſuccedēdi inter eos, quę deficit, nec eſt inter ſocerū & nurū aut ſocrum & generum, vnde ſocer nurui, aut ſocrus genero vel ecōtra ſuccedere ab inteſtato nō poſſunt.
220 †Quarta concluſio eſt, quòd antequam coniuges in toto ſibi inuicem ab inteſtato ſuccedant, requiritur quòd omnis deficiat parēela: ꝙa ſi aliqui ſupereſſent parentes], de deſcendentibus vel aſcendētibus in infinitum, aut collateralibus vſq; ad decimū gradum, vt ſ. vidiſtis in iij. præludio, certè locus nō eſſet ſucceſsiōi inter cōiuges, vt d.l.j. C. vnde vir & vxor. Tamen vno caſu non ſtantibus deſcendentibus legitimis vxor aut vir ſuccedit aſcēdentibus & collateralibus excluſis, vt dixi ſ. in ij. arti. prope fi. loquendo de baſtardis in Francia non ſuccedendis. Sed concluſio noſtra loquitur de legitimis & eorū ſucceſsione.
221 †Secundum ſtatuta autem ciuitatis huius & Toloſanæ, præmortua vxore in matrimonio ſine liberis, maritus ei ſuccedit in dote, quā lucratur virtute ſtatuti ſeu conſuetudinis, etiam ſi matrimonium longo tempore non durauerit, ſed momēto fuerit ſolutum, vt ſingulariter decidit Bald. per illū text. in l.nō tantùm. C.de legat. Quod dictum magnifacit ibi Iaſ. in princ. dicens hoc alibi nō vidiſſe tactum. Alleg. idem tenuiſſe ibi Ange. in lectu. florētina, quos ipſe nō ſequitur. tamen eorum opi. mihi videtur ſecurior, per tex. in dicta l. non tantùm, vbi lucrum delatū ab homine non perit propter breuitatē temporis, quo matrimonium durauit, ergo nec lucrū ſtatuti. Et ecōtra vxor ſuccedit marito in donatione propter nuptias: quā nos canoniſtæ dotalitiū vocamus, in c. ex parte. de foro cōpe. Toloſanæ verò conſuetudines & ſtatuta, eā agentiamentum, id eſt, dotis augmētum appellāt, quod ex ſtatuto, cōſuetudine, & modo computādi noſtrorum Toloſanorum, ad dimidiā dotis partē aſcendit. Et in his ſuccedunt ſibi inuicem coniuges, omni præmorientis excluſa parētela, prouiſio tamen quòd ſuperuiuēs viduitatem ſeruet toto anno luctus
☞ completo. [De quo plenius dixit ſ. eo. in j. præludio circa fi. & ibi in addi. aliqua dixi.] Et intelligatis, quòd marito præmortuo vxor lucratur illud dotis augmentum integraliter, ſi tota dos ſoluta fuerat marito, aliàs non, niſi pro concurrenti quātitate dotis ſolutæ, per tex. in §. illud quoq; in auth. de non eli gen. ſecū. nuben. & in Auth. ſed quæ nihil. C. de pact. ſuper dote, quàm propter nuptias dona. Etiā ſi iuraſſet totū augmentū ſoluere, quia intelligeretur ſi tota dos ſoluta eſſet, ſecus ſi in parte: quia tūc totum nō deberetur, vt l.fi. C.de non nu. pecu. & clarè decidit Guid. Papæ, quæſtio. cclxxiiij. Fallit in duobus caſibus. Primò vbi maritus expreſsè renuntiaſſet illi Authen. obligando ſe ad ſoluendum agentiamētum, dote ſoluta, vel non ſoluta in toto vel in parte, vt ibi dicitur. Secūdò fallit, vbi maritus dotem non habuiſſet in totū, vel in parte, quia fidē habuit de dote, dando terminum ad eā ſoluendum: quia ſi termino pēdente maritus præmoriatur, vxor totum augmētum lucratur, ac ſi tota dos fuiſſet ſoluta: quia per eā non ſtetit, ſed per maritum, qui non potuit preiudicare vxori abſenti termino ſolutionis dotis non cōſentiēti: ſecùs, ſi terminus ad ſolutionem dotis per maritū datus erat tempore ſuæ mortis elapſus, quia tunc eſt quod imputetur vxori. Ideo petere augmentū non poterit, niſi pro modo ſolutæ dotis, vt in Authen. dos
☞ data. C.de donatio.ante nup. Contrarium fuit Arreſto Parlamenti Toloſæ deciſum die Aprilis, anno domini M. cccc v. inter Annam de Noë relictā Bertrandi Pageſe domini loci Dazas, & Raymundum Pageſe hæredem dicti Bertrandi, cui tota dos ſoluta non fuerat: quia non fuit condemnatus ad agentiamentum, niſi pro quātitate dotis ſolutæ: licet dictus Bertrandus, quondam maritus dictæ Annæ fidem habuiſſet de pate dotis non ſolutæ.] Alij verò tenēt indiſtinctè maritum teneri ad totum agentiamentum lapſo, aut pēdente termino, poſtquam ſemel de dote fidē habet, vt clarè decidit idē Guido papæ hoc plenè diſputādo. q. cccexxx. & plenius q. ccccixv. quod eſt not. pro conſuetudine huius & Toloſanæ ciuitatum;

BIU Cujas

tum, vnde in dictis ciuitatibus ex cõsuetudine derogatum est dispositioni iuris communis, de qua in dicta l.j. & l.iure succursum.ff.de iure dot. & l.dos à patre profecta.C.sol. matri. ita quòd superuiuẽs lucratur dotem,vel vxor donationem propter nuptias.Et si ambo simul morerẽtur ruina vel naufragio,locum etiam habebit statutum fauore lucri dotis vel donationis propter nuptias,secundum Bald. singulariter, in l.si possessor.§.si eodem.ff.de relig. & sump. fune. per illum tex.cũ glo.facit tex.in l. cùm hic status. §. si ambo.ff.de dona.inter virum & vxo.† vbi præsumitur donator præmortuus, vt potius valeat donatio, quàm pereat.Et hoc vbi ageretur de lucro dotis solũ,vel donationis. Quia si hinc inde lucrũ deberetur superuiuẽti,videlicet marito lucrũ dotis, & vxori lucrum agentiamenti, neutri deberetur, quia non constat quis illorum superuixit,vt l.si ij qui inuicem. ff.de dona.cau.mor. † Circa illud statutũ de lucrando dotem,menti tenebitis,quòd si in loco mariti seruetur ius commune,& in loco vxoris sit statutum de lucranda dote, & præmoriatur mulier in matrimonio, attenditur id quod seruatur in domicilio mariti,& non vxoris.l.exigere dotem. vbi Barto. Bald. & Ange.ff.de iudi.& Bald.in Authen.omnes peregrini. C.communia de succes.quod intelligatis verum, vbi maritus vxorẽ duxerit in suam domum. l. cum quædam puella.ff.de iurisdi.omni.iudi.vbi omnes. Innocen. & Ioan.Andræ.in cap.j.de spõ.cõcludunt, quòd in matrimonio nondum consummato omnia regulantur secundum statuta loci contractus, sed in matrimonio consummato,secũdum leges domicilij mariti,in quod fuit transducta vxor. Quia si vxor maritum duceret secum in domum suam (quod esset signum magnæ tristitiæ) tunc inspiceretur statutum vxoris,vt singulariter decidit Bal.in l.fi.j. col. C.si à non compe.iudi.quod est no.pro statutode lucranda dote,vel agentiamento quam lucrantur,nisi contrarium pacti fuissent expressè. [Cautè dicit expressè, per ea quæ infrà dicã loquendo de coniugibus, si succesionem eis delatã pacto tollere possint seu societatem ex consuetudine inductam] Et adeò debetur marito lucrum dotis, quòd nedum ipse illud petere potest vxore præmortũa, sed etiam post ipsius viri obitum hæres eius tale lucrum petere poterit, licet maritus quandiu vixit, tacuerit, secundum Bald. singulariter in l.si arrogator.ff.de adopt.In cæteris autẽ bonis, quàm dote & agentiamento, si quæ haberent cõiuges,seruaretur ius commune.† Tamẽ in Fran. & Parisiis etiam stãtibus liberis vxor succedit viro, & econtrà,in dimidia parte bonorum mobilium, & etiam conquæstuum immobilium constante matrimonio acquisitorum,secundum Ioan. Fab. in §. j. in fi.Instit.de acquisitio.per arroga.Sicut per legẽ Lõgobardam, aut Tuscalanæ ciuitatis consuetudinem, vxor viro succedit in tertia bonorum parte,vt hîc in tex.nostro,quam glo.ita declarat. Quæ quidem cõsuetudo interdum est causa spoliationis & depauperationis liberorum,& ditandi alium maritum, vt dicit idem Ioan.Fab.superrubri.Instit de nuptiis.in fi. Ad quod faciũt, quæ plenè dixi suprà in j. præludio. Attamen valet talis cõsuetudo,vt plenè decidit Rota in nouis decisio.xviij.incipi. Fuit dubitatum & in relationibus positum &c. vbi etiam valet, quòd in omnibus succedat mobilibus.eo enim ipso,quòd ibi inter aliquos matrimonium contrahitur, quædã initur,fit, & cõtrahitur tacita omnium bonorũ mobilium,& conquestuum futurorum immobilium constante matrimonio fiendorũ societas, secũdum Ioã. Fab.vbi s.& in Authẽ.in donatione. C. de secũ.nup. Iaco.de Rauen.Cy.& Moder.in l.j.C.de sum.Trini. pro quibus est tex.in cap.ij.secundum vnum intellectum,quem ibi tãgit Panor. in ij.not.quem sequitur Præpositus ibi.j.de dona.inter vir.& vxor. †quod intelligatis verum data capacitate, & habilitate amborum,vt quia vterq; capax est bonorũ acquisitorũ, quia secùs esset si alter esset incapax. Ideo dicit text. not.in c.j. an maritus succedat vxori in beneficio, & hæ consuetudines terrarum, quæ faciunt lucra & acquisita per maritum, esse cõmunia inter ipsum & vxorem,non habẽt locum in feudis,& aliis rebus constante matrimonio acquisitis,quæ cadere nõ possunt in fœmina,vt sunt cõmuniter feuda.c.j.§.hoc autem notandum. qui feu.dare pos.vt plenè dixi super verbo, *Duas habens filias*. Et vt sunt in præsenti regno ducatus&comitatus,qui sunt pares Franciæ,de quibus dixi s. artic. j. in ij. deci. Vel sunt officia,quæ & si emantur de communi pecunia,tamen mortua vxore erunt mariti, qui fuit capax illarum acquisitionum, quarũ vtilitas nõ cõmunicabitur hæredibus vxoris. [Quia talia etiam inter fratres nõ veniunt in collatione bonorũ,nec in legitima computãtur.l j. §.nec castrẽse.ff.de colla.bo.& plenè habetur super verb. *Duas habens filias*.loquẽdo de ambitione officiorũ.] Et idẽ si maritus ex priuilegio papæ esset capax emẽdi decimas: quia sibi soli & non vxori acquirerẽtur. de quo tamen dixi plenius super dicto verbo, *Duas habens filias*. In cæteris autem bonis & rebus cõquæstis locum habet communio prædicta ex societate illa surgens inter eos.ita quòd aliter ipsorum non posset testamento,vel aliàs contrarium disponere, adeò quòd licet per priuilegium liberè testãdi marito vel vxori concessum, videatur data licẽtia testãdi secũdum ius commune,quo cõiunxit, nihil habet in bonis alterius.l.si quãdo.§.j.C.de inoffi. testa. tamẽ propter hoc nõ videtur derogatum iuri municipali seu cõsuetudini loci,secũdum Bal.ibi, per text.in c.j.de constit. lib.vj.&l.decurionibus.C.de silentia.lib.xij. Præterea in concessione, & priuilegio liberè testandi nõ censetur remissa solẽnitas seu obseruãtia, quæ omitti non potest sine damno & iniuria alterius. l. si quãdo.in princ. C. de inof. testa. maximè in casu nostro propter illã diuinã & humanã societatẽ existentem inter cõiuges.Ex qua societate surrexerat olim inter Gallos talis cõsuetudo,Cæsare de bello Gallico lib.vj. referente,quod viri quãtas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperãt,tãtas ex suis bonis æstimatione facta cũ dotibus cõmunicabant. Huius omnis pecuniæ cõiũctim ratio habebatur,fructúsq; seruabãtur, vter eorũ vita superarit, ad eũ pars vtriusq; cũ fructibus superiorum temporũ perueniebat. Hæc ibi. Quæ vestigiũ fuere huius mobiliũ & cõquæstuũ cõmunicationis,aut cõsuetudinis modernæ,quę adhuc in Francia,potissimùm apud Borbonẽses seruatur.Et surgit hęc cõsuetudo ex prędicta diuina & humana cõiũctione inter virũ & vxorẽ cõtracta, inter quos est cõsortiũ oĩs vitæ, ac diuini & humani iuris cõiunctio.l.j.ff.de ritu.nup.Sũt quidem (vt dixi) socij diuinæ & humanæ,domus indiuiduã vitæ cõsuetudinẽ retinẽtes.Inst.de pa.po. §. j.& c.illud.de præsum. † Quæ societas vnũ inter alia habet priuilegium, quod nũquã separatur nec diuidi põt, sicut societates reliquæ,vbi diuina cõiũctio eo modo nõ operatur.diuiduntur saltẽ de cõsensu sociorũ:nec valeret pactũ in cõtrariũ.l.si cõuenerit.ff. pro socio.vnde nõ sine causa

hæc so-

BIU Cujas

hæc ſocietas vitæ, vxorem facit quaſi dominam bonorum mariti & contrà. l. j. ff. rerum amo. ita ꝙ fructus bonorum ſuorum vſu promiſcuo conſumunt. l. ☞ ſi. C. de pact. conuen. tã ſuper dote. [Et ſic vnus de bonis alterius moderatam eleemoſynam ſine peccato facere poteſt, vt pleniùs dicetur infrà ſuꝑ verbo,
227 *Cuidam Petro tradiderunt.*] Quinimò † ſocietas omniũ bonorũ inter cõiuges fieri, & conſiſtere poſſet de iure. l. alimẽta. §. qui ſocietatẽ ff. de alimẽ. & ciba. lega. & l. ex diuerſo. §. item & Proculus. ff. ſolu. mat. de quo tetigit Bal. in l. ſi vxorẽ. C. de condi. inſer. Et talis ſocietas omniũ bonorũ quoties fit inter eos, vocatur in hac patria affrayramentũ, cuius virtute bona omnia etiã ante cõtractũ matrimoniũ acquiſita, eſſent inter eos communia, vt expreſsè ſocietas ſeu affrayramentum aliquid vltra conſuetudinẽ operetur, de quo plenè per Ioan. And. in addi. Spec. tit. de inſtru. edi. §. cõpendioſè. verſi. quid de cõſuetudine. ſuper verbo, ſe opponũt in fin. Et maximè ſeruatur Pariſiis dicta cõſuetudo, ſecundũ Old. cõſil. ccxlvij.
228 incip. Præſuppoſita conſuetudine. in princ. Et † dicuntur propriè quæſtus, illa quæ ex opera, ſolertia vel induſtria alicuius quæruntur. l. coiri ſocietatem.
229 cũ ſex legibus ſequent. ff. pro ſocio. † Ideo appellatione conquæſtus non continetur hæreditas alicui obuenta, neq; donatio, vel legatum alteri coniugum proueniens. Per quod decidit Ioã. Fab. in proœmio Inſtit. ſuper verbo, Alemanicus. quòd donatio alteri coniugum facta à parente, cui aliàs ſucceſſurus erat in re donata, non cenſetur conquæſtus, ex quo alter cõiugum partem habere debeat ex dicta cõſuetudine, quæ tũc locum non habet ſecundum eum: quem ſequitur gloſ. pragmaticæ in verbo, quæſtus, titulo de cõcubina. Pro quibus facit bonus textus in l. prima. ibi, tamẽ ſi cum teſtamentũ non eſſet ſcriptũ, iuſtus ſucceſſor futurus eſt. C de his qui ſibi adſcrib. in teſta. Et idem videtur dicendũ, vbi alter coniugum hæreditatem venderet ſibi obuentam, cuius pretium in emendo patrimonium cõuerteret: quia tale patrimonium ſic emptum, nõ communicaretur inter eos velut conquæſtus, cùm non ſit acquiſitio procedens ex opera, ſolertia, aut induſtria: imò ſuccedit loco hæreditatis venditæ, & ſic ſapere debet illius naturã. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. tanquam ſubrogatum. & eſt eiuſdẽ poteſtatis, & effectus. l. filiæ, §. Titia. ff de conditio. & demonſtra. facit l. ſi donatæ res. §. ſi ſpõſus. vbi Bald. & doctores. ff. de dona. inter virum & vxo. Et ita etiam refert ſeruari Maſuerus, titu. de ſocietate. §. item & dicũtur conquæſtus. cum §. ſequẽ. Circa quod dubium facit text. in dicta l. coiri ſocietatẽ. cum ſequent. ibi, ſi quod lucrum ex emptione, vẽditione, locatione, &c. Vnde cauti viri (licet facilis videatur reſponſio ad illum tex.) in talibus acquæſtis declarãt velle pecuniam ex venditione ſui patrimonij redactam tenere locũ patrimonij, aliàs nõ empturi, quia tũc non reputabitur inter cõquæſtus, vt veniat in cõmunionẽ, ſed illud quod cõiugi prouenit per conſolidationem, dicitur conquæſtus, vt inter eos commune dicatur, vt ſi dominium vtile rerum infeudatarum vel emphyteoticarũ, propter deueria non facta cum dominio directo conſolidaretur, ſecundum Ioan. Fab. & Ange. in §. ſi cui. & l. quocunq; §. ſi fundus. ff. de leg. j. facit l. Mæuius. §. fundo. ff. de lega. ij. Nam talia conſolidata fierent cõmunia inter eos, in d. §. ſi cui. ſecundum Chriſtophorum Porcum & Iaſonem ibi, in vltima additi. in §. ſi eadem. Inſti. de lega. Et tenebitur quilibet conſiugum in his cõquæſtibus (ſtante dicta conſuetudine) pro virili parte ad debita conſtante matrimonio contracta. Tamen Pariſiis fuit mihi aliàs dictũ, quòd mulieres matrimonio ſoluto non tenentur partẽ debitorum ſoluere, ſed habẽt partem conquæſtuum, & mobilium integram ex conſuetudine, quæ ibi ſeruatur, ita quòd hæredes defuncti viri tenẽtur integraliter onera ſoluere: quia non ſunt debita communia ſed hæreditaria. Præterea non ſunt talia debita effectualiter conſtante matrimonio cõtracta, cùm effectum non ſortiãtur, donec poſt mortẽ teſtatoris, & ☞ adita hæreditate. l. omnia. ff. de leg. ij. [De quo plenè dicitur infrà ſuper verbo, *Moriuo itaque teſtatore.*
230 j.] Et † locum habet talis inter coniuges communio ex dicta conſuetudine, niſi cõtraria conuentione ſibi coniuges prouidiſſent, videliſſet ꝙ vnus nihil habeat de bonis nec conquæſtu alterius, quod fieri poteſt. Quia conſuetudo cũ intereſſe particulare & priuatum reſpiciat, pacto cõtrario tolli poteſt. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. Nõ enim fit ex hoc renuntians pauperior, & ſic ceſſat ratio l. j. ff. de dona. inter virum & vxo. ſecundũ Rotam in antiquis, deciſio dcccxlij. incip. Conſuetudo eſt in quodam loco. & Maſuerus alleg. tit. de ſocie. §. j. in fi. idẽ tenet. Plus dicens, ꝙ tacitè poteſt illi cõſuetudini renũtiari, putà ſi mulier alio modo ſibi de dotalitio cõuentionali prouiderit: quia expreſsè ſibi prouidendo videtur in illum caſum tacitæ prouiſioni legis ſeu patriæ cõſuetudini renuntiaſſe, præſertim tali cõſuetudini à iure cõmuni exorbitãti. arg. l. commodiſſimè ff. de libe. & ☞ poſthu. & l. ſi cùm dotem. §. j. ff. ſolu. matr. [Bal. per l. Neratius. ff. de relig. & ſumpt. fune. videtur ſentire contrariũ, dum ſingulariter decidit, quòd ſtante ſtatuto, quòd mortua vxore maritus lucretur tertiam partẽ dotis, ſi maritus recipiendo dotem promiſit in caſu ſoluti matrimonij integrã reſtituere dotẽ, certè non obſtante promiſſione poterit tertiã retinere per vnam gloſ. ibi, volentem maritum obligatum ad dotis integram reſtitutionẽ, deducere poſſe iuſtã retentionem, puta expenſas funeris. Ergo & portionẽ ſtatuti, quæ iuſta eſt: ſecus ſi eſpreſsè & ſpecificè coniuges renũtiaſſent, & ita ſaluari poteſt, quod hìc deciditur, per text. in §. ſi verò expreſſim. vbi pulchrè Ange. in Authen. de hæred. & fal. colla. j. & ſuprà tetigi.] Tamen in quibuſdam terris, vt dicit, ſeruatur, ꝙ mulier eo tũc electionem habet petendi dotalitiũ cõuentionale, vel cõſuetudinariũ, niſi foret expreſsè dictũ partes nolle cõſuetudinem ſeruare, cùm tacita conuentio non ſufficeret. Imò decidit ſingulariter Bal. in l. ſi quando. in princi. C. de inofi. teſta. & in l. ſi nondum. C. de fur. ꝙ conceſſio principis, ꝙ mulier liberè teſtari poſsit, nõ tollit marito facultatem ſuccedẽdi vxori in portione dotis, vel alia in ſtatuto expreſſa. Vnde † reſtat, ꝙ ceſſante dicta conſuetudine, de iure cõmuni coniunx non ſuccedit alteri, ſi omnis non deficiat parentela. Sed illa deficiente, vxor marito ſuccedit in totum & econtrà, vt dicitur in cõ
232 cluſione. Quam † extendo locum habere, etiam ſi tempore mortis vxor in domum mariti adhuc trãſducta non fuiſſet: quia ſufficit matrimonium tunc inter eos fuiſſe contractum verbis, aut aliàs per conſenſum de præſenti. l. ij. ff. rerum amo. & nuptias nõ cõcubitus, ſed cõſenſus facit. l. nuptias. ff. de reg. iur. ſecùs autẽ eſſet in caſu ſtatuti huius & Toloſanæ vrbis: quia vir dotem nõ lucraretur per mortem vxoris. nec econtrà vxor agentiamẽtum, ſi in domũ mariti non tranſducta fuiſſet, & ſecundum aliquos matrimo-

trimonium consummatum cum ea. Secundò ampliatur dicta cõclusio, vt etiã vxor curiã, & quodcũque aliud collegium in successione mariti præmortui excludat. Quæ quidem collegia si vxor non supereſſet ad ſucceſsionem vocarẽtur, fiſco excluſo. l. prima, & per totum titulũ. C. de hæred. decur. Curia enim & alia quacunq; collegia approbata ſuccedũt curiali, & collegiato ſine parẽtibus defuncto, & ſuccederet curia parlamenti conſiliario, aut præſidenti ſine parentibus & vxore defuncto: quia ſi vxor eſſet, curiam excluderet, vt dicta l. prima. Et idem ſeruatur in pluribus eiuſdẽ ſocietatis ſeu corporis, vt eſt ſocietas nauicularioru, vexillatorum, decurionũ, cohortaliũ, & fabricenſium, & etiam capitulariorũ Toloſæ, & conſulum huius vrbis, aut doctorum ali-
233 cuius approbatæ vniuerſitatis, † qualis eſt vniuerſitas iſta, per Ioannẽ vigeſimum ſecundũ papam eiuſdem vrbis oriũdum, anno ſui pontificatus fundata. Quorum vno ſine parentibus mortuo ab inteſtato, ei ſuccederẽt cæteri de illo collegio, adeò ꝙ ſi deceſſerit vnus de prioribus ſeu ancianis vel conſiliariis villæ, ſuccederẽt ei cæteri de illo prioratu ſeu ancianatu, ſecundũ Barto. & Salic. in dicta l. j. C. de hæred. decu. Pariter vniuerſitas ſuccederet ſcholari ſine parentibus defuncto, niſi in omni caſu vxor defuncti ſupereſſet: quia omnes illos excluderet, & potentior eſſet fiſco: cuius fortè defũctus erat officiarius, licet de ſtipendiis fiſci fuiſſet ditatus & diues factus. Similiter præfertur collegio: nã licet collegiati & incorporati alicuius curiæ vel collegij ſint inuicẽ re coniuncti, & etiam verbis legis eos vocantis, vt ſuprà in quarto præludio declaraui, cùm tales ſocietates ſint quædam ſpecies fraternitatis. l. verum. ff. pro ſocio. Tamẽ illa coniũctio eſt ſolùm temporalis, terrena, & ſecularis. Societas verò inter coniuges exiſtens eſt nedum terrena, quinimò ſpiritualis ſimul & diuina: quia vt vidiſtis ſocij ſunt diuinæ & humanæ domus, & duo in carne vna, qui inuicem ſe habent, poſsident, ac habentur & poſsidentur, nec eorũ aliquis dicitur membrorũ ſuorũ omnino dominus, ſed
☞ alter & viciſsim. [De quo plenè dicitur ſuper verbo, *Cuidã Petro tradiderũt.*] Vnde nõ ſine cauſa coniuges omnibus præferũtur collegiis, & fiſco ſummè priuilegiato. Plus dicit Bart. per illũ text. in l. ſi quis
234 presbyter. C. de epiſc. & cler. †ꝙ cõiuges ſuccedendo inuicem præferuntur collegiis etiam ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, vel clerico ab inteſtato defuncto, quo ad bona patrimoniali a à ſuis parẽtibus vel aliunde ſeculariter quæſita vxor in ſuccedẽdo eccleſiæ præferatur, in qua maritus præmortuꝰ erat beneficiatus. quod eſt magna declaratio ad tex. in Auth. de eccle. ti. §. ſi quis epiſcopus. & xij. quæſt. ij. can. ſi. multũ faciẽs pro clericis Oriẽtalibus, qui ſimul poſſunt coniugati eſſe, & beneficiati. cap. cùm olim. de cler. coniuga. Et poſſet etiã locũ habere in clerico coniugato, in minoribus ordinibus cõſtituto, qui ex diſpẽſatione habere poſſet ſimplex beneficiũ in eccleſia. cap. Ioannes. de cleri. coniuga. Præterea locũ habere poſſet in clerico coniugato, cuius vxor religionem ingreſſa fuiſſet. Et ipſe ad ſacros promotus ordines, & rector alicuius eccleſiæ factus. Nã tali ab inteſtato ſine parentibus defuncto, quo ad bona ſecularia ſeculariter q̃ſita ſuccederet vxor, cuius medio acquirerẽtur monaſterio de iure cõmuni. l. fi. C. de epi. & cler. & nõ ſuccederet eccleſia mariti. quod ſequitur Ang. in §. hoc loco. ij. col. Inſt. de ſucceſ. cognat. Tertiò ampliatur dicta concluſio locum habere etiã in officialibus alicuius magiſtratus, qui de iure mortuo aliquo ex ipſis ei ſuccedũt reliqui excluſo fiſco. l. j. C. de apparit. præfect. præt. lib. xij. tamen vxor ſi ſuperſit, tales officiales & magiſtratũ excludet à ſucceſſione ſui mariti. Quartò ampliatur dicta cõcluſio, vt etiam ipſa vxor collegas ſui quondã mariti nedũ in officio publico & honorabili, ſed in aliquo artificio, quia aliàs non ſtantibus parentibus ſuccederẽt, excludit, pariter & fiſcum, ſecundũ Bar. in l. ſi quis filio exhæredato. §. eius qui. ff. de iniuſto
235 rup. teſt. & §. ſi is qui. Nam † mortuo ſine parẽtela aliquo artifice cuiuſcunque artis etiam mechanicæ ſuccederet collegium illius artis excluſo fiſco. Etiã mortuo aliquo mercatore eodem modo ſuccederet collegium illius mercantiæ. Quod verum intelligit Bal. in l. ij. §. fin. C. de cõſti. pecu. in bonis ſitis in illo loco: ſed non in aliis, per text. in l. diuus. ff. iure fiſci. Tamẽ vxor tale coniugium excludit, & fiſcum quo ad bona, ſubiungens idem Bal. quòd etiam tutor defuncti ab inteſtato ei ſuccederet excluſo fiſco, p̃ gl. j in prin. in l. quò tutela. ff. de reg. iur. quam Bart. non tenet, ſed impugnat. Et etiam cæteri damnãt eã in l. nutritoribus. C. cõmunia de ſucceſ. per illum tex. Or etiam ſi dicta glo. eſſet vera, adhuc vxor tutori pupilli præferretur in ſucceſsione, & econtrà vir in ſucceſſione vxoris, iuncto ꝙ matrimonium cõtrahi poteſt cum pupillis per hunc text. ibi, *tutores impuberis eam, cuidam Petro tradiderũt*, & c. vt ibi dicetur. Præterea præfertur vxor hoſpitali. in quo maritus fortè peregrinando eſt defunctus, cùm ſit ipſa de hæredibus, quibus bona talium peregrinorum tradi præcipiuntur: & ſic pauperibus præfertur. in Authent. omnes peregrini. C. cõmunia de ſucceſ. nec immeritò, quia vt ſuprà vidiſtis) eccleſiæ præfertur & Deo, & etiã præfertur hoſpitali, ſi maritus tanquã aduena in diuerſorio deceſſerit, cui hoſpes non ſuccedit etiã in ſubſidium, ſecundũ Paulum, ibi. Quintò ampliatur dicta concluſio, vt vxor etiam filium naturalem ſui quõdam mariti ſine liberis & parentibus defuncti excludat, qui baſtardus, ſi vxor ſui patris nõ eſſet, eidem patri ſuccederet in duabus vnciis, in authẽ. licet. C. de nat. libe. Tamẽ ſtãte vxore in nihilo ſuccedit, imò ipſa ſi ſola ſuperſit, totũ habebit, vt ſuprà vi-
236 diſtis in ij. art. maximè † in præſenti regno, vbi non ſuccedunt baſtardi in aliquo, vt ibi dixi. Sextò ampliatur dicta cõcluſio, vt etiã vxor mortuo ſine parẽtibus marito, præferatur ſocio, & conſorti dicti ſui mariti etiã in liberalitate imperiali: qui ſocius in illa liberalitate ei ſuccederet excluſis tã collegiis, ſocietatibus, & cæteris ſuprà nominatis, pariter & fiſco. l. j. C. ſi ſocius imperia. libe. ſine hærede deceſſ. li. x. quia non obſtãte iure accreſcẽdi inter eos locũ habente in dicta liberalitate, vxor talem ſociũ omnes alios excludentẽ, excludit, & ei in ſuccedẽdo præfertur, ſecũdum omnes. Vnde reſtat, ꝙ deficiente omni parẽtela, vxor ſuccedit, excluſo fiſco, & econtrà ma-
237 ritus vxori. Quæ † quidem viri & vxoris reciproca ſucceſſio nõ de iure ciuili, ſed prætorio procedit. ſecundũ Odofr. quẽ *omnes* ſequũtur, cùm ius ciuile ad ſuccedendum neminem vocet præter deſcẽdentes, aſcẽdentes, & collaterales. Quos tres gradus no. text. in d. l. j. C. vnde vir & vxor. Et inter coniuges nulla eſt cõſanguinitas nec affinitas, niſi dũtaxat affinitatis principium. l. nõ ideo minus. C. de hæred. inſtitu. Ideo de iure ciuili inuicẽ non ſuccedũt, tamen prætor æquitate motus eos conſideràs eſſe diuinę, & humanæ domus ſocios, & ex hoc infortunia vnius

alteri

BIU Cujas

alteri eſſe cõmunia. l. ſi cùm dotem. §. ſi autem in ſæ-
☞uiſſimo. ff. ſolu matr. [Vt plenè dicetur infrà ſuper verbo, *cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de amore & dilectione coniugũ.] Et ſic vt cùm ſint ſocij paſſionum, ſint etiam & conſolationum: ſtatuit præmiſſis & aliis rationibus, quod maritus omni deficiente parentela vxori ſuccederet ab inteſtato, & econtrà. Ex quo ſequitur, quòd coniunx ſuccedere volẽs cõiugi præmortuo, cùm venire non poſsit niſi de iure prætorio, neceſſe habet, & tenetur intra centũ dies
☞ vtiles bono. poſſeſ. vnde vir & vxor petere, & eo modo ſucceſsionem ei delatam agnoſcere. l. j. §. largiùs. ff. de ſucceſ. edic. ſecũdũ Rayne. quẽ ibi ſequtur Alexan. in dicta l. j. C. vnde vir & vxor. quod neceſſe nõ eſt in caſu authen. præterea. ibi poſitę, vt infrà vide-
238 bitur. † Hæc tamen quarta cõcluſio, qua omni deficiente parentela coniuges ſibi inuicẽ ſuccedũt, fallit in ſequentibus caſibus. Primò fallit, ſi tempus mortis alterius cõiugũ fuiſſet, & eſſet inter eos facta tori ſeparatio ex mala gatia, quia licet hodie non permittat iure iſto canonico diuortiũ, quia quos deus ſemel coniunxit, homo ſeparare non poteſt: Tamẽ quia tori ſeparatio diuortij loco ſuccedit, ꝑ talẽ tori ſeparationẽ perditur ſucceſsio inter eos. Et hoc eſt quod vult tex. in l. j. ff. vnde vir & vxor. Requirens inter eos matrimonium durare vſque ad tẽpus mortis alterius, ſecundum Cyn. & Salic. in dicta l. vnica. C. vnde vir & vxor. Secundò fallit, ſi maritus tempore mortis ſuæ iam expulerat, vel eo tunc expulit vxorẽ de domo etiam ſine cauſa, quo caſu talis mulier expulſa, viro ſine parẽtela defuncto non ſuccedit ab inteſtato, nec cõtrà maritus vxori, ſecundum Bald. in l. j. §. ſed & ſcimus. C. de lati. libert. tollen. & in l. quod in vxorem. C. de nego. geſtis. & in authen. dos data. C. de dona. ante nupt. Paulus, Alexãder, & Iaſon in dicta l. j. vnde vir & vxor. Quia hæc ſucceſsio defertur cõiugi per legem ex quadam tacita voluntate cõiugis præmortui, quæ tollitur ꝑ expulſionem à domo: quia maritus hoc faciẽdo ſatis declarauit non velle vxorem aliquid in bonis ſuis habere. Ideo vt hæc mutua ſucceſsio locũ habeat inter eos, requiritur quòd tempore mortis præmoriẽtis cõiugis matrimonium duret re ipſa, & de facto. Tertiò fallit in marito occidẽte vxorem, etiam cum cauſa, vel econtrà: quia faciẽdo ſibi ius in propria cauſa, & auctoritate ſua, perdit ſucceſsionem ei delatã à lege. l. ſi ab hoſtibus. §. fin. ff. ſoluto matrimo. vbi Bar. & in l. fina. vlti. col. ff. de his quibus vt indignis. & l.
239 final. ff. ſi quis aliquem teſta. prohibue. Paul. & Luduoi. in dicta l. vnica. C. vnde vir & vxor. † Nam dicẽs ſibi ius propria authoritate, lucrum perdit legale. l. interdũ. la ij. §. qui furem. ff. de furtis. Et de illo qui iniuſtè vxorem occidit, nõ dubitatur quin lucrũ perdat & ſucceſsionẽ, ſed de illa occidente iuſtè eſt dubiũ, propter text. in l. qui vas. in fi. ff. illo eodem titu. vbi ius ſibi dicens non perdit legale lucrũ. Credo hoc vltimum eſſe verius, vt nõ perdatur ſucceſsio, nec aliud lucrum, ſi iuſtè vxorem occiderit. Nec obſtat text. in dicto §. q furẽ. quia ibi furti pœna, ſcilicet dupli vel quadrupli, eſt odioſa. quod patet, quia non debetur in foro conſcientię, ſecundum glo. fi. in fin. in ca. fraternitas. xij. quæſt. ij. Vnde faciliùs perditur dicẽdo ſibi ius in cauſa propria. Sed lucrũ dotis ex pacto vel ſtatuto debitũ, aut ſucceſsio coniugis, quæ à lege defertur, ſunt fauorabilia, & fauorabiliter debentur cõiugi ſuperuiuẽti, in quandã recompenſam onerũ præteriti matrimonij, quę maritus ſuſtinuit, vxore viuente, aut in recompenſam ſeruitiorum per eam marito impẽſorum: ideo talia faciliter nõ perduntur, ſecundum Iaſonem in dicta l. ſi ab hoſtibus. §. fin. in addit. ad finem. Et quod dictũ eſt de marito iniuſtè vxorẽ occidẽte, & econtrà, etiam intelligatis locum habere in cõiuge, quæ cõiugi ex infirmitate præmortuo medicum, & neceſſaria non adhibuit, aut medicum præbuit notoriè imperitum, vt plenè per Bal. & Alexan. in dicta l. quod
☞ in vxorẽ. & in dicta l. ſi ab hoſtibus in fin. [Vide de hoc latiùs ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore.* j. loquendo de hærede teſtatorem occidente.] Quartò fallit concluſio noſtra in feudo. in quo vxor nõ ſuccedit viro, nec econtrà, per text. in cap. j. quem ibi ad hoc not. Bald. tit. an maritus vxori ſuccedat in benefic. & in cap. j. §. quanuis. de inueſt. de re alie. facta. & idem Bal. in cap. imperialem, ſi de feud. fuerit cõtro. inter dominũ & agna. & in authẽ. res quæ. C. cõmunia de legat. Quintò fallit in concubina, quæ licet iure ciuili parũ diſtet ab vxore. l. itẽ legato. verſi. patui. ff. de leg. iij. attamen non ſuccedit concubinario ſuo, nec econtrà, ſecundum glo. quã ibi ſequitur Angel. in authẽ. de trien. & ſemiſ. Ludo. Alexã. & cæteri in d. l. j. C. vnde vir & vxor. ꝑ tex. dictæ l. j. illo eodem tit. dum dicit iuſtum matrimonium. quam glo. cõmendat Bal. in cap. per tuas. de maio. & obe. Præterea ex delicto & mortali peccato præmiũ conſequeretur cõtra omnem iuris rationem. l. ſiue hereditaria. ff. de nego. geſtis. Nec eſt dare de iure bonorũ poſſeſsio vnde cõcubinarius, & concubina. Quinta
240 † principalis concluſio eſt, ꝙ ſi marito præmortuo ſuperſint parentes eis ſucceſſibiles, aut ecõtrà vxori præmortuæ ſuperſint, & coniunx ſuperuiuens ſit locuples, vel vxor habet dotem, tũc talis coniunx non ſuccedit ab inteſtato, ſed parẽtes, videlicet liberi & cæteri deſcendentes, necnon eis nõ ſtantibus aſcendẽtes vſq; in infinitũ, & demum collaterales vſque ad decimum gradum. Et ratio quare tunc coniunx non ſuccedit, eſt, quia quãdo matrimonium eſt cum dote, ſi maritus præmoriatur, vxor dotem recuperabit, & nõ laborabit inopia, vt marito habeat ſuccedere neceſſe: & ecõtrà ſi præmoriatur vxor, dos penes filios ſuos cõmunes remanebit, ſecũdũ *communẽ opin.* in l. dos à parte profecta. C. ſol. matri. in qua pater quandiu viuet, vſumfructum habebit, & adminiſtrationem. l. prima. C. de bonis mater. & ſic inopia laborare nõ poterit, vt in aliquo neceſſe habeat ſuc-
241 cedere vxori. Sexta † concluſio eſt, quòd vbi præmortuo marito ab inteſtato nõ ſuperſunt liberi, nec aſcendentes, ſed ſoli collaterales parentes agnati vel cognati: tunc ſi matrimonium fuit ſine dote, vxor inops marito ſuccedit locupleti ab inteſtato de iure ciuili in quarta parte hæreditatis. in authẽ. de exhib. reis. §. quoniã verò. Et reliquæ tres partes agnatis ꝑtinebũt vel cognatis, & ita intelligi poteſt opi. Placentini, quam recitat glo. in authẽ. præterea. C. vnde vir. & vxor. & ſequuntur Cyn. & Bart. ibi. Et ecõtrà maritus inops, qui cum vxore cõtraxerat ſine dote, eidem vxori diuiti ſuccedit cũ agnatis & cognatis vxoris in quarta parte, & reliquæ tres dictis parentibus vxoris pertinebunt: quia tũc cũ nulla fuerit dos in matrimonio, cõiũx ſuperſtes pauper nihil de ꝓprio habens, dicitur inopia laborare, & præmortuo ſuccedit in quarta parte, dum tamen duo cõcurrãt:
242 Primò, † quòd ſine dote fuerit matrimonium, & non ſolùm dicitur ſine dote, vbi nulla dos data fuit, nec promiſſa, ſed etiam ſi dos data aut promiſſa erat

BIU Cujas

parua: quia parum & nihil æquiparantur.l.quanuis. ff.de condit.& demonſtration.ſecundum Bald. Salice.& Paulum & Alexandrum in dicta authentica, præterea. Paulũ & Ludouicũ in dicta l. diuortio.in
243 princip. ff.ſoluto matrimonio. Præterea † iura, & ſtatuta de dote loquẽtia, intelliguntur de dote con-
☞ grua, [De quo plenè dicitur ſuper verbo, *dotẽ quã ei dederat.*] ſicut videmus, quòd licet dotans eccleſiam efficiatur patronus,ſecundum glo.in.c.pię mẽ tis.xvj.quæſt.vij.tamẽ hoc intelligitur,ſi congruè& ſufficienter eam dotauerit, & non ſi dotem paruam ei contulerit, ſecundũ gloſ.in can. quicũque.eadem
244 cauſa & quæſt. Sicut † à ſimili illa dicitur vidua, quę virum non habuit,nec habet.Sic etiam illa,quæ virum habet inutilem, vt dicit glo.in l.fi.C.ad legẽ Flauiã de plagia.facit glo. in l.omnes. C. de hæreti. vbi denarius falſus, aut inutilis non eſt denarius,ſic etiã dos incõgrua non eſt dos.Et idem foret, ſi vxor præmoriens dotata fuiſſet, tamen dos per eius mortẽ veniret alteri reſtituẽda, quo caſu vir inops vxori ſuccederet,ac ſi dotata non fuiſſet, per gloſ.ſingularem in l.licet.C.de iure dotium.iuncta cum textu ibi ſumpto à cõtrario ſenſu,ſcilicet ſi dos penes maritum non remanſerit. Secundò requiritur, quòd coniunx ſuperſtes ſuccedere vxori volẽs, ſit pauper & inops,& defunctus diues, & ſufficit quòd cõiunx ſuperſtes pauper ſit tempore mortis coniugis diuitis præmortui, licet ex poſt non indigeat:quia fortè cũ alio diuite cõtraxit poſt annum,vt ſingulariter deci
☞ dit Philippus Decius in quodã ſuo cõſilio.[Quod nunc eſt impreſſum,nume. vigeſimoquarto conſil.] anno domini Milleſimo ccccIxxxvij.eleganter reddito. Nam ſufficit,quòd prædictæ duæ qualitates tẽ
☞ pore mortis exiſtant. [Vnde hoc caſu inopia, & paupertas eſt priuilegiata,vt videtis, propter quam appellatio pauperi ſemper reſeruatur, vt quocũque tempore appellare poſſit,& appellationẽ proſequi, ſi infra tempus ſtatutum, propter inopiam non potuit, ſecundum Innocentium in cap. ex ratione.de appellatio.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.mãdati.dummodo viua voce appellatũ fuerit: quia talis appellatio nõ requirit expenſam,vt in ca.P.&G. de offic. de leg. & dicit Innoc. quòd paupertas excuſat,& præſeruat inopem à periurio, & excommunicatione,ſi infra terminum non ſoluerit. idem Panor,ibi,& Bal.in cap.j.quæ fuit prima cauſa beneficiamit.& Guido papæ, q.ccccxxxvj.verſic.xiiij. quæro,&c.] Quo caſu cùm inhoneſtum diceretur, vxorem mariti diuitis, aut virum locupletis vxoris poſt eius obitum in vilipendium præteriti matrimonij mendicare,ſtatutum fuit,coniugem pauperẽ ſuperſtitem in aliquo ſuccedere,vt dicta authẽ.præterea. Ex matrimonio enim præterito morte alterius cõiugum ſoluto, venerandus eſt coniunx ſuperſtes,in
qua gloria defuncti meritò relucet, quia vt alicubi
☞ dicit aquila ipſe Bald.in l.pignoris.verſic.in contrariũ.C.de pig.actio.[& plenè habetur infrà ſuper verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.*] vidua alicuius relicta mortui viri eſt imago,& econtrà.In cuius ſignum portat ſuperuiuens lugubria,ſaltẽ per
245 annum. Et † retinet vidua defuncti mariti priuilegia omnia, quibus ipſo viuẽte fruebatur. Ideo nedũ viuentis,ſed etiã liberorum ſi fortè ſtant,& præſertim ipſius defuncti coniugis multum intereſt matrimonium paupertate ac mendicitate ſuperſtitis non deturpari,nec in publico cõſpectu ludibrio fieri,ne ex hoc defunctus iniuria quadã afficiatur,Inſti.quibus ex cauſis manumit.non poſſunt. §.licet autẽ domino.Eiusq; fama, quæ alias inſignis foret,mœrore ac infelicitate viuẽtis pereat, vel obſcuretur, quod iura humana ratione, & pietate ſubnixa contingere noluerũt,imò obuiauerũt.Quibus moti rationibus regni huius proceres Fredegũdã Chilperici regis relictam, quã ſuprà in fine tertij articuli memorauimus,licet Clodoueum ex alia vxore mariti Chilperici filium eius priuignum poſt infinita alia,& diuortiũ regis, vt ibi dixi machinatũ per eam cõmiſſa ſcelera occidi feciſſet, ac finaliter viricidiũ perpetraſſet,publicè iuſtitiã facere,vel alio quouiſmodo per-
☞ ſonam eius tangere diſſimulârunt. [Viricidium perpetrare, plus eſt quàm patrem occidere, ſecũdũ Ioan.Fab.in §.alia deinde Inſti. de publi.iudi.& plenè habetur infrà ſuper verbo, *cuidam Petro tradiderunt.*]De quo Gaguinus alleg.lib.ij.ca.iij. Ad Gontranũ regẽ ſic dicit: Ergo cùm intelligeret legatus fruſtra aduerſus regẽ de pace cõtẽdere, poſtquã,inquit,legatio noſtra non procedit: reliquũ eſt,quòd ad extremũ pro tua iuſtitia impetremus, eſt apud te Fredegunda Chilperici relicta, quæ Sigibertũ principis noſtri parẽtẽ,& ſupra paucos dies Chilpericũ interemit,mulier digna affici multis ſuppliciis,propterea petit Childebertus hanc ad ſe remitti,cui ob ſcelerum immanitatẽ pœnas,vt par eſt,irroget.Legato Gõtranus reſpõdit,iniquum ſibi videri ad pœnas rapi mulierem regio nuptu inſignem &c. Quia ex affinitate tãtus reſtat honor,& verecundiæ obſeruatio,quanta inter ſanguine cõiunctos: Adeo,quòd olim ſe nudare, & viciſſim lauare nefas eſſe credebatur, vt maximus refert ille Valerius lib.ij.tit.de inſtitutis antiquis in c. de ſucello Leæ viriplacæ, ſic dicẽs,Huiuſmodi inter cõiuges verecũdia,quid?inter cæteras neceſſitudines nónne apparet conſentanea? Nã vt minimo iudicio maximã vim eius ſignificẽ, aliquãdiu nec pater cũ filio pubere, nec ſocer cum gẽero lauabatur.Manifeſtũ igitur eſt,tãtũ religionis ſanguini,& affinitati,quãtũ ipſis Liis immortalibus tributũ: quia inter iſta tã ſancta vincula,nõmagis, quàm in aliquo ſacro loco nudare ſe nephas eſſe credebatur.Hęc ille.Vndenõ ſine cauſa indultũ fuit Fredegũdæ, cùm parcendũ ſit honori, & verecũdiæ dom' regiæ, ita quòd fuit cauſa,propter quã Ioãnes
246 & Paulus fratres Iuliani Imperatoris apoſtatæ primicerij ad fidẽ cõuerſi,nõ fuerũt publicè,ſed in carcere decollati. Ad quos Terẽtianus ad eos decollãdos miſſus,Nõ,inquit, decet vos intra aulã regiam nutritos,vt publicè occidamini,ſicut habetur in eorũ legẽda, quã eccleſia recitat lectione quinta.Etiã nõ eſt faciliter occidẽdus quis, licet morte dignus, qui pro domo,& parẽtibus regis laborauit, vt patet iij. Regum i.capitulo. ibi, Abiathar quoque ſacer-
247 doti dixit rex, &c. Et † quòd coniunx diues vel pauper, ſtatur opinioni vulgi, ſecundum Bart.in l.ſi conſtante.ff.ſolu.matrimo.Sed verius eſt illud relinqui arbitrio iudices,non tamen dicitur vxor pauper vt diuiti marito ſuccedere poſſit,quæ patrem habet diuitẽ: quia licet ſine dote maritata, attamẽ dotẽ à patre petere poterit, vel ei ſuccedere,ſaltẽ in legitima,ſecundũ Rapha.Cuma.in l.in ſuis. ff.de liberis & poſthumis.& conſilio ccvj.incipiẽte,duo fratres.
248 Pariter † dici non poteſt maritus inopia laborare, qui patrẽ habet diuitẽ, & ſi dos aut legitima ei ſufficiat ſatis eſt diues, vel ſaltẽ dicitur inopia nõ laborare,vt plenè per omnes in dicta authẽ.præterea.Et intelligatis vxorẽ pauperem diuiti marito ſucce de

re in

BIU Cujas

re in quarta parte,& ecõtrà,vbi tota ſucceſſio coniugis prædefuncti valorem non excedit librarum auri quadringentorum. Quia ſi dictum valorem excederet, poſito quòd ad cẽtum mille auri libras ſucceſſio illa aſcenderet,coniunx pauper ſuperſtes non ſuccederet, niſi in centum libris auri, vt dicto §. quoniam
249 verò. in authentico,de exhibendis reis. † Septima regula ſeu cõcluſio eſt, q̃ ſi marito locupleti prædefuncto ſuperſint liberi ex alia vxore tres,vel pauciores,vxor pauper ei ſuccedit in quarta parte:ſi autem plures eſſent,ei pro numero perſonarũ in virili portione ſuccederet,ita quòd ſi ſint quinque ſuccederet ipſa in ſexta parte, vt in authẽtico, vt liceat matri & auiæ.§. quia verò. niſi portio illa valorem excederet centum librarum auri, quo caſu agere ſolùm poſſet ad illas centum libras:nec in hoc dictus §. quoniam verò eſt correctus,per dictum §.quia verò.qui hanc exorbitantem ſucceſſionem potius reſtringit,quàm ampliare velit,ſecundum Ange.in §.hoc loco. Inſti.
250 de ſucceſſio. cogna. Octaua † concluſio eſt, quòd vbi ſuperſtites filij ſunt communes, ſcilicet ex eadẽ vxore,q̃ nũc ſuccedere petit, talis vxor nõ ſuccedit, vt hæres viro ſuo in aliqua parte, ſed ſolũ agere poteſt,& petere vſumfructum quartæ partis bonorũ mariti prædefuncti, ſi tres ſunt filij vel pauciores, aut vſumfructũ virilis partis, ſi ſint plures, vt dicto §.quia verò. dum tamẽ vſusfructus valorem non excedat centum librarum auri,vel eius æſtimationem, vt ibi. Et idem eſſet ſi vxor concurreret cum nepotibus ex filio communi præmortuo, vel cum aſcendentibus parentibus mariti quondam ſui, ſecundum
251 gloſ. & docto. in dicta authenti. præterea. † Nona concluſio eſt, quòd illud quod dictum fuit, & deciſum in vxore paupere & ſine dote, vt ſcilicet ſuccedat marito forma & modo prædictis,etiã habet locũ econtrà in marito in ope, & donatione propter nuptias carente, qui vxori diuiti præmortuæ, quæ nullam ei dotem dederat,ſuccedit eodem modo,ſecundum omnes. Quia vir, & vxor ſe habẽt correlatiuè & correlatiuorum eadem eſt diſciplina.l. final. C.de indicta viduitate. Cùm ergo cõcubina non ſit vxor, imò multum diſtat ab vxore,quo ſaltem ad dignitatem & honorem, vt dixi ſuprà in ſecundo ſucceſſionum articulo in principio. certà caret his omnibus priuilegiis, ita quòd non habet in bonis amaſij ſui mobilibus vel acquæſtis communionem, aut ab inteſtato,deficiente parentela,ſucceſsionem, vt ibi dixi in fine. Quia cùm eorum ſocietas ſeu potius factio ſit turpis,nõ poteſt dici amica, nec ſocia,ſecundum glo.ij.per illum text.in l.Maſurius. ff.de verborum ſignifi. Licet enim ſint ſocij humanæ domus, non tamẽ diuinæ,cùm omnis coitus præter coniugalem ſit peccatum mortale.clemen.ad noſtrũ. de hæreti.Ideo cùm non ſit legitimus,nõ poteſt inter eos legitimã parere ſucceſsionem,quia ſunt inter ſe inuicem vnus alteri,& apud alios turpes perſonæ, vt ibi
252 dixi in fine illius ſecundi articuli. Nec † poſſet hæres in teſtamento per amaſium inſtitui,tanquam turpis perſona,in præiudiciũ fratris,vt ibi dicitur.Nam exiſtentes in concubinatu dicuntur luxuriosè viuere,ſecundum Baldum in cap.lator.de re iudicata. & ſic concubina gaudere non debet priuilegio vxoris, quæ dicitur caſtè viuere. de quo plenè Pet.de Anch. in cap.ea quæ fiunt à iudice,de reg.iuris. libro vj. & conſi,lxxxviij. & tetigi ſuprà in ſecunda cõcluſio.Et cum his expedita remanet gloſ.noſtra hîc, in verbo,
253 tam tertia.Decima † concluſio eſt, q̃ deficientibus parentela,& cõiuge,collegiũ artis in qua defunctus verſabatur,ei ab inteſt.ſuccedit, vt d.l.j.& ſeq. C.de hær.decu.adeò q̃ſi mercator ſine hærede deceſſerit, cæteri ſuccedũt ei, ſcilicet in bonis,quę habet ibi,nõ tamẽ in aliis,arg.l.diuus Cõmodus. ff.de iure fiſci.ſe-
254 cundum Bal.in l.ij. in fin.C.de conſtit.pec.Et † magiſtratus ſuis ſuccedit officialibus.l.fin.C.de appari. præfectorũ prẽto.lib.xij.Præterquam in liberalitate imperiali,in qua ante collegiũ artis, vel quodcũque aliud corpus præfertur, & ſuccedit collega ſeu ſocius qui in eadẽ liberalitate poſt parẽtes defuncti ſocij, & coniugẽ vocatur immediatè, vt d. l. j. C. ſi impe. rialis liberiali.ſocius ſine hærede deceſſerit. lib.x.fiſco in prędictis caſibus excluſo,q̃ quẽ text.dicit Bal. in ca.j.de duob.fratri.à capita. inueſti.q̃ in feudo ab imperatõre vel rege cõceſſo, locum habet ius accrescendi,etiã poſt ius quęſitum in re,vbi aliàs ceſſaret, præſertim in contractibus, tãmen hoc caſu locũ habet,adeò quòd ſi feudo duobus cõceſſo vnus cõmitteret feloniam,ſua portio accreſceret cõuaſallo,per illã legem;ſecùs in alio cõſorte,ſeu ſocio alterius liberalitatis, quàm imperialis. Vnde ſi duobus res eadẽ ab alio in feudũ data ſit,aut emphyteuſim, portio vnius mortui ſine liberis nõ accreſcit ſocio, ſed domino, qui cõceſsit.ca.j.de fratribus de nouo benefi. inueſti.videatis Maſuerũ titulo de feud.§. itẽ ſi duo. Et in defectu omnium prædictorum ſuccedit collegium,vt vidiſtis in quibuſcunq; bonis excluſo fiſco.
255 Quod † fortè nõ ſeruaretur in præſenti regno Frãciæ,vbi rex omnia,& quæcunque bona vacantia occupat per Ambanam,ſecundum glo.pragmaticæ.ſuper verbo,liberiùs.titulo de collatio. §. ſequũtur.de qua lege Ambana, ſeu Albana dicam infrà circa finem. Et ſic videtur ceſſare, & locũ in eodem regno non habere titu.de hæredi. decurio. & ſimiles. Pa-
256 riter † fiſcus excluditur in bonis filiorum apud hoſpitale expoſitorũ,in quibus bonis, licet vacantibus ſuccedit hoſpitale,& non fiſcus, ſecundum Baldum in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi.cùm quolibet collegium excludat ipſum, non iure hoſpitalitatis, per tex.& gloſſ.in dicta l.nutritoribus.C.communia de ſucceſ. ſed iure collegialis ſocietatis. Ideo nutritores,& tutores ſuis nõ ſuccedũt alumnis ab inteſtato, nec pupillis,vt dicta l.nutritoribus.& l.fin. C.de infantibus expoſitis. vbi dicitur, quòd etiam in teſtamẽto,etiam in fauore extraneorum facto præteriti ipſum impugnare nõ poſſunt, & minùs ab inteſtato ſuccedere. Quicquid voluerit glo.in l.quò tutela.ff. de reg.iuris.Nec cõuertitur regula volens,quòd vbi eſt emolumẽtum ſucceſſionis,onus tutelæ collocari debeat,Inſtit. de legitima patro. tute. vt ſcilicet vbi eſt tutela,etiã ſucceſſio deferatur: quia non ſequitur propter diſparitatem rationis.Niſi eſſet tutor legitimus velut proximior agnatus: quia ei tunc deferretur ſucceſſio nõ ratione tutelæ, ſed ratione proximitatis & ſanguinis, vt plenè per Bar.in dicta l.quo tu-
257 tela. Pari † modo fiſcus à ſucceſſione excluditur peregrinorum ab inteſtato ſine parẽtibus defunctorum.in auth.omnes peregrini.C.cõmunia de ſucceſ. vbi per epiſcopũ loci bona debẽt piislocis erogari, quod intelligitur de bonis mobilibus,quæ ſecũ portant,ſecundũ Bald. ibi. Quoniam ſi parentes haberent,illis bona reſeruarẽtur, & darẽtur. vt ibi, quod Indi optimè ſeruat,de quo Diodorus Siculꝰ, lib. iij. cap.x.leges eorũ referẽs. Sunt,inquit,& apud Indos ſtatuti principes, qui iniurias ab aduenis prohibeãt, ſi qui eorum infirmentur,conductis medicis curant,

BIU Cujas

defunctósque sepeliunt, eorum pecunia proximiori-
258 bus tradita. Hæc ille. †Vndecima & vltima conclusio in hoc quarto articulo ad totam materiam, &
259 omnia quatuor capita succedẽdi cõmunis est, † ꝙ in successione furiosi aut demẽtis mortui, fiscus nedum excluditur, imò etiã proprius filius, & faciliùs quicunque alius parens, etiam vxor, maritus, & quicunque alius cuiuscunq; capitis legitimus successor, per illum, licet extraneum ac penitus incognitũ, qui talem furiosum, aut dementem in vita sua rexit, curauit, & aluit, in negligentia prædictorũ ei iure sanguinis, vel aliàs succedere debentium, vt in Authen. liberi. C. de episc. audien. Quæ iuri conueniunt diuino, Lucæ x. vbi Christus iudex verissimus ac sapientia diuina, Samaritanũ alienigenam illum, qui eum à terra subleuauit in via à latronibus vulneratum, à suis leuita & sacerdote pretercũtibus despectum, & impiè derelictum, super asino posuit, deinde iacentẽ 263 In †his profectò captiuis redimendis multa fauore religionis seu redimẽtis singularia reperiũtur. Primò bona restitutioni subiecta potest quis dare, aut vendere pro sua, vel filiorũ redemptione. Sicut vendi possunt pro filiabus maritandis. l. fina. cum auth. res quæ. C. cõmunia de legatis. & (quod plus est,) res sacræ & cætera ornamenta ecclesię, iustitu. de rerum diuisi. §. sacræ quoque res. & l. sancimus. C. de sacrosanctis eccle. vbi ponitur ratio. Et † pariter vendi
264 hæc possunt ꝓ necessitate famis, cui aliter remediari non possit: quia qui pauperes & famelicos pascit, satis eos à captiuitate & mortis periculo redimit, qđ fieri potest de rebus etiam Deo dedicatis, & cõsecratis. Prout fecit Clodoueus Francorũ rex Dagoberti regis. De quo infrà habetur, dũ loquitur de venatione, in qua reperit corpora sanctorum Dionysij
265 & consortum.] filius, † qui tectum cœnobij martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, quod dictus eius genitor (vt infrà dicetur) argẽteum fecerat, vẽdi fecit, & laudatus fuit. de quo Gaguinus libro tertio. capit. quarto. Clodoueus, inquit, cùm rempublicã solus moderari cœpisset, quarto regni sui anno, tanta annonæ caritas fuit, vt fame, atque inedia populus absq; modo deperiret, cui malo rex occurrẽs, tectum quod argenteum erat à templo martyrum auferri, & per loci abbatem Agalphum indigẽtibus & peregrinis, sine vlla prętij diminutione distribuere iubet. Hæc ille. De quo dicere possumus, quod de Senatu Romano ornamenta templorum constante dicit Valerius, [Vide sequenti articulo dum decidit, an clerici & nobiles teneantur ad excubias.] libro vi j. cap. vj. titulo de necessitate. Non, inquit, patrum conscriptorum voluntas, sed teterrimæ necessitatis casus, illi consulto stylum suum impresit,
266 sicut huic regi contingit. Secundum † singulare ☞ Vide plenè infrà super verbo, *in eodem testamento relinquens*. primo. vigesimasecunda limitatione.] in captiuorum redemptione est, quòd ille qui dominus nõ est donare potest, & distribuere rem domini pro ipsum redimẽdo à captiuitate, ita quòd cogitur dominus habere ratum & gratum. per textum notaquem ibi glossa summè extollit, in Authent. vt cùm de appellatio. cogn. facit text. vbi Bartolus & Bald. in dicta Authentica, si captiui. & in l. si pater. in fi. ff. de donationibus. quòd sequitur Antonius de Belenzinis in additionibus ad Panormitanum in capitulo primo, de appellationibus. & consuluit Paulus consilio cccxxxiiij. incipiẽte, viso puncto. Adeo quòd
267 not. dicit Barto. in l. Stichus. ff. de pecu. leg. † quòd potest quis inuitũ pecunia redimere à pœna capitis vel men-

ti regis. ☞

in stabulo hospiti commendauit, & pro rebus ei necessariis charitatiuè respondit, verum iudicauit illius esse proximum, & iura proximitatis lucratum. Licet enim consanguinei parentes existant, tamen sanguis ille mortuus in eis est, spiritu carens, & effectu sanguinis & parentelæ, qui est amor, dilectio, & totalis ordo charitatis, sine quibus parentela dicitur mortua, velut pulsu carens & anima: nec talis verus esse homo iudicatur, cùm nemo carnem suam odio habuerit vnquam. xiij. quæst. secunda. can. non æstimemus. facit l. ij ff. de recepta. Ideo non vera est, sed Sophistica in talibus belluis parẽtela, qui commodũ succedẽdi desiderant, onus verò recusant, cùm scire debeant, quòd vbi est successionis emolumentũ, ibi debet onus curæ & tutelæ collocari, vt dicto §. primo. Instit. de legiti. patro. tutela. & l. diuus. vbi casus noster. ff. de officio præsi. Vnde destitutus charitate & sic sanguine viuo erga parentes, destitutus manebit eorum successione, cùm parens non dicatur nec proximus: quia censetur mortuus, qui opera proximitatis nõ exercet. Sicut fides sine operibus mortua dicitur. Ideo talis tanquã præmortuus, aut pœna capitali damnatus succedere nõ potest. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Sed extraneus, qui curam illius gessit velut proximior eũ excludit, vt dicta Authen. liberi. Quia secundũ Augustinum in libro de doctrina Christiana: propinquitas generis non facit proximum, sed opus misericordiæ impensum. Similiter dicit Ambrosius: Cognatio nõ facit proximum, sed misericordia. prout in dicto Euãgelio Christus patenter edixit, omnem esse illi pro-
260 ximum qui misericordiam facit. Et † eadem ratione priuaretur successione etiam filius, qui parentem captiuum redimere neglexisset: quia tunc bona illius in captiuitate defuncti applicantur ecclesiæ in captiuorum redemptionẽ conuertẽda, omnibus suis & fisco exclusis. C. de episc. & cleri. authẽ. si captiui. nisi ipsimet captiui aliter disposuissent testamento,
261 vel alia voluntate. Cum † hodie disponere possint: quia licet capti ab hostibus efficiantur serui, & mancipia capientium, & consequenter sint intestabiles, Instit. de iure person. §. serui. tamẽ hodie inter Christianos ex generali consuetudine talia iura captiuitatis non seruantur, nec sunt in vsu, quo ad personas captorum in bello, sed tantùm quo ad res, quæ iure gentium efficiũtur capientium, si mobiles sint: quia immobiles sunt principis, qui victor in bello fuit, & hostes armis victricibus fudit. l. si captiuus. §. fina. ff.
262 de capti. & postlimi. reuersis. Neque † capti ab hostibus fiunt serui. secundum Bart. in l. hostes. in fine. ff. de capti. quem sequitur Panorm. in cap. j. de conuersio. infidelium. & in cap. sicut. de iureiuran. Ioan. Fab. & Ange. in §. ius gentium. Instit. de iure naturali. & in §. item ea. Instit. de rerum diuisione. Et talis consuetudo seruanda est. l. postliminium. ff. de capti. secundum Bart. & Panorm. vbi ẽ. Bald. & Ang. in §. si ab hostibus. Insti. quibus modis ius patriæ potestatis sol. & idem Bald. in repeti. l. j. in xij. quæsti. C. de summa trin. & ita seruatur in Francia, vbi capientes à captis ransonem tantùm recipiunt, tamen dicit Ioã. Fab. in d. §. si ab hostibus. quòd melius foret captos ab hostibus esse seruos, ne fortè hostes faciant eos contrahere, & aliàs disponere, & testari in sui fauorem, quæ ratio satis videtur fragilis, per text. in l. qui in carcerem. ff. quod metus causa. quo talibus incarceratis faciliter succurritur contra detentores.

BIU Cujas

vel membri, vbi fuerat cõdemnatus, niſi certã ſummam ſolueret infra tempus, etiam ſi condemnatus membrum perdere mallet, quàm ſoluere pecuniam condemnationis, vt faciunt illi de monte Ferrando in Aruernia, qui mallent perdere oculũ, quàm florenum, ſecundũ Ioã. Fab. in §. item lex Cornelia. Inſtitu. de iniuriis. Nam redimens pecuniam ſolutam recuperabit de bonis redempti, licet nolentis, qui factum redemptoris cogitur habere ratũ velit aut nolit, tanquam vtiliter geſtum, vt dicit Bart. in d. l. Sti-
268 chus. † Tertium ſingulare eſt, quòd ſtatutum, vel conſuetudo prohibens minorẽ contrahere ſine certa ſolennitate, locum non habet, vbi minor contraheret ſe liberãdo à captiuitate, ſecundũ Ludo. Roma conſilio cccxvj. Præterea iura loquentia de redemptione captiuorum, intelliguntur, & locum habent etiã in captiuis pro maleficio, ſecũdum glo. in ☞ cano. & ſacrorum. xij. quæſt. ij. quam ſequuntur Bal. Imo. Alexand. & Iaſon in l. quanuis. cum l. ſequen. ff. ſolu. matrimo. Quos ſi liberi ſui non redimant, quatenus in eis eſt, eorum ſucceſſione priuantur, ſeu ab ea excluduntur, quod eſt notandum, vt plenè Alexan. & Iaſ. in dicta authen. res, quæ. C. communia de lega. Quod eſt verum etiam ſi in vita parens captus non fuerit, nec impetitus pro crimine, ſed cõſtat de illo poſt mortem: quoniam hoc caſu etiam ſi hæres ſatisfaciendo pro crimine defuncti animam ipſius non redimat, poſito etiam quòd parens moriendo non conqueſtus fuerit, nec aliquid dixerit, nec conſcientiam de maleficio fecerit, priuabitur hæres ſucceſsione, niſi damnum emendet, ſecundum Ioan. Fab. in §. pœnales. Inſtitu. de perpetuis & tẽporalibus actio. quod eſt not. pro extenſione cap. fi. de ſepultur. & capi. in literis. de rapto. Et ita dicit vidiſſe ſeruari in parlamento Pariſiis, & ſeruari debere in aliis curiis ſecularibus de æquitate canonica, quæ etiam in illis curiis præfertur rigori iuris ciuilis, qui in talibus conteſtationẽ requirebat cõtra defunctũ, vt d. §. pœnales. Vel ſaltem requirebat, quòd defunctus expreſſè conſcientiam feciſſet, & hæredem onerasſet, vt in Authen. hoc ampliùs. C. de fideicommiſ.
☞ & capi. ſi hæredes, [Vide quæ plenè habetur ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur.* ſecundo. in materia fideicommiſſorum particularium. & ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur.* primo. in duodecima limitatione. & melius ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore.* primo. loquendo de Sodomitis.] ſuprà eodẽ.
269 Quoties † enim de periculo animæ quæritur, canõ præfertur iuri ciuili, etiam in foro ſeculari, ſecundũ Bart. & Bald. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccle. & Panor. in cap. j. de noui operis nuntia. Tamẽ hoc caſu non tenebitur hæres conſcientiã ſui prædeceſſoris purgare, nec ꝑ ſuo ſatisfacere delicto, vltra vires hæreditarias, etiã ſi inuentarium non fecerit, nec iſto caſu locum habet l. fina. C. de iure deliberan. ſe-
☞ cundum Ioan. Fab. vbi ſuprà.] Vide ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore.* primo. loquendo de materia inuentarij conficiendi.] Et ratio decidendi Ioã. Fab. ſumi poteſt ex text. not. in l. iij. §. fin. cum ſequ. ff. de adimen. lega. vbi nedum pro ingratitudine facta contra viuentem reuocari poteſt legatum, ſed etiam ſi fiat eo defuncto talis, quam ſi ipſe viuẽs cogitaſſet, veriſimiliter legatum reuocaſſet, vel hæreditatem ademiſſet, prout feciſſet ſi ſciuiſſet ex defectu hærædis in carcere ſpirituali, & igne ac tormento ſe manſurum. Facit gloſſ. in l. ſororem. C. de his quibus vt indignis. & in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſ. & ibi Doctores. Prætereà ſi hæres nõ vindicando necem corporalem teſtatoris, aut alterius prædeceſſoris, priuatur hæreditate, multò iuſtius ſi non redimat eius animã, quæ corpore eſt pretioſior. Non ergo mirum, ſi in manibus plurium hæredum bona, & ſucceſsiones eis delatæ pereant breui tempore, prout dietim videmus: quia ſciẽter animas defunctorũ non liberãt, nec pro eis ſatisfacere curant.
270 † Supereſt nunc quintus & vltimus articulus decidendus, videlicet de fiſco, vltimo loco, & in ſubſidium, in aliorum omnium defectum ſuccedente, qui poſt omnes parentes, deſcendẽtes, & aſcendentes in infinitum, ac collaterales in decimum gradum necnon coniugem, & alios cæteros ſupradictos, ad ſucceſſionem vocatur inteſtati, qui nullo modo de bonis, & hæreditate ſuis diſpoſuit: cuius bona omni ☞ deficiente parentela. [Aliquando ex conſuetudine præfertur aliquibus parentibus, vt habetur ſuprà in primo præludio, vbi recitatur cõſuetudo Aruerniæ] ac ſucceſſore reperiuntur vacantia, ob defectũ legitimorũ hęredũ, in quibus bonis fiſcus ſuccedit velut hæres ſubſidiarius. Debetur enim talis vacans ſucceſſio vniuerſali patriæ & reipublicę, cuius caput eſt rex, & princeps, cui pertinet bonorum communium diſpoſitio & adminiſtratio. Vnde omnia hæc fiſco ſuo, & theſauro applicãtur pro neceſsitatibus patriæ ſupportandis. Et hoc quodã voto ipſiuſmet defuncti, qui patriam & rem illius publicam velut illi coniunctus fingitur, & præſumitur dilexiſſe quadam naturali charitate inſita inter eos: quam multi propriis liberis prætulerunt & parentibus, cùm perdita patria ſingulorum bona ruant in abyſſum, & ſic non immeritò antiqua prudentia patriam poſt Deum, & parentes in particularium affectione, & cõſideratione ſituauit. l. ij. ff. de iuſtitia & iure. de qua Valerius libro quinto, capit. vj. titu. de pietate erga patriam in eius laudem ſic dicit: Arctiſsimis ſanguinis vinculis pietas ſatisfecit, reſtat nunc vt patriæ & reipublicæ exhibeatur: cuius maieſtati etiam illa, quæ Deorum numinibus æquatur, authoritas parentum vires ſuas ſubiecit. Fraterna quoque charitas æquo animo ac libenter cedit, ſumma quidẽ cum ratione: quia euerſa domo, interdum reipublicę ſtatus manere poteſt. Vrbis ruina penates omnes ſecũ trahat neceſſe eſt. Verum quid attinet verbis iſta complecti? quorum tãta vis eſt, vt aliqui ſalutis ſuę impẽdio teſtati ſunt. Hęc ille. Deficiente ergo parentela, & aliis de quibus ſuprà, ſuccedit fiſcus, qui perſonæ ſuccedit & bonis, ac ſi in teſtamento hęres inſtitutus, aut vt parens ab inteſtato vocatus fuiſſet, ita quòd in eum omnia tranſeunt actiuè & paſsiuè defuncti iura & actiones: & pariter remedium coactionis adeundæ hæreditatis, quod in eum intentari & exerceri poteſt, in quem ſunt bona delata tanquam vacantia, quæ fideicommiſſo ſubiacebant. l. quia poterat. §. ſi de fiſco. ff. ad Trebellionem. Nam ante aditam, ſeu agnitam hęreditatem vacantem, non eſt fiſco ius quæſitum, per textum in l. quarta. §. eadem conſtitutio. & §. quòd ſi ita. ff. de fideicommiſ. libert. & tenet Bartol. in l. ſicut §. in decurionibus. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. poſt Dynum in l. prima. §. an bona. ff. de iure fiſci. Licet aliqui per illum textum voluiſſent, ipſo iure hæreditatem transferri in eum, quod non eſt verum. Et pariter trãlit in eum inſtantia iudicij, ſi qua fuerat cõtra, vel per defunctum inchoata, ſicut tranſiret in alium quemcunque hæredem. l. ſecunda. C. ad legem Iuliam de vi publica.

quia quæcunque iura, quæ intra limites terrę alicuius principis, aut domini temporalis sunt sita, cẽsentur ẽsse de sua iurisdictione, vt superius vidistis. Et etiã omnia vacantia siue erema ei pertinent, saltẽ si ita permanserant sine possessore spatio triginta annorum. secundum Specu. titu. de iurisdicti. omnium iudi. §. primo. circa princip. Et ita dicit seruari Masuerus tit. de iudic. §. item omnia. Similiter domino & principi pertinent omnia olim possessa, & nunc vacantia propter defectum heredum, dum tamen a-
271 gatur de successione laicorum vacante. † quia si de successione clericorum vacante ageretur, non fisco Cæsaris, sed ecclesiæ pertineret, secũdum Rotam in antiquis decisione dcccclxv. incipiente, Mortuo Titio. Prouiso tamen, quòd probetur defunctum tem-
272 pore mortis fuisse clericũ: † quia ecclesia hoc casu clericatum allegans, tenetur illũ clarè & plenè probare, cùm sit fundamentũ intentionis suæ, nec sufficeret defunctum illum fuisse, & esse tempore mortis suæ in possessiõe clericatus, vt ibi deciditur. Or licet quo ad forum sortiendum probare sufficiat possessionem clericatus, cap. si iudex laicus. de sentẽtia excommunica. libro sexto. Non tamen sufficit vbi aliquid petitur clerico, vel de clerico adiudicari, vt in casu nostro, vbi ecclesia petit sibi hæreditatẽ clerici ad causam clericatus adiudicari. Sicut si clericus electus peteret electionẽ cõfirmari, vel aliquod peteret beneficium tanquã suum, aut sibi debitum adiudicari. Quibus casibus necesse est clericatũ, & de clericatu plenè docere secundum Bal. & Panormit. in cap. dudum. l. j. de election. Ioan. And. in mercuriali. in cap. non licet. de regulis iuris, libro vj. Dominicum in dicto cap. si iudex laicus. & Zabarel. in clemen. constitutionem. sexta quæstio. de elect. Nescio tamen si õfficiarij regij in præsenti regno ecclesiam succedere permitterẽt clerico in bonis temporalibus immobilibus vacãtibus, per ea quæ plenè vidistis suprà in primo primi articuli mẽbro in secun-
☞ da decisione. & quòd aliàs fuit arresto Parisiis [De quo meminit dominus Aufreri. in suo tractatu arrestorum cap. clxix.] decisum, quòd ecclesia non est recipienda ad proponendum, quòd sit capax capere sine inuentario bona clericorum decedentium sine hærede & executoribus, quasi per inuẽtarium apparere possit cuius naturæ sint bona mobilia, vel immobilia. Et pariter dubitatur cui fisco bona vacãtia, vel alio modo confiscata applicẽtur, an fisco originis, vel domicilij, aut loci vbi res sitæ sunt, vel locorũ, si in diuersis locis defunctus bona habebat, videatis per Bart. & Doct. in l. j. C. de sum. trin. Ioan. And. Dominicũ Philip. in cap. cùm secundum leges. de
273 hæret. libro vj. † Sed quicunque sit ille fiscus, qui in bonis succedit vacãtibus, certè succedit vniuersaliter personæ & bonis, præterquam in regnis, vt dixi tertio præludio. in fi. Vbi autem fiscus succederet ex
274 dispositione legis non vt hæres: † sed quia bona omnia publicantur, & cõfiscantur propter delictum, prout etiam hodie confiscãtur in præsenti regno ex illius consuetudine: Imò sunt ipso iure confiscata, quoties eorum dominus ad mortem damnatus, nedum pro crimine priuilegiato, putà læsæ maiestatis, hæresis, aut falsæ monetæ, sed etiam pro quocunque crimine communi, ex quo mors, aut membri muti-
275 latio infligitur, † vel reus perpetuò bãnitur, quia fit confiscatio eo modo, quo iure antiquo fiebat. l. prima. & l. fina. ff. de bon. damna. ita quòd locũ non habet in regno isto ius nouum, nec auth. bona damnatorum. C. de bon. damn. secundum Masuerum, tit. de de oblig. & renuntia. §. j. circa fin. ibi, idem in bannito. & §. item aliqui cõsiliarij. & clariùs in titulo de
☞ pœnis. §. itẽ in casibus. [Hîc videtis quòd licet dominia sint de iure gentiũ, tamẽ in fiscum trãsferuntur propter delictum, ita quòd naturalia vincula potestate cõfiscationis in fiscum trãseunt, qui habetur pro hærede, licet hæres propriè non sit. l. quoties. & l. nouatio. ff. de nouatio. secundũ Bald. in l. tam mandatori. C. de nõ nume. pecu. Licet tamẽ eo ipso, quo quis pro crimine dãnatur, bona censeãtur confiscata: tamen apprehendi nõ possunt realiter, nisi prius facta declaratione per iudicẽ cõpetentem, nec alteri cõcedi possunt de iure cõmuni, nec secũdũ regias ordinationes, vt habetur infrà postquàm loquimur de cupiditate Gallorum. Imò facta declaratione nõ possũt alteri cõcedi, nisi proprio motu regis. l. ij. C. de peti. bon. subla. lib. x.] Plus dicit Bald. in l. eius. §
276 si cui. ff. eodem tit. de testa. † & Authen. bona damnatorũ. C. de bo. proscript. locũ nõ habet in deportatis, aut bãnitis eis æquiparatis, vt bona eorũ reseruentur liberis & parentibus, sed pertinẽt fisco etiã de iure cõmuni, nisi essent ad mortem damnati, vt in dicta auth. Quoties ergo bona ex delicto confiscarentur, vbi fit ipso iure confiscatio, fiscus eo ipso fit bonorum etiam ante declarationem dominus, adeo quòd delinquens bonis suis ipso iure priuatus, talia bona ante declarationem confiscationis retinẽs, & fructus sibi appropriãs nõ est tutus in foro cõscientiæ, quin teneatur ad restitutionẽ. Quòd secùs esset, vbi bona confiscarentur per sentẽtiam, & esset opus ministerio iudicis: quia tunc confiscatio non sortiretur effectum, donec fiscus eam acceptaret, vt plenè per Felinum in cap. Rodulphus. versi. limita ter-
277 tiò respectu fructuũ cum seq. de rescrip. † Sed quomodocunq; fiscus succedat ipso iure vel per sententiã, tũc fiscus diceretur potius succedere bonis, quã personæ, ideo ex sententia confiscationis bonorum non oritur aliqua obligatio, secundum Bald. in l. ex hoc iure. vlti. col. versi. quintò quæritur. ff. de iusti. & iure, p l. tutelas. §. si libertate. ff. de cap. diminut. Nec fiscus representaret hoc casu personam defuncti, & cõsequenter instãtia iudicij incœpta cum defuncto nõ trãsiret in eũ. i. si cõstante. §. fi. ff. sol. mat. vbi Bar. & Panor. ac cæteri in c. quia G. de iudi. licet actiões
☞ pportione confiscata transeant in eũ, vt d. l. ij. C. ad legem Iul. de vi publi. [Tamẽ querela inoff. testa. vel nullitatis propter filij præteritionẽ, cuius bona fuere confiscata, non trãsit in fiscũ, secundũ Bal. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.]
278 Nec † venirẽt in confiscationẽ dos vxoris, nec donata propter nuptias. c. puenit. de emp. & ven. Nec bona ppria ipsi' vxoris, nec iocalia ei donata: quinimo manu iniecta posset illa rapere, & sibi occultare, ne à fisco occupẽtur. l. si posthac. vbi An. pulchrè loquitur. C. de sen. pass. & restit. facit tex. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. Nec etiam bona futura.
☞ [Ideo in illis cõtrahere potest: sed non testari. l. ij. C. de bo. proscrip. iuncta gl. ibi, vt plenè habetur super verbo, *Mortuo itaque test.* j.] veniunt in confiscatione, sed tantùm bona præsentia, quæ habebat delinquens tempore confiscationis. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. vbi Bal. hoc tenet, per tex. in d. l. eius. §. j. ibi, bona quoq; quæ tũc habuit cùm dam
☞ naretur, publicabuntur. ff. de testa. [Et sic per illæ tex. dicitur, ꝙ in materia delicti locum non habet l. fi. ff. de consti. prin. quia hic beneficiũ principis latissimè

BIU Cujas

tiſſimè non interpretatur, vt bona futura cõprehendat, ſecundum Barba. in cap.cùm dilecti.de donat.]

279 Vnde † banniti & deportati inuicem æquiparati, poſt bannum contrahere poſſunt, & bona acquirere & in iudicio agere ex contractibus iuriſgentium, & acquiſita erunt eis propria, à quibus auferri nõ poſſunt per fiſcũ, vt dicto §.is cuius. Sed illis mortuis, fiſcus talia bona poſt bannũ acquiſita occupabit tanquàm vacãtia, vt ſingulariter decidit Bal.in d.l.eius, qui.§.ſi cui.in prin.ff.hoc tit. Et in tali confiſcatione veniunt bona immobilia, quæ illius domini fiſco applicãtur, in cuius territorio ſunt ſita, & à quo depẽdent, ſi ibi dominus totalem habeat iuriſdictionem, ſecũdum omnes in l. ſi finita.§. ſi de vectigalibus.ff. de dam.infec. Et nedum tali domino pertinebũt bona immobilia in eius territorio ſita, ſed etiam mobilia, quæ ibi reperiũtur. Et ſi in diuerſis territoriis haberet, illi applicarentur vbi delinquentẽ illa habere reperiretur, etiam mobilia, per tex.ſing.quem ibi ſuper verbo, populo publicentur. ponderat Bal. in c.j. de pace tenenda. Si autẽ dominus ibi iuriſdictionem non haberet, ſed rex & imperator, tunc fiſco regis tã immobilia, quàm mobilia pertinerent, quæ vendere tenetur, ne domino directo præiudicetur, vt j. dice-

280 tur. † Præterea in confiſcatione bonorum preſentium venit etiam, & comprehenditur ac fiſco pertinebit iuſpatronatus, quod ei pertinebat cuius bona fuerunt confiſcata, ſecũdum Pano.in c.cùm laici.& c.nobis.de iurepat. Et ſic cõfiſcatio nõ extẽditur ad bona quęſita poſt ſententiã confiſcationis. l.furti.§. j.ff.de his qui not. infa. vbi hoc tenent Dyn. & Fran. Are.facit text.in l. ſi in metallũ. ff.de his quæ pro nõ ſcriptis habẽtur. tamen in eis parẽtes non ſuccedũt,

281 vt dixi. † Pariter iura conditionalia non veniunt in confiſcationem bonorum, ſi tempore condemnationis conditio non extiterat, ſecũdum Gul.de Cug. in l.ſi qua pœna.per illum tex. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.vbi ſi filius, viuẽte patre, fuerit condemnatus, & bona cõfiſcata, deinde pater moriatur inteſtatus, nõ poterit aliquid petere fiſcus de bonis condẽnati paternis, ad quæ peruenisſet ipſe, ſi dãnatus non fuiſſet, nec habetur hoc caſu fiſcus loco filij, cũ eius ☞ perſonæ non ſucceſſerit, ſed bonis tantùm. Præterea à tempore confiſcationis bona paterna filio purè non pertinebãt, ſed ſub conditione, ſi pater præmoreretur, prout non fecit. Et bona conditionalia ad fiſcũ non trãſeunt, cùm de præſenti nõ cõpeteret damnato tẽpore ſentẽtiæ. Imò per confiſcationẽ abſorbentur, & extinguuntur. l.quoties.in fin.vbi glo.& Imo. ff.de nouat.glo. & Bar.in l.non ad ea ff.de condit.& demonſt. Bald.& Sali.in l.j. C.de hæred. inſti.& idẽ Bal.in l.i.j.C.ad leg.Falc. Ideo in confiſcatione non venit ſubſtitutio in futurum cõpetitura dãnato. l. ex ☞ facto.§.fi.vbi Bal.& doct.ff.de vulg.& pupil. [De quo j. ſuper verb. *ſi abſque liberis moreretur.* ij. in ma-

282 teria ſubſti.pupil.prope fin.] Vnde † cùm ius adeũdi hęreditatẽ nõ ſit in bonis hæredis inſtituti, ſecundum Bal.in §.iniuria.de pace iura.firmã. nõ venit in confiſcationẽ, nec pariter actio injuriarũ. Ex quo di-

283 cit ſingulariter Bal.in d.l.ſi qua pœna.† quòd ſi filio præterito in teſtamẽto patris ſuccedat fiſcus ratione delicti, non poterit ex perſona filij, quam non repręſentat, dicere teſtamentum patris nullum. Facit glo. in l.fin. C. fami. erciſc. per quam dicit Bal. quòd filius ad mortẽ dãnatus, non poteſt ſuis patri & matri ſuccedere, ſed ipſo tanquã de medio ante ſentẽtiam ſublato, locus fit ſequẽti in gradu, per tex.vbi Bar.in d.l.ſi qua pœna.facit tex.in l.Gallus.§. & quid ſi tãtũ.ff.de libe. & poſth.& in l.ſi necẽ. §.ſi deportatus. ff.de bo.dam. Et intelligatis ſequentẽ in gradu tunc vocari ab inteſtato, niſi aliquis ſupereſſet, qui voluntatẽ expreſſam ab ipſis parẽtibus haberet, vt quia ſupereſſet donatarius, vel hęres teſtamẽtarius: qa præferretur cuicũque ab inteſtato veniẽti.l. Titia Seio. circa fi.ff.de leg.ij.& l.ſi filius. verſi.præſertim.ff.de vul.& pupil. Et fortiùs eſſet fiſco præferẽdus, per regulam, ſi vinco vincẽtem te, multò fortiùs vinco te.

284 † Tranſeunt tamẽ in fiſcum bona, quæ delinquẽs tempore cõfiſcationis habebat, vel tenebat, etiã in quibus alter ius habebat ad rẽ. Et ſic tranſcũt in cũ bona prius per cõfiſcatũ vendita nondum emptori tradita, per tex. ſingularẽ in l.ſi fundus quẽ mihi lo-

285 caueras.verſi.nã & ſi vendideris.ff.loca. Et † ſic fortius venit in confiſcationẽ legitima filiorum ipſius condẽnati: quia viuo patre eis non debetur, nec ius habẽt in ea, quãdiu pater viuit.c. cùm ſimus.de regu ☞ lari. [Meliùs ꝓbatur in l.j.§.ſi impuberi.ff.de coll. bono. Iaſ in l. generaliter. C.de ſacr.ſan.eccl.] Et ſi eis deberetꝰ hoc eſſet ſub cõditione, ſi pater præmor-

286 tuus ante cõfiſcationẽ fuiſſet. Sed † quia tẽpore cõfiſcationis vniuerſa bona patri pertinebat, certè omnia in confiſcatione bonorũ paternorũ veniũt filiis etiam legitima excluſis. Ideo cùm in præſenti regno ex ipſius generali cõſuetudine confiſcatã perſonam ſequatur cõfiſcatio bonorũ, quicquid dicatur in d. auth.bona.ſoliti ſunt iudices in ſentẽtiis capitalibus reſeruare liberis tertiam, aut quartam bonorũ patris condemnati partem, & ſi nihil reſeruatur, nihil filiis deberetur. Nam licet cõfiſcatione bonorũ paterno rũ iure veteri deduceretur legitima filiorũ. l. fin. ff. de bon.dam. Tamẽ in præſẽti regno nõ detrahitur, niſi in ſententia confiſcationis reſeruetur filiis: quia quo ad hoc crimina omnia ex cõſuetudine regni ſũt crimini læſæ maieſtatis adæquata, vt refert Maſuer' tit. de pœnis in fi. Poſſent tamẽ liberi ſine læſione conſciẽtiã ſi pauperes exiſtant, legitimã de bonis paternis condẽnati cautè & occultè rapere, nec tenerẽtur ad reſtitutionẽ in foro cõſciẽtiæ, ſecũdũ Gul.de ☞ mõte Laudu. in clemen. paſtoralis.de re iud. [De quo j. habetur ſuper verbo, *mortuo itaq; teſtatore.* j. loquẽdo de Sodomitis. Præterea filius in legitima dicitur in ea patris creditor, & pater eſt in ea filij debitor iure naturæ, ſecũdũ Bal.in l.quoties.C.de hære.inſt. ideo nõ peccat debitũ capiẽdo.] Facit quod decidit ☞ Bald. [De quo plenè habetur j. ſuper verbo, *ſi abſq; liberis moreretur.* j.in xij.limi.] in ç. j.§. iniuria.in tit.

287 de pace iura.firmã † quòd vbi epiſcopus malè ablatorum eſt diſtributor legitimus, ſicut vbi reſtitutio eſt incerta, põt de illis malè ablatis diſtribuere etiã liberis & parentibus raptorum, ſi pauperes & indi-

288 gẽtes exiſtant. Reſtat † ergo, quòd quoties fiſcus ſuccedit alicui titulo cõfiſcationis, nõ dicitur ſuccedere perſonæ. Ex quo videbatur fiſcũ nõ teneri, nec cõueniri poſſe ꝓ debitis condemnati, nec creditores audiri debita petẽtes, ꝓ tex.in l.ſi debitor. C.de ſen.paſ. & reſti. vbi facta ſemel cõfiſcatione, & per indulgẽtiã principis remiſſa, nõ reuiuiſcũt debita. Vnde fiſcus ex ſẽtẽtia cõfiſcationis ſuccedẽs, cũ perſonę nõ ſuccedat tãquã hæres, nõ tenetur inuentariũ facere, vt nõ teneat vltra valorẽ bonorũ. l.j. §. an bona. vbi ☞ Bar.hoc tenet.ff.de iu. fiſci. [De quo pleniùs habetur ſuper verbo, *mortuo itaq;* ij. loquendo de materia

289 inuẽtarij faciẽdi] † Attamẽ hoc nõ obſt. fiſcus teneretur creditoribꝰ, nõ ꝙ ſit hæres, & loco perſonæ, ideo

ideo non tenetur adire hereditatẽ, vt dicto §. an bona. vbi glo. & Barto. Sed tenebitur, quia habet bona quæ sola cũfiscatione facta sũt eo ipso sua, & illa tenet, vt dicta l. quoties. in fin. & l. nouatio. ff. de nouatio. & est text. in l. res quæ. §. res autẽ. vbi Bart. ff. de iure fisci. dicit hoc esse sũmariè decidendũ, per tex. in l. si quis posthac. C. de bon. proscrip. Tamen nõ tenebitur vltra valorem bonorum, vt dicto §. an bona. Et ita seruatur secundum Masuerũ, titu. de successio. §. j. in fine. ex quib. omnibus decidit Bal. post Petrum, in l. ex facto. la grãde. ff. de hæred. insti. prope fin. quòd si bona, quæ habet delinquẽs in diuersis territoriis, fuerint ꝑ eius delicto confiscata, & vnusquisque fiscus bona sui territorij occupauerit, nõ tenebitur quilibet fiscus æqualiter ad æs alienũ, sicut teneretur si hæredes essent, vt d. l. ex facto. sed quilibet tenebitur debita soluere in suo territorio, habita tãtùm consideratione sui territorij. & pariter credita confiscata exiget, quæ delinquenti debebantur, vt ibi singulariter deciditur. Et quòd illi fisci non dicantur hæredes. patet: quia inter se non habẽt ius accrescẽdi, vt dixi suprà in quarto præludio. Sed ad debita tenentur tanquam bona tenẽtes ipsius condemnati, & confiscati. Priùs quàm tamen fiscus tunc ab aliquo conueniatur creditore cõdemnati, debet ille creditor veniam petere, ac si filius patrem, aut libertus patronum conueniret, per gl. singularem super verbo, Iussione. in l. bene à Zenone. C. de quadriẽ. præscrip. & in hoc peccauit Seruius Galba, de quo infrà dicetur. Adeò quòd consuetum est in præsenti regno creditores via supplicationis regẽ adire, vel eius Cancellarium, per quam, seu literas regias mandatur iudici, qui bona cõfiscauit, quòd iustitiam creditoribus faciat, & fit, quia rex iustissimus nemini etiam contra se iustitiam denegat. Ex quo sequitur, quòd ille cui hæreditas aufertur tanquam ab indigno: quia non desinit ille ipso iure hæres esse, imò ei remanet nomen hæredis, quod sufficit ad conseruationem omnium aliorum, quę in testamento relicta sunt. Certè hoc non obstãte tenebitur fiscus ad omnia onera in testamento relicta, postquàm ad ipsũ transeunt bona. l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebel. & l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulgari & pupilla. Quibus iuribus conuenit ordinatio regia regis Philippi Pulchri facta Bituris die veneris ante cineres anno domini M. ccciiij. cuius tenor sequitur. Itẽ si cõtingat bona alicuius venire in commissum ratione alicuius maleficij, satisfiat vxori de dote, & aliis quę sibi debẽtur, & suis aliis creditoribus, si quos habet, prout fuerint priores tempore, & videbitur seneschallo cius, & celeriùs sine offensione iustitiæ. [Hæc ordinatio est hodie per dominum Aufreri. situata iij. & iiij. in tit. de libel. oblat.] Quæ quidem ordinatio antiquam imitatur ciuilem sapientiam, quæ officiariis in his mãdat prospicere debere securitati publicæ: dummodo nõ acerbos se exactores, nec cõtumelioſos se præbeãt: sed moderatos, & cũ efficacia benignos, & cum instãtia humanos: cùm inter insolertiam incuriosam & diligentiã non ambitiosam multũ intersit. l. si bene collatæ sunt. ff. de vsuris. (Additio) Quã ordinationem reperietis in lib. ordinationum regiarum cameræ inquæstarum parlamẽti Tolosæ fo. xl. verso. Et idẽ statuerat rex antedictus in mẽse Ianuarij, anno domini M. ccciij. de quo habetur fol eiusdem libri xxxvj. verso. incipiente, Item si bona. Vbi mandatur ius fieri tam vxori, quàm cęteris creditoribus sine libello & alio strepitu iudiciario constito de debito ꝑ testes, aut alia legitimr documẽta. Viceatis Ioan. Fab. in §. & ne huius. Insti. de
290 eo cui libert. causa bona adiiciũtur. Et † hoc modo olim diuinus ille totius manſuetudinis & æquitatis genitor Caius Iulius Cæsar, primus Romanorũ imperator, iustissimè ordinauerat in foro pro tribunali sedens: Seruio Galba ei temerariè confiscationem bonorum Cnei Pompeij magni Cæsaris generi eorúmque venditionem impreperante, & summã eidem Pompeio ante creditam repetente. Qui licet Galbam impudentẽ stolidè & temerariè loquentẽ à curia submouere potuisset, tamẽ summam debitã ex fisco solui iussit. In quo manſuetudinẽ sibi innatã, creditorem tolerando, & æs alienũ ex fisco solui iubẽdo, iustitiam ostendit. De quo Valerius lib. vj. cap. 2. ti. de liberè dictis & factis sic dicit. Iã Seruij Galbæ plena temeritatis postulatio, ꝙ Diuũ Iuliũ (consummatis victoriis) in foro ius dicentẽ in hũc modum interpellare sustinuit, Cai Iuli Cæsar pro Cneo Pompeio magno quondã genero tuo in tertio eius cõsulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? dependam? Palàm atque aperiè ei, scilicet Cæsari, bonorũ Põpeij venditionẽ exprobrãdo, vt à tribunali summoueretur, scilicet Galba, meruerat: sed ipsa illud mãsuetudine mitius pectus æs alienũ Põpeij ex fisco solui iussit. Hęc ille. vbi suprà. Et ita est seruari consuetũ. Quidquid diceret aliqui cõsiliarij patriæ Borbonij, vt dicit Masuerus tit. de oblig. & renun. §. item aliqui cõsiliarij. Vnde ordinatio regia iuri communi consona seruatur, non obstante dicta l. si debitor. Ad quã viso tex. ☞ est facilis respõsio. [Vide quæ habẽt super verbo, *Condidit.* ij. Vbi etiã dicitur cum fisco bona applicãtur, an loci vbi sunt sita, aut fisco domicilij, vel originis &c.] facit quod no. gl. in l. his cõsequẽter. in prin. ff. fami. ercis. & in authen. liberi. C. de episc. audien. Nãiura, actiones, & obligationes continẽtur in bonis, vt dicam super verbo, *Cætera bona.* De quo per gl. & Bar. in l. non intelligitur. §. cùm ex causa. ff. de iure fisci. & Ioã. de Pla. in l. j. C. de bonis vacã. lib. x.
291 vbi etiam dicitur, † quòd in bonis vacãtibus ciuitates non succedunt, cùm quo ad hoc habeantur loco priuati, & iure priuato vtantur. Quia licet omnes ciuitates & vici habere possint proprium in cõmuni, & bursam cõmunem de iure. l. omnib. ff. ad Treb. & l. ciuitatibus. ff. de leg. j. Imò secundum Inno. possũt sibi maiorẽ constituere, qui eos iudicet, vt ipse dicit in cap. cùm ab ecclesiarũ. de offi. ord. tamẽ debet de necessitate cõfirmari, vt in §. j. in auth. de defen. ciui. per tex. in l. priuatorum cõsensus. C. de iurisd. omn. iudic. maximè in præsenti regno Franciæ, vbi curia præmissa singula de facto nõ permittit, nisi villæ habeãt vniuersitatẽ approbatã specialiter per curiam: aliàs congregare se non possunt pro faciendo procuratorẽ sine licentia domini sui, sed cum licentia permittit eos agere & conueniri, & facere bursã cõmunem quo ad illud, & non plus, secundũ Ioan. Fab. in §. vniuersitatis. Insti. de rerum diui. Vnde minus possent talia bona vacãtia sibi appropriare propria authoritate, nisi ex consuetudine ac priuilegio motu proprio imperatoris concesso, fiscum haberent vel regalia eis ꝯcessa: aut hoc contra imperium præscripsissent, prout fecerũt multæ ciuitates Italię, quæ sibi vsurparunt merum imperium, & omnimodam iurisdictionem, secundum Specu. tit. de iudice ordi. §. cõstituit. & clariùs in tit. de iurisdi. omn. iudi. §. j. Quod tamen principes possent quandocunq; reuo-

BIU Cujas

care, vt ibi dicit Bald. quem ſequitur Ioan. de Plat. in §. cùm autẽ. Inſtit. quib. mo. ius patriæ poteſt. ſol-
292 ui. Tamẽ † quãdiu iuriſdictio alta remanebit penes eas, certè in bonis vacãtibus ſuccederẽt ratione regalium, inter quæ ius fiſci continetur, vt plenè per omnes in rubrica C. de iure fiſci lib. x. & in cap. j. quę ſunt regalia. & ſingulariter per Bald. in l. j. C. de hæ-
293 red. act. vbi ponit omnia fiſci priuilegia. † Ideo cùm barones noſtri temporis hodie habeant ex cõſuetudine, aut immemoriali præſcriptione merum imperium, certè ſoliti ſunt bona delinquentium ſibi confiſcare, illa præſertim, que ab eis tenẽtur in feudum vel emphyteuſim, vt plenè per Bartolum & Alexan. in dicta l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno in-
294 fecto. licet propriè fiſcũ nõ habeant. † imò nec ecclesia habet, excepta ſola Romana, quæ ratione imperij fiſcum habet, vt plenè per doctores, & Ioan. de Plat. in dicta rubrica, de iure fiſci decidit tamen Andræas de Barulo, quẽ ſequitur idem Ioan. de Platea in l. murileguli. C. de murilegulis, libro vndecimo.
295 quòd † ſi res conſueta infeudari, & quæ in feudum tenetur ab imperatore aut rege propter feloniã, vel aliud delictum commune aut priuilegiatum committatur, vel confiſcetur, non debet imperator nec rex illam ſibi apropriare rẽ, nec retinere: ſed debet eam alteri concedere, qui ei ſeruiat à quo tenetur, prout condẽnatus tenebatur, & ſeruire ſolitus erat, per textum in dicta l. murileguli. facit l. ſi ad magiſtratum. & l. quidam ignauiæ. & l. quanuis. C. de decurio. libro decimo. & per Bald. in capitulo vnico. §. ſi verò. qualiter olim feu. aliæna. poterat. & Specu. titulo de feud. quæſt. quadrageſima. & clarè Guido papæ quęſtione cccxlj. Cui deciſioni conuenit ordinatio regia præfati regis Philippi pulchri in ordine
☞ quinta, incipiente, Item eorum feudis & c. [Quam ſituauit dominus Auffreri. in tit. de feudis. in fine] (Additio) Quam ordinationẽ reperietis in regiſtro ordinationum regiarum cameræ inquæſtarum parlamenti Toloſæ fol. xxv. verſo. & ſequentibus. Quæ fuit cõfirmata per Ioannem, Carolos quintũ, ſextũ, & ſeptimum Francorum reges, vt ibi continetur. Et idem ſtatuit poſtea die veneris ante cineres, anno domini M. cccciij. vt habetur fol. eiuſdem libri xxxix. & xl. incipiente, Itẽ & pro feudis & c. Et ſic faciendo, Romani gloriã excelſioris imperij ſibi vẽdicarunt. Et quia omne præclari facti decus crebra memoria in ſeipſo reuireſcit, de illis Valerius lib. iiij. cap. viij. tit. de liberalitate. ſic dicit, Aſiã bello captã Attalo
☞ regi. [Hic poſtea in teſtamento liberis carens Aſiã populo Romano legauit. vt habetur infrà ſuper verbo, *teſtamentum*. j. in prin.] muneris loco poſsidendã tribuit, ſcilicet populus Ro. eò excelſius & ſpecioſiꝰ vrbi noſtrę futurũ imperiũ credens. ſi ditiſsimã atq; amœniſsimã partẽ terrarũ orbis in beneficio, quàm in fructu ſuo reponere maluiſſet. Ipſa victoria donũ felicis: quia multũ occupaſſe, habere inuidiã potuit:
Tãtũ tribuiſſe, gloria carere nõ potuit. Hęc illę. Qua ſi dicat, quòd domino ſufficere debet & principi ſubditum viciſſe, vel aliàs feudum recuperaſſe, nõ quòd ipſum retineat. Imò dicit Maſuerus tit. de loca, & iure emphy. §. itẽ & prædicta ceſsio. Conſuetudine ſeruari, principem vti nõ poſſe retentione iure prę-
296 lationis de re feudali aut emphyteuticaria vendita: ſed tenetur emptorem inueſtire, vel alteri rem infeudare, ſi primus vaſallus vel emphyteuta rẽ culpiſ ſet ſeu reliquiſſet in manibus domini qui eã retinere non debet. Et † in præſenti ciuitate Caturci eſt cõ-
297 ſuetudo, quòd domini feudales vti non poſſunt iure prælationis, nec de neceſsitate requirendi ſunt vaſallũ aut emphyteutam nouum inueſtire: quia nil aliud prætẽdere poſſunt, quàm laudimia: & idem ſeruatur Toloſæ per totam vicariam. Or domini notãter dicunt doct. in d. l. murileguli. Regem nõ debere tales res ſibi applicatas retinere, ſed bene poſſet (ſi vellet) illas retinere, quoties videret ita expedire pro bono regni & reipublicæ: ſicut videmus factum fuiſſe deducatu Aquitaniæ, quẽ ſibi rex propter felonias ac rebelliones plurimas declarauit cõmiſſum, & pariter ducatũ Normaniæ, & plures comitatus retinuit, & detinet pro ſui regni quietiori ſtatu & ſecuritate, præſertim in limitibus regni conſtitutis: ſed alia in-
297 feriora & puſilla feuda retinere nõ debet. Cùm † ad decus regni pertineat plures habere vaſallos nobiles, qui ei perſonaliter ſeruiant, potius quàm reditus feudorũ manu ſua percipere, & militibus cõductitiis erogare: quorũ nõ par eſt fidelitas nobiliũ vaſallorum fidelitati, quia vt plurimùm, qui pecunia redimuntur, in neceſsitate deficiũt. Vnde cùm Alexãder magnus tali mercato vteretur, & multos pecunia & donis ſibi acquireret ſubditos, fuit à Philippo eius patre de hoc increpat' & literatoriè reprehẽſus in hęc verba, vt Valerius refert lib. vij. c. ij. tit. de ſapiẽter dictis & factis: quàm, inquit, probabilis epiſtola qua Alexãdrũ quorundã Macedonũ beneuolẽtiã & ſeruitiũ largitione ad ſe attrahere conatũ, ſic increpuit, Quæ te, fili, ratio in hanc tã vanã ſpem induxit, vt eos fideles tibi futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorẽ tui cõpuliſſes? A charitate iſtud pręſtatur, ſcilicet amor & beneuolentia, quæ inter principẽ & vaſallos ſuos conſiſtit ratione feudi & fidelitatis vi-
☞ ciſsim debitæ. [Qua tenetur vaſallus ſeruire domino in bello per eũ, aut contra cũ indicto: etiã econtrà tenetur dominus vaſallũ ſuum defendere, ſi quis vel let eum aſſalire, vel res ſuas, vt habetur infrà ſuper verbo, *condidit*. j. dum loquitur de ſæuitia dominorũ in ſubditos. Ideo cùm ſemper pręſumatur de fidelitate vaſalli erga dominũ, conuinci non poteſt de felonia minori numero quinque teſtiũ. c. j. in tit. quot teſtes ſunt neceſſ. ad probandũ feu. ingrati. de quo habetur j. ſuper verbo, in eod. teſtamẽto relinquẽs.] Et non qꝫ pecunia redimat, qua ceſſante, amor eſſe deſiſteret. Hi profectò mercenarij cũ lupũ vidẽt, id eſt, hoſtẽ, ei cordialiter nõ reſiſtũt pro cuſtodia ouiũ ſeu ſubditorũ, ſed fugiunt, iuxta illud Io. x. Vbi mercenarius, & qui nõ eſt paſtor, cuius nõ ſunt oues propriæ, id eſt, qui non habet ſubditos in regno nec terra, videt lupum venientẽ, & dimittit oues & fugit & lupus rapit, & diſpergit oues, ſcilicet regnicolas: quia ad mercenariũ non pertinet de ouibus &c. Sed in magnis feudis prout ſunt ducatus, & comitat', vel caſtra fortiſsima, quæ eſſe poſſent æmulatiua reipublic. poſſet rex illa retinere, & ſuæ menſæ applicare.
298 l. j. & l. ij. C. de fund. limitro. li. xj. † Quę applicatio fit duobus modis. Primò vbi rex hoc velle declarauit expreſsè, ſcilicet qꝫ rẽ habere vult & retinere. ſecũdum Bar. in l. ſi vacãtia. C. de bo. vacã. lib. x. vel tacitè hoc declarat, vt quia poſtquam ad ipſum reuerſa & applicata fuit, officiales ad hoc deputati eam deſcripſerunt in libro aliarũ rerũ menſaliũ. vt ibi dicit Bart. Vel dominus aut rex ad quẽ reuerſa eſt tenuit eã vltra annũ, ſicut alias res de menſa ſua exiſtentes. nam hoc faciendo ſatis dicitur eam incorporaſſe, & menſæ ſuę applicaſſe. Et idẽ in eccleſia ſecundũ Archi. ſingulariter per illũ tex. ibi, infrà anni coronam.

in c. j.

BIU Cujas

in can.j. xxxv.q.viij. quem ſequitur Zabarel.in cap. ij.de feud. & Barba.ibi ac Panor. in cap. vt ſuper.de
299 rebus eccleſi.nõ alie.& Guido papæ.q.cliij. † Vbi autem feudum depẽderet ab alio domino quàm rege, vt putà ab eccleſia vel alio barone,tũc nõ poſſet rex cũ retinere,vt perpetuò ipſum habeat:ſed tenetur de illo facere,vt dicit Specul.in d.xl.q.vbi latè & pulchrè loquitur. Quia ſi pro vtilitate publica eam retinere vellet, hoc facere poſſet data domino feudi recõpenſa ſufficienti,vt latius in dictis ordinationi-
300 bus continetur.† Attamẽ in præſenti ducatu Aquitaniæ, nobiles priuilegium habent à Ioanne quondã Frãcorum rege Pariſiis eis conceſſum, anno domi- 305 ni M.cccxxxvij.in menſe Maij. Quòd ſolo maieſtatis crimine excepto feuda eorum non confiſcantur regi: cuius priuilegij duplũ cum originali per ſeneſcallum Caturcenſem vidimatum anno domini M. ccccxxxij. vidi groſſatum & ſignatũ in regiſtris ſeu protocollis magiſtri Raymundi Combeti huius Ca- 306 turci ciuitatis quondam notarij:de quo duplum ha-
301 beo authenticè ſignatũ.† Nam olim peculia caſtrẽſia non veniebãt in confiſcatione.l.ſi filius.C.de bo. proſcrip.de quo plenè per Alexandrum in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus.ff. de dam.infec. Nec conſequenter feuda,quia origine fuerunt peculia caſtrenſia,vt ſupra vidiſtis in j.art. iij.deciſio. Sed cùm in præſenti regno Franciæ feuda ſint patrimonialia,ad quoſcũque tranſeant,etiã extraneos, veniũt in confiſcatione præterquam in ducatu Aquitaniæ ex priuilegio, vt dixi. Ex quibus reſtat nobis in fiſco ſuccedẽte,qui ſi propter delictũ alicui ſuccedat,dicitur in ſolis ſuccedere bonis:ſed quãdo in bonis vacãtibus ſuccedit propter parẽtelæ defectum,tũc perſonæ ſuccedit,& 307 bonis,tanquã ſubſidiarius hęres:in quem tam actiuè quàm paſsiuè tranſeunt omnia defuncti iura etiã futura,quæ in qemlibet hæredẽ vniuerſalẽ trãſiſſent.
302 Eſt † autem duplex differẽtia tũc inter ipſum fiſcũ & alium legitimum hæredẽ. Primò quia fiſcus adit hęreditatem per procuratorẽ.l.j.ff.de officio procu. Cęſa.quod alius priuatus facere nõ poteſt.l.Paulus.
☞ ff.de acq.hære.[De cuius intellectu vide ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore.* ij. loquendo de hæreditatis aditione.] Secundò, quia fiſcus hæreditatem ſemel aditam repudiare poteſt.l.ij.ff.de offi.procu. Cęſaris.Sed non priuatus hæres extraneus.l.ſicut. C.de repu.vel abſti.hære. Tertiò fiſcus hæreditatem trãſmittit non aditam,ſed nõ priuatus hæres extraneus.
☞ l.quod princip.cum ibi not.ff.de legat.ij.[De qua tranſmiſsione plenè dicit ſuper verbo, *Mortuo itaq;*
303 *teſtatore.* ij.] Conueniũt tamen in duobus.Nam eo modo priuatus hæres extraneus adeundo hęreditatẽ fit hæreditatis dominꝰ,ſicut fiſcus.l.cùm hęredes.ff. de acqui.poſ. Præterea poteſt priuatus hæres authoritate propria,vbi nõ apparet cõtradictor,bona hęreditaria capere ſicut fiſcus, in authẽ. de hære.& fal. §. in omnibus. Et tenetur fiſcus habẽs hæreditatẽ in patria cõſuetudinaria obſeruare conſuetudines patrię ſicut priuatus hęres:preſertim cõſuetudines quę concernunt res, ſecundum Ioan. Fab.in §.fin. Inſtit.
304 quib. mo.teſta.infirman.Similiter differunt fiſcus & priuatus in cõtractibus inter viuos,quia fiſco acquiritur ſine traditione dominium,ſcilicet allodiorum.l.fina.C. de ſacroſan.eccleſ. vel feudalium ex ſola domini inueſtitura, prout ſuprà vidiſtis. Et etian feudalium & emphyteuticorũ.vbi ex conſuetudine, aut priuilegio poteſt nouus vaſallus vel emphyteuta poſſeſsionẽ intrare ſine conſenſu domini,vt hîc Caturci,& Toloſæ.Sed nõ ſic in priuato, qui ex ſola etiam domini inueſtitura dominium nõ acquirit ſine corporali apprehenſione.l. traditionibus.C.de pac. iuncto cap.authoritate.vbi glo. & Panorm.de inſti. De quibus omnibus fiſci priuilegiis tam in contractibus,iudiciis,quàm vltimis voluntatibus, videatis Ludo.in auth.ſimiliter.C. ad legem Fal. vbi loquẽdo de eccleſia, ſatis loquitur de fiſco.arg.l.fin.C. de ſacroſanct.eccleſi. Sed de priuilegiis fiſci in ſpeciali plenè tradit Bal.in dicta l.j.C.de hære.actio. Or, domini, licet fiſcus poſt omnes hæredes & legitimos ſucceſſores bona capiat tanquã vacantia, non tamẽ
305 omnium vacantium eſt dominus. Vnde † ſcire debetis bona in mundo vacantia eſſe in multiplici differentia: quia quædam ſunt bona vacantia de iure & de facto, qualia ſunt illa, quæ ſui natura in nullius bonis ſunt,nec vnquã fuerunt,quanuis eſſe poterũt. vt ſunt lapilli, & gemmæ in litore maris exiſtentes,
306 piſces maris, & omnes feræ beſtiæ. Hæc † enim omnia licet ſint vacantia, non plus fiſco pertinent, quàm cuilibet alteri inuentori & capiẽti. Cùm talis ſint naturæ, quòd primo occupanti cõceduntur. Inſtitu.de rerũ diuiſio. §.feræ igitur beſtiæ.cum §. ſequentibus. Vnuſquiſque profectò poteſt talia bona iuuenta occupare,& capere propria authoritate,ita quòd inuẽtoris fiunt, aut capiẽtis,tam in ſuo,quàm in alieno fundo,niſi à domino fundi venator prohiberetur priuſquàm fundũ intraret, vt ibi.& l. diuus Pius.ff.de ſeruitu.ruſtico.præd. vel à iudice & ſuperiore inhiberetur: quo caſu prohibitio ſuperioris etiã impedit dominij trãſlationẽ, & fortiùs acquiſitionem.cap.veritatis.in fine.vbi plenè Panormit.de
307 dolo & contuma. Sed † hodie per conſuetudinẽ, quà garenæ tolerantur & defenduntur,non videtur quòd faciat ſuum capiẽs in feudo alieno: imò teneretur captum reſtituere,licet prohibitio alia capiẽti facta nõ fuerit. Quia ſi prohibitio partis aut ſuperioris hoc facere poteſt, vt videtis, fortius hoc poteſt lex vel cõſuetudo,quæ magis interdicere poteſt dominij tranſlationẽ. l. ſi libertus. ff. de iure patr.& l. quemadmodum.C.de agr.& cenſi lib.xi. Cùm enim talis occupatio ſeu facultas talia bona occupãdi ius tribuat de iure gentium, Inſtit. de rerum diuiſi. §. ſingulorum. poteſt cõſuetudine limitari, vt eod.tit.
308 §.fin.ſecundum Ioan.Fab.in d.§. feræ. † vt ſcilicet locum nõ habeat talis facultas venandi in garenis, & defenſis alienis, aut columbrariis: ſed iuxta & prope illa,ſine expreſſo conſenſu & volũtate domini: imò contra facientes committerent furtum. ſecundum Dyn.& docto.in §.pauonum.Inſti. de rerũ diuiſ.& tenet Guido papæ,q. ccxviij.maximè venãdo ad columbas alienas,quæ capi vel occidi nõ poſſunt,etiam ſi campos deuaſtẽt alienos:quia columbæ viuunt de fructibus terræ & innocens eſt victus earum,ſecundum Alber. adeò ꝙ capientes vel retinentes columbas alienas, etiam in agro proprio capientis repertas,furtum committunt.l. Pomponius ſcribit.§.idẽ Pomponius.quem ibi ad hoc põderat
309 Floria.in j.no.ff.fam.erciſ.Nam † columba habet plura inter cæteras aues ſingularia,quæ ponit gl.ſuper illud Canticorum quarto,Oculi tui columbarũ &c.vbi columba(inquit) felle caret, roſtro non lædit niſi parem aliquando: in cauernis petrarũ nidificat, alienos pullos nutrit, columbas alias errantes aſſociat & colligit, meliora grana eligit gemitum pro cantu reddit, gregatim vollat, ſocietatem diligit,cadauera & immũda non comedit, geminos

BIU Cujas

pullos nutrit, & ſuper fluẽta reſidens, vmbram accipitris de longè venientis inſpicit: quem ſtatim vidẽs ad interiora foraminis fugiens ſe abſcondit, vt dicit glo. ibi, Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuos aquarum. Canticorũ quinto. de qua dicit Chryſoſtomus, quòd eſt pacis nũtia, ſimplicitatis forma, natura mũdi, prole fœcunda, pietatis æmula, ſocietatis amica, iniuriæ immemor, quæ quãtò eſt pẽnoſior, tantò fœcundior inuenitur. Ita quòd columbæ habentes pedes pennatos, ferè pullificant omni menſe. Eſt autẽ columba naturaliter timida, rarò ſecura, éſtque obliuioſa: ob quod pullis ei ſublatis, danni ſui immemor nidificare & pullificare iterum in eodem loco nõ omittit, vt dicit Hieron. Et habet hoc proprium ſicut turtures, quia caput ſuũ non erigit quando potat, quouſque ei ſufficiat hauſtus potus. Viuunt autem columbæ generaliter & cubãt vſque ad quindecim annos ſecundum Ariſtotelem. Sanguinem ha-
310 bent medicinalem,* quia ſanguis de ſub ala dextra ſumptus & calidus oculis impoſitus & inſtillat' dolorem mitigat, & ſanat ophthalmiam oculorũ. Et in Aegypto & Syria, vt refert Ambr. inſtruitur columba, vt literarum ſit gerula, & prouinciæ ad prouinciam internuntia, & quocunque reuertitur in locum vbi fuit nutrita. Vnde Geneſis viij. Noë dimiſit columbam ex arca poſt diluuium: at illa rediit ad eum ad veſperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo. Pariter viſus fuit in baptiſmo Chriſti Spiritus ſanctus deſcendere in ſpecie columbæ, vt quatuor teſtantur euangeliſtæ. Matth. iij. Marc. j. Lucæ iij. & Ioan j. Et non fuit illa columba fantaſtica, id eſt, de aëre formata, nec vna de aliis columbis iã generatis: tamen fuit vera Dei potentia de nouo creata, quæ facto ſuo officio reſoluta fuit in materiã præiacentem, ſecundum Thom. in iij. parte. q. xxix. Similiter fuit illa columba habitaculum Spiritus ſancti, non tamen ex merito ſicut ſunt homines ſancti & in gratia conſtituti. Etiam in baptiſmo Clodouei regis vita fuit columba ſacri olei de cœlo portare phialã, quo omnes adhuc Francorum reges liniuntur, vt vidiſtis in verbo, *duas habens filias.* in prima fallentia. Meritò igitur capi nõ poteſt ita faciliter, nec reperta in agris noſtris retineri, ſicut cæterę aues, vt videtis, imò in pleriſque locis indictæ ſunt pœnæ etiam corporales contrafacientibus, niſi conſenſum haberent domini agrorum & fundorum quod venẽtur in
311 fundo ſuo. † Et præterea colũbæ proprietates adaptat, vbi ſuprà beat' Tho. ad ſeptẽ dona ſancti ſpiritus. Columba primò habet gemitũ pro cantu. Sic catholicus per donum timoris luget peccata ſua timẽs perdere gratiam Dei, & cõſequẽter hæreditatẽ. Columba eſt animal manſuetũ & pium: ob quod olim Deo offerebatur in ſacrificiũ, Leuit. v. Vnde ſignat donũ pietatis quo quis deuotus ad diuina eſſe debet & orationes ad Deũ, necnõ pius debet eſſe ad proximũ ſuis neceſsitatibus ſubueniẽdo, & defectus ſupportãdo, in ſignũ cuius oleo ſacro vngitur in pectore & ſcapulis baptizãdus. Columba inter grana ſibi prępoſita eligit meliora, & corrupta dimittit, & cadauera fugit, vt patuit de columba emiſſa à Noë: q̃ non requieuit ſuper cadauera, vt coruus, ſed ad arcã reuerſa, cùm non inueniſſet mũdum aliquod in quo requieſceret pes eius. Sic debet quis per donũ ſcien
313 tiæ diſcernere quæ ſibi proponuntur verba, & exempla aliorum, ac cogitationes in mente, & bona recipere, mala reſpũere, nõ omnibus credere, nec omnes imitari, ſed bonos. Columba habitat in foraminibus petræ, Canti. ij c. id eſt, ædificiorum. Eſa. lx. quaſi columbæ ad feneſtras ſuas &c. denotãs in hoc donum fortitudinis, in quo quis firmatus meditando vulnera Chriſti. petra enim erat Chriſtus. j. Corin. x. & foramina ſunt vulnera eius. Columba fouet pullos alienos. Sic per donum cõſilij debet quis fouere eos qui alieni erant à Deo: & filij dæmonis per peccatum, quos nutrire debet Deo per bona cõſilia & exhortationes, & ipſe de agẽdis quoties dubiũ occurrit, cõſilium quærere debet, iuxta illud Thob. iiij. Conſilium ſemper à ſapiẽte perquire. Columba roſtro nõ laceratquæ comedit, ſed integra grana ſumit. Sic nõ debet quis ſentẽtias bonas veritatis integrę ſcripturarum dilacerare falsè exponẽdo, vt hæretici faciũt: ſed dono intellectus integram veritatem intelligere & proferre. Poſtremò columba reſidet iuxta aquas, vt vmbram contempletur accipitris eam inſequẽtis. Sic per donum ſapientiæ debet quis guſtare & contemplari diuinas perfectiones: & cùm diabolus inſequitur eum, in Chriſti bonitatem ſe immergat ad eã recurrendo, & ſic euadet. Hæc ille. vbi ſuprà arti. vj. Vnde non fine cauſa Chriſtus Matthæi x. Eſtote, inquit, ſimplices ſicut columbę, non doloſi, neque duplices. Propter ergo tam ſingulares ad bonũ columbæ proprietates, & quia etiã in baptiſmo Clodouei demiſſa fuit è cælo, venaũ impunè in hoc regno, nec
312 quęcunq; alia auis in fundo alieno. Quinimò † plus videmus in eodẽ regno per ordinationes regias, prę ☞ ſertim domini noſtri regis Caroli octaui. [Quam ordinationem inſeruit dominus Auffreri. in titu. de venatoribus.] nunc feliciter regnantis, quòd venatores regis nũ poſſunt in foreſtis & dominationibus baronum ac nobilium altam iuſtitiã habentium ſine eorum conſenſu venari, nec homines dictorum dominorum ad eos iuuandũ cogere poſſunt in prędictis, niſi rex in propria perſona venando intereſſet. ſicut ſuprà vidiſtis neminem tam priuilegiatum excuſari à bello, vbi rex in propria ad bellũ pergeret, per ☞ l. neminẽ. C. de ſacr. ſan. eccl. [Hanc ordinationem reperietis in libro ordina. regiarum cameræ inquæſtarum parlamenti Toloſę. fo. clxiiij. verſo.] Et idẽ in foreſta circunſepta, ſeu parco clauſo, quæ in iure viuaria vocatur. l. iij. §. item feras beſtias. ff. de acqu. poſſeſſ. in quibus ſunt ferę beſtię incluſæ: & idem in ☞ ſtagno, vbi ſunt piſces recollecti. [Stagna dicatur viuaria, in quibus prohibitũ eſt piſcari, quæ alio nomine dicũtur oſtrearina, à quibus Caius Sergius fuit Orata nuncupatus: quia primus oſtreorum, id eſt, piſcium viuaria, id eſt ſtagna in Baiano mari locauerit, de quo Valerius loquitur libro nono in princ. dicẽs etiam, quòd fuit primus qui balnea pẽſilia facere inſtituit. Idem Plinius naturalis hiſtoriæ lib. ix. Et dicuntur oſtrearina, quia in primo piſces incluſit, quę auratæ dicuntur, & ſunt optimi piſces.] Clauſura enim locorum tacitam, imò euidẽtem denotat prohibitionem domini, vbicunque enim eſt locus venationi deſtinatus, ex quo percipitur annuatim fruct', & reditus ex venatione, ſoli domino pleno, ſi plenũ dominiũ habeat, vel vtili aut vſufructua. dictorum locorum venari & aucupari permittitur, & non alteri extraneo. l. item ſi fundi. §. aucupiorum. & l. vſufructuarium venari. ff. de vſufructu. & l. venationem. ff. de vſur. Quas † venationes poſſunt habere prælati
313 eccleſiarum pro ſuis reditibus, dummodò clamoroſas non exerceãt per ſe ipſos. clemẽ. prima. §. porro de ſtatu monachor. de quibus dicit glo. in l. venatoribus. C. de excu. munerum. lib. x. quòd nullum ſanctum

ctum legimus venatorem. de quo ibi Ioan. de Platea.& in l.j.C.de vena.ferarum.lib.xj. Extra autem garenas & loca clausa licitum est venari, aues, & feras capere,antequàm prohibeatur à domino ingressus: sed non post. vt dicta l. diuus Pius. dum tamen fiat veniatio sine armis: quoniã dulcis venatio & naturalis qualis est illa, quæ fit cum auibus & canibus, est omnibus permissa,præterquàm clericis,si sit clamorosa,vt infrà de cler. vena. per totum. [Et cùm per magistrum aquarum & forestarum huius patriæ linguæ Occitanæ prohiberetur venatio, domin⁹ noster rex Ludouic⁹ duodecimus,edicto perpetuo declarauit venari omnibus fore permissum.prꝛterquã in garenis & cæteris locis vetitis de iure: vnde pmisit omnibus de dicta patria liberè venari secundum formam iuris communis : quo patria hæc regitur,& fuerunt literæ dicti priuilegij in parlamento Tolosæ publicatæ mense Ianuarij, anno præsenti Millesimo ccccxj.]Nec censetur laicis prohibita, †excepta illa quæ artificiosè fit per varia instrumẽta, quæ omnibus est prohibita: non quidem propter se, sed quæ artificia in tali venatione necessaria fieri & aptari nõ possunt,nec exerceri sine armis seu magnis gladiis , quæ possunt esse causa violandi publicam pacem,præsertim in limitibus imperij,vt in ca.primo. §.nemo retia.de pace tenẽda & eius viola. Ob quod est talis venatio absque delectu omnibus prohibita & interdicta,præterquam ad lupos , apros,& vrsos, quæ suut animalia patriam & gentem deuastantia & damnificantia. † Omnia enim animalia capi possunt irrationabilia bruta,& occidi,non obstãte erre aliquorũ, [De duobus aliis erroribus circa illud præceptũ,Non occides.habetur super verbo,*Mortuo itaque testatore.* primo. loquendo de se occidẽtibus,& qui occiduntur per iudicem.] qui putauerũt nõ esse licitũ occidere bruta animalia per illud præceptum,Non occides.indistinctè prolatum in decalogo.Exod.xx.sed hoc est falsum secundum Tho.in tractatu de decẽ præceptis,& plenius in ij.ij.q.lxiiij. arti.j.quia non est peccatũ vti illis, quæ subdita sunt potestati hominis. Est autẽ ordo naturalis,quòd plãtæ sunt in nutrimẽtum animalium, & animalia quædam in nutrimẽtum aliorum, & omnia in nutrimentum hominis, Gene.ix.ibi, Quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Ob quod in politicis dicitur, ꝙ venatio est iustum bellum. Et primæ ad Corinth.x. Omne quod vænit in macello, mãducate. cùm ergo dicitur,non occides:intelligitur hominem, non bruta animalia , quæ capi possunt & occidi cũ prædicta modificatione,scilicet venãdo sine armis, præterquã ad lupos,apros, & vrsos,quæ sunt animalia ferocissima,patriam & gẽtes deuastãtia. Nam de lupo dicit Isidorus, quòd lupus quasi leopus est dictus. Eo ꝙ ipsi tãquam leoni virtus sit in pedibus: quia quod pede presserit , non viuit. † Rapax autem bestia est & cruoris appetens, qui rabie rapacitatis quemcunque inuenerit,trucidat.de quo aiunt rustici, hominẽ vocem perdere,si eũ lupus prior viderit:& inde subitò tacenti, dicitur,Lupus est in fabula.Famem diu portat. ex quo dicit glo.in l.fin.C.de alimen.pupil.prꝛstan.lupum viuere de vento nouẽ diebus. Lupus est valde audax,& ludere multum diligens: qui si puerũ reperiat,ludit cum eo: quẽ postea occidit, & comedit. Et vulnera quæ morsu eius accidunt,valde sunt mala:ex quibus exit virus , & curantur sicut morsus canis rabidi,secundum Aristotelem. Et quando inter animalia prævalet , si non resistatur totum gregem strangulat & occidit , licet totũ comedere non possit. Et finaliter tota specie natura luporum naturæ ouium aduersatur. Adeo quòd chordula facta de intestinis lupi, iuncta chordis citharæ factis de intestinis ouis,eas corrumpit. Similis dæmoni, qui summè est audax , ludens cum pueris , id est, fragilibus, quos posteà occidit & comedit. Et inde dicitur diabolus nomen Græcum : A dia , [Contrarium est enim nomen simplex , Græcè diabolus, Hebraicè satan, Latinè calumniator.] quod est duo, & bolus, quod est morsell⁹: quia duos bolos,vnum scilicet de corpore,& aliũ de anima nostra quærit facere, postquàm per multa ludibria nobis illuserit , secundum glossam in cap.primo,de summa trinitate. Ex cuius vulnere exit virus damnationis æternæ . Cui si non resistatur, gregem totius humani generis strangulat, & occidit.Cùm sit leo rugiens,quærens quem deuoret: cui resistũt fortes in fide.primæ Petri vltimo capitulo.De† apro dicit Isidorus lib. duodecimo capitulo primo. quòd est porcus syluestris,vel agrestis sæuissimus. & immitis : qui ideo aper dicitur , quasi asperus & ferus , ac crudelis. Vnde apud Græcos Aper,ἄγριος κάπρος, id est, ferus vulgariter nuncupatur,& à Latinis verres, eo quòd grãdes habet vires. De quo etiam dicunt Plinius & Auicenna , quòd est animal valde sæuum , adeò ꝙ etiã castratus vix se exhibet mãsuetum,†licet animalia cætera,ablatis testiculis,ampliùs mansuescant:quia minus audent videntes se diminutos à substantia naturali:imò omne animal castratum,secundum Aristotelem,plus mansuescit, excepto homine, qui non magis mansuetus, sed magis ferox efficitur. Sicut dicimus de hominibus desperatis,qui non curant pericula.l.deferre. §. item constitutionibus. ff.de iure fisci. secundũ Baldũ in l.j.C.de eunuchis.Ex in hoc homo apro comparatur. Est itaque aper tantæ feritatis, quòd etiam mortem paruipẽdens contra viatoris ferrum occurrens intrepidè se infigit:& iam transfixus contra sibi resistentem vires recolligit: vt culmis vindicet se de aduersario,etiam in mortis periculum contra hostis venabulum mira se audacia opponit. Culmos duos habet in ore aduncos, fortes & acutos quibus omne sibi resistens secat crudeliter & dilaniat. Culmis autem vtitur pro gladio ad pugnandũ, in latere dextro os habet durissimum,latum,& spissum,quod semper opponit venabulo persequentis. Osse enim illo vtitur pro clypeo ad se protegendum sentiens sibi imminere bellum , acuendo culmos circa arbores eos fricat,& si hebetatum acumen habeant, confricãdo ad arborem ipsos probat.Quos si senserit hebetatos, origanum quærit & masticat , cuius virtute culmorum radices mundificat & cõfortat.†Et contra lupos prælіatur,quos naturaliter odit:quia insidiantur filiis suis,& eos sæpe rapiũt.Et cũ aper dimicare vult attritu arborũ indurat costas suas,& se luto inuoluit & desiccat ad solẽ,ac inter pilos lutum cõglutinat& inuisat, vt sic securius aduersariorũ ictus sustineat in conflictu.Hæc Aristo. De † vrso autem dicit Isidorus vbi suprà, ꝙ ideo sic vocatus est,quia suos format fœtus quasi Orsus.Cũ enim vrsi informes generent partus,& die xxx.quandã carnẽ pariãt parũ maiorẽ q̃ sint mures,sine oculis & pilo, mater lambendo mẽbra cõponit:sed hoc immaturitas partus facit. Ex quo prouenit,ꝙ prꝛcipitata fœcũditas informis procreetur. Vel dicitur vrsus ab vrgẽdo , qa fortiter vrget,& stringit quem apprehendit,cùm vim maximam in brachiis & lumbis habeat:vnde interdũ vrsi

BIU Cujas

erecti exiſtũ. Eſt profectò animal impatiens, iracũdum, ſe vindicare volens de omnibus qui tangunt eum. Ideo ſi aliquẽ percutientẽ ſe inuaſerit, ſi alius eum tetigerit, dimittit primum, & illum inuadit ſecundum, & deinceps. Modum capiendi eos tradit proprietarius libro decimooctauo, de ipſis loquens. Ex quib⁹ videtis lupos, apros, & vrſos animalia eſſe damnifica patriæ, & hominibus, eorũmque domeſticis animalibus nocẽtia: imò contra tauros, aſinos, & cæteras vtiles beſtias vſui hominum neceſſarias pugnantia, & ſic reipublicæ præiudicantia: cuius intereſt ſecurẽ per itinera cõmeari. l. prima. ff. de his qui deiecerũt vel effuderũt. Ideo intereſt reipublicę illa fera à quocunque, & per quoſcunque capi in agris etiam alienis: nec poſſet talis venatio prohiberi, vt plenè dicitur, & ibi Ioãnes de platea, & doctores in
321 l. vnica. C. de venatio. ferarum. libro xj Imò † poſſet ſecundum doctores ſalarium conſtitui de publico capientibus lupos, vulpes, & cætera damnoſa atque inutilia animalia, vt ibi dicitur. & per Bartolum in l. qui in vtero. ff de ſtatu homi. Sicut dari poſſet capiẽtibus malefactorem, vt ſuprà vidiſtis in primo articulo. Prout tempore Caroli ſeptimi Frãcorum regis Pariſiis factũ fuiſſe legitur. De quo Gaguinus lib. x. cap. j. accedebãt, inquit, tot malis luporum crebrę in vrbẽ incurſiones, qui ſupra octoginta homines cùm p agros deuoraſſent, in vrbanos quoque ſæuiebant. Aduerſus hanc beluam definitũ præmium eſt, vt pro ſingulis captis lupis ſolidi viginti ex fiſco captori ſoluerentur, præter publicam erogationem, quam plebs ſua ſponte venatoribus impendiſſet. Hæc ille. An autem tunc capienti lupam cum lupatinis, aut lupam prægnantem dari debeat integrum pro quolibet, vel pro omnibus vnicum præmium, decidit ibi Bart. facit l. Aretuſa. eodem titulo
322 Præterea † dulcis & naturalis venatio potius ſit cauſa ſpatij & exercitij, quã cõmodi, aut lucri: quia non tam gaudent nobiles de magna præda, quàm de volatu & curſu, quę animos lætificãt præſertim Gal
323 lorum. Eſt † enim Gallicæ nobilitatis vana conſuetudo, ad feras venatu deprehendẽdas ſe conuertere can. quorũdam. xxxiiij. diſtin. vbi dicitur, quòd Germani, id eſt, Teutonici ſeu Alemani & Galli ſunt venationi naturaliter ſubditi & cediti, quibus multum confert, quòd canes qui leporarij vocantur, leues & agiles habent, de quibus magnus ille ac illuſtris meminit lib. j. metamorph. Ouidius:

Ipſe amor ſequitur veſtigia paſſus,
Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo
Vidit: & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem. &c.

Quod à Paride (vt ita loquar) Priami regis Troiani
324 filio † ex cuius perſona (ſecundũ aliquos) Pariſius ciuitas regia nomen ſuſcepit: & de cuius ſtirpe Frãcorũ reges proceſſere, habuerunt. Qui (vt Guido de columna Troiani excidij hiſtoriographus tradit) in nemore, Ida vocato, multis laboribus feris hinc inde venatoriè perquiſitis ceruũ inſequẽs tres deas vidit, ſcilicet Iunonem, Palladem, & Venerem.

☞ [De hoc plenè dixi ſuper verbo, *Duas habẽs filias.* tractando primum caſum: in quo filiæ cum maſculis non ſuccedunt. Alij dicunt ab iſto Paride dictam ciuitatem non ſumpſiſſe nomen, ſed ideo quia cùm ciuitas illa vocaretur Lutetia vſque ad tẽpora Caroli magni, tunc temporis erat ſuper flumine Sequanæ quoddam caſtrum dictum Iſeos, ſic dictum à nomine cuiuſdam deæ dictæ, Iſis: quæ ibi colebatur, quod caſtrum nunc Meldunum vocatur: & inde Pariſius nomen accepit, vt dicatur Pariſius, quaſi par Iſeos: quia in hoc par erat, quòd ſupra Sequana ſicut Meldunum ſita eſt ciuitas illa.] Sic & Francorum regibus vt plurimùm bene ſucceſſit, Gaguino referente libro tertio capitulo ſecundo, & capitulo tertio. de Dagoberto primo, ſecundi Clotari Franco-
325 rũ regis filio. † Dagobertus, inquit, poſtquàm ſibi per ætatem licuit feras indagare & venari (vt Gallis mos eſt) pergit, excitato ceruo, cùm longo iã curſu laſſus quietis locum quærit, vicum quem Catulianum vocant, profugit: in eo vico ſacellum erat, vbi condita humo & lapide inſtrata corpora beatorum Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij, à ſuſcepto pro fide Chriſti martyrio per annos triginta ſupra quingentos religios è cõdebãtur. Eò cùm patẽs ſacelliũ eſſet ſe ceruus proripuit, ſolóq; decumbens quieti ſe mãdat: inſequentibus crebris latratibus ceruum canes cùm ad ſacellum veniſſent, ceruo conſpecto frequẽtiori latratu ſtrepentes, nulla eis, ſed nec ipſis venatoribus in ſacellum irrumpendi facultas fuit, ſuam ædem tuentibus viris ſanctitate ſpectatiſsimis. Ea re per vicina loca perlata locum veneratiorem fecit, & Dagoberto admirationem ſimul & pietatem cumulauit. Itaque pacatis vndique rebus, voti non immemor, quo diuis martyribus Dionyſio ciúſque collegis obnoxium ſe fecerat: Catulicum vicum petit, & ſacroſancta corpora inde exhumari iubet: ea in conditorio quod fabrefieri rex mandauerat, reponi ad tempus imperat. Tandem magno ſumptu cùm templum exædificaſſet, quod & ſolido argento tectum erat, cò transferri corpora inſtituit, cõdito ad eum vſum aureo feretro, additíſque ad decorẽ multis variíſque gemmis, annuis inſuper prouentibus ad ſacerdotum & miniſtrorum templi alimoniam deſignatis. Et ad diuos martyres cõuerſus inter multas quas illis donationes & largitiones attribuit:
326 Emporium † annuum menſe Iunio in campo nõ proculo à baſilica ſanctorum inſtituit: tranſlata miniſtris eccleſiæ ditione, id Lẽditum vulgus appellat corrupto (vt ipſe iudico) vocabulo: nam editũ dici crediderim: propterea quòd ad eas nundinas mercatores ſuas vndique merces edicto regio tanquam ad communem regni mercatum conferre deberẽt. De
327 inde † epiſcopis apud diuum Dionyſium dedicandæ eccleſię gratia à Dagoberto cõuocatis, dũ ſexto Calen. Martij myſterium abſoluere ſtatuiſſent, pridie ipſarum Calẽdarum homo lepra admodum deformis, ab ædituis impetrat in æde pernoctare: vbidum vigil in oratione perſeuerat, videt perſpicuè Chriſtum comitantibus eũ Petro & Paulo vnà cum diuis martyribus Dionyſio, Ruſtico, & Eleutherio, per feneſtram in baſilicam aduentare. Qui candida veſte amictus dedicationis ſacrum munus abſoluit,
328 deindéque † ad lepra contaminatũ progreſſus Chriſtus, Tu, inquit, homo dicito pontificib⁹, cùm craſtina luce ad hanc ædem ſe conferent, eã à me cõſecratam eſſe: cuius rei fidem fecit infirmi hominis cura. Nam cõtacta hominis facie lepra momẽ Chriſtus auferens, eã proximo lapidi glutinauit: quę ad hunc vſque diẽ p ſummã admirationẽ viſitur. Quo miraculo attoniti præſules, à dedicatione abſtinuerunt. Hæc cauſa eſt, quamobrẽ frequens admodum populꝰ ad eccleſiã ipſam vj. Cal. Martij cõueniat, firmiſsimè credens id à Chriſto Deo fuiſſe perpetratũ. Poſt cuius Dagoberti obitum Ioannes erat inſulatus anachorita, vitę ſanctitate famatiſſimus: q ab Auſoaldo Pictauienſi antiſtite cõfabulationibus vltro citróq; habitis

habitis, quisnam fuerat Dagobertus rex, & quibus aliquãdo moribus vixisset: referam, inquit, anachorita sanctitati tuæ, quænam mihi per quietẽ de ipso
329 Dagoberto visa accepi: †procumbẽti mihi quietis causa, quidam multa canicie reuerendus me excitauit, atque admonuit orare pro animæ Dagoberti salute, qui eadã fermè hora vita erat defunctus. Dum expergiscor iussa senis impletur, ecce in medio mari turbam dæmonum conspicio, qui animam regis
☞ cymba deuehentes. [Cymba est nauicula fragilis, vel est instrumentũ quo per duos aut plures portantur lapides, & quæcunque alia de loco ad locum mutanda & transferenda: quod vulgari eloquio *ciuiera* vocatur in his partibus.] ad pœnas rapiebant. Sed Dagobertus aduersus sæuientes in se dæmones frequenter trium beatorum hominum opem inclamabat: Martini dico, Mauricij, & Dionysij martyris: ad cuius preces mox procella cũ fulgore atque crebris imbribus exorta viri quos à Dagoberto imploratos dixi, candidis ornati vestimentis ad me se conferentes, se eos esse profitentur, qui opitulari Dagoberto aduenirent: nec mora suppliciis animã regis tormẽtis eximentes, secum in cœlum retulerunt, sine intermissione hoc Dauidicum repetentes, Beatus quem
330 elegisti & assumpsisti in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Sed † vnde tantæ damnationis causa, si martyres non fuissent, processerit, vbi tanta fuerat virtutum præstantia. Idem Gaguinus eodem libro tertio, subiunxit sic dicens, Iam de hominum instabili conditione queri possemus, si lex historiæ permitteret: Dagobertus quem initio principatus præclarissimæ virtutes commendabant, transuerso animo esse cœpit. Quippe qui ministrãdi iuris specie Frãciæ regni vrbes prouinciásque cùm visitaret, quosque, vi adhibita, spoliabat: & tãquam diui Dionysij obsequiis omnia deberẽtur, æneas ingenti põdere valuas, lauacrum insuper, vbi baptismatis mysterium sacerdotes explebant, vnà cum diui Hilarij corpore nulla compensatione sacrilegij facta, ad di-
☞ uum Dionysium mari ex Pictauis transtulit: [Non est permissum reliquias sanctorum, nec aliorum aut lapides, vel alia de vna ecclesia in aliam transferre, de quo plenius infrà super verbo, *Mortuo itaque testatore*. primo, loquendo de his qui sibi mortem consciuerunt, qui sepultura carent.] nec tamen tota præda potius est. Altera enim portarum dum naui per Oceanum exportanda committitur, in fluctus delapsa perpetuò latuit. Verùm quia malè agẽtibus occasio aliqua peccandi in promptu suffragatur: causam sacrilegij esse dicunt Pictauorum rebellionem: quos vt compesceret Dagobertus, omnia ad se belli iure pertinere ratus, postquam agros peruasisset, vrbem quoque depopulatus esset, mœnibus omnibus dirutis, solum arare, & in eo salem disseminare, ad inducẽdam sterilitatem iubet, nec sacrilegio comes
331 libido defuit. Hæc ille. Hæc † profectò Dagoberti venatio Paridis venatione felicior fuit: quia in illa Iuno Paridi magnificentiam, Pallas humanam sapientiam, Venus autem in Helenæ pulchritudine libidinem pollicitæ sunt: quæ causa fuit perditionis ipsius. In ista verò regi Dagoberto martyres cœlestem procurarunt æternam beatitudinem, quæ secundum Boëtium est status bonorum omnium aggregatione perfectus. Et insuper illa Troianum destruxit imperium: sed hæc monarchiam auxit & cõseruat Gallorum, meritis beatorum martyrum.

332 Præterea † idem Gaguinus lib. nono, cap. tertio, de Carolo sexto Francorum rege venante: Accidit per hos dies (inquit) res cognitu digna: Syluã ectum Carolus venandi causa se contulerat: canum latratibus excitatus in fugam ceruus æneum torquem collo gerere visus est, quem venabulis aut ferro appeti rex probibẽs in casses & retia compellit: erat in torque literis Latinis inscriptum, Hoc me Cæsar donauit. Ex eo tempore Carolus ceruum alatum auream coronam collo gestantem pro insigni habuit, & regiis insignibus quæ liliis aureis tribus cõstant, hinc atque hinc cerui duo apponi consueuerũt. Hæc ille.
333 Ceruus † profectò venatus Gallis regibus præsertim semper bona fortũa fuit. Qui etiam Clodoueo primo Francorum regi sacris Christianis initiato, contra Alaricum Gotthum pugnare volenti vadum inundati fluminis monstrauit: quem rex ipse cũ toto exercitu secutus flumine transuecto Gotthum fudit, & infidelem superauit, vt dixi super verbo, *Duas habens filias*. In primo casu, in quo fœminæ cum masculis non succedunt: quod bene facit ad propositum quòd vela regia ceruis circundentur. Ad quod multum pariter confert virtus & natura eorum.
334 Ceruus † enim serpentibus contrariatur, adeò quòd odore cornu exusti eum fugiũt, cuius coagulum omnium anguium sanat morsus, & diuus Hieronymus parte secunda, & tractatu secundo, epistola quadragesimasecunda, incipiente, omne psalterium &c. Ceruorum, inquit, natura est, vt serpẽtum venena contemnant: quin potius naribus suis eos extrahant de cauernis, vt interficiãt atque dilacerẽt cùm venenum cœperit intrinsecus æstuare. Et quanuis eos non possint occidere, tamen sitis ardorem & incendium tolerant: tunc illi fontes desiderant, & purissimis aquis feruentia venena restingunt, vt intellexit Propheta Psalmo xlj. dicens, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ &c. De quo dicit Aristot. libro octauo animalium, quòd inter omnia quadrupedia syluestria est discretissimus. Accepi etiã à peritis venatoribus, quòd in venatione quando fugit, retrocedendo ambulat, vt cães vestigia pedum ipsius cognoscẽtes, vnde aufugit, & non quò tẽdit, eũ sequuntur: & sic aliquãdo euadit. Diutissimè viuit plusquam cẽtum annis. quod compertum fuit per ceruos plures captos per cẽtum annos post mortem Alexandri, ab eorum torquibus aureis opertos & signatos, secundum Plinium libro octauo capitulo trigesimosecundo. Sicut contingit de ceruo æneũ torquem nomine Cæsaris inscriptum in collo portante, de quo suprà dixi. Aetates animalium Virgilius scribens sic ait,

Ter binos deciésque nouem superexit in annos
Iusta senescentum, quos implet vita virorum.
Hos nouies superat viuendo garrula cornix:
Et quater egreditur Cornicis secula Coruus.
Alipedem ceruum ter vincit Coruus, ac illum
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales,
Quam vos perpetuo decies præuertitis æuo.
Cætera secreti nouit Deus arbiter æui.

Subiungẽs Pli. eo. lib. c. xxviij. quòd ceruæ cùm senserint grauitatem, lapidem deuorãt: cuius beneficio iuuãtur. Qui quidẽ lapis ipsa cerua mortua quãdoq; in eius excrementis reperitur: qui miro modo dicitur iuuare mulieres prægnãtes: sic iuuãt ossicula quę in eius corde inueniuntur. Et est illud os quod inuenitur in corde ceruorũ supra modũ vtile cõtra multas corporeas passiones, ita q̃ in omnibus nobilibus

confect

BIU Cujas

cõfectionibus admiscetur, vt plenius videre poteritis libro xviij. de proprieta. rerum. capi. ceruus. De scuto regio ceruis circũdato, videre potestis in ciuitate nostra Tolosæ, vbi in prima porta castri Narbonensis ab extra sunt lilia regia duobus ceruis lateraliter illa tenentibus circũdata. Vnde restat ad nostrum propositum artificiosam venationẽ esse vulgaribus prohibitam, quæ cum retibus fit, laqueis & aliis diuersis instrumentis. Quia sit potius ad prædã,
335 quàm causa lætificandi animos. † Vulgares autem præsertim rustici nil plus appetunt, quàm prædam, & inuentum, seu iam captum: quod à Cain agricola primo habuerunt, qui rapinis viuebat, & inuentis, vt Iosephus ait in primo antiquitatũ libro, & habetur Gen. iij. cap. vbi Cain agricola lucra quærebat. secũdum Lyram ibi: quem cæteri agricolæ in cunctis vitiis potiùs sequuntur, quàm Noë iustissimum, qui in secunda ætate primus post diluuium cœpit vir agricola exercere terram, plantauítque vineam, Genesis ix. Sed non legitur quicquam mali feciſſe, nec venationem exercuisse: quã causa laxandi animos in Grẽciã de peregrinatione aduexit Vlysses Cretẽsis rex: ex quo dicitur, Vertunt in sordidum lucrum & sanguinolentam cædem &c. Quæ cùm sint quasi illiberale genus, daretur de facili materia scãdali, rũpendæque pacis. Vnde tales prohibentur venationes ex illiberali animo procedentes, nisi ad bestias inutiles & damnosas, de quibus suprà. vt dicto §. nemo retia.
336 † An autem possint barones & domini terrarum, generaliter omnibus prohibere quancunque venationẽ, ita quòd valeat talis prohibitio? Et certè talis non valet prohibitio, nisi esset consuetudo, nec aliàs ꝓhiberi possunt subditi præsertĩ nobiles: sunt enim naturaliter venatores: quod habuerũt à Nẽroth primo rege. de quo dicitur Gene. x. quòd cœpit esse potens in terra, erátque robustus venator corã domino: & fuit principium regni eius Babylon &c. Et in hoc deficit Ludouicus vndecimus domini nostri regis quondam genitor, qui quàm primùm coronatus
337 rex extitit, venationem nobilitati prohibuit. † Quæ pœnalis inhibitio vna de causis fuit coniurãdi contra eum. de quo Gaguinus libro x. de ipso scribens: Ludouicus inquit, exulceratum animum habẽs: qui & patrias leges iam dedidicisset, exteris morib' per diuturnum vsum imbutus, multa partim suo ingenio, partim eorum qui absentiam à patre exiliũ fuisse reputabãt, agere cœpit. Et principes in primis parui admodum habere: venationis omnem propè consuetudinem prohibens, ita vt piaculũ esset aues aut canes alere, cassibus vti, insidiari feris animantibus, nisi quoad ipse permitteret. Et quod illi maximum in eas quæ superuenerunt discordias momentũ fuit, magnopere nixus est, infimæ sortis homines præ ꝓceribus opulentos sublimésque facere &c. Non ergo valet venationis prohibitio, nisi foret prohiben-
338 di consuetudo, vel fieret ex causa. † putà rusticis agricultoribus, ne ab agricultura reuocentur, aut diuertantur: non enim turbari debet nec interrumpi agricultura, l. j. in princ. ff. de tigno iuncto. Quod si fieret, destrueretur, vel saltem diminueretur anno næ ꝓbitio in detrimentũ boni publici: pro quo publico bono conseruando singulari gaudent agricultores priuilegio, & immunitate: quia licet videamus ante felicem embolã seu exercitum regis nauem ecclesiæ, & minus cuiuslibet alterius pro transuehendo exercitum non excusari. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccl. & l. iubemus. C. de naui. non excu. libro xj. Attamen instrumenta agriculturæ pro bello occupari non possunt, & minus personæ eorũ ab agri-
339 cultura diuerti: † ne publica impediatur vtilitas, quæ in præbitione annonæ cõsistit: & sine qua inundus viuere non posset, sed irremediabiliter periret.
340 † Quod facit contra tyrannos principes, qui nedũ tempore necessarij belli agricultores, eorúmque animalia occupant, & agros, segetésque latè vastãt, sed etiam belli occasionem quærũt, vt omnia etiam subditorũ suorũ quos protegere tenẽtur, consumãt penitus, & destruãt, qui si iuri positiuo hoc prohibẽti obedire nolint, quò talia prohibentur, imò menti humanæ ab initio naturaliter insitum ipsos agricolas etiam ob publicam belli gerendi vtilitatem, non esse occupandos, nec molestandos, saltem veterum gentilium annales reuoluant, qui agricolas posse tenus in libertate agrorum colẽdorum tutabũtur, nedum in suo, sed etiam in suorum hostiũ regno: con-
341 tra quos bellabant. † Vnde Diodorus Siculus libro iij. cap. x. Indorum ante bellum Troianũ gesta narrans vetera: cõfert etiã inquit, ad Indorũ fertilitatẽ consuetudo, quæ in bellis seruatur: nam apud cæteras gentes (scilicet tyrannico more viuentes) hostes bellorũ tempore regiones spoliant, vastántque, neque agros coli sinunt. Apud Indos verò belli tempestate in campis opus rusticum exercent, absque cura agricolę, procul ab omni discrimine belli. Hostes in præliis mutua cæde grassantur, agricolis nulla in re nocẽt, sed intactos relinquunt, tanquam communis vtilitatis ministros: neque verò hostiũ agros vrunt, nec cædunt arbores &c. Subiungens ibidem septẽtribus Indorum describens: Secunda, inquit, tribus est agricolarum, qui multitudine separantes alios, à bello reliquóque opere liberi, solis agris colendis tempus impartiunt: nullus hostis eos lacesiit, neque spoliat: sed existimãs illos in communi vtilitate versari, ab omni iniuria abstinet. Ita soluti metu agricolæ terrámque liberè colentes rerum afferunt vberta
342 tem. Hæc ille. † Pariter Nabuzardam princeps militiæ Nabuchodonosor capto rege Zadechia, eiúsq; filiis in patris conspectu trucidatis, ac eo excæcato, vincto & compediato, quibuscũque occisis, ciuitate & templo domini spoliatis & in terram prostratis, crudelis super omnem sæuitatem: de pauperibus terræ vinitores reliquit & agricolas in pace pro futura cõmuni vtilitate, vt habetur Hierem. vlt. capit. Iusta igitur ratione opportunóque fauore sunt agricolæ dulciter tractandi, & ab his publicis tumultuationibus eximẽdi, propter bonum reipublicæ. Vnde Plutarchus ad Traianum Imperatorẽ, Pedibus (inquit) solo iugiter inhærentibus agricolæ captantur: quibus captis prouidẽtia tantò magis necessaria est, quò plura inueniunt offendicula, dum in obsequio corporis in terra gradiuntur, eísque iustius tegmentorum debetur suffragium, qui totius corporis erigunt, sustinẽt, promouéntque molem, id est onus sustinent ac portant reipublicæ, eíque laboribus & sudoribus suis prouident: & sic eis meritò fauendũ est. Et sicut ipsi bello sęuiente armato in libertate perso-
343 næ agros colere permitti debent: sic † etiam bello instante ciuili & foraneo, nec animalia, nec cætera instrumẽta eorum aratoria, pro aliquo debito capi possunt, etiã pro executione sentẽtiæ cõtra eos prolatæ: pœna infamiæ & supplicij à iudice æstimandi, & ablata in quadruplum restituendi, ac imperialis animaduersionis cõtra facientibus imminẽte. l. executores. cum l. & Authentica, sequẽtibus. C. quæ res

BIU Cujas

pigno.obliga.non possunt. Cui statuto regia conuenit ordinatio Caroli octaui regis nostri moderni, anno domini M.cccclxxxiij. quo coronatus extitit Turonis facta, mense Martio, & per eundem renouata anno lxxxv. tunc sequenti. Cuius ordinationis tenore etiam pro censu annuo domino fundi debito, & (quod plus est) pro tributis quæ magis fauorabilia existunt, aut aliis quibuscunque denariis regiis licet currentibus & verè debitis, vel alio quocunque priuato debito talia instrumenta capi non possunt, etiã
344 de consensu agricultoris. † Et hoc vltimum addit iuri communi præfata ordinatio, quæ sanctio pragmatica dicitur, velut in concilio generali trium statuum regni, & procerum Franciæ: tũc ibi pro bono publico regni cõgregato facta. Cùm enim tales executiones in perditione agriculturæ & annonæ, & sic reipublicæ fiant, nõ potest pacto seu cõsensu priuatorum tolli dicta ordinatio, nec remitti. l. ius publi-
☞ cum. ff. de pactis. [Hanc ordinationem posuit dominus Auffreri. in titu. de excess. officia. capi. xiij.] Quamobrem legales & æquissimi iudices, ac sigilli regij custodes, qui in præceptis & inhibitionibus ac pignorum recredentia soliti sunt clausulam adiicere: Scilicet denariis regiis currẽtibus, & verè debitis minimè retardatis, talem clausulam, quia contra ius commune & regni esset, nõ apponunt in casu subiecto: cùm non obstante quacunque causa vel colore aut occasione & priuilegio, talia instrumẽta capi nõ debeant, vel eorum recredentia impediri, per tex. dictæ ordininationis. (Addito) Hanc ordinationẽ reperietis in libro ordinationum regiarum cameræ inquæstarum parlamenti Tolosæ folio clxiiij. verso. Et per eandem ordinationem, imò ratione dignitatis maiorem, scilicet ne pereat, aut impediatur, vel differatur agricultura in damnum reipublicæ: puto de mẽte iuris esse, & præfatæ ordinationis, quòd persona agricolę etiam pro debito fiscali capi non possit, nec incarcerari: quamuis nonnulli legum latores Græci olim instrumenta aratri exempta tenerent, & personam capi permitterent: quod sapientissimi detestati fuerunt Ægyptij. de quo Diodorus lib. j. Leges eorum narrans, haud, inquit, iniuria queruntur quidam de nõnullis Græcis legum latoribus, qui arma, aratrum, vel aliud quiduis operi necessariũ prohibent ob fœnus addici creditori: corpora verò quæ his vtuntur tradi permittant. Hæc ille. Quasi dicat, quòd si instrumenta priuilegiata existãt, multò magis corpora seu personæ, sine quibus instrumẽta manẽt inutilia. Nec potest ex pluribus alter pro altero qui soluendo nõ esset, exigi vel executari, etiam præ textu cõsuetudinis, quia hoc cõsuetudine introduci nõ posset secundum Bar. in l. legatorum. per illũ tex. ff. de leg. ij. Pro quo facit tex. in l. ob æs alienum. cum
345 Authenti. sequenti. C. de acto. & obli. † Nec possunt rustici ad aliqua cogi obsequia, vt rusticanis operibus intendãt. l. j. & l. ij. C. ne rustica. ad vllum obsequium deuocen. libro xj. Etiam pro venatione regis nisi rex in propria persona venaretur. de quo suprà vidistis ordinationẽ regiam super hoc editam. Et plura alia habẽt priuilegia, de quibus per docto. in l. j. C. de agricolis & censi. libro xj. Cùm igitur in agricultura status reipublicæ consistat & conseruetur (vt videtis) possunt iustissimè barones & domini terrarum venationẽ agricolis prohibere, ne occasionem vagandi habeant, derelicta agricultura tam sa-
346 lubri & necessaria. † Præterea venatione capta in vrbes fortè proficiscerentur, quas frequentare naturaliter rustici cupiũt. Quod habuerunt à dicto Cain primo agricultore, qui primus in orbe ciuitatẽ condidit, quam à filio suo Enoch seniore Enochiam appellauit: eámque muris cinxit. illícque suos omnes venire coëgit, & prædas recaptauit, vt habetur allegato Gen. iiij. c. Iustissimum autem Noë primum laboratorem in vno sæpe imitantur, ꝙ bibens vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo, Gene. ix. Vnde ad obuiandum naturali rusticorum inclinationi, à venando prohiberi possunt, & vrbiũ frequentatione: quod nõ oblitus fuit Iurisconsultus in l. ij. ff. de nundi. vbi si quid rustici portant ad vendendum in ciuitate, nullatenus ibi morẽtur, sed substituto ad hoc opus deputato relinquere portata debent, qui vendat pro illis: quod Indi optimè seruant eodem teste Diodoro. lib. iij. prælleg. cap. x. sic dicente: Viuũt autem, scilicet agricolæ, in campis cum vxore & liberis, nec in vrbes commeant & c. Ex quibus verificari potest decisio Lucæ de Penna in d. l. j.
347 C. ne rustica. ad vllum obsequium deuocen. † vbi dicit non valere statutum, nec consuetudinem, saltẽ quo ad rusticos, quòd nõ possint nisi certo loco suas vẽdere res, si locus ille foret eis remotus, vel aliàs laboriosus: vt quia haberent locum fortè propinquiorem: & alia ratio nõ est, nisi vt citò ad glebam reuer-
348 tantur, & agriculturam continuent. † Nec pecuniam tangant, quã aliquo modo optare non debent. l. domini. C. de agric. & censi. lib. xj. Nõ ꝙ pecuniam omnino habere non possint: quia imò modicam habere possunt: adeò quòd antiqui solẽt dicere rustici patrimonium nihil valere sine peculio aliquarũ pecuniarum. l. si chorus. ff. de lega. iij. & in l. lex quę tutores. §. penul. C. de admin. tut. dicit tex. quòd veteres in pecunia omne patrimoniorũ robur posuerũt, aliàs nõ valeret pactum de soluendo censum domino, aut colonis, & pastoribus, ac bubulcis mercedẽ, aut Imperatori tributum vel reipublicæ collectam in pecunia, quam non haberent, nec habere possent: quod non est verum: sed pecuniam multam habere non debent, nec optare, ne domini eis auferant eam: prout subtili ingenio, & interdũ de facto eam à subditis extorquere solent: vel ne timore eam perdendi cùm in rure tutum nõ habeãt Gazophylacium: quia sancta rusticitas omnia palàm habet. Cõtinuè ad eã custodiendã inuigilarẽt, & domi morarentur, iuxta illud Matthæi vj. vbi thesaurus tuus, ibi est & cor tuum: ita quòd per hunc modũ à cultura reuocarentur. Præterea, quia pecunia faciliter eos ad multas incõtinẽti traheret libidines, vel ad negotiandũ, aut
349 mercandum: ad quæ omnia sunt agricolæ naturaliter inclinati: † quod à primo agricola Cain habuerunt, qui vt Iosephus in prælleg. primo antiqui-
350 tatum libro ait, opes congregauit, † cum quibus hominum simplicitatem ex inuentione ponderum & mensurarũ permutauit, & peruertit eos ad callliditatem & corruptionẽ cõpellens: aut fortè cũ pecunia traherentur ad dignitates aspirãdum, contra text. in l. colonos nulla. C. de agrico. & cẽsi. lib. xj. Aut ædes sumptuosas fabricandum, adeò quòd eis dici posset quod habetur Actuum viij. capi. Pecunia tua sit tecũ in perditionem. Vnde non fuit sine causa Caio Iulio Cæsari nouo Imperatori oratione secũda ad eũdem Caium Cæsarem senem de republica intitulata persuasum, pecuniam talibus non permitti: ex quo & res militaris opulentior erit, & plebs bonis negotiis, scilicet agriculturæ impedita malum publicum facere definet. hæc ibi. Omnis certè perditio ex pecunia

BIU Cujas

cunia procedit. Quapropter in Germania licet ſit agricultura reipublicæ perneceſſaria, tamen quia per pecuniam quæ ex ea ſequitur multa alia impedirentur, imò ipſamet agricultura vt videtis, Germani agriculturæ (vt de bello Gallico idem Cæſar li. commentariorum ſexto memorat) parum ſtudent: maiórque pars victus eorũ in lacte, caſeo, & carne conſiſtit. Neque quiſquam agri modum certum aut fines habet proprios, ſed magiſtratus ac principes in annos ſingulos gentibus, cognationibúſque hominum, qui vnà coierunt, quantùm eis, & quo loco viſum eſt, agri attribuũt, atque anno poſt aliò tranſire cogunt. Eius rei multas afferũt cauſas, ne aſſidua cõſuetudine latos fines parare ſtudeant, potẽtioréſque humiliores poſſeſſionibus expellant: ne accuratius ad frigora atque æſtus vitãdos ædificẽt, ne qua oriatur pecuniæ cupiditas: qua ex re factiõnes diuiſionéſque naſcuntur. Hæc ibi. Cui conuenit illud Ouidij. j Metamor. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Vnde quia ex venationibus & pecunia inde lucrata
351 fieret ab agricultura diuerſio, † certè poteſt eis ratio nabiliter prohiberi: & ꝙ in eorum villagiis & mẽſis canes non teneãt, neq; aues ad venandũ, vel alia venatica inſtrumẽta, præter ligones & aratra, ſecundũ Ioã. de Pla. in dicta l. domini. verſi. vltimò not. Ne à cultura reuocẽtur, & inſtrumẽtorũ aratri & culturæ diuertantur ordinatione. Præterea neſcirent ruſtici canes nec aues ad venãdũ docere, neq; nutrire. imò
352 potiùs eos occiderẽt, quàm nutrirent. † vt de quodã ruſtico refert Bart. in ſuo tracta. de falcone, in prin. qui falconem cuiuſdam nobilis venatoris perditum reperit cum gectis & ſonaliis, quẽ poſuit ſub banco: & dedit ei beccare panẽ, caſeum, rapas, & carnes ſalſas. de quibus ipſe ruſticus nutriebatur. Occaſione quorum cibariorũ falco interiit. Et cùm queſtio eſſet, an ruſticus ad intereſſe teneretur illi nobili, decidit Barto. ibi quòd ſic. Nam tenetur pro illo damno ad intereſſe, non actione legis Aquiliæ, quia falconẽ
355 nõ occidit, ſed tenetur actione in factũ: quia ipſum malè nutriẽdo & imperitè tractando cauſam mortis præbuit. l. qua actione. §. Celſus. ff. ad leg Aquil. Nec poſſet quis ruſticum excuſare, licet fecerit quod potuit, & ſciuit, & falconem vt ſuam propriã perſonam tractauit, & aluit: propter quod videbatur excuſandus. cap. bona fides. de depoſito. attamen tenetur ex eo, quia fuit in culpa non leui ſe immiſcendo rei ad ipſum non pertinenti, nec ſtatui ſuo conueniẽti: cui ſolùm colore terrã, de qua viuat, conuenit, & nõ de venatione, vt dixi. Potuit inſuper cognoſcere in gectis & ſonaliis falconem ab alio fuiſſe occupatum & detentum, & ſic alteri domino pertinere, & in ſua naturali libertate non eſſe, vt ſibi ruſtico occupanti concederetur, vt dicto §. feræ igitur beſtiæ. Inſtit. de rerum diuiſio. Vnde debuit eum in publicum prodere, ipſúmque conſignatiuè libello publicare, vt illius inuentio ad domini notitiam peruenireꝛ, vt decimus de ſeruo fugitiuo in l. j. in princip. ff. de ſeru. fugit. & l. falſus. §. qui alienam. ff. de fur. Ex quibus omnibus reſultat ruſticos inſtrumenta venatoria, aues, aut canes tenere nõ poſſe. nec optare, vt dicta l. domini. C. de agrico. & cẽſi. Cui in effectu cõcordat diuus Bernardus in epiſtola de cura & regimine domus. Catulos (inquit) valde paruos dimitte clericis, & reginis, canes cuſtodes vtiles ſunt, ſed canes ad venandũ plus conſtant, quàm conferant, hæc ille. Ideo à talibus & qualibet venatione debẽt agricolæ & ruſtici diligẽter abſtinere: imò (vt dixi) prohiberi poſſũt propter bonum publicum quod in agricultura conſiſtit: & 353 prẽterea ne depauperentur. † Qua prohibitione facta nullo modo venari poſſunt impunè, etiam ſi ad hos ſolum fines venarentur, vt venationem captam principi darent, vel domino, à quo manauit inhibitio. l. j. C. nemi. lice. in fre. equeſtri. l. xj. quia omni caſu caderent in pœnam prohibitionis, ac ſi pro eorũ lucro proprio venati fuiſſent, ſecundũ Ioan. de Pla. ibi: maximè, vbi venatio artificioſa, phiberetur per ſuperiorem: quia intelligeretur etiam prohibita in apris & aliis iure permiſſis, vt phibitio aliquid ope-
354 retur. † in ſignũ cuius Domitius prętor Romanus olim Siciliam regens, quia paſtor quidam contrà fecerat, & aprum captũ ei obtulerat, ipſum crucifigi fecit. de quo Valer. lib. vj. cap. 3. titu. de ſeueritate. ſic refert: Æquè tenax propoſiti Lucius Domitius. Nã cũ Siciliã prętor Romanus regeret, & ad eũ eximiæ magnitudinis aper allatus eſſet, adduci ad ſe paſtorẽ, cuius manu occiſus erat, iuſſit: interrogatúmq; qua vi beſtiam confeciſſet: poſtquàm comperit vſum venabulo, crucifixit, quia ipſe ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia veſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat. Hoc aliquis in finẽ ſeueritatis & ſæuitiæ ponendũ dixerit, diſputatione enim vtrôque flecti poteſt. Cæterùm ratio publici imperij prætorem nimis aſperũ exiſtimari nõ patitur. Hæc ille. pro quo facit l. proſpexit. ff. qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt. Dominus comes de Candala ſeneſcalliæ Burdegalen. ſi ruſticum quempiam venatum repererit, pro qualibet penna perdicis captæ ſolidum Turonen. ceſſante gratia à venatore exigit. ſæpe de de hoc interrogatus reſpondit, mulcta delictum excedit, tamen ſeueritas publicam gignit vtilitatem, ne ab agri cultura reuocentur. Et prætereà contemptus ponderatur, vt dicta l. proſpexit. Quibus omnibus conuenit ordinatio regia Caroli ſexti Francorum regis anno domini M. cccxcvj. Pariſiis facta die decima Ianuarij. † Per quam edicto perpetuo ſtatuit 355 ex deliberatione ſui magni conſilij, in quo præſentes erant ſui auunculus & frater, duces Burgundiæ, Aurelianen. & Borbonij: pluréſque alij domini, ꝙ à cætero nõ nobiles venari nõ poſſent, nec aues, canes, retia, tendicula, funes, nec alia venatoria inſtrumẽta tenere ſub certis pœnis ibi ſpecificatis. Et ſi cõtrarium fieret, poſſent de facto capi, & eis auferri per dominos iuſtitiarios: ne ratione venationis à ſuis laboribus & mechanicis vel aliis artibus diuerterentur, venando ad beſtias groſſas, cuniculos, lepores, perdices, faſianos, & cętera volatilia. Ex qua venatione multa oriebãtur, cõmittebantur, & perpetrabantur in garenis alienis inter eos & nobiles iurgia, latrocinia, cędes & ſcãdala, aggreſſiones itinerũ, & cętera cuncta mala per iuſtitiam vili eorum morte punienda &c. Quæ quidem ordinatio dirigitur magiſtris aquarum & foreſtarũ, & eorum cuilibet in ſuo reſſorto & territorio viriliter exequẽda. & publicata fuit in parlamento Pariſiis die v. Februarij tunc ſequentis, & die tunc ſequenti in caſtelleto per præpoſitum Pariſien. A qua prohibitione excipiuntur nobiles, & burgenſes de ſuis poſſeſſionibus & reditibus ſine labore viuentes, & etiam non nobiles priuilegiati à rege: vel qui à prædictis venari permiſſis commiſſi fuerũt, aut venantur tempore quo apri & alia ſyluęſtria campos deuaſtant: quo caſu capi poſſunt à quibuſcunque: ſed capta debẽt domino iuridico reddi. quod eſt magna interpretatio ad dictum §. nemo retia. in præſenti regno. Aliter & aliàs vena-

BIU Cujas

tores sunt emẽdabiles cum perditione prædæ & in-
356 strumẽtorum.†Et præsertim agricultores, qui vti-
nam hæc cogitarent: & meditando suæ conditionis
non immemores intelligerent, & in quãta & quali
pace, otio & animi & intellectus trãquillitate positi
sunt, si statu suo possent esse cõtenti. Cùm omnium
rerũ quibus aliquid acquiritur, nihil sit agricultura 359
melius, nihil suauius, nil verius, nil denique dulcius.
vt Cic. j. offi. lib. & in li. de senectute sic dicit: Veniamus ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediũtur senectute, & mihi ad sapientis vitam proximè videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quæ nunquã recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit quod accepit. Agróque ornato & bene culto nihil esse potest vberius, & specie ornatius. Quinetiã satis est accommoda ad fugiẽdum odia ciuitatum. Vnde Terentius in Eunucho. act. v. sce. vj. Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi, Neque agri, neq; vrbis odiũ me vnquã pcepit. Sic Numa Pompilius secũdus Romanorum rex, vrbis deserens cõsilia in agris frequẽtius morabatur, solúsque ibidem libẽter peragrabat: licet (vt Plutarchus ait) esset ingenio ad omnem virtutem accommodus. Optimus etiam populus dicitur qui terræ cultiuus est, vt habetur vj. Politicorum. vt in Bucolica dicat cũ Poeta: Deus nobis hæc otia fecit. Adeò quòd ingenioſi dicũt Poë-
357 tæ, † ♄ Saturnus, qui vbi agriculturam docuit, & 360
tanquam optimus agricola vsum stercorandorum agrorum primus inuenit (ex quo stercutus dicitur, & Romani pòst stercoriani dicti fuerunt Saturniani) origo deorum totius prosperitatis Deus meritò
358 appellatus est. †Similiter Noë primus laborator interpretatur requies, quia cùm ante tempus suum à Cain primo agricultore hoïes in agricultura mul- 361
tum laborarent, quam propriis manibus, vngulis, & digitis exercebant: Noë primus artem inuenit arandi, in qua satis plus laborant animalia quàm homines. Ex quo dicitur de illo Gen. v. Iste, scilicet Noe, cõsolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra: quia per artẽ arandi labores maiores super animalia impositi sunt, & sic requies hominibus secundum Lyram, ibi. Vnde agricultura felicior exindè fuit, quam apud Delphos insulã Apollo Deus cunctis felicitatibus humanis rationabiliter prætulit, cùm tempore Aglai Psophidij agricultoris, Gyges rex Lydiæ ad templũ Apollinis sciscitaturus veniſſet, si aliquis mortaliũ eo felicior esset. De quo Valer. lib. vij. cap. j. tit. de felicitate, narrata Quinti Metelli cõsulis Romani nobilissimi prosperitate sic dicit: Clara hæc, scilicet Quinti Metelli, felicitas: Obscurior illa, scilicet Aglai cultoris, sed diuino splẽdore præposita. Cũ enim Gyges regno Lydię armis & diuitiis abundantissimo inflatus animo Apollinẽ Pythiũ sciscitatũ veniſſet, an aliquis mortaliũ se esset felicior: Deus ex abdito sacrarij specu, voce missa, Aglaum Psophidium ei prætulit: Is, scilicet Aglaus, erat Archadũ pauperrimus: sed ætate iam senior, terminos agelli sui nũquam excesserat, paruuli ruris fructibus, ac voluptatibus contẽtus. Verùm profecto beatæ vitæ finem Apollo, nõ adumbratum oraculi sagacitare cõplexus est: quocirca insolenter fulgore fortunæ suæ gloriãti, scilicet Cygi, respõdit, magis se probare securitate ridens tugurium, quàm tristem curis & solicitudinibus aulam: Paucásque glebas pauoris expertes, quàm pinguissima Lydiæ arua metu referta. Et vnum aut alterũ iugum boum facilis tutelæ, quàm exercitus, & arma, & equitatum voracibus impẽsis onerosum. Et vsus necessarij horreolum nulli nimis appetendũ, quàm thesauros omnium insidiis & cupiditatibus expositos. Ita Gyges dum adstipulatorem, id est suffragatorem, vanæ opinionis Deum habere concupiscit, vbinam solida & syncera esset felicitas, didicit. Hæc ille. † Or, domini mei, materiam nostram reassumendo, sicut aues & cæteræ feræ bestiæ, sic & pisces in mari & fluminibus existentes sunt in nullius bonis, tanquam res vacantes: ideo nõ in plus sunt ipsius fisci, quàm cætero rum hominum: quinimò primo occupanti cõcedun-
tur: in quibus quilibet diligentior naturaliter succedit: & in tantum, quòd de iure non possent domini & principes piscari prohibere in mari, aut publicis fluminibus: licet communi errore, quo dicũt se dominos in terra sua, & cõsequẽter in fluminibus terræ cohærentibus, id de facto prohibeãt, quod de iure facere non possunt: Nisi consuetudo pinguius ius hoc faciendi eis tribuat: & ita seruat curia Franciæ. secundum Ioan. Fab. in §. flumina. Institu. de rerum diui. quem sequitur Guido papæ quæstio. ccccexiiij. Vel nisi ex iusta causa hoc fieret, vt suprà vidistis. Quæ omnia vobis sufficere debent de bonis quæ in nullius bonis sunt, nec antè fuerunt: & si aliquando fuerint, custodiam euaserunt, & pristinam libertatem recuperarunt: in quibus primus occupant indu-
bitanter succedit. † Secũdò principaliter sunt aliqua bona de præsenti vacantia, quæ tamen fuerant prius in bonis & posse alicuius: quod tripliciter cõtingere potest, id est dicta bona sunt in triplici differentia: nam quædam sunt talia bona quæ vacant voluntate domini, cuius fuerunt, & de cõsensu suo, ita quòd nõ speratur dominus rediturus, aut illa repeti-
turus, vt sunt res pro derelicto habitæ. †Potest enim vnusquisque rem suam relinquere, & pro derelicta habere: & sic vacabit & in nullius bonis erit, siue sit rès mobilis, siue immobilis. Quia eoipso quòd eam habet pro derelicta, desinit animum habere eam habendi, taliter quòd non est amplius sua, nec etiã possessio illius ei pertinet, post quam eam possidere non vult. l. iij. §. in amittenda. ff. de acquirenda possessio. & dicta l. falsus §. qui alienum ff. de furtis. Et tunc si talis res est mobilis, statim desinit esse domini sui, & primo occupanti conceditur. l. prima. ff. pro derelicto. Adeò quòd is qui eã rem pro derelicto habuit, eam repetere non posset, si sciens eam suam derelinquerit: nec suam dicere poterit, quam pereuntem cõ tempsit. l. ij. C. de infanti. expo. Quod est verum, si talis res erat in dominio eam derelinquentis: nec plus in ea succedit fiscus, quàm quilibet alius. Si verò derelinquens non erat eo tempore verus dominus, sed nudus possessor, tunc talem rem occupans, non ilico efficeretur dominus in preiudicium veri domini, sed transiret in eum vsucapiendi conditio titulo pro derelicto: ita quòd eam possidendo ex tunc pacificè cõtinuo triennio cum bona fide efficeretur dominus titulo vsucapionis pro derelicto: duobus tamen concurrentibus. Primò, quòd iste occupans credat priorem possessorem qui rem pro derelicta habuit, antè verum fuisse dominum illius rei. Quoniam si sciret, aut crederet ipsum non fuisse dominum, cùm eo tunc esset in mala fide, nũquam vsucapere posset. capitu. possessor. de regul. iur. libro. vj.

Secundò requiritur, quòd vsucapiens ipse qui rẽ derelictam occupauit, sciat, vel credat illã vsucapiẽtis: & in omni vsucapione verus requiritur titulus,

aut

BIU Cujas

aut putatiuus iusto errore procedēs. l. Celsus. vbi plenè Bart. ff. de vsucapio. & Panor. in capitu. si diligēti. de præscript. & etiam requiritur bona fides: quæ duo resultāt ex præmissis. Et ratio quare res à domino habita pro derelicta primo occupāti conceditur & acquiritur, est, quia eoipso quòd quis rem suā pro derelicta habet, simul voluisse intelligitur eā alicuius fieri, cui eam donasse videtur. l. si id quod. in fi. ff. pro derelicto. Nec eā amplius repetere poterit, cuius dominium perdidit, quia suum dicere non poterit, quod contempsit. l. ij. C. de infantibus exposi. Et potest quilibet dominus rem suam habere pro derelicto, prouiso quòd rem totam pro derelicta habeat, & relinquat. Quoniam non posset partem retinendo residuum relinquere, nisi in ea non haberet nisi partem, quam relinquere velit, quia hoc facere posset: Cùm respectu suitotum quod habet, derelinquat & perdit. l. an pars. ff. pro derelicto. Et sufficit ad rei suæ perdendum dominium, quòd desinat dominus esse velle. Veruntamen antequam res illa pro derelicta habita acquiratur alteri. necesse est, quòd per eū realiter occupetur, cùm alterius fieri non possit, nisi per eum possessa fuerit. l ij. ff. illo eodem titu. Et per realem adeptionem efficitur occupans dominus, vbi ipse derelinquens verus fuerat dominus, vt dixi. Sin autem cōcurrentibus supradictis duobus vsucapere poterit, etiam si author eius esset incertus, vt quia rē sic vacantem occupans ignoret quis illam pro derelicto habuit, quia sufficit quòd verè pro derelicto habita fuerit: imò sufficeret possessorē credere eā pro
362 derelicto habitam, vt dicta l. si id quod. † Et præmissa vera, vbi res mobilis pro derelicto habita fuit. si autem res immobilis esset pro derelicto habita, & sic vacans, Si quidē talis res sit allodialis. in qua possessor plenum, & totale habebat dominium, ā nemine alio, quàm Deo recognitum, vt suprà plenè vidistis in primo artic. ij. decisio. & tunc idē quod in rebus mobilibus. Quia primo occupāti tale allodium conceditur, ita quòd nō plus fisco, quàm alteri competit, prouiso quòd subiectum non sit restitutioni, quo casu alteri, quàm fideicommissario acquiri non posset: aliàs fideicōmissa in talibus consistentia bonis faciliter fraudarētur. Et si de facto talis res occuparetur, repeti posset. l. fi. C. commun. de leg. vel cōpeteret ei cui ordine successiuo ex pacto, vel vltima voluntate, aut rei natura, vel cōsuetudine competere deberet: vt quia fortè res acquisita fuerat pro ipso acquirente, & suis in ordine successoribus. Et idem quod in plenis allodialibus esset, vbi possessor plenū dominium non haberet, vt puta in allodialibus præscriptis. in quibus ille, qui præscripsit, vtile tantùm
363 habet dominiū, † cùm ex præscriptione immobilium non acquiratur præscribenti nisi vtile dominium, directo remanente apud priorem dominum, cōtra quem fuit præscriptum, vt in Authen. nisi tricennale. C. de bon. maternis. vbi glo. & *omnes*. Quia cùm tale dominium vtile apud præscribentem existens non dependeat à dominio directo in persona præscripti remanēte, imò illi contrarietur, vt plenè docet Barto. in l. si quis vi. §. differentia ff. de acquir. possessio. tale dominium vtile habetur pro totali dominio aliud non recognoscēte, & dominio directo apud præscriptum remanēti præfertur, & ipsum cōfundit. l. si quis emptionis. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. Vnde talis res allodialis præscripta nō minus erit allodialis apud præscribentem, quàm esset ante præscriptionem penes prio: ē dominum, quem nūc præscriptione cōpleta, nullo modo recognoscit, sed repellit, & excludit. Et talis res pro derelicto haberi potest, etiam si in ea ius putà seruitutis alteri competeret, eo quod prior dominus cogi poterat: quia talē rem pro derelicto habēs liberatur ab illo iure, quod ei incumbebat ratione, vel ad causam rei. l. & si fortè §. etiam de seruitute. versic. Labeo. ff. si seruitus vendi. & l. cùm fructuarius. ff. de vsufruct. † Si autem
364 res pro derelicto habita erat feudalis, tunc remanet filiis vasalli rem pro derelicto habentis, & post eos agnatis: & si filios nō haberet, nec agnatos, tūc habēdo feudū pro derelicto nihil ageret in vtilitatem alterius, quàm domini. Quia si est feudum simplex, ad incertum & indeterminatum seruitium concessum, scilicet intuitu solius fidelitatis, potest ipse vasallus, etiam inuito domino, habere eum pro derelicto. Ita quòd ilico eius, quod derelictū est, dominium vtile, quod penes vasallum erat, censetur consolidatū cum directo, à quo dependebat. Quæ consolidatio etiam inuito domino fit, cùm tale feudum possit per vasallum derelinqui, secūdum glo. & Docto. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. & Bart. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. Vnde tali feudo derelicto tertius illud occupans eum habere non potest iure prohibente, cùm feudi alienatio, & trāslatio fieri prohibeantur de iure in extraneum sine cōsensu domini. capitu. j. de prohib. feu. alie. per Lotha. Nec obstant iura. ff. & C. pro derelicto. & Instit. de rerum diuisione. §. fina. vbi res à domino derelictæ statim fiūt occupātium: quia hoc est verum, vbi occupās rem derelictam reperit dominium rei vacās, sicut plenè vacat in allodiis derelictis: sed in re feudali habita pro derelicta tertius eam occupās nō reperit dominium
365 vtile à vasallo derelictum vacans, † cùm ilico quòd feudum fuit à vasallo derelictum, dominium vtile quod antè penes eū erat, fuit cum directo, à quo dependebat, & cui seruiebat, consolidatum, secundum Bart. in dicto §. differentia. Sicut videmus à simili, q vsufructuarius relinquere potest vsum fructum, etiā inuito proprietario. l. si absente. & l. cùm fructuarius. ff. de vsufru. Et tamē non conceditur occupanti, sed consolidatur cum proprietate sua. Instit. de vsufructu. §. finitur. & ad dominum proprietarium reuertitur, qui concesserat illum, si talem velit acceptare
366 consolidationem: † quia si eam refutaret, vtile dominium derelictum illi remaneret occupanti, cùm non fiat consolidatio nisi volenti. l. fi. C. de iure emphy. secundum aliquos. Vnde cùm tale feudū occupāti remaneret, quasi ex quadam donatione facta à vasallo feudum derelinquente, & laudata per domi-
367 num vti consolidatione nolentem. † Est enim derelictū: quasi genus donationis. l. quod seruus. ff. de stipulatione seruorum. factæ tamē in personam incertam, gl. in d. l. quod seruus. & l. si id quod. ff. pro derelicto, secūdum eos, & secundum alios talis cōsolidatio fit etiam inuito domino directo: adeo quòd si eā refutaret, nihilominùs fieret: nec posset dominus directus vtile dominium semel ipso iure cum proprietate cōsolidatū separare à directo, nec illud habere simpliciter pro derelicto, vt eo solum modo remaneret occupanti, argumen. l. ij. in fine. ff. pro derelicto. Vnde si tale dominium vtile consolidatum cum directo separare vellet, hoc sola voluntate facere non posset: imò necesse haberet hoc facere per contractū conuenientem, putà feudalem, aut emphyteuticum, & similes ad dominium vtile transferendum aptos, scilicet rem illam de nouo infeudando. & concedē-

BIU Cujas

do illi tertio occupāti. Ego certè in hac ſubtilitate, cùm inutilem circuitum inducat, non inſiſterem. l. dominus.ff.de condictio.indebi. Maximè in præſenti regno, in quo talia media potiùs cæremonialia, quàm vtilia non curantur: imò ſine illis dominia rerum recta via de vno tranſeunt in alium, ſecundum Bald.in capit.in præſentia.de probationibus. [De quo plenè dicitur ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore.ij.* vbi plenè loquitur de conſuetudine huius regni, qua mortuus viuum ſayſit.] Ideo crederem ſatis eſſe, quòd ſola domini voluntate res illa derelicta occuparetur à tertio, qui eam feudalē tenere recognoſceret à domino directo, & fidelitatē iuraret abſque alia noua conceſſione: præſertim de æquitate canonica, quæ tales non curat circuitus inutiles, ſed vult fideicommiſſum aduenta conditione recta via tranſire in fideicommiſſarium, ſine alia reſtitutione, quæ iure ciuili requireretur, per regulas Trebelliani ſenatuſcōſulti, vt clarè per illum text. decidit Bal.in dicto capi.in præſentia. Si autem feudum à vaſallo derelictum non eſſet ſimplex, id eſt, ſub incerta fidelitate, & in certo ſeruitio cōceſſum, ſed eſſet feudum conditionatum, ſcilicet ad aliquot certum, & determinatum ſeruitium annis ſingulis, vel aliis temporibus domino præſtādum, ſicut tunc nō poſſet vaſallꝰ ipſum inuito domino refutare, ita nec pro derelicto habere, quantumcūque à feudo recederet, & exiret, niſi dominus à quo tenetur, conſentiret. l. ſicut. C. de actioni. & obliga. & ita intelligitur tex. vbi eſt gloſ. optima in capit. j. in fine, de capita. qui curiam vendi. De emphyteuſi autem nō dubitatur, quæ indiſtinctè niſi dominus velit, nō poteſt pro derelicto haberi, nec ei renuntiari, ſecundm gloſ. & omnes in dicto capit. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. & dicta l. is cum quo. vbi Bart. ff. de aqua plu. arcenda. & Pet. Iacob. in titu. de cauſ. ex quibus feud. amit. circa medium. Et ſi his duobus vltimis caſibus conſentiret dominus, eſſet idem dicendum, quod in
363 præcedenti de ſimplici feudo. † Aliquando & ſecundò ſunt & reperiuntur bona vacantia, de quibus eſt dubium, ſi vacant domini voluntate, vel ſine eius voluntate & conſenſu: & ſi dominus eſt venturus, & illa bona repetiturus, vel nō: puta quia forſan ignoratur dominus, vt quia captus ab hoſtibus, vel aliter impeditus, aut fortè ignorans, quò res ſuæ mobiles abierunt, & deuenerunt, fortè quia errant, & vagantur per patriam, prout faciunt interdum animalia, quamuis non fera, quæ in itineribus publicis, aut locis priuatis reperiuntur. Et certè tales res occupanti non conceduntur, nec fiſco pertinēt: imò talibus bonis ſic vacantibus eſt dandus curator, qui illa regat, & cuſtodiat, ac ſi certum eſſet dominum ab hoſtibus eſſe captum. l. cùm cognatos. C. de poſtli. reuerſis, donec bonorum dominus reuertatur, aut cognoſcatur, ne interim talia bona pereant, vt ibi dicitur. Facit text. in Authent. nauigia. C. de furtis. vbi res in mari, aut eius portu, vel litore errantes, & inuentæ, ſuis debent conſeruari dominis, vt infrà dicetur. facit quod dici Bald. in l. ab Anaſtaſio. circa finem. C. manda. quòd ſi quis domum alterius, vel caſtrū propter guerram, aut mortalitatem vacans ingrediatur, & illud occupet tanquam in nullius bonis ſit, nō efficitur dominus: nec mouere poteſt actiones talibus bonis ſic de facto vacantibus ſeu ad cauſam ipſorum
369 competētes: † quia actiones, quæ iura incorporalia exiſtūt, occupari non poſſunt. l. qui re ſibi. §. nec vtimur. ff. de fur. Non enim præſumitur talis res omnino, & perpetuò habita pro derelicto, durāte impedimento: imò verus rei dominus ſemper dominiū retinet, quod ſine voluntate, & facto ſuo perdi nō poteſt. l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur. Cùm etiam poſſeſſio ſola per abſentem retineatur animo. l. clàm poſſidere. §. qui ad nūdinas. ff. de acquiren. poſſeſſio. Maximè in præſenti ducatu Aquitaniæ, in quo guerrarum turbine ac bellorum calamitate res multæ, caſtra, & domus remanſerunt deſertæ, quæ poſteà fuerūt per dominos recuperatæ, vel eorum hæredes,
370 atque dietim recuperantur. † Hodie tamen domini terrarum in hoc regno hæc omnia mobilia ſic errantia capiunt, & de facto occupāt, quæ vocant heſpaua, quæ propriè ſunt animalia abigeata ſeu fugata, quæ in Francia vulgariter dicūtur, *Beſtail heſpauć*. Et in hac patria quodam abuſu, & communi vſu loquēdi ab imperitis introducto vocātur, *haſpargia*, quaſi bona errantia, ſecundum Ioannem Fab. in §.
371 examen. Inſti. de rerum diuiſione. † Et peius faciūt: quia omnes res in publico repertas, quarum nullus apparet dominus, qui eas repetat, ſibi de facto vſurpant, quod facere non debent: Imò conſulit lex & præcipit, quòd reperiens tales res mobiles, quarum dominus eſt incertus, & de cuius voluntate non cōſtat, proponere debet libellum publicè in eccleſia, aut palatio, ſeu alio loco publico, quòd tales res inuenit redditurus eas domino ſi reperiatur, qui eas conſignatiuè declarando repetat, vt dicta l. falſus. §. qui alienum. ff. de fur. & plenè Panor. in capi. cùm dilecti. verſi. quid autem ſi. de accuſat. Quo facto & ſufficienti interuallo expectato, ſi nemo eas requirat, & inuentor ſit pauper, poterit eas tutè retinere, & conſumere, ſi ſeruari non poſſint, & cum intentione eas reddendi domino, dum & quando apparebit, ſi ſint res, quæ ſeruando ſeruari poſſint. Quinimò (quod plus eſt) epiſcopi, penes quos res raptæ ſunt cōſignā dæ pro eas diſtribuendo in redemptionem captiuorum, & alimenta pauperum, quas epiſcopi locorum [Vide quæ plenè habentur j. ſuper verbo, *ſi abſque liberis moreretur.j.* in xij. limita. circa finem.] vbi rapinæ fuerant factæ, vbi incerta eſt reſtitutio, diſtribuere debent, de quo plenè in l. id quod pauperibus. C. de epiſc. & cleri. & in Authenti. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſio. Diſtribuēdo poſſunt aliquā partem amore Dei diſtribuere etiam filiis taliū de-
372 relinquentium, ſi pauperes ſint, & indigeant: † imò poſſent & totum eis aſsignare, ſecūdum Bald. in capitu. j. §. iniuria. in titu. de pace iuramen. fir. verſicu. quæro quam ſatisfactionem, &c. Si autem inuentor ſit diues, qui aliter ſine illis viuere poſſit, tenetur eas pauperibus erogare pro Deo. xiiij. quæſtio. v. capitu. ſi quid inueniſti. ſecundum Hoſtien. in ſumma, de pœn. & remiſ. §. quæ pœna. verſic. Quid ſi quis inuenit, &c. facit text. not. in Authen. nauigia. C. de furtis. & in Authent. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſio. & in capitu. ſicut dignū. §. eos inſuper. de homici. Hodie verò plures officiarij Franciæ ſibi de facto vſurpant. Quæ omnia ſic inuenta faciunt ſibi reddi, & non reddentes trahunt ad emēdam contra ius & iuſtitiam, ſecundum Ioan. Fab. in §. fina. Inſti.
373 de rerum diuiſio. † Pariter vſurpant ſibi theſauros, etiam quos quis in ſuo vel alio fundo priuato inuenit, qui primo caſu ſunt inuentoris, & ſecundo caſu dimidia pars domino fundi, [Vt plenè habetur infrà ſuper verbo, *Cætera bona.*] altera verò dimidia inuentori pertinet. l. vnica. C. de theſauris. lib. x. Inſtitu. de rerum diuiſio. §. theſauros quoque. Et in plu-

ribus

ribus locis rapiũt, & ſibi appropriant bona nauium naufragatarum in mari, vel cauſa nauis alleuiandæ, ne pereat proiecta, quæ ſunt de iure dominis cõſeruanda, & cùm inueniuntur, eis ſunt reſtituẽda. Ideo nõ ſine cauſa fuit epiſcopus Agathẽſis tempore Innocentij tertij valde reprehẽſus, qui ſimoniam commiſerat, & naufragia quædam ſibi appropriauerat, vt dicto capit. cùm dilecti. quæ indubitãter ſunt domino illorum reſtituenda. Imò fiſcus de talibus bonis nihil capere poteſt, cùm ius nõ habeat in alterius calamitate, nec de re luctuoſa compẽdiũ aſſequi debet. l. j. C. de naufra. l. xj. nec eſt ex alieno fletu ridẽdũ. capi. petiſtis. de priuileg. ſicut nec afflicto eſt dãda afflictio. l. diuus. ff. de offic. preſi. Et impiũ lucrũ eſſet, quod cum alterius damno fieret, in Authen. de man. prin. §. ſed etiam. Et cõtra ius naturę. ff. de cõdi. indebi. l. nam hoc natura. & contra bonam fidem.
374 l. idémq; §. ſi procurator. ff. mãda. † Et ſic malè faciunt reges Hiſpaniæ, qui naues fractas occupãt, ſecundum gl. in cano. diſpenſationes. j. quæſtio. vij. & Ioã. de Pla. in dicta. l. j. de naufra. vbi dicit Lucas de Pẽna, quòd malè ſeruatur, potiſſimè in partibus Romanæ vrbis, ex qua lex illa proceſſit. Nam in omnibus terris maritimis omnia prædę expoſita ſunt, vnde nõ ſine cauſa dicit glo. quòd Romania dicitur caput totius auaritiæ, in l. ſequitur. §. pupillus. in verb. animũ poſſidendi. ff. de vſucapio. vbi de Romanorũ auaritia loquitur. Ioan. Mo. inca. auaritię. de electio. lib. vj. vbi cõcludit omnia iſta, & cætera prædæ fore expoſita, quæ dominis sũt reſtituẽda, ſed hoc nõ faciũt, & malè. Quoniam tueri nõ poſſunt, nec excuſari aliqua conſuetudine: imò illa nõ obſtante, pœnã confiſcationis propriorũ bonorũ, & corporalem arbitrariam incurrũt, vt clarè habetur in dicta Authẽti. nauigia. Nec non per generale concilium Laterane nenſe ſunt excommunicati, in capit. excommunica
375 tioni. §. illi etiam. infrà de rapt. † Contra hanc execrabilem & nefandiſſimam cupiditatem, quæ dudum plurimos, præſertim in Regno Frãciæ excæcauit, ac dietim excæcat, quæ ferè vſq; ad excoriationem, quam ipſi vulgariter, *eſcorcher*, appellant, per cuſtodes maximè ſeu gardiatores portuum, indifferenter cõtra omnes tam clericos, quàm laicos nobiles, Burgenſes, mercatores, & plebeios cõmittitur. A quibus alij de cæteris regnis pernicioſum ſumpſere exemplum. Monetur & ore ſatis aperto exclamat Valerius, lib. ij. tit. de inſtitutis antiq. Auara, inquit, & fœneratoria Gallorũ philoſophia. & Gul. de monte Laudu. in cle. multorum. circa princ. de pœnis. eas multum deteſtãdo, vt ibi videre poteſtis. Facit glo. ſuper verbo, ad vſurpationem. in l. defenſionis facultas. C. de iure fiſ. lib. x. quæ dicit, quòd officiales plura mala ſciunt & committũt, quàm alij, vt in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. j. Et dicit gloſ. in l. ab Anaſtaſio in verb. morantur C. manda. quòd omnia mala nouere, qui circa lites verſantur, quales ſunt
376 publici officiales. † Vnde nõ ſine cauſa omniũ taliũ, & ſimiliũ raptorum hæres in præſenti ſeculo eſt fiſcus, q eos bonis alienis impinguatos minuit. Quod fieri neceſſe eſt, ne ęternaliter pereãt. Sũt enim tales officiarij rerũ alienarũ auidi, ac improbi collectores, q in republica ventris, & inteſtinorũ imaginẽ ferunt, qui ſi immenſa auiditate rapta congererent, & congeſta tenacius retinerent, innumerabiles atq; incurabiles corporis reipublicę morbos generarẽt, ita quòd vitio eorum totius corporis ruina immineret, vt ait Polycrates, lib. v. ca. ij. quia ſecundũ Hypocratem, craſſa, & obæſa, id eſt, rotunda corpora cũ creſcendi modum impleuerunt, neceſſariam requirunt ſanguinis minutionẽ, quæ niſi fieret, in paralyſin, & plurima genera morborũ peſſima erumperẽt. Idcir co dicit neceſſariã eſſe demptionẽ, vt barbatus ille refert Hierony. in c. nec tales. de conſe. diſtin. v. Ob quod expediẽs eſt tales certè officiarios plurium & diuerſorũ rapina impinguatos, ſanguine, id eſt, bonis raptis minui,] De quo plenè ſuper verb. *cõdidit.* j. circa finẽ. loquẽdo de his oppreſſionib.] ne corpus reipublicę paralyſin patiatur. Præterea neceſſe, ſaltẽ expediẽs eſt, vt qđ vi vel aliâs iniuſtè perdidit proximus, capiat fiſcus. Cuius omnia digerẽdi eſt capax ſtomach⁹. [De hoc fiſci ſtomacho omnia rapta deuorãte, plenè dicitur ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*. j.] † Aliquãdo & tertiò ac vltimò bona, quę in
377 poſſe alicuius fuerunt, vacant abſq; domini voluntate, qui nõ ſperatur rediturus: vt quia certũ eſt q nõ redibit: quia fortè deceſſit nullis ex teſtamẽto, vel ab inteſtato relictis hæredibus, ſaltem qui hæreditatem velint, de quib⁹ ſuprà ſucceſſiuè vidiſtis. Aut qa fortè bona fuerũt ꝓpter delictũ perdita, quo caſu licet taliter bonis priuuatus poſſet à principe reſtitui, vt
378 C. de ſen. paſ. & reſti. per totũ. † Tamẽ quia quod à principe eſt impetrandũ, cenſetur (propter difficultatẽ) eſſe impoſſibile. l. apud Iulianũ. al. incip. Iulianus. §. fi. ff. de leg. j. & l. j. & l. ij. C. de peti. bo. ſubl. li. x. Certè talis dominus non amplius ſperatur rediturus, nec ad bona reuerſurus. Vnde in talibus, vt in prin. huius quinti & vltimi articuli retigerã, ſuccedit fiſcus in aliorũ defectu ſucceſſorũ, qui quidẽ fiſcus propria poterit authoritate talẽ adire hæreditatem abſq; inuẽtarij cõfectione, cùm in talibus bonis ſuccedat, nõ vt priuatus, ſed tãquã princeps & publica perſona, poteritque talia bona occupare, eorúmq; poſſeſſiones adipiſci, velut de iure & de facto vacantiũ, nec tenebitur creditoribus vltra vires hæreditarias, ſecũdum Bar. per illũ tex. in l. j §. an bona ff. de iure fiſ. Et ita eſt ſeruari cõſueuit, ſecundũ Maſuerũ,
379 tit. de ſucceſ. & vlt. volũ. §. j. in fi. † Si autẽ ſolùm vacarent de iure, vt quia dominus illorũ abſq; hærede deceſſiſſet, vel omnes hæredes ſucceſſionẽ repudiarent: tamen de facto bona illa ſunt, & detinẽtur per alium occupata, certè tunc fiſcus licet poſſit, vt quilibet alius hæres adire hereditatẽ: non tamen poſſet illam realiter apprehẽdere ab alio poſſeſſam, donec diſcuſſo de iure poſſeſſoris, qui in apprehẽſione poſſeſſionis vocãdus eſt, vt dicta l. j. C. de bo. vacã. li. x. Et ſi ſe opponat ſeu cõtradicat, audietur. l. fi. C. de edicto diui Adria. tol. & in c. licet epiſcopus. de preb. lib. vj. vbi tenens poſſeſſionẽ de facto, & ſine titulo ſpoliari nõ debet, nec à poſſeſſiõe expelli, donec ipſo vocato, & audito. l. fi. C. de rei vẽd. imò nõ valeret impetratio ꝓ alicuius rei adipiſcẽda poſſeſſiõe, niſi facta mẽtio fuerit de poſſeſſione, etiam meri facti penes alium exiſtẽte & detenta. c. cùm noſtris. de cõceſſio. præben. vbi bona gl. ſuper verbo, de facto. Nam bona fiſco applicata nõ poſsũt, niſi præmiſſa declaratione, realiter capi, nec alteri cõcedi, & ſi cõtrarium fieret nõ valeret, vt hodie ſatis eſt clarũ per regiam ordinationem domini noſtri regis moderni Caroli octaui. [Quam ſituauit dominius Auffreri. in tit. de conceſ. benefi. non vacan. c. ij.] Quinimò etiam poſt factam declarationem non valeret cõceſſio dictorũ bonorũ, niſi motu proprio principis foret expedita. l. ij. C. de peti. bono. ſubl. lib. x. videatis bonum text. in c. cùm ſecundũ leges. de hære. lib. vj

BIU Cujas

& tetigi suprà in prin. huius quinti articuli. Nam fiscus in bonis sic vacantibus in defectu hæredum succedẽs verè succedit, adeò quòd si talia bona tãquam vacãtia per fiscum apprehẽsa, posteà fuerint per officiarios ad publicã subhastationem debitis præcedentibus interuallis secundum consuetudinem ven-
380 dita, venditio tenebit irreuocabiliter. † Ita ꝙ si filius, vel alius defuncti proximus parens, qui forsan tẽpore mortis absẽs erat, tũc appareret bona vẽdita recuperare volens, nõ audiretur, nisi ad petendum à fisco pretium infra quadriennĩũ continuum à tempore factæ fisco denuntiationis, & bonorũ occupationis computandum, & non post. l. j. & l. omnes. C. de quadrien. præscri. Et ita cõsuetudine seruatur, secundum Masuerũ, tit. de empt. & vendi. §. item si bona mobilia. & titu. de succes §. itẽ & illius, qui mortuus est sine hærede. nisi hæres ille minor esset xiiij. annis. Quo casu hoc non obstante admitteretur beneficio minoris ætatis post quadriennium ad pretiũ consequendũ à fisco, secundum eum ibi, subiungentem idẽ esse, si fiscus bona erema vẽderet, quæ longo tempore in eremo remanserant inculta negligentia dominorum, de quibus intelligi etiam potest dicta l. omnes. Et idem vt quadriennio præscribantur contra verum hæredem & dominum, vbi bona non essent per fiscum, aut officiarios fiscales alienata, sed per ipsum principem, vel Augustam, aut eorum officiarios, non vt res confiscatas, aut vacantes: sed tanquam de patrimonio principis existentia, per tex. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Nam regula
381 communis habet. † quòd quoties princeps vel Augusta, aut eorũ fiscus seu officiales ad hoc deputati bona aliena vẽdunt tanquã sua propria, & non vt aliena, emptor aut donatarius vel alius quicunq; titularius est ilico securus, tamen dominus rei habet regressum contra principem, aut fiscũ infra quadriennium ad consequẽdum pretium, vt dixi, per dictam l. omnes. & l. bene à Zenone. Quas discretè & sapiẽ-
382 ter, ne ini quũ concipiatis, debetis intelligere. † quia antè quàm dispositio earum habeat locũ, multa requiruntur. Primò requiritur, quòd fiscus rẽ alienam: vt suam alienans eam credat suam, & non alienam: quia si putaret eam esse alienam, posset dominus rei eam vendicare ab eo, cui princeps cõcessit, secundũ glos. in l. multum interest. C. de communium rerum alien. Præterea requiritur, ꝙ fiscus rem quam concedit, possideat bona fide. credens esse suam, vt in casu nostro, vbi fiscus videns bona vacantia ob defectũ legitimorum hæredum, iustam habet credendi causam, quòd sint sua. vt d. l. j. C. de bo. vacan. lib. x. & tũc contra dominum est emptor, aut donatarius ilico securus, & etiam fiscus post quadriennium. Sed eo pendente tenetur reddere domino pretiũ, si eam vẽdidit, aut æstimationẽ rei, si eam donauit, & cum illa erit quittus: secùs, si mala fide rem alienatam fiscus possidebat, secundum glo. super verbo, distrahatur. in l j. C. de vendi. rerũ fisca. cum priuatis cõmunium lib. x. & tenet Iac. de Aret. quẽ ibi formaliter sequũtur Bal. & Ang. in d. l. ij. C. de cõmunium rerum alie. & in l j C. de hære. vel actio. vendi. & Panorm. in c. penul. versi. ego incipiam, & c. de re iudi. Quod dicit esse notandũ: quia multi errant in intellectu dictarũ legum, omnes, & bene à Zenone, intelligẽtes eas indistinctè etiam cum mala fide, quod nõ est verum: imò tunc dominus audiretur, etiã post quadriennĩũ contra eum, in quem facta est alienatio per fiscum, aut principem nõ dominum, sicut audiretur si alius
383 quicunque eam alienasset. † Secundò requiritur, ꝙ res quam fiscus vel princeps bona fide credẽs suam alienauit, nõ sit nec pertineat eccleſiæ, quia tunc is, in quem facta esset alienatio, non esset securus ilico, donec lapso tempore xl. annorum, quo solo contra ecclesiã præscribitur. c. ad aures. de præscrip. & Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Nec haberet tũc locum dispositio dictarum legum, per tex. in c. quicunq; militum. xij. q. ij. Et pariter locum non haberet, vbi princeps rem alienã donaret vt suam, etiã credens eam esse suam alicui ecclesiæ, secundum gl. ibi in fi. per tex. in c. placuit. j. xvj. q. iij. vbi gl. pen. hoc tenet, quòd ecclesia ilico nõ esset tuta, imò teneretur rẽ vero domino restituere, quicquid dicat text. in dict. l. bene à Zenone. ante fi. Et ratio est secundũ glos. in dicto c. placuit. Quia sicut ecclesia noluit dictã l. bene à Zenone, recipere cõtra se, vt dicto c. quicunq; militum, vt dixi. Sic etiam gaudere non debet priuilegio illius, quia iniquum foret putare aliquid iustum esse in sua persona, quod iniquum putauit in personis aliorũ. ar. in l. generaliter. C. de rebus credi. & iureiuran. §. sed iuramento. & ff. quod quisq; iu-
384 ris. per totũ, † & ꝑ hæc dicit plus glo. super verbo, irrita. in ca. qui res. de rebus ecclesiæ non alienãdis. quòd dispositio dictæ l. omnes. & l. bene à Zenone, locum non habet de iure isto canonico: ideo vt dixi locum nõ habet in ecclesia, si Imperator rem alienã ei donauerit, secũdum glo. in dicto c. quicunq; xij. qõ. ij. per c. placuit. j. xvj. q. iij. Et minùs si rẽ ecclesiæ tanquã suam alteri donaret, vt ibi: sed solùm habet locum de iure ciuili, & inter laicos, & in rebus eorũ, vt per Panormita. in dicto c. qui res. & plenè Fely. in capi. quæ in ecclesiarum. xiiij. colum. versi. secũdum verò membrum dictæ conclusionis, & c. de constitu. vltra quem consuluit Panormi. in secunda parte cõsi. i j. xvj. colum. in fi. dictam l. bene à Zenone. locũ non habere in rege Franciæ, nec in aliis regibus, aut principibus præterquàm in Imperatore, & Augusta eius consorte, rem alienam vt suam alienante. Cùm lex illa specialissimum contineat priuilegium Imperatoris, & Augustæ, qui suis consiliis, suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctúque laborant. Vnde non immeritò dignam habent sua prærogatiua fortunam, vt ibi dicit textus, prope finem. Hoc autem priuilegium non atribuit regi nostro Franciæ, ergo non est ad ipsum extendendum. capitu. sanè. de priuil. Maximè quia in eo non est eadem ratio in hoc, quæ militat in Imperatore, cùm nõ laboret pro vniuerso orbe, sicut facit Imperator. Tamen de consuetudine seruatur in regno, secundum Masuerum in dicto §. item ex illius. Et præmissa vera, vbi bona fuerunt tanquam vacantia per fiscum alienata cum effectu, id est, taliter, quòd ille in quẽ fuit alienatio facta, tenet, & possidet illa bona: quia pro illis inquietari nõ poterit quoquomodo, nec fiscus pro pretio post quadriennium, vt dicta l. bene à Zenone. & l. omnes. Si autem bona non adeptus fuisset, nec possideret, sed fiscus vel quilibet alius, posset hæres & quicunque alter dominus illa recuperare infra triginta annos. l. licet. C. de iure deliberandi. Et idem si res per fiscum alienata, & ab emptore aut donatario possessa, reperiretur nũc ad ipsum fiscum reuersa, & eã teneret. Cùm locupletari non debeat de aliorum, præsertim subditorum suorum iactura, capi. locupletari. de regu. iur. lib. vj. & l. nam hoc natura. ff. de cõdict. indebi. Præterea. l. illa, omnes, & l. bene à Zenone, est odiosa & restringenda, secundũ

Panor.

BIU Cujas

385 Panorm. vbi ſuprà. †Sanè tamen intelligatis fiſcum ſuccedere in bonis vacãtibus propter defectum hæredum, vbi bona vacantia eſſent allodialia, Franca, & libera, in quibus nemo alter intereſſe prætẽdit. de quibus plenè vidiſtis in primo articulo, & in ſecun-
386 da deciſio. † Si autem talia bona vacantia eſſent alteri domino conſolidabilia, certè in illis præferrẽtur domini directi: & ſic in feudalibus & emphyteuticariis ſemper fiſco præferuntur domini, à quibus dependent, & in quorũ terra, & iuriſdictione bona ſunt ſituata mobilia & immobilia, quorum intereſt dominium vtile conſolidari ſuo directo in defectu hominis, ne tranſeant in potentiorem. Prætereà cuius domini ipſi hæredes ſũt, eius omnia bona eſſe cognoſcant. l. fin. C. ex quibus cau. colo. cẽſitíve dominos accu. poſſunt. lib. xj. Vnde nobiles, qui ſuos habent homines, illis ſine hærede decedentibus ſuccedunt, ſecundum Bald. in l. j. C. de hæredi. decu. Teſtari tamen poſſent ſi vellent, quia ingenui ſunt, & liberi homines, ſecũdum glo. Inſti. de iure perſo. circa medium. Præſertim in iſto regno, in quo ſunt feuda & emphyteuſes ad inſtar patrimoniorũ redacta, vt ſæpe dictum fuit, niſi cõſuetudo eſſet in contrarium, ſcilicet quòd teſtari non poſſent: quia valeret & diſponere poſſet, quòd ruſticis morientibus abſq; liberis poſſit dominus caſtri vel loci totum vel certam bonorum partem occupare. Quo caſu non excluderentur liberi morientis, ſed duntaxat reliqui paren-
387 tes. †cùm enim ſucceſſiones ſint de iure poſitiuo, vt ☞ dicit Bal. in l. meminimus. C. de legiti. hæred. [De quo infrà ſuper verbo, *condidit*, j. circa princ.] Conſuetudo in eis multùm poteſt, vbi non reperitur expreſſè prohibita derogare iuri communi, ita quòd tantùm poteſt ſicut lex ſcripta ad tollendam veterẽ legem. Inſtit. de iure naturali. §. ex non ſcripto. Ideo erunt hoc caſu excluſi, præter liberos, omnes parentes licet aſcendentes, etiam à legitima, quam eo tũc de bonis liberorum exigere non poterunt: cùm non ſit de iure naturali. ſecundum Bald. in l. j. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iur. & dixi plenè ſuprà in primo præludio. Quæ quidem conſuetudo multum inoleuit in pluribus locis, in quibus barones & nobiles mortuo Pageſio ſeu ruſtico ſuo ſine liberis, & in q. buſdam aliis locis, eo mortuo ſine liberis, & aliis parentibus eiuſdem conditionis hominibus, qui ſoli ſunt ad ſuccedendum ex teſtamento, vel ab inteſtato capaces, ſecũdum Ioan. Fab. Inſtit. de iure perſo. §. ſeruitus. in princ. omnia capiunt, & occupant iure
388 peculij, quod vocant manum mortuam, †Si autem extarent liberi, vel alij parentes eiuſdem cõditionis homines, illi defuncto ſuccederent ex teſtamento, ſi teſtamentum feciſſet, vel ab inteſtato, ſi inteſtatus deceſſerit, in quo tranſit hæreditas, & etiam poſſeſſio ipſo iure in præſenti regno ſine alia apprehenſione, ſicut tranſiret alia quælibet hæreditas frãca & libera in hæredes omnino liberos iure ſanguinis parẽtelæ ſuccedentes per generalẽ regni cõſuetudinem, qua mortuus viuum ſayſit eius proximum linaigerium, [De qua conſuetudine plenè habetur infrà ☞ ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*. ij.] Nec talis cõſuetudo ſayſiret alios, licet conſanguineos proximos, ſi eiuſdẽ nõ eſſent cõditionis cũ defuncto. Sed dominus iure manus mortuæ, ſi defunctus hæredes ſuæ conditionis parẽtes nõ haberet, de bonis & hæreditate illius remaneret ſayſitus: quia vbi eſt talis conſuetudo manus mortuæ, liberi & franci homines homini conditionato ſuccedere non poſſunt, cùm plenè liber non ſit, ſecundum Ioann. Fab. Angel. & Chriſtophorum Porcum, Inſtitu. de ſerui. cognatio.
389 †Sanè tamen intelligatis tales eiuſdem conditionis homines per generalem regni conſuetudinẽ fore ipſo iure ſayſitos contra omnes, præterquàm dominum feudalem & directum, à quo tales hæredes non obſtante conſuetudine ſayſiente neceſſe habent petere inueſtituram, & mitti in poſſeſſionẽ, vt poſſeſſores fiãt, ſicut quilibet alius hæres rem ab alio in feudum tenens, vel emphyteuſum, ſecundum Bal. in cap. j. An mutus vel imperfectus. Nulla enim cõſuetudo aliquem ſayſit contra ſuum ſuperiorem dominum, & minùs contra regem. Ob quod facta fuit regia ordinatio, quæ incipit, & ſi quæſtio. Ideo non poſſet ſubditus ratiõne iuriſdictionis altæ & baſſæ in caſu nouitatis contra dominum ſuum impetrare, cùm ſit ſine poſſeſſione reſpectu domini, antequàm fuerit ab eo inueſtitus, & ita ſeruatur ſecundum Mafuerum, titu. de poſſeſ. §. item ille q̃ eſt ſubditus. Et clariùs in titul. de feudis. §. item ſucceſſor ſingularis. ☞ cum §. ſeq. [Hoc pleniùs declaratur infrà ſuper dicto verbo, *Mortuo itaque*. ij. loquẽdo de cõtinuatione poſſeſſionis de patre in filium.] Vnde ſtylus curiæ Parlamenti Franciæ habet, quòd vbi ſubditus conqueritur de domino non ſuper nouo impedimẽto, fit tunc cauſæ remiſſio domino: quia aliàs eſſet in poteſtate ſubiecti auferre iuriſdictionem domino ſuo, nouum proponendo impedimentum, ideo communiter in Gallico dicitur: *Entre Seigneur & ſubiect n'ha point de nouuelleté*. Si tamen dominus vel iudex iniuſtè, & iuris ordine non ſeruato, procedit contra ſubditum, poteſt intentari contra ipſum remedium recuperandæ poſſeſſionis. cap. conquerẽte. de reſti. ſpol. vt refert magiſter Guliel. de Brolio. tit. de cauſa nouitatis. cap. item ſi ſubiectus. Prætereà verum eſt, quòd inter ſubiectum, & dominũ non cadit nouitas, ſed ſi eſſet inter ſubditum ex vna parte, & dominum alium ex altera, tunc quo ad illum alium, & etiam dominum rex haberet cognitionem, neq; ille alius petere poſſet remiſſionem fieri, ne continentia cauſæ diuidatur: & ita fuit Arreſto declaratum Pariſiis. [De quo per dominum Auffreri. in ſuo tracta-
390 tu Arreſtorum cap. xlvij.] † Et pariter non poſſet Pageſius cõtra dominum impetrare ſaluangardiam, quæ propriè reſpicit res, & patrimoniũ. Nam ſi hæc impetrari poſſent, faciliter impediretur dominus in ſua iuriſdictione per ſubditos, quibus prouiſum eſt remedio appellandi vel prouocãdi, ſi grauentur per dominum iure ſuperioritatis & authoritatis. Tamẽ ſecundum ſtylum curiæ Parlamenti regiæ dominus dare cogeretur aſſecuramentum, & ſecuritatem vaſallo, & homini ſuo, & cuicunq; eius ſubdito de corpore ſuo, id eſt, de ipſum non offendẽdo in corpore ſeu perſona, cùm talis offenſio reparari nõ poſſet remedio appellationis, de qua materia ſaluegardiæ, & aſſecuramenti habetur in l. denuntiamus. C. de his qui ad eccle. confu. & illicitas. §. ne potẽtiores. vbi Barto. ff. de offic. præſid. & in l. ſanctum. ff. de rerum
391 diuiſ. & Fely. ſuper rubrica. de treug. & pa. † Et quòd cõſuetudo, quòd dominus ſuccedat Pageſio, & homini ſuo valeat, tenet Hoſtien. in ſumma, titul. de agricol. nume. iiij. libro iiij Et dicitur in ſumma confeſſorum, titul. de ſucceſ. ab inteſtat. quæſtione cxxj. vbi dicitur, quòd ſi fuerit conſuetudo terræ, quòd mortuo homine ſine filio dominus totum accipiat, talis conſuetudo eſt ſeruanda, & conſequẽter dicitur in foro cõſcientię tuta, prout olim

BIU Cujas

392 seruabatur in patria Delphinatus, †vbi manũ mortuam accipiebant Barones, & cæteri nobiles illius patriæ ab hominibus suis, vt refert Guido Papæ, quæstione cccIxj. dicens, quòd capere eam solebat etiam dominus Delphinus vsque ad tempora domi-
393 ni Huberti, †qui inter cætera libertatem concessit patriæ suæ à prędecessis, & dictam patriã suam transtulit in primogenitum Franciæ, prohibens manum mortuam accipere, nisi ab his, qui eam caperent ab hominibus, & subditis suis. de quo modicum retigit Cyn. in Authen. sed episcopalis dignitas. C. de episcop. & cleri. & in l. voluntariè. C. de excusat. tut. & Ioannes Fab. in §. j. Institu. quibus modis ius patriæ potest. solui. vbi dicit, quòd mortuo aliquo sine liberis in potestate existentibus, potest dominus ex consuetudine si ibi vigeat omnia occupare iure manus mortuæ: idem tenet Barto. in l. item in potestate. in fine. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Quia stante cõsuetudine manus mortuę, prout est in pluribus locis huius regni Franciæ (vt refert Masuerus. titu. de successio. & vltimis volun. §. item illius, qui mortuus est sine liberis, & tangit in titul. de loca. & iure emphyteu. §. item si res quæ data fuit, in fine.)
394 non possent tales homines testãdo, aut inter viuos de bonis suis disponere, secundum Hostien. vbi suprà, nisi inter liberos, & in aliquib' locis inter suos, qui dicuntur omnes illi, qui inuiti ferre testimoniũ contra talem hominem non fuissent coacti, vel nisi in magna necessitate, vel pro acquirendo alia bona sibi, & domino magis vtilia, ad instar bonorum ecclesiæ, vt notat Panormita. in capitul. nulli. de rebus eccles. non alie. Et si aliàs disponerent inter extraneos, vel testarentur, posset dominus omnia reuocare, maximè si donarent. l. j. vbi plenè Ioann. de Pla. & Docto. C. non licet. habita. metroco. loca sua ad extran. transferre, libro vj. Talibus profectò hominibus dicere potest baro id quod Deus Israelitis dixit Leuit. xxv. Terram quoque non vendetis, quia
395 mea est; vos aduenæ, coloni mei estis, &c. Quorum colonorum differentia est multiplex. † Inter quos adscriptitiorum conditio deterior est: quia parum differunt à seruis. l. ne diutius. C. de agricol. & censi. libro xj. Tales enim sicut cęteri dicũtur coloni ab agris colendis vocati & nominati: & præterea dicũtur adscriptitij, quia glebæ seu terræ, quam colunt, sunt perpetuò adstricti, à qua discedere nũquã possunt, vt alibi morętur. l. cum satis. illo eodem titulo, imò sunt pars glebæ & terræ, quam colere sunt adstricti, adeò ꝙ pro rebus immobilibus habentur, & earum appellatione veniunt: ita quòd legata vendita, aut donata terra, censentur & ipsi cum sobole sua translati, & alienati terram sequentes quocunque vadat, etiam si in manus Iudæorum vel aliorum infidelium terra illa perueniret. Qui licet Christianum mancipium habere non possint. l. prima. C. ne
396 Christia. mancipium. † attamen tales Christianos adscriptitios velut fundi partem habebũt, dummodo eis non vtantur ad aliud, quàm ad agricũlturam cui adscripti sunt. capit. multorum. de Iudæis. Quo casu non dicitur Christianus propriè Iudæo subditus, sed solùm terræ Iudei adstrictus, cui terræ potius seruit, quàm personæ. Et sic nõ obstat dicta l. prima C. ne Christia. mancipium habere. Vnde tanquam partem fundi tenetur dominus tales adscriptitios tradere, sicut terrã in publico censu, cùm propter eos terra plus æstimemur, secundum glos. in l. prima. C. de seruis fugitiuis. quia inter immobilia velut pars terræ computãtur, in Authen. de non alien. §. velut enim. collatio. ij. de quo habetur in l. forma. §. si quis inquilinos. ff. de censi. Nec vẽdi possent, vel alio modo alienari sine fundo: quia ab eo separari non possunt, etiã ex priuilegio motu proprio principis cõcesso. l. originarios. vbi Ioan. de Plat. & cæteri. C de agricol. & censi. lib. xj. Sic etiã à solo nõ possunt sequentes coloni separari, in signũ cuius primus agricultor vocatus fuit Cain, id est possessio. Cain enim
397 lingua Hebraica possessionem significat, †quia cupidissimus fuisse perhibetur, ac inuidia plenus, & alienæ felicitatis impatientissimus, vt sunt cõmuniter Agricolæ Rusticani, de quibus ait Diodorus Siculus, lib. iij. quòd omnis inuidia subdita est regibus in India, quasi dicat, quòd omnes agricolæ, qui vt
398 plurimùm sunt inuidi, dãt regi tributum. † Ex quo antiqua arbitrabatur, & pingebat deitatem largitrix gentilitas, Saturnum agriculturæ doctorem esse hominem senem, capite obuolutum, sordidum, atq; falce ornatum. Quæ sicut Saturno homini, sic etiam planetæ conueniunt: quem Astrologi dicunt planetam frigidum, siccum, melancholicum, auarum, malitiosum, inuidum, & simulatorem, ac fœtidi oris, quasi de omnibus malè dicentem. Quamobrẽ, quia secundum Ciceronem in Rhetoricis, virtutis comes [De quo plenius super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. dum loquitur de Iudæorum inuidia cõtra Christum.] inuidia est. Cain agricola primus fratrẽ suum Abel totum nobilẽ, Deum corde syncero colentem, cuius sacrificia Deo erãt accepta, crudeliter interfecit. Nunquid agricolæ (vt Matth. xxj. veritas diuina testatur) sola inuidia moti vidẽtes filium domini sui dixerunt intra se: hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hęreditatẽ eius, & apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderũt. Nec sine causa in agricolis figuratur ibi inuidia Pharisæorum & Sacerdotum contra Christum verę no-
399 bilitatis principem. † Quæ quidem inuidia naturaliter contra nobilitatẽ est rusticis & villanis insita, quibus tãtus semper, & tam vastus est animus extinguendi nobilitatem: quia rarò est inter tam dissimiles animos beneuolentiæ charitatísq; cõsensio. Nec est nouum in præsenti regno ignobile vulgus ea de causa insurrexisse, & plura perpetrasse. Quod maximè contingit capite languente, prout factum fuisse legitur beato Ludouico Francorum rege apud infideles capto de quo Gaguin. lib. vij. cap. ij. Ludouico, inquit, capto exercitati plerique adolescentes tanquam regem custodia eximere sperarent cõuenientes, duce Hũgaro, qui illis non aliter, quàm episcopus præsidebat, magnam sibi sociorũ multitudinẽ coëgerant, atque ita per Parisios, Aurelianósque & Bituriges profecti, cùm nõ furto, nõ adulteriis abstinerent, à Biturigibus non longè à vico, qui mortuum mare dicitur, quà ad nouam villam iter est, perempti sunt. Hi enim pastorellos se nominari volebãt. & eodem lib. cap. fin. sic dicit. Dum hæc difficilia aguntur, scilicet bella inter Philippum Longũ Franciæ regem, & Flandriæ comitem, ouium quidã pastores admoniti cœlesti (vt ipsi asseuerabãt) oraculo in Syriã religionis Christianæ causa profecturos se iactabant, qui postquàm magno numero aucti sunt, latrunculis non dissimiles, cùm prædas agerent, Carcassonam vsque progressi ab incolis grege facto dissipati aufugerunt compluribus interfectis, & patibulo strangulatis. Pariter certo certius est rusticos fuisse inuidia arrogantissimos, ac dominandi

facultate

facultatẽ contra nobiles tempore Ioannis Franciæ regis vsurpare voluisse,tamẽ malè eis succesisse, de quo idem Gaguinus, lib.ix. cap.j. de tẽpore quo rex Ioannes in Anglia captus tenebatur Carolo quinto
400 eius filio regnũ moderante sic refert.†Insurrexit per id tempus in Bellouacensium territorio agricolarum insolens turba, quæ ex vicis in nobilitatẽ duce Gulielmo Calleto irrumpens,cædem multam facit,Compendiúmque vsque, atque Siluanectum & Sueßionem grassata, arces cõplures spoliauit, deiecítque. Erat huic hominum pesti in nobilitatẽ præcipua conspiratio, & execrabilis seuitia:cuius ne per eius singula flagitia circunferar, duo tantùm præcipuæ immanitatis crimina memorabo. Inter plurimas cædes hæc debacchantium furia castellũ quoddam irrumpẽs loci dominum cùm palo alligassent, eius vxorem filiámq; in conspectu mariti stupraverunt,stupratas necauerunt, viro mox crudeliter interempto. Alterum præterea auratum equitem à se trucidatum, & veru transfixum igni assauerunt spectante equitis vxore, quam à duodecim stupratoribus violatam impulerũt de mariti carne vesci, miseram paulo pòst mulierem morte afficiẽtes. Sunt qui memoriæ prodiderũt, hos grassatores regem sibi instituisse Iaquetum quendam Bellouacum, à quo ipsi se Iaquas voluerunt appellari. Egressi quoque Parisiis trecenti ex numero perditorum homines, duce Petro Gillo,Tillium profecti,cùm ibi Ioannẽ Vaillant cum quingẽtis eiusdem factionis armatis comperissent,inita societate Meldem ducunt, rati prima incursione mercatum expugnare. Quos Meldenses positis per vias mensis, vino, atque dapibus magna omnium lætitia reficiunt, erant tũc in mercato cum vxore Caroli quinti Fuxẽsis comes, atque alij bono numero nobiles quidam,qui postquàm oppugnationem aduersum se parari vidẽt, irruptione facta totã illam plebeian: vim furoremq; discipant: ingressiq; ciuitatẽ,eam partim incendunt, atque diripiunt,capto Solãno ciuitatis prætore, quem abductum necauerunt. Deprehensus præterea à Nauarro rege Gu-
403 lielmus Calletus Iaquarum Beluacẽsium primarius carnifex (Iaquas enim hæc se factio nominabat) vltimum supplicium apud Claromontem tulit.[Inter bonos(inquit Sallustius in Iugurtino) amicitia, inter malos factio est.] Eadémque tempestate paulò antè mercatorum præpositus cubiculum Caroli prædicti ingressus, nihil inquit serene princeps, inter ea,quæ gesturi sumus cõtristeris. simul hæc dicẽs Conflauum Campanum Mareschallum Carolo conspiciente necauerũt, Robertumq; Claromõtensem inde fugientem in penetrali interemerunt.Quorum cadauera trahi à satellitibus, & ad mensam marmoream,quæ in atrio ad gradus palatij est, proiici inspiciente Carolo præpositus iusserat,vbi ad populi spectaculum ad vesperam vsque relicta iacuere. Pariter de tempore Caroli sexti Frãcorum regis, eodem lib.c.iij. idem Gaguinus sic dicit : Eadẽ quoque tẽpestate Aruerni adiunctis sibi Lemouicẽsibus, atque Pictauiensibus grauissimam seditionem excitarunt, ducem sibi quendam Petrum Brueriũ instituentes, atque ita per nequissimam licentiam grassantes, nobilem quemque clerum, item, & alicuius pensi hominem sibi obuium sine miseratione obtruncabant. Nam deprehensi fortè per viam Serti equitis capiti ignitum cassidem imponũt: sacerdoti amputatis digitis capitis verticem deglubunt, deinde cremãt.Religiosum hospitalis ordinis proceræ arbori appensum,sagittis telisq; cõfossum necãt.Nec modus illis erat vllus sæuiendi, pluris inter illos habebatur, qui ditiora flagitia committeret.Huius tam detestandę inhumanitatis nuntio accepto Biturigum dux, qui Auenionem salutandi pontificis causa petebat,delecto nobilium exercitu in seditiosos mouet,quos nõ difficili prælio multis occisis, multisq; laqueo strangulatis superauit. Hæc ille. Talis enim furiosa plebs aduentu viri alicuius insignis confestim tacet, vt cõtigisse refert Valerius,li.iij. cap. vij. tit. de fiducia
401 sui.†Cùm in vrbe fames contigisset,& ob id plebs Romana in varias sentẽtias, non sine tumultu declinaret, Scipio Nasica ad eã Tacete Quirites,inquit, plus enim ego,quàm vos quid reipublicæ expediat, intelligo. Qua voce audita omnes pleno venerationis silentio, maiorẽ authoritatem eius, quàm suorũ alimentorũ respectũ egerunt. Hęc ille. Proquo facit poeticum illud Æneidum libro primo:

Sæuítque animis ignobile vulgus,
Iámque faces & saxa volãt, furor arma ministrat.
Tum pietate grauem, ac meritis fortè virum quem
Conspexere,silent, arrectíſque auribus,astant.&c.

402 †Ob quod nulla olim dabatur plebeiæ conditioni authoritas,nec in cõsilio vocabatur,sed solùm honorati viri,cùm prudentia non sit in eis.De quo Cęsar de bello Gallico libro suorum Commentariorũ vj.In omni,inquit,Gallia eorum hominum,qui aliquo sunt numero,atq; honore genera sunt duo. Nã plebsplenè seruorum habetur loco,quæ nihil habet per se,nulloq; adhibeẽ consilio&c.[De periculoso plebis cõsilio& iudicio,plenè habetur super verbo, *mortuo itaq; testatore*.j.loquendo de sententia contra Christum lata ad clamorẽ plebis.] Et ita etiam inter alia eidem Cæsari facto Imperatori oratione secunda ad Caium Cæsarem de Republica intitulata, persuasum fuit in hæc verba: Hæc multitudo scilicet plebis,primùm malis moribus imbuta,deinde in artes vitasq; varias dispalata nullo modo inter se cõgruens, parũ quidem idonea videtur ad capessendã
403 rempublicã.†Ideo cùm Tyberius Gracchus Tribunus plebis interempto senatu omnia per plebem agi debere dictitaret,per Scipionẽ Nasicam Romanum nobilissimum cũ eius scelerata factione, quas merebatur,pœnas sustinuit. Valerio referẽte alleg.
404 lib.iij.ca.ij.tit.de fortitudine.†Sed vnde tãta ignobiliũ temeritascõtra nobilitatem processerit? Certè ex inuidia, vt videtis, vel secundum Bal.in.l.per adoptionẽ.ff. de adoptio. ex eo quia nobiles pro maiori parte superbi existunt, & inimici popularium, ac subditorũ oppressores,gulosi,& luxuriosi, plus quã populares.Ita quod verè non sunt nobiles:quia nobilitas sola illa est,quæ animum moribus ornat. Vnde tales qui virtutibus abutuntur,nobilitatem habere non dicuntur, quæ in eis vitio extinguitur. Sicut legitur de Nabal,qui cùm Carmelus vir esset rusticus malè respõdit nũtiis Dauid regis: ob quod proposuerat Dauid eũ occidere,& omnes de domo eius, si sapientia Abigalis vxoris Dauid iustè motum non placasset,j. Reg. xxv.Sed vnde tãta hodie vitia,etiã in nobilitate procedunt? Certè, quia rustici omnes ob diuitias,quas diligentia vel astuta parsimonia in eis regnante,feuda etiã nobilia acquirunt,& nobilitantur,aut per matrimonia ære redempta cũ nobilibus absq; alia dote,vt dicit Bar.in l.si diuortio.ff. de verb.obl.cõtracta,vt nobiles regnãt in vitiis eis naturaliter insitis.iuxta illud Gualteri,in j.Alexand.

Asperius nihil est humili,cùm surgit in altum.

Nobi-

BIU Cujas

Nobiles verò peruenientes & deducti ad paupertatẽ,&viles exercendo artes ignobiles reputanttur.
☞[Prout exemplo legimus de Ioseph viro glorioſæ ſemper virginis Mariæ, qui Faber lignarius erat,ob quod de Chriſto dicebant Iudæi,ꝙ filius Fabri erat, nec literas didicerat, licet Ioſeph ipſe de linea & domo Dauid, & cæterorum regum Iſrael verè deſcendiſſet,vt habetur Matth.j.]& non nobiles dicuntur, ruſticanis loca nobilium tenentibus. Hi ſunt quos poſt Græcorum particulare diluuiũ regnante Athenis Amphyteone rege, Deucalion Theſſaliæ rex Promethæi filius,& Pyrrha Epimethæi filia coniuges, genus humanum in patria reducere volentes, ex lapidibus poſt terga iactis homines formeſſe,libr.primo Metamor.finguntur. (Quidio referente.)

Inq́, breui ſpatio ſuperorum numine ſaxa,
Miſſa viri manibus faciem traxére virorum.
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu.
Inde genus durum ſumus ex periénſque laborum:
Et documenta damus, qua ſumus origine nati.&c.

Tales profectò homines ex lapidibus orti,ad ſenſum tropologicum pauperes,& ignobiles ſignificãtur,qui de ruſtica agreſtiq́e gente,& plebeia ad honores,& dignitates euocantur: & de ignobilibus nobiles,non virtute,ſed pecunia à principibus reddũtur. Quos Deucalion rex,cui ſapientia & tota virtus ab antiquis adſcribitur,& Deus poſt tergũ proiicit. Cùm de eorum ſalute ſit timendum : quia vt plurimùm ad quæque faciora, & præſertim ad ſuperbiã & auaritiam quoſque deſpicientes proni ſunt.Et inde prouenit in nobilitate tanta diſſolutio,& virtutũ defectus.Et interdum hoc contingit, quia vt in cæteris animantibus, atque plantis,ita in hominum genere reperitur, à forti imbecillis equus, à fructifera arbore ſterilis plerunque naſcitur.Nihil enim natura fert, quod temporis acceſſu à ſtirpe non degeneret. Et ſic aliquando hoc contingit, quia ſicut propter penuriam perſonarum nobiles interdũ ad ignobilium obſequia coarctãtur, vt l.j.ff.de excuſatio.tutorum, ibi, niſi omnimodo libertinorum penuria.
405 † Sic econtrà ignobiles, & infames,& ad dignitatũ obſequia propter penuriam perſonarum admittuntur,ſecundum Iacob. de Are.in l.generaliter.§. ſpurio.ff.de decur. quẽ ſequitur Nico. de Neapol.in dicta l.j. cuius lectura eſt hodie impreſſa poſt lecturã Barto. quia paucũ ſcripſerat ſuper illo lib. vnde nõ mirum,ſi hi qui nobiles nunc dicuntur,ſunt inſolentes & vitioſi: de quibus dicit Aeneas Syluius Poeta ſummus, q poſtea fuit papa Pius in libro de duobus Amantibus,circa fin.quòd nobilitas(id eſt,quæ vulgò nobilitas vocatur) præmium dicitur iniquitatis, iuxta illud Apocalyp. vj. Luna tota facta eſt, quaſi ſanguis:quia tales per Lunam ſignificantur. Qui ſi verè præeſſent, puto quòd humaniores eſſent : quia nobilium ferarum eſt parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos. Vnde Elephãtes,Apri,& Leones præmordent & tranſeunt illa , quæ ad terram impulerunt. Ignobiles verò beſtiæ:vt ſues & huiuſmodi reuoluẽdo conculcant,& perfodiendo pertinaciter conuoluunt,ſic iſti tyrannides ſuas exercent ſine miſericordia,& pietate.De horum nobiliũ virtutibus,& vitiis dixi ſuper verbo , *Raynutius de Clera.* vbi videatis.
☞[Et infrà ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* dum loquitur de caſtitate antiquorum principum.]
406 †Quidam ſunt coloni cẽſiti,qui ſimiliter ad agrũ perpetuò colendum ſunt obligati, à quo diſcedere
407 non poſſunt ſicut præcedentes: † tamen differunt ab eis, quoniam iſti ad certum annuũ cẽſum perpetuò ſoluendũ domino obligati exiſtunt, ſed adſcriptitius cenſum ſoluit incertum , putà medietatem, tertiam,vel quartã partẽ, aut plus vel minus prout annuatim eligit dominus.Heu me, quia multi ſunt in pluribus locis barones & domini , homines talis conditionis habentes,qui ex mala & iniuſta electione adeò fructus ſudorum,& laboris rapiendo pauperes grauant adſcriptitios,& (quod deterius eſt) eos vltra hoc ad voluntatem,imò ad libidinem talliant, & opprimunt,quòd vix precarium eis ſpiritũ relinquunt. Vnde dicit Bal.in l.ex hoc iure.ff.de inſtit.& iure. in fi.quòd ruſtici olim nõ ſoluebãt imperatori niſi modicum æs,videlicet xxvj.denarios pro capite,vel pro quolibet fumãte,ſed hodie(prôh dolor) pellem populorum excoriant, & vix precarium eis dimittunt ſpiritum.Nequaquàm cõſiderantes quòd iuſtè dicit Apoſtolus ij. Timoth. ij.cap.Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere.
408 †minusq́; aduertunt, quòd duriſſimum iudicium fiet his ,qui præſunt malè & iniuſtè iudicantibus,de quorum dominorum abuſibus,& tyrannide de tempore, & ſeculari punitione poteſtis videre ampliſſimè per dominum Paridem de Puteo in eius ſolẽni tractatu de ſyndicatu,in princip. titu.de exceſſu Baronum. Quorum auaritia etiam in foro contẽtioſo compeſci poſſet officio iudicis implorato,ne ſubditi nimium grauentur. ☞[Quid autem importet pactum , quòd ruſticus talliari poſſit ad nutũ, & voluntatem domini, vide ſuper verbo , *condidit.* j. vbi multa dicuntur de vitiis, & tyrannide nobilium.] l. cùm ſatis. §.caueant.verſic. &per iudicẽ.vbi Ioãnes de Plat.in ij. not.C.de agri.& cenſi.& l.j.C.in quib. cau.colo.lib.xj.&vtrobique per Doct.facit Inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. §.fi.& l.ij.§. dominorũ, ff.illo eod.titu.quia ex his indictionibus,&collectis non publicam vtilitatem, aut neceſſitatem concernentibus,ſed ſolius principis vel dominorum effrenatam voluntatem, nulla oritur obligatio etiam naturalis, ſecundũ Bal.ff.de iuſti. & iur.l. ex hoc iure. circa fi.verſi.x.quæritur.imò decidit idem Bald.in c.
409 j §.publici latrones.tit.de pace tenen.†quòd ſi dominus caſtri malè tractans Burgenſes ſuos fuerit à ſuperiore,à quo fortè caſtrum tenet in feudum,prohibitus , non ceſſet eos malè tractare vltra modum cõſuetum,& eis poſſibilem,poterit ſibi caſtrum auferri,quod dicit menti tenendum. ☞[Nam inter ſigna nobilitatis eſt libertas,& inde Deus, qui nobiliſſimus eſt etiam liberaliſſimus demonſtratur:quia ad dandum fecit quęcũque fecit,ideo qui aufert nõ nobilis,ſed ruſticus eſt. legitur,enim de quibuſdam militibus,qui Alanum interrogarunt,quæ eſſet maxima curialitas, ſeu nobilitas: Reſpondit, dare. & ipſe tunc interrogauit eos, quæ eſſet maxima ruſticitas: & cum conferendo non concordarent , dixit Alanus,ego poſui vos in via ſoluẽdæ quęſtionis , & neſcitis conſiderare: nam ſi curialiſſimum eſt dare, ſequitur quòd ruſticiſſimum eſt eius cõtrarium,ſcilicet auferre,& ideo eſtis ruſticiſſimi , & vos qui in
410 ceſſanter aufertis à pauperibus.]† Et tales adſcriptitij cùm ſint domino, vt ſerui glebę ſubditi in prę miſſis, nec non iuſtitiabiles, & talliabiles ad nutum in authent. de quæſtore. §. ſi verò forſitan.collat.vj. Etiam in Parlamento,ſecundum ſtylum , ferre non poſſunt pro domino teſtimoniũ , quamuis vaſallus, aut ſimplex emphyteuta vel cenſuarius admittere-
tur, ſecuudum Specul. tit.de teſt.de quo per Panor.
in cap.

BIU Cujas

in cap. insuper. de testib. Pro aliis autem testes esse possunt, secūdum glo. Insti. de iure perso. quia liberi homines sunt, licet non plenè liberi, vt not. declarat Barto. in l. fi. §. item rescripserūt. ij. colum. in fin. ff. ad munici. & in l. cùm scimus. & l. fi. C. de agricol. & cēsi. Et sicut sunt coloni tales, vt dictum est adstricti, sic etiam eorū liberi. † qui vocātur coloni originarij: Eo quia ex prædictis sunt orti. Et consequēter sunt pari conditione ligati. l. diffinimus. & l. nec diutius. illo eod. titu. † Quidam sunt alij, qui vocantur inquilini, qui pariter sunt colere agrum perpetuò obligati, sicut supradicti, tamen differunt ab eis: quia illi seorsum à terra habitare nō possunt, nec alibi morari. Sed isti inquilini habitare possunt alibi, vt in suburbiis, & terrā per se colere vel per aliū: veruntamen hi domino subiiciuntur quo ad personam, quæ tanquam principalior, & nobilior ad se res trahit, & bona. Sicut dicimus de ingrediēte monasterium. in authen. ingressi. de sacrosanct. eccles.

Ex quibus resultat adscriptitios parum, aut nihil habere in bonis, quibus sunt adstricti, à quibus ipsi potius habentur, & terra eos habet, cùm de fructibus nihil eis remaneat, nisi quod vult ipse dominus. † Et sic parū differunt à seruis, quia serui retentis à domino omnibus bonis eiici possunt, & pro derelictis haberi, sicut quælibet alia res. Sed non adscriptitij, qui à solo separari non possunt. Vnde necesse haberet dominus eos relinquēdo, etiam relinquere solū. Præterea serui possunt à domino leui castigatione seu iniuria affici, sed non adscriptitij, vt d. l. cùm satis. §. caueant. [De quo plenè habetur super verbo, *Condidit*. j. circa fi.] Sed licet persona & bona coloni censiti, & inquilini subiiciātur domino quo ad obligationem & colonariam conditionem, tamen quo ad verum dominium, prout dominus plenū habet dominium in seruo suo, & in omnibus, & quibuscunque bonis per eum acquisitis, quem alienare potest sine bonis, & etiā bona sine seruo, vel omnia simul. tamē adscriptitios & censitos alienare nō possет sine terra, nec terram sine ipsis. † Præterea duo sunt in his domini bonorū, vnus impropriè scilicet dominus, cuius respectu bona dicuntur peculiaria, quę si alienarentur, posset dominus illa reuocare, sicut reuocaret peculiū serui, & illa bona mortuo sine liberis colono, capit dominus, & occupat iure peculij, & apud nos iure manus mortuæ, secundū vulgare huius regni. † Alius verò scilicet ipse cēsitus vel inquilinus dicitur propriè dominus: tamen dominium illud non est liberum in eo, cùm nihil alienare possit sine consensu domini, imò vt dixi, alienata reuocaret dominus. † Et (quod plus est) si talis colonus sit domino talliabilis ad nutum, id est, *à mercy & volonté*, vt Galli dicunt, etiam dominus admitteretur & reciperetur ad agendum possessorio rei, quæ tenetur in emphyteusin ab ipso, aliàs non posset, vbi ipse rei tenentarius omnino esset liberæ cōditionis, † prout sunt emphyteutæ, & rustici huius patriæ: quibus & non domino feudali directo remedia cōpetunt possessoria, quoties in naturali possessione turbātur, aut spoliantur. Nec audiretur dominus concurrens cum emphiteuta: Quia cùm eius interfit principaliter, & immediatè ratiōe vtilis dominij. & naturalis possessionis, quæ habet emphiteuta, semper præferretur domino, argu. notatorū in c. cum deputati. de iudi. verum est tamē, quod si tenētiarius & emphyteuta quantuncunq; liberæ conditionis in domini præiudicium constitueret, aut dissimulando pateretur seruitutem, aut onus aliquod imponi in re emphyteutica, putà seruitutem realem & perpetuam: quia tūc solus dominus contradicere posset, & hoc impedire etiam via possessoria vel aliter via actionis, & ita seruat. licet gl. in l. seruitutes prædiorum. ff. de serui. videatur aliter sentire, secūdum Masuerum, tit. de possessorio. §. item dominus admittitur. Subiungens singulariùs, illo eod. tit. §. itē & nudus proprietarius, † quòd dominus, qui nudus dicitur proprietarius, etiā audiretur in materia nouitatis, si solùm peteret manuteneri in possessione, vel quasi ipsi' proprietatis, ad fines vt finita emphyteusi vel vsufructu ipse pleno gaudeat dominio iure consolidationis ei competituro: quia in casu isto ciuilis possessio penes dominū, & proprietarium existēs annexa directo dominio corporales parit effectus. p nor. in l. j. ff. de acquir poss. & in l. j. §. deiicitur. & l. si de fundo. ff. de vi & vi arma. & in l. j ff. vti possi. Et hoc verum, vbi dominus proprietarius ageret possessorio contra emphyteutam, vel fructuariū: quia cōtra tertium, emphyteusin aut vsumfructum realiter occupantem, non reciperetur concurrente emphyteuta, aut fructuario, qui agere vellet. Si autem non concurreret in agēdo, sed fortè dissimularet possessionem naturalem, quam habebat perdere, vel libertatem, tunc dominus, cuius etiam interest, agere posset, sicut post prælatus superior in negligētia immediati prælati, vt plenè dicitur in dicto c. cùm deputati. & per Ange. Insti. de rerū diuis. §. singulorum. quod est notandum. † Præterea sicut seruus acquirit domino omnia pleno iure, ita & cēsitus quo ad colonariam tantùm conditionem seu obligationem: Ideo non mirum, si tales testari non possunt, nisi inter liberos secundum glo. quæ sic intelligitur in §. j. Inst. de iure perso. & plenè per Ioā. de Plat. in d. l. ij. C. in quib. cau. colo. lib. xj. † propter quæ iura & prærogatiuas, quæ habet dominus in tales homines & eorum bona, dicit Specu. titu. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. l. ij. versic. quid de concessione in emphyteusin. q̄p in cōtractu emphyteutico, seu concessione in emphyteusin non datur domino remedium l. ij. C. de rescin. vend. si in rei cōcessione diceret, se vltra dimidiā iusti valoris deceptum, quod locum etiam haberet in cōtractu feudali, præsertim vbi esset dominus iustitiarius ipse cōcedens, cui propter delictum deberetur cōfiscatio. Ex quibus iuribus (vltra cēsum) dño debitis valor subiectionis vasalli vel emphyteutæ augetur, & ita seruatur, secundum Masuerum. titul. de locat. & iure emphy. §. item dominus tradēdo rem de quo latissimè dixi in c. cùm causa. de emp. & ven. quod repetij die xvj. Decembris, anno domini M. ccc clxxxij. & eius materiam expediui per centum & xj. conclusiones. & respondit sub me magister Ioā. Rubey tunc baccalarius doctissimus, quem de præsenti videtis officialem Caturcēsem. Sed aduertatis, quia idem Spec. tit. de emphy. §. nūc aliqua. versi. xc. quæritur & c. tenet cōtrariū, dicens, q̄p domino succurretur saltē officio iudicis. Tamen Jason in l. j. xviij col. vers. vlt. vt nihil omittatur. C. de iure emphy. tenet primā opin. dommodò concessio sciēter facta fuerit à domino, qui rei valorem sciebat vel scire præsumebatur.

† Et dicit verum, præsertim vbi res erema cōcessa fuit, & demū per emphyteutam extirpata, & ad culturā redacta, quod fieri nō potuit sine labore, & expensis nō modicis: nam tunc prætendere minus posset ipse dominus decepti onē. Ad quod facit decisio

Bart.

BIU Cujas

Bart.in l.quicũq;.la.ij.C.de omni agro deser.lib.xj. vbi per illum text.si quis fundum accepit sterilẽ aut desertum,quem reddidit fertilẽ, certè de temporali effectus est perpetuus, vnde si acceperit ab ecclesia fundum sterilem in emphyteusim vsque ad tertiam generationem, nihilominus finita illa generatione ad alios transibit successores,etiã extraneos. Secundò facit text.not.in c.ad aures.de reb.eccle.non alie. vbi licet res ecclesię sui natura alienari prohibitę cõcedi non possint in emphyteusim, cap. nulli de reb. eccle.non alie.tamen concedi possunt ei,qui eas sterriles & eremas extirpauit, & ad culturam reduxit, vt dicto c.ad aures.Ita quòd erunt ei perpetuę, & ad hæredes transitoriæ. Tertiò facit text.in l.fi. C. de alluuioni.vbi pagesio vel alteri,qui terram in culturã deducit aut reduxit,nedum nõ poterit ei res auferri,imò nec census augeri,per illum text.& est etiam casus ita decisus in l.j.C.in qui.cau.colo.cẽsi.domi. accusa.possunt.lib.xj.vbi in princ.dicit.Ioã. de Pla. ℭ hæc omnia locum habent etiam in colonis nostri tẽporis, multò magis, cùm ita non sunt adstricti si-
422 cut olim erant agricolæ & censiti.† Et si contrariũ dominus faceret,pro tali temeritate,quę facinus appellatur in dicta l.j.posset coram quocunque etiam per adscriptitios deferri. Et (quod plus est) in quinquaginta põdo auri veniret erga fiscũ cõdẽnandus vt dict.l.fi.C.de alluuio,vbi ponitur ratio,& clarius in l.si quis authoritate nostri nominis,allegat.tit.de omni agro deserto.lib.xj.vbi est casus,quòd etiã imperator augere non potest cẽsum pagesiis seu emphyteutis suis,nec eorũ successoribus. Ad quod etiã vide text.in l.cùm satis.§. caueant autem. C.de agr. & censi.lib.xj.& l.ij. C.de præd.nauiculariorum.eo. li. & in l. cognouimus. C. de mancip.& colo.patri.
423 eo.lib.per quẽ text.dicit ibi.Bar.† quòd si ecclesia cõcesit fundum in emphyteusim.in quo fundo quidã colonus tempore lõgo steterat ad illum laborandũ pro ecclesia,non poterit emphyteutam illum cũ bonus esset, expellere pro subrogãdo aliũ. Et si eũ expellat, priuatur emphyteusi. Nõ enim debent coloni suas deplorare operas,vt dicta l.fi.vbi vult text. quòd quia talis cultura ad perpetuam fundi vtilitatem facta fuit, afficit ipsum fundum, vt sit cultori ☞perpetuò affectus.[Facit optimè tex.in l. creditor. ff.si cert.peta.& in l.interdum.ff.qui pot.in pig.hab vbi mutuans pecuniam pro reparatione domus,vel alterius rei, habet eam tacitè eo ipso sibi hypotecatam,& cæteris anterioribus creditoribus etiam expressam hypothecam habentibus præfertur, secundum gloss. & Bart. in dicta l.interdum.] Or Deus scit, si tales abusus hodie tolerantur: quia videmus omnes colonos vsque ad excoriationem vrgeri ad augendum census etiam pro terris,quas extirparũt: & nõ satiati censum annuum in blado vel aliis speciebus consistentẽ studiosè tempore fertilitatis exigere differunt,imò petere: & quod damnabilius est à Pagesiis soluere volentibus recipere, expectantes tempus caristiæ & sterilitatis, vt habeant tunc bladã cariora,aut pretium eorundem secundum maiorem valorem:quod fieri non potest,nec tolerari debet,secundum glos. per illum tex. ad hoc singularẽ in l.nulli.C.de eroga.mili annonæ,quã ad hoc commendat ibi Ioan.de Plat.libr.xij.Sed certè dormitat egregius Homerus, scilicet procurator regius in curia Franciæ vocatus magnus magister,vt dicit Ioan. Fab.in §.fi.Insti.de excep.qui à quolibet sic abutẽte querelã habet pro rege ad quinquaginta pondo auri. vt d.l. fi. vnde restat.in contractu emphyteutico nõ dari domino remedium dictæ l.ij.de rescin.vẽd. vt tanquam deceptus vltra dimidiam possit contractum rescindere,vel censum annuũ augere cõtra emphyteutam,secundũ *communem opi.* pro qua videtur tex.vltra.omnes in d.l. si quis authoritate.prope fin. ibi,vtpote deceptos.& ibi illudq; velut quadam circumuẽtione deposci, ℭ si se daturos præscisset fundos minimè susciperẽ,& c.C.de omni agro desert.iũcto ℭ, vt dixi, multa sint iura & prærogatiuæ, quas habent domini in tales suos homines & bona quę iura sunt multum æstimãda præter pecunias, quas capiunt pro intratis tẽpore cõcessionis, & censum an-
424 nuum perpetuò eis soluẽdum. † Sed vnde processerit hæc hominũ conditio, sic colonariæ cõditioni adstrictorum? Certè aliquãdo processit ex origine, quia qui ex illis nascũtur,sunt illius conditionis,secundũ legem naturę,qua filius patris conditionẽ sequitur.l. lex naturæ.ff. de statu ho. Ob quod coloni dicuntur originarij, vt suprà dixi iuxta distinctionẽ Bar.& aliorum in d.l.ne diutiùs.de agricol.& censi. Aliquando processit facto ipsorum ab initio,qui voluntariè ad talem se adstrinxerunt conditionẽ: putà
425 contrahendo vel quasi contrahendo. † Primò extraiudiciliter contrahendo, quod fieri potest dupliciter.Primò si quis cum aliquo cõtrahens super aliquo negotio principaliter & dispositiuè,& cõtrahẽdo asseruerit enũtiatiuè seu narratiuè se adscriptitiũ, aut censitum, seu passus fuit se sic enuntiari. Veluti si capiens ab aliquo domino terras, & possessiones in perpetuã locationẽ in instrumento enuntiatiuè narretur adscriptitius vel cẽsitus:vt quia fortè instrumẽtum super hoc confectum dicit, ℭ anno domini M. ceccxcij. talis baro talem boriã in perpetuũ locauit tali Titio adscriptitio,& quod ille Titius adscriptitius eam receperit,certè quia in illo contractu principaliter,& dispositiuè nõ agebatur de Titij cõditione,sed solùm de illius borię,aut terrarũ perpetua locatione, vel alia cõcessione,licet enũtiatiuè,nõ propter se,vt scilicet cõstituatur adscriptitius, sed propter aliud videlicet perpetuã locationẽ,de qua principaliter agebatur. Titius ille recipiendo narratus fuit,& enũtiatus adscriptitius vel cẽsitus,nõ propter hoc dicetur de libero effectus adscriptitius, nisi cũ illa narratione enũtiatiua cõcurrerent alia adminicula, quibus iuuaretur.Putà ℭ tanquã talis pẽsionẽ dominio præstiterit cõsecutiuè & cõtinuè xxx.ann. quo durãte tẽpore seruierit domino,vt talis.l. nec si volẽs.C.de li.cau.vel ℭ secũda cõfessio emanauerit, quo casu bina & reiterata cõfessio vna post aliã ex interuallo emanata prẽiudicaret cõfitẽti,vt d.l.cùm scimus.de agr.& cẽ.facit l.j.C.de plus pe.Et idẽ esset in cõfessione iudiciali enũtiatiuè facta, vt quia vbi de alio principaliter & dispositiuè agebatur, fortè de pensione soluenda domino cõtra aliquẽ tanquã adscriptitiũ ipse confessus fuit pensionem debere: quoniã propter hoc cõfessus nõ videtur se esse adscriptitiũ,cùm de illo principaliter nõ ageretur:sed de sola pensione,vt ibi est tex.no.& ita intelligitur l. interrogatam.C.de li.cau.Si autẽ principaliter & dispositiuè de liberali causa ageretur in iudicio, seu de statu & conditione hominis: vt quia quis peteretur tanquã adscriptitius vel ipse de conditione adscriptitia se liberum asserẽs prouocaret in libertatẽ, & demũ confiteretur illius esse conditionis: tunc talis cõfessio de statu principaliter dispositiuè & ꝓpter se,cùm de alio nõ ageretur negotio facta ei prædi-

caret.

BIU Cujas

caret.l.iubemus.C.de lib.causa.maximè si talis con-
426 fessio fuisset iudicialiter reiterata, † quę quidē reiteratio valere facit interdū cōfessionem aliàs inualidā, vt d.l.j.C.de plus peti.secūdum Bart. in d.l.cùm scimus. Prouiso tamen, ꝙ cōfessio facta fuerit corā iudice cōpetenti,& in figura iudicij. secùs si corā iudice incompetēti.vel notario causæ aliàs iurisdictionem nō habente, nec cōmissionem recipiēdi probationes,vt dicit glo.in d.l.iubemus. & in l. hac cōsultissima C.eod.tit.de testa. † Pariter si extra iudi-
427 cium per viam cōtractus dispositiuę,& principaliter de statu suo cōtrahens, & disponens per solennē stipulationem quis nō dico recognosceret simpliciter sed faceret & cōstitueret se adscriptitiū alicui⁹ domini,nō requirerētur,tunc alia adminicula: imò si sciēter hoc faceret non errās in cōditione sua, sibi præiudicaret,secundum Bar.in d.l.cùm scimus.Sicut videmus in casu magis præiudiciabili, cùm aliquis liber homo maior xx. annis pateretur se vēdi ad pretium participandū, in quo posteà participaret : quia efficeretur seruus de iure ciuili,insti. de iure perso.§. serui. Sic etiā esset in casu nostro,vbi quis capiendo villagium, aut terrā ab aliquo in perpetuū, vel aliàs se constitueret volūtariè adscriptitium, vel alterius infortunatæ conditionis hominem, verè sibi præiudicaret. Et ita dietim fit in pluribus locis, & multi sunt tales in prę̄senti regno, nec modus iste censetur esse nouus,imò inueteratus. Narrat enim Caius ille Iulius Cęsar in suis Commētariis de bello Gallico, lib.vj.homines eo tunc ita seruituti nobiliū in Francia subiici voluntariè,nedum prædicta,sed etiā multiplici alia occasione motos. Plerique,inquit,cū aut ære alieno, aut magnitudine tributorū, aut iniuria potentiorū præmuntur, sese in seruitutē dedunt nobilibus,in hos eadem omnia ferè sunt iura, quæ dominis in seruos. Hæc ille. Quod est verum de iure,si cum scriptura se submiserint,vt dicta l. cùm scimus.
428 † Scriptura profectò multū operatur: quia valere facit confessionem extraiudicialem in patris absentia factam,quæ aliàs inualida foret, secundū Panor. in c.fi.de confes. Nā cùm scriptura semper loquatur, arg.l.Arriani.C.de hæret.loqui videtur in præsentia partis,quàm primū ad eius notitiā peruenit, vt ibi. Præterea scriptura cessare semper facit prę̄sumptionem leuitatis indiscretæ, quæ extraiudicialē confessionem velut indiscretè factā reddit inutilē, & idem operatur cōfessionis extraiudicialis reiteratio, vt ex tali reiteratione nō præsumatur inaduertenter, nec indiscretè facta,sed ex certa scientia, & animo deliberato processisse,secundū Bart. in d.l. cùm scimus.
429 † Quæ omnia faciūt ad intellectū statuti seu consuetudinis Tolosanæ, secundū quam licet de iure cō muni agi possit actione iniuriarum pro iniuria verbali, seu conuitio in absentia iniuriati prolato. l. itē apud Labeonem.§.conuitium autem. ff. de iniuriis. Tamē Tolosæ nulla actio iniuriarum competit absenti. quod credo verum, vbi iniuria fuit solùm verbalis & labialis: quia præsumitur leuiter ac inaduertenter, & nō dolosè animo iniuriādi prolata. Vnde vim nō habet, nisi simplicis susurrationis si in occulto,aut detractionis si in publico, soli Deo pro modo culpæ punibilis in foro conscientiæ.Si autē esset cōtumelia in scriptis facta, vel redacta, quia scriptura vt dixi,semper loquitur:Certè in prę̄sentia partis facta cēsetur,quasi scriptura cum parte loquatur, quā primùm ad sui notitiam venit. l.Publia.§.fi.ff.depositi.Nec præsumitur leuiter prolata, sed potiùs malitiosè cum animo iniuriandi, ita quòd locum nō haberet cosuetudo,quæ nō derogat.l.j.C.de famo.lib. Et idem puto,si talis contumelia vocalis reiterata& 430 cōtinuata fuisset:† quia iura delictū aliquod excusantia vel pœnā illius diminuentia, intelligi debent in semel delinquente,& non delictum iterāte, & in consuetudinem deducente,secundum Bar.per illum tex. in l.oēs. C. de delato.& in l.j.C. de supexactio. lib.x. & Fely.iiij.not.in c.ad abolendā.de hæret. pro quib⁹ facit bonus tex. in l.nemo deinceps.C.de epi. ☞ aud.[De quo vide latiùs super verb. *Cuidam Petro tradiderūt.*]Nam peccator continuando malitiā cō-
431 temnit. † Or non est peccatum veniale, quin fiat ex cōtemptu mortale, quod ego intelligo,si talis iniuria absenti illata fuerit ex interuallo diuersis temporibus eodem,aut diuersis locis reiterata: secùs, si pluries,& sæpe eodē instanti seu contextu verborū, quo casu nō censeretur nisi vnicum factū seu prolatum absenti conuitium,& cōsequenter impunibile secundū cōsuetudinē. l.nunquam plura. iuncta glo.
432 ij.ff.de priuatis delictis. † Vnde restat, ꝙ simplex dispositio seu cōsensus sine scriptura nullatenus sufficeret ad aliquem constituendū adscriptitiū,& minus sufficeret simplex recognitio ad ius seruitutis cōstituendū in persona libera, vt d.l. nec si volēs.& l.interrogatā.C.de libe.causa.& l.liberos.eod.ti.cū talis confessio sit cōtra naturā.l.si is cuius.§.fi.ff.de interog. actio.Imò plus dicunt aliqui, ꝙ etiā quantuncunq; principaliter,& dispositiuè ac solēni stipulatione intercedente, quis se talem scripserit,& cōstituerit, nō sibi præiudicat sine aliis adminiculis in d. l.cùm scimus,specificatis.Quia tales cōfessiones,vt dixi,sunt contra naturam,& naturalē statum hominis,vt d.l.si is cuius nomine.in fi.nam secundū ius& naturā est,ꝙ quilibet sit liber,& ꝙ res cedant personæ, cuius gratia fuerunt à Deo creatæ. l.in pecudū. ff.de vsuris.Et nō ꝙ è cōuerso persona cedat rebus, sicut videmus in his cōditionatis hominib⁹,qui prædio cedunt.Ideo non valent tales cōfessiones, cùm peior esse homini nō possit nec deterior fortuna,& toto generi& prosapiæ,vt d.l.cū scimus.&l.ne diutius.eod.tit.quod clarè demonstrat text.Leuiti.xxv. ibi,si inualuerit apud vos manus aduenæ&c.& in l.j.
433 ij.& l.iij.ff.de libe. cau. † vbi ad rescindendum, & cassandum tales confessiones recipiuntur, & admittuntur parentes confitentis,& etiā illegitimi & affines,quorū omnium interest, & ad quorum ignominiam infamia cōditionis redūdat,vt ibi dicitur. Potest enim vnusquisq; de genere se opponere& impedire, ne ab illo se sic cōfitente fortè leui &fatuo,vel aliàs malè cōditionato tota natio deturpetur per talem confessionem,vel alium actum toti generi præ-
434 iudiciabilem,vt ibi est text. not. † Nam status liberorū nō lædit ex cōtractu parentū l. trāsactione.C.de transac. per quē text. dicit ibi Bal. quod licet aliquis recognoscat se in vasallū vel hominē alterius,nō nocet filiis,si nō faciant similem recognitionem.Imò(vt dixi)impedire possent talē recogni-
435 tionem.† Sicut etiam impedire posset,& prohibere nobilis,ne aliquis villanus vel rusticus nomen, & arma suæ domus vsurpet, vel ne aliquis de malo & infecto sanguine nomen immaculatorum assumat: quia cuiusque de genere interest claritatem generis conseruari,vt plenè vidistis super verbo, *Raymutius de Clera.* Ad præmissa facit quod dicit Bal. in dicta l.nec si volens. quòd si rex faciat aliquam ciuitatem confiteri esse suam, & fidelitatem sibi iurare, cùm

sua

BIU Cujas

sua, non sit, talis confessio, quantumcunque iurata
436 non valet. † Ego autem credo vtranque opinionem esse veram, & videtur quòd simplex confessio quomodocunque sit facta, non nocet confitenti, nec etiam sola constitutio, etiam per solennem stipulationem dispositiuè, & principaliter facta prejudicat & ita intelligitur secūda opinio, & dicta l. nec si volens. Si autem ad illam confessionem vel cōstitutionem dispositiuè principaliter, & propter se factā sequeretur aliquis actus executiuus, & correspondens tali stipulationi, vel constitutioni, scripturæ, aut cōfessioni: vt quia postea tanquam talis passus fuit se inscribi in publico, aut tallia vel deuerium tali conditioni incumbens soluit: certè tunc præiudicaret
437 etiam liberis nascituris. Et ita credo Bar. intellexisse in dicta l. cùm scimus. de quo per Guid. Papæ, quæstion. cccxv. & Ioan. Fab. in §. seruitus. Institutio, de iure persona. Ideo dicit Masuerus, titulo de confessis. §. item sola cōfessio. † quòd etiam ex consuetudine cōfessio vel scriptura per quam quis secolonū alterius esse confitetur, non præiudicat, nec statum mutat confitentis, nisi fuerit aliis adminiculis fulcita, scilicet quòd interuenerit contractus & obligatio, nec nō causa probabiliter iusta cū diuturna præstatione secuta, per dictā l. cùm scimus. & l. cùm saris. quod sequitur Panorum. in c. indicatū. de immu. eccle. Nam talibus iuribus in persona perpetuò cōstituendis, requiritur constitutio & illius executio per actum & vsum realem secutum: adeò quòd non sufficeret se vasallum constituere, vel hominem alicuius nisi realis præstatio homagij sequatur, vel vbi non apparet de cōstitutione iuris, quòd per xxx. annos ipsum præstiterit, & tāquam hominem & vasallū illius domini se gesserit, & vt talis à domino tractat' fuerit. Facit c. j. §. si quis per xxx. si de feud. fuerit contro. glo. & doct. in d. c. peruenit de cēsi super quo tamen videtur residere Ioā Fab. in d. §. seruit⁹. vers. sed an quis possit. q̄ q̄s potest solo pacto se hominem ligium alterius constituere, per text. in c. grā di. ibi: cùm ad nos accesserit fidelitate, homagio, iuramēto, seu pacto & c. de supplen. negli. præla. lib. vj. facit l. si quos spontaneos. C. de decur. lib. x. cùm per talem constitutionē non tantùm infringatur libertas sicut per seruitutem: ideo solo pacto potest obligari, etiā nulla alia causa adiecta, secundum Spec. ti. de feudis. §. quoniā super homagiis, vers. primò autē circa hoc. Sed dicatis ad hoc non sufficere solū pactū, vt ibi cēsetur cōcludere ipsemet Spe. Pro quo facit tex. in d. c. grādi. qui vltra pactū requirit fidelitatem & homagiū realiter præstitum cum iuramento, vt fieri solet, & pariter tex. in d. l. si quos. iuncta gl. ij.
C. de decurio. vltra consensum partiū requirit scripturæ solennitatē, sicut ad aliam colonariā vel adscriptitiā seruitutē nō obligaretur quis absq; solennitatibus supradictis, & executione per vsum, imò plus dicit idē Io. Fab. in §. æquè si agat. iiij. col. versi. tertiò quæritur. Insti. de actio. q̄ etiā in tali iure iam alicui quæsito & in esse formato & deducto, si per aliū alienetur, vt quia alteri donatur, aut venditur, ad transferendū tale ius, non sufficeret titulus vēditionis, vel donationis, nec etiā subditorū seu colonorū secuta recognitio, nisi realis vsus illius iuris intercedat, qui loco traditionis habetur: quæ in rebus corporalibus dominij translationē operatur. l. traditionibus. C. de pactis. Sic etiam in istis corporalibus solo titulo ius nō transfertur, nisi vsu secuto. Ita quòd si Titius seruitutē tibi debebat, vel aliud deuerium, in cuius possessione etiam longo tempore fueras, & tu illud vēdideris Sempronio: certè in Sempronium illud ius nō transfertur, quantumcunque Titius Sempronio se ad illud præstandum obligauerit, & ipsū etiam de tuo consensu recognouerit, qui Titū quietasti, & voluisti, quòd Sempronium recognosceret, prout fecit. Nam ex his translata nō fuit in Sempronium damnatio, nec illius iuris possessio, donec Sēpronius iure illo vsus fuerit, & deuerium illud ad minus semel exegerit, & consecutus fuerit. Quia semel vtendo sibi dominium acquirit, & possessionē, vbi titulus præcessit: de quo apparet, quia si de titulo nō constaret, dominiū non probaretur, nisi ex vsu xxv.
438 vel xl. annorum, vt dixi. † Sed verum est, quòd quasi possessio bene probaretur ex viua præstatione, secūdum Pet. Iaco. in libello seu petitione redditur, vers. item credo. vbi dicit, quòd in acquirendo quasi possessionem annuæ præstationis, duo sufficiunt anni, aliter non constito de titulo. quod est notandum in materia dictę l. si certis annis. C. de pac. & l. cùm de in rē verso. ff. de vsuris. & cap. querelā de electio. & elec. po. vbi pro talibus præstationibus remedia cōpetūt possessoria, licet non appareat de titulo. quod est notandum quia nō semper haberi potest titulus ad docendem in promptu. & idem decidit Guid. papę quæst. cccvij. in fin. [Qualiter hoc intelligatur, q̄ ad fundamētum possessionis seruitutis requiratur bina præstatio, vide ꝫ. in j. artic. decisione j. in fi. vbi possessio præsentādi fundatur ex vnico actu, ex quo etiā præsumitur de patronatu, qui est seruitus.
439 vide ibi rationem.] Sanè † tamen intelligatis ad fundandum ius domini. xxx. annos requiri, scilicet contra rusticum: cōtra quem minor præstatio ad titulum probandum non sufficeret, cùm præsumatur violentia per dominum facta rustico subdito suo. secundum Spe. tit. de resti. spo. §. nūc dicamus. ver. sed si quis. ibi: pone rusticus. Idē tenet Inno. in c. bonæ. ij. de postula. præla. Ioan. And. in c. j. de præscrip. li.
440 vj. & Ioā. Fab. in d. §. æquè si agat. vbi dicit, † quòd si potens vsus fuerit aliquo iure supra non potētem, semper præsumitur violentia. Præsertim vbi pignorabat, vel arrestabat cōtradicētes subditos, vt cōmuniter faciunt barones, qui etiam interdum mittunt, aut dirigūt super eos transeuntem exercitum: à quo deberēt eos vt boni pastores prēseruaret, vt supràvidistis. Quia viuere super rusticis & populo armigeri nō debēt, & aliter facientes sunt puniēdi: imò propria authoritate repelli possent. l. deuotum. vbi doct. C. de metatis & epide. li. xij. de quo videatis Bar. pulchrè loquentem post glos. ibi, in l. de vsu quoque
441 in fi. ff. de variis & extraor. cog. † Semper enim de domino ad subditos præsumitur metus, secundum Innoc. in c. si diligenti. de præscrip. Præterea istud tempus xxx. annorum consonat rationi: quia econtrario lapsu eiusdēquicunque çensus & quæuis prēstatio tollitur, etiam contra principem. l. plures apochis. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. lib. x. secūdum Bart. in l. malè agitur. & l. competit. C. de prēscrip. xxx. vel xl. annorum. Et ita consuetudine dicit obseruari Masuerus tit. de præscri. §. itē per lapsum. In aliis verò quàm rusticis sentit Spec. quòd sufficerent decem anni, per dictā l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris, de quo per Guid. Papæ allegata q. cccvij. Et idē ecōtrà per inuestiturā ab aliquo tanquā domino obtentā probatur dominium vtile recognoscēti & inuestito pertinere, necnon per solutionem cēsus tempore continuatam, vbi de alia inuestitura non

BIU Cujas

apparet.cap.j.§.ſi quis per xxx.annos.ſi de feud. fue.
442 controuer. † Et eſt cautela,quòd ſolùm allegetur titulus,ad cuius probationẽ deducatur & probetur decennalis aut tricennalis præſtatio, & ſufficeret ad obtinendum etiam in petitorio,vt ibi.Quoniam aliquando periculoſum eſt producere titulũ: quia ſi ex tenore illius aliquis reſultaret defectus, vt quia appareret falſus, vel aliàs inſufficiẽs ad tale ius fundãdum,& acquirẽdum defectu ſolennitatis, vel quia à nõ habente poteſtatem dandi illud ius habitus fuit & obtentus,tunc illa temporis longa vel longiſſima præſtatio non faceret præſumi de titulo valido : vel talis præſtatio ſoluentem obligaret in futurũ. Quia vbi nullitas vel iniuſta cauſa probatur,& apparet ex productis,illa probatio tãquam præpotẽs præſumptionem cauſæ ſeu tituli allegati tollit, & confundit.l.ſiue poſſidetis. C. de proba. & d.l. ſi certis annis. vbi Bald.in iij.oppo.facit tex.& glo.not.in cap. vnico.vt eccleſiaſt.benefi. vbi præſumptioni ſtatur, donec contrarium probetur.Et in propriis terminis noſtris eſt tex.in c.dudum.de decimis.vbi ex tenore concеſſionis regiæ conſtitit de nullitate ipſius conceſſionis,& quicquid ſolutum fuerat,cenſetur erroneè præſtitum.Quæ erronea præſtatio cum volũtate careat & cõſenſu.l.ſi per errorem.ff.de iuriſdict.
443 om.iud.præſumptionem tituli non indicit.† Præterea vitium ex tenore tituli producti apparẽs omnem illius executionem impedit etiã in mero poſſeſſorio.l.fi.C.de edicto diui Adr.tol. videatis Bart. in l.hi qui ad ciuilia.in fi.C.de appel.& Pau.cõſi.50. incipiẽ.in cauſa quę vertitur.iiij. col.verſ.tertiò inducit præfatus dominus.& pleniſſimè per Fely.in c. ſicut.xvij.colum.verſ.ſextò aduerte: quia ſolennitas mãdati.de re iud.Et clarè decidit Inno.in cap.ij.de cõfirmat. vtili vel inutili. & Panor.in cap.j.illo eod. titu.Caueatis tamen,quòd non conſulatis occultare titulum quem in conſcientia ſciretis inualidum, ne ex illius ſimplici allegatione probata præſtatione pars ſola præſumptione contra iuſtitiã & veritatem obtineat,quod ei non pertinet. Hoc profectò faciũt impij aduocati, de quibus dicitur,quòd facultatem loquendi perdiderunt in §.item.ſurdus.iuncta gloſ. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſta.Dicũt enim parti,ſi hoc confitearis,cauſam perdes:nec dicunt,ſi negaueris animam perdes,vt dicit gl.in cap. j. de confeſſis.lib. vj. De his ſeruitutum & ſeruitiorum conſtitutionibus multa bona dicit Bald.in titu. quot teſtes ſunt neceſſa.ad probandum nouam inue ſti.in fi.& in titu.de capita.qui curiam vendi.verſic.
444 item Oldra.quærit &c.†Sed quid ſi vendens poſſeſſionem declaret emptori illam eſſe cẽſualem alicui domino vel eccleſiæ in certis denariis annuis, vel alteri ſeruituti ſubditã: an ex eo ſolo ꝓbetur cẽſualis,& ſeruitialis? Et Guido papæ.q.xxiiij.refert deciſum quòd non,per tex.not.in l.fi.in fi.ff.de contrahẽ.emp.& tenet Spe.tit.de emphy.§.nũc aliqua. verſi.lxxiiij. quæritur. quod verum intelligatis, niſi de illo cõſenſu in venditione allegato, aliis adminiculis probaretur iunctis cùm illa vẽditoris declaratione,vt quia probatur venditorem cenſum ſoluere conſueuiſſe, vel ipſe venditor per antea diſpoſitiuè illam rem tãquam cenſualem tenere ab illo domino vel eccleſia recognouerat , per quã ſolam recognitionem probatur dominium rei directum illi pertinere, in cuius fauorẽ facta fuit formalis recognitio domino acceptãte,aut tabellione pro ipſo,ſecundũ Bald.per illum textũ.in l.cenſualis.C. de donation.

445 † Nam per talem recognitionem recognoſcẽs videtur dominium rei directum tranſtuliſſe in illum, quem recognouit in dominũ.Et poſito quòd dominium eo modo nõ fuiſſet tranſlatum , tamen ex tali recognitione induceretur probatio dominij rei & cenſus debiti,non obſtante tex.in d.l.nec ſi volens.l. interrogatã.& l.liberos. C.de liberali cauſa. & d.l. cùm ſcimus.C.de agricol.& cenſi.quia loquuntur in recognoſcente non ſolùm rẽ, ſed perſonã, & ſic ſtatũ ſuæ perſonæ afficiente, quod grauius eſt, vt ſuprà dixi.Et ita poſt magiſtralẽ ad partes diſputationem decidit Guido papæ.q.cclxxij, dicẽs,cẽties fuiſſe ſic iudicatum.Aliàs maximũ ſequeretur inconueniens: quia cùm totale patrimonium, nobiliũ , & baronũ conſiſtat in cenſibus rerum, quos ſi probare nõ poſſent per ſimplices recognitiones, vbi alius dominus non contradicit,aut nihil probat, ſequeretur totalis eorũ exhæredatio.ſecundũ cũ. [Vide tamen Fran. à Ripa.in l.ſi rẽ.n.40.ff.de acq.poſ.declarantẽ deciſionẽ G.papæ quæ(vt ait)ſine diſtinctione admittẽ-
446 da nõ eſt.] † Et præmiſſa vera, ꝙ ꝑ ſimplicẽ recognitionẽ diſpoſitiuè factã probatur res eſſe cenſualis, & dominiũ directũ pertinere ei cui facta eſt recognitio,nedũ in præiudicium recognoſcẽtis, ſed etiã hæredis ſui vniuerſalis,& deinceps quos omnes ligat talis recognitio ad impoſterũ recognoſcẽdũ, & cenſum ſoluendum.& quod plus eſt)ligat quencunq; particularẽ ſucceſſorẽ,veluti legatariũ, donatariũ, aut emptorem in re illa recognita particulariter ſuccedẽtes,& ius & cauſam à recognoſcẽte habẽtes,vt plenè dicitur in d.q.xxiiij.& cclxxij.§.alle.
447 & q.xlij. † Præterea talis recognitio nõ ſolũ ligat recognoſcẽtẽ & ſuos ſucceſſores vniuerſales, & particulares ad quos res peruenit & delata eſt, vbi pura ſimplex fuit:ſed etiã ſi relatiuè ad aliud facta fuerit: vt quia tenentiarius recognouit rem ab aliquo tenere,& cẽſum ſoluere,prout ſui prędeceſſores fecerãt. Quoniam verba illa: *ſecundum quod ſui anteceſſores fecerant.*&c. nullam conditionem faciũt:imò taliter recognoſcens ilico purè tenetur,& quicunq; habẽs cauſam ab eo,ita ꝙ non audiretur dicens & allegãs ſuos anteceſſores nunquã aliquid ſoluiſſe, nec tenetur ille dominus cui talis facta fuit recognitio docere nec ꝓbare de aliqua ſolutione , vel recognitione ſuorũ prædeceſſorum,per textũ ſingularẽ quem ibi ad hoc commendat Bart. in l. cũ qui Epheſi.§.Iulianus.ij.ff de cõſti.pecu. facit gl.in c. ſi Romanorum. prope fi.xix.diſt facit etiam quod dixi ſ. in j.artic.& in ij.deciſio.circa prin. de baronibus, quòd nõ tenẽtur regi oſtẽdere titulũ de his quę tenẽt infra regnũ. Nam prædicta verba non cẽſentur conditionaliter, ſed cauſaliter prolata,quaſi dicẽdo: Recognoſco ſecundum quod,vel prout mei prædeceſſores ſoluere conſueuerunt,id eſt,quia ſic ſoluere conſueuerũt.vt clarè dicit idem Bart.ſuper verbo, prout,in extrauagãti, ad reprimẽdũ.& clariùs Io.And.in addi. Spec. tit.de feu.§.j.in fi.per tex.in §.huic ꝓxima eſt Inſti. de leg.& Iaſon in §. ꝓiudiciales.in fi. Inſti. de actio. facit glo.not.in c.quoniam abbas. in fi.de offic.dele ga.vbi Fely.dicit hoc verum,dummodò loquens ſit talis perſona,quæ aliàs rem concedere poſſet de nouo: quia tũc actus ſuus valet,tãquam de nouo.Et ſic tãquam actus purus, prouiſo ꝙ illud ad quod fit relatio nõ inueniatur,id eſt recognitio vel ſolutio prędeceſſorum non appareat. Quia ſi appareret , limitaretur ſecudum illud quod inuenitur , ſicut ibi dicitur de ſententia confirmata,pro iuſta eſt,quia ſi

BIU Cujas

appareret & reperiretur iniusta, non valeret. alleg. not.per Bar.in l.admonendi.ff.de iureiuran. Vos autem plenè videatis per eundem Felyn. in c.sicut. dū loquitur de solennitate extrinseca in actu nō prę-
448 sumenda,in tertio casu fallentiæ,& sexta aduertentia, suprà de re iudica. † Vnde restat, quòd quo ad obligationem cēsus valet talis recognitio tanquam pura, non obstante quòd contrarium videretur,per ea quæ dicit glo.super verbo,incertus.in cap.venerabilis,de cōfir.vti vel inutil.Spec.in tit.de iustru. editio.§.nunc autem videndū.j. col.Panor.in cap.inter dilectos.vij.col.de fi.instr.Ludo.Rō.cōs. cccxxxvj. Bar.& cæteri in Anthen.si quis in aliquo. C.de eden. vbi dicunt per illum tex.quòd de primo actu narrato in secundo facienda est probatio,nisi totus tenor insertus fuerit in secundo. Per quæ videtur destrui præcedens decisio,nisi dicamus eam loqui & locum habere ac intelligi,prout semper eam intellexi: vbi recognitio modo præmisso facta certam continet quantitatem, & certum recognoscendi modum, & alia deueria faciendi. Quia tunc valet tanquam pura absque alia prædecessorum visione aut probatione,Instit.de lega. §.sed si vxori. quia tūc satis est insertus tenor recognitionis prædecessorū in ista secunda,vbi personæ recognoscentis & domini,cui fit recognitio ac res,necnon modus & quantitas census expressa sunt:quia si quantitas certa nō exprimeretur, necesse foret videre prædecessorū recognitiones,vt dicto §. sed si vxori. Vnū tamē menti tenebitis,quòd licet declaratio venditoris vendēdo declarantis rem esse censualem, vel aliàs seruitialem,non probet sola seruitutē,nec cēsum, nec emptori præ-
449 iudicet,vt dixi:† Tamen econtra si venditor vendendo rem verè censualem,diceret eam liberam,talis declaratio prodesset emptori,& in eo causaret bonam fidem, vt non petendo inuestituram,nec recognoscendo, vel censum non soluēdo per emptorem res non caderet in commissum, secundum Guido. vbi suprà q.xxiij. Cùm pro libertate præsumatur,& non pro seruitute. Tamē talis declaratio emptorem non liberaret in futurum à seruitute, seu censu verè debito,si per dominum probetur, contra quem non fuit præscriptum: quod est not. quia quotidianum.

☞[Vide bonum tex in l.traditio.§ fina.ff. de acquir.
450 rerum dominio.] † Et præmissa vera, domini, intelligatis, videlicet quòd concessio rei, vel iuris aut simplex recognitio, maximè si solutio census secuta fuerit, probat dominium directum pro concedente vel eo cui recognitio facta fuit,cōtra emphyteutam, qui rē accepit aut recognouit. Et econtrà talis concessio vel inuestitura vasallo, seu laudimium emphyteutæ factum, probat pro ipso dominium vtile contra concedētem,in eorum proprio contractu,& cōtra alios quoscunque ab eis causam & ius habentes, vt est tex.vbi hoc clarè decidit Pano.in c.cùm olim, viij.not.de censi.Sed per istos actus non probaretur dominium directum, nec vtile pro tali domino, vel emphyteuta contra alium tertium possessorem, cōtra quem ageretur actione rei vendicationis directa vel vtili.Quinimò esset eo tunc dominium probandum actori directo competere de iuregentiū,vel ciuili.l.in rem actio.ff.de rei vēdi.quia cùm tunc actor qui agit fortè actione in rem,non habeat causam ab aduersario,nec ille ab actore tales actᵒ,velut res inter alios acta,eis prodesse aut præiudicare non possūt,per regulā generalē,res inter alios acta.Sed probare actor necesse habet dominiū plenè, & directè sibi competere,vt clarè consuluit Pau. consi.iij.incipiē.in facto isto.& Alex.in iiij.parte consi.x.& idem Paul. consi. xvij. incipiente, in causa quæ vertitur.
451 † vbi cōcluditur dominium ab actore in iudicio directè & principaliter deductum esse probādum per tales actus,qui de iure necessariò concludant dominium sibi competere, & quod tales actus & media aliud significare non possunt, nisi dominium actori competere.ita quòd sint vniuoca aliud quàm dominium importantia, & non æquiuoca dominium & aliud significantia. Ob quod dicit Paulus consilio ccxxxviiij.incipien.viso testamento Ambrosij.quòd dominium volare non debet per aëra, & alibi consil.cccxxx.incipiē.in causa mota per dominam Dorotheam dicit,quòd dominium non debet nec stare potest in pendenti.Et non sine causa: quia non probat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse.l.nō hoc. C.vnde legiti. Vnde dicit Bald. in l.ad probationē.
452 la ij. C. de probat.† quòd probatio nunquam concludit per possibile:imò cōcludere debet per necesse,adeò quòd probatio necessariò nō concludēs nedum nō releuat,vt dicta l.non hoc. sed nec facit aliqualiter rem dubiam de iure vel de facto secundum Bald.in l.ij.C.de bono.possess.secundū tabul. Et hoc est quod clarè dicunt doct.per illū tex. maximè Pa-
☞normi.in ca.in præsentia.de proba. [Circa hoc vide quæ pulchrè habentur infrà super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j.in vij.fallen. data ad regulam quòd damnatus ad mortē est intestabilis:loquēdo de probatione per torturam.]quòd vbi genus est simpliciter prolatū,licet de iure intelligatur in potiori spe-
453 cie,tamē hoc locū non habet in probatione: † quæ quoties est dubia, non releuat in aliquo probantem: nam genus prolatum à testibus non capitur in illa specie quæ probanti prodesse potest, sed in illa quæ nullo moda iuuat probantem, secundum Panor. ibi in vlti.not.& Bar.in l.inter stipulantē.§. si Stichum.
454 ff.de verbo.obli.† Ex quibus sequitur non prodesse actori de dominio contendenti probare, quòd rē emit,pretium soluit,& res sibi tradita fuit, nisi probet talem rem venditori, à quo causam habuit,pertinuisse iure dominij, per talia media, quæ dominium & non aliud de necessitate concludant secundum glo.in verb.in vacuā.& Bar. in l.cùm res.C. de proba, licet prædicta tria sufficerēt ad probandum quasi dominiū in actione qubliciana, vt plenè in §. sed istæ quidem.Instit.de acti.Et ita intelligitur opi. Nicol.de Matarel.& Bald in dicta l. cùm res.secundum Pau.cōsi.xcvj.inci. viso quodam processu agitato Forliuij &c. Attamen illa probare non sufficeret agēti rei vendicatione ad dominiū seu rem ratione dominij obtinēdam,secundum glo.Pet. Cyn. Iaco.Butrig.Io. Fab.Bar. & Saly. in dicta l.cùm res.
455 † Ita quòd etiam ecclesia in acquisitione rerum summè priuilegiata agens rei vendicatione necesse habet clarè dominium probare, quia ei non sufficeret titulus acquisitionis,nisi probaret authorem suum à quo causam habet verum dominum fuisse,secūdum Bar.in l.si sic.§.si mihi.ff.de l.j.in fi.& Alex. ibi p d. l.cùm res.& clarè hoc decidit Bal. in l. siue autē. §.si duobus.ff. de public. in rem actio. vbi dicit ecclesiā tunc solùm esse priuilegiatam, vbi cōstat de iure & dominio authoris: secùs si non cōstat, quia tunc nō nititur æquitate. Nec etiam ad cōcludendum dominium probare sufficeret rem, quam petit, aliquanto tempore tenuisse & possedisse cum sua, etiam si cum illa possessione de præterito fama viciniæ con-

curreret

BIU Cujas

currert, quòd res erat ſua ſecundum Bart. in l. quidam in ſuo. de condi. inſtit. & Paul. dict. cõſi. iij. & Alexan. dicto cõſi. x. Inno. Io. And. ij. col. Henri. Bo hic. in fi. & Panor. in c. illud. de præſumptio. Bart. & Alexan. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. etiã ſi probaret quòd rem locauit, arrẽdauit, vel in emphyteuſin tradidit, & tanquam de re ſua diſpoſuit. per tex. iuncta glo. ſuper verbo, Locauiſſe. in c. cũ venerabilis. de relig. domi. vbi hoc tenet Panor. v. colũ. & in c. cùm veniſſet. iiij. col. de reſti. ſpo. Bar. & Bal. in l. ad probationẽ. C. locati. & glo. ſuper verbo, Locatio. in c. inter dilectos. de fi. inſtr. & Bal. in l. indicia. C. de rei vẽdi. etiã ſi probaretur cẽſus ſolutus: quia ſolutio cenſus aut penſionis dominium nõ probat, nec poſſeſſionem, ſecundum gl. ſuper verbo, Vnam procurationẽ. in c. bonæ memoriæ. de appel. vbi clarè hoc tenet Panor. in v. col. & Bald. in l. ſolennibus: per illum tex. C. de rei vẽdi. & in c. licet cauſam. idẽ dicit Bald. ver. Notandũ, quòd ſi duo. de proba. Pro quibus eſt tex. in l. cenſualis. C. de donatio. idem tenet Ang. in vltimo not. in l. litibus. C. de agricol. & cẽſi. li. xj. Etiam † ſi probaretur, quòd author meus, ſeu prædeceſſor, putà pater meus, aut venditor, vel donator à quo cauſam & ius habeo, rẽ illã tenuit pacificè & poſſedit tanquã ſuam: fuitque tentus cõmuniter, publicè, & notoriè reputatus dominus, quãdiu vixit, etiam concurrente fama viciniæ, quòd erat dominus, ſecũdum Panor. ſingulariter in c. cùm ad ſedem do reſtit. ſpol. Bal. & Ang. in. §. ſic itaque diſcretis verſi. Quęro ſecundò. Inſti. de actio. Etiam eccleſia rei vendicatione agens probando omnia præmiſſa dominium ſibi competere nõ probaret, ſecũdum Bar. in l. legata. ff. de adimen. lega. † Ideo dicũt Docto. probationem dominij eſſe difficilem, in dicta l. quidam in ſuo. Adeò quòd vendicãs rem à poſſeſſore neceſſe habet probare eã titulo & bona fide poſſediſſe, vel authorem ſuũ tanto tempore quòd ſufficit ad eius præſcriptionem, vel quòd ambo tẽpore tanto eam tenuerunt, cùm poſſeſſio eorũ cõiungatur ad effectum præſcriptionis, Inſti. de vſu. §. diutina. aliàs non ſequeretur, quòd ſi author meus aut ego vel ambo tẽpore præterito tribus aut quatuor annis vel pluribus, præſcriptionẽ tamen non concludentibus, tenuerimus pro dominis reputati, fructus & reditus percipiendo, locando, vel aliter diſponendo, fuerimus, quòd propter hoc domini ſimus. Cùm ſæpe hoc faciant prædones, & alienarũ rerum occupatores, ſecundum doct. in dicta l. non hoc. vbi Iaſõ in primo not. C. vnde legiti. & Panor. in iiij. not. in. c. fi. de cauſa poſ. & propri. † Sed in poſſeſſore de præſenti cõtra quem intentaretur rei vendicatio, omnia præmiſſa & ſingula probata ſufficerẽt ad præſumendum eum eſſe dominum, ſecũdum Panor. in d. c. cũ ad ſedẽ. imò ſi nihil probaret, abſolueretur. l. fin. C. de rei vendica. & l. ij. C. de proba. Bene tamen credere m. q. vbi ſpoliatus ageret rei vendicatione contra illum poſſeſſorem, qui violenter ab ipſo actore, aut eius prædeceſſore rem accepiſſet, non requireretur tam ſtricta probatio dominij per ſpoliatũ & violentiã paſſum. l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. C. de præſcrip. xxx. vel xl. annorum. Idem ſi poſſeſſor cõuentus à prædeceſſore actoris etiam ius prætenderet, & non ab alio. Nam quoties partes ius habere prætendunt à diuerſis dominis, ſemper præſumitur pro poſſeſſore de præſẽti: quod reddit in actore probationem dominij difficilem, vt vidiſtis. Sed quando actor & reus, vel duo aut plures actores cõtra tertium poſſeſſorem dominium prætẽderent ab eodẽ authore, à quo quilibet eorũ dicit ius ſibi cõpetere, tunc facilior eſſet dominij probatio. quia ex intentione omnium conſtat de iure authoris: quoçaſu ille erit potior, qui probabit rem de qua agitur, ſibi fuiſſe prius traditã, vel ſe prius miſſum in poſſeſſionem, vt d. l. ſiue autem. §. ſi duobus. de publ. in rẽ actio. & l. quoties. C. de rei vẽ. Et intelligatis cui fuit prius res tradita verè, vt ibi, vel fictè, puta conſtituẽdo ſe nomine emptoris poſſidere. l. quod meo. ff. de acqui. poſſeſ. vbi Bar. & Panor. in c. ex literis. de conſuet. & ſi nõ appareret, cui fuit res prius tradita, præſumendum eſt, quòd illi fuerit priùs tradita, cui per illum communem authorẽ fuit prius alienata, vt ex ordine tituli præſumatur poſſeſſio & traditio, ſecundum Iac. de Rauẽ. in d. l. quoties. quẽ ſequitur Bal. in d. §. ſi duobus. verſi. vt ſi quidẽ. & in c. j. §. ſi facta. ☞ in tit. ſi de feundo fuerit contr. [Adhoc facit quod not. deciditur infrà ſuper verbo, *Teſtamentum.* ij. dũ loquitur de pluribus teſtamentis eadem die factis.] & in c. licet. de proba. Et ſi nõ cõſtaret de prioritate alienationis, vt quia omnes ab eodẽ authore titulum habuerunt eadem die, nec conſtat de hora vel momento, & tunc ſi alter contendentiũ eſſet perſona priuilegiata, vt fiſcus, pro eo præſumeretur de prioritate temporis. l. j. C. de iur. fiſc. lib. x. Et idẽ in eccleſia & alia pia cauſa. ſecundum Ludo. in repeti. Auth. ſimiliter. in j. parte. C. ad l. Falci. vt alibi plenè dicã. [De hoc plenè dicitur ſuper verbo, *quam ipſa Petro vendiderat ſupradicto.*] & his caſibus ſatis dicitur facilis probatio dominij. Et idem ſi nõ principaliter, ſed incidenter ageretur de dominio. Quo † etiam caſu ſufficeret leuis probatio, veluti ſi quis peteret rem ſibi exhiberi ſolùm ad fines eam poſtea vendicandi: quo caſu principaliter agitur ſolùm vt res vendicanda exhibeatur: quæ quidem exhibitio non ſit niſi domino, & dominiũ incidenter deducitur: quod ſolo iuramẽto tunc probatur, ſicut in hærede diuiſionẽ hæreditatis petẽte à ſuo cohærede. Nã vt res quas aduerſarius negat hæreditarias, in iudiciũ familiæ erciſcundæ veniãt, ſufficit probare teſtatorem eas tenuiſſe, & dominũ reputatũ fuiſſe, vt cohæres reus ponere eas in cumulo teneatur, niſi ipſe eas probaret ſuas. l. j. ff. fam. erc. Quę omnia ſunt notanda, quia quotidiana & de pane lucrando. Hæc modicum deuiando propter canoniſtas libenter interſerui, vt aliqualem haberetis notitiam, qui ſunt parentes illi, qui vltra liberos non habẽt alios ſucceſſores, vt vidiſtis in adſcriptitiis & cẽſitis ſecũdum diuerſas conſuetudines. † Quidam ſunt alij ſimplices coloni qui obligati non ſunt nũquam poſſe à ſolo diſcedere, ſed ſunt liberi homines ad tẽpus colere agrum & prædia conducti: & iſti propriè veniunt appellatione colonorum ſimpliciter nominatorũ, niſi cum adiuncto nominaretur: Putà coloni adſcriptitij, aut cẽſiti, vel aliàs. ſecundũ Io. de Pla. in l. fi. C. de agri. & cenſi. vbi ſuper rub. poſt glo. plenè per eum. Et horũ ſimplicium colonorũ quidã ſunt coloni partiarij, qui agros alienos colunt pro certa parte fructuũ, cum domino feudi partiũt, & diuidũt. Alij verò ſunt conductitij, qui pro certa mercede pecuniaria agros colũt: de quibus per glo. in l. ſi apes. vbi Bart. ff. de fur. & in l. j. in fi. C. de auo. & trib. lib. x. & in clemen. j. de decimis. Poſſent etiã fieri coloni perpetui ad agros colendos perpetuò obligati: & ſunt illi quos diligens & ſtudioſus proditor ſuo colonatui perpetuò acquiſiuit. † Erat enim olim ſtatu tum

BIU Cujas

tum, quòd miseris & vilibus personis certi ex publico reditus assignarentur tempore famis: ad quos miseros fraudandum, nonnulli mendicantes validi miseriam corporis simulantes partem redituum percipiebãt, sic partem & præbendam debilium diminuendo. Hos † autẽ ribaldos & simulatores si quis diligens prodebat, & deferebat in publicum, si liberi erant, in suo perpetuo habebat colonatu: si autem serui erant, primus dominus eis carebat, & proditori seu delatori assignabantur. per tex. not. in l. j. C. de mendican. validis. lib. xj. secundum Hostien. in summa titu. de agricolis. nu. 3. quem sequitur Panorm. in dicto c. indicatum de immu. eccle. quod dicit esse notandum contra ribaldos iniustè mẽdicantes. Qui si à publica persona prodantur, operi publico in perpetuum deputantur: & à priuato, colonatui suo dedicantur ipso facto: secundum eum ibi. vbi plenè de his agricolis loquitur, & illorum diuersa conditione. Ego non crederem hanc pœnã perpetui colonatus locum habere in mendicantibus, qui ostiatim mendicant domos singulorum discurrendo: & sic non publicas, sed priuatas fraudantes eleemosynas. vt in pœnis lex illa non extẽdatur. l. interpretatione. ff. de pœnis. Sed satis est, quòd expellãtur: quia publica eleemosyna singularia quędam habet priuilegia, plusquam priuata. l. priuilegia. vbi Barto. C. de sacrosanc. eccle. Et in præsenti regno non curamus has infligere pœnas: imò quotidie videmus validos & potẽtes mendicantes victũ quærere, nescio si hoc toleretur ex verbis Gregorij dicentis, quòd omnes admittendi sunt, ne boni repelliãtur. Cùm plures interdum appareant sani, qui sunt intrinsecus debiles, nec laborem sustinere possunt. Et modum fricandi tibias cum quadam herba, vt appareant vlceratæ & morbosæ, docet gl. ĩ verb. lenitudinẽ, l. j. C. de mẽdi. vali. li. xj. † Vltra omnes prædictos habemus homines rusticos, qui simpliciter vocantur rustici à rure, & sunt illi qui in rure habitant, siue agros colãt, siue nõ. Et inde dicũtur rustici à rure, quia rus est eis cu ræ: in Francia rus vocatur villagiũ, in quo rustici habitant. Et ciuitates vocãtur villæ, † licet villæ pro priè dicantur ædificia ruralia in rure sita sine muro. & vallo, secundum glossam pragmaticæ super verbo, Villis. in §. insuper. versic. in ecclesiis autem. titu. de collatio. Et habitantes ibi dicũtur rustici, qui pariter sunt homines liberi, nisi probarẽtur dictis conditionibus adstricti & ligati. Sunt enim isti solùm & duntaxat domino loci ratione habitationis subditi in suo territorio & iurisdictione, non quòd sint homines sui, vt ei teneantur ad homagium sicut tenentur vasalli, sed solùm ei tenentur ad certũ quid, puta ad libram ceræ, aut par gallinarum, vel quid simile ratione habitationis, secundum vsum & cõsuetũdinem locorum, † qui etiam si petatur, tenentur domino præstare iuramentum, quòd ei nõ erunt nociui, secundum Hostien. in capit. ex diligenti. de simo. Ad quod iuramentum etiam non tenentur clerici ibi habitantes, si dominus eos habeat suspectos, licet eos cogere non possit, vt plenè per Aluarotum, titu. qualiter iura. debe. vasal. fideli. pen. col. Non autem tenentur aliter iuuare dominum, nec se armare pro ipso ad bellum, sicut faciunt vasalli. de quo per Guido. papæ. alleg. quæst. cccvij. & Lucam de Penna, in l. deuotum. C. de metatis & epidemeticis. li. xij Nec etiam tenẽtur pro ipso excubias facere, seu excubiare in castro de nocte, nisi ad hoc essent expressè adstricti conuentione, aut consuetudine immemoriali.

† Quibus casibus tenerentur solùm dictas facere excubias tempore necessitatis, scilicet vbi imminet periculum guerræ, aut latronum patriam vastãtium & discurrentium, aliàs non. Heu me, quia sub isto colore omnes ferè nobiles subditos suos diurno labore fessos, ac pro victu quotidiano semimortuos de nocte dum quiescendum est, crudeliter torquẽt, & pernoctare faciunt, aut pro excubiis si defecerint, eos in pecunia, & bonis vsque ad ossa excoriant, & incarcerant: cessante, sicut instante necessitate, vt peiores Pharaone videantur. † Contra quos piè motus rex quondam Ludouicus xj domini nostri regis genitor cõstitutionem fecit, anno dñi M. cccclxxix. xxvij. die April. apud Turones. Cuius tenore vetuit sibi subditos immediatè, & pariter aliis principibus & dominis regni sui, qui de iure aut antiqua cõsuetudine ad excubias tenẽtur in castris aut villis: posse vexari pro excubiis nõ factis, vltra emẽdam quinq; denariorum turon. pro quolibet mẽse quo defecerint. quæ emẽda summam quinque solidorum dicti valoris ꝑ toto anno non excedit. Ad quã summam soluẽdam cogi nõ possunt, nec excubias faciẽdum ratione & ad causam castrorum, vel ciuitatum aut villarum in ruina existẽtium, in quibus excubię propter ruinam essent vanæ, & malitiosè peterẽtur. Sine tamẽ præiudicio iuris tales excubias exigẽdi castris & villis reparatis, & in habitationem & fortalitiũ reductis. Et quòd pro dictis quinque solidis sibi regi vel alteri domino debitis subditi executari nõ possint in instrumẽtis agriculturæ & aratri, nec in aliis vltra modum & quãtitatem debiti. Et quicũque excubias facere maluerit in villa vel castro, cui debentur, cogi nõ possint dictos soluere quinque solidos. Quo casu nõ teneãtur excubiare debentes, castrum intrare, donec in solis occasu: & pariter de mane exire possint in solis ortu, ne operę subditorum diurnæ, de quibus viuunt, interrumpantur aut impediãtur. Exceptis villis & castris in limitibus regni sitis, in quibus cùm semper & continuè instet periculum incursionis hostiũ, propter quod portas citius claudere & tardius aperire oportet, totũ relinquitur arbitrio capitanei seu rectoris à principe custodiã habẽtis. Extinxit præterea idẽ Ludouicus omnes lites & processus ad causam excubiarum nõ factarũ motos & pendẽtes in quibuscũque curiis sui regni inter castellos etiam suos, & quoscũque subditos sine expẽsis. [Hęc ordinatio est hodie per dominum Ausfreri. situata xvij. in tit. de talliis & ordinationibus.] Quam odinationem etiam reperietis in lib. regiarũ ordinationum cameræ inquæstarum parlamẽti Tolosæ. fol. clx. Et ex pòst anno dñi M. ccccc j. & die xxv. mẽsis Martij. fuit per dominum nostrum regẽ modernum, dominum & benefactorem meum Ludouicum xij. facta alia ordinatio circa ius excubiarum prędecedẽtis ordinationis modificatiua, plublicata in parlamẽto Tolosæ & registrata die xxiij. Apri. anno domini 1506. [fuit & cõstitutio illa publicata Paris. die ij. Ianuar. 1504.] Cũ literis de pinde valere, ac si j. annũ publicata fuisset: qua ordinatũ fuit, ꝙ in castris patriæ limitrophæ & plateis fortibus in esse existẽtibus nõ demolitis nec inhabitabilibus, in ꝙbus cõsuetũ sit ꝑ subditos excubias fieri, excubiæ fient omni tẽpore, etiã tempore pacis, ad plus semel in mense per quemlibet caput domus facientem. Et pro qualibet vice qua quis defecerit, soluet quinque denarios turon. si dictam summam aut plꝰ soluere consueuerint pro defectu. Quòd si minus

quàm

BIU Cujas

quàm ſemel in menſe excubiare conſueuerint, aut minus quinque denariis turon. ſoluere pro defectu non facient, nec ſoluent niſi prout facere & ſoluere conſueuerunt præcedentem ordinationem Ludoui ci xj. ſequendo. Et quo ad loca non limitropha, in quibus excubiæ fieri conſueuerunt, pariter fient excubiæ, vel ſoluetur defectus modo quo ſuprà ſolùm & duntaxat tempore guerræ, & eminentis periculi. Tempore autem pacis, & ſecuro, non ſoluetur pro quolibet defectu, niſi ſumma trium denariorum turon. Et caſu quo ſubditi facere excubias conſuetas, aut dictam ſoluere ſummam pro quolibet defectu recuſarent, tenebuntur in duplum erga dominos vel capitaneos quibus debentur. Et econtrà, ſi domini vel capitanei vltra quàm dictum eſt exigerent, aut exigere conarentur, prefati domini & capitanei, exnunc prout extunc, ſint iure dictas excubias exigendi eo ipſo priuati, ſcilicet domini caſtri pro eorum vita, & capitanei pro tempore quo officium tenebunt. Et hęc omnia in vtraque ordinatione contenta per modũ prouiſionis donec aliud fuerit per regem ordinatum. (Additio.) Secũdum quam ordinationem latum fuit Toloſæ arreſtum in menſe Aprilis, anno domini M.ccccx. ante paſcha, inter dominum de Caſtro nouo de Bretenos, & habitatores caſtri de Caumonte ſeneſcalliæ Ruthenen. ſuper quo Maſuerus tit. de talliis, collec. & excubi. §. penulti.
468 dicit conſuetudine obſeruari, † quòd omnes habitantes cuiuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtant, tempore eminentis periculi facere tenentur excubias, & ſoluere collectas, pro refectione & fortificatione murorum, & pro cuſtodia villæ aut fortalicij impoſitas. l. ad inſtructionem. C. de ſacroſan. eccle. Etiam nobiles & gentes eccleſiaſticæ ibi habitãtes, ſecundũ Guido. papæ, quæſt. vij. vbi clarè hoc decidit, & quæſt. lxxviij. Idem tenet Bal. in dicta l. ad inſtructionem. Dummodò concurrant duo. Primò quòd reparatio fiat propter neceſſitatem, & non ad ſolum decus & honorem. Secũdò quòd eccleſia res
469 ibi poſſideat temporales: † ideo cordigeri rerum incapaces ad talem non tenerẽtur contributionem, ſed ſolæ eccleſiæ bonorũ capaces & poſſeſſores, qđ ratione ſubnixum eſt. Quia multò melius & eccleſiæ vtilius eſt, quòd fortalicia reparentur, & cuſtodiantur, vbi quiſque cum bonis ſuis in eminenti periculo refugium habet, & receptatur, quàm ſi defectu cuſtodię ipſi clerici, qui hodie ditiores & in temporalibus abundantiores ſunt, & cęteri habitatores caſtri aut villæ, ab hoſtibus caperentur. Pro quibus poſteà redimẽdis res ſacras alienare foret neceſſe. l. ſancimus. C. de ſacroſanc. eccle. & Inſtitu. de rerum diuiſio. §. ſacræ quoque res. cùm meliùs ſit in tempore occurrere, quàm poſt rem vulneratam remedium quærere. l. fina. C. in quibus cauſis in integ. reſti. non eſt neceſ. & l. j. C. quando liceat vnicuique ſine iudi. ſe vindica. Imò honeſtiùs eſt eccleſiam contribuere ad cuſtodiam loci, quàm eo capto & etiã miniſtris eccleſiæ captis res ſacras pro eorũ redemptione diſtrahere: quod permittitur de iure, vt dicta l. ſancimus. Maximè vbi repentina ingruit neceſsitas, ilico vel de proximo ventura: de qua loquitur l. placet. C. de ſacroſan. eccle. Ad quàm euitandam etiam ratione prædiorum de menſa eccleſiæ exiſtentium eſt in communi contribuendum, vt ibi. nõ obſtãtib. aliquorum conſiderationibus, potiùs cortici verborum, quàm intentioni iurium, cui pluſquàm verbis deſeruire tenemur, inhærentibus: ac indiſtinctè volentibus, quòd clerici à laicis talliis & collectis non vexentur. Quia illud intelligitur, niſi quando tanta & talis eſt neceſſitas, quòd laicorum facultates cõmodè non ſufficiunt ad onera ſupportanda. Quam neceſſitatem ſubſiſtere in præſenti regno euidenter cernimus propter onera dietim emergẽtia in communi. Ad quod facit dicta l. placet. canonizata xvj.
470 quæſt. j. † Præterea clerici tenẽtur vigilare pro cuſtodia ciuitatis & tuitione. cap. peruenit. de immuni. eccle. Ob quod licitum eſt eccleſias incaſtellare, pro tuitione fidelium, ſecũdum Inno. & Ioan. And. in cap. cùm eccleſia. eod. tit. Nec vlla maior iuſtitia, quàm defẽdere patriam, infirmos, & debiles ab hoſtibus & prædone. xxiij. quæſt. iij. fortitudo. Qua ratione ꝓ pace & quiete in qua eccleſiæ defenſari debent, tributum imperatori & regibus perſoluere debent. can. tributum. xxiij. quæſt. viij. Pręterea ad hoc ſunt facultates eccleſiæ deputatæ, & clerici obligati, vt oppreſſos & captiuos redimant. c. ſacro. & can ſicut. can. aurum, & can. gloria epiſcopi. xij. quæſt. ij. Et multò melius eſt fideles chriſtianos per munitionem ciuitatum præſeruare à captiuitate, quàm ſi caperẽtur, & poſteà redimerentur. l. fina. C. de tempo. in integ. reſtit. peten. Per quas & alias plures rationes ita conſuluit Pet. de Ancha. conſil. xcv. incipien. ſuper dicto dubio. quia in his reparationibus & munitionibus tam neceſſariis eccleſiis, & clericis, ſicut laicis vtilibus, commune cogit pro rata ſoluere ſicut pro refectione viarum, & itinerum, vt tenet Bartol. Cæpolla in tracta. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. titu. de ſeruitu. viæ. in xxvj. quæſt. & conſuluit Ægidius de Bellamera. conſi. xlv. incipien. conſules ciuitatis Albiæ &c. in fin. Tamen hoc caſu iudici eccleſiaſtico reſeruat coactionem, ſed vbi tam repẽtina foret neceſſitas, quòd non poſſet adiri prælatus eccleſiæ, vel viros eccleſiaſticos requiſit' cogere recuſaret, aut plus debito differret, non eſſe ponere os in cœlum, ſi per ſecularem poteſtatem cogerentur: attento quòd notoriè videmus eccleſiaſticos in talibus eſſe rebelles, & plus debito remiſſos. Nã excuſat in talibus vrgens neceſſitas, & facilè ſummi numinis ſperatur venia, vbi multorum ſalus & incolumitas procuratur. l. prouinciarum præſides. C. de feriis.
471 † Nec eſt tempore repentinæ neceſsitatis vtẽdum legibus, ex ſententia Scipionis, qui Mutio Scæuolæ conſuli Romano volenti cõtra Tyberiũ Gracchum rempublicam facto repentino turbare præſumentem, ordine iuris procedere, reſtitit dicẽs: Quoniã cõſul dum iuris ordinem ſequitur, id agit vt cum omnibus legibus Romanũ imperiũ corruat. vt refert Valerius lib. iij. cap. 2. tit. de fortitudine, de Scipione Naſica loquens. Et lib. v. cap. ij. tit. de gratis. de Caio Mario etiam cõſule Romano refert, quòd cùm Cimbros quos nunc Flammingos appellamus, auxilio Camertinorum ab inuaſione repentina ſubitò repuliſſet, eſque obiiceretur, quòd cum exulibus, ſcilicet Camertinis hoſtibus commercium habuiſſet, ac in vrbem contra leges vocaſſet: dixit inter armorũ ſtrepitum verba ſe iuris ciuilis exaudire non potuiſſe. Et ſanè id tempus tunc erat, quo magis defendere, quàm audire leges oportebat: quia neceſſitas le-
472 gem † non habet permiſsiuam, prohibitiuam, nec conſultoriam. Cùm non ſit tempus deliberãdi, cùm in neceſsitate nemo liberalis exiſtat. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. & gloſ. in l. j. C. de oper. liber. Vnde quacunque manu fiat, non refert, dummodò neceſſitati occurratur: quia non cenſetur eſſe factum

BIU Cujas

per laicos volũtariè,ſed neceſsitatis lege,quę habet ꝙ ilico occurratur, vel res publica perdatur. Prout Romani olim prudẽtiſsimi exemplo tradiderũt de quo idem Valerius lib.vij.c. vj.tit.de neceſſitate.ſicut dicit: Caio autem Mario & Cnæo Carbone conſulibus,bello ciuili cum Lucio Sylla diſſidentibus: quo tempore non reipublicæ victoria quærebatur, ſed præmium victoriæ res erat publica, ſenatuſconſulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, conflata ſunt. Digna enim cauſa erat, hine,an illi crudelitatem ſuam proſcriptione ciuium ſatiarẽt, vt dij immortales ſpolia rentur. Non ergo patrum conſcriptorum voluntas, ſed teterrimæ neceſsitatis truculenta manus illi conſulto ſtylum ſuum impreſſit. & in principio illius tit. Abominandæ inquit, neceſsitatis amariſsimæ leges,& truculenta imperia,tum vrbem noſtram,tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantùm, ſed etiam auditu grauia,perpeti coëgerũt. Hæc ille. Sic fuit tempore Cæſaris,vt ipſe lib.j. commentariorum de bello ciuili Pompeiano circa princip. refert, reſpublica contra eum ſuaſu Pompeij mota & repẽtinè turbata. Tota, inquit, Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ à municipiis exiguntur, & à fanis tolluntur, omnia diuina & humana iura permiſcentur. Hæc ibi. Quod formaliter decidit Pa-
473 nor.in cap. ſicut.vlti. de iureiurand. vbi dicit, † ꝙ quoties princeps inuaditur, ſi timor ſit ſubitaneus, & improuiſus,eccleſia cõtribuere tenetur, vt ibi dicitur in fin. Hodie autem per Bonifacium octauum circa hæc publica ſubſidia eſt Francorum rex bulla expreſſa priuilegiatus,data apud vrbem veterem,ſecundo Calendas Auguſti, pontificatus ſui anno ter-
474 tio: cuius tenor talis eſt. † Bonifacius epiſcopꝰ &c. Nos igitur huic morbo congruam intẽdentes adhibere medelam, & vt cuiuſlibet ambiguitatis ſcrupulus in hac parte tollat, & veritatis puritas eluceſcat, authoritate præſentium declaramus, quòd conſtitutio ipſa, vel eiꝰ prohibitio ad donaria vel mutua ſeu quæuis alia voluntaria prælatorum & perſonarum eccleſiaſticarum eiuſdem regni (ſcilicet Franciæ) cuiuſcunque ſtatus,ordinis, vel conditionis exiſtant omni prorſus coactione ceſſante ſe aliquatenus non extẽdat: licet ad id forſitan chariſsimi in Chriſto filij noſtri Philippi regis Francorum illuſtris vel ſucceſſorum ſuorum, qui pro tempore fuerint,aut officialium eorundem,ſeu ducum, comitum, baronum, nobilium, vel aliorum dominorũ temporalium de regno prędicto requiſitio ciuilis & amica prędecedat, Omniáque feudalia, cenſualia ſiue iura quælibet in rerum eccleſiaſticarum datione retenta, vel alia ſeruitia conſueta regi eiúſque ſucceſſoribus comitibꝰ, baronibus, nobilibus, & aliis temporalibus dominis ſupradictis tam de iure quàm de conſuetudine à perſonis eccleſiaſticis debita, prędicta cõſtitutio nõ includat,vel aliquatenus non comprehendat. Et ꝙ perſonæ eccleſiaſticæ pro eccleſiarum ſuarũ vtilitatibus compoſitionis aut trãſactionis vigorem in his contingat aliquatenus impediri. Conſtitutióque eadem clericos clericaliter non viuentes, ſed ſe mercationibus & mercimoniis pręſertim inhoneſtis,& vilibus vel ſæuis immiſcentes actibus non defendat.

Adiicimus inſuper huiuſmodi declarationi noſtræ, quòd ſi prædicto regi,ac ſucceſſoribus ſuis pro vniuerſali vel particulari eiuſdem regni defenſione, periculoſa neceſsitas immineret, ad huiuſmodi neceſſitatis caſum ſe nequaquã extẽdat cõſtitutio memorata: Quin potiùs idem rex,ac ſucceſſores ipſius poſsint à prælatis, & perſonis eccleſiaſticis dicti regni petere,& recipere ꝓ huiuſmodi defenſione ſubſidium vel contributionẽ. Illúdque vel illam prælati & perſonæ prædictæ præfato regi ſuíſq; ſucceſſoribus incõſulto etiam Romano pontifice teneãtur, & valeãt ſub quotæ nomine, aut aliàs etiam impartiri, non obſtante cõſtitutione prædicta, ſeu quouis exẽptionis,vel alio quolibet priuilegio, ſub quacunque verborũ ſerie confecto à ſede Apoſtolica impetrato eiúſq; neceſsitatis declaratio ſupradictæ ipſius regis & ſucceſſorum ſuorum conſcientias onerari, eíſque innoteſcere volumus, ꝙ quicquid recipi vltra ipſius defenſionis caſum contigerit, in ſuarũ recipiant periculum animarũ. Si verò defenſionis prædictæ huiuſmodi & aliis annũ xx. prędicti non exegerint ſucceſſores declaratio neceſſitatis eiuſdẽ prælatorum, clericorum, & laicorũ, qui de ipſorum ſucceſſorum ſtricto conſilio ſeu maioris partis ipſorum fuerint, cõſcientiis relinquatur. Quorũ ſimiliter cõſcientias onerari volum' &c. Or notetis, domini, quòd papa licet dum loquitur de donis & mutuis regi fiendis, illa permittat ceſſante exactione, tamen in §. adiicimus. vbi loquitur de defenſione regni in periculoſa neceſsitate nõ repetit illa verba, ceſſante exactione, quaſi permittat illo caſu exactionẽ. Poſtquam ergo priuilegium datum fuit regi & ſucceſſoribus ſuis ac regno pro defenſione ipſius,nõ dicitur perſonæ: ſed potius loco & vniuerſitati cõceſſum,& conſequẽter perpetuò ſemper duraturum: imò nõ reuocandum, quia pro ſubſidio reipublicæ indultum,per text. aureum,quem ibi ad hoc ponderat Bal. in l.vectigalia. C.de vecti.& commiſ. Præſertim quia dictum priuilegium fuit intuitu & ratione meritorũ ipſorum regum Francorum pro eccleſia impenſorum (de quibus ſ.arti.j.in ij.deciſio.)regi Philippo pulchro conceſſum,& ſic irreuocabile etiam prætextu ingratitudinis,ſecundum Pano.& omnes ſuper rub. & in c.fi. de dona. & per narratiuam & præfationẽ dictæ bullæ clarè conſtat in integra, ꝙ merita regum Franciæ fuerint cauſa illius,iuncto ꝙ verba narratiua & præfatio diſpoſitionis præſumitur cauſa finalis.l.fi. ff. de hære.inſt & Panor.in c.quia circa.de conſan.& affini. Quare reſtat, quòd inſtante neceſſitate cogi poſſunt eccleſiaſtici ad contribuendum pro reparatione murorum, & aliarum munitionum ciuitatis, vel loci. Et de illa neceſſitate creditur ſoli regi, vel gubernatoribus,vbi rex eſſet minor,vt videtis. Et iſta eſt æqua iuris veritas.vide plenè de hoc per Lucã de Penna in l.ij.& l.iij.C.de quib.mune.vel præſta. nemini ſe excu. liceat.lib x.vbi clarè reſpondet ad ſingulas canoniſtarum vanas ſubtilitates, concludens clericos & eccleſias teneri omni iure, etiam diuino, etiam non vrgente tam repentina neceſſitate. Quicquid ſubtilizando,ac mẽtham & anethum decimando,nonnulli dixerunt moderni,in ca.non minus. de immuni.eccle. quorum motiuum in tãtam eccleſiaſticos deduxit veſaniam, ꝙ reparationi propriarum eccleſiarum contribuere recuſant: adeò ꝙ omnes ferè eccleſię in terram diu eſt,proſtratæ fuiſſent,atque ruinam corruiſſent, ſi ad earum refectionem manu regia non cogerentur. [De quo vide plenius. j. ſuper verbo, *ſi abſq; liberis moreretur*. ij. in materia fidei commiſſariè ſubſtitutionis tractando regulã, Quem honoro,onerare non poſſum.& ſuper verbo, *domũ*.] De quo videlicet ꝙ eccleſiæ teneantur in his contribuere, videatis plenè per Lucam de Penna.in l.ij. C.

de qui

BIU Cujas

de quibus mune. vel prestatio. nemini liceat se excu-
475 sa. lib. x. † Nec obstat concilium generale, in c. non minùs. de immuni. eccle. vbi pro fossatis clerici non tenentur contribuere. Quia hoc intelligitur, vbi nõ contingit illã repẽtina necessitas reparandi aut fortificãdi ciuitatem, cui laici possunt succesſu temporis, & ad eorum libitum & deliberatè prouidere. Et si non haberent vnde hoc facerent, tũc seruãdus esset ordo ibi traditus. Sed repentina necessitas omnẽ exemptionem cessare facit, vt videtis, quod est not. Ad quam refectionem etiam tenentur qui non habitant in fortalicio: sed tempore necesitatis se ibidem
479 cum bonis suis retrahunt: tamen non tenentur nisi ad eas solas reparationes, quæ castrũ aut villam reddunt fortiorem: vt sunt muri, fossata, & bassa curtis, vbi tempore periculi starent cum bonis, vt clarè per
476 Masuerũ vbi s. † Et ad propositũ restat, quòd possunt tales coloni partiarij, aut conductitij, necnõ rustici ab inteſtato defuncti hæredes habere proximiores parentes, necnon possunt liberè testari, quia sunt homines liberi, nisi aliud haberet consuetudo, vt s.
477 vidistis. † Sicut seruatur quo ad omnes in Normania, vbi generali consuetudine patriæ nemo testari potest etiã inter liberos & parentes: sed mortua succeditur iure proximitatis: quia proximiores bona occupant tanquam eis debita ex cõsuetudine. Et in præpositura & vicecomitatu Parisiensi pater testari non potest in præiudicium liberorum suorũ, nisi de quinta parte bonorum suorum, vt expresè cauetur in eorum consuetudinibus, tit. de testamẽtis & executoribus illorum. cap. j. Et alibi in quarta parte, ita quòd comprehensis omnibus legatis vnà cùm institutione, totum est reducendum ad quartam partem bonorum & hæreditatis deducto ære, alieno, & funeris impensa. Et fiet illa reductio per hęredẽ ab inteſtato, vel commissarium ad hoc per iudicem deputandum pro solido & libra. Et caueat hęres ab inteſtato succedens, quia si scienter vnum ex legatis integrè sine prædicta detractione soluerit, quasi volũtatem defuncti approbauerit, cogetur reliqua integrè soluere: quia renuntiasse videtur beneficio consuetudinis, secũdum Masuerum, tit. de succes. §. item institutio testamentaria. cum §. sequ. Et sic testando
478 terminos cõsuetudinis egredi non possunt. † licet inter viuos, scilicet contrahẽdo possint plenè de suis rebus & bonis disponere. ideo dicit Masuerus titu. de societate. §. item licet institutio testamentaria, & licet dispositio testamẽtaria non valeat ibi, nisi vsq; ad partem consuetudine taxatam, tamen incidens & conuentionalis in duobus valet casibus etiã quo ad totam hęreditatem, & vniuersa bona. Primò in cõtractu societatis omnium bonorum l. iij. ff. pro socio. Secundò in contractu matrimonij, si conuentũ fuerit, quòd superuiuens succedat premoriẽti. Quia cùm his casibus conuentio de succedendo adhæreat
482 contractui qui dat esse conuentioni, & dispositio de se inefficax transeat in naturam adiuncti, valebit secundum naturam actus cui adhæret accessoriè aut incidenter. per l. fin. C. de non nume. pecu. & l. si tibi rem. ff. de præscri. verbis. & l. si remunerandi. §. apud Iulianum. ff. mandata. facit l. j. C. de pactis. Videtur enim talis dispositio hæreditaria vestiri cohærentia principalis contractus, scilicet societatis vel matrimonij, nõ obstãte l. fi. C. de pac. quæ loquitur in simplici & nuda cõuentione, & etiã non obstante consuetudine: quia solùm prohibet testari, sed non contrahere, vt videtis: vt etiam concluſit idem Masuerus allegato tit. de succes. §. item, quod dictum est superius. Talem institutionem cõuentionalem valere insolidum, nisi supereſsent liberi naturales & legitimi, qui legitima eis iure naturę debita priuari non possent per donationẽ vniuersalem in altero dictorum contractauum factam: sed in cæteris valebit. de his autem hæredum institutionibus inter viuos, dixi plenè super verbo, *Duas habẽs filias.* in tertia principali fallẽtia, loquẽdo de pacto de succedẽdo an valeat: vbi subſtinui pacta quæ communiter fiunt inter nobiles in cõtractu matrimonij, quòd primogenit⁹
479 ex matrimonio illo succedat. † Pariter est in aliquibus locis cõsuetudo, & quis testari possit de suis cõquæstis, aut alio modo disponere: sed non de bonis suis patrimonialibus, quæ sibi ex succesſione parentum obuenerunt. Quæ consuetudo valet secundum Ioã. Fab. super ver. Iustinianus. in proœmio. Institu. subiungẽs ibi, & etiã vbi quis emeret vel aliàs acquireret ea in quibus erat succesſurus, nõ posset de illis tanquam de conquæstis disponere: imò legitimis hęredibus pertinerent, per plura quæ ibi allegat. quod dicit esse not. pro illis qui infeudatas decimas in vita dederunt filiis, vt non dicantur translatæ in quibus
480 erãt succesſuri. † Plus videmus in hoc regno Franciæ, & extranei seu foranei & alienigenæ de alio regno oriundi, quãtocunque tẽpore in præsenti regno habitauerint, & bona acquirere tolerati fuerint, non possunt de illis bonis acquisitis testari, nec aliter disponere in vltima voluntate. Quinimò ipsis testatè vel ab inteſtato defunctis etiam si proprios haberẽt liberos, vel quoscũque alios parentes, rex omnia eorum bona occupat iure Albanagij, excluſa omni parẽtela, coniuge, & quocunque alio legitimo succesſore etiam testamẽtario. de quo iure Albanæ tetigit glo. pragmaticæ super ver. Liberius. in §. sequuntur qualificationes, tit. de coll. Nam in hoc regno extranei de regno non oriũdi sunt incapaces cuiuscunq; acquisitionis, ad effectũ disponẽdi de illa: quod fieri lege potest aut cõsuetudine, per tex. in d. l. j. C. non
481 licet. habita. metroco. lib. xj. † Et tale ius Albanagij nomen sumpsit (vt credo) ab ipsis Albinis, id est extraneis aliunde oriundis, qui dicuntur albini, seu alibini, quasi alibi nati, sublata prima litera per syncopen. Prout syncopa est remotio literæ vel syllabæ de medio dictionis. Vnde tales Albini sunt ad testãdũ, vel aliàs causa mortis disponendũ inhabiles, vt d. l. j. Nec habet ex testamẽto, vel ab inteſtato hæredes etiam proprios liberos & parẽtes: & sic sunt in hoc adscriptitiis & aliis suprà cõditionatis deteriores, fèrè libertis latinis similes, qui olim vita eorũ durante liberi erant, & moriendo serui fiebant: quorũ bona patron⁹ iure peculij occupabat, sicut facit rex bona istorum, Instit. de liberti. §. libertinorũ. nisi priùs per regem de acquirendo & acquisitis disponendo
482 habilitati fuissent & dispensati. † Quinimò (quod plus est) per Carolum septimũ domini nostri regis auum paternum, fuit anno domini M. cccc xxxj. die x. Martij suis patẽtibus literis ordinatum, ac edicto perpetuo cum proceribus regni, & suo magno cõsilio statutum, & prohibitũ alienigenas non posse in suo regno tenere beneficia, quæcunque ecclesiastica & dignitates, præsertim electiuas, põtificales, & cathedrales. Interest enim regũ nosse qui maiores maximè ecclesias administrent, quarũ ipsi tutores sunt. Quæ quidem ordinatio fuit in parlamento Parien. tunc Pictauis sedẽte, die viij. April. anni tũc sequentis lecta, publicata, & tanquam lex perpetua in re-

BIU Cujas

gistris dictæ curiæ registrata. Cuius duplum habeo ex dictis registris sumptum. Fundamentū autem capit per text.in c.bonæ,ij.§. intelleximus,de posthu. præla.prope fi.ibi:ideóq; non poteramus salua conscientia eidē ecclesiæ in alia persona quæ de regno Vngariæ originem duceret,congruè prouidere, nec vellemus ei præficere alienū &c.Facit tex.in l.in ecclesiis.C.de episcopis & cle.& in can.nullus inuitis. lxj.dist. & in c. quoniā in plerisque. de offi. ord. ibi, catholicū pręsulem nationibus illis conformen, &c. Et in procemio pragmaticæ vbi bona gl. super. verbo,exterorum.Quibus cōuenit tex.diuinus Deuter. xviij. Prophetam de gente tua & fratribus tuis suscitabit tibi dominus Deus tuus:ipsū audies,& c.Beneficia enim ecclesiæ illis de patria conferri debent, & non exteris de alio regno oriundis: qui nec idioma nostrum loqui sciunt,nec intelligūt, neq; nos suum. & sic inhabiles ad beneficia tenēdum præsertim curata & regendum curam animarū in foro pœnitentiali. Vnde prouisio papæ talibus facta esset nulla, per regulam cancellariæ apostolicæ inter glos. xix. incipien. Item voluit quòd si contingat, &c. † vbi glo. dicit papam Sixtum motu proprio bullam concessisse regi Hispaniæ, quòd in regno suo nullus forensis tenere posset beneficium sine cōsensu suo. Et idem priuilegium habere regem Franciæ refert gl. pragmaticæ vbi supra in fi. qđ forrè causa fuit prætactæ ordinationis regiæ. Quod magnę subiacet rationi, quòd de alieno regno non possint hic beneficiari, qui in fundandis beneficiis nihil contribuerūt, sed indigenæ soli: ideo sunt in his meritò præferendi.arg.l.j.C.de meta.& metalla.lib.xj.& eorum quæ dicimus de fundatoribus & patronis ecclesiarum. vt in necessitate ab ecclesiis alimententur: †sicut videmus in pręsenti vniuersitate, ꝙ in collegio beati Nicol.de peregrino, de quo stipendia nos regētes capimus,nemo (ex fundatione & statuto illius) eligi potest in collegiatū, si non sit de hac diœcesi Caturcen.oriundus,ac de terris & locis in quibus collegium ex fundatione vel aliàs reditus percipit, & bona habet. Præterea extranei prohibentur in regno beneficiari, ne per eos secreta regni reuelentur inimicis: de quorum ditione fortassis essent, præsertim episcopi,qui multas tenēt in regno dominationes, & ad causam earum vasalli sunt & cōsiliarij regis,cui fidem fortassis malè seruarent: necnon pecunias à regno in exteras portarēt nationes. Vnde prouidendum est patriæ de peritis,& vsitatis in idiomate & moribus patriæ: alioquin animæ subditorum idiomate extraneo malè regerentur. ca. quoniam in plerisque.de offi.ordi. Nam fuit tempus, quòd Tolosæ inter vulgares idioma Gallicū vix intelligebatur, & minus in hac patria Caturcen. Sed hodie bene intelligitur vbiq;, imò pueri iam Gallicè loquuntur.Et (quod plus est) aliter non loquuntur literati viri,qui omisso Latino quod nobilius est, loquuntur Gallicum, & Gallicè scribūt ferè in omnibus curiis temporalibus regni, †sicut lectores Aurelianen. qui in cathedra partim latinè & partim Gallicè loquuntur.secundum Ioan.Fab.in §.similiter. Institu. de excu. tuti. [Et eo modo hodie diffusa est lingua Gallica per vniuersa ferè regna, prout Romani fecerant qui etiam Græcis responsa nunquam dabant, nisi Latinè,siue Romę essent,aut in Gręcia, vel Asia: vt scilicet Latinę vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. vt dicit Valerius lib.ij.tit. de institutis antiquis,loquēdo de seueritate in legatos. † Et adeò exaltatum iam fuit idioma illud, quòd etiam in Anglia fiunt hodie litigata in Gallico vt fertur, quod exordium habuit à Gulielmo filio Rollonis primi Normaniæ ducis, qui post mortem dicti Rollonis patris sui dux Normaniæ factus & plurium aliarum terrarum dominus,regnum Angliæ per conquęstum obtinuit,secundum chronica. Et ille primus idioma Gallicum in Angliam pertulit,& cuncta Gallicè ordinari fecit. A quo Gulielmo rege Angli stipitem regum suorum cæteris antiquioribus oblitis faciunt, in his præsertim quæ habere solebant in Francia. Et nedum Gallorum pulchriloquio dedorantur: † verùm etiam initia fidei orthodoxæ à Gallis habuerunt,[Vide pulchra quę habētur infrà super verbo,*si absq; liberis moreretur.* ij in materia pupil.substitu. & in tertio requisito eiusdem.] medio filiæ regis Francorum Engilberto Anglo.nuptæ.De qua Gaguinus lib.ij.cap.j.Est inquit, in Anglorum gestis Engilbertum regem cùm ab inimicis propter eius desidiam risui haberetur, filiam regis Francorum cuius nomen silentio præteritur, vxorem assumpsisse, & cum ea Letardum virum admodum sanctum in Angliam nauigasse. Quo connubio Engilbertus génsque Anglorum dicidit modestiam, & cognitionem quādam accepit vnius Dei & fidei christianæ, in quo fuit verificatum quod dicit Apostolus j.ad Corinth. vij. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelē, ita vt ad Anglos proficiscente Augustino gens tota faciliùs Christū confessa sit,Pelagij reiectis erroribus. Porrò quia nec filiæ, nec regis patris nomen ab authoribus traditur, ego temporum annotationem secutus fuisse Chilpericum coniicio, aut primum Clotariū: nam per Clotarij secundi tempora diuus Gregorius pōtifex Romanus Augustinum ex monasterio quod Romæ instituerat, in Angliam prædicationis causa misit. Id autem scriptum à me ideo est. vt intelligant Angli exordium rectæ crudelitatis in Christum à Franca muliere accepisse. Hæc ille. †Circa hoc tamen est in puncto nostro differētia inter officia secularia & beneficia ecclesiastica: quia licet beneficia dari debeant oriūdis de patria,imò de eodem vico existentibus,vt dicta.l. in ecclesiis: non tamen officia secularia.l.fi.C.de crimine sacrilegij. vbi licet officia debeātur illis de regno, tamen conferri nō debent illis de territorio: quia ibi assidere non debēt, vt d.l.fin. cui cōcordat ordinatio regia Philippi pulchri inter suas ordinationes anno domini M.cccxiij.facta.xix. Et alia ordinatio Caroli primogeniti Ioannis Franciæ regis, & pro ipso locum tenētis & gubernatoris regni eodem Ioanne patre suo in Anglia detento, facta anno domini M.cccLxvj. mēse Martij in ordine prima,qui postea mortuo dicto Ioāne eius patre fuit rex Carolus quintus sapiens appellatus. Qui quidem reges statueruut & ordinarunt nullum in regno Franciæ officia regia tenere posse, nec alia officia publica in loco originis vel domicilij: †& qui eo tempore officia tenebant plures fuerunt per eūdem destituti,de quibus fortè cùm aliam causam nō alleget,loquitur Gaguinus lib. ix. cap. j. in hæc verba, Conuentum igitur Carolus iterum Parisiis cogit:in ędem minorum diui Francisci cōcio habita est, vbi constitutis quæ ad rem præsentem expedire videbantur, ad parlamenti senatum Carolus concionem vocat: ibi post habitam à Roberto Gallo Laudunensi episcopo orationē, duo & viginti regij ministri non auditi à suis officiis Caroli edicto amoti

BIU Cujas

ſunt: præter nõnullos ex Caroli miniſtris. Ex ſenatu quoque parlamenti & rationum prætorio, id eſt (ne ab vſitato vocabulo diſcedamus) camera cõputorum complures ſeclusi hæc ille. (Additio) Prædictam ordinationem Philippi pulchri folio xxv. verſo, & ordinationem Caroli quinti folio. xciij. verſo, reperietis in libro ordinationum regiarum cameræ inquæſtarum parlamenti Toloſæ. Et ratio differentiæ quare beneficia eccleſiaſtica plus debẽtur originariis loci, quàm officia ſecularia regia vel alia, eſt, quia ideo beneficiũ debet illis de loco cõferri, quia nouerũt parochianos, & cõſcientias eorum, ac modum viuẽdi. Ob quod veriſimile eſt quòd melius regent in foro pœnitentiali curam animarum, quàm facerent extranei: qui perſonas ignorant, & mores. Prætereà confidentius parochiani conſcientias pãdent notis & compatriotis, quàm extraneis ignotis.

Officium verò ſeculare illi qui eſt de loco oriundus dari non debet, propter notitiam & familiaritatem quas habet, ſeu habere præſumitur cum illis de loco & cõpatriotis ſuis, quibus fortè nimis faueret, aut odio contra aliquos ex æquali vel inequali conuerſatione concepto: cùm inter pares ſit aliquãdo & ſæpe inuidia, ac dignitatis cõtemptio. l. obſeruandũ. ff. de offic. præſi. Eos læderent cõtra iuſtitiam, quam fauores & odia multum turbãt & interdum iudicia peruertunt & ſuffocant: capi. penul. ibi, de terra ſua. vt lite non conte. de quo ſtat ordinatio regia Philippi pulchri facta anno domi. M. cccij. & Caroli quinti regũ Frãciæ, qua prohibuit quem prefici ſeneſcallum, præpoſitũ, iudicem, vicarium aut balliuum in loco, vnde dicitur oriundus, vt dicta l. fina. C. de crimine ſacrile. [Hanc ordinationem dominus Auffreri, ſituauit in titu. de elect. cap. iij. de quo habetur §. ſuper verbo, *duas habens filias.* in primo caſu fallẽtiæ principali.] Quod locum habebat tempore quo officia regia annalia erant, & tẽporalia, prout de iure communi etiam anno finiebantur. l. j. C. vt omnes iudices tam ciuiles quàm militares poſt depoſitam
490 adminiſtra. †Hodie autem ex tempore quo officia in præſenti regno effecta fuerunt perpetua, vt vidiſtis ſuper verbo, *duas habẽs filias.* in primo principali caſu fallentiæ: teneri poſſunt officia regia etiã in loco originis aut domicilij: cùm etiam extranei ibi ad cauſam officij perpetui cõtinuò morãtes amicitias contrahant, familiaritates & affinitates, & inter ſe maiores, quàm oriundi patriæ: quos à paritate rationis ab officio neceſſe foret repellere, ſicut oriũdos. Prætereà iudices procedere debent in his quæ iudicarium ordinem concernunt ſecũdum ſtylum, & regionis conſuetudinem, vbi redditur iudiciũ. l. ij. C. quemadmodũ teſt. aperi. & cauſas decidere ſecundum vſus & conſuetudines partium & rerum de quibus agitur. l. ſi fundus ff. de euict. & plenè per Cy. & alios in l. j. C. de ſum. trini. Et certum eſt oriundos patriæ meli⁹ ſcire mores regionis, quàm extraneos.
491 capi. quoſdam. & capi. quanto. de præſump. †Qua ratione motus fuit Carolus ſeptimus Francorũ rex, *dit le bon roy Charles*, in inſtitutione curiæ parlamenti Toloſæ, qui anno Domini M. cccxliiij. ordinauit quòd conſiliarij ibi inſtituerentur tam de patria linguæ Doil quàm patria linguæ Occitanæ, vt
☞ §. dixi. j. principali articu. in ij. deciſione, [Quam ordinationem poſuit dominus Auffreri. in ſuo tracta. ordinatio. regiarum titu. de inſtitu. parlamento-
492 rum. capitu. vj.] † Et pariter dominus noſter rex modernus eius nepos Carolus octau⁹ ordinãdo ſcaquerium Normaniæ annis ſingulis Rhotomagi tenendũ ꝙ deputarẽtur præſidẽtes, & cõſilarij cognitionẽ habẽtes vſagiorũ & conſuetudinũ patriæ, pro cauſas inibi pendentes rectè decidẽdo, ordinauit & conſultiſſimè, cum quælibet patria ſuo ſenſu & non alieno abũdet. c. certificati. de ſepul. Et melius ſciũt illi de patria, ſi quid de iurib⁹ regis vſurpetur, quàm extranei, qui patriam minimè nouerunt. (Additio) Hanc ordinationẽ habetis in libro ordinationũ regiarum cameræ inquæſtarũ parlamenti Toloſæ. fol. clxv. Imò noui incolę qui de nouo ciuitatẽ & patriã incolere cœperunt, honoribus ciuitatis nõ participant, vt habetur iij. politicorũ, ſed antiqui qui mores patriæ nouerunt, ſunt illis præferendi. Moderni verò, maximè penitus extranei, poſtponẽdi, coram quibus nõ eſt conſiliũ faciendũ: neſcitur enim quid pariet, vt habetur Eccle. viij. in fi. facit text. in Authẽ. de colla. §. ſed neq; prouinciarũ iudices, vbi Imperator poſſeſſores exprimit cõſq; repetit: nõ autẽ habitatores ſimplices, de quibus mentionẽ antea fecerat: cum hominibus profectò cõmunionis alienæ nullũ fas eſt inire certamẽ. xxiiij. q. iij. c. cũ quibus. in fi. Peregrini & incolæ officiũ eſt, nihil præter negotium ſuũ agere, nihil de alio inquirere, miniméque eſſe in aliena republica curioſũ, ait Cicero offic. lib. j. imò vt amicos quærat, laborare curat. vnde Terẽtius in Eunucho: Sola, inquit, ſum: habeo neminẽ hîc, neq; amicũ neque cognatũ. Quamobrẽ alios cupio parare amicos beneficio meo: id amabò adiuua me, quò facilius fiat. Propter quòd à vero facilius in conſilio deuiabit. Quæ pericula in originariis & antiquis habitatoribus nõ præſumũtur. Auſpiciis enim patriis non alienigenis rempublicã adminiſtare oportere antiqui iudicabãt, dicit Valeri⁹ lib. j. ti. de auſpiciis in prin. cũ originarij in bonis ſint iam ibi radicati & fundati, pariter olim nõ præſumebantur in exteris vbi officia tẽporalia erant, cùm tunc breui tempore quo officiũ duraturũ erat, magna familiaritas cõtra hi nõ poſſet, imò nec appeti, vt plenè per Lucam de Pẽna in l. quiſquis. C. de omni agro deſerto. li. xj. vbi dicit attẽdẽdũ eſſe, donec ex antiquis bonus habeatur, ex nouis nõ aſſumatur: quia maior bonitas noui antiquis nõ debet præiudiciũ afferre, ſecũdum eum. Ob quod præceptũ fuerat Moyſi Deuter. xvij. Regẽ cõſtituere de numero fratrum, Nõ, inquit deus, poteris alterius gentis hominem regem facere, qui nõ ſit frater tuus, id eſt, de tua patria, & gẽte natus. Ideo nõ ſine cauſa Philippus pulcher ordinauerat, quòd etiam ſtantibus officiis annalibus habẽtes officia & adminiſtrationes in locis vnde traxerant originem, vel in quibus manſionem habebant, aut fouebãt larem perpetuum, matrimonia cõtrahere poterãt: parẽtes & amicos in religione ponere, & poſſeſsiones
☞ emere, ſine tamen cupiditate & fraude. [Hanc ordinationem ſituauit dominus Auffteri. ordine xliiij. in ti. de offi. balliuorum.] Quod extraneis officiariis erat prohibitũ, vt plenè dixi in verbo, *Duas habẽs filias.* Reſtat ergò ad ꝓpoſitũ noſtrũ, ꝙ alienigenæ in præſenti regno Franciæ ex teſtamento vel ab inteſtato de bonis in regno acquiſitis non poſſunt hære-
493 des habere. † Quibus conſideratis cauti alienigenæ literas naturalitatis vulgariter appellatas à rege ſoliti ſunt impetrare: per quas ad bona quæcunque tenendũ etiã feudalia & iuridictiones, & de illis diſponendũ, necnõ ad tenendũ officia quæcunque etiã regia, & quæcunque beneficia eccleſiaſtica, dignitates etiam electiuas & pontificales, ac ſi de regno fo-

rent.

BIU Cujas

rent.Quas quidē literas necesse habent verificare in camera cōputorū Parisiis. Pro quarum verificatione debetur regi finātia, per dictā camerā inquisito de inquirēdis taxanda semel soluēda, nisi rex ipsam
494 (vt sæpe fecit) remiserit parti.† Qua dispensatione non indigent foranei de alio regno oriundi in ciuitate nostra Tolosæ habitātes, qui eo ipso ꝙ Tolosæ morantur & incolunt, acquirere possunt bona quæcunq;, & de illis testari, vel aliter prout eis videbitur disponere: ac liberos, cæterósq; parētes ab intestato & ex testamēto successores habere, perinde & acsi, & prout facere possent, si de regno isto oriūdi esset.

☞[Notāter dixit habitantes Tolosæ: quia hodie per ordinationē regis moderni Ludouici xij. omnes literæ naturalitatis quæ nondū sortitæ fuerunt effectū, dudū concessæ alienigenis in regno non habitantibus etiā quo ad beneficia tenenda in regno sunt cassatæ, & reuocatæ. quæ ordinatio fuit Parisiis lecta &
495 publicata, die xiij. Iunij. M.cccc xcix.] Plus † dico, quòd ciuitas illa inclyta alio singulari gaudet priuilegio, quòd omnes & quoscūq; seruos etiam alienigenas in eam fugientes, facit libertatis gaudere priuilegio, & immunitate. Quos solo ingressu sicut Roma liberos facit, & ingenuos, ac veros ciues Tolosanos. Et plures tempore meo vidi seruos & sclauos, qui de partibus Arragonum & Cathaloniæ aufugerant, solo illius ciuitatis ingressu factos liberos, qui bona acquisiuerant: de quibus tanquam liberi & ingenui & veri ciues Tolosani disposuerūt, liberósque reliquerunt hæredes. facit tex. in l. in vrbe Romana. ff. de statu. homi. & in Authenti. vt liberti de cæterò.
496 † Nam licet comitatus Tolosæ fuerit per donationem regi Franciæ acquisitus, vt refert Pet. Iacob. de arbo. succes. regni Frā. vj. col. Tamen quia regno nō cedit accessoriè, cùm ipse sit rex & comes, comitat' non fuit effectus de regno, seu in regnum confusus, in extinctionem iurium & libertatū ac priuilegiorū suorum, imò sua omnia retinuit iura pristina, consuetudines viuendi, & priuilegia. secundum Bart. in l. si cōuenerit. la. ij. §. si nuda. ff. de ping. actio. & sen. tit in l. j. §. ij. in fi. ff. de appel. & in l. si quādo C. illo eod. tit. de quo meminit gl. super rub. C. de comiti. qui prouin. regunt. lib. xij. & in supra scriptione cap. super quibusdā. de verbo. signifi. Ad hoc facit optima gl. super verbo, vniendo. in cap j. ne sede vacan. & in cl. per literas. super verbo, ecclesias, de præbē. & Panor. in cap. ij. iiij. no. de relig. do. vnde non fuit dictus comitatus vnquam iuri Albanę seu albanagij subiectus Et præsupposita veritate eius quod nōnulli officiarij regis dicūt, scilicet ꝙ postquàm rex proprium sigillum nō tenet in dicto comitatu, nec aliquid nominatim tanquam comes ibi expedit, sed omnia facit tanquā rex, vno & eodem vtens sibi sigillo sicut in Francia: ex quibus videretur præfatus comitatus dicto regno nō principaliter, sed accessoriè vnitus, & in eū transfusus, & consequenter iure regni debere regi & gubernari: & sic ius Albanagij locum habere contra alienigenas, sicut in corpore regni, per tex. in l. prædiis. §. fi. ff. de lega. iij. quicquid dixerit Bart. in d. l. si cōuenerit. Tamē quia rex tā in acquitione dicti comitatus, quàm etiam in erectione & institutione curiæ parlamēti, de qua & eius tēpore dixi s. arti. j. in ij. decisione nu. cxci. expressè cō
☞ sensit, quòd iure scripto regeretur: [Quod qualiter intelligitur, habetur super verbo, *Si absq; liberis mooreretur.* ij. in materia fideicom. tractando regulā: quē honoro onerare possum.] ex quo emēdas pro malo appello ordinarias ibi locū nō habere, sicut locum habent in Francia, videmus: nisi malè appellatū foret ab arresti executore, aut alio cōmissario per curiam deputato, vel esset appellatio deserta. Sed hoc vltimo casu emēdatur de xxx. libris tantùm, nisi per curiam moderetur. Sequitur, ꝙ secundum ius commune quicunq; alienigena & extraneus Christianè viuens, quasi diuina gratia vocatus, de bonis suis liberè disponere potest, & in eum disponi, licet penitus sit ignotus. l. j. C. de hære. insti. & in §. fi. Inst. illo
497 eodem titu. † Et sic lex seu cōsuetudo Franciæ Albana locū ibi nō habet, vt rex alienigenis succedat. Et prætereà habent Tolosani literas patentes regias in archiuis capitolij repositas, & in libro albo eiusdē registratas, quas vidi, & legi: per quas rex quōdā Ludouicus vndecimus domini nostri regis genitor, ad plenū de præmissis certificatus edicto declarauit perpetuo, dictum ius Albanagij locum non habere Tolosæ, nec etiam in tota patria linguæ Occitanæ. extraneos ibi habitantes vndecunq; oriundos habilitauit ad in perpetuum acquirendum, & de acquisitis disponendum in vita pariter & morte, ac si de regno essent oriūdi &c. Per quam clausulam illi foranei habentur pro veris originariis regni, postquam ita regi placuit, cuius solius interest quo ad dictum
498 ius. Tāta † enim est potestas suprēmi principis, vt Papæ, vel imperatoris, qualis est rex Franciæ, quod potest habere nō factū pro facto. Sicut videmus, ꝙ fingit in causa dotis stipulationē verè interuenisse, licet non interuenerit. l. j. C. de rei vxo. actio. & in §. fuerat. Insti. de actio. & econtra habet verè factū pro non facto, secundū gl. singularem super verbo, pro infectis. in cle. j. de immu. eccle. per illum tex. Et veniunt tales extranei ibi habitantes appellatione regnicolarum. Et fuerūt lectæ literæ vocato procuratore regio & audita publicatę, & registratæ in Parlamento Tolosæ, die xvj mēsis Augusti, anno domini M.cccclxxvj. Quas etiam vidi tam in registris dictæ curiæ, quàm trium statuū dictæ patriæ, quæ fuerunt ex post confirmatæ per dominum nostrum regē modernum, literis suis patentibus etiā lectis & publicatis in eadem curia, die vj. Iulij, anno domi. M. cccc. lxxxiiij. De hac vnione facta de comitatu Tolosano & patriæ linguæ Occitanæ cū reguo Francię habet plenè in documentis inter cartas statuum dictæ pa-
499 triæ repositis: † in qua vnione tria fuerunt inter regem & patriā in forma contractus passata. Primò ꝙ omnia priuilegia patriæ, & ius cōmune illibata ser-
☞ uarentur, videlicet ius commune in dicendo. [De quo habetur j. super verbo, *Si absq; liberis mooreretur.* ij. in materia substitutionis fideicōmissariæ loquēdo & tractādo regulam: quē honoro onerare possum.] licet quo ad præparatiua, & cognoscēdi ordinē secūdū ordinationes regias procedatur, tenendo ad processuū abbreuiationē & remediorū, tam in possessorio, quàm petitorio impetrādorū formā. Secūdò, ꝙ nūquā rex gubernatorē instituet, neq; dabit, qui nō sit de sanguine regio progenitus, & de proximiorib' in gradu parētelæ, vnde videtis inclytos & superillustres duces, Ludouicū Aureliani patriæ Normaniæ, & Ioannē Borbonij, dictæ patriæ linguæ Occitanæ, salubres esse nūc ꝓcōsules, seu eloquio nostro generales gubernatores ac vice reges. Tertiò, ꝙ rex tallias vel alia subsidia patriæ indicere nō poterit sine concensu statuū eiusdē prout nunquam fecit, neque facit. Quinimò annis singulis cōmissarium ad partes mittit, necessitatem regni patriæ explicaturum,

vt prꝙ

vt pro modo negotiorũ regno pro tempore emergentium ſubſidium præbeatur. Quod obediens patria nõ pro feruore deuotionis, ſed pro modo facultatis annuere conſueuit, in ſeruãdo per regem priuilegia patriæ, & cætera in dicta vnione contenta, & pro illa vice duntaxat, ita quòd non trahatur in cõſequentiam, nec immeritò: quoniam vt dixi ſ. j. art. 500 & ij. deciſione, circa principium. † Narbonenſis prouincia (quę totam ferè complectitur linguæ Occitanæ patriam) ſemper fuit iuris Italici, & ſic omni tributo exempta & libera. l. fi. §. j. iuncta gl. in l. j. in princi. ff. de cenſi. In ſignum cuius Narbonenſem ſicut, & illam Tranſalpinam Galliam togatam quidã authores dixerunt. eò quia togis Romano more, cũius erat prouincia, gentes eius regionis vtebantur, & fuit de principaliter vnitis Romano Imperio. l. ij. §. eodem tempore cõſtituti ſunt. verſicu. capta deinde Sardinia. ff. de origi. iuris. Quibus conditionibus rex liberè acceptat ſubſidiũ, & patriæ non ceſſat cõferre beneficium, adeo quòd mutuo amore rex ipſe, & patria coniugio iuncti politico ſe expoliant, ſcilicet patria in ſubſidiis, & Chriſtianiſſimi reges in beneficiis ac munificẽtia regia cõferendis. Et prętera licet principes de ſuo domanio pro debito iuſtitiæ ſibi incumbenti ſtipendia ſoluere officiariis pro iuſtitia miniſtranda teneantur ſecundum omnes, vt plenè per Lucã de Penna in l. annonas. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. Sicut rex ſatisfacit cunctis dictæ patriæ & regni officiariis, tamen patria linguę Occitanæ pro ſtipendiis curiæ Parlamenti Toloſæ omnia neceſſaria furnit, & iure communi iuxta conuenta regitur & gubernatur, cùm ad hoc ex contractu prę ſertim oneroſo ſit obligatus. Quo iure ſemper vſum fuit in dictis ciuitate & patria, quæ reges Chriſtianiſsimi ſoliti ſunt gratioſè tractare, & contractũ ſer 501 uare, prout sẽper fecerũt, † nullatenus obliti (vt opinor) cuiuſdam inter cætera alia plura excellentis ſeruitij tempore Ioannis quondam Francię regis, poſtquã per Anglos fuit detentus, ab incolis linguæ Occitanæ offerentibus ſuſcepti, qui cum inſtante apud Pariſios Carolo eius filio, & ſuccurſum petẽte, primores populi id impendere denegaſſent, Occitani quorum caput Toloſa exiſtit, vltrò nobiliter ſe obtulerunt, de quo Gaguinus, lib. ix. cap. j. Per eos, inquit, dies, quibus cõuentus Pariſiis habitus eſt, licet Carolus apud primores Pariſienſiũ crebrò egiſſet, vt præſenti fortunæ pecuniarum auxilium ferrent: ipſi confidentes quòd nõ commodè ſe aptat principum voluntati populus frequens, exiſtimãtibus plurimis inter res diuerſas ſuam conditionẽ vel meliorem effici poſſe, vel principis liberã adminiſtrationem plurimorum ſententiis cohiberi, ad publicum conſilium id negotium reiiciebant. At linguæ Occitanæ & prouinciæ Narbonenſis incolis miſericordior animus fuit. Quoniã, authore Armigniaco Comite, cõuenientes ante omnia prohibẽt regionis incolas auro argẽtóq; & vnionibus in publico vti, néve inſigni colore veſtes induerẽt, donec Ioannes eorũ rex apud Anglos captus teneretur, octo præterea hominum millia ad belli ſocietatem cum diurno ſtipendio decernunt. cuduntq; ad ſtipendium armatorum aſſentiente Carolo monetam. Hæc ille. Non ergo Occitani Romanus charitate inferiores, aut tepidiores erga bonum publicum, & honorem regium fuerunt, qui tempore ſecũdi Punici belli omnia reipublicæ eſurienti, imò mulieres propria ornamenta ſponte obtulerũt. De quibus Valer. lib. v. cap. vj. titu. de Pietate erga patriam ſic dicit: Age vt à finglis ad vniuerſos tranſgrediar, quãto & quam æquali amore patriæ tota ciuitas, id eſt quicunque ſtatus, flagrauit. Nam cùm ſecundo Punico bello [Vide quę circa hoc dicũtur ſ. ſuper verbo, *cuidã Petro tradiderũt.* de ornatu mulierũ exceſſiuo loquens] exhauſtũ ęrarium, ne Deorum quidem cultui ſufficeret, publicani vltrò aditos cenſores hortati ſunt, vt omnia ſic locarent, tanquã res publica pecunia abũdaret, ſeq; præſtituros cuncta, nec vllum aſſem niſi bello cõfecto petituros polliciti ſunt. Domini quoque eorum ſeruorũ, quos Sẽpronius Gracchus ob inſignẽ pugnã Beneuenti manumiſerat, pretia ab Imperatore exigere ſuperſederunt. In caſtris etiam non eques, non centurio ſtipẽdium ſibi dare deſiderauit, viri ac fœminæ quicquid auri argentíve habuerunt: item pueri inſignia ingenuitatis ad ſuſtentandã temporis difficultatem contulerunt, ac neque beneficio ſenatus, qui muneribus hic functos tributi onere liberauerat quiſquã vti voluit, ſed inſuper id omnes promptiſſimis animis præſtiterunt. Non ignorabant enim captis Veiis cum decimarum nomine, quas Camillus vouerat aurum Apollini Delphico mitti oporteret. Neque emendi eius facultas eſſet, matronas ornamenta ſua in ærariũ retuliſſe. Similitérq; audierant mille pondo auri, quæ Gallis ꝑ obſidione capitolij promiſſa debebantur, earũ cultu expleta. Itaq; & ꝑ prio ingenio, & exemplo vetuſtatis admoniti nulla ſibi in re ceſſandũ exiſtimauerunt. Quaſi dicat Romanos prædictis quatuor exẽplis motos nõ ceſſaſſe omnia, quæ habebãt pro ſubſidio publicę vtilitatis contribuere. Sic pariter Occitani noſtri proprio ingenio, & fortè etiã Romanorũ moti exemplo, vt eis in omni genere virtutis & pietate erga patriã, & regẽ inferiores non eſſent, excellẽs ſubſidiũ regi neceſſitate obtulerunt. De quibus dicere poſſumus, quod iterum de Romanis dixit idem Valerius, vt ſuprà retuli, lib. iiij. cap. iiij. tit. de Paupertate. Animi, inquit, virorũ & fœminarũ vigebãt in ciuitate, eorũq; bonis dignitatis ęſtimatio cũctis in reb⁹ ponderabatur. Hæc imperia conciliabant, hæc iungebant affinitates, hæc in foro, hæc in curia, hęc intra priuatos parietes plurimũ poterant. Patriæ enim rẽ vnuſquiſq; nõ ſuam augere properabat: pauperq; in diuite, quã diues in paupere imperio verſari malebat. Atq; huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur, ꝙ nihil eorum, quæ virtuti debẽtur, emere pecunia licebat, inopiæq; illuſtrium virorum publicè ſuccurrebatur. Exurgamus ergo, & nos incolæ huius temporis, exurgamus potiùs animis, pecuniæq; aſpectu debilitatos ſprritus priſtini temporis memoria recreemus. Quæ omnia de ſucceſſionibus ab inteſtato cum multis ſubiacentibus materiis ſatis vtilibus ꝑ dote dominæ Adelaſiæ vobis ſufficiant, cum qua, ſi bene eam intellexeritis, filias veſtras forſan dotare ſatis congruè poteritis.

Laus Chriſto Ieſu domino noſtro.

SVMMÆ.

1 ☞ *Teſtari poteſt quis in articulo mortis.*
2 *Extremè laborare quis dicatur.*
3 *Teſtamentum an reuocetur ex ſola reconualeſcentia. & nume.* 4.
5 *Sanitas mentis non corporis in teſtamento requiritur.*
6 *Senium vltimum teſtari non prohibet.*

Notario

BIU Cujas

7 *Notario asserenti testatorẽ esse sanæ mẽtis an credatur.*
8 *Testaris dementia clarè probari debet.*
9 *Insania quid.*
10 *Constitutus in extremis quos actus exerceat.*
11 *Nobilitari potest quis in articulo mortis.*
12 *Mortuus non potest baptizari.*
13 *Generare quis potest ea nocte, qua mortitur.*
14 *Confessio & contractus in articulo mortis valent. & numero* 15.
16 *Positus in extremis quis dicatur.*
17 *Constitutus in extremis, quòd nihil possit.*
18 *Testator debet propria manu scribere, aut ore proprio hæredem nominare.*
19 *Memoriam an perdat in extremis positus.*
20 *Medici culpa se mori dicens non releuat percussorem.*
21 *Vulneratus dicens se à Titio percussum, fidem non facit.*
22 *Sententia lata contra notarium de falso, non nocet parti.*
23 *Sententia lata contra producentem falsos testes non nocet testibus.*
24 *Confitens mater filium esse spurium, ei non præiudicat.*
25 *Habitum monachalem in morte suscipiens, non videtur se dedicasse.*
26 *Renuntiatio beneficij in articulo mortis an valeat.*
27 *Testari quomodo possit in extremis positus.*
28 *Nutu facta vltima dispositio an valeat.*
29 *Annuens capite non facit validum testamentum.*
30 *Nutu solo an possit testatore disponere.*
31 *Mutos & surdos solùm aliqui generant.*
32 *Dindymi cæci historia.*
33 *Homerus cæcus erat.*
34 *Democritus sibi oculos effodit.*
35 *Muti & surdi ex accidenti.*
36 *Testis in articulo mortis qualiter examinandus.*
37 *Testator certam scripturam asserens esse testamentum suum, an valeat.*
38 *Testis in articulo mortis per notarium, sine commissione examinatus, an probet.*
39 *Hæredis institutio in testamento requiritur.*
40 *Testamentum coram notario & testibus non lectum, non valet.*
41 *Testamentum minùs solenne quando valeat.*
42 *Instituens illum cuius nomen in tali schedula scriptum est an valeat.*
43 *Doctores in testando sunt, vt milites, priuilegiati.*
44 *Periculosum est quid differre vsque in tempus mortis.*
45 *Carolus magnus testari non distulit.*
46 *Beatus Ludouicus ad testandum nõ expectauit mortẽ.*
47 *Deus ridet differentes bonum vsque ad mortem.*
48 *Antiochus plaga mortis percussus veniam quæsiuit, & non inuenit.*

¶ Licet enim sapientis propium existat, citò dum tempus habet, de se & suis disponere bonis, præsertim inter liberos, l. parẽtibus. §. j. C. de inoffi. testa. & hoc propter siniſtra, quę mors incerta sæpe parare solet, & piis obsistere votis, iuxta illud Senecæ in libro de Moribus: Multos, inquit, vitã differentes mors incerta præuenit, omnis itaq; dies velut vltimus ordinandus est, ita quòd nulla dilatio faciẽda est. Idẽ Seneca ad Lucillũ epistola j. Quicquid ætatis est, inquit, mors tenet. Stultum est igit differre id, quod te postmodũ posse facere nescis. Veruntamen humana fragilitas hoc in se habet: quia vt plurimùm disponere nedũ de rebus, sed, quod dolendum est, de propria cõscientia, & salute ad vitæ vsq; exitum inconsultè protelat, vt fecit. Et vtinam de solis bonis testator noster Raynutius, ob quod subditur nunc in textu.

¶ In extremis positus.

1 EX HOC text. habetis, † quòd constitutus in extremis, id est, moriens, & quasi extra terminos huius vitæ existens, de bonis suis etiam testando disponere potest, vt hîc & in capitulo, nos quidem. ibi dum dicit, de hac luce migrasses. s. eod. facit capitul. fina. infrà de successio. ab intestat. dum dicit, agens in extremis. & ibi Panormit. in tertio nota. Ex quo infertur, quòd ille erat in extremis vitæ constitutus, & tamen valuit testamentum, quia communiter contingit, quòd quis inducitur & mouetur ad testandum maximè pro anima, quando dubitat, vel timet decedere, vt quando quis est in articulo mortis constitutus, vel instabat periculum mortis ratione infirmitatis, aut inter latrones comprehensus eum occidere volentes, secundum Bartol. in l. prima C. de sacrosan. eccle. & Bald. in cap. pastoralis. de offi. ordi. & in capi. j. vlti. colum. de pac. vbi dicit, † quòd
2 in extremis dicitur ille laborare, qui ex tali infirmitate decedit sine sanitatis interuallo, per text. vnicum secundum eum in l. alumnæ. §. fi. in fi. ff. de adimen. leg. vt testamẽtũ semper valet adeò, vt quã tumcũque testator de vita desperet propria propter periculum mortis, in quo est constitutus, tamen
3 valet testamẽntum, nec † censetur quasi cessante causa reuocatũ si testator reconualuerit, secundũ Bald. per illum text. in l. fina. C. de posthu. hæred. institu. Sicut dicimus de testamento facto tempore, quo testator est pauper, quia nisi mutetur, nõ censetur etiã quo ad posteà quæsita reuocatum, si testator ad pinguiorem peruenerit fortunam, secundũ Alexan. in l. sancimus. in primo nota. C. eod. titu. secùs in donatione causa mortis, quæ reuocatur, si donator infirmus reconualescat. l. non omnis. ff. si cer. peta. glo. & Bar. in l. ij. versi. quæro, qd. ff. de donatio. causa mortis. ☞ [De quo plenè habetur super verbo, *Testamentũ*. iiij.] † Et quòd dixi testamẽtum nõ reuocari per
4 recõualescentiam testatoris, intelligatis verum, nisi testator contrarium disposuisset, putà dixit, volo hoc testamentum valere si ex hac infirmitate decessero, aut similia protulit verba. quia tunc, eo reconualescente, reuocatur testamentum: licet enim mortuo testatore non sit possibile ipsum remanere pro parte temporis testatum, & pro parte intestatum. l. ius nostrum. ff. de regulis iur. tamen vita eius durante potest facere, quòd si infra certum tempus decedat, sit testatus, sed si post, quòd sit intestatus. l. põt quis. vbi glo. & Barto. ff. de hære. insti. Similiter per reconualescẽtiam testatoris censetur reuocatum testamẽtum, si fuerit in articulo mortis ad pias causas factum, secundum Barto. in l. j. iij. quæstio. principali. C. de sacrosanct. eccle. quod est mirabile: quia eo casu pia causa est deteriori conditionis, quàm pro-
5 phana. † Non ergo corporis sanitas, sed mentis integritas in testante requiritur, vt dicit text. in l. in eo qui testatur. ff. eodem titulo. quia debilitas corporis non inducit exilium mentis. Inde dicit Bald. per illũ tex. in cap. si pro debilitate. de offi. delega. quòd infirmus vsque ad vltimũ articulatæ vocis spiritum
6 testari potest, vt infrà videbitur. † Sic etiam nimia senectus actum testandi non impedit. l. seniur.

C. qui

BIU Cujas

C. qui testa. face. pos. quanuis senectus debilitatem corporis inducat, vt dicto cap. si pro debilitate. facit l. senectus. C. de dona. Ideo dicebat Bald. in cap. j. de renun. quòd plus valet vmbra senis, quàm ensis iuuenis. Quoniam secundùm Ciceronem in libro de Senectute, nõ celeritatibus, aut velocitate corporis res magnæ geruntur, sed authoritate, consilio & sententia, quas in senibus intellexi sitas. Inuenimus, inquit, ciuitates à senibus conditas, & à iuuenibus deletas. Inde dicebat philosophus: Nemo iuuenes elegit in duces, quia non cõstat eos fore prudẽtes. Idcirco in his maximè publicis actibus potiùs consideraretur mentis integritas, quàm corporis seniũ, aut infirmitas: quia dicit tex. elegans in d. l. ij. §. corporis debilitas. ℭ debilitas corporalis cõsiliũ nõ tollit, nec prudentiã, aut hominis scientiã, nisi ea dũtaxat, quæ la- 11
borem requirunt corporalem. Et sic nõ tollit men-
7 ti integritatem: † de qua tamen mentis integritate non creditur notario in suo instrumẽto asserenti testatorem tẽpore testamẽti fuisse sanę mentis, prout communiter asserunt notarij in princi. instrumenti. Quæ verba non probant, vbi prius testator fuerat demens, aut furiosus, & sic talis adhuc esse præsumitur, non obstante narratione & attestatione notarij, nisi aliàs de sana mente probetur, secundum Bal. & Angel. in dicta l. in eo. post longam disputationem decidit Iason in dicta l. senium. C. qui test. face. pos. & in l. sanum mẽte. C. de transa. Ex quo tex. vt ibi dicit Bal. sumpta est forma tabellionum dicentium de contrahente, aut testante: Per Dei gratiã sanus men- 12
te, licet æger corpore. Et posito, ℭ hoc non diceret tabellio, tamen sanitas mentis semper in dubio præsumeretur. capi. cùm dilectus. de succes. ab intesta. & l. nec codicillos. C. de codicil. nisi cõtrarium probaretur, ad quòd probãdum pars aduersa reciperetur, quanuis notarius testatorem sanæ mentis fuisse attestaretur, cùm ei de hoc non credatur. Sicut econtrà non crederetur sibi si in instrumento testamẽti narraret testatorem non fuisse sanæ mentis: quia ex hoc 13
8 solo non vitiaretur testamentum: † nisi aliàs demen tia probaretur, secundum Bal. in l. imperator. ff. de ☞ statu homin. [De quo plenè habetur super verbo, *Adiectæ impuberi.*] Tamen vtroque casu bene credo, quòd talis assertio notarij faceret aliquam præsumptionem, per ea quæ eleganter decidit Panor. in c. solicitè cures. de resti. spolia. Præterea notarij in principio officij iurant fideliter exercere officium suum, & sic eis aliqualiter standũ est, & ita verificari potest, quod sub dubio fortè tenuit Imo. in cõtrarium, in d. l. in eo. ff. eo. Sed quod sufficienter & plenè per hoc probaretur testatorem sanæ mentis non fuisse, nunquã credidi, nisi de furore probaretur, vel dementia clarè per testes deponentes de talibus actibus, qui furorem vel dementiam concluderent, nec sufficeret si testes deponerent per verba obscura vel æquiuoca. ideo singulariter decidit Dominicus in c. concilia. xvij. distin. quòd si testes dicerent testatorẽ tempore testamenti fuisse insanum, nõ propter hoc 14
probarent concludẽter de insania naturali, quæ impedit testamẽti factionem, cùm sit quædam alia insania non regulata iure positiuo, de qua loquitur il-
9 le text. ibi, legistis insanissimi. † Et est insania carentia recti intellectus, ideo tale testimoniũ necessariò non concluderet, per text. in c. in præsentia. de probatio. quia dubia probatio nõ releuat probantẽ,
10 vt ibi hoc tenet, & sequitur Felv. vij. col. † Ad præmissa de cõstituto in extremis facit tex. no. in l. Scia. §. cũ pater. ibi, in extremis vitæ constitutus. ff. de donatio. caus. mor. vbi constitutus in extremis donare potest, ergo forti⁹ testari. Huic cõcordat tex. elegãs in l. si pater. §. quædam. ff. de fideicommiss. libert. ibi, cùm in extrema esset valetudine. Cõcordat tex. no. in l. Pãphilo. §. propositũ. ff. de le. iij. vbi est text. melior de iure, de constituto in extremis propter infirmitatem. Facit quod voluit Bal. in l. fin. §. j. in fi. C. de bonis quæ libe. vbi dicit, quòd quis potest in vltimo vitæ spiritu adire hæreditatem, pro quo videtur casus, licet ipse nõ alleget, in l. auia. C. de iure delib. & l. Pantonius. ff. de acquiren. hære. licet aliqui contradicant, per tex. cum glo. in l. fi. ff. quando dies leg. cedit. videatis Bart. in l. miles. §. pro parte. ff. de leg. ij. Pariter decidit Ioan. de Pla. post Bartol. in l. j. in fi. C. de digni. li. xij. † ℭ quis potest in articulo mortis nobilitari à principe, vel alio auctoritatẽ habente, quanuis sit absens & ignorans, & à vinculo excommunicationis etiam per laicum absolui, imò & post mortẽ, si in ipso signa contritionis apparuerint. c. à nobis. ij. de senten. excommu. vbi Panor. & Doct. dicunt, quòd etiam mortuus creari potest miles, quia militia concernit corpus, allegant Bart. in dicta l. j. Nõ autem posset doctorari, cùm dignitas illa detur, vt doceat, quod facere nõ potest mortu⁹. l. j. C. de sacrosan. eccl. & ita dicit Panorm. consuluisse de facto, per gl. in dicto cap. à nobis. Facit quod decidit Bal. in l. sororẽ. C. de his quibus vt indign. Præterea doctoratus potiùs attribuitur virtuti animæ, quàm corporis. † Qua ratione quis non posset post mortẽ baptizari, secũdum glo. in dicto cap. à nobis. Cùm per baptismum imprimatur character animæ, & ea quæ applicantur animæ, non possunt post mortem exerceri, licet secus sit in his, quæ corpori applicantur. Quia post mortem exerceri possunt, & fortius in articulo mortis durante vita. Ergo multò magis Raynutius in extremis positus testari potuit. Ad hoc facit gl. singularis in l. Gallus. in princ. super verbo, in decẽ mensibus. ff. de liber. & posthu. † volens quem possi generare ea nocte qua moritur. Præterea põt quis in articulo mortis existẽs, & in vltimo vitæ spiritu ducere vxorem, etiam eius concubinam. Et per consequens legitimare bastardos ex ea susceptos, vt tenet Bal. in §. naturales. si de feud. fue. contro. & in l. Iulianus. ff. de iure dotiũ. & idẽ Bal. in c. innotuit. de elect. licet contrariũ tenuisset post Cynum, & Richardum Malumbre, in l. nuper legẽ. C. de natura. liber. & malè: quia *cõmunis habet opinio*, ℭ tenet tale matrimonium, vt etiam determinat Panorm. in capitu. commissum. de sponsa. & Ioan. Andræ. & Docto. in c. tanta. qui filij sint legiti. & in regula, sine culpa. de reg. iur. lib. vj. in mercu. facit quod not. Ang. in Authen. quib. mo. natu. effi. sui. in princ. & Saly. in dicta l. nuper legẽ. & ibi Ang. & glos. singularis in l. si quis post annos §. si filium. & ibi Bal. & Imo. ff. de libe. & posthu. in d. l. Gallus. Ad præmissa de constituto in extremis facit tex. no. in c. iudicante §. eo. ibi, moriẽs vxor redempti. & in l. miles. C. de testa. mili. † vbi loquitur de constituto in discrimine vitæ, qui si confiteatur mutuum, aut dotem recepisse, hæres eius non poterit opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, vt dicit glo. singularis in l. j. C. de falsa causa adiecta lega. Quia postquã erat in articulo mortis, nõ expectabat futuram numerationem secundũ Bal. in tit. de pace Cõstan. §. vasalli j. in verb. sicut. ibi, in tex. ibi, septuaginta. in fi. Præterea quia verisimile videtur, ℭ eo tẽporẽ, quo nemo præsumit immemor suę salutis,

BIU Cujas

salutis numerationem falsam dixisset, & confessus fuisset. Ita dicit tex.in cap.literas.de prę sumptio. fa.
15 cit j.quæst. vij. sancimus. † Similiter constitutus in mortis articulo potest cõtrahere, prouiso ꝙ memoria non sit læsa, vt d.l.Seia. §.fi.ff.de don. cau. mort. quem tex.dicit singularem Bal.in cap.quoniam. frequenter.§.j.vt lite non contesta. Per quæ iura & magistrorum authoritates habetis constitutum in ex-
16 tremis posse legitimè disponere. † Quis autem dicatur in extremis positus, dic, quòd (vt suprà dixi) ille, qui est in mortis articulo, puta quando instat periculũ mortis ratione infirmitatis, vel quia rationes, qui eum deprehenderunt, volebant occidere, secũdum Bar.in l.j.C.de sacrosan. eccle. idem dicit Bal. in cap. pastoralis. de offi.ordi. alibi dicit singulariter Bal.in c.j.vlt.col.s.de pac. quòd in extremis dicitur esse omnis ille infirmus, qui ex tali infirmtate decedit sine sanitatis interuallo, per tex.quem dicit in iu-
17 re vnicum in l.alumnæ.§.fi. ff. de adimen. leg. † Sed nunc in contrarium videtur, quòd cõstitutus in extremis nihil possit validè disponere. Certũ est, quòd de essentia vltimæ voluntatis, & alterius cuiuscunq; dispositionis est, ꝙ disponens intelligat, cùm aliàs cõsentire non posset. Ideo pupilli, furiosi, & dementes non testantur. Insti. quibus non est permis. facere testa. §.prętereà. & §.fi. Item requiritur, quòd loquatur ideo muti & surdi nõ testantur, vt l. discretis. C.
18 qui testa. facere possunt. † Necesse enim habet testans manu propria scribere, aut ore proprio nominare hæredem, vt l.iubemus. C.eo.titu. Sed constitutus in articulo mortis seu extremis vitæ, nec omnino viuit, nec omnino est mortuus: quinimò moritur, vt no.in l.qui duas. ff. de manumis. testamẽ. Prætereà omnis sic laborans animi consiliũ dicitur non habere, quia penitus deficiẽte corpore deficit intellectꝰ: nam intellectus sine corpore nihil agit, vt dicit Aristo.in primo de Anima. Quinimò tũc memoria turbata totus languet intellectus, vt l.hac cõsultissima. §.at cùm humana fragilitas. C. qui testamẽta facere possunt. Dicit etiam glo. singularis multum in cap. j.§. mutus. in titu. episco. vel Abba. feu. dare non pos. Quòd quilibet in vltimo vitæ articulo constitutus mutus efficitur. ita dicit Bal. cuius fuerunt originaliter verba hæc in d. l. fina. §.j. C. de bonis quæ libe. subiungens idem Bal.in l.humanitatis.in fi.C. de impuber. & aliis substitutio. ꝙ quilibet in mortis articulo constitutus est extra mentem, cùm neminẽ cognoscat. Igitur talis velut carens intellectu & loquela testari non potest. Quod firmatus doctorũ auctoritatibus, dicit enim Bal.in d.§.at cùm humana fra-
19 gilitas. quòd infirmitas inducit obliuionem. † Et sic existens in extremis perdit memori, ideo non debet, secundum eum, examinari in testem. argumen. l. quidam tabularũ. in fi. ff. de furtis. Hoc etiã voluit idem Bal. tit. allegato, de pace Cõstan. §.vasalli.j.in verb. sicut. ibi, extrà quæro. vbi arguit, ꝙ existẽs in extremis non potest in testem examinari. Qui mens ita mortis cogitatiõe turbata nõ bene potest rememorari. allegat dictũ §.at cùm humana. In teste enim est opus scientia & memoria, & moriens in vltimo vitæ spiritu videtur carere scientia, vt dicit Bal. in l.filiis. circa fi. C. de inoffi. testam. quod not. idẽ Bal. in Authen. si dicatur. C. de testi. vbi dicit, quòd si testis in articulo mortis cõfiteatur falsum testimoniũ dixisse, per hoc non nocet victori. idem tenet in cap. sicut de testibus. allegat Bal.in l.si quis in graui.§.j.ff.ad Sillcia. vbi Bar. idem voluit in iudice, qui in articulo mortis confitetur se falsam sentẽtiam protulisse, vt nõ noceat victori. Idem voluit Bal.in l.generaliter. C.de non numera.pecu. Subiungens ibi idem esse in notario existente in articulo mortis, si dicat falsum instrumentum sumpsisse. alleg. Bart.in l.si librarius. ff.de regu.iur. & sequitur Salyce.in l. qui falsa vel varia. ff.de testi. Etiã non eis crederetur, si corpus Christi recepissent, quia nõ omnis, qui moritur est Ioãnes euangelista, vt ei crederetur, secundum Bal.in d. §.vasalli j. Nec omnis qui dicit, Domine domine, intrabit in regnum cœlorum, vt dicitur in euangelio. Similiter dicit Pe.de Anchara.in çapitu.fina.de suc-
20 cess.ab intesta. † quòd si moriens dicat se mori culpa medici, non iuuat percussorem, si aliter non constet. Facit glo. & Ang.in l.ij.C.de calum. vbi dicit nõ esse standũ dicto morientis, qui dicit, talis me percussit, licet hæres propter hoc illum accusans excusetur à calumnia. Vide pulchra de hoc per Alex.in quarta parte consil. xiij. incipiente, ponderatis narratis in themate. Et ibi de vulnerato excusante vulnerãtem. Ad prædicta tamẽ videatis singulare dictum Bal.in l.j.C.cõmunia de leg. vbi dicit, quòd si testator mortiferè ab aliquo vulneratus eum excusauerit dicẽs, quòd ab eo non fuit vulneratus, nõ poterit ille amplius etiam ex legitimis indiciis torqueri, eo quia ex hoc habet pro se indicium innocẽtiæ, allegat.l.Pau-
21 lus.§.j.ff.de bonis liberto. † Tamen si vulneratus diceret se à Titio percussum, fidem nõ faceret, imò nec indicium sufficiens ad torturam, vt dicta l.ij.de calũnia, per glo. & Ange. & Iaso.in dicta l. j. in fin. communia de lega. videatis de his omnibus bonum tex. in l.j.in fi.& l.ij.& seq.ff.ad Silleia, Sed Masuerus, titul.de testib.§. item procurator domini. dicit, quòd si causa criminalis tractetur per procuratorẽ regis, vel alterius domini tẽporalis pro interesse publico domini, potest in testem producere illum, qui iniuriatus fuit, aut damnum passus, dicens ita seruari ex stylo Parlamẽti, vbi hoc expressè cauerunt, secundũ eum in tractatu inquæstarum. §. item procurator regis. Quod ego putarem esse verum, vbi ille iniuriatus, vel aliter damnificatus suum non prosequeretur damnum, nec prosequi intenderet, & hoc declarat. Sed solus procurator regis, aut domini, psolo interesse publico causam agit. ad quod facit quod decidit Bald.in l.dictantibus. C. eo. vbi dicit, ꝙ ad probandum quem esse vsurarium, possunt illi in testes recipi, qui dicũt mutuum ab eo recepisse sub vsura, quã soluerunt: dummodo declarent, quòd solutum recuperare non intendunt, nec interesse prętendunt. idẽ tenet Ange.in §.legatariis.vlti.col. Institu. eo. Aliter & aliàs si tales interesse prætenderẽt, vt in dubio est præsumendum, non essent testes idonei etiã pro rege. Et sic intelliguntur iura superius allegata, quod
22 est notandum. † Pariter sententia condemnatoria vel absolutoria lata contra, vel pro notario super crimine falsi, non nocet nec prodest parti, ad quam pertinet instrumentum, vt tenet Bartol.in l. denuntiasse. §. quæritur. ff. de adulte. †
23 Nam sententia lata contra producentem falsos testes non nocet testibus, vt ibi determinat Bar. quem sequitur Panor. in c.quamuis. xiiij.col. de senten. & re iudi. Aduertatis tamen, quia Ange.in dicta l. qui falsa. dicit, quòd talis cõfessio facit indicium, & præsumptionẽ contra instrumentum vel sententiã. Idem sentit Panor. in d. cap. quanuis. Ad præmissa facit quod eleganter consuluit. Angel. consil. cccviij. incipiente, factum tale est. vbi dicit, quòd idem est in arbitrio, qui confitetur

BIU Cujas

fitetur se fuisse corruptum. Idem in electoribus, qui dicerent se corruptè & simoniacè elegisse. Allegat Innocē. in cap. cùm dilecti. de elect. & tex. in c. sicut, iuncta glo. in fi. s̄. de testi. Nam confessio participātium in crimine non probat contra principalem, vt pulchrè & latè consuluit Fran. Are. cōsi. clxv. ij. col. 24 in fi. plura ibi allegans. † Et idem esset in matre, si in mortis articulo cōfiteretur filium non esse mariti sui, vt notanter determinat Panor. in ca. per tuas: ☞ [De quo plenè infrà super verbo, *quæ filium ex eo suscipiens.*] versi. no. iij. de proba. ibi referēs secundū legistas fuisse quandam reginam, quæ filium susceperat ex quodam milite, sed communiter reputabatur filius regis, & tanquā filius regis successit in regno, demum post mortē regis regina veniēs ad mortem dixit filio, quòd non erat filius regis. Quare ad dictum matris cessit regno, licet nō teneretur matri credere, vt dicto c. per tuas. & l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & l. si vicinis. C. de nup. & l. fin. ff. de proba. facit. tex. cū glo. in cap. Michael. de filiis presby. Plus dicit idem Panor. quòd etiam si ambo parentes ipsum negarent, non teneretur eis credere, allegat capi. transmissæ. in fi. iuncta gl. infrà qui filij sint legiti. Nam tales dispositiones in vltimis dieb' factæ, quanuis fuerint per habentem intēllectum sanum expeditæ, valent in eorum præiudiciū, sed non in aliorum detrimentum. Ideo dicit Bal. in Authen. 25 si qua mulier, in fi C. de sacrosan. eccl. † quòd suscipientes in morte habitum religionis non videtur se dedicasse, quod est intelligendum in alterius præiudicium. Ideo tunc monasterium nō habetur loco fi- 26 lij ad excludendum substitutum: † sicut renunciatio beneficij facta per infirmum non valet tanquam facta in præiudicium collatoris ordinarij, nisi renuntians viuat per viginti dies pòst, vt in regula Cancellariæ incipiente, Si quis in infirmitate cōstitutus: facit tex. in capitu. ij. de renuntiatio. libro vj. Et de illo qui habitū suscepit in extremis diebus, & nihil agit. videatis Ioan. Fab. & Ange Instit. de libertinis, §. libertinorum: & Doct. in cap. fina. infrà, de successio. ab intesta. & Fely. in cap. in præsentia. xv. colum. de probatio. videatis pulchrum cōsilium Oldra. consi. cxix. vbi tractat de testamento facto in extremis, an reuocet primum factum in sanitate, vnde nō potest 27 negari, quin iste passus sit dubius. † Veruntamen pro ipsius vera dilucidatione capio verba elegantia Barto. in dicta l. iubemus. eo. titu. vbi dicit, quòd existens in extremis, & mortis articulo testari potest, vt hîc: & dicta l. in eo qui testatur. ff. eo. tit. Et sic intelliguntur concordantiæ superiùs pro prima parte allegatæ, nisi existens in extremis nō posset articulatè 31 loqui. Quia tūc est mortuo similis, si prius fuerat rectæ linguæ. Quo casu si faciat testamentū, non valebit, & ita dicit in facto semel practicasse. Et ita intelligantur iura pro secunda parte allegata. Nam aliàs licet infirmitas inducat obliuionem aliqualem, non tamen vitiat ea, de quibus quis recordatur, vt dicit Bal. in d. §. at cùm humana. Lingua enim ingrossata propter infirmitatem, non tamen omnino præpedita potest quis facere testamentum: text. est elegans 32 in l. quoniam indignum. C. eo. titu. ita dicit Bal. in dicto §. vasalli. j. de pace Cōstan. Si verò lingua tantum ingrossatur, quòd quis articulatè loqui non potest, tunc non valet dispositio. allegat dictam l. iubemus. C. eo. titu. Quod est verum, si tantùm sit balbutiens, quòd quasi non intelligeretur, tunc testamentū non valet, nisi testator inter liberos testaretur. Quia tūc sufficit quibuscunque indiciis, vt l. fin. C. familiæ erciscē. 28 † Vel nisi in legati, & fideicommissis particularibus: quia illa nutu possūt relinqui, vt l. nutu. & ibi Barto. ff. de leg. iij. Idem esset si testamentum fiat ad pias causas: cùm æquiparetur testamento inter liberos, vt notat Bal. in Authē. hoc inter liberos. C. eodē titu. & Barto. Bal. & Saly. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & cap. cùm tibi. & ibi glo. singularis. s̄. eodē. de quo facit festum Bal. in Authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccl. In his tribus casibus, licet testator balbutiat, ta- 29 men testamentum valebit. † Si tamē testator interrogatus, an Titium eius filiū vellet instituere, & cæteris legitimam relinquere, & capite annuat, quòd sic, testamentum non valebit. Nam quantumcūque quis liberè posset testari, non tamen potest humeris, & nutu hæredē instituere. Quinimò opus est, vt verbis exprimat. Ita dicit gl. in l. in fraudem. ff. de testa. mili. etiam inter liberos, & ita fuit iudicatum, vt refert Ange. in §. j. in fi. Instit. eodem tit. Et sic constitutus in extremis, qui intellectū perdidit, & iam intelligibiliter nō potest loqui, testari non potest. etiā quo ad legata libertatis, & cætera alia pia, vt est text. in dicta l. discretis. C. qui test. fa. nō pos. iuncto princi. cū fi. capiendo finē à cōtrario sensu, scilicet si testator scribere nesciat. & sic dicta l. nutu. locum nō haberet quo ad hoc, secūdum Rapha. in l. ij. ff. eodē. & tenet Ange. in tractatu testa. super verbo, reliquit Titio centum nutu. Et ratio est, quoniā tunc est mutus & muto similis, vt dicta gl. in dicto titu. Epis. vel Abba. feu. dare non posse, quæ sic debet intelligi. Vi- 30 deatis Bar. in dicta l. nutu. qui dicit, † q̄ nutu videtur testator disponere, quando ad interrogata cōsentit, vel facit aliqua signa, per quæ voluntas eius perpenditur. l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad Trebell. Ideo notarius debet sic scribere: Cū talis propter accidēs loqui non possit, interrogatus assensit humeris, & annuit capite, vt ibi dicit glos. quod est intelligendū de eo, qui loqui nō potest. Quia disponere potest, si nō perdidit intellectū. Quoniam si adeò perdidisset intellectum, quòd loqui nō posset, ita quòd defectus intellectus esset causa perditionis loquelæ, tunc dispositio non valeret, vt dicta l. iubemus, & dictum est suprà, & tenet Bart. in dicta l. nutu. & in l. mutū. ff. de acquiren. hæredi. Nam alius est mutus à natu- ☞ tura, quia ita natus est. [Isti nisi miraculosè vix vn quam loquuntur, quod Christus satis ostendit, cùm in eis & cæcis natis supra naturales medicos manum apposuit, sicut in hydropico & leproso confirmatis & dæmoniacis, vt habetur in euangelio. Et de vno, qui pietate paterna loqui cœpit, habetur j. super verbo, *in eodem testamento relinquens.* secundo.] † Vidit autem Bald. Perusij quēdam architectorem, qui nunquam generauit aliquem, nisi mutum & surdū à natiuitate, vt ipse narrat in l. humanitatis, versi. secundò quæro an exēplaris. C. de impub. & aliis substitutio. Et nunc ætate nostra Parisiis duos habem⁹ cæcos à natura in arte musicæ & rhetorices optimè eruditos, in eisdémq; publicè docētes. Et ferè omnia instrumenta musica plus quā melodiosè sonantes. Nec est hoc nouū: † quia anno domini cccLxxj. claruit Didymus Cæcus ab infantia, qui diuinitus factus est doctor magnus, & Alexandrinus episcopus, vt legitur in supplemento Chronicorum, libro ix. vbi sic dicitur: Didymus Alexandrinus Episcopus doctor, ab infantia cæcus factus, & eam ob rem primarum literarum ignarus, ita grammaticam, dialecticam, & geometriā, quæ non sine magno labore

percipiuntur

percipiuntur,didicit. His temporibus clarus episcopus præclara quę lã scripsit opuscula,videlicet contra Arrianum libros duos, de Spiritu sancto librum vnum, in Isaiam libros decemnouẽ, Oseæ ad diuum Hieronymum libros tres,in Zachariam libros quinque, in Psalmos quoque, & in Matthæi Ioannisque euangelium,necnon & in Iob, cõmentarios præclarissimos,atq; alia multa edidit.De quo barbatus ille Hieronymus in libro illustrium virorum sic dicit: Didymus Alexãdrinus captus à parua ætate oculis, ob id quoque elementorum ignarus,tantum sui miraculum omnibus præbuit, vt dialecticã quoque & geometriam,quę maximè visu indiget, vsq; ad perfectum didicerit,pluráque nobilia cõscripsit.De huius excellentia viri vltra chronica nil prẹstantius dici posset, quàm ipsius Hieronymi ad Pammachium, & Oceanum missa profitentur verba dicentis: Dum essem,inquit,iuuenis miro discendi feruebam amore, nec iuxta quorundam præsumptionem ipse me docui, Apollinarem audiui anxiè frequenter & colui tunc, cùm me in scripturis sanctis erudiret, iam canis spargebatur caput, & magistrũ potiùs, quàm discipulum decebat. Perrexi tamen Alexandriam, audiui Didymum, in multis ei gratias ago,quod nescium didici.Hæc ille. In eodem Chronicorum volumine,lib. iiij. prope fi.legitur de egregio Homero, quem Iustinianis Imperator patrem omnis virtutis meritò vocat in procemio Digestorũ, in fin. vbi sic
33 dicitur. †Egregius Homerus Poëtarum omniũ Grecorum clarissimus,cui Melexigenes nomen propriũ fuit. Sed ideo Homerus dictus fuit,quia cæcus erat. Nã Cumæi & Iones oculis captos Homeros appellare consueuerunt, ex eo quia homeris,id est,itineris ducibus egeãt. Ipse enim vir p omnia eruditus fuit, quiq; & eloquentiæ partibus ortum, & exemplum præbuit. Hũc certè magnis in rebus sublimitate, in paruis verò nemo proprietate superauit. Idẽ (vt ait Quintilianus) lætus, iucundus,ac grauis tum copia tum breuitate admirabilis, Nec Poëtica modò, sed & oratoria virtute eminentissimus fuit quicquid dicere voluit, verius & lucidius omnibus explicauit. Hic itaque post peragratũ orbem cum extrema paupertate, tandem Arcadum littus habitauit, vbi inter aspera scopulorum,& montana nemorum sic cæcus existens, ingentia illa atq; admirãda volumina melle perlita Iliados & Odysseæ dictauit, nam Troiæ seu Iliadis captiuitatem, iuxta numerum Græcarum literarum vigintiquatuor libros Heroicis versibus conscripsit, Odysseã verò eodẽ genere metri edidit, errores Vlyssis describẽs.Quidã verò Batrachomyomachiam,& Margitẽ libros illi adscribũt:Vixit autẽ annos centum & octo semper vt plurimùm cęcus,& fuit anno mũdi.4112 Cæci interdum præ cęteris spe
34 culantur subtiliùs. †Quamobrem Democritus philosophus ille Abderites(Cicerone in quinto Tusculanarum quæstionum referente) cùm in hortulo iuxta vrbis muros ad rerum contemplandum naturas se cõtraxisset,oculos sibiipsi effodit, vt naturæ secreta subtiliùs rimari posset. Alius †est mutus ex acci-
35 denti, qui propter morbum superuenientem amisit loquelam,vt dicta l. discretis.vnde Bal.in dicto titu. epis.vel Abba. §.mutus.refert vidisse quendam cui,si qui voce inaudibili sibi ipsi loquebatur in gutture, eius vocem mutus audiebat, sed si vocem exprimeret,non audiebat. Refert etiam ibi idem Bal.Albertum magnũ dicere, quòd de Paradiso Terrestri propter eius altitudinem. aquæ cadentes faciũt tantum strepitum, quòd omnes, qui ibi nascuntur, perdum audiũ. Non tamẽ sunt surdi à natura, quia si transportarentur ad alium locum antè quàm surdi fierẽt, ☞bene audirent,licet ibi non audiant. [Id idem refert Basilius in suo examerõ.] Sicut legitur de Thobia sanctissimo, qui propter stercora calida, quæ ex nido Hirundinum super oculos eius dormiendo ceciderunt,factus fuit cæcus,licet à natura vidẽs foret, vt habetur Thobiæ ij.Sic est de infirmis,qui propter infirmitatẽ interdum efficiuntur aut surdi, aut mul-
36 tum in memoria vacillantes. †Et ideo iudex audiẽs & examinans testem in mortis articulo debet abbreuiare interrogatoria, vt non interroget, nisi de substãtialibus & de aliis,de quibus lex iubet testẽ interrogari: puta an sit odiosus,nã odioso non creditur, quantũcunque in infirmitate corpus Christi acceperit.Quinimò eius dictum potest reprobari de falso: quia non omnis qui moritur est Ioãnes Euangelista. C.hoc titu.l.verba. Ita pulchrè dicit Bal. in dicto §. vasalli.super verb.sicut ibi,extrà quæro.in fi.de pace Constan. subiungens idem Bald.in dicta l. hac consultissima. præmissa stare in discretione examinãtis, qui videre debet an testis infirmus in memoria vacillet vel nõ.Faciũt ad hoc no.p Inno. & post ipsum Panor.in capit.quoniam contra, suprà de probatio. facit quod no.Bal.in l.nullum. C.de test.vbi dicit,q̃ examinatori creditur de vacillatione testis. Facit l. iij.§.j.ibi,Tu magis scire debes.ff.de testib.Pro præmissorum cõfirmatione facit quæstio, de qua fui se-
37 mel hîc Caturci consultus. †Quidam lõga infirmitate detentus partim suum testamentum manu propria scripsit, & partim per aliũ scribi fecit in absentia testiũ,ipsúmque recluſit in sua arca, demum post multos dies dicto testatore in extremis existẽte, q̃dam notarius videns ipsum in discrimine vitæ constitutum,sciens ipsum testamentum in arca testatoris existere, tanquam ille qui in eiusdem testamenti conscriptione,& partim scribẽs fuerat, ipsum testamentum extraxit,& ipsum dicto testatori signari fecit,necnon ipsum testatorem coram testibus ad hoc adhibitis alta voce interrogauit, si volebat dictam chartam,quam in manibus ipse notarius tenebat,esse suum testamentum. Qui quidem testator respondit,quòd sic. Et exposit non loquens fuit. Vnde dubium fuit exortum,an dictum testamentum valeret. Et arguebam primò,quòd sic. Nam reperitur scriptum pro parte, necnõ signatũ manu propria ipsius testatoris,& etiam manu notarij,igitur est authenticum,vt l.Lucius.§.j.ff.de testamen. milit. Præterea, quia dictus testator ad interrogationẽ dicti notarij respõdit,& voluit illud testamẽtum fore suum, ergo est validum testamentum. text.est valde singularis in dicta l.Pamphilo.§.propositum.ff.de legat. iij. & glo.no.in fine, quam ibi sequũtur omnes Docto. in l.iubemus.C. eodem titu. dicens testamentum valere,quoties infirmus interrogatus, si talem vult esse suum hæredem, respondeat quòd sic. Ita voluit Barto.ibidem in l.hæredes palàm.ff.eodẽ titu. & sentit idem Bato.in l.j.§.si quis ita.ff.de verbo.obligati. & maximè in casu nostro debet hoc esse verũ: quia testator interrogatus fuit à notario publico, cui p̃ pri' constabat de voluntate testatoris,igitur valet: vt expressè tenet Bal.in dicta l. iubemus. versi. Quæritur si notarius.C.eo.tit.Et sequit̃ Ang. in §.j.Insti.eo.tit. & Bal.in l.& in epistola.C.de fideicommis.idẽ consuluit Barba. in prima parte cõsi.xxix.vlt.col. Secus fortè esset si ab alio interrogatus fuerit. Constituto enim in

enim in extremis propter memoriam mortis cogitatione turbatam multa de solennitabus iuris relaxantur, vt est casus in d.§.at cùm humana. † Tum etiam propter instans periculum, propter quod Bar. singulariter in l.admonendi.xj. col. ff. de iureiuran. dicit, quòd si quis per notarium ad hoc nullam commissionem habentem, faciat examinari testem in articulo mortis constitutum, dictum talis testis valet, saltem quo ad præsumpsionẽ faciendam: quia parti imputari nõ potest, cur eũ non fecit per iudicẽ examinari, vel cõmitti notario, quia nõ potuit propter tẽporis augustiã. Idẽ dicit ibi Bar. essẽ in teste, in partibus lõginquis distante: qui ad iudicem absque periculo mortis venire non posset: quo casu examinatus per notarium facit præsumptionem. Hoc sequitur Antonius de Bruti. in ca. fide. de iureiuran. & Ludo. in l.si vero. §. de viro. in liiij. fallentia. ff. sol. mat. Aliter autem & aliàs nullo modo valeret dispositio testium per solum notariũ recepta sine iudicis commissione, secundum glo. in verbo, deponens, in l. hac consultissima. §. fin. C. eo. tit. Sicut nec valeret partis confessio coram ipso facta, secundum gloss. in l. iubemus. C. de libe. causa. in fi. videatis Bart. & plenè Ias. in authen. quæ supplicatio. C. de precibus impe. offe. vbi libellus, exceptiones, & acta iudicij produci possunt corã notario causæ, de quo ibi per eos, vt dicto §. fin. de confessione per Bal. in l. penul. C. de fideic. Præterea ad propositum reuertendo, licet iam dictũ testamentũ deficeret fortè in solennitate, tamen non minus valere debet, cùm in eo sint scriptæ hæredes sorores testatoris tunc temporis proximiores in gradu, quæ etiam cessante testamẽto succedere erant ab intestato. Quo casu testamentum minus solenne valet, vt l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. & §. seq. C. eo. facit tex. not. in l. fin. C. fami. erciscũ. dicit enim tex. elegãs. in l. j. C. de his qui sibi adscri. in test. quòd etiam si testator non scribat nomẽ hæredis instituti, qui aliàs ab intestato veniisset, sed ipsemet hæres nomen suũ scribit, tale testamentũ valet, attento quòd etiam cessante testamẽto erat successurus ab intestato, vt probat ille tex. dum dicit, Cùm & si testamentum nõ esset scriptum, iustus successor futurus esset, ☞ [De quo latius infrà super verbo, *testamentum.* ij.] &c. Fortè enim propter timorem mortis nõ poterat testator scribere. Nam testamentũ licet nõ iure perfectum, in quo sunt scripti venientes ab intestato, nedum valet, quinimò rumpit primũ quantuncunque perfectum, vt l. ij. ff. de iniusto rupto testa. & dicta l. hac consultissima. §. si quis autem. C. eod. In contrarium tamen videbatur dictum testamentum non valere, quinimò vt plurimũ in solẽnitate deficere, igi-
39 tur est nullum, vt dicta l. hac consultissima. † Quoniam ad testamenti validitudinem inter cætera requiritur, quòd hæres instituatur: Cùm sine hæredis institutione velut carens fundamẽto non possit subsistere, vt in l. j. ff. de vulga, & pupil. facit l. eam quam. C. de fideicom. Prętereà oportet quòd hæres palàm, & voce intelligibili coram testibus per testatorem nominetur, vt l. hęredes palàm. ff. eodem. nec sufficeret ipsum signis demõstrare, imò opus est verbis. Ita dicit glo. in verbo, nuda. in l. in fraudẽ. §. j. ff. de testa. milit. & not. Bal. in dicta l. iubemus. C. eo. & ibi pulchra, per Alexan. in l. discretis. C. qui testa. face. possunt. Et sicut nutu non potest hæres instituì, saltem de iure ciuili, licet bene posit secundum aliquos de æquitate canonica, vt est casus secundũ vnam lecturam, in ca. cùm tibi, suprà eo. Quod an sit verum, di-
40 stulit ibi Pan. † Cũ igitur dictus testator morte prępedit⁹ nõ potuerit hæredes suos nominare, sed simpliciter ad interrogationẽ notarij interrogãtis eum per hęc verba, vultis vos hoc esse testamentũ vestrũ? Respondit quòd sic, dictum testamentum non valet. Ita videtur determinare Bar. hoc formaliter decidẽs in l. si is qui testamentũ, ff. eo. vbi dicit, quòd si testator scripsit in schedula suam voluntatem, tamẽ morte præuentus eam nõ publicauit notario & testibus, si moritur, tale testamẽtum non valet, etiam quo ad legata, nisi esset inter liberos. allegat text. optimũ in l. fideicõmissa. §. quoties. ff. de leg. iij. vbi idem Bart. dicit, quòd si in libro notarij reperitur schedula testamẽti, si in tali schedula nõ reperitur scriptum, ꝙ testamentũ fuerit corã testibus lectum: ex tali testamẽto nihil debetur, nec potest publicari, nisi esset ad pias causas. Quo casu, licet aliàs nõ valeret testamẽtum, quòd tabellio scripsit per imbreuiaturã, si antè decedat testator, quàm illud idem tabellio legat corã testibus, vt est casus singularis in dicto §. quoties. Tamẽ in testamento ad pias causas, tale testamentũ non recitatum erit validum. Ita determinat Dy. per illum tex. in l. Lucius. de testa. milit. vbi text. singularis hoc volẽs in milite, extẽditur ad piam causam, secundũ eum: ita tamẽ sentit ibi Bar. in dicto §. quoties. facit l. in testamento. ff. de fideicõ. libe. idem Panorm. in cap. cùm P. tabellio. iij. col. de fide instru. & Lud. Rom. in d. authẽ similiter. C. ad legem Falc. Ergo cùm dicta schedula non fuerit lecta coram testibus: quia testator fuit morte præuẽtus, tale testamẽtum nihil valet, cũ per testes nõ posset probari: quia non audiuerũt, nec per scripturam, quia non est solennis. Ita dicit Paulus consil. cccIxv. incip. visa dicta facti narratione. Nec obstat l. Lucius. ff. de testa. mili. superius alleg. Quia loquitur in testamẽto militis, qui in testando est de iure militũ priuilegiatus, hîc autem loquimur in testamento pagani. Secundò nõ obstat. l. Pamphilo. §. propositum. ff. de legat. iij. quia intelligitur, quãdo notarius lecta prius scriptura testamenti coram testatore, & testibus, interrogauit testatorem, an ita vellet. Et testator respondit ꝙ sic. Tunc enim valet testamentũ, si testator (licet infirmus) fuerit in perfecta, & nõ vacillanti memoria, vt superiùs copiosè allegatum est. In casu autem nostro nõ fuit lecta scriptura testamenti, nec hæredes coram testibus quouismodo nominati, quod tamen requiritur. secundum glo. Pet. & Cyn. Barto. & Bal. in d. l. iubemus. Ita etiam concludit pulchrè loquendo, Ioan. And. in addi. Specu. tit. de test. §. in primis. versic. quid si is, qui facit testamentum: super verbo, quidam. in addi. incip. Pileus cui in persona vxoris, & sequitur Paul. cõsi. cccIxvj. incip. Viso puncto, dicens ita debere intelligi dictũ §. propositũ. Ad hoc facit tex. nota. in d. l. hac consultissima. §. at cùm humana. ibi dũ dicit text. quam susceptam testatori re-
41 citabit tabularius. C. qui testa. face. pos. † Tertiò nõ obstat, dum allegatur testamentum minus solẽne, in quo venientes ab intestato sunt hæredes scripti, de iure esse validum. quia ad hoc respondetur duobus modis. Primò quòd iura relaxantia solennitatẽ iuris in casu præmisso sunt introducta fauore succedentiũ ab intestato, ergo tales succedẽtes possunt dictis iuribus renũtiare, & tali priuilegio nõ vti, sicut faciũt nunc sorores dicti testatoris hæredes scriptæ Ad quod facit l. quod fauore. C. de legi. Secundò potest respõderi & tutiùs, ꝙ iura fauentia venientibus ab intestato, & relaxãtia iuris solennitatem in testa-

BIU Cujas

mentis requisitam, intelliguntur tantùm relaxare solennitatem quo ad numerum solennẽ testium & ita intelligitur. §. præallegatus, ex imperfecto. Igitur dictorum iurium dispositio solẽnitatem numeri testiũ relaxans, non debet extẽdi ad alium casum non expressum, arg. c. quæ à iure cõmuni. ff. de reg. iur. li. vj. Ita ꝙ propter hoc intelligamus solennitatem nõmi nãdi hæredẽ corã testibus fore relaxatã: quia nõ est, vt d. l. hæredes palàm. Ita eleganter consuluit Ludo. Rom. cõsi. cccvj. incip. omnipotẽtis Dei &c. ꝓposita cõsultatio. Et in hoc differt testamentũ aliorũ succedentiũ ab intestato à testamento facto inter liberos quod valet etiã deficiẽte quacunque solennitate, vt formaliter probat tex. in dicto §. ex imperfecto. dum dicit, inter solos liberos. Restat ergo cõclusio, quòd dictum testamentum videtur nõ valere, pro eo quia coram testibus non fuit lectum seu recitatum, circa quod videatis pulchrum consilium Pauli consilio cccliiij. incip. Ad primum quæsitum &c. Sanẽ tamen intelligatis præmissa esse vera, nisi in fine schedulæ reperiretur scriptum, Actum &c. quoniam tũc significaretur res perfecta, & omnia præsumuntur solenniter acta & recitata, prout decet. Ita singulariter dicit Bal. in Authen. quod sine. circa princip. C. eodem titu. vbi tractat pulchra de intellectu dictæ l. fideicõmissa. & eorum quæ ibi not. Bar. ff. de leg. iij. & Pau. consil. cciiij. & Barba. in prima parte consilio. xxxij.
42 vj. col. in fin. & in ix. in princip. Sed † contra hanc determinationem non modicum vrget decisio Bar. in l. si ita scripsero. ff. de cond. & demonst. vbi elegãter dicit testamẽtũ illud valere, in quo testator morte præuentus non valens illud declarare, dixit, volo ipsum esse hæredem meum, cuius nomen est scriptũ in quadam mea schedula, quam deposui penes guardianum. Nam in ea scriptus erit hæres, dum tamen cõstet eam manu propria testatoris fuisse scriptam. Et ibi ad hoc allegat multa iura, & cũ ipso transeũt ibi Bal. & eius frater Ange. & Ange. Are. in §. j. Insti. eo. videatis Bar. hoc firmãtem in l. fi. C. de fideicom. & Bal. in v. quæstio. in l. captatoritas. C de testa. mili.

Et ꝙ valet hæredis institutio modo prædicto facta, tenent Bald. & Ang. in l. asse toto. ff. de hæredib. institu. & Pau. in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eod. titu. Sufficit enim, quòd ea quæ relinquuntur in testamento, audiantur à testibus implicitè, sicut contingit in casu supposito, nam dictus testator per notarium schedulam testamenti in manibus tenẽtem interrogatus, si volebat dictam schedulam fore suum testamẽtum, respondit ꝙ sic. Igitur implicitè vidẽtur testes omnia in eadem schedula contẽta audiuisse, & per consequẽs testamentum valuisse. Nam si testamentum valeat, schedula apud guardianum existente, & sic seorsum à testibus, vt dicit Bar. multò fortius schedula existente in manibus notarij & præsentia testiũ, vt cõtingit in præsenti casu. Iura enim dicentia schedulã debere legi, & recitari corã testibus, intelliguntur, quòd debet legi explicitè vel implicitè, & sufficit quòd implicitè legatur, vt suprà dictum est. videatis Bart. in l. quem hæredi. ff. de reb. dub. Et hoc maximè seruari debet in testamẽto eius,
43 de quo quæritur, q erat clericus, imò aduocatus. † Et certũ est, quòd doctores & aduocati in testãdo sunt sicut milites priuilegiati, vt post longam disputationem determinat Alexan. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. in princi. Et sic eis sicut militibus videtur esse remissa solennitas testandi, quæ aliàs de iure canonico requiritur. Quod qualiter intelligatur, dicã infrà eo. super verbo, *Testamentum*. j. vbi plenè de hoc videbitis. Iura autẽ suprà allegata intelliguntur quando schedula nullo modo fuit lecta, nec in præsentia testatoris recitata. videatis Oldr. in dicto cõsi. cxix. incipien. Titius condidit testamentũ &c. Et interim videre potestis Alexa. in dicto §. ex imperfecto. vbi ponit de schedula ĩ capsa reposita, quæ nec lecta nec recitata fuit explicitè vel implicitè. Sed ibi reperitẽ
☞ post mortẽ testatoris. an valeat testamentum. [De quo infrà super verbo, *Testamentum*. j. in xij. fallen. prope finem.] Vnde casus noster non est sine dubio: cuius determinationem taceo, cùm pẽdeat de facto, & consului interrogatus ab vna parte. Et adhuc nescio quid iudicialiter terminabitur. Sed ideo rationes meas ad propositum nostrũ faciẽtes hîc inserui,
44 vt darem vobis occasionem cogitandi, † quantùm periculosa existat dispositio in extremis constitutorum, de quibus Iob xxj. Tenent, inquit, Tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitũ organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Licet enim tempus disponẽdi sit vsque ad vltimum vitæ exitũ, vt l. iiij. ff. de adimẽ. leg. & l. j. C. de sacrosanct. eccl. Nullus tamen expectet quãdo liberè disponere non potest, sed viuens & sanus confiteatur, Ecclesiasti. xvij. prope fin. & vlti. c. in fi. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedẽ vestram in tẽpore suo. Vnusquisque ergo arbitrij libertatem quærat nõ necessitatem, vt pulchrè docet Aurelius Augustin. in lib. de pœniten. translatiuè verò in can. nullus. de pœniten. dist. vij. Nam secundum Arist. lib. iiij. ethic. terribilissimum omnium terribi-
☞ lium est mors. [De qua vide pulchra infrà super verbo. *Condidit*. j. circa fin.] Vnde propter nimium dolorẽ quandoque homo in agone nedũ obliuiscitur suiipsius, sed etiam Dei, iuxta illud: Quoniã non est in morte qui memor sit tui. Psalm. vj. Minus ergo erit memor hominum, aut bonorũ. Quæ omnia attentè & prudẽter cõsiderans Carolus magnus Francorum rex, & imperator Christianissimus, triennio ante obitum suum condidit testamentũ, de quo Ga-
45 guinus lib. iiij. c. j. circa fin. sic dicit: Cũm † autẽ quies illi à bellis concessa est, triẽnio priùs quàm moreretur, testamentũ condidit. duabus partibus totius suę supellectilis ciuitatum maiorum præsulibus relictis ad resarcienda templa & inopes leuãdos, tertiam liberis nepotibúsq;, & familiæ, pro vniuscuiusque ratione attribuit. Ipse deinde cùm relaxãdi animi causa venatũ pergit Carolus, qui per omnem vitam inter tot bella, reiq́ue publicæ solicitudines prospera semper valetudine vsus esset, febre corripitur, qua quinto Calẽdas Februarias assumpt' est anno Christianæ salutis Dcccxv. vixit annos septuaginta duos: regnauit quadraginta septem, & quatuordecim an-
46 nis imperauit. Sic † pariter fecit Ludouicus beatus contra infideles nauigaturus, salubri legis consilio vsus. Institu. eodem tit. §. nihil interest. testamẽtum fecit, de quo idem Gaguinus, libro septimo capi. secũdo. vltrà mediũ sic dicit: Classe igitur apud aquas mortuas parata, rex cum tribus suis liberis, Philippo, Ioanne, & Petro anno Christianæ gratiæ Millesimo cclxix. exercitum eduxit, condito priùs testamẽto regni sui administratione, & custodia Simoni de Bella. & Dionysiano abbati Matthæo Vindocinen. permissa. Hęc ille. Quorum exemplis docemur citò pœnitere, & de familia ac bonis disponere, tamẽ melius esset tardè cũ debitis circunstãtiis. quàm nũquam pœnitere, & pœnitẽdo ad Deum clamare:

Quæso

Quæso domine ne meus erga te amor, eò sit vilior, q̃ à pœnitẽtia orit̃, sicut impius suo patri fecit apud Valerium filius, lib. v. tit. de parentum moderatione in liberos, ca. fin. Verè speciosa fuit deprecatio illa, qua quilibet ad Deum per pœnitentiam conuersus modestè exclamãdo vti potest, & piè creditur, quòd veniam cõsequetur. Cùm iustæ pœnitudinis humanitas cuiquam neganda non sit. l. si quis libellos. C. de app. vnde Hier. in quadã epistola ad Damasum papam: Deus, inquit, qui nullis econtra se viribus superari potest, publicani precib⁹ vincitur. Niniue ciuitas, quæ peccatis perierat, fletibus stetit: Christ⁹ in Paradiso de cruce latronem intulit. Et ne quis aliquando seram conuersionem reputaret, fecit homicidij pœnam esse martyrium. Christus inquã prodigum filium [Vide pulchra quæ dicuntur super verbo, *in eodem testamento relinquens.* secundo. circa finem] reuertentem lætus complectitur, & nonaginta pecudibus derelictis, vna ouicula quæ remanserat humeris boni pastoris aduehitur. Paulus ex persecutore fit prædicator, oculis carnalibus excæcatur, vt mẽte plus videat. Et qui vinctos Christi famulos ducebat ad concilium Iudæorum, ipse postea de Christi vinculis gloriatur. Hæc ille. Quæ sufficere debẽt de cõstituto in extremis vitæ, vbi dum erimus, Christus non adiuuet, & absit quòd nos orthodoxo chrismate insignitos velut dementes horrendis derideat
47 verbis. quæ habentur Prouerb. primo. † Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meã, & non fuit, qui aspiceret: despexistis omne consiliũ meum. & increpationes meas neglexistis: ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id quod timebatis aduenerit, cùm irruerit repẽtina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit. Quãdo venerit super eos tribulatio & angustia, tunc inuocabũt me, & non exaudiam: manè cõsurgent, & non inuenient me, eo quòd exosam habuerint disciplinã, & timorem domini non susceperunt, nec acquieuerunt consilio meo, sed detraxerũt vniuersæ correctioni meæ. Comedent igitur fructus vitæ suæ, suísq; cõsiliis saturabuntur. Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. Et alibi dicit Apostolus, ad Hebræos xij. quod Esau, qui pro lẽtis edulio primogenita vendiderat, postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est, nec inuenit pœnitentiæ locum, quanquã cum lachrymis inquisisset
48 eam. Sic † Antiochus plaga mortis percussus veniã quæsiuit, nec inuenit, vt patet secũdi Machab. nono. Tales enim, qui ad mortem vsque pœnitentiã differunt, potius pœnitẽt timore gehennæ, quàm Dei amore, & consequenter infructuosè. De dicto tamen Bart. superiùs relato, scilicet quòd sufficiat hæredẽ instituendo dicere, illum instituo, cuius nomem est scriptum in quadam schedula, quam deposui penes guardianum, an sit verũ dubitatur. Quia Bart. in locis superius allegatis nõ loquitur de hæredis institutione, cùm nomẽ hæredis proferri debeat ore proprio testatoris, vt dicta l. iubemus. in fin. C. eo sed loquitur Bar. in relictis & legatis tantùm: quia sufficit nomina legatariorũ & rerum legatarũ proferre ore proprio, vel per relationem ad schedulam. Videatis plenè per Iasonem in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eo. tit. vbi decidit institutionem hæredis, modo prædicto relatiuè factam non valere. Concludendo contra Angelum & Baldum contrarium tenẽtes. vbi suprà. Contra quos etiam tenuerat Franc. Are. in l. hæræredes palàm. in princip. ff. eodẽ. dicens dictum Bart. & cæterorum habere locum in legatis, in quibus non requiritur formalis expressio, prout in institutione requiritur, vt patet per l. nutu. ff. de leg. iij. iuncta dicta l. iubemus.

Laus Christo Iesu domino nostro.

SVMMÆ

1 *Captatoria voluntas non valet.*
2 *Testari quis potest de bonis alienis consensu domini.*
3 *Voluntas captatoria quomodo cognoscatur.*
4 *Captatoria ademptio legati prohibetur.*
5 *Captatoria voluntas quando valeat. & nu. 6. & 8.*
7 *Testamentum quid.*
8 *Libertatis & piæ causæ fauore valet captatoria volũtas.*
9 *Arbitrium boni viri, aut liberam voluntatem, quæ verba importent.*
10 *Solui si quis iubeat creditoribus ad dictum talis, an valeat.* (leat.
11 *Pactum quod de expensis stetur dicto aduersarij, an va-*
12 *Testator dicens, testamentum suum velle ordinari ad dictum sapientis, an valeat.*
13 *Clausulas apponi solitas potest supplere notarius.*
14 *Notarius non potest aliquid addere in contractibus.*
15 *Testari quis non potest per procuratorem aut nuntium.*
16 *Contractus committi potest arbitrio alterius.*
17 *Substantia in contractibus dupliciter consideratur.*
18 *Pactum quòd homines sint talliabiles, & expletabiles ad domini voluntatem, quid importet.*
19 *Expletorum appellatione non veniunt operæ.*
20 *Verba illa, pro voluntate, seu ad voluntatẽ, quid importatis aduenerit, cùm irruerit repẽtina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit.*
21 *Operarum promissio incerta, an valeat.* (tent.
22 *Voluntati res cõmissa regulatur ad arbitrium boni viri.*
23 *Potestate voluntaria lædi non potest ius alterius.*
24 *Benignior pars interpretanda, quoties dubium emergit.*
25 *Operæ commissæ voluntati domini, intelligũtur regulatæ arbitrio boni viri.*
26 *Operarum exactio à subditis est contra ius commune.*
27 *Pharao necatus ob iniustam operarum exactionem.*
28 *Iudice sua abutente iurisdictione eximuntur subditi.*
29 *Reges quare instituti.*
30 *Nobilitas quare instituta.*
31 *Mossini regem in vinculis seruant.*
32 *Taprobanæ insulæ rex.*
33 *Regis ius.*
34 *Antiquorum mores circa politiam.*
35 *Regnum sanguini non debetur, sed meritis.*
36 *Fabius Maximus consulatum filij recusabat.*
37 *Moyses filios non fecit dignitatis successores.*
38 *Saul & Dauid virtute ad regnum sunt vocati.*
39 *Princeps potestate abutens venit priuandus.*
40 *Principi negligenti dandus coadiutor.*
41 *Prædæ omnia hodie exposita.*
42 *Dominus tenetur subdito, sicut econtra, excepto honore.*
43 *Dominus ex eisdem causis feudo priuatur, ex quibus dominus.*
44 *Subditos ab alijs defendunt domini, vt eos deuorent.*
45 *Verberare an possit dominus subditos.*
46 *Feudo priuatur dominus malè tractans subditos.*
47 *Clotarius de seipso fecit iustitiam propter homicidium.* & *numero* 48.
49 *Adulatores principibus pernicioſi.*
50 *Diogenes adulari noluit.*
51 *Xenocrates amicitiam Alexandri recusauit.*
52 *Gloria quid.*
53 *Quintus Fabius pictor effectus.*

BIU Cujas

54 *Phydiæ statuarij vana gloria.*
55 *Famam scelere qui quæsierint.*
56 *Dominus propter offensam vni subdito factam, priuatur potestate in eum.*
57 *Tyberij & Honorij imperatorum exemplum contra adulatores.*
58 *Vnguntur reges in signum clementiæ.*
59 *Pisistrati Atheniensis scitè dictum.*
60 *Ioannis Baptistæ consilium paganis datum. & nu.* 61.
62 *Oppressorum pœnæ temporales & spirituales.*
63 *Angeli reuelatio facta Carolo Caluo Francorum regi.*
64 *Seruitia metu dominis facta præsumuntur indebita.*
65 *Piæ causæ iudicis officio expediendæ etiam parte non vocata.*

Et quia nedum sani de bonis & rebus possunt disponere suis, per viam contractus alteriúsve inter viuos cuiuslibet dispositionis, cùm rerum suarum moderator vnusquisque ac dispositor existat. l. nemo exterus. C. de Iudæis. & l. in re mandata. C. manda. vnde Iustinianus lib. ij. Insti. tit. de rerum diuisio. §. per traditionem. Nihil, inquit, tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatẽ domini in alium rem suam transferre volentis, ratam habere. Sed etiã infirmi nedum contrahere, codicillari & mortis causa donare, quinimò quod fortius existimo, testari possunt, nec immeritò: quia nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ volũtatis, post quàm iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, scilicet testandi in scriptis, & licitum quod iterum nõ redit arbitrium, scilicet testandi nuncupatiuè sine scriptis, vt dicit textus aureus in l. j. C. de sacrosanct. eccle. Ideo sequitur in textu.

Condidit. I.

PONDERANDVS est text. iste dum dicit, *Condidit.* Per quem datur vobis intelligi, quòd † ipsemet Raynutius per seipsum, & non per aliam interpositam personam testamentum fecit, & ordinauit, prout in litera continetur. Ex quo resultat, quòd eius voluntas non fuit captatoria, ex alieno dependens arbitrio: quia tunc non valuisset. Non enim potest testator confisus de Titio sic dicere, instituo eos quos Titius voluerit, vel instituo hæredem si Titius voluerit. l. captatorias. C. de test. mili. gl. in c. super eo. j. de condit. appo. Nam posset contingere, quòd Titius nollet declarare, & sic testator deceptus remaneret intestatus, aut secuta Titij declaratione talem haberet hæredem, de quo nunquam cogitauerat. Idcirco prohibita est talis voluntas, etiam in testamento militis, vt dicta l. captatorias. Et talis prohibitio fauorabilis est militibus: Ergo quamuis sit inducta à lege ciuili, locum habebit in testamentis eorũ, vt l. si Ruffinus. C. de testa. milit. de quo plenè per Angel. in dicta l. illa institutio. & l. si quis Sempronium. ff. de hæred. instit. Præterea facultas testandi cuilibet concessa est de mera gratia, & iuris dispensatione, ☞ vt not. Panorm. suprà eo. super rub. [Et plenè habetur super verbo, *Testamentum.* j. circa princip.] Igitur quod nobis conceditur ex gratia, contra iuris rationem non est producendum ad consequentiam, vt scilicet hoc per alium explicare possimus. Argu. l. quod verò contra rationem. cum l. sequen. ff. de legibus. Et ista est vera ratio, quare quis non potest per alium testari: nam ex rationibus supradictis sequeretur, quòd quis non posset per procuratorem eligere sibi prælatum, aut vxorem recipere: quod tamen potest, vt in cap. ij. de procu. libro vj. Item si potest per alium procuratorẽ vxorem capere, quod est fortius: ergo videbatur quòd multò magis de bonis disponere &c. Ideo tene supradictam rationem, quòd testari est ex gratia concessum cuique domino rerum suarum: ergo non debet extendi, vt possit fieri per aliũ. Ipse ergo testator ore proprio explicitè, aut implicitè nominare debet hæredem, vt l. iubemus. C. eo. ac testamentum suum facere.

† Bene tamen verũ est, ꝙ licet quis per alium testari non possit, tamẽ bene potest consentire, ꝙ alius testetur de rebus suis: & tale testamentum valebit, non vt testamentum suum, sed vt testamentum alterius, vt l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. vnde Bal. in c. j. §. præterea, quib. mod. feu. amit. Nec reuocari poterit tale testamẽtum, etiã si dominum rerũ pœniteat, secundũ Bal. in l. senium. C. qui testa. face. pos. quia ipse non est testator, vt testamẽtum reuocare possit: & hoc verum, etiam si testator rem esse alienam ignoret, dum tamen dominus rei scienter consentiat. Quoniam testamẽtum valebit, etiam si dominus rei simpliciter patiatur, dum tamẽ scienter, aliquem rebus suis testari, licet expressè non consentiat, nec licentiam det, vt dicto §. vẽditionis. quanuis idem Bal. contrarium in hoc vltimo voluisset & malè, in cap. j. de prohibi. feud. alie. per Lotha. Nam eũ in hoc expresè reprobat Ias. in l. si quando. §. fin. iij. col. C. de inoffi. testa. tamen eum sequitur in l. cùm proponas. C. de pact. Et melius, cùm nõ sit domini rei testatorẽ prohibere de re sua & aliena testari. §. non solùm. Instit. de leg. & l. cum rem alienam. C. illo eo. tit. ideo sola sua præsentia non sufficeret, nisi expresè cõsentiat, per doctrinam Bar. & Doct. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. & Pan. in c. nónne. de præsump. pro quibus facit textus in dicto §. venditionis. ibi. Valeat quod concessit. † Qualiter autem cognoscatur captatoria voluntas? Dicatis, ꝙ quando eius substantia in absolutã, & expressam alterius volũtatem reponitur, non autẽ si in velatã, vt l. nõnunquã, ff. de cond. & demonst. vel expressam, seu non absolutam, sed subiectã regulis & arbitrio boni viri, quibus casibus non est captatoria, imò valet: vt in l. j. ff. de leg. ij. & l. fideicõmissa. §. quanquã. ff. de le. iij. Ita dicit Ang. consi. ccxxiij. incip. casus talis est. ij. col. in fi. Vel dicatis, ꝙ volũtas captatoria dicitur, quoties eiusdem volũtatis substãtia in secretum cõmittitur absolutũ alterius abstractum ab omni facto eiusdẽ, quod est quando necessitas dandi vel faciendi non imponitur, sed andari vel fieri debeat, hoc totum in mera voluntate aliena consistit, vt in exemplo suprà posito, & in l. vtrùm. §. cùm quidam. ff. de rebus dub. Ita eleganter dicit Ange. consi. ccj. inci. Inter cætera quæ non cõtinentur. Et ibi pulchrè per eũ de captatoria voluntate. Scire tamẽ debetis, ꝙ sicut prohibita est hæredis institutio superius allegata, vt l. captatoriæ. ff. de lega. j. † Sic etiam prohibita est ademptio legati captatoria, secundum Bald. & Salic. in dicta l. captatorias. C. de testa. milit. facit l. legata inutiliter ad fi. ff. de adimen. leg. Vnde restat, quòd omnis vltima voluntas captatoria alterius voluntati submissa de iure est reprobata, per iura supra dicta, vbi scilicet substantia voluntatis cũfertur in alterius, quàm testatoris arbitrium, secus si electio hæredis incerti de

certis

certis conferretur in alterius voluntatẽ. Putà dicendo, hæredem instituo illum de tali familia, quem Titius elegerit: quo casu ille hęres erit, quẽ Titius elegerit, & nominauerit. l. vtrùm. §. cùm quidã. ff. de rebus dub. & in l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebel. Et si fuerit in mora eligendi, omnes de illa familia admittentur. Et idem si eligere noluit. l. si quis Titio. §. fi. & l. cùm quidam. la ij. ff. de lega. ij. secũdum Bar. ibi. Si autem duo deberent eligere hæredem de certis, & vnus moreretur, aut longè se absentaret, vel eligere nollet, aut plus debito differret, tunc alter ac si solus deputat' fuisset, eligere posset. l. si legatario. §. à duobus. ff. de fideicommiss. libe. facit cap. si religiosus. eo. titu. lib. vj. secundum Iaso. in l. fi. §. j. C. communia de lega. Nam hoc casu rationes prohibitiuæ voluntatis captatoriæ cessant. Ad quod facit text. iiij. Regum. x. vbi Iehu populo cõmisit & optimatibus ciuitatis, vt meliorẽ de filiis Achab in Samaria, quis eis placeret, eligerent, & super solium patris sui ponerẽt, qui pro domo domini pugnaret, &c. Vbi autẽ substãtia voluntatis testatoris submittitur alterius voluntati, nõ
5 valet tanquam captatoria, vt dictum est. †Fallit tamen in tribus casibus, in quibus captatoria voluntas de iure valet. Primò fallit, vbi per statutum ciuitatis
6 permitteretur talis captatoria dispositio. † Nam per statutum eius validitas induci posset, vt probatur in l. captatorias. ibi, Senatus improbauit. ff. de hæredib. instituen. per quem tex. apparet, quòd sicut prohibitio captatoriæ volũtatis inuẽta fuit de iure ciuili, ita contrario iure videtur posse perimi, vt in regula, nihil tam naturale. ff. de regu. iuris. Ita dicunt Ange. & Imo. in dicta l. captatorias. & Alexander in l. ij. in princip. ff. de vulga. & pupilla. & simili argumen. vti tur Bal. in l. moribus. in princip. per illum tex. ff. de vulga. & pupilla substitu. & Angelus in l. more. ff. de acquiren. hæred. nam videmus quòd ius canonicum & ciuile approbant in aliquibus captatorias dispositiones, vt j. dicetur. Sed aduertatis quia cõtrarium, scilicet quòd captatoria voluntas statuto, aut cõsuetudine permitti non possit, tenent Fran. Aret. & Iason in dicta l. ij. in princ. ff. de vulga. & pupilla. Primò, quia de substantia testamenti est, quòd quis per
7 seipsum de suis bonis disponat. Ideo † diffinitur te-testamentum, nostræ voluntatis iusta sentẽtia &c. l. prima. ff. eodem. Quę quidem diffinitio substantiam ostẽdit, & essentiam rei diffinitæ. l. prima. §. dolum. ff. de dolo. vbi not. Or consuetudo vel statutum cõtra substantialia & essentialia rei seu actus nihil operari potest. capitu. non putamus. vbi glos. singularis, de consuetud. libro vj. Præterea à captatoria dispositio ideo est reprobata, quia deceptoria, vt vidistis suprà, vt clarè ostendit Panormit. in cap. cùm tibi, suprà eodem. & sic repugnat bonis moribus, & consequenter non valet consuetudo bonis moribus repugnans, & deceptionem permittens, nec statutum, secundum Barto. in l. omnes populi. in tertia quæstio. principali. ff. de iusti. & iure. Et insuper quia speciale est, vt pater pro filio suo pupillo testetur, scilicet ei pupillariter substituẽdo: tum ratione ætatis deficientis in filio, tum quia nõ præsumitur, quòd pater filium deciperet, quem plus quàm seipsum diligit. l. isti quidem. ff. quod metus causa. Ergo in aliis est de cidendum in contrarium, in quibus dictæ rationes non militant. propter quas fuit moribus permissum patri filio testari: vt dicta l. ij. ff. de vulga. & pupilla.
8 †Secundò fallit in libertate relicta, vt l. fideicommissaria. ff. de fideicom. liber. quod sanè intelligendum est, scilicet si relictum libertatis cõferatur in voluntate ipsiusmet legatarij, cui libertas relinquitur. & in hoc nullũ est speciale in libertate. Quia idẽ seruatur in aliis relictis, vt l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. j. Idem si relictũ libertatis cõferatur in arbitriũ alterius nõ hęredis, nec legatarij, sed tertij. Quo casu est speciale, q̃ valet legatũ captatoriũ fauore libertatis: cùm aliud legatũ non valeret, vt dictũ est l. nonnunquã. ff. de cond. & demonst. Secus autẽ foret, si legatũ libertatis cõferretur voluntati hæredis: quo casu secundũ *communem opi.* tale legatum non valeret. Et ita firmat Bar. in repetitio. l. j. C. de sacrosan. eccle. in iij. q. v. principalis. & in l. Lucius. ff. de fideicõmiss. liber. & Imo. in d. l. j. ff. de lega. ij. & l. captatoriæ. ff. de leg. j. & l. illa institut. & l. captatorias. ff. de hære. inst. & in c. cùm tibi. s. eo. & Lud. Rom. in l. captatorias. C. de testa. mili. Ratio autem quare non valet, quando confertur in voluntatẽ hæredis: secus quãdo in voluntatẽ tertij est, quia prę̃sumitur verisimiliter, q̃ hæres de cuius præiudicio agitur, nũquã diceret se velle. arg. l. à Titio. §. fin. ff. de verb. oblig. verũtamen de hoc dicatis, vt dicam in sequẽti casu.

Tertiò fallit in dispositione ad pias causas, in quibus valet voluntas captatoria, secũdum Bar. & Bal. in dicta l. captatoriæ, & in l. j. ff. de leg. ij. & Bar. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. & in l. quidam. & l. vtrùm. ff. de rebus dub. & Bal. in repetitione c. si pater. de testa. libro vj. in materia substitutionis compendiosæ. allegant tex. in dicto cap. cùm tibi, suprà eod. Bal. in authen. ingressi. in fi. C. de sacrosan. eccl. Et hæc opinio est verior: habens locũ nedum in legatis piis, sed etiam in hæredis institutione pia: nam in dispositionibus ad pias causas non attendimus iura ciuilia, sed attẽdimus iura naturalia & diuina, vel ius canonicum, vt not. plenè in cap. cùm esses. & ca. relatum. suprà eod. & plenè probat Bar. in dicta l. j. C. de sacros. eccl. in vlt. quę̃st. & ita reperio etiã consuluisse, Bar. in consi. v. incip. Visa quadam petitione &c. & consilio sequen. Et est *communis opin.* Ex quo infertur, q̃ cùm relictum libertatis dicatur pium, vt not. Bar. in l. proximè. in fi. ff. de his quæ in testa. delen. & est bonus tex. in l. j. §. fin. ibi, ratione pietatis. C. de cõmu. ser. manu. Et (vt dixi) in piis causis nõ debet attendi dispositio iuris ciuilis, q̃ valebit legatum libertatis collatum in voluntatem hæredis, non obstante tex. in dicta l. fideicommissaria. Et quod dictum fuit suprà in proximo casu, secundum Alexan. in d. l. captatorias. iij. col. C. de test. mi. hãc nouã qualificationẽ singulariter considerantẽ. Pro cuius latiori declaratione volo vos notare id quod singulariter voluit Bar. in d. l. j. C. de sacrosan. eccl. vbi dicit q̃ si aliquid relinquatur ad arbitriũ tertij, & nõ dicatur ad quid faciendum, nec cui dari debeat: tale relictum intelligitur ad pias causas factum, quãdo talis dispositio fuit facta per verba importantia arbitriũ boni viri, per d. c. cùm tibi. s. eod. Sed si facta esset per verba importantia liberã voluntatẽ, tũc non intelligitur relictum ad pias causas, & per consequens nõ valebit, velut captatoria, vt s. dictum est. Intellige tamen sanè quod dictũ est, scilicet captatoriã voluntatẽ ad pias causas valere, quo ad potestatẽ distributionis vel electiõis: secus tamẽ esset si daretur potestas essentiæ alteri, putà Titio. quia tũc nõ valeret, vt si dico, cõmitto Titio, vt mihi testamẽtum faciat ad pias causas: certè talis voluntas nõ valet, cùm impossibile sit, q̃ volũtas Titij sit volũtas mea. ita dicit Bal. in dicta l. captatorias. ff. de hære. instit. vbi dicit

BIU Cujas

quòd dictum cap.cùm tibi.loquitur de voluntate distributoria, non autem in voluntate dispositiua. Et hunc dicunt esse intellectum Innoc. & Ioan. Andr.à canonistis *communiter* approbatum: & hunc intellectum dicit Bal.esse not.in l.executorem. C.de execu.rei iudi.Sed tutius est tenere, ꝙ dispositio captatoria ad pias causas facta valeat indistinctè fauore ecclesiæ & piæ causæ: quia summa est ratio, quæ pro religione facit: cũ regulis nõ subiiciatur ciuilibus, per quas vt dictũ est, captatoria prohibetur voluntas. Et hãc opinionem teneo, licet Ber. Landri.in addit.ad cõsilia Bar.super dicto consilio quinto reliquerit cogitãdum. 9 Quæ † autem sint verba importantia arbitriũ boni viri, aut liberam voluntatẽ, videte Barto.in l. si sic legatum.ff.de leg. j.& l.alio.ff.de alimen.& ciba. lega.& in extrauaganti, ad reprimendum.super verbo, videbitur.& tangit Panorm.in c.j.de consti.& in cap.j. de iudi. & cap.j. de sequestra.& in cap.ex parte. de consuetu. 10 An † autem valeat talis dispositio: volo solui omnibus creditoribus meis, & de hoc volo stari dicto fratris mei: videatis Bart.in d.l. Theopompus. ff.de dote prælega. quem ibi sequitur Pau. & Io.de Imol.in d. capi. cùm tibi. & dicta l.captatorias. & Paul.in dicta l.illa institutio.& per Barto. in suo consilio clxviij.incipien. Quidam habens bona communia.& Bald.in l.j. C.de his quæ pœnæ nomi. & in l.captatoria. ff.de hæred. institu. videatis Barto. 11 in l.fina.ff.de prætor. stipula. vbi quærit † an valeat cõuentio, quòd de expensis credatur dicto aduersarij.de quo videatis singulariter per Ioã. de Platea, in 12 l.vnica.in fi.C.de sumpt. recu. libro x. † Quid si testator dixerit velle, quòd suum testamentũ ordinetur ad sensum vel cõsilium sapientis: an talis dispositio sit captatoria. videatis gloss. Bar.& doct. in dicta l.illa institutio.ff.de hæredi.institu.& Bald.in dicta l.captatorias.C. de testamẽ. mili. & dicunt doct. vbi suprà, quòd eo tunc sapiens poterit cõsulere pœnam apponendam in instrumento. ita dicunt in l.pacto: argumen.illius l.ff.de transac. circa quod videatis Alexan.in l. si priùs. §. rectè. ff. de aqua pluuia arcen.& Bal.in l.sancimus. C. de verborum significat. & doctores in §.quibus.C.de nouo codice cõpo. Et quid possit facere notarius qui habet à partibus arbitrium conficiendi instrumentũ ad sensum sapientis, tractat Bal.in l.imperator. ff.de stat. homi. & dicit Baldus in l.contractus. C.de fide instrumentorũ, ꝙ talis sapiens poterit supplere non in facti substantia, nec tale cõsilium excusaret notarium à falso, nisi in his quæ sunt de apicibus iuris: nõ in his, quæ sunt de substantia facti, secundum eum: videatis Bal. in l. 13 pen.C.de execu.rei iudi. † Clausulas autem consuetas apponi in talibus bene posset apponere notarius absq; cõsilio sapiẽtis, vt dicit Bar. in d.l.illa institutio. de quo per Bal.in rubr. C.de his quæ in frau.cre. vbi dicit, ꝙ supplere in facto non potest. idẽ Bald.in 14 l.humanitatis.C.de impub.& aliis substi. † Item non potest aliquid addere in cõtractibus, qui celebrãtur verbis, vel requirunt scripturam, secundum Ang. & Imo.in l.quicquid astringẽdæ. ff. de verb.obl.& Sal. ☞ in dicta l.captatorias. [De quo multa dicuntur super verbo, *in eodem testamento relinquens.* j. in iij. limitatio.]De hac voluntate captatoria & eius materia aliud nõ dicã: quia esset vsurpare materiam cap. cùm tibi.suprà eo.vbi omnino videatis.& per doct. in d.l.captatorias. & d.l. illa institutio. & in l.j. ff.de 15 leg. ij. Ex † præmissis habetis, ꝙ quis non posset per procuratorẽ vel nuntium testari, sicut nec testificari potest, quantuncunque concedat speciale mandatũ. Quinimò debet testis corã iudice personaliter cõparere, & iurare, ac deponere, vt no.Bar.in l.qui bona, §.si alieno.prope fi.ff.de dam.infe.per l. iij. §. itẽ diuus, cũ gl.in verbo, testimoniis, ff.de test.& est bona tex.in c.licet ex quadã. ibi, proprio iuramento.s.de testi.idẽ tenet Bal.in rub.de iureiu. in prin. Ludo. in Rom.in.singu.viij.incip. An iuramẽtum testis, tenet contrarium, per multas rationes & satis bona fundamenta. Veruntamen pro prima opinione facit, quia videmus, ꝙ si testis vellet deponere per epistolã vel aliàs in scriptis, & nõ proferre verba corã iudice, nõ potest: saltẽ si iudex vellet eũ videre & audire loqui. vt no.Bar.in l.Theopõp.ff.de dot. pręle. Io. And. & alij doct. in cap.de testibus. s.de testi.& Bald.in l.in bonæ fidei.versic. sed hîc quæro. C.de reb.cred.& l. iurisiurãdi.versi.sed hîc quæro. C.de testi. & est text. ☞ in ca.forma.iij.q.ix.c.testes.[De quo plenius super verbo, *Alterochæ filiæ puberi.*circa prin.] Secus autẽ esset in cõtractibus, qui possunt per se vel per procuratorẽ, aut nuntium celebrari, vt l.multũ.C.si quis alteri vel sibi alie.pec. & l.j.ff.de act.& obl.& Insti. de oblig.quæ cõsensu contrah. §.j. & ibi dicitur, ꝙ per epistolã etiã celẽbrantur. quod qualiter intelligatur, 16 videatis ibi. † Præterea licet essentia sine substantia vltimæ voluntatis non possit arbitrio tertij committi, vt dictum est: Tamen secùs est in cõtractibus vt l.fina.C.de contrahen.empt.& l.si quis arbitratu. ff.de verb.obl. vbi dicitur, ꝙ valet vẽditio hoc modo cõcepta: vendo tibi codicẽ, quãti Titius æstimauerit. Similiter si quis arbitratu, puta Lucij Titij, aliquid dari aut restitui stipuletur, valet cõtractus. Secus tamen esset, si substãtia contractus cõmitteretur vni ex contrahentibus: quoniã tunc non valeret cõ- 17 tractus. Tamẽ pro clariori intellectu, scire † debetis ꝙ substantia in cõtractibus, putà emptionis & vẽditionis consideratur dupliciter. Vno modo cõplexiuè in omnibus suis partibus substãtialibus, quæ sunt tres, scilicet consensus, res, & pretium. Et totum hoc appellatur cõmercium. in l.ex hoc iure.ff.de iustit.& iure: & talis substantia contractus alterius cõtrahentium non potest cõmitti voluntati seu arbitrio: ideo non valet contractus hoc modo celebratus, Vendo tibi codicem pretio decem, si voluerit. Hoc enim casu tota substãtia cõtractus, seu cõmercium cõmittitur voluntati alterius contrahentium: quod fieri nõ potest, vt dicit tex. in l. vendentis. C. de contrahen. emptio. & vend. Alio modo consideratur substãtia contractus discretiuè, id est, pro aliqua parte substãtiali, puta pro re tantùm. vel pro pretio tantũ: & tũc similiter fieri nõ potest, quòd alterum prædictorum conferatur voluntati seu arbitrio alterius contrahẽtium: idcirco nõ valeret vẽditio hoc modo celebrata: vendo tibi codicem quanti æstimaueris, vel quãti æquũ putaueris, vt l.quod sæpe.§.illud constat.ff.de contrahen. emptio.& vend. Qualitas autem rei quæ vẽditur, bene potest cõmitti placito & arbitrio emptoris, veluti si venditor dicat, codex meus pretio decem sit tibi venditus, si intra talem diem tibi placuerit. hoc enim casu nõ res quæ venditur, sed eius qualitas arbitrio emptoris cõmittitur, quod fieri potest. Insti. de empt.& vendit. §.pen. Et idem esset in qualitate pretij: verbi gratia, scholaris vltramõtanus habet florenos vltrà mõtes, quos ego non cognosco: emit codicẽ à me pro decẽ florenis vltramõtanis: certè cùm nõ cognoscã qualitatẽ illius monetæ, apponi potest cõditio, si illa moneta mihi placuerit, & valebit

lebit contractus. ita sentit glo. in d. §. illud constat. & clarius dicit Bal. in d. l. in vẽdentis. in solutione pri-
18 mi contrarij. Et † ex præmissis allegabam hoc anno ad quæstionem facti, de qua fuit cõsultus: Quidã nobilis in emphyteusim cõcessit certam villam quibusdã pagesiis sub certo annuo cẽsu inter ipsos cõuento, & sub & cũ talliis & expletis ipsi domino volũtariis: Virtute cuius clausulæ dominus ferè quotidie mandabat dictos pagesios ad operas sibi impendendas, adeo quòd vix poterãt vacare propriæ culturæ: & dicebat dominus, quòd ad sui volũtatem à dictis pagesiis poterat exigere iornalia & operas etiam quotidie si volebat. Et ad sic operandũ eos viriliter compellere nitebatur, medio quarũdam literarum regiarum: vnde pro ipsis pagesiis feci defensiones. Et primò præsupponebam in terminis iuris communis, quòd virtute dictorum verborũ, sub & cum tallis & expletis ipsi domino volũtariis &c. di-
19 cti pagesij non tenebantur ad aliquas operas. † Ex eo quia appellatione expletorũ non veniunt secundum vsum loquendi operæ personales: sed duntaxat executiones summariæ seruientum, & aliorum executorum iustitiæ: & ita in dubio videntur dicta verba intelligi. Et erit sensus, quòd dicti pagesij teneãtur ipsi domino ad tallias in casibus à iure permissis, qui narrantur per Alexand. in addit. Barto. in l. placet. C. de excusa. num. lib. decimo. Et si dictas tallias soluere recusarẽt, quòd possent expletari, id est, executari pro voluntate domini. Vnde dicta verba importabunt, quòd dominus poterit cõtra eos procedere ad captionẽ bonorũ, vbi de iure esset incipiendum à simplici citatione, vel vbi posset de iure dominus eos pignorare, prout communiter fit virtute instrumenti: dominus tunc expletare poterit in eorũ personis incipiẽdo executionẽ. Ita dicit Ang. & post eum de Imo. quos ibi sequitur Alexand. in l. si sic. §.
20 primo. ff. de lega. primo. Nam † illa verba: pro voluntate, aut ad voluntatẽ, cõcernunt modum compellendi debitores: non autem aliquid infringũt de
21 iure partis, vt infrà dicetur. † Si verò per illa verba. expletis voluntariis: secundũ vsum loquẽdi patriæ, aut aliàs inter dominũ & pagesios intellectũ fuerit de operis personalius pagesiorum, talis promissio operarũ nõ valet: cùm sit incerta, & collata arbitrio alterius cõtrahentiũ: per ea quæ suprà dicta sunt. Nã quẽadmodũ nõ valet cõtractus hoc modo cõcept': vendo tibi codicẽ quanti æstimaueris, vel quãti volueris. d. l. quod sæpe. §. illud. ff. de contrah. empt. Similiter nõ debet valere ꝓmissio operarũ quas domin' voluerit: vt in proposito. Cùm solutio operarũ sit loco pretij: cuius cõtẽplatione fit ipsa cõcessio in emphyteusim. Ad hoc facit quod plenè notatur in d. l. in vẽdentis. C. de cõtrahẽ. emp. Nec obst. quod no. Bal. in l. liberti. C. de oper. liber. vers. circa prędicta dubitatur &c. vbi dicitur, ꝙ promissio operarum incerta valet, & debet certificari per eũ, cui operæ præstãdæ sunt. Quia illud est verũ. quãdo est promissio incerta respectu loci. Quoniã tũc cõmittitur de iure arbitrio illius, cui præstari debẽt. ꝙ locũ eligat. Quo casu valet promissio, vt ibi. Idẽ si incerta est respectu qualitatis operarũ, quia tũc intelligitur actũ tacitè, ꝙ promissor præstet operas, quibus operari scit, vt l. eius artificij. ff. de oper. lib. Et si fuit dictũ ad volũtatem domini, intelligi debet quo ad qualitatẽ, scilicet ꝙ præstetur laborando terrã, aut fodiendo vineam, vel putando, si promittens hoc facere sciat. Cõmittere enim qualitatem rei vel pretij arbitrio & beneplacito alterius contrahentium iuri cõsonum est, vt Insti. de emp. & vend. §. pen. & dictũ fuit suprà. Sed quantitas non potest sic cõmitti per d. l. quod sæpe. Vnde cùm promissio operarũ facta per dictos pagesios sit incerta respectu quantitatis, quæ collata fuit volũtati domini, vt dictũ est, talis promissio operarum videtur nulla. Et ita petũt dicti pagesij eam declarari. Præterea & si dicto prius iure per ordinẽ videretur dicta promissio operarũ valere modo iã dicto emanata, tamen dicendũ est dictos pagesios non teneri ad tãtas operas, quas indicere voluerit dictus dominus, qui fortè habet voluntatẽ insatiabilẽ: quæ cùm tentat intercipere iudicium, debet restringi, & regulari arbitrio boni viri. Ita determinat Inn. in c. veniens. de renun. vbi dicit, ꝙ quantũcunque aliquid cõmittitur voluntati aduersarij, non intelligitur cõmissum voluntati liberæ. Quia hæc verba importãt
22 arbitrium boni viri. Nam † cognitio etiam conditionalis in beneplacitis partis aduersæ posita, arbitrio boni viri venit regulanda. tex. est l. Thais. §. sorore. ff. de fideicom. libert. facit theoriça Panorm. in quinto not. in c. cùm venissent. de inst. Nec audietur petens quicquid vult: sed tãtùm petere potest quod debet, secũdum normam iusti & æqui. Ideo dicebat Bal. in l. si quis maior. C. de trãsac. ꝙ dicta verba etiã in statuto posita, nõ operantur. quòd quis possit iniquum præferre æquo. Facit quod no. Bar. in l. filius. ff. de dona. & in l. j. §. j. dicit idem Bald. quòd infinita potestas limitari debet, id est, quòd bonum & æquũ sit. ff. de iudi. & iure. l. j. Neque dicti homines debent decipi: quia nimis de domino suo præsumpserunt se subiiciendo eius voluntati, credentes ipsum semper velle melius & æquius, arg. l. vnum ex familia. §. fin. de lega. secundo. Ita pulchrè dicit Bal. loquendo de hac materia voluntatis. in l. cùm antea. versicul. Sed iuxta prædicta quæritur &c. prope fin. quæstionis. C. de arbit. subiungens ibi idem Bald. in sequen. quæst. quòd etiam si alicui sit permissum vti pro libito voluntatis, quod est fortius quàm simplex voluntas, iuxta ea quæ not. Panor. in c. j. suprà de consti. & talis procedere non poterit secundum meram voluntatẽ, sed secundũ æquam arbitrandam per bonum virum, qui dicitur iudex. vt l. vir bonus. ff. iudica. solui. Plus dicit idem Bal. ꝙ concessio potestatis voluntariæ in minimo locum habet: quasi dicat, ꝙ habẽs potestatẽ procedendi pro sui voluntate aut libito voluntatis, non potest grauare nisi in minimo, & sic non in magno, & minus in maximo. Vide pulchra quæ circa hæc cõsuluit Petr. de Ancha. consil. clxvj. ideo dicit Barba. in cap. si pro debilitate. de offi. dele. ꝙ habens actum explicare secundum voluntatẽ suam, tenetur sequi voluntatẽ de iure regulatã, ita ꝙ facere nõ potest, nisi quod sibi fieri vellet, iuxta illud Dominicũ, Quæcunque vultis ꝙ faciant vobis homines, & vos eadẽ facite ipsis. Allegat tex. in c. ij. distinct. Et præmissa maximè intelligenda sunt vera, quando talia cõmittuntur volũtati aduersarij. Quo casu, talis volũtas regulari debet arbitrio boni viri, vt tenet Inn. suprà. Et est casus formalis iuncta glo. in l. pen. ff. de arbitris. & ibi hoc expressè ponderat Bald. etiam si promittens stare iurasset voluntati partis: vt est tex. aureus in l. si libertus ita iurauerit. ff de oper. libe. facit tex. optimus in l. si in lege. §. j. ff. loc. vbi si aliquid committatur arbitrio partis vel alterius, perinde est ac si viri boni arbitrium comprehensum esset. Nam fides bona exigit, vt arbitrium tale præstetur, quale viro bono cõuenit, vt ibi dicitur, & in dicta l. si liber-

BIU Cujas

to. cuius ratio ibi posita, est adaptabilis ad multa. Idem tenuit Bald.in l.iij. C.de dotis promissio. Hãc determinationem clariùs quàm alter firmauit Alexan.de Imo.post Bal.ibi, in l.ij.§.voluntatem.ff.soluto matrim. vbi sic formaliter dicit, quòd vbicunque tractatur de potestate collata volũtati partis aduersæ,tũc siue agatur de iure quæsito, siue de iure quærendo, nunquã potest iniquum æquo præferre, cùm talis voluntas non dicatur libera,sed regulata, vt dictum est. Ad hoc facit textus nota.in capi.sanè.iuncta gl. de renuntia. vbi dicitur de illo qui commisit se misericordiæ aduersarij. & textus in cap. veniens. eodem titulo. vbi ponitur de illo qui cõmisit se gratiæ aduersarij. de quo videatis Guid. papæ, quæstio. ccccxcv. Quibus casibus regulatè procedendum est.idem tenet Bald.in l.fin.oppo.superiùs allega.C. de contrahend.empt. facit quod not.ipse in rub. C. de pœna iudic.qui malè iudic. Et hæc maximè sunt vera,cùm quis se submisit volũtati partis aduersę in præsentia ipsius,præsertim,si pars est potentior submittente: quia tunc præsumitur quòd submittens cõtradicere nõ audebat.Sicut fuit in casu nostro, vbi dicti pagesij in præsentia eorũ domini promiserunt præmissa. Ita singulariter refert Alexand.de Imo.in dicta l.captatorias.ij.col. C.de testa.milita.recitãdo ibi opinionem Benedicti de Plumbino. Ad præmissa facit quod eleganter voluit Bar.in extrauagan.ad reprimendũ. super verbo,videbitur. in fin. vbi dicit,
23 quòd per potestatem voluntariam nullo modo tolli potest,nec lædi ius alterius cõtra naturalem æquitatem, per quæcũque verba dicta potestas cõcipiatur. Idem firmat Bald.in cap.i.§.item sacramenta,de pace iura. firman. in vsibus feudorum. Nec immeritò, quia simile videmus in seruitute, quę licet cõstituatur simpliciter,& per consequẽs competat in singulis glebis,& cespitibus,seu partibus fundi seruientis, attamen cogitur is cui debetur eligere certũ locum in quo &per quẽ seruitute vtatur: nec audiretur volens vagari per vniuersum prædium,vt l.si cui. ff.de serui.& l.certo. & l.si via. ff.de seruitu.rustic. prædio. Si ergo compellatur is cui debetur seruitus arbitrio iudicis, ne præiudicet domino prædij seruitutẽ debentis,eligere certum locũ : ergo à simili tenebitur dictus dominus arbitrio boni viri, certas operas, & rationabiles, & tempus ipsarũ præstandarũ eligere: cùm de loco ad tempus valeat argumentatio,vt l.vinum.ff.si cert.peta.neque obstant l.cùm quidã.ff.de lega.ij. & l.fideicõmissa.§.quanquam.ff.de legat.iij. Per quas aliqui in hoc pũcto voluerũt dicere, quòd vbi aliquid cõmittitur voluntati alterius, ille potest vti libera voluntate, etiã præferẽdo iniquum æquo. de quo plenè per Guido.papæ.q. ccccl xxv. Quoniã respõdetur, quòd illa iura loquuntur in lucro captãdo ex titulo lucratiuo. veluti legato : hîc autem nos certamus de damno ex cõtractu oneroso, veluti emphyteutico. Ita dicit Bal.in dict.l.iij.in fi. C. de dotis promis. vel ibi loquitur in actu fauorabili vltimarũ voluntatum : hîc autẽ loquimur in actu stricti iuris, veluti concessione emphyteutica,quæ strictè secundum pacta inita duntaxat regulatur. §.adeo. Institu. locati.& l. prima & secũda. C. de iure emphyteutic.
24 Et† quoties emergit dubium, semper debemus interpretari in benigniorem partẽ,quæ scilicet tendit ad liberandum nõ ad obligandum, argum. l. Arrianus.ff.de actio. & obl. & per hoc nõ obstant not. per Bart.l.alio.ff. de alimen.& ciba. lega. Conclusio er-
25 go talis est, † quòd operæ cõmissæ volũtati dicti domini,intelliguntur commissæ voluntati regulatæ arbitrio boni viri,id est, iudicis,qui taxare debebat operas per dictos pagesios præstandas, prout à cæteris emphyteutis præstantur cæteris dominis circũuicinis, secundũ communẽ patriæ illius consuetudinẽ.Ita in propriis terminis determinat Bal. in l. si certis annis.in iij.oppo.ver.& ista sunt notãda.C.de pactis.dicens hoc esse notãdũ pro emphyteutis.allegat.l.fi.C.de fideco. Et vltra eum adduci potest tex. not.in cap.cùm olim.suprà de cõsuet.vbi dicitur,℘ quoties tractatur de prærogatiua cõcedenda, & nõ reperitur expressa, taxãda est secundum vicinorum locorũ consuetudinẽ. Et si fuerint diuersæ consuetudines, minor & humanior sequẽda est. Et ita summat ibi Panor.illum tex.facit.ca.super hoc.suprà de censi. Et si hoc non apparet,iudex cõgregare debet sapientes ad statuẽdum quid fieri debeat iuxta possibilitatem & congruentiã,vt in can.fin.xx.distinct. Ex quo sequitur,℘ si circumuicini dicti domini cõsueuerunt diuersimodè operas exigere à suis hominibus, consuetudo minus grauosa debet attendi iuxta illud cap.cùm olim. Nam aliâs sequeretur absurdũ, si dicti homines tenerentur secundum voluntatẽ dicti domini: quia omni tempore mãdarentur ad operas, & pro seipsis nihil aut parũ operari possent. Ex quo redderentur impotẽtes ad soluendum annuum reditum ipsimet domino,necnon ad soluendum tallias domino nostro regi sui municipij, & regni. Ad hoc facit text.not.in l.fi. ff. de nundi. vbi singulariter dicitur, ℘ cùm bonum publicũ & cõmune cõsistat in agricultura, nullo modo permittitur agricultoribus res vsuales ad vendẽdũ portantibus, illic sedere, vel diu stare,donec sint venditæ:sed tales res cõmittuntur aliis negociatoribus ad vẽdendum, vt agricultores celeriùs ad agriculturam reuertãtur, vt pleniùs dixi super verbo, & *vxorem nomine Adelasiam.*in vlti.artic.successionum ab intestato.loquendo an prohiberi possit rusticis venatio & piscatio. Ecce qualiter posito,℘ in vẽdẽdis talibus rebus vtilitas publica versetur,vt not.in ca.j.suprà de empti. & vendi. Attamen propter talem vtilitatem rustici ab agricultura nõ sunt reuocandi,nec differẽdi. Ergo minus erunt impediẽdi propter priuatum commodum eorũ domini,vt in casu nostro. Idcirco põderandum est verbum Bal.suprà allegatum dicentis ℘ cõcessio potestatis voluntariæ locũ habet in minimo,Pro quo facit quod notat Sali in dicta l.si certis annis.C.de pact. vbi dicit,℘ ea quæ sũt cõtra ius cõmune,sicut est petitio operarum,non debent extẽdi.arg.l.ius singulare.& l.quod verò contra.ff.de legib. Vnde si aliqui domini de circumuicinis non exigãt nisi duas operas à singulis hominibus in anno,dicti homines ad maiores non tenebuntur.
26 Et † quòd talis operarum exactio sit cõtra ius cõmune,patet: quia à nemine collatorũ,id est,soluẽtiũ tributa seu tallias regias & census pro suis possessionibus debitos operæ aliquæ nec possunt, aut debent per aliquem,præterquã in aduentu Imperatoris,seu domini nostri regis exigi,nec extorqueri,siue loquamur de operis personarũ siue suorũ animalium.textus est in l.vnica.C. ne operæ à collatoribus exigantur.lib.decimo. & ibi.glo allegat concordantias. In materia propria est casus in l.prima.C.ne rusti. ad vllũ obsequi.deuocen.lib.vndecimo.& text.in §. illud.iuncta glo.in verbo, angariis, in auth. de mand. prin.col. iij. Et in prẽsẽti regno stat ordinatio regia Philippi sexti Anno domini millesimo cccxlviij.facta.cu-

BIU Cujas

cta. cuius tenore prohibetur omnibus etiam de sanguine regio existentibus, etiam si locũ tenẽs regis foret, aut Conneſtabilis, vel Mareſcallus, ſeu Admiraldus, magiſter cõputorũ, aut requeſtarũ officij regis princeps, baro, aut miles, & cuiuſcunq; alterius ſtatus, ne capere habeãt equos vel currus ad equitãdũ, vel blada, auenas, & alia grana, aut vina portandum, & alia victualia. Quibus pareri nõ vult, niſi ſoluant quod pro talibus ſolui conſuetum eſt. Aliter & aliàs huiuſmodi captores per iuſtitiarios locorum capiãtur, & per quoſcunque alios quos hoc caſu officium ſeruiẽtum rex eis impartitur, vt tales in carcere detrudantur, à quo non liberentur, niſi per literas regias ad relationem alicuius non conceſſas. Et ſi propter neceſſitate regis aut reginæ, vel filiorum ſuorum, & hoſpitij ſui non reperirentur equi, vel currus ad locandum: prohibet animalia authoritate propria capi ſine authoritate iuſtitiæ, cum literis modo prædicto miſſis &c. [Hęc ordinatio hodie per dominum Auffreri. eſt ſituata in ordine ſeptima, in titulo de taliiis & exactionibus.] Vnde ſi operæ animalium prohibeantur, fortius operæ perſonales inhibitæ cẽſentur. Quinimo exigens operas à talibus pati debet pœnam exilij, & confiſcationis omnium bonorum, vt dicta l. ſecunda. C. ne ruſtica. Et nihilominus à tali exigente operas legitimè appellaretur. Quæ quidẽ appellatio adeò eſt fauorabilis, quòd directa via poteſt introduci coram præfecto prætorio, & ſic in parlamento. Caſus eſt in §. ſi quis autem putauerit. in Authẽtico, de collato. collatione nona. Quod autẽ talis operarum extortio ſit prohibita, euidenter nedum iura humana, vt dictum eſt, oſtendunt, verum etiã iura diuina in Exodo & Leuitico notorie demonſtrant. Illam † enim ob cauſam duriſſimè Pharao crudelis diuerſimodè flagellatus à Deo memoratur, & tãdem occiſus in mari rubro & ſubmerſus. Nec immeritò: quia quilibet dominus nedum ſubditos, quinimò ſuos debet diſcretè regere ſeruos, non ſpernendo, ſed amicabiliter alloquẽdo: Exemplo Chriſti, qui Ioan. xv. ad diſcipulos dixit, Iam non dicã vos ſeruos, ſed amicos. Vnde Seneca ad Lucillum epiſtola xlvij. Illos, inquit, rideo, qui turpe exiſtimãt cum ſeruis ſuis cœnare. hoc enim ſuperbia facit, vt cœnante domino ſtantium ſeruorum turba circunſtet. Et Didymus Bragmanorũ rex ad Alexandrum ſic dicit: In homines nóſtri ſimiles ſeruitutem non ponimus. Alioquin ſæuitia eſt in obſequium cogere eos, quos nobis fratres eadem natura progenuit. Et quibus à Deo patre communium bonorum ſpondetur hæreditas. Ex quibus rectè concluditur, quòd ſubditis etiam ſeruis imponenda nõ ſunt grauia onera: imò contra tales clamat Plautus: Væ, inquit, apud quos domini vigiliam multam in noctem protrahũt. Tantùm enim ſeruis debita quãtùm de nocte auferũt. l. ſi quid vẽditor. verſi. & ſi laborioſum. ff. de ædili. edict. ideo qui malè & ſeuerè ſuos tractat ſeruos, priuari debet dominio illorum, quos defendere tenebatur. l. dominorũ. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. & Inſtit. illo eodem titu. §. fina.

Idem † in iudice, ſi ſua inter ſubditos abutatur iuriſdictione. Quia ex hoc eximuntur à poteſtate iudicis, & ſubiiciũtur alteri. l. officium. C. de offi. procon. & idem ſeruari debet in quibuſcunque dominis quantuis ſint ſupremi, vt ſi illicita committãt in ſubditos, regno priuentur: de quo ſummus ille fons eloquentiæ Cice. in ij. lib. de officiis ſic pulchrè dicit. † Certum eſt fuiſſe aliquod tempus, quo ſine regibus viuebatur. At poſtquam iure gẽtium poſſeſſiones cœperunt diuidi, nõ alia de cauſa reges ſunt inſtituti, niſi iuſtitiæ fruendæ (& ſic reges ſunt de iure gentiũ, ſecundum Baldum in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur.) Nam † cùm initio premeretur multitudo ab his, qui maiores opes habebãt, ad vnum aliquem virum cõfugiebant virtute præſtantem, qui prohiberet iniuriari tenuiores, æquitatem conſtituendo, ſummos cũ infimis pari iure præſtringeret. Cúmque adhuc regnãtibus regibus debiliores nõnunquã opprimerentur, leges conſtitui placuit, quæ ad iudicandum non odio aut gratia ducerẽtur, ſed tales inopi quales potenti præſtarentur aures. [Hæc quidem fuit prima cauſa inſtituendi nobilitatẽ, ſcilicet cauſa neceſſitatis: quia neceſſe fuit quòd aliquis vir bonus iuſtior cæteris atque prudentior eligeretur: qui cõmunitati præeſſet ad fines hîc deſcriptos: & inde dicitur nobilis quaſi præ aliis in virtutib⁹ notabilis. Vnde Hiero. Nihil aliud video in nobilitate, appetẽdũ, niſi quòd nobiles quadã neceſſitate conſtringantur. ne ab antiquorum probitate degenerẽt. Secũda cauſa fuit diſcordia plebium: quæ rectũ iudicium ignorabat. Licet enim inter ſe pacatè viuerẽt, tamẽ adeo hebetes fuerunt, quòd nihil magni pendere potuerunt, niſi quod vulgari opinione celebrabatur. Ideo expediebat pro ipſarum pace conſeruanda, vt ex natalibus nobilium reges haberent. Tertia cauſa proceſſit ex aliqua fortitudine ſingulari: fuit enim aliquando, quando communitates ob incurſus hoſtiles grauatæ edicto ſanxerunt, vt quicunque patriam liberaret, ius nobilitatis pro ſe & hæredibus perpetuò obtineret. Et eo modo infimi plures nobilitati legũtur, vt infrà exemplo demonſtratur. Quarta cauſa, abundantia diuitiarum, cùm aliquando populares nimia penuria victualiũ attenuati tradiderunt ſe & ſua alicui diuiti, vt hoc pacto malum inopiæ temperarent, & eum deinceps velut nobilem & dominum recognoſcerent. Inuenitur etiam quædam nobilitas diuino oraculo inſtituta, vt in Dauid & Saule. Plurimæ quoque leguntur per violentiam & tyrannidem vſurpatæ dominationes, vt de Cain dicitur infrà, & de Nemroth, & pluribus aliis infrà ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens*. primo in xviij. limitatione, quarum aliquæ ſtatim deletę, & aliquæ ſtabiles mãſerũt. ſecundũ quod poſteri vitia aut virtutes ſecuti fuerũt, & honeſtè vel ignobiliter vixerunt.] Quo fit vt leges nõ ſolùm populum, ſed regẽ quoq; obligare ſciamus: ac ſi regem cõtemnere leges, rapere bona ſubditorũ, violare virgines, ſtuprare matronas, & cætera illicita facere videamus: nunquid illo ſubmiſſo alius ſublimabitur, qui & bene gubernare, & legibus nouerit obtemperare? Hæc ille. Videatis Bald. in dicta l. ex hoc iure. [Facit etiam C. de legi. Digna vox eſt maieſtate regnãtis legibus alligatum ſe principem profiteri, adeò (inquit Imperator) de authoritate iuris, noſtra pendet authoritas, & reuera maius imperio eſt ſubmittere legibus Principatum. Hæc ille.] Quam obrem vt lib. j. cap. xxj. refert Pomponius, † Moſſynœci populi in Aſia verſus Septẽtrionem, palàm ſibi reges deligũt, vinculiſque & arctiſſima cuſtodia tenent: atque vbi culpã praue imperãdo meruere, inedia diei totius afficiunt. † Etiã Taprobanæ inſulæ populi (vt Solinus refert) regem eligunt, qui ſi maximam præferat æquitatem, nolũt ei totum licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in cauſis capitũ ſolus iudicet: & ſi iudicatũ diſplicuerit, ad populũ prouocatur, à quo datis iudicibus ſeptua-

BIU Cujas

ptuaginta fertur ſententia, cui neceſſariò acquieſcitur. Si rex in aliquo peccato argutus ſit ac reuictus, morte mulctatur. Licet enim ius regis eſſe videatur, de ſuis ſubditis diſponere ad libitũ, vt habetur 1. Regum viij. cap. vbi Samuel nutu diuino ad populum,
33 Hoc, †inquit, ius erit regis: filios veſtros faciet ſeruos ſuos, equites & præcurſores, agricolas, & fabros armorum: filias veſtras faciet vnguẽtarias, quæſtuarias, & panificas. Seruos veſtros & ancillas ponet in opere ſuo. Optima dabit ſeruis ſuis, & vos eritis ei ſerui. Tamẽ ibi non declaratur ius regum ex diuina inſtitutione, ſed magis per prophetam pronũtiatur ex eorum tyrannica vſurpatione, qui poſtquã reges ſunt, ius iniquũ conſtituunt in tyrannidnm degenerantes, ſubditos opprimẽtes, & ſine cauſa deprædantes, ſecundum Andr. de Iſer. in procœmio feud. & in titu. de capi. qui cur. vendi. Quod habuerunt à Cain, qui primus rex terrenus fuit, & primam ciuitatem condidit, vt habetur Geneſis quarto, in qua poteſtatem exercuit, & prædas recaptauit, vt dicit Ioſephus libro primo antiqui. vel hoc habẽt à diabolo eorum directore ſcilicet malorum, qui Ioannis xiiij. princeps mundi huius appellatur. de quo dixit ibi Chriſtus, Venit enim princeps mundi huius, ſcilicet diabolus, & in me non habet quicquam. Sed ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Heu me, quàm paucos reges videmus, cum Chriſto mandatũ patris ſequentes, & iuſtè principantes, & Deum cunctorum patrem diligentes. Sed omnia predę exponentes, & cum primo rege Cain cuius imitatores ſunt cadentes in inferno ſepulti, vt infrà exemplo demõſtrabitur. Vel ſecundum Lyram, primi Regum allega. cap. dicatis, quòd etiam ex diuina inſtitutione omnia præmiſſa ſunt de iure regis, ſcilicet in neceſſitate poſiti propter bonũ cõmune regni: quo caſu omnia ſunt principis exponẽda ſeu expendenda pro bono communi. Sicut videmus in corpore naturali, quòd manus vel altera pars corporis naturali quodam inſtinctu exponitur pro conſeruatione vitę ipſius corporis, & tuitione capitis: ſed regi extra neceſſitatẽ poſito iura hæc non pertinẽt, quanuis ſæpe eis vtatur de facto ex tyrannide: quia magnitudo poteſtatis regi conceſſa de facili conuertitur in tyrannidem. Hæc
34 ille. Vnde † de moribus antiquorum circa politiam pulchrè memorat Salluſtius in Catilinario verba Catonis narrans: quæ pariter reaſſumit Aurelius Auguſtinus quinto de ciuitate Dei, cap. xiiij. Nolite inquit, æſtimare maiores noſtros armis rempublicã ex parua magnã feciſſe: ſi ita eſſet, multò pulcherrimam nos haberemus: quippe ſociorũ atque ciuium, putà armorum & equorũ maior copia nobis quàm illis eſt: ſed alia fuere quę illos magnos fecerũt, quæ nobis nulla ſunt: ſcilicet domi induſtria, foris iuſtũ imperium, animus in conſulendo liber, neque delicto, neq; libidini obnoxius: pro his nos habemus luxuriam, atque auaritiam, publicã ægeſtatem, priuatam opulentiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam, inter bonos & malos diſcrimẽ nullum, omnia virtutis præmia ambitio poſſidet: ideo ruũt omnia.
☞ [Verba hæc ſunt Catonis, recitata quidem per Salluſtium in Senatu ad damnandum Catilinam, laudem veterum Romanorum continentia: de quibus pulchrè meminit Titius ipſe Liui⁹ in primę decadis præfatione ſic dicens: Cæterùm autem me amor negotij ſuſcepti fallit, aut nulla vnquã reſpublica nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit: in quantam auaritia luxuriáque immigrauerint, nec vbi tantus ac tãdiu paupertati ac parſimoniæ honos fuerit: adeo quãto rerum minus, tantò minus cupiditatis erat. Nuper diuitiæ auaritiam & abundantes voluptates deſiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendíque omnia inuexere. Hæc ille. Et Valer. lib. iiij. c. iij. tit. de abſtinentia & continentia geſta Fabritij ac eius ſapientiam narrans. Vrbs, inquit, ſcilicet Tarentina, quæ voluptati plurimũ tribuit, imperium maximum amiſit. Quæ ſcilicet Roma, labore delectata eſt, occupauit: & illa, ſcilicet Tarentina, libertatem tueri non valuit: hæc, ſcilicet Roma, etiã donare potuit, ſcilicet libertatẽ aliis ademptam. [Et in oratione ad Cæſarem ſenem [De qua ☞ dixi ſuprà in prologo huius operis circa medium in quadam additione.] de republica ſic dicitur: Ego in ea vita multa legendo atque audiendo ita comperi omnia regna, itẽ ciuitates & nationes vſque eo proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerũt. Vbicunq; gratia, timor, voluptas, corrumpere: poſt paulò imminuere opes, deinde ademptũ imperiũ, poſtremò ſeruitus impoſita eſt. Vnde Valer. lib. ij. c. iiij. tit. de cẽſoria nota. Quid enim, inquit, prodeſt foris eſſe ſtrenuũ, ſi domi malè viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiãtur gentes, regnis manus iniiciantur: niſi foro & curiæ officium ac verecundia ſua conſtiterit: partarũ rerum cœlo cumulus æquatus, ſedem ſtabilem nõ habebit. Etalibi lib. iiij. c. iij. tit. de abſtinentia & cõtinentia, in prin. ſic dicit: Quia hi demum penates, ea ciuitas, id regnum æterno in gradu facilè ſteterit, vbi minimum virium Veneris pecuniæque cupido ſibi vẽdicauerit. Nam quò iſtæ generis humani certiſſimæ peſtes penetrauerint. ibi iniuria dominatur, infamia flagrat. Hæc ibi. quia dicit Aug. lib. j. de ciuitate Dei, cap. xxxiiij. Scipionem nullam cenſuiſſe rempublicam felicem ſtantibus mœnibus, & ruẽtibus moribus. Et Pogius Florentinus in epiſtola ad Nicolaum quintum pontificem maximum. Vbi, inquit, doctrinarum ceſſant exercitia, vbi nullũ inter doctos atq; ignaros diſcrimen viget, vbi nullus virtuti locus, nulla ſtudiorum ratio habetur: vitia ibi regnent, torpeſcant ingenia, principatus & regna decidãt, rerúmq; omnium dominetur cõfuſio neceſſe eſt. Et prouenit talis ruina, quia imperia & dominationes ſanguinẽ ſequuntur, non virtutes: inde eſt ꝙ lupus gignit leopardum nõ imperio dignũ. Contra nobiles & potentes inuehit Bal. in l. per adoptionem. ff. de adopt. ꝙ pro maiori parte ſunt ſuperbi, guloſi, & luxurioſi, pluſquam po- ☞ pulares. [De quo habetur ſuper verbo, *Raynutiude Clera.* & latius ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiã.* in v. principali artic. dum loquitur de adſcriptiis & cenſitis.] Ex quo quia virtutibus abutũtur nobiles non ſunt, cùm nobilitas ſit illa ſola, quæ animũ morib⁹ ornat. c. venerabilis. de præbẽ. Propter quos olim reges eligebãtur. Vnde antiquitus non ad principantiũ progeniem ferebãtur regna, ſed ad eos, qui plurimùm de hominũ vita meriti viderẽtur: ſiue ob cõmunem vtilitatem, creante ſibi regespopulo, ſiue ita in libris ſacris cõtineretur: dicit Diodorus lib. ij. de antiquorum geſtis. Sunt etiã inſulæ quinque numero in mari Oceano Britãnico anguſto freto diuiſæ, Ebudes appellatæ, quarum incolæ (vt Solinus refert) neſciũt fruges: piſcibus tantũ & lacte viuũt: rex vnus eſt vniuerſis, qui nihil ſuum habet, omnia vniuerſorũ. Ad equitatẽ certis legibus ſtringitur, at ne auaritia diuertat à vero, diſcit paupertate iuſtitiã vtpote cui nihil ſit rei familiaris. verũ aliter ę publico,

nulla

BIU Cujas

nulla ei datur fœmina propria: sed per vicissitudines in quamcunque cõmotus sit, vsuariam sumit. Vnde ei nec votum nec spes conceditur liberorum. Pariter Taprobanæ grandis admodum insulæ, de qua suprà meminimus, homines corporum magnitudine alios antecedentes, vltra annos cẽtum viuẽtes, & penè vltra humanã fragilitatẽ in regis electione nobilitate nõ prævalẽte suffragio, vniuersorum sibi regẽ eligunt spectatum moribus & inueteratæ clementię & annis grauem, cui liberi nulli sint. Idque maximè
35 custoditur, ne faciant hæreditariũ regnum. †Regnũ enim sanguini non debetur, sed meritis. ob quod Adrianus imperator, qui inuitus ad imperiũ venerat, & bene rexerat: cùm senatus eum obsecrasset, vt filiũ Cæsarem appellaret: sufficere, inquit, debet, vt ego inuitus regnauerim, cùm non merear. Principatus enim non debetur sanguini, sed meritis. Et inutiliter regnat, qui rex nascitur, & non meretur: exercendi priùs sunt virtutibus, qui regnare debent, & cùm in eis profecerint, adeo vt probentur illos virtutibus antecedere, quos debent honoribus anteire, inuitati ascendant, & se & ciuium suorum votis non subtra-
36 hant, &c. Etiam †de Fabio Maximo Romano refert hæc Valer. lib. iiij. ca. j. tit. de moderatione animi, in hæc verba: Fabius verò Maximus cũ à se quinquies, & à patre, auo, proauo, maioribúsq; suis sæpenumerò Cõsulatũ gestũ animaduerteret: in comitiis, quibus filius suus summo cõsensu Cõsul creabatur, quã potuit constanter cum populo egit, vt aliquãdo vacationẽ huius honoris Fabiæ gẽti (de qua ipse erat) daret. Non quòd virtutibus filij diffideret (eratenim illustris) sed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione efficacius, aut valentius? quæ etiam patrios affectus quĩ potentissimi habentur, superauit. Hæc ille. Pro quo facit tex. in dicto cap. venerabilis. de præben. vbi non generis, sed virtutum nobilitas vitæque honestas gratũ quem Deo faciunt, & idoneũ ad regimen suscipien-
37 dum. †In signum cuius amicus Dei Moyses, cùm filios posset in dignitate facere successores, qui de tribu Leui erant, hoc non fecit: imò extraneus de alia tribu, scilicet Effraim eligitur, videlicet Iesus naue, id est, Iosue, vt sciremus principatum in populo non sanguini esse deferendũ, sed vitæ. viij. q. j. c. Moyses.
☞ & Iosue. c. j. facit tex. in c. ad decorem. de inst. [Tamẽ hodie contrariũ seruatur, & semper fuit, & erit, q̃ primogenitus succedit in regno, vt plenè habetur infrà super verbo, *in eodem testamento relinquens.* j. in xviij. limit. Sed fallit in regno Romanorum, quod est orbis monarchia, ideo est in eo rex eligendus & ☞ approbandus secundum Bald. in dicta l. ex hoc iure. versi. quartò quæritur. ff. de iustit. & iure. Nam si regnum illud veniret per successionẽ, indignum esset orbẽ regi fortè à pupillo, vel muliere. vt ibi per eũ,
38 & docto. in c. venerabilem. de elect.] †Quod exemplo nobis veteres fuerunt. Nonne Saul pascebat asinos. j. Regum ix. & Dauid oues, vt ibi xvj. c. Et tamẽ quia iuuenes virtuosi, ambo reges facti sunt? Ortus Tulli Hostilij (vt lib. iij. c. iiij. ti. de his qui infimo loco nati, clari euaserũt, Valerius refert) nunquam nisi agreste tuguriũ habuit: cuius parẽtes penè incogniti sunt, illíque diu pecoris pascendi cura fuit. Tullus quoque Seruius ex infimo prosiliens summũ habuerunt imperij Ro. propter virtutes fastigium. Pariter Attilius ab aratro vocatus, & Constantinus ex pauperrimo postquã Helenã duxit in vxorẽ, ac Theodosius primò stabularius, imperatores virtutis ac vitæ merito facti claruerunt. Marcus Porcius Cato, à quo Porciæ gẽtis proles cognomẽ, atque originẽ traxit, apud Tusculanũ vicum agresti quidẽ tugurio natus, huius tanta fuit in vrbe dignitas, vt senatorum ordinem auxerit, ipsam quoque senatus maiestatem suo splendore decorauit. Nunquit Caium Mariũ (Orosio referente) humi super crepidine iacentẽ à parẽtibus infimis penè sordidissimum ortum traxisse nouimus? tamen secundum Romæ triumphum egit. Quintius denique repertus in rure, & ab aratro sumptus in dictatorem creatus, Romam iam penè desperatam triumphis suis magnificè cõsolatus est, Aurelio in libr. de ciuitate Dei referente August. Hi profectò & cæteri similes miro modo demonstrarunt pristinum statum suæ fortunæ scilicet aduersæ, quæ eos tã pauperes destituerat, præsens verò dignitatis incrementũ moribus suis bonis & virtutibus imputari debere, vt de Tito Ausidio dicit Vale. lib. vj. c. x. tit. de sublimitate à stau humili, & de pluribus aliis, qui vilia officia constricti paupertate exercuerunt, & postea fuerunt virtuosè sublimati ad summas dignitates, iuxta illud Iuuena. Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos. Non enim (vt Seneca inquit ad Lucillum epistola xliiij.) nobilem facit atrium plenum fumosis imaginibus, sed animum facit nobilem. ☞ [Vide de hoc pulchra quæ in præfatione huius operis dixi, & solo animo acquiritur virtus, quæ sola neque datur dono, neque accipitur. dicit Sallustius in Iugurthino,] Cui ex quacunque conditione supra fortunã licet surgere, nec intuẽdũ est, vnde ho
39 mines veniant, sed quò eant. Hæc ille. Vnde †conclusio est, q̃ princeps qui potestate abutitur in subditos, scilicet eos opprimẽdo, quos defẽdere debet. priuandus est, vt priuatus regno extitit quidam rex Franciæ per summum pontificem Zachariam ex eo, quia effœminatus erat, id est, filias & vxores suorum ☞ subditorum violabat, vt est text. in c. alius. [Vt pleniùs dicitur infrà super verbo, *dotem quã ei dederat.* prope fin.] xv. quęst. vj. iuncta glos. ibi. Alium scilicet Childericũ ob rem illam fuisse regno pulsum, refert Gagui. gestorum Galliæ historiographus, lib. j. Sed à principibus effœminatis regi interdum contingit propter callidos simulatores, in eorum punitionem, iuxta illud Iob xxxvj. Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorũ inter effœminatos. & Esaiæ iij. Et dabo pueros principes eorũ, & effœminati dominabuntur eis. Tamen vt vidistis, hæc est iusta causa eos priuãdi regno. Nam princeps malè & inutiliter regens ex malitia, in damnum & oppressionem ☞ subditorum, est omnino priuandus, vt ibi. [Sed an subditi propter iniustitias & tyrannides suas possint eum expellere sine iudicio superioris, decidit Bal. q̃ non, in dicta l. ex hoc iure. versi. secundò quęritur. ff. de iusti. & iure. quia derogare non possunt iuri superioris. Et si de facto eum expellerẽt, tamen expulsus non amittit dignitatem suam. C. si seruus expor. vẽ. l. moueor, cui decisioni conuenit historia dicti regis Childerici per Gaguinũ vbi suprà relata. vide Bald.
40 in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccle.] Si †autem inutiliter regeret ex negligentia regnum, aut personæ suæ simplicitate, aut debilitate: tunc nõ esset priuãdus regno, sed daretur ei coadiutor, vt est casus in c. grãdi. de supplen. negli. præla. lib. vj. & gl. in dicto c. alius. Et propter tales molestias quas multi principes solent subditis inferre, dicebat Ioã. Fa. in §. j. Instit. de rerum diui. & §. fi. Instit. de assigna. liberto. q̃ mallet esse homo sui capellani, qui eum modicè ve-

xaret

xaret, quàm alicuius potẽtis domini ipsum molestè
41 tractãtis. Et bene dicit: †quia videmus hodie omnia prædæ expositæ: nec est quæstio si debeat, sed si fieri & haberi possit quoquomodo. Ex hoc est quod sanctissimus dicebat Iob, & prudentissimè xij. capitulo: Abundant tabernacula prædonum. & Esaiæ tertio. Vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra &c. Imò concludit poëta ille Aeneas Syluius, qui postea fuit papa Pius, in libro de duobus amantibus in fin. Quòd hodie nobilitas non est aliud quàm præmium iniquitatis, secũdum quod scribitur Psal. vij. Ecce parturit iniustitiam, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Adeò quòd voces tolluntur ad cœlum, lamẽtis omnia fletibúsque cõplẽtur. Et (quod immanius est) nõnulli vltimo dolore cõpressi proiecere animas. Et eorũ his tantis malis principum clausæ sunt aures, auersus paternº intuitus, incõmotus dulcissimus animus, arefacta clemẽtissima viscera, vt qui eis fidelissimè seruiũt, tanquã destituti sua de salute fermè desperẽt: dum eos vidẽt ita suasos & retrouerso à generoso eorũ animo clementi diuináque natura, vt tanta suorum populorum incommoda ac detrimenta, neq; prohibẽt sua mẽbra, suáque viscera: q̃ sunt suæ ciuitates, suíq; homines cũcti à lupis quos vidẽt dilacerari, absumi, mactari: q̃ sui magis certè sũt, q̃ ipsimet sui: quoniam nulla potestas ac regimẽ vlli propter seipsum ab immortali Deo cõcessum est, sed propter eos qui ab eo regendi fouendíque sunt: sua itaque membra omnia, suáque præcordia, suam denique & vitæ & regni soliditatem atque tutelam non diligere, non nutrire, nõ pietate cõplecti, ab aduersísque tueri, magis alienum esse conuenit ab eo qui principatu dignus sit, rémque publicã gerat, quàm teterrima quæuis nota, quàm suppliciũ omne, quàm mors denique ipsa. Cũ verus omnis ac legitimus princeps pro creditis sibi subditis se oĩno debeat vniuersis obiectare periculis, & suo ꝓ rege vt pastor bonus propriã animã dare. Alioquin non princeps, non pastor, sed tyrannus ac mercenarius habẽdus vtique sit. Verũ hodie iam latronũ istorũ qui marsupia loculósq; scrutãtur intãtũ creuit audacia, vt nõ via publica, nõ hospitia meritoria, nõ portº fluminũ, nõ emporia mercãtiũ, non denique nobiliũ ciuiũ ædes, nõ cubicula & penetralia vlla, nõ deniq; pudicæ matronæ, intacteq́; virgines saluæ, immunésq; sint ab huiusmodi explorationibus. violentísque cõtractibus. Neque ꝓpriis modò parciẽt subditis, sed aduenis, neque Romipetis, neque sacris viris: quin detinentur, & ad nudum vsque explorãtur, atque q̃runtur excussi, palpatíque vsque ad verecũda naturæ. Excitãtur à monumẽtis atque cineribus iã vita functi, & pallentibus vmbris dies indicit, vt causa inuẽta ac fabrefacta quæ à mortuis amplius defendi non possit, innoxij expilentur hæredes ac deuorentur. Qui ita vexati si verbum retulerint, si acrius suspirauerint, infelices ac miserãdi dãnantur. Neq; loqui audẽt miseri ipsi ab omni patrocinio & ꝓuocatione destituti, neque se à tãtis iniuriis vel manu aut verbo defendere, q̃ neque patronũ inueniũt: ita hac in causa tremefactæ sũt leges, demersa equitas omnis, atque iustitia: & illisoli nobiles dicũtur, q̃ subditos opprimere sciunt, & cætera illicita facere, imò soli tales hodie sapiẽtes vocãtur: tamen sapiẽtiã habẽt illã, de qua dicit Apost. j. ad Cor. iij. Quòd sapiẽtia huius mũdi, stultitia est apud Deũ. Cũ scriptũ sit per prophetã Esaiæ xxxiij. Væ qui prædaris, quoniam tuipse deprædaberis. & alibi Psalm. xiij. Et qui deuorant plebẽ meã velut escã panis, quia secundũ poëtas. Non habet euẽtus sordida præda bonos, nec immeritò. Cùm inter cætera quæ clamant ad Deum est vox subditorũ oppressorum. iuxta illud Iacob. v. Merces, inquit, operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth in-
42 troiuit. † Et præterea nũquam legi subditos in plus domino teneri, quã dominos ipsis subditis, nisi quo ad reuerentiã, quam debet inferior superiori. Quia licet ei debeat seruitiũ personale aut pecuniarium: tamẽ dominus viceuersa ei debet protectionẽ etiam cum armis si oporteat defendendo, secundum Bart. in procœmio Digestorum. §. j. vbi protectio manum includit armatam. l. desertorem. §. fi. ff. de re milit. si
43 protectus vi aggrediatur. †Adeo ꝙ ex quibus causis vasallus priuari potest feudo erga dominum, de quibus plenè in titu. quibus mod. feud. amit. ex eisdem etiã dominus proprietate feudi priuatur erga vasallum. cap. j. ex quibus cau. dominus feu. propriet. priuetur. Ideo sicut vasallus propter feloniam cõtra dominum cõmissam, vel non petitam infra annum inuestituram, priuatur vtilitate feudi: sic etiã dominus ꝓprietate feudi priuatur, si contra vasallũ delinquat aut ipsum inuesturã petentẽ refutet, secundum gl. in c. j. in fi. per quos fiat inuesti. And. de Iser. in c. ij. de lege Cõradi. & Iaco. Aluaro. in c. j. quæ sit prima cau. benefi. amit. & Bal. in c. j. per quos fiat inuesti. §.
44 nulla. Sed† (proh dolor) quidã defendunt suos subditos ab aliis, vt postmodũ per se eos pinguiores deuorẽt. Tales similes sũt ceto in mari, qui haleca defendit ab aliis piscibus, sed per se ea deuorat, prout dicit præfatus Aeneas in lib. de miseria curialium, ꝙ principes diu suos nutriunt aulicos & palatinos in subditorũ præda, vt eos velut suos toto anno impinguatos comedant. quibus minatur dominus Esaiæ xxvij. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grãdi, & forti super Leuiathan serpentẽ veterẽ, & super Leuiathan serpentem tortuosum: & occidet
45 cetum qui in mari est. Et † præsertim vbi domini subditos in personam offendũt, quos rationabiliter verberare nõ possunt, secundum Bar. in l. cùm satis. C. de agri. & cẽsi. lib. xj. licet Bald. in authi. ad hæc. C. de lati. liber. tol. dixerit eos per illum tex. mediocribus posse plagis afficere. Quod an sit verum not. plenè in §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. Nam ibi in d. Authent. ad hæc. adscriptitius verberabatur cum causa: quo casu dominus subditum & suum vasallũ religare potest arbitrio suo propter offensam sibi factam. textus est not. in l. ex facto. la grande. §. cùm fundus. versic. proinde. ff. de hæredi. insti. Adeo quòd ipsum constringens aliquo non tenetur pœna priuati carceris, cùm hoc faciat authoritate legis, secundum Bald. in margarita super verbo, dominus, circa mediũ. Et hoc verum cum causa vt dixi. Aliàs sine causa verberari nõ debet, nec aliàs opprimi, aut bonis damnificari, vel iniuriari, per textum in dicta l. cùm satis. §. caueat. vbi Io. de Pla. hoc pulchrè declarat. Nec vllã potest [Hæc verba Catilinæ in ij. responsione inuectiua cõtra Ciceronẽ.] illustribus viris in abiectis hominibus vltio laudẽ afferre. vltra quẽ dicatis, ꝙ etiã ibi domino permittitur verberare subditũ ex causa: hoc intelligitur, si copia iudicis deficiat, secundum ipsummet Bal. in dicta l. cùm satis. Et alibi dicit idem Bal. in §. publici latrones. de pace
46 tenen. †quòd tenens castrum in feudum malè tractans burgenses suos, si monitus à domino non desti-

BIU Cujas

ſtiterit, certè feudo poterit priuari. Et ſi aliquē priuatum ſeu particularem ſubditū dominus in perſonam offenderit, de ſua eximitur iuriſdictione & po-
47 teſtate, prout exēplo nobis in præſenti regno† Clotarius Francorū rex clodouei protochriſtiani filius de ſeipſo cùm Galterū Yuetoti territorij dominū, die veneris ſancta occidiſſet, de ſeipſo velut alter Theodoſius (de quo xj. qō. iij. cùm apud) iuſtitiā faciendo oſtēdit. de quo Gagui. lib. ij. c. j. ſic dicit: Fuit inter familiariſſimos Clotarij aulicos Galter⁹ Yuetotus Caletus agi Rothomagen. apprimè nobilis, & qui regij cubiculi primarius cultor eſſe. Huic ꝓ ſua integritate de Clotario cū meliùs, meliúſque in dies promoueretur, reliqui aulici inuidēt [De hac execrabili inuidia vide plenè infrà, ſuper verbo, *mortuo itaq; teſtatore*. j. ponendo ſextum defectum ſententiæ Pilati contra Chriſtū prolatæ.] deprauātes quodlibet à Galtero geſtum: nec deſiſtūt, donec irritatum illi Clotariū peſſimis ſuſurris efficiunt. Quamobrē iurat rex ſe hominem necaturum. Percepta Clotarij indignatione Galterus pugnator illuſtris, cedere regi irritato cōſtituit. [Quod faciēs prudēter egit, rectè conſiderās, ꝙ ira regis nuntius eſt mortis. Nō ſic fecit Calliſthenes, de quo habetur ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*. in j. artic. ſucceſ. ab inteſt. loquēdo de legitimatione. ideo male ſucceſſit ei: vt ibi dicitur.] Igitur derelicta Frācia in militiā ad uerſus religionis catholicæ inimicos pergit decē annos multis proſperè geſtis rebus: ratus Clotariū ſimul cum tempore mitiorem effectum, Romam in primis ad Apagetum pontificē ſe contulit: à quo ad Clotarium literis impetratis ad eū Sueſſione agentē ſe protinus confert veneris die quæ Paraſceue dicit, cogitans religioſam Chriſtianis diem ad pietatem ſibi profuturam. Verùm literis pontificis acceptis, cùm Galterum Clotariusagnouit, vetere ira tanquā recenti liuore percitus, rapto à proximo ſibi equite gladio hominem ſtatim interimit. Tam indignam inſignis atque innocētis hominis necē loco religioſo, & die ad Chriſti paſſionem recolendam celebri, pontifex inæquaminiter ferens, confeſtim Clotariū reprehēdit, monétque iniquiſſimi facinoris rationē habere, ſe alioquin excommunicationis ſententiam
48 ſubiturum. † Agapeti monita veritus rex, capto cū prudentibus cōſilio, Galteri hæredes, & qui Yuetotum deinceps poſſiderent ab omni Francorum regum ditione atque fide liberauit, liberóſque prorſus foro ſuo ſyngrapho & regiis ſcriptis cōfirmauit. Ex quo factum eſt, vt eius pagi & terræ poſſeſſor regem ſe Yuetoti hactenus ſine controuerſia nominauerit. Id autem anno Chriſtianæ gratiæ ccccxxxv. geſtū eſſe indubia fide inuenio & dominantibus longo pòſt tempore in Normania Anglis, ortáque inter Ioannem Hollandum Anglum, & Yuetoti dominum quæſtione, quaſi prouētuum eius terræ pars fiſco regis Angliæ quotannis obnoxia eſſet, Caleti Proprætor anno ſalutis Milleſimo ccccxxviij. de ratione litis iudiciario ordine ſe inſtruēs, id ſicut à me
49 annotatum eſt comperiſſe iudicauit. Hæc ille. † Or domini, cogitetis, quantū adulatores & detractores ſunt principibus pernicioſi, quibus & cuiuſquā alterius fidei credunt. Ex qua credulitate ſæpenumero boni principes falluntur, & incauti in ſubditorum perniciem eunt: Sicut Dauid tam ſanctum & iuſtus verbis ſibi adulatoris & detractoris fuit ita captus & inuolutus, ꝙ hæreditatem Miphiboſeth domini ſui ei conceſſit in ipſius Miphiboſeth abſentia, & eo nō audito, vt habetur ſecundi Regum decimonono capitul. Et (quod peius eſt) poſtquā audiuit Miphiboſeth ſe verè excuſantem, dictum ſuum licet iniuſtum non retractauit totaliter: imò Sibam ſeruum peſſimum fecit domino ſuo æqualem, quem ſuſpendere debuiſſet propter falſam domini ſui accuſationem de crimine læſæ maieſtatis: ſecundum Lyram ibi. vnde propheta, Oleū, inquit, peccatoris nō impinguet caput meum. Super quo dicit Ange. Lingua adulatoris alligat hominē in peccatis. Ob quod Polycra. lib. iij. cap. xiij. loquens Auguſto dicebat, Si deceptores iſtos, id eſt, adulatores & ſuſurrones exterminaueris, deos te præcellere non putabis: adulatores profectò ſuis mendaciis homines mortales deifi cant. Sunt enim ſcorpiones facie blandiētes, & cauda percutiētes, vt inquit Hieronymus epiſt. lxxxiiij. Abſit ergo, ꝙ alicui dici poſſit illud Ezechiel. quarto: Cum ſcorpionibus habitas. Super quo dicit Gregor. lib. j. epiſto. lx. Adulator tanquam ſcorpio palpādo incedit, ſed cauda ferit. Et ſicut apis mel in ore gerit, ſemper tamē pungere quærit. Et idem Gregorius in morali. Adulatores, inquit, lactant illos, quos laudant. Sed conſiderate vos quod ſapiens Proue. j. dicit, Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Et quod habetur Eſaiæ iij. Populeus, qui te beatum dicunt, te ſeducunt. Super quo dicit Hieronym. Adulatores eſſe hoſtes humani generis, & ſcintillæ diaboli propinantes pocula mortis, quia venenum melle mixtum. Sed proh dolor, vocibus adulatorum omnes infatuati, ſunt, qui ſi ſapientes exiſterent, & Deum qui eſt veritas præ oculis haberēt, adulatorū oleo non impinguarentur, qui ideo eis adulantur, vt
50 cum ipſis cōmorantes deliciis vtantur. Non† ſic, domini, fecit Diogenes patiētiſsimus, qui ne Dionyſio regi adularetur. elegit oleribus viuere. De quo dicit Valer. lib. iiij. c. iij. ti. de abſtinētia, ꝙ Ariſtippus ei dixit olera lauāti, Si tu Dionyſio adulari velles, iſta nō ederes. Cui reſpōdit, Si tu iſta edere velles, Dionyſio adulari nolles. & ſequitur, hic conſtantiſſimus veritatis annuntiator maluit oleribus ſuſtentari, quàm magnatibus adulari, & dolio volubili pro habitatione contentari, quàm à regibus magnificè tractari, & eis adulari. Adeò ꝙ (vt idē Vale. eo. lib. & titu. in fin. ſubiunxit) cùm ei ad ſolem ſedēti diceret Alexāder, Pete quod vis, ait, De cæteris, interim velim vt à ſole mihi nō obſtes, id eſt, nolo te mihi vmbram facere.
51 † Et Xenocrates, vt ibi dicitur, cuius amicitiā Alex. magnus talentorum pondere emere voluit: ſed philoſophus regi ſuam vendere noluit: rectè forſan cōſiderans, quòd qui principibus ſeruiūt, ſunt in maximo periculo cōſtituti perditionis vitæ & ſalutis æternæ, cùm ad nutum dominorum habeant ſeruire. Et cùm ſeruierint, niſi adulentur, Verona derelicta per viam Placētiæ ambulent, ſæpe deſtituuntur, & malè recompenſari triſtè moriuntur, vt dixi ſuper ver. *Et vxorem nomine Adelaſiam*. in j. articu. ſucceſſionum ab inteſtato. circa princ. [Hæc magna pericula proſpicienda Saxum Pamphilium iuuenem vita, ingenio & doctrina excellentem inter cætera ſummè cōmendat in ſecunda parte Matt. Boſ. epiſtola lxxxiij. incip. Pamphili Saxi factus ſum ſæpe memor, &c. ſic dicens, Deniq; vt contulit mecū (ſcilicet Saxus) amicè ad regum & principū quaſdā aulas prouocatus, etiam præmiis honoribúſque non infimis, recuſauit accedere: illiberale & ſordidum ducēs eum, qui philoſophiæ ſit auidus, his ad nutum libidinémque ſeruire, quæ purpurata cupiditatum malarum & vitio-

rum

BIU Cujas

rum mancipia sint, & tota quorum gloria videatur in adulatione, fraude, rapina, omníque licentia posita, quos licet peperit fortuna conspicuos, vitam ipsi tamen obscuram, & quandoque teterrimam agunt, vt his si placere velis, abiiciens omnem pietatem, & pessum ire iustitiam patiaris oportet. Ne illis scelus, si sanctius & iustius, quàm ipsi viuas exprobare videaris, &c.] Sunt plerunque regiæ voluntates vt vehemẽtes, sic mobiles sæpe ipsæ sibi aduersæ, dicit Sa-
☞ lustius in Iugurthino. [Vide quæ de hoc dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.*] Nec est vlla tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, dicit Valer. li. viij. c. xv. ti. de cupiditate gloriæ: quia teste Cicerone trahimur omnes studio laudis. Et optimus quisque maximè gloria ducitur. Vnde erat Socrates solitus dicere, viam ad gloriam proximam esse & quasi compendiariam, quod intelligitur si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset. Aliàs fortis est & magnanimi viri gloriam non appetere, sed sola suorum rectè factorum cõscientia contentos esse: sæpe viris maior gloria spreta redit quasi non necessaria, quasi satis sit cõscientia rectè factorum. Et sic fugienda est lingua adulatorum. xj. quæstio. iij. inter verba, quæ præsertim magnates faciliter decipit, glo
52 ria prædicta inebriatos. † Quæ (vt à multis diffinitur) est frequens fama cum laude. Quam Cicero tribus rebus constare dicit. Si diligit multitudo, si fidẽ habet, si cum admiratione quadam honore dignos putet. Hæc ille. Quæ gloria diuersimodè mundianos decepit. Nam plures à parentum inclyta nobilitate degenerarunt, & honore domus postposito ad vilia officia conuolarunt, vt eorum nomina gloriando
53 perpetuarent. † Vt Quintus Fabius Romanus ciuis nobilissimus, qui derelicta inclyta Fabiorum secta pictor effectus fuit, vt nomen suum in publico pingens, faceret æternum, de claro genere faciẽs se sordidum, & publico operi nomẽ suum inscribẽdo, læsæ maiestatis crimen committens. l. si qui iudices. C. de ope. publi. & l. opus. in fi. cum l. seq. ff. illo eo. titu. Cum hoc ædificio priuato faciens, si esset plebeius, vltimo puniretur supplicio, Et si nobilis, deportaretur bonis confiscatis. l. ij. C. vt nemo priuatus rebus alie. titu. imponat. & titu seq. per totum. de quo Valerius lib. & titu. præallegatis: sic dicit. Nam quid sibi voluit Quintus Fabius nobilissimus ciuis, qui cùm in æde Salutis quam Caius Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamenti familiæ, scilicet Fabiorum cõsulatibus & sacerdotiis & triumphis celeberrimæ deerat. Cæterum sordido studio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem suum silentio obliterari noluit. Præterea fuerunt alij de statu infimo, qui deitate gloriari volentes ausi fuerunt in ver
54 tice deorum nomina sua includere. † vt de Phidia statuario legitur, de cuius vana & temeraria gloria scribit Cicero lib. Tusculanarũ quæstionum j. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Mineruæ, cùm inscribere non liceret, luciferum rememorans qui dixerat: Ponam sedem meã ab aquilone. & ero similis altissimo. Sicut Fabius nomen suum in æde, salutis, videlicet Phidiæ secutus exemplum, qui Phidias cõsiderans tales titulos & statuas posse per quemuis de populo, ppria authoritate tolli & conscidi, seu rumpi, vt dicta l. ij. §. deponẽdi autem. clypeo Mineruæ effigiem suam inclusit, ita inseparabiliter, qua cõuulsa tota operis colligatio solueretur, vt eodẽ loco dicit. Valer. Sunt etiã alij qui cùm virtute famã assequi nõ possint, sceleribus insigníq; maleficio innotescere nõ dubitãt. † vt de Pausania nobili adolescẽte, qui Philippũ Macedoniæ regem Alexãdri magni patrẽ interfecit: & quodã alio qui gloriæ cupiditate templum Dianæ incẽdere voluit. De talibus loquẽs ibi idem Valerius. Quorum, inquit, è numero nescio an in primis Pausanias debet referri: nam cùm Hermoclem, scilicet sapientẽ, percũctatus esset, quonam modo subitò clarus posset euadere, atque is, scilicet Hermocles, respõdisset si illustrẽ virum aliquem occidisset, futurum vt gloria eius ad ipsum redundaret, continuò Philippum interemit. Et sequitur: Illa verò gloriæ cupiditas sacrilega. Inuentus est enim qui Dianæ Ephesiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo cõsumpto, nomen per totum terrarũ orbem diffunderetur, quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit. Hæc ille. Sũt & quidam alij, qui causa iactationis ad gloriam cõsequẽdam seipsos interfecerũt, vt Empedocles. secundum gloss. in l. si quis filio. §. eum qui. ff. de iniusto rupto testa. A cuius inanis gloriæ appetitu, & eius seminatoribus, qui adulatores dicũtur, liberet nos dominus: quoniam in his gloriari & laudare se vani, vituperari etiam, stulti esse dicit Valer. lib. vij. tit. de sapiẽter dictis & factis. iuxta illud Catonis: Nec te collaudes, nec te vituperaueris ipse. Sola illa profectò laudãda est fiducia, quæ æstimatio nẽ sui certo pondere examinat, tantũ sibi arrogans quantùm à contemptu & insolentia distare satis est. dicit Valerius lib. iij. titu. de fiducia sui, loquens de Euripide. Vnde ad propositum reuertẽdo, sicut rex
56 aut princeps opprimens regnũ priuatur regno: † sic etiam propter offensam vni subdito illatam priuatur potestate & iurisdictione, quam habet in illũ l. officium. C. de offi. comitis sacri palatij. Et cõsuluit Rom. consi. xxxvij. Idem in quolibet domino subditum suum offendente. (Additio.) Et ita reperi pluries hactenus fuisse in parlamento iudicatum. & etiã de tẽpore meo magister Ioannes Maynial notarius loci de Frayssineto seneschalliæ Caturcen. fuit per arrestum cum sua domo in perpetuum cum suis bonis ab omni censu reali & personali, alióque onere & iurisdictione domini dicti loci exemptus, die xiij. mẽsis Septẽbris, anno M. cccccvij. In nõ repræsentãdo quendam suum lacayum, qui de scitu suo mutilauerat dictum notarium, qui fuit per arrestum à iurisdictione dicti domini de Frayssineto exemptus, & seneschallo Caturcen. immediatè subditus. Pariter quidam apothecarius fuit propter malam tractationem exemptus per arrestum à iurisdictione tẽporali episcopi Vticensis. die xxix. mensis Martij, anno domini M. ccccc x. scilicet pro tempore quo ille esset episcop⁹. Cùm delictũ personæ nocere nõ debeat eccle siæ. c. delictum. de regu. iur. lib. vj. Nec mirum, quoniam olim in Gallia nemo subditũ opprimebat: imò suos opprimi quisq; & circumueniri nõ patiebatur: neq;, aliter si faceret, vllã inter suos habebat authoritatẽ: vt Cæsar refert. lib. vj. commẽtariorum de bello Gallico. Vtinam domini memoria repeterent, & exẽploHonorij imperatoris viuerẽt, qui adeò clemẽtissimus fuit, vt cũ ei diceretur, cur rebelles nõ occideret, ait, vtinam esset mihi possibile ad vitam mortuos reuocare. Ob quã piam fidem, plures tyrannos
57 obtinuit sine sanguinis effusione. † Aut Tyberij Romanorum imperatoris vitam imitarẽtur, cuius tam iusta fuit regnandi maiestas, vt quibusdam principibus plebem grauare cupientibus respondisse feratur:

BIU Cujas

rãtur: Boni paſtoris eſt tõdere pecus, non deglutire, cùm illud ſit proprium luporũ. ita refert Suetonius lib. ij. de xij. Cæſaribus. & glo. in cle. ad noſtrum. de cẽſi. Cogitabãt enim virtuoſiſsimi illi imperatores, quòd digni illi ſunt laude, qui humana natura vſi, ad aliis imperandũ benigniores extiterint: quàm ipſum imperium tulit & principes, Deo à quo depẽdet eorum poteſtas, ſola clementia æquari poſſe. l. imperialis. C. de nupt. iuxta Ouid. iij. de Triſtibus: Eleg. v.

Quò quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ:
Et faciles motus mens generoſa capit.

Et ſubditos tanquam filios eſſe diligendos, & nõ ſeruituti ſupponendos, iuxta illud Apoſt. ad Rom. viij. ad ſubditos Deo ſic dicentis, Nõ enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pa-
58 ter. †In ſignum cuius clementię reges inunguntur, vt aliis dulciores exiſtant, not. in ca. de ſacra vnctio. quod nobis patenter edocent exempla beluarũ: nam legitur ℣ rex apũ non habet aculeum, cũ quo pungere poſſit, ſicut cæterę apes habent. Ideo peior beluis eſt homo talis, teſte philoſopho j. politi. Sicut, inquit, optimum animalium eſt homo fruens lege & iuſtitia, ſic peſsimum animalium eſt homo à lege & iuſtitia ſeparatus: quia nihil laudabilius, nihilque magno & præclaro viro dignius, placabilitate & clementia. Et quia benignus ille Tiberius imperator ſubiectis & pauperibus ſemper gratioſus extitit, etiã pacem habuit cunctis diebus ſuis: quia ab eo ſcilicet
63 deſcendet. Prout †ab angelo fuit Carolo Caluo Francorum regi diuinitus monſtratum. de quo Gaguinus libr. v. capi. j. nihil, inquit, ad rem pertinere arbitror id, quod à pleriſque ſcriptotibus memoriæ noſtræ datum eſt, Carolum (duce angelo) paulo antè quàm moreretur ad inferos deductum ſupplicia vidiſſe miſeratum animarũ, ardere valles, & arctiſſimos puteos pice, & ſulphure immixto plumbo efferueſcere: ibíque pleroſque ex ſuis prædeceſſoribꝰ reges inſpexiſſe. Epiſcopòs quoque qui vel ad bella gerenda cõſultores, vel ad opprimẽdum iniquis vectigalibus populum, authores extitiſſent. Eius rei viſum literis ipſe mandauit poſteros admonens iuſtæ moderationis: ne aut malè imperarent, néve vſurparent dominandi poteſtatẽ. Hæc ille. Et obiit Vercel
☞lis anno domini Dcccl xxviij. [Ad hæc fugienda pericula Matthæus Boſ. in ij. parte ad Federicũ Mãtuæ marchionnem epiſtola iiij. incip. Nunquam ſcripſi quicquam, &c. ſic dicit, Per genus omne pietatis Deũ tibi concilies, pupillos & viduas ab iniuriis defendas, ſubditos pauperes grauius oneratos leues, vinctos redimas, iuſtitiã colas, tuã aulam rectè cõſti tuas, atq; ita vt petulãtia, libido, rapacitas, ambitio, blaſphemia, atq; id genꝰ cætera quæ in principũ curiis regnant: niſi protinus emẽdata à tua quidẽ exu-
64 lent domo, &c.] Vnum tamen teneatis menti, †℣ indebita ſeruitia præſumũtur à dominis per metum extorta, vt dicit Io. And. in ca. j. de præſcri. lib. vj. in nouella. Hinc decidit ſingulariter Bald. in c. j. qualiter vaſallus iurare debeat fideli. quòd ſi vaſallus domino nouum iuramentum præſtet præter antiquam conſuetudinẽ, illud tale iuramentum præſumitur extortũ, cũ aliàs nõ præſumatur ſuo ſuperiori conceſſiſſe id quod non deberet, ne ſuum iactaſſe videatur, Quod recitat & ſequitur Franciſ. Aret. conſil. xxiiij. incipiente, Quatuor dubia. iiij. col. Nam contra poteſtatem præſumitur. C. eodem titulo. l. volumus. C. defun. limitro. l. prim. lib. xj. & eodem lib. C. de omni agro deſerto. l. qui per potẽtiam. Et hoc maximè præſum-

propter potentiam reprimi non poſſunt, bellorum clade cum ſonitu in hoc ſeculo pereant, cùm de talibus cõcludatur Iob. xxvij. Hæc eſt pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſcipient. Si multiplicati fuerint, filij in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabũtur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu & viduæ illius non plorabunt. & Eſaiæ xiij. Omnis qui inuẽtus fuerit, occidetur. Et omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio: infantes eorum collidentur, in occulis eorũ diripientur domus eorũ, & vxores eorũ violabuntur. Ecce ego ſuſcitabo, dicit dominus, ſuper eos hoſtes qui argẽtum nõ quærant, nec aurum velint: ſed ſagittis populos interficiẽt, & lactantibus vberibus nõ miſerebuntur: & ſuper filios nõ parcet oculus eorum, & erit domus ſubuerſa eorum, ſicut ſubuertit dominus Sodomã & Gomorrham: & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones, &c. Prout dixerant Gabaonitæ ad Dauid ſecundi Regum xxj. Non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ſed contra Saul & cõtra domum eius, &c. Et tales etiã in futuro ſeculo de regno carebunt, iuxta illud Apoſtoli primæ ad Corinthios vj. Neque auari, neque rapaces regnũ Dei poſſidebunt: imò iudicium duriſſimum his, qui præſunt fiet, & potentes potenter tormẽta patiẽtur. Sapien. vij. & alleg. Pſal. vij. concluditur, Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipſius iniquitas eius

præsumitur erga rusticos. C. ne rusti.ad vllum obsequi.deuocen.l.ij.lib.xj. & per Bar.in l.ad inuidiam. C.quod metus causa. ita eleganter recitat Bal.super verbo,pactiones: in tit. de pace Constan. Ideo dicit Spec.tit. de renuntia.§.j.versic. priuata.quem sequitur Ioan. Fab.in l. mulierem. C.si mancip.ita vænie. 65 ne prosti. † quòd piæ causæ,& causæ seruorum,filiorum, & rusticorum qui agere habent cum dominis, sunt iudicis officio expediendæ etiam parte non petente. Et alibi dicit Ioan.Fab.in §.æque. Institu.de action.vij. col.cp præmissa sunt maximè vera, vbi potens vtendo super non potente, eum gagiabat, vel arrestabat, aut gagiari faciebat sine causæ cognitione.l.fi.§.penul. ff. quod metus causa. allegat Innoc. in cap.bonæ.de postula. prælatorũ. Ideo dicit idem Spec. quòd in rusticis requitur semper præscriptio annorum, aliàs non præsumuntur in futurum obligati,vt ipse not.in tit.de causa.possessio.& proprieta.§.ij.versi.cæterum. & in titulo de restitutione spoliatorum §.nunc dicamus. Nam cùm in perpetuum teneri & nunquam liberari posse, sit species seruitutis,requiruntur triginta anni, vt plenè not.Andræas de Barulo. in l.litibus.C.de agricol.& censitis.ita dicit Bald.in l.solent.§.fin.in fi.ff.de officio proconsulis & legati. Sed ibi loquũtur de præscriptione præstationis census à iure non reprobatæ, sicut est reprobata præstatio operarum,vt dictum est. Ideo ita citò præscribi non potest scilicet triginta annis,sicut præscribitur præstatio census. facit dict.cap.j. de præscriptio.lib.vj. Videatis Panormitanum in capitulo,si diligenti. septima colum.in principio.versic. aduerte tamen, quòd iure nostro non sufficit bona fides, sed titulus, de præscriptio. Videatis quæ plenè dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* circa finem.

Laus Christo Iesu domino nostro.

SVMMÆ

1 *Testamentum coactum non valet.*
2 *Preces principis iustum inducunt metum.*
3 *Medicus grauans morbum,vt sibi plus relinquatur, non valet relictum.*
4 *Testamentum metu extortum non valet.*
5 *Metus præsumptio cessat præsentibus consanguineis.*
6 *Metus quatuor modis in testamento contingit.*
7 *Legata an debeantur ex testamento coacto.*
8 *Dolus tertij nocet hæredi.*
9 *Testator prohibens hæredem testari,videtur rogare de restituendo hæreditatem.*
10 *Hæres occidens testatorem an sit indignus.*
11 *Fiscus vendicans hæreditatem indigni, an teneatur ad solutionem legatorum.*
12 *Hæres testatorem non occidens,sed tantùm vulnerans, succedit.*
13 *Indignus est occidens vxorem,aut liberos testatoris.*
14 *Fratrum vnus si patrem occidat, cui applicabitur eius portio.*
15 *Indigni hæreditas cui applicetur.*
16 *Hærede propter delictum inhabili, cui detur hæreditas.*
17 *Monachum occidentis bona cui applicentur.*
18 *Sacerdos quem instituens vt restituat spurio ipsius, facit fiscum succedere.*
19 *Hæreditas quæ adiri non potest vitio testamenti, aut testatoris & hæredis simul,cui applicetur.& nu.20.*
21 *Testamentum si mutari prohibeat quis,an valeat.*
22 *Lucrum à quopiam ablatum ei applicatur, cuius contemplatione ablatum est.*
23 *Probari quomodo debeat, quòd quis aliquem testari prohibuerit.*
24 *Iudex ex officio curare potest, vt quisque testetur liberè.*
25 *Blandè illectus ad testandum validè testatur.*
26 *Dolo inductus ad religionem, tenetur in ea perseuerare.*

¶ Condidit. II.

SCILICET liberè, & sic debetis subaudire quòd testamentum condidit liberè, & gratuitè Raynutius noster, & non per procuratorem, aut quemcunque alium suum condidit testamentum. Sed per seipsum ore proprio explicitè nominando hæredem, & cætera relinquendo. non fuit quouismodo eius voluntas alterius commissa arbitrio seu voluntati. Quinimò ipsemet in propria persona testatus fuit, & liberè, quacunque cessante coactione, metu, & violentia. Vltima † enim voluntas coacta seu per metum iustum 1 extorta,veluti metum mortis,vel cruciatum corporis,scilicet qui caderet in constantem virum,iuxta l. metum. ff. quod metus causa. de iure non sortitur effectum. Et idem esset si alius metus intercederet, qui induceret restitutionem per officium iudicis,sicut est metus verecundiæ,seu reuerentiæ. Sicut si filius propter reuerentiam & verecundiam paternales testaretur in præsentia patris existẽs,eo casu quo testari potest, de quibus plenè habuistis super verbo, *Matrem insuper Cleram.* Quod qualiter intelligatur,plenè dicit Barto.post glossam,in l.j.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non datur.vbi idem notatur de vxore aliquid faciente in præsentia mariti.& Angel.in §.quadrupli.Institu.de actio.& Panormitanus in ca.primo,& cap.cùm causam. de offic.delega.Idem si per metum principis, † aut eius 2 preces, quæ interdum iustum inducunt metum, quando scilicet est talis princeps aut dominus, qui precibus suis non obtemperantes solitus est malè tractare. Quoniam si talis princeps roget aliquem quòd testetur, & talem hæredem instituat, edictum locum habebit, per ea quæ singulariter not.Panor. per illum text. in c. cùm inter j. de elect. & in cap. abbas.de his, quæ vi metúsve causa fiunt. col.j. vide Bald.eleganter loquentem in titu.de pace Constan. cap.in causis appellationum.§. item societatem. super verbo, pro infectis. De quo videatis optimam glos.pragmaticæ super verbo, Precibus.in tit. de elect.cap. licet.§.item nec credit. Idem si esset metus futuri euentus seu periculi.† Sicut in medico,qui in- 3 firmitatem paruam facit magnam, vt pecuniæ quãtitatem maiorem à testatore extorqueat,aut institutionem vel legata, iuxta l. medicus. ff. de variis & extraordi. cogni. His enim casibus vel similibus, putà impressione superioris potestatis, iuxta l. si per impresionem. C. de his quæ vi metúsve causa fiunt testamentum † metu factum, nullum de iure sortitur effectum.quinimò coram iudice accusari criminaliter potest,cogens aliquẽ testari,& ꝓbato metu punietur. Et illa sententia criminalis habebit cõtra ipsum effectũ cõfiscationis bonorũ,vt amodo cõueniatur per fiscũ petitione hæreditatis. Quæ quidem

hæredi-

BIU Cujas

hæreditas sibi auferetur,& applicabitur fisco. Ita dicit Bar.in l.fi.ff.si quis ali.test.prohi.† vbi ponit cautelam ad tollendum præsumptionem metus,s.quòd quis procuret, quòd testator testamentum faciat in præsentia consanguineorum suorum.Quo casu cessat præsumptio metus & fraudis,vt dicit tex.in l.transactione.C.de transa.Aut in loco publico in conspectu 6 multorum.vt l.j §.fi ff quod met.cau.† Circa tamen præmissa quatuor sunt considerandа.Primò considerandum est,quòd interdum ego cogo te,vt me hęredem instituas. Et tunc indubitanter incido in edictum, ita quod testamentum non valet,sicut non valet,si cogam testes, vt l.qui testamento.la ij.in fi.ff.e. tit.not.gl.in c.sacris.de his quæ vi met.cau.fi. & Pan. in c.præal Abb.eo.ti.col.v. Et idem esset,si notarius cogeretur inuitus recipere testamentum : quia esset nullum,secundum Bal.in d.l.qui testamento.§.fi.argu.l.in exercendis. C.de fide instr. Nec possunt conqueri venientes ab intestato, qui me præcedebant in gradu parentelæ. Quia postquàm fui institutus, nullus fuit qui me præcederet, cùm in successionibus prior sit causa testamenti,vt l.quandiu.j.ff.de acq.hę. Et licet adhuc videatur insurgere iniquitas: quia ex facto meo damnato excludo venientes ab intestato, tamen non facit: qui non constabat,quòd vellet hos vel alios, aut voluerit decedere intestatus, sed constat duntaxat,quòd me inuitus instituit.Si autem constaret,quos voluit instituere,aut quòd voluerit intestatus decedere,tunc illis quos læsi compellendo testatorem, & per consequens confiscando hæreditatem, daretur contra me actio de dolo, vel condictio ex lege ad duplum, vt not.in l.Lucius.§.Sempronia. ff.de leg.ij.& in auth.vt nulli iudicum.§.& hoc peruenit, &c.& C. si quis aliquem testa. prohib.l.ij. Et si non esset soluendo, in dubio iste læsus reuerteretur contra fiscum, & ab eo recuperaret hæreditatem.arg.l.fi.in prin.ff.de eo per quem fa.erit.&l.plane.la ij.§.j.ff.de leg.j.† An autem legata ex tali testa- 7 mento per vim & metum facto debeantur? dicatis quòd si constet, quòd testator coactus me instituit hæredem,& nihil vltrà constat,tunc legata ex tali testamento debentur, vt l.j.& l.pen.in fi.ff.si quis aliq. test.prohi.sed si constaret, quòd totam illam voluntatem coactè fecit,tũc nihil debetur : quia postquàm fecit testamentum inuitus, ita carent voluntate libera legatarij sicut hæredes.Et quanquam coactio fuerit facta per alium, non debet prodesse legatariis, vt 8 videbitis in casu seq.† Secundò considerandum est, quòd aliquando compello te vt alium instituas, vt l. j.C.si quis ali.test.prohi. tunc similiter habet locum edictum,& sic dolus tertij nocet hæredi,sc.scienti & volenti metum inferri testatori. ex eo quia est causa immediata suæ acquisitionis hæreditatis, vt l. si procurator.ff.de doli exce. secundum gl.ff.si quis aliqu. test.prohib.super rub. secus si metum ignorasset,secundum gl.in l.ij. C.illo eod. tit. Et tunc erit practica: quia primò accusabitur inferens metum,quæ accusatio, secuta condemnatione habebit effectũ confiscandorum bonorum contra hæredem institutum. 9 † Tertiò considerandum est,quòd interdum impedio aliquem volentem de nouo testari,& tunc aut prohibeo hęredem meum de mea hęreditate testari,& non est hoc de iure vetitum, imò talis prohibitio importat fideicommissum, quia testator prohibendo hæredem testari, videtur eum rogare restituere hæreditatem.l.qui filium.in prin.ff.ad treb.Si verò quis alium testari impediret,tunc aut iste,qui impedit, est proximior successurus ab intestato, & tunc hæreditas sibi aufertur,& fisco applicatur.vt d.l.j.Aut prohibens testari habet priorem, seu anteriorem in gradu,& sibi non præiudicat, vt l.ij.§.fratris. ff.si quis aliqu.testa. 10 prohi. † Et præmissa faciunt ad quæstionem de hærede scripto, si interficiat testatorem, an reputetur indignus? Et dicatis quòd sic, licet antè quàm fiscus auferat,ipse sit hæres,& actiones exerceat hæreditarias,vt l.his consequenter.§.j.ff.fam.ercis. Facit ff.de bon.dam.l.cùm ratio.§.fi.in fi. Et idem esset,si legitimus hæres defunctum occideret,vt ea.l.cùm ratio. §.fi. iij.resp. Licet autem morte testatoris testamentum confirmetur,ad Heb ix.& c.cùm Marthæ.de celeb.miss. Etiam si interficiatur,sicut confirmatur donatio occisione donatoris, nec reuocatur simplex, quia infelicitas vitæ non minuit iura contractus. l. si ☞ tibi C.de don.ante nupt.[De quo etiam habetur super verbo, *Mortuo itaque testatore*.j.] Tamen hoc est verum, vbi testator ab alio, quàm hærede occiditur, aut donator ab alio interficitur, quàm donatario. Quoniam si per donatarium interficeretur, donatio ipso iure reuocaretur.l.si ab hostibus.§.si vir.ff.solut. matr. Et donatum rediret ad hæredes donatoris occisi. secundum Bal.in d.l.si tibi.per text.d.§.si vir. Si autem testator per hæredem legitimum puta filium, occidatur, hæreditas per eum capitur, & ei acquiritur,sed confiscabitur, & ab eo tanquam indigno auferetur, & fisco applicabitur. Et sic hæredis institutio non erit ipso iure nulla,nec ius succedendi ab intestato impeditur,imò hæredi acquiritur.Sed posteà ab eo aufertur,& fisco applicatur. d.l.his consequenter.§.j.quia lucrum quod alicui iure naturę defertur, capitur,sed confiscatur. Et ita fuit aliàs arresto Pari- ☞ siis [De quo meminit dom.Auffrer.in suo tract.Arrestorum,c.cxxix.] dictum de bonis cuiusdam Yterij Rolle.& quęstio pendet nunc in Parlamento Tholosę de bonis de Cornanino,quondam habitatoris loci de Caiarco præsentis diœcesis Caturcen.clandestinè interfecti. Lucrum verò quod prouenit ex mera liberalitate, puta ex donatione ipso iure non capitur, & sic penes hæredes donatoris remanet, secundum Bald.in d.l.si tibi. Vnum tamen menti tenebitis perpetuò, quòd vbi hæreditas ab hærede aufertur indigno, talis hæreditas non applicabitur fisco loci, vbi res hæreditariæ sunt sitæ, vel loci originis vel domicilij ipsius hæredis,sed fisco ciuitatis originarię testatoris.tex.est sing.in auth.vt cum de appell.cogn. §.si vnum de prædictis.col.viij.secundum Lud.sing.579. 11 incip. Hæres indignus. † An autem fiscus vendicans hęreditatem indigni teneatur ad solutionem legatorum in testamento relictorum sicut teneretur hæres cui aufertur hæreditas,videatis per Ioan.Fabr.in §.& ne huius. instit.de eo cui lib.causa bona adiiciuntur. Et dixi s. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* 12 in v.principali art. † Si autem hæres testatorem non occidit, sed vulnerauit, videtur quòd succedat efficaciter:Ex quo non reperitur exhæredatus,vel testamentum mutatum. argu.l.fi.C.de reuoc.don.& s.de ☞ don.[Vide quæ plenius dicuntur j.super verbo, *In eodem testamento relinquens.*j circa fin.] c.propter.& 13 in auth.vt cùm de ap.cogn.§.causas. † Et etiam erit indignus hæreditate occidens vxorem, aut liberos testatoris,vt d.l.his consequenter.§.j.secundum Nicol. de Mata. Quod intelligatis verum, vbi testator ignorauit, vel sciuit, sed tempus mutandi testamentum non habuit, & hoc viuente testatore. Si autem hoc fecit post eius mortem,est dubium.Veruntamen puto

BIU Cujas

puto ei auferendam hæreditatem, tanquam ab indigno, prout in simili no.gl.in l.fororem. C.de his quibus vt ind. [Et gl.in l.fideicommissum.C.de fideic. facit l.iij.§.fi.cum l.seq.ff.de adim.lega.] Sed non sic erit in hærede interficiente fratrem testatoris, vt in tit.an ille, qui interfecit fra.dom.c.j.in princ. in vsib.
14 feu.hoc anno fui consultus de hac re.† Quid, si vnus ex duobus fratribus patrem occiderit, seu occidi fecerit, an portio sua confiscabitur? Bart.in d.l.cùm ratio.§.fi.ff.de bon.dam.dicit quòd non: sed attenta paritate gradus accrescit fratri, qui non peccauit: secùs esset, si filius staret cum nepote ex eo. Quoniam tunc non accresceret portio interfectoris sequenti in gradu, per l.ij.§.fratris. ff.si quis aliq.test.prohi. & l.fin. eod.tit. Idem Bart.ibi, hoc etiam videtur concludere.col.ij.in fi. Sed Bal.tenet contra Bart.in l.hæreditas.C.de his quib.vt ind.quem ibi sequitur Salyce.& Flor.in d.l.his consequenter.§.sed an.per illum text. concludens, quòd omni casu hereditas applicatur fisco, siue superstites sint in pari gradu, aut dispari. Idē tenet Bald.in l.eam quam.vers.hæc faciunt. C.de fideic.& ibi respondet ad d.§.fratris. dicens, quòd hoc intelligitur, quòd frater occidens patrem non potest suo fratri præiudicare quo ad portionem fratris, sed sibi præiudicat quo ad suam. per d.l. his consequenter.ita etiam dicit Sal.in d.l.hæreditas.vide gl.de hoc in cap.quanquam.super verbo, Deuoluetur.de elect. lib.vj.& Barb.in rub.de suc.ab intest.col.prope fin. Nam quoties indignitas procedit culpa hæredis, hæreditas quæ ab eo aufertur tanquam indigno, applicatur fisco, vt d.l.Papinianus. §.meminisse. ff.de inoffic. testa. siue testatorem occiderit, vel eum cui ab intestato succedere debebat, aut proximiorem heredem ipsius, vt quia non interfecit sororem, vel fratrem, sed filium eius nepotem suum, vt fratri vel sorori immediatè succedat, secundum Bart. & Bal.in l. codicillis.§.mater.ff.de leg.ij. secùs esset, si procederet ex errore testatoris, qui aliquem fortè hæredem instituit, credens eum esse suum filium, qui non erat, aliàs ipsum non instituturus. l.si pater.C.de hær.inst. Quia tunc hæreditas applicatur venientibus ab intestato.& illis deficientibus, applicaretur fisco, secundum gl.& Doct. *communiter* ibi,& Bart.in l.aufertur.
15 ff.de iure fisc.† Vt tamen iste articulus vobis liqueat, cui hæreditas indigni applicatur, faciatis quatuor membra. Primum est, quando hæres institutus capere non potest hæreditatem propter delictum testatoris, & tunc si est tale delictum, quod eum reddat incapacem ad testandum inter omnes, & quo ad omnes: vt sunt crimina publica aliqua, propter quæ delinquens, cùm nullum facere potest testamentum, tunc ante bonorum confiscationem seu publicationem per sententiam mortuo delinquente deferuntur succedentibus ab intestato. & non fisco. l.j.ff.de suis & legi.hær. Si verò bona essent publicata per sententiam propter delictum, tunc deferuntur fisco. l. eius qui.§.j.ff.eod.tit. Aut testator cum quibusdam facere potest testamentum, & cum quibusdam non, qualis est habens spurium: quia cum spurio testari non potest, aliquid ei relinquendo: sed bene testari potest quo ad alios, & tunc si relinquatur spurio palàm, & non tacitè, nec occultè, remanebit relictum apud * coniunctum, si spurius in hæreditate vel relicto coniunctum seu cohæredem habeat, aliàs remanebit venientibus ab intestato, nec applicabitur fisco: quia spurius est indignus, non suo vitio, sed vitio parentum. Fallit in casu l.j.C.de secun.nup.& l.j.C.de nat. liber. & l.si quis incesti, C.de incestis nupt. quia loquuntur in casibus specialibus, secundum Bart.in l. hæreditas, C.de his quibus vt indi. Præterea quoties indignitas procedit simpliciter ex malis moribus, qui non cadunt in speciem delicti, vt in d.l.j.C.de secundis nuptiis. ea quæ auferuntur à tali indigno, non applicantur fisco, secundum Bald.ibi. Et licet spurius sit incapax hæreditatis paternæ propter delictum paternum, vt est filius sacerdotis, cui à patre sacerdote nihil relinqui potest, tamen si sacerdos nepotem habeat ex illo filio spurio, potest nepoti hæreditatem relinquere, eum adoptando in filium, & posteà ipsum instituendo: & ita dicit sing.Ang.in l.& qui vxorem, ff.de adopt. de quo dicto exclamat Ale. in l.Gallus.§.quid si is.ff.de liber.& posth. Et transit cum eo Ias. in d.l.hæreditas. subiungens ibi post disputationem ad partes, quòd vnusquisque non presbyter habens ex filio spurio nepotes, potest eis hæreditatem relinquere, & eos instituere, si prole careat legitima. Si autem prolem legitimam haberet, sicut prohibetur aliquid spurio relinquere, ita non potest aliquid nepoti relinquere, quamuis naturali & legitimo ex spurio descendente, vt l.fi.vbi expressius gl. & Doct.C.de nat.lib.Bal.in d.l.Gallus.§.quidam rectè.Paul.Castr.in d.§.quid si is.& plenè ac not.Alex. in iij.parte cons.lxxiiij.incip.Circa primum dubium.
16 † Secundum membrum principale est, quando hæres capere non potest propter suum delictum proprium, & tunc si hæres ideo capere non potest, quia est omnino incapax, vt quia propter crimen suum est deportatus, tunc admittuntur venientes ab intestato ipsi testatori, l.j.C.de hæredibus inst. [Notanter dicit delictum, ad demonstrandum, quòd necesse est, quòd factum hæredis cadat in speciem delicti, vt hereditas fisco applicetur: si autem aliquid ei prohiberetur, eò quòd contra bonos mores simpliciter bona non fisco, sed hæredibus applicarentur, l.j. quam ad hoc ibi ponderat Bald. C.de secund.nupt.] Si autem hæres ex se esset capax omnino, tamen fit propter suam culpam indignus, & propter eius offensam, quæ certam non respicit personam, cui hæreditas applicari posset, vt puta non vindicauit necem testatoris occisi, tunc hæreditas applicatur fisco, l.j.C. de his quibus vt ind. Nisi in casu Auth.hoc amplius, C. de fideic. vbi perditur hæreditas propter culpam commissam contra personam, cui hereditas non potest applicari, tamen non defertur fisco. Si autem offensa respiceret & concerneret certam personam, cui dari potest hæreditas, tunc illa persona offensa haberet hæreditatem vel relictum, si priuatio hereditatis fieret ex legis dispositione, vel statuti, vt l.penult. C. de leg. veluti si statutum disponeret, quòd certa pars bonorum occidentis applicetur hæredibus oc-
17 cisi. † Quo casu fuit olim dubium de bonis illius, qui occidit monachum cui applicentur, an filiis suis naturalibus & legitimis, quos ante religionis ingressum matrimonialiter susceperat, an monasterio, quod habetur loco filij & hæredis.c.in præsentia.vbi gl.& omnes de prob. In quo diuersi consuluerunt diuersa. Tandem Fed. de Senis consuluit quòd monasterium succedet, quem sequitur Lud.sing.456.inci. statutum vrbis. * *Adde Nicol.Boer.decis.121.num.1.6. 7.& 9. Butr.Felin.Aret.Barb. & Paris.in d.c.in præsentia, de probat.* Sed si priuatio fieret ex dispositione testatoris, tunc applicaretur non personę offensę, sed succedentibus testatori ab intestato, secundum Bar. in l.vxorem,§.hæres, ff.de legat.iij.& l.paterfamiliàs

testam

testamento. vbi Doct. ff. de hær. inst. & consuluit Ale. in j. parte, cons. cxxxviij. incip. Opportunè considera-
18 tis. † Ex his sequitur, quòd si sacerdos aliquem capacem instituerit hæredem, qui sibi secreta cautione accommodauit fidem de restituendo hæreditatem spurio ipsius testatoris filio, quo casu hæres culpa sui capere non potest hæreditatem tanquam indignus, sed venit applicanda fisco regio, & si clericus, applicabitur fisco ecclesiæ. Sicut applicantur bona clerici delinquentis. Ita decidit Bald. in l. si quis presbyter. C. de episc. & cler. videatis gl. in verbo, præter eius. in cap. quia diuersitatem. & ibi Panorm. de concess. præb. & gl. in c. excommunicamus. de hęr. & in clem. nolentes. in verbo, applicare. de hær. Oldr. cons. xvij. & plenè Petr. de Anc. in regula, ea quæ. q. xxij. de reg. iur. libr. vj. de quo tamen dicatis, vt plenè dixi super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. art. loquendo de monachis in regno Franciæ ab intestato, non
19 succedentibus. † Tertium membrum est, quando hæres hæreditatem capere non potest vitio testamenti, quo casu aliquando testamentum redditur nullum propter errorem testatoris, qui fortè credebat illum, quem instituit esse suum filium, qui non erat: & tunc succedunt venientes ab intestato ipsi testatori. Et idem esset si testamẽtum efficeretur inualidum agnatione posthumi, vel quia testator se in arrogationem dedit. §. non tamen. inst. quib. mod. test. infir. Et idem si testamentum esset nullum propter defectum solennitatis in testamento non adhibitæ. Si autem testator testamentum reuocauit per actum facti, vt quia testamentum incidit seu cancellauit, tunc seruatur quod not. in l. nostram. C. de testam. Aut ipsum reuo-
22 cauit per actum verbi, putà faciendo aliud testamentum solenne, & tunc reuocatur primum, & secundus hæres habebit hæreditatem, vt j. videbitis in verbo, *testamentum.* ij. Si autem testator aliud testamentum non fecerit, sed dixit hæredes indignos, tunc tales hæredes priuantur hæreditate, quæ fisco pertinebit, vt d. l. hæreditas. C. de his quib. vt ind. vbi talis declara-
20 tio indignitatis fieri potest in codicillis. † Quartum & vltimum membrum est, quando hæres non potest hæreditatem capere mixta consideratione, sc. ipsius hæredis & testatoris delicto, & tunc hæreditas fisco pertinebit, vt l. Claudius. & l. mulierem. ff. de his quibus vt indign. Circa quæ vnum notabitis, quòd quoties hæres indignus priuatur hæreditate fisco applicanda, & testator, hæres, & bona sunt diuersi fori, semper applicantur ciuitati originariæ testatoris, per text. sing. in Auth. vt cùm de app. cogn. §. si vnum de
23 prædictis. vnde sumitur Auth. si captiui. C. de episc. &
21 cle. † Quartò principaliter considerandum est, quòd aliquando prohibet quis testari aliquem, qui volebat mutare testamentum primum, circa quod distingue: Aut ille qui prohibuit, non erat institutus ipse, nec filius eius, vel seruus: Et tunc sua prohibitio non
24 impedit succedere institutos in primo, vt not. in l. j. ff. si quis aliq. test. Quod intelligendum est, nisi constaret, quòd testator volebat mutare testamentum primum respectu hæredis instituti, & volebat alium hæredem instituere: quia tunc perinde est, ac si coegisset testatorem illum instituisse, vt dictum fuit in præcedentibus casibus. facit ad prædicta, quòd factum prohibentis non nocet legatariis & fideicommissariis extraneis, & eadem ratione nec extraneis institutis, vt l. j. §. sed si legatum. & l. ij. in fi. eod. titul. si quis aliq. test. prohi. Sed si erat institutus alius, quàm filius vel hæres prohibentis, tunc si erant in potestate tempore prohibitionis, licet non essent tempore aditæ hæreditatis, dicuntur indigni, & hæreditas fisco applicatur, secundum omnes. Sed si erant sui iuris tempore prohibitionis & aditæ hæreditatis, tunc erit idem, secundum Dyn. Et est ratio, quia propter coniunctionem personarum videtur prohibens prohibuisse solùm fauore illorum. arg. l. penult. ff. de bonis lib. facit optimè text. in c. constitutis. de testibus. Et hæc intelligatis vera, nisi in illi instituti essent ab intestato successuri: quo casu prohibitio tertij non nocet: aliàs impedit succedentes ab intestato, vt in casu præced. verbi gratia. Maritus vxorem prohibuit testari, vel testamentum factum mutari, vt omnes filij succederent, certè non impeditur propter hoc successio filiorum. Præterea tam pater prohibens, quàm mater sunt in pari gradu filio, ideo par coniunctio omnem suspicionem tollit, vt l. non solùm. ff. de ritu nupt. Si verò ipse prohibens erat institutus in primo testamento, tunc aut cum aliis, aut solus. Primo casu aliis non nocet, nisi etiam ipsi dolum commisissent, vt l. j. in fi. & l. ij. §. fratris. ff. si quis aliq. test. prohib. Quod verum intellige, nisi constaret, quòd testator volebat mutare etiam quo ad institutionem aliorum. Si verò erat institutus solus, tunc aut ipse solus erat ab intestato successurus, aut non erat successurus in aliquo, aut non solus: & tunc succedit fiscus, nisi constaret, quòd testator volebat mutare testamentum, & instituere venientes ab intestato, vel alios certos: tunc enim illis subuenitur secundum ea, quæ in primo casu diximus. Circa præmissa vnam singularem notabitis regulam generalem in hac materia non aspernandam. † Quòd cùm aliquis alterius con-
22 templatione aliquo lucro priuatur, tale lucrum illi in dubio quæritur cuius contemplatione priuatur. l. si legatarius. C. de legat. l. cùm emancipati. §. si vno. ff. de col. bon. l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus indign. l. si defunctus. C. de suis, & leg. hær. & tenet gl. in c. si diligenti. super verbo, perdant. de foro comp. & in c. quia clerici. in fi. de iure patr. Quam regulam commendat Bartol. in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertyll. Tamen eandem regulam intelligatis veram, cùm quis priuatur lucro alterius contemplatione ex dispositione legis: secùs si ex dispositione hominis seu testatoris: quia tunc tale lucrum quæreretur substituto, vel cohæredi ipsius qui priuatur, & non illi cuius contemplatione priuatus est, vt est text. not. iuncta gl. super verbo, non esse. in l. vxorem §. hæres. ff. de leg. iij. quem Bar. ibi ad hoc ponderat, & Bal. in
23 Auth. cui relictum. C. de ind. vid. toll. † Probabitur enim, quòd quis aliquem prohibuerit testari, vel testamentum mutare si duo probentur. Primò scilicet quòd ille volebat testari. Secundò, quòd ille alius prohibuit sibi. Hęc autem prohibitio probatur, si impediat introire notarium vel testes, vt l. j. & ij. ff. si
24 quis aliq. testa. prohib. † Quo casu quomodocunque testator impediatur testari, potest iudex ex officio suo accedere ad talem infirmum, & testes ac notarium adhibere, vt sic non subtrahatur ei facultas libera testandi, vt est casus singularis, secundum Odofred. intellectum in l. curent. ff. de testib. Nam cùm versetur fauor publicus, vt testamenta fiant, & liberum possint habere exitum, vt dicit text. in l. vel negare. ff. quemadm. testa. aper. poterit iudex officium suum impartiri, etiam parte non petente, vt not. Bar. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. versic. vt igitur. ff. de dam. infecto. & Panorm. in c. bonæ. de post. præl. Et idem debet facere iudex, in quocunque alio dispo-

BIU Cujas

nere volente, vt liberè disponat.c.accedens.de proc.
25 † Vltimò per l.fi.eod.titul.& l.fin.C.si quis aliq.test. prohibuer.non est de iure prohibitum, quin maritus blando sermone possit placare vxorem, & attrahere ad hæredem instituendum ipsum, vel ei aliquid relinquendum,& è conuerso.Captatorias enim institutiones non eas senatus improbauit, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocarunt: sed quarum conditio ad secreta confertur alienæ voluntatis,vt l.captatorias.ff.de hær.inst. Nam per illum text.permissum est, quem attrahere blando sermone, vt eum hæredem instituat, siue sit consanguineus,siue extraneus. Prouiso tamen, quòd solæ blanditiæ interueniant sine mixtura minarum aut verborum, secundum Bal. in d.l.fi.ff.si quis aliq.test.proh. Prouiso etiam,quòd testator prius testamẽtum non fecisset, in quo alium hæredem instituisset: Quia tunc,si quis blandis verbis& adulationibus testatorem induceret,vt eum instituereret,licet testamentum valeat,vt d.l.fi.C.si quis aliq.test.prohib. Tamen primus institutus à secundo instituto hæreditatem reuocabit per actionem de dolo,vel in factum. Ita sing.dicit Ang.in d.l.fi.quem sequitur Barth.Cæp. caut.lxij. & idem Ang.in l.non est enim.per illum text.cum gl.ff.de inof.test.vbi refert ita iudicatum fuisse Perusij (dum ibi esset vicarius episcopi) de quodam testatore,qui in primo testamento religiosos quosdam instituerat,& demum vento verborum alicuius inductus fuit ad eundem instituendum. Fuit iudicatum,quòd illi religiosi obtinerent hæreditatem per prædicta: quod est notandum, quia vtilis est decisio. Quam tamen puto veram, si probaretur dolus malus ipsius hæredis secundi,hoc est, quòd dolosè testatorem induxisset: secùs si solo blandiloquio, vt d.l.fi. quæ loquitur indistinctè. glos.est quam ibi sequitur Cyn.in l.quidquid.C. arbit.tut.De hac materia videatis per Bart.cum quo
26 *communiter* transeunt cæteri Doctor.in d.l.fi.† Vltra quem menti tenebitis text. in can. constituit. xvj.q. vij. vbi dolosè inductus per Monachos ad religionem,tenetur in ea perseuerare:sed bona illius monasterio non pertinebunt,imò pertinent hæredibus religiosi inducti dolosè facti, & circunuenti ad religionem. Et quòd ingressus dolosè factus valeat, tenet Bal.in §.omne autem ius quo vtimur.Inst.de iure nat. vbi dicit, quòd si fratres alicui dixerint,quòd in monasterio bene biberet,& comederet,&dormiret, & ob illam causam fuerit monasterium ingressus,tenebit talis ingressus,licet posteà reperiatur malè comedere,bibere & dormire: quia errauit in causa, & non in actu. De quo videatis Innoc. in c.dudum. de conuers.coniug.& Fel.in c.in præsentia.columna vj. de probationibus.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ Testamentum. I.

1 *Intestatus quis in dubio præsumitur.*
2 *Testamentum est de iure gentium.*
3 *Successio seu ius succedendi non est de iure diuino.*
4 *Testamentum quid.*
5 *Testandi facultas ex gratia potius competit, quàm mero iure.*
6 *Testari cuique quare permissum.*
7 *Parentibus omissis,extraneos instituens peccat.*
8 *Publicè interest testandi facultas.*
9 *Testamentorum genera duo,scriptum & nuncupatiuum.*
10 *Nuncupatiuum testamentum quid.*
11 *Testamentum minus solenne in certis casibus valet.*
12 *Testamentum caci octo testes requirit,rustici quinque.*
13 *Testamentum in carcere tyranni, vel tempore pestis non requirit septem testes.*
14 *Pestiferatus potest à ciuitate expelli,ne alios inficiat.*
15 *Testamentum à quocunque notario exceptum valet,si copia alterius desit.*
16 *Peregrinorum testamenta non requirunt solennitatem.*
17 *Testamentum coram principe factum, solennitatem non requirit.*
18 *Testamentum apud acta iudicis factum solennitatem non requirit.*
19 *Testamentum apud acta iudicis factum an valeat sine testibus.*
20 *Testamentum à domino in loco,in quo habet merum imperium,valet sine solennitate.*
21 *Testamentum militis absque solennitate valet.*
22 *Militum priuilegia.*
23 *Milites nostri temporis an gaudeant priuilegiis.*
24 *Miles quasi ex mille electus.*
25 *Militis boni requisita.27.29.30.& seq.*
26 *Piscatores & aucupes à castris pellendi.*
27 *Miles debet esse aspectu terribilis.*
28 *Lucius Minutius consulatu priuatus.*
29 *Miles debet habere latum pectus.*
30 *Miles debet esse sobrius.*
31 *Miles dicitur è malo,quod sustinet.*
32 *Militum victus.33.*
34 *Miles debet esse inops.*
35 *Vasallus cucurbitans dominum,perdit feudum.*
36 *Milites suis stipendiis debere esse contentos.*
37 *Miles debet esse castus.*
38 *Miles debet esse vigilans.*
39 *Miles debet esse patiens.*
40 *Miles debet esse fortis.*
41 *Cneus Pompilius Antiochum Syriæ regem audacia iuuit.*
42 *Miles debet esse fidelis.*
43 *Miles debet esse perseuerans.*
44 *Militi necessaria est charitas.*
45 *Miles pro consanguineis procurator esse non potest.*
46 *Doctores & presbyteri qualiter gaudeant priuilegio militum.*
47 *Miles in militaribus, & in scholasticis doctor præfertur. & num.48.*
49 *Concubinis dare non possunt milites, nec presbyteri, nec doctores.*
50 *Sacerdotes habent priuilegia militum & aduocatorum.*
51 *Clerici in testando vtuntur priuilegio militis.*
52 *Cardinales potiuntur militum priuilegio.*
53 *Testans in ingressu religionis seruare non tenetur solennitatem.*
54 *Testamentum sine solennitatibus an possit statuto vel consuetudine roborari.*
55 *Consuetudo loci instrumentum aliàs minùs solenne, facit authenticum.*
56 *Testes duo si testamentis statuto sufficiant, idem erit in donatione causa mortis.*
57 *Testamentum ad pias causas valet non solenne.*
58 *Testes fore rogatos non est necesse in testamento ad pias causas.59.*
60 *Dynus quare damnatus.*
61 *Pia causa semper gaudet suis priuilegiis.*
62 *Opinio doctoris regulari debet secundum iura quæ allegat.*

BIU Cujas

63 *Adhibere testes quid importet.*
64 *Mulieres in testamento ad pias causas possunt esse testes.* *
65 *Mulier iure canonico prohibetur esse testis.*
66 *Bonæ & honorabiles mulieres in testamento ad pias causas possunt esse testes.*
67 *Narratiua verba nihil disponunt.*
68 *Testes duo sufficiunt in testamento ad pias causas.*
69 *Legata ad non pias causas an valeant in testamento non solenni ad pias causas facto.*
70 *Testamento inualido an valeant legata ad pias causas relicta.*
71 *Testamentum imperfectum valet ad pias causas.*
72 *Testamentum minùs solenne valet inter liberos.*
73 *Exhæredatus habetur pro mortuo.*
74 *Testamentum inter liberos requirit tantùm ius naturale.*
75 *Testamentum minus solenne inter liberos derogat aliis solennibus fauore aliorum factis.*
76 *Testamentum minùs solenne sicut inter liberos, ita & inter alios consanguineos ab intestato succedentes valet, etiam quo ad vim derogatiuam alterius solennis. & num. 77.*
78 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
79 *Cæci testamentum minùs solenne an valeat inter liberos.*
80 *Pupillaris substitutio fieri potest in codicillis.*
81 *Testamentum minùs solenne valet etiam inter liberos ab intestato non succedentes.*
82 *Testamentum inter liberos tacitam habet in se clausulam codicillarem.*
83 *Testamentum minùs solenne an valeat inter bastardos. & num. 84.*
85 *Liberi non possunt instituere parentes in minùs solenni voluntate.*
86 *Spurius nihil quæri potest præter alimenta.*
87 *Schedula in arca testatoris post mortem inuenta, quando vim habeat testamenti.*
88 *Testamenta inter liberos facta non reuocantur per alia nisi solennia, & facta de ipsis expressa mentione.*
89 *Testamentum inter liberos vitiatur defectu solennitatis intrinseca.*
90 *Testes non præsumuntur rogati.*
91 *Testamenti solennis casu perditi tenor potest probari per duos testes testamentarios.*
92 *Testamentum iure canonico valet cum duobus testibus, & presbytero parochiali.*
93 *Testamentorum perfectio quadruplex.*

¶ Testamentum. I.

EX quo text. datur vobis intelligi, quòd Raynutius testator noster more egregiorum virorum condere voluit testamentum: quia quemadmodum legem, 3 & ordinem vita sibi comite adhibuerat personæ suæ, ita liberis ac suis rebus post mor-
1 tem prouidere voluit faciendo testamentum. † Si autem de testamento non apparuisset, in dubio præsumeretur Raynutium decessisse intestatum. Nam cùm testamentum sit facti, & facta non præsumantur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & post. reuer. qui dicit aliquem fecisse testamentum, tenetur illud probare, imò allegans quem ab intestato decessisse, habet suam intentionem præsumptiuè fundatam, do nec probetur testamentum fuisse factum, vt not. di- 3
cit Bar. in l. is potest. col. pen. ff. de acq. hær. quem ibi sequitur Alex. & in l. si emancipati. & ibi Ias. j. col. C.
2 de collat. Licet ibi Lud. contrarium voluerit. † Testamentum enim simpliciter à iure gentium inuentum fuit, secundum Bart. in l. interdum. ff. de cond. ind. & super rub. de acq. hær. * *Tu in hoc videto Corn. in l. si testamentum. num. 2. & 3. C. eod. Ias. in rep. l. admonendi. post num. 184. ver subdit tamen. ff. de iureiur. & in d. l. interdum. num. 4. quem refert Didac. à Couarr. lib. 3. resolut. c. 6. num. 7. & dicit Io. Annibal. in repet. l. nemo potest. num. 189. de leg. j. quòd ita concludunt communiter doct. Clar. §. testamentum. q. j.* Eo enim ipso quòd gentes esse cęperunt, disponebant de rebus suis post mortem, vt de antiquis patribus in Veteri Testamento legitur. Nam Iacob ab Isaac fuit institutus hæres, vt not. gl. in l. quoties. ff. de hære. inst. & habetur Genes. xxvij. & Genes. xiij. dicitur, quòd Abraham & Loth diuiserunt bona, quæ habuerant à patre, & eis relicta erant. Similiter Troiana narrat historia, quòd Thelephus à Teuthra rege hæres fuit institutus. Ad quod facit l. si testamentum. C. eod. Quantùm verò ad solennitatem inuentum fuit de iure ciuili, vt est gl. singularis secundum aliquos in l. j. in verb. ciuitatis nostræ. ff. de acq. rer. dom. dicens, quòd acquisitio ex testamento est de iure ciuili. Idem dicit alia gl. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & est text. in §. fi. Instit. de vsu & hab. facit l. testandi. C. eod. & l. j. in prin. ff. ad l. Falc. & l. testamenti factio. ff. eod. & sentit Bart. in l. qui à latronibus. ad fi. ff. eod. Cogitetis, quia videtur testamentum esse de iure diuino, & omnes successiones & hæreditates, vt Leuit. xxv. ibi, hæreditario iure transmittetis ad posteros. & Num. xxvij. expresè disponitur de hæreditate mortui transmittenda. facit Deut. ij. ibi, date nobis terram hanc in hæreditatem. Et ibid. 4. cap. & Psalm. 2. ibi, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. & Hesther 7. cap. ibi, funiculo hæreditatis tuæ, &c. Similiter videretur esse de iure naturali, vt est text. in l. fi. C. quor. bon. in ver. lex ipsa naturæ fecit successores. & tenet gl. in c. ius naturale. j. distinct. vbi Dom. hoc tenet per illum text. & Bal. in l. qui contra. C. de incest. nupt. dicit successionem esse de iure naturali. facit text. in auth. de hæred. & falc. §. primum itaque. dum ibi dicitur, secundum naturam eis debetur successio. Facit text. in l. scripto. ff. vnde lib. & in l. cùm ratio. ff. de bon. damn. *Communiter* tamen tenetur, quòd testamentum est de iure ciuili, quod suadetur ratione. Nam deportatus est capax eorum, quæ sunt iuris gentium vel naturalis primæui, vt l. quidam. ff. de pœn. & tamen non habet facultatem condendi testamentum. l. eius. ff. eod. Ergo testamentum non est de iure naturali nec gentium, sed de iure ciuili, vt dicit text. in d. §. fi. Ita concludit Christoph. Porc. in §. j. num. 11. inst. eod. Vel dicatis, secundum Barb. ibi. eod. in repetit. rub. vbi post longam disputationem concludit in 8. col. in prin. quòd successio † est de iure gentium originaliter, approbatiuè autem & formaliter est de iure ciuili, vt est text. melior de iure in d. l. fin. quor. bon. in verb. prudentium omnia responsa. Vnde non est de iure naturali, nisi quo ad legitimam, quæ succedit loco alimentorum, secundum Dyn. in c. indultum. de reg. iur. in vj. & Cy. in l. sancimus. C. de nupt. ita quòd sicut alimenta debentur filiis de iure naturæ. inst. de iure nat. in princ. Ita etiam successio in legitima est de iure naturali. & ita intelliguntur iura pro illa parte alleg. Sed vltra legitimam est de iure gentium & ciuili, prout ibi dixi. † Nec est verum, quòd successio & ius succedendi sit de iure diuino, nisi quo ad modum, & qualitatem succedendi. Sicut aliquoties per diuersas consuetudines modus succedendi variatur, & ita intelliguntur iura
4 diuina superius alleg. † Est enim testamentum testa-

BIU Cujas

tio mentis, i. declaratio mentis ipsius testantis. Nam testator testando nihil aliud facit, quàm declarare mentem suam, prout sibi liberum est: cùm quilibet liberam habeat testãdi facultatem, & liberum stylum, ac liberum, quod iterum non reddit arbitrium, vt l. j. C. de sacrof. eccle. Et diffinitur testamentum sic. Testamentum est nostræ voluntatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem fieri velit, vt l. j. ff e. Quod & qualiter intelligatur, declarant ibi Barto. & Bald. Ex quo apparet, quòd quilibet in vita disponere potest de eo, quod suum futurum non est, sc. post mortem, quo tempore quis dominus bonorum videri nõ possit: quia mors omnia soluit, in authen. de nupt. §. deinceps. colla. 4. † Et istud ius seu facultas testandi 5
cuilibet habili ad testandum competit potiùs ex gratia, & iuris dispensatione, quàm mero iure. Quia quis testando disponit ad id tempus, sc. post mortem, quo non est futurus dominus. Nam testamentum morte testatoris confirmatur, vt dicit Apost. ad Hebr. ix. & text. j. de celebr. mis. c. cùm Marthæ. sed per mortem quis desinit esse dominus, vt dictum est. vnde dispositio licet fiat tempore quo testator est dominus, tamen effectus testamenti confertur in tempus inhabile, s. post mortem, quo non erit testator futurus do- 7
minus. quod de iure non deberet licere. l. quod sponsæ. C. de don. ante nupt. Hinc dicit gl. not. quòd Papa non potest in vita sibi eligere successorem: quia electio conferretur in tempus, quo non est futurus Papa, 8. q. i. c. apostolica §. his omnibus. videatis gl. quæ præmissa sentit in l. illa institutio. ff. de hær. instit. ita
6 not. dicit Panorm. s. in rubric. † Permissum enim fuit cuique testari propter necessitatem, quia fuit necessarium prouidere creditoribus, vt per viam testamenti aliquis hæres instituatur, qui repræsentet defunctum. Alioquin obligationes passiuè fundatæ in persona defuncti expirarent, cùm accidentia non migrent de subiecto in subiectum. vt l. quis ergo casus. ff. de pecu. quę tamen propter institutionem hęredis non finguntur migrare, quia hæres dicitur eadem persona cùm defuncto. in auth. de iureiur. à mor. præstito. in prin. Sed ista ratio non est tuta: quia ex hoc sequeretur, quòd si quis moriatur non condito testamento, & consequenter nullo hærede relicto, quòd iura creditoris extinguantur. Et tamen istud est notoriè falsum, vt patet: quia semper supereſt hæreditas saltem iacens, quæ personam defuncti sustinet. l. mortuo reo. ff. de fideius. Ideo dicatis, quòd permissum fuit cuique testari. Primò propter pacem, vt lites tollantur & quæstiones, & ne in incerto vagentur hęredes. Secundò propter pietatem, quia lex pium & æquum iudicauit, ex quo homo est in vltimo vitæ spiritu, postquam aliud nec velle nec facere potest, vt saltem de suis bonis disponat. l. j. C. de sacrof. eccles. Tertiò propter charitatem, vt vitium ingratitudinis euitetur, vt si fortè ab aliquibus beneficia suscepimus, quæ properante morte retribuere non potuerimus, saltem testando prouidere possimus. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hære. s. eod. c. cum in officiis. Vnde Cato, Beneficij accepti memor esto. Et Seneca, lib. j. de Beneficiis, docendi, inquit, sunt, qui libenter accipiunt, libenter reddere. Et eos quibus obligati sunt, re, animoque non tantum æquare, sed etiam vincere, vt fecit Theutras rex Messanę prouinciæ, qui percussus ab Achille, & extrema trahens suspiria, ad Thelephum Herculis quondam filium con 8
uersus, cùm inquit fili Thelephe, vir ille virtuosissimus, sc. Hercules pater tuus regnum istud sua virtute quæsierit, quod mihi ab eo non reputaui restitutum, sed potius commissum animo testandi hoc meo præsenti eulogio te hæredem instituo tam in regno, quàm cæteris aliis bonis, &c. vt narrat Guido de Columna Troiani excidij historiographus. & Valer. lib. v. c. ij. titul. de gratis. Liberalis, inquit, populus [De hac liberalitate populi Romani in Attalum regem habetur s. in verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* in v. & vlt. art. circa prin dum loquitur de feudo confiscato per regem non retinendo.] Romanus magnitudine muneris, quòd Attalo regi Asiam dedit dono: sed Attalus etiam testamenti æquitate gratus, qui eandem Asiam populo Romano legauit. Itaque nec huius munificentia, s. populi, nec illius, s. Attali, tam memor beneficij animus; tot verbis laudari potest, quot amplissimæ ciuitates vel amicè datæ, sc. regi Attalo, vel piè redditæ sunt, s. populo per Attalum. Hæc ille.

Si ergo pagani solo naturali instinctu præditi vicem diebus vltimis reddiderunt, quantò potius Christiani gratia Spiritus sancti prædotati hoc facere tenemur, his à quibus beneficia suscepimus. Vel si parentes & consanguineos habuerimus, quibus vt plurimum tenemur, illos hæredes instituamus, quibus magis debetur hæreditas, quàm extraneis. † Adeò 7
quòd si illis omissis extraneos instituerimus propter rancorem animi iniustum, peccaremus: secus, si ex affectione animi alium eligamus hæredem, cùm sit hoc cuique licitum iuris permissione, legitima relicta quibus pertinet, secundum Ioan. Fab. in §. intestatorum. inst. de hær. quæ ab intest. defer. videatis in c. si quis reliquerit. xxx. distin. & l. cùm quæritur. C. de inof. test. & sic valeret testamentum propter libertatem testandi, quæ tolli non potest, nec coarctari, vt dicam in verbo, *testamentum.* ij. Et idem si benefactores nostros, alios instituendo extraneos non benefactores, prætermitteremus, quo casu licet testamentum valeat, tamen grauiter tanquam ingrati peccaremus, quod patenter, & exemplo nobis ostendit populus Romanus in persona Quinti Cæcilij, qui licet liberalitate Lucij Luculli dignitatis gradum amplumque patrimonium consecutus fuisset, alium, sc. Pomponium Atticum testamento adoptauit, & suorum omnium bonorum reliquit hæredem. Propter quod filium adoptiuum, quem voluit hæredem habuit, sed pro peccato ingratitudinis in cadauere suo punitus fuit, Valer. referente, lib. 7. tit. de testamen. in prin. in hæc verba. Quintus Cæcilius Lucij Luculli promptissimo studio maximáque liberalitate & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus, cùm præ se semper tulisset vnum illum sibi esse hæredem, moriens etiam annulos ei, sc. Lucio Lucullo benefactori suo tradidisset, Pomponium Atticum testamento adoptauit omniúmque bonorum reliquit hæredem. Sed fallacis & insidiosi, s. Cæcilij cadauer populus Romanus ceruicibus rectè circundatum per viam traxit, itaque nepharius homo filium quidem, sc. Pomponium filium adoptiuum & hęredẽ habuit, quem voluit, funus autem & exequias, quales meruit. Hæc ille. Quo exemplo instruimur graue peccatum esse, suos aut benefactores testamẽto omittere, & alios non meritos instituere hæredes, qui benefactores ratione cogente prę ponendi erant, vt plenè divi super verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* in prin. & ideo testari permissum. 8
† Quartò propter publicam vtilitatem, quia homines ex quo testari possunt, magis incenduntur ad acquirendum, quod publicè interest. l. j. ff. sol. mat. imò

magna

BIU Cujas

magna esset iniquitas homini libero, & sanæ mentis tollere facultatem testandi. l. ex facto. §. j. ff. de vulg. & pup. subst. Inde est, quòd videmus prohibitum contrahere cum certo genere personarum, putà in officio publico constitutarum. l. j. C. de iudi. l. non licet. ff. de contrah. empt. l. aufertur. §. quod à præside. vbi Bartol. hoc declarat. ff. de iure fisci. prohibitum non esse in testamento eis relinquere, per text. in l. non dubium. C. eo. hinc decidit sing. Bal. in c. quia V. de iudic. quòd stante statuto, quòd res in æstimo communis existentes vendi forensibus non possint, aut donari: tamen poterunt via vltimæ voluntatis legari, vel causa mortis donari: secus tamen esset de prohibito alienare, qui etiam non posset in vltima voluntate disponere, cùm eo tunc sit largior prohibitio. l. codicillis. §. matre. ff. de leg. ij. quod not. declarat Bart. in l. peto. §. fratre. eod. tit. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de ver. obl. * *Adde Clar. in §. testamentum. q. 3. vbi quòd multæ possunt enumerari species, seu diuisiones testamentorum tam respectu formæ & solennitatis in eis requisitæ, quàm priuilegiorum quæ ipsis testamentis à iure communi concessa sunt.* † Pro quorum tamen latiori declaratione scire debetis, quòd duo sunt genera testamentorum. Vnum dicitur testamentum solenne in scriptis, & illud potest quis facere, quãdo non vult, quòd testes aut aliquis alius sciat suam dispositionem. Quod quidem testamentum multa requirit, quæ scribuntur in §. j. Insti. eod. tit. & l. hac consultissima. §. j. & l. iubemus. C. eod Et nisi quis sit bene doctus, faciliter erraret in ipsum condendo. Ideo si quispiam velit tale testamentum facere, consulat peritos: quia si in aliqua de solennitatibus deficeret testator, tale testamentum non valeret, s. vt testamentum solenne & in scriptis. sed bene valeret vt testamentum nuncupatiuum, prouiso quòd in eo concurrant necessaria ad testamentum nuncupatiuum, secundum Cyn. & doct. in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eo. & Bart. in l. fi. ad fi. ff. de iure cod. argu. l. iij. ff. de testa. nili. vbi bonus text. † Et propter hanc difficultatem in testamento solenni requisitam euitandam, inuentum fuit aliud genus testamenti, quod vocatur nuncupatiuum, & sine scriptis, vt est illud, in quo testatoris & hæredis ac legatorum nomina, & cætera quę in eo continentur, coram testibus manifestantur. Et dicitur sine scriptis, non quòd non fiat scriptura, cùm interdũ in scriptis per notarium redigatur. Sed quia fit sine subscriptione testium, & aliis solennitatibus, quæ in testamento requiruntur in scriptis facto, de quo plenè in d. l. hac consultissima. Et etiam dicitur sine scriptis, quia sine scriptura inde facta potest quis nuncupatiuè testari, dummodò coram testibus legitimæ conditionis suum nuncupet hæredem, ac suam explicet voluntatem. Instit. eod. §. fi. Ideo si quis non habet notarium, sufficit quòd aduocet debitum numerum testium, s. masculorum septem testium rogatorum, coram quibus suam explicet voluntatem, veluti nomen hæredis, & alias institutiones & legata. Et tale testamentum, quacunque cessante scriptura, valebit, vt d. §. fin. Prouiso tamen, quòd in tali testamento vltra præmissa sint specialiter descripta nomina septem testium ad testificandum habilium: Ita quòd non sufficeret, si notarius in instrumento testamenti diceret præsentibus Titio & Caio & aliis v. testibus, describeret nomina v. testium cum clausula, & aliis quàm pluribus. Nam testamentum esset nullum, quia testes qui in testamento non reperiuntur scripti, & specificè nominati, habentur pro non scriptis, secundum Bal. in l. hæredes palàm. ff. eod. allegat quod habetur in l. j. ff. de his quæ in test. del. & in l. ita fidei. ff. de iure fisci. Et quia nescimus an illi testes fuerint habiles vel non, ideo non præstant suffragium scripturæ, per tex. in §. si verò ignoti. in Auth. de testi. idem tenet Angel. in d. l. hæredes palàm. & sequitur Barb. post Petr. de Anc. in c. cùm esses. col. xxj. s. eod. Et casu quo testamentũ nuncupatiuum per aliquem notarium redigeretur in scriptis, non refert an scribatur in chartis & papyro, siue in membranis, aut alia materia, secundum Ang. & Sal. in l. quoniam indignum. C. eod. Nec tunc computatur notarius in numero septem testium, quoties venit probandum per instrumentum seu scripturam notarij: secùs si per testes. vt tenent Bart. in l. Domitius. ff. eod. post gl. Bal. & Sal. in l. hac consultissima. C. qui testa. face. pos. & consuluit Barb. in j. parte cons. xxix. col. Si autem testamentum solenne, aut nuncupatiuum fieret coram minori numero testium, quàm septem specialiter vocatorum seu rogatorum & masculorum, regulariter tale testamentum non valeret. Quinimò esset ipso iure nullum, quia de iure septem testes idonei requiruntur, qui à planta pedis vsque ad verticem totum fieri viderint, & audierint. Ideo dicebat Bal. per illum tex. in l. cùm antiquitas. C. eo. quòd si vna pars testamenti probari posset per septem testes, & alia pars per alios septem, dicti testes nihil probarent, ni si probaretur testium subrogatio ex causa necessitatis facta. Vnde nisi testes deponunt perfectè de toto tenore testamenti, nihil probant, quia non videntur interfuisse toti testamento, ex quo totum nesciunt. Et sic testamẽtum erit ipso iure nullum, taliter quòd ex eo hæreditas non posset adiri, nec aliquid iure legati, aut fideicommissi peti, vt iuribus s. allegatis. † Nisi in certis casibus à iure exceptis, in quibus testamentum minus solenne valet. Et fallit dicta regula, nec requiruntur præcisè septem testes, imò aliquando magis, aliquando minùs. Primò fallit dicta regula in testamento cæci, vbi sunt necessarij octo testes, vt l. hac consultissima. C. qui test. face. pos. † Secundò fallit in testamento rustici in rure facto, vbi plures testes non possunt inueniri. Quo casu sufficiunt quinque, vt l. fin. C. eod. quod intellige verum: siue non inueniantur ibi nisi quinque, siue inueniantur sex. Nam vtroque casu potest rusticus in rure testari cum quinque testibus, nec tenebitur adhibere sextum testem, quia satis est sibi, vt gaudeat illius priuilegio, quod septem habere non posit. Ita concludit Paul. in d. l. fin. dicens hoc non fuisse tactum ab aliis. Et idem esset secundum aliquos in ciue testamentum faciente in rure, in quo sufficerent quinque, cùm plures haberi non possent, secundum Cy. Bal. & Sal. in d. l. fi. quia tunc eadem est ratio, & per consequens idem ius, argu. l. illud. ff. ad leg. Aquil. sed Bart. ibi, & Raph. Fulg. & Bart. in l. conficiuntur. ff. de iure cod. §. codicilli. tenent contrarium. Et fuit de mente Iac. de Bellouis. in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. j Et hęc videtur securior opinio, s. quòd ad testandum in rure cum quinque testibus duo requirantur, s. quòd testator sit rusticus, & testetur in rure. † Tertiò fallit in testamento facto in carcere tyranni, quod valebit coram quinque testibus factum: cùm plurium copia metu tyranni haberi non posit, secundum Nicol. de Mata. Bal. & Sal. in d. l. fin. per illum text. Quartò fallit, si testator plures habere non posit testes propter mortalitatem, vel alium repentinum casum: puta quia propter mortalitatem omnes habitatores illius

loci, aut ciuitatis fugiunt extrà, vel quia testator est tactus morbo epidimiæ, & nullus audet conuersari secum, iuxta not. per Bart. in l. de ætate. ff. ad Treb. &
14 Panor. in c. cùm dilecti. de dolo & contu. † Quo casu posset etiam de loco vel ciuitate expelli, ne suo morbo alios inficiat, vt expresè tenuit Gul. de Cug. & Bal. in l. nullus. C. de sum. Trin. & fide cath. Quos sequitur Alex. in l. casus. C. eod. tit. in fin. & dixi super verbo, *Raynutius de Clera.* in fin. Tunc enim non adstringitur testator vocare septem testes. Et hæc opinio, secundum Raph. in d. §. codicilli. videtur esse æquior. quam sequitur Ang. in repetit. l. si vacantia. C.
16 de bon. vac. libr. x. vbi per illam l. & text. in l. vbi ab-
15 sunt. ff. de tut. & cur. datis ab his. voluit, † quòd si statutum disponat, quòd non valeant testamenta descripta per alium tabellionem, quàm descriptum in matricula, si testamentum tempore mortis sumatur per alium, quàm descriptum in matricula, testamentum valebit: cùm alius haberi non possit. Hæc decisio fundatur ratione: quia existentes in actu bellandi tempore guerræ testari possunt, quomodo volunt, & quomodo possunt, coram imperfecto numero testium, ad instar militum, vt l. j. ff. de bon. pos. quę ex test. milit. & l. fi. ff. de test. mil. Sed tempus guerræ, & tempus mortalitatis æquiparantur, vt not. Bart. in l. naturaliter. ff. de vsuc. & Panor. in c. ex transmissa. de præscr. quasi tẽpore pestis dicatur esse prælium inter Deum & homines. vt dicit Bart. in l. j. ff. de bon. pos. quæ ex test. mil. ergo, & c. Ad quod facit, quod not. dicit Angel. in Auth. de non alien. aut perm. §. quod autem. vbi dicit, quòd si statutum habeat, quòd nõ valet contractus minoris, nisi duo rogentur notarij, & propter mortalitatem non reperiatur nisi vnus, sufficit quòd ille rogetur, & valebit contractus, per text. in d. §. dum dicit, Etiam si vnus, & c. Or aduertatis, quòd Ang. in d. §. codicilli. tenet contrarium per illum tex. hoc optimè probantem, & ita etiam Bart. in d. l. j. ff. de bon. pos. ex test. milit. Et cum Bart. tenent etiam Fulg. & Paul. in d. l. fi. C. eo. dicentes, quòd antè quàm d. l. fi. (vbi fundatur dictum priuilegium) locum habeat, requiritur quòd testans sit rusticus. Idem Paul. per illum tex. in l. casus. C. eod. & sequitur Ludouic. Rom. in Auth. similiter. C. ad leg. Falc. Et hæc est veritas bene ponderato tex. in d. l. fi. Nec obstat dictum Angel. in d. l. si vacantia. quia non videtur verum, per text. not. in d. §. codicilli. Præterea in iuribus allegatis erat expresè prouisum, quòd deficiente illo publico magistratu, posset in casu illo recurri ad alium, qui loco eius reputabatur. Sed in casu nostro nulla est facta surrogatio à lege vel statuto. Prętereà in casu Angel. testator surrogauerat vnum loco alterius. Sed in casu nostro non surrogatur alter loco deficientium testium, igitur erit secus. Postremò non obstat d. l. fi. ff de test. mil. Quia illud priuilegium est ibi concessum præliantibus, qui dant operam reipublicæ, & eius vtilitati. Quæ ratio cessat in eo, qui tempore mortalitatis est in ciuitate. Nam etiam in casu Bart. in d. l. naturaliter. ff. de vsuc. vbi æquiparat tempora guerræ & mortalitatis, erat eadem ratio in suspendendo cursum præscriptionis vtroque tempore, cùm iura non redderentur. Sic ergo concludendum est d. l. fin. volentem in rure sufficere rustico testari coram quinque testibus, non habere locum in testante in loco mortalitatis, vt dictum est. Et ita consuluit Barb. in j. parte cons. lviij. col. ix. in prin. per multas & efficaces rationes, & col. penult. in fi. & tenuit Lud. Rom. in repet. d. Authen. similiter. liij. col. dum disputat de intellectu c. cùm esses. ẽ. eod. C. ad legem Fal. vbi allegat text. expressum in d. l. conficiuntur. §. codicilli. ibi, quid enim si sufficientium testium facultatem non habuerit, & c. ff. de iure codicill. quod intelligatis sanè verum, secundum Alexand. in d. l. fi. Nisi ille, de cuius testamento agitur tempore mortalitatis in ciuitate remansisset causa administrandi rempublicam in absentia, & fuga aliorum, quoniam eo tunc gauderet priuilegio d. l. fin. Cùm tunc militet ratio illius l. j. ff. de bonor. pos. ex testam. milit. Et hoc modo saluari posset prima opin. superiùs relata.
16 † Quintò fallit in peregrino, qui vadit Romam pro obtinendis indulgentiis, & in itinere infirmatur in aliquo castro, aut villa, & ibi facit testamentum coram duobus testibus, cùm plures ibi non essent, valebit testamentum. Et ratio est, quia si milites in expeditione degentes possunt coram duobus testibus testari, tantò magis idem debebit esse in peregrinatione, quæ fit ad salutem animæ, & seruitium Dei, qui est altior princeps in republica, in Authen. quomod. oport. episcop. § j. ita singulariter determinat Angel. in dicto §. quod autem. in Authentic. de non alienan. & permutan. Fortius voluit idem Angel. in Authent. omnes peregrini. C. communia de succesion. per illum textum. dum dicit, liberam habeant potestatem, quòd tales peregrini indistinctè coram duobus testibus possunt testari, sicut milites, qui habent liberam testandi facultatem, licet habere possint plures testes. Et cum hac vltima decisione transit Paul. in l. nutritoribus. eodem tit. & Alexand. in l. scriniarios. C. de testament. milit. col. iij. in fin. & in dicta l. final.
17 † Sextò fallit in testamento coram principe facto, seu principi per oblatas preces insinuato. Quoniam tale testamentum tanquam solennissimum etiam absque testibus valebit, licet princeps ad supplicationem nihil scripserit. Requiritur tamen, quòd per duos testes probetur, quòd tale testamentum principi fuerit insinuatum, si hoc dubitaretur. Nam licet contra tale testamentum fieri nec moueri possit quę stio solennitatis ob defectum testium, veruntamen fieri potest quæstio veritatis. Putà si dicatur, testamentum coram principe non factum fuisse, aut aliquid falsò vel errore scriptum in supplicatione principi oblata. text. est elegans in l. omnium. C. eod. tit. Quia non præsumitur, quòd Imperator, aut rex, princeps maximus, qualis est rex noster Franciæ illustrissimus, non recognoscens superiorem, incedat sine multitudine: ideo vbi Imperator, aut similis princeps est testis, præsumitur quòd hoc multi audierunt & viderunt, qui sunt ad latus eius. Prætereà quia Imperator habet omnia iura in scrinio sui pectoris, vt d. l. omnium. & in c. j. de consti. lib. vj. facit c. sæpè. de appel. & l. penult. C. de his quibus vt ind. Et vlterius, quia omnes contractus de mundo coram principe facti habent naturam bonæ fidei: Cùm nihil sit, quod magis in principe fulgeat, quàm vera religio & recta fides, vt in epistola, inter claras. C. de summ. Trin. vt singulariter decidit Bald. in cap. j. §. si qua. de pace
18 Constant. † Septimò fallit in testamento facto apud acta cuiuscunque iudicis, quo casu idem est, sicut in testamento facto coram principe. Et sic valebit absque testibus, dum tamen reperiatur scriptum in actis curiæ. Ita determinat Richard. Malumbr. quem Cyn. sequi videtur per illum textum in d. l. omnium. in princip. vers sicut igitur. facit text. in l. sancimus. ibi, vel inter acta manifestauerit. C. eodem titulo.
19 † Sed dubium est, an tale testamentum valeat omni-

no absq

no absque testibus, sicut quando fit coram principe? Et certè præfati Doctor. cum Paul. in d.l.omnium. tenent quòd sic: quia acta in iudicio non requirunt testes.l.in donationibus.C.de donat.& not.glos.in l. fin.C.de re iud. Et ratio est, quia præsumitur iudicio adesse multitudo personarum. Ad hoc facit text.in d. l. omnium. qui æquiparat testamentum factum coram principe, vel apud acta, aut extra iudicium coram septem testibus priuatis personis. Pro hac opin. facit quod sub dubio fortè dicit Specul. in titu.de instrumen.edit.§.restat. ver.sed cum literis episcoporum, &c. vbi dicit, quòd instrumentum factum coram populo per notarium in publico parlamento non requirit testes, per text. in d.l.omnium. Ad hoc facit quod eleganter vult Bal. in l.sancimus.C.de donat.vbi refert consuluisse Bart.per d.l.omnium.quòd testamentum conditum à quodam domino de Vrsinis, qui habebat merum & mixtum imperium in multis castris, valuerit, quamuis non fuerit coram superiore insinuatum vel apud acta. Et ibidem refert Bald. fuisse inductum, quòd in bullis Papæ non apponantur testes, quia proceres coram eo semper adesse præsumuntur. Quia nihil occultè fieri potest coram ipsis, coram quibus timor falsitatis cessat. Sed Bald.in rubr. C.de fide instrumen. sentit contrarium dicens, quòd in tali testamento apud acta facto requiruntur testes. Sed non dicit quot requiruntur. Idem tenet Salic.in d.l.omnium.dicens in testamento apud acta requiri tres testes, per dictam l. sancimus. Vnde non potest negari, quin passus sit dubius. Tamen dici potest, quòd non requiruntur septem, per dictam l.omnium. vbi text. videtur velle, quòd quando fit apud acta testamentum, fieri non oportet coram auribus priuatorum, id est, septem testium. Sed bene requiruntur ad minus duo. Nam licet in his, quæ natura explicanda sunt in iudicio, prout sunt actus iudiciales, non sit necessaria testium præsentia. cap.quoniam contra falsam. de probat. Attamen in testamento quod sui natura non venit explicandum in iudicio, remanemus in regula quæ habet, quòd in actis notarij debent interesse testes, qui testificentur tempore & loco opportunis, vt in §. oportet autem.in auth.de testib. Et ita videtur velle Bald. in dicta rubr.de fide instrum. & d.l.sancimus.C.eod. Et hæc præsertim locum habent in testamentis, in quibus iura maiorem voluerunt adhibere solennitatem, quàm in aliis actibus extraiudicialibus propter
20 magnitudinem præiudicij. † Octauò fallit in testamento facto per dominum in castro vel loco, vbi habebat merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem. Quo casu tale testamentum valebit sine septem testibus, ac si fuisset insinuatum apud superiorem, ita singulariter dicit Bald. in l.sancimus. §.j. C.de donat. referens ibidem Bart. & Francisc.de Pisis ita consuluisse, in quodam testamento, quod fecit quidam de Vrsinis. Et hoc vt dixi ſ. per dictam l. omnium. Idem sentit Bald. in aliquibus lecturis in l. precibus.C.de impuber.& aliis substition.& sequitur Alexand.de quo per eundem, & I. ſ. in l.Centurio.iij.
21 col.ff.de vulg.& pupill.substitut.† Nonò fallit in testamento per militem in expeditione facto, vbi milites testari possunt, quando volunt, & quo modo possunt. Et ideo quod in vagina vel clypeo, aut puluere cum gladio scripserint, pro solenni testamento habetur, l.j.ff.de test.mili. & text.not.in l.milites.C.de test.mil.cùm tempus deliberandi non habuerint bello sæuiente. Quòd verè & egregiè Caium Marium consulem Romanum contra Cymbros bellantem, & angustiatus leges transgredientem excusauit, dicendo inter armorum strepitum verba se iuris ciuilis exaudire non potuisse: quia id tempus tunc erat, quo magis defendere, quam audire leges oportebat, vt Valer.refert lib.v.c.ij.tit.de gratis.de illo consule loquens, sicut libr.iij.c.ij.tit de fortitudine. Quoniam, inquit, consul, sc.Scipio Nasica dum iuris ordinem sequitur, id agit, vt cum omnibus legibus Romanum imperium corruat. Vnde in tali necessitate, quæ legem non habet, leges quis seruare non tenetur. Et sic testamentum absque septem testibus valet, dum tamen duo concurrant. Primò, quòd sit factum per militem in actu præliandi existentem. Secundò, quòd talis miles in prælio decedat, vt d. l.milites. & l. Lucius.ff.illo eod.titul.secùs autem, si non decesserit in prælio, licet fuerit lethaliter vulneratus, si postea tanto tempore vixit in perfecta & sana mente, quòd habuerit facultatem de nouo condendi testamentum, vt sonant verba in d.l. milites. Subdens ibi quòd miles satis dicitur decessisse in prælio, si statim quòd extractus est à prælio, decesit. Alleg. quod habetur in l.j. §.ex incendio.ff.de incen.rui.vel naufr. facit l.bello. ff. de excus. tut. Sanè tamen intelligatis præmissa, sc. quòd milites non tenentur seruare solennitatem, sc. iuris ciuilis. Non tamen omittere propter hoc poterunt solennitatem iuris diuini vel gentium, quo introductum est, quòd in ore duorum vel trium stet omne verbum. Matth.xix. c.nouit.de iudic.c.in omni negotio. de testib. Et ideo in testamento militum in quo, vt dictum est, remittitur iuris solennitas, debent saltem adesse duo testes, qui deponant illam esse militis voluntatem, vt sentit glos.in d.l.milites.& bene
22 secundum doct. † Et vt aliqualem notitiam huius articuli habeatis, vos canonistæ scire debetis, quòd milites circa actum testandi sunt de iure quamplurimùm priuilegiati. Primò enim miles testari potest sine solennitate testium, aut alia quacunque, vt l.j.ff. de testamen.militar.& d.l.milites.C.illo eodem tit. Secundò, quia filiusfamiliâs miles testari potest. Instit.de testament.milita.§.fin. Tertiò, quia miles, surdus, & mutus testari potest iure militari.ff.de testam. milit.l.iure.instit.illo eodem titul.§.quinimò. Quartò, quia posito quòd sit de crimine capitali damnatus, tamen testari potest in castrensibus, vt l.ex militari.ff.de testamen.milit. Quintò, quia miles potest decedere cum duobus testamentis simul, & eodem tempore validis. Sextò, quia potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. Hi duo casus probantur in l.j.& l.ij.C.de testamen.milit. Septimò, quia potest facere hæredem & ex tempore, & ad tempus, vt l.miles ita.ff.de testament.milit. Octauò, quia potest filio suo facere testamentum, licet sibi non faciat, vt l.miles.§.fin.ff.de testamento militari. Nonò, quia substitutio pupillaris per militem filio facta valet, licet ex eius testamento non adeatur hæreditas, vt d.§.fin. Decimò, quia potest filio suo etiam puberi pupillariter & directè substituere. vt l. in testamento.C.de testament.milita. & l.Centurio.ff.de vulg.& pupil.substit. Vndecimò, quia non potest donare, aut legare aliquid eius concubinæ, vt l.ij.C.de donat. inter virum & vxorem. de quo plenè dixi ſ. in verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* Duodecimò, quia eius testamentum per querelam inofficiosi testamenti non impugnatur.l.fi.C.de inoff.test. Decimotertiò, quia miles sciens se filium habere, & sic ex certa scientia potest filium impunè præterire. Nam

eius

eius præteritio haberetur pro exhæredatione, vt l. ſicut certi. C. de teſt. mil. Decimoquartò, quia ſi in teſtamento militis reperiatur vltra dodrantem legatum, ceſſat detractio quartæ falcidiæ. C. ad leg. Falc. l. in teſtamento. Decimoquintò, quia poteſt hæreditatem dare directò in codicillis, vt l. milites. in prin. ff. de teſt. mil. Decimoſextò, quia miles loquendo ſeruo videtur ſibi dare libertatem. ff. de teſta. mil. l. Lucius. facit l. ex his verbis. C. illo eod. titul. Decimoſeptimò, quia filio emancipato, & etiam exhæredato poteſt pupillariter ſubſtituere, vt l. miles ita. §. exhęredato. ff. de teſt. mil. Decimooctauò, quia hæreditatem poteſt nuda voluntate adimere, vt l. in fraudem. §. j. ff. de teſta. mili. Decimononò, quia ſi miles ſuum ſeruum hæredem inſtituat, poteſt eum ſimpliciter exhæredando ei hæreditatem adimere. l. ſi certarum. §. ſi eodem. ff. de teſta. mil. Vigeſimò, quia teſtamentum factum à milite per notas inuſitatas valet, vt d. l. Lucius. illo eod. tit. & ibi Dyn. dicit idem eſſe in teſtamento facto ad pias cauſas, quod non valeret in pagano. [De quo plenè habetur ſuper verbo, *Cætera bona.* circa fin.] Vigeſimoprimò, quia miles accuſatus de crimine non quæſtionatur. l. milites. C. de quæſt. [Contrarium ſeruatur in iſto regno, vt plenè habetur j. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore.* j. in viij. fallen. in fin. ad regulam, quòd damnatus de crimine eſt inteſtabilis, vt etiam nobiles ſuſpenduntur.] Vigeſimoſecundò, quia miles furca non ſuſpenditur. l. iij. §. j. & ibi hoc not. Bart. ff. de re milit. Etiam rex in præſenti regno Franciæ dare conſueuit literas ſtatus ipſis militibus, & quibuſcunque bello vacantibus, per quas mandatur ſuperſedi in litibus, & eorum proceſsibus durante bello, & communiter dantur ad certum tempus, quo durante tota proceſſura cauſarum ſuarum forenſium ſuſpenditur. Quibus quidem literis ſtatus, iudices illarum cauſarum obtemperare non debent in tribus caſibus. Primò in cauſis criminalibus & exceſſuum, quorum punitio differri non debet prætextu talium literarum per ordinationem Caroli vij. artic. lxxvij. incip. *Item & que nous auons entendu, que ſouuentesfois, quand aucun delinquant, &c.* Secundò locum non habent dictæ literæ ſtatus etiam in cauſis ciuilibus in materia prouiſionali & priuilegiata, veluti ſi agatur de furnimento querimoniæ dotis, alimentis, & vbi per eas impediretur teſtium producendorum receptio per aliam ordinationem eiuſdem regis, artic. incipient. *Item & pource, que ſouuentesfois pluſieurs matieres priuilegiees, &c.* Tertiò locum non habent, vbi in proceſſu & cauſa pendente partibus iam auditis, eſſet concluſum in cauſa, & aſsignatum ad ius dicendum. Quo caſu partes nihil habent facere, cùm proceſſus ſit completus, ita quòd iudex non habet niſi ius dicere, prout facere tenetur abſentia militis, vel alterius partis appellatione, vel dilatione ad habendum conſilium, aut literis ſtatus à rege obtentis non obſtantibus. Quinimò iudex eo caſu debet partem eo prætextu iudicium cauſæ differentem, & impedientem in expenſis proceſſus retardati, damnis & intereſſe, & emenda quam pro caſus exigentia arbitrabitur, condemnare, vt habetur in alia eiuſdem regis ordinatione, artic. incip. *Item que nous auons entendu, que pluſieurs, &c.* Hæc enim pulchra priuilegia hîc inſerui propter infrà dicenda de doctoribus, & aduocatis ac
23 presbyteris. † Quoniam hodie de militibus noſtri temporis parum curatur, nec gaudent priuilegiis militum, ſecundum Cy. & Sal. in l. j. C. de iur. & fa. ignor. quia illa in militibus requiſita quæ ponit gl. in l. pen. ff. ex quib. cau. ma. non habent. idem tenet Bar. in l. filiusfamiliàs. §. veterani. ff. de proc. & in l. militem. C. illo eod tit. Nam militibus eo pacto virtutes compe-
24 tunt, quo milites interpretari volunt: † quia miles vir eſt, quaſi ex mille electus, ſed qualis electio erit, niſi virtutibus floreat ipſe, qui tot homines præcellit? Militibus profectò virtutes competunt corporis & mentis, vt corpus in bello valeat, & mens bona pru-
25 dentia dirigatur. † Requiritur in primis militem habere corpus bene diſpoſitum, proportionatum, & complexionatum, membráque dura, cùm militia duritia appelletur. Vnde ad pugnandum fortes ſunt fabri, & cæteri qui laboribus continuis viuunt. Hi autem qui debiles ſunt, parum valent ad corporalem pugnam, qui licet in ſtudio ſapientię, & ſcientię molles carne, aptos mente dicamus, vt Philoſophus dicit in ij. de Anima: tamen in armis eſt oppoſitum, ſecundum Veget. in lib. de re mil. Non eſt, inquit, dubitandum, aptiorem armis eſſe ruſticam plebem, quæ ſub dio, & in labore nutritur, ſolis ardorem patiens, vmbræ negligens, balneorum neſcia, deliciarum ignara, ſimplici animo, paruo contenta, duratis ad omnium malorum tolerantiam membris, cui geſtare ferrum, foſſam ducere, & quodcunque onus ferre conſuetu-
26 do eſt, vt per exempla videbitis. † Piſcatores autem, aucupes & cæteros omnes qui tractare videntur quę ad muliebria pertinent, longè arbitror pellendos à caſtris. Sed fabros ferrarios, Carpentarios, aprorumque venatores ſociare conuenit militiæ. Quoniam vt ad Lucillum dicit Senec. nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro tranſierunt, vt exemplo vidiſtis ſuper verbo, *Condidit.* j. Ex quo ſequitur, quòd de eſſentia militiæ non eſt nobilitas, nec requiritur milites de genere nobilium eſſe, ſecundum Io.
27 de Pla. per illum tex. in l. j. C. neg. ne mil. lib. xij. † Secundò requiritur, quòd miles ſit aſpectu & facie terribilis, vt idem dicit Veget. Nam ſi leonis [Et talis fuit Alexander magnus in bello valentiſsimus, vt habetur j. ſuper verbo, *Quæ ex eo filium ſuſcipiens.*] vel vrſi, aut huiuſmodi effigiem habeat, ferox vt plurimum, & audax erit in bello. Or, audaces (vt lib. x. Aeneid. habetur) fortuna iuuat, timidóſque repellit: quia vt dicitur in lib. ſex principiorum: Anima coniuncta corpori imitatur paſsiones corporis: ſicut per experientiam videmus, quòd maſculi habentes effigiem mulieris, ſunt communiter quaſi fœmina, molles, otij & deliciarum amatores, quæ multum contrariantur militiæ, qui omnia mala ſuſtinere habent pro aliis, & republica vſque ad mortem incluſiuè. [Quam aliquis magnanimus dummodò honeſta ſit, & communis, nunquam timuit, vt plenè habetur j. ſuper verbo, *teſtamentum.* 4.] & ita iurant milites, ſecundum gl. inſti. de teſt. mil. ſuper rub. & in l. ſi. ff. ex qui. cau. ma. in inte. reſt. Timere enim non debet miles hoſtes quantumcunque ſuperbos, nec eos fugere, vel ab eis abſcedi permittere, ſed in faciem eorum occurrere. Et qui
28 contrarium apud Romanos faciebant, ignominioſè puniebantur: † vt de Lucio Minutio conſule lib. 2. c. 2. tit. de diſcipli. mili. refert Valer. quem Lucius Quintus Cincinnatus dictator Romanus, eo tempore quo deuictis Equiculis, & ſub iugum miſsis, conſulatum deponere coegit, quòd caſtra eius hoſtes iidem obſederant: indignum maximo imperio credens quem non ſua virtus, ſed foſſa vallúmque tutum præſtiterat, cuíque verecundiæ non fuerat, arma Romana metu trepida, clauſis portis contineri. Lucius etiam Calphurn

phurnius Piso Consul Romanus Titium equitum præfectum multitudine fugitiuorum hostium circunuentum, quib. mortem timens arma tradiderat, his ignominiæ generibus affici iusit: eum tota laciniis. i. fymbriis abscisis amictum, discinctáque tunica indutum, nudis pedibus, à mane noctem vsque ad principia per omne tempus militiæ adesse: interdixit etiam ei conuictum hominum vsúmque balnearum, turmásque equitum quibus præfuerat: & ademptis equis, in funditorum alas transcripsit. Magnum profectò dedecus patriæ magno Pisonis decore vindicatum est. Quoniam quidem id egit Piso, vt qui cupiditate vitæ adducti libertati suæ seruili manu flagitiosum imponi iugum non erubuerant, amarum lucis vsum experirentur. Mortémque quam effœminatè timuerant, viriliter optarent. Hæc ille. Decet ergo militem esse strenuum ac promptum ad omnes licitos & honestos labores absque timore mortis, iuxta illud Senec. ad Lucillum: Generosos animos labor nutrit. Nec est viri timere sudorem. quinimo dicit Philosoph. 3. Ethi. Molliciem esse, fugere laboriosa. Ideo milites exercitio frequenter debent habilitari, vt laborib. subesse non timeant. Cùm ars tritos, vsus promptos, imitatio artifices aptos, tria concurrentia summos. Nec habent cõtrarium plus quàm otium. [De quo plenè habetur ĩ. super verb. *dotem quam ei dederat.* circa fi.] Adeò quod seruitoribus & iumentis eis adiutricib. carere debent, vt duritiam & pœnam ipsis in propria assuescant, & necessaria propriis humeris portent. Quod Metellus Consul Romanus in bello Iugurtino optimè seruauit. de quo Valer. vbi s. Metellus, inquit, cùm exercitum in Africa Iugurtino bello nimia Spurij Albini indulgentia corruptum consul accepisset, omnib. imperij neruis ad reuocandam pristinæ disciplinam militiæ connixus est: nec singulas partes apprehendit, sed totam continuò in statum suum redegit. Protinus nanque Lixas, i. ministros militum mercede conductos ad aquam ferendam, & cætera onera subeunda, castris submouit, cibúmque coctum vẽnalem proponi vetuit, in agmine neminem militum ministerio seruorum iumentorumque, vt arma sua & alimenta ipsi ferrent, vti passus est. Quid ergo restituta continentia, quid repetita industria profecit? Credo eas, s. victorias, & multa trophæa peperit. Hæc ille. Tertiò habere debet miles pectus latum: quia pectus strictum signum est hominis pusillanimi. Habere etiam debet brachia longa, & non curta, cùm huiusmodi sint communiter debiles. vnde Veget. vbi s. Sit adolescens Martio operi deputandus, vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valentibus digitis, longioribus brachiis, ventre modicus, exilior suris & cruribus, non superflua carne distinctis, sed neruorum duritia collectis. Cùm hæc in tyrone signa deprehenderis, proceritatem non magnopere desideres. Vtilius enim est fortes milites esse, quam grandes. iuxta illud Cato. Hominis exigui vires contemnere noli, &c. Præterea in amplitudine & latitudine plusquam in longitudine sapientia cõsistit: quoniam rarò longi inueniuntur sapientes, secundum Petr. de Bellap. quod summè displicuit Cyno, qui vltra modum longus erat, vt dicit Bar. in l. j. ff. de iur. om. iud.

Nec sunt communiter audaces nec valentes, velut
30 cor multum distans à cerebro habentes. † Quartò sobrius esse debet miles in cibo & potu: de quibus non multum curet, nec de lecto: non enim assuesci debet sensualibus deliciis. quia, vt dicit Facetus Poeta:

Nil valet in bello qui deliciosè viuit:
Nec sine duritia bellica palma datur.

31 † Cùm (vt s. dixi) miles dicatur à malo quod sustinere debet pro repub. l. j. §. miles autem. ff. de test. mil. vbi miles dicitur à militia, i. duritia quam sustinet.

32 † Quamobrem cùm in expeditione degunt, tradi eis debet panis bucellatus ad comedẽdum per biduum, i. panis bis coctus, qui siccitate sui grossos & ponderosos humores attrahit & bibit: quos cum superfluo digestionis expellit per secessum: quibus eiectis sunt milites agiliores ad pugnandum, & prẽseruati à multis infirmitatibus, quas dicti mali humores ad putre-
33 factionem facilè gignunt. † Vel dicitur panis bucellatus, i. azimus, & subcineritius, sola aqua & farina sine fermento compactus, & sub cinere coctus. Qui ideo dicitur bucellatus, quia faciliter per bucellos seu morsellos ac parua & minima frusta sine gladio diuiditur: & tertia die panis integer non bis coctus eis ministratur. Pariter vna die datur eis vinum, & altera die acetum ad bibendum. Et hoc triplici ratione: primò, ne respu. plus grauetur mittendo totum potum in vino. Secundò vt assuescant mala sustinere, vnde milites dicuntur, vt dixi. Tertiò ne vino inebrientur, in quo est luxuria, & mentis alienatio. cap. quemadmodum. de iureiur. & c. à crapula. de vita & ho. cle. Præterea acetum neruos indurat, & fortiores reddit, & etiam pedes. Ne bellando, vel aliàs faciliter pondere militiæ debilitentur: etiam pro pitantia datur militibus lardum vna die pro condimento, & caro veruecina, i. arietis pro duobus diebus. Est enim caro veruecina bene digestiua & nutritiua boni sanguinem generans: maximè si veruex sit iuuenis & castratus ac tenellus secundum physicos. & dicitur veruex à veho & vermis, quia vermen gerit in capite, secundum Græcis. etiam veruica idem est quouis, prout hæc omnia habentur in l. j. vbi Bar. & Ioan. de Pla. C. de erog. mil. ann. lib. xj. Vnde talis debetur eis victus leuis, ne occupati inquietudine cibariorum delicatè præparandorum à militia diuertantur, aut crapula & ebrietate hebetentur, vt d. c. à crapula. Maxima enim inquietudo & vexatio ac intellectus turbatio est dietim cogitare de epulis. l. j. C. de comit. & trib. schol.
34 libr. xij. † Quintò inops debet esse miles & pauper. Nam olim milites solis stipendiis contentabantur: de quibus viuere debent, & non super agros, vt habetur Luc. iij. Nec debent subditos regis ad eis prębendum victualia cogere, nec illorum prędia inquietare, nec victualia, aut cætera bona tangere. Quibus contrarium facientibus licitum est cuilibet de plebe eos aut eorum ministrum expellere, & propria authoritate resistere, amicis & vicinis in auxilium conuocatis ad expellendum inuasores: Capitaneum qui eos delegauit temporali exilio puniendo. quia militib. transeuntibus solum permittitur hospitari in domibus. & nihil pro victu, aut equorum pabulo à prouincialib. etiam sponte offerentibus recipere, non soluto valore. l. venaticorum. C. de erog. mil. an. lib. xij. & l. deuotum. vbi Io. de Pla. C. de met. & epid. eo. lib. dicit curialitatem debere esse in eo, qui gratis hospitatur, vt nihil petat ab hospite vltra hospitalitatem. Nec ibi post pernoctationem residentiam faciat, nisi hospitaretur in domo alicuius sui parentis vel amici. Quo casu gratis oblatum posset accipere: quia tunc cessat ratio suspicionis, & præsumptæ concussionis. l. j. vbi etiam Io. de Pla. C. de salg. hosp. non præb. eod. libro. per quem tex. in l. fi. §. vt autem. C. de re mil. eod. lib.
35 decidit, † quòd vasallus cucurbitans dominum, etiam

vxore

vxore volente,imò se offerente,perdit feudũ.Et minus possunt milites tempore pacis faciendo mõstras personarum suarũ,equorum,armorũ,& cæterorum militibus stipendiariis necessariorum, viuere de bonis rusticorum,& aliorum subditorum.Nec conuocari in magna multitudine, vt d.l.fi.§.erit autem.C. de re mil. ne grauent subditos. Et si de facto milites super populo viuerent, prout sæpe principum dissimulatione,& dominorum fecerunt,prouideri eis debet æqualiter de victu per omnes supportando:adeò. q; si in domo vnius fortè melius de habitatione & victu prouisa omnes hospitarentur, eò tunc omnes & singuli de illo loco seu in contrata illũ pro quota cùiuslibet emendare tenentur:& ad hoc officio iudicis si contradicerent cogi possunt,secundum gl.& Bart. sing.in l.de vsu quoque. [De quo j.super verbo,*domum*.vbi plenius hoc probatur. j in fi.ff.de var.& extraord.cogn.circa quod videatis quæ dixi super verbo,*& vxorem nomine Adelas*.in j.art.succes.ab intest. circa prin.3.decisionis.† Vnde restat milites suis stipendiis debere esse contentos, & pauperes esse,non obst q; text.in d.l.fi.§.erit autem. dixerit eos ditissimos.quia loquitur de diuitiis morum,& totius probitatis,in quibus milites ditissimi esse debent,& non in abundantia bonorũ temporalium, in quibus pauperes esse debent:nec aliquid acquirere possunt, nec possessiones comparare, seu emere in ea prouincia, vbi bella geruntur,ne studio agriculturę à militia reuocentur.l.milites ij.ff.de re mil.Pariter in l.milites. C. loc. milites prohibentur esse rerum conductores, procuratores, aut fideiussores. facit l.militem. C. de proc.ne omisso armorum vsu,ad opus rurale,forum, & cætera negotia se cõferant,qui armis,non priuatis negotiis occupari debent,vt numeris& signis suis iugiter inhærentes rempublicam à qua aluntur, omni bellorum necessitate defendant:imò in d.l.militem. dicitur,militẽ nec pro patre vel matre,aut vxore,vel ex sacro rescripto nomine procuratorio experiri oportet.Cũ neq; defensionẽ alienã suscipere,vel redimere negotia, vel quasi suffragatorẽ accedere vtilitate publica permittatur.Solũ ei permittitur in simplicitate militari viuere,quæ magis cupit arma quam leges & iura forensia scire.l.fi.C.de iu.del.Vnde refert Vale. lib.3.c.7.tit.de fiducia sui,Scipion.Afric.in concione publica dixisse, q; cũ totã Africam Romanæ ditioni subiecisset:nõ tamẽ aliud ex ea quod suum diceretur præter cognomen tulisse. Et Publius Scipio de se & Lucio Scipione eius fratre loquens:Non, inquit,me Punicæ,non fratrem meum Asiaticæ gazę auarũ reddiderunt:Sed vterq; nostrum inuidia magis quàm pecunia locupletior est. Quam Scipionis accusati constantem defensionẽ Romanus vniuersus senatus comprobauit,vt ibi refert idem Valer.Et lib.4.c.4.tit.de paupertate.de Vale.Publicola post Tarquinium electũ primo Consule,dicit q; post tres consulatus acceptissimè peractos tantæ paupertatis fuit, q; patrimonium eius ad expensam exequiarum suarum defecit. Ex quo patet quid viuus possedit,cui mortuo lectus funebris,& rogus defuit.Fabric.quoque[De quo vide plura quæ habentur super verb. *duas habens filias*. in 3.principali fallentia,dum loquitur de pacto futurę successionis conseruandæ. pluries consul & imperator Romanus(vt idẽ refert)filias proprias ob paupertatem dotare nequiuit.Marcus etiam Curius contra Samnites bellũ gerens, legatis eorũ,se in camino assidentẽ & in catino ligneo cœnantẽ spectandũ præbuit.Cumq; magnũ auri põdus ei pòst attulissent,risit dicẽs:Referte & dicite Samnitibus Marcũ Curium malle locupletib⁹ imperare, q; ipsum fieri locupletẽ, & memẽto te me nõ acie vinci,nec pecunia posse corrũpi. Attilius verò Calatinus ab aratro ad imperium Rom. vocatus,post quã rempubl.stabiliuit,& ingẽtes hostiũ vires cõfregit,multósque triũphos cõsecutus, depositio imperiali sceptro ad aratrũ redire non erubuit,referẽte eodem Valer.lib.4.c.4.tit.de paupert.

37 † Sextò debet miles esse castus,& castitatis amator. Et inde stationes militũ dicta sunt castra à castrãdo,secũ dũ gl.in l.qui cũ vno testiculo. ff.de re mil. quia castè ibi viuebãt milites[Vt plenius habetur j.super ver. *cuidã Petro tradiderũt*.dũ loquitur de castitate principum.]antiqui rectè cõsiderantes castitatẽ secũ habere annexã fortitudinẽ,secũdũ Amb.vt dixi super ver. *duas habẽs filias*.loquẽdo de mulierib.quę olim ĩ bello strenuè se habuerũt. Castitatẽ semper vt pupillam oculi seruarũt boni milites, non alia de causa, nisi vt fortiores essent in prælio,iuxta illud Poet.in Georg.

Sed non vlla magis vires industria format,
Quàm venerem & cæci stimulos auertere amoris.

Ob quod imperator amatorem castitatis se dixit, in Auth.quib.mod.nat.effi.leg.col.vj.Et prædixerat in auth.de monach.Castitatem solam[De qua & eius triplici specie,& suis priuilegiis, plenè habetur j.super verbo,*cuidam Petro tradiderunt*.]cum fiducia esse posibilem Deo animas præsentare.Vnde non sine ratione tantũ eam dilexerunt armigeri veteres etiam gentiles:nam de Cornel.Scipione refert Valer.lib.2. c.2.tit.de mil.discipl. q; contra Numantinos imperator missus,eo momento quo castra intrauit,duo mille scorta de ipsis expulit.Qua peste vacuefactus exercitus, qui paulò antè metu mortis deformi se fœderis ictu maculauerat,erecta & recreata virtute,aciem illam fortem & animosam Numantiam superauit,& incendiis exustam, ruinisq; prostratam Numantiam solo æquauit. Scipio quoq; Africanus summis etiam effertur laudibus, qui Carthaginem obsidens oblatam sibi ex hostibus virginem eximiæ formæ & nobi
38 litatis,intactam & dotatam restituit. † Septimò miles esse debet vigilans ad custodiam eorum, quibus præpositus existit. Ne dormiens inuadatur ab hostibus.Et inde dicitur prefectus vigilum,quòd tota nocte vigilare debet,armantusque discurrere,& inquilinos admonere, ne culpa eorum aut negligentia incendium oriatur.l.ij.ff.de of.præf.vig.Vigilare enim debent milites,præcepto diuino excitati per Christũ in Euang.Vigilate,inquit,& parati estote,quia nescitis qua hora fur veniet.Or hostes dicũtur fures,quos per dolum, & insidias licet vincere, si eis aliter fides non promissa fuerit,sicut fecit Macrob. [Hanc historiam ad longum posuit super verb.*Dotem quam ei dederat*. dum loquitur de otio fugiendo.] Carthaginensium dux contra Assyrios missus:quos vincere dubitans, vino & mandragoris dolosè inebriatos dor-
39 mientes interemit.† Octauò miles debet esse patiens in aduersitatibus,& belli laboribus sustinendis,fame, siti,& æstu,& frigore, ac cæteris calamitatibus, quæ innumerabiles existunt.l.vnica.§.j.C.de cad.tol.Attendamus enim quanta fuit in antiquis animi patientia.Narrat profectò Senec.lib.3.de ira.quòd cùm Chimargies historiarum scriptor quædam contra Cæsarem scripsisset,monuit eum Cęsar,vt sermone moderatiori vteretur,quòd facere renuit.Nec tamen Cęsar se vindicauit, sed solùm ei domum suam interdixit. Pariter refert Policra.libr.3.capit.14. de Octauiano Cæsare Augusto,quòd miræ patientiæ fuit,qui cum

ei ded

ei detraheretur in publico, & contra detractores inciteretur ad vindictam, respondebat, q̃ in libera ciuitate liberas decebat esse linguas. Subiungens virum habere debere in auribus diligentiam, in lingua taciturnitatem, & in animo quietem: quia ira omnia præcipitat. Similiter Seneca de mira patientia Antigoni narrat, q̃ cùm multa improperia audiret, dicebat militem decere non solùm certare baculo, sed etiam animo viriliter. Sicut de Catilina legitur, q̃ licet pessimus esset, tamen patiens erat inediæ, algoris, & cæteris huiusmodi. Et de hac virtute & cęteris dare debẽt doctrinam nedum verbo, sed etiam facto & exemplo militum primates & capitanei. l. officium. ff. de re mil. vbi officium regentis, non solùm in danda doctrina, sed etiam in obseruãtia disciplinę militaris consistit.

40† Nonò requiritur in milite fortitudo, quę virtus est, qua cæteræ solidantur, & sine qua in bono non perseueratur. Et qua omnia roborantur & moderantur. de qua dicit Philosoph. in ij. Ethico. Fortitudo tenet medium inter timores, & audacias. & Tull. Rheto. j. Fortitudo est conceptio considerata periculorum, laborúmque perpessio. Et in Tuscul. q. lib. iiij. Fortitudo, inquit, est affectio animi lege summè perpetiendis rebus obtemperans. Vel est conseruatio stabilis iudicij in his rebus quæ formidolosæ videntur subeundis vel repellendis: vel est scientia rerum formidolosarum contrariarúmque aut omnino negligendarum conseruans earum rerum stabile iudicium. ex quib. infertur fortitudinem locum habere in arduis, & in grandibus probatur. Hanc siquidem virtutem si miles habuerit, minas non timebit, imò nec mortem pauebit: cùm viro forti nequaquam turpis mors accidere possit. Fortitudo certè sui natura & effectu fortunam superat. Vnde Valer. Fortiter, inquit, se in aduersis gerere quid aliud est, quam fortunam sæuientem, in adiutorium sui, pudore victam vertere? Non dico, q̃ optanda sint pericula, vt fortem quis se ostendat. Sed sufficit pericula si contingant, validè tolerare. Non sum (ait Senec. ad Lucillum) tam demens, vt ægrotare cupiam: tamen si ægrotandum fuerit, sufficit vt nil effœminatè faciam. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter: nec debet vlla rei nouitas fortia vertere pectora, cùm non possit athleta magnos spiritus habere, donec suum viderit sanguinem. iuxta illud, Sanguis fusus humi vires accenso roborat igne. Tunc enim proiectus, animum non proiicit: sed cum magna spe ad pugnam descendit, eaq; virtute mala fortuna vincitur, & bona ornatur. Oportet ergò milites esse fortissimos nulla vi, nulloq; terrore à proposito recedentes, & considerare, vt dicit Valer. lib. 3. c. 8. tit. de constantia. in prin. q̃ natura sic comparatum est, vt quisquis se aliquid ordine ac recta mente complexum cõfidit, vel iam gestum, si obtrectetur, acriter tueatur, vel nõdum editum si interpelletur, sine vlla cunctatione ad effectum perducat. Vnde refert Salu. bellum Catilinarium narrãs, propesi. Catilinam Romanum potentia ciuium obsessum, die sui interitus sic milites suos obsecrasse: Nemo, inquit, nisi victor pro pace bellum mutauit. Nam in fuga salutem sperare, cùm arma quibus corpus tegitur ab hoste auerteris, ea verò demẽtia est: semper in prę lio his est maximum periculum, qui maximè timent: audacia pro muro habetur. Cùm vos considero milites, & cũ facta vestra æstimo, magna me spes victorię tenet: animus, ætas, virtus vestra me hortantur. Præterea necessitudo, quę etiam timidos fortes facit. hęc ille. Nam eiusdẽ nationis homines fortiores sunt ad se mutuò auxiliandum. Historiographi profectò laudant, & ad cælos vsque tollunt eos qui fortes & constantes fuerunt in prælio. Multa & terribilia Piso Romanus contempsit, dum speciosum mentis suæ flecti noluit rigorem. Laudatur pariter Iudas ille Machabæus. j. Mach. iij. ibi: Et surrexit Iudas qui vocabatur Machabęus, & induit loricam sicut gygas, & succinxit se arma sua bellica in pręliis, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et de prælijs Iudę narrabant omnes gentes, & c. De Catone maiore refert etiam Valer. lib. 3. c. 2. tit. de fortitu. Felicior, inquit, progenie sua superior Cato: à quo Portię familiæ principia manarunt: qui cùm ab hoste in acie vehementi periculo peteretur, vagina gladius eius elapsus decidit: quem subiectum pręliantium globo, atque vndique hostilibus pedibus circundatum: postquàm abesse sibi animaduertit, adeò constanti animo in suam potestatem redegit: vt illum non periculò oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes, postera die ad eum

41 supplices pacem petentes venerunt. † Cneus Pompilius à senatu Romano ad Syriæ regem missus sua fortitudine & audacia, ac si totus senatus adfuisset, regem solus terruit. De quo idem Valer. lib. 6. c. 4. tit. de graui ter dictis ac factis sic dicit: Cneus verò Pompilius à senatu legatus ad Antiochũ missus, vt bello se quò Ptolemæum Aegypti regem lacessebat, abstineret: cùm ad eum venisset, atque is. s. Antiochus Syriæ rex prompto animo, amicissimo vultu dextram ei porrexisset, inuicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas, i. literas, senatusconsultum continẽtes tradidit: quas, vt legit Antiochus, dixit se cum amicis collocuturũ. Indignatus Pompilius, q̃ aliquam moram Antiochus interposuisset, virga solum quo insistebat, i. terram, denotauit, sc. in circuitum linea designauit: &, prius inquit, quàm hoc circulo excedas, da respõsum, quod senatui referam. Non legatum locutum, sed ipsam curiam, i. senatum totũ ante oculos positam crederes. Continuò enim rex affirmauit fore, ne amplius de se Ptolemæus quæreretur. Ac tum demum Pompilius manum eius tanquã socij apprehendit. quam efficax est animi fortitudo sermonisque abcissa grauitas? Eodem momento Syriæ regnum terruit, Aegypti rexit. Hæc ille. Iulius quoque Cæsar (vt idem alleg. titu. de fortit. refert) Cùm in Galliis innumerabili multitudine & feroci impetu Neruiorum, inclinari aciem suam videret, timidius pugnanti militi scutum detraxit: eóque tectus, acerrimè præliari cœpit. Quo facto fortitudinem & constantiam per totum exercitum diffudit, labentémque belli fortunam diuino animi ar-

42 dore restituit. † Decimò requiritur in milite fides, seu fidelitas, quæ licet in quocunque necessaria sit, maximè tamen militantibus congruit, vt sint fideles. In hoc enim militia fundata est, vt nulla fraude vituperetur. Quia vt Cic. ait lib. j. offi. Fundamentum primum iustitiæ est fides. Et Seneca ad Lucillum: Fides, inquit, est sanctissimũ humani pectoris bonũ, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur. Imò & hosti congruit tenere fidem: nam qui fidem perdidit, nihil habet quod possit amplius perdere. Nec habet causam loquendi, cui credi non potest, aut cui ablata est omnium verborũ fides, omnisque sermonis authoritas. Vnde nobiles dici non possunt, qui fraudib. & infidelitatib. sua prælia exercẽt, & quod promittũt, minimè tenẽt. Occultũ, profectò insidiosum malum est perfidia: cuius efficacissi-

mæ

mæ vires ſunt, mentiri & fallere: quæ tantum incommodi affert humano generi, quantum ſalutis bona fides præſtat. Omnes enim fideles eſſe honeſtum eſt, illos præcipuè, quorum ſtatus militaris, quorumque vacatio eſt rempublicam defenſare. Militia autem dedecus patitur, niſi fideliter exerceatur. Et in milite nil pulchrius, quàm fides eius, teſte Veget. de re mil. vbi dicit, q̃ tota reip. ſalus in hoc conſiſtit, vt tyrones, id eſt milites non ſolùm corpore ſed animo præſtantiſsimi compareant, atque iuramẽta ſuis principibus facta obſeruent. Cui aſſentit Policr. lib. vj. c. v. dicens duo eſſe p̃cipua in milite, videlicet electio & ſacramentum, vt ſcilicet fœdus promiſſum teneat. Subiungens. c. vij. proprium eſſe militis ordinatè tueri eccleſiam, perfidiam impugnare, ſacerdotium venerari, pauperem defenſare, iniurias placare. Et ſi opus fuerit animam ponere pro principe & ſalute reipublic. Vnde Celtiberi (vt Valer. libr. ij. tit. de inſtit. antiq. refert.) nephas dicebant eſſe prælio ſupereſſe, cùm is occidiſſet, ſcilicet princeps eorum occubuiſſet, p̃o cuius ſalute ſpiritum deuouerant. Laudanda inquit, illius populi animi p̃eſtantia, qui fidem amicitię conſtanter p̃eſtandam arbitrabatur, vt fecerunt Pontius & Mæuius centuriones Romani, de quibus idem Valer. lib. iij. c. viij. titul. de conſtan. c. de centurionib. ſic dicit: An abigi debet Põtius ab horum exemplorum contextu, qui pro Cæſaris partibus excubans, Scipionis præſidio interceptus, cùm vno modo ſalus ei daretur, ſi ſe futurum Cnei Pompeij generi ipſius militem affirmaſſet, ita reſpondere non dubitauit: Tibi quidem Scipio gratias ago: ſed mihi vti iſta conditione vitæ non eſt opus. Sine vllis imaginibus nobilem animum & idem fidei & conſtantiæ propoſitum ſecutus Cneus Mæuius centurio diui Auguſti, ſcilicet Octauiani, cùm Antoniano bello ſæpenumero excellentes pugnas edidiſſet, improuiſis hoſtium inſidiis circunuentus, & ad Antonium Alexandriam perductus: interrogatúſque quídnam de eo ſtatui deberet: iugulari me, inquit, iube: quia non ſalutis beneficio, nec mortis ſupplicio adduci poſſum, vt aut Cęſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam. Cæterum quò conſtantius & fidelius vitam contempſit, eò facilius impetrauit. Antonius enim virtuti & fidei eius incolumitatem tribuit. Hæc ille. Noluerunt fideliſſimi illi milites variare, rectè conſiderantes graue eſſe fidem fallere. l. j. ff. de conſt. pec. quam ſummo ſtudio exactiſsimáque diligentia antiqui milites etiam hoſtibus ſeruarunt, vt Fabricius. [De quo latius dixi ſuper verbo, *duas habens filias.* in v. fal. loquendo de pacto ſucceſsionis conſeruandæ.] de quo Boe. lib. iij. de conſo. vbi nunc inquit, fidelis oſſa Fabricij, & Marcus Attilius Regulus. [De quo plenè habetur j. ſuper verbo, *Teſtamentum.* iij. dum loquitur de virtute & effectu iuramenti conuentionalis.] de quo ſępe meminit Aurelius Aug. de ciuit. Dei. & Iuriſc. in l. poſtliminij ius. §. captiuus. ff. de capt. & poſtl. re. † Vndecimò requiritur in milite perſeuerantia, niſi enim in prædictis virtutibus bellando perſeuerauerit, nunquam reportabit victoriæ triumphum: imò deficiens in vno factus eſt omnium reus. c. deſleat peccator. de reg. iur. in antiq. nec meretur dici athleta, qui ſaltem ter non vicerit. l. j. C. de athle. li. x. vnde Romani quia contra Carthaginenſes in bello perſeuerarunt, fundi tus eos deleuerunt. Hæc eſt vnica virtus perſeuerantia, quę milites coronat. Bene enim agere parum prodeſt, ſi mens labilis exiſtat. nec ex actibus generatur habitus, niſi adfuerit operis perſeuerantia: quia ſecundum Tull. rhet. j. Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis perpetuáque permanſio. nam talia continuata vigent: imò gutta aquæ tam mollis durisſimum cauat lapidem perſeueranter cadendo, ſecundum Alan. Tali certè medio extolluntur veteres Romani milites in oratione ad Cæſarem ſenem [de qua dixi ſ. in prologo huius operis circa medium in quadam additione.] de republica. Itaque, inquit, maiores noſtri cùm bellis aſperrimis premerẽtur, equis, viris, pecunia amiſſa, nunquid defeſsi ſunt armati de imperio certare? Non inopia ærarij, nõ vis hoſtium, non aduerſa res, ingentem eorum animum ſubegit: quin quæ virtute ceperant, ſimul cum anima retinerent. Simili laude adhuc referuntur Cymbrorum Cymbri ſunt populi Galliæ, quos nunc Flammingos vocamus, qui magnis olim cladibus Romanos affecerunt: ſed tandem fuere per Romanos Caio Mario conſule deleti, vt habetur j. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens.*] antiqui milites, qui niſi morerentur in bello, non reputabant ſe felices, velut ad finem vſque non perſeuerantes. De quibus lib. ij. tit. de inſtit. antiq. ſic dicit Valerius: Alacris & fortis Cymbrorum philoſophia, qui in acie gaudio exultabant, tanquam glorioſè & feliciter vita exceſſuri. Lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter perituri. Hęc ille. Mortui enim morbo vel ſenio verè mortui ſunt mundo, nec computantur in numero liberorum viuentium, ſed qui in acie principis pro republica ceciderunt, adhuc per gloriam viuere dicuntur. Inſt. de excu. tut. §. j. quia vt Cicero dicit, qui per virtutem perit, non omnino interit. De Aenea legitur lib. ij. Aeneid. q̃ per medios ignes, tela & hoſtes perſeueranter ſe habuit: ex quo magnifica peregit. Qui licet multas in parte ſenſitiua pateretur tribulationes, tamen vſum rationis in mente nũquam perdidit, imò ſuos conſolando fortius perſeuerauit, vt pulchrè habetur lib. j. Aeneid. vbi ad ſuos milites:

Reuocate, inquit, animos, mœſtumq; timorem
Mittite forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Et ſequitur: *Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem, &c.* Et lib. iiij. de eo. ſic dicitur:

Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes.

De quodam & eius perſeuerantia refert Valer. lib. j. c. ij. ti. de fortitud. c. de Fabio Maximo, ſic dicẽs: Eiuſdem temporis & notę miles, qui Cannenſi prælio, quo Annibal magis acies Romanorũ contudit, quàm animos fregit: cùm ad retinenda arma inutiles vulnerib. manus haberet, ſpoliare ſe conantis Numidæ ceruicem complexus, os. i. faciem, naribus & auribus corroſis deforme reddidit, inque plenæ vltionis morſib. expirauit, ſ. ille miles. Pœnus enim. i. Carthaginenſis ille ſic laceratus, in victoria obnoxius, morienti, ſc. Romano, ſolatio fuit: Romanus in ipſo fine vitę vindex ſui extitit. Nobiliter etiam (inquit idem Valer. eod. libr. iij. c. vij. tit. de fiducia ſui.) Vterque Spartanus, & qui increpitus à quodam, q̃ in aciem claudus deſcẽderet, pugnare non fugere propoſitum ſibi eſſe reſpondit. Et qui referente quodam ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere: bene narras inquit, in vmbra enim melius præliabimur. Eiuſdem vir vrbis atque animi, hoſpiti ſuo patriæ muros excelſos latóſque oſtendenti, dixit: Si mulieribus iſtos comparaſti, rectè, ſi viris turpiter, per quæ ſtrenui milites

propo

propositum non habuerunt fugiendi, imò constanti animo perseuerandi. De perseuerantia militari ad cę los vsque suos etiam extollit Cæsar in suis comment. de bello Gallico, libr. vij. Qui cùm in Gallia Celtica bellans Auaricum oppidum Biturigum tunc fortissimum obsedisset, & victualia suis militibus iamdudum defecissent, ac fame perirent, forti animo cessante murmuratione perseuerarunt, donec castrum deleuerunt. Summa, inquit, cum difficultate rei frumętarię affecto exercitu, tenuitate boiorum, i. Borbonorium indiligentia Heduorũ, incendiis ędificiorum [quia Vercingentorix Aluernigena à Gallis rex & dux belli factus, villas patriæ cremari & prostrari fecerat, ad tollendum victum Romanis.] vsque eo: vt cùm plures dies milites frumento caruerint, & pecore longinquioribus vicis abacto, extremam famem sustentarent. Nulla tamen vox est ab his audita populi Romani. Quin etiam Cęsar cùm in ope e singulas legiones appellaret, & si acerbius inopiam ferrent, se dimissurum oppugnationem diceret: vniuersi ab eo (ne id faceret) petebant, sic se complures annos illo imperante meruisse, vt nullam ignominiam acciperent, nusquam infecta re discederent. hoc se ignominiæ laturos loco, si incęptam oppugnationem reliquissent. Præstare omnes perferre acerbitates, quàm non ciuibus Romanis (qui Genabi perfidia Gallorũ interiissent) parentarent. [Nunc vocatur Aurelia ciuitas Galliæ magnifica, in qua eo tunc paulò antè fuerant per Gallos illius habitatores occisi Romani, quos ibi Cæsar pro custodia reliquerat: ac etiam qui causa negociationis illuc venerant. Hæc ille.] Perseuerare enim debent milites, non tamen pertinaces esse: quia vt dicit Veget. de re mil. libr. ij. plerique rei militaris ignari pleniorem victoriam credunt, si aduersarios aut locorum angustiis, aut armatorum multitudine circundederint, vt aditum non haberent recedendi: & contrà ex desperatione crescit audacia, & cùm spei nihil est, sumit arma fortitudo. Libenter currit commori, qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideo Scipionis laudata sententia est, qui dixit: Viam hostibus qua fugerent muniendam. [Hanc sententiam notatu dignam non viderat, imò eam narrantibus credere noluit generosus princeps dux Nemausi, comes Fuxi, & nepos Regis Lud. xij. nunc regnantis, eiusque locumtenenens, qui anno isto Domini 1511. apud Rauennam, circa festum Paschæ Domini obtenta victoria vltra montes & Hispanos fugientes insequens cũ toto suo exercitu deletus est ab eis: qui angustiati duplo maiores reassumpserunt vires, quia (vt dicit Valer. lib. ij. tit. de disciplina milit. c. Q. Metello.) Humanæ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas. Læta est profectò victoria videre hostes fugere, & cuncta relinquere in manus victoris.] Oportet ergo milites perseuerantes & constantes esse nulla vi, nullóque terrore abiicientes arma, nec fugere donec vicerint, aut victi fuerint, ne succumbant hostibus: aliàs sunt grauiter puniendi. l. qui commeatus. §. arma. ff. de re milit. vbi dicitur, quòd arma alienasse graue crimen est: & ea culpa desertioni exæquatur, vtique si omnia alienauit. Sed si partem eorum, vt tibiale aut humerale, castigari verberibus debet. Si verò loricam, scutum, galeam, vel gladium desertori militiæ ac fugienti similis est, vt scilicet capite puniatur. l. non omnes. §. desertor. ff. de re mil. De Quinto Fabio Romano refert Valer. alleg. tit. de discipl. mil. quòd ferociſsimæ gentis animos contundere & debilitare cupiens mansuetissimum ingenium suum, ad tempus deposita clemẽtina sæuiore vti seuęritate coegit. Omnium enim qui ex prędidiis Romanorum ad hostes transfugerant, captiq; erant, manus abscidit, vt trunca præ se brachia gestãtes, metum defectionis reliquis iniicerent: rebelles itaque manus à corporibus suis distractæ, inque cruentato solo sparsæ, cæteris ne idem committere auderent, documento fuere. Imò tales desertores in militia fideliter non perseuerantes possunt à quolibet propria authoritate occidi. l. ij. C. quan. lic. vnic. sine iud. vind. quia pro hostibus reputantur, quibus locum cesserũt. l. proditores, ff. de re mil. Nec debent militiam deserere, aut ab illa diuerti amore & cupiditate prædæ occisorum in campo, ne & ipsi occidantur. Nam (vt Valer. libr. iij. tit. de fortitudine, c. de C. Sempronio, refert, Iuuentus Romana cùm victoriam cõtra Volscos apud Veruginem castrum victores regaliter recuperasset, cũ de trophæis statuendis cogitarent, prælium nocte dirimentes, victores ne an victi discederent, incerti abierunt) Contrarium fuit: ideo vide tex. cum com-
44 mento. † Duodecimò requiritur in militibus charitas & mutua dilectio, qua deficiente ex sententia veritatis diuinæ desolabuntur, qui dixit, Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Dæmones enim & si non se diligant, qui sine charitate sunt, mutuo auxilio coadiuuantur contra nos in prælio. Vnde milites non se diligentes mutuò auxiliantes sunt dęmonibus peiores, seipsos & rempublicam perdentes, quia cùm in re seriosa & laboriosa pares sint, proprè socij dicuntur, quasi vno fœdere coniuncti, vt pacis & belli participes sint, iuxta illud Apost. ij. ad Cor. j. Sicut socij passionem estis, sic eritis & consolationum. Et melius est plures esse quàm vnum: habent enim emolumentum suę societatis, & si vnus ceciderit, ab alio fulcietur. Eccles. iiij. quia vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater. Prouerb. xviij. Facit tex. in l. verum. ff. pro soc. vbi societas dicitur species fraternitatis. Plus dicit tex. in d. l. militem. C. de procur. Maiorem esse dilectionem inter milites, quàm
45 inter parentes: † quia pro parentibus miles procurator esse non potest, sed bene pro suo commilitone. Prętera pactum de succedendo velut mortis captandæ inductiuum non valet. l. fi. C. de pact. c. ij. de conc. præb. & c. ne captandæ. eod. tit. lib. vj. tamen valet inter milites. l. licet. C. de pac. inter quos abundantia mutuæ dilectionis cessare facit præsumptionem captandæ mortis. Cùm verisimile nõ sit, vnum militem alteri insidiaturum, à quo succurri sperat, & quem releuare intendit, & necesse est in conflictu belli, & extrema necessitate, prout tenetur, postpositis & oblitis prętęritis, si quę fuerint, odiis, rancoribus, inuidia, & vindictis, ac simultatibus. Sicut fecerunt veteres boni milites, inter quos Valer. lib. iiij. cap. ij. titul. de iis qui ex inimicis iuncti sunt amicitia, & necessitudin. Marcum Aemilium Lepidum, & Sextum Liuium Salinatorem memorat in hæc verba: Marcus Aemilius Lepidus bis Consul & Pontifex Maximus splendorique honorum par vitæ grauitate, diutinas, ac vehementes inimicitias cum Fuluio Flacco eiusdem amplitudinis viro gesit: quas vt simul Censores renunciati sunt, in campo deposuit: existimans non oportere eos priuatis odiis dissidere, qui publicè summa iuncti essent potestate. Id iudicium animi eius & præsens ætas comprobauit, & nobis veteres annalium scriptores laudandum tradiderunt. Sexti quoque Liuij Salinatoris finiendarum simultatum illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt. Is

nanque

nanque & si Neronis odio ardens in exilium profectus fuerat, testimonio eius pręcipuè afflictus, tamen postquam eum inde reuocatum ciues collegam illi, scilicet Neroni, in consulatum dederunt, & ingenij sui, quod erat acerrimum, & iniuriæ, quam grauissimâ acceperat, obliuiscì sibi imperauit, ne si dissidente animo consortium imperij vsurpare voluisset, pertinacem exhibendo inimicum, malum cõsulem ageret. Quæ quidem mentis ad tranquilliorem habitum inclinatio, in aspero ac difficili temporum articulo plurimum salutis vrbi nostræ atq; Italiæ attulit: quia pari virtutis impetu connixi, terribiles Punicas vires contuderunt. Hæc ille. Vnde restat milites modis prædictis conditionatos, & virtutibus præditos esse veros milites, quasi ex mille electos, & consequenter esse tales, quibus hæc priuilegia debentur: & quos antiquitas summè extulit & venerata est. Et in tanta veneratione habebantur, ꝙ nedum à virtuosis, verùm etiam à latrunculis quos bellabant, venerabantur. Et quod plus est, ab hostibus quos vicerant, etiam mortui suę virtutis amore honorabantur, & maiestate coronabantur. Est autem maiestas virtutis & probitatis quædam excellentia, sine magistratu, sine imperio, sine fortunæ adminiculo honoratum reddens hominem. Et sic maiestas est honor longus, id est diuturnus etiam post mortem æternus sine honore. i. magistratu publico. Ad hos dici potest illud Statij poetæ Tolosani Thebaidos. *Ite*, inquit, *alacres, nunquam vestri morientur honores.* De Scipione Africano sic dicit Valer. lib. ij. c. v. tit. de maiestate. Ad Africanum in Linternina villa se continentem, complures prædonum duces videndum eodem tempore confluxerant, quos cùm ad vim faciendam venire existimasset, præsidium domesticorum in tecto collocauit. Quod vt prædones animaduerterunt, dimissis militibus abiectisque armis ianuæ appropinquant, & clara voce nuntiant Scipioni: Non vitæ eius hostes, sed virtutis admiratores venisse: conspectum & congressum tanti viri quasi cæleste aliquod beneficium expetentes. Hæc postquam domestici Scipioni retulerunt, fores reserari, eósque intromitti iussit. qui postes ianuæ, velut aliquam religiosissimam aram, sanctumq; templum venerati, cupidè Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu osculati positis ante vestibulum donis quæ deorum immortalium numini cõsecrari solent, læti quia Scipionem vidisse contigisset, ad lares proprios redierũt. Quid hoc fructu maiestatis excelsius? quid etiam iucundius? hostis iram admiratione sui placauit, s. Antiochi. Spectaculo præsentię suę latronum gestientes oculos obstupefecit. delapsa cælo sydera hominibus si se offerant, venerationis amplius non recipiant. Hoc quidem viuo Scipioni, illud autem Aemilio Paulo exanimi contigit. Nam cùm exequię eius celebrarentur, ac fortè tunc principes Macedoniæ legationis nomine Romæ morarentur, funebri lecto sponte sua sese subiecerunt, quod aliquantò maius videbitur, si quis cognoscat lecti illius frõtem Macedonicis triumphis fuisse adornatam. Quod spectaculum funeri speciem alterius triumphi adiecit. Bis enim te Paule Macedonia (quam supple viceras) vrbi nostræ, s. Romanæ illustrem ostendit, incolumem spoliis suis, fato functum humeris, s. portando funus. Hæc ille. Hi profectò veri milites fuerunt, quilibet ex mille electus, de quo dici potest quod habetur Eccles. vij. in fin. Virum de mille vnum reperi. Et Virgilius sic dicit:

Vir bonus & sapiens, qualem vix reperit vllum
Millibus è cunctis hominum consultus Apollo, &c.

Heu me, quid dicendum de militibus nostri temporis? Resp. Cyn. in l. j. C. de iur. & fac. ign. q. vj. quòd milites huius temporis vacant mercaturis, & negotiis priuatorum, qui nesciunt se armare, & vilissimas artes exercent. Et demum cinguntur ense, balneantur aqua, antecedunt in potu & honore varij, & deauratorum calcaribus cum quadam prærogatiua reuerentiæ salutantur. Vnde satis est, ꝙ hoc priuilegio gaudeant: quia aliis militaribus priuilegiis sunt indigni. Milites enim nostri temporis quasi publicè negotiantur, & sunt magis ad pompam quàm ad substantiam milites, & habẽdi sunt vt priuati, vt no. in l. eos. C. de offic. mag. mil. Et hoc tenendum est, licet quidam dicant, quòd ex quo habent superioris authoritatem, & faciunt militarem professionem, quòd sunt verè milites, quamuis eorum militia non sit priuilegiata. imò in eorum actibus vti debent iure communi, secũdum doct. quos sequitur Ang. in §. illis autem. inst. de test. mil. & in l. qui suspectum. §. j ff. de app. & Bald. in d. §. veterani. [De quo vide s. super verbo, *Matrem insuper Cleram.*] An autem dicta priuilegia circa facultatem testandi militibus concessa, competant etiam suis famulis & seruitoribus, videatis in l. penult. & fi. ff. de test. mil. & C. illo eo. tit. l. fi. vbi Bal. quærit, an notarius vniuersitatis gaudeat priuilegio scholarium. Similiter quærit ibi Ang. quid de bedello, an gaudeat priuilegio vniuersitatis. videatis ibi per eos, & Bal. in Authen. habita. C. ne fil. pro patre. Vnum tamen menti teneatis: quia licet doctores, presbyteri, & aduocati æquiparentur militibus, quia militare dicuntur, vt l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudic. & not. gl. in l. milites. ff. de re iud. Tamen isti sine debita solennitate testari non poterunt, vt dicit text. in §. fi. inst. de mil. test. & l. fi. C. illo eod. tit. cùm in his non toleretur iuris ignorantia, vt l. ij. §. Seruius Sulpicius. ff. de orig. iu. & l. professio. iuncta gl. C. de muner. patr. libr. x. Prætereà ipsis in ocio consistentibus non cadit illa extrema & subita ac repentina necessitas, de qua loquitur d. l. milites. Quę quidem necessitas cum iuris ignorantia causa fuit concessionis huius priuilegij, de quo hic tractamus. Et hoc, s. quòd iam dictę personę non gaudeant priuilegio militum, indubitanter procedit quo ad relaxationem solennitatis testamentariæ, quæ etiam non relaxatur, cùm faciliter testes habere possint, vt dictum est. Sed quo ad alia priuilegia solennitatem testamentariam non concernentia, putà quòd maiori aut extraneo possit doctor vel aduocatus substituere directò, & filium præterire, & sic de aliis priuilegiis superius narratis, tales personæ priuilegio gaudent militum, vt sentit gl. in §. fi. in fi. inst. de mil. test. & elegantissimè determinauit post longam & pulchram disputationem Alex. in repet. l. Centurio. in prin. ff. de vulg. & pupil. 46 subst. † Concludens omnibus priuilegiis militarib. militibus indultis præter præsumptam iuris ignorantiam doctores & aduocatos posse vti, dum tamen in doctore duo concurrant. Primò quòd sit doctor re, & nõ solo nomine: nam doctorelli qui parum sciunt, quibus boni scholares præferri debent, iuxta gloss. in l. j. C. de anno. ciuil. lib. x. talibus priuilegiis non gaudent. allegat Bal. in procemio fforum. Secundò, quòd sint actu regentes & legentes, ita dicit Bart. in l. medicos. C. de profes. & medic. lib. x. Videatis quæ plenius dixi in verbo, *Matrem insuper Cleram.* in primo casu, in quo filius testari potest. Et quis illorum præferatur in honoribus, sedendo, ambulando

BIU Cujas

do, vel opinando, post longam disputationem decidit Alexan. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. substit.
47 & *cõmunis* decisio est, † ꝙ in actibus militaribus miles doctori præfertur. quia ibi non librorum, sed ar-
48 morum certamina exercentur. † In actibus autem scholasticis, & eorũ locis, doctor militi prę ferretur. l. nemo clericus, vel militaris. C. de sum. Trin. quod nobis exemplo ostendit Actius poëta antiquus, qui Iulio Cæsari in collegium poëtarum venienti non assurrexit. de quo Valer. lib. iij. c. vij. ti. de fiducia sui. Magno, inquit, spatio diuisus est à senatu ad poëtam Actium transitus. Is Iulio Cæsari amplissimo, & florentissimo viro. in collegium poëtarũ venienti nunquàm assurrexit: non maiestatis eius immemor, sed ꝙ in comparatione communium studiorum aliquã tò superiorẽ se esse confideret. Quapropter insolẽtiæ crimine caruit. quia ibi voluminum non imaginum certamina exercebantur. Hæc ille. Igitur doctor, vt priuilegio potiatur, necesse habet inter cętera ꝙ sit actu docẽs. Et idẽ in aduocato, quia debet esse actu postulãs. & aliâs qualificatus, iuxta l. nemini. & l. iubemus. C. de aduo. diuer. iud. Et cũ his qualitatibus poterũt doctores & aduocati potiri omnibus supradictis priuilegiis, siue sint permissiua priuilegia, veluti ꝙ filius familiâs testetur, & sic de similibus: siue prohibitiua, puta ꝙ nõ possint pro crimine torqueri: cui priuilegio renuntiari nõ potest, nec valeret consuetudo in contrarium, per tex. singularem in l. omnes iudices. C. de decurio. lib. x. quem ibi põderat Bar. [Hoc non seruatur in regno Francię, in quo casu adueniẽte etiã comes pro crimine torqueretur, vt habetur ℣. super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. in viij. fallentia, in qua damnatus ad mortẽ nõ efficitur intestabilis. in fin.] Et ꝙ non possint donare aut legare concubinæ: † nam pariter doctores
49 hoc facere nõ poterunt, nec aduocati, vt tenet Host. in summa titu. de dona. §. cui. quod est menti tenendum: quia secundum hoc fuit iudicatum in ciuitate Spoleti contra concubinam cuiusdam aduocati. Et fuit aliàs consultum Perusij, vt refert Ludo. in l. affectionis. ff. de dona. dicens idem esse in histrione, cui etiã est prohibitũ donare, vt in c. donare cũ aliis sequẽtibus, lxxxvj. distin. Et ibi etiam prohibetur donare venatoribus: nam tales donationes si fiant, sunt ipso iure nullæ, nisi iuramentũ interueniret, quo casu propter iuramentũ valerẽt. Ita consuluit L. Rom. consi. xliij. Idem si relinquerent vel donarent meretrici, vt ad frugẽ melioris vitæ rediret. Quo casu relictum valet, tanquã pium ad piã causam factum, secũdũ Bal. singulariter in l. imperialis. §. j. C. de nup. Sed ꝙ donare possint cõcubinæ quam in cõcubinatu retinent, nihil. non enim est modicum errantem ab errore reuocare, c. inter opera. de spon. Nã propter frugem melioris vitę licitum est propriam vxorem carnaliter tamen non cognitã dimittere. c. cõmissum. illo eo. tit. Et de aliis priuilegiis doctorũ videatis Pet. de Ancha. in cle. ij. de magistris. plenè per Ang. in §. itẽ Romæ. insti. de excus. tut. Et idem cõcludit præfatus Alex. vbi §. in militibus cælestis militiæ, quales sunt sacerdotes, qui militibus cõparan-
50 tur, vt d. l. miles. cum glo. ff. de re iudi. † Quoniam tales eisdem potiuntur priuilegiis, sicut doctores & aduocati. Et sic pariter nõ poterunt concubinis donare, secundum Barto. in mulierem. ff. de his qui. vt indi. & l. miles. §. mulier. ff. de testa. mili. & fuit dictũ originale Ioan. And. in c. de his. ℣. de sepul. in nouel. licet Bart. ipsum non alleget. de quo plenius dixi in verbo, *& vxorem nomine Adelas.* in fin. ij. princ. artic. Ad præmissa, scilicet quòd in testando presbyteri sunt valde priuilegiati, facit text. in Auth. presbiteros. C. de epi. & cle. & plenè no. per Panor. in ca. in
51 præsentia. de prob. vbi concluditur, † quòd clerici in testando pari cum militibus vtũtur priuilegio, cùm
52 Deo militent imperatori maximo. † Pariter eodem potiuntur cardinales priuilegio, qui militant in sacro papæ cõsistorio, vt expressè de cardinalibus singulariter consuluit Bald. in quodam eius consi. incipiente, In primis videndum est, an onus fideicommissi. quod alibi non legisse refert Iason super rubr. ff. de vulg. & pupil. de quo latiùs per eũdem in l. cẽturio. ij. col. illo eo. titu. Sed aduertatis, quia text. in dicta Auth. presbyteros. videtur sentire contrarium, dum dicit: & donare secundum leges & testari, &c. per quem videtur, ꝙ presbyteri dũtaxat possunt testari secũdum dispositionem legalem, & sic iure cõmuni aliorum. Nisi dicamus, quòd cũ dicta Auth. illos priuilegiat in posse testari, quòd illa verba intelliguntur, quòd testari possunt secũdum leges priuilegiatiuas & speciales militum & cæterorũ priuilegiatorum, non autem secundum leges cõmunes paganorum: vel dicatis, quòd presbyteri debent testari secundum leges quo ad solennitatem testium, in qua doctores & aduocati, vt dictum est, nõ sunt priuilegiati: sed nõ tenentur seruare alias leges regulas testamentis fidis indicentes. Sed prima responsio videtur verior, vt scilicet presbyteri & ordinati testari possint, secũdum leges priuilegiatiuas: †Ita quòd
53 in eorum testamentis non requiratur legalis solẽnitas, sicut determinat Panor. de ingrediẽtibus religionem, qui possunt absque debito numero testiũ, aut alia solennitate testari, per tex. singularẽ in §. illud. in Auth. de mona. ita dicit in cap. in præsentia. xix. col. de probatio. alleg. Bart. hoc tenẽtẽ, in Auth.
54 si qua mulier. C. de sacr. sanc. eccl. † Decimò fallit, si priuilegium esset datũ ciuitati, castro, vel loco, quòd testamentum valeat coram duobus aut tribus testibus factum. Quoniam hoc casu valeret cum illo numero, vt l. si nõ speciali. à cõtrario sensu. Et ibi hoc tenet Bal. C. eo. tit. Cõsuetudo autem secundum aliquos nõ posset inducere neque statutũ, ꝙ testamẽtum valeat cum minori numero quinq; testium, per tex. in l. fi. C. eo. tit. dum dicit ibi, minus autem nullo modo cõcedimus. Per quæ verba videtur prohiberi omnis contraria dispositio in futurum, ita ꝙ nõ valebit statutũ factũ in cõtrarium ab inferiori à principe, vt dicit gl. singularis in cle. vt hi qui super verbo, nullo modo. de æta. & quali. [De quo ℣. super verbo, *Adiectæ verò impuberi.* circa princ.] Prętereà vbi consuetudo futura est reprobata, nõ valebit cõsuetudo contraria, in Auth. nauigia. C. de fur. & not. Bart. in l. de quibus. ff. de legi. Sed tamen his nõ obstantibus *communis opin.* est, quòd etiam consuetudo vel statutum patriæ possit, scilicet ꝙ testamentũ coram duobus testibus valeat, per dictam l. si non speciali. Et ideo valet cõsuetudo Tolosana hoc seruans. Similiter in præsenti ciuitate Caturci est illa
55 consuetudo. †Nam consuetudo loci instrumentum aliâs minus solenne facit authenticum. c. cùm dilectus. de fide instr. Ideo, quòd in aliquibus locis notarij non vtuntur aliquo signo authentico, sed simpliciter se subscribunt, vt seruatur Narbonæ, secundum Specu. titu. de instru. edi. §. breuiter. in fine. De quæstione autẽ nostra videatis Bar. in l. j. C. de summa Trinit. versic. tertiò quæritur. Spe. & Ioan. And. in ad-

BIU Cujas

in addit. titu. de instrumen. edi. §. compẽdiosè. versi. sed nunquid de consuetudine. Bart. & Bald. & alios in d. l. fin. C. eo. De hoc videtur bonus tex. in l. ij C. quemadmodum test. aperi. & hoc tenet Panor. in c. ij. de proba. v. col. Bal. Ange. & Imo. in l. testamenti. ff. eo titu. & ibi Ange. quærit, an valeat consuetudo,
56 quòd testamẽtum valeat coram vno teste. † Vnum etiam teneatis menti, ꝙ si statuto in testamentis duo sufficiãt testes, idem erit in donatione causa mortis. Ita ꝙ bona iura decidit Bal. in l. fi. C. eo. ita cõsuluit Ange. consil. ccxxxiij. circa principium. Bal. in dicta l. j. C. de sũma Trinit. versi. sed quæro de effectu &c.
57 Refert talem consuetudinẽ vigere in francia. † Vndecimò fallit dicta regula in testamentis factis ad pias causas, quæ valẽt de iure cum duobus testibus, vt in c. relatum. §. eo tit. per quẽ tex. ita determinat Bart. Bal. & cæteri legistæ in l. j. C. de sacrosan. eccl. Sed vltra illos est tex. singularis de iure ciuili, secũdũ Ange. ibi, in l. si pater. §. quædã. ff. de fidei com. liber. vbi probatur melius quàm alibi, ꝙ in dispositione vltima ad pias causas sufficiunt duo testes, quicquid dicat ibi gl. in versi. compluribus. supplens ad minus quinq;: quia nõ bene supplet. Cùm duo sufficiãt, per illũ tex. iunctũ l. vbi numerus, §. j ff. de testib. Ipsum sic inducendo. Dicit enim ille tex. ꝙ legatum libertatis, & sic piæ causæ, in codicillis relictum valet factum præsentibus bonis viris & honestis: & sic text. ille requirit adesse talium codicillorum viros honestos in testes. Sed eadem glos. in l. fi. in fine. C. de codicil. dicit quòd in codicillis fœminæ possũt esse testes. Ergò si tex. in d. §. quædam requireret in codicillis ad pias causas quinque viros, seu quinq; testes masculos, sequeretur quòd codicillans ad pias causas esset cõditionis deterioris, quàm codicillans ad non pias causas. quod foret absurdum, & cuique repugnaret exercitato ingenio. Quare sequitur necessariò, quòd ex quo ille tex. in §. quædam. requirit bonos viros & honestos, & sic excludit fœminas, quòd sufficiunt duo testes. argumẽ. l. vbi numerus. ff. de testibus. Quòd autem ille tex. requirẽdo viros excludit fœminas, est casus iuncta doctri. Bart. in l. j. ff. de legi. in verbo, virorum: & sic ille tex. in dicto §. quędam. concordat cum text. eleganti in nostra materia in ca. relatum. ibi dum dicit, duobus legitimis testibus. §. eod. titu. Pro quo facit quod not. Ang. in l. cũ
58 antiquitas. §. cùm autem. C. eo. tit. † Vnde restat cõcludendum, quòd vtroque iure & in testamentis & dispositionibus ad pias causas sufficiunt duo testes, adeò ꝙ secundum testamẽtum factum ad pias causas cum duobus testibus tollit primum ẽtiã ad pias causas, licet cum solenni numero testium septẽ fuerit completum, & ita consuluit Pau. consil. cccxliiij. Et sic sufficiunt duo testes etiam non rogati, nec requisiti. Quinimò sufficit, quòd ibi fortuito casu venerint. Quo casu valebit testamentum, acsi vocati & rogati fuissent. ita cõcludũt Bar. Bal. & omnes doct. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & Ioan. And. in addi. Spe. tit. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. & Panor. in ca. relatum. superiùs alleg. Quorum dictum potest firmari ex eo, quia videmus in testamento per patrem inter liberos confecto, sufficere, quòd testes interueniant non rogati, vt not. glos. in l. fin. §. in omni. C. de codicil. Pro quo facit text. in l. hac consultissima. §.
ex imperfecto. C. eod. & l. fin. C. famil. erciſc. Ita similiter dicendum erit in testamento ad pias causas. & est *communis opinio.* Sed aduertendum est, quia Lapus in suis allegat. allegatione xxx. contrariam firmauit sententiã, allegans primò, quia de iure cõmuni in actu testandi testes debent esse rogati, in l. hac consultissima. C. eo. & l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. eodem. & in Authent. rogati. C. de testi. Nec reperitur ab hac solennitate exceptũ testamẽtum ad pias causas factum, ergo standum est regulæ generali: quia erubescimus sine lege loqui, vt l. illã. iuncta gl. C. de collatio. Secundò ad hoc allegat casum expressum in dicto cap. relatum. suprà eo. dum dicit duob⁹ legitimis testibus requisitis. vbi expressè loquitur textus de relictis ad pias causas. Et nihilominus vult ad validitatem eorum requisitionem testium fore necessariam. vnde non sufficit, quòd fortuitò veniant. † Præterea vltra Lapum potest hæc
59 opinio confirmari, per id quod videmus in milite, qui licet in testando liber sit, & solutus omni solẽnitate testamentaria introducta per ius ciuile, attamen dum testatur in tentorio, non dico in conflictu belli, necessarius est ad validitatem testamenti testium rogatus, vt l. diuus. ibi, conuocatis. ff. de testa. milit. Nec quidem huic sententiæ refragatur: quod dicimus in testamẽto facto per patrem inter liberos non requiri testium rogatum. Quia respondetur, ꝙ in testamẽto quod inter liberos conficitur, hoc ideo est, quia & si testamentum scriptum non esset, porrò liberi iusti successores essent, cùm in successione parentum eorum causa sit prior. Ideo in testamẽto inter eos confecto iuris solennitas relaxatur. Pro hac ratione est tex. not. in l. j. C. de his qui sibi adscri. Et secundum hanc opinionem reperio cõsuluisse Paul. consi. ccc. incip. Ad primũ quæsitum. prope fi. & Ludo. cõsi. cccvj. qui pariter eandem opinionẽ tenuerat in repetitione Authen. similiter. xx. col. C. ad leg. Falc. & ita etiam consuluit Franc. Aret. vt refert Panor. in dicto cap. relatum. j. col. Ego verò in consulendo sum sæpe secutus primam opinionem, scilicet testamentum ad pias causas valere cum duobus testibus non rogatis. quod patet ex duobus. Primò, quia illa est *communis opin.* doct. Igitur in dubio est sequẽda, vt not. Panor. in cap. j. de constit. Secundò, quia summa est ratio quæ pro religione facit, vt l. sunt personæ in fi. ff. de religio. & sumpti. fune. Præterea rogatus testium est solennitas inuenta à lege ciuili, & sic iure positiuo. Sed qui testantur ad pias causas, spiritu Dei ducũtur, argu. cap. licet j. de regu. Ergo non sunt sub lege, vt scilicet legis solennitatẽ sequi teneantur: quia quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. xix. quęstio ij. duæ sunt. & dicto cap. licet. In dubiis enim opinionibus fauendũ est religio-
60 ni. † Nam Dynus hoc non faciens fuit damnatus, vt fuit post eius mortem reuelatum cuidam eremitę viro sancto, prout refert Ang. in l. j. C. de fal. cau. adiect. lega. vbi refert Dy. consuluisse in quadam causa contra eccleſiam, propter quod damnatus fuit. Heu me, quid de illis erit, qui eccleſię bona & iura rapiũt, & authoritate propria vsurpant? exemplo vobis ostensum fuit in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo principali articu. primáque decisione. Nec obstat l. diuus. ff. de testamen. milita. superiùs allegata. quia ibi loquitur in casu, quo miles non gaudet plenè priuilegiis militum, scilicet quándo testatur extra bellum in tẽtorio, cessante necessitate: quæ est
61 causa finalis priuilegij, vt suprà ostensum fuit. † Sed causa pia vbicunque existat, & quocũque tempore, semper gaudet integraliter suis priuilegiis. vnde nõ est bona æquiparatio de casu nõ priuilegiato ad casum priuilegiatum. Similiter non obstat cap. relatum.

BIU Cujas

rum. dum dicit: requisitis. quia respondetur duobus modis. Primò quia ibi papa mãdat causam piam tractari non secundum leges, sed secundum decretorũ statuta. Vnde per verba posteà sequentia nõ potest inferri, quòd testes debeãt rogari. Quia hoc esset ecclesiam tractare secundũ leges, & earum solennitatem contra mentem papæ. Nam qualiacunque verba sequantur, protestatio seu declaratio præcedens derogat sequentibus, ne contra præcedentem declarationem operentur. vt l. si mihi & tibi. §. in legatis. versicu. interdum. & l. si ita sit scriptum. ff. de legat. j. & not. plenè in cap. cùm M. de constit. Secundò respondetur & nouiter, & credo quòd sit vera respõsio, & clarior omnibus, scilicet, quòd dicta verba, testibus requisitis, non referantur ad actum testandi, vt velit papa dicere, quòd in actu testandi requiratur requisitio & rogatus testium: quia non requiritur, vt dictum est. Sed referuntur dicta verba ad actum iudicandi, quasi velit papa dicere, quòd iudices debebũt iudicare pro ecclesia si per eos duobus testibus requisitis, id est vocatis coram se & adveritatem examinatis apparuerat de testamẽto facto ad piam causam. Vnde non intendit ille tex. dicere, ꝙ testator teneatur cõuocare seu requirere testes, cùm ad testatorem illa verba nõ referantur. Sed intendit dicere, quòd si iudici requisitis coram se testibus apparuerit de testamẽto ad pias causas, debet pro illo iudicare. Et iste est verus intellectus illius c. vbi papa loquitur cũ iudicibus, vt patet in supra scriptione. Præterea omne relatiuum debet intelligi iuxta relatum, vt in Authen. si quis in aliquo. C. de eden. Ideo cùm dubitatur de instrumento ingrossato ad protocollum siue matricem scripturam, semper recurreretur, vt plenè no. Bar. in l. si librarius. ff. de re-
62 gu. iur. † Similiter quando dubium est de opinione alicuius doctoris, recurrendum est ad iura quæ allegat. Cùm secundum illa doctoris opinio intelligatur, vt not. Barto. in l. nõ solùm. §. liberationis. ff. de libe. lega. & Pau. consi. cccl xxxvij. Sed papa in dicto cap. relatum. allegat authoritatem iuri diuini, quæ scripta est originaliter. Matthæi cap. xviij. vbi simpliciter dicitur, Vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, &c. Et ibi nulla fit mentio, quòd tales testes debeant, esse vocati vel rogati. ergo &c.

Nec obstat tex. ibi dum dicit, *Adhibe tecum*. Quia per hoc non concluditur, ꝙ testes debeant requiri, seu rogari: imò sufficit ipsorum præsentia quomodocunque illic applicuerint: quod demõstratur per
63 illam dictionem, Adhibe. † Nam adhibere nil aliud sonat, quàm duos vel tres testes per illum actũ correctionis habere. Et verum est dicere, quòd ita bene habet testes ille, qui eos non requisiuit, neque rogauit: dum tamẽ in actu sint præsentes, sicut ille, qui eos rogasset. Præterea ille text. Matthæi xviij. loquitur in actu correctionis à peccato, in quo nõ reperitur expressum, quòd testes debeant rogari. Ergo standum est regulæ generali. Quia cùm speciale sit in testamento, quòd rogari debeant: ergo in contrarium est ius commune in aliis. Et sic per illa verba, *adhibe tecum*. non videtur requiri requisitio seu rogatus. Ad hoc facit tex. no. in l. fin. C. de codicil. vide bonum text. qui non requirit testium rogatum, Deutero. xix. prope fin. Quare concludo luculenter vltra omnes, quòd in testamẽtis ad pias causas omni iure sufficiunt duo testes, etiam nõ requisiti, nec rogati. Et ista est veritas. Videatis plenè Barba. in prima parte, consi. cccij. vij. colum. ideo dicit Angel. & sequuntur ibi doct. & Alexã. in l. hac consultissima, penul. colum. C. qui testa. face. pos. quòd solennitas illius legis non habet locum in cæco testãte ad pias
64 causas: imò valet omissa omni solennitate. † Plus dico, quòd tales testes nõ rogati ad pias causas, non requiritur quòd sint masculi, imo in tali testamento sufficit, quòd sint mulieres, quæ aliàs in testamento testes esse non possent, vt insti. eod. §. testes. ff. eod. l. qui testamento §. mulier. Et quòd in tali testamento ad pias causas sufficiant mulieres, probatur primò, quia videmus in testamento per patrem facto inter liberos, mulierem posse in testem adhiberi, vt no. gl. quam sequuntur doct. in Authẽ. quod sine. C. eo. Secundò, quia idem videmus in codicillis, vbi requiritur minor numerus testium, quàm in testamẽto, mulierem posse adhiberi in testem, vt l. fina. §. in omni. C. de codicil. Et ibi hoc tenet gl. à doctorib⁹ approbata. Ergo idem videtur in testamento ad pias causas, in quo minor numerus testium requiritur, quàm aliis testamentis. vt dicto cap. relatum. & cõcludunt omnes in dicta l. j. C. de sacrosanct. eccle. Sed aduertendum est, quòd Ludo. in dicta repetitione Authẽ, similiter. concludit contrarium, dicens mulieres in testamento etiam ad pias causas facto nõ posse esse testes. Et ita refert consuluisse Federi. de Sen. consi. ccxj. qui allegat dictum §. mulier. Ipse verò Lud. pro hac opinione allegat text. expressum in dicto ca. relatum. ibi dum dicit, legitimis testibus: mulier autẽ in hoc non est legitima testis, per dictum §. mulier. & Institu. eodem §. testes. vltra Lud. ego allego tex. aureum de iure ciuili, in dicta l. si pater. §. quædã. ff. de fideicõ. liber. ibi dum dicit, præsentibus honestioribus viris. vbi tex. dicit ꝙ in relicto libertatis quod indubitanter est pium, vt no. Bar. in l. proximè. §. fin. ff. de his quæ in testa. delen. requiruntur testes viri boni, & sic non mulieres, nec infames & criminosi.
65 † Præterea mulier in genere saltem est prohibita de iure canonico ferre testimoniũ, cùm semper varium & mutabile producat, vt in cap. forus. §. testes. j. de verborum signifi. Nec obstat si dicatur, quòd licet mulier dicatur prohibita iure canonico & ciuili, vt dictum est: Tamen non reperitur prohibita de iure diuino. Quod quidem ius in talibus relictis ad pias causas considerare debemus, vt d. cap. relatum. vt suprà dictum est: quia respondetur, quòd in relictis ad pias causas est verum, quia consideramus ius diuinum quo ad numerum testium, vt scilicet sufficiant duo aut tres. Sed quo ad qualitatem eorundem considerare debemus ius canonicum & ciuile, quæ in hoc à iure diuino reperiuntur immutata. Leges enim ipsæ per ora principum diuinitus fuerunt promulgatæ, vt l. fin. C. de præscrip. longi tempo. & cap. quo iure. viij. distinctio. Nec obstat quod superiùs dictum fuit, scilicet non attendi rogatum testium: quia rogatus testium qui regulariter in testamentis requiritur, est de mera iuris ciuilis solennitate: quare in testamentis ad pias causas talẽ non consideramus solennitatem inhærendo iuri diuino, quod de talibus non curat, vt suprà ostẽsum est. Sed repellere mulieres à testimonio, quæ sexus fragilitate varia semper & mutabilia producunt, nõ est de solennitate legali. Quinimo est obuiare vitio naturali, quo faciliter inclinantur ad testificandum falsum. Præterea si ob fragilitatem sexus, qua faciliter corrumpi possunt, iura humana expressim eas à testificãdo in testamentis ad non pias causas factis repellunt, propter præsumptum periculum corruptionis & præ-

iudicium euitandum, multò potius repelli debent à teſtificando in teſtamentis ad pias cauſas, vbi agitur de maiori periculo & præiudicio, quia faciliter deierando dicerent, non ſic teſtatorem ad pias cauſas bona ſua reliquiſſe. Et hoc fortè corruptè per hæredem ſcriptum, aut venientes ab inteſtato. quod magis eſſet, quám contra priuatum teſtificari. vbi ergo eſt maius periculum, ibi cautius eſt agendum, cap. vbi. de elect. lib. vj. Item melius eſt eas à talibus prohibere, vt teſtatores eas in ſuis piis voluntatibus nõ adhibeant, quàm ſi admitterent, & contra Deum corruptè, aut aliàs variando contra eccleſiã ſeu aliã piam cauſam falſò deponerent. Et teſtatores de eis confidentes ſimul & piam cauſam deciperẽt. Et hãc opinionem tenet Barb. in d.c. relatum, vij. col. ſuprà eod. per pulchras iurium inductiones, ſubiungens, quòd in teſtamento inter liberos teſtes eſſe poſſunt, vt ibi dicit. ix. colum. Sed præcedens *opinio communiter* tenetur, & credo quòd ſit vera. Nam (vt dictũ eſt) nos videmus, quòd indiſtinctè mulieres in codicillis poſſunt eſſe teſtes, nõ facta differentia, an fiant ad piam cauſam, vel non piam, & in hoc omnes concordãt: & hoc ex eo, quia in codicillis minor requiritur ſolennitas, quàm in teſtamẽto. Ergo idem erit in teſtamento ad pias cauſas, in quo non requiritur ſolennitas in aliis teſtamentis requiſita. Nec obſtat, text. in dicto cap. relatum. dum dicit: legitimis teſtibus: quia intelligitur de legitimitate, quæ requiritur ſecundum qualitatem cauſæ ſeu negotij, de quo tractatur. Et cùm in teſtamentis ad pias cauſas non requiratur tanta legitimitas, ſicut in aliis: propter illa verba, non videntur repelli mulieres: imò admittuntur, dum tamen aliâs ſint legitimæ teſtes: videlicet ꝙ non ſint infames, aut aliàs à teſtimonio expulſæ.

66 Quoniam tales non admitterentur, † Vnde bonæ & honorabiles mulieres dicuntur in teſtamento ad pias cauſas teſtes legitimæ. Similiter non obſt. text. in dicto §. quædã. dum videtur requiri, quòd teſtes ſint boni viri. Quia reſpondetur, quòd ibi recitatur
67 accidentia facti, & non myſterium iuris. † Vnde verba narratiua legum aut decretalium nihil diſponunt, nec ex eis ſumitur argumentatio, vt dicit gloſ. ſingularis in l. vnica. C. quando non peten. partes peten accreſ. Et eſt dictum Ioã. Andr. in nouel. in cap.
68 dilecto. ſuprà de præben. † Quare reſtat concluſio, quòd in teſtamentis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes maſculi, vel mulieres rogati, aut fortuitò venientes, quod teneatis menti: quia nunquàm iſtum articulũ audiſtis ita plenè & clarè enucleatũ. Vnde poteſtis dicere, quòd ad pias cauſas valet teſtamen-
69 tum omni iuris ſolennitate deſtitutum. † Sed pulchra quæſtio eſt, cùm, vt videtis, teſtamẽtum minùs ſolenne in quo pia cauſa eſt hæres, valeat, an etiam valeãt legata ad non pias cauſas laicis in eodem teſtamento relicta. Et Sali. ſingulariter in Authẽ. caſſa. in ix. q. C. de ſacroſanct. eccl. tenet quòd ſic, & debentur. Idem tenet Ant. de Butr. in cap. quod clericis. de foro compet. ſequitur Alexan. in prima parte conſi. xlj. incip. viſo tenore. & iiij. parte conſi. cv. incipien. Viſo & diligenter cõſiderato. v. & vlti. colu. Et ab hac opinione per rationes Sali. non inuenitur aliquis diſcrepare, niſi Iaſon in dicta l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. vbi tenet contrarium, ſcilicet dicta legata non valere primò per illum text. vbi ſi in teſtamẽto imperfecto inter liberos facto fuerint aliquibus extraneis legata relicta, talia legata non debentur, ſed liberis accreſcunt hæredibus inſtitutis. Si ergo hoc eſt in teſtamento inter liberos facto, ergo idẽ vbi pia cauſa eſt hæres, cùm vterque ſuccedat ex teſtamento imperfecto. Secundò mouetur quia videmus, quòd ſi filiusfamiliàs cum conſenſu patris faciat hæredem piam cauſam, & legata aliis perſonis relinquat, tale teſtamentum valet quo ad inſtitutionem piæ cauſæ, vt vidiſtis plenè ſuprà in verbo, *Matrem inſuper Cleram.* Et nõ quo ad legata aliis perſonis relicta, ſecundum Bald. in l. ſenium. in fin. quem ibi ſequuntur Sali. & Alexand. per tex. ſingularem in l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demõ. & idem Bald. in l. j. C. de ſacroſanct. eccle. & in hoc nemo diſcordat. Ergo à ſimili, vbi cauſa pia in teſtamẽto imperfecto reperitur hęres inſtituta, teſtamẽtum valet quo ad piam cauſam, ſed nõ quo ad legata aliis relicta. Tamẽ illa legata non accreſcunt piæ cauſæ hæredi inſtitutæ: quia vbi pia cauſa eſt hæres, teſtator decedere poteſt ꝑ parte teſtatus, & ꝑ parte inteſtatus, ſecundum Bart. in l. j. in v. quæſt. v. qõ. principalis. C. de ſacroſanc. eccle. Quod nõ reperitur deciſum in parente teſtante inter liberos. Cogitetis ſuper hoc: quia ipſemet Iaſon nõ fuit auſus firmare pedem: imò potiùs inclinat, quòd legata valeant in tali teſtamento relicta, ſecundum primam
70 communem opinionem. † Sed quid econtrà, ſi teſtator coram duobus tãtùm teſtibus hæredem inſtitueret quendam laicum extraneum? quo caſu teſtamentum non valet: an ſaltem valeat quo ad legata pia in eo relicta? Et dicit Sali in dicta Authent. caſſa quòd legata nihil valent, cùm non valeat inſtitutio, quæ eſt caput teſtamenti. idem Anto. de Butr. in dicto capit. quod clericis. & Alexãd. in ij. parte conſil. clxxv. incipien. viſo themate. & ij. parte conſi. ccix. incipien. ſtatutis tamẽ Iaſon vbi ſuprà, arguit in cõtrarium: quem videatis: & quæ dixi ſuprà in verbo,
71 *Matrem inſuper Cleram.* in vij. fallen. in fi. † Sed reſtat cõcluſio, quòd teſtamẽtum imperfectum ratione ſolennitatis eſt validum, ſi factum fuerit ad pias cauſas. Quinimò plus dicere voluit Bart. in l. in teſtamento. ff. de fideicom. liber. vbi ſingulariſſimè dicit per illum text. quòd nedum teſtamenta imperfecta ob defectum ſolẽnitatis ad pias cauſas valent, vt dictum eſt, ſed etiam teſtamẽta imperfecta ratione voluntatis: veluti ſi teſtator teſtãdo ad pias cauſas moriatur ante completum & perfectum teſtamentum, tale teſtamẽtum valebit ſecundum eum, per dictam l. in teſtamento. & l. vltimam ff. de rebus eorum qui ſub tut. Quod dictum, ſi eſſet verũ, in materia noſtra eſſet notabile & ſingulare. Sed ad veritatem loquendo, illud dictum eſt falſum, & vt tale à doct. reprobatur. Primò, quia ipſemet Barto. in l. ſi is cui. ff. eod. tit. voluit dictam l. in teſtamento. in qua ſe fundat, debere intelligi in teſtamẽto inualido ex defectu ſolennitatis. Quo caſu, vt dictum eſt, valet. Non autem in teſtamẽto imperfecto ratione voluntatis: quo caſu non valet, vt ibi concludit, & bene. Præterea gloſ. in dicta l. ſi is cui. quam ſequuntur omnes doct. & gl. in l. fin. C. famil. erciſc. tenent teſtamentum imperfectum ratione voluntatis etiam inter liberos eſſe de iure nullum. Idem tenent Bald. & Sali. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eo. tit. &
72 Ludo. in dicta Authen. ſimiliter. † Duodecimò fallit dicta regula in teſtamento inter liberos facto per patrem, quale fuit teſtamentum Raynutij, de quo ad preſens agitur. Quoniam eo caſu fauore liberorum multa relaxantur de iuris ſolennitate, ita quòd tale teſtamentum valet abſque debito numero teſtium,

vt l. hac

BIU Cujas

vt l.hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. eod. vbi est tex. apertus, quòd testamentum imperfectum ob solẽnitatis legalis defectum valet inter liberos, siue sit factum per ascendẽtes ex parte patris, siue per ascẽdentes ex parte matris, vt probat ibi textus. dum dicit: vtriusque sexus &c. Ad hoc facit tex. no. melior totius iuris in l. fin. C. famil. erciscũ. & not. plenè Bal. & Sali. in l. filij. illo eo. titu. Et licet tex. in dicta l. fin. videatur hoc limitare, vt locum habeat solẽnitatis relaxatio, vbi liberi sunt in testamento patris æqualiter honorati & pares: attamẽ locum habet etiamsi dispares essent in portionibus, dummodo iure institutionis fuerint relictæ: quia satis erit, quòd sint pares in succedendo, quamuis æqualiter nõ succedant, cùm pater non teneatur vltra legitimam eis relinquere. l. cùm quæritur. & Authent. nouissima. C. de inoffi. testa. vt plenè dicam super verbo, *in eodem testamento relinquens.* j. Plus dico, quòd etiam valebit testamentum minus solenne, etiam si alter ex liberis esset exheredatus propter ingratitudinẽ, dum tamẽ fuerit ritè exhæredatus, vt dicam super eodem verbo, *In eodem testamento relinquens.* ij. † Quia cùm 73 exhæredatus ritè propter ingratitudinem habeatur pro mortuo. l. j. §. si pater. ff. de cõiungen. cum emãci. libe. & plenè decidit Bal. in iiij. q. in d. Auth. nouissima, & Alex. in l. planè. §. si duobus. iij. col. ff. de leg. j. Certè talis quo ad æqualitatem succedendi nõ venit in consideratione ad testamentum patris inualidandum ex defectu solennitatis. Præterea sicut de substantia testamenti est, quòd filij grati instituantur, sic etiam quòd ingrati exhæredentur. l. inter cætera. ff. de libe. & posth. Quo casu nõ minus dicitur testamentum factum inter liberos valens & potens, defectu numeri testium non obstante, donec per querelam rescindatur non probata ingratitudine, vt dicto §. ex imperfecto. qui loquitur indistinctè nullam faciẽs differẽtiam si qui fuerint exheredati, vel omnes instituti. Nec obst. quòd talis relaxatio solennitatis fuit fauore liberorum concessa, & in fauore non venit exhæredatio. l. cùm quidam. ff. de libe. & posthu. quia vt dixi, exhæredatus nõ est de numero liberorum, cùm sit loco mortui, sicut dicitur de cõdemnato. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui iuris. vbi text. not. Et sic non est odiũ, neque fauor, acsi nunquam 74 fuisset natus. † Postremò in testamento inter liberos non requiritur solennitas iuris positiui in testamento numerum septem testium requirẽtis, sed tantùm solennitas iuris naturalis, quo in ore duorũ aut trium stat omne verbum. c. in omni negotio, de test. Quod etiam ius nõ distinguebat qualitates personarũ nec causarum, & antequàm esset ius ciuile & tanta solennitas testium requisita in testamentis, erant liberi grati, & ingrati sicut hodie, & instituebantur, & exhæredabantur, sicut nunc, & valebat testamentum quo ad omnes sine tãto numero testium. Ergo idem erit hodie. Nec videtur introductio solennitatis tantæ testamẽta inter liberos inclusisse: imò expressè exclusit illa, relinquens omnia in dispositione iuris naturalis quo gentes humanę antea regebãtur. Et cùm dicitur, quòd ad testamenti imperfecti validitatem requiritur liberos esse pares saltem in succedẽdo, vt dicta l. fi. hoc intelligitur de liberis viuis, nõ de mortuis, quális est exhæredatus. Et de capacibus ad succedendum, qualis nõ est ingratus exhæredatus, qui velut dãnatus à dignitate & honore liberorum est per patrem à lege deputatum iudicẽ priuatus, quod est no. Testamentũ enim inter liberos valet cũ duobus testibus, siue fuerit factum per modũ testamẽti aut epistolæ, vel cuiusque generis scripturæ, dum tamẽ per duos testes cõstare posit illam fuisse patris & matris voluntatem vel aliorum ascẽdentium. Et ratio est, quia & si talis scriptura testamentum nõ esset, tamẽ liberi hæredes futuri essent. Idcirco legalis solennitas nõ attẽditur. ita dicit tex. not. in l. j. C. de his qui sibi ascri. per quem tex. idem putant doct. seruari in liberis legitimis tantùm, putà adoptiuis, vel arrogatis, qui cũ aliis ab intestato succedunt, vt l. cùm in adoptiuis. C. de adop. & idem in naturalibus legitimatis, vt concludunt omnes, Alex. & Ias. in dicto §. ex imperfecto. vt dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* Et premissa sunt vera, siue tales filij naturales & legitimi tẽpore testamenti paterni sint in potestate, siue emãcipati. Nã vtroque casu valet testamentũ minus solenne, per dicta iura inter solos liberos. Si autem forent permixti extranei hæredes aut extranei legatarij, quo ad ipsos nõ valeret tale testamẽtũ, vt d. §. ex imperfecto. etiã in foro cõsciẽtiæ, vt latissimè disputat Ias. in l. si post diuisionem. post Bal. ibi. C. de iur. & fac. igno. & clarè Alexã. in l. nemo potest. vij. col. ff. de lega. j. de quo dicatis vt ibi. & per cũdem in l. cùm quis, eo. tit. Sed 75 duntaxat valebit quatenus cõcernit liberos. † Et tale testamentum minùs solenne inter liberos factum nõ solùm habet effectum testamẽti, vt ex eo succedi possit: Quinimò habet effectum derogatoriũ & reuocatorium primi testamenti solẽnis per patrẽ prius fortè facti inter extraneos: quod ipso iure tollitur per secũdum minus solẽne inter liberos factum, etiã si in primo testamẽto solẽni instituti fuissent alij successores ab intestato, qui post filios ad successionem vocarẽtur. Ita eleganter cõsuluit Paul. de Cast. cõsi. cccl xiiij. ver. nec obstat. §. si quis. quod est verũ, etiã si tale testamẽtum inter liberos minùs solẽne nõ fuerit factũ in scriptis, sed nũcupatiuè corã duobus testibus tantũ, de quo nulla fuit facta scriptura, vt post omnes cõcludit Alex. in l. hac cõsultissima. v. col. C. qui testament. face. pos. & plenè consuluit Barb. in in prima parte consi. xix. vj. col. in fi. Nam etiam ecõuerso testamẽtum primum imperfectum inter liberos factum derogat sequẽtibus solẽniter factis inter alios, quàm liberos. [De quo plenè j. super verbo, *testamentum.* ij.] Et sic non mirum, si prioribus dero- 76 get, vt dictum est. † Plus dico, quòd non solùm valet testamentum minus solenne ad effectum rumpẽdi primum solenne, quando tale minùs solenne fuit factum inter liberos, sed etiam si nõ stantibus liberis factum fuerit inter vlteriores consanguineos ab intestato succedẽtes. Nam etiã per tale testamentum minus solenne rumpitur primũ solenniter factũ inter extraneos, per tex. in l. hac consultissima. §. si quis autem. C. eodem. Prouiso tamen, quòd sequentia in tali testamento minus solenni concurrant. Primò, quòd interueniãt quinque testes, & quo ad hoc differt à testamento minus solenni facto inter liberos, in quo sufficiunt duo, vt dicto §. ex imperfecto. Secundò, quòd illi quinq; testes, & notarius si interuenit, fuerint à testatore rogati: quia tex. in dicto §. si quis autẽ. videtur solùm relaxare solẽnitatẽ quo ad numerum testium, sed non quo ad rogatum: ita singulariter cõsuluit Lud. Rom. circa fi. decisionis primi dubij, consi. cccvj. incip. Proposita consultatio. & in hoc etiam differt à testamento facto inter liberos, vbi nõ requiritur, quòd duo testes fuerint rogati, vt *communiter* concluditur in d. §. ex imperfecto.

BIU Cujas

Cogitetis, quia text. in d. §. si quis autem. requirens quinque testes, nõ facit mentionem de rogatu. Tertiò requiritur, ꝙ in primo testamẽto solenni fuerint instituti hæredes extranei: quia si in eo erant instituti aliqui de succedentibus ab intestato, tũc per secũdum testamentum minùs solenne non rumperetur primum solenne, posito quòd in secundo minùs solenni essent instituti alij ab intestato succedẽtes, quã liberi testatoris: quod intelligo si omnes tam in primo, quàm in secundo testamentis instituti, sint in pari gradu succedendi: si autem instituti in testamẽto minùs solẽni, essent proximiores primum locum succedendi tenentes, per tale testamẽtum rumperetur primum solenne, in quo remotiores fuerãt instituti, per rationem dicti §. si quis. & ita vult tex. à cõtrario sensu in dicto §. si quis autem. secũdum Alex. ibi & Ias. Quartò requiritur, quòd in secundo minùs solenni sint instituti tales succedẽtes ab intestato, qui teneant primum locum, secùs si alij remotiores, secundum Bar. in l. si duobus. §. si priùs. ad fi. ff. de bo. pos. cõtratab. in fi. quem ibi, & in dicto §. si quis autem. sequũtur moderni. Quintò requiritur, quòd in tali testamẽto minùs solenni fuerint instituti omnes ab intestato succedentes primum locum succedendi tenẽtes. Secùs si aliquis ex ipsis, & nõ omnes, vt probat tex. in dicto §. si quis autem. qui vtitur in-
77 definita, † quæ æquipollet de iure vniuersali, & ita tenuit Alexand. & Ias. ibi. Sextò requiritur, quòd illud testamẽtum minùs solenne factum inter succedẽtes ab intestato sit solùm imperfectũ ratione defectus numeri, rogatus, aut subscriptionis testiũ, vt d. §. si quis autem. secùs si ratione præteritionis filij testatoris: quia tunc esset ipso iure nullum, secũdum gl. & Doct. in l. si filius qui in potestate. ff. de liber. & posthu. Nec obstat dict. §. si priùs. quia loquitur in præteritione filij emãcipati. Et pari modo non valeret testamentũ, si esset imperfectum ratione personæ testãtis, secundum Ludouicum. in dicto consil. cccvj. Septimò requiritur, ꝙ in primo testamento non fuerit instituta hæres aliqua pia causa, quia eo casu quãtuncunque in testamẽto minus solenni forent instituti venientes ab intestato, per tale testamentum non censetur primum esse ruptum, in quo pia causa fuerat instituta, nec habet tunc locum dispositio dicti §. si quis autẽ. Cùm hoc casu sit magis fauendum animæ testatoris, quàm agnatis. Et ita singulariter cõsuluit Panorm. in prima parte consil. xj. incipien. in causa quæ vertitur. & Rapha. Cuma. consi. clxxvij. incipien. & idem ego Rapha. quos sequitur Iason in dicto §. si quis autẽ. subiungẽs, quòd etiam si in testamento imperfecto secundo instituti essent liberi testatoris corã quinque testib⁹, per hoc non censetur primum reuocatum perfectum coram septem testibus factũ, in quo est pia causa hæres instituta. Quia text. in d. §. si quis autem. volens primum solenne reuocari per secundum imperfectum, est lex imperialis, quæ præiudicare non potuit eccle siis, & piis causis. Secundò, quia, excepta legitima, magis fauetur eccleſiis, quàm liberis, secũdum Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccle. in vlti. quæstio. principali. & Petr. de Ancha. consil. xlv. incipien. prima facie-
☞ videtur. [De quo plenius super verbo, *si absq; libe-*
78 *ris moreretur*. j. in xj. limita.] †Restat ergo, quod præmissis concurrentibus testamentum minùs solenne, in quo sunt venientes ab intestato instituti hæredes, rumpit primum solenniter factum, in quo extranei, aut ab intestato remotiores fuerant instituti. Quod est verum nõ solùm si tale testamentum minùs solẽne fuerit in scriptis factum, siue nuncupatiuè simpliciter coram quinque testibus, secundum doct. *communiter* in dicto §. si quis. quos ibi sequuntur Alex. & Ias. Et non solùm tale testamentum minùs solenne valet, & rumpit primum, si in eo fuerint venientes ab intestato specialiter nominati & expressi, sed etiam si testator solùm corã quinque testibus dixerit, volo intestatus decedere, neminẽ expressè instituendo. Quo casu tolletur primum testamentum, & venientes ab intestato ex hac vltima volũtate succedent. ita eleganter decidit Bart. in l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testamen. mili. de quo videatis Alexã. in l. si ita scriptum. §. regula. in vlti. colum. ff. de liber. & posthu. & l. sancimus. penul. col. C. eo. ti. Et non solùm per testamẽtum imperfectum, de quo dictum est, tollitur primum, vbi extranei erãt instituti: Sed etiã per codicillos, in quibus sunt instituti venientes ab intestato, secundum Barto. in l. ij. ff. de
☞ iniu. rup. testa. [De quo latius super verbo, *Testamentum*. iij. circa fin.] ad quod facit quod nũc dicam
79 de substi. † Vnum tamen teneatis menti, quòd illud quod dictũ est, scilicet, quòd testamentum posterius minùs solenne inter liberos factum rumpit primum solenne factum inter alios, est verum, nisi tempore quo tale testamentum minùs solenne fuit inter liberos factum, testator fuerit cæcus. Quoniam eo casu, tale testamentum non valeret, neque reuocaret primum, nisi haberet solennitatem requisitam in testamentis cœcorum, de qua in l. hac consultissima. C. qui testam. fa. pos. etiam si haberet clausulam codicillarem. Ita consuluit Raph. Fulgo. per multas rationes consil. xcj. sed Bal. Salice. Paul. & Alexand. in dicta l. hac consultissima. qui testamen. facere poss. contrarium dicunt tenentes testamentum cæci inter liberos imperfectè factum valere, per dictum §. ex imperfecto. idem consuluit Franc. de Zabarel.
80 Cardi. consilio cxlix. incipien. casus talis. †Ex præmissis decidit Bart. in dicto §. si quis. quòd testator potest filio in codicillis pupillariter substituere venientes ab intestato, & reuocare substitutionem pupillarem, quam priùs fecerat in testamento, in quo extraneos filio pupillariter substituerat. Et valebit talis substitutio in codicillis facta iure directo, licet in codicillis hæreditas dari vel adimi non possit, vt l. Scæuola. ff. ad Trebellia. & Institu. de codicil. §. fi. idem tenet Bartol. in dicta l. ij. ff. de iniusto rupto testamen. & in l. militis codicillos. ff. de testament. milita. Quam opinionem sequuntur Paul. & Rapha. Fulgo. in dicto §. si quis autem. l. hac cõsultissima. C. eodem. & ibi Alexand. & Ias. respondent ad iura allega. per Bald. & Salice. qui contrarium tenebant.
☞ [De quo plenius habetur super verbo, *Testamentũ*. iij. ver. postremo vt finis.] Vnum tamen circa præ-
81 missa memoriæ cõmendabitis, † quòd testamẽtum minùs solenne, nedum valet inter liberos ab intestato successibiles factum, vt dictum est: sed etiam valet inter liberos ab intestato non successibiles, putà inter filios, aut filias, quæ dotatæ erãt, & ex forma statuti aut consuetudinis, aut propter renunciationem iuratam exclusæ erant à paterna vel materna successione. Quoniam si tales liberi excluſi in testamento minùs solẽni à patre hæredes instituantur, tale testamentum minùs solenne valebit, secundum Rapha. Fulg. in d. l. hac cõsultissima. §. per nuncupationem. C. eod. Nam posito. quòd tales filiæ sint exclusæ ad intestato, non tamẽ sunt exclusæ condito testamento, si

BIU Cujas

to, si patris voluntatem habeant, vt plenè dixi suprà eod. in verbo, *duas habens filias*, Pro quo Fulgo. allegat, quod in simili habetur in l. nō putauit. §. in adoptionē. ff. de bo. poss. cōtra tab. Et hæc *opinio communiter* tenetur, & secundum eam consuluit Ludo. cōsil. clxxix. quem refert & sequitur Iaso. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. vj. col. eo. tit. & ibi Alexand. licet Bald. secundum Fulg. tenuerit contrariū, & non bene. Et adeò valet tunc tale testamentum, quod portiones hereditariæ, in quibus fuerunt tales liberi instituti, nedum in eos trāseunt si hæredes esse velint, aut relictum habere, quo ad dominiū, sed etiam in eos transeunt quo ad possessionem, quæ in puncto, quo moritur testator in eos transit ipso iure sine aliqua reali traditione, ita quòd sicut sui fiunt, eo ipso fiunt possessores ex generali huius regni cōsuetudine, qua mortuus moriendo sayit viuum. Ita & isti excluſi, quando sunt hæredes instituti. Nec obstat text. iuncta glo. in verbo, parens. in l. fi. C. famil. erciscun. quia loquitur secūdum tempora illius legis, secūdum quæ ex testamento imperfecto solū vocabātur sui, id est, liberi in potestate testatoris cōstituti, & non vocabātur emancipati, nisi iure prætorio. Et talis filia propter dictum statutum, aut renuntiationē desinit esse sua, vt not. Bar. in l. j. §. sciendum. ff. de suis & legitimis hæredi. & Bal. in l. fin. ad fin. C. de liberis præt. vel exhere. Sed postea per tex. in dicta l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. eod. facta est ampliatio, vt scilicet testamētum minùs solenne valeat inter omnes liberos factum, etiam nō suos, sed emancipatos, & non emancipatos. Nec pariter obstat quod not. Bald. in l. si quādo. in fin. princip. C. de inofficio. testamen. quia Bald. ibi loquitur in eo, qui de iure communi vel municipali nō poterat succedere ex testamento, sed ex priuilegio tantùm. Et in hac ratiōe fundata est eius intētio, & determinatio. Sed filiæ de quibus loquimur, iure communi ex testamento succedere possunt, vt dictum fuit latissimè in dicta notula super verbo, *duas habens filias*. in tertio membro principali. Vnde cōcluditur testamentum minùs solenne valere inter libe-
82 ros etiam ab intestato excluſos.† Testamentū enim inter liberos cōditum semper censetur habere clausulam, quòd valeat omni meliori modo, quo valere potest, vt est glo. nota. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. super verbo, valuit. ff. de vulga. & pupilla. substitutio. quam ibi, & hîc multum ponderauit Ioan. de Imol. cui dat similē ibi Rapha. Fulgo. in l. filij. versicu. intestato. iuncto text. C. famil. erciscun. Sed clarius hoc dicit glos. in d. §. cùm filiæ. & erit pulchra limitatio ad l. non codicillum. C. eodem. & l. j. C de codicil. Taliter, quod dicemus in testamento facto inter liberos semper in esse clausulam codicillarē, etiam si non apponatur. Et hoc propter ardorem liciti amoris in patrem & filios existentis, qui clausulam codicillarem tacitè inducit, secundum Bald. in l. si iure. C. de testamen. manu. quod non est tradendum obliuioni. [Propter illa quæ dicuntur su-
83 per verbo, *Testamentum.*] † Et præmissa intelligatis vera esse, videlicet, quòd testamentum minùs solenne valet inter liberos naturales & legitimos, sed nō inter naturales tantùm, veluti bastardos. Quoniam eo casu non sufficerent duo testes, quinimo requireretur integra iuris solennitas secundum aliquos, per tex. in dicta l. fina. C. familiæ erciscund. quæ non loquitur nisi in suis & emācipatis, quasi dicat, secus esse in naturalibus tantum, qui nunquàm fuerunt sui nec in patria potestate, cùm non sint ex nuptiis procreati. Instit. de patria potestate. §. primo. Et per consequens non possunt emancipari. Et sic tanquā extranei non succedunt ex testamento minus solenni. Et ita multi Docto. consuluerunt, & tenent Alexand. & Iason in dict. §. ex imperfecto, secus autem si essent legitimati, quia tūc essent veri filij, licet nō legitimè nati. Ideo solēnitas testandi inter tales naturales legitimatos relaxatur patri. Et ita in ꝑpriis terminis decidit Bal. in cap. de causis. de officio delegati. & in l. si qua illustris, vbi plenè. C. ad Orficia. Nam legitimatus est suus, & habet iura suorum hæredum, secundum Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. j. colum. Et præteritus per patrem, vel non debitè exhæredatus, potest dicere testamentum nullum, acsi legitimè fuisset natus, secundum Ludouicum consilio xxxiiij. incipiente, Licet naturalis filius, & priuilegium authenti. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccle. locū habet in talibus legitimatis, vt latè probat Iason ibi in dicta authē. x. colum. & non in naturalibus non legitimatis. Hos enim naturales tātùm prætor ad successionem nō vocat paternam, quia licet meram æquitatem consideret, non tamē fauet iniustis, secundum Bal. in d. §. ex imperfecto. Prætereà in his naturalibus deficit ratio leg. j. C. de his qui in testamen. sibi adscri. quia ab intestato non succedunt, vt plenè dictum fuit suprà eo. cap. super verbo, *Ex vxorem nomine Adelasiam.* in secundo principali articulo. & ita tenent Alexan. & Iason, in dicto §. ex imperfecto. Alij verò Docto. tenuerunt contrarium, inter quos fuit Specul. in titu. de instru. edit. §. compendioſe. versi. quid si pater naturalis. dicentes testamentum minus solenne, etiam inter liberos naturales tantùm valere de iure, per text. not. in l. fin. C. de confir. tuto. ibi dum dicit tex. quas quocunq; modo eis dederint. per quem tex. apparet, ꝙ filiis naturalibus tantùm quocunq; modo potest relinqui, & dari. Ex quo enim dicit quocunque, apparet quòd omnis solennitas videtur remissa. facit l. iij. & l. humanitatis. C. de natur. liber. Prætereà ius ciuile inter liberos imitatur ius gētium, seu naturale, & tamen certum est, quòd natura communis est, vt l. hos accusare. §. omnib. ff. de accusat. Facit quod eleganter determinat Bart. in l. ij. illo eodem titu. Naturali enim intuitu iura mouentur ad remittendum solennitatem testamentariam inter liberos, vt patet in ratione literæ, in authen. de testamen. imperfect. post principium. Ex quo videtur non esse differentiam, quo ad legalem solennitatem inter legitimos, & naturales tantùm. Quinimò inter vtrosque valere debet testamentum minus solenne. Sed aduertēdum est, quia glo. in dicta l. final. huic opinioni non applaudit: imò sentire videtur primam opinionem: quia exponit dicta verba, quocunque modo. non respectu solennitatis, sed respectu ipsius iudicij, quasi dicat, licitum esse patri filio suo naturali portionem assignare legibus taxatam, siue ex testamento, siue ab intestato, siue inter viuos, siue in vltima voluntate sit. ff. de iure dotium. l. promittēdo. in princip. ff. de lega. j. l. nō quocunque modo. in princip. Ad hoc facit, quia naturalibus videtur quodammodo relinqui ex quadam dispositione legali, vt dicta leg. ij. & l. humanitatis. C. de natura. liber. Vnde non possunt simul concurrere duo specialia, vnum respectu personæ, aliud verò respectu solennitatis. argum. l. si quando. C. de inofficio. testamen. & l. ij. ff. de polli cita. Nam ille qui capit ex dispositione, nō debet ita

priuilegiatus esse, sicut ille qui capit sine dispositione, per iura suprà dicta. Et harum fortè rationũ motu & aliarum, quæ in præsentiarum adduci possunt, Bald. in dicto §. ex imperfecto. hanc quæstionem non determinauit, promittens se dicturum in l. generaliter. §. final. de institu. & substitutio. sub conditio. fact. vbi postea nihil dicit. Sed in dicta l. final. C. famil. erciscund. ita distinguit: Aut bastardus instituitur hæres, vel ei relinquitur à matre, vel linea materna. Et tunc valet dispositio etiam minùs solẽnis:
84 † quia quantùm ad matrem bastardi habent iura aliorum. ff. de inofficio. testamen. l. si suspecta. §. de inofficioso. & Institu. ad Orficia. §. nouissimè. Et in hoc concordant ómnes, nisi mater esset illustris, vel filius esset natus ex damnato coitu. Aut bastardus instituitur, vel ei à patre, aut linea paterna relinquitur, & tunc refert, aut testamento in scriptis, aut in nuncupatiuo. Primo casu, aut obseruatur forma subscriptionis, iuxta Authenti. super dicta l. final. positam. C. familiæ erciscund. & Authent. quod sine. de testamen. & tunc valet testamentum, licet testamenti solennitas non adiiciatur. Et ita loquitur text. in authen. de testamen. imperfecto. in princip. Si verò illa solennitas scripturæ subscriptionis non adiiciatur, tale testamentum non valet, si deficit alia ciuilis solennitas. Secundo verò casu, quando testamentum est nuncupatiuum, plerique Docto. consuluerunt testamentum non solenne hoc casu non valere inter bastardos. Et hoc modo intellexerunt dictum §. ex imperfecto. qui venit ad supplementum dictæ l. fin. in iustis liberis vel in his, qui habent iura legitimorum, non autem in naturalibus, quibus non debetur paterna hęreditas, nec debitum bonorũ subsidium in bonis patris, nec paternæ lineæ, nec mirum si iustis liberis magis faueatur: quia in eis ius naturale, & ciuile concurrunt. Præterea bastardi appellari possunt extranei, quia quantùm ad testatorẽ nullo modo obtinent iura agnationis. ff. vnde co-
85 gnati. l. si spurius. & l. hac parte. † Item liberi non possunt instituere parentes in minus solẽni voluntate, vt dicta l. hac consultissima. §. si quis autem. C. eodem titul. & not. Specul. in titul. de instrumen. edit. §. compendiosè. versic. quid si filius. & Bald. in dicta l. si qua illustris. C. ad Orficia. & dicto §. si quis autem. & dicta l. fina. & ibi Sali. C. familiæ erciscun. Est tamen certum, quòd plus fauoris debetur parentibus legitimis, quàm filiis bastardis, vt patet ex authen. licet. C. de natura. libe. iuncta l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testamen. Ex quibus resultat, quòd in hoc pũcto diuersæ sunt Docto. opiniones, an testamentum nuncupatiuum minus solenne factum per patrem inter bastardos valeat, quod Bald. in dicta l. fin. reliquit cogitandum. Sed ibi clarus Doct. Sali. determinat, quòd valeat: quia quo ad portionem, quæ eis de iure communi relinqui potest, de qua plenè habuistis suprà eodem capi. in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.*. in secũdo principali articulo, lex eos approbat, sicut approbat legitimos, quo ad totam hæreditatẽ. Et sic illa portio eis relinqui potest in minus solenni testamento, sicut potest tota hæreditas relinqui filiis legitimis, cùm eadẽ sit ratio de parte ad partem, quæ de toto ad totum. Et hanc puto veritatem, de quo plenè per Barth. Salic. & Paul. in dicta l. si. C. famil. erisc un. & Bald. in l. parentes. ff. de in ius voc. & in l. humanitatis. C. de natu. lib. & in l. si qua illustris. C. ad Orficia. & in dicta l. fina. C. de confir. tuto. & Ange. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & in l. filio præterito. & ibi Ioan. de Imo. ff. de iniusto rupto testa. Et eũdem de Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Et ita consuluit Ludo. Rom. consi. clxxix. vj. col. incip.
86 Ampliſſime doctor, &c. † De spuriis autem non quæro, cùm illis nihil quæri possit præter alimenta, vt plenè dictum fuit in dicta notula super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* Et sic habetis, quòd sicut inter legitimos liberos testamentũ valet corã duabus mulieribus, vel vno masculo, & aliis muliere vel hermaphrodita factum, vt dicit glo. quam ibi tenent Bald. & Docto. in dicta authenti. quod sine. C. eodem titu. Ita in filiis naturalibus tantùm in casibus iam dictis, quibus vt dictũ est, solẽnitas relaxatur. Et ratio est, quia quòd requirãtur in testamẽto masculi testes, est de mera solennitate iuris ciuilis, vt l. qui testamento. §. mulier. ff. eodem titu. & Insti. eo. §. testes. Quæ quidem iuris solennitas in testamentis inter liberos est remissa, per dictũ §. ex imperfecto. Ita quòd non requiruntur testes esse rogatos: nam inter liberos præsumitur patris deliberatio, argu. l. nec in ea. ff. de adult. Naturalis enim stimulus patrẽ hortatur, & vrget ad cogitandum pro liberis, vt l. amiciſſimos. §. fina. ff. de excuſ. tut. Ita pulchrè dicit Bald. in dicta Authentic. quod sine. subiungens ibi,
87 † quòd si in arca testatoris reperiatur schedula testamenti, quæ etiã contineat diuisionem bonorum inter liberos suos, manu patris scripta, quanuis sine testibus, dictæ schedulæ stãdum est inter liberos: secùs, si manu alterius foret scripta etiam notarij. Vos autem pleniùs cõsiderate tres casus circa talem schedulam, quæ reperitur in arca patris. Si quidem illa scriptura appareat scripta manu ipsius patris, tunc Bald. verum dicit, per text. in dicta authent. quod sine. Et idem tenent Bart. & Paul. in l. si is qui. ff. eodem. & Alexand. in dicto §. ex imperfecto. quicquid ibi teneat Sali. Quãdo ergo scriptura apparet, quòd est scriptura manu propria ipsius patris, ibi nõ requiruntur testes: quod est verum, quantùm ad ipsos filios. Sed si in tali scriptura essent aliqua relicta, etiã ad pias causas, vt dicit text. in dicta authent. quod sine. in fin. loquens de legato libertatis, & sic pio: tũc quantùm ad hoc, vt talia legata valeant de necessitate requiruntur duo testes, per tex. in ca. relatum. suprà eodem. Et ita intelligit, & declarat text. in dict. authen. Alex. in tertia parte consil. ccccl x. incipiente, Ponderatis his, de quibus in themate. vj. col. post Bald. & alios per eum relatos. Secundus casus est, quando talis schedula, quæ reperitur in arca patris sine testibus, nõ est scripta manu propria patris nec subscripta, & in hoc communiter cõcludetur, quòd etiam inter liberos nihil probat, secundum Bald. & Paul. in dicta authenti. Petr. de Ancha. & Imol. in c. ij. suprà eodem. Et in hoc reprehẽditur decisio Bar. in l. fideicommissa. §. j. ff. de legatis iij. Tamen hunc casum limitat esse verum Iason in dicta authen. nisi probaretur, quòd talis schedula esset scripta à notario, vel tertio, de mandato ipsius testatoris. Quo casu valeret tanquam testamẽtum nuncupatiuum inter liberos, per dict. §. ex imperfecto. que in hoc non est correctus. Sed non valeret tanquã testamentum in scriptis, per tex. in dicta Auth. quod sine. Et vtilitas est propter legata relicta extraneis, quæ in testamento nuncupatiuo imperfecto nihil valẽt, secũdum aliquos. Et tamen valerent si esset testamentũ patris imperfectum in scriptis, vt dicta authẽ. in fin. Et in his terminis saluat Bar. in dicta l. fideicõmissa.

Quid

BIU Cujas

Quid autem hoc casu, si talis schedula sine testibus contineret dispositionem ad pias causas, ponit Bart. in l. in testamento. ff. de fideicommiss. liber. Bal. in repetitione l. penul. in vj. quæst. iij. partis principalis. C. de sacrosanct. eccle. & in l. si iure. C. de testamen. manumiss. Paul. consi. cccl x. incipien. Super eo quod quæritur. Ludo. in Authen. similiter. in xviij. speciali C. ad le. Falci. & Bar. in d. l. si is qui. ff. eodem. Tertius casus est, quãdo est dubium, an talis schedula fuerit scripta manu propria ipsius patris, & negetur scriptura patris: tunc debet probari per duos testes. gl. est super verbo, Diuisionẽ. in §. j. in Authen. de test. imperfect. sed an isto casu sufficeret probare scripturam patris per comparationem aliarũ literarũ ipsius patris, ponit plenè Alex. d. cõsi. cccl x. Restat quòd vbi schedula apparet scripta manu patris, vel alteri⁹, tamen est subscripta manu parris, aut ipsorum filiorum, valet vt testamentum inter liberos sine alia testium solennitate, vt in Authen. si modo. C. famil. erciscun. Ad præmissa facit, quia videmus, quòd in testamẽtis ad pias causas sufficit testes interueniisse nõ rogatos, vt plenè dictũ fuit suprà. Ergo fortiùs hoc erit inter liberos, cùm fauorabilior sit causa liberorũ, quàm pia causa. xvij. quæst. vlt. can. quicunque. & not. glos. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. &
88 cler. † Et talia testamenta inter liberos facta non reuocantur per alia testamẽta posteà facta, nisi in istis postremò factis ad sit solennitas iuris ciuilis, & testator declaret expressè nolle primum testamẽtum valere. Ita dicitur in Authen. hoc inter liberos. C. eodẽ titu. de cuius intellectu dicam statim in sequenti no
89 tula. † Sanè tamen intelligatis præmissa, quòd testamentum minus solẽne valet inter liberos, si deficiat in solẽnitate extrinseca, puta probatoria, sicut in numero testium: quo casu cùm vitium sit extra rẽ, testamentum non vitiatur: Secùs autem esset, si testamentũ deficeret in solennitate intrinseca: putà, quia testator præteriisset vnum de liberis in potestate cõstitutis. Nã tunc propter vitium præteritionis testamentum esset nullum. Quia illud vitium erat in persona seu consensu testatoris, & sic in ara rem, id est, in tra veritatem & æquitatem actus testãdi. Ad hoc facit quod consuluit Ludoui. cõsil. cccvj. & quod dixi suprà eodem capi. in verbo, *In extremis positus.* prope finem. Vnum tamẽ scire debetis, quòd ad probationem cuiuscunque testamenti etiam nuncupatiui in prædictis casibus sufficiunt duo testes, vt tenet gl. in dicta l. finali. C. fami. erciscund. & dicta Authent. quod sine. C. eodem. & in Authent. de testa. imperfe. §. j. & in Authen. de trien. & semiss. §. & quod sæpe. & plenè consuluit Barba. in prima parte consi. xxix. vj. columna. Nec requiritur, quòd tales testes sint rogati, vt est gl. not. in dicta l. fina. C. de codicil. Et notat Bal. & Saly. in dicta Authen. de testam. imperfec. Sed in testamento, vbi extranei essent hæredes, requireretur quòd essent rogati, vel à testatore, vel à notario testamentum scribente, aut alio ibi præsente, secundum glo. in Authen. rogati. C. de testamẽ. & te-
90 net Iason in dicta l. hac consultissima. §. j. † Et nisi probentur rogati, non præsumitur, cùm sit solennitas extrinseca, secundum Bar. in l. diuus. ad finem. ff. de testamen. mili. & in l. sciendum. ff. de verborum obligat. Sed Ioan. de Pla. contrà in l. generali. circa finem. C. de tabula. lib. x. Puto primum verius in testamentis, nisi in instrumento testamenti diceretur ☞ conuocatis: quia tunc præsumitur, ꝙ essent rogati, vt dicta l. diuus. Et idem si testes in testamento se subscripserint, vel subscribi passi fuerint, argumẽto l. cùm ostendimus. §. final. ff. de fideiussorib. tuto. Et idẽ si notarius, aut testator esset peritus in rure, & essent instituti illi, de quibus est verisimile, secundum Bal. post Odofre. in l. j. §. j. ff. de hęredibus instituen.
91 † Plus dico, quòd si testamentum factum perfectè, & solenniter inter extraneos, quo solo casu valet, fuerit perditum casu fortuito, totus tenor talis testamenti probari poterit per duos testes testamẽtarios, per tex. singularem in l. testium. C. de testibus. quem ad hoc ibi ponderant Bal. & Ange. ac Salyc. quos sequitur Alexan. in l. ij. C. de bonorum posses. secundum tabu. & in l. si vnus. C. eodem titu. Prouiso tamen, quòd illi duo testes non solùm deponãt de tenore testamenti, sed etiã de perfecta solẽnitate, quæ interuenit, vt ibi plenè deciditur. Nam si solùm deponerent, quòd testator ita disposuit, nisi dicatur, ꝙ coram testium numero sufficienti dispoſuerit, non probarent. Secundò probari potest testamentum per duos testes, vbi testator filium instituit, quo casu valet testamentum imperfectum quo ad filium, & à suo hærede stipulatus fuit legata solui legatariis, & sic in testamento admiscuit contractum stipulationis, quod fieri potest, secundum glos. & Bar. in l. hæredes palàm. §. fina. ff. eodem. Nam hoc casu etiam si hæres totũ negaret, sufficerẽt duo testes ad probandum illa legata: quia cum non agatur nisi de probãdo contractum, duo testes sufficiunt. l. vbi. ff. de testibus. cap. in omni. eodem titu. Cùm enim legatarius censeatur esse vna, & eadem persona quo ad rem legatã cum testatore, potest ipse testator sicut pro seipso stipulari, vt colligitur ex verbis Barto. in l. nemo potest. j. colum. ff. de leg. j. dum respondet ad legem fina. C. de fideicõmis. & ita tenent Imo. & Alexand. in d. l. nemo. & Bartholo. de Cæpol. de caute. aduocato. cautela clxxvij. Et hũc casum decidit Iason vltra omnes in dicta l. jj. C. de bonorum posses.
92 secundum tabu. iiij. colum. in fin. † Et hæc vera de iure ciuili, secundum quod requiruntur testes septẽ rogati & masculi, vt dicta l. hac consultissima. De iure autẽ canonico, vel in terris ecclesiæ, duo testes sufficerent cum presbytero parochiali, vel quatuor sine presbytero, secundum Panormi. in dicto capit. cùm esses. suprà eod. per illum tex. qui etiam locum habet in foro seculari, velut legem ciuilem in hoc corrigens secundum eum. Nescio tamen si ius opinio seruaretur, licet eam teneat Ludo. in dicta Authentica, similiter. C. ad legem Falcid. Et sic habetis, quòd si testamentum deficiat in solennitate extrinseca, putà in numero, aut rogatu testium, nisi in casibus iam dictis, tale testamentum est ipso iure nullum, tanquam imperfectum, ita quòd ex eo bonorũ possessio non potest peti, nec hæreditas adiri, vt suprà dictum est: Nec legata aut fideicommissa deben tur, vt l. j. C. de posth. hæred. institu. Nisi in tali testamento esset adiecta clausula codicillaris, putà, quia testator in testamento dixit: Si testamentum meum non valet, valeat iure codicillorum. Secundò probari potest testamẽtum per duos testes, vbi testator filium instituit, quo casu valet testamentum imperfectum quo ad filium: sed alia relicta peti non possunt, nisi fuisset à suo hærede stipulatus, vel nisi clausula codicillaris habeatur in testamẽto pro adiecta, vt putà, quia legatum relictum fuit tali personę, quę erat relicta testatori. [Vt plenè dicitur super verbo, *testamentum.* iij.] Quoniam tunc testatoris voluntas sustentaretur vt codicillus: dum tamen in ea

interuene-

BIU Cujas

interuenerit numerus quinque testiũ, qui in codicillis requiruntur, vt determina Bart. in l. prima. ff. de iure codicillo. & per l. codicillis. ff. de legat. iij. Nam talis clausula si apponatur in secũdo testamento etiã inualido, reuocat primum quo ad legata, vt determinat Bartolus, in l. si iure. ff. de legatis. iij. Quod intellige semper verum, si testamentum sit nullum ex defectu solennitatis, quòd secùs esset, si testamẽtum esset imperfectum ratione deficientis voluntatis, veluti si antè quàm testamentum cõpleretur mortuus est testator, quo casu omnino talis volũtas nihil valet, per l. fideicõmissa. ff. de legatis iij. & l. ex ea scriptura. ff. eodem titulo. Vnde habetis ex his plenè de solennitate testamentorum iure ciuili requisita præsertim quo ad numerum testium. Hodie autem de iure canonico sufficiunt duo testes cum parochiali presbytero in testamẽtis communibus, vt in c. cum esses. s. eod. tit. Vel sufficiunt quatuor testes sine presbytero, secundum Panormita. ibi. In testamentis verò ad pias causas sufficiunt duo testes vt superius fuit demonstratũ, vt est casus in cap. relatum. s. eod. de quo plenè per Panormita. in dicto cap. cùm esses. in repetitione, & Ludouicus in repetitio. Authen. similiter. C. ad legem Falcid. Ex præmissis sequitur, quòd Raynutius perfectum condidit testamentum.

93 †perfectum dico omni perfectione, quæ secundum Bal. in l. j. ff. eodem. est quadruplex. Prima, quæ consistit in perfectione volũtatis testatoris, quæ dicitur perfecta, quãdo est completa, & plenè declarata. l. si is qui. & l. ex ea. ff. eodẽ. Nam si testator decederet, prius quàm declararet suam voluntatem, testamentum esset imperfectum, nec valeret quãuis ad piam causam factum, vt suprà habuistis. xj. casu fallentiæ, in fine. Alia est perfectio, quæ consistit in forma substantiali, scilicet in hæredis institutione, quæ caput dicitur testamenti, & sine qua testamentum esse non potest. l. j. ff. de vulga. & pupilla. & instit. de lega. §. ante hæredis. Alia est perfectio, quæ consistit in solennitate formali, quæ legum diligentia appellatur, qualis est debitus numerus testium, subscriptio, signacula, descriptio nominis hæredis. Institut. eodem. §. j. & l. iubemus. iuncta l. hac consultissima. C. eod. facit l. codicillis. §. fina. ff. de lega. iij. Quarta & vltima est perfectio in effectu testamẽti, & hæc est duplex. Prima, quando testamentum transit in irreuocabilitatem, quod solùm contingit per mortẽ testatoris, vt dicit Apostolus ad Hebræos ix. & text. in c. cùm Marthæ. de celebra. missa. & l. iiij. ff. de adimen. lega. Alia est effectualis testamenti perfectio, quando testamentum ita perficitur, vt ad causam intestati redigi non possit, quod contingit adita hæreditate ex testamento per hæredem institutum. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæredi. institu. & l. quãdiu. ff. de acquiren. hæredi. [De quo plenè dicitur super verbo. *Mortuo itaque testatore.*]

Laus Christo Iesu domino nostro.

SVMMÆ

1 *Testamenta plura quis habere non potest.*
2 *Testator non præsumitur fecisse nisi vnum testamentum.*
3 *Reiterationem actus alleganti incumbit onus probandi.*
4 *Testamentum vltimum præualet, nisi sit deceptio.*
5 *Contractus in testamento factus est irreuocabilis.*
6 *Testamentũ primũ etiã reuocatũ debet notarius seruare.*
7 *Testamentum secundum, licet non sortiatur effectum, reuocat primum, etiam non facta de eo mentione.*
8 *Pœnitentia sola non reuocat testamentum.*
9 *Testamentum secundum non reuocat primum in certis casibus, nisi facta de ipso mentione. & sequen. nu. vsque ad* 18.
18 *Iuramentum in testamento habet vim clausulæ derogatoriæ ad præcedentia & sequentia.*
19 *Literæ debitori contra creditores concessæ, non extẽduntur ad debita iurata.*
20 *Iuramentum vim habet specifici consensus.*
21 *Testamentum secundum in fauorem personæ dilectæ, an habeat vim reuocandi clausulam derogatoriam.*
22 *Testamentum secundum sine reuocatione clausulæ derogatoriæ primi, est imperfectum.*
23 *Clausula, omnia pro expressis habentes, tantùm operatur, ac si singula specificarentur.*
24 *Libera semper præsumitur voluntas Venetijs.*
25 *Testamentum irreuocabile an fieri possit. & nu.* 26.
27 *Testamentis duobus eodem die factis, vtrũ præferatur.*
28 *Ordo scripturæ prælationem inducit.*
29 *Velocissimum omnium est intellectus.*
30 *Præcedere contingit tribus modis.*
31 *Testamentis duobus eodem die factis ita, vt nesciatur prius, neutrum valet, nisi in casibus.*
32 *Codicilli plures si appareant eadem hora ab eodem facti, quis præferatur.*
33 *Mandata si sint duo eiusdem datæ, cui procuratori creditur.*

Testamentum II.

DICIT in numero singulari. †Nam ex hoc datur intelligi, quòd Raynutius non potuit, nec aliquis alius potest cum duobus, aut pluribus testamentis decedere, sed sufficit vnum: quia non potest quis cum pluribus testamentis decedere, vt omnia valeant, nisi esset miles, qui mori potest cum pluribus testamentis validis, scilicet vno in bonis castrensibus, altero verò in bonis paganicis. l. j. C. de testament. milita. & dixi suprà. in verbo, *testamentum*. j. in nono casu fallentiæ. Sed paganus, qualis erat Raynutius, decedere non potest, nisi cum vno testamento. ideo de

2 decidunt Docto. † quòd testator non præsumitur fecisse nisi vnum testamentum, adeò quòd aduersarius allegans testamentorum pluralitatem, necesse haberet eam probare. l. omnium. iuncta gl. in verbo, comprobatur. & ibi Bartol. C. eod. & l. fin. eam inducendo, vt ibi per Bald. C. de rebus credi. & Saly. in l. ij. C. de errore aduoc. Nunquam enim præsumitur pro pluralitate actuum, secundum Bal. in l. testium. C. de testi. & in l. neq; natales. C. de probat. & l. edita. C. de edẽ. & plenè Ant. de But. in c. in præ

3 sentia. de proba. † Ideo alleganti reiterationẽ actus incumbit onus probandi, vt ibi deciditur. Sicut in testamento dictum est, quod non præsumitur reiteratum, sed semel factum, secundum Iason. in l. ij. iij.

4 col. in fi. C. de bon. posses. secundum tab. † Si autem paganus decessisse probaretur cum duobus, aut pluribus testamentis, vltimum testamentum duntaxat valeret, prouiso tamẽ, quòd testator nõ fuerit deceptus in causa mutationis primi testamẽti: quia si deceptus esset, primum testamentũ præualeret, & non secundũ, nisi quo ad legata. l. fi. ff. de hære. instit. facit l. cùm mater. ff. de inoffi. test. Aliter & aliàs vltimum

testa

BIU Cujas

testamẽtum ſemper præualet, & rumpit primum in totum. Nam cùm vltima voluntas ſui natura ſit ſemper ambulatoria vſque ad mortem, † adeo quòd etiã cõtractus quicunque qui in teſtamẽto, ſecundũ *communem opinionem* fieri poſſunt. l. hæredes palàm. vbi gl. in fi. ff. eo. pro qua eſt tex. in l. ex ſentẽtia. ff. de teſta. tute. & qui ſui natura ſunt irreuocabiles. l. ſicut. C. de actio. & obl. imò & confeſſio in teſtamẽto facta, omnia caſſa cẽſentur teſtamẽto, in quo talia cõtinentur, reuocato expreſſè, vel tacitè per factionẽ teſtamẽti ſequentis, niſi pars ibi dum teſtamentũ fiebat præſens fuiſſet, & contractum aut confeſſionem acceptaſſet, vel alter pro ipſo, putà notarius, de quo latè Cy. Bal. & Sali. in l. generaliter. C. de nõ nume. pecun. & Ludo. egregiè conſilio clxxj. Nam quo ad omnia eſt talis volũtas vſq; ad mortẽ ambulatoria, vt dict. l. iiij. ff. de adimen. leg. in tantum, quòd quanuis primum teſtamentum fuiſſet à principe confirmatum, vel ad pias cauſas factum, etiam ſi ſtatutum ipſum reuocari prohiberet, aut cũ epiſcopi auctoritate, vel alterius ſuperioris factũ probaretur: tamen ſemper vltimo teſtamento ſtamus, per quod præcedentia teſtamẽta cẽſentur omnino reuocata, ſecũdum Bal. & Fulgo. ac Pau. in dicta l. omnium. Bal. & Fely. plenè in ca. cùm acceſſiſſent. j. col. de conſtit. & Bal. in c. ij. de conſue. quem ſequitur Bart. per plures rationes in c. fi. xij. colum. de ſucceſ. ab inteſt. Poteſt enim teſtator teſtamẽtũ ſemel factum expreſſè caſſare, & reuocare, & aliud facere, vel aliud faciẽdo tacitè à primo recedere, quod remanebit inutile, adeò quòd ſi relicta in illo teſtamẽto nunc reuocato per teſtatorẽ ſoluta vel bona tradita fuiſſent in eius vita, ſicut aliquãdo fit per teſtatores. l. Lucius. ff. de lega. ij. tamen reuocari poterũt per teſtatorem, ſecundum Bal. in l. fi. C. de vſu. & fru. leg. Et etiam repeti poterũt fructus ante reuocationem percepti, viſo q̃ fructus ſint reuocabiles, ſicut ſeruatur in re donata cauſa mortis, & tradita in vita donantis, quæ repeti poteſt cum fructibus. l. cùm quis. ff. de condict. caudat. & l. videamus. §. j. ff. de vſur. Nã taliter ſoluta cõparãtur donationi cauſa mortis, vt ſingulariter dicit Bal. in rubri. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & in dicta l. fi. vt teſtamento reuocato reſtituãtur. † Tamen quanuis primum teſtamentum fuerit expreſſè vel tacitè reuocatũ, non tenetur neq; debet tabellio etiam de mandato teſtatoris illud dilacerare, vt reperiri omnino nõ poſsit, quia fortè interierit noſtra, q̃ in futurum reperiatur, quia fortè ſecundũ teſtamentũ redarguetur de falſo. Et ſic licet fuerit reuocatũ primum, adhuc notarius tenetur facere copiã. Ideo quãuis ad mandatum teſtatoris cãcellari poſsit, non tamen dilacerari & rumpi, ſed cancellatum in protocollo conſeruari, vt ſingulariter decidit Bart. in l. ij. §. ſi plura. ff. quemadmo. teſta. ape. † Et adeò per vltimum teſtamentum præcedentia omnia cẽſentur eſſe reuocata, etiam ſi de prioribus mentionem nõ faciat. Inſtitu. quibus modis teſtam. infir. §. ſi quis poſteriore. Et etiam ſi vltimum teſtamentũ non ſit primo contrarium, ſed illum contineat hæredem, & legata, quæ cõtinebantur in primo. l. iij. §. item ſi ipſæ ff. ſi cui plus quàm per leg. Falci. & l. ſi iure. in principio. ff. de lega. iij. Vnde poſito etiam quòd effectus vltimi teſtamenti non duraret: putà quia conditio, ſub qua fuit hęres inſtitutus non contigit, aut adimpleta non fuit: vel quia ex eo teſtamento non aditur hæreditas, nihilominus priora omnia teſtamẽta per hoc vltimum cenſentur reuocata. Quia ſatis eſt ad tollendum primum teſtamentum per ſecundum, quòd illud ſecundum factum ſemel fuerit perfectũ & abſolutum, & quòd ex eo potuerit adiri hæreditas, licet adita non fuerit: fortè quia hæres noluit vel non potuit, quia cõditio non euenit, vt l. pater filio. ff. de hæredib. inſti. & l. cùm in ſecundo. ff. de iniuſto rup. teſta. & dicto §. poſteriore. Inſtit. quibus modis teſta. infir. † Et hoc verum, quòd priora teſtamenta per vltimum infirmẽtur, ſi fiat: Quoniam aliâs ſola nuda voluntas teſtatoris, quantũcunque prioris voluntatis declararet pœnitere, aut nolle teſtamentũ ſuum valere, non induceret teſtamenti iam facti reuocationem, niſi teſtator ad factũ procederet teſtamentum aliud faciendo, vel prius factũ incidendo, vel cãcellãdo. Inſti. qui. mo. teſta. infir. §. ex eo autẽ ſolo. vel poſt nudã voluntatẽ in actis vel corã tribus teſtibꝰ declaratã effluxiſſet decenniũ, quod currere incipit nõ à tempore declaratæ nudæ volũtatis, ſed à tempore prius cõditi teſtamenti, ſecundum *magis communem opi.* Prout de his omnibus eſt text. ſingularis in l. ſancimus. vbi gl. & Doct. C. eo. cum modificatione, de qua ibi per Iaſ. in v. notabili. † Sanè tamen intelligatis per ſecundum teſtamentum rumpi primum, quanuis de ipſo nulla mentio fiat in ſecundo, niſi in duobus caſibus. Primò ſi primũ teſtamentum factum eſſet inter liberos, quo caſu licet ſit minùs ſolenne, non reuocabitur per ſecundũ, quantuncũque ſolẽne inter extraneos factum, niſi de primo etiam minùs ſolenni inter liberos facto fiat expreſſa mentio, illi primo expreſsè derogãdo. C. eo. Authẽ. hoc inter liberos. Nam teſtamentum primum etiã minùs ſolenne inter liberos factum cenſetur in effectu ſemper habere clauſulam derogatoriã ad teſtamenta ſequentia. Ideo nõ tollitur per ſecundũ quãtuncũque ſolenne, niſi in eo priori derogetur teſtamento, per tex. in l. ſi quis in principio teſtamẽti. ff. de lega. iij. vt dicã ſtatim in ſecũdo caſu. Et præmiſſa, ſcilicet, quòd per ſecundum teſtamẽtum nõ reuocetur primum inter liberos factum, niſi expreſſè tollatur, ſunt vera quatuor concurrentibus. † Primò ſi in ſecundo teſtamento ſint inſtituti hæredes extranei, quo caſu (vt dictum eſt) nõ reuocatur primum, niſi expreſſè tollatur. Si autem in eo eſſent inſtituti liberi teſtatoris, ſicut fuerãt inſtituti in primo, & illud ſecundum eſſet magis fauorabile liberis, tunc ſecundum tolleret primum, quãuis eſſet minùs ſolenne, nec de primo faceret mentionẽ. Nam cum dicta Authẽ hoc inter liberos. facta ſit in fauorem liberorũ, nõ debet retorqueri in eorum damnum. Ita ſingulariter decidit glo. in Authen. de teſta. imperfect. §. j. quam ibi ſequuntur Doct. & Ludo. cõſi. clxxix. incip. ampliſsime doctor. v. col. & conſi. cccIxxxviij. inci. In caſu præmiſſo. & Alex. in ſecunda parte cõſil. cxlvj. inci. Viſo themate. & in quarta parte, cõſi. cv. incip. viſo & diligenter conſiderato. † Secundò eſt hoc verum, quòd primum teſtamentũ inter liberos factum nõ reuocatur per ſecundum inter extraneos factum, niſi expreſſè tollatur, vbi primum teſtamentum inter liberos cõditum fuit in ſcriptis, i. manu propria teſtatoris, aut ſua manu ſubſcriptũ, iuxta terminos Authẽ. quod ſine. C. eod. tunc enim ſecundum, quãuis perfectum, non tollit primum, niſi expreſsè ipſum tollat. Si autem primum teſtamentum inter liberos ſit nuncupatiuũ, putà corã duobus teſtibus vocaliter factũ, tũc tolletur per ſecũdũ, quãuis inter extraneos corã ſeptẽ teſtibus factũ, licet de primo nõ faciat mẽtionẽ. ita ſingulariter decidit Ang. in dicta

BIU Cujas

in dicta Authē. hoc inter liberos. quem ibi sequitur Iason. Et ita etiam secundum eum consuluit Alexā. dicto consi.cxlvj.& Barba.prima parte, cōsi. ij. Tamē omnes in lectura dictæ Authen. & inter cæteros Alex.ibi tenent contrarium, licet in oppositum con-
12 suluerit. † Tertiò intelligatis verum, quòd per secundum testamentum, quamuis solenne nō cēsetur tacitè reuocatum primum inter liberos factum, nisi in secundo expressè tollatur, vbi agitur de reuocando primum testamētum. Si autem ageretur de reuocando codicillos priùs factos, in quibus pater filios æqualiter vocasset, tūc per testamētum solēne postea factum censentur tales codicilli tacitè reuocati, licet de eis in testamento nulla facta fuerit mētio, secundum Alex. in. d. consil. cxlvj. Nam cùm illa Au-
13 then. hoc inter liberos, sit exorbitans à iure communi volente primum testamentum rumpi per secundum de primo mentionē non faciens, nō debet extēdi extra casum suum. Et sic cùm loquatur in reuocatione testamentorum, extendi non debet ad codicillos. † Quartò intelligatis testamētum primum inter liberos factum non reuocari per secundum de primo mentionem non faciens, nisi in secundo instituta esset hæres pia causa & liberis testatoris in aliquo instituti, ne tale testamētum sit propter filiorū præteritionē nullum: quia tunc licet in tali testamēto nulla fuerit mentio facta de primo, tamē primum censetur reuocatum, quāuis inter liberos factum. Et ratio est, quia de iure communi secundum testamentum tacitè tollit primum absque commemoratione ipsius, vt dictum est, vnde dicta Authē. hoc inter liberos, quæ dicitur lex imperialis, locum nō habet in ecclesiis vel ecclesiasticis personis, cū lex ciuilis aliquid statuendo, quod præiudicare potest ecclesiis & ecclesiasticis personis nunquam eas comprehendit, nisi ab ecclesia foret approbata, secūdum Hosti. Ioan. And. & alios in c. fi. de solu. & singulariter consuluit Alex. in iiij. parte. allegato consi. cv. incipi. Viso ac diligenter considerato. vj. col. & tenet Iason in d. Authen. hoc inter liberos. Facit quod dixi §. in verbo, *testamentum* j. in xij. casu fallē. Restat ergo, quòd
14 nisi hæc quatuor concurrant, testamentū secundum quantūcunque solenniter factū non reuocat primū inter liberos passatum, nec quo ad institutionem liberorū, nec quo ad prælegata liberis facta, secūdum Ludoui. in dicto cōsi. clxxix. † Plus dico, quòd sicut primum testamentum inter liberos factum non tollitur per actū verbi, scilicet faciendo simpliciter secundum testamētum, sic etiam non tollitur per actū facti, scilicet per primi testamēti cancellationē, aut incisionem. Cùm ad ipsum tollendū sint duo necessaria, videlicet secūda solennis voluntas, & quòd sit expressè derogatoria primæ, secundū Ang. & Alex.
15 in l. nostrum. C. eo. † Secundò principalitar testamentum secundum tacitè non reuocat primum, nisi de ipso primo faciat mentionē, vbi testator expressè in primo testamento legem testandi in futurum sibi dixerit, seu imposuerit, putà clausulam derogatoriā ad futura testamēta apponēdo, vt quia in primo testamento dixit, *Si aliud testamentum fecero, non valeat.* Nam hoc casu non valebit secundùm postea factum, nisi in illo secundo fiat expressa mentio de primo expressè, illud tollendo, & dictam clausulam reuocādo, quod qualiter fieri debeat, & specifica ac indiuidualis reuocatio fieri, docet tex. melior totius iuris, secundum Bal. ibi in l. j. §. fi. C. de lati. libe. tollen. vbi singula sunt specificè reuocanda, subiuncta in fine generali cæterorum reuocatoria, ita quòd nō sufficeret generaliter dicere, nō obstante quocūque testamento qualitercunq; facto, volo istud secundū valere, secūdum Pau. consi. cccclxj. † per text. in l. si quis
16 in principio testamēti. vbi plenè Bart. & Doct. ff. de leg. iij. ita dicit gl. in c. cùm quidam. xviij. dist. quam reassumpsit glo. in c. j. de cōsti. lib. vj. facit l. si ita scriptū. ff. de leg. j. Et no. plenè Dy. in ca. quod semel. de re. iu. lib. vj. & Barba. in c. cùm esses. xxvj. col. vsq; ad finē c. §. eod. vbi post longā ad partes disputationem concludit. tunc non sufficere in secundo testamento generalē facere mentionem de primo, nisi fiat specifica mentio, & indiuidualis de clausula derogatoria, & qualitate illius in primo testamento cōtentis, arg.
17 ca. ij. de dolo & contu. † vbi in secundo rescripto nō sufficit facere generalem mentionem de primo, sed opus est facere mētionem specificā, de qualibet notabili clausula in primo contenta. Subiungēs singulariter in dicto c. cùm esses. præmissa esse vera, vbi verisimile est clausulam derogatoriam in primo testamento contentam fuisse appositam ex certa scientia testatoris: quia tunc illi expressè derogandum est in secundo testamēto, secundum Sal. in l. sancimus. C. eo. vbi autem nō esset verisimile clausulam fuisse in primo testamento appositam, tunc ad tollendū primum testamentum per secundum, non requireretur expressa, & specifica derogatio dictæ clausulæ, sed sufficeret generalis, dicēdo non obstāte meo primo testamēto: quia interdū testatores non apponūt dictas clausulas derogatorias, sed tabelliones postea grossando vel testamenta extrahendo ex sua ceruice eas apponūt. Ideo dicit cōsuluisse testamētū primū cuiusdam rustici de Romandiola (qui vix sciebat, Pater noster, clausulam continens, quòd testamentū aliud si quod per ipsum fieret, non valeret, nisi in eo esset scriptū totum Credo in Deum) fuisse per secūdum reuocatum, in quo specificè nō tollebatur dicta clausula, sed solū in eo reuocauerat generaliter quæcunque alia testamenta per ipsum facta. Nā quòd in secūdo testamēto specificè tolli debeat clausula derogatoria in primo testamēto cōtenta, nō procedit ex virtute & authoritate dictæ clausulæ, sed hoc operatur sola voluntas testātis in primo testamēto contēta, quæ nisi ex certa scientia fieret, nō esset volūtas. Vnde cùm hoc operetur sola testatoris voluntas nō solùm tollitur primū testamētum per secundum, in quo primum expressè tollitur, & clausulæ derogatoriæ derogatur per testatorem specificè: sed etiā si aliter appareat de illa prima volūtate testatoris mutata in secundo testamēto. putà quia testator in secundo testamento expressè primum non reuocauit, sed solùm iurauit. Nam eo tunc iuramētū in secundo testamento præstitū perinde, & tantū operatur, vt primum testamentū censeatur reuocatū, ac si in secundo specificè eū reuocasset, ac de ipso, & qualibet eius clausula mētionē fecisset, secundum Bal. in dicta l. sancimus. C. eo. Secundū quē ita reperio fuisse decisum per Arrestum in Parlamēto Delphinatus, secūdum Guid. Papæ decisio. cxxvij. & cxxviij. in impressis. Et pro dicto Bal. qui nihil allegat, facit quod elegāter dicit Ioan. An. in mercurialibus, in c. quod semel. de re. iu. libro vj. & Bar. in l. omnes populi, in iij. quæstio. principali. in fi. ff. de iusti. & iure. & in dicta l. si quis in principio testamēti. ff. de le. iij. vbi ex-
18 pressè voluerūt, † ꝙ iuramentum appositū in fine testamēti habet vim clausulę derogatorię ad sequētia. Et taliter ꝙ gl. singularis in c. cùm nō deceat. in fi. de

electio.

BIU Cujas

elec.lib.vj.dicit,quòd clausula non obstãte, vel alia clausula derogatoria non tollit actum præcedẽtem iuratum. facit cap.constitutus.de rescri.& glo.no.in verbo,pacta.in cle.dudum.§.pen. de sepul.quas val de commendat Iason in l.quoties. C.de prec.impera to.offer. & per illas consuluit eleganter Alexand.in iiij.parte,consil.xxxvij.incipien. Visa petitione An-
19 to.de Roma. † quòd literæ salui cõductus debitori cõcessæ,ne infrà certum tempus pro debitis inquietetur, non extenduntur ad debitum iuratum. Et ita etiã tenent Cy.& Saly.in l. fi. C.si cõtra ius vel vtili. publi. vbi Iason circa hoc duas ponit singulares limitationes. Ergo è contrario, pari ratione,quoties iuramentum apponitur in sequenti testamento,vim habebit clausulæ derogatoriæ ad testamentum præcedens,argu.l.cùm pater.§.filius matrem. vbi bonus tex.ff.de leg.ij.quod iuramentum habet vim clausulæ codicillaris,seu quòd actus valeat meliori modo, ☞ quo valere potest. [Vt plenè habetur infrà super verbo,*Testamentum*.iij.] Vnde secundum testamentum,licet expressè non reuocet primum, dum tamẽ contineat iuramentum,medio,& virtute iuramenti tollit ipso iure primum, quancunque clausulã contineat derogatoriam:quia per iuramentum satis apparet de prima volũtate testatoris mutata, prout eleganter consuluit Pau. consi. cccIxiij. Sed aduertatis,quia contra hanc limitationẽ fortiter vrget:nam ideo secundum testamentum simpliciter factum nõ tollit primum clausulam derogatoriam continens, quia lex præsumit, quòd in secundo deficiat voluntas testatoris,vt fatetur ipsemet Bal.in dicta l. sancimus. Sed certũ est, quòd vbi deficit consensus,iuramentum non supplet ipsum cõsensum.l.fi.C.de non nume.pecu. Præterea, vbi deficit consensus, locum non habet dictus §. filius matrem. nec tũc iuramentum aliquid operatur,secundum Ludo. consi.ccccc xvij.incip.in casu propositæ consultationis, & Fran. Aret.consil.xxiiij,incip. Quatuor dubia. Ad hoc facit quod not.idem Bal.in l.j.C.commo. vbi dicit, ꝙ quoties actus nõ valet ex præsumpto defectu cõsensus, iuramentum nihil operatur, nisi adesset consensus saltẽ in genere.Facit quod no.idem Bald.in l.sed & si quis rei capitalis.§. quæsitũ. ff.si quis cau.vbi dicit iuramẽtum generale nihil operari in his, quæ specificari debent. Ex quibus videtur dicendũ decisionem Bal.in d.l.sancimus.C.eod. stare non posse, nisi dicamus, prout dicendum puto, quòd vbi testator in secundo testamento generaliter reuocaret omne aliud testamentum per eum factum,& iuraret, tunc licet hæc generalis reuocatio de per se non valeret, 21
nec sufficeret propter clausulã derogatoriã in præcedenti testamento contentã, tamen cum iuramento sufficeret. Ex quo adest saltẽ in genere consensus reuocãdi primum testamentum. Et idem esset,si testator diceret cum iuramento, quòd vult hoc secundum testamẽtum omnibus aliis testamentis præualere:secus,quando faceret secũdum testamentũ simpliciter cum iuramẽto, absque eo quod aliqua fieret commemoratio præcedentis testamẽti,nec in genere,nec in specie,& hoc modo verificari possunt,quæ proximè in contrarium allegata fuere,secundum Iaso.in dicta l. sancimus. Restat ergo quòd per secun- 22
dum testamentum generalem primi testamẽti continens reuocationem cum iuramẽto reuocatur primum, quantãcunque clausulam derogatoriam con-
20 tinens,ac si specificè derogatũ esset. † Quia iuramẽtum vim habet specifici cõsensus,secundum Bald.in dicta l.j. C.commoda. Et idem esset secundò, secũdum Bal.in dicta l. sancimus.C. eo. si testator post testamẽtum primum clausulam derogatoriam continens,motus esset noua ratione ad faciendũ sequẽs testamentum. putà propter offensam hæredis instituti in primo testamẽto sibi testatori factã, aut propter aliam indignationem. Quoniã eo tunc secundum testamentum præualet primo.quãuis illud non tollat expressè,arg.l.si cùm Cornelius.ff.de sol.facit ff.de confir.tu l.vtilitatẽ.ff.de adi.le.l.iiij.§. nõ solũ. & l.ex parte.Idem esset & tertiò,secundum Bal.vbi s.si testamentum secundum esset coram principe factũ, vel apud acta iudicis insinuatũ. l.omniũ.C.eod. nã viactorũ valebit, licet de primo clausulã derogatoriã cõtinente non faciat mentionẽ. Quia secundũ Ful.in dicta l.sancimus.non est verisimile, ꝙ testator voluerit fallere principẽ,aut publicas personas. Idẽ cum Bal.tenet ibi Pau.qui dicta Bald.reputat singularia, secundum quæ consuluit Lud.d.consil.clxxix. circa fin. Sed hanc decisionem impugnant moderni Alex.& Iaſ.ibi in dicta l. sancimus.C.eo. Idem fortè esset & quartò,si post factũ primum testamentum clausulam derogatoriam continẽs cucurrerit decennium,& simpliciter fecerit secundũ testamentũ sine cõmemoratione primi. Quo casu primum satis censebitur reuocatum:quia tunc propter longinquitatẽ tẽporis testator non potuit ita faciliter recordari de clausula derogatoria in primo testamento contẽta. Et quia etiã decenniũ debet de aliquo operari, per dictã l.sancimus.& ita cõsuluit Alex. in iij.parte allegato consi.cv.Sed Fran.Are.eam reprehẽdit in dicta l.sancimus.per illũ tex.vbi cũ cursu decennij requiritur cõtraria volũtas in actis,aut corã tribus testibus declarata. Idẽ esset & quintò, si in primo testamẽto fuissent instituti hæredes extranei cũ clausula derogatoria ad futura testamenta, & in secundo testamẽto essẽt simpliciter instituti liberi testatoris: quoniã eo casu reuocatio dictæ clausulæ nõ requiritur in tali testamento secũdo, cùm eoipso ꝙ factum est inter liberos,semper subintelligatur clausula derogatoria seu primi reuocatoria, glo. est singul.in §. & si quidem.in Auth.de testa.imperfe.quam sequũtur Bar.& Bal.in dicta auth.hoc inter liberos. C. eo. & Lud.consi.prædicto clxxix.v.col. Vnde postquam clausula derogatoria sit implicita in omni testamento inter liberos facto, tale testamẽtum habebit vim clausulæ reuocatoriæ derogationis cõtentæ in priori testamẽto. Et idem secundum aliquos, si in secundo testamẽto instituta foret hęres alia persona testatori valde dilecta: † quia tunc sicut affectio, quã habet testator ad personam sibi clarè dilectam inducit clausulam codicillarem, sic etiã habet vim reuocationis clausulæ derogatoriæ in primo testamẽto cõtentæ,secundum Lud.in dicto cõsi.clxxix.Sed dubito quòd hoc non sit verum; quia licet affectio & dilectio personæ valere faciat legata in testamẽto imperfecto relicta, secundum glo. in l.in testamento.ff. de fideicommiss.libert. Tamẽ non facit valere institutionem hæredis,cùm sit hoc speciale,vbi liberi testatoris sunt hæredes instituti,quòd testamẽtum imperfectum valeat. Et ita expressè sequuntur moderni,& Iason in l. non dubium, in fi.C. eodem. † Or
testamentum secundum,in quo non reuocatur clausula derogatoria in priori testamento contenta, est imperfectum, per text.in d.l. si quis *in principio* testamenti.ff.de leg.iij.ergo &c.Idẽ esset & sextò,quãdo præcederet vnicũ testamentũ tantũ habens clausulam

BIU Cujas

sulam derogatoriam, quo casu valeret secundū absque derogatione illius: & perinde esset ac si illi primo foret specialiter derogatum, ex quo non præcedit nisi vnicum testamentum, arg. l.ij. ff. de liber. & posthu. vt singulariter decidit Bar. in dicta l. si quis in principio testamenti. quem sequitur Ludo. cōsil. ccclxxxv. incip. Præuiso themate. & de Zabarel. in clemen. j. quæstio. iij. de sepul. & Barb. in dicto capi. cùm esses. §. eo. Sed hoc non videtur verū, secūdum Docto. quia nunquam dici potest, quòd præcesserit nisi vnicum testamentum validū reuocatione indigens, cùm semper omnia alia præcedētia sint per illud ipso iure reuocata, vt dicta l. sancimus. Prętereà hoc esset cōtra tex. apertum in dicta l. si quis in principio testamēti. vbi (quod fortius est) si in vno eodēque testamento proponatur clausula derogatoria in primo, certè in cōtrarium dispositā in illo met testamento non valent, nisi tali clausulæ specialiter derogetur, prout formaliter contra Bart. & sequaces decidunt Ange. Imo. & cæteri in dicta l. ij. ff. de liber. & posthu. & Bald. in l. humanum. C. de legi. & in dicta Authen. hoc inter liberos. C. eodem. & cōsuluit Ange. consi. cccxiij. incipi. Quædam domina. Et ipsemet Alexan. sibiipsi contrarius consuluit contra Barto. in tertia parte, consi. xxv. incipien. Viso testamento condito. & in iiij. parte consi. vij. incipien. videtur prima frōte. & Iason in dicta l. sancimus. vbi similiter reprobat Bal. qui consulēdo dixerat sufficere in secundo testamento dicere, quòd testator vult secūdum testamentum omnino valere, & contenta in eo sortiri effectum. Quia hoc dicendo satis videtur cōstare de voluntate testatoris, quòd primum mutare vult testamentum, ac si clausulam reuocasset derogatoriam, secundum Ioan. Andræ. in cap. j. de constit. libro vj. Sed non est verum secūdum ipsum. & Pau. consil. cccl xj. incipien. quædam domina. Prætereà idem esset & septimò, scilicet quòd tolleretur primū testamentū, quamuis clausulam contineret derogatoriam, si in secundo testator dixit, quòd volebat illud secundum esse præcisum: quia dicta verba vim habent clausulæ derogatoriæ, secundum Iacob. de Are. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. quem refert & sequitur Parnomita. in cap. ij. de rescriptis. & Bal. in l. clari. C. de fideicom. Facit quod voluit Ioā. Andræ. in capitul. j. ad finem. de excessibus præla. libro vj. Idem esse & octauò, vbi in secundo testamento diceretur, cassans & irritans omnem aliā vltimam voluntatem, non obstantibus quibuscunque verbis derogatoriis in ea positis, etiā si de ipsis & toto testamenti tenore esset de verbo ab verbum fiēda mentio specialis. Quoniam tunc hæc clausula, non obstante, his verbis concepta sufficeret, ac si singulis fuisset sigillatim derogatum, secundum Federic. de Senis consil. xlvij. incipien. habita super casu prædicto. Ad hoc facit quod de dicta clausula not. Bal. & Ange. per illum tex. in l. omnes. C. de præscript. xxx.
23 vel xl. annorū, † qui est totius iuris melior clarè decidens clausulā, omnia pro expressis habentes, tantum operari, ac si singula specificarētur. De quo potestis videre satis, & abundē per Fely. in capi. nōnulli. de rescrip. Addatis & nonò idem esse in alio casu, qui colligitur ex verbis Bart. in l. qui in aliena. §. fina. ff. de acquiren. hæredit. in vltimo notabi. Vltra prædicta dicatis idem esse & decimò, si in primo testamēto clausula derogatoria fuisset apposita ex causa, quę verè aut præsumptiuè esset falsa. Quoniam tunc per secundum testamentum simpliciter factum reuocatur primū, quāuis de primo vel clausula derogatoria in eo cōtenta non fuerit mentio facta in secūdo, ita singulariter determinat Pet. de Anc. in repetitione cap. si propter tua debita. de rescri. lib. vj. † vbi e-
24 legāter cōmemorat diebus suis debitatū fuisse apud venerandum Venetorum conciliū, de quadam muliere plurimùm à marito molestata, vt illum scilicet eius maritum instituere hæredem. Quæ quidē mulier post nonnullas sibi à marito illatas molestias ad domum accessit cuiusdam sui consanguinei, cui hęc narrauit, & ibi testamentum suum voluntariè fecit, adiectis clausulis ad futura testamēta derogatoriis, in quibus causam expressit molestiæ. Deinde mariti domum rediit, in qua aliud testamentum pro mariti libito volūtatis fecit, absq; alicuius clausulæ ad primum testamētum derogatoriæ adiectione, & decessit. Qua mortua dubitatio nō mediocris exorta fuit, an scilicet secundum testamētum reuocasset primū vel nō. Et refert fuisse decisum per illud venerandū concilium in fauorem secundi testamenti, & potissimè moti fuerūt, quia in illa ciuitate viuitur cū sūma puritate, & plena libertate, ideo nō præsumebatur metus à marito illatus vxori, & sic causa propter quam fuerat in primo testamento apposita clausula derogatoria, erat præsumptiuè falsa. Sed extra illam ciuitatem aliter esset dicendum secundū eum. Cùm quo eum recitando transit Barb. in cap. causam matrimonij. de offic. delega. iiij. colum. & in capit. cùm esses. xxviij. colum. §. eo. quod est not. pro intellectu gl. in l. j. § quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio nō datur. quæ loquitur de metu reuerentiali vxoris ad
25 virum, aut filij ad patrem. † An autem dari possit remedium, quòd testamentum reuocari non possit, videatis in locis suprà allegatis, maximè per Barto. in d. l. si quis in principio testamēti. & Bal. in dicta l. sancimus. Et non posset dari securum remedium, ne tollatur homini liberum arbitriū. Quia, vt dicit Seneca in suis Tragœdiis, lib. iiij. Omnia entia naturalia in certis legibus stabilita sunt, quas nō possunt relinquere: homo autem leges nullas habet, quas infringere non possit. Tamen vnum remedium menti tenebitis, quod singulariter sentit Archidia. xiij. quæstione secūda. can. vltima volūtas. circa mediū, vbi decidit, quòd testamentum primum efficitur irreuocabile, si hæres institutus in eo priuilegium impetret à supremo principe de cōsilio, & cōsensu testatoris, quòd ille amplius non possit testari, nec primum testamentum mutare, aut reuocare. Quoniam eo tunc tale testamentum erit irreuocabile. Quia licet per pactum, quamuis iuramento firmatum tolli non possit liberum arbitrium vltimæ voluntatis, imò tenebit testamentum contra testatoris iuramētum, nec testator tenebitur ad interesse hæredis in primo testamento scripti, secundum Ioan. Andrę. in regula, quod semel placuit. de regulis iuris, in sexto. Tamen restringi potest per priuilegium à Papa cōcessum. Et ita eū refert, & sequitur Bartholo. de Belen. in additione Panormita. in sexto notabili. in capitu. cùm Marthæ. de celebra. missa. Sed dubito, quòd hoc nō sit verum, per ea quæ superius dixi in principio huius notulæ. Quia non potest dari casus, in quo testamētum, vt testamentum, sit irreuocabile, quia esset contra naturalem substantiam vltimæ voluntatis, quæ sui natura est vsque ad mortem reuocabilis, & inde dicitur vltima voluntas. Prætereà hæres, qui inniteretur contra voluntatem testatoris, esset indignus. l. ex parte. ff. de adimēd. legatis. secundum

BIU Cujas

26 cundum Bal. in cap. ij. de consue. † Si autem testator institueret ecclesiam, & iuraret non reuocare, & si cõtingeret testamentum reuocare, donaret ecclesiæ: tale pactum cum iuramẽto valeret, cùm eo tunc reuocabile transiret ad irreuocabilitatem, quia hoc pactum est permissum. l. vbi ita donatur. ff. de donationi. causa mor. secundum Bal. in cap. in præsentia. de proba. Nec censeretur esse pactum contra bonos mores, cùm donatur monasterio, vel alteriloco pio, cùm speciale sit fauore religionis. vt dicit tex. in l. locum. ff. de vsufruct. in princi. & l. sunt personæ. ff. de relig. videatis latissimè Barba. in capit. relatum. xxx. colum. s. eodem: vbi plenè disputat pro & cõtrà, per
27 septem colum. † Et præmissa sunt vera, vbi apparẽt plura testamenta, de quorum prioritate & posteriõritate constat, quo casu, (vt dictũ est) posteriori statur. Si autẽm apparerent duo testamenta eadem die cõfecta, nec apparet quod prius, nec quod posterius: tunc si quidem illa testamenta facta fuerint sub vna & eadem sigillatione, erit vnum & idem testamentum: Ita quòd ambo instituti æqualiter venient ex testamẽto, ac si in vno essent instituti hæredes. l. j. §. si quis in duobus. ff. de bono. posses. secundum tabu. facit. l. vnum. ff. eodem. & l. locum. §. j. ff. de tabul. exhiben. Si verò sint diuersæ sigillationes, non tamen
30 apparet, quæ fuerit prior, nec q̃ posterior respectu horæ aut momenti: tunc si quidem ambo testamẽta fuerint eodem libro notarij descripta, illud censetur fuisse prius, quod in ordine scripturæ fuit priore loco descriptum, secundum Bal. in l. rebus. C. de donationi. ante nu. & est text. in l. si duas. §. j. ff. de excusa. tuto. & plenè Iason in l. j. ij. colum. ff. soluto matrimonio. & Ioan. de Pla. in l. ij. versicu. nunc quæro. C. de iure fisci, libro x. facit tex. in cap. penulti. de electio. libro vj. §. verum. & in capi. mãdato. de præ-
28 ben. eodem libr. & l. quoties. de vsufructu. † Ordo enim scripturæ vel nominationis titulũ confert prælationis, vt ibi. facit l. generaliter. §. si quid. ff. de fideicommiss. liber. Nam ex ordine verborum vel scripturæ præsumitur ordo intellectus, vt quod prius est in voce aut scriptura, præsumatur prius esse in intellectu, secundum Bald. in d. l. si duas. ex ordine charitatis & dilectionis, secundum Ange. & Imo. in l. qui soluendo. ff. de hæredi. instit. (Additio.) Et per hæc aliàs cõsului in causa Cancellariæ præsentis vniuer-
31 sitatis Caturcẽ. quæ dum vacauit per obitum domini quondam Caroli Alamandi, sede tunc episcopali vacante, fuit per Papam collata duobus eadem die, ita quòd non apparebat de prioritate datæ alicuius. Consului, quòd videretur registrum supplicationũ cameræ Apostolicæ, quod factum extitit, & demum ille cuius signatura fuit in ordine scripturæ reperta prius descripta & registrata, hoc anno domini M. cccc. in mẽse Septẽbris obtinuit in Parlamẽto Tolosæ Arrestum pro se in possessorio, secundum quod consulueram, & latissimè, papyro non parcens nec atramẽto. Si autem in eodem libro non fuerint descripta, aut à duobus notariis fuerint recepta, tunc si contenta in illis duobus testamentis habent ordinẽ à natura, sicut priuatio & habitus, priuatio semper iudicabitur posterior: quia sui natura præsupponit habitum. l. nam & si sub conditione. ff. de iniusto rup. testamen. & in §. j. versicu. seruus. Insti. de capi. diminu. Idem si in vno testamento reperitur aliquid Titio relictum, & in alio reperitur legatũ ademptum, testamẽtum in quo continetur ademptio, censetur esse posterius, secundũ Bal. in §. quibus. C. de nouo Codice componen. post Bart. ibi. Et idem si prioritas vel posterioritas appareret ex ordine in
29 tellectus. † Consideretis ex hoc, quòd velocissimum entium est intellectus, vt ait Thales Milesius. Vnde vbi tempus nõ inuenitur in motu distinctum, tamen in intellectu reperitur discretum. Præcurrit enim intellectus omnem temporis velocitatem. Et ideo videmus, quòd intellectus ordinat etiã futura, quia præcurrit antè, quàm ipsa fiant. Et sic apparet prius & posterius posse esse in intellectu, licet in tẽpore naturali sint vnum & idem instans. Ita eleganter dicit nobilis Bal. in l. Arethusa. in prima lectur. in fin. ff. de statu hominum. Potest enim generosus intellect' procedere ad infinita, quia intellectus pertingit vsque ad cœlum, secundum Bal. in lectura in l. Barbarius. ff. de offi. prætoris. x. colum. Et nihil est, quod non efficere possit ille vigor animi, illa celeritas mentis, illud acumen ingenij, quo omnium gloriam haud dubiè aut æquauit, aut excessit. Ideo dicebat Themistius Philosophus, quòd inter omnia miranda in rebus naturalibus mirandum est de anima, cuius potentia prima est intellectus. hoc idem dicit commentator Auerrois in primo de anima, & Bald. in cap. auditis. de electio. ij. colum. de hoc egregiè lo
30 quens dicit, † quòd præcedere contingit tribus modis, scilicet tempore. secundò ordine naturæ. vt l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. vbi licet obligatio, & actio eodem instanti nascantur, tamen quia obligatio dicitur mater, secũdum ordinem naturæ dicitur præcedere actionem. Similiter contingit, quòd priùs natura est ignis, quàm calor, & Sol quàm splẽdor, & mors patris, quàm successio filij. Et generaliter de necessitate est, quòd causa præcedat effectum. Tertiò præcedere contingit iuris fictione, seu ingenio intellectus. l. talem. §. j. ff. de hæredibus instituen. & l. singularia. ff. si certum petatur. Nam ratio facit prius aliquid imaginari, id est, per prius, quàm occurrat sensibus humanis, vt dicit pulchrè idẽ Bal. in capitu. prætereà requisisti. de appellatio. Si verò ex ordine scripturæ vel naturæ, aut intellectus apparere nõ potest de prioritate, aut posterioritate testamentorũ, eo tunc neutrũ testamentum valet. Adeò, q̃ neuter institutorum hæres erit: quia cùm sit dubiũ de viribus testamenti, non posset adiri hæreditas. l.
31 sed & si de sua. ff. de acquirenda hæreditate. † Hæc tamen conclusio sequentes capit limitationes. Primò, vt hoc sit verum, vbi neuter hæredum institutorum hæreditatem possidet, quoniam si alter hæredũ hæreditatẽ possideret, ille obtineret, & actor succũberet. Nam actor probare debet testamentum, in quo fuit institutus, esse posterius, quo non probante succumbit: cùm hoc sit suæ intentionis fundamentum. l. qui accusare. C. de edendo. Secundò limitatur dicta cõclusio esse vera, quando hæredes in vtroque testamento instituti essent paris cõditionis. Si verò hæredes instituti in vno testamento, essent extranei, & instituti in alio essent de venientibus ab intestato, tunc in dubio testamentum illud, in quo instituti reperirentur venientes ab intestato, præsumitur esse posterius, & sic validius. argumento l. si duobus. §. si prius. ff. de contratabut. & l. hac consultissima. §. si quis. C. de testam. & l. fi. C. de codicillis.

Prætereà si neutrum illorum testamentorum valeret, venientes ab intestato succederent testatori. Ergo multò fortius venient ex testamento secundum defuncti voluntatem. Ita eleganter dicit text. in l. prima. C. de his qui sibi aseri. in testamen. Tertiò

BIU Cujas

tiò limitatur dicta cõclusio, vt locum habeat in pagano, qui sicut decedere non potest pro parte testatus, & pro parte intestatus, sic nec cũ duobus testamentis validis.l.si certarum.& l.querebatur.ff.de testamen.milita. secùs,si esset miles,qui potest de iure militari decedere cum duobus testamẽtis validis,vt in puncto decidunt gloss.Barto. Bal.& Saly.in l.fin. C.de edicto diui Adria.tollen.gl.& Dominic.in capitu. duobus. de rescriptis,libro sexto.Idem esset & quartò in pagano, sicut in milite,vbi statutum ciuitatis, aut patriæ consuetudo vel priuilegium haberet,quem posse cum duobus aut pluribus testamentis decedere:quo casu omnia illa testamenta valerẽt, & hæredes in talibus testamentis instituti venirent æqualiter ad hæreditatem in concursu, secundũ Angelum, Imo.& Alexan.in l.moribus.in secundo notabi.ff.de vulga.& pupilla.substitutio. Quintò limitari potest dicta cõclusio, & singulariter, si in altero de duobus testamentis eodẽ tempore factis esset pia causa hæres instituta. Quoniã eo tunc tale testamẽtum præsumeretur esse posterius, & perconsequens validius.Et ratio est, quia quẽadmodum fauore piæ causæ in contractibus præsumimus prioritatem ad instar fisci,per tex.in l.j.C.de iure fisc.li. x.sic etiam in vltima voluntate, vt singulariter decidit Ludouicus in repetitione authenticæ, similiter. prima parte.versicul.Duodecimo,quòd licet &c. C. ad legem Falci.quod est notandum.Ad hoc facit, quod singulariter decidit Bal.in l.j.ff.soluto matrimonio.vbi si duo reperiantur instrumẽto eodem die confecta cũ hypotheca,de quorum prioritate dubitabatur, & in quorum vno promissum erat ab aliquo salarium doctori,& in alio erat promissum alicui priuato, certè illud præsumitur anterius,in quo promissum reperi-
32 tur doctori. † Quid, si reperirentur duo contrarij codicilli eadẽ die facti?Glo. est in l.cùm proponas. C.de codicil.dicẽs,quòd ambo valent: Ita quòd illi quibus in vtrisque relinquitur,veniunt in concursu, & simul admittuntur ad relictum.l. vnica. §.si autem disiunctim.C. de caducis tollendis.Et ratio differentię,quare quis facere potest validè plures codicillos, & non plura testamenta, est secundum Ioan. Fab.in §.fina.Institu. de codicil. quia testamentũ est plena voluntas,& sic non compatitur aliam pœnam. Sicut videmus, ꝙ habenti tutorem tutor dari non potest, Institu.qui dari tuto. testamẽ.pos.quia tutoris datio est plena prouisio,cùm tutor detur principaliter personæ pupilli,& consequenter suis bonis Sed codicilli sunt minùs plena voluntas, & sic aliam patiuntur.
33 † Sed quid si appareant duo mandata eiusdem datæ,cui standũ erit, & quis dicitur verus procurator, Bal.in l.falsus.C.de furtis. & in ça. quia propter.de electio.iij.colum. & Alexã.in l.si quis autem.ij.col. ff.de acquiren. hæredita. & Fely.in capit.imputari. in princ.de fide instrumen.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M Æ

1 *Codicilli non veniunt appellatione testamẽti, sed vltimæ voluntatis.*
2 *Statutum diminuens numerum testium in testamento, non extenditur ad codicillos.*
3 *Testamentum secundum non tollens primum, tollere potest eius codicillos.*
4 *Codicillus largè est testamentum.*
5 *Testamentum venit appellatione codicillorum, & econtrà largè.*
6 *Testari permissus,codicillari potest.*
7 *Codicilli quid,& vnde.*
8 *Codicillorum ius ante Augusti tempora in vsu non fuit.*
9 *Codicilli duobus modis fiunt.*
10 *Codicilli in testamento fiunt tripliciter.*
11 *Codicillo relicta nõ valẽt sine aditiõe,nisi ad pias causas.*
12 *Clausula,si non valet iure testamenti, valeat iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis,quid operetur.*
13 *Donatio causa mortis non requirit hæreditatis additionẽ.*
14 *Testamento infirmato,infirmantur codicilli.*
15 *Testamento rupto,quando rumpantur codicilli.*
16 *Codicillum ex testamento facit clausula codicillaris.*
17 *Clausula codicillaris quid operetur.*
18 *Codicillaris clausula quadrupliciter inducitur tacitè, licet non exprimatur.*
19 *Clausula,quòd testamentum valeat omni meliori modo, idem operatur quod codicillaris.*
20 *Iuramentũ operatur clausulã codicillarem, & num.21.*
22 *Iuramenti extraiudicialis vis.*
23 *Substitutio iuramento firmata si directo non possit, valebit iure obliquo.*
24 *Fideiussor iurans ad plura tenetur.*
25 *Confessio extraiudicialis etiam absente aduersario valet,si sit iurata.*
26 *Capi.ex rescripto,de iure iurando.singulariter inducitur ad quatuor.*
27 *Cõductor,vel emphyteuta, qui iurauit soluere annis singulis,si per annum cesset,ilico potest expelli.*
28 *Iuramentum sine interpellatione constituit in mora.*
29 *Vasallus qui iurauit,non potest feudo renuntiare, vt à seruitio liberetur.*
30 *Iuramentum an impediat dominij translationem.*
31 *Iuramentum impedit remissionem contractus.*
32 *Iuramentum accumulat forum foro.*
33 *Iuramentum habet vim garentigiæ.*
34 *Compensare non est soluere.*
35 *Arbitriũ licet nõ pariat actionẽ iure ciuili, tamẽ iure canonico propter iuramentum est locus officio iudicis.*
36 *Iuramenti ratione lex loquens de contractu, extenditur ad quasi contractum.*
37 *Iuramẽtum habet vim insinuationis in donatione quingentos aureos excedente.*
38 *Iuramentum excusat à præsumpta calumnia, & expensis litis.*
39 *Feudi causam non cognoscit ordinarius, nisi interfuerit iuramentum.*
40 *Societas perpetua & ad hæredes transitoria an pacto fieri possit.*
41 *Iuramentum impedit præscriptionis cursum.*
42 *Alexander iuramentum obseruauit.*
43 *Iuramento non seruato,multi principes periere.*
44 *Marcus Attilius vt iuramẽtum seruaret, morti se sponte obtulit.*
45 *Ægyptij periuros capite plectebant.*
46 *Clausula codicillaris tacitè inducitur ex magno testatoris amore.*
47 *Suorum appellatione veniunt amici.*
48 *Amicitiæ perfectæ sunt quatuor leges.*
49 *Alexander medico fidit.*
50 *Amicitia & parentela æquiparantur.& nu.51.*
52 *Amicus admittitur sine mandato sicut coniunctus.*
53 *Volo,aut vellem,quando inducat dispositionem.*
54 *Clausula codicillaris statuto vel cõsuetudine inducitur.*
55 *Testamenti & codicillorum differentiæ.*
56 *Codicillis dari nõ potest hæreditas directè,nisi in casibus, & num.57.*
58 *Testari inter liberos quis liberè potest.*
59 *Filius necessariò est in aliquo instituendus.*

BIU Cujas

60 *Codicillis non potest hæreditas adimi, nisi in casibus.*
61 *Restituendi verbum est indirectum.*
62 *Clausula derogatoria potest in codicillis renouari.*
63 *Legatorum generalis ademptio ad pia legata non extenditur.*
64 *Exhæredatio non fit in codicillis.*
65 *Substituti in codicillis non potest.*
66 *Codicillis quare non ea fiant quæ in testamentis.*
67 *Codicillis quinque testes sufficiunt.*
68 *Codicillis pluribus, non testamentis, quis potest decedere.*
69 *Codicilli fieri possunt ab eo, qui post factum testamẽtum redditus est intestabilis.*
70 *Codicillus quid, & qualiter confirmatur.*
71 *Hæreditas eadem non potest simul ex testamento, & codicillis peti nisi in casibus.*
72 *Hæreditarij creditores & legatarij vna actione tentata, possunt ad aliam redire.*
73 *Ignoranti qua via succurratur.*

¶ Testamentum III.

NAM ex hoc datur vobis intelligi, quòd Raynutius tanquam nobilis vir, & egregius testari voluit, & non codicillari. Licet †enim appellatione vltimæ voluntatis veniant codicilli, ita quod fieri debent cum ea solennitate, quæ ex forma statuti requireretur in vltimis voluntatibus, secundum Baldum in leg. hac consultissima. C. qui testamenta facere possunt, non tamen veniunt appellatione testamenti, vt infrà dicetur. Nec sunt testamentum: imò differunt à testamento, l. non codicillum. C. eodem. & l. si idem. C. de codicillis. ideo dicit Bart. quem ibi sequitur Alexand. in l. ij. ff. de leg. j. † quòd statutum diminuens numerum testium in testamentis, putà quòd valeãt facta coram quinque testibus, locum non habet in codicillis, vt valeant facta coram tribus testibus. Vnde consuluit Alexand. in ij. parte, consil. cxvj. incipien. Viso themate. penult. col. quòd licet testamentum secundum solenne in quo extranei sunt instituti, non tollat primum testamentum inter liberos factum, nisi de ipso fiat mentio in secundo, per text. in Authen. hoc inter liberos. C. eod. & dictum fuit s. verbo, testamentum, ij. † Attamen bene tolleret codicillos prius factos inter liberos, posito quòd de illis mentionem non faceret: quia cùm dicta authen. à iure communi fauore liberorum exorbitans loquatur de testamento, non comprehendit codicillos. Bene †dicunt docto. quòd largo modo capiendo codicillum est testamentum, & eius appellatione venit, cùm sit mentis testatio. Institu. eodem. §. j. in gl. & in l. ij. C. communia de lega. & ibi Bald. & glo. in l. ij. C. de constitu. pecunia. & in capit. quanquam, in fine de vsuris libro vj. Ideo dicit Salicet. in dicta l. ij. C. communia de lega. in fin. quòd pro relictis in codicillis in testamento confirmatis vel per se, sine testamento facto, competit actio saltem vtilis ex testamento contra successores ab intestato. Et idem Salice. in l. filij. in primo nota. C. familiæ erciscundæ. dicit, quòd habens fundum in emphyteusim ab ecclesia cum potestate relinquendi in testamento suo cui vellet, poterit eum relinquere in codicillis. Et ita ibi refert aliàs consuluisse Ferrariæ. pro quo facit textus in lege, finali. ff. de iure codicil. Similiter dicit Paul. in l. proximè. ff. de his quæ in testamen. delen. respõdisse interrogatus, quòd si quis septem conuocatis testibus & rogatis, vt essent testes in suo testamento, plura reliquerit legata & fideicommissa, tamen nullum hæredem instituerit, & dispositio vt testamentum valere non potest, tamen valebit vt codicillus, quantumcunque testamentum facere velle declarauerit: Cùm appellatione testamenti largo sumpto vocabulo veniat codicillus, vt etiam sequitur Iason in dicta l. non codicillum. C. eodem. Et † idem erit econtrà, vt largo sumpto vocabulo appellatione codicillorum, veniat testamentum. Ideo non ineleganter decidit Ioannes Andre. in additio. Spec. tit. de instrumen. edi. §. compẽdiosè: in additione incipiente, Ad intellectum. quòd si testator conuocatis septem testibus filios instituat hæredes, & legata faciat, quantumcunque dicat, ego facio codicillos: vel dicat, volo meam dispositionem valere iure codicillorum, tamen valebit vt testamẽtum, & erit testamentum, non obstante quòd talem dispositionem codicillos appellauit. & ita refert ibi Dynum terminasse. Plus dicunt Baldus & Salicetus per illum tex. in l. testamentum non ideo. C. eodem. quòd si testator diceret coram septem testibus: sitis testes huic meo contractui, tamen erit testamẽtum, secundum Alexand. in dicta l. nõ codicillum. & plenè Fely. in cap. significante, secunda col. de rescript. inde dicit Angel. in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil. quòd si testator instituat hærẽdes, quanuis notarius scribat, talis volens facere codicillos & c. talis scriptura notarij enunciatiua non impedit, quominus sit testamentum: & ita etiam consuluit Alexander in prima parte consil. cxlj. incipien. maturè. Ad hoc facit quod decidit Bald. in l. imperator. la j. ff. de statu homi. dicens quòd si notarius rusticanus dixerit, Martinus volens testatus decedere, fecit hos codicillos, in quibus Titium hæredem instituit: talis dispositio valebit vt testamentum. Quia potiùs valet quod testator apertè sentit, quã vitiet quod profert notarius ineptè. vt no. in l. si librarius. ff. de reg. iuris. Sed in statutis & dispositionibus à iure cõmuni exorbitantibus, vbi proprio vtimur significato, testamẽtum non comprehendit codicillum, nec econtrà, vt vidistis suprà. Ad prædicta facit quod dicit Bartolus in l. vt tantum. ff. de seruo corrupto. volens, † quòd qui testari potest. etiam codicillari poterit. quod facit ad statuta testari permittentia secundum eum. ideo dicit idem Barto. in dicta l. secunda. ff. de legat. primo. quòd statutum prohibens minorem viginti annis testari, videtur etiam eũ prohibere codicillari, per rationes, de quibus ibi per eum. Et licet Bald. in l. fina. C. eodem, tenuerit contra Bartolum, tamẽ Alexander in dicta l. ij. post longam disputationem tenet cum Barto. & Barba. suprà eodem in rubrica. Subiungens quòd vbi lex adhiberet majorem solennitatem in testamento, prout fecit in testamẽto cæci, illa eadem maior solennitas requireretur in codicillis. casus est singularis in dicta l. hac cõsultissima. ibi, quæ & in eundem modum. C. qui testament. facere possunt. Sunt † autem codicilli quædam parua & minima scripta voluntas. Qui ideo codicilli dicuntur, quia in breuiori scriptura vel codice quàm testamẽtum, fiebant. Adeo, quòd solùm in eis fideicommissa relinquebantur, & tales sunt ad testamentum, sicut scapha ad nauem. Nec olim fieri poterant absque scriptura: hodie verò fieri possunt sola nũcupatione. C. de bonis libertorum. l. fi. in principio. ita

BIU Cujas

dicit glossa, Institutio. de codicillis. super rubrica.
8 Sciendum † tamen est ius codicillorum ante Augusti tempora in vsu nõ fuisse: sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiã fideicõmissa cœperunt) codicillos introducit. Nã cùm decederet in Aphrica, scripsit codicillos testamento confirmatos: quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, vt faceret aliquid. Et cùm diuus Augustus volũtatem eius implesset, deinceps reliqui eius authoritatem secuti fideicommissa præstabãt: & filia Lentuli legata quæ iure non debebat, soluit. Dicitur autem Augustus conuocasse sapientes viros, intérque eos Trebatium quoque, cuius tunc authoritas maxima erat, & quæsisse: an hoc iure recipi posset, nec absonans à iuris ratione codicillorum vsus esset. Et Trebatium suasisse Augusto, quòd diceret vtilissimum & necessarium hoc ciuibus esse propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fiebant: vbi si quis ☞ testamentum facere non posset [propter fortè impotentiam, testibus scilicet deficientibus] tamen codicillos facere posset. Post quæ tẽpora cum Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium fuit, quin co ☞ dicilli iure optimo admitterentur, [adeo quòd ex 14 quòd † testamento stante valido, validi erunt codicilli, eo autem infirmato, etiã infirmantur codicilli. Ita quòd rupto testamento natiuitate posthumi, vt habetur in §. j. Insti. quibus mod. testamẽt. infirman. etiam rumpuntur codicilli ab eo dependẽtes. l. j. C. de codicil. Et notanter dico à testamento dependentes, quoniam si defunctus nullum testamentum fecisset, sed solùm codicillos, tunc codicilli non rũperentur natiuitate posthumi. l. si quis cũ. §. qui grauí. & l. ab intestato. & l. penult. ff. de iure codicill. & tenet gl. in dicta l. prima. C. de codicil. Subiungens ibi codicillos ad testamẽtum pertinere, & ex eo dependere, siue ante testamentũ facti fuerint, siue post, siue expresse confirmati, siue non. Præterea notanter dixi, quòd rupto testamento, rumpuntur codicilli, putà natiuitate posthumi. Quia cùm testamẽtum in quo posthumus fuit præteritus, valere cœperit, & valuerit, donec posthumus natus fuerit viuus, codicilli dicuntur habuisse dependentiã ab eo. Et sic rupto postea testamẽto posthumi natiuitate, etiã rumpuntur codicilli, vt dict. l. prima. secùs si testator qui testamentum fecit & codicillos. in suo testamento præteriisset filium iam natum: quo casu cùm propter talem præteritionem testamẽtum fuerit illico nullum, codicilli qui à testamẽto ipso iure nullo dependentiam habere non potuerũt, non rumpuntur. Quinimò valent ac si nullum factum fuisset testamentum. l. tertia. §. fin. ff. de liberis & posthumis. secundum Bartol. in l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. Cy. & modernos in dicta l. prima. C. de codicillis. Et idem esset, scilicet quòd codicilli valerent etiam rupto testamento posthumi natiuitate, si expresse facti fuissent ad hunc finẽ, vt rupto testamento valerent. Ideo videmus, quòd testamento in quo continetur clausula codicillaris rupto, tale testamẽtum sustinetur, vt codicillus virtute dictæ clausulæ. l. qui filio. §. j. iuncta gl. fin. ff. de hæredibus instituen. secundum verum intellectum. Bal. & Imo. ibi: repro
15 bato intellectu Bartol. qui diuinat. Vnde † restat, quòd tunc solùm rupto testamento etiã rumpuntur codicilli, quando fuerunt ante vel post testamẽtum simpliciter facti, & non ad finem prædictũ. & ita intelligitur dicta l. prima. C. de codicillis. secundũ do-
16 ctores ibi: & clariùs patebit ex dicendis. † Aliquando & tertiò fiunt codicilli condito testamento, non

quòd

dicilli iure optimo admitterentur, [adeo quòd ex
poſt vſus codicillorum viguit, prout viget de præſenti.] ita eleganter dicit text. Inſtitu. de codicil. in
9 princip. Pro † huius ſi quidem materiæ latiori demonſtratione, ſcire debetis, quòd codicilli duobus modis principaliter fiunt. vno modo fiunt, nullo penitus condito teſtamento, & ſic ab inteſtato. l. conficiũtur. ff. de iure codi. & l. non idcirco. C. de codicil. & Inſtit. illo eodem titulo. §. non tantùm. vt putà ſi aliquis nolens, aut non valens propter impotẽtiam facti, veluti teſtium defectum, teſtari: coram quinque teſtibus declaret ſuam voluntatem, quòd cuidam Titio ſuam velit reſtitui hæreditatem, aut alio modo legat, vel relinquit: talis voluntas dicitur codicillus. Ad cuius validitatem ſeu confirmationẽ requiritur, quòd venientes ab inteſtato codicillãtis hæreditatem adeant, & illam demum reſtituant Titio: quarta Trebellianica iure reſtitutionis debita re
10 tenta. l. ij. ff. de fideicommiſ. liber. aut legata ſeu relicta ſoluant. † Secundo modo fiunt codicilli condito per codicillantem teſtamento, & hoc fieri poteſt tripliciter. Nam aliquando fiunt ante teſtamentum, & poſtea fit teſtamentũ: quod fieri poteſt etiam per cæcum, vt not. Bal. in dicta l. hac cõſultiſſima. C. qui teſtamen. facere poſſunt. Aliquando fit prius teſtamentũ & poſteà codicilli. Et his duobus caſibus etiã ſi in teſtamento antè vel poſteà facto, de codicillis nihil dicatur, tales codicilli cẽſentur tacitè per teſtamentum confirmati, dum tamen aliàs non appareat codicillantem in teſtamento codicillos expreſſè reuocaſſe, vt d. §. non tantùm. Requiritur tamen ad validitatem ſeu confirmationem talium codicillorum, quòd adeatur hæreditas ex teſtamento, ſi tale teſtamẽtum valeat. Quo caſu hæredes ſcripti in eodem, tenebuntur relicta in codicillis adimplere. Si autem teſtamentũ non valeat, requiritur, quòd ſuccedentes ab inteſtato adeãt hæreditatem: quia ſemper hæredes ex teſtamento vel inteſtato ſuccedẽtes cenſentur in codicillis rogati adimplere contẽta in
11 eiſdem, ſecundum Bart. in l. prima. ff. de iure codicillo gloſſ. Bar. Ang. & Imo. in l. qui filio. §. ſeruus. ff. de hæredi. inſtitu † quia ſine aditione non valerent relicta in codicillis, niſi ad pias cauſas, ſecundum Bal. ibi. Et ꝙ relicta in codicillis, nullo facto teſtamento, vel eo nulliter aut inutiliter expedito facta, non
valeant ſine aditione, eſt tex. in l. ſecunda. ff. de fideicommiſſa. liberta. quam ibi ad hoc ponderat Barto. contra Rofredum, qui in ſuis libellis oppoſitum tenuerat & malè in titulo de actionibus ex teſtamẽto, quia non valent niſi ad pias cauſas, vt dixi, vt probatur in dicta l. ſecunda. Et eodẽ modo ſinè aditione valerent, ſi in teſtamento vel alia voluntate fuiſſet clauſula: Si non valeat iure teſtamenti, valeat iure
12 cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis. Quo † caſu talis clauſula eum valere facit iure donationis cauſa mortis. Et operatur quòd legata debebuntur etiam non adita hæreditate, ſecundum Bald. in l. eam quã.
13 C. de fideicommiſſ. Quia † donatio cauſa mortis non requirit hæreditatis aditionẽ, vt plenè per Alexand. in d. l. ſecunda. ff. de lega. j. ij. & iij. colum. Sed codicilli nullo modo valerẽt non adita hæreditate. Et ratio eſt, quia teſtamẽtum ex quo hæreditas non aditur, remanet inualidum & infirmum, & per cõſequens codicilli, qui ex teſtamẽto dependent, ſine teſtamento valere non poſſunt. Cùm eorum robur & validitas aut infirmitas à teſtamẽto antè vel poſteà facto dependeat, ſicut acceſſoriũ à principali. Adeo

BIU Cujas

quòd fiant antè, neque post testamentū, sed fiunt in ipsomet testamẽto, scilicet per clausulā codicillarẽ in testamento appositam: putà si testator dicat in testamẽto: si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, vt cõmuniter hodie solet fieri. Quo casu, si tale testamẽtum non valet vt testamentum puta ob defectum solennitatis, tale testamẽtum confirmatur per adiectionẽ clausulæ codicillaris in subsidium, vt valeat tanquā codicillus. de quo plenè per Barto. in d. l. j. Bal. & Salic. in d. l. fi. C. de codicillis.

17 † Veruntamen necesse est, quòd testator expressè talem clausulam apposuerit: quia aliâs nõ subaudiretur, nisi apponeretur per se, vel per æquipollens, quod idem significet, vt infrà videbitis. & de hoc est text. in dicta l. fina. in tertia sui parte. Et talis clausula codicillaris duo operatur. Primò, quia si apponatur in secundo testamento inualido, tollit primũ testamentum quo ad legata, vt not. Bart. in l. si iure ff. de lega. tertio. Secundò operatur legatorum repetitionem à veniẽtibus ab intestato. quod verum intelligatis quo ad eos, qui in primo gradu sunt. Non autem quo ad alios sequentis gradus. Ideo si priores in gradu ab intestato repudiarent hæreditatem, & sequens admitteretur, non teneretur ad dicta legata ex dicta clausula codicillari, vt est gl. singularis secũdum Angel. in l. non iustam. C. ad Trebellia. Et est hæc clausula tantę virtutis & efficaciæ, quòd nedum suos efferatur effectus, testamento existente nullo propter defectum debiti numeri testium, vt quia septẽ non fuerunt adhibiti testes, aut quia non fuerũt rogati, vel non sunt masculi. Inst. hoc ti. §. testes. seu propter defectum cuiuslibet alterius solẽnitatis: Sed etiam operatur effectum testamẽto stãte nullo propter filij ipsius testatoris præteritionẽ, vel testamẽto rupto agnatione posthumi in testamento præteriti, vt suprà dictũ est. [Et plenius dicitur super verbo, *in eodẽ testamento relinquens.* primo. vltima limiratione.] Nihil tamen operatur si testamentum esset imperfectũ, & deficeret ratione deficientis voluntatis, vt l. fideicommissa. ff. de legat. tertiò, & dicta l. ex ea. ff. de testa. Nec etiã operaretur testamẽto stãte nullo ex defectu personæ codicillantis, vel cui codicillatur. putà quia non habet testamenti factionem actiuã. de quo per glo. in l. si quæramus. ff. eodẽ. vbi Barto. & Panor. suprà eod. in rubri. vel non habet testamenti factionem passiuam, de quo per glo. Instit. de leg. §. legari. in his enim talis clausula nihil operatur, nisi solùm vbi esset solennitatis defectus, secũdum Bal. in l. senium. qui testamen. facere possunt.

18 Præterea † circa hanc clausulam codicillarem sciendum est quòd aliquando in testamentis expressè apponitur, quo casu indubitanter operatur suos effectus, vt dictum est. Aliquando in testamẽto non apponitur expressè, sed tacitè inducitur: Et hoc fit quadrupliciter, Primò hæc clausula inducitur ex aliis verbis æquipollentibus, puta si testator in suo testamento minus solenni talia aut similia dixerit verba:

19 Volo † testamentum meum valere omni meliori modo quo valere poterit. Nam ex his aut similibus verbis inducitur clausula codicillaris. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legatis secundo. Cùm sensus dictorum verborum sit, quòd si nõ possit valere vt testamentum, saltem valeat vt codicillus, secundum Bald. & Angel. ibi. Ad hoc facit textus optimus in l. codicillis. §. fina. & ibi Barto. ff. de lega. ij. per quem tex. deciditur, quòd idem est, si testator in testamẽto dixerit, quòd sequi non vult miseram legũ subtilitatem: sed quod disposuit, vult haberi pro legitimo. Nam talia verba vim habent clausulæ codicillaris. Idem dicit ibi Imo. si testator dixerit, volo testamẽtum meum haberi pro legitimo, quoniam eo tunc hæc clausula cõparatur clausulæ, omni meliori modo, ad similiter inducendum clausulam codicillarem. Secundò inducitur hæc clausula codicillaris tacitè ex facto testatoris, puta si in testamẽto minus solenni testator iurauerit: Quia tunc tale iuramentum vim habet clausulæ codicilaris, & operabitur: quòd si testamentum valere non potuerit vt testamentum, valebit vt codicillus: aut aliàs meliori alio

20 modo, quo valere poterit. † Iuramentum enim sem per importat clausulam, vt actus valeat meliori mo-

21 do quo fieri potest. † textus est multum singularis in dicta l. cùm pater §. filius matrem. ff. de leg. secũdo. vbi Bart. ad hoc not. illum text. Eleganter subiunges, quòd siue testator legata reliquerit, & iurauerit quòd darentur, vel dixit hæredi, quòd iuraret dare legata: tunc licet testamentum ex defectu solennitatis non valeat, tamen iuramentum vim habebit repetitionis legatorum ab intestato: taliter quòd legata debebũtur ab intestato, ac si clausula codicillaris fuisset expressè in testamẽto adiecta. facit quod ipse plenè dicit in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. Et hoc verum siue testator iurauerit, siue eius hæres, vt ibi dicit: quamuis idem Barto. cõtrarium senserit in iuramento hæredis. in l. ij. C. communia de lega. volẽs innuere, quòd dispositio dicti §. filius matrẽ. locum habet tantùm in iuramento testatoris, & non hæredis. Sed prima opinio, scilicet q̃ etiã locũ habeat in iuramento hæredis, est verior. quam tenet Bal. in dicto. §. filius matrẽ, qui est textus notabilis alibi non repertus secundum eum, per quẽ elegãter dicit Bar.

22 in l. si quis maior. C. de trãsac. † quòd si in trãsactione interuenerit iuramentum, & trãsactio valere non possit vt transactio, tamen valebit vt pactũ propter iuramentũ: quòd aliàs secùs esset. l. si causa cognita. vbi etiam hoc sequitur Angel. C. de trãsact. & in l. si vnus. §. penult. ff. de pact. & Bal. in repet. l. ij. C. de rescinden. venditio. Et quòd iuramentum habeat vim clausulæ codicillaris, tenet Barto. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. tertio. subiũgens ibi, quòd habet vim clausulæ derogatoriæ, vt plenè dixi s. eod. in verb. *Testamentum.* ij. Nam etiã habet vim clausulæ rato manẽte pacto: adeò vt cõtraueniens teneatur soluere pœnam, & nihilominus seruare pactum iuratũ sub pœna, secundum Bart. in dicta l. si quis maior. Ad quod facit quod singulariter dicit Bald. in l. verbis ciuili-

23 bus. ff. de vulgari & pupilla. † quòd substitutio iuramento firmata, si valere no possit iure directo, saltẽ valebit iure obliquo propter iuramentum. Idem tenet Bald. in l. si iure. C. de test. manumiss. quam opin. sequitur Ludo. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.

Præterea per illum §. filius. dicit Bald. & post eum Salice. in l. j. C. commoda. quòd iuramentũ vim habet expressi & specifici consensus, ita quòd vbi non sufficeret generalis cõsensus, prout est videre in casu l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testa. & casu. l. sed & si rei capitalis. §. quæsitũ. ff. si quis cau. iuramentum supplet specificum consensum, secundum Ludo. in dicto §. si quis ita. Similiter etiã supplet causæ legitimę insertionẽ, adeò quòd cautio nõ causata, si tamen fuerit iurata, velut si promittẽs sine causa iuret præmissa vera esse, aut in futurũ seruare, talis promissio valet propter iuramentum, vt plerè

BIU Cujas

consuluit Barb.in j.parte consi.xxv.ix.col.quod intelligit verum, dummodò promittēs sine causa cum iuramento sit aliâs prudens & sagax: quo casu iuramentum vim habet expressionis causæ: secùs tamen esset in rustico,muliere,& minore,vt ibi plenè probat.viij.col.referens Ludo.idem consuluisse per dictum §.filius matrem.notabiliter dicit Bart.in dicta
24 l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.†q licet fideiussor non teneatur si in duriorē causā fideiusserit, aut si aliud quam principalis ꝓmiserit.l.Græcè.§.illud.ff. de fideiusso. Tamen his casibus iurando tenetur nō vt fideiussor,cùm forma deficiat,sed tenebitur vt principalis promissor.Quia iurando voluisse videtur teneri omni modo quo potest.de quo per Bal.in l.si prędium.C. de iure dot. Per illum §.filius matrem. *communiter* reprobatur opi.Ioan.Fab.in §.si quis alium. insti.de inuti.stipu. volentis promissionē facti alieni quāuis iuratam non tenere: quoniā imò tenet etiam de iure ciuili,per tex.in dicto §.filius,quia cùm iuramentum importet clausulā, q actus valeat meliori modo, quo valere potest.l. cū pater filius. ff. de leg. ij.Promittens factum alienum cum iuramēto, intelligitur promittere se facturum,& curaturum: & ita promissio valebit.cap. ex literis ij. de sponsa. iuncta gl.& in c.sicut ex literis.de iureiur.ita pulchrè commentauit dictum.§. filius matrem. Iason in §.si quis postulāte.Instit.de actio.vltra quem in hoc puncto de iurante factum alienum,habetis glo.fin.vbi Bal. in c.ex rescripto.de iureiu. & Panor.ibi.& gl.in cā. quoties cordis oculus.j.q.vij.& gl.in c.vnico verbo, nihil.xxx. q. vij. Panor. in c.gemma. de sponsa. & in c.significantibus. in fi.de offi. delega.vbi idē tenent contra Io.Fab. & etiam contra eum consuit Franc. Aret.consi.lxxx.& cōsi.cxliij. glo. in c.tibi domino. lxiij.distinct.Ad præmissa facit text.not.de iuramento testatoris loquens,in l.cùm quis decedens. §. codi
25 cillis.ff.de lega.iij.per quem determinat ibi Bar.†q confessio extraiudicialis licet non valeat absente aduersario facta,tamē valebit,si fuerit iurata,nec reuocari poterit,etiā si in testamento,quod sui natura est reuocatorium vsq; ad mortē fuerit facta,per tex. in d.§.codicillis.per quē ita consuluit Paul. cōsi. ccxlj.
26 & Barba.in secunda parte consi.liiij. Ad †hoc facit tex.elegans in c.ex rescripto.de iureiur.qui singulariter inducitur ad quatuor.Primò,quia licet pro debito ciuili non possit quis detineri inuitus l.ob æs. C. de actio. & oblig. & in c.ij.de pig.Tamen si detētus iurauerit non recedere,donec satisfactum creditori fuerit,licet iurans sit liber homo, obligatur,& iuramentum seruare tenetur.Secundò inducitur,quia licet mulier fideiubens iuuetur Velleiano senatusconsulto.l.j.& per totum tit.ff.ad Velleia.Tamē si mulier fideiusserit cum iuramento,tale iuramentum facit eam teneri, acsi ad plenum certiorata de suo beneficio illi renuntiasset, aut bis fideiussisset: quibus casibus tenetur de iur.l.pen.ff. ad Velleia.& in auth. siue à me.C.ad Velleia.Nam iuramentū supplet defectum renuntiationis, aut secundæ fideiussionis,secundum Bal in dicto c. ex rescripto. quem sequitur Iasin l.fin.C.de iur. & fac.igno. Tertiò inducitur ad id quod suprà fuit conclusum cōtra Ioan. Fab. cuius opi.vltrà ibi allega.confunditur per dictum c.ex rescripto.iuncta glo.fin. Quartò inducitur, quia licet fideiussor conueniri non possit, donec excusso priùs debitore principali,vt in authē.præsente.C.de fideiusso. Tamen virtute iuramēti poterit fideiussor cōueniri vnà cum debitore principali. & ad hoc pōderat Bald.illum tex.in d.cap. ex rescripto. Quod tamen an sit verum,videatis Barba.in ij.parte.consilio xliij.vbi post longam disputationem videtur consuluisse contrarium,vt etiam tenet Alexan. in l.fin. iiij. colum.ff.si cert.peta.Ad hoc facit,quia licet promittens factum proprium non obligetur præcisè ad factum:sed liberetur soluēdo interesse.l.si quis ab alio §.fin. ff.de re iud. & l. stipulationes non diuiduntur. §.j.versi.Celsus.ff.de verb.obliga. Tamen si promittens iurauerit,cōpelletur præcisè ad factū,nec liberabitur soluendo interesse. glos. singularis in l.iij. in princ.ff.de cond. causa data. de quo plenè Panor. in cap.veniens.de iureiurād.per illum text. quem consulendo sequitur Alexan.in j.parte consil.xxvj.incip. non puto.& Ias.in l.ij.C.de iure emphy. vbi dicit,q iuramentū accelerat pœnæ cōmissionē, adeo quòd pœna quæ aliâs non cōmitteretur ante biēnium vel triennium, vt in casu ca. propter sterilitatē.de loca.
27 & conduc.& in cap.potuit.eodem titu. †Si conductor vel emphyteuta qui iurauerit soluere annis singulis,per annum cessauerit,ilico expelli poterit. Facit glos.suprà allega.in dicta l.iij.ff. de condict.causa data.in verbo,necesse.vbi licet in cōtractibus innominatis sit re integra locus pœnitētiæ,tamē non vbi interuenit iuramētum, per quod desinit res esse integra:& illam gl.in hoc sequitur Imo. in l. secunda. §. sed & si quis. ff. de donat. & Barba.in cap.iurauit.de proba. & est *communis opin.* licet ipsemet Barba. super rubr. de iureiuran. voluerit contrarium per text. in l.fina.C.de non numer. pecu. Ad hoc facit, quod decidit Salycet. in l. si pacto quo pœnā. C.de pactis. vbi dicit, quòd quoties in actu aliquo apponitur iuramentum,non habet locū purgatio moræ: quanuis aliàs admitteretur,vt dicto capitulo,potuit. & l. & si post tres. ff. si quis caut.alleg.text.in l.si quis maior. C.de transactio. vbi periurus est ilico infamis : & sic contra executionem non admittitur purgatio in foro contentioso : secus in foro animæ. glo. singularis in capitulo,apud misericordem.xxij. quæstione pri-
28 ma. Ad † hoc facit, quia vbi apponitur iuramentum,ibi nulla requiritur interprellatio ad constituēdum debitorem in mora,vt singulariter decidit Spe. tit.de aduo.§.j.versi. sed nūquid is qui iurauit. & videtur tex.iūctis ibidem not.per doc. in l.eum qui.§. si iurauero.ff.de iureiu. Ioan.And.& Panor.in c.breui.de iureiur.& Ias.in l. quòd te.ix.col. ff.si cert.peta.licet ibi Alexan.contrà.Et per hoc decidit Barba. in cap.fina.iiij.col.de emptio.& vēditio. quòd si vēditor iurauit defendere emptorē in lite mota, tenetur de euictione,si litem sciuit motam, & non venit ad defendendū: quanuis aliàs nō teneretur,nisi emptor litem motam ei denuntiasset.l.emptor.vbi Bar. C.de euict.& Dyn.in cap. eum qui certus.de reg.iu. lib.vj. quia quando iurauit, satis requisitus censetur à stimulo iuramēti, quod eum impellat pro emptore.quod est menti tenendum. Quia ex consuetudine notariorum in omnibus instrumentis emptionum apponitur iuramentum. Pariter decidit Bal. in præ-
29 ludiis feudorum.versi. sed statim quæritur. †quòd vasallus si recipiendo feudum iurauerit, non poterit feudo renūtiare, vt à domini seruitio liberetur : qđ aliâs facere posset, secundum gl.in cap.quæ in eccle siarum.de constitu. vbi Panor.circa fi.de quo tamen ibi Fely.xxxj.colum.Similiter decidit Bal.in authen. habita.C.ne filius pro patre. versi. sed contra oppo. quòd scholaris coram rectore vniuersitatis conuentus, eum declinare non poterit ratione possessionis,

cui

BIU Cujas

30 cui astrictus est vinculo iuramẽti.† Ad hoc facit quia iuramentum translationem dominij impedit, quod omnes non fatentur. Tamen resolutio est, ꝙ quoties iuramentum habet pro se ius cõmune, & assistentiã illius, tunc iuramentũ translationem dominij impedit. Sicut est videre in rebus de mẽsa ecclesiæ aut regni existẽtibus, quæ iure cõmuni prohibentur alienari. Vnde iuramentum à prælato vel rege præstitũ de non alienando impedit dominij trãslationem: vt si postea alienentur, nõ valeat, quod factum est. cap. intellecto. de iureiuran. & cap. si quis presbyterorũ. de rebus eccle. non alien. Et idem in muliere iurãte non alienare rem dotalem, aut non cõsentire alienationi, cùm de iure communi res dotalis sit prohibita alienari, l. j. & ij. ff. de fundo dota. non tenebit alienatio, quanuis iurata, secũdum glo. in cap. licet. de iureiuran. lib. vj. de cuius intellectu vidistis in verbo, *duas habens filias.* loquendo de pacto de non succedendo. his enim casibus primum iuramentum derogat secundo, vbi primum iuramentum non habet ius cõmune pro se, vt plenè no. in dictis iuribus. facit quòd plenè decidit Panor. de gestis cõtra iuramentum, in cap. dilecto. iiij. col. cum seq. de præben. Ad hoc facit, quia licet in materia cõtractus non sit locus remissioni. cap. Romana. §. cõtrahentes. de foro compet. lib. vj. † Tamen secus vbi appositũ esset iuramentum, vt pulchrè dicit Ang. in l. hæres absens. ff. de iudi. per tex. ad hoc singulariter in authẽ. de exhiben. reis. §. si verò etiam quidam iuret. in verb. omni modo coll. viij. † Ad hoc facit, quia iuramentum accumulat forum foro, adeo ꝙ laicus contrahens cum iuramento poterit etiam conueniri coram iudice ecclesiastico ad obseruationẽ iuramenti. cap. fin. de foro compet. lib. vj. Ad hoc facit, quia licet instrumẽtum contractus non habeat iure communi paratam executionẽ de se. l. minor. xxv. annis cui fideicõmissum. ff. de minoribus. Tamen si in iuramento diceretur, & quia de prædictis posset dubitari, dictus promissor iuramẽtum detulit stipulatori, qui iurauit sibi deberi. Tale iuramentum habebit paratam executionem ratione iuramenti volũtarij, secundum Bar. & Fulgo. in l. ij. ff. de iureiur. quos ibi sequitur Alex. & Iason & Barba. suprà de iureiuran. super rubrica: volens dictum Bar. posse saluari, vbi iuramẽtum delatum fuerit corã notario, qui instrumẽtum recepit. Quia est iudex chartularius ex forma statuti, secundum glos. in l. prima. ff. de iudic. † Et sic iuramentum habet vim garentigię. vide Bal. in l. j. C. de iureiurã. & Ias. vbi suprà ponentem sex limitationes. Ad hoc facit, quia iuramentum mirabilem habet effectum, quoniã seruari debet in forma specifica. Ideo iurans soluere non euitaret periurium, si compensare vellet debitum iuratum cum eo, quod sibi debetur, nec ad hoc allegandũ & oponendũ reciperetur, † cũ compensare non sit specificè soluere: & sic plus operatur iuramentum, quàm conditio: quia licet conditiones sint in forma specifica adimplẽdæ. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de cond. & demonst. & satis specificè soluit, qui cõpensat. l. si peculium. §. j. ff. de statu liber. Tamen si quis soluere iurauerit, non audietur compẽsare volẽs, nisi specificè soluat, & realiter rem debitam tradat, per tex. in cap. ad nostram. de iureiurã. tenendo intellectum quem glo. & *communiter* doct. ibi tradunt. Nam magis specificè impleri debet iuramentum, quã conditio, vt ibi plenè dicitur. Ad hoc facit: quia licet per pactum litigando coram incõpetenti iudice, ille iudex nõ efficitur iudex competens, saltem ante litem contestatam, imò admittitur pœnitentia, vt l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iudic. Tamen si iurauerit, cogi poterit pręcisè ad illius iuramenti obseruantiam, secundũ Ange. & Fulg. Paul. Alexã. & Iaso. in dicta l. si conuenerit. quia per iuramentum res desinit esse integra, vt dict. l. iij. in princip. in glo. ff. de condi. cau. data. videatis Guid. papæ quæsti. lxxvij. Ad hoc facit, † quia licet arbitriũ non pariat actionẽ de iure ciuili, etiam si fuerit iuratum, in authen. decernitius. C. de arbit. vbi Bart. Tamen de iure canonico, cui standum est. cap. nouit. de iud. iudex ex officio coget iurantem ad illius obseruantiam, vt not. in cap. ij. de arbit. & no. Bal. in dicta Authẽ. decernitius. quem sequitur Panor. in cap. Quintauallis. in iiij. differentia, de iureiurã. † Ad hoc facit quia propter iuramẽtum lex loquens in contractu habet locum in quasi contractu: gl. est singularis in authẽ. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. in verbo, Contractibus. pariter locum habebit in distractu, id est, liberatione, & sic ligatur adolescẽs faciendo tutoribus suis refutationem cum iuramento. gl. est singularis in l. quid ergo. in princip. in verbo, Contrarium. ff. de contra. iudi. tutelæ. secundũ Bald. in rub. suprà de iureiur. & in dicta authẽ. sacramẽta. Iuramentum à minore præstitum supplet minorem ætatem, & facit eum videri maiorẽ, vt excludatur ab in integrũ restitutione, & à iure dicẽdi contractum nullũ. Et sic habet vim decreti iudicialis, vt ibi. Ad hoc facit, quia iuramentum validat donationem inter patrem & filium, quæ aliâs obstante patria potestate non valeret, vt tenet Bald. in l. fin. C. de vsucap. pro dona. Et donationem inter virum & vxorem secundum Gul. de Gug. quem sequitur Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Falcidiam. & dicta l. si quis pro eod. ff. de fideiuss. Anto. de But. Imo. & Panor. in cap. cùm contingat. de iureiur. & plenius Alexan. & Iason in l. si donatione. C. de collat. Et refert Guido Papæ. quęst. cxlvj. in fin. sic fuisse decisum in parlamento Delphinatus in causa castri Rupis Chinardi, quod nunc petinet reuerẽdo in Christo patri & domino meo domino Antonio Alemãdi episcopo nostro Caturcen. vt dicam latiùs j. super verbo. *Quam Adiecta & viro suo donauerat.* † Præterea facit, quia iuramentum in donatione summam quingentorum aureorum excedente interueniẽs, habet vim insinuationis, vt valeat non obstãte immensitate, secundum Ioan. And. in addi. Spe. tit. de instr. edi. §. porrò. sentit Bart. in l. Modestinus. in fin. ff. de dona. Panor. tenet in cap. cùm contingat. xvij. colum. de iureiuran. Floria. in l. quæ pater. ff. famil. erciſc. consuluit L. Roma. consi. xxvij. ij. col. Frãcis. Aret. cõs. ij. Ang. cons. xciiij. & Alexan. in prima parte consi. iiij. vj. colum. & consi. xij. ij. col. Et in secunda parte, cõsil. lxxxiij. in fin. videatis plenè per Guido Papæ quæst. eccl. de quo plenè dicam vbi suprà. Ad hoc facit, † quia iuramentum excusat à præsumpta calumnia, & per consequens succumbentem in causa ab expẽsis: & facit eum videri habuisse iustam causam litigandi. glo. est singularis in §. oportet. in auth. de iudi. Et tenet glo. etiã nostra in c. fin. de dol. & cõtu. & in c. imprimis. ij. q. j. Gul. de Cug. Bal. & omnes in authen. generaliter. C. de episco. & cleri. Ad hoc facit, quia licet ordinarius cognoscere nõ possit de causa feudali: quia hæc cognitio pertinet domino feudi. c. cæterum. de iudi. Tamen si agatur † de contractu feudali iurato. poterit iudex ordinari⁹ ratione iuramẽti cognoscere etiam de proprietate feudi, vt cõsuluit Io. Calder. consi-

consil.secundo. sub titu.de iudi. & foro compe.quẽ refert & sequitur Barba.in cap.nouit.de iudic. Præterea licet societas morte alterius sociorũ soluatur, & quo ad mortuum, vt non transeat ad hæredes, & etiam quo ad superuiuentes.instit. de societa. §. soluitur. Tamen non finitur si iuramentum interceſsit, secundum Ioã. Fab. ibi singulariter in fin.vbi tenet,
40 †quòd licet ex pacto fieri non possit, quòd societas sit perpetua, vel ad hæredes transitoria:tamen fallit, vbi tale pactum esset iuramento firmatum, secũdum eum. Prætereà licet non valeat renuntiatio præscriptionis, imò ea non obstante præscriptio procedit, tamẽ bene valet & cursus præscriptionis impeditur,
41 si fuerit iurata.†Nam iuramentum etiam in contractu simpliciter præstitũ impedit præscriptionis cursum, secundum Alexand. singulariter in l. nemo potest.ff. de leg.j.quod dictũ magnifacit Fely.super rubri.de præscrip. vj.col.in fi. dicens non fuisse ab alio tactũ. An autẽ sit verum, quòd debitum iuratũ præscribi non possit,videatis Guido papæ, quæst.cxcix. Postremò facit, quia licet dolus futurus remitti nõ possit,tamẽ valebit remissio si iurata fuerit. de quo plen è dixi super verbo, *Duas habens filias.* in tertia principali fallentia. loquẽdo de secũda specie pacti de futura successione, scilicet de hæreditate conseruanda. Quæ omnia quo ad effectũ iuramẽti extraiudicialis sunt notanda. Qui quidẽ effectus,vt videtis, est maximus: ità ꝙ veniens contra iuramentũ conuentionale est eo ipso infamis. l. si quis maior. C.de
42 transact. †Ob quod non sine causa Alxãder (narrãte Valerio lib.vij.c.iij.tit.vafrè dicta aut facta)iuramẽta sua violare noluit,imò possetenus seruauit. Adeò, ꝙ cùm iret ad dissipandũ ciuitatẽ nomine Lampsacum, obuiũ habuit Anaximenẽ præceptorem suum. Sciens igitur Alexãder ꝙ pro ciuitate eum interpellaret,iuramẽto prævenit, dicẽs se nõ facturum quod petiisset. Tunc Anaximenes postulauit,vt prælibatã ciuitatem destrueret. Quod audiẽs Alexander ciuitatẽ suæ paci reliquit. Sed (proh dolor)nunc principes sua iuramẽta sic non seruant,nec solùm frangũt quæ ex voluntate personali: sed etiam ea quæ ex iure regni vel dominij prædecessorum more fecerunt. Nimirum igitur,si proditorum aut infidelium seruitorum comitiuam habẽt. Suis enim periuriis talem promerentur,dicentes illud Ouidij:

Amplector sanctas quæ dant bona semina fraudes.

Per quod intelligere potestis iuramẽta esse in maxima veneratione, maximè apud catholicos propter eius mirabiles effectus:& non absre dicebat Quintilianus lib.ix.c.ij. Nã & in totũ iurare,nisi vbi necesse graui viro parum cõuenit. Si tamẽ semel honestè iuratum fuerit,nõ solùm amico & familiari, sed inimico & ignoto existimabit mentiri non esse suum. Nec aliquãdo permittet,vt lingua à suo sẽsu discordet:dicit Lactã.in lib.de vero cultu. & Tullius li.j.
43 de offi.Nullo inquit, pacto iurare habes.quòd tenere nolis. Hodie autẽ principes plerique vsu habent, dum suis rebus timent,iureiurando multa polliceri, mox verò tergiuersari, si arridentiori fortuna iuuentur, non aduertẽtes ꝙ violato à Laomedõte Troiano rege Priamíque patre iuramento,indignatis diis: Neptunus vrbem aquis repleuit, & Apollo pestem immisit. Et vt Ieremias xxv.c.prędixerat,ob causam periurij Zedechiæ regis qui fidẽ Nabuchodonosor regi promissam hosti suo non seruauerat, ipse populus Irael destructa Ierosolyma captiui in babylonem perducti fuerunt, Iere.c.fin. vbi,eo interfecto,annis lxx. permanserunt,vt habetur ij. Paralippo. xxxvj.c. Nunquid etiam præ manibus habetis de Astulpho Longobardorũ rege,qui ob violatum Pipino Francorum regi pro ecclesia bellanti præstitum iuramẽtum,turpiter expirauit. De quo Gaguin.lib.iij.cap. iiij.sic dicit. Primo insequenti vere Pipinus in Longobardos exercitum ducit: quia ad Alpium angustias occurrens Astulphus, trãsitu Francos prohibere contendit. Sed irruẽtium in se Francorum impetum non sustinens, Papiam se receperit: vbi milite Frãco circumualatus obsides xl. Pipino dat: iurátq; Romano pontifici quæcunque abstulisset restituere. Atque ita attributis Stephano pontifici militum firmissimis copiis eum in sedẽ Pipinus restituit. Cognito Pipini in Frãciam abscessu, Astulphus, neq; obsidum,neque iurisiurandi curam habens nullis se promissis absoluit. Eam ob rem Pipinus superatis iterum Alpibus, Astulphum Papiæ obsidet. Obsidione pressus Astulphus Rauennam Pipino cum aliis quas pontifici abstulerat aliquot vrbibus,quæ in exarchatu erant, restituit. Receptas Pipinus Stephano assignat. Ipse verò Astulphus non multũ pòst equo fortè delapsus ceruicem fregit.Subiungẽs eo. cap. in fine. quòd Gayfirus dux Aquitanus de certo contra clerum sacrilegio commisso delatus,cúm legatis regis reddere cuncta promisisset,& religione iuramenti spreta peiora attentasset, per fidia Gayfiri cognita Pipinus vlcisci iurisiurandi contemptorem pergit, castellis compluribus solotenus dirutis.Borbonium Chantellam,atqueClaromontem recepit.Inde cùm Lemouicas peruenisset, omnibus igne ferróque cõsumptis, crebras expeditiones in Aquitaniam duxit. Excursa Aquitania, deficientibúsq; ad Pipinum plurimis vrbibus,Gayfirus à suis necatur. Hæc ille. Videatis quæ dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo principali articulo, loquendo de Pi-
44 pino. Non sic domini, † non sic Marcus Attilius Regulus, nobilis consul Romanus fecit, de quo in l. postliminij ius. §.captiuus. ff.de capt.& postl.reuer. Qui cùm per Afros cũ omni exercitu deuictus fuisset,ita vt duobus tantùm Romanis fugientibus.xxx millibus occisis, ipse cum quingẽtis captiuis in vinculis teneretur, deindéq; à Marco Aemilio Paulo.& Seruio Fuluio Romanis consulibus Afri superati essent,vt ducẽtis hostiũ millibus occisis. captísq; centum & triginta, per Carthaginiẽses cum legatis suis mitteretur,vt captiuorum permutationem à Romanis implorarent: iuramẽto tamen præstito, ꝙ si Romani permutationi non assentirẽt, Carthaginẽ ipse rediret: Romámque venisset, & in senatu contraria legationi suæ asserẽs,nõ esse vtile Romanis,propter ipsum iam senem tot nobiles captiuos permutare, persuauisset Romanis permutationem offerentibus & ad moram eum hortantibus,quia iurauerat,redire prælegit, & Carthaginem rediit. Quem Afri confestim in angusto ligno clauis acutis confixo incluserunt, vbi palpebris circuncisum vsque ad mortem stare & vigilare fecerunt, diuo testante August.j.de ciui.dei.c.xv.& xxiiij.ac li.ij.c.iij.libróq; iij. c.xiiij. & lib.v. cap.ix. An autem Regulus ille in foro conscientiæ,vinculo iuramẽti redire teneretur in carcerem,videatis gl.in cle.pastoralis.de re iudi.Bart.in l. relegati.ff.de pœnis.& Panor.in cap.inter alia.in fin. de immu.eccl.de isto Regulo &eius fide & religione Vale.li.j.c.j.ti.de seruata religiõe sic dicit: Sed in his quæ ad custodiã relig.attinẽt, nescio an ões Marcus Attilius Regulus præcesserit, qui ex victore speciosissimo

sissimo insidiis Asdrubalis, & Xantippi Lacedæmonij ducis, ad miserabilem captiui fortunã deductus, ac missus ad senatum populumque Romanum legatus, vt ex se & vno & sene cõplures Pænorũ, id est, Carthaginensium, iuuenes pẽsarentur. In contrariũ dato consilio Carthaginem petiit, non ignarus ad quàm crudeles, quámque etiam meritò sibi infestos deos reuerteretur. Verùm quia his iurauerat si captiui eorum redditi non forent, ad eos sese rediturum. Potuerunt profectò dij immortales effaratam mitigare sæuitiã. Cæterùm quò clarior esset Attilij gloria, Carthaginenses moribus vti suis passi sunt. Tertio Punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter vexati, vrbis eorum interitu, iusta exacturi piacula. Hæc ille. Ex † quibus resultat, q̃ maximi vinculi est iuramentum, cuius infractores & periuri, pœna capitis apud Aegyptios mulctabantur, vt Diodorus Siculus lib.ij.c.iij.refert. Primùm, inquit, periuri capite mulctabantur tãquam qui duplici tenerentur scelere, vt qui & pietatem in deos violarent, & fidẽ inter homines tollerent maximum vinculum societatis humanæ. Hęc ille. Ideo non inelegãter decidit Ant.de Butr.in c.penul. vbi eum sequitur Panor. de iureiur. quòd per licẽtiam datam notario aut iudici, vt instrumentum vel testamentum extendat prout voluerit, non poterit iudex seu notarius addere iuramentum, quod suppleri non potest sine cõsensu patris, cum habeat certam formam. Restat ergo, quòd iuramentum à testatore vel hærede in testamẽto minus solenni præstitum, supplet solennitatem, scilicet inducendo clausulam codicillarem, ita q̃ talis volũtas valet vt codicillus, ac si dictum fuisset à testatore expressè. Quod est verum, vbi testamentũ deficeret ratione deficientis solennitatis: secus si deficeret ratione defectus substãtiæ in persona testatoris, q̃ fortè testari non poterat, vel consensus eiusdẽ. Quoniã his casibus iuramentũ nihil operetur. Nec etiam si testamẽtum deficeret ex defectu voluntatis, cum his casibus clausula codicillaris expressè apposita nihil faceret, secundũ Ludo.Ro.consi.cccccxvij.incip. In casu propositæ consultationis. & Fran. Aret. consil. xxiij.incip. quatuor dubia.facit l.fi.C.de non nume. pecu.Ias.in l.eam quam.de fideicom. † Tertiò principaliter clausula codicillaris tacitè inducitur, & in testamento subintelligitur ex ardore amoris liciti, quem testator gerebat ad personas in eius testamẽto minus solenni honoratas. Ideo ex testamẽto minus solenni debebuntur legata relicta personis ipsi testatori dilectis, & præstabũtur à venientibus, & testatori succedẽtib⁹ ab intestato, perinde & acsi clausula codicillaris expressè fuisset in testamẽto apposita: quia ardor liciti amoris eo tunc clausulam operatur codicillarẽ, sicut in filiis. Ita singulariter post gl. determinat Bald.in d.l.si iure.C.de testa.manu. Facit gl.singularis in l.ij.C.in quib.cau.colo.cẽsiti ve.lib.xj. volens † quòd appellatione suorum veniũt amici: imò veri amici parentibus etiam suis præferuntur. Vnde Seneca epistola ciij. quendam plãgentem filium redarguit, dicens: Quid faceres, si amicũ perderes: ex quo periculum incertæ spei sic plãgis, quasi velit amicum esse filio præferẽdum, si verus amicus fuerit. Et multò magis est rebus quibuscũque præferẽdus. iuxta illud Catonis:

Vtilius regno est meritis acquirere amicos.

Adeo quòd narrat Cęsar in cõmentariis suis de bello Gallico lib.vj. olim apud Gallos assuetum fuisse, omnes à defuncto dilectos in eius funere cremari, quasi vnũ corpus cũ eo. Funera sunt, inquit, pro cultu Gallorũ magnifica & sumptuosa: omnia quæque viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignẽ inferunt etiam animalia. Ac paulò suprà hanc memoriam serui & clientes quos ab his dilectos esse cõstabat, iustis funeribus confectis vnà cremabantur. [Ad quod facit quod habetur infrà super verbo, *qui cum alia matrimonium cõtrahens.* dum loquitur de amore mulierum ad viros prædefunctos.] Amicitia etiam, vt dicit Tullius in libro de amicitia, omnibus humanis rebus præponẽda est. Nihílq; est naturæ tam aptum, támque conueniens ad res prosperas vel aduersas, quàm sit vis amicitiæ. Est autem amicitia omnium diuinarum humanarúmque rerum cum beneuolentia & charitate consensio. Et idem rhetoric.ij. Amicitia, inquit, est voluntas erga aliquem bonarum rerum, illius ipsius causa quem diligit cum pari volũtate. nec aliud est amicitia, quàm æqualitas animorum, adeo quòd amicus nõ es, cùm bona aliqua dederis, nisi teipsum animúmq; dederis. Ob quod dicit Seneca libro, sexto de beneficiis, Nescis quantũ sit amicitię pretium, si non intelligitis te ei daturum quem diligis. Nam tanta est vis: amicitiæ, quòd res parificat ex se diuersas, cùm alter ex amicis alteri voto complaciti operis administrat effectum, quia amicitia multos dispares coadunat, inter quos esse debet charitas sine temeritate, & communitas sine cupiditate. Quis enim diuisit angelos amicos? superbia. Quis fratres primos? auaritia. Vnde Seneca epistola xlviij. Cõsortium, inquit, rerum omnium inter nos facit amicitia. Et omnia cũ amico cõmunia amicus habebit. Imò fuit Pythagoricorum opi. Amicorum omnia esse cõmunia, & amicũ esse alterum seipsum, vt refert Hiero. contra Ruphinum. Quod etiam sentit Ouidius, lib.iiij.de tristibus, dicens:

Hi duo corporibus mentibus vnus erant.

Et Philosophus nono ethicorum, vbi etiam commẽtator, Amicis est anima vna, & omnia communia. Nec est amicus, nisi amico cor suum præbeat, secundum Tullium libro primo de Offic. & August.libr. secundo confessio. Amicitia, inquit, dulcis est propter bonitatem animorũ: ideo qui amicus est, amico omnia cõmunicat, scilicet cor suum & bona. Quinimò fertur (quod plus est) de duobus mercatoribus adeò se inuicem diligẽtibus, vt vnus eorũ qui Aegyptius erat, vxorem propriam pulcherrimam alteri amico relinqueret. eo q̃ ipsius amore langueſceret, clarè sic ostendendo idẽ velle atque idẽ nolle veram amicitiam esse, vt dicit Salust. in Catilin. † Ad veram autem & perfectã amicitiã quatuor sunt leges traditæ, sine quibus esse non potest. Prima est, dicit Tullius, vt ab amicis honesta petamus, & non rogemus turpia: nec faciamus rogari: quia omnis vera amicitia in bonis, & nõ in malis: nec esse potest, nisi inter habẽtes charitatem. iuxta illud Sallu. in Iugur. Inter bonos, inquit, amicitia, inter malos factio est. Cui conuenit Tullius lib.iij.de Offic. Nec vlla esset excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Vnde Hiero. in epistola ad Paulinum in princi. illam dicit veram esse necessitudinem, quæ Christi glutino copulata est, & quam Dei timor conciliat. q. d. q̃ vera amicitia Christi glutino, id est, charitate & Dei timore cõciliari debet, secundum gl.ibi. Ideo amico iniusta petenti, non est assentiendum. Imò dicit gl. super Matt. quam gl.refert super rub.C.de mendi.vali.lib. xj. Iustius feceris, si iniustè petentẽ correxeris, quã si ei dederis. Facit l. & Attilicin⁹. ff.de serui.rusti.præd.

Quæ omnia considerans Rutil. de quo loquitur Vale. li. 6. c. 4. tit. grauiter dicta aut facta cùm amico indigna petenti non obediret, eidē conquerenti & dicenti, quid mihi opus est amicitia tua, si quod rogo nō facis? Resp. Imò quid mihi tua, si propter te aliq̄d inhonestè facturus sū? Ideo sapienter dicit Cato.

Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum:
Nam stultum est petere, quod possit iure negari.

Tales enim qui iniusta petunt, sunt amici de quibus habetur Ieremiæ nono, Omnis amicus fraudulenter incedit. Secūda lex est, quòd amicitia sit realis & effectualis, & non ficta seu adulatoria. Quia vt dicit Tullius præallegato libro de amicitia, In amicitia nulla pestis maior quàm adulatio, & vitiosa simulatio, quæ verum iudicium tollit, & amicitiam adulterat. Et Aug. lib. decimo confessio. Amici, inquit, adulantes amicitiam peruertunt, & semper in necessitate deficiūt. De hac pestifera adulatiōe dixi super verbo, *Condidit.* j. Tertia lex in amicitia est, q̄ sit discreta. Nam vera nō dicitur amicitia eorū, qui quosdam adeò stultè diligūt, quòd volendo vti amicitia, excessu doni & muneris seipsos damnificant & cōcutiunt. quos Cato redarguit:

Dilige sic alios, vt sis tibi charus amicus:
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

Quarta lex amicitiæ est, quòd sit cōstans & firma, q̄ nunquā deficiat, præsertim in aduersis. Quoniam vt dicit Valer. li. iiij. c. vij. tit. de amicitia, in prin. Sinceræ fidei amici p̄cipuè in aduersis reb' cognoscūtur: in quibus quicquid præstatur, totum à cōstanti beneuolentia proficiscitur, felicitatis cultus maiore ex parte adulationi quàm charitati erogatus certè suspectus est, perinde ac plus sēper petat quam impēdat. Accedit huc, q̄ infractę fortunæ homines magis amicorum studia desiderant, vel præsidij, vel solatij gratia. Nam læta quidē & prospera negotia (vtpote cùm diuina suffragatione foueantur) humana minus indigēt. Tenacius igitur eorū nomina posteritatis memoriæ apprehēdit, qui aduersos amicorum casus non deseruerunt, quàm qui prosperum vitæ cursum comitati sunt. Débetq; amicitia omni suspicione carere. Quia secundum Tullium parum amicitia prodest, nisi amicorū cōstans & fidelis cordiū adhęsio fuerit. Sed non semper cunctis mortalibus idem animus est, vt dicebat Catilina in Ciceronem. quasi dicat: solis veris amicis eundem animum & constātē inesse. Et Sene. in Thieste. Quos, inquit, verus amor tenuit, semper tenebit. Vnde Augustus Cæsar (prout Suetonius refert lib. ij. de duodecim Cęsaribus) amicitiā non facilè admisit: sed cōstātissimè retinuit. Nec dicitur amicus qui citò amicum deserit, aut qui de amico citò malè iudicat. Ideo Tull. vbi suprà. Boni, inquit, viri & sapientis est, hæc duo tenere in amicitia. Primū, ne quid fictū aut simulatū sit. Nā apertè odisse magis laudabile est, quā occultare sententiā: quia nullę sūt (dicit Tullius li. de amicitia) occultiores insidiæ, quàm hæ quæ latēt in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nā cum qui palā est aduersarius, facilè cauendo vitare possis. Hoc verò occultum intestinū ac domesticum malum nō solùm existit, verumetiam opprimit antequàm prospicere atque explorare potueris. Quæ omnia complectens barbatus ille Hieroni. in epistola ad Paulinū superius allegata. Vera, inquit, illa necessitudo, id est amicitia est, & Christi glutino copulata, quam nō vtilitas rei familiaris, nō præsentia tantùm corporum, non subdola & paspās adulatio, sed Dei timor cōciliat. Secundū est, quòd suspiciosus amicus non sit. Nec existimet aliquid ab amico esse violatum, nēpe cùm suspicatur, iam amicum habere non arbitratur. †Non sic domini, non sic fecit 49
Alexander sapientissimus, & omnium inuictissimus tunc infirmus ac graui febre correptus: qui à Philippo medico fideli suo, de cuius cōiuratione, quòd eū medicamēto à Dario rege corruptus intoxicare volebat, literis Parmenionis nuntiatum fuerat: intrepidus medicamentum hausit, velut de amico nō diffidens. de quo Valer. lib. iij. cap. viij. tit. de constātia, in fine. sic dicit: Quod sequitur & rei ipsius admiratione, & claritate authoris illustre: Alexander Macedonum rex inclyta iam pugna excellentissimis opibus Darij cōtusis, æstu & itineris feruore in Cilicia percalefactus, Cydno, scilicet fluuio, qui aquæ liquore cōspicuus, Tharsum interfluit, corpus suum immersit. Subito deinde ex nimio hausto, rigore, id est, frigiditate aquarū obstupefactis neruis, ac torpore hebetatis artub', maxima cū exanimatione totius exercitus, in oppidū castris propinquū defertur. Iacebat æger Tharsi: ínque valetudine eius aduersa instantis victorię spes fluctuabat. Itaque cōuocati medici, attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebāt. qui cùm ad vnam potionem, id est, medicinam, sententiā direxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipsius amicus & comes) porrexisset, à Parmenione missæ literæ superuenerunt admonentes, vt rex insidias Philippi perinde ac pecunia corrupti à Dario, scilicet rege Persarū, caueret. Quas cùm legisset, sine vlla cūctatione medicamentū hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit. Pro quo tam constanti erga amicum indicio, dignissimā à diis immortalibus mercedē recepit: qui incolumitatis eius præsidiū falso interpellari indicio noluerunt. Hæc ille. His enim quatuor cōsideratis legibus, & vt decet obseruatis, nihil amicitia in reb' humanis desiderabilius, nihílq; dulcius, quàm habere amicū cum quo omnia audeas: quē sic credas vt te: cui sic loquaris vt tecū: & sic nihil vera amicitia optabilius, per quam duo fiūt vnus & idē animus. Et de talibus amicis intellexit Bal. in l. si iure. C. de testam. manum. (vt ex suis verbis demōstratur) dū dicit quòd ardor liciti amoris clausulam inducit inter amicos codicillarē. Prævalet enim vera amicitia saltē æquipollet cōiunctioni sanguinis, quæ indubitanter clausulam illā inducit, vt dixi in verbo, *Testamentū* j. Cōtemplemur (inquit, lib. iiij. c. vij. tit. de amicitia Valerius) nunc amicitiæ vinculum potēs & prævalidū, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius. Hoc etiam, scilicet amicitiæ vinculū, certius & exploratius: quia illud, scilicet vinculum sanguinis, nascendi fortuitum opus, hoc vniuscuiusque solido iudicio inchoata voluntas contrahit. Itaque celerius sine reprehensione propinquum auersere quàm amicum, quia altera diremptio, id est, parentum separatio vtique iniquitatis, altera, scilicet amicitiæ, leuitatis crimini subiecta est. Cùm enim deserta sit futura vita hominis nullius amicitiæ cincta præsidio, quasi dicat hominem desertū vita, si amicum non habeat. Tam igitur necessarium subsidium temerè assumi non debet, semel autē apprehensum rectè sperni nō conuenit. Subiungens posteà, Hæ sanè vires amicitiæ mortis cōtemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorem cōuertere, pœnā beneficio pensare potuerunt: quibus penè tātum venerationis, quātum deorum

BIU Cujas

rum immortalium cæremoniis debetur. illis enim publica salus, his priuata continetur. Atque vt illarum ædes sacra domicilia, ita harum fida hominum pectora, quasi quodam sancto spiritu referta templa
50 sunt. Hæc ille. † Vnde restat, quòd parētela & amicitia paria sunt. Ideo dicit glo. in ca. requisisti. suprà
51 eodē. † quòd de relicto facto clerico à suo consanguineo nō debetur quarta episcopo, cū non dicatur factum intuitu ecclesiæ: sic etiā nō debetur de legato relicto ab intimo amico. Facit tex. singularis in l. cùm alienam. C. de leg. iuncta l. in testamento. ff. de fideicō. libe. vbi mirabiliter probetur, ꝙ dispositio dictæ l. cum alienā. loquēs de coniunctis, locum habet in magnis amicis. facit pulchrum dictum Bar. in l. Titia. ff. de verb. oblig. vbi voluit, ꝙ sicut in causa matrimoniali non valet pœna apposita per coniunctū mulieris, vt ibi, & in cap. Gemma. de sponsa. Sic
54 etiam non valet si promittatur per magnum amicū mulieris. facit quod idē voluit Bar. in l. hæres meus. §. fi. ff. de condi. & demon. facit quod dicit Cyn. in l.
52 exigendi. C. de pro cur. vbi dicit, † ꝙ sicut cōiunctus admittitur sine mādato ad agendum pro cōiuncto, sic etiā magnus amicus pro amico suo. Quæ omnia corroborant dictum Bald. in d. l. si iure. Tamē dicit ibi, ꝙ hoc non auderet extendere vltra legata libertatis vel alia pia relicta, propter tex. iuncta glo. in d. l. in testamento. ff. de fideicom. lib. & gl. in d. l. si iure. videte Barb. in c. nisi specialis. ij. col. de offi. lega. vbi idem dicit quod Bald. ad hoc facit quod dixi suprà in verb. *Testamentum.* j. in xij. casu fallentiæ, vbi dixi quòd in testamēto per patrem facto inter liberos, semper inest clausula codicillaris, propter ardorem liciti amoris inter patrē & filium existentis, vt valeat meliori modo, quo valere poterit, licet nihil 55 expressè dictū fuerit. vt dicit gl. no. in verbo, voluit. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. Et plenè decidit Ludou. consil. clxxix. vij. col. in fi. Ad hoc facit quod pulchrè decidit Ias. in l. j. v. col. C. de sum.
53 Trinita. vbi dicit. † ꝙ licet verbū. volo, de præsenti prolatum, vel de futuro, puta vellem, nō inducat dispositionē in cōtractibus, nec vltimis voluntatibus, secundum *cōmunem* opinio. de qua ibi per eum. Tamen vbi profertur in fauorem personę verisimiliter 56 dilectæ, inducit dispositionē, per text. singularem in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. vb prolatum fuit per testatorem fauore sui contribunalis, & sic intimi eius consocij, & cōsequenter fratris: cùm societas quædā dicatur fraternitas. l. verum. ff. pro socio. Sanè tamen intelligatis ardorem liciti amoris clausulam inducere codicillarem, vt dicit gl. in d. l. in testamento. & in l. eam quam. in decima fallentia C. de fideicommi. quo ad legata & fideicommissa, vt ex testamēto minus solenni debeantur dilectis personis relicta, vt est casus in d. l. in testamento. secundum verum intellectū, de quo per doct. & ibi Iason in l. non dubium. C. eod. Non tamē inducit talis ardor amoris & affectionis clausulam codicillarē, quo ad hæredis institutionem, vt eam valere faciat iure fideicommissi, sicut valeret si clausula codicillaris in tali testamento minus solenni apposita fuisset expressè. Ideo si aliqua alia persona, quàm de liberis testatoris quantuncunque à testatore dilecta in testamento minus solenni fuisset hæres instituta, talis dilectio & affectio non faceret valere institutionem, cùm speciale sit in liberis testatoris, in testamēto mi 57 nus solenni hæredibus institutis, vt virtute clausulæ codicillaris subintellectæ testamentū valeat iure fideicō missi, vt plenè vidistis §. in verb. *Testamentū* primo. in duodecima fallentia. Ita singulariter hunc passum declarat Matthæus de Matthesilla. in suis notabilibus, notabili xlj. videatis Sali. in l. fi. iij. col. C. de naturalibus liberis. vbi ponit, an sola affectio tacitum inducat fideicōmissum. An autem resoluta. & sublata amicitia intima, seu ardore liciti amoris, resoluatur etiā illud fideicommissum tacitum, quasi cessante causa, cesset effectus, videatis singulariter Bal. in l. si mater. C. de dona. ante nupt. vbi loquitur de donatiōe facta causa amicitiæ, quæ postea cessat.

Fortè secùs esset in vltima voluntate, quæ expressè vel tacitè reuocatur vsque ad mortem l. iij. in fi. cum sequen. ff. de adimen. leg. glos. in l. sororem. C. de his quibus vt indig. & in l. fideicommissum. C. de fideicommis. scilicet quando superuenit amicitia.

54 Quartò † & vltimò clausula codicillaris in testamento non expressa inducitur ex statuto vel consuetudine ciuitatis, loci vel patriæ, putà si statutum dicat, vel consuetudo habeat, ꝙ in quolibet testamento intelligatur clausula codicillaris adiecta, quo casu perinde erit, ac si testator eam in testamēto apposuisset, secundum Alex. in prima parte cons. xlj. incipien. Viso tenore allegati. facit quod not. Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & Alex. in l. moribus. in princ. ff. de vulg. & pup. vt statim dicam. Tāta est enim potestas legis, & cōsequenter statuti vel consuetudinis, quòd fingit factum fuisse quod factum nō fuit. l. j. C. de rei vxo. actio. & inst. de actio. §. fuerat. sicut econtrà fingit non fuisse factum, quod verè factum fuit. glo. est singularis super verbo, Pro infectis. in clem. j. de immuni. eccl. Quæ omnia sunt notāda, velut quotidiana. De hac clausula codicillari videatis Guid. papæ. quæst. cccxxiij. & cccccxiij. † Postremò vt finis correspondeat suo principio, scire debetis, ꝙ longa est differentia inter codicillos & testamentum. Nam licet codicillus largo modo dicatur testamentum, vt dicit Bal. in l. fin. in ij. q. C. de edic. diui Adria. tollen. & venit appellatione testamenti, secundū Bald. in l. fin. C. eo. vt dixi suprà in princ. attamen propriè sumendo testamentum, de quo suprà locuti sumus super verbo, *Testamentum.* j. Testamentū differt à cō-
56 dicillo in multis. † Primò, quia in testamento solo fieri potest directa hæredis institutio. l. non codicillum. C. eo. Sed in codicillis fieri non potest directa hæredis institutio. saltem ꝙ valeat iure directo, cùm in eis dari non possit hæreditas. Institu. de codicil. in fin. Fallit tamen in seq. casibus. primò, vbi esset consuetudo, ꝙ dari posset vel adimi: quia tūc fieri posset sicut in testamento. Nā tituli successionum ex testamento sunt de iure positiuo: quod qualiter intelligatur, habuistis suprà in verb. *Testamentum.* j. in princ. Ideo per consuetudines & statuta alterari possunt, Insti. de iure nat. §. ex non scripto. ver. ea verò. Et ca sū nostrū ita expressè decidit Bal. in l. de quibus. ff. de leg. viij. col. Secūdò fallit inter liberos, quibus potest hæreditas directè relinqui in codicillis, & qualibet vltima voluntate. l. fin. C. famil. erisc un. & ita singulariter determinat Bar. in l. militis codicillis. ff. de testamē. milit. vbi idem deciditur in milite. Ergo idem erit in patre inter suos liberos testante, vel alios ab intestato immediatè succedētes. Et idem in presbyteris, ac clericis, vel doctoribus, & aduocatis, quo ad hoc militibus æquiparatis, vt plenè dixi suprà in verb. *Testamentū* j in ix. fallentia. Et † quòd liberis testatoris dari possit hæreditas directè in codicillis. tenet Sali. in l. ij. C. de codicil. & Ang. in dicto

§. fin.

§.fina.instit.de codicil. Alexan. & Iason in l.hac consultissima. §. fina. C.eodem. & idem Iason in l.j. cum sequen.C de codicil.& dixi suprà in verb.*testamẽtum*.j. in xij fallentia.Sed aduertatis quia Ludo. in d.consi.clxx.x.tertia col.tenet cõtrarium,& pariter ante ipsum tenuerat Bal.in repetitio.l.j. C.de sacrosanct.eccle.versic.Sed hîc quæro.vbi respõdet ad dictum §. militis. Prima tamen opinio est *magis communis*,vt videtis,quam etiam sentit idem Baldus in dicta.l.militis codicillis §.primo.in fi. vbi per illum textum dicit, quòd quicunque potest de iure testari liberè, poterit in codicillis directè hæreditatem re-
58 linquere. Or †indubitanter potest vnusquisque inter suos liberos liberè testari, vt plenè dixi in dicta duodecima fallẽtia.ergo poterit in codicillis nos directè instituere. Pariter & tertiò erit idem in pia causa,putà libertate, vel si locus pius in codicillis directè instituatur per eandem rationem, vt plenè dixi ŝ verb. *Testamentũ*.j. in vndecima fallentia. Et expressè tenet Iason in dicta l.prima. cum sequẽ.C.de codicillis.Tertiò fallit, quia hæreditas in codicillis dari nõ possit directè,nec institutioni simpliciter & purè factè codicillo abiici,l.quidam in suo.ff.de cõditionibus institution.Tamen bene poterit hæres in testamẽto institutus declarari in codicillis,vt l. assetoto.& ibi Angelus & Imo.ff.de hæredibus instituẽ dis,puta si testator in testamẽto ita dicat.Illũ quem in codicillis hæredem fecero,aut declarauero,hęres esto:& posta in codicil. Titium hæredẽ instituit, talis institutio valebit iure directo, cùm satis censeatur in testamento facta, licet in codicillis fuerit declarata, taliter quod talis declaratio in codicillis facta licet inualidis ratione deficientis solennitatis valet,& tenet secundũ Ludouicum in dicto consilio clxxix. iij.col.in princip. per text. in lege. fin. ff. de rebus eorum qui sub tute. & est glossa in clementina, si religiosus. in fin. de procuratoribus. Prouiso tamen quòd testator in testamento expressam fecerit mentionem de illa declaratione in codicillis fiẽda. secundum Bald. & Salyc.in d.l.non codicillum. & Iasonẽ in dicta l.prima,& secunda.C. de codicillis. prout etiam clarè elicitur ex textu dictæ l. assetoto. Quintò fallit, vbi extraneus in codicilis hæres instituetur in certa re particulari, quia talis institutio valeret iure directo, cùm ille non habeatur loco hæredis, sed potius legatarius sit censendus.l.quoties.C.de hæredibus instituẽdis secundum Bald. in l.omnimodo. C. de inofficioso testamento. Quod verum intelligatis, prouiso, quòd in testamento fuerit aliquis hæres institutus, & notanter extraneo in certa re in codicillis instituto, dixi, vt talis institutio directè valeat, quia extraneus cùm non sit de necessitate instituendus, habetur omnino loco legatarij, vt d.l.quoties. quod sec⁹ esset in filio testatoris, quia quantumcunque hæredem instituisset, & postea in codicillis filium in re certa instituisset, talis institutio non valeret: imò filius tanquam præteritus dicere posset testamentũ patris nullum.
59 quia †filius de necessitate debet in testamento patris ☞ in aliquo saltẽ vno numo aut obolo, [De quo plenè habetur super verbo, *in eodem testamento relinq.* primo.] hæres institui, aliàs testamentum est nullum.Ita dicit Bal.in d.l.non codicillum. C. eo.& dicta l.omnimodo. imò plus dicit Bal.in d.l.non codicillum. quòd licet persona hæredis instituti in testamento possit declarari in codicillis, vt d.l. assetoto. Tamen relictum filio in testamento non poterit in codicillis declarari relictum iure institutionis: quia licet persona declarari possit, non tamen substantia institutionis, nisi filius in testamento non institutus acceptare vellet declarationẽ institutionis in codicillis factã, secundum Ludouicũ in dicto cõsil. secunda col. Similiter è conuerso pater qui in testamento filium instituit in totũ vel in parte, vel aliqua re particulari, prout de necessitate tenetur,non posset postea in codicillis illam institutionem reuocare,aut relictum filio iure institutionis cassare: cùm cedat filio loco paternæ hæreditatis, quæ in codicillis auferri non potest, secundum Bald. in authenti.ex causa. C.de liberis præteritis, vel exhæredatis. & in d.l.omnimodo. & est *communis opin.* secundum
60 Ludoui. in dict. consil. † Secundò differunt testamentum & codicillus: quia per testamentum adimi potest hæreditas semel data: quinimò testator qui semel in testamento hæredem instituit aliquem, postea alium instituendo in alio testamento, tacitè adimit hæreditatem primo: Cùm semper per vltimum testamentum dicatur primum reuocatum. vt plenè dixi ŝ in verb. *Testamentũ*. secundò, sed in codicillis adimi non potest hæreditas, sicut nec dari,vt vidistis. Fallit in sequentibus casibus. Primò vbi in codicillis instituti essent liberi testatoris, vel alij immediatè ab intestato succedentes, si testator liberos non habeat.Nã cùm per tales codicillos rũpatur testamentum antea factum, in quo extranei fortè fuerant instituti. l. hac consultissima. §.si quis autem.C. eo. & l.ij.vbi hoc not. Bart. ff.de iniusto rupto testa. Certè eo casu per tales codicillos hæreditas directò adimitur & aufertur hæredibus in testamento institutis, secundum Bar.in d.l.militis codicillis.ff.de testam. mili. circa quæ videatis quæ plenè dixi suprà, *Testamentum*.primo.in xij.fallẽtia. Et talis hæreditas directè. & sic integraliter pertinebit hæredibus institutis in codicillis. Secundò fallit,vbi testator in codicillis hæredem in testamento institutum declararet indignum.Nam licet quantumcunque testator in codicillis diceret. nolle hæredem suũ in testamẽto institutum aliquid habere de bonis suis:talia verba non nocent hæredi,per text.in d.l.militis codicillis.§. veteranus. tenet Paulus, quem ibi sequitur Iason.in l. hæreditas. C.de his quibus vt indig. tamen vbi testator declararet hæredem indignum in codicillis: quia tunc hæreditas illius indigni fisco pertineret,aut venientibus ab intestato, iuxta ea quæ plenè habuisti ŝ.in ver. *Condidit*,secũdo.ante fin.talis declaratio valebit, & hæreditas ab illo indigno auferetur,& applicabitur fisco,vel venientibus ab intestato, quanuis indignitas nõ fuerit specificata, secundũ doctores prædictos in d.l.hæreditas.Ideo dicit Azo. in summa.C.de codici. & Bal.in d.l.hæreditas.quòd hæres in testamento institutus, aut ab intestato succedens, potest in codicillis declarari non mereri hæreditatem habere, siue sit solus hæres, siue vnus de pluribus. Tertiò fallit,quia licet hæreditas nõ possit vltra casus prædictos auferri in codicillis directè, & sic integraliter, tamen poterit adimi & auferri indirectè per obliquum. putà si testator dicat in codicillis,hæreditatem meã restitui volo Titio. Quo casu hæres institutus in testamento,si codicillans testamentum fecerit,vel hæres ab intestato succedens, si nullũ testamentũ fecit, tenebitur mortuo codicillãte hæreditatẽ restituere Titio retenta quarta Trebellianica iure restitutionis, ne hæredis nomẽ habuerit
61 in vanum,sibi debita retenta,†quia verbum restitui, est indi-

BIU Cujas

est indirectũ. Et idem puto si codicillãs vsus fuerit verbis directis: quia ex natura codicilli obliquãtur, ita quòd talis hæreditas iure fideicommissi pertinebit Titio, quarta Trebellianica apud hæredẽ legitimum vel testamentarium remanẽte. l. Scæuola. ff. ad Trebellia. [De quo plenè habetur super verbo, *Si absq; liberis moreretur.* secũdo. in materia fideicommissa substitutio.] Quartò † fallit, quia licet in codicillis nihil possit quis directè disponere, vt dictũ est, tamen clausulam derogatoriam ad futura testamenta in primo testamento appositã potest testator in codicillis reuocare, & valebit talis reuocatio, adeò quòd si posteà aliud faceret testamentũ, tale testamentum simpliciter factũ absque primi derogatione valeret, acsi expressè fuisset priori derogatum, quod est menti tenendum pro limitatione l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. Ita singulariter decidit Sali. quem ibi sequitur Alexan. & Iason in l. ij. C. de codicil. & Ang. in §. penult. Institutio. de codicil. de quo plenè habuistis suprà in verb. *Testamẽtum.* secũdo. Quintò & vltimo fallit in legatis in testamẽto relictis, quæ directè & absque diminutione auferri possunt, & adimi in codicillis. Instit. de adẽp. lega. per totum. † Vnum tamen singulariter menti tenebitis, quòd ademptio vel diminutio relictorum in testamẽto facta in codicillis per verba generalia non extenditur ad ea, quę in testamento relicta fuerant ad pias causas. Quinimò integraliter debebuntur, nisi specificè fuissent reuocata. text. est singularis loquens in alimentis, quem ibi Nicolaus de Neap. propter rationis identitatem ad alia pia extendit, in l. libertis. la ij. §. postumus. ff. de alimen. & ciba. lega. quem refert & sequitur Ludo. in repet. authẽ. similiter. in iij. parte. C. ad legem Falcidiã. cum quo transit Alexã. in d. §. posthumus. Tertiò † differunt codicillus & testamentum: quia exhæredatio filij fieri potest in testamẽto, dicta l. nó codicillum. C. eo. Sed non in codicillis. Instit. de codic. §. codicillis autem. Quartò differunt. quia hæredi purè instituto in testamento non potest adiici cõditio in codicillis, Instit. de codicil. §. directè autẽ. & sic quemadmodum hæreditas à iure vel homine data, adimi non potest in codicillis, sic etiam nõ potest datio illius seu hæredis substitutio suspendi. Quintò, quia hæredi instituto in testamento, aut venienti ab intestato, non potest in codicillis directè substitui, vt talis substitutio valeat iure directo, quia hoc fieri non potest, secundum Sali. in l. humanitatis. in fine. C. de impube. & aliis substitu. nec etiã substitutio in testamento facta, potest directè reuocari in codicillis. l. hæreditatẽ. C. de codicil. præterquàm in milite, vbi sicut institutio, ita & substitutio directè fieri poterit in codicillo militis. l. quærebatur. l. tribunus. & dict. l. militis codicillis. ff. de testamen. milit. secundum Sali. in l. in testameno. C. de testamẽ. milit. Et idem in personis militibus æqui paratis, de quibus dixi suprà. Et quod dictum est substitutionem directam in codicillis pagani factam, non valere, intelligatis iure directo. Sed bene valet indirectè iure fideicommissi, vt d. l. Scæuola. ff. ad Trebellia. De hoc pũcto, qualiter intelligatur, videbitis infrà super verbo, *Adiciens vt Altherocha.* † Et hæc omnia vt fieri nõ possint in codicillis, non sine causa fuit statutum, vt testamentorum vsus non pereat, & ne iura testamẽtorum & codicillorum confundantur inuicẽ, vt dicit tex. in d. §. codicillis autem Insti. de codi. & d. l. si idem. C. de codic. Nam si omnia quæ possunt in testamento fieri, possent & per codicillos expediri, testamẽta abolerẽtur, atque in desuetudinem abirent, attento q̃ codicilli facilius fiunt, & cũ minore solẽnitate expediri possunt. Sextò † differunt, quia in testamento requirũtur septẽ testes masculi, & rogati. inst. eo. ti. §. j. & §. testes. Sed in codicillis sufficiũt quinq; nõ rogati, sed fortuitò veniẽtes siue sint masculi, siue mulieres. l. fin. iuncta glo. in fin. C. de codi. Sed aduertatis, quia glos. ibi dicit, q̃ mulier potest esse testis in codicillis, nõ tamẽ dicit, q̃ omnes quinque testes in codicillis requisiti possunt esse mulieres. Imò si omnes essent fœminæ, codicilli non valerẽt: quia fœminæ fragiles sunt & varię, & corruptibiles. cap. forus. de verb. signi. secus si maior pars testium in codicillo requisitorum essent masculi. arg. l. si quis ex argentariis. §. j. vers. sed si omnes. & quod ibi voluit Iac. But. & Bal. ff. de eden. & Ang. cõsi. j. & ita hoc dubiũ ab alio nõ tactum decidit Barba. in c. relatum. ix. col. versi. Sed vnum considera, quod est nouum. §. eo. tit. Ideo cùm in testamẽto mulier testis esse non possit, testamentũ in quo non essent omnes testes masculi, sed clausulã cõtineat codicillarẽ expressè vel tacitè, valebit vt codicillus, cùm valere nõ possit vt testamentũ, secundum Ioan. Fab. & Ang. in §. testes. Instit. eo. tit. quos refert & sequitur Iason in d. l. si C. de codicil. Septimò † differunt, quia vnus & idem decedere non potest cũ duobus testamẽtis, vt plenè dixi §. verb. *testamentum.* ij. Sed bene decedere potest cum duobus, aut pluribus codicillis valid is, nisi sibi cõtradicerent. l. diui. ff. de iure codicillo. Quo casu, si sibi contradicant, & essent eadem die facti, ita quòd non appareret de ipsorũ prioritate vel posterioritate, nõ valerent, vt not. gl. Bar. & Bal. in l. iij. C. de codicil. Aliàs si de prioritate appareret. vltimus codicillus præualeret. Et præsumitur vltimus in quo adimitur, quod in altero fuerat relictum. Cùm priuatio præsupponat habitum, vt in simili no. Bal. in proœmio Codicis. Octauò differunt, quia si quis dum esset filiusfamiliâs, fideicõmissum in codicillis reliquerit, & postea filius familiàs factus in eadem volũtate decesserit, valebũt codicilli, quod esse non potest in testamẽto. l. j. §. sed & si filiusfamiliàs. ff. de leg. iij. Similiter † codicilli fieri possunt tempore medio inhabili, quo quis sit intestabilis, dum tamen tempore testamenti, & mortis fuerit testabilis. l. conficiuntur. §. si post. vbi Bart. ff. de iure codicil. Ex quibus omnibus resultat, † quòd codicillus est quædam breuis sine hæredis institutione dispositio vltimæ voluntatis, quæ sicut testamentum morte confirmatur. C. de caducis tollendis. l. vnica. & de celebratione missa. capitul. cùm Marthæ. & ab illo duntaxat fieri potest, qui testandi ius habet, & illi fit, qui ex testamẽto capere potest, de quib⁹ habetur in l. si quæramus. in glo. ff. eod. & Institu. quibus non est permis. facere testamen. § fin. iuncto §. legari. Instit. de lega. Ideo decidit singulariter Bal. in l. ne casu. C. de discussori. li. x. quòd licet aliàs de facto obtinuerit, non fore necesse codicillos simpliciter coram testibus nuncupatiuè factos publicari per iudicem, sicut publicari debet testamentum. l. publicari. C. eod. Tamen aliter putat ipse esse tenendum, quòd imò requiratur publicatio, sicut requiritur in testamento. † His igitur differentiis inter testamentum & codicillum consideratis, non sine ratione fuit singulariter decisum in d. l. fi. C. de codic. quòd quis nõ posset ex eadem scriptura hereditatem petere, & ex testamento, & tanquam ex codicillo. Quinimo si

semel

ſemel vnam viam elegerit, nõ poterit illam mutare ad aliam redeundo, quod procedit ſiue iſtæ duæ viæ, ſcilicet ex teſtamẽto, & ex codycillis nõ concurrãt ſiue cõcurrant origine: vt quia in eadẽ ſcriptura dictũ fuerit, ꝙ valeat iure teſtamenti & codicillorum, quo caſu iſtę duæ vię electione tollũtur, vt ibi. Adeò quòd ſi inſtitutus viã elegerit ex teſtamẽto, & ſuccubuerit, nõ poterit poſtea agere iure codicillorũ, vt hæreditatem habeat ex fideicommiſ. Nam cùm hæc remedia ſint cõtraria, ſcilicet petere hæreditatẽ directè ex teſtamẽto, & poſtea iure fideicõmiſſi ex codicillis, electione tolluntur. l. quod in hæredẽ. §. eligere. ff. de tribu. act. Et ratio eſt, quia poſtquàm quis agere cœpit ex teſtamento, acquiſitũ eſt ius venientibus ab inteſtato, caſu quo teſtamẽtũ nõ valeat: ergo iure eis ſemel quæſito non licet ei variare in eorum præiudiciũ. l. fin. ff. de pactis. Ita dicit Lud. Rom. cõſi. cxxv. inci. mater & ſoror. Et idem eſſet ſi è cõuerſo hæres viã codicillorũ elegiſſet, quo caſu cùm ſuccedentibus ab inteſtato fuerit ius quæſitũ, vt à cætero non teneantur, niſi iure fideicõmiſſi. & ſic retẽta Trebelliãica hęreditatẽ reſtituere, nõ poſſet poſtea hæres variando ad viã teſtamẽti redire petendo integrã hæreditatẽ directè, vt dicta l. fin. C. de codicil. Et hoc verũ intelligatis in hærede, vt nõ poſsit vna
72 via electa poſtmodũ variare: † ſecùs tamen eſſet in creditorib⁹ hæreditariis vel legatariis, qui licet agere elegerunt contra hæredes legitimos ab inteſtato ſuccedentes, tamen poſtea ſi eis videatur teſtamentũ valere, poterunt redire cõtra hæredẽ teſtamentariũ, & ecõtrà, vt eſt text. ſingularis iuncta gl. magna. in l. fi. vbi Bar. in j. col. quem ſequitur Angel. & Paul. in l. controuerſia. ff. de tranſactio. Prętereà ſanè intelligatis prædicta, ſcilicet, ꝙ electa vna via præcluditur altera illi diuerſa, vbi ambæ deſcendunt ex eadẽ ſcriptura & diſpoſitione eiuſdem teſtatoris, ſecus ſi ex diuerſa tex. eſt in l. Aurel. §. fi. ff. de liberatio. lega. vbi vxor cui maritus debitor per fideicõmiſſum, reliquerat debitũ, exegit ex præcedẽti obligatione: Poſtea verò cùm probare nõ poſſet, admiſſa fuit ad debitum petendum ex cauſa fideicommiſſi. Et propriè dicta l. fi. C. de codicil. loquit in principali hærede, qui variare non poteſt, vt ibi eſt tex. ſingularis, qui fallit in duobus caſibus. Primò, vbi hæres in teſtamento inſtitutus, ex iuſta & probabili ignorantia viam elegiſſet incompetentem: quia tunc poſſet de iure quandocunque variare, & aliam viam eligere. Puta quia fortè habuit iuſtam ignorantiam codicillorum, quibus non poteſt videri renunciatum. Cùm quis iuri quod ignorat, non videatur renuntiare. l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtamen. vnde eo caſu locum non habet dicta l. fin. ſecundum Bald. Angel. Sal. & Alex. ibi, Sed Barto. tenet contrariũ, quòd imò ignorãtia ei præiudicet, cum quo tenet Paul. Tamen fatẽtur, quòd licet ignorãti ipſo iure nõ ſuccur
73 rat in his quæ ſunt rigoris, vt in caſu dictæ l. fin. † Tamẽ ſuccurretur per viam reſtitutionis in integrum. ſaltem ex clauſula generali: Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, &c. l j. ff. ex quibus cau. ma. Prouiſo tamẽ ꝙ hæres eam putat infra quadrienniũ à tempore cognitæ læſionis. & hæc opinio, quòd hęredi ſuccurratur per viã reſtitutionis eſſe tutior hæredi, ſecũdum Lud. in dicto cõſi. licet in puncto iuris teneri poſſet, quòd ipſo iure poſſit hæres quandocunque ad aliam viam ignoratam redire, ſecundum Iaſo. in dicta l. fi. Secundò fallit diſpoſitio dictæ l. fin. in aſcendẽtibus & deſcendentibus vtriuſq; ſexus, & agnatis vſq; ad quartũ gradum, & cognatis vſque ad tertiũ, quibus electa vna via datur ſingulare variãdi priuilegiũ, vt patet in quarta parte dict. l. fi. Quod eſt verũ, etiam ſi in teſtamẽto non eſſet clauſula codicillaris, ꝙ fortè codicilli fuerant ad partẽ facti, ſiue dicta clauſula eſſet in teſtamento adiecta, prouiſo tamen ꝙ illi deſcendentes ſint verè filij. de quibus propriè loquitur tex. in dicta l. fi. ibi, vero nexu. qui locũ non habet in adoptiuis vel arrogatis, quia non dicuntur veri filij, ſed filiorũ imaginẽ habent. l. filio quẽ pater. ff. de liberis & poſthu. ſecundũ Ange. in dicta l. fi. Prætereà quod dictũ eſt de agnatis, intelligatis ſolùm habere locũ in aſcẽdentibus & deſcẽdentibus liberis. qui ſi ſunt ex linea maſculina, ſunt agnati vſque ad tertiũ gradum. Et ſi ſunt per lineam fœmininam, dicuntur agnati vſque ad tertiũ gradũ, & de illis loquitur dictũ variandi priuilegiũ. Sed in aliis agnatis vel cognatis trãſuerſalibus, etiam ſi ſint fratres vel ſorores, non procedit dictũ priuilegium, ſecũdum gl. in verbo, agnationis. in dicta l. fi. quam ibi omnes ſequuntur, & Lud. in dicto conſilio. Nam illis tranſuerſalibus non competit querela contra teſtamentũ. l. fratres. C. de inoffi. teſt. Sed bene cõpetit aſcẽdentibus & liberis l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. Similiter tale priuilegiũ variandi non cõpetit, vbi clarè conſtaret iudici, quòd filio competeret hæreditas ex teſtamento: quia tunc electa illa via variare non poſſet, agere volendo ex codicillis, per tex. in l. filiũ emancipatum. ff. de acquirẽda hæreditate. quem ſic oportet intelligere. Pariter dictum priuilegium in talibus aſcendentibus vel deſcendentibus locum non habet, qui ab inteſtato non ſuccederẽt, veluti ſi per ſtatutum à ſucceſſione excluſi eſſent, tamẽ in teſtamento inſtituti, vel ſi eſſent tales, qui in ſuccedẽdo ab inteſtato non tenerẽt primũ locum: quia fortè alius eos præcedit in gradu. Quoniã ſi tales in teſtamẽto hæredes inſtituti ſemel intentauerint viam teſtamenti, non poſſent poſtea intentare viam codicillorum & fideicommiſſi, nec ecõtra, quia illi tales non dicuntur pati damnum, ſuper quo fundatur dicta l. fin. ſed potius certant de lucro, vt in dicto cõſilio cõcludunt ſingulariter Ludo. Fulg. & Alex. in dicta l. fin. Et per eandem conſiderationem dicit ibi Iaſ. iiij. col. ꝙ licet pia cauſa in his teſtamẽtariis cauſis gaudeat priuilegio liberorũ, prout ſuperiùs tetigi: tamen quia quãdo eſt hæres inſtituta non certat de damno, cùm aliàs teſtatori nõ ſucceſſiſſet ab inteſtato, ſicut liberi & aſcendentes, ſi hæres inſtituta ſemel vnã viam elegerit, non poterit ad alteram poſtea recurrere, nec priuilegiũ habebit variãdi quod ſolùm illis cõpetit, qui certant de damno, vt dicit text. in dicta l. fin. Tamen Iaſon ibi non figit pedem.

Laus Criſto Ieſu domino noſtro.

SVMMÆ

1 ☞ *Donatio cauſa mortis non venit appellatione teſtamenti.*

2 *Vſurarius poteſt cauſa mortis donare, licet non teſtari.*

3 *Donatio cauſa mortis, in quibus codicillo conueniat.*

4 *Donatio cauſa mortis, & codicilli quando valeant cum duobus teſtibus.*

5 *Pupillus ſicut teſtari non poteſt etiam ad pias cauſas, ita nec cauſa mortis donare.*

6 *Donatio cauſa mortis quid, & quare dicatur.*

Donatio

7 *Donatio causa mortis triplici ex causa fit.*
8 *Mors præuidenda.*
9 *Catonis constantia & innocentia.*
10 *Lucij Crassi integritas.*
11 *Cnei Carbonis mortem timentis historia.*
12 *Bruti in morte dedecus.*
13 *Cicero se occisoribus obtulit.*
14 *Sanctorum festa die, qua mortui sunt, non die qua nati, celebrantur.*
15 *Xerxes propriæ mortis timidus.*
16 *Virtutis nomine simpliciter intelligitur patientia.*
17 *Anaxagoræ dictum, nuntiata sibi filij morte.*
18 *Caij Cæsaris verecundia.*
19 *Eleazarus volens ibat ad supplicium.*
20 *Donatio causa mortis aliis fit modis.*
21 *Crudelitas alicuius potentis iustum inducit timorem mortis.*
22 *Donatio iudicatur in dubio facta inter viuos.*
23 *Mortis mentio censeri facit donationem causa mortis, nisi in casibus.*
24 *Pactum de non reuocãdo facit donationem censeri inter viuos, licet in ea fiat mentio mortis. & n. 25. 26. & 27*
28 *Donatio causa mortis legatis æquiparatur.*
29 *Promittens non contrauenire, intelligi debet secundum naturam contractus.*
30 *Donationis causa mortis triplex forma.*
31 *Donatio causa mortis an fieri possit absenti. & nu. 32.*
33 *Donatio causa mortis an cõtractui magis accedat, quàm vltimæ voluntati.*
34 *Donatio causa mortis potest tripliciter considerari.*
35 *Statutum prohibens contrahere, locum habet in donatione causa mortis.*
36 *Donatio causa mortis sola morte confirmatur.*
37 *Donationi causa mortis quãdo sit necessaria aditio hæreditatis.*
38 *Actiones ex donatione causa mortis sunt instar actionum bonæ fidei licet sint stricti iuris.*
39 *Donatio causa mortis quando pariat actionem ex testamento.*
40 *Cautio Mutiana locũ habet in donatione causa mortis,*
41 *Donatio causa mortis tribus modis ipso iure reuocatur.*
42 *Iniuria per donationem causa mortis remissa non reuiui scit, etiam si conualeat donans.*
43 *Mortis causa capio quid.*
44 *Mortis causa capio, & donatio in quibus differant.*

Testamentum IIII.

1 EX hoc datur vobis intelligi, quòd † sicut egregius noster Raynutius codicillari non curauit, ita nec donare causa mortis, sed solenniter testari voluit. Licet enim donatio causa mortis species sit vltimæ voluntatis: tamen non est testamentum, nec codicillus: imò ab eis differt. Ideo consuluit Bald. consilio clxij. incipi. quæritur, quòd licet vsurarius manifestus non præstita cautione testari non possit nec codicillari, capit. quan-
2 quam. de vsur. libro sexto. † Tamen donare causa mortis poterit, seorsum tamen à testamento. Idem voluit consilio clxvj. etiam incipien. quæritur. & consilio ccxxvij. incipien. Quidam Petrus in fine. quod qualiter intelligatur, videatis Dominic. de sancto Geminiano, in dicto capitu. quanquam. §.
3 omnes autem. super glos. fina. † Conuenit in quibusdam cum codicillo: quia in ea, sicut in codicillis sufficiunt quinque testes etiam non masculi, neque rogati. l. fin. in fine. C. de codicil. valeret tamen coram duobus testibus facta, & etiam codicillus vbi esset statutum vel consuetudo, quòd testamentum fieri posset cum duobus testibus, prout est Tolosæ, & in hac Caturci ciuitate, secundum Bald. & Saly. in l. fin. C. eo. arg. l. cùm hic status. §. si miles. ff. de dona. inter virum & vxo. & l. si quis in principio testamẽti, §. miles. ff. de lega. iij. Nam cui quod plus est licet, non debet quod minus est non licere. l. non debet. ff. de reg. iur. & c. cui licet. illo eod. tit. in sexto. Idem tenet Alex. in l. j. ff. de leg. j. Si autem statutum diceret, quòd testamentũ valeat coram quinque testibus, tunc codicilli fieri non possent, nec donatio causa mortis corã minori numero, secundũ Bart. & Alex. in d. l. ij. & dixi s. in verb. *Testamentum.* iij. in princip.
4 † Similiter valeret cum duobus testibus, si fieret in præsentia iudicis, secundum Bald. in l. pacta nouissima. C. de pactis. & pariter si fieret inter duos milites, prout loquitur l. licet. C. de pactis. secundum Ludo. singulari xxix. super litera d. incip. quæro tu scis, &c.

Prætereà conueniunt in alio, quia sicut hæreditas directè dari nõ potest in codicillis, & si daretur, valeret solũ iure fideicõmissi, vt plenè vidistis s. in verbo, *Testamentum.* iij. Sic etiã dari nõ poterit directè in donatione causa mortis. l. licet. vbi Bart. & Doct. C. de pactis. quos sequitur Iason, in l. j. C. de codicillis. Et sicut quãdo codicilli fiunt in scriptis, requiritur subscriptio quinque testium. l. fi C de codicil. sic in donatione causa mortis, vt ibi in fine. iuncta l. in
5 donationibus. C. de donat. Tamen sigilla nõ requiruntur secundum Iaso. in dicta l. fina. Et † sicut non ☞ potest pupillus, [De quo plenè habetur in verbo, *Adiectæ impuberi.* & vide etiam ibi in fine.] testari etiã ad pias causas, ita nec donare poterit causa mortis. l. j. post princip. ff. de tut. & ratio. distra. quam ad hoc dicit singularem Imo. in dicta l. ij. ff. de lega. j. & Bal. in c. cùm omnes. xvj. col. de cõsti. dicens per illũ tex. l. j. §. j ℣ prohibitus testari, etiã prohibitus cẽse-
6 tur donare causa mortis. † Est enim donatio causa mortis quædã ex mortis vel alterius instantis vel futuri periculi consideratione vel metu dispẽsatio voluntatis. ff. de don. cau. mor. l. ij. Quod tamen intelligit Hosti. dũmodò fuerit liberaliter facta, licet causa donandi fuerit ipsa mors siue spiritualis, scilicet animæ: vt quia memor beneficij, aut seruitij suscepti timore ductus, ne anima sua patiatur, donauit, valet donatio: quia talis timor ex virtute procedit, & sic appetẽdus, iuxta illud Eccle. j. Initiũ sapiẽtiæ timor domini. Nec talis timor actum vitiat spiritualem, putà professionẽ aut matrimoniũ, nec actum seculare veluti testamẽtum vel donationẽ. c. sicut. de regula. Et idẽ est in timore mortis naturalis, vt in grauiter infirmo. Idẽ in timore mortis accidẽtalis casualis, vt in timẽte periculum ruinæ, naufragij, vel incendij, aut hostiũ, vt bellũ intraturo, vt in casu nostro. Secùs tamen esset in timente mortẽ violentã ab homine sibi inferri: quoniã talis timor actũ inualidat, vt plenè dicit Pan. in dicto cap. sicut. Nam timor mortis spiritualis, aut casus à Deo procedit, violentiæ verò ab homine: ideo si causam mortis sibi comminanti rem suam cõferret quis, talis donatio non valeret, quanuis periculũ mortis immineret. l. metũ. ff. quod met. causa. quod est verũ si metus sibi inferretur, vt donaret, aliàs secus l. ij. & iij. ff. de dona. causa. mor. vbi di-
7 citur, † quòd hæc mortis causa donatio triplici ex causa fit. Vno modo, cùm quis donat causa mortis nullo

BIU Cujas

nullo imminente periculo mortis. Sed est quis sanus mente, & intellectu ac corpore, tamẽ cogitat se quãdoque moriturũ, & nescit quando, qualiter, nec vbi iuxta illud Ecclesiast. j. Memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Cùm nil certius morte, nec
8 incertius hora eius. l. j. ff. de condi. & demonst. † Ob quod mors propter illius incertitudinẽ timenda est, secundùm gl. in verbo, mortis. Insti. de dona. §. j. Timenda dico, id est, præuidẽda, seu memorãda, vt opportunè vnusquisq; disponat, præsertim de cõscientia, aliàs autẽ vbi aliquid virtutis exercetur, timenda
11 non est, nisi aliquid facinorosè agitur.] Videtur tamen August. lib. ix. de ciuitate Dei, cap. iiij. quòd virtuosi plus mortẽ timere debent. Vnde Christus eam timens Matth. xxvj. Pater mi, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste. de quo allegat exẽplum August. vbi suprà, de quodam discipulo Socratis, qui in periculo mortis cõstitutus multũ timens mori, fuit à quodã derisoriè interrogatus, cur tantùm mori timeret: respõdit, Habeo animã scientia & virtutibus nobilitatam, quam timeo perdere plus quàm tu, qui forsan ita qualificatus non existis. Attamẽ peccatores eam summè timere debẽt, timore pœnæ æternæ, quam corporaliter moriendo adipiscantur. Et econtrà virtuosi patienter eã sustinere debẽt: quia est eis
12 principium vitæ æternæ. vt sequitur: vnde Christus, vbi suprà, Pater mi, inquit, si nõ possit hic calix trãsire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.] Vnde Ouid. lib. de Ponto. *Genus*, inquit, *est mortis male viuere.* Et ideo dicit Seneca, Vis bene mori, disce bene viuere, & ad Lucillum, Quid turpius, inquit, quàm senex viuere insipiens? subiungens ad eundem dicit: Ante senectutem curaui vt bene viuerẽ, vt in illa bene moriar. quia secundum Ouid. lib. de Ponto. Genus est mortis malè viuere. discas igitur quasi semper victu-
13 rus. Sic viuas quasi statim moriturus, iuxta illud Ciceronis in lib. de Senectu. Quid quod sapiẽtissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? & in libro paradoxor, Mors. inquit, terribilis est his, quorum cum vita omnia extinguuntur: non his quorum laus emori non potest. quos Statius in Thebaidos lib. vij. excitat atque confortat dicẽs, *Ite alacres, vestri nunquam morientur honores.* quia secundum Senecam in libro de quatuor virtutibus: Timidum nil facit animum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia. Vbi autem non potest vita reprehendi, timendũ non est, prout non timebat Cato ille superior, qui teste Plinio quadragies quater, & Plutarcho quinquagesies accusatus cũ magno discrimine vexaretur, & vltimo accusaretur, Tyberium Gracchum ei odiosissimũ in suum iudicẽ habere voluit.
9 De quo Vale. lib. iij. c. vij. tit. de fiducia sui. † Cato, inquit, superior sæpenumerò ab inimicis ad causæ dictionem vocatus, nec vllo vnquam crimine conuictus: ad vltimũ tantùm fiduciæ reposuit in sua innocentia, vt ab his in quæstionẽ publicã deductus. Tyberium Gracchũ, à quo in administratione reipubl. ad multũ odium dissidebat, iudicẽ de posceret. Qua quidem animi præstantia pertinaciã eorũ infectandi
10 se inhibuit. † Pariter Lucius Crassus apud maiores eloquẽtia clarissimus, cùm excõsule prouinciã Galliã obtineret, atq; in eam Cneus Carbo. cuius patrẽ damnauerat, ad speculãda acta sua venisset, non solũ eum inde nõ summouit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit. Nec vlla de re, nisi eo in consilium adhibito, cognouit. Itaque acer & vehemens Carbo, nihil aliud Gallica peregrinatione consecutus est, quàm vt animaduerteret, sontem patrẽ suum ab integerrimo viro in exiliũ missum. Hæc ille. Quibus exemplis patet bonis viris nihil esse etiam in morte timendum. Nihil enim mali est in morte, dicit idem Cicero, propterea non timeas eam. Nam legitur de morte Socratis & Catonis, qui (vt refert Valer. libro vij. cap. ij. ti. de sapiẽter dictis & factis) nec ad iudicium capitis matrimonium quæsiuit nec iudicibus supplex. Ratio enim vitam diligere, & mortem non timere præcepit, vt dicit Valerius lib. ix. c. xiij. tit. de
11 cupiditate vitæ. † Vbi Cneum Carbonem prædictũ, & Brutum ad mortem accitos, quòd breui momẽto risu digno, cupiditate vitæ mori distulerint, reprehẽdit. Cneus, inquit, Carbo magnæ verecũdiæ est Latinis annalibus. Tertiò in consulatu suo iussu Pompeij in Siciliam ad supplicium ductus, petiit à militibus demisse & flebiliter, vt sibi aluũ leuare, id est, euacuare aluum, id est, egerere, & ventrem purgare, prius quàm expiraret, liceret, quòd miserrimæ lucis vsu diutius frueretur, eoúsq; morã trahẽs, donec caput eius sordido in loco se dẽtis abscinderetur. Verba tale flagitiũ narrantis secum luctantur, nec silẽtio amica, quia occultari non merentur, neque relatione familiaria, quia dictu fastidiẽda sunt. & sequitur.
12 † Quid Brutus exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit, qui à Furio, quem ad eum occidendum Antonius miserat, comprehensus, non solùm ceruicem gladio subtraxit, sed etiam constãtius eà præbere admonitus (vt scilicet vno ictu facilius moreretur) ipsis his verbis iurauit: Ita viuã, dabo, vt tantisper dum iuraret, vitã prorogaret. O iurandi stolidam fidẽ. Sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subiicis, sanæ rationis modum expugnando, quæ vitam diligere, mortem
13 non timere præcipit. Hæc ille. Non sic Cicero, qui in villa sua existẽs occisoribus se obtulit, & Christus quem quæritis, inquit, & cùm respondissent: Iesum Nazarenum: dicit eis, ego sum, scientes quod dicit Seneca de Naturalibus quæstion. Pusilla, inquit, res est hominis vita, sed ingens res contẽptus vitæ. Hãc qui contempserit, securus videbit maria turbari, securus respiciet horridam faciem fulminantis cœli. Quid ad me, inquit, quàm magna sint, quib⁹ pereo? Non immeritò Didymus scripsit ad Alexandrum, Nos incolæ non sumus mundi huius, sed aduenæ. Iuxta illud Apostoli ad Heb. xiij. non habemus hîc ciuitatem manentem. Quod etiam & præclarus ille Latinorum orator Cicer. in eodem lib. de Senectute prædixerat. Ex vita ista, inquit, discedo tanquam ex hospitio. nõ tanquã ex domo. Cõmorandi enim natura diuersorium nobis nõ habitandi dedit. Subiungens mortem affectãdo: O præclarum diem, cùm in illud conciliũ cœtúmque proficiscar, & cùm ex hac turba & colluuione discedam. Profiscisar enim non ad eos solùm viros, de quibus antè dixi, sed etiã ad
☞ Catonem [De isto Catone plenius habetur j. super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. loquẽdo de his qui se interficiunt.] meũ, quo nemo vir melior natus est. nemo præstãtior, cuius à me corpus crematum est, q̃ cõtrà decuit ab illo meũ. Animꝰ verò nõ me deserẽs, sed respectãs ĩ ea, ꝓfecto loca discessit, quo mihi ipse cernebat esse veniendũ. Virtuosi ꝓfecto viri mortẽ potius affectãt, q̃ ipsam timeãt, iuxta illud Apost. ad
☞ Phili. j. Cupio dissolui, & esse cũ Christo. [De quo Baptista Mãtua. Parthe. Marianę. lib. j. sic dicit: Nam quid lõga dies hõis nisi lõga dolorũ colluuies? lõgi patiẽtia carceris ætas lõgior est, curs⁹ vitę Labyrintibus in

BIU Cujas

thus in ipsum ex vtero ingredimur, per limina mortis abimus, &c. Nã vt dicitur in ij. oratione ad Cæsarem senem de repub. in fin. Viuos interdum fortuna sæpe inuidia fatigat, vbi anima naturæ cessit dẽpris obtrectatoribus, ipsa se virt' magis magísq; extollit. † Ideo festa sanctorum celebrantur ab ecclesia die, qua mortui, & nõ die qua nati sunt: quia illa die qua moriuntur, nascuntur ad gloriã: dicit gl. singularis in l. cũ quidã. ff. de annuis lega. adde gl. insti. de ingenuis. in fi. Et hoc intendit Ecclesiastes vij. ca. vbi in prin. dicit, ꝙ melior est dies mortis, scilicet iustorũ, qui tunc viuere incipiunt, quàm dies natiuitatis. Propter quod vetus mos Gallorũ fuit, pecunias aliquãdo credere, & mutuò dare, sibi reddẽdas apud inferos. Quia cum ex doctrina Druidũ pontificum suorum (de quibus Cæsar in commentariis de bello Gallico, lib. vj. plenè meminit) animas crederẽt immortales, sicut Pythagoras palliatus, id est, Græcus pallio more Græcorũ indutus, credidit. Et sic maius præmium ex charitate à diis immortalibus cõsequi sperabãt post mortem perpetuò viituri. De quibus Vale. lib. ij. ti. de institutis antiquis, sic dicit, Horum, scilicet Massilienſium (de quibus prædixerat) mœnia egressi, vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria ꝓditũ est, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur dare, quia persuasum habuerint animas hominum immortales esse, dicerem stultos, nisi idem Bracchati sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit. Hæc ille. [Triplex est Gallia, scilicet Comata, quæ Lombardia dicit. Alia Togata ab Alpibus vsque ad mare Britãnicum. Bracchata Gallia Narbonensem prouinciam, & omnem regionem continet, quæ adiacet Rheno fluuio, in qua habitãtes dicuntur Bracchati, aut Trãsalpini, vide quæ dixi super verbo, *dotem quam ei dederat.* prope fin. vbi dixi de ciuitate Massiliæ.] Et sic nõ abs re, quinimò prudẽtissimè & catholicè ꝓspexit ecclesia, ꝙ mors sanctorũ vocatur eorum natalitiũ, secũdum Lyram ibi. In cuius vestigium Cygnus cãtat dum est moriturus, secundum Martialem Coecum, ibi:

Dulcia defecta moderatrix carmina lingua,
Cantor Cygnus funeris ipse sui.

Sic itaq; sapiẽs lætari debet, cùm moritur melius viuiturus, sicut Barbari faciũt, vt refert Solinus. Quia quando pueri nascuntur, magnum planctũ faciunt, & quando moriuntur magnum festum. Ob quod Thraciæ illa natio sibi meritò laudẽ vẽdicauit, quæ natales hominũ flebiter, exequias verò cum hylaritate celebrat. Et pariter Masilienses apud Romanos in hoc laudati fuere, ꝙ in funere dolori humano non indulgebãt, de quibus lib. ij. c. j. ti. de instit. antiquis Vale. sic dicit, Duę autẽ ante portas eorũ arcę. i. feretra, iacent: Altera qua liberorũ, altera qua seruorum corpora ad sepulturæ locum plaustro deuehũtur, sine lamẽtatione, sine planctu sine luctu funeris dies domestico sacrificio, adiectóq; necessariorũ coniuio, finitur, Et enim quid attinet, humano dolori indulgere? aut diuino numini inuidiã fieri, quòd immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit? Nam & Persarum admodũ probabile institutũ fuit, quòd liberos suos non prius aspiciebant, quàm septimum implessent annum, quò paruulorũ amissionẽ æquo-
15 re animo sustinerent. Hæc ille. Ob † quod detestatur & reprehenditur apud veteres rex Xerxes, qui propriã mortem timens tristando mortem aliorum fleuit, de quo idẽ Vale. lib. ix. c. xiij. tit. de cupid. vitæ præalleg. sic dicit, Eadem Xerxem regem pro totius Asiæ armata iuuentute, quòd intra centũ annos esset obitura, profundere lachrymas coẽgisti. Qui mihi in specie aliena, re vera suam conditionẽ deplorasse videtur, opũ magnitudine, quàm altiore animi sensu felicior. Quis enim etiã mediocriter prudẽs mortalem se natum fleuerit? quasi dicat nemo. Hæc ille. Mortem fateor grauissimum omnium dolorũ, atq; suppliciũ esse. l. vlt. mum. ff. de pœn. Quam nisi communissimã prouidens natura fecisset, qui eam toleraret, reor neminẽ inueniri posse. Quod dũ ita est, vt iaculatrix & falcigera illa nulli parcat, & propter hoc ꝓ antiphrasim cognominetur rectissimè parca, cedit prudentissimus ac modestissimus quisque necessitati, atque naturæ, cui dolere aut irasci, & amentia & temeritas est: quod tamen non tolerabit, aut quidem moderabitur homo capax rationis, & ingeneratià natura cõsilij, magnáque ex parte vicinus & similis Deo, cui demissa ac porrecta patientia auxiliatrix cœlitus est, quam nec superare virtutem, nec iugo premere vis vlla nequitiæ: cæterum neque postrema mors ipsa vllo pacto iam queat. Quia in electis Dei virtute nihil firmius ac magnificentius, & ad assequẽdam felicitatem commodius: imò in qua vna vel maximè summum bonum etiam Philosophi
16 contineri voluerunt. Qui † omnes virtutem absolutè cùm nominant, sine delectu patientiam intelligi censent, quæ in vita plus quàm cætera cuique sit necessaria: quoniam innumera & ineuitabilia nos vndique circunsepiũt mala, atque supplicia, quæ neque euinci, neque sustineri possent, nisi tãtæ virtutis præsidio, à qua opinione fides certa, & catholica nostra neque recedit, sed gratiam auspiciúmque diuinum superaddit humano conatui atque labori. Quid est per omniũ qui sapiũt fidẽ, & rectè fruũtur conscientia: quod Deo hominẽ æquè assimilet, atque consociet, vt in arduis fortitudo? in aduersis constantia? in infirmitatéq; lætitia? Hæc virtus primùm libidines frænat, iracundiã cohibet, factum deprimit, iniuriarum obliuiscitur, pacem populorum & ciuitatũ seruat, priuatos focos in beneuolentia cõtinet, paupertatẽ beat, oppugnationes veteratoris dæmonis eludit, perseuerantiam alit, artes & studia ad perfectum exitum ducit. Hęc, vt denique finiam, quicquid mali aduersíve accidit homini, mittit sub iugũ, & victori coronã imponit. De fortitudine & patiẽtia quas velut sorores, aut matrem, & filiam reputãs, Valerius, lib. iij. c. iij. tit. de patiẽtia, in princ. sic dicit, Egregiis pariter virorum ac fœminarũ operibus fortitudo se occulis hominum subiecit, patientiámque in mediũ procedere hortata est, nõ sanè infirmioribus radicibus stabilitam, aut minus genoroso spiritu abundãtem, sed ita similitudine iunctã, vt vel ex ea, vel cum ea nata videri possit. Hæc ille. Nã fortitudinis partes sunt patientia, & perseuerentia. Ergo ad propositum reuertendo tristandum non est de morte propria, nec aliorũ etiam suorum filiorum. Iuxta illud Ieremiæ xxij. Nolite flere mortuũ, neq; lugeatis super eũ fletu. Sed (vt dicit Valerius, vbi s̃ de institut. antiq.) remoueatur naturalis omniũ animaliũ dulcedo vitę, quę multa & facere, & pati turpiter cogit. Si id est, quia ea mortua, aliquãdo eius felicior, & bea-
17 tior reperitur finis. † Præterea considerare debent parentes, quòd Anaxagoras dixisse fertur, nuntiata sibi morte filij, de quo Valer. lib. v. c. x. ti. de obitu liberorum in fin. sic dicit, Nec Anaxagores quidem supprimẽdus est, audita nãque morte filij, nihil, inquit, mihi inexpectatũ, aut nouũ nuptias: Ego enim illum

illum ex me natum sciebam esse mortalem. Has voces vtilissimis præceptis imbuta virtus mittit, quas si quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit ita liberos esse procreandos, vt meminerit his à rerũ natura & accipiẽdi spiritus, & reddẽdi eodẽ momẽto temporis legem dici, atque mori neminẽ solere, qui non vixerit: ita nec viuere aliquem quidẽ posse, qui nõ sit moriturus. Hæc ille. Quapropter dolendi non sunt parentes, neque liberi. Et si dicatur, quòd Dauid filium suum Absalonem quanuis ingratum planxit, & fleuit amarissimè, 1. Regum xviij. Certè hoc fecit, quia verisimiliter eum videbat etiam spiritualiter mortuum, velut in persecutione patris occisum, & sic in peccato damnatum, Quoniam de alio puero suo, quem ex Bethsabeæ susceperat, nõ fleuit: imò eo mortuo destrato surrexit, hilarique vultu panem comedit, & Bethsabeæ cõsortem cõsolatus est. Quia sciebat eum velut innocentem viuere in æternum, vt habetur. ij. Regum xij. Et sic de illorũ morte sola corporali gaudere debemus, vt patet ex suprà dictis. Nam anima nunquam requiescet, donec suo iungatur creatori, secundũ Philosophum in lib. de Pomo. iuxta illud Psalm. xvj. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Et hoc est quod dicit Bal. in capit. bonæ. el ij. in princip. de postu. præla. quòd mors appellatur principium viatoris, quia tendit ad vitam. Et Cicer. de somnio Scipionis, Omnibus. inquit, qui patriam auxerint, adiuuerint, atque seruauerint, certum in cœlo esse diffinitum locum, quo beati sempiterno æuo fruuntur: imò tales post mortẽ in præsenti seculo adhuc viuere per gloriam intelliguntur. Institu. de excu. tut. §. j. in fin. & l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legẽ Aquil. Nam homines virtute ac verecũdia præstantes nõ mori dicuntur. Sed quia viuentes habitaculum spiritus sancti fuerunt, Deus immortalis in hũc modum sedẽ suam repetit. Prout de Iulio Cæsare viro vtique virtuoso Valer.
18 lib. iiij. cap. v. tit. de verecundia sic dicit. † Quam scilicet verecundiam, & omnem virtutem, præcipuam in Caio quoq; Cæsare fuisse sæpenumero apparuit, & vltimus eius significauit dies. Cõpluribus enim parricidarũ violatus mucronibus, inter ipsum illud tẽpus, quo diuinus spiritus mortali secernebatur à corpore, ne tribus quidẽ & viginti vulneribus, quin verecundiæ obsequeretur, absterreri potuit. Siquidẽ vtraq; togam manu demisit, vt inferior pars corporis tecta collaberetur. In hunc modũ non homines expirãt, sed Dij immortales sedes suas repetũt. Hæc ille. Quasi dicat, quòd sic morientes repetunt sedes suas, scilicet cœlestes effecti dij immortales. Quia intellectus hominis est ad instar solis q oritur, vadit & rediit, sed nunquam moritur, secundum Bal. s. in proœmio. Hos siquidẽ taliter defunctos idẽ Valer. lib. v. cap j. tit. de humanitate & clementia. in fin. sic alloquitur: Vos quoq; fortes ac piæ vmbræ non pœnitendas sortitæ estis exequias. Nam vt optabilius in patria, ita speciosius pro patria collapsæ, supremi officij decus infelicitate amissum, virtute recuperastis, vt de Lælio & Scipione loquit Cicero, interdũ innuens animos bonorum coporibus exutos continuò beatos fore, dicens etiam Socratem dixisse, animos hominũ esse diuinos. Hísq; cùm è corpore excessissent reditũ ad cœlũ patere. Id si ita est, vt optimi cuiusquã animus in morte facillimè euolet, tanquàm è custodia vinculisque corporis, cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse, quàm Scipioni?
19 omnium virtuosissimo. Hæc ille. Ob † quod Eleazarus vir ille insignis glorioſissimam mortem magis quàm odibilẽ vitã complectens, voluntariè præibat ad suppliciũ. ij. Machab. vj. Pulchrius verè esset crudeli morte, si honesta sit, occũbere, quàm cum dedecore vitam perducere. Ex quibus concluditur, quòd vita contemnenda est, ex cuius contemptu sequitur contemptus mortis, iuxta illud Cat. Fac tibi proponas mortem non esse timendã. Quæ bona si non est, finis tamen illa malorũ. Non metuit mortẽ, qui scit contemnere vitã. Quoniã secundũ Senec. lib. de remediis fortuitorũ, Frustra timetur, quod euitari non potest. Vnde restat, quòd primo modo fit hæc donatio per sanum, sola mortis cogitatione motum &
20 inductum. † Secundo modo fit donatio causa mortis, vbi quis donat occasione lãguoris mortis, in quo est cõstitutus, vt puta graui infirmitate detẽtus mortem timet. Tertiò fit, si timens mortem sibi à prædone, vel aliud periculũ. [Quia multa sunt mortis pericula: & diuersi modi moriendi, vt plenè habetur j. super verbo, *Moriuo itaque testatore.* primo, in princip.] ab hoste de proximo sibi imminere, donet, vt dicta l. iij. ff. de do. causa mor. vbi est text. not.
21 quòd † crudelitas alicuius potẽtis iustum inducit timorem mortis. Et fit interdũ hæc donatio, ita vt res donata statim fiat accipiẽtis, quo casu tacitam habet conditionem, scilicet, si accipiens superuixerit. Insti. de don. §. j. Aliquando verò fit, vt tunc fiat accipientis: cùm donator decesserit, vt d. l. j. Et sic causa dictæ donationis est mors seu timor, aut saltem cogitatio mortis. Quod procedit indubitanter, vt scilicet iudicetur & dicatur causa mortis donatio, si do-
22 nans causam mortis expresserit. Sed † vbi non apparet, qualiter donator donare vult, an inter viuos, vel causa mortis, putà quia hoc non expressit, tunc in dubio iudicabitur donatio inter viuos, & sic irreuocabilis. Quod etiã est posito, quòd fieret in articulo mortis, quia nõ eo ipso, quo cõstitutus in mortis articulo donat, videtur donare causa mortis. l. senatus. ff. de donation. causa mortis, & cõsuluit Lud. Roman. consilio ccxxix. Pro quo facit textus in l. Seia. §. fina. de donatio. causa mortis, vbi infirmus donãdo simpliciter, videtur donare inter viuos, etiã si fuerit in extremis vitę cõstitutus, & per hoc reprobatur cõmuniter dictum Ant. de Butr. in cap. secundo. de consuetudi. vbi per illum textum dicit, quòd infirmus nõ videtur in dubio facere actum inter viuos, sed vltimæ voluntatis. Pro quo faciebat glo. in l. prima. C. de fal. cau. adie. legat. quod est contra casum dictæ l. Scia. secundum Imo. in dicta l. secunda. & Alexan. in l. quæ dotis. ff. soluto matr. vbi concludunt, † quòd quantumcunq; sit aliquis in extremis
23 vitæ cõstitutus, donãdo videtur donare inter viuos, & nõ causa mortis: nisi in tali donatione fieret mentio mortis. Quoniam eo tunc propter mentionem mortis in donatione habitã, censeretur in dubio donatio causa mortis, posito quòd fieret in sanitate. l. Seia. ff. de dote prælega. & d. l. Seia. secundum Ludouicum in dicto consilio. Et hoc verũ, scilicet quòd mẽtio mortis in donatione facta, facit donationem iudicari causa mortis, si mors fuerit causa, & occasio faciendi talem donationem. Quod perpendi potest ex cõiecturis, vt puta, si quis iturus vltra mare, vel ad bellũ: aut cõstitutus in infirmitate, donet alicui post mortẽ suam. Quoniam eo casu, propter mẽtionem mortis in tali donatione factam, licet non expresserit se mortis causa donare, talis donatio iudicabitur causa mortis: quia præsumitur eã feciſſe timore, aut

cogita

BIU Cujas

cogitatione mortis, & per consequẽs erit reuocabilis ad nutũ donãtis. Si verò in donatione fieret mentio mortis, nõ vt mors sit causa, & occasio donationis, sed fortè est taxatio temporis, tunc donatio erit simplex, & inter viuos, ac per cõsequens irreuocabilis, secundum Bal. post Pet. & Cy. in d.l. quæ dotis. ff. solu. mat. & consuluit Franc. Aret. consi. xlj. & cõsil. lxiiij. Idem tenet Io. Pet. de Ferrariis in forma libelli pro donat. super verbo, ex causa donationis inter viuos. & Oldra. consi. cxxxix. vbi plenè decidit, quòd talis donatio valet de præsenti, velut inter viuos & irreuocabilis. Tamen exactio rei donatæ differtur post mortem donatoris. l. j C. vt actio. ab hære. & cõtra hære. Et idem de illo, qui dicit partem bonorum, & alteram partem post mortem suam, de quo est text. Thobiæ viij. capit. in fine. Idem si donator dixit: *Do tibi proprietatem talis fundi reseruata mihi vsufructu in tempus vitæ meæ*, secundùm Bald. in addi. Specu. de instru. edi. vlti. colum. cum quo transit Alex. in d.l. quæ dotis. Nam cùm ibi fuerit tempus mortis adiectum verbis executiuis, non autem dispositiuis, tale tempus adiectum videtur causa demonstrandi, & non vt causa finalis donationem faciendi. Facit l. quidam testamento. ff. de leg. j. quod no. Bal. in l. j. C. de iure dotium. Ideo decidit elegãter Saly. in l. fin. iij. col. in fin. ver. iuxta hæc quæro. C. de pact. quòd si duo fratres ex causa donationis cum stipulatione inuicem promittant, quòd bona præmorientis sine liberis remaneant superuiuenti: talis donatio nõ dicitur causa mortis, nec reuocari potest. Secundò intelligatis commemorationem mortis inducere donationem causa mortis, si in ea interuenerit quinque testium præsentia, qui in tali donatione requiruntur, l. fi. in fi. C. de codici. & l. fi. C. de don. cau. mor. Si verò donatio cum mentione mortis fieret coram minori testium numero, quàm quinque, non propter hoc iudicaretur donatio causa mortis. cùm in ea deficeret solennitas in tali donatione requisita, secundum Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. vij. col. ff. de verb. obli. & consuluit Ang. cons. cclinj. iuncto princip. cùm fi. Tertiò intelligatis mortis commemorationem inducere donationẽ causa mortis nõ procedere, quãdo donatio fieret personæ cõiunctæ, per tex. in l. ij. & l. cùm patrem. C. de iure dotium. facit l. cùm maritus. §. fi. ff. de pac. dot. secũdum Rapha. & Ludo. Imò eo tunc censebitur donatio inter viuos, vt dicunt in d.l. quæ dotis. sed Alexan. ibi contrà per plures rationes. Quartò intelligatis mortis commemorationem inducere mortis causa donationẽ, vbi dispositio facta est sub cõmemoratione mortis eius solius, qui post mortem suã talem dispositionem confert. Nam si cum illo cõcurrat alius disponens, cuius interfit dispositionem nõ reuocari, tũc cẽsetur donatio inter viuos, & sic irreuocabilis, vt not. dicit Bal. in l. pro hæreditariis. in fi. C. de hær. actio. & ponit exemplum. Si mulier viro dotẽ dedit, & inter eos actum est, quòd post mortem mulieris in matrimonio prædecedẽtis relictis libris dos à marito retineatur pro ipsis liberis. Nam quia cũ muliere post mortem suam concurrit vir, cuius interest fauore filiorum talem dispositionem non reuocari, valebit irreuocabiliter tanquã donatio inter viuos, quod est not. Sed dubitat Alexan. vbi suprà, hoc nõ esse verum, per dictam l. Seia. vbi talis persona cõcurrebat, cuius intererat donationem non reuocari, & tamen ibi iudicatur donatio causa mortis. Nec obstat l. j. ff. de dote prælega. quia ibi donator voluit donare expresse irreuocabiliter. Quintò intelligatis mortis commemorationem inducere donationẽ causa mortis, nisi aliqua alia causa irreuocabilis, & obligatoria præcesserit, secundùm Barto. in l. nam & si cùm moriar. in fi. princ. ff. de condi. indebi. sic intelligens illũ text. in l. j. C. vt actio. ab hære. & contra hære. & in l. hæreditarium. ff. de bo. auth. iudi. possi. & in l. penult. C. de contrahen. & commit. stipu. Sextò intelligatis mentionem mortis in donatione factam inducere donationem causa mortis, procedere, vbi facta est mentio mortis in specie, secùs si facta esset in genere. secundùm Alex. per illum tex. in d.l. quæ dotis. secundum intellectum glo. & Doctó. quòd ibi facta fuerat mẽtio, quòd quocũque modo solueretur matrimonium &c. Et sic mentio mortis in genere cum sub illis verbis generalibus casus mortis comprehẽdatur, tamen nõ dicitur donatio causa mortis, sed inter viuos. Septimò intelligatis mortis mentionẽ inducere donationẽ causa mortis, nisi in ea fuisset adiectũ pactum de non reuocando eam. Quoniam si tale pactum in donatione fuerit appositũ, talis donatio quę propter mortis mẽtionem fuisset causa mortis alterat suam naturã, & trãsit in donationem inter viuos irreuocabilem, per tex. singularem in l. vbi ita donatur. ff. de bona. causa mortis. † Or, domini, super 24
hoc pũcto quotidiano & fructifero est modicè insistendum. videtis enim donationẽ causa mortis, propter pactum de nõ reuocando in ea appositũ transire in donationem inter viuos, & sic donatio quæ sui natura fuisset ad nutum donatoris reuocabilis, medio dicti pacti est effecta irreuocabilis. ac si fuisset in 25
ter viuos facta, † vt dicta l. vbi. Quæ capit quatuor singulares limitationes. Nam debetis illud intellige re verum, Primò nisi tale pactum de non reuocando tranferendo donationem causa mortis in donationem inter viuos, redderet ipsam donationẽ inter viuos nullam, & inualidam. Quoniam eo casu dictum pactum donationi causa mortis adiectum nihil operaretur, neq; alteraret naturam donationis, nec faceret eam transire in donationẽ inter viuos, si trãsmutata non valeret, veluti si fieret donatio causa mortis omnium bonorum præsentium & futurorũ, quæ cum sui natura sit ad nutum reuocabilis, valet quasi non auferens testandi facultatem, vt plenè habetur in l. fi. C. de pact. Nam si in tali donatione inseratur pactum de non reuocando, etiam cum iuramẽto, tale pactum nihil operatur, imò talis donatio remanet causa mortis, ita quòd non trãsit in donationem inter viuos irreuocabilem. Et ratio est, quia si propter dictum pactum transiret in donationẽ inter viuos, efficeretur irreuocabilis: Et per consequẽs cùm sit de omnibus bonis præsentibus, & futuris auferret donatori testandi facultatem, quod de iure fieri non potest. Vnde illa alteratio & translatio redderet talem donationẽ nullã, vt plenè no. in d.l. fi. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obli. Ita singulariter reperio consuluisse Pau. consi. cj. incipien. notandum est, quòd præfatum statutum. Et hanc opinionem tenuit Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. x. colum. licet dictũ consilium non alleget, nec suum dictũ aliqualiter probat, contentus sola eius auctorizabili determinatione. Tunc ergo tale pactum de non reuocando operatur donationem inter viuos, quando ex hoc non redderetur inualida, & sic tale, pactum operari posset suum effectum, ad quem factũ fuit: prout operaretur si donatio causa mortis cũ dicto pacto facta fuisset solũ de

BIU Cujas

omnibus bonis præsentibus, vel de omnibus bonis simpliciter. Quo casu veniũt solùm bona præsentia. l. si quis ita. ff. de auro & argen. lega. facit cle. fi. de rescrip. Aut si facta fuerit de certa parte bonorum, vel aliqua re particulari, cùm tũc nõ auferat facultatem testandi liberã. & ita intelligitur d. l. vbi ita donatur. Ad hoc facit l. si iure. ff. de leg. iij. vbi dicit, ꝙ licet per secundum testamẽtum censeatur primum reuocatum. Instit. quib. modis testa infir. §. fi quis postea riore. tamen illud verum, si sequẽs testamentum sit validum, quòd ex eo adiri possit hæreditas. Aliàs testator nõ censetur à primò recedere voluisse. Sed aduertendum est, quia licet cum Pau. transiuerit Alex. in d. l. stipulatio. Camen idem Alexan. in d. l. quæ dotis. v. col. in fi. tenet contra Pau. ea ratione, † quia donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valet quo ad præsentia reiecta mentione futurorũ. Et sic cessante ratione Pau. cessare debet eius decisio. subiungens ibi, quòd si in hoc casu consulere haberet non multum curaret. de dicto Pau. qui nimium fuit promptus in consulendo. Et credo quòd Alex. ibi veritatem loquatur: quia donatio modo prædicto facta valet quo ad bona præsentia, vt plenè dicã infrà eodem super verbo, *Ac viro suo donauerat.* Sed interim videatis gloss. pragmaticæ super verbo, cuicunque. in tit. de subla. cle. literis. de proba. Præterea quia Alexan. in d. l. quæ dotis. magis deliberatè hunc passum tetigit, quàm in d. l. stipulatio. ergo illam accipere debemus pro opinione sua quam diligentiùs examinauit, prout à simili de Bald. dicit Pa-
26 normi. in c. bonæ. ij. in fin. de postu. præla. † Secundò limitatur, dictam. l. vbi ita donatur. locum habere in donatione causa mortis, quæ fit per se, & principaliter, quo casu (vt dictum est,) pactum de nõ reuocando, eam transfert in donationẽ inter viuos. Si autem donatio causa mortis fieret in testamento, vel codicillis, tunc quantuncunq; adiiceretur pactũ de non reuocando, reuocari poterit, nec transibit in donationem inter viuos, & ratio est: quia talis donatio facta testando vel codicillando nõ differt à substantia vel natura meræ vltimæ voluntatis, in qua nullum pactum de nõ reuocãdo apponi potest. Cùm sit ambulatoria vsque ad mortem. l. iij. ff. de adimen. lega. Et talia pacta impediunt, imò tollũt liberam testandi facultatem, quod fieri non potest. l. fi. C. de pactis. plenè Bart. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. iij. de hoc tamen dicendum, vt not. Bar. in l. si alienam. §. Marcellus. ff. de dona. cau. mor. & clarius per Ludo. Roma. cons. ccxciij. vbi pulchra per eum. glo. & Doct. in l. hæredes palàm. §. fi. ff. eo. quæ dicit, quòd contractus fieri potest in testamento. Sed an tunc reuocari possit sicut testamentum, plenè consuluit Ludo. cõsi. clxxj. & Barba. alto digito in c. relatum. l. j. xxx. col. vsque ad finem capi. suprà eodem.

Tertiò limitatur, dictam l. vbi non habere locum, vbi esset facta donatio causa mortis, & in instrumẽto diceretur, quod promisit omnia suprà scripta firma habere, & in nullo cõtra facere, aut venire. Quo casu talis donatio remanebit simplex donatio causa mortis, & per pœnitentiã reuocari poterit, non obstante generali promissione de nõ reuocando. Quoniam intelligitur, quòd non possit eam donator reuocare, nisi per pœnitentiam, secundum glo. in d. l. si alienam. §. Marcellus. quam ibi sequitur Rayn. de Forli. Et licet eam impugnauerit Iaco. de Are. vt ibi refert Barto. tamen Ang. eam consulendo sequitur cõsi. ccliij. incipien. Domina Antonia de Florẽtia.

Nam quantum ad potentiã reuocandi, donatio causa mortis redacta est ad instar legatorum. l. Marcellus. §. Paulus. & l. si debitor. & l. illud. ff. de dona. cau. mor. & l. fi. C. illo eo. tit. vt latiùs infrà videbitis. Sicut igitur legata non obstãte quocunque pacto possunt per pœnitentiam reuocari: † Sic & donatio causa mortis eis æquiparata. Prædicta ergo lex modificationem capit, scilicet, nisi fiat reuocatio totius voluntatis ipsius donatoris ex pœnitentia: quoniã tunc pœnitentia totius voluntatis admittitur, non obstãte dicto pacto. Vbi autẽ non interueniret reuocatio totius voluntatis, sed alicuius partis: tunc pactum de non reuocando stat firmũ, & operatur ꝙ illa pars voluntatis reuocari nõ poterit. Vnde si donator pactum adiecerit, ꝙ non liceret reuocare, nisi in vno casu, vel sub certa forma, & posteà vellet adiicere alium, vel illũ detrahere, vel alium cumulare, certè non poterit, per dictã l. vbi. Et ratio differentiæ est, secũdùm Ang. vbi suprà, quia in hoc vltimo casu pactum de non reuocãdo præsumitur ex certa scientia donatoris appositũ, attenta expressione vnius casus, vel formæ per donatorem facta. Quo casu certũ est ipsum voluisse in aliis casibus suam donationem esse irreuocabilem. Ideo tunc tale pactũ operatur suum effectum. Sed quando simpliciter in donatione causa mortis reperitur appositũ pactum de non reuocando, aliquo casu non excepto, tunc arbitrandũ est tale pactum fuisse in instrumento appositum per notarium, potius quàm per donatorem: quia notarij in omnibus cõtractibus tam perpetuis, quàm temporalibus solent ex sua ceruice sine scitu partis talia pacta, & generales promissiones ac renuntiationes apponere, substantiam talium verborum ignorantes. Vnde præsumitur, quòd fuerint potius talia verba apposita ex errore & imperitia notariorũ, quàm ex certa scientia donatoris, præsertim ignorantis substantiã & essentiam dictorum verborũ, quod quando esset imperitus & iuris ignarus. Hæc ille in dicto ☞ consilio. [De quo vltimo plenè habetur super verbo, *in eodem testamento relinquens* j. versic. *Plus dico, quòd ipsemet pater.* & c.] Hanc eandẽ limitationẽ sentit Alexan. in dicta l. vbi ita donatur, referens ibi dominum Sallustium doctorẽ florentissimum, & Imo. ita in facto consuluisse. & idem Alexã. in dicta l. quæ dotis. v. co. in fi. Dicit Bal. ita tenere in l. cùm quis. ff.
29 de condi. ob cau. † quia illa verba, promisit non contrauenire, intelliguntur secundum naturam contractus, super quo apponuntur, vt l. damni infecti stipu. ff. de dam. infect. & l. si stipulatus. in princ. ff. de vsuris. facit optimè l. fi. C. de non nume. pecu. Quartam & vltimam limitationẽ ad dictam l. vbi ita donatur. sentit Ange. in fi. dicti consilij, singulariter dicens, ꝙ propter pactũ de nõ reuocãdo, donatio causa mortis non trãsit in donationẽ inter viuos, vbi talis donatio inter viuos esset aliquo casu nedũ in totũ nulla, vt vidistis in prima limitatione, sed etiã si in parte resultaret nulla & inualida, puta si donatio causa mortis dictum pactum continens, summam excederet quingentorum aureorum absque insinuatione, quæ in donatione causa mortis non requiritur. Cùm nulla immẽsitas cadat in mortẽ, certè talis donatio quantuncunq; pactum de non reuocãdo continens, non transibit in donationem inter viuos. Ex eo, quia talis donatio inter viuos propter defectum insinuationis est nulla in parte, scilicet quatenus summam excedit quingentorum aureorum. l. sancimus. & l. fina. C. de donatio. & l. illud. vbi Bal. C. de sacrosanct. ecclc.

BIU Cujas

eccle. Quod est notandum pro intellectu dictæ l. vbi ita donatur. quæ est singularis in hoc puncto. Ideo si hoc vltimo casu iuramentum in tali donatione fuerit appositum, quod vim habet insinuationis, secundum aliquos, & Ioan. Andræ in addi. Specul. titul. de instru. edi. §. porrò. vt dixi plenè s. verb. *Testamentū* 30 iij. cessaret hoc casu hęc vltima limitatio. †Huius autem donationis causa mortis forma faciendi est triplex. Nam interdum fit traditione, aliquādo fit pollicitatione, id est sola promissione, & aliquādo solēni stipulatione, vt l. senatus. ff. de dona. cau. mor. & l. non omnis numeratio. §. j. ff. si cert. pet. Attamen sub quacunque forma fiat, semper in ea inseri debet, ꝙ causa mortis vel alterius periculi fit. Aliàs (vt dictū est) censeretur donatio inter viuos, vt dictum est. Potest etiam fieri pacto nudo, vt dicit gl. secundum aliquos singularis in l. cùm pater. §. Meuio. ff. de lega. ij. cui Ang. consi. clxxxiij. iij. colum. dat similem in l. ij. C. de iure dotium. Et quòd nudo pacto fieri possit, tenet Bal. quem ibi sequitur Alexan. in l. ij. ff. de lega. j. 31 & plenius in l. tempus. ff. de re iudica. †Præterea fieri potest hæc donatio præsenti, & non absenti. l. j. ff. de dona. cau. mor. aliàs non valeret, vt ibi. Quod est intelligendū, quòd nō valeret directè, vt scilicet mortuo donatore donatarius integrè, & manu propria habere possit bona donata, nisi de illa factū fuisset instrumentum, in quo notarius pro absente stipulatus fuisset, aut iuramentum interuenisset, vt decidit Guido Papę quęst. ccxxij. Et idem fortè esset, si donatio iudicialiter facta esset: quia calor iudicij stipulationem inducit, per tex. singularem in l. cùm ostēdimus. §. fina. ff. de fideiuss. tut. super quo cogitabis, 32 quoniam repentè nunc mihi venit in mentem. †Tamē vltra illos casus bene valebit indirectè iure fideicōmissi, vt scilicet donatarius bona donata habeat de manu hæredis ex testamento, vel ab intestato donatori succedentis, qui iure fideicommssi tenebitur restituere donatario bona donata retēta Trebellianica: vbi ex fideicōmisso expresso deberetur, vt per Bar. in d. l. j. Nec indigeret talis donatio aditione hæreditatis fienda per hæredem. secūdùm Bal. singulariter in l. j. C. de don. cau. mor. Sanè tamen intelligatis donationē absenti factam valere extra dictos casus vt fideicommissum, si facta fuerit per illum, qui est sui iuris. Si autē facta esset per filiūfamiliàs, etiā de & cum expressa authoritate patris, tunc nullo modo valeret, cùm testari nō possit, nec fideicommissum relinquere. l. qui in potestate. ff. eo. secundum gl & Doct. in dicta l. tam is. §. filius. ff. de donatio. cau. mor. Credo tamen, quòd si posteà exiret potestatem patris, & sui iuris efficeretur morte patris vel emancipatione, & talis donatio reconualescceret. l. j. §. sed si filiusfamiliàs. ff. de leg. iij. per ea quæ dixi in verb. *Matrem insuper Cleram.* circa princ. & in fi. Et in tali donatione sicut in testamēto vel codicillo fieri potest substitutio. l. vnica. §. si autē aliquid. C. de caducis tollen. Et sicut ex legato recta via ipso iure dominium rei legatæ in legatariū sine traditione vera vel ficta transfertur. l. si quis à Titio. ff. de furtis. Sic etiā trāsit ex mortis causa donatione præsenti facta. text. 33 est singul. in l. ij. ff. de publ. in rē acti. † Cui autē magis accedit contractui, aut vltimæ voluntati? Dicunt aliqui, quòd magis accedit vltimæ voluntati. Nam ferè per omnia comparatus legatis in testamēto relictis. Institu. de dona. §. j. vbi bona gl. in quibus conuenit, aut differt cùm legato. Facit tex. Institu. de lega. in princip. Bald. & Alexan. in l. ij ff. de lega. j. vbi

34 †Bal. de hac donatione loquens in hęc pulchra prosiliit verba sic dicēs: Donatio causa mortis potest tripliciter considerari. Primò quo ad suam ordinationem, ad quam magis accedit contractui, quàm vltimæ volūtati: Cùm fiat stipulatione vel pacto vt dictum est, & ita intelligitur glo. in l. ij. ff. de dote prælег. Et inde est, ꝙ filiusfamiliàs donare potest causa mortis sicut inter viuos de expresso, & prędcedēte cō sensu patris, sed non testari, vt d. §. filius. quia cōtractus pēdere possunt ex cōsensu tertij, nō autem vltimæ voluntates, vt plenè dixi s. in verbo, *condidit*. j. Et ita etiam cum Bal. tenet Fulg. in dicta l. ij. ff. de lega. j. & Alberic. in j. parte statutorum quæstio clxxx. incipien. sed pone statutum loqui, & consuluit Pet. de Ancha. cōsil. cccclxvij. incip. dubium in hac quæstione facit. vbi concludit, 35 †Statutum disponens mulierem nō posse sine consensu duorum propinquorum contrahere, locum habere in fœmina mortis causa donante. Idem Alexan. in dicta l. ij. Ex quo secundū eū approbari videtur, quod sub dubio fortè decidit Bal. in cap. j. §. item sacramenta. de pace iuramen. fir. vbi dicit, quòd licet in vltima voluntate condita ab adulto minore xxv. annis non requiratur eius iuramentum. sicut nec auctoritas curatoris, nec decretū iudicis: [Vt plenè habetur super verbo, *Adiecta impuberi*. Pro quo facit l. Aurelio. §. Caius ff. de liberat. leg.] Tamen aliud erit in donatione causa mortis, quæ quo ad sui ordinationem contractui æquiparatur, secundum glo. in dicta l. ij. ff. de dote prælega. Et sic in ea sicut in contractu requiritur solennitas, quæ adhiberi debet in contractibus minorū, vel iuramētum habens effectum dictarum solēnitatum, scilicet curatoris & decreti. C. si aduer. vendi. authen. sacramenta puberum. Ideo dicebat Bal. in l. hac cōsultissima. C. qui testa. face. pos. quòd statutum loquens in vltima voluntate, locum non habet in donatione causa mortis, quæ nō est per omnia vltima volūtas.

Secundo modo potest donatio causa mortis considerari, secundum doctrinam Bald. vbi suprà quo ad ipsius confirmationē. Et dicit, quòd quo ad hoc adhuc magis accedit cōtractui, quàm vltimæ voluntati: † quia donatio causa mortis confirmatur sola donatoris morte, adeò quòd nulla requiritur aditio hæreditatis per hæredem donatoris fienda, quod secus est in legato, & qualibet alia vltima voluntate, puta codicillo. vt plenè dixi s. verb. *Testamentū*. iij. in pr.

Et ꝙ ad confirmationem donationis causa mortis non requiratur aditio hæreditatis, est glo. singularis, secundum Imo. in l. post legatum. §. penult. ff. de his quibus vt indig. quam opin. tenet Bart. in l. cùm mortis. ff. de don. cau. mor. & in l. qui Romæ. §. Flauius. in fine. ff. de verb. obligat. Bald. in l. ij. C. quibus res iudic. nō nocet. & d. l. cùm quis. ff. de cōdict. cau. dat. & Saly. in l. fin. C. de pac. Et hæc vera, scilicet ꝙ ad confirmationem huius donationis non requiratur aditio hæreditatis, vbi facta fuerit à præsente donatore prędsenti donatario, quo casu, vt dictū est, donatio 37 valet directè. †Sed si donatio causa mortis facta esset absenti, quo casu solùm vim habet fideicōmissi, eo casu necessaria esset aditio hæreditatis ad cōfirmationē talis donationis. Sicut requireretur ad confirmationem legati vel fideicommissi. l. si nemo. ff. de testa. tute. & l. qui filio. §. j. ff. de hæred instit. secundùm Bal. in l. si mortis. C. ad legem Falcid. Alexan. in dicta l. ij. de leg. j. & Iaso. in l. eam quam. xiiij. colum. C. de fideicommis. [Vt plene habetur super verbo, *Si absq; liberis morere*. ij. in materia fideicom. subsli.]

BIU Cujas

Ad præmissa facit glos.in l. cùm pater. §. mater filiis. super verbo,Falcidiæ.ff.de lega.ij.vbi habetur,quòd licet legatum repudiari possit,nõ tamẽ donatio causa mortis, quæ in hoc sapit naturam contractus, qui postquam est confirmatus & perfectus, est irreuocabilis,l.sicut.C.de actio.& oblig.vt dicit illa glo.singularis,secundùm Pau.ibi,quam etiam multum cõmendat Bal.in l. cùm hi.ff.de transa. & Saly.in l.j.C. de secun.nupt. Tertiò & vltimo considerari potest donatio causa mortis,secundùm Bald.vbisuprà,quo ad sui efficaciam & effectum, & similiter secundum eum magis æquiparatur contractui,quàm vltimę voluntati: quia non reperitur,quòd pro ea oriantur illa tria genera actionũ, scilicet actio in rem directa, ex testamento,nec hypothecaria,sicut competũt pro legatis.l.j.C. communia de lega. Non enim parit hæc donatio actionem ex testamento directam, nec vtilem, aut hypothecariam, sed tantùm oritur actio ex stipulatu,si in ea stipulatio interceſſerit, vel si facta fuit pacto modo,oritur cõdictio ex l.si quis argẽtũ.
38 C.de donat. †Quæ quidem actiones, licet sint stricti iuris,cùm non sint enumeratæ in §.actionum. Instit. de actio.tamen habent instar bonæ fidei, sicut actio ex testamento, vt est casus iuncta glo.in l.Seia.§.bonæ fidei.ff. de donatio.cau.mor.
39 †Et quod dictũ est, ex donatione causa mortis nõ oriri actionem ex testamento,est verum, vbi donatio facta fuit præsenti. Quoniam si facta esset absenti, quo casu donatio nõ valet,nisi vt legatum vel fideicõmissum,tunc locum haberet vtilis actio ex testamento, prout locum habet pro legato in codicillis facto, vt not. in d. l.j. C. communia de leg. Et idem si facta esset in testamento,vt declarat Barto. in l.j.ff.de donatio.causa mort.

Actio autem rei vendicationis indubitanter locũ habet pro donatione causa mortis,postquã recta via dominium rei donatę transit in donatarium mortuo donatore,vt d.l.ij.ff.de publ.in rẽ acti. & in hoc sapit naturam legati,& vltimæ volũtatis, sicut quo ad ius accrescendi,quod sicut locũ habet in legatis quo ad coniunctos,vt l.re coniuncti.vbi plenè Bar.ff.de legat.iij. Ita etiam locum habebit in donatione causa mortis.l.j.in fin.C.de cadu.tol.secùs in cõtractibus, in quibus coniunctio ius accrescendi non parit,prę terquàm in vsufructu.l.j.ff.de vsufru.accre.& plenè Barto.in l.si mihi & Titio. ff.de verb. obligat. Et idem in alio:quia mulier nubens infrà annum luctus, sicut nõ poterat ab extraneo capere ex vltima volũtate,ita nec per donationem causa mortis,quãuis secùs inter viuos.l.ij.iuncta gl. in verbo,donationem. C.de secun.nup.vbi Bal.alleg.similem in l.cùm hi.in prin. ff. de transact. Idem in alio, quia sicut in vltimis volũtatibus impossibilis conditio vitiatur.& nõ vitiat.l.j.ff.de condi.instit. Ita etiam erit in donatione causa mortis.l.quæ sub conditione.§. hoc edictũ. cum sequen.illo eo.titu. quòd secùs in contractibus. l.impossibilis.ff.de verbo. obliga. Idem in alio,quia si res causa mortis donata alienetur per donatorem, tunc donatio reuocata censetur,per tex.sing.in l.Stichum qui meus erit. ff.de lega.j.quod dictum est aureum,secundùm Bal.ibi,& tenet Ioan. Fab. in §.iidẽ rescripserunt. Institu.de legatis. Idem in alio : quia sicut ratione ætatis minor quatuordecim annis testari non potest.Instit.quibus non est permis.facere testa.in princ.sic nec donare poterit causa mortis:tex. est singula. in l.j.in princi.ff.de tutel. & ratio.distrahen. Pariter sicut ex defectu consensus quis testari nõ potest,sic nec causa mortis donare.l. discretis.C. qui testa.face. pos. Facit gloss.in cap. quanquam. de vsuris,lib. vj. Similiter licet cautio Mutiana communiter locum non habeat in contractibus, de quo plenè in l. j. C. de pact. & in l. siue apud acta. C. de
40 transacti.vbi glos.& Doct. †tamen locum habet in hac donatione causa mortis,& in hoc magis accedit vltimæ voluntati. casus est singularis in Authen. de nup.§.quæ verò nũc,secundum Baldum in Authentica,cui relictũ.de indic.vidui.toll. Idẽ in alio: quia detrahitur Falcidia si donatum fuerit vltra dodrantem,sicut detrahitur de legatis.l.cùm pater. §.eorũ. ff.de lega.ij.l.si mortis causa. C. ad legem Falcidiã.

Idem in alio: quia sicut accipiẽs legatum in testamento relictum non potest illud postea impugnare l. nihil.ff.de inoffic.testamen. Sic etiam non poterit testamentum impugnare, si quis acceptauerit quod sibi debetur ex donatione causa mortis, etiã à testamento separata.casus est singularis in l.si verò.versi. & si mortis. ff.de bonis liber. Idem in alio : quia sicut minor xxv.annis faciens testamentum petere nõ potest integram restitutionem,vt habetur in l.Aurelius.§.Caius. ff.de liber.lega.ita nec contra donationem causa mortis, secundùm Bal. in l.j.§.j.ff.de tut. & ratio. distrahen. Præterea secundùm Albe. coloni censiti non possunt testari,nisi inter suos.l.ij.C.in quibus cau.coloni cẽsi.li.xj.nec codicillari,nec mortis causa donare. Alij verò casus, in quibus hæc donatio æquiparatur vltimæ voluntati,habẽtur per gl. in §.j.vbi Ang. Insti.de donatio.& in l.fina.ff.de donati.cau.mor.Et videatis quæ dixi de hac donatione super verbo,*Matrem insuper Cleram*.prope finem.
41 † Et finaliter scire debetis,quòd hæc donatio causa mortis quomodocunque fiat,tribus modis ipso iure reuocatur.Primò,si donans superuixerit, seu de periculo in quo erat,reconualuerit. Nã eoipso reuocata censetur donatio, adeò quòd nunquam sortiretur effectum,quantũcunque donator de alia infirmitate decesserit postea,vt no.glo.& ibi Barto.in l. iij. ff.de donatio.causa mor.secus autem in testamento facto per sanum,aut infirmum,quod nunqnam reuocatur testatore reconualescente.l.fin.C.de posthu.hæredi. institu. secundum *communem* intellectum Bald. ibi, & Cyn.in l.fin.C.de dona.causa mortis. Facit quod no.Bart.in l.alumnæ.§.fina. ff. de adimen.lega. & in l.potest.ff.de hæred.instituen. & Bal.in dicta l.non omnis.ff.si certum petatur.imò tale testamentũ durat,donec reuocetur. Et extẽditur etiã ad bona post eà acquisita,quantumcũque longissimo tempore,vt dixi suprà super verbo,*In extremis positus*.in princip.

Secundò reuocatur si donatorem pœnituerit,vt dicta l.non omnis. Circa quod vnum singulariter mẽti tenebitis,quòd licet hæc donatio per pœnitẽtiam reuocetur,tamẽ si donans sine hærede decesserit, nõ valebit talis reuocatio per pœnitentiã donatoris dũ viuebat facta. Ita singulariter decidit Ang.in dicta l. ij. ff. de lega.j. & in quadam sua disputatione incipiente,Astensis miles.& idem Ange.& Imo.in l.circa. §.fina.ad legem Falci.& in l.qui Romæ.§.Flauius.ff. de verbo.obliga.vbi Ange.dicit hoc esse dictum inauditum.Cuius ratio est, quia hoc casu non est, qui mortuo donatore de reuocatione donationis obiiciat,postquàm nullus est hæres.Et hoc verum, secũdùm Alexan. in d.l.ij.de lega.j.& in d.§. Flauius. vbi donator non solùm donauerit, sed ad rei donatæ traditionẽ processerit. Aliàs si sola stipulatio vel donatio interceſſit,non videt qua actione donatarius, qui nullum ius habet in rem donatam, agere posset,

de quo

BIU Cujas

de quo plenè per eũ in dicto §. Flauius.penult.& vl-
ti.col. Tertiò reuocatur, si donatarius prior dona-
tore decesserit, Institu.de dona.§.j. Et si ambo simul
ruina vel naufragio perierunt, præsumitur donator
prædecesisse.l.cùm hic status.§.si ambo.ff.de dona-
tionib.inter virum & vxo. vt donatio potiùs valeat,
quàm pereat. Facit quod decidit Bal.in l.si possessor
§.si eodem.ff.de religio.& sumpti.fune. vbi vxor cre
ditur prædecessisse, stante statuto, quòd vir lucretur
42 tertiam partẽ dotis. Et hæc vera, †nisi causa mortis
donata fuisset seu remissa iniuria: quia tunc siue re-
mittens iniuriã recõualeat, siue pœniteat, aut dona-
tarius prædecesserit, actio iniuriarũ non reuiuiscit,
secundùm glo.& Doct.in §.fin. Instit. de iniuriis. de
cuius intellectu videatis Iaso.in l. si tibi, §. quædam.
43 ff. de pact. †Vltra præmissa scire debetis, quòd præ-
ter & vltra testamentum, codicillum, & donationẽ
causa mortis, adhuc habemus mortis causa capionẽ,
quæ dicitur etiam species vltimæ volũtatis. Et dici-
tur mortis causa capio, quãdo aliquid cofertur post
mortem alicuius, vt putà vẽdo tibi pro decẽ, si post
mortem meam dederis Titio Stichum. Ista est mor
tis causa capio. Tamen originem sumit ex cõtractu
inter viuos,& sic fortè de ea hęres meus nõ detrahet
Falcidiam ab isto Sticho. Si autem nulla facta men-
tione mortis dixerim, ego vendo si dederis Stichum
Titio, non erit mortis causa capio, sed dicitur condi-
tionis causa capio. Sicut si aliquid daretur in republi 1
ca.l.ex his verbis.§.alumno.ff.de legatis iij. Et talis
conditionis causa capio non venit appellatione do-
nationis causa mortis aut legati, licet ei æquipare-
tur, secũdum Bal.in l.si quis.C.ad leg.Falc. Et no.gl.
in l.quod cõditionis.ff.de dona.causa mortis. vbi gl.
dicit, quòd in ea requiruntur eadem, quæ in fideicõ-
misso requiruntur, ideo non potest in spurium vel a- 2
lium incapacem conferri. Et pro illa glo.quæ singu.
laris est, secũdùm Dy. est tex.singularis in l.Mæuius.
ff.de cõdi.& demõst. Et in hoc æquiqaratur donatio
ni causa mortis, licet non sit idem cum ea, neque ve-
niat appellatione donationis: Ideo non comprehen-
ditur in statuto disponẽte de legatis & donationib⁹
causa mortis insinuandis, secundùm Bald. in l. ij. C.
44 de iure dotiũ. †Differt enim in pluribus à donatio-
ne causa mortis. Primò, quia mortis causa capio est
gen⁹, donatio verò causa mortis est species. l.mortis
causa capimus. in principio. ff. de donationi. causa
mortis. Secundò, donatio causa mortis pendet ex
morte donãtis: sed mortis causa capio potest esse ex
morte alterius. Tertiò, donatio causa mortis pẽdet
ex voluntate morientis: sed mortis causa capio esse
potest contra voluntatem. l. qui pretio. vbi Bart.ff.
de donatio. causa mortis.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M Æ.

1 *Vltrà dictio, quam habet vim.& nume.2.*
3 *Amplius dictio, quid importet.& nume.4.*
5 *Repetitiua verba in codicillis adiecta confirmant legata testamenti.*
6 *Depositio testis secũda, dicẽ do, depono, vt prius, an valeat.*
7 *Vltra dictio, inclusiua, aliquando excludit.*
8 *Vsuræ etiam iure ciuili sunt prohibitæ.*
9 *Patri an sufficiat, maritatam filiam in sola dote instituere.*

10 *Dos dicitur filiæ proprium patrimonium.*
11 *Filij institui non possunt in dote matris.*
12 *Narratiua verba non disponunt.*
13 *Pater vltra dotem debet filiam in aliquo instituere.*

Licet enim pater pro liberis semper cogitare
præsumatur, vt habuistis in continuatione verborũ,
Duas habens filias. maximè tamen in actu testandi,
in quo, vt ritè testetur, necesse habet testator de sin-
gulis suis liberis primum locum suitatis tenentibus
etiam coniugatis expressam facere mentionem, eos
scilicet nominatim instituendo vel exhæredando. l.
inter cætêra.ff. de liberis & posthumis. Cùm matri-
monium quo ad liberos patriam non dissoluat po-
testatem. l. si vxorem. C. de conditio.inser. Quod
animaduertens noster Raynutius iuri volens satis-
facere, ac paternæ affectioni, Alterocham eius fi-
liam iam pridem matrimonio copulatam, hæredem
instituit particularem, ob quod subditur in textu.

¶Alterochæ filiæ vltra dotem.

EX HOC apparet quod Ray
nutius nedum reliquit Alte-
rochæ eius filiæ domum &
hortum, sed etiam videtur
ei dotem legasse: † propter
dictionem vltrà, hîc posi-
tam, quæ sui natura includit
dotẽ in legato. Adeò quòd
etiã videtur dos legata. l. si
sic.ff.de leg.iij.& ita residẽt omnes docto.hic:& Bal.
in l.fina.C.fami.ercisc.un.versic.vltimò quæro. ideo
singulariter deciditur, † ꝙ si testator filio debitoris
sui aliquid legauerit hoc adiecto: plus vel vltrà tibi
reliquissem, si pater tuus quod mihi debebat, soluis-
set, tale legatum inducit liberationẽ filij debitoris, si
hæres patris fuerit. Quia illę dictiones, plùs & vltrà,
includunt debitum patris. casus est singularis in l.fi.
§.j.ff.de doli excep. Hæc enim dictio vltrà, vel dictio
hoc amplius, nedum est repetitiua primi legati, vt di
cta l.si sic.& l.si tibi purè. vbi plenè Bar.& Bald.ff.de
lega. iij. sed etiam est confirmatiua priorum legato-
rum de se inutilium. l. legata inutiliter. ff. de lega.j.&
ibi glo.& Bar. Bal.& doct. Et idem si diceretur am-
plius, vel vltra dotem lego decem: quoniam videtur
eo casu dos & decem fuisse legata, vt hîc,& l. qui ita.
ff. de dote prælega. Idem si diceretur, vltra ea quæ le
gaui &c.l. cùm vltrà. C. de fideicom.& l. Seio. §. vxo-
ri. ff. de annu. lega. Idem si diceret, Præter dotem vel
supra dotem. ff. solu. matrimo. l. diuortio. Idem si di-
ceret, lego domum plusquam Stichum. ff. si cui plus-
quam per leg. fal. l. j. in princip. Idem si dicatur in te-
stamento, eo amplius lego decem. l. liberis. ff. de cõ-
di.& demon. facit ff. si cer. peta. l. lecta. †Secùs tamen
esset, si in legato reperiretur dictio amplius, sola sine
dictione eo, vel hoc, aut eis similibus. quia tũc reite-
rationem actus legandi inducit, veruntamẽ antiquũ
legatũ non repetit. l. si seruus legatus. §. si ita scriptũ.
ff. de leg. j. vt putà si testator dicat amplius quàm Ti
tio legauerim, Seio decem lego: Tũc enim Seius nõ
habebit nisi decem, vbi si esset aliqua dictio repetiti-
ua, haberet nedum decem, sed etiã partem legati Ti-
tio facti, vt dicta l. si sic.& dicto §. si ita scriptum. †Et 4
intelligo, quòd hæc dictio, hoc amplius: etiam repe-
tit qualitatem primi legati. Vnde si primum legatũ

BIU Cujas

erat conditionale, talis conditio videtur in sequenti legato repetita, secundum glos. in l. in repetendis. ff. de lega. iij. quam tenet Bar. in dicta l. si tibi purè, pro quo est tex. in l. libertis omnib⁹. ff. de cond. & demõstra. & idem Bart. in dicta l. qui ita. ff. de dote prælega. Quod verum intelligatis, vbi conditio apposita in primo legato aliàs non inerat ex natura ipsius legati: secùs esset, si conditio in primo legato apposita etiam tacitè inerat ex natura legati: quia tunc in secũdo legato diuerso, talis conditio non censetur repetita, vt singulariter consuluit Lud. consil. cxxxiiij. incipien. Pro declaratione primæ dubitationis: vbi allegat de hoc casum expressum in l. si in diem. §. fin. ff. de cõd. & demon. Ideo decidit ibi, quòd si filiæ legetur pecunia pro dote, si nupserit, vel simpliciter, nõ adiecta cõditione nuptiarum, quæ tacitè inest legato dotis, secũdum Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonstrat. Et vlterius eidem filiæ legauerit mansum, in tali legato mansi repetita non censetur cõditio nuptiarum: Adeo quòd mansus ilico debebitur adita hæreditate, cùm tale legatũ sit diuersum à legato dotis, quod est notãdum. Quid autem si fieret repetitio in codicillis, videatis Bartol. in d. l. si tibi purè. ff. de legatis iij. pro quo est
5 text. in dicta l. legata inutiliter. ff. de lega. j. † vbi verba sui natura repetitiua, sicut dictio, hoc ampli⁹, etiã in codicillis adiecta confirmant legata priùs in testamento inutiliter relicta. Quæ omnia faciũt ad deci-
6 sionem quotidianæ quæstionis. † Testis fuit minus solenniter examinatus, posteà verò secũdo loco examinatur soleniter, & dicit, depono per omnia prout in alia examinatione deposui: An talis depositio valeat. facit tex. quòd sic: in dicta l. legata inutiliter, vbi Barto. hoc reliquit indecisum. Sed Angel. ibi refert Bart. hoc decidisse in l. eos. ff. de fal. dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis, an velit admittere talẽ depositionem. Et hanc opinionem tenet ipse Angel. in dicta l. legata inutiliter. & tenuerat Bal. in l. gesta. C. de
11 re iudica. & Pet. de Ancha. in clementina secunda, de testi. Anto. de Butrio, & docto. in cap. cùm in tua. de testi. Salice. in l. iurisiurandi. C. de testib. & Floria. in l. j. ff. illo eodem titu. sed Bal. in dicta l. iurisiurãdi. & l. fina. illo eodem titu. tenet contrarium: tamen opinio Bartol. *communiter* approbatur per rationes suas, maximè cùm testis depositionem suam facere possit, licet specialiter eã voce nõ exprimat. l. Theopompus. & ibi Barto. ff. de dote præleg. & not. plenè in cap. de testib. suprà de testib. nisi iudex ad veritatẽ eruendam talem depositionem acceptare nollet: sed videre vellet, qua frõte aut trepidatiõe testis loquatur. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. quod sufficit pro respõsione ad rationes Bal. secũdùm Alex. in dicta l. legata inutiliter. Facit quæ dixi s. in ver-
7 bo, *Condidit.* j. versicu. *Ex præmissis habetis.* † Restat de hac dictione vltra, quòd licet ponatur incluſiuè, vt dictum est: tamen aliquoties excludit, scilicet vbi eam capiendo incluſiuè resultaret absonus intellectus & iuri contrarius, vt est glos. singularis super verbo, Facere. in clementina prima, de vsuris. vbi dicitur, quòd si statutum ciuitatis dicat nõ esse licitum accipere pro vsura vltra duos denarios pro libra in mense, non capietur ibi dictio vltra, incluſiuè, vt scilicet licitum sit capere duos denarios pro vsura: quia ex hoc resultaret absonus intellectus, & vsura permitteretur, contra iuris & verę rationis dictamẽ.
8 † Cùm etiam vsuræ sint iure ciuili prohibitæ, secundũ glos. & Docto. in Authenti. ad hæc. C. de vsuris. Et illam glos. in d. clemen. j. velut singularem sequitur ibi Card. Pau. de Eleaz. & Imo. & eam cõmẽdat Bald. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. vbi æquiparat dictionem vltra, cum dictione præter. De qua pulchrè dicit Barba. in repetitione cap. cùm M. xxxvj. colum. de consti. & hic videatis Innocen. in capitu. dudum. vbi glos. & doct. de electio. Archidiac. in cano. Hebron. xiij. quæstio. ij. Cyn. Bald. & alios in l. actione. C. de transact. Bald. in Authen. nisi rogati. C. ad Trebellia. Angel. in l. Titia. ff. de testa. manu. Oldra. consi. xlv. & plenè Roma. consil. xxxij.
9 & ad præmissa est notandus ille textus. † Præterea etiam notabilis in alio, quòd si pater filiam maritãdo dotauit, posteà testando debet aliquid vltra dotẽ filiæ relinquere iure institutionis: aliàs si in sola dote reperiretur instituta, videretur præterita: ita quòd testamẽtum esset nullum, cùm in nulla re paterna, seu de paterna substantia reperiatur instituta; quod tamẽ est necesse. l. sancimus. & l. omni modo. C. de inoffi. testa. Ideo consultè fecit Raynutius vltra dotẽ
10 Alterochæ eius filiæ dotatæ relinquendo domum & hortum. considerãs non sufficere filiam in sola dote instituere: † nam dos dicitur propriè filiæ patrimonium: vnde filia in sola dote instituta videretur esse in re sua propria instituta, & non in re patris. quod tamen est necessarium, vt d. l. scimus. §. repletionem. vbi expresè deciditur, quòd de substantia patris debet legitima filio dari, aut repleri. Dos verò (vt dictum est) dicitur filiæ patrimonium. l. iij. §. sed vtrũ. in fi. ff. de mino. & l. Pomponius Philadelphus. ff. fa. ercis. facit l. doce ancillam. C. de rei ven. l. in rebus. C. de iure dotium. Ideo sentit Bal. in d. l. scimus. C. de inoffi. testa. quòd sicut filius vel filia instituì non potest in re propria sua, nec in re, in qua habet proprietatem, si patri pertineat vsusfructus: quinimò filius diceretur tunc præteritus, nec loco illius rei deberetur æstimatio. l. mea res. ff. de conditio. & demõ
11 strat. † Sic etiam non potest filius aut filia instituì in dote matris. Idem tenet Imo. in l. suus quoque. in princip. ff. de hæredi. instituen. & consuluit Alexan. in iij. parte consi. xx. incipien. Ponderatis his quæ in themate. Et hanc opinionem, scilicet quòd vltra dotem sit aliquid filiæ relinquendum, tenuerũt per hũc text. multi docto. Alij verò oppositum concludunt, dicentes sufficere patri filiam instituere in sola dote aut filium in sola propter nuptias donatione. Nam certum est, quòd filia in sua legitima vel parte illius instituta non dicitur præterita, in Authen. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. viij. collat. & l. cùm quæritur. C. de inof. testa. sed dos est pars legitimæ, cùm in legitima computetur. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. l. vnica. §. quo à nobis. C. de rei vxo. actio. vbi not. dicit Cy. quòd sicut in legitima filij non potest iniungi onus fideicommissi, idem est in dote filiæ quæ legitimam non transcendit. Idem tenet Ioan. Andr. in additio. Spec. titu. de instru. editio. §. vt autem. Bal. & Salice. in dicta l. quoniam nouella. tex. in l. fin. §. filiæ. ff. de leg. ij. vbi Bar. & idem Barto. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebel. Igitur sufficit filiam in sola dote instituere, nec dicetur prętera. sed si nõ sufficiat ad legitimam, supplebitur de substantia testatoris. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. Et hæc est vera & *magis communis opi.* scilicet sufficere patri filiam in sola dote instituere, absq; eo ꝙ in aliquo alio vltra dotẽ instituatur, vt etiam post multos quos ibi refert, tenet Spec. in titu. de instrumen. editio. §. compendiosè. vers. seu super forma. & Bal.

ac Saly.

BIU Cujas

ac Sali.in d.l.quoniam nouella. dicẽtes hanc esse *cõmunem opinio.* quam dicunt etiam tenuisse Odofre. per illam l. & glos.in d.l.iij.§.sed vtrùm.ff.de minorib.quam etiam tenet Iason in repeti. Auth. nouissima.C.de inoffi.testamen.xiiij. colũ.vbi plus dicit, quòd non solùm potest instituí in dote iam cõstituta,sed etiam in dote futura ac cõstituenda, cùm erit ætatis nubilis,vel cùm maritabitur. de quo per Bal. in l.si pater.C.de instit.& substit. Sed an tunc de dicta institutione reiiciatur onus seu dilatio tẽporis, ita quòd dos ilico debeatur, & peti possit patre mortuo, non expectato tempore nuptiarum,singulariter decidit Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.& demon. vbi videatis. Et dicam j. in verbo, *reliquit.* Nec obstant duo, quæ superiùs obstare videbãtur. Primò,quia filia instituta in re sua propria, cùm dos dicatur proprium eius patrimoniũ. Quoniam respondetur secundum Anton. hîc, quòd dos non est verum patrimonium filiæ, sed est quasi patrimonium, & ita dicit intelligenda dicta iura. Præterea licet dos dicatur patrimoniũ filię quo ad quid, non tamẽ est simpliciter verum, vt plenè docet Sali. in dicta l.quoniam nouella.Quinimò,veritate inspecta, potius dos dicitur patrimonium patris dotantis. Et hinc est,quòd patre moriẽte filia dicitur acquirere huiusmodi bona dotalia: ideo computantur in legitimam.vt dicta l.quoniam nouella. Et idem in donatione propter nuptias filio facta,vt ibi dicitur. Et si diceretur de quo proderit filiæ institutio in sola dote, q̃ etiã sine institutione sua est,& sibi pertinet? dico quòd proderit de multo, propter ius accrescendi cõpetens hæredibus institutis,ita quòd si hæres vniuersalis à patre institutus hæreditatem repudiaret,vel ab ea aliter excluderetur,tota accresceret portioni,&sic doti,in qua reperitur filia instituta,vt plenè dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiã.* in quarto præludio. & dicam super verbo, *In eodem testamento relinquens* primo. post. xxvij. limitationẽ. versi.Pro totali præmissorum declaratione,&c.

Secundò non obstat hæc litera,vbi vltra dotẽ fuit filiæ relicta domus cum horto. Nam respondetur,q̃ hoc dicitur in narratiua huius capitu. Et certum est, quòd ex narratis in facto consistentibus non inducitur iuris dispositio.Hoc enim ideo hîc dicitur, quia sic contigit de facto, scilicet quòd Raynutius vltra dotem filiæ domum & hortum reliquit.Sed propter hoc non sequitur, q̃ hoc facere tunc esset necessa-
12 rium: † cùm ex verbis narratiuis non liceat sumere argumentum,quia non disponunt,vt dicit glos. singularis in l.vnica.C.quando non peten. partes petẽ. accrescunt.& Ioan.Andr.in cap. dilecto.de præben. Cùm ergo hic simpliciter narretur factum, quòd in testamento Raynutij contigit, non est de his verbis curandũ.& ita.no.etiam Sali.in l.ij.iij.col.C.de cust. reo. Vnde restat sufficere patri filiam in dote instituere,ne dicatur præterita.Sed si dos nõ sufficit ad legitimam,agere poterit ad supplementum,vt dicta.l. omnimodo. Imò plus dicit Bal. nouellis in tractatu de priuil. dot. scilicet q̃ valet institutio facta de filia in dote incerta. quæ nunquam fuit cõstituta: veluti si pater in testamento dixerit,instituo filiam meã in dote,aliàs per me ordinata seu cõstituta: valebit ta-
13 lis institutio nec dicetur filia præterita per rationes quas ibi allegat.Facit l.si testamentum.C.de institu. & substitu.sub condi.factis. Nec obstat tertio dum suprà dicebatur,quòd non sufficeret filiam instituere aut filium in dote materna. quia Iason in dicta l. scimus.C.de inoff.testa.decidit contrarium,subiungens,quòd in re penitus aliena institui potest,quia si redimi non possit,saltem debebitur æstimatio:& valet institutio, etiam si testator sciret rem illam esse alienam, secundum Bart.in l.suus quoque.ff.de hęre. institu.Bal.& Sali.in dicta l.scimus.Sed in re propria institui non posset,etiam si in ea pater vsum fructum haberet: quia cùm morte patris finiatur, in nihilo videretur institutus. Institu.de vsufruc.§. finitur.secũdum Alexan.in iij. parte allega. consi. xx. Consilium tamẽ est propter opinionum diuersitatem, quòd filia dotata in aliquo, vltra dotem instituatur quantũcunque modico,putà in quinq; solidis, secundũ glo. singularem in dicto §.sed vtrum, in si quæ singulariter loquitur de duodecim imperialibus, loco quorũ hodię seruatur, q̃ filia instituatur in quinque solidis, vt ibi refert Bar.ideo Ang.in l.Papinianus.§.si mortis.ff.de inoffic.testa.dicit,quòd licet sufficiat filiam instituere in sola dote, tamen securius est, vt saltem vltrà instituatur in vno denario. allegat singulariter in d.§.sed vtrũ & glo. pariter singularem de vno numo loquentem in dicto §. aliud quoque capitulum. in Authen.vt cùm de appel.cog.Nam talis institutio quãuis in modica re,est exclusiua querelæ inofficiosi testamẽti,secundum eum: qui allegat glos.singularem in l.si quis priore,ff. ad Trebe.Idẽ sequitur Bal. in l.non sine.C.de bo.quæ libe. idem Bal.& Salic.in dicta l.quoniam nouella.& Pet.de Anch.post Bal. in Authen.nouissima.C.de inof.testa.Vnde potuit esse, quòd noster Raynutius vsus fuit consilio & cautela doctorum ad euitandum opiniones Alterocham vltra dotem in domo & horto instituendo, non quòd hoc facere teneretur,sed hoc fecit pro abundãti cautela,quæ nocere non solet l.testamentum.C.de testa vel dici posset secundum Barba.hîc,quòd hodie pater necesse habeat filiam in aliquo vltra dotem instituere,per tex.hîc. Ita q̃ filia aliàs in sola dote instituta velut præterita dicere posset testamentum nullũ, quod est hodie verum per tex. quicquid fuerit antiquitus disputatũ de iure ciuili. Et quòd hodie ita sit per hanc decretalẽ,sic probatur. quia cùm de iure ciuili essent inter doctores super hoc diuersæ opiniones,vt vidistis,& talis altercatio declaratione indigeret,posteà per summum põtificem, ad quem pro declarandis dubiis recurritur.ca.per venerabilem. qui filij sint leg.hoc dubium fuit declaratum:adeò quòd voluit hic Papa, quòd à cætero pater vltra dotẽ aliquid filiæ relinquat. Sicut videmus à simili, cũ apud legistas esset dubium,vtrum filius paternam hæreditatẽ restituere grauatus, posset duas quartas retinere seu detrahere: Papa per hunc tex. declarauit quòd sic.vt infra videbitur suo loco.Nec obstat dum suprà allegabatur, quòd narratiua decretalium nihil dispo nit,Sed solùm enuntiat, quòd de facto cõtigit,secũdum glo.in d.l.j.C.quando non petent.par.peten. & Ioã.And.in dicto c. dilecto. de præbẽ. quia illud intelligitur,quando est mera facti narratio. Sed in pũcto nostro non erat pura facti narratio,quinimò habebat admixtã iuris ciuilis dubitationem.Quare restat,q̃ hæc decretalis determinat dubitationem traditam in dicta l.iij.§.sed vtrum.in fi. ff.de mino.scili-
13 cet,† quòd pater in suo testamẽto vltra dotem debet eius filiã in aliquo instituere: nõ quòd teneatur eam instituere in domo & horto, vt hîc fecit Raynutius, Quia quo ad hoc hæc decretalis continet meram facti contingentiam:sed sufficit, quòd eam vltra dotẽ instituat in aliquo quantuncunque modico, putà in

BIU Cujas

quinque ſolidis, vt cõmuniter fit ſecundum Bart.in d. §. ſed vtrùm.vel etiam in vno numo,vt dicit gloſ. in dicto §.aliud quoq; capitulum. verſi. cæterùm in auth.vt cùm de appel.cog.hæc ille. Tamen ego primam opinionem puto veriorem inhærendo Bald.& Salic. *communi.* opinioni, ſcilicet quòd ſufficiat filiã inſtitui in ſola dote, vel filium in ſola propter nuptias donatione

Laus Chriſto Ieſu domino noſtro.

S V M M Æ

1 *Dotare tenetur pater filiam,& filium dotalitiare. & n.2.*
3 *Dos data donationem propter nuptias requirit.*
4 *Dos & donatio propter nuptias quomodo differant.*
5 *Dos multipliciter accipitur.*
6 *Dotem ſpiritualem debet pater filiæ religioſæ.*
7 *Filia poſt ingreſſum religionis poteſt petere dotem.*
8 *Pecunia maritandis puellis legata dari poteſt intranti religionem.*
9 *Relictum puellæ ſi nupſerit debetur ſi religionem intret.*
10 *Res prohibita alienari, alienatur pro dote carnali & ſpirituali.*
11 *Filio religionem intranti non debetur dos.*
12 *Dos propriè & ſtrictè quid.*
13 *Pater filiam etiam ab illo dotatam, aut virum ſine dote inuenientem, dotare tenetur.*
14 *Matrimonium ſine dote eſſet indigniſſimũ,& cauſa repudiationis.*
15 *Dotem bis conſtituens, ſecundam tantùm ſoluit.*
16 *Dos & alimenta differunt.*
17 *Viduam redotare tenetur pater.*
18 *Dos ſecundò conſtituta ſola petitur.*
19 *Dote prima perdita debet filia redotari.*
20 *Dos quando non computetur in legitima.*
21 *Filiam etiam diuitem tenetur pater dotare.*
22 *Dotare filiam præſumitur pater de ſuis propriis bonis. & nume.23.*
24 *Patre ſimul cũ alio filiã dotãtibus ſolus pater obligatur.*
25 *Pater filiam dotare cogitur captione pignorum & arreſtatione propriæ perſonæ.*
26 *Filia contra patrem etiam coram iudice eccleſiaſtico agit vt dotetur.*
27 *Fœmina quare virum appetit.*
28 *Filiæ cognati patrem cogere poſſunt, vt eam dotet.*
29 *Donationẽ propter nuptias cogitur pater filio aſſignare.*
30 *Filiam inſcio patre nubentem an pater dotare teneatur.*
31 *Pater filiã exhæredare nõ poteſt, eo quòd indigno nupſit.*
32 *Statutum quòd pater filiam ſe inſcio nubentem non dotet, an valeat.*
33 *Dotare pater non tenetur filiam indigno nubentem.*
34 *Filia quanto tẽpore expectare debet, antequàm nubat.*
35 *Honeſti viri non ducunt puellas ſine conſenſu parentũ.*
36 *Virgo potiùs quàm vidua ducenda.*
37 *Meretricem filiam poteſt pater exhæredare, & ei alimenta denegare.*
38 *Mulieres plus decet eſſe pudicas quàm viros.*
39 *Mater à meretricio reducta poteſt filiam adhuc meretricem exhæredare.*
40 *Meretrix reduci volens debet à patre dotari.*
41 *Pater negligens dotare tenetur filiam ſe inſcio nubentẽ, etiam ſi dotem nullam ipſa viro promiſerit.*
42 *Pater tenetur filiã inſufficiẽter dotatam magis dotare.*
43 *Spuriam tenetur presbyter dotare.*
44 *Spuriam an teneatur pater dotare, ſi ipſa habet bona, vel artem vnde viuat.& nu.45.*
46 *Bernardus propriis matris vberibus fuit nutritus.*
47 *Nobiles laborare non tenentur, nec viris filios lactare.*
48 *Ocioſos tentat magis diabolus.* (*bant.*
49 *Auguſtus & Carolus Magnus filias laborare facie-*
50 *Familiæ educendæ doctrina Bernardi.*
51 *Liberi delicatè non nutriendi.*
52 *Nobiles aut clerici laborando non perdunt priuilegia.*
53 *Otium eſt contra naturam.*
54 *Macrobij Carthaginenſis in Aſirios ſtratagema.*
55 *Inertiam Athenienſes puniebant.*
56 *Viuere de vento nemo præſumitur.*
57 *Pipinus fit rex pulſo ignauo Childerico.*
58 *Theodorici regis ignauia.*
59 *Ludouicus ob inertiam nihil faciens appellatus.*
60 *Moſis diligentia.*
61 *Negligentia ſicut & dolo deponitur rector publicus.*
62 *Solonis induſtria.*
63 *Ocium moderatum laudatur.*
64 *Scæuola pila ludebat.*
65 *Scholaris retinet priuilegium, donec incipiat ociosè viuere.*
66 *Patruus an neptem dotare teneatur.*
67 *Lucra homicidiorum fiſco cedunt.*
68 *Mater nec aui materni filiam dotare tenentur.*
69 *Iudæa mater tenetur dotare filiam ad fidem conuerſam.*
70 *Filius an teneatur dotare matrem.*
71 *Frater an teneatur dotare ſororem.*
72 *Clericus tenetur dotare ſororem etiam de ſuo beneficio.*
73 *Soror à fratre dotata, ſi pereat dos, an redotari ab eo petat.*

Verùm, quia pater habens filias matrimonij ſeu nuptiarum capaces, nedum teſtando debet eis de aliquo iure inſtitutionis prouidere, ſi morte præoccupetur, vt dictum eſt, & pleniùs dicetur infrà: ſed etiam cogitur competenter dotare, tempore teſtandi vel mortis minimè expectato. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. ideo ad demonſtrandum quòd Raynutius vir egregius ac prudens nihil horum quæ neceſſitatis aut honeſtatis eſſent, facere poſtpoſuit, ſubditur in textu.

¶Dotem, quam ei dederat.

1 EX QVO † apparet, quòd Raynutius priuſquàm ad mortem veniſſet, & teſtãdi facultatem ſibi captaſſet, iampridem Alterochæ eius filiæ primogenitæ de cõpetenti dote prouiderat, prout facere tenebatur de iure. Tenetur enim vnuſquiſque paterfamilias proprias dotare filias, ſicut pro-
2 prium tenetur dotaliciare filium: †ſeu de donatione propter nuptias prouidere, quæ dotaliciũ vocatur. c. ex parte. de foro compe. Vnde ſicut ex parte vxoris dos viro datur, ſic ecõtra donatio propter nuptias à viro datur vxori ſecundum gl. ibi: id eſt ſuper donatione, quam pater filio tẽpore nuptiarũ fecit: filius nubendo, dotẽ quã ab vxore recepit, aſſecurare tenetur, ſecundum Pan. in c. peruenit. de emp.& vendi.& ſicut ſolu. matri. dos ad vxorem reuertitur vel hæredes ſuos. l. iure ſuccurſum. ff. de iure dotium. & l. dos à patre profecta. C. ſol. matr. Sic etiam donatio propter nuptias reuertitur ad virum & eius hęredes, ſecundũ eum ibi. [Alibi donatio propter nuptias vocatur ſponſalitia largitas. in Authen. ſiue à me. C. ad Velleia. hic alleg. quãuis propriè ſponſalitia largitas ſit illa, quæ fit ante matrimoniũ in iocalibus,& ſimilibus, vt ibi dicit gloſ. & vide quæ pleniùs dicta ſunt

ſuper

BIU Cujas

ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam.* in iiij. artic. & in iiij. cõclu.] †Dos enim data donationẽ propter nuptias requirit, adeo quòd hodie eſt æqualitas tam in conſtituendo, quàm in pactis lucrorum, vt quantum dat vxor in dotem, tantum dat maritus in donationem propter nuptias vxori. Et ſicut dos poteſt, conſtante matrimonio, nedum augeri, quinimò & conſtitui de nouo, ſicut & iſta donatio: Ob quod non ante nuptias ſicut olim, ſed propter nuptias hodie vocatur. Inſtit. de don. §. eſt & aliud genus. Et ſicut vir ex pacto vel conſuetudine lucratur dotem, ſic etiam vxor donationem propter nuptias. & ſicut vir efficitur dotis dominus. l. doce ancillã. C. de rei vendi. Ita fit mulier domina illius donationis, vt domina maneat conſtante matrimonio & eo ſoluto: & durat ſuper ea hypotheca pro dote, quandiu non reſtituitur ei dos. Sed dote reſtituta dominium rei donatæ ipſo iure reuertitur ad donantem, vt dixi. Nec eſt opus, quòd mulier eam reſtituat, niſi fuiſſet pactum 6 vel conſetudo de lucrando talem donationem: quia valet ſicut in dote. Quo caſu quandiu viuet mulier, ☞ erit proprietaria, & patri, ſi patrẽ habeat, pertinebit vſusfructus. Quibus mortuis pertinebit pleno iure filiis ex illo matrimonio, ſecundum Bald. in l. j. & l. 4 quod ſcitis. C. de bon. quæ liber. † Et differunt in hoc dos & donatio propter nuptias: quia vir lucratur fructus dotis, ſed mulier nõ lucratur fructus donationis propter nuptias cõſtante matrimonio: quia ſi hoc non eſſet, onera matrimonij eſſent ſine fructu. Et eſt talis donatio, ppter nuptias tacitè obligata & hypothecata pro ſecuritate dotis, vt dicto cap. perue nit. ita ꝙ vir eam alienare non poſſet etiam de conſenſu vxoris, niſi cũ iuramẽto, vel bino vxoris conſenſu interuallato: & quòd vir aliunde habeat, ſuper quo vxor conſentiens ſaluam poſſit habere dotem. 7 per text. in Authen. ſiue à me ſiue ab alio. C. ad Velleia. Et eſt mirabile, quòd vxor quæ domina eſt talis rei ſibi donatæ poſſit eam habere hypothecatam: cùm res ſua ſibi ſeruire & obligari non poſsit. Sed hoc eſt, quia non eſt domina iure proprio perpetuo. Vnde ratione poſſibilis reuocationis in caſu ſoluti matrimonij, vt dixi, res taliter donata dicitur quodammodo aliena. l. ex ſextante. §. Latinus Largus. ff. de exceptio. rei iudi. & l. in bello. §. ſi quis ſeruum ff. de capti. & poſthliminio re. Et ſic pater tenetur filias dotare, & filios dotaliciare, vt clarè per Bald. in dicta Auth. ſiue à me. Et nedum tenetur pater filias ſuas dotare naturales & legitimas, vel legitima 8 tas tantùm, vt dicta l. qui liberos. ff. de ritu nup. Sed etiam naturales tantùm, imò etiam ſpurias, vt plenè dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam.* in ſecundo artic. & dicetur inf. à Ideo pro intellectu di-
5 cendorũ ſciendum eſt, † quòd dos multipliciter accipitur in iure noſtro. Aliquando accipitur per modum largiſsimum, videlicet pro omni circunferen- 9 tia ad ſufficientiam alicuius rei vel perſonæ: vt cùm ſecundũ cõmunem vſum loquendi dicitur: iſte fundus eſt bene dotatus. Vel hæc dom⁹ eſt optimæ dotata, id eſt habet omnes habitudines & commoditates ad domum, vel fundum requiſitas. & ita accipitur in ☞ l. Seiæ. §. Seio. ff. de fun. inſtruc. ibi: cum dotib⁹ & reliquis colonorum &c. Sic etiam dicimus: hic iuuenis eſt bene dotatus, ſcilicet in virtutibus & bonis moribus. Aliquando accipimus dotem non ita largiſſimè, ſed largè, vt cõtingit circa eccleſiã, vel capellã nouiter conſtructam, quæ cùm cenſeatur ſponſa futura rectoris in ea inſtituendi, opus eſt tali eccleſiæ dotẽ conſtitui, aliàs non poteſt, nec debet ædificari, nec conſecrari, niſi dote prius conſtituta. c. nemo. de conſecra. diſtin. j. & cap. cùm ſit. de cõſecra. eccl. vel alta. & in Authen. vt nullus fabricet orat. domum. §. j. Et ſi fundans prius eam non dotauit, poterit poſtea cogi ad eam dotandum, ſecundum doct. in dicto c. cùm ſit. vbi dicitur, quæ ſit congrua dos. Et ſi fundans eccleſiam impotens ſit ad eam dotandum, non debet talis eccleſia conſecrari. Aliàs epiſcopus eam conſecrando tenebitur ipſam dotare, vt not. in dicto c. cum ſit. Ex qua dotatione acquiritur ius patronat⁹ ipſi dotanti, quãuis laicus fuerit. xvj. q. vij. c. piæ mentis. vbi bona gl. & c. placuit. vbi dicitur, quòd ſi vnus eccleſiam fundat, alter verò eam dotet, ambo efficiũtur patroni, vt ibi no. Archid. ita quòd de tali dote portio canonica nõ debetur epiſcopo, per ea quæ habentur in c. fi. j. eod. & in ca. j. vbi Panor. de cenſi. Sicut etiam non debetur Falcidia de legato dotis in 6 matrimonio carnali. Aliquando † & tertiò accipitur dos circa matrimonium ſpirituale, non dico pro ☞ dote eccleſiæ, ſed pro dote virginis [Vide quæ dicũtur infrà ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* in prin.] religionem intrantis. Putà ſi puella intrare velit monaſterium, tenetur pater ei dotem aſſignare congruam, prout teneretur pro matrimonio carnali, vt d. l. qui liberos. Quia non minoris authoritatis & fauoris eſt matrimonium ſpirituale, quàm carnale, imò maioris. cum tendat in fauorem animæ. c. inter corporalia. de tranſla. epiſc. facit l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccle. Ideo matrimoniũ hoc ſpirituale quã uis vltimo loco contractum præfertur priori matrimonio carnali, & ipſum extinguit, dum tamẽ nõ fuerit conſummatum. j. de ſpon. c. cõmiſſum. & de conuer. coniug. c. verum. & ſic meretur dotẽ. Quinimò 7 decidi. Bal. in l. fi. C. de dotis promiſſio. †quòd ſi filia ante ingreſſum, vel in ingreſſu monaſterij nõ fuerit dotata à patre, poterit poſt ingreſſum ſuum petere dotem, ſicut filia quæ carnaliter nupſiſſet, vt ſentit Bar. in l. j. §. ſi parens vel. ff. ſi à paren. quis fue. manumiſſus. vbi etiam dicit, quòd illud quod parẽs ponit ſuper altare, cenſetur datum pro legitima, ita quòd filia facta monialis nõ amplius poterit legitimam petere. Nam licet dos detur pro oneribus matrimonij ſupportandis, tamen monialis habebit dotem ſuam quam donabit monaſterio pro ſupportandis oneribus, ſecundum Bal. in Authen. niſi rogati. C. ad Trebel. & Pet. de Ancha. conſil. ciij. incip. In paucis verbis. Imò dicit Bal. in dicta Authẽ. niſi rogati. †quòd executor habens pecunias diſtribuere pro maritandis puellis, poterit dare puellæ religionem intranti. Quia etiam ſtatutum pœnam imponens committẽti adulterium, ad illum extẽditur, qui carnaliter cognouit monialem profeſſam, ſecundum Marianum in repeti. ca. qualiter. ij. in ix. q. de accuſatio. & Fely. in c. non ſatis. de ſimo. † Et relictum puellæ ſi nupſerit, debebitur & ſi carnaliter nõ nubat, ſed monaſteriũ intret, vt plenè per Fely. in c. in præſentia. xvij. col. de proba. tamen Bald. in dicta Auth. niſi rogati. ver. & per hoc ſoluitur quæſtio. ſẽtire videtur cõtra- ☞ rium [De quo videatis. j. ſuper verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.* circa princ.] Præterea dicit Fely. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cõſti. ſi bene teneo, ꝙ ſubditi q ex cõtractu tenentur vel ſtatuto aut conſuetudine pro filiabus domini maritandis, etiam cõtribuere tenebũtur ſi ſpiritualiter maritẽtur religionem intrando, perinde & acſi matrimonio carnali iungerentur. Videatis eundem Fely. in d. c. in præſentia.

BIU Cujas

ſentia xviij.col. Pariter decidit Bar.in Auth.res quę.
10 C. communia de leg. †q̃ ſicut res prohibita alienari poteſt pro dote carnali, etiã dari poterit ꝓ tali dote ſpirituali, in qua etiam publica verſatur vtilitas. Cũ in ſacris ius publicum conſiſtat l.j.ff.de iuſti.& iure. Et in his quæ publicam concernunt vtilitatem, iura exorbitantia extenduntur ad ſimiles caſus, ſecundũ Bar.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr. Videatis Bal. in dicta l.fin.C.de dotis promi. Prętera, quia teſtator ad talem dotem tenebatur, & teneretur ſi viueret, ideo cùm non teneatur de neceſſitate eccleſiam ędificare, nec dotarẽ, non poſſent tales res pro dote eccleſiaſtica alienari, vt concludunt omnes in dicta Auth. res quæ. Quod verum intelligatis pro dote eccleſiaſtica filij hæredis, qui eccleſiam conſtruxit: ſed pro dote ſpirituali pro ingreſſu religionis debita alienari poſſunt, vbi pater aliunde non haberet vnde ſolueret, vt dicta Auth. res quæ. Et filius aut filia intrat regulam approbatam, ſecundum gl.in Auth.ſed quamuis.vbi Cyn.C.de rei vxo.actione. ſecùs autem dicit ibi eſſe in iſtis bezochariis, quod dicit habuiſſe à Ioã. Andr. Prætereà hoc verum intelligatis in filia intrante religionem, vt pater teneatur ei prouidere de dote. †Secùs eſſet in filio intrante monaſterium, qui licet intrando contrahere videatur matrimonium ſpirituale, tamen non tenetur pater ei aliquid aſſignare pro dote. Cùm ſolùm ſponſæ & nõ ſponſo debeatur dos aſſignanda per patrem. Veruntamen ſi dictum monaſterium eſſet debile in facultatibus. poſſet ex perſona filij intrantis petere legitimam aſſignari per patrem. Nam licet regulariter nõ debeatur legitima filio viuente patre, vt plenè habetur in l.lex Cornelia. ff.de vulga.& pupil.& in l.fina. ff.de libe. agno. & in Authen.vt liceat matri & auiæ. §.prætereà. Tamen in caſu iſto filius ſeu monaſterium pro ipſo eam petere poteſt. Cùm idem videamus in caſu conuerſo, ſcilicet patre monaſterium intrante, vt filius legitimã petere poſſit ante mortem naturalem patris, ſaltem de ęquitate canonica, vt eſt caſus ſingularis in c.cùm ſcimus.j.de regulari. & tenet Bal.in Auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſanc. eccle. quòd maximè videretur procedere, ſi monaſterium eſſet inops & impotens ad ſuſtinendum talem filium. Quo caſu videretur patrem ſaltem fore compellendum ad aliquid filio aſſignandum pro alimentis. Quod non fieret, ſi tale monaſterium eſſet potens, tamen in filia monaſteriũ intrante ſine dubio tenendum eſt, patrem teneri ad eandem dotandum, quantuncunque ſit potẽs monaſterium: per id quod notabiliter dicitur in l.ſi. C.de dotis promiſ.vbi eleganter deciditur, q̃ licet filia ſit diues, ita q̃ ex ſuo patrimonio dotari poſſet, tamen
12 adhuc pater eam dotare tenetur de ſuo. †Aliquoties & quartò dos accipitur per modum magis proprium & ſtrictum, ſcilicet quando conſtituitur pro matrimonio carnali. Et eſt ſecundùm Bar.ſuper rub. ff.ſolu. matri. Ius quoddam in ſe continẽs id quod à muliere vel eius parte, viro aut eius parti traditum eſt, vel pro tradito habitũ, ad onera matrimonij ſupportanda. Et iſto modo accipitur hîc. Nam Raynutius.vt tenebatur, Alterochæ eius filiæ certam dotẽ dederat, ad onera matrimonij ſupportanda: & bene
13 fecerat, cùm de ſeipſo filiam dotauerat. †Ad quod faciendum de iure cogi poterat, non ignorans dotis dationẽ eſſe de ſolennitaae matrimonij & honeſtate, xxxj.q.ij.can. Lotharius. Vnde indigniſsimũ eſt matrimonium conſiſtere poſſe ſine dote, l.cùm pater.ff. de pac.dotali. xxx.q.v.c.aliter.& c.noſtrates. imò qui ſine dote ducit vxorẽ, peccare cẽſetur. iij.q.iiij.c.eõ ſanguineorũ, ſecundum Lucam de Penna, in l. quicunq;.C. de apochis public. lib.x.in lxvij. præſũptione. Tenetur enĩ pater & cogi poteſt aſſignare in ſua vita [Non autem cogi poſſet ei aſſignare nec filio legitimã: de quo plenè habetur j.ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquẽs*.in xxj.limita.] filiæ pro dote certã partẽ ſuĩ patrimonij pro dote ſua, vt d.l.qui liberos.ff.de ritu.nup. Dotis enim datio dicitur non de ſubſtantia, ſed de ſolennitate matrimonij, vt dixi xxx.q.ij. Lotharius xxx.q.v.cap.aliter.& c.noſtrates, adeò quòd dicit tex.in l.cùm pater.ff. de pact.dotali
14 †Indigniſsimũ eſſe vt poſſit conſiſtere matrimoniũ ſine dote: quia poſſet eſſe cauſa repudiationis vxoris.xxxj.q.ij.can. Lotharius.in pr.& c.per veſtras.in fi. de dona. inter virum & vxo. Ideo ſi pactum fieret in matrimonio de dote nõ petẽda, ad vitam tantùm patris. & nõ perpetuò relatũ videretur, ſcilicet cõtẽplatione paternæ pietatis, & ne diuerſa ſententia fructus dotis ab oneribus matrimonij ſeparet, vt d.l. cùm pater. quod eſt notandũ pro d.l.qui liberos. ff. de ritu nup. Sicut tenetur filius aſſignare alimẽta, vt habetur.ff.de libe.agno.per totum. Et præſertim in l.ſi quis à liberis.ff.de lib.agnoſç.& l.fin.§.ipſum autem filium.C.de bo.quæ libe. Ita quòd pater qui ſemel dotem filiæ conſtituit vel aſſignauit, poſtea non poſſet eam diminuere. Vnde ſi pater ſemel in teſtamento filiæ legauerit centum pro ea maritãda, quã ex poſt pro nihilo maritauit, poterit talis filia dictũ legatum petere, vel ſi eam maritauit pro quinquaginta, vel alius illam ſuis expenſis maritauerit, filia petere poterit vel totum legatum, vel reſiduum, ſecundum Bal.Sali.Paul.& Iaſ.in l.filia.C.de leg.Bal. & Moder.in l.huiuſmodi.§.cùm pater. ff.de de leg.j. Imo. & Pet.de Anch.in cap.filius.s.eod.& conſuluit Alexand.in ij.parte conſil. vij.incip. Viſis,& diligenter animaduerſis. † Si tamen bis pater filiæ dotem
15 conſtituerit, nec ſoluerit, non tenetur ei ſoluere, niſi dotem ſecundo loco cõſtitutam, quamuis de prima conſtitutione non fecerit mentionẽ. l. dotem. ff.de iure dot.& tenet Cyn.in Auth. ſed quamuis.C.de rei
16 vxo.actio. † Eſt tamen differentia inter dotem & alimenta, quia non cogitur pater dare alimenta filiis, niſi ſucceſſiuis temporibus, totã autem dotẽ aſſignare tenetur in princip. Ita quòd non poſſet dicere filiæ, volo aſſignare marito tuo loco dotis cõgrua alimenta de tempore in tempus, vel vſumfructum talis fundi: imò tenetur dotem aſſignare in plena proprietate, ſicut dicimus in legitima. per l.ſcimus.§.repletionem.C. de inoffi. teſta. Ideo pater aſſignando fundum pro dote, quamuis ſimpliciter aſſignauerit, videtur eam .aſſignare in plena proprietate. Adeò quòd poſt eius mortem vel poſt mortem filiæ duret talis aſſignatio, cùm in eam fiat reconciliatio mortuo patre, & etiam in eius hęredes tanquam propriũ patrimonium filiæ, l.filium emancipatum. ff. de colla.bo. & l.iij.§.ſed vtrum.in fin. ff.de minori. Secùs tamen eſſet. ſi pater ſimpliciter aſſignaſſet filiæ fundum pro alimentis: quia tunc filia mortua fundus reuerteretur ad patrem vel eius hæredes, & non ad hæredes filiæ. Ex quo alimenta morte finiũtur. l.cũ hi.§.modus.ff.de tranſac.& not.Barto.in l. fin. ff. de
17 his quib.vt indig. †Plus dico, quòd pater tenetur ad redotandum filiam viduam, ita quòd compelli poteſt officio iudicis, ſecundum quod habetur in Auth. ſed quãuis.C.de rei vxo.act.& l.ſi ſocius.pro filia.ff. pro ſocio.gl.no.in l.ſi ſocer.in prin.ff.ſol.mat. Et ſi

filia

BIU Cujas

filia nollet nubere, sed potiùs religionem ingredi, pariter tenebitur pater eam dotare, vt cõmodè stare & viuere possit in Seruitio Dei tanquã Dei sponsa, & vt monasterium possit facilius onera alimentationis subire, vt notabiliter voluit Bal. in d.l. fi. C. de dotis promissio. & fuit de mente Bar. in l.j. §. si parens. ff. si à paren. quis fuerit manumissus. Quinimò si semel filia nupserit cum ampla dote, & nũc vidua ingredi vellet religionem, teneretur pater eandem dotem assignare monasterio, secundũ Ioan. Andr. in addi Spec. titu. de dona. inter virum & vxo. [Aliàs est in titu. qui filij sint legi. §. in hoc titu. in addi. inci pien. Martinus de Fano.] & Cy. in dicta Authen. sed
18 quamuis. † Vnum tamen menti tenebitis, quòd si pater filiam suam secũdò maritet, & sibi dotem constituat non facta mentione de prima dote, petere non poterit filia nisi dotem secundò constitutam in secũ do tractatu matrimonij, per tex. in l. dotẽ. ff. de iure dot. secundum quem ita iudicatum fuisse refert Guid. papæ, qõ. cccl xxv. in fi. & tenet Cy. in dicta Au
19 thẽ. sed quamuis. † Præterea dico ꝙ si dos primo viro assignata periisset sine culpa mulieris, teneretur pater iterum dotem competentẽ, si posset, filię assignare, per dictam Auth. sed quamuis. cùm aliàs non posset filia faciliter renubere, & sic impediretur matrimonium. l.j. ff. solu. matri. Per quam rationem dicunt doct. ꝙ si constãte primo matrimonio dos periisset, putà alluuione aut chasmate, tũc pater tenebi tur filiæ dotem nouam constituere. secundùm Bar. in dicta l. fi. dicens hoc idẽ esse, vbi deficerent facultates mariti, vt quia rupit aut naufragauit in mari. Tamen aliqui tenuerũt cõtrarium, quòd pater hoc casu non teneatur. Sed opiniones sic possunt concordari, scilicet vt dicamus, quòd durãte tali matrimonio pater nõ teneatur per viam cõstitutionis nouæ dotis prouidere filiæ, sed solùm per viam alimentorum, si potens sit ei subuenire, arg. d.l. fin. C. de dotis promis. cum alimentis futuris non posset filia renũtiare, etiam cum iuramento, secundum Spec. tit. qui
23 filij sint legi. vers. sed pone quidam. & Bal. in l. pactũ. in vlti. q. C. de colla. quos sequitur Ias. in Auth. quod locum. illo eo. tit. vj. col. in fi. Et plenè dicam infrà su per verbo, *si absq; liberis*, In materia substitutionis fi-
20 deicommissariæ. † Vnum tamen singulariter menti tenebitis, quod si dos data filiæ constante matrimonio fuerit absque culpa filiæ perdita, putà quia vir ef fectus est inops, talis filia dotem illam nõ computabit in legitimam post mortem patris: siue maritus viuat, siue non. Cùm (vt dictum est) pater eã teneatur redotare, vel ei prouidere de alimentis, si possit, secundum Bald. Nouellum in tracta de priuil. doti, licet aliàs secùs esset, per l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. Si autem matrimonium solueretur per mortẽ viri, pater teneretur filiam redotare, si renubere vellet, postquam dotem sine culpa sui perdidit. de quo plenè per Bald. Sali. Pau. & Iaso. in dicta Au-
21 then. quod locum. C. de colla. † Et in tantum sunt præmissa vera, videlicet patrem teneri ad dotandum filiam, ꝙ si pater sit bonorũ maternorum aut aduẽtitiorum administrator filiæ, iuxta l.j. C. de bo. mater. & l. cùm oportet. C. de bo. quæ liber. Tunc filia à patre simpliciter dotata, in dubio dotata intelligitur de bonis paternis, & non de bonis ipsius filiæ quamuis emancipatę, cuius bona pater fortè regit & admi nistrat, licet ipsa filia sit de se diues, vt est casus singularis in d. l. fi. C. de dotis promis. Et ratio est, quia onus dotandi patri pertinet & nõ filiæ, dicta l. qui liberos. ff. de ritu nup. facit l. & magis. ff. de sol. Quod secùs est in aliis administratoribus, putà tutoribus, & curatoribus, aut negotiorũ gestoribus extraneis, qui in dubio de bonis administratis & non de propriis expẽdisse præsumuntur. l. Nesennius. ff. de neg. gest. Præterea etiam in patre secùs esset in alimentis, quæ pater non tenetur impendere de suo filio di uiti se alimẽtare valenti & potenti. l. si quis à liberis. §. si filius. ff. de lib. agno. Et sic in dote filia est magis
22 priuilegiata, quàm in alimentis. † Plus dico, quòd si pater in promissione aut datione dotis expresserit quòd dotem constituebat de bonis tam suis, quàm ipsius filiæ, licet secundum veram vim verborum intelligeretur dos promissa de bonis suis pro dimidia, & pro alia dimidia de bonis filiæ, per ea quę habentur in l. reos. §. cùm tabulis. ff. de duobus reis. & l.j. C. si plures vna sententia condemnati fue. Tamen hoc casu fauore mulieris & matrimonij. & quia paternũ officiũ est filiã dotare. d.l. qui liberos: illa copula, &, resoluitur in disiunctam. Et erit sensus, ꝙ quatenus bona paterna ad dotẽ nõ sufficerẽt, in eo quod restat dos censetur promissa supplẽda de bonis filiæ. quod est singulariter menti tenendũ: quia nõ solùm inducitur ibi dicta interpretatio contra propriam & strictam verborum significationem, sed etiã contra verisimilem patris intentionem dicta verba proferentis, per tex. in d.l. fi. de dotis promis. Per quem multi plures incauti remanent illusi propter imperitiam tabellionum, qui in instrumento dotis apponunt: Quam dotem promisit dictus pater, cõputato in ea omni eo quod sibi filiæ debetur, tam de bonis paternis, quàm maternis &c. Nam, dicta clausula non obstãte, poterit filia post mortẽ patris petere bona materna vltra dotem. nisi bonis maternis expressè renuntiasset, dum tamen probet tot bona fuisse in bonis patris tempore dotis constitutæ, quæ sufficiebãt ad dictam dotem constitutam, quamuis si pater hoc sciuisset, nunquam dotem ita amplam constituisset,
23 nec promisisset. † Semper enim præsumitur pater de suo filiæ dotem constituisse, adeò quòd etiã si fortè pater vltrà condecẽtiam excessiuè filiam dotauerit, semper præsumendum est dictum excessum de suo promisisse, & non de bonis propriis filiæ, vt dicta l. fin. Per quam plus dicunt moderni, quòd si quis extraneus, vel etiam ipse maritus filiam dotasset de suo, nihilominus tenebitur pater de suo eam dotare.
24 vnde dicit Bal. in d.l. fi. † quòd adeò incumbit patri dotare filiam. quòd si pater cum eius fratre, aut cum extraneo simul eam dotauerit, videntur in dubio frater & extraneus solum & duntaxat gessisse negotium patris, & nihil de suo dedisse, aut promisisse. quòd secùs esset, si sine patre, fratre vel extraneis hoc faceret, vt l. ex morte. C. de pac. conuen. tã super dote. quã propter nup. donatione. Prætereà concludũt omnes, quòd si pater filiam dotare nõ vellet, cõgruè posset ad hoc cogi officio iudicis. Nam licet inter patrem & filium in potestate constitutũ consistere non possit iudicium. l. lis nulla. ff. de iudi. tamen hoc casu implorare potest filia cõtra patrem officium iudicis vt ipsam dotet. Quod est intelligẽdum venia à prætore petita. l. fi. C. de in ius vocã. insti. de act. §. pœnales. quæ veniæ petitio etiam requiritur, quando officium iudicis imploratur, secundũ glo. in l. si socer. in princ. ff. solu. matr. & l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebe. Et idem esset in casibus, in quibus pater tenetur ad filiam redotandũ, vt dictum fuit suprà. Quibus casib' cogi poterit officio iudicis, vt dicta l. qui liberos.

BIU Cujas

liberos.& dicta l.fi. † Et taliter, quòd condemnatus ad dotandum filiam,si hoc facere recusaret, cõpelli posset captis pignoribus,& mulcta indicta. Imò (ꝙ plus est)detineri posset in carceribus,donec condẽnationi satisfecerit:Cùm hæc sit quædam legalis cõdemnatio.l.obligamur.§.lege.ff.de actio.& obli. Ratione cuius potest quis præcisè cogi ad factũ, per ea quæ habentur in l.iij.§.tutores.ff.de suspe.tut. Nam videmus similiter,quòd cogi potest pater ad alimenta filio præbenda, vt dicta l.si quis à liberis. §.si quis ex his.ff.de lib.agno. Et si pater animo indurato adhuc filiam dotare recusaret, magis in carceribus mori volens, eo casu posset iudex ex officio dotem cõgruam filię constituere de bonis patris,etiã non dato curatore bonis. l.iij.§.j.& ij.ff.de iure dotium.facit tex.in Authen.vt cùm de appel.cog.§.si alicui. Licet aliâs secùs seruaretur, quòd bona alicui⁹ regulariter non possunt distrahi, nisi prius dato curatore bonis. ff. de curato.bonis dando.per totum. † Et cõtra patrem filiam dotare nolentem non solùm potest filia insistere coram iudice laico,vt dictum est: Quinimò adire poterit iudicem ecclesiasticum contra patrem quamuis laicum,secundum Barbat.in cap.ex literis. iij. colum.de pigno.Quæ omnia indubitãter procederent,vbi filia dotari peteret prætorem adeũdo,& contra patrem querimoniam exponendo per modũ honestum, putà cupiendo maritari, diceret: Cupio domine iudex fieri mater & liberos procreare.prout similis locutio ponitur in ca.j. de frigid.& malefi. † Nam cupit naturaliter fœmina nubere, & viro sociari,vt fiat mater.quia ipsa præbet materiam cõceptui,& vir dat formã. Et ideo sicut materia naturaliter appetit formam,ita fœmina appetit virũ,vt suæ materiæ forma imprimatur. Videatis quę dixi suprà in verbo,*Duas habens filias*.in princip. vbi posui bonas & malas mulierum conditiones. [vbi dicitur, quòd maioris delectationis est coit⁹ in fœmina quã viro: & multo maior fuisset in vtroque si primi parentes permãsissent in statu innocẽtię, quàm sit nũc post peccatum: quia humana natura perfectior fuisset,& omnis præsertim ille humor velut ex perfectiori cibo & digestione descẽdens, tamẽ maior illa delectatio nullomodo impediuisset vsũ rationis. secũdum Franciscum de Mayronis, in beatum Augustinum super Genesim,vigesimotertio capi. de quo vide plenius infrà super.verb.*Cuidã Petro tradiderunt.* dum loquitur de fidelitate in coniugio requisita.] Vnde hoc casu parcitur filiæ volenti nubere,quamuis honestius sit continere:quia faciliter parcitur vitio naturali filiæ etiam cõtra patrem, iuxta illud Apostol.primę ad Corint.vij.ibi. Si quis autem turpẽ se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta,& ita oportet fieri, quod vult faciat: nõ peccat,si nubat. Tali enim casu audiretur filia. Et non absre, cùm maximum munus mulierum sit cõcipere, & partũ tueri.l.quæritur.§.si mulier.ff. de ædilit. edicto. †Si verò filia præ rubore pudicitiæ non auderet per seipsam comparere cotã iudice, & petere cogi patrem ad eam dotãdum, eo casu possent fauore coniugij parentes, cognati, & amici adire prætorem,qui patrem ad dotandum filiam cogeret. l.si cũ dotem.§.sinautẽ.ff.solu.matrimo.Et si etiam parentes hoc petere non auderent, aut talis filia verecũda parentes non haberet, neque amicos, & ipsa est iam tori natura, omni auxilio destituta, tunc iudex ex officio posset,imò deberet suum impartiri officium cogendo patrem dotare filiam, vel ipse hoc facere posset,per textum not.in dicta l.iij.ff.de iure dotiũ, Nã quoties versatur fauor publicus, vt in casu isto, l.j.ff.soluto matrimonio. potest iudex suũ impartiri officium,& de facto supplere,etiam parte non petẽte,secundum Bart.in l.iiij.§.prætor. ff.de damno infecto.Panormi.in ca.bonæ de postula. præla.& Floria.in l.quia magis.§.ad officium. ff.finium regund. Quod nedum habet locum in dote constituẽda, sed etiam in dote repetẽda, si soluto matrimonio pater dotem repetẽs esset improbatę vitę,seu dilapidator, & filia nollet, aut non auderet contradicere propter reuerentiam paternalem. Quia etiam tunc iudex ex officio supplere posset: causa tamen cognita,scilicet quòd pater esset dilapidator.l. si cùm dotẽ. §. eo autem tempore.ff. soluto matrimonio. †Similiter etiã ad similitudinẽ dotis tenetur pater,& cogi potest assignare filio nubenti donationem propter nuptias in dotis recompensam,vt satis probatur in dicta l.fina. C.de dotis promissio. Tum etiã, vt filius magis inclinetur ad matrimonium contrahendum,& vt faciliùs vxorem inueniat bene dotatã: Cùm aliâs sine tali donatione nõ faciliter inueniret dotem saltẽ amplam: quia talis donatio est vxori securitas dotis,secundum gl.Panor.& doct.in c.peruenit. de empt.& vendit.vt suprà dixi in prin.Et hæc vera,scilicet patrem teneri ad dotandũ filiam, aut filio assignãdum donationẽ propter nuptias, vbi filia vel filius nupsit patre sciente & consentiente.†Si autem filia nupserit patre ignorante,aut inuito:quo casu,iure isto canonico, cui quo ad matrimonia standum est, tenet & valet matrimonium, ac si pater consensisset: an tunc pater possit filiæ sic nubenti denegare dotem: dicendum est quòd non,secundum glos.in l.Paulus. ff.de statu homin. & expressiùs in can.hoc sanctum. xxxij.qõ.ij.& consuluit Alexander in ij.parte consil. vij.incip. visis diligenter,& animaduersis.iij.colum. Nam propter hoc non posset hodie pater eam exhęredare: & sic videtur hodie correctus. §. si alicui. in Auth.vt cùm de appel.cog.Cùm (vt dictum est)quo ad matrimonia standũ sit huic iuri canonico, & non legali dispositioni,vt dicit glossa singularis in §. hactenus.Instit.de gradibus.tenent Host.Ioan.Andr.& docto.in ca.j.de desponsa. impube.& plenè Iason in Auth.sed si post. C. de inof.testamen.vbi concludit, † patrem non posse filiam suam exhæredare pro eo, quòd viro etiam indigno nupserit sine eius cõsensu. Sicut non posset hodie exhæredari filius, qui turpes contraxit nuptias contra voluntatem patris, veluti capiendo suam famulã,vel eius filiam,vel ancillam, secundum Imol.in cap.accedẽs.de procurato.quem sequuntur Alexand.& Iason.in Authen.non licet.C. de liberis præteritis.Quia tales dispositiones legales matrimonia intimidantes sunt omnes correctæ.cap. fin.vbi doct.de secun.nup.†Imò non valeret statutũ ciuitatis,vel consuetudo disponens patrẽ non teneri dotare filiam, quę sine suo consensu nupsit. Aut si disponeret maritum eidem teneri dotem assignare super bonis suis,vt elegãtissimè post seriosam disputationem consuluit Alexander in prima parte consil. xcvij. incip.principalis dubitatio. quẽ sequitur Iason.in l.j.§.huius studij.vlt.col.ff.de iusti.& iure. Et minùs disponere posset matrimonium non valere sine consensu patris,cùm lex ciuilis nihil possit impediẽdo spiritualia secundum eos ibi:& sentit glo.Instit. de nup.in princip.[Quod qualiter intelligatur,vide super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*.in princ.] Sanè tamen intelligatis esse verum, † quòd pater

tenetur

netur filiam dotare, quæ siue eius nupsit consensu, prouiso quòd nupserit viro digno & honesto. quia de consensu patris in his causis spiritualibus parum curamus. cap. final. de iudic. lib. vj. Si verò filia patre ignorante aut inuito nupserit viro indigno, & inhonesto, attenta sui conditione, & domus paternæ, vel si filia vitam elegerit inhonestam: putà meretricando: eo tunc pater non teneretur eam dotare, secundū glos. in can. de raptoribus. xxxv. quæstio. j. ad hoc facit glo. not. & quod ibi not. Bart. in l. non tantùm. §. si emancipatus. ff. de bono. possess. contr. tab. per quē text. & ibi not. idem tenuit Bald. in d. l. j. ff. so. matrimo. Videatis & dicatis, vt per Bald. in l. obligamur. in fine. & ibi glos. ff. de actio. & oblig. & Panor. in capi. cum causa iij. colum. de rapto vbi clarè decidit Alexander in dicto consilio. ac Iason. vbi suprà.

34 †Præterea intelligatis patrem non teneri ad dotandum filiam, quæ vitam inhonestā elegit, aut eo inuito nupsit, nisi pater fuisset in culpa, putà quia filiam non maritauit infra xxv. annum, vt dicto §. si alicui. Quoniam tunc si post xxv. annum patre ignorante, aut contradicente nupserit viro indigno, & inhonesto, vel vitam inhonestā elegit, tenetur pater eā dotare: nec poterit propter hoc ipsam exhæredare, per textum in dicta Authen. sed si post. C. de inofficioso testamen. Idem voluit glos. & ibi. Archid. in dicto c. de raptoribus. Et hoc procedebat olim: hodie verò filia non tenetur expectare patrem, vsque ad xxv. annum: Quinimò etiam nubendo ante xxv. annos, dūtamen secundum morem patriæ expectauerit tēpore congruo, putà vsque ad viginti annos, vel aliā ætatem in illa regione consuetam: infra quam cæteræ puellæ consueuerunt communiter maritari: Si pater intra illam ætatem non curauerit filiam maritare, & dotem constituere, si ipsa postea nubat, quamuis persōnæ sibi indignę, & ante vigesimum quintum annū, etiam patre ignorante aut contradicēte, nō videtur quòd propter hoc possit dote priuari, ne aliàs per indirectū tollatur filiæ libera facultas matrimonij: quam ius ciuile tollere non potest: nec impedire, aut intimidare, vt plenè not. in cap. j. & cap. fin. per gl. & docto. in cap. statutū. de hęretic. lib. vj. Nam certum est, ꝙ filia contrahens matrimonium ignorāte patre vel contradicente, vix aut nunquam reperiret virū

35 honestum & sibi concedentem. † Cùm viri honesti omnia facere velint secundum debitam honestatē, & sic nubere de consensu parētum: vnde filia excluderetur à matrimonio, si semper haberet nubere viro sibi condecenti. Et idem videmus de filiabus quę iam ætatem transiuerunt maritandi, quæ vix mari-

36 tum reperirent condecentem. † Cùm quilibet vir honestus & magnanimus vt plurimum velit tenerā puellam sibi copulare, secūdum morem regionis, & non cum annosa contrahere, præsertim vidua quæ alteri nupserat. quia dicit Iuuenalis: Semper habet rixas alternáq; iurgia lectus, in quo nupta iacet. cùm ☞ viduæ vt plurimùm priores suspirēt maritos. [Qui in eis claustra virginitatis aperuerunt. ex quo illos plus diligunt quibus primos amores iunxerūt: vt plenè habetur infrà super verbo, *Qui cum alia matrimoniū contrahens.* in princ.] Vnde salubre est illud Hesiodi philosophi consilium, Puellam accipere oportere, vt gratis eam moribus imbuere possis. Diuersitates enim morum nequaquam ad dilectionē sunt aptæ, vt habetur libr. j. Oecon. c. iiij. Et sic in annosa ætate per indirectum tollerentur, seu impedirentur matrimonia puellarum: quod non est dicendum. Maximè, quia vt dictū est, iure isto canonico in matrimoniis non curatur patria potestas, aut consensus paternus, capitul. non est nobis. de sponsa. & not. gl. Instit. de nupt. in princip. & Panor. in dicto cap. j. de despon. impuber. dicens ita pluries cōsuluisse: secùs tamen esset, si filia nō spectasset tempus consuetum secundum morem patriæ: vt quia nupsisset personæ indignæ. & fortè idem si nupserit personæ dignæ, & concedenti patre ignorante, aut inuito, non spectato dicto tempore consueto. Quia tunc pater non tenetur ei dotem cōstituere, ex quo præcessit culpa filiæ sic imprudenter ac irreuerenter se habētis erga patrem. Non enim expectare debet quis auxiliū aut iuamen ab eo, quem contempsit. dicit text. in l. litigatores. ff. de arbitr. Quod verum intelligatis, nisi fortè pater eam tractasset alicui personæ indignæ tradere in vxorem. Quo casu præpōderat culpa patris culpæ filiæ, argumen. l. cū mulier. & l. viro. ff. soluto matrimonio. facit textus iuncta glo. in l. cùm in fundo ibi quid si acciderit. ff. de iure dotium. Si autē filia infra vigintiquinque annos vitam elegerit inhonestā meretricando, tunc non tenetur pater eam dotare: imò posset eā exhæredare. Et hoc casu credo quòd dict° §. si alicui. remanet hodie incorrectus de iure canonico: quia ius canonicū solùm se intromittit de matrimoniis in libertate relinquendis, & non de mere-

37 tricis suadendis. † Vnde ex hoc posset pater filiam exhæredare, alimenta ei denegare, & dotem. Quod est verum, etiam si pater esset magnus meretricator & publicus: quia etiam posset tunc filiam propter

38 meretricium exhæredare. † Cùm magis deceat mulieres esse pudicas & castas, quàm mares. l. penultim. ☞ C. ad Orfician. [Facit l. palàm. §. quæ in adulterio. hic alleg. vbi glossa hoc ponderat.] secundum Rapha. Fulgo. in dicta Authē. sed si post. C. de inofficio. testament. & Cyn. in l. si filiam. eodem titul. & glo. in l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nup. Ideo mater meretrix propter meretricium filiæ nō posset eā exhæredare. secundum Bart. Baldum, & Fulgo. in l. in arenam. C. de inofficio. testamen. & Bald. in dicta

39 l. si filiam. † nisi mater esset à peccato emendata: quo casu, filiam in meretricio perseuerantem exhęredare posset, nec teneretur eā dotare, argumen. l. imperialis. C. de nuptiis. vbi Bartolus & Baldus dicunt per illum tex. quòd qui deliquit, perinde habetur post peractam pœnitentiam, ac si nū deliquisset, iuxta illud Exechiel. xviij. quotiescunq; ingemuerit peccator amplius nō recordabor iniquitatū eius. Ex quo

40 sequitur, † quòd etiam si filia meretrix reduci vellet ad frugē melioris vitæ, adeò quòd si haberet dotem, inueniret maritum, tunc pater teneretur eā dotare, ne ob hoc impediatur matrimonium, & vt ipsa à peccato retrahatur. Cui res ius canonicum multū fauet. capit. inter opera. de sponsa. Nec dispositio dicti §. si alicui. ad hanc causam debet extēdi: quia vt dictū est, ius ciuile esset tunc matrimonij restrictiuū & impeditiuum, & perseuerandi in peccato inductiuum, quod absit, vt nota. in dicto capitu. statutum. & Baldus in l. in copulandis. C. de nup. & in l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. nam filiæ pœnitenti nō possent per patrem alimenta denegari, nec posset peracta pœnitentia ex præcedenti delicto exhæredari.

☞ [De quo plenè super verbo. *In eodem testamento re-*

41 *linquens.* secundo.] † Et præmissa sunt vera, quòd pater tenetur dotare filiam, quæ lapso tempore nubēdi nupsit sine consensu patris, siue filia nubendo dotem promiserit, siue non: vt quia fortè vir amore

puellæ

pullæ filo captus, eam indotatam accepit. Quo casu, licet non sit timor impediendi matrimonium, cùm sit iam contractum, & dissolui non possit, attamẽ pater tenebitur eam dotare. Nã licet cesset causa matrimonij impeditiua, aut retardatiua, non tamen cessat causa conseruandi matrimonium in pace & synceritate animi, secundùm Paul. referentem ibi angel. ita tenuisse in Authenti. res quæ. C. communia de legat. Licet enim maritus eam acceperit sine dote, & sic non posset eam repellere, cùm sciẽti & consentienti non fiat dolus nec iniuria, tamen quia mulier indotata faciliter à marito sperneretur & fortè de facto repelleretur, prout in hac ciuitate habemus exemplum. Et præterea onera matrimonij ita liberaliter, præsertim circa infirmitates & alia ibi necessaria vir sustinere non præsumitur, æquius est in prædicto casu eam à patre dotari, ne mulieres cernentes se ex defectu dotis odiosas, & onerosas viris, impellantur, & faciliùs inducantur ad meretricandum. Qua de causa lex eis multùm fauet in dotibus, vt dicta l. iij. ff. de iure dot. † Et idem puto in filia, quæ nupsit cum parua dote, quam pater ei assignauit, vt quia maritus amore puellæ bacchatus non curauit de maiori dote, vbi pater poterat & tenebatur maiorem constituere secundum qualitatem suæ personæ & mariti, ac secundum quantitatem patrimonij. Quoniam talis pater compelletur constante, vel soluto matrimonio dotem augere, vel maiorem constituere, vt sentit glo. in d. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obligatio. & Bald. in l. j. ff. soluto matrimo. quem sequitur Paul. Quam quidem opinionem velut æquiorem amplector rationibus prædictis, licet Bart. post Guliel. de Cug. in d. §. lege. tenuerit contrarium, dicentes in præmissis casibus patrem non teneri filiam dotare in primo casu, nec dotem ei augere in secundo. Et ita etiam tenuit idẽ Bartol. in dicta Authent. res quæ. vbi Salice. Rapha. & Panormit. in dicto cap. j. de despon. impube. & in cap. j. de adulte. mouentur per tex. in dicta Authenti. res quæ. & in corpore vnde sumitur. §. hæc omnia. vbi dicitur, quòd si filia hæreditatem restituere grauata nupserit cum parua dote, non poterit posteà fideicõmissum diminuere de bonis restitutioni subiectis dotem sibi augendo. Sed respondetur illum textum non obstare, quia procedit vbi filia post mortem parentis talem dotem paruam sibiipsi cõstituit, vbi maiorem sibi constituere poterat, iuxta condecẽtiam suæ personæ & mariti: & sic habet filia quid sibi imputet: quia est in culpa, quare sibi plenè non prouidit cùm poterat. Sed in casu nostro vbi pater viuens dotem paruam filiæ constituit, cùm maiorem teneretur constituere, est ratio multum vrgens & concludens, quòd filia tunc posset agere ad dotis augmentum. Ex quo non potest ei culpa aliqua imputari, sed soli patri eam incongruè dotanti, secundùm Alexand. in dicta l. j. ff. soluto matrimo. † Et omnia quæ dicta fuêre de dotanda filia naturali & legitima, eadem intelligo in filia naturali tantùm vel spuria, quam tenetur pater quamuis presbyter dotare: quia talibus liberis saltem iure isto canonico debentur alimenta, secundùm Bartol. in l. fin. ff. de his quibus vt indig. & in l. vxorem. §. pater. ff. de legat. iij. vt plenè vidistis suprà in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* Facit quod not. Barto. in Authẽ. ex complexu. C. de incest. nupt. Bald. & Angel. in l. mater. C. de iure dotium. † Sanè tamen intelligatis patrem teneri dotare filiam bastardam, aut spuriam, si talis filia non habet aliqua bona: & tenetur eam alimentare, si bona non habet, aut nescit artem aliquam honestam, ex qua viuere possit. † Si autem haberet bona, vel aliquam sciret artem honestam, ex quibus posset sustentari, tunc locum non haberet hæc canonica æquitas, vt plenè deciditur in capit. cùm haberet, & ibi docto. de eo qui duxit in matrimo. quam prius pollu. per adulter, nec teneretur eam pater dotare. secùs est in filia naturali & legitima, quam de suo tenetur, vt dictum est, dotare, quamuis diuitem. Tamen non teneretur eam alere. si sit diues. l. si quis à liberis. §. si filius. ff. de liberis agnoscen. secundùm Baldum in dicta l. mater.

Et illud quod dictum est, patrem non teneri filiam illegitimam dotare quæ aliquam scit artem exercere honestam, est verum, nisi esset filia alicuius magni nobilis, qui fortè non excusaretur dicendo, quòd filia sua operando posset se alere. & sic etiam se dotare ex arte sua. Tunc enim non esset excusatio patris iusta, vbi non decet filiam artem exercere, argumen. eorum quæ not. Azo. in sum. C. de patria potesta. in fi. vbi dicebat, quòd licet mater tenea tur filium lactare per triennium, tamen illud non procedit, si mater fuerit nobilis, cui fortè secundum morem patriæ indecens esset vel dedecus filium lactare. Quod an procedat iure isto canonico, est text. elegans in capit. ad eius verò concubitum v. distinc. vbi damnatur ille mos tãquam corruptela, ita quòd matrem non excusaret à peccato. faciunt not. in cap. final. de conuers. infide. † Vnde in legenda beati Bernardi habetur, quòd Aaleth, eius nobilissima mater manibus propriis ipsum Deo offerebat, alienis vberibus ipsum nutriri refugiebat, quasi cum lacte materno, materni quodammodo boni infundẽs ei naturam. Ex quibus demonstratur, quòd mater non excusaretur filium lactare recusans. † De filia autem nobili, quòd marito non teneatur aliàs operari, tenent Petr. Cyn. Bald. & Salice. in l. si vxorem. C. de cond. infer. vbi deciditur, quòd vxor nobilis nupta alicui non tenetur operari viro suo: Ergo à simili nec filia nobilis tenetur operari eius patri pro alimentis vel dote. Tamen sapientissimi parentes semper eas aliquid operari faciũt, non in recompensam alimentorum aut dotis meritum, † sed vt aliquid faciendo diabolus eas inueniat occupatas, ne in voluptatem labantur, & futuris infortuniis cõsulatur. Sed dices tu: Si aduersetur fortuna, quid prodest viuendi doctrina? Audi quid de hoc dicit Bernardus in epistola de cura & regimine domus, & rei familiaris. Vidi, inquit, stultos diligentiam omittentes, & tandem se excusantes sub fortuna declinare ad malum: sed falluntur. Nam seruans doctrinam raro accusabit fortunam. Raro enim diligentiam cum infortunio accusabis, sed rarius infortunium à pigritia separabis. Sperat enim piger sibi à Deo subueniri, qui in isto mundo vigilare præcepit. Et pariter legalis dicit authoritas in l. pupillus. ff. quæ in frau. credi. quòd vigilãtibus & non dormiẽtibus iura subueniunt. Quæ prouidi parentes filios docere non omiserunt, † prout de Octauiano inclyto Romanorum imperatore ponit Suetonius. lib. ij. de xij. Cęsaribus, quòd filias suas in lanificio institui fecit, propter mutabilitatem temporalium. nendi texendíque non solùm artem, sed vsum habebant, iuxta illud Prouerb. vlti. Quæsiuit lanam & linum, & digiti eius apprehenderunt fusum, & operata est consilio manuum suarum, &c. Quod prophetatum fuerat de virgine Maria

Maria, quæ ſecundùm Hierony. acu & colo acquirebat, vnde ſibi & Chriſto eius filio neceſſaria procuraret. Et ſapiẽs ille imperator ne filias viuere in otio permitteret, etiam eas ad ſe niſi vultu maturo ſine omni veſtium curioſitate accedere permittebat. Ita quòd huic adaptari poſſet quod dixiſſe aiunt Plinium ſecundum Veſpaſiano imperium adepto. Non quicquam in te mutauit amplitudo fortunæ, niſi vt tantum prodeſſe poſſis quantum velis. Ob quod & cæteras ipſius virtutes pluſquàm excellentes, de ipſo veridicè prædicabatur, quòd humilitatis, clementię, ciuilitatis, ſapientiæ, diſciplinæ, quæ rariſsimè in tanta ſublimitate conueniunt, exemplar ipſe fuit. Adeò quòd propter eius ſingularem excellentiam omnes deinde imperatores Auguſti dicti fuerunt: quia iuſtum eſt, vt ille nomen omnibus tribuat, qui cunctis viuendi formam & regendi normam tribuit. Et ſub cuius imperio Chriſtus natus fuit, Lucæ ij. Ididem de filiabus Carolum magnum feciſſe in noua hiſtoriæ Francorum tranſlatione, lib. iiij. cap. j. Gagui. teſtatur, ſic dicens prope finem: Circa liberos educandos eam curam adhibuit, vt mares bonis diſciplinis, fœminas lanificio erudiendas ſummopere ſtuduerit.

50 Hæc ille. † De familia educanda etiam tradit diuus ille Bernardus in epiſtola de regimine & cura rei familiaris. Familiam, inquit, tuam groſſo & nõ delicato cibo nutrias. Nam qui guloſus effectus eſt, vix aliter quàm morte, mores mutabit. Guloſitas & vilis & diligentis hominis putredo eſt, guloſitas ſoliciti & negligentis hominis ſolatium eſt. Diebus tamen ☞paſchalibus & aliis feſtiuis temporibus [Quibus Chriſti fideles poſſunt & debent lautiùs viuere, cum moderamine tamen, iuxta illud Neemiæ. 8. Comedite pinguia, bibite mulſum, & mittite partes eis, ſcilicet pauperibus, qui non præparauerunt ſibi: quia ſanctus dies domini eſt. Nolite contriſtari, gaudiũ etenim domini eſt fortitudo veſtra.] abundantiùs, non tamen delicatè familiam paſce: fac gulam litigare cum burſa, & caueas cuius aduocatus exiſtas. Si autem inter gulam & burſam aduocatus ſis, ſæpiús, ſed non ſemper pro burſa ſententiam feras. Hæc ille. Quæ optimè ſeruãt Aegyptij: de quibus ſic ait Diodorus Sicu. lib. ij. Natos adeò parua educant facilſq; impenſa, vt vix credi poſſet. Nam tum ſcirporum, tum aliis radicibus quas ſub cineribus coquũt, cum caulibus paluſtribus, quas partim coctas, partim aſſas igni, partim crudas pro cibo præbent, liberos nutriunt, diſcalciati nudíque maiori ex parte ob patriæ 54 temperiẽ vitam ducunt. Omnis ſumptus in pueros quouſque ad ætatem perueniant à parẽtibus impenſus non excedit drachmas viginti. Qua ex cauſa cõtingit Aegyptum, gẽtes cæteras, hominum numero excedere, pluráq; in ea magnifica eſſe opera effecta.

51 Hæc ille. † Cauti ergo eſſe debent parentes erga liberos, vt ſcilicet eos delicatè non nutriãt, & aliquid operari aſſuefaciãt. vnde Iob v. Homo ad laborem naſcitur, ſicut auis ad volandum. Et pariter dicit Apoſtolus ij. ad Theſſalon. iij. Qui non laborat, non manducet. Et Hieronym. Quanuis omnem cenſum tuum in pauperes diſtribuas, nihil tamen apud Chriſtũ pretioſius erit, quàm quod manibus tuis ipſe cõfeceris. vnde Salluſtius in Catilinario: Nõ votis, inquit, neque ſuppliciis muliebribus auxilia deorũ parantur: vigilãdo, agendo, bene conſulendo, proſperè omnia cedunt. Vbi ſocordiæ te atque ignauiæ tradideris, ne quicquam deos implores, irati infeſtíque ſunt. Quia ſecundum Auguſtinum lib. de vita chriſtiana: Illam eleemoſynam Deus approbat, quæ de iuſtis laboribus miniſtratur: Adeò, quòd ſine peccato moniales ſibi appropriare poſſunt lucrum ſuorũ laborum, & de eis viuere, vt faciunt Senis, ſecundùm 52 Panor. in cap. cùm M. Ferrar. de conſti. in fine. † Nec perdunt nobiles aut clerici nobilitatem, nec priuilegia ſua laborãdo propriis manib⁹ ſuas proprias poſſeſſiones, ſecũdùm Spec. tit. de cler. cõiuga. §. j. verſ. Veruntamen non prohibeo eos. quem ſequitur Guido papæ. quæſt. xlj. Et de Labeone habemus in l. ij. §. poſt hunc. ff. de origi. iur. quòd ſtudio operam dans totum annum ita diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & ſecederet ſex mẽſibus, conſcribendis libris continuè vacando: adeò quòd quadraginta reliquit volumina, quæ inde libri ſemeſtres dicebantur, ſecundùm gloſ. ibi. Per quæ omnia clarè oſtenditur otium præſertim in mulieribus eſſe fugiendum. Nam ſicut in terra nõ arata & inculta crescunt vepres, & in aqua ſtante vermes, ſic in anima otioſa malæ cogitationes. Omnium † enim, inquit 53 Bernar. cogitationum & tentationum malarum incentiuũ eſt otium: imò otioſitas cõtra naturam eſt, & otioſus indignior eſt brutis animalibus, cùm nullum ens naturaliter ſit otioſum, ſecundùm Ariſtotelem lib. xj. animalium. Ideo dicit Chryſoſto. ſuper Matth. Qui habent ſpiritum Dei, non contentãtur ſedere otioſi. Sed ipſe ſpirit⁹ vrget eos aliquid bonũ apprehendere. Et ſi Eua quam Deus in paradiſo poſuerat, vt aliquid operaretur, inuẽta non fuiſſet otioſa, diabolus eam non tentaſſet, nec decepiſſet. Nam otioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas captiuandas, iuxta illud:

Otia ſi tollas, periêre cupidinis artes.

Quia vt Eccleſiaſtici xxxiij. dicitur: Multam malitiam docuit otioſitas. Ex qua ſomnolentiæ infectio procedit. Sunt profectò omnes otioſi communiter ſomnolenti, & faciles ad debellandum in viam perditionis ſuæ. Quibus meritò dici poteſt illud Matthæi xx. Quid hîc ſtatis velut dormientes tota die otioſi? non cogitantes, quòd Troianis dormientibus capta fuit à Græcis ciuitas. de quo Poeta ij. Aeneid. Inuadunt, inquit, vrbẽ vino ſomnóque ſepultã &c. Et Roma diis ſuis & populo dormientibus, ſi anſeres qui in capitolio erãt, nõ vigilaſſent, capiebatur à Gallis, vt diuus narrat Ambro. in v. ſui exameron. & Iſid. xij. etymolo. quos refert gloſ. in cle. j. de reli. & vene. ſanctorũ. Pro quo facit hiſtoria Valerij lib. ij. dicentis: † Ciues Carthaginenſes Macrobium ducẽ belli miſiſſe ad debellãdum Aſſyrios, qui videns eorum exercitum præpotentem. & quòd vi debellare eos non poterat, vſus arte habuit Mandragoras, quarum puluere in vaſculis vino plenis intus poni fecit inducit enim Mandrogora veneno proxima dormitionem irremediabilẽ. Hoc facto ſuis præcepit militibus, quòd vigoroſè irruerent in hoſtes, prout fecerunt, & denique fugam ſimularunt. Hoſtes verò credentes campum obtinuiſſe, ſarcinulas capientes, vinum copioſè biberunt, ſtatímque dormientes quaſi mortui proſtrati ſunt. Macrobius autem in campũ reuerſus omnes gladio interemit, ſequens dictũ Ouid. lib. ſine titu.

Sæpe ſoporatos inuadere proficit hoſtes.

Sic diabolus videns partem maiorem hominũ otio deditam eſſe, & conſequenter dormitioni, cum vino otij miſcet Mandragoram carnalium voluptatum, ſcilicet diuitias, delitias, & honores, quæ ſunt mors animæ. Nam dixit Euæ: Eritis ſicut dij &c. Semper

ergo

BIU Cujas

ergo aliquid facito, vt diabolus te inueniat occupatum,& ne pusillanimitatis vitio deprimaris. quia dicit Sene.ad Lucil.epistola xxxj. Generosos animos labor nutrit,nec est viri timere sudorem. Et ad eundem pulchrè meminit epist.j. Quædam,inquit,tempora surripiuntur nobis,quædã subducũtur,& quædam effluunt. Turpissima tamẽ est iactura,quæ per negligentiam fit. Quem mihi,inquit,dabis,qui pretium aliquod.tempori ponat, qui diem æstimet,qui intelligat se quotidie mori? Omnes ergo horas cõplectere: sic fiet vt min⁹ ex crastino pẽdeas, si hodie manum iecceris,dum differtur,vita tanscurrit, omnia aliena sunt,tempus tantùm nostrum est. Hęc ille Cui concordat Claudianus, quem refert & sequitur Ioan. Andr.in c.nisi cùm pridem.prope finem.de renuntia.volens etiam reipublicę melius esse negotiũ quàm ocium: quia vita nostra, vt Cato philosophus dicebat,est sicut ferrum,quod si exerceatur, cõteritur:si verò non exerceatur, etiam rubigine consumitur. iuxta illud Ouidij lib.iiij.titu.de tristibus. Ingeniúmque meum longa rubinine læsum. [Ferrum si in vsum mittatur,lucet velut argẽtum:& si nõ exerceatur,ex longa quiete fuscatur,& breuiter cõsumitur.de quo Bapti.Mantua.lib.j.Parte.Maria.

-Ferrum si transit in vsus,
Assiduo splendore micat,vultúque nitenti
Au det ad argenti decus aspirare superbum.
At si longa quies ierit,fuscatur,& atram
Vertitur in scabiem, celerique absumitur auo.

Sic etiam est de homine & eius ingenio, vt videtis.] Ignauia enim nemo immortalis factus est, dicit Sallustius in Iugurtino: Quinimò Athenienses olim †inertiam seu ignauiam, id est vitam sine arte & industria tanquam delictum graue in foro accusabant & repertam durè puniebant. de quo Valerius libr. ij. titu.de institutis. sic dicit: Egregios virtutis bellicæ spiritus Lacedæmoniorum prudentissimi pacis moribus Athenienses subsequuntur. Apud quos inertia in latebris suis lãguore marcescens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur,fitq; vt facinoro sæ ita erubescendæ rea culpæ.Hæc ille. Præsertim in administratore publico, in quo sola negligentia est mortale peccatũ. Adeò, ꝙ ea sola priuari potest officio publico,per tex.not. quem ad hoc dicit Bart.ibi notandum & menti tenendum perpetuò cõtra iudices, vt propter negligentiã remoueãtur,in l.si quos. C.de offic.præfec.præto.orien. Ex quo tractum est, iustam esse causam inquirendi contra inertes præsertim vagabundos, vnde sint,& quid in loco sine labore faciunt,& de quo viuunt,& finaliter si reperiũtur esse latrones,fures,lusores,lenones,vel aliàs inhonesti homines puniendi per iudices & locorum rectores,sicut dictim seruatur,†cùm nullus de vẽto viuere pręsumatur.l.fin.C.vbi pupil.educari debeat.† Et ita per Zachariam summum pontificem consultum fuit,vt Pipinus cui pusillo propter corporis breuitatem cognomen erat, tamen diligẽs, Childerico,qui vt belua nihil cogitans, tempus otio& voluptatibus exigebat,in regno Francorum præferretur,qui postea Carolum magnum ex Berta Heraclij Bixantini Imperatoris filia genuit, de quo Gaguinus lib.iij.c. iiij Pipinus,inquit,regum Franciæ inertia prospecta cùm domini delitescerẽt,nec reipublicę procurationem vllã susciperẽt Zachariã Romanũ pontificẽ per Archiepiscopum Bituricem. Ruchardum & Furadum ipsius Pipini domesticum sacerdotem cõsuluit vter ad rempublicã gerendam potissimum idoneus ex regibus esset,is ne,qui otio domi tẽpus cõtereret nigil agens,nihilque omnino curãs,an qui industria virtutéque publica negotia moderaretur, intentus atq; solicitus? Ad Pipini consulta respondit Zacharias,Eum regni gubernaculo dignũ esse,qui prudentia spectatus,rempublicã diligenter curioséq; cõponeret. Quo responso adducti proceres Pipinum sibi deligunt regem,& ex Zachariæ sententia, atque authoritate illum confirmant:quẽ Bonifacius,qui Catalogo sanctorum ascribitur, Suessione more regio vnxit. At Childericus homo vecors,detõso capillo, monasterio deputatur, anno domini dccl. Hæc ille. De quo in c.alius.xv.qõ.vj. Eodem modo Gaguino vbi supra referente, [Historia Antonina refet hũc regem depositum vocari Carlomanum,& nõ Childericum,sed potest esse,quòd tam Carlomanus,quã Childericus fuerint depositi propter eorum vitam dissolutam,vt sentit text.cum glo. in c.alius.s.alleg. vbi præsupponitur, ꝙ plures Franciæ reges fuerunt depositi. Et de quibusdã aliis habetur super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* dum loquimur de libidine potentum.]† Per Theodorici regis incuriam,atque socordiã,res Francorũ deterior facta est. Quippè cũ respublica cubicularijs regiis, & præfecto palatij liberè crederetur,regiverò per inertiam mos in oleuit,palatio nisi ad Calẽdas Maij non ingredi, moderationem omnem aliis permittere,ostẽdere se populo vno duntaxat die,à quo salutatus & muneribus donatus, cũ & ipse reciproca populo dona exhibuisset,domũ abire,ibíque toto anno incolere.In hoc tã inerti otio Ebroynus occasionem nactus,opprimere & vexare complures cœpit,rem omnem in Theodoricum trãsferens. Vnde indignitati proceres Theodoricum in monasterio includũt, & Ebroynũ malorum omnium principem comprehensum ad Luxonium cœnobium mittunt. Hæc ille. Heu me,quanti sunt fortè hic scholares nõ veri,sed inertes,aut religiosi facti solùm ad fugiendum laborẽ,quibus vtinã portæ ciuitatis clauderẽtur,vt olim Massilienses disciplina graues,ac seueritatis acerrimi custodes fecere, de quibus vbi suprà. [Massilia est vrbs in sinu Galliæ Transalpinæ, secundùm Strabonem libr.iij. Qui dicit,quo loco is,qui sinus vocatur Gallicus diffunditur: inq; eo Massilia & Narbona sunt vrbes clarissimæ.Iustinus verò dicit, Phocenses angustia terræ coactos mare curiosius exercuisse piscando,mercando,plerũque etiã latrocinio,quod illis temporibus decus erat,iuxta illud poetæ: Connectere iuuat prædas & viuere rapto. Prædantes ergo venisse in sinũ Gallicum ad ostium amnis Rhodani, cuius loci amœnitate captos domũ rediisse, & suorũ cõplures solicitasse,quo tandẽ duce,peruenientes Massiliã cõdidere. Vide quæ dixi super verbo,*testamentum.* iiij. circa prin.dũ loquimur de Massilienſibus.]Valerius lib.ij.c.j.tit.de instit.antiq. Omnibus,inquit,qui per aliquã religiõis simulationẽ alimẽta inertię quærũt, clausas portas habet, scilicet ciuitas illa, mendacem & fucosam superstitionem, scilicet simulatę religionis,& fictæ scholaritatis, submouendam esse existimans.Pariter scribitur Abacuc vlt.c.Sol & Luna steterunt in habitaculo suo &c. Quod ad literã exponitur de Dario & Cyro, q receperũt se in domũ regiã, in qua cõtinuè residebant. Et alij vastauerũt terram Israël.Ex quo dicit Chrysostomus super epistola ad Hebræos, Miror si quem contigerit saluari ex his, qui principantur in tãtis ruinis, & in tanta pigritia.

† Sicut de Ludouico Ludouici Balbi filio Francorũ rege,

BIU Cujas

rege, qui ob inertiam, Nihil faciens appellatus est. (Gaguino referente libr. v. c. iij.) Cuius inertissimi regis ætate Normani induciis, quas cum Carolo ad annos xij. firmauerant contemptis, iterum Franciam vexant, quæ causa fuit plerisque sacerdotibus. & viris religiosis oratoria sua relinquendi, & se aliò traducendi. Qua persecutione grauati Frãci Carolum Imperatorem Ludouici Germanici filium per lega-
60 tos orant, vt regni curam assumat. †Non sic profectò faciebat rex optimus Moyses, qui vt dicitur Exo. xviij. A manè iudicãdo populum sedebat vsque vesperam, considerans quòd rege in otio manente solitario, & præsertim clausa domo, aulici, & canes publici ad prædã liberè eunt in perniciem subditorum. Prætereà, quia nihil inimicabilius regendæ sanitatis existit quàm otiositas & quies: Cùm corporis exercitium soluat, & euacuet superfluitates per poros. secundum Galen. de regi. sanita. Illud tamen est apud omnes commendatum & laudabile, nec nõ acceptum exercitium, quod mouens est omnes corporis particulas, secundũ eum in lib. de parua Sphæra. Prætereà sicut diligentes & virtuosi laudem, decus ac diuitias sibi parant ad tenendum hospitalitatem & eleemosynas erogandum, quod multum cõfert ad nobilitatem & magnificentiam, quæ virtus est. Sic inertia & otium paupertates parit sanitatis & bonorum, quæ homines miserabiles reddunt.

Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudem decúsque parabit.
At qui desidiam, luxúmque sequetur inertem,
Dum fugit opposítos incauta mente labores,
Turpis inópsque simul miserabile transigit æuum.

Nec sine causa prudentes Romani, vt diuus lib. iiij. de ciuitate Dei, c. xvj. recitat Augu. Deam Agenoriam, quæ ad agendũ excitaret, Deam stimulam, quę ad agendũ vltra modũ stimularet, Deam strenuam, quæ faceret strenuũ intra vrbem, sacra publica habere fecerunt. Quietem verò Deam appellãtes, quæ hominem faciebat quietum. Cùm ędem haberet extra portã collinam, publicè illam suscipere noluerũt, sed extra ciuitatẽ esse voluerunt, nec inter Deos publicos de republica curãtes receperunt. Ideo principes maximè infrequenti debent esse exercitio vtili & honesto. Imò inutilis esset rex, si liberis sẽper insisteret, & idem in papa & quolibet alio rempublicam regente, qui rectores rerum creditarum, potius quàm custodes chartarum esse debent, xvj. q. j. in ca-
61 nonibus. † Æquè enim deponitur rector publicus propter negligentiã, sicut propter dolũ. l. si quos. C. de of. præf. præt. orien. & in c. dictũ est. vbi bona gl. lxxxj. dist. videatis, quæ dicti in verbo, *condidit*. j. circa fi. O vtinam Solonem sapientissimum præ oculis inertes semper haberent, qui vna sola horula otium nusquam cognouit, adeò quòd vltima hora vitæ lãguidum caput leuauerit, vt quod loqui audiebat, intelligeret, de quo Valer. lib. viij. c. vij. tit. de studio &
62 industria sic dicit: † Nam Solon quanta industria flagrauerit, & versibus cõplexus est, quibus significauit, se quotidie aliquid addiscentem senescere, & supremo vitæ suæ tẽpore cõfirmauit, qui assidentibus amicis, & quadam de re sermonẽ inter se conferẽtibus, satis iam pressum caput erexit, interrogatúsque, quapropter id feciisset, respondit: Vt cùm istud quic quid est, de quo disputatis, percepero, moriar. Migrasset profectò ex hominibus inertia, si eo animo vitam ingrederentur, quo ea Solon egressus est. Hæc
63 ille. † Sanè tamen intelligatis, fugiẽdum esse otium nisi cùm capitur ad naturæ recreationem, sine quo natura læderetur, iuxta illud Valerij eo. li. viij. c. viij. tit. de otio. in princ. Otiũ, quòd industriæ studio maximè videtur contrariũ, præcipuè subnecti debet, nõ quo euanescat virtus, sed quo recreetur. alterũ enim etiam inertibus vitandum, alterum strenuis quoque interdum appetendum est. Illis ne propriam vitam inertem exigant his vt tempestiua laboris intermissione ad laborandum fiant vegetiores: Quia (vt idẽ lib. iij. c. vi. tit. de his qui cultu corporis sibi indulserũt, dicit) vegeta & strenua ingenia, quò plº recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Hominem quippe rerum natura continui laboris patientem esse non sinit, nam & Aquila, quæ altiùs cæteris volat, solémque intuetur, necessariò causa recreationis ad ima descendit. Sic & beatissimus ille Ioannes Euangelista, Aquilæ propter speculationis altitudinem meritò comparatus, tædio orandi, atque speculandi aliquãdo fessus, cum perdice quam nutriebat, iocabatur, vt in historia Antonina legitur. Vndè Tul. j. de Offi. Neq; ita, inquit, generati sumus à natura, vt ad ludum & otium facti esse videamur, sed ad seueritatẽ potiùs & ad quæcunque studia grauiora, atque maiora. Ludo autẽ & ioco vti illo quidem licet, sed sicut somno & quietibus, cæteris tamẽ cùm grauibus seueríque rebus satisfecerimus, Quia secũdum Senecã, dandum est aliquod interuallũ animo, ita tamẽ vt non resoluatur, sed remittatur. Pariter Philosophus iiij. Ethi. Virtuti quam εὐτραπελίαν vocauit, ludos assignat & solatia, cùm quis fatigatus
64 fuerit virtutum operationibus, † prout de Scæuola legimº, de quo Valer. vbi s. li. viij. c. viij. sic dicit: Scæuola autẽ quietæ remissionis certissimus testis, optimè pila lusisse traditur, quia videlicet ad hoc diuerticulũ animũ suum forensibus ministeriis fatigatum tranferre solebat: Aleæ quoque & calculis vacasse interdum dicitur, cùm bene ac diu iura ciuiũ, & cæremonias Deorũ ordinasset. Vt enim in rebus seriis, id est, seueris, & grauibus, Scæuolã, ita & in scurrilibus, id est, iocularijs lusibus, hominẽ agebat, quẽ rerum natura continui laboris patientẽ esse non sinit. Idque vidit, cui nulla pars sapiẽtiæ obscura fuit, Socrates. Ideóq; nõ erubuit tũc, cùm interposita arundine cruribus suis cum paruulis filiolis ludens, ab Alcibiade risus est. Homerus quoq; ingenij cœlestis vates non aliud sensit, vehementissimis Achilis manibus canoras fides, id est Cytharã, aptãdo, vt earum militare robur leni pacis studio relaxaret. Hæc iam de otio pro vestrûm eruditione, vt diligentius stu-
65 deatis, dicta vobis sufficiant. † Vnum menti teneatis, quòd scholaris morãs extra studium, puta in loco originis, & habẽs animũ reuertẽdi, retinet priuilegium donec otiosè incipiat viuere, secũdum Lucã de Penna, in l. ij. C. de priuil. schola. lib. xij. vbi mul-
66 tis hoc probat iuribus. † De patruo, quòd neptẽ ex fratre mortuo dotare teneatur, non reperitur iure cautum, ideo nõ videtur teneri, secundũ Ang. in d. l. j. ff. sol. mat. Et idem de cæteris agnatis, cùm etiã nõ teneãtur ad alimenta. Quod est verum, nisi patruus & cæteri agnati vocarentur ex forma statuti ad fratris mortui successionẽ, exclusa filia, vel nepte, quoniam eo casu tanquã hæredes succederent in onere dotãdi & alimẽtandi, arg. dictæ l. si quis à liberis. §. item rescriptũ. ff. de libe. agno. Si verò cessaret dictũ statutum, adhuc tenerẽtur causatiuè saltẽ ad alimenta, vt nõ perdãt successionẽ, quã perderẽt, si ipsi mulieri non prouiderẽt de alimẽtis, quorũ defectu ipsa

BIU Cujas

incurreret infirmitatē ex qua decederet. Quo casu viderentur ipsam necasse & occidisse.l. necare.ff. de libe.agno. Ideo nō immeritò excluſi essent à lucro ſucceſſionis, per id quod habetur in l. ſi ab hoſtibus. §.fi.ff.ſolu.mat. & dixi plenè ſuprà in verbo, *Condi-*
67 *dit.ij.* †Lucra enim talium, qui mortem alicui parant ac necem inferunt, fiſco applicātur, vt ibi plenè dixi, & tenent Bal.& Salic.in l. hæreditas. in fi. C. de his quib.vt indig.& Bal. in l.eam quā. C.de fideicō. licet Bart.aliud dixerit in l.cùm ratio. §. fi. ff.de bo.
68 dam. † Similiter nō tenetur mater, neque auus maternus: vel auia filiam, aut neptem dotare, vt d.l. mater.C.de iure dotium.gl.not.in l.fin.C.de dotis promiſ.& l.à filia.ff. ad Trebel. Quod verum intelligatis, niſi filia vel neptis eſſet inops: quia tunc ſicut mater, ita auus maternus vel auia ſi habeāt vnde, tenentur eas dotare, ſecundum Bal. in d.l.mater. ideo dicit Ang.in d.auth.ex complexu.C.de inceſt. nupt.quòd mater naturalis tantùm tenetur dotare, & alimentare liberos ſuos inopes, cùm ſit inter eos ſucceſsio, niſi eſſet mater illuſtris habens filios legitimos.l. ſi qua illuſtris.C.ad Orfit. & Inſtit.de ſucceſ.cogna.§. vulgò: vt plenè dixi.ſ.in verbo, *& vxorem nomine A-*
69 *delaſiam.* † Pariter teneretur mater Iudæa dotare filiam cōuerſam ad fidem, ſecundum Bal.in d.l. mater.C.de iur.dotium.poſt gl.ibi, quem ſequitur Ioā. de Ana.& Feli.in capit.Iudæi.ij.de Iudæis. Idem eſt econtra in filio, vel filia naturali tantū vel ſpuria, vt teneatur matrē alere inopem & dotare, quādo filius eſt dives habens vnde hoc faciat. Nam tali matri fauendū eſt quæ cupit à cætero honeſtè viuere, & reduci ad frugem melioris vitæ, ne aliās ſi eſſet iuuenis & pauper, detur ei occaſio meretricādi, quod nō
70 eſt faciendū, arg.l.in fundo.ff.de rei ven. † Sed maius dubium eſt de filio naturali & legitimo, an eius patre mortuo teneatur matrē ſuam viduam maritare & dotare, & Ang.in d.l.j.ff.ſo.mat. dicit quòd nō, ne teneatur cōferre ad ſui iniuriam. alleg. quod habetur in authen.de nō eligen. ſecūdò nuben. §. Gregoria. Bal.in l.vnic.C.de inoffi.dotibus.in fi.ſimpliciter ſe remittit ad not.per Guliel.de Cug.ibi, qui ſimiliter tenet, & nō tenetur. idē tenuit Bal.in l.iij.C. de long.tempo.præſcrip.facit ad hoc text.no.in l.tutor ſecundum dignitatē. ff.de admi. tut.quē pro ſingulari alleg.Bald. in proœmio Digeſtorum. Et hāc opinionem ſuadet ratio: quia anima viri mortui, & ſic patris ſui contriſtaretur propter vxoris trāſitum ad ſecūda vota, vt in authen.de nupt. §.ſoluto. & §.ſi verò expectet, colla.iiij. Ergo filius ad talia nō tenetur, ſed Imo.in d.l.j.ff.ſolu. matr. videtur reſidere in contraria opinione, ſcilicet & filius dotare teneatur matrem ſuam inopē, ſicut tenetur eam alimentare. Vnde de æquitate dici poſſet concordando opiniones, & ſi per talem dotationē cōſeruaretur honor filij, potiùs quam ſequatur iniuria: putà, quia ſi mater non maritaretur, eſſet periculū, & ſuſpicio incontinentiæ, vt quia fortè mater eſt iuuenis, pulchra, & pauper, & tūc ipſe filius eā dotare teneatur, ne aliās per indirectū inducatur ad meretricandū. Et hoc verum, ſi filius ſit dives, aliter quàm ex hæreditate patris ſui defuncti. Quoniam aliās ſi ſupereſſent bona paterna vxore exiſtente inoppe & ſine dote, tunc locum haberet diſpoſitio authen.præterea.C.vnde vir
71 & vxor. †In fratre autem dicatis eum teneri ad dotandū ſororē, ſi eſſet ex eodē patre nata: ſecùs ſi ſolùm eſſet vterina, quod verū intelligatis, quādo non poſſet aliter ſe dotare, vt dicit tex.no.in l.nō omniū. C.illo eo.tit.quia idem eſt in onere alimentandi, vt eſt text.in l.j.ff.de tutel.& ratio.diſtrahen. Nā etiā ſtante ſtatuto, & filia ſtantibus liberis maſculis, non ſuccedat, onus dotandi filiā quod viuenti patri incumbebat, nunc tranſit in filiū maſculū, velut patris hæredem, de quo per Bart.in l.Titio centū.§.Titio genero.ff. de cōdi. & demonſt. imò ſi pater filiū exhæredaret, quāuis iuſtè, & ſic nihil cōſequi poſſet in bonis patris, tamen filius ex debito fraternitatis ſi eſt ex eodē patre natus, eā dotare tenebitur, ſi ſoror fuerit inops, licet tūc nō teneatur iure hæreditario, vt probat tex.generaliter loquens in d.l.cum plures §.cùm tutor. ff. de admi.tuto. & ita tenet Panor.in
72 c.peruenit.de arbi. †dicens idē eſſe in clerico qui tenetur eius ſororē inopem dotare etiam de ſui beneficij reditibus, de quibus magis tenetur ſuis ſuccurrere ſi indigeant, quàm alienis, vt dicit tex.in c. non ſatis.& clarius in ca.eſt probanda.lxxxvj.diſt. & gl.
73 in ca.omnino cōfitemur. xxxj.diſt. † Sed quid ſi ſoror ſemel à fratre dotata perdat dotem, an frater teneatur iterū eam dotare ſicut teneretur pater. Bal.in d.l.fi.C.de dotis promi.allegat tex.in l.ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. Ex quibus omnibus ſuprà dictis habetis, qualiter, Raynutius bene conſiderans poſſe ad filiā dotandam cogi, ipſam cōgruè dotauerat. Et demum moriens ſapientum ductus conſilio, ei vltra dotem certa bona reliquit. Ideo ſequitur in textu.

S V M M Æ.

1 *Ædium & modus appellatione quid contineatur.*
2 *Domus vnde dicatur.*
3 *Hoſpitium quid.*
4 *Cain primus ædificator.*
5 *Jabel primus inuenit tentoria.*
6 *Aegyptij Dioſpolim primam ædificarunt.*
7 *Magus Noè pronepos primus in Gallia ædificauit.*
8 *Aedificantium hodie vanitas.*
9 *Vrbis decus eſt ædificiorum pulchritudo.*
10 *Diogenis domus, dolium.*
11 *Domus columnas vel trabes quis non poteſt alienare.*
12 *Dominus non poteſt de rebus ſuis in ædificio poſitis liberè diſponere.*
13 *Dominus materiam ſuam in alieno ædificio poſitam vendicare non poteſt.*
14 *Domum reparare an quis cogi poſſit.*
15 *Iudicis officium eſt punire, & præcauere.*
16 *Domum multorum poteſt vnus inſolidum cogi ad reparandum.*
17 *Clerici etiam per ſecularem poteſtatem cogi poſſunt domos ſuas, & eccleſias reficere.*
18 *Viam ante domum, & itinera publica reparare debent etiam clerici.*
19 *Domum communem reficiens efficitur dominus, ſi alter ſit in ſoluendo contumax.*
20 *Pium opus eſt domos reficere.*
21 *Eccleſiam reparans ſit patronus, ſicut ædificans.*
22 *Domorum deſtructio odioſa & reprimenda.*
23 *Domum diſcooperire etiam pro debito publico non licet.*
24 *Domum deſtruere ob delictum ſolus princeps poteſt.*
25 *Domus clericorum nec conſuetudine nec generali mandato principis derui poſſunt.*
26 *Domos propter delictum deſtructas reædificare non licet ſine principis indulgentia.*
27 *Domus aliquando citra delictum poſſunt deſtrui.*
28 *Exercitus incommoda cuipiam illata debent vicini pro quota ſoluere.*

BIU Cujas

29 *Debitor ad suæ domus destructionem non potest se obligare.*
30 *Domum alterius ingredi non licet, quærendo rem furtiuam.*
31 *Domus legatum non valet, si testator nullam habebat domum.*
32 *Domus vel habitationis legatum quomodo soluat hæres.*
33 *Rem in genere promittens intelligitur de suis.*
34 *Habitationem vxori relinquens intelligitur, vbi solebat habitare.*
35 *Domum legans intelligitur in loco, in qua habitat.*
36 *Domum legans, an vnicam, quam habebat, legasse censeatur.*
37 *Domos omnes, quas inhabitat, legans, quid comprehendat.*
38 *Habito verbum est frequentatiuum, nec de momentanea habitatione intelligitur.*
39 *Domum relinquens, si nullam habeat, est inutile.*
40 *Nauis legatum idem habet tus, quod legatum domus.*
41 *Fundi generale legatum non valet.*

¶ Domum.

1 LIcet† appellatione ædium contineatur omne ædificiū, l.j.§.deinde, ff.de cloac. & l.qui ædes, ff.de incen.rui.vel naufr. Non tamen appellatione domus, quæ est ædificium consistens ex solo, seu area, parietibus & tecto, l.solum.vbi not.ff.de rei ven. Quæ multum hominibus ad habitandum est necessaria: præsertim tempore hyemis, secundum Bald.in l.
2 veluti, ff.de seruit.rust.præd.† δόμος enim est nomen Græcum: nam Græci δώματα tecta dicunt. Et inde dicitur domus à domate Græcè, id est, tecto Latinè. Et est domus vnius familiæ habitaculum, sicut vnius populi vrbs, secundum Arc.post Isid.& Papiam in c. omnibus, xxiiij.q.j.Ad quod facit l.j.§.illo videlicet, C.si qua.præd potesta.vbi appellatione domus continetur familia, genus, & tota vna consanguinitas. l. cùm vnus, §.j.iuncta gl.super verbo, Domus. ff.de alim.& cibar.leg. Propriè autem secundum leges domum nostram dicimus, vbi sedes & tabulas habemus.l.in lege censoria, ff.de ver.sig.de quo plenè per Bart.in l.j.ff.ad Silleia.in princ.& secundum Luc.de Pen.in l.ij.C.de met.& epid.lib.xij.Hospitium Grę-
3 co sermone dicitur,† vbi quis ad tempus hospitandi iure habitat,&iterum inde transiens migrat, vt idem dicit super d.rubric. Et communiter domus est, quæ constat ex parietibus, tecto, & fundamento, quasi protegens nos à caumatibus & imbribus, & sic pro habitatione sumitur: quia licet secundum communem modum Lombardiæ dicendo omnes de domo, intelligantur omnes de eodem sanguine descendentes, tamen quando simpliciter fit mentio de domo, capitur pro loco habitationis, secundum Bar.in l.tutelas,
4 ff.de cap.dim.& in d.l.j.ff.ad Sille.& hic.† Et primus ædificator in vrbe fuit Cain, qui primam ciuitatem condidit, vt habetur Genes.iiij.Quam suis tantùm & ☞ aliis communicauit. Primi enim homines [De hac prima ætate, eiúsque felicitate,& duabus seq. quibus omnia fuerunt mutata in deterius, habetis plenè j.super verbo, *Mortuo itaque testatore.*j.loquendo de tertio casu in quo testamentum morte testatoris non confirmatur.] (vt libr.j. de antiquorum gestis refert Diodorus) nullo subsidio fulti duram agebãt vitam. Erant profectò nudi, nullo neque ædium neque ignis adinuento vsu, cibo in diem quæsito, cùm ignorarẽt agrestes fructus in vsum futurum condere,& seruare ad egestatem, quò fiebat, vt hyeme plures aut fame, aut frigore interirent. Experimento deinde edoctos, & speluncas aiunt quæsiisse ad euitandam frigoris vim, & fructus seruare cœpisse. Hæc ille. Nam cùm aliquo pòst tempore homines nudi essent& inermes, nec contra homines, aut bestias tuti, nec receptacula contra frigus seu æstus haberent, naturali quadam solertia receptacula excogitauêre. Vnde & tuguria quędam, atque casas sibi fabricantes, ex virgultis& arundinibus construxêre, quibus eorum vita tutior haberetur. Hæc Bergomensis. Etiam Prisci Ægyptij (vt idem habet libr.ij.Diodorus) domos ex arundinibus conficiebant, cuius rei vestigia penes Ægypti pastores permansêre hucusque, nulla alia nisi ex calamis facta habitacula probent. † Nec ambigit Iahelem primò artem faciendi tentoria inuenisse & tuguria. Ex quo fuit pater habitantium & pastorum dictus, Genes.iiij. Non certè curabant domos pretiosas, aut excelsas sumptu aliquo facere. Imò Mathusalem, de quo habetur Genes.v. Quingentos annos habens domino dicenti, ædifica domum si vis, quoniam adhuc trecentis annis viues. Respondit propter tantillum temporis non ædificabo domum, & sub arboribus, & circa vepres dormiuit vt priùs consueuerat, adeò quòd natio Ægyptiorum (eodem teste Diodoro lib. ij.) domos nostras diuersoria appellant, tanquam breui tempore à nobis inhabitandas. Defunctorum sepulchra sempiternas domos (quoniam apud inferos infinitum sit tempus) vocant. Vnde domos ædificandi curam contemnunt: circa sepulchrorum magnificentiam, in quibus sunt longius mansuri, summum studium operámque impendunt. Nondum præcipites cingebant oppida fossæ, vt dicit Ouid.lib.j.Meta. Et somnos dabat tunc altissima pinus.dicit Boet.lib. j.de consolatio. quasi dicat, nulla tunc oppida erant. Ideo Abraham in domum culis habitabat expectando paradisi grandem ciuitatem, secundum Apostolum & Greg.lib.viij.Moralium.cap.fin. Et Didymus Bragmanorum Didascalus siue rex, mores eorum quo ad hoc narrans ad Alexandrum ita scripsit. In construendis domibus igne saxa non voluimus, nec admixtione pulueris cementa componimus, sed in telluris speluncis montiúmque latrebris habitamus. Nullos ibi ventorum fremitus, nullius turbinis tempestatem formidamus: nam tutius nos defendit ab imbre spelunca, quàm tegula. Cuius scilicet speluncæ geminus nobis est vsus. Mansionis dum viuimus, & sepulturæ dum morimur. Hæc ille. Sic aliquando vixerunt Caturcenses in latibulis, & speluncis montium, & rupium cauernis habitantes, prout ruinosa talia habitacula ad longum fluminis Olti in hanc vrbem fluentis ascendendo patenter ostendunt. Primi
6 † certè Ægyptij oppidum Diospolim ædificasse narrantur. in Græcia autem Cecrops oppidum à se Cecropiam appellauit, quæ nunc est arx Athenis. Aliqui Argos à Phoroneo rege ante conditum volunt. Et communiter concordant Dedalum fabrum præstantissimi ingenij virum, parietum & tectorum (quibus consistit domus) inuentorem fuisse: Et apud Cre ☞ tam insulam Labyrinthum extruxisse. [De isto Labyrintho,& illum extruendi occasione habetur j.super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens.* dum loquitur de Minotauro.] Quibus assistit Plin.lib.vij.naturalis
7 Historiæ, c.lvj.† Et in Gallia Magus patriarchæ Noé pronepos secundus Galliarum rex, anno ccc. post diluuium, & octauo à natiuitate Abrahæ, duo millesimo. xviij. ante Christi aduentum oppida, & domos

BIU Cujas

primus ædificare cœpit, vt nomen suum esset rei consonans: quia Magnus in lingua Scythica dicitur ædificator. Nam ante sua tempora Galli in campis sub arboribus pauperrimè viuebant, de quo Berosus historicus sic dicit: Nimi anno Ij. apud Celtas regnauit Samothis primi Galliarum regis filius Magus, à quo
8 illis opida plurima posita sunt. Hæc ille. † Sed hodie in domibus ædificandis, vanitas vanitatum & omnia vanitas. De quibus audiatis quid dicit diuus ille Bernar. in epistola de cura & regimine domus. Si vis, inquit, ędificare domum, inducat te necessitas, non voluptas. Cupiditas enim ædificandi ædificando non
9 tollitur, sed augetur. Nimia, & inordinata ædificandi auiditas parit, & expectat ædificiorum venditionem.
10 Turris profectò completa, & arca euacuata faciunt tardè hominem sapientem. Hæc ille. Sunt quippe nonnulli, qui in ætatis laborioſæ initio, quæstu omisso & agricultura, in eorum vita deliciarum sumunt auspicia, decorem domus excogitant. Eam tandem laboriosè constructam vacuam habitare coguntur. Non aduertentes quod scribitur Prouerb. 24. Præpara foris opus tuum, exerce diligenter agrum tuum, vt postea ædifices tibi domum. Ædificia quoque incendio & ruinę subiecta sunt. l. cùm hi. §. fi. ff. de tran. Ob quod plures relinquunt domos reparandas: & quia etiam sunt impares sumptui. l. sed an vltrò. §. is autem. ff. de neg. gest. De his ædificiorum sumptibus habetur in l. inter quos. §. fi. cum l. seq. ff. de dam. inf. de quibus dicit Tul. lib. j. de Offi. Ornanda est dignitas domo: Non ex domo tota quærenda. Nec domo dominus, sed domus domino honestanda est, & in cunctis habenda ratio, non sua solùm, sed etiam alio-
☞rum. [Huic conuenit Seneca in lib. de quatuor virtutibus Cardinal. Si continentiæ, inquit, studes, habita non amœnè, sed salubriter. Nec dominum velis esse notum à domo, sed domum à domino, &c.] Sic in domo clari hominis in qua hospites multi recipiendi, & admittenda hominum cuiuscunque generis multitudo, adhibenda cura laxitatis est: aliter ampla domus sæpe domino dedecori fit, si scilicet in ea solitudo, & maximè si ab alio domino solita est frequentari, Vnde abstinendum est ab his. Narrat enim Cæsar in comment. suis de bello Gallic. lib. vj. apud Germanos, possessiones omnium esse communes, & annis singulis quantum cuique sufficit pro victu tribui, ne loci amœnitate illecti ad domos excelsas ędificandum moueantur. Neque, inquit, quisquam agri modum certum, aut fines habet proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibúsque hominum, qui vnà coierunt, quantum eis, & quo loco visum est, agri tribuunt, atque anno pòst aliò transire cogunt: Ne acuratius ad frigora atque æstus vitandos ædificent, ibiq; delitescant. Contra hos inuehit dominus maledictionẽ, cùm frequenter ista sumptuosa ædificia fiant cum iniustitiis, aut malè acquisitis, vel cum iniuriis proximorum, quorum ædiculas vsurpant, & suis vt ampliores sint, adiungunt, vt habetur Ierem. xxij. Væ, inquit, qui dicit, ædificabo mihi domum latam & cœnacula spacioſa, qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina,
11 pingitque sinopide. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. Et Esaię v. Vę qui coniungitis domum ad domum, quòd agrum agro copulatis, vsque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? quasi dicat, quòd non: cùm terra data sit pro habitatione pauperum
12 sicut diuitum. Ideo cauenda est talis sumptuosa ædificatio, præsertim iniusta: quia scriptum est Abacuc ij. Lapis qui in pariete est, clamabit: & lapis qui inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. In quibus verbis prædicta implicatur maledictio. Præterea qui altam facit domum suam, quærit ruinam, Prouerb. 17. videatis Luc. de Pen. in l. in his. C. de præd. nauic. lib. xj. qui multum facit pro dicto Bal. per illum tex. in l. fin. §. fin autem legata. C. de bonis quæ lib. vbi dicit, quòd domus pretiosa dicitur quasi sterilis. & ibi est text. cuius reditus non correspondet pretio illius, ideo in venditione rerum immobilium talis domus est præponenda, vt d. §. fin autem. † quia potius est decor vrbis, quàm domino suo fructus, vt d. l. in his. † Quod prudenter considerans Diogenes continentissimus philosophus (vt Hiero. contra Iouinianum refert) duplici pallio vsus fuit propter frigus. Peram pro cellario habuit, & clauam ob fragilitatem & senectutem ad membra sustentanda ferebat. In dolio volubili se habere domum iocabatur, & in vestibulis portarum morabatur, temporéque frigoris os dolij vertebat in meridiem, & iuxta motum solis voluebatur, & cùm quendam puerum manu bibentem in fonte vidisset, tunc vasculum suum in terram proiecit, dicens, Nesciebam quòd natura poculum haberet. Ecce quanta sufficientia, & quàm læta paupertas. Humile tugurium (inquit Quintilianus) cum sufficientia regnum facit. Neque enim qui multam congeriem struit, & sublimes erigit moles, sed qui templa viuentia atque sanctissima, quæ summus ipsi exędificat, alit, & pauperes reddit & debita, ille quod summum, & verum est sacrificium Deo obtulisse, & acceptissimum illi ædificium posuisse videtur. Quæ omnia domini retrahere vos debent à curioſa domorum ædificatione, considerantes hoc ex vanitate, & pauco sensu procedere, adeo quòd populi Romani iudicium Marcum Æmilium Porcinam à Lucio Cassio accusatum crimine, nimis sublime extructę villæ in Alsiensi agro, graui mulcta affecit, teste Valerio libr. viij. titul. de iudiciis publicis. Non tamen dico, quòd paupertatem & perfectionem Christi sequi necesse habeatis, qui in suo dixit Euangelio, Vulpes foueas habent, & aues cæli nidos, Filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet, &c. Imò expedit, & honestum est vnicuique domum vnam habere conuenienter pulchram secũdum statum suum: quia pulchritudo ædificiorum ad decorem ciuitatis cedit, qui posse tenus est conseruandus, vt d. l. in his. & l. prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de noui operis nunc. & l. fin. ff. ne quid in loco publico fiat. & l. ij. C. de ædificiis priuatis. Nam tantus est ædificandi fauor, quòd permittens vicino, vel alteri domum facere, vel aliud ædificium construere, censetur seruitutem omnem, quam in solo habebat, remittere. l. si stillicidij. ff. quemad. seruit. amit. Et (quod plus est) talis permissio non precaria ad voluntatem permittentis reuocanda, sed perpetua iudicatur, si aliud expresè cautum non fuerit in ea. l. si precario. §. fin. ff. commun. prædior. Et ratio est, ne destruendo ædificium vrbs difformetur, & status publicus decoloretur, vt
11 consuluit Angel. consil. j. † Et hinc est, quòd non potest quis vendere columnas vel trabes domus suæ. l. senatus. ff. de contrahen. emptio. Nec valet legatum earum, sed debetur æstimatio. l. cætera. ff. de legat. j. Nec domus legari posset, vt demoliatur & destruatur. l. filius familiâs. §. ædes. ff. de legat. j. In quo duo
12 reperiuntur singularia. † Primum est, quòd non potest quis in bonis & rebus suis disponere, quarum est

dom

BIU Cujas

dominus & possessor, vt d.l.senatus. & l.cætera. contra regulam.l.nemo. C.de Iudæis. & l.in re mandata. C.mandat.† Secundum est, quòd quis pro sua re, seu materia alieno ædificio posita, & iuncta, licet dominus existat, agere non potest, seu eam vendicare, vt de ædificio tollatur, & sibi restituatur, siue sint fustes, siue lapides, aut alia quæcunque materia ad ædificandum apta. Instit.de rer.diuis.§.cum in suo solo. contra regulam.l.in rem actio. ff.de rei ven. Et hoc, ne vrbs deformetur ruinis, vt d.l.fin. Et præterea ne ruina damnificet vicinos, aut transeuntes per carrerias, qui † cogere possunt dominum ruinæ, scilicet vicinæ de damno infecto cauere. ff.de damno infect. per totum. Et cæteros de damno suę personæ, ne ruina offendantur. Et (quod plus est) hoc fieri posset ad requestam Syndici villæ, cuius etiam interest securè per carrerias, & itinera commeari. l.j.§.summa cum vtilitate.ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt. & est text.optimus in l.ad curatoris. ff. de damno infecto. Præterea dicit text.in l.singularum vrbium. C.de ædific.priuatis. & in l.præses prouinciæ inspectis.ff.de offic. præsid. quòd propter decorem ciuitatis potest rector curialis cogere de nouo ædificare. Cum propter officium teneantur ibi perpetuò residere, & cæteros priuatos cogere potest, non dico ædificare de nouo, cùm inuiti residere non teneantur, imò possunt domicilium mutare. [De quo habetur super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j.artic.succesionum ab intestato, decis.ij.circa princ.] Sed cogere eos potest domos suas reparare, quoties reparatione indigebunt: prouiso tamen quòd domus non sit totaliter destructa, & in solum seu aream redacta. Quia hoc non esset reficere, sed ędificare, ad quod priuatus non tenetur, nisi statuto aut consuetudine loci vel pacto esset ad hoc ligatus. Vel tali domui nunc in aream redactę prius fuisset seruitus oneris ferendi imposita, quo etiam casu teneretur eam reædificare ad onera debita sustinendum. l. eum debere columnam. ff. de ser.vrb.præd. Et idem si duo diuiserint domum communem: quia vno petente alter cogi potest pro parte ad parietem communem inter se nouiter construendũ, quia interest sua, quòd extruatur, cùm aliter damno in domo illato vni, prę sumitur illatum per proximiorem vicinum. l. si ita. §.fin.ff.de fun.instru. & l.ne quid.ff.de incen.rui.& naufrag.& l.j.in fin.C.de falsa moneta. & l.ij. §.domini. de his qui latro. Præterea præsumitur domesticus furari, quod in domo perditur. ij. q. v. sæpe contingit. adeò quòd potest subiici torturæ, secundum Bart. in l.j.ff.furti aduersus nautas caup. Quia ergo sua interest ad fugiendum sinistram suspicionem, cogi potest facere quod sibi prodest & vicino, cuius etiam interest parietem fieri, & domum suam claudi, præsertim si pulchram haberet vxorem, & decoram familiam, quam labefacere posset vicinus. † Et ad officium iudicis pertinet nedum commissa delicta punire, sed etiam cauere & prouidere, quòd non committantur: quia fraudibus non potest promptius consuli, quàm si fraudandi facultas adimatur.l.j.C. de fabr.lib.xj. Vnde prætor curam agere debet reprimendę improbitatis hominum.l.iij.§.miratur igitur.ff.nautæ caup.stab. Sicut facit Deus iustissimus, qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quæ ceperant, Iob v. Et hæc est veritas, secundum Lucam de Penna, in dicta l.ij.C.de metatis & epidemeticis.lib.xij. aliâs autem quis non tenetur priuatus ad nouiter ædificandum, vt dixi: Sed ad simplicem reparationem quilibet cogi potest, vt dicta l.singularum.† Adeò quòd si domus sit duorum, potest condominus insolidum conueniri ratione periculi ruinæ, & solus condemnari: & ita fuit aliâs Arresto Parlamenti [De quo meminit dom.Auffrer.in suo tract.Arrestorum. cap. item not.quòd vnus condominus.] dictum anno Domini, M. ccclxxxix. Vel cogentur domum vendere tali, qui possit eam reparare, ne ciuitas eius destructione & ruina deturpetur, secundum Spec.tit.de satis.§.hoc quoque.ver.circa hoc quęritur.allegat.l.lege.C.ad Silleia.& l.ij.& fin. C.pro quib.cau.ser.pro præm.lib.accip.† Imò etiam clerici & ecclesiasticæ personæ tenentur, & cogi possunt domos suas, & ecclesiam reparare etiam per secularem potestatem, sicut cogi possunt reparare ecclesias, vt dixi super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j.artic.succesionum ab intestato.& ij. decisione illius.† Et quod plus est, cogi possunt reparare viam ante domum, & itinera publica, vt plenè decidit Barth.Cæpol.in tract. de ser.rust.præd. titul. de seruitute viæ, q.xxvj. Et sic multò fortius tenentur, & cogi possunt singuli priuati habitatores reparare domum suam: Vel curator reipublicæ eam de communi reparabit etiam inuito domino, & ea reparata si infrà tempus à prætore statuendum dominus ædium pretium reparationis non soluerit, poterit respublica domum illam vendere, vt d.l.ad curatoris.in fi. vbi bona gl. Et si domus vendi non posset iusto pretio, dominus non eam vendere cogeretur, sed sumptu reipublicæ ad cuius decorem reparatio cedit, onus reparandi seu reparatio fieret: Ne vrbs deformitate decoloretur, aut transeuntes periclitentur. vt sing.decidit Spec.allegato tit.de satis. §.fin. circa medium. Cuius dictum magni fecit Lud. Rom. in singulari incip. Not.quòd in pluribus locis faciet tibi honorem, &c. Et Barthol.Cæp.in tract.de ser.vrb.præd.titul.lix.de refectione.† Vlterius dico, quòd si domus refectione indigens esset communis duorum, & vnus altero socio antè, vel pòst de reficiendo seu refectioni contribuendo debitè requisito & contumace, domum vel aliam rem communem refecerit, prout cogi poterat, vt dixi: si socius contumax opere perfecto infra quatuor menses, quotam sumptus ipsum concernentem cum vsuris centesimis non restituerit, eo ipso socius, qui opus refecit dominus efficitur rei reparatæ insolidum, per text.in l.cùm duobus.§.idem respondit socius. aliâs incipit. l.si fratres.ff.pro soc.quem Bal.ibi extendit ad ædificia communia, quod sequitur Cæpol.vbi s.num.8. & est tex.in l.si vt proponis.C.de ædific.priuat.& Bart. in l.quo minus.in fi.ff.de flum. Et notate hæc reparationis priuilegia in bono reipublicæ fundata, ad cuius decorem tendunt, vt dixi. [Habet etiam aliud priuilegium reparatio, quia pro pecunia in reparatione exposita habet creditor in tali re reparata tacitam hypothecam.l.creditor.ff.si cert.peta. & l.j.ff.quibus mod.pign.vel hyp.tacitè contrah. Pro qua prę fertur omnibus prioribus creditoribus, etiam expressam hypothecam habentibus, vt ibi dicitur, per text.in l. interdum. ff.qui pot. in pign. hab. cum l.seq.] † Imò reparare domos etiam priuatas incendio vel ruina collapsas dicitur opus pium, vbi dominus non habet, vnde reparet.per text.sing.in l.si quis pro redemptione.C.de don. Adeò, quòd causarum piarum executores, & piorum relictorum distributores possent de relictis ad pias causas distribuere pro refectione, & separatione domorum. Facit gl. in c.quoniam. de iure patronatus. † quòd sicut ex noua ecclesiæ ædificatio

BIU Cujas

catione acquiritur ius patronatus ædificâti, sic etiam reparanti ecclesiam ruinosam, quod etiam tenet gl. in c.de fabrica.de cons.dist.j. De quo qualiter intelligitur, videatis per Docto.in d.c.quoniam. & Lucam de Penna, vbi suprà dicentem hoc esse verum, si ecclesiam quis reparauit de consensu episcopi diœcesani.allegat.l.fin.ff.de oper.public.& in auth.vt nullus fabricet orato.§.j.versic.sinautem. colla.v. Præterea tendunt tales reparationes in laudem, honorem & magnificentiam ædificantium, & reparantium, qui ex magnitudine, & pulchritudine ædificiorum præsumuntur & iudicantur magnanimi, quod est notan. quia est optimum medium probandi, quem esse magnanimum, per text.in dicta l.in his.in fi.C.de præd. nauicul.dummodò non sit excessus: quia vt dixi, altitudine domus timetur ruina, & vetorum periculum, ac ipsius ædificantis depauperatio. Et attentare tam magna pericula non esset magnanimitas, quæ virtus est inter temeritatem, & pusillanimitatem, sed esset temeritas, aut vana gloria, quæ vt extremum dicitur vitium, iuxta illud Senecæ in libro de quatuor virtutibus. Eris, inquit, magnanimus, si pericula non appetas vt temerarij, supple faciunt. Nec formides, vt timidi. Et quantùm est fauorabilis ædium, & modo-
22 rum reparatio, & noua ædificatio. † Tantùm etiam est odiosa & reprimenda earum destructio, & prohibita, nisi fieret ex causa, prout Publius Valerius Publicola dictus, qui videns populum Romanum inuidia aliqualiter incitari, quòd domum in excelsiore loco construxerat, instar arcis seu castri habentem, eam diruit, & inferiori loco collocauit. Quod faciendo quantùm domo inferior, tantùm gloria superior euasit, vt dicit Valer.lib.iiij.c.j.tit. de animi moderatione, in princ. Sed sine causa hoc fieri non posset. Ita quòd dicit Bar.in l.nutu.§.fin.ff.de leg.iij. per illum
23 text.† quòd etiam pro debito publico non posset officialis publicus domum alicuius discooperire, vt tegulas, tigna, vel columnas habeat, & vendat pro pignore. Nec etiam fieri potest domorum destructio pro delicto quantumcunque graui, ne propter delictum respublica, cui satis fieri deberet, patiatur. Sed ipse solus, qui deliquit, puniri debet, & non domus, quæ nil mali fecit: in auth.de manda.principum.§.oportet autem.col.iij. Sed vbi delictum in domo commissum esset atrox, & de atrocioribus, tunc ipsa domus confiscaretur.l.j.C.de fal.mon.& in Authentic. alearum vsus. C.de religiosis. quia præstans domum etiam solùm ad commodius loquendum de maleficio, satis dat fauorem ad delictum & auxilium. l.& si amicis. vbi Bart. in fin.ff.de adulter. Et eo modo rei publicæ satisfit, & fisco, læsis propter delictum. Non quòd domus destruatur in detrimentum & decolorationem reipublicę, quod fieri non posset etiam pro pœnis fiscalibus, imò prohibetur expresè per ordinationem Philippi Pulchri Francorum regis, factam
☞ anno Domini, M. cccij. [Quam ordinationem situauit dom. Auffre.secundam in ordine sub tit.de rescri.] Nisi esset consuetudo in contrarium, vt est tex. in Auth. seu tit. de pace iuram.firm. §.conuenticula. dum dicit, vt bona eius publicentur, & domus destruatur. Per quem tex.ita fieri fuit solitum in crimine læsæ maiestatis & conspirationis contra imperium, aut rempublicam. In signum cuius olim apud Romanos Manlius, qui Gallos Senonenses clangore anserum proditos de capitolio præcipitauerat, vt refert gl.super verbo, Omnium sanctorum. in cle.j.de reliq.& venera.sanctorum. Posteà Senonensis factus contra ciuitatem, eo præcipitato domus suæ excelsæ ruinam decreto senatus passus est. Sic & Spurius Cas-
☞ sius [Vide quæ de his habentur suprà in verbo, *duas habens filias*. dum decidit, an sit licitum appetere dignitates.] propter concupitam dominationem: necnon Spurius Melius, & plures alij domorum euulsione in æternam eorum notam mulctati fuere. De quibus libr.vj.c.iij. titul.de seueritate sic dicit Valerius: Manlius vnde Gallos depulerat, inde ipse præcipitatus est: quia fortiter defensam libertatem nephariè opprimere conatus est. Cuius iustę vltionis nimirum hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cùm præcipites agebas Senones, postquam imitari eos cœpisti, vnus factus es ex Senonibus. Huius supplicio æternæ memoriæ nota inserta est. Propter illum enim lege sanciri placuit, ne quis patricius in arce, aut in capitolio habitaret. Qui domum eò loci habuerat, vbi nunc ædem monetæ, id est, templum Iunonis, videmus. Par indignatio ciuitatis aduersus Spurium Casium erupit, cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populúsque Romanus non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superadiecit, vt penatum quoque, id est larium strage puniretur. In solo autem ædem Telluris, id est, Fanum Deæ Vestæ, fecit. Itaque quod prius domicilium potentissimi viri fuerat, nunc religiosæ seueritatis monumentum est. Eadem ausum Spurium Melium consimili exitu patria mulctauit. Area verò domus eius, quò iustitia supplicij notior ad posteros perueniret, Æquimelij, id est, planiciei appellationem traxit. Quantum ergo odij aduersus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent parietum ac tectorum, in quibus versati fuerant ruinis testabantur. Ideóque & Marci Flacci, & Lucij Saturnini seditiosissimorum ciuium corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti sunt. Hæc ille. Quam pœnam scilicet demolitionis nedum propter rebellionem imponunt principes domibus singulorum, sed etiam communitati, totam ciuitatem demoliendo & aratro sub iiciendo, prout de Carthagine factum extitit per Romanos.l.si vsusfructus ciuitati.ff.quib.mod.vsusfruamit. Et de vrbe Troiana per Græcos, vt ibi dicit gl. Et de vrbibus Beniamin propter scelus nephandum, vt patet Iudicum xx.c. Et tempore nostro fieri vidimus. Hoc certè facere possunt principes, quia sunt su
24 pra legem: & quibus solis datum est ciuitates destrue re, sicut solis ipsis pertinet eas de nouo condere.† Sed alius inferior iudex non posset etiam domum priuati destruere, vt d.l.j.de fal.mon. Nisi vbi esset consuetudo, vt dictum est, vel statutum: quia non sine causa lex hoc permittens posita est inter consuetudines feudorum. alleg.tit.de pace iuram.firm. Nec obstat l.si is cum quo.ff.communi diuid. quia ibi iudex hoc iniustè fecit iracundia vel aliâs motus indebitè, vt ibi aperit text. Vel erat consuetudo, qualis est in aliquibus partibus, quòd domus lenocinij, vel ludi destrua-
25 tur.† Quę consuetudo vel mandatum non extenderetur ad domum clerici, & ecclesiasticorum virorum, quæ destrui non potest etiam ex generali mandato principis, pro emenda sua domos emendatorum destrui, aut discooperiri mandantis, in quo mandato non veniunt domus ecclesiasticorum, vt deciditur per ordinationem Philippi Pulchri Francorum regis, factam anno domini M.cccij. Nec etiam extendi tur talis consuetudo ad domum conductam, ne pro

delict

BIU Cujas

delicto cõductoris puniatur locator, nec ad domum alteri hypothecatã, secundũ Bart. in l. j. §. seruus pignori. per illum text. ff. ad Silleia. & Ang. in §. si quis autẽ. in auth. de eccleſiaſti. titu. colla. ix. Niſi delictũ ſciuiſſent, & toleraſſent, ſecundum eos ibi. Nec extenditur ad domum pupilli, aut viduæ. per tex. in dicta l. j. C. de fal. mone. Nec etiam ad domum delinquentis cum alio non delinquente communem, vbi inferior pars domus delinquenti pertineret, cuius deſtructione pars ſuperior non delinquẽtis perderetur, & ſic innocens puniretur. Quod qualiter intelligitur plenè decidit Flo. in dicta l. ſi is cum quo.
26 & Bart. in l. Atteius. ff. de aqua plu. arcen. †Et tales domos propter delictum deſtructas nõ licet reædificare ſine principis indulgentia. l. j. ff. de cadaue. punitorum. Etiam ſi caſtrũ, aut aliud ædificium publicum eſſet propter delictum deſtructum, ſecundũ Bald. poſt Dy. in l. ſi quis adulteriũ. §. ſi quis adulterum. ff. de adulter. Quia pœnæ propter delictum impoſitæ ſunt perpetuæ. l. ſeruus ibi perpetuò. C. de pœnis. & plenè Panor. in c. ex. literis de conſti. niſi principis indulgẽtia aliud permitteretur, quã principes concedere mera gratia poſſunt, & concedũt aliquãdo propter merita & virtutes ſucceſſorũ, Inſtitu. de iure natu. §. ſed quod princip. ver. planè, put conceſſum olim fuit hæredibus prædicti Marci Flacci, ob eorũ in republica victoriã contra Cymbros, de quo vbi ſuprà meminit idem Valerius ſubiungens: Cæterũ Flacciana area, cũ diu penatibus vacua manſiſſet, à Quinto Catulo cõſule Romano Cymbricis ☞ ſpoliis [De hac victoria per Roman. obtẽta contra Cymbros dicitur plenè ſuper verbo, *qui cũ alia matrimonium contrahens.* loquẽdo de viduitate ſeruãda] adornata eſt. Et introduxit talis cõſuetudo deſtruẽdi domos ad terrorẽ, ne quis leuiter cõſpiret in rẽpublicam, quia tali nota patiuntur nedũ delinquentes, ſed omnes in poſterum ſuccedẽtes domum videntes euulſam ſuorum maiorum, in qua defecit pater. Minor creuit, in qua maiorum imagines aut non videre fixas, aut reuulſas videre, ſatis eſt lugubre, dicit
27 tex. in l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. †Pariter poſſent dirui ædes priuatorum, vbi decor ciuitatis hoc requireret. puta pro ampliando forum, aut plateas publicas. l. præſcriptio. & l. ſi quando. C. de operi. publi. Idem ſi periculum incendij, vel proditionis, vel aliud in republica contingere timeretur, vt l. ædifacia. illo eod. tit. Et idem pro ampliando eccleſiã, vel eius domos, vel ſcholas, vt plenè per Cæpollam in dicto tractatu ſeruitu. titu. de ſepulchro.

Et idem eſſet pro euitando maiori dedecore ciuitatis, vt orto incendio in aliqua domo domus media 33
diruerẽtur, ne incendium vltrò procedat, & totam viciniam, vel fortè ciuitatem perdat. prout contigit Toloſæ anno domini M. cccclxiij. Nocte enim ſancti Michaëlis menſis Maij combuſta fuit maior, & nobilior pars ciuitatis. Sic à paucis annis citra tota 34
ferè Biturica ciuitas cremata eſt. Quo caſu poteſt domus intermedia deſtrui. l. ſi quis fumo. §. quod dicitur. ff. ad legem Aquil. Quæ poſteà expenſis totius viciniæ eſt reparãda, vt cõſuetudine ſeruatur, ſecundum Bar. in l. ſi alius. §. eſt & alia. ff. quod vi aut clam: imò poſſet vicinia de iure compelli, ſecundum Bal. per illum tex. in l. ſi laborãte. §. j. in fi. ff. ad legẽ Rhodiam de iactu. Facit quod ſingulariter decidit Bart. in l. de vſu quoque. per illud text. ff. de variis & ex-
28 traord. cog. in fi. † ℣ ſi exercitus armigerum tranſiens per locum, fecerit hoſpitium in domo mea, aut

viam in meo agro, ſinguli de loco pro quota ſua me reparare tenentur, & officio iudicis ad hoc cogẽtur, cùm damnum meum redũdet in alleuiationem cæterorum. Ex quibus omnibus ſequitur, quòd minus deſtrui poſſunt domus propter ciuile debitum, vt di
29 xi: †nec poſſet debitor ad hoc ſe obligare, ſcilicet vt domus ſua in non ſoluendo deſtruatur, cùm interſit reipublicæ, quòd vrbes non deformentur: cui pacto priuatorum præiudicari non poteſt. l. ius publicum. ff. de pactis: & plenè in l. j. per. Bar. & omnes ff. ſolut matr. Vnde reſtat, vnicuique neceſſariam eſſe domum vnam condecẽtem & honeſtam in ſui tutiſſi-
30 mum refugium. l. plerique. ff. de in ius vocan. †quam nemo intrare poſsit contra ſui volũtatem ſub pœna iniuriarum. Inſtit. de iniur. §. ſed lex Cornelia. Cùm non liceat pompam rei familiaris pandi. l. ij. C. quãdo & quibus quarta pars debeatur, libro x. Adeò, quòd domum alienam non licet alicui ingredi, etiam cauſa perquirendi res ſuas furto amiſſas, Inſtitu. de oblig. quæ ex delicto. §. conceptum. Niſi dominus domus eſſet perſona ſuſpecta de illo furto, ſecundum Ioan. Fab. ibi, Vel eſſet talis res, quæ animo ſeipſam perdidiſſet. vt ſeruus aſcriptitius. vxor vel filia. l. requirendi. vbi Cyn. & Bal. C. de ſer. fugit. Et ℣ tunc hoc fiat auctoritate iudicis, ne ſit cauſa maioris tumultus, ſi aliter fieret. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Et ſicut poſſet quis vnam domum habere, ita etiã poſſet habere duas vel plures ſecundũ facultatẽ familiæ, ſtatum & conditionem, prout noſter Raynutius habebat. De quibus vltra dotem reliquit domum & hortum filiæ, & valuit tale relictum, quãuis de domo & horto ſimpliciter factũ: quia domos in ſuo patrimonio habebat. quarum electio tunc hæredi pertinebat. †Si verò teſtator nullam domũ habuiſ 31
ſet, tale legatum non valuiſſet, velut deriſoriũ. Cùm dando domũculam quantũcunq; arctam & inutilẽ, tunc liberaretur hæres, vt infrà dicetur. & probatur in l. ſi domus. §. j. iũcta gl. ff. de lega j. Teſtator enim rem aliquam in genere legando videtur in dubio de his ſentire, quas in patrimonio habet. l. iij. in prin. ff. de vino, tritico, & oleo leg. vbi Bar. hoc no. & Bal. in
32 l. in annalibus. in fi. C. de lega. vbi dicit, †℣ ſi teſtator habens domos proprias, reliquerit alicui domũ, vel habitationem, non cogitur hæres ad penſionem conducere alienas, ſed tenetur ſolùm in vna illarum aſsignare legatario habitationem, in qua poſſit congruè, & competenter ac honeſtè morari: quia nõ audiretur volẽs ei aſsignare habitationem cæcam, aut in lupanari, cùm verba debeant ciuili modo intelligi. l. ſi is qui binas. ff. de vſufruc. & l. ſi cui. ff. de ſeruit.

† Et idem dicendum eſt in actu inter viuos, vt ſi quis rem in genere promitteret: quia intelligitur de his, quæ in eius ſunt patrimonio promiſiſſe. l. ſi quis argentum. §. j. quam ad hoc ibi ponderat Bald. C. de dona. & omnes Doct. in dicta l. ſi domus. vbi dicũt,
†quòd ſi teſtator vxori reliquerit domum vel habi- 34
tationem in vna domo ipſius teſtatoris, qui plures habebat. Videtur in dubio ei reliquiſſe in domo illa, in qua ſolitus erat cum ea habitare, argu. l. vel vniuerſorum, ff. de pign. actio. & l. j. §. ſi quis argentum. ff. de vino, tritico, vel oleo lega. & l. alio. in fin. ff. de alimen. & ciba. leg. Facit quod not. Docto. maximè Bald. in l. j. C. de lega. Tamen hoc caſu æquius videretur, quòd habitatio relicta cẽſeretur in tali domo, quæ magis congrueret qualitati ſuæ perſonæ, arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habi. & l. verum. §. fin. ff. de rebus dub. † Quæ omnia procedunt, vbi te- 35
ſtator

BIU Cujas

ſtator plures habebat domos in eodẽ loco, vel ciuitate, aut patria: quoniam ſecus ſi haberet in diuerſis ciuitatibus, qui eo tunc videretur in dubio reliquiſſe vnam de domibus ciuitatis, in qua habitabat. l. quę conditio. §. j & quod ibi not. Bar. & Angel. ff. de cõdit. & demonſtr. & not Barto. in l. libellorum. ff. de accuſa. facit. l. nulli. C. de epiſcop. & cler. & hoc caſu hæres non haberet electionem: imò eã haberet legataria, cui domus fuit relicta, ſcilicet an morari velit
36 in ciuitate, vel extra. † Si verò teſtator, qui reliquit domum, non habeat niſi vnicam domum, etiam illã videtur legaſſe, quanuis filios & hæredes reliquerit. Nam poſtquàm vnicã tantùm domum habebat, videtur perinde eſſe, ac ſi illam in legato ſpecificè demonſtraſſet, arg. l. ij. ff. de liberis & poſthu. & l. fundus qui locaſſet. ff. de fundo inſtru. Præſumitur enim in dubio teſtatorem legatum voluiſſe facere efficax. l. Titia cum Teſtamẽto. §. j. & l. Mæuius in princ. ff. de legat. ij. Vnde filij teſtatoris ſeu hæredes neceſſe habebũt aliam domum ſibi ipſis conducere, aut aliũde habere, niſi aliter conſtaret de mẽte teſtatoris, ſecundum Alexan. in dicta. l. ſi domus. licet Paul. ibi voluerit tale legatum non valere, quando teſtator non habet, niſi vnam domum, & filios reliquit hære-
37 des, qui illa indigebant. † Sed pone, quòd teſtator vel donator dixit, do tibi, vel lego omnes domos meas, quas inhabito. Certum eſt per prædicta, quòd domus in quibus habebat habitationem cõprehenduntur in tali diſpoſitione. Sed pone, quod propter mortalitatem teſtator, vel donator fugerat ciuitatem, & in comitatu morabatur tempore peſtis, an in legato vel donatione veniat talis domus in comitatu exiſtens? Et dico, quòd non. vt l. j. §. habitare. ff.
38 de his qui deiecerunt vel effuderunt. † Prætereà verbum, habito, eſt verbũ frequentatiuum, ideo de rara & momentanea habitatione non eſt intelligẽdum: non enim ſingula momenta habitationem faciunt, ſed reſidẽtia per annũ, ſecundũ Bal. in l. j. ff. de
39 ſtatu homi. † Et prædicta vera exiſtunt, vbi teſtator qui domũ reliquit in ſuo patrimonio plures domos, aut vnam habebat in ſuo patrimonio. Si autem nullã domum habebat, & nihilominus domum reliquerit, tale legatum eſt inutile, neque valet tanquã deriſorium, vt d. l. ſi domus. ff. de lega. j. Quod verum intelligatis, niſi teſtator expreſſè electionẽ dederit ipſi legatario, vt putà ſi dixerit domum relinquo Titio, quam ipſe voluerit. Quo caſu licet teſtator domum nõ habeat in ſuo patrimonio, tale legatum valebit, per l. Titia. §. j. ff. de auro & argẽ. legat. Et tenebitur hæres legatario habere domum. Et idẽ eſt, ſecundũ Pau. in dicta l. ſi domus. in legato habitationis in genere relicto: quia licet teſtator nullã in patrimonio reliquerit habitationem, tamen præſtabitur habitatio ſecundum qualitatem legatarij: Ita quod dando domum cuiam, in qua habitaret muſca, non diceretur dare habitationem, arg. l. penult. ff. de
40 adimen. leg. ſecundum Alexan. in ij. colum. † Et quę dicta ſunt de legato domus, etiam habebunt locum in legato nauis, ſecundum gloſ. in l. quod in rerum. §. fi. ff. de legat. j. quoniam mauis determinationem habet à natura vel facto hominis, ſicut domus, ideo tale legatum valet quãtumcunque generaliter
41 relictum, vt ſuprà dictum eſt. † Si autem legatum relinqueretur generaliter in his rebus, quæ ſola patrisfamiliàs deſtinatione determinationem capiunt & non à natura, vel hominis facto, ſicut eſt fundus vt dicta l. quod in rerum. §. fi. tunc legatum nõ valeret, quia poſſet eſſe deriſorium: cùm hæres liberaretur, dãdo digitum terræ, in quo ſi vellet, poſſet deſtinare & conſtituere fundum, ſecundum glo. in l. cùm poſt. §. gener. ff. de iure dotium. Vnde quantuncunque teſtator fundos habuerit in patrimonio, tale legatum non valet, ſecundum Bart. Ang. & Imol. in l. ita ſtipulatus *la grande*. ff. de verb. obliga. Sed aduertatis, quia quicquid dixerint glo. & Doct. præfati, vbi ſuprà quòd legatũ fundi non valet, tamen *communiter* contraria opinio eſt verior, ſcilicet quòd ſicut legatum domus ſimpliciter relictæ valet, ſi teſtator domos habebat in patrimonio, vt dictũ eſt: ſic etiam valebit legatũ fundi. per text. in d. l. ſi domus. & d. §. gener. Nam licet teſtator ſola eius deſtinatione fundum poſsit conſtituere, & taliter, quòd erit deriſorium, ſi velit, vt d. l. quod in rerum. in fi. Tamen hoc permitti non debet hæredi in præiudicium legatarij imò debet intelligi, quòd teſtator legando fundum, ſenſit de vno ex fundis ſui patrimonij ea forma, & prout erat in vſu ipſius teſtatoris, vt d. l. ſi domus. & l. damnas. §. j. ff. de vſufr. leg. argu. l. penul. ff. de alimen. leg. ſecundum Iacob. de Aren. Petr. Cyn. Rapha. Imol. in l. legato. ff. de legat. j. & Alex. in d. l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. dicens ibi, quòd teſtator legando fundum, vel quid aliud in genere, videtur dicere, lego vnũ de fundis meis, vt d. l. ſi domus. & d. l. iij. ff. de vino, tritico, & oleo legat. facit l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de legat. ij. Ergo ex conſuetudine teſtatoris, prout ipſe conſuetus erat fundos habere, debet intelligi legatum eſſe relictum, argum. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. Sicut enim dum dico: lego vnum ex fundis meis, valet legatum, vel promiſsio. l. qui ex pluribus. ff. de verborum obliga. Sic etiam valebit ſi ſimpliciter dixerit, lego fundũ. De hoc legato generis videatis gl. in l. legato. ff. de legat. j. & inſti. de legat. §. generaliter. vbi Ang. per bonas rationes tenet legatum fundi generaliter relictum valere.

Laus Chriſto Ieſu domino noſtro.

S V M M Æ.

1 *Domo legata an hortus contineatur.*
2 *Hortus cedit illi domui, ad quam teſtator eo vtebatur.*
3 *Domo legata an contineatur ergaſterium.*
4 *Domus appellatione nõ veniũt vtẽſilia, niſi domui affixa.*
5 *Eccleſiæ appellatione venit cœmeterium.*
6 *Eccleſia polluta, polluitur cœmeterium.*
7 *Hortus quando cenſeatur cauſa domus paratus.*
8 *Fundo vendito cenſetur vendita capella, ſepulchrum, & ius patronatus.* (rior.
9 *Domus eſt in ea parochia, ad quam ſpectat pars ante-*
10 *Legans filio canoniſtæ libros legales, quos legaſſe cenſeatur.*
11 *Oſtium an veniat appellatione domus.*
12 *Boriam legans an territorium ei iunctum leget.*
13 *Legans vxori iocalia, quæ ait valere centum, etiam ſi plus valeant, an ſint vxoris.*
14 *Legans talem fundum, quem ait eſſe viginti iugerum, valet etiam ſi plus contineat.*
15 *Falſa demonſtratio actum non vitiat.*
16 *Domo exiſtente feudali nõ propterea fit hortus feudalis.*
17 *Vnita per alluuionẽ non fiunt eiuſdem naturæ cum fundo cui vniuntur.*
18 *Feneſtræ domus non impediunt parietum horti vicini ædificationem, legitimo omiſſo ſpatio.*

Et hortum

BIU Cujas

¶ Et hortum.

NOtanter dicit, *Et hortum:* † quia si testator de horto 1
mentionem non fecisset, sed 3
simpliciter domum reliquisset, ex relicto domus non inferretur relictũ fuisse hortum: nec legata domo censeretur legatus hortus, nisi hoc exprimeretur per testatorẽ, prout hîc in testamẽto Raynutij fuit expressũ. Quoniã aliâs Alterocha Raynutij filia ex simplici le 4
gato domus hortum nõ habuisset. Et ad hoc allegatur quotidie iste tex. Pro quo est casus in can. fi. quæstio. xij. vbi glos. ad hoc ponderat illũ text. facit can. Ego Lodoicus. lxiij. distinc. facit tex. no. in l. Olympico. in princ. ff. de seruit. vrba. præd. Vbi si testator legauerit habitationem vxori in domo, in tali legato non continetur hortus, ad quem itur per illam habitationem. Imò hæres hortum retinet, & vxor cui est relicta habitatio, debet ei dare aditum ad hortum per locum consuetum. Sed aduertatis, quia in contrarium videtur text. in l. prædiis. §. balneas. & §. fin. ff. de legat. iij. vbi legata, aut vendita domo tacitè censetur legatus, aut vẽditus hortus. Ad quod facit l. si venditor. §. fin. & l. creditor. §. fin. ff. de actionib. empti. & l. testatrix. § j. ff. si seruitus vendi- 5
ce. facit l. ij. C. de bonis vacanti. libro x. Pro concordia dictorum iurium dicendum arbitror, quòd vbi hortus cohæret domui, tunc hortus venit in legato domus, & in qualibet alia dispositione, vt d. l. prædiis. Hîc autem in nostro tex. hortus cohærens non erat domui, ideo in legato non venisset, si de ipso expressa mentio facta non fuisset, secundum Io. Andræ hîc, & Dominicum in d. cap. fina. & can. ego Lodoicus. Ad hoc facit l. penult. ff. de verborũ significatio. vbi appellatione ædiũ non veniunt statuæ foribus domus affixæ, vbi glo. j. singulariter po 6
nit exemplum de Leonibus, qui affixi sunt foribus sancti Petri ciuitatis Bononiæ, subiugens quòd ea quæ non sunt de substãtia domus, non comprehenduntur in domo vendita: aliàs secùs. Ad hoc facit, quod voluit Nicola. de Neapo. in dicta l. prædiis. §. vltimo. dicens, quòd ille qui vendit domum, etiam
2 videtur hortum vendidisse. † Ideo si duo fratres diuiserint bona communia, & domos inter quas erat hortus in medio, talis hortus cedit illi domui, ad 7
quã testator vtebatur illo horto. aliâs cedit domui, per quam habebatur intrinsecus aditus ad dictum hortum. Aliter & aliâs hortus cederet vtrique domui, subiunges, quòd si consuetudo regni disponat, quòd primogenitus habeat domum, intelligitur quòd etiam habeat hortum, quod intelligatis verum si cohæreat domui, vel paratus sit causa domus, secũdum Bald. in dicta l. ij C. de bonis vacãti. lib. x. Angel. & Bald. in dicta l. Olympico. per quæ decidunt 8
Doct. in l. plerique. ff. de in ius vocando. quòd licet ex sua vinea, vel area quis citari possit re & verbo, tamen hoc fieri non posset si vinea vel area sub vna & eadem clausura foret cum domo. Quia tunc censerentur esse pars domus, vt in eis locum habeat dispositio dictæ l. plerique. sicut in domo. Pariter si in campo sit domus illa, domus veniet cum campo, in cuius dispositiõe venit quicquid habet in se & super se. l. si quãdo. C. de bo. vac. lib. x. secundum Bald. 9
in quarta parte cons. cxxviij. Vbi autem hortus non esset causa domus parat9, nec domui accessorius, lo cum non haberẽt prædicta, vt dicta l. Olympico. secundum Ia. in l. beneficium. ff. de consti. principum. & Ioan. de Plat. in l. ij. C. de metatis & epidemeticis. li. xij. vbi dicit, q9 d. l. ij. allegari solet ad hoc, † quòd legata domo, nõ videtur legatũ ergasteriũ siue cassa linum, in quo merces recõdũtur, quod intellige vbi esset separatũ à domo legata, arg. ff. de leg. iij. l. si cui ædes. & ff. de damno infect. l. quòd conclaue. & ff. vti posside. l. si duo. §. Labeo. secùs, si esset contiguũ domui legatæ: quia tũc veniret in legato domus. ff. de fun. instr. l. Seiæ ex parte. §. tyrãnæ. & l. pen. in fi. ff. si seruitus vendi. & d. l. prædiis. §. pen. & fin. † Et idẽ in supellectilibus & vtẽsilibus in domo legata, aut vẽdita repertis. Quia, nisi sint domui affixa, nõ veniunt appellatione domus, vt in dispositione includantur. l. Iulian. §. fi. cũ legibus v. sequẽtibus. ff. de act. empt. Nisi domus legata fuisset instructa, secundũ Bart. in l. fi. ff. de supelle. lega. & Bal. in l. iij. C. de nauti. fœno. vbi dicitur, quòd talia mobilia non fixa etiam non veniunt in confiscatione domus simpliciter facta, veluti si domus confiscaretur propter ludum, vel lenocinium: quia in tali confiscatione non veniunt mobilia domus, nisi essent parata & apta instrumenta ad illud delictum, sicut scamna, & tabulæ in ludo, & lectus in adulterio, & lenocinio, secundum Bald. ibi. Et idem in casu nostro esset de ergasterio, si paratum esset. † Sicut apellatione ecclesiæ venit cœmeterium ei contiguum. c. si ciuitas. de senten. excom. lib. vj. Adeo, quòd habens gratiam in certa ecclesia, acceptare potest beneficium in cœmeterio ambitu, vel capellis contiguis, quibus eadem est seruanda honestas. cle. j. in fin. de celebra. mis. quia sunt priuilegiata sicut ecclesia, xvij. quæstio. iiij. quisquis & de consecra. eccles. cap. j. libr. vj. de immu. eccles. cap. ecclesia. & l. quæ religiosis. ff. de rei vendi. Ideo fugiẽs ad cœmeterium, vel porticum vel claustrum ecclesiæ gaudet immunitate. xvij. quæst. iiij. c. si quis contumax. † Et polluta ecclesia dicitur pollutum cœmeterium, vt d. c. j. argu. sumpto de quolibet parato causa domus pro illius seruitio. Sicut dicimus hîc de horto causa domus parato, secundum glos. pragmaticæ. sanct. super verbo, In ecclesiis. titul. de concubinariis. Et idem de stabulo. vt pulchrè per Iaso. in l. fina. ff. de constitu. princip. & Petr. de Anchara. consil. ccxciij. incipien. super pluribus. & text. in l. arbor, quæ. §. de vestibulo. ff. communi diuidun. 7
† Causa autem domus censetur paratus hortus ex multis. Primò, si fuit simul cum domo emptus vno eodémque pretio, vel si emptus fuit, vt domum amœniorem redderet, aut salubriorem. & idem si fuit ad vsum & seruitium domus per patrem familiâs deputatus, ita quòd de domo habeatur aditus ad hortum vel econtrà, per tex. elegantem in dicta l. prædiis. §. penult. & fina. ff. de legat. iij. Idem dicit Bar. per illum tex. in l. si mercedẽ. §. si eum fundum ff. de actio. empt. † quòd vendito fundo, in quo est capella, ad quam non est aditus nisi per fundum, videtur capella, vendita, quanuis sit in se magis digna, sicut ibi dicitur satis venditũ sepulchrum. Sed quid in iure patronatus, an dicatur venditũ vendito palatio; videatis Panor. in cap. ex literis. de iure patro. in fine. Ex quo dicit idem Bart. in l. quod cõclaue. in fine. ff. de damno infecto. quòd in tantùm cõsideratur aditus fundi, vel domus, vt tãquã principale omnia ad se trahat. † Quòd si aditus & pars anterior domus sit in vna parochia, & posterior in alia, ille qui ibi ha-

BIU Cujas

ibi habitat, soluere tenetur collectas: ſi illa parochia, in qua aditus domus ſitus eſt. facit l. ſi cui ædes. ff. de legatis iij. Tamen Maſuerus tit. de talliis & colle. §. item nota quòd ſi aditus. dicit de cõſuetudine ſeruari, quòd in parochia illa ſoluat, in qua focũ tenet & ignẽ: cùm ibi dicatur magis cõtinuè habitare. Præterea talliæ & collectę in hoc regno partiũtur & inducuntur per focos & belugas, ſecundũ vulgare noſtrum. Similiter conſuluit Pet. de Anchar. dicto cõſilio ccxciiij. incipiente, Super pluribus artic. quòd * per eaſdem rationes, donata domo, donatæ videtur omnes eius ſtationes ſimul cum domo vno & eodẽ pretio emptæ, & ex pòſt poſſeſſæ, ſub eodem fundamento & tecto. Pro quo facit d. l. ij. C. de bonis vacan. ibi in l. ſi quãdo. quæ eſt prima, deciditur, quòd ſi à principe donetur domus, cenſentur omnia adiacentia & ſupellectilia donata, per illũ tex. ad hoc ſingularem, ſecundum Bald. in cap. quanto. de iudi. & Archidia. in dicto cap. fin. xij. quæſt. ij. videatis gloſſ. Bart. & Iaſo. in dicta l. beneficium. ff. de conſti. prin. ij. & iij. col. vide bonum tex. in l. Iulianus §. ædibus. ff. de action. empti. Prætereà dicit Bar. in l. ſi vxori. ff. de auro & argento legat. † quòd pater legando eius filio canoniſtæ libros legales, videtur ſolùm ei legaſſe illos, qui ad eius vſum erant parati, per text. ibi in d. l. ſi vxori. Ad præmiſſa facit, quod pulchrè voluit Bal. in quodam eius cõſilio incipiente, Quid ſi quis legauit cõtenta in domo, vbi inter cętera poſt longam diſputationem decidit, quòd vbicunq; hortus eſt cauſa deliciarum domus, vel eſt domui pediſequus, tũc dicitur paratus cauſa domus. Si verò paterfamilias domum locaret alteri, & non hortum, tunc hortus non contineretur appellatione domus, ſecundum eum. Et idem ſi locaret hortum retinendo domũ, vel vni locaret domum, & alteri hortum. ☞ De quo vide bonũ tex. in l. cùm fundus. ff. de leg. ij.] Secùs eſſet, ſi vni & eidem perſonę ſolitus fuerat locare domum & hortum, ſub vna & eadem penſione, vt ſingulariter dicit tex. in dicta l. prędiis. in fine.

Quo caſu appellatione domus venit hortus. † Oſtiũ autem, & porticus, an veniant appellatione domus, ita quòd delictum factum in oſtio, aut porticu, vel ſtatione domus, dicatur factum in domo, deciditur quòd ſic, ſi domui cohæreat, ſecundum Bart. in l. me miniſſe. ff. de officio proconſu. Specu. tit. de iniur. §. j. verſic. pone in ſtatuto. Panormit. in cap j. de decimis. Ioann. Andræ. in cap. inter alia. de immunitate eccleſia. & Bartol. in l. j. ff. de cloacis. Bal. in rubric. ff. ſoluto matrimonio. Ioan. de Pla. in dicta l. ij. C. de metatis. & alleg. glo. pragmaticæ in verbo, in eccleſiis. titu. de concubi. in principio. quæ allegat ad hoc tex. in dicta l. prædiis. §. vltimo. Per quem textum

†aliâs conſului in quæſtione facti: Ciuis quidam Caturcenſis manſum habens, ſeu boriam finibus certis limitatam, certum emit territorium illi boriæ vicinum: ex poſt boriã prædictam ad perpetuam tradidit locationem ſeu emphyteuſin, ſub vna & eadem penſione, ac ſub talibus confrontationibus, quòd illud idem territorium nouiter acquiſitum, cõprehenditur. Poſteà verò in eius teſtamento, dictã boriam, ſeu illius proprietatem ſimpliciter cuidam eius filio prælegauit, dubitabatur an illud territorium dictæ boriæ cederet. Et conſultus reſpondi, quòd ſic, per præmiſſa: quia teſtator præſumitur illud territorium emiſſe pro ampliando dictam boriam. Quod patet ex duobus. Primò, quia poſteà concedendo boriam in emphyteuſin, & eam limitando, & confrõtando, amplexus eſt dictũ territorium. Et ſic videtur ipſum dictæ boriæ vniiſſe, & annexuiſſe. Nã quicquid plus clauditur ſub cõfinibus demõſtratis, veniet in cõceſſionẽ, per tex. in l. ſi fundũ ſub cõditione. §. ſi libertus. ff. de leg. j. Idẽ ſi minus reperiatur infra limites demõſtratos, vt d. §. ſi libertus. Per quẽ dicũt ibi docto. †q; ſi teſtator legauerit vxori ſuæ veſtes & iocalia, quas æſtimat cẽtum, ſi valeãt plus fortè duplum, nõ poterit hęres diminuere. Et ſic mulier tãtùm habebit. *Sequitur Steph. Ronchin. deciſ. 24. part. 2. Et idẽ ſi reperiatur minus valere, quia nõ poterit plus petere. facit l. cũ pater. §. pater qui filio. ff. de leg. ij. Adhoc facit quod elegãter cõſuluit Old. conſ. cxcvj. incipiẽte, In conceſſione cuiuſdam donationis. vbi decidit,

† quòd ſi quis cõceſſerit aliquam poſſeſſionem ſub nominibus deſignantibus ſpeciem, vel corpus determinatum, quod poſteà menſuratur, putà, quia dicit, concedo tibi tale prædium ſic, & ſic limitatũ, quod eſt viginti iugerũ: poſteà reperitur, quòd intra dictos limites ſunt vigintiquinque iugera, certè etiam omnia illa quinque iugera veniunt in tali cõceſſione, & cedũt lucro eius cui facta eſt cõceſsio, aut venditio, abſque eo, quòd teneatur emptor pretiũ augmentare, vel emphyteuta cenſum. Nam conſignatio confinium rem deſignat, & quicquid eſt intra includit. l. æde ſacra. §. primo. ff. de cõtrahenda emptione & venditione. Prætereà verba illa, viginti iugerum, fuerunt enunciatiua, & non reſtrictiua: quæ potiùs facta cenſetur ſeu prolata cauſa demonſtrationis.

†Et falſa demonſtratio actum non vitiat: ſecùs fortè ſi concedens rem, demonſtrare incœpiſſet per verba non denotantia ſpeciẽ ſeu corpus determinatum, ſed numerum vel quantitatem, putà conceſſit prædium viginti iugerum infra tales confrontationes. Quo caſu illud quod plus reperiretur, non veniret in cõceſsionẽ, de quo plenè videatis per Ioãnem Andræ. in additione Speculato. titu. de emptione & venditione. Petrum de Anchar. in cap. per tuas. de donatio. Bald. ſuper rubrica. C. de contrahenda emptione & Salice. in l. ij. illius tituli. Secundò, quia dictam boriam, & territorium illud nouiter acquiſitum conceſsit ſimul vno & eodem actu, necnon vni & eidem pageſio emphyteutæ, atque ſub vna & eadem penſione ſeu cenſu annuo. Quapropter dictum territorium cedere debebat boriæ, tanquam ei vnitum, per text. notabi. in dicta l. prædiis. §. finali. facit tex. in l. cùm eiuſdem generis. ff. de ædilitio edicto.

Præſertim quia concedens dictam boriam poterat (ſi voluiſſet) dictum territorium excipere: ideo cùm legem apertius (cùm poterat) non declarauerit, ſibi debet imputari, & contra ipſum, & ſuum hæredem eum repræſentãtem interpretari. l. veteribus. ff. de pactis. † Vnum tamen menti tenebitis quòd licet in legato domus veniat hortus emptus ad cauſam domus, & illi contiguus, vt dictum eſt: tamen ſi domus erat feudalis, vel cenſualis, non propter hoc hortus erit feudalis, & ſi prius erat allodialis: imò remanebit liber ab omni cenſu, vt pulchrè decidit Bal. in l. j. in vj. quæſti. ff. de rerum diuiſione. Et ſic hortus non aſſumet qualitatẽ domus, cui vnitur & cedit: quod eſt not. facit tex. in §. ſi cui. Inſtit. de lega. vbi dicunt Ioan. Fab. & Ange. quòd illa quæ conſolidantur & vniuntur, non cenſentur acquiſita eo iure ſeu titulo, quo res cui conſolidata aut vnita fuerunt: imò cenſentur alia, & tanquam alia ſunt de per ſe iudicanda. † Ideo vnita per alluuionem non eiuſdem efficiuntur naturæ cum feudo, cui ſunt

vnita

BIU Cujas

vnita dum tamen constet de diuersitate rerum: quia si non constaret, præsumeretur in dubio tota res esse feudalis vel censualis, secundum Bal. in iij. part. cons. cxcv. & in c. vasallus. si de feu. fue. contro. inter dom. & agna. & in cap. j. §. cùm autem. de contro. inuest. & consuluit Alex. in j. parte cons. cxxxvj. col. ij. cum seq. De horto videatis Bal. in l. altiùs. C. de seruit. vbi dicit, quòd tibi possum constituere seruitutem, ne in domo mea faciam fenestram, per quam te prospiciam in horto contiguo parieti meo. Nam secundum Ang. habens domum iuxta hortum vel pratum, aut claustrum sui vicini, non potest ex illa domo quicquam proiicere in hortum, vel solum vicini citra seruitutem constitutam. Videatis eundem Ang. in l. foramen. ff. de ser. vrb. præd. & clariùs in l. qui lumi-
18 nibus. eo. tit. † si habeo palatium iuxta hortum tuum, licet in pariete versus hortum tuum habeam plures fenestras, quas, vti sunt, tenui mille annis: tamen legitimo spatio intermisso inter tuum ædificium & meum, vbi paries non est communis, ædificare poteris liberè in horto tuo, quamuis ex tali ædificio lumina mea obscurentur in totum vel in parte. allegat l. j. C. de seruit. Idem consuluit Alex. in ij. parte cons. clxxiiij. incip. opportunè consideratis. Nisi tu aliàs volens ædificare fuisses à me prohibitus, & legitimo tempore tacuisses, & nunc ædificare velles, secundum Ioann. Fab. in §. flumina. Institut. de rerum diuis. De his omnibus videatis latè per Barth. Cæp. in tract. de ser. vrb. præd.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ In eodem testamento relinquens.

1 *Institutionis titulo an debeat aliquid filio relinqui. 2.*
3 *Relinquo verbum, adiectum vniuersitati importat institutionem.*
4 *Dos & peculium vniuersitatem notant.*
5 *Lego verbum non est tantæ efficaciæ sicut relinquo. 6.*
7 *Relinquo verbum, an importet hæredis institutionem. 8.*
9 *Testator præsumitur velle testamentum valere.*
10 *Filio an sit secundum omnia iura aliquid relinquendum titulo institutionis.*
11 *Filio non adstringitur pater aliquid iure institutionis relinquere, de æquitate canonica.*
12 *Filius an sit necessariò instituendus iure ciuili. 13. 14. 15.*
16 *Securè verbum, intelligitur, id est inexpugnabiliter.*
17 *Præteritio est duplex.*
18 *Filius an sit iure Codicis instituendus.*
19 *Filius iure authenticorum est necessariò instituendus.*
20 *Leges priores ad posteras trahuntur.*
21 *Instituere sufficit filium in solo obolo.*
22 *Filio minus legitima relinqui non poterat iure veteri.*
23 *Institutio filij est de substantia testamenti.*
24 *Solennitas in actu à lege requisita formam inducit substantialem.*
25 *Solennitas substantialis quæ dicatur.*
26 *Decretum irritans est pro forma substantiali.*
27 *Formæ à iure traditæ renunciari non potest.*
28 *Testamento nullo ob filij præteritionem nec possessio haberi potest. 29.*
30 *Institui quare debeat filius. 35.*
31 *Honor est filio succedere patri titulo & nomine.*
32 *Bastardum non tenetur pater instituere.*
33 *Hæreditatem paternam seruare debet filius.*
34 *Minori etiam non læso datur restitutio propter affectionem rei paternæ.*
36 *Instituere aut iure institutionis relinquere, idem est.*
37 *Tabellionis error quando non vitiat testamentum.*
38 *Institui sufficit filium in aliquo, licet filius non nominetur.*
39 *Institutio filij debet fieri in testamento patris.*
40 *Filius præteritus approbare quando possit patris testamentum.*
41 *Institutionis verba dirigi debent ad filium.*
42 *Clausula à testatore prolata et scribi omissa, probatur per duos testes.*
43 *Pater debet filium nominatim instituere.*
44 *Clausula institutionis sine consensu testatoris apposita nihil operatur.*
45 *Iuramentum à notario addi non potest.*
46 *Clausulæ quæ per notarios in instrumentis adduntur, quando valeant. 47.*
48 *Testatoris voluntas talis præsumitur, qualem lex mandat.*
49 *Notarius præsumitur rogatus apponere clausulas solitas.*
50 *Abbreuiatura notarij recipit supplementum à iure vel consuetudine.*
51 *Notarius omittens iure requisita tenetur de falso.*
52 *Clausula institutionis præsumitur de voluntate testatoris apposita.*
53 *Tempus intra quod notarius apponere potest in testamento clausulas consuetas.*
54 *Testamentum præterito filio valet in casibus.*
55 *Legitimam relinquens non aliter tenetur filium instituere.*
56 *Dotem filiæ relinquere an sufficiat sine alia institutione.*
57 *Relinquo verbum, quando importet institutionem.*
58 *Relinquens pro Falcidia an censeatur instituere.*
59 *Clausula, quòd valeat omni meliori modo, &c. institutionem non requirit.*
60 *Pater aliquid relinquens, et plus petere prohibens non tenetur filium aliter instituere.*
61 *Latinitas incongrua non vitiat sacramentum.*
62 *Æquitatis prætextu non licet facere contra iuris formam.*
63 *Æquitas bursalis.*
64 *Pater exhæredans filium censetur demens.*
65 *Saliceti laus.*
66 *Ioannis Andreæ laudes.*
67 *Cadauer non est homo.*
68 *Præter & contra sunt sinonyma.*
69 *Mandati fines diligenter seruandi.*
70 *Ambasiator acriter punitus.*
71 *Posthumi in filium seueritas.*
72 *Formæ etiam in minimis omissio totum vitiat. 73. & 74.*
75 *Renunciari non potest iuri traditiuo certæ formæ.*
76 *Clausula omni alio meliori modo importat clausulam codicillarem.*
77 *Item, dictio, inducit repetitionem præcedentis qualitatis. & num. 78.*
79 *Institutionem potest titulus alius importare. 80.*
81 *Statuto derogari potest iuri in institutione filij, & quantitate legitimæ. 82.*
83 *Statuta quando non interpretentur secundum ius commune.*
84 *Præterito filio tacente an maneat fixum testamentum. & num. 85.*
86 *Ebutiæ filiam prætereuntis testamentum validum.*
87 *Annullatio actus fauore alicuius introducta intelligitur ipso volente. 88. & 89.*
90 *Pœna solum committitur volente eo, cui applicatur.*
91 *Irritans clausula actum non reddit nullum, nisi volente impetrante.*
92 *Testamentum erit nullum, si præteritus filius dicat nullum, secus si taceat.*
93 *Testamentum an sit nullum, etiam tacente filio præterito. 94. 95. 96. & 97.*
98 *Beneficium mihi competens ex tua persona, an competat*

BIU Cujas

rat te nolente.
99 Miles aut doctor an vxorem vocet dominam.
100 Filio præterito tacente, alij dicunt testamentum nullum.
101 Filius præteritus an testamentum patris possit expressè ratificare.
102 Filio vno præterito an alij dicant testamentum nullum. 103.104.& 105.
106 Decretum irritans non operatur, nisi eo volente cuius fauore est appositum.
107 Ecclesiæ consuetudine derogari non potest decreto aliquam formam inducenti.
108 Legi prohibitiuæ renunciari non potest.
109 Solennitas iuris tolli non potest per pactum.
110 Decreto irritanti etiam fauore partis apposito renunciari non potest.
111 Testamenta & eorum formæ sunt de iure publico.
112 Filius præteritus nullo tempore approbare potest testamentum patris aliis inuitis. 113.
114 Filius præteritus approbare potest testamentum patris, si aliorum non interfit.
115 Subtilitas facit interdum errare.
116 Matris præteritio habetur pro exhæredatione.
117 Errans non consentit.
118 Posthumo præterito an possit testamentum ab eo validari.
119 Filius præteritus testamentum comprobans non propterea perdit legitimam aut Trebellianicam.
120 Iuramentum non porrigitur ad non cogitata.
121 Iuramentum ciuilem, & æquam interpretationem recipit.
122 Franciscanus filius non est necessario instituendus.
123 Renuncians bonis & futuræ successioni cum iuramento, non potest succedere.
124 Religionem minorum intrans successioni renunciauit.
125 Statutum, quòd masculi fœminas excludant, non habet locum in Franciscano.
126 Mendicantes quando succedant.
127 Franciscani tertij ordinis an succedant.
128 Filius statuto exclusus præteriri potest.
129 Filia præterita si extranei sint instituti, dicere potest testamentum nullum.
130 Filia quæ bonis paternis cum iuramento renunciauit, si prætereatur, non agit.
131 Filius militis, doctoris, vel aduocati, præteritus non agit. & num. 132.
133 Religionem ingrediens non tenetur filium instituere.
134 Clericus potest filios præterire.
135 Liberè testari quis dicatur.
136 Instituere non tenetur pater inter liberos testans.
137 Filio sui fauore præterito valet testamentum.
138 Filium sui fauore præteriens pater debet iustam causam inserere.
139 Piæ causæ ratione præteriri potest filius.
140 Filius bannitus præteriri potest.
141 Banniti & deportati non sunt de numero ciuium.
142 Bannitus non potest aliorum more rem venditam retrahere.
143 Statuto, quòd primogenitus succedat, non cogitur pater alios filios instituere.
144 Primogenitus bona primogenituræ non tenetur aliis conferre.
145 Legitimam non petunt filij stante consuetudine, quòd primogenitus succedat.
146 Primogeniti iuri nil officit, si alij fratres bonis se simul immisceant.
147 Primogenituræ iuri non potest pater detrahere.
148 Rex testari non potest de regno.
149 Rex non potest filium grauare, cum non ab ipso, sed à consuetudine regnum deferatur.
150 Principes non testantur de suis dignitatibus.
151 Anglorum regi non potuit rex Galliæ regnum deferre. & num. 152.
153 Vinea ecclesiæ dicitur regnum Galliæ.
154 Læsæ maiestatis crimen incurrunt etiam ecclesiæ prælati.
155 Regnum etiam fauore primogeniti non datur testamento.
156 Primogenitus quis dicatur.
157 Primogenituræ iura.
158 Consuetudo, quòd primogenitus succedat, est omni iure fundata.
159 Papatus est de iure diuino.
160 Dominandi cupidis nulla probitas aut fides.
161 Romulus fratrem interfecit, vt solus regnaret.
162 Reges in Gallia ambitione dominandi occisi.
163 Regia dignitas per vnum, non per plures regenda.
164 Primogenitus regis non implens patris voluntatem non priuatur hæreditate.
165 Primogenitura est dignitas.
166 Primogenitus etiam viuente patre dici potest rex.
167 Galli quando vti cœperint legibus.
168 Salica lege solus primogenitus succedit in Gallia.
169 Primogenitus præfertur in feudis.
170 Consuetudo, quòd primogenitus succedat, etiam errore vel metu introducta, valet.
171 Primogenitus ob bonum publicum solus succedit.
172 Primogenitos plus diligunt parentes.
173 Primogenito promissum, non debetur filiæ.
174 Filium substituens intelligit primogenitum.
175 Annagium in Gallia inter solos nobiles locum habet.
176 Feudorum indiuiduitas non facit ea soli primogenito cedere.
177 Duo reges erunt, si eodem impetu nascantur.
178 Reges duo, si non concordent, alternis temporibus administrabunt.
179 Feudalem consuetudinem sufficit esse probabilem.
180 Voluntas pro ratione legis quando sufficiat.
181 Discordia in rebus publ. pernicioſa.
182 Vetustatem etiam non iustam immutare periculosum.
183 Constitutio rationabilis censetur eoipso, quòd non est prohibita.
184 Iustitiæ naturalis & positiuæ differentia.
185 Feuda magna quo ad administrationem diuidi possunt.
186 Pactum, quòd res transeat ad primogenitum, an valeat.
187 Primogenituræ ius transmittitur etiam viuo patre.
188 Primogeniti filius an alteri fratri præferatur.
189 Primogenitura vendi nedum transmitti potest.
190 Villico vnà cum prædio legato, etiam filij & nepotes intelliguntur legati.
191 Fœmina non succedit in feudo.
192 Primogenitum nominans dispositio facit omnes eius descendentes eo iure gaudere.
193 Otho litem pugnâ diremit.
194 Patruus excludit primogeniti fratris filium secundum aliquos.
195 Carolus magnus secundogenitum prætulit filio primogeni-
196 Carolus magnus in sanctorum numerum relatus. (ti.
197 Sententia principis ius facit.
198 Primogeniti filius quando secundogenito præferatur. 199.
200 Filius natus antequam pater esset rex, an aliis regi natis præferatur.
201 Nobilitas non transit ad liberos ante adeptionem nobilitatis natos.
202 Bastardus regis per matrimonium legitimatus, an aliis præferatur.
203 Consuetudine stante quòd primogenitus succedat, an ingratus exhæredari possit.
204 Rex an minorem filium ex causa possit præferre maiori.

Pater

BIU Cujas

205 *Pater olim ingratum filium etiam vita priuabat.*
206 *Ingratis filiis semper malè succesſit.*
207 *Legitima ingratus priuatur.*
208 *Primogenitus humanæ naturæ Cain damnatus.*
209 *Delphinus Galliæ an propter ingratitudinem regno poſſit priuari.*
210 *Vltimogenituræ ius.*
211 *Frater minor eligit primo diuidente hærede.*
212 *Pater totum patrimonium filiis diſtribuens, neminem inſtituit.*
213 *Benedictionis iure relictum valet vt inſtitutio.*
214 *Pater qui pro filio condemnato coactus ſoluit legitimam, eum non amplius tenetur inſtituere.215.*
216 *Iudæi ad fidem conuerſi ſunt melioris conditionis, quàm qui fuerunt ſemper Chriſtiani.*
217 *Statutum quòd pater & agnati teneantur pro delicto filij, valet.*
218 *Statutum quòd dominus teneatur pro delicto famulorum.*
219 *Pater ſoluens voluntariè pro filia tenetur adhuc eam inſtituere.*
220 *Filius qui legitimam acceptam diſſipauit, an ſit à patre adhuc inſtituendus.*
221 *Liberi in poteſtate patris de legitima eis aſſignata poſſunt inter ſe contrahere.*
222 *Filio qui legitimam deuorauit, debentur adhuc à patre alimenta.*
223 *Dolo & delicto perdit quis alimenta.*
224 *Inſtitui non oportet filium in teſtamento facto iuxta Galli conſilium.*
225 *Inſtitui non oportet filios in teſtamento furioſi.*
226 *Poſthumus præteritus, qui viuente patre deceſſit, teſtamentum non rumpit.227.*
228 *Præteritus filius cum iuſtæ cauſæ inſertione, excluditur.*
229 *Inſtitui non oportet filium, vbi eſt clauſula codicillaris.*
230 *Præteritio filij quo ad ſolam inſtitutionem vitiat teſtamentum.*
231 *Legata an ſeruentur, ſiue pater ſciret, ſiue ignoraret ſe habere filium, quem præteriuit.232.*
233 *Legata quando ſeruentur rupto teſtamento.*
234 *Præteritio filij legata non vitiat.235. & 236.*
237 *Fideicommiſſum vniuerſale ſeruatur rupto teſtamento ex filij præteritione.*
238 *Pupillaris ſubſtitutio ſeruatur rupto teſtamento ex præteritione filij.239.*
240 *Tutela ſeruatur rupto teſtamento ex filij præteritione.*
241 *Teſtamento præteritione rupto, quando non ſeruentur relicta.*
242 *Teſtamento præteritione rupto ſeruatur clauſula codicillaris.243.244. & 245.*
246 *Clauſula codicillaris in teſtamento nullo quid operetur. & num.247.*
248 *Filius an teneatur patrem in aliquo inſtituere.*
249 *Pater quo ad filium æquiparatur patrono.*
250 *Præteriri quis dicatur.*
251 *Correctoria iura licet extendere.*
252 *Mater an teneatur filium in aliquo inſtituere, & contrà.253.*
254 *Frater an fratrem inſtituere teneatur.*
255 *Inſtitui quare debet filius in re aliqua.*
256 *Inſtitutus in re certa an ſit loco legatarij.257.*
258 *Inſtitutus in re certa quando ſit loco hæredis.259.*
260 *Hæredum appellatione qui veniant.*
261 *Ius patronatus non tranſit, niſi ad hæredes vniuerſales.*
262 *Inſtitutus in re certa habetur pro hærede vniuerſali. & num.263.*
264 *Subſtitutus in re certa non trahitur ad totum.*
265 *Hærede vniuerſali repudiante an accreſcat inſtituto in re certa. & num.269. ver. ſecunda opin.*
266 *Ius accreſcendi eſt tranſmiſſibile ad hæredes.*
267 *Filius ſemper habens in hæreditate quotam, habet ius accreſcendi.*
268 *Ius accreſcendi locum non habet inter ſuccedentes iure diuerſo.269.*
270 *Notarius ſemper præſumitur appoſuiſſe clauſulas conſuetas.*
271 *Bartoli laudes.*
272 *Ius accreſcendi an prohiberi poſſit.*
273 *Ius accreſcendi an tranſmittatur ad hæredes.*
274 *Filio an ſufficiat relinquere aliquid ſine titulo inſtitutionis de æquitate canonica.*
275 *Relinquo, verbum, additum vniuerſitati operatur inſtitutionem.276.*
277 *Filio ſufficit relinqui aliquid vniuerſum, in terris eccleſiæ.*

¶ In eodem teſtamento relinquens. I.

EX hoc colligunt doctores, & ſemper ad hoc allegatur,† quòd ſufficit patri vel alteri aſcendenti, filio vel alteri deſcendenti primum locum in ſucceſſione tenenti, aliquid ſimpliciter relinquere in teſtamento: & valebit tale teſtamentum, ac ſi filius fuiſſet expreſsè inſtitutus, aut ei relictum titulo inſtitutionis. Nam hic Raynutius Alterochæ filiæ ſuę maritatæ vltra dotem reliquit ſimpliciter domum & hortum, eam aliàs in aliquo non inſtituendo: & tantùm valuit teſtamentum, ac ſi iure inſtitutionis fuiſſet ei relictum. Quod an ſit verum, quia articulus eſt ſummè vtilis, intendo ipſum plenè attingere, ideo aduertatis, quia in contrarium eſt text. apertus, vt in auth. vt cùm de ap. cogn. §. aliud quoque capitulum. coll. viij. vbi dicitur, quòd pater debet filio relinquere aliquid iure inſtitutionis, aut ipſum formaliter inſtituere. Aliàs teſtamentum eſt ipſo iure nullum. c. ſi pater. in prin. eod. tit. lib. vj. vbi pater filias inſtituit. Et ita fieri debere tenet gloſ. hîc ſuper verbo, *relinquens.* & gloſ. in dicto cap. ſi pater. Quod adeò eſt verum, quia licet per licentiam liberè teſtandi à principe teſtatori habili conceſſam, videatur ſolennitas quæcunque eſſe remiſſa, ſecundum gloſ. in l. ſi quando. §. primo. C. de inofficio. teſtament. Tamen remiſſa per hoc non cenſetur ſolennitas filium inſtituendi, cùm illa non poſsit citra iniuriam filij prætermitti. argumentum. l. nec auus. C. de emancip. liberorum. & l. ij. §. ſi quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco publico fiat. & ita tenent Cyn. Bald. & Salycet. quos ibi ſequitur Iaſon in dicta l. ſi quando. † Vnde per hæc, & plura alia hic punctus non eſt ſine difficultate: quapropter reducendo ad ordinem verba doctorum maximè repetentium infinita, quæ quandam hactenus animis iuuenum videbantur inducere difficultatem, pro habendo huius articuli verum & punctualem intellectum ſcire debetis, quòd vna opinio fuit, quòd filius debet per patrem in teſtamento in aliquo inſtitui, vt dicit textus in dicto §. aliud quoque capitulum. Aut ei debet taliter relinqui, quòd habeatur pro inſtituto, veluti ſi ei relinquatur aliquod vniuerſum per hoc verbum, relinquo. † Nam verbum, relinquo, adiectum vniuerſitati bonorum, trahitur ad inſtitutionem, vt eſt caſus rotundus in præſenti cap. Quod etiam procederet, ſi tale verbum adiiceretur vniuerſitati partis bonorum, vtputà, ſi teſtator diceret, relinquo tertiam

BIU Cujas

tiam, vel quartam partem bonorum: quoniam eo tunc intelligeretur iure institutionis relicta, secun-
4 dum Ant.de But. hîc. † Dos enim & peculium sunt 7
nomina importantia vniuersitatem, secundum gl.in l.quod dicitur, ff.de impen.in re.dot.fa. & Bar.super rub.ff.sol.mat. Vnde verbum, relinquo, his & similibus vniuersitatem importantibus adiectum trahitur ad institutionem, & eam inducit, taliter quòd si pater in testamento assignet eis peculium, nec dicit iure institutionis, testamentum valet, secundum Iaco.de Aren.quem sequitur Bar.in l.fi.ff.de penu leg. Et est casus hîc, vbi Alterochæ fuit dos relicta, & sic quid vniuersum. Nam ex hoc fuit habita pro instituta in dote, & testamentum tantùm valuit, ac si expressè instituta fuisset. Quod secùs esset, si solum ei relicta fuisset domus cum horto: quia tunc verbum, relinquo, rebus particularibus adiectum, operari non potuisset 8
institutionem: imò Alterocha velut præterita testamentum patris dixisset nullum. Et præmissa intelligatis vera, videlicet quòd verbum, relinquo, adiectum vniuersitati partis bonorum operatur institutionem, vt dictum est: Quia satis ex hoc videtur fuisse adiectum vniuersitati bonorum, adeò quòd ille cui relicta fuit pars bonorum habebitur pro instituto ad
5 commoda & onera illius partis. † Quòd secus esset in verbo, lego. quoniam si adiiceretur parti bonorum, intelligeretur pars bonorum legata deductis oneribus, l.non amplius, §. cùm bonorum, ff.de leg.j. Nam
6 † maioris est efficaciæ verbum, relinquo, quod est commune, quàm verbum, lego, quod non est directum, nec commune, sed potius obliquum. [de quo plenè super verb. *eidem impuberi succederent.*] Ad præmissa facit, quod pulchrè not. Bal.in l.j.ff.e. vbi loquitur de verbo fieri. dicens, quòd si testator fieri mandauit monasterium de omnibus suis bonis, illa verba operantur institutionem. allegat Bart.in l.Centurio, ff.de vulg. & pup. vnde saluari posset instrumentum notarij, in quo dicitur: talis sanus mente suum condidit testamentum, in quo reliquit Petro decem. Quia licet non sit ibi institutio hæredis, vt d.l.his verbis, ff. de hær.inst. Tamen saluatur scriptura: quia licet hoc vocabulum testamentum, sit generale ad omnem speciem vltimę voluntatis sequendo allusionem vocabuli: non tamen sequendo propriam significationem, secundum quam importat talem voluntatem, in qua sit hæredis institutio. l.non codicillum, C.eo. Si ergo ita est, quòd dicta verba trahantur ad institutionem, multomagis verbum relinquo, adiectum rei vniuersali operabitur institutionem. Et pro hac parte alleg.text. in l.cùm vnum, §.fi.ff.de ali. & cib.leg. ibi, pro modo legatæ dotis, vbi pater reliquit filię dotem: nec appareat, quòd aliàs eam instituerit, tamen validum fuit testamentum. Et ratio alia non fuit, nisi quia verbum, relinquo, doti adiectum, trahitur ad institutionem, velut rei vniuersali adiectum. Sed an iste intellectus sit verus, pro nunc non decido, sed j. videbitur. Verumtamen contra ipsum adduco elegans dictum Bal.in l. & in epistola, ver.modò quæro, C.de fideic. vbi dicit, quòd verbum, relinquo, adiectum vniuersitati relictorum, non trahitur ad institutionem hæredis. Sed trahitur à codicillis, & actus valet iure codicilli, cùm valere non possit iure testamenti. Quia secundum eum verbum relinquo, aut verbum lego, quamuis rei vniuersali adiectum, nullatenus importat hæredis institutionem, dato alio hærede vniuersali, vt videbitis j.e. in verb. *reliquit*. Et maximè quia idem Ant.de Bu. cons.xv. consuluit, verbum relinquo, non importare hæredis institutionem, nisi filius cui relinquitur, expressè hæres instituatur, secundum Bar.in l.cogi.§.j. ff.ad Treb. † Secunda opin. doctorum fuit, ex qua elicitur secundus intellectus per hunc text. quòd licet verbum relinquo, de se non importet institutionem: tamen in filio cui per patrem relinquitur, non est necessaria clausula institutionis, nec tanquam præteritus testamentum dicet nullum, iuxta §.aliud quoque capitulum, in auth.vt cùm de ap.cog.col.8. & de hoc est casus in prędenti c.vbi licet Alterocha non fuisset per patrem instituta, sed ei simpliciter esset domus cum horto vltra dotem relicta, tamen quia verbum, relinquo, adiectũ fuit & relatum ad talem personam, quę de iure institui debebat, quia testatoris erat filia: Ideo tractum fuit ad institutionem, perinde ac si Alterocha fuisset expressè instituta in domo & horto. Ita eleganter decidit hîc Panor. dicens, † quòd quoties verbũ, relinquo, refertur ad filium, vel filiam, vel aliam personam descendentium, primum locum suitatis tenentem, & sic ad talem personam, quæ de iure debet instituì: tale verbũ relinquo, operatur institutionẽ, nec remanet in vi simplicis relicti: quia testator videtur in dubio relinquere iuxta qualitatẽ cõuenientem personæ, cui relinquitur, & sic titu.institionis, vt hîc fecit Raynutius, qui simpliciter vltra dotem domum & hortũ Alterochæ reliquit: nec apparet ex textu, quòd eam aliter instituerit. Et tamen valuit testamẽtum: quod non valuisset, nisi filia fuisset instituta hæres saltem in aliqua re, vt in dicto §. aliud quoque capitulum. & licet Bartol. secundum eum in l.cogi. §. & generaliter. ff.ad Trebellianum. tenuerit contrarium, tamen Bald. sequitur primum dictum in l. quoties. C. de hæredibus instituend. dicens hoc probari per hunc text. subiungens ibi hoc esse tolerandum ex æquitate: quoniam indocti nesciunt dicere, relinquo iure institutionis, vel filium instituo: imò vt plurimum dicunt, relinquo: & verba sunt intelligenda secundum qualitatem personarum, inter quas proferuntur. l. plenum. §. equitij. ff.de vsu & habitatio.capitu.magnæ. de voto & voti redemptio. allegat capitu.requisisti.suprà eodem. & huius opinionis refert fuisse Hostiens. & Cardinal. Adeò enim verba adaptanda sunt personis, ad quas referuntur, taliter quòd validus intellectus eliciatur, argumento, l. ex militari. ff. de testamento militar. & capitu.abbate, de verborum significatio. Nam vulgares vti nesciunt alio verbo, quàm relinquo. Cùm quilibet dicere nesciat, instituo, secundum gl.in l.quoties. C.familiæ erciscundæ. & ita dicit Panormitanus in quæstione facti respondisse, & Bal.etiam dicit in l.fina. C.familiæ erciscundæ. doctores nostros Tolosanos sic determinasse, scilicet verbum, relinquo, relatum ad personam necessariò instituendam, importare institutionem, per nota.in l.si quis priore. ff. ad Trebellianum. & in Authentico de hæred. & Falc. §.j. & in Authenti. de ecclesiastic.titul.§.si autem pro redemptione. & in Authen. vt cùm de appellatione cogno. §.cæterum. Nã cùm verbum relinquo, sit aptum natum comprehendere institutionem, debet ita, vt dictum est, interpretari, vt testamentum valeat potius quàm pereat, argumento, l.quoties. ff.de rebus dubiis. Nec præsumitur quisquam viam elegisse ad sua impugnandum iudicia, dicit textus in l.iij. ff. de testamento milit. Neque foret æquum, si testator erat ita rudis, quòd nesciret proferre verbum instituo: & pariter notarius est adeò imperitus, qui nesciuit hoc verbũ apponere, cu-

BIU Cujas

re,cuius significationem non nouit, vt testamentum
9 propter hoc non valeat. †Cùm semper sit præsumẽ-
dum testatorem voluisse suum testamentum valere.
secùs tamẽ esset,si verbum relinquo,adiiceretur tali
personæ,quæ instituí non debet de iure: quales sunt
extranei extra testatoris primũ gradum suitatis non
tenentes. Quoniam ex tunc quanuis adiiceretur rei
vniuersali nullo modo operatur institutionem. Et
si hæc vera existant, non est mirum si in præsenti ca-
pitulo verbũ relinquo, tractũ fuit ad institutionem,
attenta qualitate personæ relinquẽtis,& eius cui re-
linquebatur,quia filia testatoris, necnon cõsiderata
natura rei, quæ relinquebatur. Nam relinquebatur
dos,quæ(vt dictũ fuit)est quid vniuersale:ideo intel
ligitur iure institutionis relicta,arg.dictæ l.plenum.
10 †Tertia opinio doctorum fuit, quòd inter hunc
text.& dicta iura, vt cùm de appella.cogno. §. aliud 12
quoq;.non est aliqua differẽtia.Quinimò omni iure
filius vel alius primum locum suitatis tenens, est de
necessitate in aliquo instituendus,aut ei iure institu-
tionis relinquendum, aliàs testamantum est nullum,
Et hunc text. debemus intelligere, quòd Raynutius
iure & titulo institutionis reliquit Alterochæ vltra
dotem domum & hortũ. Ideo glo.hîc in verbo, Re-
linquens,supplet clausulam institutionis, quæ causa
breuitatis non fuit hîc in text.posita, sed per Papam
omissa: qui cùm loqueretur in hac cõpilatione cum
peritis in iure,vtpote cũ doctoribus, vt patet in ru-
brica suprà in procemio, causa breuitatis clausulam
institutionis omisit, præsupponẽs peritos & doctos
viros satis intelligere in talibus clausulam institutio
nis necessariam fore. Et sic erit sensus,cp ad validita
tem testamenti necesse est, quòd pater filium insti-
tuat, vel titulo institutionis aliquid relinquat. Aliàs
si ei simpliciter relinqueret,testamẽtum esset nullũ.
Cùm verbum,relinquo,dato alio hærede vniuersali
non importet iustitutionem: & ita etiam sentit glo.
super verbo,Instituit,in fine.in capit. si pater hoc tit.
lib.vj. Sed hæc opinio cõmuniter non tenetur: quia
supplere hîc clausulam institutionis esset diuinare,
quòd Raynutius eam in suo testamento apposuerit, 13
cùm aliàs non constet ex litera. Or diuinare est refu
gium miserorum.dicit gl. singularis in l. filium quẽ
habẽtem.C.fami. ercis. Prætereà dicere,quòd Papa
causa breuitatis hîc omiserit clausulã inserere insti
tutionis,esset similiter diuinare. Nec est verisimile,
quòd hoc fecerit, argumento eorum quæ no.Bar.in
l.j.ff. eodem. vbi præseruat Iurisc5sultum de simili
defectu dicens, nõ esse verosimile legislatorem cau-
sa breuitatis aliquid de substantialibus omisisse: nec
est verum quòd Papa hîc loqueretur cũ solis doctis,
& in iure peritis doctoribus. Quinimò loquebatur
etiã cum scholaribus, vt patet s. in procemio huius
compila. qui interdum sunt rudes & ignari, vt dicit
text. in §.his itaque.Instit.de iusti.& iure.& in §.pe-
nul.in procemio digestorum. Vnde restat quòd non
est verum,quòd hîc Alterocha fuerit in aliquo insti
tuta aliter quàm modo in tex.descripto.& tamen va
11 luit testamentum. † Inde fuit quarta & vltima opi-
nio doctorum differentiam in hoc puncto inter ius
istud canonicum & ius ciuile facientium, vt scilicet
dicamus, quòd licet iure ciuili sit filio aliquid relin-
quẽdum iure institutionis, per tex.in d.§.aliud quo-
que capitulum. Hodie tamen de æquitate canonica
non requiritur tantus rigor, quòd filio sit reliquen-
dum iure institutionis: imò sufficit ei quocunq; reli
cti titulo relinqui,per hunc text.ad hoc nota.Et iste
est verus intellectus huius decretalis secũdum istos.

Præsuppositis hîc quatuor generalibus intellecti-
bus,ex quib9 habetis in hoc diffuso articulo intelle-
ctum vestrum aliqualiter apertum, causa latius inue-
stigandæ veritatis,& vtriusque facultatis zelato-
res in copiosa quantitate hîc præsentes satientur, &
vnusquisque in sua facultate quid tenendum sit, cla-
rè cognoscat,hanc quotidianam difficultatem,duas
diuido in partes.Prima erit, an sit verũ de iure ciui-
li,quòd pater necesse habeat, & teneatur filiũ in ali-
quo instituere,vel an sufficiat ei quocunq; relicti ti-
tulo aut simpliciter relinquere. Secũda erit si rigor,
& asperitas iuris ciuilis id exigat, scilicet quòd filius
instituatur, an saltem de æquitate canonica sufficiat
hodie filium ex testamento patris aliquid habere iu-
re simplicis relicti,siue alio quocũque titulo, quàm
instituionis. † Venio ad primum, circa quod tres 12
fuerunt principales opiniones. Prima fuit vt distin-
guat:an pater voluerit solẽniter testari, putà in scri-
ptis, faciendo testes subscribere,& testamentũ clau-
sum sigillare,& cætera solennia obseruare,de quibus
Insti.eo.in princ. & l.hac cõsultissima.C.eo. & tunc
requiritur, quòd filio aliquid relinquatur titulo in-
stitutionis:nec valeret testamẽtũ, si filio aliquid esset
alio titulo quàm institutionis relictum: quia post-
quam testator elegit solẽniter testari, oportet quòd
obseruet solẽnitatem institutionis, aut testator vult
non solenniter testari,sed nuncupatiuè,vt in §.fi.In-
stit.eod. Et tũc sufficiat quòd filio relinquatur sim-
pliciter,vel alio quocunque relicti titulo: ita cp hoc
casu necessarius nõ erit titulus institutionis.Sed hęc
opinio non tenetur:quia est contra tex.in d.§. aliud
quoque capitulũ. loquẽtem indistinctè, & indistin-
ctè titulum institutionis requirẽtem.Ergo indistin-
ctè est intelligendum in testamẽto nuncupatiuo, si-
cut in testamento solenni. l.iij .ff. de offi. præsi.quia
vbi lex nõ distinguit, nos distinguere nõ debemus,
vt ibi.& l.de pretio.ff.de public.in rẽ actio.maximè
quia cùm eandem vim habeat testamentũ nũcupati-
uum sicut solẽne, sequitur cp requiritur titulus insti-
tutionis in vtroque. † Secunda opin. fuit, quòd aut 13
testator voluit codicillari,& tunc titulus institutio-
nis non est necessarius:imò sufficit patri codicillãti
relinquere filio simpliciter. Aut pater vult testari,&
tunc requiritur titulus institutionis. Hæc opinio est
in se verá,quia in codicillis non est necesse filio iure
institutionis relinquere,cùm in eis fieri nõ possit di
recta institutio.l. Scæuola.ff.ad Trebel. & Institu.de
codicil.§.fina.facit l.nõ codicillum, C. eod.tit.& l.si
14 idem.C.de codicil. † Tertia opin.fuit,quòd aut te-
stator testamentum fecit inter solos liberos,& tunc
sufficit simpliciter relinquere vni ex ipsis absque eo
quòd expressè pater relinquere teneatur iure & titu
lo institutionis:& ita intelligitur hic tex. & in l. hac
cõsultissima. §.ex imperfecto. C. eo. Aliquãdo verò
testamentum fit inter extraneos, qui per testatorem
hæredes instituuntur: & tunc est filio de necessitate
relinquendum aliquid iure institutionis, vt dicto §.
aliud quoque capitulum. Et hanc opin.sentit glo.in
Athenti. nouissima. C. de inofficio. testa. quam ibi
sequuntur Iacob. Butri. & Mathesilla notabili 139.
quanuis illam gl.non alleget. Et eam sequitur Iason
in d.l.hac consultissima. §. ex imperfecto.ij.col. Et
latiùs in dicta Athen.nouissima.in iiij. col. vbi Alex.
illam glo.commendat velut singularem, tamen non
videtur hęc opi.vera: ppter tex.in d.§.aliud quoque
capitulum. qui loquitur indistinctè, & requirit ti-
tulum

BIU Cujas

tulum inſtitutionis. de quo pleniùs dicam infrà in xiiij.limitatione. Ita eleganter decidit gl.his tribus opinionibus recitatis.ſuper verbo, Inſtitut.in dicto
15 cap.ſi pater.eo.tit.lib.vj. †Veruntamen vt huius articuli plenior habeatur,& fundamẽtalis enucleatio, &vt veſtigia ſequar imperatoris,in §.itaq;.in proœmio Digeſtorũ,vbi recitat vetera, vt noua appareãt pulchriora,& in §.j.Inſti.eo.tit.Hãc quęſtionẽ ſubdiuido in tres quæſtiones. Prima erit,vtrùm de iure ciuili antiquo , ſcilicet Digeſtorũ, filius debuerit in teſtamento patris inſtitui,vt teſtamentũ valeat. Secũda,quid cõcludebatur de iure nouo Codicis.Tertia,quid hodie ſeruatur iure ciuili nouiſsimo, ſcilicet authenticorum,quo vtimur. Quibus caſibus ſecundũ Imol.in l.inter cætera.ff.de lib.& poſth.tota dubitatio remanebit clarè deciſa. Venio ad primũ quæſitũ, vtrum de iure ciuili antiquo, ſcilicet Digeſtorum,filius debeat in teſtamẽto patris aliquid habere iure ſeu titulo inſtitutiõis,vel an ſufficiat quòd ei aliquid ſimpliciter,aut alio titulo relinquatur.Procuius deciſione ſciendũ eſt.quòd gloſ.in l.ſcimus. §. cùm autem.C.de inoffi.teſta.dicit,quòd de iure antiquo fufficiebat filio relinqui iure fideicõmiſſi,quãuis hodie requiratur titulus inſtitutionis de iure nouiſſimo, per dictum. §.aliud quoque capitulũ. Idem tenet glo.in l.nam & is.ff.de inoff.teſta.& in l.Papinianus. §.ſi quis mortis.ff.illo eo.titulo. Sed Bar. ibi allegat caſum formalem contra illam gl.in l.ita tamen.§.qui rogatus.ff.ad Trebel.Contra dictas gloſ. etiã tenet ſummus doctor Florianus in l.ſi pater. C. de inſti.& ſubſti.ſub condi.fac.vbi refert vidiſſe plures repetentes illam legẽ dicentes ſe nunquã vidiſſe nec audiuiſſe, quòd iure ciuili antiquo Digeſtorũ filiꝰ habere deberet legitimã titulo inſtitutiõis.Ipſe gloriatur ſe publicè dixiſſe,quod audiuit & vidit legẽ de hoc in l.ſi emãcipatus.la ij.de bo.poſ.cõt. tab. & in dicta l.ita tamen.§.qui rogatus.§.ad Trebellia. Quæ quidem iura fuerunt per Sali.allegata in dicta l.ſcimus.§.cùm autem. Et priore loco per Bald. ibi hanc opinionem ſequentem , licet de ipſo nullã facit Salic. mentionem. Vnde concludit iure antiquo Digeſtorum in relicto filio facto requiri titulũ inſtitutionis.Idem ſequitur Ang.in l.Gallus.§.ille caſus. ff de libe. & poſth. vbi dicit, quòd inſtitutio filiorũ eſt de ordine & ſolẽnitate teſtamẽti paterni, per dictã l. inter cætera. illo eo.tit. Ideo lex requirit inſtitutionem in filio , qua omiſſa teſtamentũ eſt nullũ. l.j.ff.de iniuſto rupto teſtamẽ.licet gl.& malè ſecundũ eum in d.§.cùm autem. dicat contrarium. Hanc eandem opinionem contra glo.tenuit idem Ang. in dicta l.inter cætera.de lib.& poſth. pro quo facit gl. in l.ex aſſe.ff.ad leg.Falc. dicẽs quòd ibi in eadem l. ex aſſe.quæ contrariũ videtur velle,filius fuit exhæredatus,quod ſufficit per dictã l.inter cætera. Et ita dicit notari in d.l.Papinianus. §. ſi quis mortis. Idẽ contra glo.tenuit Bal.in dicta l.inter cętera.per tex. in dicta l.Gallus.§.omnibus.& in dicta l. inter cætera.vbi de iure antiquo Digeſtorũ eſt text.quòd filius debet in teſtamẽto patris inſtitui in aliquo,vel exhęredari.Hoc idẽ tenuit Bal.in dicto §. omnibus. allegans no.in dicta l.ſi quis priore. ff. ad Trebelli.& in Authen.nouiſſima,C.de in offi.teſta. & idem Bal. in l.omnimodo.illo eo.tit. & Imo.in dicta l.inter cætera.vbi pro caſu allegat dictã l.ſi quis priore. §.q rogatus.ff.ad Treb. & reſpondet ad text. in d.§.ſi quis mortis. vbi dicitur, quòd ſufficit titulus donationis cauſa mortis abſq; alia inſtitutiõe.Quoniã ille text. fuit ibi additus à compoſitoribus iuris noui,ſecũdũ quod ſufficit quicũq;relicti titulus,vt d.l.omnimodo.& latius dicetur infrà. Vel poteſt dici ſecundum eum,quòd filius ibi fuit à patre exhæredatus.& ſic facit ad titulũ illũ. de inoffi.teſta.vbi ſituatur. Vel tertiò poteſt dici,quòd ille tex.loquitur, quãdo actualiter fuit data filio legitima in vita patris teſtantis. Quo caſu iure antiquo ſufficiebat quicũque titulus: ſecus,ſi per viam relicti in teſtamento: quoniã multi caſus impedire poterant fiendũ, qui non poterant impedire iam factũ,& executioni mandatum. Hanc eandem opi.tenuit Imo,in d.§.qui rogatus,dicẽs ibi eſſe caſum ſingularem, quòd iure Digeſtorũ legitima debetur filio inſtitutionis iure.Idem tenuit Bar. in l.ſi emancipatus.per illum tex.ff.de bo.poſ.contra tabu.Et in hac opinione,vt videtis, quieuit *cõmunis* ſchola doctorum. Sed contra hanc communem doctrinam,nonnulli repetentes moderni non ſine fundamento defendunt gl.contrariũ tenentes,aſſerentes firmiter iure antiquo Digeſtorum ſufficere filio relinqui legitimã quocunq; relicti titulo,neq; fuiſſe neceſſarium illo tẽpore titulum inſtitutionis. Et de hoc dicunt fore caſum, primò in l. qui filiũ.ibi,filiæ dotis nomine. cc. legauerat. ff. vbi pupillus educari debeat.vbi pater titulo legati reliquit filiæ, & tamẽ teſtamentum valuit, licet aliter de inſtitutione filiæ non appareret,vt ibi Nic.de Neapo.refert audiuiſſe Rayne.de Forli.allegantem illum text.pro vnico & ſingulari deſtruentem communem docto.opi. Nec obſtat ſuppletio gl.ibi in prin. dũ ſupplet, quòd pater illam filiam exhæredauerat. Quoniam cùm tex. ibi hoc nõ aperiat , eo modo ſupplere eſſe diuinare. quod(vt dictũ fuit) eſt miſerorũ refugiũ. Minúſque curandum eſt dum glo. ibi ſupplet,quòd filia fuit in aliquo inſtituta : quia illud nedũ eſſet diuinare , ſed contra tex.formaliter concludere,dũ dicit,nec quicquam prætereà. vbi clarè patet filiæ vltra dotem nihil fuiſſe relictum.alleg.Barto.in l.cùm vnus. §.fin. ff.de alimen.& ciba.leg.ibi, pro modo legatę dotis. eſt caſus contra cõmunem doctrinam . Secundò adducitur tex. not.in l.etiam.§.ſi debita patrono. ff.de bonis liberto.vbi ſufficit patrono ſuã habere legitimam in bonis liberti.titulo legati. & ibi dicit gl. ꝙ ille tex.nõ corrigitur hodie per dictũ §.aliud quoq; capitulum.licet in filia ſit hodie correctũ. Et ſic prę-ſupponit, quòd poſtquàm filius debet hodie aliquid habere iure inſtitutionis , ſufficiebat , quòd antiquitus hoc haberet quocunq; relicti titulo. Tertiò inducitur dicta l.ex aſſe. ff.ad leg. Falc. vbi patronus fuit inſtitutus à liberto , & filio ſuo libertus titulo legati reliquit, & tamen præſupponitur ibi teſtamentũ valuiſſe,vt ibi Angel.hoc tenuit in princip.licet poſteà per verbum fortè,ſuam opinionẽ mutauerit,& malè:quia ad illum text.non poſſet reſpõderi, quòd ibi filius fuiſſet exhæredatus, prout ipſe ibi pſupponit.

Quartò inducitur l.pater quoque.ff.ad l.Falci.vbi pater de iure Digeſtorũ habebat in bonis filij legitimam portionem titulo legati. Ergo idem erit ecõuerſo.argu.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffic.teſta.

Quintò adducitur l.cùm pater impuber.ff.ad leg. Fal.ibi,quod ei legatorumnomine à patre obuenit vbi pater alium inſtituit hæredem,& filio legauit.& tamen teſtamentum fuit validum. Sextò & vltimò pro hac parte contra *communem* opinionem adducitur dicta l.Papinianꝰ. §. ſi quis. vbi dicitur, quòd ſi pater cauſa mortis donauerit filio partem quæ ei ab inteſtato obuenire debebat, tũc pater poterit ſecurè

teſtari

BIU Cujas

16 testari. † Quod verbum securè, intelligitur. i. inexpugnabiliter. vt in c. ij. de treu. & pace. & in c. ij. de pac. & in l. j. ff. de præt. stipu. & in l. j. ff. ad legem Iul. maiest. Or dicere, quòd pater ibi exhęredauerit filium, esset diuinare. Pręterea Iurisc̃o sultus frustrà expressisset verbum, securè: cùm notorium sit de iure, patrem testari posse filio instituto vel exhæredato. Ergo in dubio est ille intellectus sequẽdus, per quẽ lex decidit dubium. l. ancillæ. C. de fur. Nec obstat, si diceretur, ꝙ ille text. fuit per cõpilatores noui iuris additus, quo permittitur patri relinquere filio quocunque relicti titulo: quoniã respondetur illud non esse verisimile, attento, ꝙ ille tex. solus hanc opi. nõ fundat: imò fundatur per omnia iura superius allegata. Et alia plura causa breuitatis hîc recitari omissa, per Barbatium hîc plenè relata. Prætereà illud dicere aliud nõ esset, quã diuinare: quod nõ est dicẽdum: imò si phas & honestum foret diuinare, verosi 18 † Præsuppositа igitur hac opi. pro vera, venio ad secũdũ quæsitũ, vtrũ iure ciuili nouo esset filius de necessitate instituendus in legitima, vel alia re: vel an sufficeret quicũq; relicti titul⁹. Et dico, ꝙ iure nouo Codicis filius nõ erat necessariò instituẽdus, imò sufficiebat ei relinqui quocũq; titulo relicti, scilicet legati, donationis, vel fideicommissi, aut simplicis relicti. vt fecit noster Raynuti⁹, qui Alterochę eius filiæ vltra dotẽ domum & hortũ simpliciter reliquit. Et ita eo iure fieri posse decidit tex. in l. omnimodo. & d. l. scimus. §. cũ autẽ. C. de inoff. test. & in hoc ius nouũ Codicis cõcordat cũ iure antiquo Digestorũ. Sed differebat in alio: quia (vt dictũ est) iure antiquo tenebatur pater relinquere filio integrã legitimam, vt d. l. cũ quæritur. Sed de iure nouo sufficiebat filio relinquere minùs legitima: nec propter hoc testamẽtũ subuertebatur, sed ad supplementũ legitimę agebatur, vt d. l. omnimodo. & plenè not. gl. in l. nam & 19 is. ff. de inoffi. testa. † Tertia quæstio nullam habet dubitationẽ: quia hodie iure nouissimo pater tenetur filio relinquere legitimã, vel minus legitima iuiure institutionis, siue sit masculus, siue fœmina. Cũ quo ad ius succedendi non sit in sexu differentia. l. maximũ. C. de libe. præte. & habuistis plene in verbo, *duas habẽs filias.* Siue etiã sit in potestate patris, siue emãcipatus, vt j̃ dicetur in puncto exhæredationis. Siue etiã viuat naturaliter, & ciuiliter, siue sint ciuiliter mortui, vt quia religiosi: quia tales debent in aliquo instituí, cùm iura suitatis retineant. l. fi. C. de epis. & cler. Etiã si essent in tertio ordine beati Francisci. secundũ Bar. quem sequitur Alex. in l. cõmodissimè. ff. de libe. & post. vt clariùs videbitis. j̃. in viij. limitatione: imò filij non nati, sed in vtero existẽtes debẽt instituí, non ꝙ propter eorum prætéritionem testamentũ patris esset ilico nullum, sed ne nascẽdo rumpant illud. Insti. qui. mo. testa. infir. in princ. Restat, ꝙ instituendi sunt quicũque liberi testatoris, aliter & aliâs esset nullũ, vt d. §. aliud quoq; capitulũ. in Auth. vt cùm de appel. cog. per quẽ tex. sũt hodie correcta quo ad hoc omnia iura veteraDigestorũ, & noua Codicis. Quinimò & tex. in Auth. nouissima. C. de inoffi. testa. qui permittere videbatur patri posse filio relinquere quocunque titulo relicti. Nã cùm illa Authẽ. sumpta fuerit de corpore Auth. de trien. & semis. colla. iij. hodie remanet correcta per dictũ §. aliud quoque capitulum. qui est in Authẽ. vt cùm 20 de appel. cog. colla. viij. † Quia certũ est priores leges ad posteriores trahi: & per illas, si cõtrariæ fuerint, corrigi. l. nõ est nouũ. ff. de legibus. Et differt ius istud nouissimũ à veteri in omnib⁹, tã in modo re-

dictũ est. Et in hac opinione post longam suorũ philateriorũ dilatationẽ requieuit hic noster repetens Barba. quam etiã videtur sequi Alex. in dict. l. inter cætera. qui vtrobique respondẽt ad dictã l. ita tamẽ. §. qui rogatus. ff. ad Treb. & ad l. si emãcipatus. ff. de bo. pos. cõtratab. Et hãc opi. puto veriorẽ, vt scilicet cũ opiniõe gl. in d. l. scimus. §. cùm autẽ. C. de inoff. testa. concludamus, ꝙ iure antiquo Digestorũ poterat filio relinqui legitima quocunq; relicti titulo, ita ꝙ nõ erat necessarius titul⁹ institutionis, prouiso tamẽ, ꝙ filio relinqueretur integra legitima. l. cũ quæritur. C. de inoff. testa. Si verò relinquebatur filio minus legitima, tũc erat necessari⁹ titulus institutionis, adeò ꝙ non sufficiebat alius quicunq; relicti titulus aliâs dicebatur præteritus, & impugnare poterat testamentũ: vt d. l. si emãcipatus. vbi nihil fuit filio relictũ à patre, vel fuerat ei relictum minus legitima.

17 † Postremò non ob. l. inter cætera. ff. de libe. & posth. & l. j. ff. de iniu. rup. test. vbi dicitur, ꝙ filius præteritus rumpit testamentũ. Quoniam ad hoc respondetur, ꝙ duplex est præteritio, scilicet larga, & stricta & propriè sumpta. Larga præteritio est quoties de filio nulla facta fuit mẽtio in testamẽto, nec instituẽdo, aut aliter ei quouismodo relinquẽdo. Et isto modo accipitur in iuribus contrariis: quoniam si filius largo modo fuerit pręteritus, taliter quòd de ipso nulla facta fuerit mẽtio, etiam legando aut donando vel aliâs relinquendo, nunc testamentũ rumpitur, & caret effectu. Alio modo capitur præteritio strictè & propriè: veluti quando filius non est institutus nec exhæredatus, sed legatũ sit ei relictum: & tũc de iure Digestorũ filius non poterat testamẽtũ impugnare: imò sufficiebat ei fuisse relictũ quocũque titulo legati, fideicõmissi, vel donationis, vt

BIU Cujas

linquendi,quàm in quantitate relicti. Sed conuenit cum iure nouo Codicis in vno: quia ſicut iure nouo Codicis ſufficiebat filio aliquid à patre relinqui quãuis minus legitima: ita etiam hodie permittitur iure iſto nouiſsimo, quo vtimur: Taliter, ꝙ ſufficit patri filiũ inſtituere in quinq; ſolidis,prout de quinque[aliàs,duodecim] imperialib.dicit glo.ſing. in l. 21 iij.§.ſed vtrũ.vbi hoc idẽ tenet Bar.ff.de mino.†Vel ſufficit eũ inſtituere in vno ſolo nũmo,aut obolo,vt dicit gl.ſing.in §.cęterũ.in auth.vt cũ de appel. cogno. Quinimò ſufficeret filiũ inſtituere in re aliena, vt valeret inſtitutio etiã re illa euicta, nec cẽſeretur præteritus,cùm ſibi debeatur æſtimatio. Quod eſt verũ, etiã ſi pater filiũ inſtituẽdo in re aliena, ſciret eã eſſe alienã, attẽto ꝙ filius cui res relinquitur, eſt perſona cõiuncta.l.cùm rẽ alienã.C.de leg.ſecundũ Bar.in l.ſuus quoq;.ff.de hære.inſt.Bal.& clarius.Salic.in d.l. ſcimus. C.de inoff. teſt. quos ibi ſequitur Iaſon:in re autẽ propria filij in qua vſusfructus eſſet patris, nõ valeret talis inſtitutio, cùm morte patris talis vſusfructus ſit finiturus.§.finitur.Inſtit.de vſufru.Et ſic poſt mortẽ patris reperiretur filius in nihilo inſtitutus,& cõſequẽter eſſet præteritus. Et ſic teſtamentũ nullũ, ſecundũ Bald. per illũ tex.in d.l. ſcimus.Et idẽ Bald.& Imo.in d.l.ſuus quoq;.Et cõſuluit Alex.in iij.parte cõſi.xx.incip. Põderatis his. 22 †Vnde ex præmiſsis ſequẽtes eliciũtur cõcluſiones. Prima eſt, ꝙ iure veteri non audiebatur pater relinquẽs filio min⁹ legitima. Secũda cõcluſio,quod eodẽ iure ſufficiebat patri relinquere filio legitimã,vel aliud æquipollens quocunque relicti titulo. Tertia cõcluſio eſt,quod iure nouo C.data fuit licẽtia patri relinquẽdi filio quocũq; titulo relicti,etiã minus legitima.Sed poſtea ſi relictũ nõ ſufficiebat ad legitimã, agebat filius ad ſupplementũ legitimæ. Quarta cõcluſio eſt, ꝙ hodie iure nouiſsimo authẽticorum, quo vtimur, pater tenetur filio relinquere legitimã iure inſtitutionis, vel minus legitima:tamẽ fili⁹ agere poterit infra xxx.annos ad ſupplemẽtũ legitimę. Et niſi titulus inſtitutionis inſertus fuerit in teſtamẽto,filius cẽſetur præteritus: taliter quod teſtamentũ erit ipſo iure nullũ quo ad hæredis inſtitutionẽ. Cætera verò firma manebũt,in authẽ.ex cauſa.C.de libe. præte. vel exhære. & dicã latiùs infrà in xxvij. limitatione.Hoc idẽ intelligatis in aliis quibuſcũq; deſcẽdentibus tẽpore mortis teſtatoris primũ locũ ſuitatis tenẽtibus,in quibus idẽ quod in filiis obſeruatur,vt ſcilicet hæredes in aliquo nominatim inſtituãtur,quia in eis nõ ſufficeret titulus ſimplicis relicti, aut alius quicunq;. Nã multa ſunt, quæ lex non patitur in figmẽto ſilentij cõſtare ſeu cõſiſtere, ſed requirit claritatẽ verborũ, vt eſt hæredis inſtitutio. Ita pulchrè ad propoſitũ dicit Bal.in c.j.§.filia verò. in fi.de ſucceſ.feu. Et adeo requiritur hodie in filio titulus inſtitutionis,quod eũ inſtituere in aliquo eſt de forma ſubſtãtiali paterni teſtamẽti: ſine qua, velut ſine eo quod dat eſſe rei,teſtamẽtũ cõſiſtere non poſſet:quia forma eſt ordinata ſeries rẽ ad ſubſtantiã adducẽs, ſecundũ Bald. tit. de no. fide forma.in 23 princ. Et † quod filium in teſtamẽto inſtituere ſit de forma ſubſtãtiali teſtamẽti,eſt tex.in d.§.aliud quoque capitu. vbi poſtquã ibi dictũ fuit filio non poſſe relinqui titulo donationis, fideicõmiſsi, alteriúſve tituli ſimilis:poſtea ſubiũgitur, Sin autẽ hęc nõ fuerint obſeruata,nullã vim huiuſmodi teſtamẽtũ quãtùm ad inſtitutionẽ hæredũ habere ſancimus &c.Illa enim verba, *Nullã vim habere*, annullãt teſtamentũ ipſo iure,per tex.in c.ad aures. de reſcri. vbi per illa verba actus inficitur ipſo iure.Ad hoc facit tex. in l.ij.ibi,nullas habere vires.C.quãdo prouoca.nõ eſt neceſſe. vbi talia, aut ſimilia verba actũ reddunt nullũ ipſo iure,& in noſtri ꝓpriis terminis eſt gl. in §.ſiue igitur.verſic. ſinautẽ.ſuper verbo, Nullum 24 in eadẽ authen.vt cùm de appel.cog.† Sed vbicunque lex certã requirit ſolennitatẽ in aliquo actu,talis lex videtur tradere formã ſubſtantialẽ, cui renũtiari nõ poteſt,vt elegãter decidit Bal.in cap.j.qui ſucceſſores teneãtur. Sed prius hoc voluerat Bart.poſt glo.in l.vniuerſa.C.de preci.impe.offerẽ. vbi dicit, quod illa dicitur ſolẽnitas ſubſtãtialis, quæ requiritur in ipſo actu cùm celebratur, cuius omiſsio actũ vitiat ipſo iure.Secus eſſet, vbi aliqua requireretur ſolennitas intercedere poſt actũ iam celebratum & perfectũ. Quo caſu eius omiſsio nõ vitiaret ipſo iure,ſed exceptionis ope:& ſic in effectu.vt d.l.vniuerſa.vbi gl. Et ratio diuerſitatis eſt, quia quãdo actus eſt in fieri,facilius impeditur, quàm tollatur dũ eſt perfectus.l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.cap.quemadmodũ.de iureiur.Vnde ſingulariter dicit Bal.in d.l.vniuerſa.ſecundũ Ariſtote.& Auerroin,quod forma ſubſtãtialis aduenit rei exiſtẽti in potẽtia: forma verò accidẽtalis aduenit rei iam exiſtẽti in actu. Idem dicit in l.perfecta.C.de dona. quæ ſub mo.Alibi dicit idẽ Bal.in rubr.C.de reſcin. 25 vend. †quod illa dicitur ſolẽnitas ſubſtantialis,quæ requiritur tẽpore cõtractus, veluti cõſenſus propinquorum ex forma ſtatuti.& in cap.cùm adeo.de reſcrip.dicit quod defectus cõditionis expreſſæ vel tacitæ impedit actũ,ne producatur in eſſe:vbi cõditio ineſt à parte antè,id eſt, ante actũ productũ in eſſe: ſecus ſi ex parte pòſt,ſcilicet poſtquã origo præceſſerit:quia tũc opus eſt exceptione,per glo.in d.l. vniuerſa, & hãc fuiſſe doctrinã Dei dicit Bal. in l. hi qui.C.de app.Ad hoc facit gl.in verbo,Inhibẽtes.in cle.j. de iure patronatus. volẽs, quod quod quoties formæ præfixio traditur à principio iuriſdictioni, eius omiſsio vitiat ipſo iure,ſec⁹ ſi tradatur eius exercitio,quia tũc nõ vitiaret ipſo iure,ſed in effectu. Facit gl.in verbo,deuoluta.in clemẽ.causã,de elec. vbi per illã not.ibi Imo. quod illa dicuntur eſſe de ſubſtãtia, quæ contẽporaneè cum actu introducendo cõcurrere debẽt,nõ quæ poſt actũ ordinatũ requirũtur,per gloſ.in d.l.vniuerſa.vbi Alex.& Iaſ.& Fely.in c.quoniã frequenter, vt lite non conteſtata, 26 Et † præmiſſa maximè locum habent,vbi vltra ſolẽnitatis requiſitionem ſubnectitur decretum irritãs, quod tãtæ eſt efficacię,quod videtur datũ pro forma ſubſtantiali,ſine qua actus nõ valeat,ſecũdum Bald. & Ange.in l.j.ff.de libe.& poſthu. Et cui ſolennitati partes obſtante decreto renuntiare nõ poſſent ſecũdum glo.in verbo,Clauſula.& ibi Panor.in cap. dilecto.de præben.& in c.ſtatutum. §. j. ſuper verbo, Committitur.de reſcript.lib.vj.& Dominic.in cap. fin.ſuper gloſ.in verbo,præſumant. de offic.de leg. in vj.Prætereà dicit Bald.eleganter ſuper rubr. C.ſi 27 quis aliquem teſta.prohibue. †quòd iuri traditiuo certæ formę in actibus hominum renuntiari nõ poteſt,ne proprio motu prout quiſque vellet, & non prout debet,procedi poſsit.Idẽ dicit Bald.in prima lectur.in l.Barbarius.ff.de offic.præto. Nam omiſsio formæ in qualibet minima qualitate totum vitiat,ſecundum Anto.de Butr.& Panor.in cap. Piſanis.de reſti.ſpolia.& Panor.in ca.cauſam. de re iud. Quod eſt verum etiam ſi formæ omiſsio induceret facilio

BIU Cujas

faciliorem negotij (de quo tractatur) expeditionem, prout de hoc allegatur gl. in ver. Superiorē, in c. solet. de senten. excō. lib. vj. vbi Dominicus, de quo videbitis j. pleniùs prope finem tertiæ limita. Cùm ergo lex nouissima in d. §. aliud quoque capitulū, superius allegata, requirat filium debere institui à patre testante. & in ipso actu testandi, nō ita sufficeret pòst: vt j. clarius demonstrabitur. Præterea, si ita non fiat testamentum, annullat ipso iure, vt vidistis. Et sic continet decretum irritans: sequitur quòd institutio filij est forma substātialis testamenti paterni, quam pater immutare nō potest, vt dictū est, nec illi renuntiare, l. nemo potest. ff. de leg. j. Ad hoc facit glo. singularis in c. non putamus. de consue. lib. vj. volens consuetudinem disponere non posse contra substantiales actus. De quo plenè dicā infrà ista eadem notula in septima limitatione. †Et in tantū est
28 testamentum nullum, omissa filij institutione, ꝙ hæres non potest ex eo prætendere ius aliquod habere in hæreditate, imò nec possessionem, attēto ꝙ huic formæ sustantiali adiectum fuit decretum irritans:
29 quod † nedum inficit titulum, sed etiā possessionē: ita ꝙ hæres in tali testamento institutus (si spoliaretur possessione hæreditatis virtute talis testamenti apprehēsa) nullū haberet remediū possessoriū recuperādæ, [De quibus habetur super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* artic. j. in ij. deci. loquēdo de iure & priuilegio, quod habet rex Franciæ in episcopatibus, vbi dixi in addi.] nec retinendæ, si in ea turbaretur, quia talis possessio ex tali testamento nullo contra decretum irritans apprehensa est meri facti, nullum tribuens iuris adminiculum, secundū dominos de Rota, qui ita singulariter in simili decidūt in nouis, deci. xvj. incip. Si contra agentē. & tenet Dominicus in c. ij. vt lite penden. lib. vj [De hoc plenè per nos dictū est in repetitione c. j. de elec. declarando vltimam cōclusionem. & in cōsilio facto pro sustentatione cōfirmationis ecclesiæ Caturcen. decidendo dubium.] Or si tali hæredi denegaretur possessorium recuperandæ, vel retinendæ possessionis, quæ sunt magis fauorabilia. c. in literis. de restit. spoliat. multò magis denegabitur ei remediū adipiscēdæ possessionis, quale est remedium l. fi. C. de edict. diui Adria. tollē. & interdicti quorum bonorum, aut quorum legatorum. [Et est verū, ꝙ decretum irritans inficit titulum & possessionē, quando ille cuius fauore appositum est, vult eo vti, aliàs non: vt j. dicetur in vj. limit.] Et † huius formæ substātialis, scilicet ꝙ filius in paterno testamēto instituatur, est duplex ratio. Primò ratione honoris, quia titulus institutionis est magis honorabilis, quàm quicunq; alius titulus. Ergo pater debet filios suos prosequi in honore, vt no. in l. filium. ff. de lega. prēstan. †Nā maximus honor est filio succedere patri titulo & nomine, seu iure institutionis tāquam hæres. Ob quod dicit tex. in l. j. in fi. C. de his qui in test. sibi ascribūt, ꝙ pater filiū instituendo, & hæredē scribendo, dicitur fungi dulci officio: quod tendit in fauorem & honorē filij, cū à patre dulciter tractatur, vt melior erga patrem omnibus extraneis fuisse demōstretur, iuxta illud Apostoli ad Hebr. j. Dū de Christo dicit, Tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ
32 illis nomen hæreditauit. † Et inde est, ꝙ filium bastardum non tenetur hęredem instituere ipse pater, cùm legitima ei non debeatur in bonis patris, l. vxorem. §. pater. ff. de leg. tertio. Nec aliquid capere potest præter voluntatē patris in hæreditate, secūdum glo. in l. j. ff. de bo. poss. contra tabu. Et sic in his quæ honoris sunt, nullum cum patre habet participium, vt plenè dixi super verbo, *Raymutius.* Nec posset pater filiæ bastardæ de bonis restitutioni & fideicommisso subiectis dotē cōstituere, sicut posset pro filia naturali & legitima. in Auth. res quæ. vbi hoc dicit Bal. C. cōmunia de leg. Ideo solis naturalibus & legitimis debetur honor institutionis per patrē in testamento. vnde dicebat Bal. in cap. ex transmissa. de restitu. spolia. quòd filium instituere in testamento adeò conuenit filio, ꝙ ex ipsius institutione per patrem in testamēto facta, satis probatur filiatio. l. quidam cùm filium. ff. de verb. obliga. Ideo tex. in d. §. cæterum. in authen. vt cum de appel. cog. dicit patrē citra iniuriā non posse filium præterire. inde dicunt Cyn. Bal. & Sali. in l. si quando. §. j. C. de inoffi. testa. ꝙ licet per priuilegiū liberè testādi videatur remissa sollennitas, quæ sine alterius iniura omitti potest, putà numeri testium: tamen secùs est de solennitate institutionis filij, quę omitti nō potest sine ipsius iniuria, qui ratione honoris est instituēdus à patre. †In
33 cuius etiam honorē, & memoriam tenetur filius paternam cōseruare hæreditatē, cui lares paterni debent dulces videri, exēplo Naboth, de quo habetur iij. Regum penul. cap. qui cùm à rege Achab, vt vineam quam iuxta palatiū habebāt, accepto meliori, aut pretio iustiori, ei vēderet, accersitus fuisset, respondit, Propitius sit mihi dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi, & mortem pati nō metuit. Sed Iezabel regis vxor, quę occisiōis causa fuit, impunitatem cum Achab non euasit. iiij. Regum ix. in fi. & in can. Achab. de pœnitentia dist. iij. Melius enim est (vt diuus inquit Bernard⁹ in epistola de cura domus. titu. de vēditione bonorum) grauem pati famem, quàm patrimonij venditionē: ideo dicit tex.
34 singularis in l. si in emptione. ff. de minoribus. †ꝙ propter affectionem rei duntaxat, quia fuit maiorū suorū, datur minori restitutio sine alia lęsione. Præterea licet milites prohibeantur prædia comparare in his ꝓuinciis in quib⁹ militāt: tamē paterna si venderentur, aut distraherētur, emere possunt. l. qui offi cij causa. ff. de contrah. emp. & l. milites. in princip. ff. de re milita. iuxta illud Psalm. xl. Hæreditas mea pręclara est mihi: maximè domus, in qua deficit pater & filius creuit: in qua maiorū imagines aut nō videre fixas, aut reuulsas videre, satis est lugubre, dicit tex. in l. lex quæ tutores. §. nec verò. C. de admir. tut. Et in l. libertus qui soluēdo nō est. ff. de bo. lib. dicitur, quòd prædia in quibus maiorū sepulchra sunt,
35 magni æstimat patronus. † Secūdò quòd necesse sit filium instituere: est ratione commoditatis. Et hoc fuit introductum propter ius accrescēdi. Nam filius etiam in re certa quantuncunque minima institutus habet ius accrescēdi, si hæres vniuersaliter institutus repudiet hęreditatē, ac si ipse fili⁹ sol⁹ ab initio fuisset institutus hęres in illa re certa. Quo casu esset hæres in solidum. l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. etiā in feudo & emphyteusi secundum Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liberto. & Bal. in l. liberti. C. de ope. liberto. Sed si esset legatarius vel alius titularius, non haberet ius accrescendi, vt dicit gl. singularis in l. si quis priore. ff. ad Trebel. de quo infrà latius dicetur. Ideo dicebat, & nō immeritò Pet. de Ancha. in iij. oppositi. in dicto cap. si pater. eod. ti. lib. vj. quòd si Hostiē. has rationes cōsiderasset, propter quas filius legitimam habere debet titulo institutionis, non ita leuiter dixisset, hanc iuris ciuilis subtilitatem

BIU Cujas

36 tatem fore pernicioſam. † Vnũ tamen menti tenebitis, ꝙ idem eſt dicere, filiũ inſtituo, & dicere, filio iure inſtitutionis relinquo, vt ſingulariter decidit Bart. in d.l.filium. §. ſed ſi portio. ff. de lega. præſtan. per gl. ibi poſitam. Licet quidam aduocatus (vt ipſe refert) cõtrarium reſpõderit, & malè ſecundũ eũ.

37 Et † idem ſi groſſus notarius ſcripſit, pater relinquit filio iure reſtitutionis. nam tunc teſtamentum valet, ac ſi dixiſſet, iure inſtitutionis. Nec per talem ſimplicitatem tabellionis irritatur teſtamentum. Et ita conſuluit Bal. vt ipſemet refert in l. ſi cùm ante. C. de do. ante nupt. quẽ ſequitur Fely. ſuprà in proœmio. v. col. verſi. adde etiam. & in c. ad audientiam. j. iij. col. de reſcri. Ideo dicit Bald. in l. imperator. la j. ff. de ſtat. ho. quòd non vitiatur inſtrumẽtũ, in quo notarius ſcripſit Falcinia pro Falcidia. Et Valeriano pro Velleiano: quia virtus humanorum actuum non ſtat in modico atramento: ſed in eo quod maximũ eſt, ſcilicet in mente hominis. Pari modo valeret teſtamentũ, ſi teſtator dixerit, relinquo filio iure ſubſtitutionis, ſecundum gl. quam ibi Imo. reputat ſingularem, in l. pater impuberis. ff. de vulg. & pup. pro qua eſt tex. in l. ſi filius ſubſtituatur. quæ nõ eſt alibi ſecundum Bald. ibi. ff. de hæred. inſti. vbi ſi in primo gradu extraneis inſtitutis, filius prætereatur, & in ſecundo fuerit vocatus, valet teſtamentũ, cùm eius validitas à ſecundo gradu incipiat valido, & nõ à primo inualido & nullo. Similis tex. eſt in l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulg. & pup. Et quòd ſufficit filium vocari ex ſola ſubſtitutione, probatur in l. ſi pater filiũ. ff. illo eo. titu. quem ibi ad hoc ponderauit Imo. Plus probans ille tex. ſecundum intellectũ Iaco. de Aren. & Bart. ſcilicet, quòd illud ſit verum etiam in pupillari expreſſa cõtinente tacitam vulgarem: ex qua ſatis eſt filium ſuccedere: quod eſt notandũ ſecundum Imo. & Rapha. ibi. Quod tamẽ intelligatis verũ, ſecundum terminos illius legis, ſi pater filiũ. videlicet quãdo filius naſciturus erat filio iã nato ſubſtitutus, & tempore quo naſcitur, inuenit purificatã cõditionẽ, ſub qua erat ſubſtitutus: quia nõ poteſt tunc dici præteritus, per l. cùm poſthumus. § fin. ff. de liber. &

38 poſth. Similiter † dici nõ poteſt filius præteritus, cui pater iure ſubſtitutionis aliquid reliquit, aliâs ipſum non nominando filium. Nam licet tanquam extraneus fuerit inſtitutus, tamen ſufficit ad ſuſtinendum teſtamentum. & valebit inſtitutio poſtquam verè & effectualiter inſtitutus fuit, qualitercunque ſit, vt l. j. §. ſi quis filium. ff. de Carbo. edic. per quẽ tex. ita tenuit Ange. in lectura Floren. in l. j. C. illo eod. tit. referẽs ita in ſpecie aliàs conſuluiſſe in ciuitate Papię: vbi hæc quæſtio de facto fuerat. Videatis Iaſo. in l. ſi

39 pater. C. de hære. inſti. † Vlterius circa præmiſſa eſt aduertendum, ꝙ tantùm eſt de ſubſtantia teſtamenti inſtitutio filij ꝙ talis inſtitut. debet inſeri expreſsè ita ꝙ inſtitutio tacita & ſubintellecta nihil ꝓficeret.

☞ [Vt plenè habetur ſuper verbo, *Adjciẽs vt Alterocha.*] Bene eſt verum, ꝙ inſtitutio facta in vnum caſum ad quem teſtator non ſe aſtrinxit, ſed eum ſolum quem euenire putabat, demonſtrauit, extẽditur ad ſimiles caſus, & valebit teſtamentum. l. fina. C. de poſthu. hære. inſtit. ſecùs, ſi ad caſum demonſtratum ex certa ſcientia ſe aſtrinxiſſet, quia tunc ad ſimiles caſus non extẽderetur, vt l. cõmodiſſimè. ff. de libe. & poſthu. Præterea inſtitutio filij expreſſè debet in teſtamento inſeri, nec patri ſufficeret in teſtamento dicerere, relinquo decẽ filio meo. Et poſtea in codicillis adderet & declararet, ꝙ iure inſtitutiõis relinquebat: ita ſingulariter voluit Bal. in l. non codicillum. C. eo. allega. l. quod per manus. ff. de iure codicillo. vt dixi §. in verbo, *Teſtamentum.* iij. niſi eſſet conſuetudo vel ſtatutũ in patria aut ciuitate, ꝙ hæredis inſtitutio fieri poſſet in codicillis: quoniã tunc valeret, vt ſingulariter determinat Bald. in l. de quibus viij. colum. verſ. itẽ quæritur. ff. de legibus. Sed iure communi hoc fieri non poſſet: nam ſicut nõ poteſt filius directè hæres inſtitui in codicillis, cùm in eis directò hæreditas dari nõ poſſit, ſic etiã non poteſt in eis titulus inſtitutionis declarari, poſito ꝙ filius in re certa tantùm inſtitueretur. ſecùs in extraneo, qui in re certa inſtitui poteſt in codicillis: quia loco legatarij habetur, ſecundũ Bal. l. omnimodo. C. de inoffi. teſt. Quoniã (vt ſuprà vidiſtis) inſtituere filium, eſt de forma ſubſtãtiali teſtamẽti paterni: & ſic in ipſo actu teſtandi interuenire & fieri debet filij inſtitutio, ita ꝙ nõ ſufficeret, ſi poſteà ſequeretur in codicillis. Sed aduertatis, quia reperi Lud. Rom. conſuluiſſe contrarium conſ. clxxix. ij. col. incipiente, Ampliſsime doctor. vbi concludit per multas rationes, teſtatorem qui ſimpliciter reliquit filiæ quadraginta, potuiſſe in codicillis declarare, quòd illa titulo inſtitutionis relinquebat. Quod quidem conſilium eſt elegantiſsimum, ac fortiter vrgens contra Bald. niſi dicamus, vt clarè ex verbis Lud. poteſt apprehendi, quòd ibi in caſu per eum conſulto teſtator teſtamentum & codicillos fecerat inter liberos. Quo caſu fauore liberorũ, & quia ibi etiam teſtamentum & codicilli per imperitum literarum & penitus indoctum fuerant facta, qui ſignificata vocabulorũ ignorabat, vt dicit gl. in l. quoties, C. fam. erc. Talis declaratio eo tunc toleratur in codicillis facta, cùm ſit ruſticitati parcendum. l. ij. §. j. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Sed hæc reſponſio non ſufficit, ſequendo opin. quam §. tenui, ſcilicet indiſtinctè titulum inſtitutionis fore in teſtamento patris neceſſarium, non facta differentia an pater teſtetur inter liberos vel extraneos. Præterea in his quæ ſunt formæ ſubſtantialis alicuius actus, ſicut eſt filium in aliquo inſtituere, ignorantia iuris etiam ruſticos non excuſat, ſecundum Baldum & omnes in l. iuris ignorantia, C. qui admitti ad bon. poſſ. poſſunt. Ideo dicatis aliter reſpondendo dicto Lud. Rom. conſilio, quòd in caſu per eum conſulto intererat filiæ in teſtamento paterno præteritæ, cui fuerant quadraginta ſimpliciter relicta, quòd declaratio tituli inſtitutionis poſt teſtamentum in codicillis facta valeret: nam ibi filia conſentiebat, quòd teſtamentum valeret. quod patet: quia ipſamet petebat teſtamenti paterni, in quo præterita fuerat, executionem, & frater eius hæres vniuerſaliter à patre inſtitutus non contradicebat: & ſic filia præterita teſtamentum patris approbabat,

40 prout facere poteſt, vt plenè dicam j̃. in vj. lim. † Filius enim præteritus aliis liberis teſtatoris non contradicentibus approbare poteſt teſtamentum, ita ꝙ valebit præteritione non obſtante, vt ibi latè dicam. Et in hoc ſe fundat principaliter Lud. in d. conſilio, allegando l. fi. C. de codic. ita ſubiungens verba. Ergo poſtquam filia elegit viam inſtitutionis in codicillis declaratæ, ex hoc cenſetur fuiſſe in ipſomet teſtamento inſtituta. Hæc ille. Quæ verba clarè demonſtrant, quòd filia præterita in teſtamento patris pugnabat ibi pro teſtamento ipſum approbando: ideo teſtamentum valuit, quia etiam valuiſſet, ſi pater in codicillis nullã declarationẽ feciſſet, ſeu titulũ inſtitutiõis nullo modo declaraſſet. Ergo multò

fortius

BIU Cujas

fortius valebit, vbi pater hoc in codicillis declarauit, licet incõpetenter: quia ea quæ valẽt sine solennitate, valere debent cum imperfecta solẽnitate gesta. Sicut à simili dicit glo. singularis super verbo, In transitu. Instit. de liberti. §. multis autẽ modis. quòd ea quæ fieri possunt sine iudice, multò magis valent facta coram iudice incompetenti, vel deambulante. Si autem filia in testamẽto præterita approbare nolet testamẽtum, posset ipsum dicere nullum, licet in codicillis titulus institutiõis fuisset appositus vel declaratus: & ita intelligo Bald. in dicta l. non codicillum. C. eodem. Et idem si filia præterita testamentum approbaret, aliis liberis testatoris contradicẽtibus, quibus est aperta via dicendi nullum, & præiudicari nõ potest per filiam. Quod qualiter intelligatur, dicam plenè in dicta sexta limitatione. † Nec prætermittendum vnquam putaui, quòd pater instituendo filium, aut aliquid titulo institutionis relinquendo, referre debet verba institutionis ad filium, antequam dicatur sufficienter institutus, & non debet ea referre ad hæredem vniuersalem. Quoniam si talia verba institutionis filij ad hæredẽ vniuersalem referret, filius in re certa institutus cẽseretur præteritus: & sic testamentũ esset nullum, vt puta si pater in testamento diceret, instituo Titium hęredẽ vniuersalẽ, & volo quòd sit cõtentus, quòd filius meus sit institutus in tali domo. text. est singularis in l. pater filium. §. fi. in verbo, ex causa fideicommissi. vbi hoc not Bartol. ff. de lega. iij. secundum Angel. & Alexandrum in l. quoties C. de hæredibus instit. vbi Iason addit similem textum in l. Lucius. §. fin. eodẽ titul. de legatis tertio. † Vnum tamen menti tenebitis perpetuò, quòd clausula institutionis prolata à patre in testamento, si per notariũ fuerit scribi omissa, & in testamento non scripta, probari potest per duos testes, licet plures requirantur in testamento, quàm duo. Quia fortè testatur inter extraneos. Nã eo tunc duo testes supplẽt instrumẽtum in eo, quod corã duobus fieri poterat, sicut quãdo sit inter liberos l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eodem. secus si coram duobus fieri non posset, sicut quando fieret inter extraneos. l. cùm proponeretur. ff. de legat. ij. Ita notabiliter decidit Bald. in l. secunda. C. de bonor. possessio. secundum tabu. vbi eum sequitur Pau. Facit quod not. idem Bald. in l. errore. C. eodẽ titu. Et ita in propriis terminis cõsuluit Barb. in prima parte consilio xxix. sexta col. vbi idem cõcludit de substitutione scribi omissa, quæ probari potest per duos testes inter liberos: secus inter extraneos. videatis eundẽ consi. v. vbi decidit, quòd si pater dixit, in cæteris autẽ omnibus bonis filios meos, licet non dixerit, instituo, tamen testamentum valet. Ita quòd filij censentur instituti. Nã per illa verba vniuersalia alio expressè non instituto, inducitur hæredis institutio, vt plenè dicam j. eodem, super verbo, *Reliquit cætera bona*. Plus † dico, quòd ipsemet pater debet filium instituere, & manu sua scribere, aut ore proprio nominare titulũ institutionis, vt elegãter decidit Richardus Malũbre, in quadã sua disputatione incipiente, Titius ex prædefuncta. dicẽs vlterius quòd si testator mandauit testamentum dictari secundum cõsilium sapientis, non poterit sapiens ex seipso addere clausulam institutionis, secũdum Ba. in l. illa institutio. ff. de hæredibus instit. Bal. & Sali. in l. captatorias. C. de testa. mili. & vidistis suprà in verbo, *Condidit*. j. Et † idẽ dicatis in notario apponente hanc clausulam: quia tunc nihil operatur, nisi aliâs appareret de voluntate testatoris fuisse appositam, secundum Bald. in l. quoties. §. si duo. ff. de hære. instituc. & l. quoties. C. illo eodem titu. Nam cùm institutio certam habeat formã, non potest addi per sapientem, prout nota. dicunt dominus Ant. & Panormi. in cap. clericus, ij. col. in fin. de iureiuran. vbi decidunt, † quòd si per partes detur licentia notario vel iudici extendendi instrumẽtum, prout voluerit, non posset ibi addere iuramentum, vel stipulationẽ, si formaliter non interuĩt: quia cùm iuramentum, & stipulatio certam habeãt formam, suppleri nõ possent, etiam simplici consensu partium. de quo videatis Oldr. satis plenè loquentem, consilio cxxxix. in viij. dubio. Ideo † cautela est, quòd notarius in instrumento expressè dicat, quòd de commissione, & expresso mãdato testatoris, aut patris, clausulã institutionis apposuit. Ad hoc facit quod singulariter cõsuluit Angel. consilio cclij. incip. Domina Antonia de Florentia. vbi in fine dicit, quòd pactum de non reuocando donationem in instrumento donationis causa mortis positum, nihil operatur, nec locum habebit dispositio. l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mort. Et ratio est, quia tale pactum cẽsetur potiùs appositũ ex imperitia & errore tabellionis, qui tales & similes clausulas inseruit ex consuetudine, quàm voluntate donãtis, de quo plenè dixi suprà in verbo, *Testamentum*. iiij. Facit quod not. Panorm. in cap. Quintauallis. xxj. col. de iureiuran. vbi † dicit quòd clausula, quæ solet in cõpromissis apponi videlicet quòd partes non veniunt cõtra laudum quãtumcũq; enormiter lædantur, nihil operatur, imò ea non obstante recurrere poterunt ad arbitrium boni viri, Idem decidit Panor. in ca. cùm cõtingat. xxvj. col. illo eod. tit. Si clausula illa apponatur in contractibus, & rationem ponit, quia notarij suis formulariis inhærentes tales solent clausulas apponere sine partiũ consensu, siue mandato, ideo non debent partibus nocere nec prodesse. Ad hoc facit singulare dictum Bar. in l. j. vj. quæst. in fi. ff. de iure codic. vbi dicit, quòd clausula codicillaris, quæ solet hodie apponi in testamentis, nihil operatur: quia notarij nõ apponunt eam de commissione & mandato testantiũ, sed potiùs ex quadam consuetudine ipsorum tabellionum. Et ita etiam cõsuluit Barb. in ij. parte cõsi. lx. in princip. & j. parte consil. lviij. j. col. Quæ dicta si vera essent, proiicerẽt ad terram omnia penè moderna testamẽta, in quibus notarij semper apponũt clausulam institutionis & codicillarem. Et licet Bal. in dicta l. quoties. loquens de clausula institutionis, approbare videatur dictum Bart. de clausula codicillari loquentis: attamen ipsemet Bal. in l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. substitu. tenuit contra Bar. Pro quo facit elegans dictum eiusdem Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit, † quòd voluntas testatoris talis præsumitur fuisse, qualem lex mandat esse, idem Bal. in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. dicit, quòd testator præsumitur cogitare velle id, quod lex disponit. alleg. l. si duo. ff. de acqui. hæredi. Igitur eodem modo dicemus hîc, quia cùm ista sit cõmunis tabellionum consuetudo, quòd tales clausulæ apponãtur, censetur & præsumitur testator voluisse suam dispositionẽ regulari secũdum cõsuetudinem notariorum. Pro quo facit elegãs dictũ Bar. in l. hęred. mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. ibi voluit, quòd testator in dubio videtur voluisse testari, secũdum legem municipalem loci. Hoc idẽ tenet Imo. in l. si. ff. de condi. & demonstra. Eodem modo videtur

BIU Cujas

tur dicendū, ꝙ testator in dubio voluisse præsumitur testari secundum cōmunem tabellionum cōsuetudinem. Nam inter partes ea semper vidētur adiecta, quæ solēt ex cōsuetudine apponi, vt l. si priùs. §. rectè placuit. ff. de aqua pl. arcē. vbi Bar. facit tex. in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. & est melior tex. de iure in l. fi. C. de fideicō. quē ad hoc ꝓ singulari alleg. Bal. in l. huiusmodi. in princ. ff. de le-
49 ga. j. & idem Bal. in d. l. fi. not. per illum tex. † ꝙ notarius simpliciter rogatus, semper intelligitur rogatus, ꝙ clausulas apponi consuetas apponat. De quo mirabilia dicit Barb. in ca. quod translationē. ix. col. de offi. deleg. Ideo dicebat Florianꝰ in l. qui erat. iij. col. ff. famil. erciscun. ꝙ si alicui est facultas concessa vendendi etiam bona fiscalia, poterit in instrumēto vēditionis apponere & inserere pacta etiam pœnalia in talibus fieri consueta, licet in cōcessione non fuerit dictum, necnon pro obseruantia cōtentorum in instrumento, poterit ille talis bona fisci obligare. alleg. tex. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr. hoc idem priore loco tenuerat Ang. in l. ij. ff. de iurisdic. om. iud. Similiter est dicendū ecōuerso, quòd
53 omnia videntur expressè excepta, quæ solent de cōsuetudine excipi, vt est tex. not. in l. fi. C. de iure emphyteu. facit tex. in l. fi. C. de fideiiuss. de quo videatis Bal. in d. l. huiusmodi. Bar. in l. de die. ff. qui satisda. cogan. & Bal. super rubri. C. de his quæ in frau. credi facit tex. in c. cùm M. Ferrariē. de cōstitutio. vbi dicitur, quod clausula quæ in literis apostolicis apponi cōsueuit, sēper subauditur. Videatis Bal. in rubrica. C. de fide instru. versic. quæro de tertio. vbi singulariter dicit, quòd abbreuiatura notarij recipit renūtiationem suppletionum & clausularum à iure, & consuetudine. De quo per Bal. in l. contractus. illo eodem titu. quia de omnibus talibus clausulis videtur esse rogatus, vt d. l. fi. secundum Alex. in ij. parte
☞ consi. xxviij. incip. In causa & lite dominæ. [Vide circa hoc aliqua notanda super verbo, *Cætera bona.* ante finem. loquēdo de suppletione abbreuiaturæ.]
50 Sanè tamen intelligatis verum, ꝙ † abbreuiatura notarij recipit suppletionem à iure & cōsuetudine, scilicet in eodem notario. Sed alius qui nō fuit rogatus, puta successor tabellionis rogati non posset supplere, secundum Bald. in dicta rubr. Videatis Paul. consil. lj. & Panor. in c. pen. & fi. suprà de fide instr. & Alexā. in ij. parte consi. xxviij. incip. Viso & præhabito opportuno examine. vbi cōcludit quòd successor extendendo abbreuiaturam sui prędecessoris apponere nō posset clausulam precarij in instrumē-
54 to venditionis, vel aliam clausulam non venientem ex natura cōtractus, de quo fuit factum instrumentum. Sed solùm inserere posset clausulas, quæ veniūt ex natura actus qui geritur. Notarius autem, qui de instrumento fuit rogatus, posset clausulam precarij seu constituti apponere in cōtractu, ex quo transfertur dominiū, si cōsuetum fuerit tales clausulas apponi, quāuis de illis non fuerit expressè rogatus, secundū Spec. in tit. de instru. edit. §. instrumentū. versic. si quid à contrahentibus. & Fely. in d. cap. cùm M. de
51 constit. iij. col. † An autem notarius, qui cōfecit instrumentū, sed non secundum formam consuetā, vt quia clausulas non apposuit cōsuetas, incidat ꝓpter hoc in pœnā falsi. Pet. de Anch. cōsuluit ꝙ non cōsi. cclxxiiij. aliàs est consi. cclxxviij. incip. Tria principaliter. per tex. in l. iubemus. C. eod. tit. Quid autem si notarius omittit solennitates de iure communi requisitas, veluti locum aut tempus, an incidat in pœnam falsi, ponit Bal. in d. l. iubemus. vbi Bar. & Paul. & Bal. in l. si post diuisionē. C. de iuris & facti ignoran. Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iur. Bal. & Imo. in d. l. quoties. ff. de hæred. instī. & Bal. in l. si veritas. C. de fideicommiss. & in l. fin. vj. opposi. C. de edic. diui Adria. tollen. Vnum circa hoc mēti tenebitis, quòd si notarius sit excellens persona, omittendo illa solē nia, nō tenebitur de falso, secundū Barb. in rep. rub.
☞ suprà de fide instru. xxxv. col. [Vt plenè dicitur super verbo, *Adiecta impuberi.* loquendo quid operatur excellentia personæ.] † Vnde ex præmissis re-
52 sultat cōclusio, ꝙ quando dicta clausula institutionis reperitur in testamēto posita, prēsumitur inserta de volūtate testatori expressa vel tacita, cùm videatur voluisse testari secūdum cōmunem tabellionum cōsuetudinem. Ex quo sequitur, ꝙ cùm tabelliones habeāt cōsuetudinem apponēdi talem institutionis clausulā, aut codicillarē, vel aliam similem, possunt eas notarij in testamēto apponere, secūdum ipsorū morem. Et ita expressè de clausula institutionis firmat Bal. in l. illa institutio. ff. de hære. instit. & ibi per
53 eum, an sapiens possit illam clausulā addere. † Hæc tamen intelligatis vera, scilicet notarium apponere posse clausulam institutionis aut codicillarem, quādiu testamētum est in fieri, veluti quando est in abbreuiatura: quia tunc poterit extēdi secūdum morē notarij, qui testamētum recipit, id est cum omnibus clausulis consuetis, vt dictum est. Si verò testamentū iam esset in facto esse, vt quia fortè ingrossatū & authenticè signatum, tunc non posset notarius clausulam apponere institutionis, nec codicillarē, secūdum Bal. singulariter in d. rub. C. de fide instru. & de his quæ in frau. cred. Pro Barba. in c. ij. suprà de precario. alleg. tex. gloss. & Ang. in l. apud Celsum. §. in hac. ff. de except. doli. Quod est etiam verum quo ad alias clausulas, puta renuntiationū, submissionū, & cæterarum. de quo per Bar. in l. fin. ff. quæ in frau. cred. Prætereà est hoc verum, scilicet notarium apponere posse clausulas consuetas apponi cōmuniter per alios tabelliones, quandiu instrumentū est in fieri, non autem clausulas apponi consuetas per illum solum notarium, qui instrumentum recepit, & non per alios. Quoniā eo tūc sine expresso mādato testatoris nō valerēt appositæ, & ita potest intelligi singulare dictū Bar. in d. l. j. ff. de iure cod. & dictū Bald. in d. l. quoties. ff. de hær. instī. quæ omnia sunt notāda, nec obliuioni tradēda, sed memoriæ tenaciter cō
54 mendanda, velut quotidiana pro intellectu d. l. fi. C. de fideiuss. † Hanc autem verissimā iuris ciuilis cōclusionē, in qua dicimus patrē adstrictū esse ad filiū vel alium descendentem primū locum suitatis tenētē in aliquo instituēdū, vel nominatim exhæredandum, limitetis nō habere locū in casibus sequētibꝰ, in quibꝰ pater nō tenetur instituere filiū in quoquā, vel si aliquid ei reliquerit, valebit relictū filio factū absque titulo institutionis, ita ꝙ testamentū plenū
55 sortietur effectum. † Primò locum non habet dicta cōclusio, si testator dixerit, relinquo filio meo legitimam, aut partē legitimæ, vel decem iure legitimæ. Quoniā in his casibus, licet testator nō dixerit instituo, vel iure institutionis relinquo, sed duntaxat dixit, relinquo, testamentū valebit, adeo ꝙ filius cēsetur institutus, & perinde habetur, ac si pater dixisset ipsum instituo, secundum Bar. in auth. vnde si parēs. C. de inoffi. testa. hoc idem sequitur Bal. & in l. quoties. C. de hære. instī. dicēs de hoc esse casum in l. humanitatis. ibi, legitima relicta. C. de impube. & aliis

substitu

BIU Cujas

substit. Et hanc eãdem opinionem sequitur doctor ille Seraphicus Ang. Are. in §. fin. Insti. de inoff. test. dicẽs, ꝙ in dubio opinio Bart. postquam approbata reperitur per Bald. in practica seruaretur. Et in hanc partem reperio cõsuluisse Bar. consi. cxlvj. & Fran. Tigrini: cuius cõsilium habetur in volumine consiliorum Bar. consi. clxvij. id idem consuluit Pau. consil. cccxlvij. v. col. & cõsi. ccxcix. in princip. & tenet Bar. in l. fi. ff. de pec. lega. & Bal. in d. l. humanitatis. Idem tenuit Rapha. in l. his verbis. ff. de hæred. insti. & Cardi. hic, licet Bart. in l. filium. §. sed portio. ff. de lega. præstan. hoc indecisum reliquerit: tamẽ ꝙ hac opin. consuluit etiã Bald. in ij parte consi. x. Quoties enim testator mentionem facit de legitima, semper videtur cõsiderasse ius. Et sic debito modo, scilicet titulo institutionis de iure requisito reliquisse, vt dicit Bal. in d. l. humanitatis. vbi allegat gl. & not. in l. quoties. C. fami. ercis. & Iac. in d. l. quoties. C. de hæred. instit. Et dicit ꝙ illa verba sapiunt iuris ministerium. Ergo multò magis si testator faciat de legitima mentionẽ per verbum, relinquo: Quo casu videtur consideratione habuisse ad ius, vt scilicet intel
56 ligatur iure institutionis reliquisse. Idem † si testator aliquid filiæ legaret pro dote, quoniã tunc valeret testamẽtum, perinde acsi esset dictum, pro legitima. Cùm dos sit pars legitimæ. l. quoniã nouella. C. de inoff. test. & ita voluit Anto. de Butr. hic per hũc tex. quod dictũ non puto securũ, scilicet ꝙ hæc verba pro dote, importẽt institutionẽ, secundũ Panor. & Imo. hîc. Super hoc passu est aduertendum, quia Bald. sibiipsi cõtrarius in repeti. l. j. C. de sacrosanct. eccl. vers. super quarto quæsito dicit præfat° doctor. tenet contrarium, dicẽs vt effectualiter ex suis resultat verbis vsque ad vers. super quinto. ꝙ etiã si pauperes Christi essent hæredes instituti, & filio relicta legitima absque titulo institutionis, tale testamentũ est nullum, quãtumcunq; fuerit facta mẽtio de legitima. Mouetur tali ratione: quia fauore piæ causæ nõ derogatur iuri liberorũ. vt notat gl. in l. si quis ad declinandã. C. de epis. & cler. & est tex. in cap. quicunq;. xvij. quæst. iiij. licet Bar. in d. l. j. in repetitione tenuerit fauore piæ causæ testamentum non esse nullũ filij præteritione, quod sequitur de Mathesilla, in suis not. xxiiij. col. Idem cõtra Bart. tenet Sali. in dicta authẽ. vnde si parens. vbi dicit, ꝙ si filio re-
57 linquatur legitima sine titulo institutionis, alio hærede vniuersali relicto, testamẽtum non valet: quia cùm tunc institutio sit de forma substantiali testamenti, vt superiùs ostensum fuit, eius omissio vitiat totum actum l. fin. C. de donat. & cum Sali. transit Alex. in dict. l. his verbis. ff. de hære. insti. & in l. nam quod ad ius. §. nõ omnis. ff. ad Trebellia. vbi ponit bonas ratiões allegãs plures magistros hoc tenẽtes, videatis eum plenè loquentem in d. l. humanitatis. Si verò alius non esset hæres vniuersalis, tunc testamentum valeret, & talis dispositio traheretur ad totã hæreditatem, vt dicta l. his verbis. vbi Bal. plenè distinguendo. Et idem dicit Salic. esse, si testator diceret, relinquo filio legitimã de instituti vel substituti substãtia. ff. de eo ꝙ certo loco. l. iij. §. si quis insulã. quoniã tunc filius nõ cẽsetur institutus, sed præteritus, nisi dixerit, instituo. Hanc eandem opinionem firmat Sali. cõtra Bar. in dicta l. quoties. C. de hæredi. institu. circa fin. vbi respondet ad legem, diuus Traianus. ff. de testamen. milit. & ad legẽ, quo
58 niã indignũ. C. eodẽ. quia loquitur quãdo filio esset simpliciter relictũ, non dato alio hærede vniuersali. Similiter respõdet ad dictã l. humanitatis. per Bald. allegatam, quia illa verba, legitima relicta, non sunt verba testatoris, sed sũt verba legis. Præterea illa lex loquitur de iure nouo C. secundum quæ tẽpora nõ requirebatur titulus institutionis, vt l. omnimodo. C. de inoffi. testamẽto. Nam genus prolatum in materia, in qua est necessaria expressio certæ speciei, nũquam refertur ad illam speciem, nisi illam exprimat, maximè vbi profertur ab imperitis, cùm ita bene sciant vulgares dicere: ego facio filium meũ hæredem, sicut dicere, relinquo legitimam. Igitur inter liberos necessarius est titulus institutionis, tum propter honorẽ: quia est titulus honorabilis, vt dict. l. filium. §. si legata. ff. de lega. præstãd. Tum etiã propter cõmodum, scilicet iuris accrescẽdi, vt dicit Sali. in authen. nouissima. C. de inoffi. testamen. & voluit Imo. in repeti. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. instit. allegat tex. in dicto §. aliud quoque capitulũ. & & §. cæterũ in authen. vt cùm de appellatio. cog. vbi clarè probatur necessariam fore expressionẽ verborũ, quòd filio relinquatur iure institutionis, & est de forma: Ideo si nõ exprimatur, actus vitiatur propter formam non seruatam. l. si is qui quadringenta. §. quædã. ff. ad legẽ Falci. & cap. cùm dilecta. de reseri. Vnde finaliter cõcludit indistinctè, testamentũ nõ valere, quãtumcunque pater relinquat filio pro legitima. Nec obstat secundũ eum, quòd sensus verborum debet in dubio capi, vt actus & res potiùs valeat, quàm pereat: quia illud est verum, vbi forma à lege tradita reperitur seruata: aliâs secùs. l. cùm hi. §. sed si prætor. ff. de trãsact. Præterea si dicerẽt, quòd in dubio fauendum est testamento. l. siue pars. ff. de inoffi. testa. & c. fin. de re iudi. respondetur, ꝙ illud est verum, nisi communis opin. esset in contrarium, vt dicit Inn. in cap. ne innitaris. de cõstit. Ideo cùm hæc sit *opinio communis* in præmisso casu, scilicet testamentum non valere sine expressa filij institutione, non esset in iudicãdo ab hac opinione recedendum. Et ita dicit Sal. se apud Paduam cõsuluisse. Et hanc puto esse in hoc puncto veritatẽ: nã si ita esset, vt Bar. & Bal. dicũt, quòd sufficeret patri dicere relinquo pro legitima, nõ posset dari differentia inter hunc casum & illũ, in quo pater relinqueret filiæ dotem, quæ est portio legitima, vt dicta l. quoniam nouella. † Præterea quemadmodum verbũ, relinquo, additum verbo, legitimã, importaret institutionẽ, cùm adiiciatur quotæ & rei vniuersali, vt dicebant Barto. & Bald. ita etiam adiicitur quotæ seu rei vniuersali, quando relinquitur dos. l. quod dicitur. ff. de impẽsis in rebus dotali. fac. Et tamẽ vbi relinquitur dos, vel aliquid aliud vniuersale, verbum, relinquo, non importat institutionem de iure ciuili, alio stante hærede vniuersali, vt suprà plenè fuit decisum, & consuluit Pau. cõsil. cc. incip. Ad primum ergo breuiter. idem dicendum erit, si relinquatur legitima, aut pars legitimæ, vt etiam tunc non importat institutionem. Et in hanc partem consuluit Pet. Gyensi de Eugubio, per plures rationes, cuius consiliũ hodie reperitur in volumine consiliorum Barto. consil. cxlviij. vbi videatis pulchram ad illud consilium additionem Bernardi Landriani, in qua multa bona allegantur ac plura magistrorum consilia referuntur. Finaliter tamen videtur in hanc partem inclinare. idem tenuit de Mathesilla. in notabili. clviij. incip. Nota, quòd si pater dicit. Ex † quibus sequitur decisio alterius quæstionis: videlicet si testator dicat, relinquo filio decem pro sua Falcidia,

BIU Cujas

vtrum videatur iure institutionis reliquisse. & Bart. in dicta authē. vnde si parens dicit quòd sic, quem ibi sequitur Bal. quia hoc verbum, Falcidia, verificatur in legitima iure naturæ debita, vt est ibi glo. sed melior est in can. respōsa. ij. distin. Ideo intelligi debet iure institutionis, ac si dixisset, relinquo pro legitima. argu. l. sciendū. ff. de verb. obli. Solennitas enim quòd filius in aliquo instituatur, est intrinseca, & sic in dubio præsumitur interuenisse. Facit quod notat Bal. in l. imperator. ff. de sta. ho. vbi dicit, quòd si notarius scripsit in testamēto, quòd pater reliquit cērtū pro Falcidia, vbi scribere debebat, pro sua legitima, tale testamentum valet: quia error tabellionis vitiare non debet actum. l. errore. C. eo. idem tenet Paul. consil. cxcix. incip. in casu præsenti. & cōsi. cccxlvij. inci. super primo pūcto. v. col. in pri. vbi dicit, quòd filius cui relictum est pro sua Falcidia, aut pro parte & portione sua, cēsetur legitimè institut', alleg. Bar. in d. authen. vnde si parens. & Bal. in d. l. humanitatis. Et cum hac opinione transit hīc dominus Card.

Sed in hoc puncto sicut in præcedenti contrarium determinat Sali. in d. l. quoties. C. de hæred. instit. & in authen. vnde si parens. per tex. in dict. §. aliud quoque capitul. & per rationes superiùs allegatas. Et idem cum Sali. tenet Iaso. post plura Doctorum consilia, quæ allegat in auth. nouissima, viij. col. C. de inoffi. testa. Nec obstat secundum eum dicta l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi præsumitur de solennitate intrinseca: quia illud est verum, nisi lex mādaret solennitatem intrinsecam debere exprimi. Sicut in casu nostro mandat filium debere institui, sine qua institutione testamentum erit nullum. Et idem erit, si pater dicat, relinquo filio centum pro sua substātia: quia tunc etiā non valet testamentum. Et hāc opin. sequitur Imo. in d. l. j. §. si ex fundo. ff. de hęred. insti. Et hoc puto esse de iure verum. Quoniam non esset possibile, postquam lex dedit formam substātialem scilicet quòd filius formaliter instituatur, quòd filio relinqui possit per alia verba, quàm per verbū, instituo. Cùm homo priuatus mutare non posset formā à lege traditam. l. nemo potest. ff. de lega. j. & in cap. requisisti suprà eodem. Dicūt tamen aliqui moderni, quòd opinio Bart. Bald. & Pau. superiùs relata verificari posset, vbi statutum ciuitatis, aut municipij disponeret, quòd esset dote contenta pro sua Falcidia. Quia illo casu statutū tollere potuit, & mutare modum traditum à lege. Facit quod not. Barto. in l. j. in princi. ff. ad legem Falcidiam. Et idem in filio,
59 vt infrà latius dicetur. † Secundò limitabitis prædictam conclusionem, in qua dicitur, filium debere instituí, non habere locum in testamento, in quo pater nō reliquit expressè filio titulo institutionis: Sed in eo adiecit clausulam, quòd testamentum valeat omni meliori modo & forma, quibus valere potest, & debet. Quoniam dicta clausula est tantæ virtutis & efficaciæ, quòd testator censetur filio reliquisse iure institutionis, secundum Bal. in dicta l. quoties. C. de hæredibus instituendis. Facit quod not. Barto. in dicta authē. vnde si parens. Satis enim tunc apparet de intentione testatoris per coniecturam, quòd relinquere voluerit eo modo, quo tenebatur. Nā ad validum intellectum potius quàm ad inualidum dicta verba sunt trahenda secūdum qualitatem personarum quibus loquimur. l. ex militari. ff. de testa. milit. allegat. Iaco. de Aren. in l. illa institutio. ff. de hęred. instit. & Spec. titu. de instru. editio. §. instrumentum. versi. quid si à cōtrahentibus. Nam hoc casu significatio verborum generaliū non repugnat, vt voluntas testatoris saluetur, arg. l. ab omnibus. ff. de legat. j. Vulgares enim homines & illiterati nesciunt vulgarizare aliud verbum, quàm verbum relinquo. Et cōtra æquitatē esset dicere, quòd generales vocabulum non adaptetur speciei, in qua magis saluatur. Si autem expressè diceret, relinquo iure legati, tunc non valeret testamentum, secundum Paulum consi.
60 cccxlvij. quod an sit verum, dicam infrà. † Tertiò limitat Bal. dictam regulam non habere locum, vbi testator aliquid reliquit filio, titulo simplicis relicti, & ipsum prohibuit plus vel amplius petere posse vel habere. Quoniam hoc casu, licet filius non reperiatur expressè institutus, tamen valet testamentum, vt singulariter decidit Bald. in l. si adulta. C. de hæred. actio. vbi dicit, ꝙ pater modo prædicto relinquens, videtur illud reliquisse filio animo recompensandi cum legitima. Et sic filius dicitur satis institutus, & perinde, ac si legitima fuisset ei expressè relicta. Quo casu erit institutus, non vi expressæ institutionis, sed vi resolutæ intētionis seu orationis Quod dicit fore notandum & menti tenendum, allegat l. si debitor. ff. ad legem Falc. Idem tenuit Raph. in d. l. his verbis ff. de hæred. insti. & Ludo. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebell. & consuluit Paul. consil. allegatò cccxlvij. v. col. Sali. verò in d. l. si adulta. tenet contrarium. Nam licet clausula prohibitionis plus petēdi inducat cōpensationem cum legitima, vt d. l. si debitor: tamen illa lex nō probat, ꝙ propter hoc dicatur filius institutus, nec habeatur pro instituto, nec ꝙ illa verba institutionem importent. Quam opinionē sequitur Imo. in d. l. his verbis. Ego nunquā potui capere, quomodo iā dictæ duę clausulæ possint testamentum cōseruare, vbi filius nō reperitur expressè institutus. Cùm (vt ꝫ. sæpe pluries concluſum fuit) institutio filij sit de forma substantiali paterni testamenti, sed quoties aliqua verba sunt de substātia alicuius actus, vel sunt de forma substantiali, omissio illorum vitiat actum. arg. ca. j. de baptismo. vbi dicitur ꝙ quāuis puer fuerit ter mersus in aquam: In nomine patris, & filij, & spiritus sancti amen. Si nō dicātur hæc verba: Ego te baptizo, puer nō erit baptizatus. Licet enim regulæ diuinæ regulis non subiiciantur
61 grāmaticalibus. c. indignū. xxxviij. distinc. † Ita quod falsa Latinitas eas nō vitiat, vt ibi, & in c. retulerunt. de consecra. distin. iiij. vbi illa verba, in nomine patria, & filia, & spiritua sancta, nō vitiāt baptismum. Tamē necesse est, quòd verba interueniant, licet non consona rectæ locutioni: quia qui corruptè profert verba ex ignorātia, vel lapsu aut defectu linguæ, non impedit baptismi effectū, nisi hoc faceret ex industria, vel esset tāta verborū corruptio, quòd sensum locutionis auferret, secūdum beatum Thomam in quarta scripti. Cùm igitur verbū, instituo, sit de forma substātiali, non potest videri, quòd sub figmēto verborū omitti possit, licet sufficeret dicere, relinquo iure substitutionis vel restitutionis, vt suprà dictum fuit. Quia per hæc verba satis remanet sensus locutionis demōstrantis intentionē proferētis testatoris, filiū instituere volentis, attēto ꝙ verba materialia proferūtur, aliàs testamentū nō valeret: Cùm valere nō possit, nisi filius sit institutus nominatim, vel exhæredatus. l. inter cætera. ff. de liber. & posth. Ergo specificè debet institui: quia cōditiones sunt in forma specifica implendæ. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de cond. & demonst. Nec intelligo æquitatem, in qua se fundabat Bald. cōtrarium adstruere

satagens

BIU Cujas

satagens. Cùm iudex nõ debeat esse clemẽtior lege, in auth. de iudi. §. oportet. colla. vj. & ipsemet Bald. dicat in l. ij. prope finẽ. ꝙ iniuriam facit legibus, qui vult se meliorẽ, quàm ipsæ leges videri. C. de sen. ex peri. recitã. vbi ad hoc alleg. d. §. oportet. quia secũdum August. in lib. de vera relig. in istis tẽporalibus legibus, quãquam de his homines iudicent, cùm eas instituunt, tamen cùm fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundũ ipsas
61 vt in cap. in istis. iiij. dist. Sunt † enim aliqui dicentes se amplecti æquitatẽ spreta iuris forma, sed illa dici nõ potest ęquitas, imò potius iniquitas: quia deuiat ab eo quod bonũ & iustũ, atque æquũ. Cùm lex fundata sit super æquitate & ratione. Quoniã aliàs lex non esset. iiij. distin. c. erit autem lex. & j. distin. c. consuetudo. ita pulchrè dicit Panor. in c. ex parte, la ij. de offic. deleg. Vnde alibi dicebat etiam idem Bald. & pulchrè in l. precibus. C. de impuber. & aliis substitu. in fin. vj. oppo. Tu tamen ex tuo capite non formes opinionẽ, sed ex tex. & gl. ordinaria, quibus inhæreas: sicut Bononienses inhærent carrotio, & sicut ducens nauem inhæret temoni. Alibi dicit in l.
63 cùm veterum. C. de dona. ante nup. †quòd talia dicere, scilicet quòd vna clausula aliam substantialem importet, non sunt nisi ambages, id est, friuolæ rationes, & persuasiuæ ad placitum inuentiones, quæ legibus non probantur. Profectò aduersus talia dicentes has (sub velamine æquitatis) extortas institutiones ad placitum, potiùs quàm ratione inducẽtes, in propriis nostris terminis exclamat, imò quasi iracundè insurrexit Salic. (eorum opinionibus reprobatis) in dicta l. quoties. in fin. C. de hære. instituen. animosè dicens, Sileat igitur æquitas illa bursalis, & amplectatur legalis. Quoniã lex moderna volens filios expressè institui, fundata est super æquissima
64 ratione, scilicet honoris, qui filio debetur per patrẽ. Ob quod lex dixit, quòd vbi filius prętęritur, dicitur affici iniuria, in authẽ. vt cùm de appellatio. cogno. §. cæterum. vbi dicitur, sola enim nostræ serenitatis intentio est à parentibus, & liberis iniuriam prætęritionis, & exhæredationis auferre. Ideo dicit textus quòd † pater exhæredans filium, censetur demens esse, & non sanæ mentis. l. ij. ff. de inofficio. testamẽ. Præterea dicta lex volens ac iubens filium in aliquo instituí, fundata est super ratione commoditatis, & vtilitatis ipsius filij, qui si in testamento patris fuerit institutus, hærede vniuersali repudiante, tota hæreditas sibi accrescit, vt suprà dictum fuit: auferre filio titulum institutionis, esset ei auferre honorem & cõmodum. quòd habere debet in bonis & hæreditate paternis omni iure sibi debitis, vt plenè not. in l. in suis. ff. de liberis & posthum. Ergo illud sibi auferre & tollere nullo modo videri posset ęquitas, imò es-
65 set summa iniquitas, seu causa ingratitudinis legitima, tollere filio gemmã tã pretiosam, qualis est tituslus institutionis. His † & aliis maturè, vt decet consideratis, reperietis Salicet. quem in hoc ego sequor, fuisse & esse familiarem veridicum, ac in nullo veritatis aduersatorem. In cuius laudem aperuit os suũ, Petrus de Anchar. in repetitio. cap. j. de constitutio. dicens ipsum doctorem fuisse re, & fama excellentissimum. Vnde hæc omnia ad rhombum intelligẽs glossator noster Bernardus hic in verbo, *Relinquẽs*, præsupponit, quòd Raynutius in dote, domo, & horto Alterocham eius filiam instituit, seu saltem iure institutionis reliquit, aliàs testamentũ non valuisset.
66 Necnon summus ille legista Ioan. Andr. totius iuris fundamentum, vt verbis vtar Bald. in capitulo, cùm olim. de re iudicata, quem summè commendat idem Bal. in præludiis feudo. decima col. in fine primæ diuisionis feudorũ, præsertim in opere nouellæ, in qua, vt nunc dicetur, idem tenet, qui vt dicit Panormi. in cap. de quarta. vj. col. de præscrip. quando apponebat studium optimè decidebat: sed rarò hoc fecit. Quod si fecisset multis scribentibus silentium imposuisset. Sed se accelerauit, vt multa scriberet, de quo refert etiam Antonius de Prato veteri, in prologo sui repetorij in Bartolum. Quod cùm in legationem ipse Ioannes Andr. profectus esset apud Romanum pontificem, hac pontificali salutatione decoratus extitit: Bene venerit, qui lux mundi cognominatus est, in dict. cap. si pater. super verbo, instituit. in fine eodem titulo. libro sexto. post multas opiniones quæsiuit, dicens tutius esse tenere in testamento patris necessariã fore filiorũ institutionem, per textum in dicto §. aliud quoque capitulum. Et non immeritò: quia vt dictũ est, instituere filium, est de forma substantiali testamẽti paterni, qua omissa, testamẽtum non valet, velut carens forma, nec me-
67 retur dici testamẽtum, † sicut corpus carens anima non est homo, sed cadauer. Cùm anima sit corporis forma, vt dicit glo. in clemen. j. de summa Trini.

Or, ea quæ fiunt non seruata forma, sunt ipso iure nulla, quinimò plus dicunt Doct. ꝙ nõ solùm quod fit contra formã vitio subiacet nullitatis, sed etiã ea quæ fiunt præter & citra formã, vt eleganter decidit Ioan. And. super verbo, circa formã. in cap. prudentiam. §. j. de offi. deleg. vbi refert Hostiẽ. ad hoc allegantẽ tex. diuinũ, Deuter. xij. in fi. dũ dicitur: Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito domino, nec addas quicquã, nec minuas. facit c. si cui. vbi glo. de ele. li.
68 vj. †Nam contra, præter, & citra sunt synonima ad inducendũ nullitatẽ actus. qui geritur cõtra, præter, vel citra formã. hoc idẽ tenet Ioã. And. super gl. ij. in c. cum Marthæ. de celebra. mis. allegans ad hoc text. Apocaly. vlt. cap. dum ibi dicitur, Si quis apposuerit ad hæc, &c. apponet Deus super ipsum plagas scriptas in libro hoc. Et si quis diminuerit, auferet De⁹ partẽ eius de libro vitæ. Vltra prædicta facit tex. Apost. ad Timoth. v. sic dicẽs, Testor Deo vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alterã partem declinãdo. Subiũgens ibidẽ. vj. ca. Præcipio tibi coram Deo, vt serues mandatũ sine macula. Vnde Ambrosius in lib. de paradiso. Si quid addas, inquit, vel detrahas, præuaricatio videtur esse quædã mandati. Simpliciter enim & pura mãdati forma tenẽda est, vel testamenti series intimãda, nihil igitur etiã quod bonũ videtur, addendũ est. Si quis vnum mãdatum custodit, & aliud præuaricatur, nihil ei prodest. Hęc
69 ille. †Similiter dicit lex ciuilis, quòd diligenter fines mandati custodiendi sunt. l. diligenter. ff. mand. nec quouismodo prętermittẽdũ, quãtuncunq; actus ita ꝓsperè, & plenè succederet sine forma, sicut forma seruata. Ideo ad ꝓpositũ referũt historiographi de Iulio Cæsare, qui cũ in domãdis hostib. quinquo annorum spatium sibi à Romanis permissum, seu præfixum pertransisset, licet gloriosè triumphasset, honor tamẽ sibi debitus denegatus est, adeò ꝙ vrbẽ ingredi permissus nõ est, eo solo, quia vltra terminũ
70 sibi præfixum moram traxisset. † Sic etiam legitur de Petronio Romano, quem cùm Caius Calligula Imperator legatum misisset in Syriam cum mãdato de debellandis Iudęis eius simulachra recusantibus, videns stragem innumerabilem futuram, ob eorum

fixam

fixam pertinaciam, rescripsit imperatori imminere Romano imperio grauem infamiã, si mandatũ adimpleret. Ob quod Caius ei rescripsit, vt confestim ꝓpria manu se occideret, vt discerẽt omnes, nõ esse imperatorum mandata paruipẽdenda. De quo plenè habetur in supplemento Chronicorum, lib. viij. Pariter narrat Aurelius Augusti. v. de ciuitate Dei, de quodã qui nõ extraneum, sed propriũ filium occidit, eo ꝙ cõtra volũtatem imperij fecerat, licet pro patria pugnasset, atque vicisset. Nã æstimabat peius imperium contemnere, q̃ absque voluntate imperij, ☞ etiã pro patria gloriosè vincere. [Quod ego verũ intelligerem, nisi ex aliqua noua causa superueniente, vel etiam veteri, quæ latebat principẽ, talis capitaneus cõtrauenerit mandato, per text. singul. in l. si hominem, ad fin. ff. manda. quem Panor. sæpe commendauit, & cæteri omnes.] Et Valerius lib. ij. tit. de institutis antiq. Relatis, inquit, Quinti Fabij laudibus offerunt se mirificæ cõstantiæ viri, qui legati à senatu Tarentum missi, cùm grauissimas ibi iniurias accepissent, vnus etiã vrina respersus esset in theatrũ, vt est consuetudo Græciæ, introducti, legationem quibus acceperãt verbis peregerũt, de his quę passi erant questi non sunt: ne quid vltra, quàm mandatũ
71 esset, loquerentur. † Et idem Valerius eo. lib. titulo de disciplina militari, de Posthumio Tiburto, & Manlio Torquato Romanis ducibus, qui in his, propriis filiis nõ pepercerũt, sic dicit, Tu nãque Posthumi dictator Aulum Posthumium, quem ad generis penetraliúmque sacrorũ successionẽ propagandam genueras, cuius infantiæ blãdimenta sinu atq; osculis foueras, quem puerum literis, quem iuuenem armis instruxeras sanctũ, fortem, amantem tui pariter ac patriæ: quia non tuo iussu, sed sua sponte præsidio progressus hostes fuderat, victorem securi feriri iussisti. Tu item, Manli Torquate, Latino bello consul filium (ꝙ prouocatus à Geminio Metio duce Tusculanorum ad dimicandum te ignorante descenderat) gloriosam victoriam, & speciosa spolia referentem abripi à lictore, scilicet mortis executore, & in modũ hostiæ mactari iussisti, satius esse iudicãs patrem forti filio, quã patriã militari forma & disciplina carere. ☞ [Aliud exemplum refert idem Vale. lib. j. tit. de neglecta relig. cuius historia habetur infrã super verbo, *Mortuo itaq; testatore*. j. in v. casu quo damnatus capitaliter potest facere testamẽtũ.] Sic vt ibidẽ refert ipse Valerius, Seueritatem Papyrius dictator Romanus in Quintũ Fabium Rutilianum magistrũ Equitum & sic Conestabilem Romanum formã & legem militarẽ transgressum exercuit, quẽ totaliter occidisset, si populus, quasi vi eum non eripuisset, quãuis feliciter fusis Samnitibus Romanis hostibus vicisset. Aspero enim & abscisso castigatiõis genere militaris disciplina indiget: quia vires armis cõstãt. quæ vbi à recto itinere desciuerint, oppressura sunt, nisi opprimãtur. Qua ratione motus, & Saul primus Rex Israel filiũ suũ occidisset, si à populo nõ fuisset prohibitus, vt habetur j. Reg. xiiij. & xxij. quæst. ij. cap. fin. in fin. quod optimè seruant domini Veneti sub pœna mortis, pro quibus est tex. in l. iij. ſ. in bello. ff. de re militari. Ex quibus clarissimè cõstat, nihil fieri debere contra, præter, vel citra formam datam actui, aliàs talis actus vitio subiacet nullitatis. Et ita etiam tenet Bal. in l. fin. vers. Ex hoc talis elicitur cõclusio. C. de suis & legitimis hæredi. vbi dicit, quòd formæ nihil addi vel detrahi potest, allegat Bar. in l. Gallus. ſ. j. ff. de libe. & posthu. Quia quod perfectũ est, non suscipit in se magis vel minus. l. ij. C. de manumiss. vindicta. †Nam omissio formæ in qualibet
72 minima quantitate totũ vitiat actum, & processum, secundum Anto. & Panormi. in cap. Pisanis. de rest. spolia. & Panor. in cap. causam, vlti. col. de sen. & re
73 iudi. Et †adeò forma substantialis in actu requisita, seruari debet specificè, sicut iacet & concepta est à lege, statuto, vel homine, aliàs actus est nullus, quòd non sufficeret eã seruari per æquipollens, nec locũ haberet regula, quòd nõ interest, quid ex æquipollentibus fiat. l. fin. C. de his qui veniam æta. impetra. secundum Bald. & Ange. in dicta l. j. & ij. ff. de liberi.
74 & posthu. †Ita quòd si statutum requireret per notarium in instrumento apponi nomen, prænomẽ, & agnomen, non sufficeret ad validitatem instrumẽti, si solùm nomen apponeretur, vel agnomen, etiam si illud ita elegans & notũ omnibus esset, quòd de alio homine intelligi nõ posset, qualis erat Gallopressus Bidellus Azonis, de quo per glo. in l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt. Aut ille de quo dicit tex. in l. ij. ſ fuit post eos maximę scientię. ff. de orig. iuris. quia veritas aliter expressa non excusat à forma. vt dicta l. j. & ij. secundum Bar. in l. prætor. in princ. ff. de noui operis nũtia. & l. legitimos. ff. de legiti. tut. vbi dicit, quòd si lex requirat interponi authoritatem pro forma actus, non sufficeret dicere per verbum cõsensus. cùm formæ specificæ omissio vitiet. Quod est verum, etiam si omissio formæ faciliorem induceret expeditionem negotij de quo tractatur, secundum gl. in verbo, superiorem, in cap. solet. de senten. excom. lib. vj. vbi delegatus absoluere non potest ad cautelã impetrantẽ, excedendo commissionẽ, licet facilius posset ex hoc sequi causæ expeditio. & ibi expressè dicit Dominicus, quòd licet in cõmissione veniãt ea sine quib' causa expediri nõ posset. l. ij. ff de iurisdi. om. iudi. & c. præterea. de offi. deleg. Tamen non veniunt ea, per quæ causa posset facilius terminari. Ex quibus ad propositũ cõcluditur, quòd licet actus testãdi posset facilius expediri, si patri sufficeret dicere, relinquo, vel aliis modis suprà deductis: cùm tales modi sint magis in vsu apud vulgares, vt no. glo. in dicta l. quoties. C. famil. ercis. Tamen hoc dicere non sufficeret ad testamẽti validitatẽ, nisi forma tradita in d. ſ. aliud quoque capitulum. seruaretur, scilicet filios instituendo, aut iure institutionis relinquẽdo, vel eos nominatim ex iusta
75 causa exhæredando. † Cùm illa sit forma à iure tradita, contra, citra, & præter quam non licet procedere, aliàs actus testandi esset nullus, vt dictum est. Nec illi formæ renũtiari potest per testatores, vt dicta l. nemo potest. ff. de leg. j. Iuri enim traditiuo certæ formæ in actibus hominũ renuntiari non potest, ne ꝓprio motu, ꝓut quisque vellet, & nõ prout debet, procedi possit. Ita pulchrè dicit Bal. in suo diuino consilio schismatis hodie posito super rubri. C. si quis aliquem testari prohib. versi. prædictis quoque accedat. & idẽ Bald. in l. Barbarius. in vj. col. lectu. ff. de officio præto. & in cap. ex transmissa. de renun. & Bar. in l. de his. ff. de trãsact. Ideo dicebat Imol. in l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. oblig. ꝙ si partes cõcordarent millesies, quòd procedatur nõ seruata forma actus, vel qđ talis forma habeatur ꝓ expressa, talis cõuentio nihil operabitur. Et ratio est, quia omnis solennis forma actus, est iuris publici. vt l. ij. ff. eo. cui renũtiari nõ potest, vt dicta l. nemo potest.

Præterea hæc forma, vt dictũ est, est substantialis, aduersus quam etiam consuetudo secũdum aliquos

nihil

BIU Cujas

nihil operatur, per gl. in c. nō putamus. super verbo
76 officiali. de consuetu. lib. vj. † Vnum tamen tenebitis singulariter menti de hac clausula, omni alio meliori modo, ꝙ licet nō importet institutionem, attamē perinde habetur, acsi in testamēto apposita fuisset clausula codicillaris. l. cùm pater. §. filius matrē. ff. de leg. ij secundum Bal. & Ang. ibi, vt probat tex. not. in l. codicillis. §. fin. eod. tit. de lega. ij. vbi Bar. & Imol. & dixi plenè s. in verb. *testamentū*. iij. Vnde hoc casu dicta clausula operabitur multa, non obstante
77 filij præteritione, vt plenè dicam infrà in xxvj. & vltima limitatione. † Quartò limitabitis dictā regulā, qua dicitur testamentum, in quo filius non est institutus esse nullū, non habere locū, si pater alicui ex liberis testamēto iure institutionis reliquerit, & demum in eodem testamento alteri relinquendo dixerit, item Frāciſco filio meo relinquo decē. Nam eo tunc licet non dixerit iure institutionis, tamen valet testamentum, attento ꝙ titulus institutionis fuerat præcedenti filio adiectus, qui videtur tacitè in Fran-
78 ciſco repetitus. † Quia quoties per dictionē itē, adiicitur oratio imperfecta ratione verbi, vel ex parte ſuppoſiti, vel appoſiti, ſemper inducitur repetitio præcedētis qualitatis, vt ſequens oratio ſuppleatur ex præcedenti. arg. l. eiuſdem §. ij. ff. ad legem Cor. de ſicar. Eodē modo probatur. ff. ad legem Iuliā de vi publ. l. iij. §. j. Et ita p multas & efficaces rationes reperio conſuluiſſe Bart. conſi. xxvj. incip. viſa facti narratione. de hac dictione, itē, videatis eundē Barto. & plenè in l. in repetēdis. ff. de lega. iij. & Bald. in
79 l. ſi Fortidianum. C. de legat. † Quintò limitabitis dictam regulam non habere locum, vbi teſtator titulo legati, aut ſimplicis, vel alterius relicti rē certam filio reliquerit, tamē voluit illum titulum certæ rei adiectum importare inſtitutionem, quo caſu infallibiliter eam importabit, dum tamen apparere poſſit teſtatorem ita voluiſſe, putà quia hoc expreſſit, ſcilicet quòd volebat illum titulū importare inſtitutionē, & habebitur filius pro inſtituto, & idē ſi ex verbis teſtatoris illud appareat, aliàs quā expreſſè. Putà, quia teſtator primò legauit filię decem, & poſtea dixit, filiam meam quam in decem inſtitui, vel cui decem iure inſtitutionis legaui exhortor, quòd habeat curam domus meæ, quādiu viuet &c. Aut ſimilia verba in teſtamento dixit ante legatum vel poſt, per quæ apparet teſtatorē intellexiſſe quodcunque verbum inſtitutionem importare. Ita elegāter conſuluit Ludo. conſilio clxxix. incipiē. Ampliſſime do-
80 ctor. ij. colum. verſicu. Tertiò probatur. † Nam quæcunque verba legatum importantia, vel alium relicti titulū poteſt teſtator diſponere & alterare, quòd inſtitutionē importēt, vt eſt caſus ſingular. in l. quoniam indignū. C. eo. ti. vbi dum dicit, verbis inflexis, & ibi, quibuſlibet perfecta ſentētiis, vel quolibet loquēdi genere formata inſtitutio valeat, ſi modo per eum liquebit voluntatis intētio &c. Poſtquam ergo teſtator hoc potuit, præſumendū eſt ꝙ ita voluit, ne aliter dicēdo teſtamentū præteritione filij rūpi cōtingat. Cùm nō præſumat quis viam eligere ad ſua iudicia ſubuertēda. l. iij ff. de teſt. mili. Semper enim quo ad verborum interpretationem & importantiā mens, & voluntas teſtatoris proprio verborū ſignificato præfertur. [De quo plenè habetur ſuper verbo, *Etiam impuberi ſuccederent.*] Et hæc vera, dum tamē teſtator illam verborū declarationē in teſtamēto fecerit, ita ꝙ ex his verbis teſtamēti elici poſſit, vt dictū eſt. Si autem talis declaratio fieret in codicillis, non valeret, ſecundū Bal. in l. non codicillū. C. eo. tit. licet Ludo in d. conſi. prima facie videatur contrariū cōſuluiſſe. Sed teneatis vt plenè declaraui ſuprà hac eadē notula, verſi. vlterius circa præmiſſa
81 puto aduertendum. † Sextò limitabitis dictā regulam locū nō habere, vbi ſtatuto ciuitatis caueretur, ꝙ pater teneatur filio relinquere certā partē bonorum, veluti quintam: quia tunc nō eſſet neceſſe eam relinquere iure inſtitutionis, nam tale ſtatutū ſe ha-
82 bet ad ius cōmune derogatiuè, † cū de iure cōmuni legitima filij ſit triens, & ſemis, ſecundum numerum liberorū. Ideo cū ſtatutū hoc caſu deroget iuri cōmuni in quātitate legitimæ, nullam recipit interpretationem à iure cōmuni, ſed debet ſimpliciter intelligi, vt iacet, & verba ſonāt: cū verbis ſtatuti nil addi, aut detrahi debeat. C. de Iuſti. Codi. cōfir. §. hunc ergo. & de emē. Iuſti. Codi. §. repetita. facit C. de Lati. liber. tol. l. j. in prin. & ff. de ver. obl. l. in contētionalib⁹. §. deniq;. ita ſingulariter decidit Bal. in l. maximum. in verſi. vlteriùs quæritur. C. de liberis præt. vbi allegat ad hoc iſtud cap. ꝙ ſufficit ſtatutariā portionem filio relinquere quoquo relicti titulo, vt eſt caſus hic in prin. & in verbo, Secundum Tuſculanæ ciuitatis conſuetudinē. Et cum hac opinione trāſit Pau. in l. ſin. §. in cōputatione. C. de iure delib. dicēs
83 hoc dictum Bal. eſſe ſingulare: † per quod limitatur regula generalis, in qua dicitur ſtatuta fore interpretanda ſecūdum ius commune. Quia hoc fallit, quoties ſtatutum venit derogatiuè ad ius commune. Facit quod not. Ange. in l. nō poſſunt. ff. de legi. Vnde ad propoſitum reuertendo, quoties ſtatutum vtitur verbo, relinquo, ſufficit ſimpliciter relinquere, non addendo titulum inſtitutionis. Et ita etiam in caſu proprio ſentire videtur Pet. de Anch. conſi. cxj. in fi. Sed aduertatis, quia in hoc puncto contrariū tenuit Ludo. in l. ſi quis priore. ff. ad Treb. referēt ſe contra Bal. cōſuluiſſe apud Valentiā, licet neminē reperiſſet cōtrarium tenuiſſe. Mouetur, quia ſtatutū de quo Bal. loquitur, derogat iuri cōmuni, in quotitate legitimæ tantùm, quia de triēte, aut ſemiſſe facit quintā partem. Et in hoc tantum dictū ſtatutū derogat iuri cōmuni. Sed in qualitate & modo relinquendi legitimā, tale ſtatutum non derogat iuri cōmuni, quanuis vtatur ſimpliciter verbo relinquo, apto nato cōprehēdere inſtitutionē. l. his verbis. ff. de hær. inſti. Ideo debet in dubio interpretari, ꝙ ſit conforme iuri cōmuni. c. cauſam quę. de reſcri. c. cū dilectus. de conſuetu. & c. ex parte. de ver. ſign. Ergo in caſu noſtro tale ſtatutum intelligendū erit loqui de titulo inſtitutionis, cōſiderata qualitate rei, quæ relinquitur, & eorum à quo, & cui relinquitur. Vnde ſi conſuetudo ita diſponat, ꝙ pater teneatur relinquere filio certā rem, talis cōſuetudo habuit conſiderationē ad iuris communis diſpoſitionem, & per conſequens debet intelligi, quòd relinquatur iure inſtitutionis. Quod eſt notādum, nam ſatis eſt, quòd ſtatutum operetur vnum, ſcilicet legitimæ diminutionē, & ipſius reductionem ad quintam partem. Et in hoc capere non debet declarationē à iure cōmuni, cui derogat. Et ita intelligitur dictum Bald. Sed operari non poterit alium effectū contra ius cōmune, ſcilicet remiſſionem ſolēnitatis inſtitutionis filij. arg. l. ſi quando. C. de inof. teſt. in prin. & c. ſi papa. de priuil. lib. vj. Prętereà ille caſus, ſcilicet modus relinquēdi reperitur à ſtatuto omiſſ⁹. Ergo mod⁹ ille relinquēdi remanet in diſpoſitiōe iuris cōmunis, ar. l. ſi cū dotē. §. j. ff. ſol. matri. & l. cōmodiſſimè. ff. de liber. & poſth. Et plenè not.

nè not.Bart.in l.omnes populi.xx.col. versi.quartò
84 quæro.ff.de iustit.& iure. †Septimò limitabitis regulã nostram,in qua dicitur filium debere per patrẽ in aliquo instituí, aliàs testamentũ est nullũ,non habere locum,vbi filius prẽteritus testamentum patris non impugnaret de nullitate. Quo casu testamentũ quod non impugnatur,manet fixum. Super quo tamen fuerunt duę principales opiniones. Prima fuit, quòd eo tunc tale testamentũ sit nullum,si filius prẽteritus ipsum impugnet de nullitate, petens ipsum
85 declarari nullum,& non aliàs. † Ideo quandiu filius tacebit,tale testamentum tenebit,secundum glo. in verbo,tuebitur.in l.filio prẽterito. ff.de iniust.rupt. testamen.& l.is qui in potestate. ff.de leg.prẽstand. Et dicit Ang.in lectura Floren.in l.posthumo. C.de bo.poss.cõtratab.quòd hæc fuit opinio gl. quam tenuit sicut euangelium in l.ita tamen.§.quoties. ff.ad Trebel.idem tenuit Dyn. in magna distinctione in l.Gallus.§.j.ff.de libe. & posthu. quam olim exẽplo approbatã nobis tradit Valer. lib.vij.c.viij.tit.de te-
86 sta. quæ rata mãser. †Vbi Ebutia Lucij Menenij Agrippæ vxor,filẽtio Aphronię filiæ suæ in testamẽto prẽteritæ,testamentũ reliquit validũ. Vita, inquit, ☞Tuditani demens: [Historiam huius Tuditani habes infrà.super verbo, *Adiectæ impuberi.*dum loquitur de testamẽto furiosi sapiẽter facto.]Ebutiæ autẽ quæ Lucij Menenij Agrippę vxor fuerat,tabulæ testamẽti plenæ furoris: Nã cùm haberet duas similimæ probitatis filias Pletoniam & Aphroniam,animi sui potius inclinatione prouecta, quàm vllis alterius iniuriis, aut officiis cõmota, Pletoniam tãtummodo hæredem instituit,filiis etiã Aphroniæ ex admodum amplo patrimonio viginti numos legauit. Aphronia tamen cum sorore sacramento contendere noluit,testamẽtumq; matris patientia honorare, quàm iudicio cõuellere sanctius esse duxit. eò seipsam indigniorem iniuria ostendens, scilicet ei à matre illatã,quo eam,scilicet iniuriam,æquiore animo sustẽtabat. Hæc ille. Vnde restat,q; filẽtio filij à patre vel matre prẽteriti testamentum manet validũ
87 secundum hãc opi. †Prætereà regulam habemus,q; quoties actus annullatur fauore alicuius, nunquam annullatur,nisi ipso volente,& petente. Vnde videmus, q; si emphyteuta nõ soluat ecclesiæ cẽsum per biennium, aut domino seculari per triennũ,priuatur iure suo, scilicet domino volẽte & petẽte ipsum declarari esse priuatum,aliàs non,vt probat tex.in l. ij.in verbo,Volẽti:& in verbo,voluerit:vbi hoc expressè tenent Bar.& omnes.C. de iure emphy. gl. & Bar. in l.ij.C.si ager vectig.vel emphyt. pet. Idem videmus id emphyteuta sine consensu domini rẽ emphyteuticariã alienante,quilicet propter hoc cadat
88 ipso facto à iure suo,†tamẽ hoc intelligiturdomino volente & petente,secundum Sali.in l.fin. C.de iure emphy.& Imo.in repet.cap.fin.de præscrip.& Alex. & Iason in repeti.dictæ l.ij.&fin.Plus dicit Bal.in l.
89 fin.C.de reuoca.dona. q; vbicũque dicimus, †quòd res ipso facto reuertitur ad dominũ, semper intelligitur,si dominus hoc voluerit & petierit, quẽ sequitur Alexã.in ij.parte cõsi. cccxxxiij.incip. Viso themate & scripturis.vlt.col.Ideo semel cõsului in causa cuiusdam episcopi, cui papa facultatẽ dederat acceptãdi & retinẽdi de beneficiis suę diœcesis tũc vacantibus,aut in futurum vacaturis,vsq; ad certã summam,quæ tenere posset quãdiu viueret, velut vnita mensæ suæ episcopali, propter mirabiles reparationes quas in suo episcopatu fecerat, & dietim continuabat: prouiso tamẽ,quòd j.sex menses à die acceptationis annatã solueret cameræ apostolicæ, Aliàs dicto tẽpore elapso dissoluta foret prædicta vnio,& pro nõ facta haberetur. Cõtigit q; aliqua beneficia acceptauit,quibus pacificè gauisus fuit,tamẽ annatã
90 minimè soluit.† Post illius mortẽ dubiũ fuit, an dicta beneficia per mortẽ vacarent, an verò ante eius obitum vacassent per priuationẽ ipso iure factã propter annatã nõ solutã,& visum fuit, quòd per mortem vacabant, & non propter annatã non solutam. Quia cùm pœna priuationis, lapsus sex mẽsibus,incurrenda apposita fuisset fauore papæ, nunquam videbatur incursa, attẽto quòd papa viuẽte dicto episcopo non declarauit expressè pœnã priuationis locum habuisse,vel habere velle. Nec etiã hoc declarauit tacitè, scilicet alteri dicta beneficia cõferẽdo: imò dictum episcopũ quãdiu vixit, in dictis beneficiis tolerauit. Ad hoc facit quod notabiliter decidit Ioan.Monach.in cap.statutũ. de prębend.lib.vj. vbi
91 dicit, †q; clausula decreti irritantis in rescripto posita tũc operatur, si impetrãs ea vti velit, & nõ aliàs. Sic ergo videtur dicẽdũ in proposito, quia cùm tale testamẽtum filij prẽteritione ipso facto annulletur de iure ciuili fauore filij prẽteriti, tale testamẽtum ita demũ erit nullũ,si filius ipse hoc velit & petat. Et quòd fauore filij sit eo casu testamẽtum nullum,patet per tex. in Auth. vt cùm de appel.cog.§. siue igitur.iuncto §.sinautem hæc obseruata nõ fuerint. ibi dum dicitur: Iniuriam à filiis remouere. Et pro hac opinione(scilicet quòd testamentum nõ sit nullum, nisi filius prẽteritus hoc petat (videtur esse tex.in l.fi.versi.sancimus. C. de liber. prẽte.dum ibi dicitur: vel testamentũ ipso iure euertat,vel per cõtra tabulas ipsum stare nõ patiatur. Ergo antequam alterum de his remediis per filium intentetur,testamentum stabit. Ad hoc facit dicta l. filio prẽterito. ibi,si prẽteritus partem à fratribus euoçauerit. facit dicta l.posthumo, dum ibi dicitur patris testamentũ rumpẽti.Ergo antequàm partem euocauerit, vel testamentum ruperit,stabit.Et hanc opin.tenuit Spec. titu.eodem.§.j.versic.Sed pone Bartha.& Bart. in l. si post mortem. §.si filio. ff.de bon.poss.contra tab. post glo.in l.iij.§.si quis ex liberis,illo eodem tit.Et idem tenet in d.l.filio prẽterito.xij.colum. Alibi tamen idẽ Bar.in l.si duobus.§.si prius.ff.de bon.poss.
92 contra tabu.restringendo suam opini. dixit,†quòd quando in testamento in quo filius in potestate fuit prẽteritus, sunt instituti alij testatoris filij, vel alij ab intestato succedẽtes,tunc est verũ, q; testamentũ iure ciuili est nullum, si filius prẽteritus ipsum testamentũ dicat nullũ. Secùs si taceat, vt ibi concludit Bar.per illum tex. quem dicit ad hoc esse singularẽ, & se nescire alibi,quàm in d.§.si prius. vbi testamẽtum secundũ,in quo filius fuerat prẽteritus,rumpit præcedens validum, eò quia erant instituti aliàs ab intestato succedentes,quod non faceret,si esset ipso iure nullum. Et omnino idem tenuit ipsemet Bar. in l.si duo.ad fi.ff.de bo.pos.cõtra tab. Et sentit Bal. in d.l.posthumo. C.illo eod.titul.in ij.& iij.quæst.subiungens idem debere seruari,quando instituti essent pauperes Christi hæredes,vel quæcunque alia causa
93 pia, per d. §. si prius. † Secunda principalis opinio fuit tota contraria primę,videlicet q; testamentũ,in quo filius in potestate fuit prẽterit',est ipso iure nullum,quãuis filius taceat, & ipsum testamẽtũ de nullitate non impugnet,vt sentit glo.in d.l. posthumo. & in l.iij.§.fina.& l. non putauit.§.si quis emancipatum.

BIU Cujas

tum. & l. quod vulgò, ff. de bo. pos. cõtra tab. & in l. si ita scriptũ. §. fi. ff. de lib. & posth. in l. j. in fi. ff. si tabulæ testam. nullæ extent. & l. ij. ff. de excep. rei iud. &
94 in §. sunt autẽ. Insti. de bono. pos. † Et hãc opin. tenuerat Axo in summa tit. de bo. pos. cõtra tab. & tenuit Dy. in d. l. si post mortẽ. ff. illo eo. tit. & Rofredus in suis libellis. ti. de bon. pos. contra tab. & Ang. in §. emancipatos. Insti. de exhæreda. libero. & latius in repetitiõe l. illud. ff. de bo. pos. contra tab. Bald. in d. l. filio præterito. ff. de iniusto rup. test. Cyn. Bal. & Alex. in d. l. posthumo. C. de bo. pos. cõtra tab. & Sali. in l. ij. C. de posth. hæredi. insti. in quibus locis per
95 omnes concluditur, † quòd tale testamẽtũ est nullũ, licet filius præteritus nõ conqueratur, siue in tali testamãto fuerint hæredes instituti alij testatoris filij, aut veniẽtes ab intestato, vel extranei: quia vtroque casu testamentũ est ipso iure nullum etiã tacente & non coquerente filio præterito. ff. de iniusto rupto testamen. l. filio præterito. vbi fratres filij præteriti erant hæredes, tamen fuit de iure ciuili testamẽtum nullũ. Nec obstat tex. in d. l. si duob⁹. §. si prius. ff. de bo. pos. cõtr. tab. quia ibi fuit præteritus filius emãçipatus, secũdũ veriorẽ intellectũ, & ita cõtra Bart. tenẽt Imo. & Raph. Cu. in d. l. filio præterito. & Bal. in l. certũ. C. vnde legiti. Ideo nõ sine causa Bar. in d. §. si priùs. reliquit super hoc cogitãdũ, potius incli-
96 nãs † ꝙ tale testamentũ, in quo filius in potestate est præteritus sit indistinctè nullum, & est *communis opi.* Doct. tá citramontanorũ, quàm vltramõtanorũ, per iura optima per eos in locis prædictis allegata: inter quæ est tex. optimus. Insti. de exhęre. lib. §. j. ibi, quia ab initio nõ constiterit testamẽtũ, vt in l. posth. j. §. ex his. ff. de iniusto rup. test. vbi tex. ponens differentiã quãdo præteriti sunt filij posthumi vel iã nati, di-
97 cit, † ꝙ iam nati testamentum iniustum faciũt. Posthumi autẽ illud rumpunt si nascãtur, & illi semper, & tamen non esset verum, ꝙ iã nati semper facerent nullũ, si requireretur ꝙ ipsum dicerent nullũ, & secundum hanc opinio. consuluit Ludoui. cons. xxiiij.
98 † Nec obstat si quispiã diceret, quòd vbi occasione tuæ personæ mihi cõpetit aliquod beneficiũ, te non vtẽte illo beneficio, perinde debeo haberi, acsi vocatus non fuissem ad illud. l. ij. §. si sit consanguinea. ff. ad Terty. Quoniã hoc intelligitur, quãdo à lege nõ cõpetit mihi illud tale beneficiũ ipso iure, sed ex facto tuo: qui eo tunc nisi te vtente, nõ haberem illud beneficium, & ita loquitur tex. in d. §. si sit cõsanguinea. Sed in casu nostro, filiis aliis testatoris hæredibus institutis competit ius dicendi testamentũ nullum à lege, & ipso iure, vbi alter filiorũ fuit præteritus. Et competit eis tale ius sine facto filij præteriti, ideo non mirũ, si ipso tacente & nõ cõquerente, cęteri quibus est à lege via aperta dicẽdi nullũ, possint testamentum querelare de nullitate, vt colligitur ex verbis, & mente Bar. in d. l. si post mortem. vbi ex di-
99 cta doctrina elicit, † ꝙ si ex persona & facto mariti militis, axt doctoris vxor vocetur domina, nõ tamẽ maritus, miles, vel doctor eam appellare tenetur dominam, si vti noluerit maritus illo priuilegio. Idem decidit Bar. in l. penult. C. de dona. inter vir. & vxor. Nam vxor tali priuilegio vtitur iure mariti, ideo nõ potest eo vti contra maritũ, vel eo nolente, argu. l. si
☞ iudex. ff. de minorib. [Quia vxor in consequentia dignitatis mariti est domina, ideo relicta vel cõmissa vxori regis vel comitis, licet sub nomine dignitatis regiæ vel comitalis, cùm dignitatem habeat ex persona mariti, & nõ sua, non transeunt ad successo
rẽ ipsa mortua. secùs esset in rege, l. quod principis, cum l. sequen. ff. de leg. ij. vbi Bar. & omnes, & Cy. in l. si quis. C. qui testa. face. possunt.] Et ita etiam decidit Panor. in c. ex parte. in fi. de foro cõpe. Alias peremptorias respõsiones ad dictum §. si sit consanguinea. videatis per Alex. in d. l. posthumo. Vnde con-
100 cluditur, † quòd etiã filio præterito tacẽte, alij testatoris liberi in testamento instituti dicere possũt testamentũ patris nullũ, & est *communis opi.* secundum Spec. & Bar. Quam tamen intelligatis veram, nisi tacuissent vltra triginta annos, quo tẽpore præscribitur iuri dicẽdi nullum, secundũ Bart. & Doct. in d. l. filio præterito. & Alex. in l. iij. ff. de acqui. hęred. & in l. j. C. quando nõ peten. partes. & in l. licet. C. de iure delib. Sed ante triginta annos sẽper dicere possunt testamentum nullum. Quinimò morientes facultatem dicendi nullam transmittunt ad suos
☞ hæredes. [De quo plenè habetur super verb. *Mortuo ꝙq; testatore.* ij. loquẽdo de subtili materia trãsmissionis.] Sed pulchrum & vtile dubium est, † an
101 filius præteritus possit expresè testamentum patris approbare ipsum expresè ratificando. Et puto ꝙ in sui præiudiciũ possit, quando est vnicus filius patris: nam per approbationem talis vnici filij præteriti reconualescit testamẽtum saltem de iure prætorio, vt ex eo peti possit infra annum bonorũ possessio per hæredes in eo institutos, secundum Bal. in l. fi. C. vn-
102 de legi. † Sed maior difficultas est, an filius præteritus hoc possit ſtãtibus aliis filiis testatoris testamẽto institutis in toto, vel in parte, aut certa re, qui forte volunt dicere testamentum nullũ, tanquã ex persona filij præteriti eis sit aperta via dicendi nullum, an hoc possint, non obstante filij præteriti approbatione, & cõsensu? Super hoc puncto fuerũt quatuor
103 principales opi. † Prima fuit opin. Bart. in dicta l. filio præterito. versic. ij. oppo. in authen. &c. volentis, quòd filio præterito expresè testamẽtum patris approbante tale testamentũ remanebit firmum, nec poterunt cæteri liberi testatoris ipsum dicere nullũ. aut contratabulare. Idem tenet ipse Bar. in dicta l. si post mortẽ. vbi fortiùs dicit, vt vidistis suprà, quòd nisi præteritus contratabulet filius institutus, nõ admittitur ad testamentum impugnandum, cum quo videtur transire Salic. in l. vxoris abortu. C. de posthumis hæred. instit. per dictum §. si sit cõsanguinea.
104 † Secunda fuit opin. Bald. in dicta l. posthumo. C. de bono. pos. contra tabul. vbi referens Cy. ibi ita tenuisse, dicit filium præteritum non posse etiam per expressam testamenti paterni approbationẽ validare testamẽtum semel nullum, quò minus cæteri filij hæredes instituti dicere possint ipsum nullum, si velint, vel eũ cõtratabulare, per tex. in d. l. si post mortem. in fi. ff. de bo. pos. cõtra tabu. vbi patet, ꝙ filio à lege aperitur via. Idem tenuit Iaco. de bellouisu, in authẽ. vt cùm de appel. cog. §. siue igitur. vbi per illũ tex. cùm seq. dicebat, quòd siue præteritus dicat nullum, aut cõtratabulet, siue nõ, testamentũ est omnino nullũ, vel rumpitur, ita ꝙ cæteri filij in eo instituti venire possunt ab intestato æquis portionibus. Cùm filius præteritus testameutũ approbando nihil possit in præiudiciũ aliorum liberorum institutorũ, quibus fuit semel aperta via dicendi testamentũ nullum, vel cõtratabulãdi. Quod est verũ, siue præteritus testamẽtũ approbet, antequã instituti acceptaue rint beneficiũ contratabulãdi, vel dicendi nullum, siue pòst, secundum Imol. in dicta l. filio præterito. per tex. in d. l. si post mortem. qui loquitur indistinctè,

BIU Cujas

ctè, quicquid ibi dixerit Franc.de Rampo. in repeti.
105 Tertia opi. fuit, ꝙ aut filius pręteritus ab initio, scilicet tẽpore testamẽti, vel ante testamentũ, expressè vel tacitè cõsensit se præteriri, & tũc valet testamentũ tã de iure ꝓtorio quã ciuili: quia volẽti nõ fit iniuria. l. j. §. vsqueadeò. ff. de iniu. & c. volẽti. de reg. iu. lib. vj. C. de transac. l. cùm donationis. Ad hoc facit tex no. in l. nõ putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon. pos. contra tab. quæ lex etiã hodie remanet incorrecta, secundum Imo. in d. l. filio præterito. Facit quod tenet gl. & Bar. in l. si quãdo. §. fin. C. de inof. test. vbi gloss. singularis dicit, quòd licet hodie non possit filius à patre exhæredari, nisi ex altera de xiiij. causis in iure expressis, tamen si filius cõsentiat se exhæredari, valet exhæredatio facta sine causa, secũdũ Imo. in d. l. filio præterito. & plenè habebitis. j. *in eodem testamento relinquens.* ij. sicut in simili tenet Cy. in l. si pater. in vlt. quæst. C. de instit. & substit. quòd si filius instituatur à patre sub cõditione potestatiua, põt in eius deffectum exhæredari sine alia causa: quia tunc talis exhæredatio procedit de volũtate filij, licet Salice. ibi cõtrarium tenuerit & malè, vt dicam ibi. Sic ergo dicamus in proposito, si filius in testamẽto patris sua volũtate præteritus, valebit testamentũ etiã de iure ciuili, vt eleganter decidit Angel. in repeti. l. qui se patris. C. vnde lib. dicẽs, ꝙ aliàs repetendo. d. l. filio præterito. publicè sustinuit hanc conclusionẽ, ꝙ quãdo filius in potestate cõsentit suæ præteritioni, testamentum valet. Nam filius in potestate exhęredari debet à patre, ne dominiũ rerum paternarum continuetur de patre in ipsum. l. in suis. vbi Bar. ff. de libe. & posth. Ideo ad interrumpendum hanc continuationẽ exhæredari debet: ne posteà duo simul cõcurrãt ad idem dominium, scilicet filius præteritus, & hæres in testamẽto institutus. Sed vbi filius est cõtentus præteriri, tacitè vult & cõsentit, ꝙ continuatio dominij nõ fiat in eum, imò voluntariè eã repellit. Sicut quãdo instituitur sub cõditione potestatiua, quam implere nõ vult. l. iam dubitari. ff. de hære. ☞ insti. [De quo plenè dicitur super verbo, *Reliquit.*] quia etiam hæreditati paternæ expressè renuntiare posset, & renuntiãdo impediret dictam continuationem de patre in ipsum, vt plenè dixi super verbo *Duas habens filias.* In tertio casu, quo filiæ nõ succedũt cũ masculis. Ergo nimirum, si valet talis præteritio propter voluntatẽ filij talẽ continuationem dominij interrumpentis, seu illi obicem ponẽtis. Præterea, quia, ꝙ testamentũ, in quo filius testatoris præteritur, sit ipso iure nullum, est propter iniuriã, quæ filio fit per testatorẽ, vt dicit tex. in §. hoc autẽ disposuimus. in auth. vt cùm de app. cog. & iniuria non fit volenti, vt dixi. Quinimò potest vnusquisque suã remittere iniuriã. l. nõ solùm. §. iniuriarũ. ff. de iniu. Ad hoc facit quod vult idem Ange. in l. si quis posthumos. §. j. vbi plenè Alex. ff. de libe. & posth. qui tenent quòd tex. in dicto §. si quis sua manu. l. nõ putauit. ff. de bon. possess. contra tab. loquẽs in eo, qui expressè aut tacitè cõsentit se exhęredari, habet etiã locũ in eo, qui cõsentit se præteriri. Cũ eadẽ sit in hoc casu ratio in præteritione sicut in exhæredatione. Et hanc opin. scilicet præteritionẽ ab initio de cõsensu filij factã non vitiare testamẽtum paternum postea factũ, tenet Lud. in d. l. posthumo. C. de bo. pos. contra tab. Aut ab initio, scilicet tempore testamenti vel
106 ante, filius non cõsensit suæ præteritioni, sed illi cõsensit post mortem patris: & tunc quia testamẽtum semel nullum viam aperuit aliis filiis ipsum dicendi nullum, talis approbatio, quæ fieret per filium præteritũ nõ cõualidaret testamentũ in præiudiciũ cæterorum liberorum hæredũ institutorũ, quibus iam cõpetit facultas dicendi nullũ. & hanc tertiã opi. tenet Alex. in d. l. posthumo. Hæc opi. vlta omnes fundari potest, per ea quæ elegãter decidunt Io. And. & Dominicus in d. c. statutũ. de præb. lib. vj. vbi cõclu-
dunt. ꝙ † tunc factũ contra decretum irritãs papæ, aut legis prohibitionẽ valet, quando ille cuius fauore fuit decretũ appositum, nõ vult eo vti, & volũtas præcedit factũ. Si autẽ voluntas & cõsensus sequatur, tunc non valet, nec aliquid operatur illud, quod fit cõtra decretũ irritãs. de quo videatis bonam glo. pragmaticæ in verbo, irritum. ti. de colla. §. vt verò cæteri. Et latè ponit Fely. in c. cùm dilecti. de rescri. & in c. cùm ex officij. xvj. col. de præscrip. Sed aduertatis, quia nõ videtur hęc opi. vera in eo quod dicit cõsensum filij ab initio præteritioni præstitũ valida re testamentũ paternum. Nam expressè eam impugnat Iason in eadẽ l. posthumo. x. & xj. col. dicẽs de forma substãtiali ipsius testamẽti esse, quòd filius in potestate in aliquo hęres instituatur, aut nominatim exhæredetur, vt suprà fuit latè demõstratũ, ita ꝙ si filius prætereatur, testamẽtum est ipso iure nullum. l. inter cætera. ff. de liber. & posth. & l. j. ff. de iniusto rupt. testa. Clarum est autẽ ꝙ consensus priuatorum derogare nõ potest formæ à lege introductæ, nec facere, ꝙ actus valeat non seruata formalegis. l. nemo potest. ff. de leg. j. & l. cùm hi. §. si prætor. ff. de trãsa. Bar. in l. de his. eo. ti. & Bal. in Auth. iubemus. C. de iudi. & in l. fi. §. & hoc si quidẽ. C. de iure deliberan. Quinimò dicit Panor. in c. quia propter. §. j. vj. colũ-
107 versi. vlterius quæritur. de elect. quod † illi decreto introducẽti formã derogari non posset statuto, aut cõsuetudine ecclesiæ. Ad hoc facit quod ipsemet decidit in c. nulli. de reb. eccle. non alien. Nec obstat si diceretur, quòd illud est verũ, nisi forma introducta esset fauore alicuius, vt in casu nostro introductum est in filij fauorẽ, qđ instituatur vel exhęredetur, ne præteritione iniuria afficiatur. Quo casu videtur, ꝙ filius tali formæ possit renũtiare. Quoniã respondetur, quod illa forma non fuit introducta in merũ fauorẽ filij, sed etiã in odiũ patris formã à iure tra-
☞ ditam non seruantis. [Quo casu non potest illi renuntiari per doctrinam Bar. in l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. per illum tex.] Præterea & notabiliter, licet actus fuerit introductus in fauorem alicuius, tamen si lex ipsum introduxit pro forma, nõ potest illi renuntiari per consensum partiũ, secundum gl. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nup. quã multũ no, Bal. in l. non dubiũ. C. de legi. & l. iubemus. §. sanè. de sacrosan. eccl. in l. ea quæ. C. de don. ante nup. in l. cùm mulier. ff. sol. mat. & in c. lator. in fi. de sent. & re iud. Insuper & notabilius dicit idem Iason, quod quãdo lex introduxit aliquid ꝓ forma, & nihilomin' vltrà procedit annullando actum expressè, prout in casu nostro, & clarè patet. Insti. de exhære. lib. in prin. & in l. j. ff. de iniust. rup. testa. eo tũc tollitur & aufertur oĩs potestas dispẽsandi in contrariũ, adeo quòd cõsensus partiũ nihil operabitur, secundum gl. in c. dilecto. de præbẽ. & c. statutũ. in verbo, Committatur. de rescrip. lib. vj. Archi. & Dominicus in c. cũ de beneficio. de præbẽ. eo. lib. facit glo. in l. j. in fi. C. ne fi-
108 deiu. dotiũdẽtur. vbi dicitur, † quod legi prohibiti uæ partes nullatenus possunt renuntiare, cùm talis prohibitio vim decreti irritantis habeat. l. non dubium. C. de leg. & gl. in clem. j. de iure patro. Quartò mo

BIU Cujas

tò mouetur, quia dicit Bal. in l. si quādo. §. & si generaliter. C. de inoff. test. quòd cōsensus filij nō firmat testamētū patris cōtra nullitatē, nec quātū ad repel
109 lendū filiū à querela. † Quia quādo ius disputat de aliqua solēnitate seruanda in actibus hominum, non potest tolli per pactū nec derogari, vt d. l. nemo potest. ff. de leg. j. Et ibi respōdet ad d. l. nō putauit. §. si quis sua manu. Quintò facit d. l. si quādo. §. illud. C. de inoff. test. ponderata ratione illius tex. quia cōsentire præteritioni de se factæ nil aliud esset, nisi pactū de non succedendo, quod non valet sine iuramento. l. pactum. C. de colla. iuncto c. quāuis pactū. de pact. lib. vj. Sextò hanc partem tenet Imo. contra Ang. in d. l. si quis posthumos. §. j. ff. de inof. test. vbi dicit, ꝙ dispotio d. §. si quis sua manu. loquens in filio, qui à principio se cōsensit exhæredari, non habet locum, si cōsentiret se præteriri: quia vbi præteritur, forma à iure tradita non seruatur, sicut seruatur quādo exhæredatur, vt l. inter cætera. ff. de lib. & posth. Et per
112 cōsului. † Quarta fuit opi. Imo. in d. l. filio præterito. volentis filium præteritum approbare non posse testamentū patris, ante, vel in actu testandi, aut post, consentiēdo suæ præteritioni, inuitis cæteris filiis institutis, vbi tales filij testatoris, fratres filij præteriti fuissent hæredes instituti in minori parte, quàm essent ab intestato successuri. Quia tunc cùm interfit ipsorum testamentum patris declarari nullum, vt ipsi qui fuerunt in minori portione instituti, veniant ab intestato ad debitā portionem æqualiter capiendam, non posset filius præteritus in eorum præiudicium tale testamentum approbare, & suis fratribus præiudicare, vt dictum est. Si verò fratres ipsius filij præteriti fuissent per patrē in toto vel maiori parte instituti, quā successuri essent ab intestato, tūc quia eorum non interest testamentum declarari nullum, nec locum esse successioni ab intestato, cū testamēto declarato nullo, & sic sublato de medio, maiorē partem non reportarent, quàm habeāt ex testamento: imò fortè minorem: certè impedire non possent testamenti cōfirmationem per approbationem filij præteriti fiendā, cuius solius interest. Quinimò ipsis non cōsentientibus testamentū valebit, & suum sortietur effectum, prout reipublicæ interest, vt d. l. vel negare. Et hāc opi. tetigit Bar. in d. l. si post mortē. licet ibi eā nō approbet, sed postea eam tenuit in l. pe tēdæ. C. de tēpo. in integ. resti. petē. facit text. in d. §. sinautē hæc obseruata. in Authē. vt cùm de app. cog. Et de hac opi. est tex. in d. l. filio præterit. vbi dicitur quod filius præteritus auocabat partē à fratrib. Nā si ipsi nō fuissent in maiori parte instituti, quā essēt ab intestato successuri, præteritus nō auocasset partē suā ab eis, sed ab extraneo hærede instituto. Et idem esset secūdū Imo. ibi, scilicet quòd solus ꝑterit⁹ sine cōsensu institutorū approbare posset testamētū patris, vbi ille præterit⁹ esset patri testatori vnicus fili⁹, & extraneus fuisset hęres institutus: quia cum tunc de nulli⁹ alterius præiudicio tractetur, quàm ipsius filij præteriti, qui solus rupto testamento succederet ab intestato poterit talis filius solus sine cōsensu hæredis extranei testamētū patris approbare: ita quòd ille hæres extraneus non posset testamentum impugnare de nullitate, quia sua nō interest: Cū rupto testamēto, aut nullo existente, extraneus ille in eo institutus in nihilo succederet ab intestato. Et sic recipiēdus nō esset ad testamētū impugnandū. Tū quia quis nō admittitur ad id, quod sibi nō prodest, maximè si noceat alteri, vtī casu nostro noceret saltē reip. cuius interest testamētū valere, vt d. l. vel negare. ff.

quemad-

in rubr. de fide instr. xxvj. col. Et hac cōsideratione motus dicit Dominicus post Lapū, in c. quodā. in fine. de præb. lib. vj. ꝙ etiā ille, qui decretū irritans in aliquo actu apposuit, etiā si sit princeps, rescribēdo vel cōtrariū disponēdo nihil agit, nisi illi decreto irritāti deroget expresè, & ipsū tollat. Aliàs quicquid fit est nullū, de quo est tex. in l. si quis in princi. testamēti. ff. de leg. iij. & in c. cū olim. de re iudi. Sed in potestate partiū non est tollere decretū irritās legis & superioris. c. cum inferior. de maio. & obe. Et hac ratione decidit tex. in l. si quādo. C. de inof. test. §. j. ꝙ quātūcunq; princeps dispēset cū aliquo inhabili, ꝙ testari possit, semper intelligitur, ꝙ testari poterit obseruata lege & forma testādi, propter decretū irritās, si aliter fieret, quod impedit omnē modū directè vel indirectè faciēdi contrariū. Et hæc opinio prius quàm viderim Ia. fuit mihi semper visa verior & veritati iuris magis consona, secundū quam sæpe

quemadmo.testa.apc.Signũ enim euidens esset inui
diæ,petere qđ sibi non prodest,& alteri nocet.Vnde
repellendus esset secundũ Ioan. Fab. & Ang.Inst.de
lege Fusia Caninia. Tum etiam, quia ille extraneus
hoc faciendo quodammodo videretur filio pręterito
inuito velle beneficiũ paternæ hæreditatis cõferre: quod fieri non debet:cùm inuito beneficium nõ
conferatur,nec quis inuitus hęres esse cogatur.l.nec
113 emere.C.de iure delib. †Quare concluditur,ꝙ sine
cõsensu hęredis extranei instituti filius vnicus testamento patris prætеritus approbare poterit testamẽ
tũ,vt d.l. filio prætерito. vbi hoc idẽ videtur sentire
Bal.referẽdo Iac. de Are.ita tenuisse.& idem Bal. in
d.l.in suis.in ix.opp.suæ repetitiõis. ff.de li.& posth.
imò dicit Pau.in d.l.filio prætерito.ꝙ hoc idẽ sentit
gl.in verbo, Data.in l.posthumus.ff. de iniust. rupto
test.dum ad illũ textũ subaudit maximè,quam glos.
etiam ad hoc ponderat ibi Pau.quos sequitur Alex.
in d.l.posthumo.iij.col.in fi. cum seq.C.de bo.poss.
contratab.Nec obst.secũdum eũ si diceretur,ꝙ hoc
casu videtur tractari de præiudiciis aliorum, quàm
vnici filij prætеriti:quia cũ in iure dicẽdi nullum,&
in bon.poss.cõtratab.sit locus edicto successorio,se
cundum *cõmunem opinionẽ*, in l. ij. ff.de bon. libe. &
no.Bar.& plenius Iason,in fi.super rub.C.de succes.
edict.Ergo talis approbatio solius filij nõ debet pos
se obesse:nec ius tollere quo ad sequentes in gradu
☞ post filiũ:quin dicere possint testa.nullũ. [Saltem,
prout dicit super verbo, *Mortuo itaque testatore.* ij.]
Ad præmissa facit,quod decidit Bart. in l.qui superstitis,ad fi.ff.de acqui.hære.Nam respondet quòd eo
tẽpore quo filius prætеritus vnicus testamẽtũ patris
approbat,nõ est alicui alteri in gradu sequẽti acq̃situm ius dicendi nullum,vel testam.rumpendi,q̃ ipsi
soli filio prætерito,quẽ nemo præcedit: qui tanquã
prior in gradu approbare potest testamẽtũ, per d. l.
filio prætерito.Ideo sequentes in gradu serò veniũt,
cùm testamenrũ inueniant iam confirmatũ. facit l.si
quis filiũ.de inoffi.test.ff.Vnde sicut s. concluditur,
114 †ꝙ vbicunq; hæredũ institutorũ quãuis filiorũ non
interest testamẽtũ rumpi, solus filius prætеritus ipsum approbare põt,absq; eo ꝙ ĩstituti hęredes testa
menti approbationẽ impedire possint, ita ꝙ dicere
non poterũt testam.nullũ. Nam sicut illi quorũ non
interest,ab aliquo actu appellare nõ possunt.l.solẽt.
ff.de app.&c.cum inter.R.seniorẽ.de elec. Pari quoque ratione nõ admittũtur ad petendũ actũ declara
ri nullũ, vel ad ipsum cassandum vitio nullitatis,nisi
de eorũ interesse plenè docuerit. Cum hæc duo pari
passu ambulẽt,vt cõsuluit Old. consil.xij.ij.col. vbi
cõcludit,ꝙ causa nullitatis & causa appel. pari passu tractãtur,& eisdẽ subiacẽt regulis. Præterea vide
mꝰ in simili,ꝙ nunquã quis posset obtinere declarari electionẽ nullã ex defectu formę in ea nõ seruatę,
nisi probauerit sua interesse,secundũ gl.in verbo,aliqui.in c.vt circa.de elec.lib.vj.& plenè Inn. in c.super his.de accus.& Pano.in iij.no.in c. veniẽs. ij. de
testib.facit l.posthumus. §.si quis ex his.ff.de inoffi.
test.vbi quis repellitur ab effectu obtinẽdi rescissio
nẽ testamẽti tãquã inofficiosi,nisi ꝓbet sua ĩteresse.
Eodẽ modo repellit̃ quis ab effectu obtinendi cassationẽ sentẽtiæ, si sua nõ ꝓbauerit interesse,secũdũ
Ant.& doc.in c.cũ super.de re iu.Et ita etiã reperio
Lud.cõsuluisse cõsi.cccxcix.incip.In præmissa cõ-
sultatione.vbi elegãtissimè cõcludit,ꝙ cũ per papã
prouisi de episcopatu tẽpore eligẽdi pendẽte, & sic
nulliter,nõ intersit electionẽ per capitulũ factã im-
pugnare de nullitate, vel aliàs,cùm ea cassata episcopatũ titulo suæ papalis prouisionis nõ haberet,veluti titulo carẽs,& etiã colorata possessione,vt ibi plenè demõstrat,recipi non debet ad impugnandũ electionẽ,aut illius confirmationẽ de nullitate vel iniquitate,etiã per viã appel.de quo plenè per eundem
cõsi.cccлxxx.& cõsi.cccлxxxiij.Nec est necesse in casu nostro filio in testamẽto ꝓterito hæredes institutos in toto vel maiori aut tãta parte,quã habituri essent ab intestato,vel extraneũ hæredẽ institutũ vocari ad videndũ si sua non interfit, cùm filius prætеritus approbare vult testamentũ patris. Quia cùm ex
testamenti tenore appareat notoriè de effectu eorũ
interesse,non sunt tales hæredes instituti vocandi in
approbatione testamenti: imò ipse solus prætеritus
apprpbare poterit,ipsis minimè vocatis aut præsentibus,per doctrinam Bar.in l.ij.§.quòd si de frumẽtaria.ff.de administra.rerum ad ciuita. pertinen. vbi
per illum tex.singulariter decidit,quòd quoties notorium est alicui defensionẽ non competere, potest
contra talem procedi etiã ad sententiã deffinitiuam
eo nõ vocato:idem tenet Panor. in ca. cùm olim.de
re iudi.Si ergo hoc ita est in actibus iudicialibus,vbi
maximè partis vocatio requritur.l.j. C. si per vim vel
alio modo. multò magis seruabit̃ in actu nostro extraiudiciali,vel aliis extraiudicialibus,in quibus necessaria nõ est vocatio, nec illorum qui si vocati aut
præsentes essent, minimè cõtradicere possent,nec a
ctũ impedire,vt plenè consulit Alex.in j.parte cons.
cxxx.incip. difficultas huius negotij. Et hæc quarta
opin. videtur esse æqua, velut fauens testamento:licet præcedens sit de rigore iuris sustẽtabilis.Quare
restat, quo ad hanc septimã limitationem datam superius ad regulã, quòd testamentũ in quo filius fuit
prætеritus in potestate ipso iure nullo,quantũcunq;
filio prætерito tacente & testamentũ nõ impugnante:& pariter est nullum si testamentum expresse approbet,sine consensu hæredũ institutorum,quod facere non potest ante vel post testamentũ in eorum
præiudiciũ,nisi aliorum institutorum non interesset
testamentum dici nullum.Quod quando sit vidistis:
quia hoc casu valebit talis approbatio per solũ filiũ
prætеritũ facta. Et isto modo verificari poterit hæc
septima limitatio,& pariter si talis approbatio testamenti per filiũ prętеritũ fieret de consensu aliorum
filiorũ hæredum institutorum: quia tunc testamentum reconualescеret etiã de iure ciuili,taliter,quòd
ex eo posset perpetuò adiri hæreditas vsque ad xxx.
annos.l.licet.C. de iure delib.quod fieri non posset,
si solùm iure prætorio recõualescеret: quo casu necesse haberent hæredes instituti agnoscere & petere
bonorum possessionem infra annum.Sed veritas est
quòd his duobus casibus etiam iure ciuili recõualescit,quãuis hæres in tali testamento institutus sit extraneus,secundum Bal.in d.l.posthumo.versi.secundò quæro.C.de bo.pos.contratab. idem tenet in l.si
pater.xj.& xij.oppo.C.de instit.& substitu.& Sali.in
d.l.ij.C.de posth.hæred.instit. iiij.col.in fi.vbi dicit
quòd dicere contrarium esset valde contra consciẽtiam,& naturalem æquitatem,ac cõtra iudicium bo-
115 norum laicorum, & esset nimis subtilizare. †Quæ
quidem subtilitas facit interdum hominem errare,
secudum Bal.in d.l. posthum. & Panor.in c.dilecti.
116 de iudi. †Quæ omnia notanda pro intellectu d.l.filio prætерito.ff.de iniust.rupto testa.quæ locũ etiam
habet in filio prætерito à matre & linea materna, licet hoc casu talis prætеritio habcatur pro exhęredatione

BIU Cujas

tione, & filius non sit in potestate matris. Et ita refert fuisse decisum Guido Pap. q. 426. vbi plenè dicit testamentum matris pari modo reconualescere, sicut testamentum patris. Sanè tamen intelligatis, testamentum prætéritione filij omni iure tam ciuili quàm prætorio nullum reconualescere per expressam filij approbationem factam de consensu aliorum institutorum hæredum, dum tamē expressa filij approbatio & institutorum expressus cōsensus interueniat. quia consensus tacitus seu silentium infra 30. ann. non suffi ceret ad reconualescentiam testamenti, vt sing. consuluit Ang. cons. 136. col. 4. Præsertim si ignoraretur
117 testamentum esse nullum: † quia qui errat, non consentit. l. si per errorem. ff. de iu. om. iu. Et valebit talis expressa testamenti approbatio per filium præteritum facta de expresso cōsensu aliorum fratrum institutorum, non obst. decreto irritanti in d. auth. non licet. C. de libe. præt. & formalius in d. auth. vt cùm de ap. cog. §. sinautem hæc non fuerint obseruata. Nam cùm hoc casu omnes quorum interest, vel interesse potest, consentiant, tale decretum iritans approbationem testamenti non inficit contra ipsorum voluntatē, qui eo vti nec gaudere tenentur si nolint, secundum Ioan. Mon. in d. c. statutum. de præb. lib. vj. secùs erat, si solus prætéritus consentire & approbare testamentum vellet ante, vel tempore testamēti, aut pòst. Quia cùm decretum irritans, sui tantùm fauore appositum non fuerit, imò saltem ad quandam consequentiam tendat in fauorem hæredum institutorum, quoties eorum interest dicere testamentum nullum, non posset solus prætéritus consentiendo extinguere decretum, quod nunquam extingui potest, quandiu alicuius interesse potest directè, vel in consequentiam. Et ita intelligi potest quod dicit Pan. in d. c. dilecto.
118 de præb. † Et præmissa intelligatis vera, s. per approbationem testamēti expresè per prætéritum factam, de consensu quorum interest testamentum reconualescere, vbi filius iam natus tempore testamēti fuit in eo prætéritus, vel posthumus, quem testator sciebat se habere. secùs autem esset in posthumo, quem testator ignorans se habere prætériit: quia talis postea natus approbando testamentum nihil agit, nec per approbationem talis posthumi testamentum reconualescit. Et ratio est, quia non reperitur tunc in tali testamento adesse testatoris voluntas: cū enim testator de posthumo nō cogitauerit, fingit lex ipsum noluisse testari in casu natiuitatis posthumi: idcirco posthumus natus non succedit patri rumpendo testamentū, sed quia in tali casu voluntas testatoris abesse præsumitur ab institutione hæredis, ideo non debentur legata. Nec tale testamentum deficiente testatoris voluntate, poterit per posthumum prætéritum approbari, cùm cesset substantia testamenti, s. voluntas testatoris. Et sic illud quod nō est, approbari non potest. ita sing. decidit Bal. in l. si cùm vel in vtero. C. de test. mi.
119 Quod an sit verum, videatis ibi Alex. & Ias. † Vnum tamen menti tenebitis, ℔ quantumcunq; filius testamento patris consenserit, in quo prætéritus fuerat, etiam si illud seruare, seu in nullo contrauenire iurauerit, non videtur propter hoc detractioni legitimæ & quartæ Trebellianicæ si competat, renuntiasse: imò
120 non obst. iuramento eas detrahere poterit, † quia iuramentū non porrigitur ad non cogitata per renunciantem. l. fi. C. de non nu. pec. & l. fi. ff. qui sat. cog. & gl. super verb. de mente. in c. ad nostram. 3. de iureiu. Facit quod not. Bar. & Bal. in l. ij. C. de resc. ven. Aliâs iuramentum esset vinculum iniquitatis, nec in co est
121 set iustitia. Et † prętereà iuramentū ciuilem & ęquam interpretationem recipit, ne quis immoderatè ędatur, l. si libertus. ff. de ope. lib. Et ita fuisse arresto iudicatum refert Guido Pap. q. 427. videatis quæ dixi in verbo, *Duas habens filias*. loquendo de pacto de non succedendo. Sed ibi filia renuncians de legitima cogitauit dotem recipiendo, quę in legitimam competatur. l. quoniam nouella. C. de inof. test. & ei cedit loco legitimæ. An autem filius prætéritus de consensu hæredum in testamēto institutorum approbare possit testamentum in præiudicium substituti vulgaris, vel aliorum substitutorum, plenè dicam j. c. in verb. *Si absq; liberis moreretur*. ij. in tract. vulgaris substitut.

☞ [In vj. principali art. ver. sed quid si institutus adire
122 non possit de iure ciuili, &c.] † Octauò limitabitis d. reg. non habere locum in patre habente filium fratrem minorem de ordine beati Francisci, qui cùm habeatur pro mortuo, pater ipsum non tenetur instituere nec exhæredare. Quinimò si talis filius ad succedendum incapax prætereatur in testamento à patre sub silentio, testamētum non erit nullum, ac si filium iam mortuum prætériisset, vt eleganter decidit And. de Bessetis in rep. l. j. C. de sa. san. ec. ver. tertius art. dicens post Bald. ibi, ℔ tales fratres minores sunt quarumcunque successionum & bonorum incapaces, ita ℔ nulli etiam proprio parenti succedere possunt ex
123 testamento vel ab intest. † Sicut enim renuncians bonis & futuræ successioni cum iuramento non potest succedere per c. quamuis. de pact. lib. vj. vt plenè di-
124 xi super verb. *duas habens filias*. † Sic nec religionem intrans fratrum minorum: quia ingrediendo, & religionem profitēdo bonis renunciat secularibus, cùm tales voueant paupertatem. Et hinc est, ℔ dicuntur mortui mundo. vnde dicūt doct. ℔ magis præcisa est hæc renunciatio, quàm illa quæ fit secūdum formam d. c. quamuis. Ideo dicebat Bal. in d. l. j. ℔ cordigero succedere volenti obstat exceptio voti, & religionis seu professionis, vt in auth. ingressi. & auth. si qua mulier. C. de sac. san. ec. etiam si conuentum & habitum apostatando reliquerit seculariter viuendo, secūdum Lud. Rom. cons. 268. inci. In casu proposito, &c. Posito etiam ℔ alium habitum recepisset, & regulam laxiorem sine dispensatione intrasset, vt idem Lud. consuluit cons. 351. inci. circa primum. Cùm semper obligatus maneat, & sic adstrictus primę regulę, ad quam reuocari potest. Nam (vt dictum est) cordiger habetur pro mortuo, taliter ℔ hoc casu eundem effectum habet mors ciuilis sicut naturalis. Ideo inferebat Bal.
125 in d. l. j. † ℔ si per statutum patriæ, aut cōsuetudinem masculi excluderent fœminam à successione parentum, masculus frater minor filiam non excluderet à successione: cùm hoc casu masculus de medio videatur sublatus. Et sic non potest fœminę obiici. l. etiam. §. si capitis. ff. de bo. lib. Et adeò est hoc verū, ℔ etiam postea si papa dispensaret cū fratre minore, ℔ habere posset proprium, aut ipsum transferret ad ecclesiam habentem proprium: non propter hoc bona recuperaret sorori vel alteri delata. arg. not. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. & ita Bal. refert tenuisse Bar. de quo per eundem Bal. in l. si quis curialis. C. quan. & qui. quar. pars. lib. x. in verb. nullo modo. vbi dicit, quòd si pater moriatur relictis plurib. liberis, quorum alter est frater minor, ex quo ille non vocatur ad partē, non facit partem aliis. de quo per Bal. in auth. nouissima. C. de inof. test. neq; facit numērum liberorum in cōputatione legitimæ. vt ibi plenè decidit. Facit quod dicit Bart. in l. j. ff. de coniung. cum

BIU Cujas

eman.lib. vbi ſing.dicit,quòd moriens relicto vnoſi lio fratre minore dicitur mori ſine liberis, ita quòd erit locus ſubſtitutioni factę ſi abſque liberis decede ret.videatis Bal.in l.j.C.de cad.tol.quod qualiter in-
126 telligatur,conſuluit Pe.de Anc.conſ.317.An† autem locum habeat in fratribus prędicatorum,carmelitis, aut eremitis B.Aug. plenè dicit Bal. in d.auth.ſi qua mulier. & doct. in c.in præſentia. vbi pulchrè Felyn.
☞ [Huic limit.iungetis aliqua bona quæ dicuntur ſuper verb.*ſi abſq; liberis morereturj.*] de prob.videatis Bal.in auth.niſi rogati.C.ad Treb.vbi dicit prędicatores ſuccedere poſſe ex priuilegio,quod vocant ma re magnum,quod ſeruant de conſuetudine quę prę-
129† Vnum tamen eſt menti tenendum,quòd teſtamen tum in quo filia fuit prętерita,non poterit per eam de nullitate impugnari maſculis hęredibus inſtitutis filiis teſtatoris:ſecùs ſi extranei eſſent hæredes, vt plenè habuiſtis ſ.in verb.*duas habens filias*.in ij.caſu prin cipali.ver.vlterius dico,&c. Prætereà ſanè intelligatis, quòd per talem filiam prætеritam teſtamentum impugnari non poterit de nullitate viuentibus maſculis:& ita intelligitur quod dictum eſt.Sed vbi maſculi qui tempore mortis patris ex teſtamento vel ab inteſtato filiam excluſerant, moriantur, talis filia dicere poterit teſtamentū patris nullum,ratione ſtatuti nunc deficiente. Licet enim filius poſt mortem patris ſuccedere potuerit,& paternam ex teſtamēto adire hæreditatē,& ſic eſſe potuit hæres:tamen poſteà, filio mortuo, cauſa teſtati deducetur ad cauſam inteſtati. Et qui fuit hæres ex teſtamēto,nunc deſinit hæres eſſe:quod fieri eſt poſsibile de iure ciuili,quale eſt ſtatutum prędictum in auth.hoc amplius.C.de fideic. Sed hoc fieri non eſſet poſsibile facto hominis. l.ei qui ſoluendo.ff.de hęr.inſt.Nec etiā facto iudic. l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.ff.de min. nec iure prętorio.inſt.de bo.poſ.§.quos autem.ſecundū Ang. in d.l.ei qui ſoluendo.&Bal.in d.l.ſi quis poſthumus. ff.de lib.& poſt. & plenè conſuluit Bar.conſ.xj.inci. Proponitur quòd pater.& conſ.xix.& xl.vbi plus dicit,quòd filia eo tunc petere poteſt dici teſtamētum patris nullum,non ſimpliciter nullum,vt exnūc,ſ.ex tempore mortis fratrum ſuorum maſculorum,ſed ipſum dicet retrò nullum ex tempore mortis patris,& ſic ex tunc:cum teſtamentū non poſsit vno tempore valere, & alio tempore non valere,ſecūdum Bal.vbi plenè Ale.in l.ij.C.de lib.prę.& in l.ſi quis filium.C. de inof.teſt.& Im.in d.l.ei qui ſoluendo.videatis plenè Bern.Land.in add.ad conſ.Bart.ſuper d.conſ.Sed aduertatis,quia idē Bar.in l.ſi.ff.ad Tert.decidit formaliter contrarium dicens,quòd vbi ſtatutum filiam excludit ſtantibus maſculis, ſufficit tempore mortis patris ſupereſſe maſculos, vel maſculū in perpetuam filiæ excluſionem,ita quòd talis excluſio eſt realis & perpetua filiā perpetuò excludens,poſito quòd mortuo patre ilico maſculus decederet agnita hæreditate:quia ſufficit maſculū,& ſic conditionem momento exiſtere poſt mortem patris. Vnde concordando Bar.ne ſibiipſi contrarius videatur,dicatis,quòd vbi ſtatutum filiam excludit quo ad viuet, aut donec ſupererit maſculus,cum eo caſu non videatur filia omnino excluſa,ſed ad tempus ſuſpenſa, tunc poſt mortem patris, mortuo maſculo ſine prole,filia ſuperſtes ſuccedet,ſi pater ab inteſtato deceſſerit:& ſi cum teſtamento in quo fuit prætерita, dicet teſtamentum nullum.Imò(quod plus eſt)ius dicendi teſtamentum nullum,aut paternam hæreditatē tranſmittet ad ſuos deſcendentes,ſi poſt mortem maſculi qui eam exclu ſerat,decedat priuſquàm agnouerit.Si autem prędecedat

l.quoniam in prioribus.C.de inof.teſt.Tamen ſtante tali ſtatuto, quòd fœmina dotata non ſuccedat ſtantibus maſculis,ſi pater in teſtamento reliquerit filiæ c. titulo inſtitutionis pro dote, maſculis hæredibus inſtitutis,talis filia petere non poterit illa c.priuſquam maritetur.Nec hoc caſu dilatio tēporis tollitur,quæ aliàs tolleretur:imò ipſo iure pro non adiecta habere tur,ſi tale ſtatutum non eſſet.Et ſic ſi filius interim decederet antequam maritaretur,non tranſmitteret illa c.ad hæredes, ſecundum Bart.vbi ſ.& pleniùs per Iaſon.in d.l.quoniam in prioribus.& in l.ſi pater.col. xvij.C.de inſt.& ſubſt.& dicam latè j.in verb.*reliquit.*

BIU Cujas

cedat masculo, transmittit spem dicendi testamẽtum nullum, & hæreditatem ad suos: & ita loquitur Bart. in dictis suis consil. Si verò statutum filiam excludat simpliciter stãte masculo qui tempore mortis patris supererat, tunc filia cẽsetur perpetuò exclusa, quamuis masculus post mortem patris, de cuius bonis agitur, illico decedat: cum sufficiat conditionem semel momento extitisse. & ita loquitur Bar. in d. l. fi. ff. ad Tert. secundum Bal. in l. si Pontionilla. C. quan. di. lece. & plenè decidit Sebast. de monte S. Sabini, in rep. auth. nouissima. C. de inof. test. Sed quid, si stante statuto filiam simpliciter excludente, masculus mortuo patre decedat antequam portionem sibi à statuto delatam agnouerit, superstitibus ei filia & sorore exclusa, an portionem ei à statuto delatam transmittat ad filiam suam, sicut transmittit portionẽ sibi iure communi pertinentem: vel sit dicendum, quòd soror ad ☞portionem statutariam admittatur, dicam alibi. [Et plenè dixi j. super verb. *mortuo itaq; testatore*. ij. vbi plenè habetur materia subtilis transmissionis hereditatis.] † Decimò limitabis d. reg. locum non habere in 130 filia, quæ bonis paternis renunciat cum iuramento. iuxta formam c. quamuis. C. de pac. li. vj. Nam talem filiam renunciatione sic exclusam non tenetur pater instituere, nec exhæredare: imò potest à patre testamento impunè prꝫteriri, nec per hoc videtur sibi aliqua iniuria fieri, cum ab intestato nihil esset habitura. l. si prꝫteritus. ff. de inof. test. imò tales filiæ quꝫ bonis renunciauerunt paternis, habentur pro mortuis, aut pro extraneis. Ideo prꝫteritæ dicere non possunt testamentum patris nullum, secundum Bart. in l. j. §. qui habebat. ver. quartò quæritur. ff. de bo. pos. cont. tab. & Bal. in vj. q. l. j. C. quan. non pet. par. Alex. in l. fi. ff. ad Tert. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & consuluit Pau. cons. 347. Lud. cons. 13. & Panor. in j. par. cons. 76. in ci. quidam decessit. Nec tales filiꝫ quꝫ paternis renunciauerunt bonis, admittuntur ad petẽdum legitimam, aut supplemẽtum illius propter iuramentum, vt plenè habuistis in verb. *duas habens filias*. loquendo de pacto de non succedendo. Vn 131 decimò † limitabitis d. reg. locum non habere in testamento militis, in quo si testator miles filium non instituerit, nec exhæredauerit, testamẽtum valet, nec vitiatur prꝫteritione. l. sicut certi. & l. si cùm vel in vtero. C. de testa. mili. Ex hoc infertur & duodecimò, quòd idem erit in testamento doctoris vel aduocati, 132 † qui quo ad ius testandi eisdem gaudet priuilegiis, quibus gaudent milites, vt post longam disputationem decidit Ale. in l. Centurio. in prin. ff. de vulga. & pup. & plenè dixi super verb. *testamentum*. j. in ix. casu fallen. ideo ad ibi dicta vos remitto. Hanc lim. tenet expressè Bar. post glos. in l. j. ver. est & alius. ff. si quis à pa. fue. ma. volens priuilegium concessum militibus, vt eorum testamenta filiorum prꝫteritione contratabulari non possint, comprehendit militem inermis militiæ, puta aduocatum, vel doctorem: de quo videtur tex. iuncta gl. fi. in fi. inst. de test. mil. attamen Ale. in d. l. Centurio. col. xij. concludit, quòd hodie pater miles non posset filium impunè prꝫterire vel exhæredare, per tex. in §. & hoc idem. in auth. vt cùm de ap. cog. Idem quod tenet Ale. tenet Ias. in auth si qua mu ☞lier. col. 7. in fi. C. de sac. san. ec. [De quo vide super verb. *si absq; liberis moreretur*. ij. in materia compendiosæ substit. & in quarto effectu eiusdem. vbi hodie contra testamenta militum competit querela inofficiosi testamenti. Et sic idem erit in testamentis alio- 133 rum militibus æquiparatorum.] † Decimotertiò limitabitis d. reg. locum non habere in ingrediente religionem, qui de bonis suis testari potest & disponere, prout sibi placuerit. Et sic filium non tenetur instituere. 19. q. 3. c. quia ingredientib. Sed melior tex. est, & sing. in auth. de monachis. §. illud. vbi dicitur, quòd ingredi volens religionem, potest ante ingressum de bonis suis disponere, prout voluerit. Facit text. in c. in prꝫsentia de prob. per quẽ iuncta l. j. ff. de test. mil. dicit not. Bar. in d. auth. si qua mulier. C. de sa. san. ec. quòd sicut milites quibus datum est priuilegium testandi quomodo voluerint, possunt filios prꝫterire & exhæredare, ac sine legitimo numero testium testari, necnon decedere pro parte testati, & pro alia parte intestati: ita facere potest volens ingredi religionem, licet de monasterio nullam fecerit mentionem in testamento: nec poterit monasterium cõqueri, cum eo tunc testatori permissum fuerit testari, quomodo voluerit, vt dictum est. Similiter etiam filius per eum prꝫteritus vel exhæredatus rumpere non poterit testamẽtum, sed solum legitimam petere vigore illius auth. si qua mulier. Et idem decidendum est in cæteris testamentorum solennitatibus. Si enim hoc permittitur militibus armatꝫ militiæ, qui pugna certant corporali, multò magis permitti debet militibus cælestis militiæ, qui pugnant certamine mentali & contemplatiuo. Et cum hac opin. transit Panor. in d. c. in 134 præsentia. col. xix. de proba. † Et quod dictum est in volente ingredi religionem, idem in testamento cuiuscunque clerici fortè ex præmortua vxore liberos habentis, quòd si prꝫterierit aut matrem vel patrem, testamentum non erit nullum. de quo est tex. multum not. in c. quia nos. ibi, liberè disponere valeant. ſ. eod. per quem hoc ibi decidit Panor. in iij. not. vbi dicit, quòd testamẽtum clerici non infirmatur, neque per viam nullitatis, neque querelæ inofficiosi testamenti propter filiorum vel parentum prꝫteritionem, quamuis legitima portio eis debeatur: & ita dicit posse intelligi auth. presbyteros. C. de epis. & cleri. Per cuius auth. conditionem petetur dicta legitima eis debita. hoc etiam probatur vltra Panorm. de iure ciuili per text. in l. sacrosanctæ. ibi, libera facultate concessa. C. de epi. & cler. Nam licet tex. ille non loquatur nisi in episcopis, presbyteris, & diaconibus: tamen locum habet in quibuscunque aliis clericis, ad quos extenditur, per tex. in d. auth. presbyteros. dum dicit: & omnes quos clericos appellamus. Omnes enim isti sunt similes episcopis, & in sacris ordinibus constitutis quo ad priuilegium liberè testandi. vt ſ. plenè dixi super verb. *matrem insuper Cleram*. in ij. casu fallentiali. Aliàs si cogerentur filios vel parentes instituere vel exhæredare, ita quòd eos non possent prꝫterire, non dicerentur liberè testari posse, prout possunt per iu- 135 ra prꝫalleg. † Nam ille liberè testatur, qui prout vult, & sibi placet, testatur non seruatis iuris regulis. Sed aduertatis, quia contrarium videtur velle Cyn. quem ibi sequitur Bal. & Sal. in l. si quando. §. j. C. de inoffi. test. vbi dicit, quòd concesio liberꝫ facultatis testandi solum videtur remittere solennitatem testamento rum quo ad numerum testium in testamentis requisitum, sed non solennitatem quæ omitti non potest sine alterius iniuria, prout est solennitas institutionis filij qui prꝫtextu talis priuilegij non potest prꝫteriri, vel sine causa exhæredari: quia priuilegia nunquam concedi intelliguntur cum damno tertij. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. fiat. Sed prima opin. est verior, non obst. rationibus Cyni & sequacium, quæ intelliguntur vbi priuilegium liberè

BIU Cujas

berè testandi daretur vni personæ singulari, prout loquitur text. in d.l.si quando. Quo casu priuilegium est strictè intelligendum: secùs in casu nostro, vbi tale priuilegium fuit concessum vniuersitati clericorũ: quia tunc largè ipsum interpretando intelligitur vtraque solennitas remissa, sicut videmus concessum fuisse militibus armatæ militiæ. Videatis quæ plenè dixi super verb. Raynutius. per l.exemplo. C.de dec. lib.x.vbi Bar.& quę ad propositum nostrum decidit Iaſ.in d.l.si quando. & plenius in l.j.C.de ſa.ſan.eccl. dum allegat gl.in verb.liberè. Videatis gl.in verbo, liberè.vbi Ioan.Andr.in c.j.de reſcr. De hac dictione liberè, videatis gl.in clem.dudum.§.ſi verò. de ſepul. text.in c.de multa.de præb. & in c.ſi pro pluribus. & c.licet epiſcopus.illo eod.tit.lib.vj.& in cle.vt hi qui. de æta. & qual.in c.lator.de hom. in c.irrefragabili. de of.ord.c.ij.de proc.libr.vj.c.de illis.de ſpon.c.bonæ.ij.de poſt.præl.c.ij.de temp.ord.lib.vj.& in c.im-
136 perialem.vbi Bal.de proh.feu.al.per Fed.† Decimoquartò limitabitis d. reg. locum non habere in patre minus ſolenniter teſtante inter liberos, qui licet filium in teſtamento præterierit, id eſt, titulo inſtitutionis ei non reliquerit, ſed alio quocunque titulo, tamen propter hoc teſtamentum non erit nullum, vt
137 dicit gl.ſingularis in auth.nouiſsima. C.de inof.teſt. & eſt ſimilis in c.ſi pater. ſuper verbo, inſtituit.eod. tit. lib.vj.quam hîc ſequitur Ant.de But. Non quòd teſtamentum tunc valeat vt teſtamentum, ſed tanquam cauſa inteſtati, quam ſeruari faciat iudex, vt l. fi.C.fam.erc. Et hanc ſequitur Iac.But.in d.auth.nouiſsima. vbi cum dicta gl.tranſit Alex. licet in l. inter cætera.ff.de lib.& poſth.tenuerit teſtamentum etiam inter liberos filij præteritione eſſe nullum. Prædictam gl.poſt longam ad partes diſputationem ſequitur Iaſ.in ead.Auth.nouiſsima. col.4.in fin. cum duabus ſequentibus. & idem tenet in l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.col.ij.C.eod. & Matheſ.not.cxl. Sed aduertatis, quia s.in princ.huius notulæ gloſ.illa fuit reprobata, quam etiam reprobauit Iac. de Are. Petr.& Cyn. ibi dicentes indiſtinctè d.Auth.nouiſsima. fore hodie correctam, per text.in d.§.aliud quoque capitulum.in Auth.vt cùm de appel.cogn. quod etiam ſequitur Bald.in repe.d.cap.ſi pater. Imo.hic, Salyc.& Fulg.in dicta Authen.nouiſsima.Bald.& Salyce.in d.l.fin.C.famil.erc. Et hæc eſt tutior opinio, quam velut *communem* tenet vtraque ſchola, ſcilicet Legiſtarum & Canoniſtarum, per text. in d. §. aliud quoque capitulum.indiſtinctè loquentem. Et ego ita ſemper tenui,& teneo, communem ſequendo opinionem, quæ corroboratur per ea quæ plenè habuiſtis ſuprà in ſeptima limitatione. Nam aliâs in locis ibi allegatis fruſtrà diſputaretur, an vnius filij præteritione aperiatur via cæteris teſtamento inſtitutis dicendi nullum: præſertim inuito filio præterito, de quo latè ibi habuiſtis. Nec obſtat principale fundamentum Iaſonis, dum in dicta Authen. nouiſsima. dicit, quòd filium inſtituere in aliquo eſt potiùs ex iuris ciuilis diſpoſitione, quæ omnino relaxatur in teſtamento inter liberos facto, vt dicto §. ex imperfecto. Quia reſpondetur, quòd cùm titulus inſtitutionis ſit filio honorabilis. Et naturaliter teneatur pater filium honorare, vt ſuprà in primordiis fuit plenè demonſtratum: negari non poteſt, quin talis ſolennitas inſtituendi filium ſit aliqualiter de iure naturali gentium. Et ſic in teſtamento inter liberos non cenſetur relaxata, cùm non ſit merè de iure ciuili poſitiuo, niſi ſolùm explicitè: quia iam erat naturali ratione implicita. Prætereà præteritio filiorum non cenſetur procedere de conſenſu teſtatoris: vnde vocatur vitium teſtamenti intrinſecum voluntate carens & conſenſu teſtatoris, vt vidiſtis ſuprà, in verbo, *Teſtamentum.* in xij. fallentia.in fine. Et certum eſt, quòd teſtamentum imperfectum ratione deficientis voluntatis non valet etiam inter liberos, vt concludunt omnes in d. §. ex imperfecto. Nec ad pias cauſas, vt infrà dicetur in xvj.lim. Et poſito, quòd valeret ad pias cauſas, hoc ideo eſt: quia excepta legitima plus fauetur piæ cauſæ, quàm liberis. Prætereà quòd in teſtamento ſunt ſeptem teſtes, non eſt niſi ſolennitas probatoria, & non ſubſtantialis, ſecundum Bar.in l.j ff.de cond.indeb. & in l.cùm quis. C. de iur.& fact.ignoran.quem ad hoc ſequitur ipſemet Iaſ.in l.ij.col.4. C.de bon.poſ.contra tabul. Ideo facilius toleratur teſtamentum deficiens in tali ſolennitate, quam ſi deficeret in ſolennitate ſubſtantiali & intrinſeca, qualis eſt inſtitutio filij: vt plenè vidiſtis ſuprà in 3.lim. Nam videmus etiam, quòd conſuetudo facilius alterat ſolennitatem probatoriam.c.cùm dilectus.de fide inſtrum. quàm ſubſtantialem, quam tollere non poteſt, ſecundum gl. in c.non putamus. de conſue.li.vj.† Decimoquintò limitabitis dictam regulam locum non habere, vbi præteritio filij tenderet in ſui fauorem. Nam talis præteritio non redderet teſtamentum patris nullum, vt probatur in l.ſi emancipatus.la ij.ff.de bon.poſ.contra tabul.& not. Bar.in l.cùm ex filio.ff.de vulgar.& pup. vbi hoc tenent Ang.& Im.per illum tex.pluſquam notabilem. Quoties enim fit præteritio ad commodum ipſius filij pręteriti, teſtamentum valet, nec eſt nullum etiam iure nouiſsimo. Videatis bonum text. vbi hoc tenet Alex.in l.multi.ff.de liber.& poſth. Bar.Bal.& Alex. in d.l.cùm ex filio.vbi concludunt, quòd quoties pater ad commodum filij ipſum pręterierit, ex eo quòd talis præteritio eſt filio fauorabilis, teſtamẽtum non eſt nullum, etiam ſi in tali præteritione non fuerit aliqua cauſa inſerta de contentis in §.cauſas, in Auth. vt cùm de ap.cog. & gl.in c.quintauallis, de iureiur. Ideo decidit eleganter Bar.in d.l.cùm ex filio, in princip. quòd cùm pupillaris ſubſtitutio tendat in prouiſione filij pupilli, & fieri non poſsit filio pupillo emancipato, Inſt.de pup.ſubſt.in princ. Pater habens duos liberos, vnum in poteſtate, alterum verò emancipatum, ſi ambos velit eſſe inuicem ſubſtitutos, ſi impuberes decedãt, poteſt inſtituere inſolidum filium quem habet in poteſtate, & ab eo dimidiam hæreditatis legare, vel per fideicommiſſum relinquere filio emancipato, cùm in pubertatem peruenerit. Quo caſu ſi emancipatus in ætate pupillari deceſſerit, dimidia hæreditatis ei cùm in pubertatem deueniret relicta, remanebit penes alium in poteſtate conſtitutũ, ac ſi pupillariter fuiſſet ei ſubſtitutus cum effectu: ita quòd non poterit interim ille emancipatus teſtamentum patris nullum dicere, velut ſine cauſa pręteritus, cùm hoc caſu pręteritus fuerit cauſa ſuę prouiſionis, vt non decedat ſine hęrede inſtitutus: quia tale legatum vel fideicommiſſum habetur ei loco pupillaris ſubſtitutionis, vt d.l.cùm ex filio, §.j. Nec etiam in legitima de qua ipſo iure tollitur omne grauamen, & omnis dilatio, l.quoniam in prioribus, C.de inof.teſt. Videtur interim inſtitutus, vt moriens in ætate pupillari eam poſsit ad matrem, vel cæteros legitimos hæredes tranſmittere. Tamen Bar. in d. l.cùm ex filio, conſuluit, quòd pater volens filio tali modo prouidere emancipato, cui pupillariter ſubſtituere non

poteſt

BIU Cujas

potest, ipsum filium instituat in aliquo quantumcunque modico, puta v. solid. & residuum ei leget in tempus pubertatis, secundum consilium illius l. cùm ex filio: quia tũc velut in aliquo institutus dicere non posset testamentum patris nullum, nec agere ad supplementum legitimę: quoniam ius agendi ad supplementum loco querelæ inofficiosi testamenti succedit. Vnde sicut querela eo tunc intentari non potest, vt d. l. cum ex filio. sic etiam agi non poterit ad supplemen-
138 tum.† Vnum tamen menti tenebitis, quòd vbi filius omnino præteritur causa suæ prouisionis & fauoris, licet non sit necesse causam præteritionis odiosam, vt dictum est, exprimere: tamen pater in tali præteritione tenebitur exprimere causam fauoris, propter quã ☞ filius præteritur, vt sentit Bald. [Pro quo vide quod dicitur j. super ver. *reliquit.* in xij. lim.] in auth. ex causa. ver. expeditis contrariis, in 4. opp. posteà sequenti. C. de lib. præt. Et per hoc dicebat Nic. de Nea. in d. l. inter cætera, quòd instituens nepotes ex filio furioso licitè testatur, licet filium furiosum præterierit. allegat Gul. de Cu. ita tenuisse in auth. licet. C. de nat. lib. Sed non est verum, quòd Guliel. ibi hoc dixerit, sed simpliciter dicit, quòd in exhæredatione filij furiosi causa non est necessariò inserenda, dum tamen filij furiosi nepotes testatoris fuerint instituti, cum tũc exhæredatio non tendat ad filij incommodum, per tex. quem ibi Bal. dicit sing. in l. si furioso puberi. ff. de cu. fur. sed quòd possit impunè præteriri nihil dicit, & bene, quia tex. est apertus, quòd præteriri non potest, in l. humanitatis, ibi legitima relicta. C. de impub. & al. ☞ subst. Ideo dictum Nic. non valet. [Tamen verificari fortè posset in filio prodigo: de quo videatis j. super verbo, *reliquit.* prope fi. in xij. casu: quo filius gra-
139 uari potest in legitima.]† Decimosextò limitabitis d. reg. locum non habere in testamento facto ad pias causas: nam eo casu non requiritur, quòd filius instituatur: sed satis est, quòd quocunque titulo ei relinquatur, secundum Bar. in rep. l. j. C. de ss. san. ec. ij. q. v. partis principalis. Et ratio est, quia in causis piis solum attenditur ius naturale, per c. cùm esses. & c. relatum, s. eod. Idem tenent Bal. & Flor. in d. l. j. Pet. de Anc. & Im. in d. c. cum esses. Sed hoc mordent aliqui doctores tali consideratione: quia si in testamento inter liberos pater habet necesse filio relinquere iure institutionis, vt vidistis s. in xiij. limitatione: multò ergo fortiùs hoc necesse habet facere in testamento ad pias causas: quod non est tantùm, aut saltem magis priuilegiatum, quàm testamentum inter liberos: per tex. in c. quicunque. xvij. q. iiij. & gl. in l. si quis ad declinandum, C. de epi. & cle. facit tex. no. in §. fi. Inst. quib. mod. test. infirm. videatis quæ dixi s. in j. limitatione. Et hanc vltimam opin. quòd non valeat, tenet Salyce. in xij. q. in d. l. j. per multas rationes. Et sequitur Barb. post longam disputationem in d. c. cùm esses, col. xxij. s. eod. vers. quærit hîc dominus Petrus.
140 †Decimoseptimò limitabitis d. reg. non habere locum in filio bannito præterito, qui testamentum sui patris non potest propter hoc dicere nullum, posito quòd fuisset factum ante bannum filij, cum tali filio non debeatur legitima: quia non reputatur esse in rerum natura, sed pro mortuo habetur, dicit text. in §. cùm autem is, Inst. quib. mod. ius pa. pot. sol. qui tex. licet loquatur in deportato: tamen idem debetis intelligere in bannito ei æquiparato, vt no. Inst. de cap.
141 dim. post princ. † Nam banniti sicut deportati desinunt esse de numero ciuium, & sic pro mortuis quo ad successionem & cætera iura solis proximioribus successoribus debita habentur, vt d. §. cùm autem is. Nam cùm alius loco eius succedat, ipse pro mortuo habetur, l. actione, §. publicatione, ff. pro soc. Vnde cùm sua non interfit, post mortem patris dicere testamentum patris nullum, tanquam ille qui ab intestato succedere non posset, non poterit testamentum patris impugnare de nullitate, nec aliâs, nec etiam fiscus hoc poterit ex persona banniti, secundum Bald. per illum text. ad hoc not. in l. si qua pœna, ff. de his qui sunt sui vel al. iur. ad hoc facit quod pulchrè consuluit Paul. cons. xxxij. incip. omisso ordine. & idem Paul. in l. j. C. de hær. inst. & expressè consuluit Ange. cons. xcix. inci. viso thema. & ita pariter consuluit Alex. in j. parte cons. lxxv. inci. visis & diligenter inspectis. Et hoc intelligatis verum in bannito per imperatorem ab imperio, vel regno Franciæ, in quo non est dare alium superiorem, quàm regem. Et idem puto si bannitus foret per alium iudicem regium habentem territorium limitatum, prout habent in Francia bailliui & seneschalli, qui non possunt nisi à territorio suo & non vltrà bannire, l. fi. ff. de iur. om. iud. & c. ij. de const. lib. vj. Quoniam si quis illorum haberet ex priuilegio, aut consuetudine immemoriali bannire quem à toto regno, prout facere consuluit seneschallus Tholosanus, qui bannit à toto regno, vbi qualitas criminis hoc requirit. Certè tunc idem iudicaretur ac si rex ipsum bannisset, vel curia parlamenti loco re-
142 gis iudicans † Nec poterit etiam rem venditam talis bannitus oblato pretio infra annum ex consuetudine Franciæ, & huius ducatus Aquitaniæ retrahere, iuxta c. constitutus, de in int. rest. tãquam proximior de genere, l. amissione, & l. tutelas, §. fi. de cap. dim. vbi Bar. & tenet Ias. in §. cùm autem is, Inst. quib. mo. ius pa. po. sol. quod extenditur ad damnatum ad perpetuos carceres cum bonorum publicatione. Secùs si esset bannitus vel incarceratus ad tempus, quia non perderet iura agnationis, & posset per procuratorem retrahere. Si autem esset bannitus solùm à ciuitate, non perderet nisi ius succedendi sibi delatum beneficio seu ex statuto, consuetudine, aut priuilegio illius ciuitatis. Ideo perderet ius fœminas excludendi ex statuto ciuitatis indultum masculis: sed non perderet patriam potestatem, & ius succedendi successionem ei delatam de iure communi, qualis est paterna successio. Ideo necesse esset ipsum talem in aliquo instituere, cùm quò ad illam successionem non habeatur pro mortuo, vt pulchrè consuluit idem Alex. ead. parte cons. xxvj. & decidit Bar. per illum tex. in l. certa forma, C. de iur. fis. lib. x. & latiùs in sua quadam disputa. inci. Lucanæ ciuitatis statuto. & Bal. pulchrè
143 in l. illicitas, §. qui vniuersas. ff. de offi. præsi. † Decimooctauò limitabitis d. regul. locum non habere in testamento facto in patria vel loco, vbi statutum viget, aut consuetudo, quòd primogenitus succedat: quoniam eo casu si pater filium primogenitum hęredem vniuersalem instituerit, cęteros verò filios prętererit, vel eis alio titulo quàm institutionis reliquerit, nullatenus dicere poterunt testamentum nullum ratione supradicta, s. quòd testamento stante nullo ipsi ab intestato non succederent, etiam in iure patronatus eis competenti, secundum Panor. in c. cùm seculum, de iure pa. Cũ tota hæreditas paterna eo tunc dicatur legitima primogeniti, arg. l. quædam, ff. fam. erc. & l. fi. ff. de iure pa. In exclusionem aliorum liberorum posteà genitorum, quamuis clericorum, quos sicut laicos dicta consuetudo excludit, secundum *communem opin.* quam referunt & sequuntur Io. And.

in mercur.in c.ſine culpa, de reg.iur.lib.vj. Panor.& Fel.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.44.ver.xv.quęro, de conſt.Nam talis ſecundogenitus in natiuitate ſua iam ligatus erat dicta conſuetudine per quam primogenito debebatur etiam patre inuito: ideo clericatus ſubſequens illud ius primogenito quęſitum tollere non poteſt ſecundum eos. Facit quod decidit Bar.in l.j.ff.de pœn.dum quærit,an clericatus ſuperueniens delinquenti proſit ei quo ad pœnam euitandam,ſaltem reſpectu pœnę bonorum:& ſic ſecundogenitorum non intereſt teſtamentum patris dicere nullum, poſtquam ſunt conſuetudine excluſi, vt pulchrè decidit Iac. de S. Georg. præpoſitus in repet. c. per venerabilem, §.quod autem, ĵ.qui fil.ſint leg. facit quod not.Bal.in c.j de ſuc.feu.& clarè ſic conſuluit Panor.in ij.par.conſ.ȝ. col.3. in ſolutione ij.dubij.

144 †Neque tenetur tunc primogenitus talia bona ſibi titulo primogenituræ delata aliis ſuis fratribus conferre, cum quibus in cæteris aliis bonis ſuccedit. Quinimò habebit bona ſibi iure primogenituræ debita præcipua,ſecundum Panor.in j.parte conſ.xij.&

145 conſ.86.vbi pulchrè dicit,† quòd huiuſmodi dignitates regiæ, & magnorum principatuum taliter ſunt indiuiſibiles, quòd cæteri filij in eis habere non debent legitimam: imò cedunt ſoli primogenito, loco ſuæ legitimæ inſolidum. Et ita etiam conſuluit Paul. conſ.clxiij. & Panor.in ij.par.alleg.conſ.iij.col.v. & Guid.Papæ q.376.& ibi clarè & plenè loquuntur dicentes, quòd ſi aliter fieret, poſſet infra paucos dies

149 ſeu annos dignitas ad nihilum deduci: cùm vt dicit Salluſt. in Iugurth. Paſsim multis ſibi imperium petentibus breui dilabatur. Qua ratione ita dicitur fuiſſe iudicatum in proceſſu ventilato inter Carolum iiij. Franciæ regem: & Amedeum ducem Sabaudiæ, ad cauſam comitatuum Valen. & Vien. quos nunc tenet Delphinus Vien. Et vltra illa habebit partem in aliis in quibus iure communi ſuccedit æqualiter

150 cum aliis fratribus, vt eleganter decidit Bald.in l.j. ver.venio ad ſecundum,C.de ſum.Trin.& in auth.ex teſtamento,prope fi. vbi pulchrè loquitur,C.de col. & conſuluit Zab.Card.conſ.64 in fi.& tenet Flo.in l.

146 quæ pater,col.7.fam.etc.† Et adeò debentur bona primogenito, ſtante dicta conſuetudine, quòd etiam ſi poſt mortem patris cui ſolus primogenitus ex conſuetudine ſucceſsit, cæteri filij in domo habitauerint: necnon bona primogenituræ ſimul cum primogenito tenuerint, officiariósque cum eo, ac ſubditorum inueſtituras,& renouationes communi nomine fecerint, non tamen poterunt ex hoc aliquod ius in dominio vel poſſeſsione talium bonorum prætendere, nec aliquod remedium poſſeſſorium intentare. Quia primogenitus talia præſumitur toleraſſe aliis ſuis fratribus cauſa honoris,& iure cuiuſdam fraternę familiaritatis: Quod ſibi non debet nocere, nec aliis prodeſſe ad aliquod ius acquirendum, l. qui iure familiaritatis,ff de acq.poſ.ita ſing.conſuluit per multas rationes Paul. conſ.163. incip. in cauſa quam magnificus dominus,& c. ſecùs fortè ſi primogenitus paſſus fuerit fratres ſuos æqualiter cum ipſo deſcribi, & feuda recognoſcere à domino à quo dependent, & ei deueria ſoluere, per ea quæ ſingul.decidit Bar.in l.rura,C.de omni agro deſ.lib.xj. Cùm in talibus ceſſet pręſumptio honoris,ſed potius oneris im-

147 pendendi fratribus.†Sanè tamen intelligatis, quòd eo caſu ſtante dicta conſuetudine pater non prohibe

151 tur filium primogenitum hæredem inſtituere in bonis etiam iure primogenituræ ſibi debitis, & obueniendis, ſicut in legitima filiæ iure naturæ debita, quamuis à lege debeatur filio patre inuito,poteſt ipſe pater filium inſtituere:ſed non poſſet in ea nec primogenitura onerare filium,nec ſubſtituere,l.ſi arrogator,in fi. ff.de adop. ſed ſimpliciter eum hæredem

148 facere. † Non tamen ſic erit fortè in regnis, præſertim in regno Franciæ, quorum natura reſiſtit & exigit,ne de eis fiant teſtamenta, legata,vel aliæ diſpoſitiones,niſi ex conſuetudine eſſet aliter vſurpatum,vt in c.licet,de vot.& vo.red. Vnde Io.de terra rubea in quodam lib.ſuo quem intitulauit, Vineam eccleſiæ, tract.j.art.j.q.ix.x.& xiij.in fin. concludit dicens,quia regnum Franciæ debetur primogenito ex ſola regni conſuetudine, nunquam conſueuerunt reges de ipſo regno teſtari,quod vi & medio conſuetudinis defertur primogenito. Et ad alios de quibus dixi ſuper ver. *duas habens filias*.in j.principali caſu fallen.in fi. nam reges Franciæ nunquam potuerunt,neque poſſet Carolus viij. rex noſter modernus teſtamentum facere de regno, etiam hæredem inſtituendo dom. Delphinum eius primogenitum, vt plenè ibi decidit præfatus doctor per 24. concluſ. auctoritatibus & ratione fundatas: quia regnum Franciæ non debetur primogenito ex ſucceſsione teſtamentaria,vel ab inteſtato, ſed ſolum ex cõſuetudine regni. Igitur rex ipſum dare non poteſt primogenito,neque auferre per alienationes inter viuos,teſtamenta,neque debita voluntaria, legata, ex hæredationes ex cauſa, criminąque pa-

149 rentum,arg.d.l.ſi arrogator,in fi.†quia primogenitus Franciæ non habet regnum à patre,ſed ab ipſa regni conſuetudine: & ſic pater poteſtatem non habet ipſum grauare,vt d.l.ſi arrogator.facit bon.tex.in l.ſi ſeruo,ff.de hære.inſt. vbi in re ſibi debita non poteſt quis hęres inſtitui,nec alio modo honorari,& minus grauari,nec in aliquo modis prædictis prędiudicare ei teſtator poſſet vel alio quouis modo,vt latius dicetur

150 in fi.huius lim.† Reges enim,duces,comites,vel marchiones teſtari non poſſunt de ſuis dignitatib.de quo Iaſ.in l.de quibus,col.22.ff.de legi. Quia aut dantur per electionem quando vacant, vel per collationem ſuperioris, ſicut datur imperium. c.venerabilem,de ele.Et tunc de his ſicut de beneficiis eccleſiaſticis teſtari,vel aliàs diſponi non poteſt.Aut tales dignitates dantur per ſucceſsionem ex conſuetudine approbata,quæ communiter vbique ſeruatur hodie,ſecundũ gl.in c.denique,7.q.j.volentẽ filium regis eſſe regem poſt patrem:&ſic iure ſucceſsionis.quam gl.ſequitur Arch.in c.Moyſes,7.q.3.quicquid ibi voluerit gl. Et tunc, quia talis ſucceſsio non originatur,nec datur à teſtatore,ſed ab ipſa lege ordine genituræ:Sicut hodie competunt primogenito ſoli ex generali conſuetudine, quæ hoc introduxit in honorem & fauorem imperij,vt principatus qui ſub eo ſunt,non diuidantur,ſed integrè permaneant,prout eſt de mente tex. & gl.in c.imperialem,§.prætereà ducatus, de prohi. feud.al. De talibus dignitatibus teſtamento vel aliàs diſponi non poteſt in præiudicium primogeniti,qui cùm ius illud habeat, non patris iudicio,ſed de legis ſeu conſuetudinis beneficio per eum grauari non poteſt,à quo beneficium non habet, nec cõmodum ſentit,vt d.l.ſi ſeruo fideicommiſſaria,vbi bon.tex.& in l.teſtamẽto domini,ff.de hær.inſt.& d.l.ſi arrogator, ff.de ado.Imò Papa & Imperator hoc facere non poſſent,nec permittere contrarium,ſecundum Io.An.&

151 Im.in c.grandi,de ſupp.neg.præl.lib.vj.† Ex quibus confutatur & penitus confunditur, vt ipſo iure nihil valuerit ille tractatus pacis,quem Angli prętendunt olim

BIU Cujas

olim fuisse passatum in villa Troię, regionis Campanię, inter Carolum vj. Francorum regem domini nostri regis proauum, & Henric. v. regem Angliæ, anno domini, 1420. de quo Angli suum faciunt principale fundamentum. Per quem dictus Carolus dominam Catharinam de Francia eius filiam nuptui dedit prędicto Henrico, eumq; sibi adoptauit in filium, necnon sine procerib. solus existens declarauit coronã Franciæ eidem pertinere. Et post sui decessum totũ Franciæ regnum ad ipsum peruenturũ, & suis in posterum liberis ex illo descendentib. Et interim regentem generalem in regno ipsum instituit. de quo Gaguinus chronica Caroli vij. exordiens ita inquit: Dũ Catharina Caroli vj. filia Henrico nubit: hæ matrimonij leges dictę sunt. Si prę Henrico vita defungeretur Carolus, Franciæ regnum Henricus adiret. Sin econtrà, & ex Hẽrico virilis proles superstes foret Carolo deficiente, Henrici filius Franciæ principatum adipisceretur, nulla de Carolo naturali & legitimo, licet hęrede, mentione habita, tanquam ad eum nulla regni portio attineret. Hęc ille. Non enim valuit, nec prędicare potuit tractatus ille Carolo dicti Caroli vj. filio naturali & legitimo, nostri regis moderni auo paterno, tanquam inconsultè factus. & demum à proceribus regni reprobatus, qui post mortem Caroli vj. dictum Carolum eius filium huius nominis regem vij. vngi & coronari fecerunt instante Ioanna Dare nominatissima puella, vt s. vidistis in verb. *duas habens filias*. [De ista insigni puella vltra ibi dicta, vide j. super verb. *mortuo itaque testatore*. j. loquendo qualiter crimen extinguitur morte accusati. & super verb. *cuidam Petro tradiderunt*. dũ loquitur de curiositate mu-
152 lierũ circa vestes. † Nec voluit Papa Martinus ecclesiæ Dei tunc præsidens dictum tractatum confirmare, quamuis sæpe requisitus per Anglos: imò Carol. vij. pro vero Rege constanter tenuit, & sui deinceps successores. Itaq; per Carolum duce puella à regno fuerunt Angli deiecti, prędicto tractatu non obstante per Carolum vj. facto, qui potestatẽ disponendi de regno non habuit, vt vidistis. Eo præsertim tẽpore quo graui infirmitate premebatur velut amens effectus, vt facto ipso patenter ostendit filio proprio generum prę ferendo: quod fieri non potuit in præiudicium naturalis & legitimi hæredis: quia data impotentia administrandi regnum in patre suo rege, fuit eo ipso naturalis & legitimus regni gubernator, licet ætatem nõdum adeptus maiorem, quibuscunque aliis à patre datis prędferendus, per tex. 4. Reg. 15. vbi Azaria rege impedito Ioathã eius filius, quãdiu pater vixit, regnum gubernauit, licet annis minor esset: cum postea mortuo patre rex effectus ætatis solum erat xxv. ann. iuxta illud quod Christus, ætatis xij. ann. existens dicit, Luc. ij. in fi. Nescitis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? De nullitate & euidẽti iniquitate dicti tractatus, ac punitione conseruatorum eiusdem summus vir ille theologus ac iurista insignis Ioannes de Terra rub. vt dixi, nuncupatus, librum fecit: quem
153 † Vineam ecclesię intitulauit, rectè intelligens regnũ Franciæ vineam esse vniuersalis ecclesiæ, de qua dici potest quod scribitur Esaię v. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, & sepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. Hæc etiam illa est nubes candida, quam Ioan. in Apoc. 14. præuiderat: per quam secundum Lyram ibi intelligitur regnum Franciæ, moribus & fide, præ cęteris candidum ac relucens. Hęc etiam dici posset ciuitas illa, quam idem præuidit Ioan. Apoc. 21. Et vidi sanctam ciuitatem nouam descendentem de cęlo à Deo paratam, sicut spõsam ornatam viro suo, & audiui vocem magnam de throno dicẽtem: Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erũt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus, &c. Qui quidem liber tres cõtinet principales tractatus, quorum quemlibet in plures diuisit articulos. Et singulos multis concluſ. decidit, & librum sic compositum dicto Carolo adhuc Delphino existenti direxit
154 finaliter concludens tam † Philippum tunc Burgundorum ducem, quàm cæteros etiam ecclesiasticos dicto tractatui pacis, imò potius desolationis regni inhærentes, & contra nedum regem & dictũ Carolum Delphinum eius filium rebellantes & in administratione ei non obedientes, in crimen lęsę maiestatis incidisse, allegãs plura iura diuina & humana philosophorum & doctorum auctoritates, vt ibi per eum videatis: quia pulchrè & elegãter loquitur, maximè de potestate regis in puniendo rebelles prælatos, & cæteros ecclesiasticos, de quo aliqua tetigi in verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*. Vnde restat, quòd rex priuare non posset primogenitum suum regno. Et quòd
155 † de regno disponi non potest etiam in fauorem primogeniti, vt dictũ est, sed in aliis bonis quàm regnis etiam stante dicta consuetudine pater instituere potest primogenitum hæredem: quia licet hæreditas ei debeatur ex consuetudine, tamen si potest cumulare titulũ institutionis, sed non posset ei præiudicare, nec dare aliis filiis, vt ibi plenè dicitur. & in d. c. licet. de vot. no. Bal. & alij in c. j. de suc. feu. & in prędlud. feud.
156 & Inn. in d. c. grandi. † Et primogenitus dicitur non solũ ille qui primus viam nascendi aperuit, sed etiam illo mortuo ille dicitur primogenitus, quem nemo antecedit tempore mortis patris. l. ex duobus. ff. de vul. & pup. & l. qui duos. in fi. ff. de reb. dub. Ideo decidit Bal. in l. si quis prioris. §. talem verò licentiam. C. de sec. nupt. quòd si stante dicta consuetudine primò natus naturaliter decesserit viuo patre, non vocabuntur cæteri omnes liberi superstites, tempore suæ mortis, si plures habeat, secundũ quod succeditur ex iuris communis dispositione, quasi tunc illo primogenito mortuo cessare videtur consuetudo, & locũ esse communi legi omnes æqualiter vocanti. Sed succedet solus secundò natus, qui cùm alium non habeat ante se, satis dicitur primogenitus. Quia (vt dicit text. in proœ. fforum) illud primum est, quod ante aliud non habet. Et hoc verum, quòd mortuo in vita patris primogenito sine liberis, secundogenitus succedet, vbi ex patriæ consuetudine hęreditas deferretur primogenito. secus si ei deferretur ex pacto, sicut est in regno Siciliæ: quia tunc cùm in pacto fiat mentio de primogenito, & non de secundogenito, non posset secundogenitus succedere: imò ad papam conceden tem regnum deuolueretur, qui posset de ipso liberè disponere, secundum Bal. sing. in c. j. de fil. nat. ex ma. ad morg. contract. de quo dicto Bald. miratur valde Nic. de Perus. in tract. succ. ab intest. per ea quæ dicit idem Bal. in d. l. cum antiquiorib. C. de iure del. dum commemorat quasdam conuentiones initas inter papam Clementem & Carolum regem Sicil. anno Domini, M. cclxv. quę aliter sonant, vt ibi per eum, & sic secundogenitus per consuetudinem, qui mortuo primogenito est primus, succedere debet secundum Ias. & Alex. in rep. l. quoties. C. de rei ven. Et idem esset si primò natus superstes tempore mortis patris reperiretur hæreditatem repudiasse, & sic mortuus esset ciuiliter

BIU Cujas

uiliter,vt plenè vidistis in x.lim. vel esset effectus incapax successionis,vt quia deportatus.l.si qua pœna. ff.de his qui sunt sui vel al.iu.vel esset frater minor,& refert Bal.in d.§.talem.ita fuisse determinatum in regno Apuliæ,cum B.Ludouicus qui erat primogenitus effectus fuisset frater minor, qui velut incapax computatus non fuit in numero,nec habitus pro primogenito:quia non obstat sequenti ille qui est inhabilis omnino.l.si post mortem.§.si liberi.ff.de bo.pos. contra tab.facit quod habuistis s.in viij.lim. Pariter diceretur ille primogenitus, qui solus ex matrimonio natus esset, quem nemo præcesit, nec sequutus est per tex.Matth.j.in fi.vbi Christus intemeratę sem per virginis vnicus filius vocatur primogenitus.Con
157 sistit † autem hoc ius primogenituræ in multis.Primò, quia in festis sicut olim primogenitus sacrificia primus offerebat, ita nunc in offerendo præponitur. Secundò,quia ad dextram patris sedere debet: nam honor consistit etiam in sedendo. c.solitæ. de ma. & obe. Cùm dignior ante alios sedere debeat,vel sedere debet à dextris, & inferior à sinistris. Et filius primogenitus regis debet semper stare à dextris regis, secundum Bald.per illum text.in l.decernimus.C.de sa.san.ec. Pro quo est tex.de Christo filio Dei,Ps.cix. vbi, *Dicit dominus*, s.Deus pater, *domino meo*,s.Christo eius filio,*sede à dextris meis:*tanquam primogenitus,Matth.j.in fi.vt j. dicam. Tertiò,in mensa duplices debet sumere cibos,secundum glos.in c.quam sit periculosum.vij.q.j.Quartò,quia in fine habet benedictionem paternam.cuius verba & formam habetis Gen.xxvij.Quintò,habet duplicem partem in pater-
160 na hęreditate.Aliquando totum,aliquando minus,putà domum principalem secundum diuersas terrarum consuetudines.Quo casu si habere debet domũ principalem, etiam habebit hortum illi contiguum, vel causa domus paratum, secundum Nic.de Neap.in l. prædiis.§.pe.per illum tex.ff.de leg.iij.vt plenè s.habuistis in verb.*& hortum.* Sextò,habet ius benedicendi suis fratribus,vt pulchrè tradit Bal.in d.l.cum antiquioribus.C.de iure del.vnde dicebat idem Bal.in c. j.§.præterea ducatus.de proh.feu.alie.per Fed. quòd mortuo domino feudi pluribus relictis filiis hæredib. vasallus faciet fidelitatem antiquiori. pro quo facit
158 tex.in l.fi.de fide instr.† Et talis consuetudo de primogenito succedendo non caret rationabili fundamento:nam fundatur iure diuino,vt Gen.xxvij.alle. & lege canonica,vt patet in d.c.licet.de vot.& c.quã periculosum.7.q.j.quod etiam tenet Bal.in l.in quibus.prope fi.C.de secun.nup. Necnon lege ciuili,& ratione naturali, vt demõstrabitur ex nunc dicendis. imò plus decidit Alex.in repe.l.quoties.col.xv.C.de rei ven.quòd consuetudo,quòd primogenitus succe-
161 dat cęteris exclusis,valet,&teneri potest securè etiam in foro conscientiæ, vt talis primogenitus integram possit patris hęreditatem retinere absq; eo quòd det cæteris fratribus suis aliquam portionem. Idem tenet Ias.ibi in d.l.quoties.col.xij.Aliâs diuus ille Bernardus secundum eam non consuluisset, prout fecit, vt refert Panor.in d.c.licet.de vot.nisi talis consuetudo ex defectu aliquo non valeret, quia tunc si primogenitus esset doctus sciens talem cõsuetudinem non valere,non tutus esset quo ad Deum,secundum Alb. in rep.l.Barbarius.ff.de of.præt.quem sequitur Fely. in c.ad probandum. de re iud.col.vlt. videatis Ias. in
159 §.sed istæ quidem. col.28. Inst.de act.† Sanè tamen intelligatis, quòd talis consuetudo fundatur iure diuino & naturali voluntario & positiuo, non autem necessario. illa enim forma administrandi, sc. quòd principatus per vnum regatur,non est de iure diuino necessario,sed merè voluntario & positiuo,tamen rationabiliter fundato,vt l.ij.§.nouissimè.ff.de ori.iur. & d.§.præterea ducatus. facit c.maioribus.de præb. & c.in apibus.vij.q.j. Tollit namque talis consuetudo discordias inter fratres,quæ ex communione plurium generantur,maximè in regimine.l.cùm pater.§. dulcissimis.ff.de leg.ij.vt eleganter dicit Flor.in d.l. quæ pater. in papatu verò, quòd per vnum regatur, est de iure diuino necessario, cùm articulus fidei dicat,Vnam sanctam catholicam & apostolicam eccle siam, per tunicam domini inconsutiliter contextam per totum significari.ad quod faciunt not.in l.j.C.de metrop.bery.lib.xj. Et talis consuetudo,sc.quòd per vnum regatur,procedit indubitanter secundum omnes, & locum sibi vendicat in regnis, vt d.cap.licet. dum dicit, ordinem genituræ. Quia vt dicit Seneca tragœdia vij.c.ij.Nec regna socium ferre,nec sedere sinunt. & prima tragœdia, Non capit regnum duos. iuxta illud Apostoli ad Ephes.4. Vnum caput, vnus spiritus,vnus Deus. Facit c.esto.xcv.distin.ibi, Vnus Deus,& vnum baptisma.& Lucanus in j.

Omnisq; potestas impatiens consortis erit.

& plenè no.in l.fi.ff.de rer.diuis.Nam dominium & coniugium nollent videre socium.iuxta illud Ouid.

Non possunt cum sociis regna Venusq; manere.

Nec Roma potuit in exordio duos sustinere reges, quia vt est humanus animus causas quęrere vsurpandi fraterni regni, Remo interfecto Romulus mansit
160 solus,vt ibi ponit gl.†Nihil enim apud dominandi cupidos probitatis aut fidei est, vt Simone sacerdotum principe defuncto,eiusque primogenito,s.Onia liberis carente,reliqui duo Iesu & Ioan.de principatu futuro cogitantes,vt vnus alterum perderet,exemplo ostenderunt, qui Deo Israel penitus derelicto ad Antiochum Assyriæ regem se contulere, ritum prophanum in ciuitate Dei initiantes.Ex quo tanta successit tribulatio, si Matathias cum Iuda Machabæo, & suis reliquis filiis pugnans pro legibus patriis non viriliter obstitisset, vt habetur j.Machab.j.& ij. ibi, Surrexerunt in Ierusalem tunc filij Belial introducentes ritus gentium,s.in desolationem Onię eorum fratris primogeniti pro sola principatus ambitione. Libidine profectò habendi multi præsertim reges feruntur, qui nec Deo, nec generi, aut amicis indulgent: cum apud magnates rarò affinitas valeat, imò principatum ambientibus odiosa miseratio est: & adeò rara inter eos amicitia, quòd aut liuore perculsi,aut imperij maiestate feroces,aut quod plerunque accidit,aliorum potentiam suspectam habentes,alia-
161 ve occasione occultis inter se dolis agere solent,† vt fertur Romulus feciſſe, qui sub colore iustitiæ legis violatæ per fratrem eum interfecit, vt fit communiter omne malum sub colore alicuius boni: quoniam adeò solers est malè errantium cautio, vt iustitiæ velamen suę iniquitati prętendant. Cùm omni peccanti præsens semper sit aliqua ratio, quam suo prætendat errori, prout Romulo contigit. de quo Orosius multa mala scribit,& inter cætera fratris sui iniquam mortem sub colore iustitiæ.Quia malè agentibus occasio aliqua peccandi in promptu suffragatur.Et causam fratricidij esse dixit legem muri violati. de quo dicit Poeta Lucanus,

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Quod habent communiter reges & principantes in hoc seculo à Cain, qui primus fuit rex terrenus, &

primam

BIU Cujas

primam ciuitatem condidit, cum qua libidinem dominandi & præsidendi initiauit, vt habetur Gene. 4. & pulchrè narrat Ioseph⁹ lib. j. antiquitatum, qui vt solus dominaretur, & prædam suam liberius exerceret, fratrem suum Abel iustum, & innocentem occidit: quem si aliqui sunt sequuti, & cum eo, si sibi non prouiderint, in inferno sepulti, vel hoc habuerunt à Nemroth filio Chus gygante decem cubitorum, qui cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator. Hic miserabile vitium libidinis dominandi per tyrannidem inchoauit: quo deinceps vsque hodie mundus adeò est contritus, vt dici non possit. Fuit autem principium regni eius Babylon, Genes. x. de cuius malitia pleni sunt libri. Et fortè diuino iudicio actum est, vt Nero in eius vocabulo planè se offerat, qui similem infamiam habuit. Pariter Ptolemęus Euergetes Ptolemæi Philometoris filius & Cleopatræ germanus, septimus Ægyptiorum rex, regno à fratre, cui pertinebat, vi & metu extorto statim filium fratris è complexu matris necauit, & omnes eius fautores & populares, qui eum in regnum vocauerãt. Similiter Ioram filius Iosaphat rex Israel effectus, in lib. generationis Christi descriptus, quinque fratres suos, vt bona eorum possideret, & ne in futurum regnarent, & sic vt regnum suum ampliaret, gladio occidit, & quosdam de principibus Iuda, vt habetur ij. Paralip. xxj. Postea tamen decessit in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus suis. Nec positus fuit in sepul-
162 chro regum, vt ibi dicitur in fi. † Sic in hoc Franciæ regno post obitum Clodouæi regis protochristiani cui quatuor liberi successerant, contigisse memoratur. Quorum duo, sc. Childebertus atque Clotarius duos, quos ex Clodomiro fratre præmortuo Aureliano rege nepotes habebant ambitione regni vsurpandi occiderunt: de quo Gaguin. lib. j. c. antepen. sic in effectu dicit: Succedentes Clodouæo filij quos quatuor ex Clotilde regina susceperat, regnum quadrifariam concordibus animis (quòd de imperio agitantibus rarò euenit) partiti sunt. Theodoricus Mediomatricos, qui & Metenses, Clodomirus Genabum, qui Aurelianos, Clotarius Suessionem, Childebertus Parisios obtinuit. Cúmque postea Clotildis mater ex Clodomiro filio præmortuo nepotes tres, s. Theodoaldum, Gontherium, & Clodoaldum diligenter nõ secus ac ex se natos apud Parisios procuraret, hac suspicione ductus Childebertus, quasi illos regina ad regnandum educaret, accersito fratre Clotario, quid de matre nepotibúsque pensitet, aperit. Placuit visendi eos causa atque cognoscendi, si illorum ætas, diuisa inter eos hæreditate ad principandum idonea foret, ad se per Archadium quendã mitti. Læta nuncio Clotildis dimissos nepotes patruelibus commendat. Quibus in conspectu adductis maiorem natu Clotarius mox terræ allidit, ense per ilia adolescentis prostrati traiecto. Hîc perterritus alter ad Childebertum se proripuit orans, vt se protegeret: qui siue misericordiam simulãs, siue re vera pueri misereretur, Clotarium placare pergit, in quem indignabundus rex: Tu, inquit, huius auctor facinoris es, & nunc pœnitet cõsilij. Aut ergo illum proijce abs te, aut morte meis manibus obito. Ad hæc verba dimissum puerum Clotarius obtruncat. Interim dum in eorum nece intentos reges Clodoaldus videt, auxilio procerum dilapsus clericatum professus est, & sacerdos effectus vitam religiosissimam vixit. Scribunt quidam vnà cum pueris nutrices quoque esse necatas. Hæc ille. Vnde autem talia processerunt, satis exprimit chronica alleg. c. vt vidistis. & ex ambitione amplioris cõsequendæ dominationis, vt postea duo iam dixi fratres mutuò sibi insidiantes ostenderunt. Aut quia Clodomirus puerorum genitor Sigisimundũ Burgundiam moderantem bello captum, Aureliamque missum pariter cum liberis interemptum, in altissimum puteum deiici fecerat, vt præced. c. describitur. vel quia expedit regna per vnũ regi, vt videtis. vnitas ergo in principatu desideratur, prout etiam in auibus naturaliter demõstratur. Quoniam in apibus princeps est vnus: Et grues vnam sequuntur. vij. q. j. in apibus. Et insuper in diuinis habetur eloquiis, Genes. xxv. Esau & Iacob, qui collidebantur in vtero, non valens vnus alium sustinere ad domus regimen secum nasciturum. Ideo cùm Iehu literas ad populum scripsisset, & optimates ciuitatis, vt meliorem de filiis Achab in Samaria, qui eis placeret, eligerent, & super solium patris sui ponerent, qui pro bonis domini pugnaret: timentes vehementer dixerunt: Ecce duo reges non potue-
163 runt stare coram eo. 4. Reg. 10. † Regia enim maiestas coronam gerit: quæ est forma sphærica, & sic nullam patitur diuisionem, secundum gl. in cle. quoniam. de vita & hon. cler. in verb. tonsuram. Nam rex significatur per corpus Sphæricum ipsius coronæ, cuius figura destrueretur, si diuideretur in partes. Præterea dignitas maxima non diuiditur, ne auctoritas minuatur dignitatis. c. j. de feu. marchiæ. Quis enim auarus (ait Quintilianus) compossessorem quærit? Aut quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus habere desiderat cõsortem? xxiij. q. vij. c. quod autem. Vnde Sallust. referente in Iugurth. Vti quisque potenti confinis erat, sedib. pellebatur. Quod ex alio non procedebat, quam ex ambitione in solidum dominandi, quæ naturaliter omni animanti inest, & hoc etiam suadet vtilitas subditorum: quia multitudini ab vno regi expedit, vt d. l. ij. §. nouissimè. de orig. iur. Nec vnquam bona fuit principum pluralitas: imò interdum à Deo toleratur in pœnam peccatorum: iuxta illud Prouerb. 28. Propter peccata terræ multi principes eius, vnde quia in plerisque huius regni locis bailiuiæ & officia publica ad firmam annis singulis venduntur, vt dicam in verbo, *cætera bona*. salubriter ordinauit B. rex Ludouicus Parisiis existens anno Domini 1254. quòd si plures emptores alicuius bailiuię fuerint, vnus tantùm iurisdictionem exerceat, & priuilegio bailiuiæ solus gaudeat: ne ipsi subditi pluralitate eorum vexentur aut onerentur. [Hæc ordinatio est hodie per dom. Auffrer. posita in tit. de emp. & ven. & tit. de offi. bailiuiorum. ord. xv.] (Additio.) Hanc ordinationem reperietis in lib. ord. regiarum cameræ inquestarum parlamenti Tolosæ. Vnus ergo princeps xij. metha. Quę fuit vna inter cæteras potissima ratio allegata pro coronatione Caroli vj. Francorum regis Carolo v. patri suo succedentis in regno, vt scilicet ante pubertatem lege paterna non obstante coronaretur. de qua dicetur in verbo, *adiectæ impube*. in princ. de quo Gaguin. lib. ix. c. iij. sic dicit: Rarò quidem euenire arbitrati sunt proceres, vt multi sine contentione rem quampiam simul administrent. Quòd si vnius regis nomine atque imperio respublica gubernetur, facile esse, vt ad vnum omnes concordibus animis respiciant. Eapropter operæpretium fore Carolum natu priorem sacratum iri, & omnia suis auspiciis atque nomine geri, neque obstare patris legem, quemque primogenitum regni administrationem recipere deb

re debere: cùm quartumdecimum ageret annum, quam si in perniciem inclinare coniectasset, ipse tollendam censuisset. Hæc ille. Pro quo facit tex. sing. in l. si hominem, ff. mand. per quem omnis cessat dispositio, quoties casus contingit, in quo si disponens viueret, illam tolleret: & sic necesse erat per vnum, licet impuberem regi, prout factum extitit. Nam regnum est quid perfectum: sed perfectum esse nõ potest nisi vnum. vnde omne indiuisibile perfectum est, quia perfectum in nihilo diminui potest. facit quod not. Cy. in l. si viua, C. de bon. mat. ita eleganter dicit Bal. in Auth. hoc amplius, C. de fideic. & Paul. cons. clxj. Hæc profectò est natura propria huius feudi, quam assumit ab origine omni extranea coniunctione conscripta, vt non diuidatur: cùm omne regnum in se diuisum desoletur, secundum Bald. in l. si plures, C. de cond. infer. & plenè Petr. de Anc. cons. 341. incip. pro maiori. Ideo valet & tenet talis consuetudo, quòd solus primogenitus aliis excluſis succedat, maximè in regno, cùm regnum sit indiuisibile, vt dixit Bal. in l. j. ff. de senat. Ita quòd propriè non dicitur corpus hæreditarium, secundum Bal. in d. auth. hoc amplius. Ex
164 hoc † singulariter inferens, quòd stante dicta consuetudine filius regis, aut baronis in testamento patris hęres institutus quantumcunque fuerit à iudice monitus, & per annum contumax adimplere contenta in testamento, non propter hoc anno elapso priuabitur hæreditate paterna, sc. regno aut baronia, nec locum habebit dispositio d. Auth. quæ filium & quemcunque hæredem per annum contumacem priuat hęreditate: quia (vt dictum est) regnum non est hæreditas, nec etiam baronia. Præterea talia non debentur filio primogenito ex testamento, vel alia successione, sed sola consuetudine, de quo plenè dicam j. super verbo, *si absque liberis*. ij. in materia fideicommissariæ substitutionis tractando de fideicommissis particularibus. Videatis interim tex. qui videtur facere contra
165 Bal. in d. c. licet, de vot. vt dicam in fi. huius lim. † Ex quibus apparet, quòd ius primogenituræ est quędam dignitas, vt dicit gl. in d. c. quàm periculosum. & prima dignitas post paternam, ita quòd filius regis primogenitus habet primam dignitatem, s. primogenituræ post patrem regem, secundum Bal. in l. ex hoc iure. ver. sextò quæritur. ff. de iust. & iur. In signum cuius veritas euangelica Christum vocat primogenitũ, alleg. Matth. j. in fi. licet alios ante vel post se non habuerit fratres. Sic Lactan. in j. diuinarum institutionum lib. tradidit Orphæum Poetarum vetustissimum Deum verum, & magnum primogenitum appellasse, eò quòd ante ipsum nihil sit gentium, sed ab eo cuncta sunt generata. Vnde non immeritò Esau prenascentis plantam, protinus Iacob eius frater eodem partu nasciturus rigida manu tenebat, vt tanto eum munere priuaret, & ipse prior nasceretur: ex quo dictus fuit supplantator, vt patet alleg. Gene. 25. Et Deus dixit ad Moysen, Exod. xiij. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Israel. & Luc. ij. habetur, quòd omne masculum ada-
166 periens vuluam, sanctum domino vocabitur. † Nam tales primogeniti vsqueadeò certam habent spem in dignitate patris, puta regia, quòd adhuc viuẽte patre appellari possunt reges, per tex. & ibi gl. in c. fi. 24. q. j. c. Adrianus. 63. dist. Bal. in l. in suis, ff. de lib. & posth. & l. quæsitum, §. si mihi, ff. illo e. tit. & ita per multas alias rationes consuluit Old. cons. 94. inci. eleganter citra negotium. Et hęc consuetudo multum inualuit in maximis regnis Francorum & Anglię, vt dicit Bal. in d. l. cum antiquioribus, C. de iur. del. Angel. Are. in procem. Inst. §. igitur. & Panor. in c. ex insinuatione, de iure patro. ergo ipsam velut quotidie crescentem seruare debemus. ff. de fun. instr. l. quæsitum, §. si fun-
167 dus. ibi. quam sententiam. † Sub rege enim Pharamundo, tunc regnante in Francia Galli vti cœperunt legibus, quas quatuor proceres electi de pluribus solicitè tractãtes de singulis discutiendo collegerunt, & sicut lex Salica declarat, iudicare decreuerunt, in qua dispositum inter cætera erat, primogenitum succedere, vt dicit tex. in tit. de fil. nat. ex matr. ad morg. contract. de qua lege Salica dixi in verb. *duas habens filias*. loquendo de filiabus non succedendis in feudo. Obiit autem Pharamundus rex Paganus existens, anno domini 431. aliàs 452. cui successit Meroueus rex eius filius, deinde Meroueo successit Childericus eius filius, & Childerico successit Clodoueus eius filius, qui primus fuit rex Francorum Christianus per Clotildem Christianissimam eius vxorem Burgũdorum regis filiam conuersus ad fidem catholicam à beato Remigio tunc Rhemensi episcopo baptizatus, circa
168 annum domini 484. secundum Chron. † Ex quibus resultat, quòd post legem Salicam fuit consuetum in regno Franciæ primogenitũ succedere, quæ quidem cõsuetudo valet, quia omnes mũdi successiones sunt de iure positiuo, secundũ Bal. in l. lege xij. tabularum. C. de leg. hær. Igitur statutum vel cõsuetudo possunt de his disponere ad libitũ, cùm ius positiuum sit mutabile per consuetudinem, Inst. de iure nat. §. sed naturalia, ver. ea verò. Et istud quod concluſum est in regno, locum habet in ducatibus, comitatibus & cęteris inferioribus dignitatibus feudalibus secularibus iurisdictionem habentib. per tex. in d. c. licet, de vot. vbi Panor. & in c. dilecti, de arb. & Bal. qui feu. dare pos. & §. & quia, col. 7. Nam ibi secundogenitus erat dux, & priuatus ducatu absque eo, quòd relinquatur ei legitima: licet enim in rebus priuatis diuisio fiat æqualiter inter liberos, in authen. in successione, C. de leg. hær. similiter in feudis simplicibus omnes, qui paris gradus sunt, æqualiter succedunt, vt d. §. & quia. ita quòd pater dare non posset vni feudum, & cęteris fi-
169 liis auferre, per illum tex. † Tamen in dignitatib. feudalibus communiter prefertur primogenitus, de quo plenè per Guid. Pap. alleg. q. 476. Taliter quòd potest cõtingere casus, quòd cæteri liberi absque eorum culpa, non tamen sine causa priuabũtur sua legitima, quando pater nihil aliud haberet pręter secularem dignitatem. & idem erit in his, qui viuunt iure Francorũ, inter quos feuda etiam simplicia transeunt ad primogenitum, secundum Iac. de Belloui. & de S. Geor. Præpositum in prel. feu. x. diuis. in fi. & ibi Ias. in v. diuis. & ita seruatur in Britannia, secundum Bal. in §. ex non scripto. aliàs est in §. omne autem ius quo vtimur. Inst. de iure nat. vbi tractat materiam d. §. ex non scri-
170 pto. subiungens 7. col. † ꝙ etiam si talis consuetudo esset introducta ex errore, vt quia populus sic vtẽdo crederet ius positiuũ ita decidere, vel erraret in causa ipsius consuetudinis: tamen consuetudo valet, sicut valeret ingressus monasterij illius, cui religiosi dixerunt, ꝙ bene comederet & dormiret, licet postea in monasterio malè comedat & dormiat, de quo per In. in c. dudum, de conuer. coniug. & pari modo valeret consuetudo de primogenito succedendo, etiam si metu habentis iurisdictionem fuisset inducta, secundum Bal. ibi. col. 8. videatis eundem in c. j. col. 4. qui feu. da-
171 pos. † Et hoc fuit introductum propter bonum publicum, ne diminuerentur dignitates. Publicè enim interest

BIU Cujas

interest ordinem & nomen familiarum conseruari. l. j. § pen. ff. de vent. insp. ita dicit Panor. in d. c. licet. & Bald. in d. l. j. C. de sum. Trin. & Io. And. in merc. in c. sine culpa, de reg. iu. lib. vj. hoc tamen temperandum est, secundum Host. dum tamen si est possibile, de aliis bonis tantùm assignetur filiis posteà genitis, qualitatibus personarum, & quantitate bonorum prospectis, vnde honestam vitam possint sustentare, arg. l. maximum, C. de li. prę. saltem vt alimenta habeant, quæ propriè veniunt de iure naturæ, vt legitimam in pecunia numerata, secundum Guid. Papæ, vbi s. & q. 487. Et ita fecit Iosaphat, rex Israel optimus, qui quinque filiis suis dedit munera auri & argenti multa, & pensationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. Regnum autem tradidit Ioram, eò quòd esset primogenitus, vt habetur alleg. ij. Paralip. xxj. in prin. & quia regnum Francię ad instar regni Israel fuit à Deo ordinatum, vt dixi super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. artic. pariter in ipso regno succedit primogenitus, & pro cęteris sunt apanagia, & partagia, vt sunt ducatus Aurelianen. Bituricen. & Borbonij, & ita seruat consuetudo in Francia, maximè in iurisdictionalibus, in quibus diuisio diminuere habet potestatis dignitatem, secundum Bald. in d. l. j. Nam talia sunt hodie indiuisibilia, vt d. c. imperialem, § præterea. quia ex hoc quòd primogenitus succedit solus, resultat publica vtilitas in istis feudis habentibus iurisdictionem, veluti ciuitatum, castrorum & terrarum. Quoniam vtilius est subditis regi per vnum, quàm per plures, vt d. l. ij. §. nouissimè, ff. de orig. iur. vij. q. j. in apibus. Et propter discordias, quæ inter plures præsidentes oriri solent ratione communionis. ff. de leg. ij. l. cùm pater, §. dulcissimis. de hac regiminis vnitate pulchra, & non minus elegantia, videatis Old.
172 verba allegato cons. 94. col. j. cum seq. † vbi concludit talem vnitatem fore causam, quòd soli primogeniti succedunt in istis, iuncto quòd patres, vt scribitur ij. Reg. xiij. circa med. ad instar Dauid, naturaliter plus diligunt primogenitos, velut primas eorum imagines, quam alios posteros. Qui quidem amor ostenditur ex summo dolore illo, quo torquentur parentes in morte primogeniti, de quo habetur ibi, & Zach. xij. vbi planctum ac mœrorem & fletum passionis Christi futuræ contemplando, eum comparat dolori mortis primogeniti filij, sic dicens, & plangent eum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti, qui dolor, secundum Lyram ibi, apud homines solet esse maximus. Nec potest eis maior plaga infligi, quàm mors primogenitorum, vt testatur creator, qui talem pœnam Pharaoni & Aegyptiis inflixit, Exod. xj. Media, inquit, nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitũ, erítq; clamor magn' in vniuersa terra Ægypti, qualis nec antè fuit, nec posteà futurus est. Ex quo dolore & fletu, quem fecit Christus in suscitatione Lazari, arguebant Iudæi, q valde eum amabat, Ioan. j. Vnde restat parentes plus
173 diligere primogenitos, præsertim masculos: † Adeò quòd si in cõtractu matrimonij donauerint bona, vel aliquid primò nascituro ex ipso matrimonio, ex quo deinde primò nata fuerit vna filia, & postea vnus masculus, & deinceps alij plures tam masculi, quàm fœminæ, talis donatio filio masculo debetur, & non filiæ primò natæ, vt pulchrè per multas rationes efficaces decidit Guido Pap. q. 506. inci. In contra. matrimonij. quia licet verba testatoris viderentur comprehendere filiam sicut filium, cùm masculinum concipiat fœmininũ, tamen hoc locum non habet, vbi donator præsumitur contrarium voluisse propter prędilectionem masculi, vt ibi per eum: imò Deus prædilegens eos dixit ad Moysen, alleg. Exod. xiij. Sanctifica mihi omne primogenitum, vt s. dixi. Adeò quòd Filium suum Redemptorem nostrum ex gloriosa Virgine Maria primogenita, [Et viro Ioachim, & beata Anna ei priore loco desponsata, quę post mortem Ioachim duos alios successiuè habuit maritos, ex quorum singulis vnam aliam concepit Mariam, vt dicitur super ver. *qui cum alia matrimonium contrahens.*] nasci voluit, ob quod parentes eis, vt plurimum proprias deferunt hæreditates, & substantiam, aliis satis
174 rationabiliter exclusis. † Ideo si testator hæredi suo suum proprium substituerit filium masculũ naturalẽ & legitimũ, quem voluit cognomen & arma portare, aliter filium primum vel secũdum, aut vlteriorem non specificando, hærede defuncto plurib. liberis superstitib. valet non obst. incertitudine substitutionis, ad quam propter onus portandi nomen & arma censetur testator, non omnes, sed primog. solum inuitasse, considerata ipsius testatoris voluntate: Quem verosimile est de vnico tantùm, ne scindatur hæreditas, intellexisse, & de primogenito, quia primog. dignior esse cẽsetur. Cùm primogenitura, vt vidistis, sit dignitas: & præterea, vt videtis præsumitur à patre magis dilectus. l. eum qui calendis, ver. si autem, ff. de verb. obl. & l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sign. secundum Guido Papæ sing. q. 467. vbi concludit cæteros filios hæredis priuari fructu dictæ substitutionis propter primogenitum. Vnde etiam si hoc non esset æquum, sc. quòd cæteri filij priuentur iure suo, tamen quia est bonum propter bonum quod inde sequitur, tolerari debet, vt not. maximè per gl. in l. j. ff. de iusti. & iur. Tum etiam propter consuetudinem, quæ solet esse in dominiis terrarum, vt primogenitus succedat, vt pulchrè dicit Paul. cons. alleg. 164. col. 4. in princ.
175 † Sicut ex consuetudine Franciæ inter nobiles solus succedit primogenitus in his dominationibus. Quicquid seruetur inter plebeios in patrimonialibus, adeò quòd si de annagio seu primogenitura fuerit inter fratres quęstio, & iudicatum fuerit pro vno, satis ex hoc probatur ille nobilis, quamuis expresè nihil pronunciatum fuerit super nobilitate, l. ij. C. de ord. cogn. cum per dictam consuetudinem annagium non debeatur nisi nobili, sicut in d. l. ij. hęreditas deberi non potest nisi libero homini, secundum Ioan. Fab. in §.
176 præiudiciales, in fi. Inst. de act. quod not. † Sola ergo consuetudo est causa potior, quòd tota hæreditas pertineat primogenito, & non quia feuda sunt indiuidua. Quia si tot eo quòd feuda non diuiduntur, deberent competere vni dũtaxat & non pluribus, concluderetur quòd feudum deberetur primogenito de iure communi, sicut dicit Angel. cons. 281. Et videtur sentire Ioan. Andr. s. in rub. de feud. quod est falsum: quia imò esset contra ius commune, quòd primogenito deferat plus quam vni ex aliis. Non est enim bona consequentia, ius regni vel feudi est indiuisibile, ergo non potest competere nisi vni: Quia sicut eleganter dicit Bal. in auth. ex testamento, col. vlt. C. de coll. non est absurdum, quòd regnum vel imperium sit penes plures insolidũ, cùm per hoc non diuidatur, vt not. 7. q. 1. non autem. & per Io. And. in tit. de rescr. præsen. in addi. Spec. & not. in cle. Romani principes. de iureiur. ideo dicebat Bal. in procœmio forum. §. itaq;.
177 † quòd si duo simul vno eodemq; impetu nascantur, adeò quòd cognosci non possit primogenitus, ambo

erunt

erunt reges. Idem decidit in l.ex hoc iure, q.v.ff.de iust.& iu. Nam sicut Gemini sunt in cælo, ita in terra erunt,&sic erunt pares in iure,qui pares sunt ex ęquitate nascendi secundum eum. De duobus simul nascentibus est tex.in l.si fuerit, ff.de reb.dub. Et idem Bal.in l.in quibus,in fi.& in l.si quis prioris,§.talem, C.de secun.nup.& in l.ex duobus,ff.de vul.& pup.& Alex.in l.qui filiabus,§.ij.ff.de leg.j.& Fel.in c.capitulum sanctæ crucis,de rescr.col.xvij. vbi per omnes concluditur,quòd ambo erunt reges,secundum glo.
178 in d.c.non autem.vbi decidit.† Quid si in administrando non concordant,vel cõtrarias sententias proferant? videatis ibi,& per eundem Fel.in c.quæ in ecclesiarum.col.32.in fi.de const. vbi post Ang. & Lud. concludit quòd coguntur vti iurisdictione alternatis vicibus, quod dicit esse not. pro intellectu cle.ij. de iure pat. Prętereà videmus,quòd iurisdictio & potestas publica potest esse apud plures insolidum,l.j.vbi no.ff.de off.cons.de quo plenè per Bar.in l.j.§.si plures,ff.de exer.act.& no.in c.prudentiam,§.j.vbi gl.& Doct.de of.dele.Similiter videmus iura subditorum sui natura esse indiuidua,l.ij.§.ex his, & l.stipulationes non diuiduntur,ff.de ver.obl.Et tamen deferuntur omnib.ęqualiter iure communi,vt d.l.maximum. C.de lib.præt.Quapropter necesse est concludere,ꝙ indiuiduitas feudorũ nunquam fuit causa finalis, nec ratio,ꝙ primogenito soli deferantur,sed sola consuetudo vel statutum quo ad hoc iuri cõmuni derogans & prævalens, vt plenè & not. consuluit Franc. Aret.
179 cons.164.col.4.† Nam in his consuetudinibus feudalibus non per omnia exigitur,ꝙ habeant omnimodam rationem:sed satis est,ꝙ sint tolerabiles& approbatæ per vsum,secundum Bal.quem ibi sequitur Aluar.in c.j.col.3.de feu.co. Tales profectò consuetudines introductæ fuerunt secundum vsum ab antiquis sapientibus institutum, vt dicit tex.in c.j.§.hoc quoque.qui feu.da.pos.& sic omnino non carent ratione, idcirco Bal.e.ti.§.pe.in fi.per illum tex.exclamat aduersus contrarium asserẽtes,sic dicens: Sileant bestię quæ dicunt vsus feudorum in se sapientiam non habere,q.d.imò fulgent antiquorum sapientia,&aliqua nituntur ratione. videatis Ang. cons.236.col.6.vbi dicit dictam consuetudinem primogenito vniuersam hæreditatem deferentem multum inualuisse in omnibus feudis,in quibus prævalet consuetudo. Ad cuius validitatẽ sufficeret sola vtentium voluntas,dum tamen (vt dictum est) sit tolerabilis, scandalum non generans,secundum Bal.vbi s. pro quo facit à simili gl.sing.in verb.ratas. in l.j.§.pueritiam,ff.de postul.
180 vbi dicitur † quòd quoties agitur de iustitia positiua, sufficit in lege vel statuto voluntas pro ratione. Pro qua facit tex.no.in l.prospexit,§.j.in fi.ff.qui & à quib.ma.lib.non fiant.quia ea quæ sunt de consuetudine, sunt de bona fide. l.quod si nolit,§.quia assidua,ff.de ædil.edict.vnde etiam si non exprimantur, intelliguntur.l.fi.C.de fideiuss. facit c.cum M.Ferrar. ☞ ibi.sicut consueuit,de const. [Et inde est,quòd prava consuetudo excusat quem à pœna fori contentiosi,secundum glos.in c.cùm venerabilis,de consue.de quo ibi Panorm.& habetur latius j.super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.* Loquendo de illo Cariuario an sit permissum,cui conuenit illud Sallu. in Iugur. Neque per vim sociis ereptæ pecuniæ,quæ quanquam grauia sint, tamen ex consuetudine iam pro nihilo habentur. Refert etiam Cæsar de bello Gallico,lib.Comment.vj.Germanos latrocinij nullam habere infamiam, quæ extra fines cuiusque ciuitatis fiunt.]Ideo dicit Bald.in c.cùm venissent,de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.quòd consuetudo præsumitur in dubio laudabilis & bona, ex quo ciuibus placet:quia quod eis placet,generat concordiam,quę ciuitatibus est vtilissima. Nam ius ciuile quale est consuetudo, aliud non intendit,quàm homines dirigere in bonum commune, secundum quod congruit humanę societati ciuiliter viuenti,secundum quem modum bonum commune habet nutriri, conseruari, & promoueri per legalem iustitiam, & ciuilem amicitiam,vt dicit Io.An.in mercur.de reg.iu.lib.6.c.peccatum, vers.quintò quærebatur. & Panor.s.in procœ. vj.col. Cùm secundum Sallust.in Iugurt.Concordia paruæ res crescunt, discordia verò maximæ dilabun-
181 tur.† Tales enim intestinæ discordiæ rempublicam latenter prosternunt, sicut vermiculus arborem dulciter corrodit,donec ceciderit,vt pulchrè dicit Bal. ☞ in l.j.§.j.de cad.tol. Nihil enim est tam [Hęc verba Catilinæ in ij.respon.inuectiua contra Ciceronem.] periculosum ciuitatibus,quam,cùm dilecti ciues inter se dissident. Inimica namque est rerum maximarum discordia,quæ res fortes dissipat, & demolitur.
182† Prętereà vetustam etiam iniquitatem audere conuellere pernicioſum est,&scandalo promptissimum, prout res ipsa experimento docuit,cùm illi Graccho rum agrariis concitari legibus,agros populo diuidere, quos diu nobilitas possederat, voluerunt: quod causa fuit in vrbe, atque initium ciuilium bellorum. ☞ [Quod factum impunitum non remansit: quia variis temporibus, alter à Scipione Nasica, alter à Lucio Pisone consule de alto fuerunt præcipitati, quorum cadauera insepulta manserunt,licet genere & opibus nobiles forent filij Tyberij Gracchi viri patritij,& reipublicæ amantissimi nati ex Cornelia superioris Scipionis filia.Sed illis nec summa patris authoritas, nec Scipionis gloria profuit, quominus honore sepulturæ carerent,de quibus Valer.li.6.c.3.tit.de seueritate,sic dicit: Viguit in nostra ciuitate,s.Romana,Tyberij & Caij Gracchorum summa nobilitas,ac spes amplissima. Sed quia statũ ciuitatis conati erant conuellere, insepulta cadauera iacuerunt,supremusque humanæ conditionis honos filiis Gracchi, & nepotib.Aphricani defuit.Hæc ille. Apud tamen Germanos possessiones communes existunt,vt Cęsar refert in Commen.suis de bello Gallico,lib.vj.Neque, ait,quisquam agri modum certũ,aut fines habet proprios,sed magistratus ac principes in annos singulos gentib.cognationibusq; hominum, qui vnà coierũt, quãtũ eis,& quo loco visum est,agri attribuunt atq; anno pòst aliò transire cogunt. Eius rei multas afferunt causas, ne assidua consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutent, ne latos fines parare studeant,potentioresq; humiliores possessionibus expellant. Ne accuratius ad frigora,atq; æstus vitandos ędificẽt.Ne qua oriatur pecunię cupiditas, qua ex re factiones diuisioneſque nascuntur, vt animi æquitate plebem cõtineant,cùm suas quisq; opes cum potentissimis æquari posse videat.Hæc ille. De isto modo viuendi videbis super verb.*& vxorem nomine Adelasiam.*in v.prin.art.vbi agitur de agricultoribus,qui pecuniam tangere non debent. & super verbo,*domum.*circa prin.]Ideo sapienter alibi dicit ipse Bal.ad propositum nostrum, in c.ex rescripto,de iureiur.ꝙ statutum non dicitur irrationabile,si habeat solùm rationem motiuam.Et idem Bal.in c.j.de con-
183 stit.dicit,† quòd constitutio satis dicitur rationabilis,eo ipso ꝙ non reperitur prohibita, licet eius ratio demon

BIU Cujas

demonstrari non posit: quia in iustitia positiua non multum de ratione curatur, sed de sola voluntate, sc. tolerabili, quod procedit in omnibus, quę sunt de iustitia beneplaciti, secũdum Bal. in d.c. cùm venissent.

184 † Quæ autem sit differentia inter iustitiam naturalem & positiuam, dicit Ang. in l. iustitia, ff. de iust. & iu. quòd naturalis iustitia rationem habet vrgentem, positiua verò beneplaciti procedit ex mera voluntate eius statuentis, adeò quòd frequenter dicunt aduocati in statutis sufficere statuentes sic statuisse, allegant glo. in d. §. pueritiam.

185 † Vnum tamen tenebitis menti, quòd licet feudum magnę dignitatis, puta ducatus vel comitatus propter eius excellentiam diuidi nõ posit, hoc intelligitur quo ad eius proprietatem: secus autem quo ad administrationem, ita quòd vnus frater regat vnam ciuitatem, vel prouinciam, alius alteram, secundum Bald. & Bar. in l. inter tutores. ff. de adm. tu. quod est no. pro istis magnis principibus, qui habent interdum plures filios, inter quos solus primogenitus in proprietate succedit in vniuerso, alij verò in administratione certarum rerum quandiu viuent. idem tenet Præpositus in c. j. §. fi. qualiter olim feu. al. po. & Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col. xxxij. de const. Præterea tales dignitates exceptis regalibus possent ex consuetudine diuidi, sicut non diuidi: vt fit in Italia & Lombardia, secundum Alex. in iij. parte, consi. lx. inci. visis dubitationibus: sicque consuetudo de his diuidendis vel non diuidendis ad libitum disponit, vt vbi consuetudo non esset, regularentur iure communi, per tex. sing. in c. j. de feud. cogn.

186 † An autem valeat pactum, quòd res transeat ad solum primogenitum, plenè decidit Ias. in l. ij. C. de iure emph. col. 54. & an per testamentum possit hoc fieri, decidit Fel. in alleg. c. prudentiam. §. j. de of. dele. quòd pater potest feudum primogenito, cæteris exclusis, relinquere, etiam vbi non est talis consuetudo: sed extraneum præferre filiis non posset, c. j. de suc. feu. videatis Pau. cons. clx. inci. In causa quam magnificus.

187 † Et intantum ius istud primogenituræ filio competit primogenito, quòd eo moriente transmittitur ad posteros, etiam si mortuus fuerit viuente patre, licet nonnulli teneant primogenituram esse priuilegium personale nõ transmissibile ad posteros, sed extinguitur cum persona primogeniti, vt plenè disputat Oldra. cons. 223. inci. Istæ sunt allegationes. col. vij. vsque ad fi. vbi finaliter concludit ius primogenituræ fore ad posteros transmissibile, ex hoc not. inferens, quòd si primogenitus regis ante adeptionem regni viuente patre rege decesserit relicto filio, hic filius primogeniti debet regi auo suo succedere in regno, ita quòd præferendus est patruo suo filio regis secundogenito, cùm iste filius primogeniti censeatur esse vna & eadem persona cum patre suo regis primogenito. l. fi. C. de imp. & al. subst. Sed aduertendum est, quia in hoc passu quotidiano tres reperio principales opin.

188 † Prima fuit opin. Old. in suo eleganti cons. superius relato, volentis (vt dictum est) nepotem ex primogenito præferri in regno patruo suo regis secundogenito. Et ita ibi narratis ac recitatis rationibus aduocatorum vtriusque partis, s. domini G. de Pergerminaco vtriusque iuris doctoris, aduocati pro filio secundogenito, necnon domini Ioan. de Lauduno legum doctoris pro nepote ex primogenito descendentis, concluſit nepotem prę ferendum, motus inter cætera, quia in Gene. 35. legitur, Quod Iacob abstulit primogenita Esau, adhuc Isaac eorum patre viuente. Vnde dixit Esau de Iacob, Primogenita mea abstulit. per quæ verba iure diuino monstratur, quòd quia viuente patre competũt ea, cedere, vendere, donare, & in alium transferre potest primogenitus, 7. q. 1. quã periculosum. & plenè no. per Host. in c. licet. vbi etiã

189 hoc tenet Panor. de vot. † Ex quo concluditur, quòd si primogenitus cedere, vendere, aut donare potest ius primogenituræ, quòd diuina lege permittitur, ergo satis constat, quòd illud ad hæredem transmittit, maximè filium. argu. l. quædam, ff. de acqu. rer. dom. Quia quod est cessibile, est transmissibile. l. ex pluribus, ff. de adm. tut. Secundò mouebatur iure naturali, quo pater plus diligit filium, quàm filius patrem. l. isti quidem, ff. quod me. cau. & plus quàm seipsum, vt ibi, & non sine causa: quia pater in filio partem sui corporis habet seu retinet, & quod iuris est de toto quo ad totum: idem de parte quo ad partem. l. quæ de tota, ff. de rei ven. Tertiò mouebatur iure humano positiuo, quoniam videmus, quòd vbi tractatur de admittendis nepotibus ad successionem aui cum patruis, semper nepotes patris personam repræsentant.

☞ [Vt plenè habetur super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. art. suc. ab intest. dum loquitur de filiis excludentibus nepotes.] Et non in capita, sed in stirpes ex persona sui patris auo succedunt, Inst. de hær. quæ ab intest. defe. §. cùm filius, ij. & auth. cessanti, & auth. post fratres, C. de suis & leg. hære. ergo vbi tota hæreditas debetur primogenito, nepos ex eo velut personam sui patris repræsentans excludit patruum in totum, sicut primogenitus eius pater ipsum excluderet, si viueret Quia sicut partem ex persona sui patris capit in communi successione, etiam capiet totũ, vbi tota debetur primogenito. Præterea videmus in querela inofficiosi testamenti, quæ nascitur in aditione hæreditatis, l. Papinianus, §. si conditioni, ff. de inof. test. & tamen filius exhæredatus decedens ante aditam hęreditatem per hęredem transmittit querelam ad filium suum, licet nondum natam ex prępara-tam. l. si quis filium, C. de inof. test. aut si velimus intelligere, quòd ante filij obitum spes querelæ sibi orta erat, illa spes orta filio pendente deliberatione legis adeundi hæreditatem transmittitur beneficio legis. Dicebat insuper q̃ ius competens ex beneficio legis transit ad hæredem antequam deferatur: v. g. is qui in adoptionem datur, habet quartam in bonis arrogatoris, ex constitutione diui Pij, quam patre arrogatore superstite ad hæredem moriendo transmittit, l. j. §. si impuberi, ff. de col. bo. sic in proposito, cũ ius primogenituræ ex constitutionis, aut consuetudinis beneficio debeatur primogenito, etiam viuente patre, moriens illud ius transmittit ad posteros. Post remò licet primogenitura sit priuilegium, tamen persona filij primogeniti non est causa illius priuilegij, saltẽ propinqua, sed ipsa primogenitura seu dignitas primogenituræ est causa, igitur non extinguitur cum persona: sicut extingueretur, si esset simplex priuilegium personale, sed cùm debeatur dignitati, quę non moritur. c. si gratiosè. de reser. libr. vj. & c. quoniam abbas, de of. dele. ad hæredes transmittitur, saltem, filios dignitatis primogenituræ capaces. Hanc eandem opinionem sequutus fuit dominus Armandus de Marcesio sacri palatij auditor, motus primò, quia quod possunt contrahentes, potest etiam lex, ff. de pact. l. non impossibile sed constat contrahentium conuentionem hoc posse, s. ius nondum competens transmittere ad posteros, Inst. de verb. obl. §. ex conditionali. ergo sic poterit lex in proposito, cùm ius primogenituræ ex legis beneficio, aut constitutionis vel consuetudi-

nis

nis competat, ita vt ad posteros transmittatur. Præterea, quoties ab homine alicui prouidetur, videtur in dubio sibi & suis prouideri.l.si pactum.ff.de prob. & l.iurisgentium.§.pactorum.ff.de pact. & ita erit in casu nostro, vbi beneficio legis, aut consuetudinis prouidetur filio primogenito, vt etiam prouisum censeatur suis posteris. Tertiò mouebatur, per text. quem esse dicebat nostræ quæstionis decisiuum, in l. si operarum actum in iudicio.ff.de oper.lib.vbi si patronus ratione iurispatronatus agit contra libertum, licet patronus decesserit, prius quàm iudex ius illud pertinere actori declarauerit, tamen ius patronatus ad filios transmittit, etiam si hæredes non fuerint. Similiter vbi duobus manumittentibus operæ promittuntur per manumissum, vno manumissore mortuo transmittit ius petendi operas ad filium, licet alter manumissor adhuc viuat. l.à duobus.ff.de operis lib.

190 † Nam videmus, quòd legato prædio cum villico contubernali, & filij nepotes illius villici etiam intelliguntur legati: quia filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, continentur. non enim dulciori nomine possumus nostros nepotes, quam appellatione filij nominare. l. liberorum.ff.de ver.sig. idem tenet Io.Fab.in d.§.cùm filius. inst.de hær.quę ab intest.defe. & ibi Ang.ver.extra gl.oppo.videtur idem sentire. Et hoc verum, secundum eundem Io.Fab.in §.cæterum.inst.de leg.agn.suc. si filius primogenitus pater prædecesserit relicto filio masculo: quia talis nepos prę ferretur filio suo, secus autem esset in nepte ex primogenito, quæ non excluderet filium baronis

191 secundogenitum. † Quòd fœmina non succedit in feudo stantibus liberis etiam remotioribus. cap.j.de suc.feud. & c.j.de feud.fœm. nisi in casibus, quos vidistis in verbo, *duas habens filias*. ideo decidit ibi Io. Fab. quòd si primogenito competat annagium inter nobiles, si vnus sit masculus, habebit annagium, licet sorores habeat antiquiores, & primogenitas. Vnde quamuis ex primogenito præmortuo cui annagium competeret, si viueret, superstit baroni neptis, talis neptis mortuo barone excludetur ex consuetudine per filium baronis masculum, quamuis vltimogenitum, quod est notandum: quia secundum eum hoc sæpe contingit in regno Franciæ, In hanc etiam sententiam, s. quòd nepos patruo præferatur, magis post longam disputationem inclinat Bal.in d.l.cum antiquioribus.q.8.C.de iure del. motus x. rationibus, quarum sequentes sunt principales. Primò, quia nepos surrogatur loco filij regis patris sui, & sic recipere debet gradum illius: quoniam hoc idem videmus in patre, qui surrogatur loco filij hęredis instituti, qui pro hęrede in primo gradu instituto haberi debet ad vulgarem substitutum excludendum, quasi ab initio fuisset pater institut.l.fi.§.similiq; modo.C.de bo.quæ li. & plenè dicam j̃.eo.super verbo, *si absq; liberis*.ij.tractando primum effectum vulgaris substitut. Secunda est, quia ius primogenituræ est ius dignitatis adeptæ, cùm viuente adhuc patre filius vtatur prærogatiua primogenituræ in omnibus, sola successione excepta, quam adipisci sperat ilico post mortem patris secundum gl.in d.c.quam periculosum. ideo naturali iure, atque ciuili descendit in posteros. Tertia ratio est, quia sicut se habet dignitas ingenuitatis, in qua calamitas & infortunium patris non nocet filio, inst. de ingen.circa med. sic se habet dignitas primogenituræ, vt calamitas & mors primogeniti non noceat nepoti in successione aui. Quarta ratio est, quia in his in quibus quis magis consideratur filius quàm hæres, talia iura transmittit filius moriens etiam viuo patre, cùm vt dictum est, viuo patre posset ea cedere, ergo & transmittere. Quinta ratio est, quia filius primogenitus nascendo se includit, & se includendo secundogenitum perpetuò excludit, & quod nepos ex primogenito excludat patruum, videtur esse decisum in c.j.de nat.suc.in feud. & in c.j.de grad.suc.in feud. vbi in feudo diuiduo inter hæredes nepos simul succedit cum patruis in sui quondam patris portione. Igitur eodem modo succedere debet in toto, si totum patri suo pertineat ex consuetudine, secundum Bal.in d.l. cum antiquioribus. Subiungens ibi hanc opin. inualuisse in maximis regnis Francorũ & Angliæ. Et cum eam crescere & inualescere videamus, ipsam seruare debemus. l. quæsitum.§.si fundus. ibi, quam sentẽtiam. ff.de fun.instr. Idem decidit Bald.in l.ex hoc iure.ff. de iust.& iur. in vj.q. vbi narrat ita fuisse obseruatum in regno Angliæ, in quo propter nepotem ex primogenito fuit exclusus secundogenitus princeps de Gales, subiungens ibidem ita sæpe in similib.iudicatum fuisse per inclytum regem Francorum. Et idem tenet in l.si viua. C.de bon.mat. licet prima facie videatur tenere filium secũdogenitum excludere nepotem ex primogenito. Tamen finaliter sentit, & inclinare videtur pro nepote, referens Robert. Siciliæ regem iudicasse pro nepote, quãuis ipse aliàs, vt pars regnum obtinuisset contra nepotem, vt j̃.dicetur in secunda opin. Et ita tenet Alb.in procem.fforum. Hanc etiam opin. sequi videtur Ioan.And.in add.Spec.super rub. de feud. Vbi post solennem disputationem laudabili more suo præambulam, non solùm hanc opin. ponit pro vltima, & consequenter eam tacitè approbando, secundum quod vult text. quem ibi ad hoc ponderat Bart.in l.bona fides.ff.depositi. sed etiam argumenta in contrarium facta soluit. Et rationes pro hac opin. facientes insolutas dimittit. Idem tenuit Paul.in l. maximum. C.de lib.præte. & in l.is potest.ff.de acq. hær. & etiam consulendo cons.clxj.incip.in præsenti causa. vbi ad hoc concludendum probat multis, & exquisitis rationibus identitatem personarum filij & nepotis, & in eandem opin. magis inclinat Bald.in l. liberti. ver. sed hîc quæritur, si filius. C.de operis lib. & ita pro nepote refert fuisse illis diebus determinatum in regno Angliæ. Nam secundum ipsum tantus honor debetur nepoti ex persona filij, cùm viuente patre esset quodammodo rex, vt in d.c. quàm periculosum.vij.q.j. Idem tenuit Cy.in l.imperialis. C. de nupt. & Pet.de Anc.in d.c.licet.de vot. & in cons. lxxxj.incip.dicta facti narratio. Idem tenet Panorm. in d.c.licet.col.ij.de vot. quem sequi videtur Felyn.in c.auditis.col.vj.in fin.de præscri. & in c.prudentiam. de of.deleg. se finaliter ad ipsum, & Old.remittendo, qui (vt vidistis) tenent nepotem ex primogenito prę ferendum. Quam opin. noua consideratione inter alias consulendo sequutus est idem Panor. in j. parte, cons.lxxxv.incip.in præsenti quæstione. vbi inter a-

192 lia dicit, quòd † constitutio vel concessio loquens de primogenito operatur, quòd omnes descendentes ab eo gaudent iure primogenituræ ad patruum excludendum. Et in ij.parte cons.iij. vbi consuluit in causa comitatus Bigorræ.col.viij. & de Zabarel.Cardin. in d.cap.licet. q.vlt. Idem tenere videtur Iac.Aluar. in cap.j. in fi. titul. de feud. Marchiæ. dum simpliciter se remittit ad not. per Ioan.Andr. & Bald. vbi suprà. Et ita consuluit Franc.Aret. consil.clxiij. incip. diligenter & maturè discussis. in decisione secundi dub. & Barb.in ij.parte cons.xj.incipien.sapienter scribi-

tur

BIU Cujas

tur. col. xiij. vbi vltra omnes mouetur nouo fundamento, concludens hanc esse *communem opin.* pro nepote, & pariter pro hac opin. resp. Nic. de Vbald. de Perusio, cùm fuisset de hoc interrogatus per regem Franciæ Ludouic. xj. in successione principis Nauarræ quondam patris dominæ Catharinæ nunc reginæ illustris Nauarrę tunc nouiter defuncti, vt ipse refert in quodam suo tract. de succes. ab intest. col. 26. Panca ibi allegans in tam dubio puncto: tamen se excusat, quòd quæstio suis non conueniebat terminis. Obierat enim ante patrem præfatus princeps Nauarræ primogenitus superstitibus ei masculo filio, qui Phebus vocabatur, & dicta Catharina eius filia. Post cuius principis decessum dictus Phebus eius filius mortuo postea auo comite Fuxi successit in dicta domo, sine aliqua controuersia, quam ei fecerit patruus suus dicti comitis secundogenitus. Et demum post aliquot annos dictus Phebus ante coniugium, & sic absque liberis dicta Catharina eius sorore, & patruo superstitibus obiit. Ex indęque dicta domina Catharina regnum Nauartæ cum tota domo Fuxi adepta est. Vnde nō mediocris insurrexit quęstio inter eam, & eius patruum Narbonæ vicecomitem, qui dicebat filiam non posse in talib. feudis succedere. Et pariter de comitatu Niuernēsi inter vxorem dom. Doruallo filiam quondam comitis Niuernensis secundogenitam, & liberos filiæ primogenitæ dicti comitis vxoris domini Hilberti de Cleues in Parlamento Paris. nescio quid iudicabitur. Hanc etiam opin. tenuit pro nepote contra patruum post seriosam ad partes disputationem, vbi per xvij. col. sua vltra omnes scrib. dilatauit philateria Iac. de S. Georg. Præpositus, in d. c. j. de feud. Marc. dicens pluries ita fuisse iudicatum
193 in regnis Galliæ, Castellæ, & Hispaniæ. † Et cùm semel quæstio occurrisset Otthoni Imperatori, dubitans in puncto iuris quid iudicaret, iudicauit supra Rhenum fluuium, iuxta Treuerim existens, litem iudicio gladiatoris fore dirimendam, & nepos contra patruum in gemina pugna vicit, & fuit æstimatum voluntate Dei hoc euenisse, vt refert Ioan. Bertach. Doctores decidere & seruari. prout dicit in suo repert. super verbo, nepos. ver. nepos regis. & gl. pragmaticæ in verbo, fratres. in tit. de num. & qual. Card. Et etiam Nicol. Myl. in repert. §. filius. versi. filius primogenitus. & quæstio capellę archiepiscopalis Tholosæ, 433. vbi idem deciditur. [Et tenet ibi dom. Aufre. in sua addit.] & Fely. in c. prudentiam. de offi. deleg. Postremò hanc opin. reperio Lycurgum Lacedæmoniorum principem ac legislatorem æquissimum contra seipsum, qui secundogenitus erat, pro suo ex fratre primogenito nepote decidendo practicasse, prout in quarto supplementi Chronicorum lib. bellissimè exaratur, in hæc verba: Lycurgus Lacedęmoniorum princeps & legum lator, vir certè clarissimus, & inter philosophos admirādus, patre Spartiatarū rege, necnon & eius fratre natu maiore mortuis: cum regnare potuisset, certior factus, quòd fratris defuncti vxor prægnans esset, euestigio declarauit regnum pueri esse debere, si mas foret. Sed cum mulier verba fecisset de perdendo puero, quò illi nubere posset, & Spartiatis imperaret, eius opin. detestatus est. Natóque puero cum aliquando ipse cum principibus cœnaret, eum Lycurgo detulerūt, quem ipse suscipiens ad discūbentes dixisse fertur. O Spartiatæ rex nobis est natus. Impositóque in regni solio, omnes tum eius animi magnitudinem, tum iustitiam admirati sunt. Hæc ibi [Lycurgus, hic primus fuit qui iura Lacedęmoniis ex Apollinis authoritate con
194 finxit. vij. dist. c. Moyses.] † Secunda principalis opinio in hoc puncto fuit tota contraria primæ, videlicet quòd in regno vel alio feudo stante consuetudine, quòd primogenitus succedat: mortuo filio primogenito in vita patris, eo posteà defuncto, filius secundogenitus, seu alius, quem nemo filiorum antecedit, ad successionem vocabitur, & nepotem ex primogenito præmortuo superstitem in totum à successione excludet. Nam patruus semper in regno est nepoti præferendus: quin aut iste nepos venire vult ex consuetudine regni, & non potest: quia illa disponit de primogenito. Sed primogenitus dicitur patruus respectu nepotis. c. nam & ego. & c. Ioseph. de ver. sig. Aut nepos venire vult de iure communi, & similiter non potest: quia non est proximior illi de cuius successione agitur. l. iij. in fi. C. de bo. quæ lib. per quam ita decidit Rich. Malumb. quem sequitur Im. & de sancto Gemin. in c. grandi. in fi. de sup. negl. præl. lib. vj. & tenuit Bar in authen. post fratres. C. de leg. hær. quem sequitur summa Rosella super verbo, filius. §. xiij. in fi. Nam de iuris rigore præfertur patruus filio fratris. inst. de leg. agna. suc. in prin. Sed posteà ex æquitate statutum fuit contrarium in successione ascendentium & collateralium, in filiis fratrum duntaxat, vt scilicet nepotes cum patruis succedant, vt d. auth. post fratres. Ideò cùm æquitas illa fuerit solùm scripta, vbi agitur de succedendo, nepotes simul cum patruis non autem vt ei præferantur, ipsum in totum excludendo, prout est in regnis quæ inter plures diuidi non debent, erit secus dicendum. Cùm hoc casu non vigeat eadem æquitas: imò videtur, quòd si oporteret alterum præferri, & sic alterum ipsorum per alium excludi, potius deberet nepos excludi, per d. l. iij. Ad hoc facit bon. text. in l. tutel. §. si duo. ff. de leg. tut. vbi Bald. sibi contrarius hanc partem tenuit contra nepotem. Facit l. si libertus. §. ij. ff. de bon. lib. vbi hoc tenent Docto. multi. idem pro patruo contra nepotem tenent Salycet. in d. l. si viua. C. de bon. mat. Et secundum hanc opinionem vidi pluries consultum. Nam omnia iura, quæ loquuntur de hoc iure primogenituræ cedēdo, vel in alium transferendo seu transmittendo, loquuntur expresè, vbi fit transmissio in habentem similem qualitatem, scilicet filiationis, quam habebat filius præmortuus primogenitus, vt patet Genes. alleg. c. xxv. Vnde alia iura positiua sumpserunt fundamentum. Ibi enim Esau pro lentis edulio ius primogenituræ vendidit Iacob fratri suo eiusdem patris, scilicet Isaac filio. xxij. quæstio. ij. quæritur. & dicto c. quàm periculosum. vij. q. j. Et dicitur originaliter ad Hebr. xij. Et sic habenti qualitatem filiationis in primogenitura requisitam: quia licet Esau esset primogenitus, tamen Iacob eius frater erat secundogenitus, immediatáque persona qualitatem filiationis habens in primogenitura requisitam, cùm (vt dictum est) filius esset Isaac, de cuius successione agebatur, sicut erat Esau. Quæ quidem qualitas filiationis inest iuri primogenituræ, quemadmodum risibilitas inest homini. Et sicut accidēs stare non potest sine subiecto, sic etiam ius seu priuilegium primogenituræ stare nō potest sine filiatione. vt d. c. Ioseph. & c. grandi. & c. licet. in fin. Quæ iura in hoc videntur expressa taliter, quòd illud ius cessum vel transmissum in Iacob filium Isaac secundogenitum, cedi non potuisset, nec transmitti in nepotem ex primogenito qualitate filiationis carentem. Nam quoties in aliquo actu seu dispositione explicāda requiritur certa

qualitas

qualitas in persona, si talis qualitas non ineſt tempore explicationis actus seu dispositionis, talis dispositio non tenet in prejudicium personę habentis illam qualitatem requisitam. l. fi. §. ait lex. ff. de diuor. Hinc dicimus, quòd stante consuetudine, quòd proximior in genere venditoris posit rem venditam pro simili pretio, quo vẽdita fuit, retrahere infra annum. prout dicta cõsuetudo viget in præsenti ducatu Aquitanię: si res vẽdita fuerit alicui de genere in remotiori gradu existente, talis venditio non tenet saltem effectualiter in præiudicium proximioris, cui ineſt qualitas proximitatis requisita per consuetudinem vel statutum. Imò ille proximior poterit rem alienatam retrahere à remotiori gradu, ac si extraneo fuisset vẽdita, vt probatur in l. filio. ff. de inoff. test. Et est casus in c. j. §. Titius. si de feu. fue. contr. & in l. vnum ex familia. §. si duos. ff. de leg. ij. & tenet Ioan. Fab. instit. de acq. per arrog. & inst. de hæred. quæ ab intest. defe. §. ij. & not. in l. dudum. C. de contrah. emp. & in c. constitutus. de in inte. rest. [De quo plenè fuit dictum super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. prin. art. suc. ab intest.] Prętereà, vbi certa qualitas est causa officij vel dignitatis, tunc cessante qualitate, cessat officium seu dignitas. l. Lucius ff. de fideicom. lib. Et ratio est, quia surrogatus esse debet eiusdem qualitatis, iuris & conditionis, cuius erat is in cuius locum surrogatur, & debet esse talis, qui à principio potuerit esse. l. parabolani. & ibi Bal. C. de epi. & cler. c. statutum. §. in nullo. de rescr. lib. vj. Cùm igitur nepos ex primogenito non sit eiusdem iuris, nec conditionis in cuius loco subrogatur, eo quia ipse, qui est nepos, non fuit nec est filius, nec persona immediata, sed est nepos, & persona mediata illius, de cuius successione agitur, non potest succedere loco filij primogeniti patris sui in præiudicium filij secundogeniti eius patris, qualitatem filiationis habentis, quæ vt videtis est fundamentum iuris primogenituræ, quę non cadit nisi in filio. Nec in mundo reperitur aliquod ius diuinum, nec humanum positiuum volens ius primogenituræ titulo vniuersali, aut particulari ad alium posse transmitti, quàm ad filium. Et vbi in iure reperitur cessum vel transmissum, hoc fuit de filio primogenito cessum in alium filium secundogenitum, vt patet alleg. c. Genes. xxv. & d. c. quæritur. xxij. q. ij. & c. quam periculosum. quæ loquuntur de iure diuino, & de iure positiuo est text. in d. c. licet. de vot. dum dicit, ordine genituræ priuandum. & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum appellatione postposita deuoluendum. Et sic apertè ibi deciditur, quòd nepos, vel alius descendens ex primogenito stante patruo filio immediato illius, de cuius successione agitur, nullatenus succederet in iure primogenituræ, sed deueniret ad minorem filium habentem qualitatem filiationis requisitam. Præterea, iura volentia priuilegium filio concessum transire ad nepotem, intelliguntur in priuilegio ratione personæ concesso, cùm sint ambo vna & eadem persona. l. fi. C. de imp. & al. subst. secus si concessum foret ratione alicuius qualitatis, puta filiationis sicut in casu isto, vbi priuilegium primogenituræ est fundatum super filiatione, quæ in nepote non militat. Et hac consideratione, s. quòd filiatio sit causa iuris seu priuilegij primogenituræ satis resultat responsum ad rationes pro prima opinione adductas, secundum quam fuit iudicatum in fauorem regis Roberti. Cui cùm esset secundogenitus, remansit regnum Siciliæ excluso rege Vngariæ ex primogenito nepote, secundum Bart. in d. Auth. post fratres. Et doct. in d. c. grandi. Similiter fuit iudicatum in regno Castellę cùm de ipso esset debatum inter secundogenitum & nepotem ex primogenito præmortuo, vel inter causam ab eis habentes. Et fuisset in reges Aragonum & Portugaliæ compromissum, arbitrati fuerunt prefati reges in fauorem filij secundogeniti con-
195 tra nepotem ex primogenito. † Fertur etiam Carolum magnum Francorũ regem ac imperatorem tres procreasse filios, s. Pepinum primogenitum, Ludoui cum secundogenitum, & Carolum tertiogenitum, & ex Pepino primogenito nepotem habuerat nomine Bertrandum. Tandem mortuo dicto Pepino primogenito ante ipsum regem patrem, cùm iam in eius vita discordia moueretur super genitura inter Ludouicum secundogenitum & dictum Bertrandum ex primogenito nepotem, præfatus rex ius genituræ, s. imperium & Francorum regnum præfato Ludouico eius secundogenito filio adiudicauit, prȩcipiens dicto Bertrando nepoti, & Ludouico esset obediens, & ei Lombardiæ regnum concesit, vt in mari legitur historiarum. De quo Gaguin. lib. 4. c. ij. sic dicit: Glorioſissimo imperatori, s. Carolo magno successor Ludouicus extitit, qui pij cognomen ob morum mansuetudinem est consequutus. Hic puer adhuc Aquitaniæ principatum iussu patris obtinuit, præclaros labores aduersus Hispaniæ tyrannos excepit, ciuitatibus multis in Aragonia maximè patre viuẽte in suam potestatẽ receptis: nuntio de patris excessu accepto, ipse post xxx. diem, quo Aquitania digressus est, Aquisgranum venit. Vbi à proceribus Francis, qui illo visendi noui regis, atque imperatoris gratia conuenerant, consalutatus imperator, ad patris monumen-
196 tum Deo preces ritu christiano supplex habuit. † Carolus verò ob vitæ merita in numerum sanctorum relatus esse à plerisque creditur, cui etiam loci incolæ diem festum agunt. Idque ab ecclesia Romana permitti Hostiensis iurisc. tradit. Quo exemplo Ludouicus xj. Carolum à Parisiensibus coli nostra ætate imperauit, missis vicatim nuntiis, qui diem festum celebrari populo indicerent, pœna capitis repugnantib. indicta. Hęc ille. Talis ergo sententia principis multum facit, & eius consuetudinem trahimus in causis iudicandis, licet non sit ius scriptum. text. est notab. quem ibi ad hoc commendat Bal. in l. nemo. C. de epi-
197 sc. aud. † Quia quoties sententia principis venit ad declarandum aliquod dubium iuris, prout erit in casu nostro, talis sententia ius facit quo ad omnes, & non solùm habet vim sententiæ, sed etiam generalis statuti, quod est speciale in sentẽtia principis. text. est quem ibi not. Bal. in l. imperialis. C. de legi. Nec huic opin. obstant aliqua iura feudalia, nepotem vocantia ad successionem: quia loquuntur, vbi nepos vocaretur ad successionem aui accumulatiuè cum patruo, vt in feudis diuiduis, quando non vigeret consuetudo de primogenito succedendo solo. Quo casu seruaretur ius cõmune, sicut in successione patrimoniorum. Sed in feudis indiuiduis, vt sunt regna, ducatus, & comitatus, aut vbi viget dicta consuetudo: quia tunc nepos cum patruo non concurrit accumulatiuè, sed priuatiuè & excluſiuè, & agitur de altero præferendo, tunc patruus nepotem excludit, vt dixi s. in prin. huius ij. opin. vbi ponitur ratio. Et in hanc opin. magis videtur inclinare gl. in princ. pragmaticæ super verbo, primogenito. Et in tit. de numer. & qualit. Card. super verbo, fratres. Et Lucas de Penna post longam & magistralem ad partes ambas disputationem in l. tyrones. C. de tyro. lib. xij. Tamen inclinare rationabiliter

BIU Cujas

biliter videtur, hoc verũ esse, data inter eos paritate. Aliàs vtilior & virtuosus præferretur, vt de rege Roberto dicetur. Videatis quæstionem hanc latissimè per eundẽ disputatã, & pro patruo concludentẽ in l.j.C. de priuileg. eorũ qui in sacro palat. milit. eo. li. & consuluit Alexan. in iiij. parte, consi. iiij. incip. Pon deratis verbis testamenti. dicens, ꝙ semper sequutus fuit hanc opinionẽ pro patruo, melioribus rationib⁹ fundatã, & magis cõmunẽ. Et ita pronuntiauit Papa Bonifacius pro rege Roberto contra regẽ Vngariæ eius nepotẽ ex fratre suo primogenito. Hanc etiam opinionẽ allegatiuè discurrendo tenuit Oldr. sibiipsi contrarius cõsi. xciiij. incip. Elegãter circa negotiũ.
198 xvj. col. plura allegans pro hac parte iura. † Tertia fuit opinio Bald. in l. vt intestato. C. de suis & legit. hæred. duarũ præcedẽtiũ cõcordatiua, vbi resolutiuè loquendo in hoc pũcto distinguit, quòd aut patruus, & sic filius secundogenitus, est natus ante nepotem, id est, ante filium primogeniti, & succedit tũc filius secundogenitus, non autem nepos ex primogenito filio. Aut nepos ex filio primogenito nascitur ante filium secũdogenitum patrum suũ, quod esse potest quãdoque. Et tunc si cõsuetudo est per hæc verba, ꝙ filius primogenitus succedat, præfertur patruus. Et sic filius secũdogenitus. Aut verba consuetudinis nõ dicunt, ꝙ filius primogenitus succedat, sed dicũt simpliciter, ꝙ primogenitus succedat, & prefertur nepos ex filio primogenito præmortuo, nõ iure alicuius transmissionis, quia filius qui decessit viuo patre suo nihil trãsmittere potuit ad filium suũ, cùm quasi caduca nõ transmittãtur, nec incerta. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. pro secundo. & §. sin autẽ aliquid sub conditione. Si autẽ non appareat de verbis, tunc natura plus influit in filio, quàm nepote, & ita seruatũ fuit in Rege Roberto, qui prælatus fuit filio fratris primogeniti in successione regni Sicilię, sed hoc fuit ob publicã vtilitatẽ regni, & propter immẽsam sapientiã dicti regis Roberti, qui fuit secũdus Salomõ & quia sufficiebat regi Vngariæ regnum suum, cùm decens nõ esset, quòd in ecclesia Dei esset duplex, secundũ Bal. vbi suprà dicentẽ hanc suã distinctionem consuetudine approbari, per text. in l.ij. §. hoc autem cum constitutionibus. ff. de excus. tuto. Et secundum hanc refert Alex. semper cõsuluisse in iij. parte cõsi. iiij. iiij. col. de quo dixi. Sed nunc quid inter tantos dicam? Aut quorum opinionẽ eligam, profectò non opis est nostræ, vbi duæ iuris lucernæ Oldra. & Bal. sibiipsis contrarij fuerunt, ac moderni legũ vertices Alexã. & Iason in d.l. maximũ. C. de lib. præte tacuerunt in tanta difficultate neutram dictarum opin. in ☞ lectura eligendo, sola remissione contenti. [Si in lectura hanc partem tenuisset Alexander, vbi legendo neutralis videtur, multos præsertim me in suam opinionẽ traxisset. Sed quia cõsulendo hanc partem tenuit, non propter hoc moueor. Sunt enim consilia ferè suspecta, ꝙ fauore patris, vt ei complaceat cõsulens trahatur, vt à simili dicit Fely. de Panor, loquens in c. cùm ex officij. de præscri. dicens, ꝙ libẽter eum sequut⁹ fuisset, si hoc motu proprio in lectura, & nõ cõsilio extorto ab archiepiscopo Florẽtino dixisset: tamen casus noster non restat sine dubio.] Tamen
199 probabilior † & magis consona iuri mihi videtur prima opinio, pro nepote primogeniti præmortui, maximè in regni successione, quod natura disposuit: quia primogenitura est dignitas in filio regis prima post regẽ filio iam cõpetens in vita patris iure inseparabili ipsius sanguinis proueniẽs. ideo mortuo primogenito, ille qui ei succedit in sanguine naturaliter succedit in dignitate primogenituræ filio, dum viuebat iã competẽte, & in esse producta, & executata in omnibus seu maiori parte iuriũ, & prærogatiuarum primogenituræ, sicut in eundo, sedẽdo & sic de aliis iuribus, de quibus suprà dixi. Adeò, ꝙ vt suprà vidistis, patre adhuc viuente vocatur Rex, & in dominatione paterna habet aliquam specialem prærogatiuam, saltẽ capit nomẽ speciale, ita ꝙ filius baronis communiter appellatur baro, vt per experientiã videtis, quæ omnia iura nascẽdo filius adeptus sumat. Ob quod, vt dixi, Iacob plantam Esau prenascentis tenebat instinctu diuino eum retrahere volens. Videatis Bal. in d.l. ex hoc iure. in dicta vj. quæst. & Pa-
200 nor. allegato consil. lxxxv. † Sed an filius genitus antequam patet regnũ adipiscatur, debeat in regno præferri filio genito post regnũ adeptum. gl. Cy. & Io. Fab. in d.l. imperialis. §. his illud. C. de nup. dicunt ꝙ antè natus nõ succedit in regno, sed succedere debet primogenitus de post natis: quia fili⁹ natus ante, non cẽsetur esse de filiis regis, cùm tẽpore suæ natiuitatis pater nõ esset rex, per tex. in d.§. his illud. facit l. senator. C. de dig. li. xij. & l. quicũque C. de Prin. agen. in rebus. eo. lib. facit quod not. Bart. in l.ij. §. in filiis. ff. de decurio. & expressè hoc decidit in l. cũ satis. in fi. C. de agrico. & cẽs. li. xj. vide Fely. in. c. prudentiã. de offic. deleg. vbi videtur cõcludere, ꝙ nobilitas nõ transit ad liberos ante adeptionẽ nobilitatis vel dignitatis natos. l. penul. & fi. C. de decuri. lib. x.
201 † Et ita vidi pluries concludi per nostros Tholosanos, ꝙ nobilitas, qua domini de capella Tholosana sunt decorati, & sui per rectam lineam descendentes ex priuilegio, nõ prodest nec cõmunicatur filiis ãte ☞ capitulatum per patrem adeptum natis. [Quo ad euitandum pœnas, ac si filij capitulariorum essent, habendi sunt ac si post capitulatum concepti & nati essent, vt d.l. j. §. in filiis. ff de decurio. per Bar. quod priuilegium non perdunt, si pater dignitatem etiam delicto amiserit per illum tex.] Alij dicunt, ꝙ primogenitus ante regni adeptionem præfertur, qui cùm primogenitus reperiatur tẽpore mortis regis patris sui, satis ex hoc primogenitus regis reputatur. l.ij. §. hæreditas. ff. de suis & legi. hæred. l. senatoris filium. in fi. ff. de sena. facit l. moris. §. sed vtrũ. ff. de pœnis. Attento, ꝙ successio competit post mortem, & non ante. l.j. ff. de coll. bono. Sed Guli. de Cug. in d.l. senator. opiniones cõcordat, dicẽs, ꝙ secũda est vera, vbi pater factus est rex, secundũ naturalem ordinẽ successionis, vt quia erat de illa stirpe regia, & sibi venerat regnum per naturalẽ successionẽ, prout defertur regnũ Franciæ, ideo filius naturalis legitimatus ante natiuitatẽ secundi naturalis & legitimi succedet patri in regno, prouiso ꝙ legitimatus fuerit per sequẽs matrimoniũ inter regẽ, & eius cõcubinã contractũ: secus si legitimatus foret à principe. ca. vnico. §. naturalis. tit. si de feu. fuerit cõtro. vbi Iacob. de Bel. &
202 Panor. in c. innotuit. de elect. vj. col. † Quid autem de filio naturali prius genito à rege, posteà legitimato per matrimoniũ, cum eius concubina contractũ post natiuitatem filij legitimi de præcedenti matrimonio nati, an præferri debeat in successione regni, no. Ioã. And. in c. si pro te. de rescrip. lib. vj. in nouella. & in. d.c. grandi. & in regula sine culpa, in Mercuriali. & Hẽri. in c. tanta. qui filij sint legi. vbi concludunt, ꝙ non: imò præfertur in regni successione natus legitimè. facit tex. in c. quanuis. de rescript. li. vj. Et quod dicit Bar. in l. bonorũ. ff. rem ratam habe. &

BIU Cujas

l. cùm decem. §. fi. ff. de solu. Bal. in l. eam quam. C. de fideic. Et Præpositus in d. c. per venerabilem. §. quòd autem. & d. c. tanta. & Panor. in prima parte consil. lxxxv. Nam in isto legitimè nato prius concurrunt ambo vincula, scilicet natnrale & ciuile, ex quibus duobus ius succedendi quæritur, secundum Iac. But. quẽ sequuntur Bal. Paul. & Sali. in l. quoties. C. de rei vendica. licet enim legitimatio retrahatur ad tẽpus natiuitatis, per ea quæ communiter deciduntur in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liberis & posthum. Tamẽ quia hîc agitur de præiudicio alterius filij legitimè nati, in quo (vt dictum est) prius cõcurrebat vtrũque vinculũ, talis legitimatio nõ trahetur retrò in eius præiudiciũ, secundũ Ang. Paul. & Alex. in d. §. & quid si tantum. & eundẽ Alex. in repetitione d. l. quoties. C. de rei vẽdi. xiiij. col. Si verò pater effectus esset rex, nõ ex naturali successione, sed ex procerum electione, vel aliàs ex accidẽti, iuxta c. venerabilem. de elect. vt quia non supererat aliquis de stirpe regia, vel quia dari consueuit per electionem, & tunc erit vera, & locum habebit prima opinio. Facit quod no.
203 Bar. in l. iij. ff. de interdict. & relega. †Restat ergo ad propositũ nostrũ cõclusio, q̃ ſtãte consuetudine, vel statuto de primogenitis succedendo, dignitas & successio erũt tunc filio primogenito præcipuè, adeò q̃ non poterit pater de ipsis quouis modo in fauorẽ aliorum filiorũ disponere, vt l. cum duobus. §. idẽ respondit. ff. pro socio. cùm etiam in eis legitimam non habeant. Quinimò plus dicunt aliqui Doct. q̃ etiam iusta causa ingratitudinis interueniẽte nõ posset pater primogenitum regno vel alio feudo priuare, præsupposita dicta consuetudine, cùm primogenito debeatur successio vi consuetudinis, potius quàm iure successionis & beneficio patris, vt d. l. si seruo fideicõmi. & l. testamento domini. ff. de hære. insti. & d. l. si arrogator. ff. de adop. quod tamen non crederem verum, imò pater iusta causa interueniẽte posset filium primogenitum exhæredare & priuare prærogatiua primogenituræ, & in alterum suas transferre dominationes non obstante consuetudine integrã successionem ei deferente, vt patet Genes. xlix. vbi Iacob abstulit primogenita eius filio Ruben: quia eius violauerat torum, & ad cubile patris sui ascenderat, vt habetur Genes. xxxv. Cùm enim deberentur ei primogenita quo ad duplicem portionem in paterna hæreditate, illa duplex portio translata fuit in Ioseph, & eius liberos, vt habetur Genes. xlviij. Secundò, cùm ei deberetur regnum eius patri promissum. Gen. xxxv. dignitas illa regia translata fuit in Iudam, vt habetur j. Paralip. v. c. Tertiò, cùm ei deberetur sacerdotium, vt patet Genes. xxvij. Translatum fuit in Leui alterum fratrem. Et dictus Ruben ingratus de hæreditate patris non habuit nisi vnicam portio-
204 nem tanquam alter de minoribus. †Quòd rex minorem filiũ maiori ex causa præferre possit, est text. iij. Reg. j. cap. vbi Adonias primogenitus Dauid, eo quia sibi vsurpauerat regnum viuente patre, iuxta illud Ouidij, lib. j. Metamorpho.

Filius ante diem patrios inquirit in annos, &c.

Fuit regno à patre priuatus, & datum fuit regnum Salomoni filio postgenito ex Bersabee, quæ vxor
205 fuerat Vriæ. †Plus videmus, quia pater filium ingratum nõ solùm priuare potest bonis, imò poterat olim eius perdere personã, vt habetur Deut. xxj. circa fi. ibi, Si genuerit homo filiũ cõtumacem, qui non audierit patris ac matris imperiũ: & coërcitus obedire cõtempserit, apprehendẽt eũ, & ducent ad seniores ciuitatis illius, dicẽntque ad eos, filius noster iste proteruus & cõtumax est, monita nostra audire cõtemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ, atque cõuiuiis, lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur, &c. Vtinam cogitarent ingrati ingratitudinẽ speciẽ esse superbiæ, quæ colũnas cœli de summo ad ima deiecit, vt patet Esaiæ, c. xiiij. Et Phaeton cecidit superbus, vt Ouid. refert ij. lib. Metamorph. Et Dedali filius aëra scãdere volens præcipitatus est. Romani quoq; sua superbia subiecti sunt. Et Aman cùm propter superbiam adorari vellet, in patibulo suspensus fuit, quod innocẽti parauerat Mardocheo, vt patet Hester vj. Nunquid superbia Babylonis linguas diuisit, & volentium turrim ædificare ad cœlum vsque, per linguarum confusionem humiliata est & destructa, Gen. xj. Propter enim superbiam Balthasar filius Nabuchodonosor rex Babylonis interfectus est. Et Nabuchodonosor à solio deiectus est, Iudith ij. & Daniel. iiij. Nichanoris superbia debellata fuit ij. Mach. xv. Et Antiochus suam propter superbiam insanabili plaga à domino percussus est, vt habetur ibidem ix. cap. Postremò Absalon ingratus ambiendo regnum patri detrahens, scilicet sanctissimo Dauidi genitori suo ij. Reg. xv. statim deiectus in arbore quercus suspensus lanceis transfixus fuit, vt ibi di-
206 citur xviij. c. † Et Crannus Clotarij Francorũ regis filius, Clodouæi protochristiani regis nepos, per rebellionẽ patri factam bello interceptus cum vxore & liberis fuit cõbustus, de quo Gagui. lib. j. c. fi. & lib. ij. c. j. Clotario, inquit, iniqua iterum fortuna aduersata est. Nam maribus liberis septem & fœminis duabus cùm beatus hominum opinione haberetur, Crannus patri cõtumax extitit. Clotarius autẽ Crãni temeritatẽ, vlcisci perseuerat. Ratus plus audere in eũ cęteros, si repugnantẽ filium nõ flecteret. Habito igitur delectu militũ in rebellem progreditur, & Conobaldum Aquitaniæ regem, illius coadiutorẽ, cùm in sacellum diui Martini se Clotarium fugiens recepisset, neque inde vllis pollicitationib⁹ educi posset, immisso igni pariter cum sacello cremauit, quod nõ multo pòst tẽpore rex iussit instaurari. Mox Crannus adiutore Britonũ comite Cenabuto & milite, patri filius nocens & armatus occurrit. Sed non ignarus pater, quàm dubius sit belli exitus, Dei ante omnia opem implorans: Iuste Deus, inquit, aspice, & quod Dauid regi de filio Absalone iudicium fecisti, mihi impartito. Atque ita in prælium vtraque acies concurrit, fugati profligatíque sunt hostes, inter quos bona Britonũ pars cæsa est, Cranno cũ vxore & liberis intercepto, quẽ in scanno per lictorẽ alligatũ cremari cũ vxore, & liberis duobus tex iubet. Huiuscemodi supplicio Crãnus pœnas soluit cõceptæ aduersus patrem rebellionis. Hæc ille. Et deinceps ex Ludouici Pij testamẽto, Carolus ex Iudith secunda eius vxore filius Caroli magni nepos, qui postea Carolus Calu⁹ dictus est, ob suorum scilicet Lotharij & Ludouici Baioari antiquorũ fratrum ingratitudinem, ac in patrem commissam rebellionẽ, Metis in diui Stephani templo more regum vnctus rex Franciæ, ac deinde à Ioanne viij. põtifice Romam properè vocatus, Cæsar appellatus est dignitate imperiali insignitus, vt lib. iiij. & v. narrat idẽ Gaguinus. Præterea hoc posse fieri probatur iure isto canonico, per tex. elegantem in d. c. licet. de voto. vbi per non impletionẽ onerum filio p̃ patrẽ iniũctorum primogenito, idẽ filius priuatur regno, & iuribus primogenituræ. Hoc idẽ probatur iure ciuili, quoniam iura, quæ dicũt patri licitum

tum esse filiũ exhæredare propter ingratitudinẽ à filio cõmissam, loquũtur indistinctè, nec excipiũt primogenitos. C. de li. præte. auth. nõ licet. & in auth. vt
207 cùm de appel. cog. §. causas. † Præterea videmus, q̃ filius ingratus etiã priuatur legitima, quæ nõ minus debetur cuilibet filio, quàm tota hæreditas primogenito: imò fauorabilius debetur. Igitur primogenitus propter causam ingratitudinis priuari poterit iure primogenitur̃, sicut quilibet alter filius priuari posset sua legitima. l. cùm quæritur. C. de inoffi. testa. Aliàs sequeretur absurdum, q̃ qui plus beneficij consequutus esset, aut consequi speraret, de ingratitudine non puniretur, quod esset contra tex. in l. presbyteri. C. de epis. & cler. volentẽ talẽ multò magis puniri. Dicere enim potest pater ad primogenitũ ingratũ, quod dixit sanctissimus Patriarcha Iacob Ruben eius primogenito allegato Genes. xlix. Tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei effusus es sicut aqua, nõ
208 crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratũ eius. † Cogitare profectò deberẽt primogenitũ humanæ naturæ, scilicet Cain propter ingratitudinẽ & leges Dei patris summi violatas fuisse maledictũ, æternáque successione meritò priuatũ, vt habetur Genes. iiij. Or iustissimè secundũ Valer. pari vindicta parentũ ac Deorũ violatio expiãda est. Vnde restat vera cõclusio, q̃ potest filius primogenitus ex causa iusta ingratitudinis per patrẽ exhæredari, & primogenituræ priuilegiis priuari, sicut posset quicunq; alius priuari sua legitima, vt pulchrè cõsuluit Old. alleg. cõsi. xciiij. xvij. col. Et est de mẽte Io. And.
* Imo. & Doc. in d. c. grãdi. * *Intellige hoc procedere si pater in vita conquestus est, vt per Steph. Ranchin. concluſ.*
310 *in 5. part.* Adde q̃ ita fuit in parlamẽto Tolosæ iudicatum die vlt. Martij, anno domini M. ccccc vj. ante Pascha in causa successionis domus de mõte Bardonæ, in qua totaliter succedere debebat ex conuentionibus matrimonialibus Philippus primogenitus. Tamẽ propter multas ingratitudines cõtra patrẽ cõmissas, fuerũt per patrẽ dictæ cõuentiones reuocatæ, & filius per patrẽ declaratus inhabilis, & cõsequẽter eas locũ nõ habere, cũ expresè si habilis esset, hæreditatẽ ei deferebãt, & ingratitudo eũ reddidit inhabilẽ, vt dixi in verbo, *& vxorem.* circa fi. iiij. artic. Et fuerat Frãciscus secũdogenitus à patre in testamẽto hæres institutus, qui p̃ Arrestũ dictis pactis ac patriæ cõsuetudine de primogenito succedẽdo inter nobiles vigẽte, non obstãtibus, fuit in possessione hæreditatis manutẽtus, ita quòd dicto Philippo primogenito, seu capitulo ecclesiæ metropolitanæ Auxis, eius hæredi nõ remãsit nisi illud, quod pater gratiosè eidẽ Philippo reliquerat in testamẽto. Et si nihil reliquisset, nihil habuisset: quia potuerat ei ex iusta causa auferre omnia: imò si pater (vt fieri inter nobiles solet) in cõtractu matrimonij sua bona dedisset primogenito seu primo nascituro ex illo matrimonio, si habilis esset ad succedendũ, talis nõ succedet, si ingratus fuerit, cùm ingrati sint ad succedendũ inhabiles, conquerẽte donatore. l. fi. C. de reuo. dona. & c. fi. de dona. Nec teneret hoc casu donatio causata, id est ad causam matrimonij facta, quæ communiter propter ingratitudinẽ nõ cassatur, de quo plenè ibi habetur:
212 quia potuit donator suã modificare donationẽ. l. in traditionib. ff. de pact. Sed sine causa legitima ingratitudinis, nõ posset ei pater auferre primogenita, & dare alteri filio, secundũ Panor. in consiliis §. in princ. alleg. Præsertim in ij. parte cõsi. iij. col. iij. & est text. rotũdus Deut. xxj. c. superius alleg. vbi sic habetur. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectã, & alterã odiosam, genuerítq; ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, voluerítq; substantiã eius inter filios diuidere, nõ poterit filiũ dilectæ primogenitũ facere, & præferre filio odiosæ. Sed filiũ odiosæ agnoscet primogenitum, dabítque ei de his quæ habuerit cũcta duplicia: iste enim est principium liberorũ eius, & huic debẽtur primogenita, & c. Nã odiũ paternũ vel maternũ nõ est iusta causa exhæredandi filiũ. l. si quis in suo testamẽto. C. de inoffi. testa. in fin. Vnũ tamẽ circa præmissa tenebitis mẽti, quod deciditur in dicto lib. vinea ecclesiæ, vbi dicitur in xix. cõ
209 clusione primi tractatus, † Quòd dominus Delphinus Viennensis primogenitus Frãciæ exhæredari nõ potest, nec regno priuari, etiã propter ingratitudinẽ, cùm regnum nõ habeat ex persona patris, sed sola regni cõsuetudine regnũ ei deferẽte, vt ibi cõcluditur. Cogitabis tamẽ si hoc sit verũ: quia cuilibet filio hæreditas paterna debetur etiã iure diuino, q̃ tamẽ p̃pter ingratitudinem excludi potest, vt patet ex præmissis, & plenius videbitis j̃. super isto eodẽ verbo. ij. An autẽ cessante cõsuetudine possit pater de iure cõmuni disponere, q̃ primogenitus succedat in feudis cæteris exlcusis, plenè cõsuluit Pau. cõsi. clxiij. & no. plenè Barba. s̃. de feu. in rub. vj. col. ad prædicta etiã videatis, quæ consuluit L. Roma. consil. xxix. De hac materia primogenituræ habuistis aliqua, scilicet an & qualiter repudiari & renũtiari possit. s̃. eod. in verbo, *Duas habens filias.* in iiij. specie pacti futuræ successionis, & v. casu fallentiæ. Ex quibus omnibus vi-
210 detis, quòd multum prodest primò nasci. † Aliquoties magis prodest vltimò nasci, vt est videre in casu l. Arethusa. ff. de sta. ho. vbi Bal. in iiij. not. ij. lecturæ dicit, quòd sicut est reperire ius primogenituræ, sic etiam ius vltimogenituræ, vt ibi, & l. imperialis. §. his illud. C. de nup. Idẽ dicũt aliqui in c. j. de parochiis.
211 j̃. per illũ text. quòd † licet in famil. erciſc. iudicio, seu illius executione primogenitus diuidat hæreditatem paternã, tamen iunior frater & vltimò natus prius eliget, & partem suã capiet. Sicut fecisse dicitur Abrahã, qui erat senior ipsi Lot iuniori, Genes. xiiij. Non sit obsecro, inquit, iurgiũ, & rixa inter me & te, fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra ante te est, discede obsecro à me, si tu in sinistrã ieris, ego in dextrã vadã. Ex quo tex. (vt Aurelius inquit August.) orta est cõponendæ pacis cõsuetudo, vt quãdo diuidendũ quippiã fuerit, maior diuidat, & minor eligat. Sed sanior & *magis cõmunior opi.* est in contrariũ, quòd imò primogenitus eliget priore loco, non obstante tex. in d. c. j. vt ibi per Panor. & Doc. & Ang. in §. quę dam. Insti. de act. vbi videatis. & latissimè per Iaso. in l. j. vij. col. ff. de reb. credi. Facit tex. singula. in c. j. de contro. feu. apud pares termi. vbi in consiliis dandis dignior, id est, senior primò loqui debet, vbi Bald. in ij. nota. adducit tex. in ecclesiastico. Loquere maior natu, cui pertinet primum verbum habere, quod dicit singulare Lud. singu. lxxxj. Or quicquid de iure, tamẽ de inueterata cõsuetudine prima opinio, quòd iunior eligat, seruatur, secundum Guid. Papæ, quæst. cclxxxix. videatis Bar. & Alex. in addi. in l. j. C. de his
212 qui se deferunt. lib. x. † Decimonono nò, limitabitis dictam regulam non habere locum, vbi pater totum suum patrimoniũ per verba cõmunia (quale est verbum relinquo) inter filios diuisisset. Quoniã eo tũc talis diuisio vim habet institutionis factæ per verba directa. gl. est singularis in l. quoties. C. famil. erciſc. secundũ Ang. & Imo. in l. j. §. si ex fund. ff. de hæred.

BIU Cujas

iustit. facit l. his verbis. eo. tit. Nam tunc cùm nõ appareat de alio hęrede vniuersali, omnes cẽsentur hæredes instituti. l. parẽtibus. C. de inoff. test. Cũ quibus transit Alex. in l. nam quod. §. nõ omnis. iiij. col. ff. ad
213 Treb. †Vicesimò limitabitis dictã regulam locum nõ habere, vbi pater reliquisset filio aliquid, puta de cem iure benedictionis, vt sæpe rustici faciunt. Et tabelliones imperiti sæpissimè ita scribũt. Pro quibus facit text. Genes. xxvij. vbi Isaac benedictionẽ dedit filio suo Iacob. Et intelligitur ibi ex hoc dedisse ei successionẽ. Ita singulariter sentire videtur glo. j. in l. quoties. ff. de hæred. insti. relata ad tex. s. allegat. & xxij. q. ij. quæritur. §. itẽ opponitur. vbi in iure benedictionis venit ius successionis. Ad quod facit quod superiùs dixi in xviij. limitatione. in prin. Sed in contrariũ decidit Alex. in d. §. nõ omnis. iiij. col. in fi. & consuluit in ij. parte, cõsi. lxx. incip. Viso cõsilio per
217 me reddito. iiij. col. referẽs Imo. sic tenuisse in d. l. his verbis. §. fi. ff. de hęre. insti. dicens per talia filium nõ videri institutũ, imõ testamentũ fore nullum. idẽ tenet Ias. in auth. nouissima. ix. col. C. de inoff. testa. Similiter cõcludens dicta verba nõ trahi ad institutionẽ. Et hãc opinionẽ puto verã per ea, quæ plenè dicta fuerũt s. in j. & ij. limitationib⁹. & per tex. in d. §. aliud quoq; capitulũ. in Auth. vt cùm de appel. cog. vbi reperitur certa forma data, quam non licet transgredi. Ad hoc facit, quod elegãter decidit Bal. in proœmio. s. pen. col. in fi. vbi dicit, q̃ pater maledicendo filiũ cũ causa legitima, & sufficiẽti ad exhæredationem non videtur ipsum exhæredare: Cùm & benedicendo non dicatur eum instituere. Quia verba dignationis & indignationis nõ disponunt quod sonant, secundũ Ias. in d. auth. nõ licet. C. de lib. prẽte. in prin. & in d. auth. nouissima. & plenius in l. si pater. ij. col. C. de hæred. insti. vbi tenere videtur cõtra
214 rium. †Vigesimo primò, limitabitis regulam nostrã locũ non habere, vbi pater coactus fuit, & astrictus statuto ciuitatis soluere condemnationẽ, ita q̃ pro cõdẽnatione filij legitimã dedisset filio cõpetẽtem in suis Bonis, iuxta ea quæ not. gl. C. de decre. de
215 curio. super rub. li. x. †Quoniã eo casu, pater postea testãdo non tenetur filio aliquid relinquere iure institutionis, nec alio titulo postquam semel suam habuit legitimã, quã delinquẽdo cõsumpsit, vt eleganter decidit Bar. in l. si cùm dotem. §. si post solutũ. in fi. ff. solu. matri. Cùm quo transit ibi Bal. dicens hoc ꝑbari per l. si quãdo. §. j. & ij. C. de inoff. testa. Et idẽ est vbi, cessante statuto, pater coactus fuisset per iudicẽ soluere pro filio cõdemnationẽ ad euitãdũ pœnã capitalẽ mortis, vt putà, si filius esset pœna mortis dãnatus, nisi soluat centum. Quo casu, filio existẽte paupere, & bonis penitus carẽte, teneretur pater secũdũ aliquos, & per iudicẽ cogi posset filio soluere legitimã in vita pro soluendo cõdemnationẽ: Et sic eum liberare à pœna mortis: quia si in casu indigentiæ teneretur filium alere, ne fame pereat, à fortiori ipsum tenetur redimere à pœna mortis, sicut tenere tur filius è cõuerso, vt in auth. si captiui. C. de episc. & cler. (Additio.) Et ita teneri vidi & audiui à magnifico, & illustri viro domino Guidoni de Rupeforti iuris aquilæ, cancellario Franciæ, anno domini M. cccc. mense Octobri tenẽdo cancellariã Nanetis in expeditione quarundã literarum. Nam in his casibus præteritio filij testamẽtũ patris nõ reddit nullũ. l. cũ quo. §. fi. ff. ad leg. Fal. Potest enim pater præuenire tẽpus in solutione legitimæ, licet filio non debeatur effectualiter, nisi post mortem patris, vt l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bo. Nisi filius Iudæi in fidẽ cõuerteretur: quia ei tũc etiã ĩ patris vita deberẽt legitima, quã effectualiter petere posset, secundũ Ioã. de Ana. per illum tex. in c. Iudæi. lo ij. dum dicit, melioris. de
216 Iudæis. nam per illũ text. †Iudæi in fidẽ cõuersi sunt melioris cõditionis. quã illi qui semper fuerunt christiani. Facit tex. in l. cognouimus. C. de hæreti. vbi pater infidelis tenetur relinquere filio fideli, perinde acsi nõ mutasset sectã, nedũ in morte, sed etiã in vita sua. quod est notandum, quia alibi nõ reperitur scriptũ secundũ Fely. in d. c. Iudæi. Et idẽ in casu c. cùm scimus. de reg. vbi viuente patre, filius petere potest legitimã. Et præmissa, q̃ pater testando nõ tenetur filio aliquid iure institutionis relinquere, pro quo soluit legitimã, intelligatis vera, si pater coactus soluit pro filio legitimã in suæ condemnationis satisfa-
217 ctionẽ: putà (vt dictũ est) †quia iudex vel statutũ ciuitatis eũ arctabat ad hoc faciendũ, secũdum gl. in d. rubr. de decretis decurio. Quod qualiter intelligãt, videatis plenè Bart. in quadã per eum disputata quæstione incip. Perusinæ ciuitatis statuto cauetur. & plenè in l. Stichus. ff. de pec. leg. & Bal. in l. fi. C. de vsur. rei iud. §. & cùm antiquitas. prope fi. vbi pulchra per eum. & Alex. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. & Panor. in c. ij. de deli. puerorum. Nã valet tale statutum, etiã si diceret. q̃ filio delinquẽte pater & cæteri de agnatione de delicto teneantur pecuniariter, secundum Bar. per illum tex. in l. iure prouisum. C. de fabri. li. xj. Et dixi super verbo, *duas habẽs filias*. in iiij. art. successionum ab intestato. in fin. Quia hoc fit, vt pater magis solicitus sit castigare filium, & cæteri de agnatione curent ne quis de suis delinquat. Sicut est statutũ Florẽtiæ: quòd quidẽ statutũ est rationabile, quãuis nõ laudabile, secundum Bal. in l. j. C. res inter alios acta. imò sunt talia statuta odiosa, & per consequens sunt restringẽda, & strictissimè interpretãda, secundum Bal. in Auth. si captiui. C. de episc. & cler. de hoc plenè videatis per Ias. in l. si quis in suo. §. fi. C. de inoff. test. & in l. de quib. xix. col. ff. de legi. facit gl. in Authen. vt nulli iudi. §. quoniã. qui loquitur de potestatibus, qui puniũt totã contratã pro aliquo delinquente, vt familiaris audacia refrenetur. Videatis plenè Io. de Pla. in d. l. iure prouisum. C. de fabri. lib. xj. De validitate huius statuti est tex. melior de iure in d. c. ij. ibi, secundũ cõsuetudinẽ illi⁹ terræ. de deli. pue. Et adeò valet, q̃ nõ audiretur pater vt pœnæ solutionẽ euaderet, si filiũ in carcere, vt pro suo puniatur delicto, repręsentaret. Cùm pater dare filium nõ possit ꝑ noxa. Insti. de noxa. §. fi. secundũ Bal. singulariter in l. fi. §. j. C. de vsu. rei iudi. Dũ tamẽ tale statutũ fuerit factũ à ciuitate, secundum gl. in d. rub. C. de decre. dec. li. x. Quia nõ valeret, si factum foret ab vno particulari collegio, puta mercatorum ciuitatis, secundum Bal. in l. ij. C. de cõsti. pec. Prætereà valet vt pater teneatur pro delicto filij adulti. secus ꝑ delicto filij pupilli, vt d. c. ij. Et pro delictis infra territorium statuẽtium cõmissis: secus si alibi cõmitterent, secundum Bar. in tract. repræsalia. in iiij. q. j. q. princ. Bal. in l. j. C. ne filius pro patre. Sali. in l. si filio. eo. tit. & Ang. in §. actiones autẽ. insti. de actio. Et q̃ pater teneatur pro filio pœna pecuniaria, secus in pœna corporali, secũdum Ias. plenè in d. l. de quib. xviij. & xix. col. & in Auth. nouissima. ij. col. C. de inoffi. test. & Alex. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. subst.
218 vbi plenè. †Pariter valet statutũ, quòd quis teneatur pro delicto seruitorum, secundũ Bar. in l. j. §. familiæ ☞ ff. de publica. [Sed hoc fieri non posset per pactum

vel

vel aliam priuatã dispositionẽ, vt quis puniatur pro facto alterius, quia iniusta & iniqua testatorum mandata seruanda nõ sunt. l. paterfa. testamẽto. ff. de hæredi. instit. ideo nõ potest testator mihi relinquẽs fũdũ me illo priuare, si me pater molestauerit: nec valeret pactũ ꝙ pater cadat à feudo propter delictũ filij. q. a esset iniustũ, arg. d. l. pater. quę ad hoc est multũ singularis, secũdũ Bald. in l. j. C. de his quæ pœnæ nomine. quia pœnæ suos tantũ debent tenere delinquẽtes, aliàs sunt iniustæ & sine causa impositè, nec valent.] Et econtrà valet statutũ, vt bona filiorũ & vxoris, ac etiam ipsi filij quanuis emancipati possint capi pro delicto fallẽtiæ patris, scilicet quãdo pater fallit seu cedit foro. l. fi. C. de primipilo. lib. xij. Nam propter gemitũ vxoris aut filiorum vestes pretiosas ornamẽtaq; pretiosa petentiũ, plures substãtia lapsi cedũt foro. Præterea amore cõiugis & filiorũ, sæpe homines retrahũtur ab illa fallentia. de quo plenè in d. l. fi. & per Imo. & Panor. in c. ex parte. de cõsuet. in
219 fi. † Et sic vbi pater statuto coactus soluit pro filio. cõputatur in legitimã, vt dictũ est. Secus autẽ esset, si pater volũtariè soluisset pro filio cõdẽnationẽ, sola misericordia motus, iuxta not. in d. Auth. si captiui. C. de epis. & cle. quoniã tunc talis solutio nõ cõputatur in legitima, in l. liber captus. C. de capt. secũdum Bal. in l. omnimodo. §. impub. vbi plenè. C. de inof.
220 testa. & in Auth. cõtra rogatus. C. ad Treb. † Si autẽ pater volũtariè assignasset filio legitimã, vel aliquid in peculiũ, & filiꝰ assignationẽ suscepisset, & demũ omnia ludẽdo dissipasset, aut meretricãdo: pater nõ tenetur iterũ ad legitimã, vt fuit de mẽte Bar. & Bal. in d. l. si cũ dotẽ. §. post solutũ. & no. Bal. in l. j §. ius naturale. ff. de iust. & iure. Bar. & Bal. in Auth. ex testamẽto. isto co. ti. & in d. Auth. si captiui. & in l. scimus. §. j. in vj. q. C. de inoffi. test. & est bonus tex. Lucæ. xv. c. vbi filio primogenito conquerẽti de fratre suo iuniore, qui partẽ sibi à patre assignatã dissipasset, pater respondit: Fili tu semper mecũ es, & omnia mea tua sunt. quasi dicat, Fili turbari non debes, si ad sola alimenta recipio fratrẽ tuũ, qui partẽ ei datam prodigauit, & dissipauit. Quoniam omnis proprietas bonorum meorũ tua est, & ipse aliud habiturus non est de bonis meis. Similiter si pater assignauit filio volũtariè legitimã in vita, nõ posset postea ille filius aliquid plus petere mortuo patre, etiam si facultates patris post assignationẽ filio factã fuissent augmentatæ, secundũ Iaco. Butr. in l. pactum. C. de colla. quia de illo augmento nihil petere poterit. Sed Bald. ibi contrà, & in l. quanuis. C. de fideicõ. Alex. in l. in ra-
223 tione. ff. ad leg. Falcid. & Ias. in l. cùm quæritur. & in Auth. nouissima. C. de inof. test. vbi tenẽt indistinctè filium posse de augmẽto bonorũ legitimam petere, licet Bal. in d. l. ij. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. & in d. l. fi. C. de vsur. rei iud. & in Auth. res quæ. C. communia de le. sibi ipsi cõtrarius tenuerit dictũ Ia. Butr. Ad hoc facit, quia talis legitimę assignatio per patrẽ voluntariè filio facta, & per filiũ acceptata, non plus potest operari quã renuntiatio, ac si filius bonis paternis cũ iuramẽto renũtiasset. Quo casu esset exclusus etiã à petendo legitimã, vt latè dixi super verbo, *Duas habens filias.* & hac notula in x. limitatione. Sed talis renũtiatio iurata non extẽditur ad tale augmentũ bonorũ post renũtiationẽ acquisitorũ, vt expressè decidit Bal. in c. cùm M. Ferrar. per illũ text. s. de cõsti. vbi singulariter dicit, ꝙ filia quæ dote contenta cũ iuramẽto renuntiauit bonis paternis, petere non prohibetur augmentũ seu legitimã de superexcrescentibus bonis, si post iuramentũ facultates patris fuerint augmentatæ. Quia iuramentũ & minus assignatio per patrem facta ad hoc se non extendit, cùm tẽpore illo facultates postea superexcrescentes ignorarentur. Et tales renuntiationes non extenduntur ad ignorata, vt pulchrè decidit Fely. in c. in præsentia, super verbo, iuramento. iiij. col. de proba. facit tex. in l. tres fratres. ff. de pact. Et hoc puto esse verius, scilicet ꝙ per assignationẽ legitimæ per patrẽ filio acceptanti voluntariè factã non impedietur filius legitimam petere de postea superexcrescẽtibus bonis. Quãuis Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. voluerit opiniones cõcordare dicens opinionẽ Iac. But. esse veram, vbi pater assignasset filio integram legitimã, vt tunc de bonis augmẽtatis nihil petere posit: secùs si habuit minus legitima tẽpore assignationis. arg. l. si quando. §. illud. C. de
221 inoffi. test. Vnum † tamẽ circa hoc mẽti tenebitis, ꝙ si pater voluntariè assignauerit filiis suis legitimã in vita, cũ hoc facere non teneretur, tales filij, quãuis in patris potestate constituti, poterũt inter se de rebus sibi assignatis disponere, ita ꝙ inter eos orietur naturalis & ciuilis obligatio, ac si in patris nõ essent potestate. Quia in rebus suis pro legitima assignatis habent ius plenum, sicut filia in dote. l. Pomponius. ff. famil. erciſc. secundum Bald. in l. cùm oportet. §. non autẽ. prope fi. C. de bonis quæ libe. quẽ sequitur Iason in repetitione l. frater à fratre. xvij. col. ff. de con dict. indeb. Præterea obliuioni nõ dabitis quod dicit Bal. in l. ij. §. j. ff. soluto matr. & in dicta Auth. si capti
222 ui. & d. l. scimus. † quia nõ obstante, quòd filius culpa sua legitimam perdiderit, non posset tamen pater ei denegare alimenta, argu. l. libertus qui operarum, ff. de ope. lib. secundum primum intellectum, vbi licet patronus perdiderit ius succedendi liberto, tamẽ non perdit ius petendi alimenta. Quod singul. limitat verum Bald. in d. Auth. contrà rogatus, C. ad Treb. vbi filius culpa leui, putà fragilitate & imperitia iuuenili, quæ vt plurimum inest naturaliter iuuenibus, iuxta illud Philosophi in suis Ethicis. Nemo iuuenes eligit iudices: quia non constat eos esse prudentes. facit text. in l. j. ff. de min. partem sibi asignatam dissipasset, quæ non sibi imputatur: Cùm sit dominus etiam viuo patre, l. in suis. ff. de lib. & posth. allegat l. etiam, §. licet, ff. sol. matr. facit text. allegato Luc. xv. idem tenuit Spec. tit. qui fil. sint leg. §. j. ver. sed pone. vbi dicit, quòd licet iuri alimentorum renunciari non possit, l. cùm hi, ff. de transac. & l. de alimen. C. e. tit. † tamen per dolum & delictũ proprium
223 potest quis perdere sua alimenta. Ad quod facit bon. tex. secundum Alex. in l. Imperator, ff. ad Treb. Ideo si filius per dolum vel latam culpam suam dissipauerit legitimam, sibi imputabitur, quia exclusus erit ab ipsa petenda, nec habebit alimenta cùm dignus sit, velut malè meritus, quòd egestate laboret, dicit tex. in l. bona fides, ff. dep. Nec est æquum ei succurri, qui in necessitate se dolo vel lata culpa posuit, l. fideiussor, ff. qui sat. cogan. An autem teneatur filius ea quæ malè consumpsit, computare in partem suam tempore diuisionis paternæ hæreditatis, plenè deciditur in
224 dictis locis. † Vigesimosecundò limitabitis d. regul. locum non habere, vbi testamentum reperiretur factum secundum consilium Galli. Quoniam eo casu licet filius non inueniretur expressè institutus, tamen testamentum valeret, vt puta si testator ita testetur. Si filius meus, me viuo, moriatur, nepos ex eo sit hæres. Nam cum hoc casu nulla filio sit facta iniuria tali

BIU Cujas

præteritione non erit testamentũ nullum. Ita no. decidit Bar. in l. Gallus. §. j. in ij. opp. ff. de lib. & posth. per tex. in l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hæred. insti. Sed dubito de veritate huius limitationis. quia omnes doct post gl. in d. l. Gallus. *communiter* tenent contrariũ, supplẽdo ibi prout gl. supplet, scilicet ꝙ filius sit hæres institutus expresse, vt plenè dicã j. eod. super verbo, *adijciens vt Alterocha.*

225 versic. iiij. & vlti. dixi. † Vigesimotertiò limitabitis regulam nostrã locũ non habere in testamẽto furiosi, in quo pater eius testando pro ipso, de iure potest, iuxta §. qua ratione. Insti. de pupil. substi. & l. humanitatis. C. de impu. aliis subst. ei substituit alterum de filiis scilicet furiosi, nulla de aliis mẽtione facta eos instituendo vel substituendo: Quoniã eo casu testamentum furiosi à patre factum non erit nullum propter aliorum furiosi liberorum præteritionẽ. tex. est singularis in d. l. humanitatis. ibi, nõ liceat parẽti qui vel quæ testatur, alios quã ex eo descendẽtes vnũ vel certos vel omnes substituere. C. de impuber. & aliis ☞ substi. [Vt plenè habetur j. super verbo, *Si absq; liberis moreretur.* ij. in materia exẽplaris substitutionis.] Neque poterũt cæteri filij ipsius furiosi cõqueri, pro quo pater testatus est, dicentes pati iniuriam præteritionis: quia illa iniuria non est eis illata ab eorum patre furioso: non est enim ipse ille qui testatus est, sed pater eius: ideo pro alieno facto puniri non debet. C. ne fil. pro patre. per totũ, vt scilicet eius substitutio exẽplaris, quæ dicitur testamentũ furiosi, subuertatur. Pariter cõqueri nõ possunt de patre furiosi eorum auo: quia testamentum in quo sunt pręteriti, non est testamẽtum aui, sed ipsius furiosi. Et ita exquisitè à simili dicit tex. no. in l. Papinian⁹. §. sed nec

226 impuberis. ff. de inof. testa. † Vigesimoquartò limitabitis dictam regulam locum non habere in testamento, in quo posthumus, id est filius tempore testamenti nõ natus, sed in vtero existẽs siue præteritus, & demũ facto testamẽto natus, & viuente adhuc testatore defunctus. Quoniã eo casu defuncto posthumo in vita patris testatoris testamentũ reconualescit de iure prætorio, siue hæres institutus in tali testamento sit extraneus, siue de parẽtibus testatoris. tex. est multum no. in l. posthumus. ff. de iniu. rup. testa. & idẽ tenet Bal. in donatione rupta natiuitate posthumi, quæ firma valet & tenet: si posthumus ante patrem donatorem moriatur secundum Bal. in l. j. vbi Bar. C. de inof. don. & Paul. in l. ij. C. de posth. hæred. insti. quos sequitur Iaso. in l. ij. C. de inof. testa. j. col. in fi. Nam regula nostra in qua dicimus, ꝙ præteritione filij testamentum est nullum, vendicat sibi locum in præteritione filij nati, & in humanis existentis tempore testamenti paterni. Et ratio differentiæ est, quia quando posthumus præteritur, testamẽtum non est ab initio nullum: imò tenet donec posthumus nascatur viuus, cùm posthumus nõ sit in patris potestate, donec nascatur. dicit tex. in l. fi. ff. de colla. bonor. Sed nascẽdo rumpit testamentum: quia tunc filius in puncto post natiuitatem in potestate existens reperitur præteritus, Insti. quib. mod. testa. infir. §. j. Et sic testamẽtum à principio habet fundamẽtum existẽtię, tam de iure ciuili, quã prætorio. l. iij. §. sed & si stãte. ff. de iniu. rup. testa. vnde propter fundamentum existentiæ, quod habuit à principio, facilius cõualescit: sed vbi est præteritus filius iam natus, & sic in potestate patris existẽs, tale testamẽtum nunquam fundamẽtum habuit, nec fomitem consistentiæ: ideo propriè non potest conualescere, vt legitur & no. in l. si testamentum. ff. eod. & l. ad eum. §. fi. ff. de dona. faciũt no. in l. ij. ff. de hære. insti. Si autem posthumus qui nascẽdo rupit testamẽtum patris, superuixit patri, ita ꝙ pater prædecessit naturaliter moriendo, vel ciuiliter, puta quia captus fuit apud hostes, vel aliàs ciuiliter mortuus, & demum posthumus expirauit: tunc tale testamẽtum remanet ruptum per agnationem posthumi, nec habet locũ æquitas d. l. posthumus. ita dicit tex. iunctis ibi no. per Bar. in ij. oppo. in l. qui vxorem. ff. de iniust. rup. test. quẽ ad hoc reputat singula. Lud. Ro. sing. ex. incip. tu habes ꝙ natiuitate posthumi. ꝙ mors ciuilis ipsi⁹ patris nõ facit recõualescere testamentũ, nisi ita subitò in natiuitate posthumi moreretur, ꝙ facultatem non habuisset reparandi testamentum, & posthumum in aliquo instituendi: & alij liberi testatoris essent in tali testamento instituti. Quia isto casu testamentum natiuitate posthumi, & secuta morte testatoris nõ rũperetur: quinimo talis posthumus censeretur cum aliis liberis fratribus suis pro virili parte institutus propter coniecturatã verisimiliter testatoris voluntatẽ: ꝙ sic fecisset, si superuixisset, & tẽpus hoc faciendi habuisset, per tex. singularem in l. iij. C. de inoffic. testa. ita ꝙ talis posthumus sic à lege pro hærede instituto reputatus implorare poterit remedium. l. fi. C. de edic. diui Adri. toll. sicut cæteri nominatim in testamento scripti, secundum Gul. de Cug. & Bal. in dicta l. iij. quod est not.

☞ [De quo plenè habetur j. super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. circa fin. imò per generalem huius regni consuetudinẽ qua mortuus sayst viuũ, proximũ linageriũ, sine illo remedio, aut quocunq; alio actu corporali eo ipso efficeretur suæ portionis hæreditariæ verus possessor, vt ibi plenè dicitur.] Et quod dixi de posthumo præterito viuo testatore moriẽte, idem puto, si posthumus natus efficiatur frater minor, vel aliàs ciuiliter moriatur, per ea quæ dixi §. in

227 viij. & xvij. limitationibus. † Vigesimoquintò limitabitis dictam regulam locum nõ habere in testamento, in quo filius testatoris, etiam tempore testamenti facti iam natus fuit præteritus, eo casu quo in eodẽ testamẽto fuerint instituti hęredes ab intestato testatori succedentes, & filius præteritus viuo adhuc testatore fuit defunctus. Quoniã his duobus cõcurrentibus, scilicet ꝙ ab intestato succedentes fuerint instituti, & quòd viuo adhuc testatore filius præteritus decesserit: tale testamentum quod ab initio fuit nullum, nunc per mortem filij recõualescit, etiam si filius tale testamentum non approbauerit, nec eidẽ cõsenserit. text. est valde solennis in d. l. posthumus. Et est differentia inter hunc casum, & præcedentem. Quia quando filius posthumus præteritur, non inspicimus ad conualescentiã testamenti, qui fuerint hæredes in tali testamẽto instituti, an venientes ab intestato, an extranei. Sed in casu isto vbi filius iã natus esset præteritus, non sufficeret ipsum moriente patrem. Sed requiritur, ꝙ veniẽtes ab intestato fuerint hæredes instituti: quorũ fauore testamentũ reconualescit de iure prætorio moriente filio præterito ante patrẽ. Si autem filius præteritus patri superuiuet, tunc nulla facta differẽtia hæredum scriptorum, testamentum esset ipso iure nullum secundum regulam nostrã. Nisi filius præteritus mortuo patre suo antequã moreretur, testamentum approbaret paternum, vt plenè habuistis §. in vij. limitatione. vbi dixi eodem modo testamẽtũ matris, vbi filius est præteritus recõualescere, sicut testamentũ patris secundum Guido. Papæ, q. cccxvj. quamuis præteritio tũc habeatur

BIU Cujas

beatur pro exhęredatione. Et ratio, quare facilius reconualescit testamētum ex morte filij præteriti extracta ab omni approbatione testamēti, quando decedit in vita, quā quādo post mortē patris: quia vbi decedit in vita testatoris, reperit causam efficiētem, scilicet ipsum testatorē vita fruentē. Sed vbi moritur filius post mortē patris, non reperit causam efficientem: Vnde in primo casu quia causa efficiēs perseuerat, recōciliatur effectus: sed in secūdo casu, quia non perseuerat causa efficiens, nō potest effectus recōciliari, arg. l. certū. ff. de iniusto rupto testa. Nam actus qui ordinatur ad cōfirmationem, faciliùs confirmatur, si reperit causam efficientē inesse, quā si reperiret eam defecisse. Quia ſtātibus principiis, & primis causis faciliùs roboratur effect⁹, quā eis nō ſtātibus, cùm tunc deficiat prorsus fundamētum: ita elegāter dicit Bal. in d. l. posthumus. Et tale testamētū in quo sunt instituti venientes ab intestato hæredes, nō obstante filij pręteritione reuocat primū testamentum solēne, prouiso quòd præteritus patri præmoriatur. Aliâs sec⁹ l. si fili⁹. vbi plenè Ale. ff. de libe. & posth.

Aduertatis tamē vos canonistæ ad vnū quod fortè ignoratis: quia in his duobus casibus, in quibus reconualescit testamentum, non obstāte pręteritione posthumi, & filij nati, talis reconualescentia fit iure prætorio, & non iure ciuili. Quod scire est maximi effectus: quia postquam testamentum reconualescit solùm iure prætorio, necesse habebit hæres in tali testamento institutus petere infra annū bonorū possessionem secundum tabulas, si testamentum fuit solenniter in scriptis factū, vel bonorum possessionem secundū nuncupationē, si testamentum fuerit nuncupatiuū, id est, sine illa grādi solennitate factū: de qua i l. hac consultissima. C. eo quod est not. Quia si hæres infra annum bonorū possessionē non peteret, exclusus esset à tali hæreditate ei ex testamento delata. Et ista est mens illius l. posthumus. vbi casus, in quo etiā hodie est necesse petere bonorum possessionē, quod necesse nō foret, si testamentum posset de iure ciuili reconualescere, sicut fit vbi testamentū reconualescit per expressam filij pręteriti approbationem, vt plenè habuistis §. in dicta vij. limitatione. Quia tunc ius adeundi hæreditatē ex tali testamento non perit anno, sed perpetuò competeret hæredi scripto saltē vsq; ad xxx. annos. per l. licet. C. de iure delibe.

228 † Vigesimosextò limitabitis regulam nostram locū non habere, vbi filius esset à patre pręteritus cum insertione causæ legitimæ, vt puta si dicat, filiū meū talem, quia me verberauit, prætereo. Nam ista dicitur præteritio nō exhæredatio: quia si exhęredatio esset, cùm fit facta cum causa, testamentū valeret. Sed vbi filius in potestate cōstitutus est præteritus, etiā cum causæ insertione, testamentum non valet. Tamen si illa causa legitima in præteritione inserta probetur per hæredē, fili⁹ præteritus repelletur à paterna successione: ita q̄ hæres in tali testamento institutus admittetur, & in effectu remanebit hæres. secūdū Ang. in Auth. non licet. C. de libe. præte. Sali. & Paul. in d. Auth. ex causa. facit quod not. idem Ang. in §. ingratitudinem. in j. not. in Auth. de nup. vbi hęres institutus in testamento, in quo filius sine causæ insertione fuit exhæredatus, & sic nulliter, remanet hæres, si probet mortuo testatore, quod filius fuit ingratus. Et quia Bar. & quidā alij tenent cōtra hāc limitationē in dicta Authēt. ex causa. Iaſ. ibidem. iij. col. reliquit ſuper hoc cogitādū. sed in l. in arenā. C. de inoff. test. j. col. idem Iaſon diſpoſitiuè decidendo tenet cōtra Ange. dicens pluries ipsum referendo incidenter tenuisse cum eo: tamen concludit eius opinionē non esse verā: quia ipse idem Ang. in l. j. ff. de inoff. testa. tenuit tale testamentum non valere, nisi in exhæredatione filij legitima fuerit inserta causa, vt dicā plenè ☞ j. tractando articulū exhæredationis. [De quo plenè dicitur in seq. notula.] & hæc est veritas. Magis enim ſtandum est Iaſoni diſpoſitiuè hoc decidenti in d. l. in arenam, quā in aliis locis, vbi referēdo Angel. ipsum ſimpliciter ſequebatur, maximè, quia in d. l. in arenā. fatetur opinio. Ang. in d. l. j. esse veriorem, quā

229 in dicto §. exhęredatos. † Vigesimoseptimò & vltimò limitabitis regulam nostram locum nō habere in testamento, in quo filius est præteritus: sed in eo fuit adiecta clausula codicillaris. Quo casu, tale testamētum nō erit omnino nullum neque in totū carebit viribus. Quinimò talis clausula codicillaris operabitur, vt talis voluntas valeat, tanquam codicillus: ita q̄ succedentes ab intestato tacitè censebūtur rogati restituere hæreditatem hæredi vel hæredibus

230 ſcriptis in tali testamento. † Sed quia iste passus est quotidianus, ſcire debetis, quòd quotiescūque testamentum est nullum propter filij præteritionem, vel per querelam rumpitur propter exhæredationem, tale testamentum solùm & duntaxat vitiatur quo ad hæredis institutionē & vulgarem substitutionē. Cætera verò firma manent, etiam non adiecta clausula codicillari, vt dicit text. in dicta Auth. ex causa. C. de libe. præte. Nam cùm testator prætereundo filiū non peccauerit, nisi in hæredis institutione ſcilicet non instituendo filiū, in eo solo, id est in hæredis institutione puniendus est. Et ſimiliter pater filium iniustè exhæredando solùm peccauit in eo, q̄ filium nō instituit. Ideo propter talem exhæredationē testamentum solùm rumpitur quo ad hęredum institutionem cęteris in firmo remanentibus, vt dicta Auth. ex causa. quod est verū, ſiue pater ſine causa filium exhæredauerit, ſiue cū causæ insertione. quæ postea per hæredem probari non potest, ſecundū Bart. & Mode. & ibi Iaſ. viij. col. in d. Auth. ex causa. Et ſic ſola hæredis institutio vitiatur, & cætera firma manent, vt ibi. Quod intelligatis verū ſiue ſciēter ſiue ignoran-

231 ter filius fuerit præteritus à patre. † Nam ſiue pater testando ſciret ſe habere filiū, vel ignoraret, ſemper legata conſeruantur, & potius cōſeruantur, vbi ignorabat filium habere vel posthumū quem præteriuit, quā ſi ſciret filium vel posthumū habere. Quia primo casu pater non peccauit, nisi in vno, ſcilicet quia formā testādi nō ſeruauit. Et ſic ſatis est, q̄ puniatur in ſola hęredis institutiōe. Sed quādo ſciēter filium præteriit, peccauit in duobus, vt quia formā omiſit: Et nihilominus contra pietatem egit, prætereūdo filium quē habere ſciebat. Ideo puniri videtur in hæredis institutione & legatorum nullitate, ſecundum Bal. in d. l. filio præterito. referentem ibi totum collegium Mediolanenſe ita conſuluiſſe. Et ſequitur Bal. Sali. & Fulg. & videtur inclinare Alex. in dicta Auth.

232 ex causa. Sed † aduertatis: quia Bart. in eadem Auth. & in d. l. filio præterito. & in conſi. incip. Quidā nomine Lapus. contrariam opinionem tenuit, volens legata non conſeruari per dictam Auth. ex causa. vbi pater filium habere ignorās, vel posthumū in vtero matris exiſtentē præteriit, ignorans vxorē prægnantem esse. Mouetur inter cætera: quia fortior est donatio quā legatū (cùm illa ſemel perfecta reuocari non poſſit, ſed legatum ſic) ſed donatio reuocatur per ſuperuenientiā liberorū. l. ſi vnquā. C. de reuo. donat.

BIU Cujas

ergo & legatũ. Imò fortius tenet Bar. in l. j. verſic. Secũdò quæro, an relicta ad pias cauſas. C. de ſac. ſanc. eccle. ꝙ etiam legata ad pias cauſas nõ conſeruãtur teſtamento exiſtẽte nullo, propter filij ignoranter factam præteritionem nati vel naſcituri. Et hãc opin. cũ Bar. tenẽt Bald. & Ang. in pluribus locis ſecũdum Alex. in dicta Auth. ex cauſa. vbi cũ eo tenẽt Pau. & Alex. in d. Auth. ex cauſa. Et idẽ Alex. in j. parte cõſi. xlj. incip. Viſo tenore. & in ij. parte cõſi. xlvij. incip. Abundè. vbi dicit periculoſum fore cõtrariũ tenere. Nec ob. l. fi. ff. de hære. inſtit. Quia ſecũdum Bar. ibi cauſa fuit in ſerta in inſtitutione, ſcilicet quia relatum fuerat patri defunctam eſſe filiam. Et hanc opi. Bar. ſcilicet legata nõ conſeruari, vbi filius fuit præteritus, quem teſtator habere ignorabat natum vel poſthumum, tenet Iaſon in d. Auth. ex cauſa. plus dicens, ꝙ hoc eſt etiã verum, ſi poſteà nato poſthumo, teſtator poſt eius natiuitatẽ aliquot annis ſuperuixerit: quia ſemper præſumitur patrem filium prædilexiſſe legatariis, allegans ſic conſuluiſſe Fran. Aretin. conſi. xciij. incip. Viſo legato. iiij. col. †Hanc autem 233
Bar. concluſionẽ *magis communẽ* limitat procedere, quando legata relicta ſunt merè volũtaria, quę teſtator ex mera fecerat volũtate: quia tunc ſi præteritus ſit ignoranter filius natus, vel poſthumus, talia legata nõ debẽtur: ſecus, ſi eſſẽt legata neceſſaria facta pro malè ablatis, putà pro reſtitutione vſurarum, vel aliter pro anima: quę teſtator veriſimiliter feciſſet, etiã ſi de filio cogitaſſet. Nam talia legata conſeruantur non obſtante præteritione de filio ignoranter facta: quia pater præſumitur plus dilexiſſe animam ſuam, quã filium. Ita eleganter decidit Bal. in d. l. filio præterito. quẽ ibi ſequũtur Ang. & Imo. Et Bal. Angel. & Imo. in l. Titius. ff. de lib. & poſthum. Et cõſuluit Fran. Aret. allegato conſi. xciij vbi ponderat Bal. voluiſſe in d. l. filio præterito. vnũ quod eſt ſingularius, ꝙ legata relicta pro malè ablatis, vel cõſcientiæ exo 235
neratione non irritantur ex præteritione filij ignoranter facta, ſiue poſthumi ſiue iam nati, non ſolùm vbi teſtator cogi poterat ad illa reſtituẽda per remedium iuris eccleſiaſticũ in foro cõtẽtioſo: ſed etiã ſi ad illa ſolùm tenebatur in foro cõſcientiæ & pœnitentiali. Quem ſequitur Iaſon in d. Authen. ex cauſa vj. col. & in l. precibus. C. de impube. & aliis ſubſti.

☞[De his relictis pro conſcientiæ exoneratione habetur plenè ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur.* j. in xij. limita.] Secundò limitat concluſionẽ Bart. procedere, quando teſtator qui ignoranter præteriit filium & legata fecit, nõ cogitauit de filio, nec in genere nec in ſpecie: Vt quia teſtator graui infirmitate detentus carens vxore & in periculo mortis cõſtitutus, & ſic deſperans vxorẽ habere & filios, teſtamentum fecit, & demũ poſt reconualeſcentiã vxorem duxit, ex qua poſthumum habuit: certẽ tunc legata non cõſeruãtur, ſecundũ Bal. in prima parte cõſi. ccccxl. incip. Quia vltimus paſſus. & in repetitione l. j. C. de ſacroſan. eccle. ſecus ſi ſaltem cogitauit ingenere, & fuit illius propoſiti, ꝙ ſi etiam filiũ ſe habere ſciret, tamẽ volebat legata deberi, iuxta l. qui iure militari. ff. de teſt. mili. ſecundum Angel. Paul. & Alexã. in d. Auth. ex cauſa. Tertiò limitabitis concluſionẽ Bart. procedere, quando teſtator nullum aliũ filium hæredem inſtituit, & legata reliquit. Sed ſi aliquem filium hæredẽ inſtituerit, & legata reliquerit, quãuis alium filiũ ignoranter præterierit, tamen legata debebuntur per dictam Auth. ex cauſa. Quia ſicut vnũ filium quem inſtituit, grauauit legatis: veroſimile eſt, ꝙ ita feciſſet. ſi de alio, quẽ præteriit, filio cogitaſſet, arg. d. l. Titius. §. j. ff. de lib. & poſth. vbi ita decidit Bald. & Alex. in dicta Auth. ex cauſa. Quartò hanc concluſionẽ Bar. limitat ſingulariter Fran. Aret. in dicto ſuo conſi. xciij. vj. col. vt ſcilicet procedat in legatis, quę de per ſe, aut iuncta cum aliis totum exhauriunt patrimonium teſtatoris, vel maiorem partem, ſaltẽ vſq; ad dimidiam. Nam in his, quæ ſunt intra dimidiam, non procedit ſententia Bart. imò talia legata ſuſtinentur, non obſtante filij nati, vel naſcituri præteritione ignoranter facta: & ita ponderat voluiſſe Barto. in dicta l. filio præterito. verſic. Præterea hoc tenere eſſet contra voluntatem teſtatoris. vbi dicit, quòd quando teſtator facit plura magna legata, non eſt veroſimile, ꝙ feciſſet, ſi de filio cogitaſſet. Ergo ſentit, quòd ſi legata non eſſent magna, ſed infra dimidiã patrimonij de quibus veroſimile eſt, ꝙ teſtator illa reliquiſſet, ſi filios ſe habere cogitaſſet, talia legata ſuſtinentur. Idem voluit Ang. in l. vxorem. ff. de manu. teſta. dicẽs, ꝙ ſi legata ſunt talia, quę veroſimiliter reliquiſſet, ſi de filio cogitaſſet, valẽt & debentur: ſubiungens hoc eſſe cõmittendum arbitrio boni iudicis, inſpecta quãtitate & qualitate tam relictorum quã perſonarũ, quibus relinquuntur. & ſe- 134
quitur Pau. in d. Auth. ex cauſa. & Iaſon. ibi. † Vnde reſtat cõcluſio, quòd teſtamẽto ſtãte nullo propter filij præteritionem, relicta debentur, & ſola hæredis inſtitutio irritatur, ſi præteritus ſit filius ſcienter: ſecùs ſi ignoranter, iam dictis caſibus exceptis. Et procedit hęc cõcluſio generaliter in omni pręteritione, nedum patris & lineæ paternæ, ſed etiam matris, & lineæ maternæ. Et non ſolum in pręteritione filij iam nati, ſed etiã poſthumi. Et nõ ſolùm in præteritione filij in poteſtate, ſed etiã emancipati, ſecundum docto. in dicta Authen. ex cauſa. de quo videatis clarè Alex. in ij. parte, conſi. exlij. incip. Circa primam du- 235
bitationem. † Et talia legata, quæ debentur ex teſtamento nullo propter filij præteritionẽ, aut exhæredationem, præſtabuntur per ipſum filiũ præteritum vel exhæredatum teſtamẽto præteritione nullo exiſtente, aut per querelam reſciſſo propter exhæredationem tanquã ab inteſtato ſuccedentẽ: ita quòd ab eo peti poterunt talia legata actione ex teſtamento, præterquàm relicta nominatim ab ipſo filio pręterito vel exhæredato, quia illa non debentur: cùm teſtator in hoc peccauerit onerando filium, quem non honorauit: de quo plenè per Bar. in l. ex filio. in fi. ff. de leg. iij & in l. quidam. vbi Sal. & Iaſon. C. de fideicommiſ. Bal. & Ang. in l. j. C. de bono, poſ. cõtra tab. Nam talia legata nominatim à filio præterito vel ex hæredato relicta non cõſeruantur per dictam Auth. 236
ex cauſa. † Etiam ſi in tali teſtamento reperiretur appoſita clauſula codicillaris, quæ ſolùm operatur, quando legata & fideicommiſſa eſſent ſimpliciter vel generaliter relicta, vt eſt de mente Bar. in dicta l. ex filio. ff. de lega. iij. & in l. j. in v. qu. ff. de iure codici. Bald. Angel. & Iaſon in dicta l. quidam filium. C. de fideicom. Cętera ergo legata ab hærede inſtituto vel ſimpliciter relicta in teſtamento propter filij præteritionem nullo, debentur per dictam Auth. ex cauſa. 237
† Et idem eſt in fideicommiſſo vniuerſali: ita quòd ſi hæres ſcriptus in tali teſtamento rogatus fuerit reſtituere hæreditatẽ fideicommiſſario in teſtamento, in quo eſt filius præteritus vel exhæredatus, teſtamẽto declarato nullo aut inofficioſo, ab inteſtato ſuccedens tenebitur hæreditatẽ reſtituere fideicommiſſario in teſtamento per patrem teſtatorem deputato,

ſecun-

BIU Cujas

secundum gl. in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Treb. & ita etiam sentit gl. in l. eam quã. C. de fideicom. Bar. & cæteri doct. in dicta Auth. ex causa. & Bal. in l. j. C. de inof. test. & in l. si cùm vel in vtero. C. de testa. mili. & Ang. in §. fi. in Auth. vt cùm de appel. cog. Et est *communis opi.* secundũ quam consuluit Pet. de Anch. consi. cciiij. inci. Ex themate prædicto, vbi singulariter decidit, q̃ tunc fideicommissum valet & debetur, prouiso quòd filius præteritus vel iniustè exhæredatus patri succedat ab intestato. Sicut fecisset si nullũ aliud testamentum testator fecisset validum, præter istud in quo continetur filij præteritio, vel exhæredatio. Si autem staret aliud præcedens testamẽtum validum & ritè factum, in quo filius nunc præteritus fuerat hæres institutus, tunc quia dicto isto secundo testamento nullo propter præteritionem, vel querelato propter exhæredationem, nõ remanet primum reuocatum. Quia quod nullum est, aliud validum reuocare non potest, Insti. quib. mod. testa. infirman. §. posteriore. Quinimò filius succedit ex primo testamento valido, & sic non ab intestato, certè tunc nõ tenebitur ad fideicómissum in testamento nullo aut inofficioso relictum. Quia non succedit ab intestato, prout iura fideicommissum conseruantia requirunt, sed succedit ex testamento. Quo casu non tenebitur, nisi ad onera illius testamẽti, & non ad onera testamenti nullius, vt j̃. latius dicam. Nam vbi nõ est aliud testamentum validum præter illud, in quo filius est præteritus: testamento existente nullo quo ad hæredis institutionem, succedens ab intestato est loco hæredis in testamento nullo scripti ad subeundum & sustinẽdum onera, sicut & lucra hæreditaria: ideo si ab hærede in tali nullo testamẽto fuerat relictum fideicommissum sub conditione, si fideicómissarius decem dederit hæredi instituto: Hoc casu illa decem dari debent filio præterito nunc ab intestato succedẽti, per quem talia relicta soluuntur secundũ Sali. in d. Auth. ex causa. dicens de hoc esse tex. apertum in l. is qui in potestate. § j. ff. de lega. præstan. per quem ita dicit ibi Imo. in d. l. filio præterito. ff. de iniu. rupto testa. reputans illum in hoc esse singularem, secùs autem esset secundum Bar. in d. Auth. ex causa. si fideicommissum relictum foret sub conditione cohærente personæ hæredis scripti, veluti si hęres absq; liberis decesserit. Quoniam eo casu deberet attendi si ipse hæres scriptus decederet sine liberis, & non si filius præteritus nunc loco hæredis scripti ab intestato succedens absque liberis moriatur. l. peculium. §. fi. ff. de leg. ij. & sic contingere poterit, quòd hæres in testamento scriptus morietur sine liberis, & per consequẽs filius præteritus loco illius ab intestato patri succedens, quanuis filios habeat, tenebitur restituere hæreditatem, secundum formam fideicommissi, non obstante dispositione l. cùm acutissimi. C. de fideicõ. & l. cùm auus. ff. de cõdi. & demon. Ita per plures rationes decidit Alex. pulchrè loquens in d. Auth. ex causa. [De quo plenè habetur super verbo, *Si absq;* 238 *liberis moreretur.* j.] xiij. col. † Similiter dico hodie, substitutionẽ pupillarem conseruari per dictã Auth. ex causa. sicut conseruantur legata & fideicommissa, siue talis substitutio facta fuerit alteri filio pupillo instituto, siue ipsimet filio præterito. Cùm (vt dictũ est) testamentum solùm euacuetur, quo ad hæredis institutionem, cæteris aliis remanentibus firmis, vt dicta Auth. ex causa. Nam certum est, quòd aliud est institutio, & aliud est substitutio, secundum Bar. Alexan. & docto. *communiter* in l. j. §. fi. ff. de vulg. & pupil. & Bar. consi. xliij. in fi. Vnde cùm sola vitietur hę redis institutio, firma manebit substitutio: Aliàs esset dicere ob delictum patris filium præterientis ipsum filium puniri, cui est substitutio pupillaris facta, quæ dicitur testamentum ipsius filij pupilli præteriti, & nõ patris. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. quod non est dicendum, cùm sit contra rationem ob delictum patris corruere testamentum fi- 239 lij. C. ne filius pro patre. per totum. † Sanè tamen intelligatis testamento filij præteritione stante nullo substitutionẽ pupillarem conseruari quo ad ipsam pupillarem tantùm, sed non quo ad tacitam vulgarẽ in ipsa pupillari contentam. Quia (vt dictum fuit in principio huius limitationis) per illam vulgarẽ succeditur testatori, qui peccauit filium prætereundo. secundum Alexan. in d. l. j. §. substituere. & in l. si quis eum. §. si suo testamento. iij. col. in fi. ff. de vulg. & pupil. Ideo sicut in odium, & pœnam testatoris filium prætereundo peccãtis vitiatur hæredis institutio, per quã ei succeditur, sic etiam vitiatur ipsa vulgaris substitutio expressa vel tacita sub pupillari comprehensa. Prætereà est aduertẽdum ad aliud, quia casu quo substitutio pupillaris facta fuisset instituto de persona extranei altero filio ignoranter præterito, licet hoc casu per Authẽticam ex causa. non irritetur substitutio pupillaris, vt dictum est: tamen alia ratione infirmatur. Quia non est verisimile, q̃ testator voluerit extraneum præferre filio suo, quem habere ignorabat. arg. l. cùm auus. ff. de cõdi. & demonstr. & d. l. cùm acutissimi. secundum Sali. in d. Authen. ex causa. 240 † Restat ergo, quòd excepta hæredis institutione & vulgari substitutione omnia alia in testamento dispositiua conseruantur, & firma manent, per dictam Authen. ex causa. per quem etiam tutela filiorum conseruatur, sicut conseruantur legata. Ideo decidunt doct. ibi, quòd si testator instituerit vniuersaliter extraneum, & vnum ex filiis (vt tenetur) in certa re instituerit, alterum verò prætermerit, talis præteritus dicens testamentum nullum solus ab intestato succedet, & non filius in re certa institutus. Quia talis institutio in re certa facta conseruatur per dictam Authen. ex causa. cùm solùm vitietur institutio vniuersalis, in qua sola testator peccauit. Vnde filius in re certa institutus petere non poterit, nisi supplementũ legitimæ, si illa res non sufficeret ad legitimã, secundum Bar. in d. Auth. ex causa. Talis enim filius in re certa institutus potiùs habetur loco legatarij, quàm hæredis, vt j̃. latiùs dicetur. Et quia vt dictum est, omnia & singula in testamento filij præteritione nullo, aut propter exhæredationem querelato contenta remanent firma, præter hæredis institutionem, & conseruantur: ita quòd filius præteritus euacuato testamento succedens ab intestato tenetur ad omnia 241 illa præstandum, per dictam Auth. ex causa. † Cuius dispositio locum non habet, vbi filius præteritus nõ succederet patri ab intestato, sed ex alio priori testamento valido, vt ſ. dixi secundum Pet. de Ancha. allegato consi. cciiij. Et idem esset, si testator extraneũ hęredẽ instituisset in primo testamẽto valido, in quo fortè filio suo iure institutionis aliquid reliquisset. Et sic validè testatus fuisset, & demũ in secundo testamento eundem, vel alium extraneũ pariter hæredem vniuersalẽ fecisset filio præterito. Nam hoc casu filio dicẽte testamentũ secundũ nullũ, facit locum primo testamẽto, quo stãte nõ potest patri succedere ab intestato. l. quãdiu. ff. de acqui. hære. Imò succedit ille extraneus in primo testamẽto institutus, siue

sit idem,

BIU Cujas

fit idem, siue alius, qui nō tenebitur soluere legata in testamento nullo relicta. Sed solùm tenebitur ad one ra primi testamenti, ex quo hæreditatem capit. Et ita expressè consuluit Ang. consi. clxxxiij. incip. Berta ha bens virum. iij. col. versi. restat igitur videre. dicēs dictam Authen. ex causa. locum habere & legata conseruare duntaxat quando hæreditas vadit ad succedētes ab intestato: & ita loquitur tex. in § siue igitur. versic. sinautem. in Auth. vt cùm de appel. cog. vnde sumitur dicta Authen. ex causa. Quę cùm in conseruando relicta in testamento nullo corrigat ius antiquum, quo testamentum filij præteritione erat fundi tus nullū, non debet extendi ad alium casum, scilicet vbi hæreditas vadit ad hæredes testamētarios. Et hāc opinionē tenuerat Bald. in l. si filius qui in potestate. ff. de libe. & posthu. & Imo. in c. cùm esses. s. eo. Alex. in dicta Auth. ex causa. Quorum opinio videtur esse verior, vt hæredes primi testamenti non teneantur ad soluendum relicta in secundo testamento nullo, cùm satis grauentur in præstatione relictorum in j. licet Bar. in l. si iure. ff. de le. iij. singulariter tenuerit hęredem scriptum in primo testamento teneri ad solutionem legatorum in secundo testamento nullo relictorum, sicut tenerentur succedentes ab intestato. Et ita cum eo tenuerant Sali. in l. sancimus. in ij. q. eo. tit. Pe. de Aneh. in d. c. cùm esses. quod non est verum, vt vidistis, nisi in tali secundo testamento præteritione filij nullo, apposita esset clausula codicillaris: cuius virtute hæres institutus in primo testamento teneretur soluere talia legata in secundo testamento inualido relicta. Quia quilibet hæres ab intestato vel ex testamento succedens cōsetur per dictam clausulam grauatus præstare contenta in hac vltima voluntate, secundum Bar. in l. j. ff. de iure codi. allegat l. si quis cùm nullum. circa princ. eo tit. Et ita in hoc puncto tenet Alex. in dicta Auth. ex causa. videatis Bal. & Sali. in l. fi. C. de codi. & Bal. in l. Titia. ff. de inof. testa. Et hæc est veritas, scilicet quòd clausula codicillaris tūc operetur: licet Bal. in d. l. si filius qui in potestate. contrarium tenuerit, & malè, quia iura per eum allegata non probāt suam opinionem. Et hæc de primo casu (in quo locum non habet dicta Auth. ex causa.) sufficiant. Secūdò locum non habet dispositio dictæ Auth. vt scilicet cōseruentur legata, vbi talia legata essent filio præterito, vel exhæredato relicta, secundum Bar. ibi, & in d. l. filio præterito. Licet enim substitutio pupillaris filio præterito pupillo facta sustineatur per dictam Auth. vt s. dictum fuit, tamen legata non sustinentur sibi relicta. l. filium. §. omnibus. quem ad hoc ibi no. Bar. ff. de leg. præstan. idē tenent Ang. Fulg. & Alex. in l. maximum. C. de lib. præte. Sed quid si in tali testamento adiecta esset clausula codicillaris? decidit Iason in d. l. quidā filium. C. de fideicom. quia tunc conseruātur. Tertiò locum non habet, vbi pater filium ignoranter prēteriisset, secundū Bar. in d. Auth. ex causa. quod qualiter intelligatur dixi plenè s. Quartò locū non habet d. Auth. ex causa. vt scilicet cōseruentur legata, in personis transuersalibus. Hinc est, quòd si frater præteriret vel exhæredaret fratrem turpi persona hærede instituta: quo casu fratri competit querela. l. fratres. C. de inof. testa. Certè nō solùm vitiaretur hæredis institutio, sed etiam corruerent legata. Quia cùm dicta Authen. sit antiqui iuris correctoria, & loquatur in ascendentibus & descendentibus, non debet extendi ad transuersales etiam ex maioritate rationis, secūdum Ang. in §. fin. in Auth. vt cùm de ap. cog. & Alexā. in dicta Auth. ex causa, vbi reprōbat Bal. & Sali. in d. l. fratres. Idem tenet Imol. in d. l. filio præterito. Et sic frater succedens fratri contra eius voluntatem est melioris conditionis, cùm ad legata non teneatur, quā sit filius succedens patri vel econtrà, secūdum Ias. in d. Auth. ex causa. Quintò non habet locum d. Auth. ex causa. nec conseruantur legata, vbi nominatim essent relicta ab ipso filio præterito vel exhæredato. Nā cùm à præterito vel exhæredato nihil legari seu relinqui possit: quia quem honoro, onerare non possum: & sic cùm talia legata sint prorsus nulla. l. pe. C. de leg. & l. ij. ff. de lega. iij. Et sic sunt nulla alia ratione, quàm præteritionis, vel exhæredationis: non sustinentur per dictam Auth. secundum mentem Bar. in d. Auth. ex causa. tenet Imol. in d. l. filio præterito. Etiam si clausula codicillaris in tali testamento fuisset adiecta, secundum Iaso. in d. l. quidam filium. C. de fideic. & dixi s. Sextò non conseruantur legata per dictam Authen. ex causa. quatenus essent vltra, quàm sit illa pars, quæ filio obueniret præterito vel exhæredato, secundum Bar. in l. Saluius. ff. de lega. præstan. & Ias. in dicta Authen. ex causa.

Septimò non conseruantur legata in tali testamento relicta, vbi testamentum esset aliàs nullum, quàm propter filij præteritionem vel exhæredationem: vt puta si esset nullum propter defectum hæredis institutionis: quia in eo nullus reperitur hæres institutus vniuersaliter, nec particulariter: quia ille haberetur pro vniuersali hærede. l. j §. si ex fundo. ff. de hære. insti. Ita eleganter dicit gl. in l. j. §. substituere. in prima solutione data ad dictam Auth. ff. de vulg. & pup. secundum doct. ibi. Quatuor alias limitationes ad dictam Auth. ex causa. in quibus testamento stante nullo propter præteritionem legata non debentur, quarum aliquæ sunt veræ, aliquæ non: videatis per Alex. in dicta Auth. ex causa. xv. colum. versi. recipit autem vltra prædicta. C. de libe. præte. vel exhære. Nec propriè conueniunt huic puncto, in quo nunc sumus.

His igitur prę suppositis redeūdo nunc ad terminos
242 nostræ xxvij. limitationis dico: † q̄ si in testamento in quo filius reperitur præteritus, inserta fuerit clausula codicillaris, tunc licet dicta clausula (vt dictum est) nihil operetur regulariter quo ad legata: quia sine dicta clausula conseruabuntur hodie per d. Auth. ex causa. Et pariter cōseruātur fideicōmissa, etiā vniuersalia, substitutiōes pupillares, & tutelæ: tamē operabit dicta codicillaris clausula quo ad hæredis institutionē, quæ aliàs vitiaretur propter filij prætitionē, cùm nō cōseruetur per Auth. ex causa. C. de libe. prę te. Et sic virtute clausulæ codicillaris in testamēto nullo appositæ, filius præterit⁹ declarato testamēto nullo ab intestato succedēs cēsebitur à patre rogatus restituere hæreditatē hæredi scripto in tali testamēto nullo. Nā paria sunt rogare venientes ab intestato, quod restituant hæreditatē, vel clausulā apponere codicillarē, vt no. in l. ex testamēto. C. de fidei. vt vidistis plenè in ver. *Testamentū*. iij. Sed si testator rogasset venientes ab intestato restituere hæreditatem, tūc filius prēterit⁹ rupto testamēto succedēs ab intestato teneret indubitāter restituere hęreditatē. l. si q̄s ita instituat, si legitim⁹. ff. de hær. inst. Ergo idē erit si in testamēto adiecta fuerit clausula codicillaris: quæ de iure tacitū cōtinet & importat rogatū & fideicōmissum, secundum Bar. & *communiter doct.* in d. Auth. ex causa. Bar. & alios in l. j. ff. de iure codicillo. Sicut enim operatur dicta clausula, vbi est in testamento alius defectus solēnitatis, ita etiam quādo est vitium

præ-

BIU Cujas

preteritionis: adeò ꝙ hæredis institutionem vniuersalē deuoluere facit ad fideicōmissum. primò per l. quærebatur.ff.de testa. milit.& l.posthumus.ff.de iniusto.rupt.test.§.si pagan'.& l.si q̄s priore.ff.ad Trebel.Secundò ꝙ glo.in l.ex ea.§.fi.ff.eo.quę hoc tenet. Tertiò hoc esse verū patet ꝙ rationē:quia cùm testamentum nō consistat in sola hæredis institutione. ff. de hęre.insti.l.j.§.qui neque.Testator dicēdo: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum &c. Videtur dicere, & perinde habetur, ac si dixisset: Si institutio non erit valida iure directæ institutionis, saltem valeat iure indirectæ,id est iure fideicommissi. Vnde cū voluntas testatoris clarè appareat, & demōstretur ex suis verbis,& hoc disponere potest,certè negari non poterit, quin dicta clausula conseruet institutionem iure fideicommissi,secundum Bart. in d.l.j.ff.de iure codi. Et est *communis opinio*, quam sequuntur Bal.& Imo.in d.l.ex ea.& est tex.in l.generaliter.§.ex testamento.ff.de fidei. liber. tenet Barto. in l.ij.ff.de leg.iij.Spe.& Io.And.ibi,in addi. titu. de instrū.editio.§.cōpendiosè ver.itē vide. & Bal. in repe.l.in suis.ff.de lib.& posth.& in l.fin. C. de codi.& Ange.in d.§.fi. Nec ob.l.ij.ff.de leg.iij. vbi habet, ꝙ quē honoro,onerare nō possum.l. ab eo. C.de fideicōmis. Et sic videt, ꝙ pater qui filium prætereundo vel exhæredādo vituperat, & ei qui iniuriam affert, eum grauare nō possit alteri restituere hæreditatem.

243 †Quia respōdet Pau.hāc opi.sequens,clarius quàm cæteri cōsi.lx.incip.Clarum est testamentum prædictum.ꝙ d.l.ij.intelligitur vbi fideicommissum relinqueretur à filio præterito, nō in defectu testamenti. Quo casu intēderet ipsum grauare: & sic in eum casum, quo ad ipsum filium præteritum non cogat aliquid peruenturum, ideo cum grauare non potest, vt ibi,& d.l. ab eo. Nos verò loquimur, quando à filio præterito aliquid relinquitur in defectu testamenti: & sic in casu quo ad eum hæreditas est ab intestato peruentura:quod fieri potest,vt d.l.si quis cùm testamentum nullum.ff.de iure codi.Vnde cōcludit clausulam codicillarem hodie operari,vt institutio hęredis vniuersalis testamēto existente nullo ob filij præteritionem,vel quēcunque alium defectum,quæ per Auth.ex causa euacuabatur, nūc valeat iure fideicōmissi: ita quòd clausula codicillaris de directa hęredis institutione,quæ vt directa valere non potest obstante testamenti nullitate, operatur, quòd eam alterat,& valere facit,velut obliquam & fideicommissariam: taliter quòd filius præteritus ab intestato succedens tenebitur virtute dictæ clausulæ paternā hæreditatem restituere hæredi scripto in dicto paterno testamēto retenta portione legitima,absque Trebellianica. Quia cùm purè teneatur hæreditatem restituere,& eodē tempore retinere non poterit, nec deducere duas quartas, secundum glo.in l.quanquā.C. ad leg.Fal.videatis Gui.papæ.q.lij.& quæ.ccccexiij. Quod est verum, vbi testamentū est de præsenti nullum , vt quia præteritus fuit filius iam natus : quia si filius nasciturus,vt posthumus esset præteritus, quia testamēti validitas pendet ex tēpore futuro, vt vidistis in xxiiij.& xxv. limitatione. si posthumus nascatur post mortem patris,detraherētur duę quartæ,secundum Bar. & Fran.de Pisis,quos sequitur Bal. eorum discipulus in l.filium, vers.item quæro.C.famiercis.quia tunc diuerso tempore debentur, scilicet legitima ilico tēpore testamēti mortuo patre, & Trebellianica debetur posteà nato posthumo,& sub cō-

244 ditione, si nasceretur. † Sanè tamen intelligatis, quod dictū est, scilicet filiū præteritū testamēto stāte nullo ab intestato patri succedentem, teneri restituere hæreditatem hæredi scripto in tali testamento virtute clausulæ codicillaris , eo casu quo ipse testator de alio fideicōmissario nō prouidisset. Si autē testator rogasset hęredem scrptum hæreditatem restituere cuidam alteri, tunc cùm dictum fideicōmissum hodie confirmetur per d.Auth. ex causa. vt ſ.dictum fuit, clausula codicillaris nihil operabitur in fauore hæredis scripti, nec tenebit filius ab intestato succedens restituere hæreditatē hæredi scripto , sed illam

245 restituet fideicōmissario per patrē deputato.† Prætereà aliud mēti teneatis, ꝙ ad hoc vt dicta codicillaris clausula effectum habeat,& hæredis institutio directa in fideicōmissum conuertatur, requiritur quòd ab intestato succedētes abeant hæreditatem, aliàs fideicōmissum subsistere non posset, glo. est singularis super verbo,ex codicillis. in l.qui filio. §.j.ff.de hær. insti. Vlteriùs teneatis clausulam codicillarē sustinere iure fideicommissi institutionem hæredis in testamento præteritione nullo vel querelādo, scilicet vbi hæres in tali testamento institutus est capax hæreditatis. Ideo si in tali testamēto esset præteritus collateralis primi gradus,vt frater,vel soror testatori turpi persona hęrede instituta, talis institutio iure fideicōmissi nō conseruaretur per clausulā codicillarem in præiudicium ab intestato succedentis, vt singulariter consuluit Pau. consi.lxj.inci. Ad primum videtur,quod est not.in materia ista. & l.fratris. & l. fratres.C.de inoffi.testa. vbi frater, vel soror nō potest indignū instituere hęredē in præiudicium fratris vel

246 sororis. †Plus dicūt aliqui, ꝙ clausula codicillaris in testamēto nullo adiecta, nō adstringit nisi hęredē in primo gradu ab intestato succedentē, qui solus cēsetur per talē clausulā grauatus restituere hæreditatē hęredi scripto in testamēto nullo,vt dictū est. Si autē ille primus ab intestato succedēs esset mortu', vel aliter exclusus, alij sequētes in gradu ab intestato venientes non intelligerentur grauati restituere hæreditatem,secundum gl.no.super verb.coacta. in l.non iustā.C. ad Treb. quam ibi valde commendat Ange. & etiam Ange.Are.in §.j. Insti.de codi.dicēs ita plurіes practicasse. qđ est notan. de quo plenè habuistis

247 super verbo, *Testamentum*.iij.vbi videatis.†Restat ergo, ꝙ vbi in testamēto filij præteritiōe nullo appōsita fuit clausula codicillaris , tunc hæredis institutiō vniuersalis obliquatur , & valet saltem iure fideicōmissi. Quod est verū siue filius iam natus fuerit sciēter à patre filiū habere sciente præteritus, siue ignorāter à patre filiū habere ignorāte. Nā vtroque casu talis clausula codicillaris operabitur fideicōmissum, secundū Bal.Sali.Ful.Fran.de Rampo. & Imol.in d. l.filio præterito. ff.de iniusto rup.test.vbi dicit Imo. de hoc esse singularē glos.iuncto tex. in l.vxorē. ff.de manu.testa. quæ probatur per text.nota.l.allegata.si quis cùm testamētum nullum. & l.ab intestato. ff.de iure codicill. per quem text. plus dicunt *communiter* doc. ꝙ testamēto rupto agnatione posthumi per patrem etiam ignorāter prēteriti, clausula codicillaris operabitur fideicommissum , sicut illud operatur in præteritione filij iam nati tempore testamenti. Et est *communis opi.* ꝙ testamentum propter clausulam codicillarē valebit tanquam fideicōmissum posthumo ignorāter præterito: & multò magis si pater eū scienter prēterierit,adeò ꝙ posthumus natus rupto testamēto succedēs ab intestato tenebitur hæreditatē restituere hęredi instituto in tali testamēto,ac si fuisset

rogatus

rogatus expreſsè. Et hanc opinionē communem ſequuntur Fulg. & Alex. in d. Auth. ex cauſa. ſecundum quam opi. dicit Ang. in §. j. Inſti. de codi. pluries cōſuluiſſe, prout etiā conſuluit Lud Rom. conſil. cxxij. inci. circa quod effectualiter. & Alex. in j. parte conſil. cxxiij. incip. diſcuſſis hæſitationibus. & conſi. xxxvij. incip. in cauſa mota, & in ij. parte conſil. cxlij. incip. circa primā dubitationem, cum tribus conſiliis ſequentibus. Sed aduertatis, quia Bar. in d. Authen. ex cauſa. C. de lib. præte. & in l. j. ff. de iur. cod. tenuit cōtrarium, ꝙ imò teſtamentū ſeu hæredis inſtitutio nō valeat propter clauſulam codicillarem tanquā fideicommiſſum, vbi poſthumus fuit ignoranter præteritus per teſtatorē penitus vxorem grauidam tempore teſtamenti ignorantem, vel quam poſt teſtamentum imprægnauit. Nam contra omnem æquitatem eſſet, præſumere teſtatorem voluiſſe hæredem in teſtamēto inſtitutum, fortè extraneū, præferre filio proprio, quem habere ignorabat; contra tex. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. & l. cùm auus. ff. de condi. & demon. & ita cum Bar. tenet Bal. in l. ſi totas. C. de inof. don. & in l. fi. C. de codi. & in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. j. Ang. in l. idem eſt, ff. de teſta. mili. & in d. l. j. ff. de iure codi. & conſuluit Alex. in j. parte conſil. xlij. incip. Viſo tenore, & Franc. Areti. conſil. xxiiij. & conſi. xciij. & tenet Iaſ. in d. Authen. ex cauſa: xvij. col. dicens ſecundum hanc opi. Bar. fuiſſe iudicatum per duos ſenatores principis ſui. Et hoc puto verum, niſi teſtator in teſtamento clauſulam codicillarē apoſuiſſet per verba nedum præſentis, ſed etiam futuri temporis, putà ſi teſtamentum meum non valet, aut non valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorū. Quia tunc cùm per verba futuri temporis videatur de filio naſcituro vel concipiēdo cogitaſſe, talis clauſula codicillaris operabitur fideicommiſſum, quamuis tempore teſtamenti poſthumum habere ignoraret. Et iſta fuit mens Bar. vbi ſ. Et idem ſi pater teſtator tanto tempore, facto teſtamento, & demum nato poſthumo ſuperuixerit, ꝙ facultatē mutādi teſtamēti habuit: Quo caſu ſi non mutauerit, videtur velle decedere cum illo teſtamento: & per conſequens, ꝙ clauſula codicillaris operetur fideicōmiſſum in perſona poſthumi, per tex. in l. athletæ. §. dat remiſſionē. ff. de excu. tut. facit tex. in l. tractabatur, vbi glo. ff. de teſta. mili. ſecundū Pau. in l. j. C. de poſthu. hęre. inſti. & conſuluit conſi. lix. & ſeq. & Alex. in iij. parte cōſ. xxx. incip. ponderatis his: & ſequitur Iaſ. in d. Auth. ex cauſa. Et de his duobus caſibus intelligi poteſt prima opinio ſuperius relata. Videatis Fran. Aret. allegato conſi. xciij. & conſi. vlt. Et cum his expeditos habetis duos in huiuſmodi materia articulos. Primus erat, qualiter neceſſe habet pater filiū ſuum vniuerſaliter aut particulariter hæredem inſtituere: quia ſi non inſtituerit, nec exhæredauerit, teſtamentum eſt ipſo iure nullum quo ad hæredis inſtitutionem: niſi in caſibus ſuprà enarratis: quæ omnia ſunt notanda velut quotidiana. De filio emancipato an eius præteritio reddat teſtamentum patris nullum, videbitis j. hoc verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* ij. in fin.

248 † Sed nūc reſtat inueſtigare, an è cōuerſo etiā filius teneatur patrē ſuum in aliquo hæredē inſtituere, vel ei iure inſtitutionis relinquere, quoties de iure filius teſtari poteſt. De hoc habuiſtis ſuper verbo, *Matrē inſuper Cleram.* ꝙ ſi non fecerit, teſtamentum ſit nullum, ſaltē quo ad inſtitutionē. Et certè Bar. in Auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. dicit, quòd non. Et mouetur: quia filius dicitur demum poſſe teſtari, quādo eſt emācipatus: cū exiſtēs in poteſtate teſtari nō poſſit, l. qui in poteſtate. ff. e. Niſi teſtaretur de caſtrenſi vel quaſi peculio: in quibus nō tenetur patrē inſtituere. l. fi. C. de inof. teſta. aut ad pias cauſas. c. licet. de

249 ſepul. lib. vj. † Pater enim quo ad filiū æquiparatur patrono, qui ius habet in bonis liberti, quolibet relicti titul. l. etiam. §. ſi debita. ff. de bo. lib. Nec reperitur eſſe correctum in patrono. Ergo idem dicēdum erit in patre. Secūdò mouetur, quia non videtur eſſe mutatum ius nouum Cod. quo ſufficiebat quocunq; relicti titulus, niſi in filio & aliis deſcendentibus, in quibus requiritur, ꝙ aliquid habeāt iure inſtitutiōis, in Auth. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoque capitulū. Ergo remanebimus in priſtino iure. l. omnimodo. & Auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſt. Nam ius nouiſſimum correctoriū iuris noui & antiqui in filio & deſcendentibus, quibus magis debētur paterna hæreditas, extendi nō debet ad aſcendētes, quibus minus debetur hæreditas filiorum. l. ſcripto. ff. vnde lib. Quod enim nō mutatur, quare ſtare, phibetur, l. fācimus. C. eo. ti. facit l. præcipimus. C. de app. idē tenuit Bar. in l. ſiue libertus. §. excluditur. ff. de iure pat. Sed cōtrariam opinionem tenuit poſt longā diſputationem Iac. de Bellouiſu, in d. Authen. vt cùm de appel. cog. & mouetur per tex. ibi in §. & hęc quidē. vbi tex. vult, ꝙ ea quæ fuerūt diſpoſita in liberis, habeāt etiā locum in parētibus cum certa diſtinctione ibi poſita. Sed in eadē Auth. §. aliud quoque capitul. ſic erat diſpoſitum in liberis, vt ſcilicet in aliquo inſtituerētur: Ergo idem erit in parentibus. Secundò mouetur per tex. in §. ſancimus. qui ſequitur. §. & hæc quidem. vbi dicitur, ꝙ nō eſt licitū liberis parētes præ-

250 terire. † Præteriri autem dicitur, qui non eſt inſtitutus neque exhęredatus, vt dicit tex. in §. min⁹ ergo ius, inſtit. de hære. quæ ab inteſta. defe. Ergo videtur ꝙ pater in teſtamento filij debeat inſtitui, & pro hac parte facit ratio tacta per Bar. in d. l. nā & ſi parentibus. ff. de inof. teſt. vbi dicitur, ꝙ quādo filius ordine turbato præmoritur patri, nō minus debetur hęreditas patri, quā deberetur filio patre prædecedēte. Ergo cùm hodie ſit immutatū in filio: quia debet inſtitui, vt dictū eſt, id idē debet in patre obſeruari. Nam ex regula antiqui iuris poſita in d. l. nam & ſi parentibus, mutatio intelligitur eſſe facta etiā in patte, vt

251 ſcilicet debeat inſtitui ſicut filius. † Quia etiā in correctoriis licitum eſt iura extēdere, ex regula iuris antiqui. l. ſi qs ſeruo. vbi Bar. C. de furtis. Et ſic non obſtāt rationes Bar. cùm per dictos tex. clarè appareat ius eſſe mutatū in patre, ſicut in filio. Et hāc opinionem cōtra Bar. tenuit Imo. in repe. l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſt. referēs ſe contra Bar. cōſuluiſſe apud Paduam. idem tenet Bal. in l. j. C. de bo. poſſ. cōt. tab. liber. vbi dicit Bar. malè dixiſſe, & contra veritatem. Nec obſtat ſecūdum eum quod dicebatur de patrono: quia reſpondetur, ꝙ nobilior eſt legitima patris quàm patroni & honorabilior. Idem tenet Bal. in l. omnimodo. C. de inof. teſt. vbi refert hāc quæſtionē fuiſſe Cortoni, & ſe cōſuluiſſe cōtra Bar. allegat text. in §. cæterum. in dicta Authen. vt cùm de appel. cog. ibi, noſtræ ſerenitatis intentio eſt à parentibus & liberis iniuriā præteritionis & exhæredationis auferre, per quem tex. apparet, ꝙ ſicut filius nō debet per patrem iniuria præteritionis affici, ita nec pater debet à filio talē iniuriā pati, & ſic debet inſtitui. Nam vt dicit tex. in d. §. cæterum. parētes optāt à filiis honorari: ergo debēt inſtitui, cùm titulus inſtitutionis ſit honorabilis. l. filium. ff. de leg. præſtan. idem tenet

Bald. in

BIU Cujas

Bal. in auth. ex causa. C. de libe. præte. vbi ad hoc alleg. d. §. cæterum. & d. l. nam & si parentibus. & ibi fatetur libertum non teneri patrono relinquere legitimam titulo institutionis, cùm non adeò debeatur sibi hæreditas liberti, sicut debetur patri hæreditas filij. Iura enim naturalia quibus hæreditas filij debetur patri, potiora sunt & æquiora iuribus accidẽtalibus & positiuis, quibus legitima in bonis liberti debetur patrono, arg. l. si quis legatum. §. fin. ff. de falsis. Præterea & si pater tencatur filium honorare, scilicet ipsum instituendo, vt dictum est, ergo à simili, imò (vt verius loquar) à fortiori filius debet honorare patrẽ. l. ij. ff. de iusti. & iure hanc opinionem contra Bar. tenuit Salic. in d. l. omnimodo. in v. oppo. & in d. Auth. nouissima. in iij. q. & Pet. de Anch. hîc. Et hæc est veritas, licet aliqui moderni hîc saluẽt opinionem Bar. in patre, qui transiuit ad secunda vota, vt filius non teneatur ipsum instituere, arg. eorum quæ habentur in Auth. de non eligen. secundò nuben. §. Gregoria. Tamen contra Bar. tenet indistinctè Ang. in §. fin. Instit. de inoffic. testa. vbi cõcluditur, quòd pater debet à filio institui in aliquo: ita quòd si pater fuerit præteritus vel exhæredatus à filio in potestate constituto, vel emancipato etiam in castrensi vel quasi, non adiecta causa, testamentũ est nullum. Sed si esset causa adiecta, tunc si pater est exhæredatus, & causa non probetur, pater rumpit testamẽtum per querelam. Si verò est præteritus, & tunc si est præteritus à filio in potestate instituto, etiam cum insertione causæ, dicit testamentũ nullum. Sed si à filio emancipato sit præteritus cum causa, tunc pater rumpit testa. per bono. poss. cõtratab. l. j. ff. si quis à paren. fue. manu. & not. Bar. in d. auth. ex causa. Et hæc est *communis opi.* à qua non esset propter fantasiam Bar. recedendum in iudicãdo, vt verbis vtar Bal. in l. fi. C. de insti. & substit.

252 †De matre autem, an etiam teneatur filium instituere, vel nominatim exhæredare, vel ecõtrà filius matrem: dicatis vt habetur in §. fi. Insti. de exhære. lib. & in l. filium. & l. cùm filium. C. de inof. test. vbi cõcluditur, quòd mater nõ tenetur filium instituere, cũ ipsum non habeat in potestate. Insti. de ado. §. fœminę. Ideo præteritio matris nõ vitiat testamentũ, nec eum reddit nullum ipso iure, sed habetur pro exhæredatione: & sic testamẽtum tenet, donec per filium præteritum impugnetur per querelã inofficiosi testamenti. Quod est verum, vbi filius fuit à matre præteritus causa præteritionis in testamento inserta: tali quæ si foret vera, esset legitima. de quibus per glo. in c. Quintauallis de iureiur. Aliter & aliàs si mater filium præteriret sine causa expressa in testamento, testamẽtum esset ipso iure nullum, in Auth. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. & §. finautem. & in Auth. non licet. C. de lib. præte. & no. gl. in §. exhæredatos. in Auth. de hæred. & Falc. & Bar. in dicta Auth. ex causa. Nam filius à matre sine expressione causæ legitimæ præteritus dicit testamentum nullum, nisi in casu singulari. l. iij. C. de inoffic. testa. vbi posthumus à matre præteritus quæ in puerperio decessit, & mutandi testamenti non habuit facultatem, censetur cum cæteris filiis institutis à matre institutus pro viri portione: adeo, quòd querelare testamentum matris in quo sine causa reperitur præteritus, non potest. Sed si in testamento matris essent instituti extranei, filius præteritus ipsum querelaret

253 in totum. † Sed quid dicendum est, si filius in testamento matris fuerit institutus sub conditione nõ potestatiua, sed casuali, vel mixta, & in contrariũ conditionis euentum non fuerit exhæredatus, vel causa inserta præteritus, an eo tunc sit testamentum nullũ: quasi interim reperiatur sine causa præteritus? Puto tale testamentũ non esse nullũ: quia sicut cõditio per patrem apposita in institutione filij, & quodcunque aliud grauamẽ tollitur, & pro non adiecto habetur, saltẽ quo ad concurrentẽ legitimę quantitatẽ, ptex. in l. quoniã in prioribus. C. de inof. test. per quem est hodie correcta, l. si pater. C. de insti. & substi. & similes. Sic etiam erit in conditione per matrẽ adiecta in institutione filij, vt illa adiecta filius habeatur in legitima pro purè instituto, secũdũ Bar. & plenius Alex. in l. si mater. §. j. ff. de vulg. & pup. Et dicam plenè in ver. *Reliquit.* Et quod dictũ fuit in matre, idẽ intelligatis in filio testante erga matrẽ, vt no. in iuribus §.

254 allegatis. † De collateralibus autem disputare non oportet, cùm eos instituere non sit necesse, nec exhęredare: imò testamentum manebit firmũ, si personã honestam hæredẽ instituerint. de quo plenè dicetur super verbo, *Defuncta.* Pro totali præmissorum declaratione posset iuuenis canonista meritò dubitare

255 †ad quod de iure ciuili tenet pater filiũ saltẽ in vno numo aut obolo hæredem instituere vt §. cõclusum est, cùm institutus in aliqua re vel sũma particulari nõ habeat ꝓ hærede, sed pro legatario. l. quoties. C. de hęre. inst. & no. glo. singularis in l. si quis priore. ff. ad Treb. Et adeò habetur pro legatario, & non pro hærede, ꝙ decidit Panor. in c. j. & c. cum seculum. de iure pat. ꝙ filius à patre in re certa institutus, vel filia nõ succedit cũ hęrede vniuersali in iure patronatus, quod patri defuncto cõpetebat. Ex quo videt, ꝙ tãtùm esset patri dicere, lego filio meo, vel relinquo, sicut dicere, hæredẽ instituo, vel iure institutionis relinquo decẽ, postquã ex diuersitate verborum non sequitur diuersitas effectuum. Sed dico, ꝙ institutus in re certa verũ est quòd habet loco legatarij quo ad hoc, vt creditoribus nõ teneatur hæreditariis, vt d. l. quoties. C. de hęre. insti. Attamẽ habetur loco hæredis quo ad excludendum nullitatem testamenti, aut querelam inofficiosi testamẽti. Nã (vt audiuistis) filio in re certa instituto, testamentũ valet, & tenet, ita ꝙ impugnari nõ potest per viam nullitatis aut querelæ, sed duntaxat agi potest ad supplementũ legitimæ, si res in qua filius vel pater fuit institutus, nõ sufficeret ad legitimã, vt dicit hîc gl. in verb. relinquẽs,

256 in fi. & gl. in dicta l. si quis priore. ff. ad Treb. †Quo enim ad hoc non habetur loco legatarij, sed habetur loco hęredis, vt sicut hęres vniuersalis testamentum impugnare non potest, ita nec iste poterit. Ideo iura voluerunt, ꝙ filio relinquatur iure institutionis, ne testamentũ impugnetur. Præterea, quia, vt dictũ est, titulus institutionis est filio honorabilis, necnõ valde vtilis, ꝓpter ius accrescẽdi, vt j. dicetur. Et sic verbum, instituo, aut iure institutionis relinquo, non est superuacuum, imò effectum habet non modicum. de quo plenè in dicta l. quoties. & §. cęterùm. in Auth. vt cùm de appell. cog. Vnde ex pręmissis vera resultat doctrina Barto. in l. ex facto. ff. de hæredi. inst. di-

257 centis † ꝙ institutus in re certa est quoddã participium: quia partem capit à natura legatarij, & partem capit à natura hæredis. Primò à natura legatarij partem capit, quia sicut legatarius, ita iste ad suos hęredes transmittit rem, in qua est institutus, etiãsi decedat antequã illã agnouerit, dũmodò dies cesserit legati. l. vnica. C. de cad. tol. quod secus est in hęreditate. l. quoniã. C. de iure delib. Et intelligatis, ꝙ illam rem trãsmittit nõ iure suitatis, sed eã trãsmittit per

l. si quis

BIU Cujas

l. si quis filium, C. de inoffi. test. secundum Bald. in d.
☞ l. quoties. [De quo plenè habetur super verbo, *Si absq; liberis moreretur.* ij. in materia subst. vulg. & sexto effectu eiusdem dum loquitur de quarto modo tollẽdi suitatem.] Secundò, capit à natura legatarij: quia non tenetur ad onera hæreditaria, sicut tenetur hæres. vt d. l. quoties. & bonus tex. in l. j. C. si cer. pet.

Tertiò, quia hæres vniuersalis detrahere potest falcidiam ab hærede instituto in certa re, vt dicta l. ex facto. Quartò, quia sicut valet legatum in codicillis relictum, ita institutio facta in re certa, prouiso ꝙ talis institutus sit extraneus: qua institutio facta de filio in re certa in codicillis nõ valeret, cùm fieri debeat in testamẽto, secundum Bal. in l. omnimodo. C. de inoffi. test. & l. nõ codicillum. C. eo. Et idem esset in institutione vniuersali, vel in quota hæreditatis: quia etiam de extraneo non valet in codicillis, quia hæreditas ibi dari nõ potest, nec auferri, vt plenè habuistis in verbo, *Testamentum.* iij. Quintò, quia ab hærede instituto in re certa eam restituere grauato cõ-
258 ditione restitutionis adueniente detrahi non potest de illa re seu retineri quarta Trebellianica, quã vniuersalis hæres de hæreditate detraheret: & de quo videatis Bal. in Auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falc. & Gui. papæ. q. cccclxvij. † Sed à natura hæredis participat: quia excludit querelam secundum glo. in d. l. si quis priore. vt habuistis. ꝫ ac ius dicendi testamentum nullum. Secundò, quia potest propria auctoritate capere rem, in qua fuit institut'. l. Titia. §. j. ff. de leg. ij. Legatarius verò non potest: quinimò si possessionem rei legatæ ante aditam hæreditatem propria auctoritate apprehenderet, teneretur rem restituere hæredi per interdictum quorum legatorũ. l. j. ff. quorum leg. Si post aditam hæreditatem hoc faceret, rem legatam quã de manibus hæredis capere debet, propia auctoritate occuparet: tunc perderet ius quod habet in ea. l. nõ est dubiũ. C. de lega. Et idẽ in fideicõmissario. l. Paulus respõdit si certa. ff. ad Trebel. nisi pro legatario cõcurreret voluntas testatoris, secundum glo. & Bar. in dicta l. Titia cum testamento. §. j. ff. de leg. ij. vnde elegãter decidit Bal. in c. j. de
259 cõfir. vti. vel inu. † ꝙ si testator qui legat, constituat se rem legatã nomine precario possidere pro legatario, licet nõ valeat vt precarium: quia nemo rem suã rogare potest: tamen potest legatarius mortuo testatore ingredi possessionem propria auctoritate: quia etiam testator præuenire potuisset ante mortem tradendo rem. De quo plenè intendo dicere, in verbo. *Si absque liberis moreretur.* ij. in materia fideicommissariæ substi. loquendo de fideicommisso particulari. facit l. Lucius. ff. de lega. ij. quod dicit Bald. esse nouũ suum dictum. Tertiò, quia petere potest se mitti in possessionem rei, in qua fuit institutus, & sic competit ei remedium possessionis executiuũ. l. fi. C. de edi. diui Adri. tollen. quod facere non posset legatarius.

Quartò, quia filius in re certa, institutus, licet vltra legitimã petere non possit in bonis paternis, nec patri succedere, stante alio hærede vniuersali, attamen veniet, & vocabitur cũ cæteris filiis vniuersaliter institutis in emphyteusi ecclesiæ patri concessa ꝓ se & suis filiis hæredibus, secũdum Bar. in l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ff. de ope. lib. & plenè cõsuluit allegãs ibi multa Alexã. in j. par. consi. cxxviij. vlti. col. Pariter venit talis hæres particularis in substitutione: quia dictũ fuit, ꝙ si hæres sine liberis decederet, hæreditas restitueretur fratri, suo, si tunc viueret. Et si nõ viueret, eius hæredibus. ad quã substitutionem cõditione adueniente nedũ vocabuntur hæredes fratris vniuersales, sed etiã hæres particularis, puta filia in sua dote hærede instituta, licet iussa fuerit esse dote con-
260 tenta: † quia appellatione hæredũ quicũque successores significãtur vniuersales & particulares. l. j. §. illud. ibi. in locũ succeſſisse, accepimus siue ꝓ vniuersitatem siue in rem sit successum. ff. quorum leg. Tales hæredes particulares etiam faciunt deficere cõditionem, si sine hæredibus decesserit, vbi filius fuit hæres institutus & ei substitutũ, si absque liberis moreretur. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. secundũ Spe. isto eo. tit. §. in primis. vers. pone A, instituit B, & C, filios &c. Quod intelligatis verum de filiis in re particulari hæredibus institutis titulo institutionis, quia veniunt appellatione hæredum: secùs, si res particularis esset eis legata, vel alio titulo quàm institutionis relicta: quia non veniret appellatione hæredum. de quo plenè per Gui. papæ. q. cccclvij. ver. sed iuxta præmissa quæro. & q. sequ. quæ aliàs contrariæ viderentur.
261 † An autẽ vocetur in iure patronatus ecclesiæ, *communiter* deciditur quòd nõ: quia tale ius nõ transit ad filios, nisi sint hæredes vniuersales secundũ Io. And. & doc. in c. cùm seculum, de iure patro. Ideo trãsibit ad hæredes vniuersales quanuis extraneos, quicquid tenuerit ibi Barto. in l. quia proinde. §. restituta. ff. ad
☞ Treb. [De quo plenè super verb. *Si absq; liberis moreretur.* ij. in materia compendiosæ substitutionis, & octauo effectu eiusdem.] Quintò, quia potest ei sicut filio vniuersaliter instituto substitui pupillariter, per tex. no. in c. si pater. eo. tit. li. vj. vbi filiæ in re certa institutæ facta fuit pupillaris substitutio, quæ valuit iure directo. Et hoc fieri potest siue instituꝫ vniuersaliter in testamento sit de liberis testatoris, siue extraneus, secundum Bald. ibi. Sextò, quia habet ius accrescendi hærede vniuersali repudiante. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. insti. & sibi accresceret tota hæreditas, seu res, in qua fuit institutus, ita ꝙ confirmabitur testamentum per additionẽ hæredis in re certa instituti. Quod an sit verum, statim videbitis: quia hæc difficultas procedit vbi duo sũt hæredes instituti, sci licet vnus vniuersaliter, alter verò in aliqua re certa: quia vbi nullus esset institutus in vniuerso: sed esset solùm aliquis institutus in re certa, tunc ille esset hæres vniuersalis: & perinde haberetur ac si nõ esset facta mentio rei particularis, vt d. §. si ex fundo. Sicut decidũt à simili doct. de substitutione pupillari per patrem filio suo pupillo facta in aliqua re certa: quia trahitur ad vniuersam pupilli hæreditatem, si facta fuerit per verba directa, l. cohæredi. §. fin. ff. de vulg.
☞ & pupi. [De quo plenè habetur super verb. *Si absq; liberis moreretur.* ij. in materia pupil. substit. & in se-
262 cundo effectu eiusdem.] † Et quod dictum est, scilicet institutũ in certa re haberi pro hærede vniuersali, vbi nullus alter filius est vniuersaliter institutus, habet locũ nõ solùm in foro contentioso, sed etiã in foro conscientiæ: adeò ꝙ in re certa institutus, quo ad Deũ efficitur dominus vniuersæ hæreditatis, per dictum §. si ex fundo. vt pulchrè cõsuluit Fede. quẽ refert & sequitur Panor. in c. quia ingredientibus. ꝫ. eodem. Prætereà licet talis institutio nõ sit verè vniuersalis, est tamen vniuersalis interpretatiuè: quia lex, ne testator dicatur testatus & intestatus decessisse, contra. l. ius nostrum: ff. de regu. iur. eam interpretatur vniuersalem, secundum Bald. in l. dominus. §. per fideicõmissum. ff. de vsufru. vt dicam infrà. quod est verum, siue fuerit institutus in re certa testatoris, vel filij testatoris pupilli, vt dicto §. si ex fundo. Siue

in re pe

BIU Cujas

in re penitus extranei, puta in fundo Martini: quia etiã eo casu talis institutio vel substitutio trahitur ad vniuersam testatoris hæreditatẽ. Quia licet tunc nõ fuerit institutus in fundo ipsius testatoris, tamen videtur institutus in æstimatione fundi alieni, quæ de hæreditate debetur testatoris. l. alienus. ff. ad leg. Falci. ita singulariter decidit Bal. in l. humanitatis. versi. secundò quæro si est facta. C. de impu. & aliis substi.

263 †Si verò nullo hærede vniuersaliter instituto essent plures in rebus certis instituti, tunc omnes illi essent hæredes vniuersales ex æquis partibus, & illæ res in quibus quilibet fuit institutus, cẽsentur eis prælegatæ, vt d. l. ex facto. ff. de hære. insti. facit d. l. j. C. si cer. pet. Si autẽ vnus illorũ esset institutus in tertia parte vnius certæ rei, & alter in duabus partibus eiusdem rei, vterq; esset hæres pro dimidia hæreditatis, & nõ pro partibus in illa re assignatis, nisi aliàs appareret de testatoris volũtate, ꝙ aliud voluisset. l. quoties. §. si duo. ff. de hære. inst. & bona glo. in c. si pater. super

264 verbo, certa re, hoc titu. lib. vj. †Vnum tamẽ menti tenebitis, quòd licet institutus in re certa, vel pupilariter substitutus ad totũ trahatur, alio nõ dato hærede vel substituto vniuersali, vt dictum est: Tamen substitutus in re certa per verbũ commune aut obliquum, nunquã trahitur ad totum. l. cogi. §. & generaliter. vbi Imo. ff. ad Trebel. Quod est magna limitatio ad regulã dicentẽ, quòd institutio in re certa trahitur ad totũ, alio non dato hærede vniuersali: quia illud est verũ, si talis institutio in re certa fuit facta per verba directa vel ciuilia, putà per verbũ instituo, vel hæres esto: secùs si p verba obliqua, put est verbũ, relinquo, vt plenè de his verbis videbitis in verbo, *eidẽ impuberi succederẽt*. Nã si talis institutio particularis fiat obliquè, non trahitur ad totũ, per text. ad hoc sing. in d. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Tre. Facit gl. in Auth. de hære. & Fal. §. si verò: secùs autẽ esset, si foret institutus vel substitut⁹ in vna quota hæreditatis, putà tertia vel quarta, quoniam tũc traheretur ad vniuersum, secundum gl. Bart. & Doct. in d. l. cohæredi. §. fi. ff. de vulga. & pupil. & plenè per Bart. in

265 l. centurio. eo. titu. Ang. & Imo. in d. §. si ex fundo. & Lud. Ro. cõs. lviij. Secũdò limitabitis dictã regulam singulariter, nisi testamentum fieret per ingressum ad monasterium, qui licet filios suos certis in rebus instituerit hæredes, aut in quota hæreditatis, quod est fortius, & de residuo nihil expressè disposuit: tamẽ vniuersum illis nõ accrescit, sed accrescit monasterio, per text. singularem in Authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. & hoc fauore religionis, secũdum Bald. ibi, circa finem. †Nunc euacuare superest difficultatem superiùs tactam, an scilicet sit verũ, quòd hærede vniuersali hæreditatem repudiante, talis hæreditas accrescat hæredi instituto in re certa: ita quòd tota hæreditas ei acquiratur per ius accrescendi. Glos. nostra hîc in fin. sentit, quòd non: quia simpliciter dicit talem institutum haberi pro legatario. idẽ sentit glo. in d. l. si quis priore. dum dicit, ꝙ habetur loco legatarij quo ad omnia, præterquàm quo ad ius querelandi testamentum. Sed glo. in d. l. ex facto. ff. de hære. insti. sentit, quòd imò habet ius accrescẽdi: quia dicit, quòd loco hæredis habetur quo ad omnia præterquàm quo ad onera hæreditaria, ideo per aliquos Doct. illæ glos. sic concordantur, quòd filius in certa re institutus quo ad ius accrescendi habetur loco hæredis, ita quòd hærede vniuersali repudiante, tota hæreditas sibi accrescit, & in hoc nemo contradicit, quin filius in certa re institutus habeat ius accrescendi, posito etiam quòd institutus nõ fuisset nisi in obolo, & ita intelligitur glos. in dicta l. ex facto. facit l. si cum patrono. ff. de bono. poss. ita quòd etiam moriendo totam hæreditatem transmitteret non agnitam ad quoscunque, vt plenè dicã in materia trãsmissionis hæreditatis, infrà super verbo, *Mortuo itaq; testatore*. ij. 266 †Nam ius accrescẽdi est transmissibile ad hæredes, etiam si transmittentes sint hæredes extranei, quia illud ius accrescendi. [Super hoc vide vnum singulare super verbo, *Si absq; liberis moreretur*. ij. in materia vulga. substi. in iiij. princ. arti. & in iij. fallen. ad regulam, ꝙ substitutio vno casu facta porrigitur ad alium. †plus competit portioni, quàm personę: secus esset in iure substitutionis: quia plus competit personæ, secundum Ang. in §. fi. Insti. ad Orfici. per l. si ex pluribus. ff. de suis & lege. hæredib. videatis Iasonem in dicta l. quoties. C. de hæredi. insti. [Et dictum fuit plenè super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*. in iiij. præludio.] Si verò institutus in re certa esset extraneus, tunc hærede vniuersali repudiante hæreditas sibi non accresceret, & ita intelligitur hæc glossa dum dicit, quòd habetur loco legatarij. Baldus autem in l. quoties. ff. de hæredibus instituẽdis. §. si duo. dicit in extraneo in re certa instituto hũc passum fore difficilem, videlicet an hærede vniuersali repudiante tota hæreditas accrescat illi extraneo in re certa instituto. Vnde non immeritò in tanto dubio contrariæ fuerunt opinio. Prima fuit opinio Gul. de Cug. dicentis in extraneo in re certa, & particulari instituto locum non habere ius accrescendi: quia portio accresceret portioni, & nõ rei. ff. de hæredibus instituendis. l. si ex pluribus. Nec obstat, secundum eum dicta l. j. §. si ex fundo. quia illi nullus alter fuerat hæres institutus vniuersaliter. Quo casu institutus in re certa totam habebit hæreditatem, quamuis sit extraneus: secùs autem est dato hærede vniuersali, & hãc opinionem sequitur Martinus Silliman. Nec obstat secũdum eum, quòd filius in re certa institutus habet ius accrescẽdi: quia filius

267 † de iure habet in paterna hæreditate quãtam, id est, triẽtem, licet nõ fuerit institutus, nisi in vno numo. l. omnimodo, C. de inofficio. testamento. Ideo in filio non est inconueniẽs, portio si accrescat portioni, vt dicta l. si ex pluribus. Idem tenet Bald. in l. quoties. C. de hæredibus instituendis. dicens, quòd si extraneus in re certa institutus haberet ius accrescẽdi, sequeretur absurdum & inconueniens: quia si testator legaret ecclesiæ quinque solidos iure institutionis, & Titio legaret mille titulo legati: alio hærede vniuersali instituto repudiante, hæreditas accresceret ecclesiæ, licet potius accrescere deberet Titio propter maiorem portionem sibi relictam, ratione cuius præsumitur testatorem ipsum Titium plus dilexisse, & ad eum maiorẽ affectionem habuisse, postquam ei plus reliquit, vt singulariter decidit Bart. in l. fi. ff. ad Trebel. vbi dicit, ex quantitate relicti apparere potest de maiori affectione testatoris: ideo si instituto in re certa tota accresceret hæreditas, plus haberet ille, quem testator minus dilexit, quod est absurdum. Mouetur etiam Bal. alia ratione: quia clausula institutionis potiùs apponitur in testamentis ex consuetudine tabellionum, quàm voluntate testatoris. Et hæc opin. scilicet quòd in extraneo in re certa instituto locum non habet ius accrescẽdi sequẽtibus

268 firmatur rationibus. † Primò, quia inter succedentes iure diuerso locum nõ habet ius accrescendi, d. l. si cũ patrono. ff. de bo. pos. & l. j. C. quando nõ petẽ.

partes.

BIU Cujas

partes. vbi plenè not. ſed inſtitutus in re certa habet loco legatarij. dato alio hærede vniuerſali: d. l. quoties. C. de hære. inſti. Et ſic iure diuerſo ſuccedũt cũ vnus veniat tãquam legatarius, alter verò vt hæres:
269 ergo inter eos cadere nõ poteſt ius accreſcẽdi. † Secũdò, quia inter illos inter quos nulla eſt cõiunctio, locum nõ habet ius accreſcendi, cùm tale ius cẽſetur ex aliqua cõiunctione. l. re cõiuncti. ff. de leg. iij. ſed inter iſtos nulla eſt cõiunctio: ergo in eis nõ cadit ius acereſcendi. Tertiò, quia erubeſcimus ſine lege loqui. in Authen. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. ſed nulla lege cauetur, quòd repudiãte hęrede vniuerſali inſtitutus in re certa habeat totũ per ius accreſcẽdi, ergo in ipſo locũ nõ habeat tale ius. Quarta ratio ſic ſumitur à cõtrario. Nã legem habemus dicentem in ſtitutum in re certa alio non dato hærede vniuerſali ad totã hæreditatem vocari, & illã ſibi accreſcere, vt d. §. ſi ex fundo. Ergo à cõtrario ſenſu, ſecùs erit, ſi hæredi in re certa inſtituto datus fuerit cohæres vniuerſalis. Secunda opin. fuit tota contraria primæ, ſcilicet quòd hærede vniuerſali repudiãte, hæres in certa re inſtitutus, quãuis extraneus veniat ad totã hæreditatem per ius accreſcendi. & ita tenuit Iac. Butr. totius Italiæ excellentior homo, vt verbis vtar Bal. in l. quicunque. C. de epi. & cler. quem ſequitur Bar. in d. l. ex facto. & in d. l. quoties. ff. de hære. inſti. Hãc eandem opi. firmauit Ioan. And. poſt Spe. in addi. eod. tit. §. in primis. vbi in fi. refert Petrum ſic tenuiſſe, & eã plenè diſputaſſe. idem tenuit Bal. ſibi cõtrarius in repe. c. ſi pater. eo. tit. lib. vj. & Ang. in d. §. ſi ex fundo. & Imo. hîc dicens hãc eſſe *cõmunem opi.* Et mouẽtur prędicti patres ſequentibus rationibus. Primò, quia hoc ſeruatur in filio in re certa inſtituto, vt ſ. dictum fuit. Ergo idẽ erit in extraneo: quia nõ eſt verum, quòd filius habeat quotã hæreditatis, licet enim habeat legitimam, tamen nõ eſt quota hæreditatis, cùm filius quo ad illã onera non ſuſtineat hæreditaria: imò ſoluitur ære alieno deducto. Et omne grauamen per teſtatorem appoſitum ſubducitur. l. quoniã in prioribus. C. de inof. teſt. vnde nõ poteſt dici, quòd hærede vniuerſali repudiãte tota hæreditas ſibi accreſcat ratione quotæ, prout dicebat Martinus. Nam licet habeat portionem bonorum, tamen non habet quotam hæreditatis: quia ſi eã haberet, partem onerum ſuſtineret, idcirco ea ratione non minus habet locum ius accreſcendi in extraneo, quàm in filio, attento quòd in ipſo nõ eſt aliqua ratio ſpecialitatis magis, quàm in extraneo. Præterea, quia ſi nemine inſtituto hærede vniuerſali inſtitutus in re certa habet totum, vt d. §. ſi ex fundo. Idem erit ſi alter vniuerſaliter inſtitutus repudiet. Quia paria ſunt alium hæredem vniuerſalem non feciſſe, & factum repudiaſſe. l. vnica. §. cùm autẽ. C. de cadu. tollen. Non enim eſt veriſimile principẽ ſine aliqua rationabili cauſa hodie voluiſſe filium ſuam legitimã habere titulo inſtitutionis, niſi vt habeat cõmodum iuris accreſcendi, cum etiã olim quãdo relinquebatur quocunque relicti titu. excluderet querelam, vt d. l. omnimodo. & l. ſcimus antea. §. repletionem. & in Auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. Nec eſt verum dicere, quòd propter ſolum honorem hoc fuerit introductum, ſi titulus inſtitutionis ſui natura aliud nõ deberet afferre commodum, arg. l. ij. C. communia de lega. Ergo ſequitur, ꝙ hoc fuit propter commodum & vtilitatem iuris accreſcendi. Nec obſtat abſurdum alleg. per Bal. quia ex ſuo exẽplo nulla reſultat abſurditas, ſi hæreditas veniat ad eccleſiam in minori ſumma inſtitutã hærede vniuerſali repudiante, & hoc propter naturam inſtitutionis quam teſtator fecit de eccleſia, ſciens vel ſcire debẽs inſtituto in re certa totum deberi. Similiter non obſtat, quod dicebat Bal. de clauſula inſtitutionis, quo-
270 niam ad hoc reſpondetur, † quòd notarius ſemper præſumitur appoſuiſſe clauſulas conſuetas de voluntate teſtatoris, ſaltem tacita. Nec obſtat prima ratio in contrarium facta: quia primum aſſumptum nõ eſt verum, ſcilicet quòd hæres vniuerſalis, & inſtitutus in re certa ſuccedant iure diuerſo: imò eodem iure ambo ſuccedunt, ſcilicet iure inſtitutionis, cùm ſint ambo inſtituti. Minùs obſtat ſecunda ratio: quia non eſt curandum, ſi inter eos nulla ſit cõiunctio, cùm inter hæredes nullo modo coniunctos locũ habeat ius accreſcendi, vt dicit gl. ſingula. in *l.* ſi ſeruus communis ab extero. ff. de acquir. hæredi. Vel dicatis, quòd verum eſt inter ſuccedentes iure diuerſo locũ non habere ius accreſcendi, quando ſucceditur iure prætorio. Non autem vbi ſucceditur iure ciuili, quo quis ſolo animo eſt hæres. l. quidam elogio. C. de iure deliberan. ita dicit Bal. in Authen. prætereà. verſi. item quæro. C. vnde vir & vxor. Pariter non obſtat tertia ratio, quia licet expreſsè non caueatur iure, quòd in inſtituto in re certa locum habeat ius accreſcendi, tamen ſatis eſt hoc tacitè diſpoſitum. Cùm paria ſint hæredem vniuerſalem non eſſe, vel datum repudiaſſe & ſic poſteà deſinere, per no. in l. ſi res aliena. §. fi. ff. ad Trebellia. & l. neque. §. fin. ff. de teſtamento milita. Poſtremò non obſtat argumentum à contrario ſenſu ſumptum, ex d. §. ſi ex fundo. Quia tale argumẽtum ceſſat, quoties ex eo reſultaret prauus, & abſonus intellectus. l. ij. C. de cõditio. inſer. & plenè no. in l. conuenticula. C. de epiſc. & cler. Nam abſurdum eſſet, quòd teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, vel ſecundum aliquos inſtitutus in re certa non venit ad totũ per ius accreſcendi, ſed inſtitutio in certa re facta transfunditur in vniuerſalem. Reſtat ergo hanc opi. vltimam de iure fore veriorem, vt ſcilicet dicamus, quòd hærede vniuerſali repudiante inſtitutus in re certa ſiue ſit filius, ſiue extraneus, vocatur per ius accreſcendi ad totum, ſecun-
271 dum opi. † quæ in dubio tenenda eſt, vt dicitur in c. j. de conſtit. Maximè vbi conſona eſt opinioni Bart. in qua ſemper eſſe conſueuit ſubſtãtia veritatis, vt dicit Lud. Rom. conſi. ccccclxix. Temerarium profectò eſt in conſulendo diſcedere ab opinione Bart. vt dicit Pau. conſ. cclxxxviij. quam, vt dicit Iaſon in rubri. de iure emphy. ſemper quantùm poterat, & eius ordinem ſequebatur, cuius veſtigiis ſemper inhærebat. Ideo dicebat Pan. in cap. cùm nobis. iiij. colum. verſi. nunc quæro. de præſcrip. Ego ero pro concluſione cõtentus recitatione Bart. qui omnium iudicio cunctos ſcribentes in æquitate, & veritate præceſſit.

☞ [Bartolus fuit alter Pythagoras, cui tãta veneratio ab auditoribus tributa eſt, vt quæ ab eo acceperãt, in diſputationẽ deducere nefas exiſtimarẽt, quinetiam interpellati ad reddẽdum cauſam, hoc ſolũ reſpõdebãt, ipſe dixit, vide Valerium lib. viij. cap. ix. titu. quæ
272 cuiq; magnifica cõtigerunt.] † Et tale ius accreſcẽdi etiã per teſtatorẽ nõ poſſet prohiberi, quin hærede vniuerſali repudiãte tota hęreditas accreſcat hæredi inſtituto in re certa, ſecundum opi. Dyn. *communiter approbatã*, quã ſequitur Imo. in d. §. ſi ex fundo. & Bal. in l. dominus. §. per fideicõmiſſum. ff. de vſufru. & dixi ſuper verbo, *Et vxorem.* in iiij. præludio. quia licet ꝓhiberi nõ poſſit in vera inſtitutione vniuerſali, tamen poteſt prohiberi in inſtitutione interpretatiuè

BIU Cujas

pretatiuè vniuersali, qualis est institutio facta in certa re, alio nõ dato hærede vniuersali, quam lex interpretatur institutionẽ vniuersalẽ, si hæres vniuersalis repudiet, vt d.l.j.§.si ex fundo. ff.de hæred.institut. in qua si testator hæredem in re certa institutum prohibuerit plus de bonis suis petere, & residuũ hæreditatis accrescere, valet prohibitio in perditionẽ talis institutionis & totius testamẽti, ita quòd causam testati deducit ad causam intestati. l.quoties §.si duo, prę-allegata. & ita intelligitur, quod ibi decidit Bart. secundum Bal. in d.§.per fideicõmissum. facit glo. singul. in d.l.si seruus. ff.de acquir.hæred. de quo ꝑ Bar. in d.l.quoties.§.si duo. & Bal. in l.si ita quis. ff.de hæred.instit. & Bal. in d.l.j. C.quãdo non peten.partes.

273 & Bar. in repet.l.re coniuncti. ff.de leg. iij. An † autẽ moriente hærede in re certa instituto antequã hæres vniuersalis repudiauerit hæreditatem, vel aliàs ab ea excluſus fuerit, talis in re certa institutus ad hæredes ius accrescendi transmittat, vt si post eius mortẽ hæres vniuersalis hæreditatẽ repudiet, accrescat illi rei certæ in fauorem hæredum, sicut accresceret in sui fauorem, si adhuc viueret, dicam alibi. [De hoc plenè videatis j. super verb. *Mortuo itaque testatore.* ij. vbi dicitur de materia trãsmissionis hæreditatis.] Secũdus casus in sequẽti notula est expediẽdus, scilicet quòd si filius non instituatur, necesse est, quòd exhæredetur. Et cum his nunc habetis veritatem iuris ciuilis quo ad istum passum quotidianum de filio per patrem de necessitate iuris ciuilis instituendo in ali-

274 quo. Nunc † venio ad secundũ principale quæsitum, cũ hodie de æquitate canonica sufficiat per hũc tex. patri relinquere filio quocũque relicti titulo, ita quòd non habeat necesse ipsum instituere? & videtur quòd sic, per hunc text. in quo Raynutius simpliciter reliquit Alterochæ eius filiæ vltra dotem domum & hortũ, nec apparet ꝙ in aliquo eam instituerit, & tamen valet testamentũ. Et hanc opinionẽ tetigit gl. super verbo, instituit. in c.si pater. eo.tit.lib.vj. Referens Host. ita tenuisse hîc, prout etiã Abbas antiquus tenuerat. Et ratio est secundum eos, quia æquitas canonica cõsiderasse non videtur subtilitatẽ iuris ciuilis, arg.c.dilecti. de iud. Et cum hac opi. transit Bal. in l.fi.C.fami.erciſc. dicẽs, quòd licet de iure ciuili tale testamentũ non valeat, nisi filius sit in aliquo institutus, tamen de æquitate canonica valet. Et ibi reprehendit Io.And. qui exponendo hoc verbũ, relinquẽs, subaudiebat & hæredem instituens, dicens ei nõ pertinet supplere de facto. Prætereà hoc ideo est, quia cùm apud legistas de hoc esset altercatio inter gloss. & Doct. scilicet an pater teneatur filium in aliquo in-

275 stituere, videtur iste tex. emanasse ad decidendum illam iuris ciuilis dubitationem, arg.c.per venerabilẽ, qui filij sint legit. Et secũdum hunc intellectum tex. est planus, aliquã nõ indigens suppletione, vt etiam tenet dominus Cardin. hîc. sed aduertatis, quia cõtrarium videtur tenere glossa nostra hîc in verbo, relin-

276 quens. dum supplet Raynutiũ filiam suam instituisse hæredem, ex quo videtur tenere, quòd etiã iure isto necesse sit filio relinquere titulo institutionis. idem tenuit gl. in d.c.si pater. dicens, tutius esse hanc opinionem tenere. quam sequũtur Ant. de Butr. & Pet. de Ancha. vt refert Imol. hîc, quia in dubio non debemus discordiam inducere inter ius canonicum & ciuile. Cùm iura iuribus sint concordanda. c.cùm expediat. de elect. lib.vj. & l.j. C.de inoffi.doti. Ideo secundum eum videtur hæc opi. verior: quia tex. iste satis commodè pati potest hunc intellectum, ob quod occasionem non habemus inducendi discordiã inter dicta duo iura. Alij autem tenent primam opi. quam puto veriorem, concludentes de æquitate canonica valere testamẽtum, in quo filius, aut filia non fuit institutus: dum tamen aliquid fuerit sibi relictum titulo relicti, ita quòd non sit omnino præteritus. Quod verum intelligo, prouiso quòd duo cõcurrant. Primò, quòd filio aut filiæ relinquatur per verbũ, relinquo, quod generale est ad omnem titulum. l.generaliter. C.de sacrosc. eccl. Et sic simpliciter prolatũ debet intelligi in specie illius tituli, in qua magis saluatur intentio, & dispositio defuncti. vt res potius valeat, quàm pereat. l.quoties. ff. de reb.dub. Secundò requiritur, quòd verbum, relinquo, adiiciatur vniuersitati, seu rei vniuersali, veluti quotæ hæreditatis, vel alteri vniuerso, putà doti, vt hîc fuit: quia tunc verbum, relinquo, de æquitate canonica institutionẽ importat, maximè considerata personæ filij qualitate, ꝙ sui natura debet de iure institui, vt sentit Bald. in l. quoties. C. de hære. instit. & Pan. hîc. Et hæc fuit mẽs Bal. in d.l.fi. C.fa.erciſc. vbi dicit de hoc esse tex. sing. hîc. Et sic erit hęc conclusio nostra veridica, quòd de æquitate canonica pater non habet necesse hodie filium instituere, sed sufficit quòd aliquid vniuersum, veluti legitimã, dotem, aut peculium, vel quotã hæreditatis sibi relinquat, prout fecit Raynutius. Et secundum hãc opi. modo prædicto temperatã reperio consuluisse Paul. consi. cccxlvij. incip. Super primo pũcto. v. col. Si verò pater relinquat filio rem aliquã particularem, nõ adiecta clausula institutionis, tunc testamentũ etiã de iure canonico non valet. Et hæc duo mẽbra probãtur clarè hîc per tex. nostrum iuncto d.c.si pater. eo. tit. lib. vj. Nam ibi pro eo, quia pater relinquebat filiæ rem particularem, adiecit titulũ institutionis, vt pater ibi, Filiã in certa re: filiũ verò in cæteris bonis vniuersalẽ hæredẽ instituit, & c. Hîc verò quia Raynutius relinquebat dotẽ, & sic rem vniuersalem in legitima cõputandam. l. quoniã nouella. C.de inof.testa. non adiecit titulũ institutionis: imò contentus fuit solo verbo, relinquo, quod tunc operatur institutionẽ, vt dictũ est. Nec est verosimile, ꝙ papa reliquisset, seu ponere omisisset verbum, instituit, si fuisset necessarium, prout gl. præsupponit, vt à simili dicit Bar. reprehendendo glo. in l.j. ff.eod. vbi dicit nõ esse verosimile legislatorẽ aliqua verba substantialia & necessaria omisisse. Nec pariter ferendi sunt, qui dicunt papam hîc causa breuitatis omisisse verbum instituit. quia respondere non possent, cur causa breuitatis non fuit omissum in d. cap. si pater. Certè alia ratio non est, nisi † quia verbũ, relinquo, adiectum doti, & sic rei vniuersali de æquitate canonica operatur institutionem, vt hîc. & secundũ hanc opin. semper consuluerunt Doctores nostri Tolosani, vt suprà retuli post Bal. in d.l.fin. C. famil.erciſc. & sæpe iudicauit suprema parlamenti Tolosæ curia. † Adiectum verò rei particulari nihil operatur sine clausula institutionis. vt dicto cap.si pater. Ideo fuit ibi adiectum de necessitate, etiam isto casu, cùm filius sit de necessitate instituendus, verbum relinquo, importat institutionem, secundum Tolosanos, quos hîc sequitur Panorm. & seruat dicta curia. Ad vnum tamen est aduertendum, secundum Pau. in dicto cõsilio, quòd hæc decisio, scilicet de æquitate canonica non requiri titulum institutionis in filio, fortè non seruaretur in terris imperij, sed duntaxat in propriis terris ecclesiæ, per ea quæ notantur in in c.fin. de arbi. lib.vj. gl. in regula, possessor. de reg.eo.lib. & not.

BIU Cujas

Panor. & Doct. in d. c. j. de noui ope. nun. Bar. & Bal. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccl. vbi concluditur, quòd in his, in quibus nullum vertitur periculum animæ, & causa non est ecclesiastica, aut spiritualis, lex seruatur in foro suo, scilicet seculari, & canon in foro ecclesiastico. Ad præmissa facit, quod decidit glo. sing. in §. hactenus. Insti. de gradibus. vbi singulariter dicitur, quòd vbi agitur de materia hæreditatum & successionum, & sic de causa temporali ac seculari, computatio graduum fit secundum ius ciuile: & sic lex ciuilis seruatur: sed quando agitur de causa matrimoniali, & sic de causa spirituali, computatio fit secundum ius canonicum. Ex quibus omnibus tres eliciuntur iuris communis conclusiones. Prima est,
277 quòd † in terris ecclesiæ de æquitate canonica sufficit filio relinqui aliquid vniuersum. quo casu habetur pro instituto, vt hîc. Secunda conclusio est, quòd etiam iure canonico non sufficit relinquere filio rem particularem, nisi expressè instituatur in illa, vt est casus in d. c. si pater. eod. tit. lib. vj. Tertia conclusio est, quòd in terris imperij, id est, ecclesiæ non subditis in temporalibus, & in quibus papa non exercet, seu exerceri non facit iurisdictionem temporalem, necesse est per patrem filium instituì: ita quòd non sufficeret ei relinqui simpliciter aliquid quantumcunque vniuersum, vt d. §. aliud quoque capitulum. in Auth. vt cùm de appellatio. cogn. col. viij. nisi in casibus, quos s. vobis enumeraui. Et cum his do finem huic quotidiano ac difficili articulo gratia Dei posse tenus discusso ad saturitatẽ vestrorum (vt credo) ingeniorũ.

Laus Iesu Christo Domino nostro.

SVMMÆ.

1 *Ingrati possunt exhæredari, & quomodo. & nu. 2.*
3 *Priuilegium amittit, qui abutitur.*
4 *Ingratitudinis causa emancipatus reducitur in patris potestatem.*
5 *Legitimatio aufertur ingrato.*
6 *Exemptionis priuilegio renuntiari non potest.*
7 *Ingratitudo per principem tolli non potest.*
8 *Pater & patronus differunt.*
9 *Maledictio non habetur pro exhæredatione.*
10 *Exhæredatio inconsultè facta, non valet.*
11 *Ingratitudinis causa debet in exhæredatione exprimi.*
12 *Filij tantùm legitimi sunt etiam necessariò instituendi, vel ritè exhæredandi.*
13 *Posthumus exhæredari non potest.*
14 *Ingratitudinis non tẽpus nec locus, sed causa inserenda.*
15 *Ingratitudo filij an per quinque testes probari debeat sicut vasalli.*
16 *Ingratitudo probatur per iuramentum patris de consensu filij.*
17 *Promittẽtem stare declarationi alterius, an necesse sit adesse declarationi.*
18 *Exhæredatio fieri potest sine causæ expressiõe in casibus.*
19 *Exhæredari an possit filius solùm propter quatuordecim causas.*
20 *Compaternitas an faciat iudicem suspectum.*
21 *Exhæredari sine causæ expressione potest ille, qui non tenet primum locum. & nu. 22.*
23 *Frater potest fratrem exhæredare sine causa expressa.*
24 *Monasterium ingrediens potest filium exhæredare.*
25 *Exhæredare potest pater filiam statuto excluſam.*
26 *Exhæredari potest filius bãnitus, sine causæ expressione.*
27 *Ingratitudinis efficacia.*
28 *Ingratus etiã posteà effectus furiosus potest exhæredari.*
29 *Filij parentibus obediant.*
30 *Adulterantem cum vxore sua non potest occidere libertus patronum, nec filius patrem.*
31 *Atys muti historia.*
32 *Ingratus filius beluis est peior.*
33 *Parentes blandi sunt causa ruinæ filiorum.*
34 *Aues pullos bene viuere docent.*
35 *Ingrati filij sunt viperis similes.*
36 *Parentes & filij se mutuò compati debent.*
37 *Ingratitudo an purgetur per ingressum religionis.*
38 *Ingratitudo an possit pœnitentia purgari.*
39 *Eligendus est potius, qui peccauit & pœnituit, quàm qui nunquam peccauit.*
40 *Semel malus, an semper malus præsumatur.*
41 *Exhæredari non potest ingratus, si ingratitudinem ei pater pacto remisit.*
42 *Vir malè tractans vxorem, quando lucro priuetur dotis.*
43 *Ingratitudo tollitur per sequentem gratitudinem.*
44 *Regula, semel malus, quando locum non habeat.*
45 *Getæ & Marci Valerij exempla.*
46 *Exhæredatio etiam fit à iudice.*
47 *Ingratus quando etiam ab intestato non succedat.*
48 *Ingratitudo non repellit ingratum, nisi conquerente eo, in quem commissa est.*

¶ In eodem testamento relinquens. II.

EX hoc text. apparet, quòd Alterocha Raynutij testatoris filia semper patri suo fuerat grata, & mandatis obsecundans paternis: ob quod meruit à patre honorari, ex suóque postremo elogio præmiũ vltra dotem, quæ ei data fuerat, cõsequi. † Si autem patri fuisset ingrata, potuisset eam pater exhæredare. † Nam quoties filius causam ingratitudinis contra patrem commiserit, de his scilicet quæ textualiter enumerantur in §. causas. in Authent. vt cùm de appella. cogno. & per gloss. in cap. Quintauallis. de iureiuran. aut similem causam, vt infrà dicam: tunc pater si filium nolit instituere, necesse habet eum nominatim exhæredare à tota hæreditate, & iure naturæ debita, & etiam à portione, quam lex ciuilis & positiua defert filiis, & cæteris liberis per transitum ad secunda vel vlteriora vota. l. hac edictali. C. de secund. nup. Et potest parens hoc facere, ne sub illius portionis confidentia, liberi contra patrem libidine moueantur, & ingrati existant. l. fin. illo eod. titu. Et si pater testatur inter liberos, valebit exhæredatio etiam in minùs solenni testamento facta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament. vt plenè dixi super verbo, *Testamentum.* j. in xij. fallen. causa ingratitudinis nominatim in testamento expressa. Et sicut potest ipsum exhæredare, quanuis naturalis, & legitimus existat: sic etiam propter ingratitudinem potest bastardum vel spurium legitimatum reducere ad illegitimationem, secundum Bal. in ca. filij. in tit. si de feud. fue. controu. Adimplendo quod pulchrè scribitur Sapientiæ xvj. in fin. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquã aqua superuacua: † quia priuilegium meretur amittere, qui sibi cõcessa abuti tur facultate. c. priuilegium. xij. q. iij. facit text. bonus in l. j. C. de ingrat. libe. † vbi propter ingratitudinem filius emancipatus reducitur in patriam potestatem,

sic etiam

BIU Cujas

sic etiam legitimatus reducitur ad illegitimitatem. ☞[ad hoc facit q̃ exemptus ab omnibus, putà à principe vel communitate, reuocari poterit ad pristinum statum propter ingratitudinem, secundum Bald. singulariter in l. fi. in fi. C. de lib. & eorum liber.] Quod est sanè intelligendũ secundum eum, si per rescriptum principis fuerit legitimatus: secùs autẽ in bastardo per sequens matrimonium legitimato, cuius legitimatio est tenacior. arg. c. tanta est vis. qui filij sint legitimi. Qui licet propter ingratitudinẽ possit exhæredari à patre, & hæreditate priuari in quãtocunque valore existẽte, etiamsi regnũ foret, aut imperiũ, vt plenè dixi super verbo, *In eodem testamento relinquẽs.* j. in xviij. limit. circa fin. & etiam si talis filius esset sacerdos, vt vidistis in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* tamen non poterit decore legitimitatis priuari, quod multum commendat L. Rom. in suis singul. & Iason in l. ex hoc iure. xv. col. ff. de iustit. & iur. dicit alibi hoc nõ legisse. Nam sicut patronus propter ingratitudinem potest libertum reuocare in seruitutẽ: 5 † sic pater potest filio auferre impetratam legitimationem, cùm pater erga filium æquiparetur patrono erga libertum. in Authen. vt liberti de cætero. §. j. in verbo, æqualis patri. Non tamen hoc locum haberet ☞in filio spirituali, [Vide quæ habentur super verb. 7 *Et vxorem nomine Adelasiam.* in iij. successionum art. circa fi.] vt propter ingratitudinẽ cõtra baptizantẽ, aut patrinum suum cõmissam reuocari possit in seruitutem peccati originalis, quo ante baptismum tenebatur Satanæ & Angelis eius, à qua fuit baptismo liberatus. Quia in isto non est, sicut in filio legitimato, aut emancipato vel liberto manumisso. Quia baptizans, aut eum in baptismo tenens, non eum liberauit à seruitute peccati, sed ipse Deus, qui eũ à potestate cacodæmonis eripuit, & exemit eũ sibi subiiciẽdo, cuius solius principaliter interest, q̃ in potestatẽ 8 6 inferioris, scilicet dæmonis non redigatur. † Vnde exemptus solus renuntiare nõ potest priuilegio sine consensu superioris. c. significasti. vbi Panor. de foro compe. Pater autem solus emãcipat, & patronus manumittit, & liberat filium, vel seruum à potestate, & sic meritò eos in potestatem redigunt propter ingratitudinem. facit etiam secundum eum tex. in §. si quis igitur non habens, iuncto §. liceat. in Auth. quib. modis natu. effic. legi. Fuit enim semper apud Romanos venerabile illud institutum Athenarũ, & quàm memorabile, quòd conuictus à patrono libertus ingratus vel à patre filius, iure libertatis vel hæreditatis exuitur. Quibus secundum Valer. lib. ij. tit. de institu. antiquis dici potest. Supersedeo te habere ciuem, tãti muneris impium æstimatorẽ. Nec adduci possum, vt credã vrbi vtilem, quẽ domi sceleste cernam. abi igitur, & esto seruus, quoniam liber esse nescisti. Hęc ille. Filius profectò ingratus eam retributionem patri, aut matri impertit, quam mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueuerunt hospitibus ☞exhibere. c. & si Iudæos. j. de Iudæis. [Et eisdẽ causis, quibus potest filius exhæredari, possunt etiam ei alimenta denegari, vt dicit gl. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de libe. agno.] Etiã æquiparatur pullis Pellicani, qui cum supra modum diligantur à parentibus, quàm primùm crescere incipiunt, parentes suos in faciem percutiunt, secundum gl. super illud, similis factus sum Pellicano solitudinis, & c. Psal. cl. Propter quod mater eos repercutit & occidit, tertia verò die mater se in costa percutit, & calidum sanguinem super corpora filiorũ effundit, ex cuius virtute reuiuiscunt. Vnde debilitata matre ex sanguinis effusione, pulli pro cibo exire coguntur, quorum aliqui matrem pascunt, quidam verò degeneres nullam penitus de matre curam gerunt, quod mater aduertens receptis viribus filios eam pascentes refouet & diligit, alios verò tanquam ignobiles à se reiicit, & secum cõmanere & viuere nunquã permittit, vt clarè dicitur lib. xij. de propriet. rerum. ca. Pellicanus. Et ingrati beluis cõparantur: imò peiores existunt, vt patet cũ propheta dicat: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, filius autem, scilicet ingratus, me non cognouit. Esaiæ j. Et sic pe☞ior est brutis, vt latiùs dicã. [Ingratus vilis dicitur ac turpis persona, & sic indigna. l. fratres. quã ibi ad hoc põderat Bal. in iiij. not. C. de inof. test. Ideo frater ingratus non potest testamẽtum sui fratris querelare propter turpem personã in eo institutam, cùm sit ipse propter ingratitudinẽ turpis persona, & indigna. Et sic turpitudinem opponere non potest cõtra hæredem. l. in arenã. C. de inof. test. & c. cùm ecclesiasticæ. de excep. vt decidit Ang. in §. ingratitudinem. in Authẽ. de nup. & habetur s. in verbo. *Et vxorem.* in ij. membro j. artic. successio. ab intesta. conclusione ij.] Nec †posset per principem talis ingratitudo aboleri in præiudicium patris, quin illa nõ obstãte abolitione, pater possit filium ingratũ exhæredare: quia cùm pœna ingratitudinis, quæ est exhæredatio, tendat ad patris cõmodum & fauorem, vt s. possit filium ingratum exhæredare, talis pœna non potest per principẽ remitti. l. ij. C. de in ius vocan. facit tex. in l. *ij.* C. de libe. & eorum libe. vbi libertus patrono suo ingratus potest cessante spe veniæ, & abolitionis in seruitutẽ reduci. Pater autem bene posset eam remittere expresse & tacitè, etiam sine principe, vt j. dicetur. Et 8 †in hoc differt à patrono, qui sine indulgentia principis non posset libertum ingratum libertate donare, vt ibi in d. l. ij. in fi. sicut non posset princeps sine patrono. Et adeò verum est, quòd pater debet filiũ nominatim exhæredare, si fuerit ingratus, † quòd non 9 sufficeret si eum simpliciter malediceret, licet causa ingratitudinis & maledictionis expressa, putà dicendo, maledictus sit talis filius meus, quia me verberauit. Nam ex hoc non cẽsetur exhæredatus, nisi pater verba in exhæredationem sonantia expresserit, vt singulariter decidit Bald. s. in proœmio penul. col. in fi. Quia eum benedicendo non diceretur eum instituere, cùm verba dignationis, vel indignationis non disponant quod sonant, quanuis secundum eum in veteri testamento contrarium seruaretur: quia maledictio patris domum eradicabat filiorum. alleg. quod no. Arch. xiij. q. iij. cùm ergo, & tex. in l. his verbis, §. j. cum gl. iuncto summario Bar. ibi. ff. de hære. insti. vbi verba maledictionis institutionem filij aliàs ritè factam non vitiant. Sed aduertatis quoniam contra Bal. videtur esse tex. in c. licet. ibi, sub interminatione salutis æternæ, de voto & voti redem. iuncto tex. ibi, hæreditatis emolumento priueris. Nisi diceremus, q̃ ibi non inducitur priuatio hæreditatis propter interminationem maledictionis, sed quia filius non impleuit onus sibi à testatore iniunctũ circa voti executionem, per ea quæ dicuntur in cap. si hæredes. s. eod. & in Auth. hoc amplius. C. de fideicõmis. ☞[De quo plenè habetur infrà super verbo, *Si absq; liberis moreretur.* ij. in materia fideicommis. substitu. tractando de legatis & fideicommissis particularibus.] tamen ex alio dictũ Bald non obstat. Nam pro-

cederet vbi maledicto facta esset genetaliter in testamento & simpliciter prolata, prout loquitur dicta l. his verbis, secundum quod Bart. ibi etiam summat, dũ dicit, verba maledictionis vniuersalia, &c. Secùs si testator descenderet ad speciem maledictionis exprimendo demeritum in specie, vt in casu Bald. in l. quoties. §. si quis nomẽ. vbi glo. declarat. ff. de hære. instit. glo. & doct. in l. iij. ff. de libe. & posth. & ita tenet Iason. in l. si pater. C. de hære. insti. cõcludens idẽ esse, si pater dicat, maledict⁹ sit filius, quia me verberauit, vel dicat, ipsum exhęredo, videatis quę dixi suprà in verb. *In eodẽ testamẽto relinquens.* j. in xx. limitatiõe. Et debet fieri exhęredatio filij expressè, & nominatim in testamẽto, ne in eum, qui propter ingratitudinẽ immeritus dicitur, fiat paternæ hæreditatis cõtinuatio, quæ in eum continuaretur ipso iure. l. in suis. & ibi Bar. plenè. ff. de libe. & posth. si per patrem
10 nõ expressè exhæredaretur. † Quæ quidẽ exhæredatio fieri debet nõ leuiter, sed cõsultè & discretè, ideo iura requirunt in ea causæ legitimæ expressionẽ, vt infrà dicetur. Quoniã si fieret inconsulto calore, putà iracundiæ, non valeret, quãuis ex causa iusta facta fuisset, secundũ Bal. Sali. & Ias. per illũ tex. in l. filiã. C. de inof. testa. Ea enim quæ calore iracundiæ fiunt nõ valẽt. l. quicquid calore & ibi Bar. ff de reg. iu. facit can. si quis iraſcitur. ij. q. iij. & gl. in c. ex literis. de diuor. dicens confessionẽ, quãuis iudicialiter factam nõ valere, si ex calore processerit, & illud probetur, ideò dicit Io. Fab. in §. procurator. Instit. de his per quos agere possimus. ℭ si pater filiũ accusauerit per procuratorẽ de ingratitudine, vel dominus vasallum de felonia, talis procurator non est recipiendus sine speciali mãdato. Quia quoties petitur aliquid odiosum, vt in proposito, aut cõtra ius cõmune, necessariũ est mandatũ speciale. Constrictus est ergo pater filiũ ingratum in aliquo instituere, vel eum nominatim & consultè exhæredare, causa ingratitudinis in testamẽto inserta, per tex. in authen. nõ licet. C. de li-
11 be. præte. vel exhæreda. Et † debet causa ingratitudinis in ipso actu testandi exprimi, cùm sit de forma substãtiali ipsius testamenti, sicut institutio, vt suprà ibi plenè dixi. Sed sufficit, ℭ posteà quãdocunq; ℘betur per hæredẽ, secundum Sali. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offeren. quem ibi sequitur Iason. Si verò pater filiũ quantumcũque ingratũ nõ instituerit, aut ipsum causa legitima in testamento expressa non exhæredaret, testamentũ esset nullum, vt dicta auth.
12 nõ licet. † Quod non solùm habet locum in filiis naturalibus & legitimis simul, sed etiã in legitimis tãtùm veluti arrogatis, vel adoptiuis: eo casu quo adoptiui trãseunt in potestatẽ patris adoptiui, Instit. de exhære. libe. §. adoptiui. In filiis verò naturalibus tãtùm, puta bastardis, præmissa nõ seruant: quia pater nõ tenetur eos instituere, cũ nihil cõtra eius volũtatẽ capiãt, vt dicit gl. sing. in l. j. de bo. pos. contra tab. Nisi fuissent legitimati: quia tunc essent instituendi hæredes, vel nominatim exhæredãdi, si non essent ingrati. Aliàs testamentũ nõ valeret secundũ L. Rom. consi. xxxiiij. incip. licet naturalis filius. Nam legitimatus est suus hæres, & iura suorũ hæredũ habet, secundum Bal. in l. eam quam. j. col. C. de fideicom. Et hæc vera in filiis iam natis, sed filius nasciturus, id est posthumus, licet debeat institui in aliquo, ne postea nascẽdo reperiatur præteritus, & rumpat testamẽtũ,
13 Instit. quibus modis testa. infir. §. j. † Tamen exhæredari nõ potest, cùm causam ingratitudinis cõmittere nõ possit, vt plenè dicam infrà eo. verbo, *Et sobo-*
14 *les quam gestabat in vtero.* † Hodie enim debet in exhæredatione causa inseri iusta, & legitima de iure approbata, aliàs testamentũ non valeret, Nõ tamẽ inseri debet locus aut tẽpus ingratitudinis commissæ, vt consuluit Bal. consil. incip. Christi nomine præpositio, Lucarellus. Quia ℭ inseri debeat locus, aut tẽpus ingratitudinis in testamento, non reperitur iure cautum, sed sufficit & tenetẽ hæres posteà ℘bare locum & tempus, arg. l. item exigit. & quod ibi no. Bar. ff. de dolo malo. & in l. prætor edixit. ff. de iniuriis. & in c. pia. de excep. lib. vj. & in c. præsentium. de testi. eod. lib. Nam licet de prodigalitate [vt plenè habẽt infrà super verbo, *reliquit.* in xij. fallen.] filij credatur soli patri, per text. quẽ Bal. ibi cõmendat in l. si furioso puberi. ff. de curato. furio. Tamen ei de ingratitudine nõ ſtatur. Quinimò hæres si testamentum præseruare velit à querela inofficiosi, necesse habet probare causas ingratitudinis in testamento insertas esse veras. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. Nec sufficeret eas probare per testes infames, etiã infamia facti, qui aliàs in causis ciuilibus non omnino repelluntur, secundum glo. & docto. in c. testimonium. de test. glo. & docto. in l. j. C. de summa Trini. tamem in casu isto repelluntur, per text. in cap. j. ibi dum dicit, Integræ opinionis, quem ad hoc not. ibi Bal. quot testes sunt necessarij ad probandũ ingratitudinẽ, vbi etiã quinque, testes requirũtur, qui sint omni exceptione maiores, quorũ in alia causa duo sufficerent. l. vbi numerus. ff. de resti. & cap. in omni negotio, suprà illo eo. tit. Et sequitur Ias. in repeti. l. admonendi. ff. de iure iuran. & in l. j. xij. col. D. de summa Trini. Et est text. ille d. c. j. summè notandus, dum dicit: Si vasallus inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus dominũ suum offenderit, & c. feudo priuabitur, quod non obtinere censemus, nisi quinque testibus summæ, ac integræ opinionis prolatũ fuerit manifestè, & c. Et licet gl. ibi dubitauerit an dictus text. pro lege habeatur, & obseruari debeat, tamen Aluarotus & Iacob. de sancto Georgio ibi tenent, ℭ est lex Hẽrici imperatoris, & sic seruanda, prout obseruatum fuit Arresto parlamenti Grarianopolitani, vt refert & sequitur Guido papæ, quæst. clxxx. Nam quoties beneficiatus accusatur de crimine cõmisso cõtra eũ, qui beneficiũ contulit, maior probatio & clarior requiritur duplici ratione. Prima, ne inuidi aut inimici faciliter moueãtur ad priuandũ accusatum beneficio susceptο per testes suspectos & nõ integros, secundum Alua. & de sancto Georgio. in d. c. j. Secunda ratione hoc iustificatur: quia quoties ℘batio exigitur cõtra eum, pro quo militat, & facit verisimilitudo, certè probare habens afficit maiori onere probãdi, per tex. in c. quia verosimile. vbi plenè & clarè hoc decidit Pan. de præsumpt. Et est tex. optimus in l. si ff. quod met. cau. sed vasallus primò accepit à domino beneficium. Secundò præstitit ei fidelitatis iuramentũ. Tertiò dietim indigere potest domini auxilio. Ideo non est verosimile ipsum fuisse dño suo ingratũ, cui teneretẽ pro beneficio susceptο, & naturaliter est obligat⁹. c. cùm in officiis. suprà eo. & l. sed & si lege. §. fi. ff. de pet. hære. Et minus est verisimile de filio inter quẽ & patrẽ suũ est nexus quidã diuinus l. penul. C. de adop. Præterea dicit Aure. Augustꝰ. lib. ij. de ciuita. Dei, c. iiij. habet quidẽ erga parentes humana verecundia, ℭ nec ipsa nequitia possit auferre, & filius à patre non solũ bona habuit, & successionẽ sperat. l. in suis. ff. de liber. & posth. & l. scripto. ff. vnde libe. sed etiã suũ esse suscepit. Ergo ipse sicut

vasallus

BIU Cujas

vasallus de ingratitudine nõ potest cõuinci nec superari, nisi per quinq; testes omni exceptione maio-
15 res. †Super quo cogitabitis, si ad probandũ ingratitudinem filij, sicut vasalli, requirantur quinq; testes, ita ꝙ minori numero cõuinci non possit: quia de vasallo est expressum, sed non de filio: quia non ita faciliter mouetur pater ad priuandũ filium dicẽdo eum ingratũ, si non sit, sicut moueretur dñs contra vasallum nõ tam sibi coniunctũ: imò totale votum patris est, ꝙ filio sua deferat hæreditas, vt d.l. scripto. Verũ tamẽ liquida ingratitudinis probatio requirit. Præterea sicut ꝓ filio, & eius gratitudine presumit, ꝙ verisimiliter nõ sit ingratus patri, à quo suũ esse suscepit, & nutrimentũ: Sic ecõtra præsumitur pro patre: nec est verosimile, ꝙ iniustè moueat cõtra filiũ quem plus diligit, q̃ seipsum, vt dixi sup verb. *Duas habens filias.* in præludio. Et sic verosimili præsumptione stãte pro quolibet standum erit regulæ cõmuni, quod vbi numerus testium non reperitur expressè taxatus, duo sufficiũt, vt d.l. vbi numerus. ff. de testi. & d. c. in omni negotio. qui duo vel tres requirũtur omni exceptione maiores. Nec etiam ingratitudo filij probari posset secundũ omnes semiplenè per vnum testẽ, etiã cum iuramẽto heredis. Quinimò probari debet clarissimè per plures testes legitimos, secũdum Bald. in d.l. fin. C. de secun. nup. per tex. illum in fin. dũ dicit, liquidis & indubitatis probationibus, vbi de numero nihil dicitur. Et sequitur Fely. in rub. de prob. in ij. limitatione iij. cõclusionis. Et hoc verum vltra
16 Felyn. †ꝙ ingratitudo probari non possit per vnum testẽ, nec per iuramẽtum heredis, aut testatoris, nisi filius expressè cum patre conuenisset & consensisset, ꝙ staretur soli iuramẽto patris de causis ingratitudinis in testamento narrãdis. Quia tunc iuramento solius testatoris crederetur de causis ingratitudinis filij in testamẽto narratis: ita quod alia nõ indigerẽt probatione, siue pater testãdo eas iurauerit fuisse, & esse in præsentia filij, aut ipso vocato, vel in absentia eo minimè citato, secundum Alex. eleganter in j. parte consi. cxxx. incipien. difficultas huius negotij. Quoniam in his extraiudicialibus actibus necessaria non est præsentia illius, qui si vocatus esset, contradicere non posset. l. cùm seruum. §. si quis filium. ff. de fideicom. liber. & l. recusare. in prin. ff. ad Trebel. Præterea declarationem animi facere potest quis parte absente. l. Pomponius. ff. de negot. gest. & l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. & l. si auia. C. de iure delibe. Ideo si filius stare voluerit simplici dicto patris cum iuramẽto, non est in tali declaratione filij præsentia, aut vocatio necessaria. Ad hoc facit quod pulchrè dicit
17 Bart. in l. fi. ff. de præto. stipul. †de illo, qui promisit stare simplici verbo, aut dicto aduersarij super expẽsis. Et clarius ac singulariter Ioan. de Plat. in l. j. in fi. C. de sump. recu. lib. x. vbi decidit, an talis conuentio reuocari possit antefactam declarationẽ. Restat ergo, ꝙ testator filium exhæredare volens, nõ tenetur locum, & tẽpus ingratitudinis exprimere, minúsque eã probare in vita. Sed solùm & duntaxat astringitur causam ingratitudinis exprimere in testamento, quod necesse facere tenetur, aliàs exhæredatio esset
18 nulla, & cõsequenter testamentũ nõ valeret: †Exceptis sequẽtibus casibus, in quibus valet exhæredatio nulla causa ingratitudinis testamẽto inserta. Primus casus est, qñ mater causa prouisionis filij ipsũ exhæredat, vt quia videt patrem bonorũ filij vsufructuarium, & futurũ administratorem, iuxta l. j. C. de bon. mater. esse prodigum, & bonorum dilapidatorẽ. quo casu potest filium exhæredare, arg. l. multi. ff. de libe. & posthum. & l. penul. ff. de curato. furio. secundum Gul. de Cug. in d. authen. non licet. sed Saly. tenet. ibi contrarium: quia hodie hæc causa non est de enumeratis in d. §. causas. Prærereà quia mater potest aliter ꝓuidere filio suo, & honestius si timeat bona sua per patrem dilapidari, vt habetur in auth. excipitur. C. de bo. quæ liber. *Communiter* tamen tenetur opinio Gul. quando mater vt filio prouideret, eum exhæredauit, & grauauit hæredẽ, vt cùm filius erit sui iuris, & legitimæ ætatis restituat ei hereditatem cum fructibus, vt d.l. multi. & l. filiis matrẽ. C. de inoff. testa. Quoniam hoc casu valebit exhæredatio, & cessabit querela inofficiosi testam. licet nõ fuerit aliqua causa expressa de enumeratis in d. §. causas. Et ita tenent Bart. Ange. & Imo. in l. cùm ex filio. in princip. ff. ad Treb. & Bal. in authen. ex causa. C. de libe. præter. & probatur in d.l. filiis matrem. vbi etiam hoc casu potest conditio apponi in institutione filij, etiã quo ad legitimã, contra l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. vt plenè dicam infrà eo. in verbo, *Reliquit.* Ad hoc facit tex. in d.l. si emancipatus. la. ij. ff. de bo. pos. cõtra tab. vbi licet filiꝰ cui relinquitur titulo fideicõmissi, & nõ institutionis, possit velut præteritus contratabulare testamẽtum. l. ita tamẽ. §. qui rogatus. ff. ad Treb. tamen fallit. vbi nõ fuit institutus ob sui fauorẽ, neque est absurdum iura nostra nouissima intelligi & interpretari secũdum leges veteres. l. sed & si posteriores. ff. de legi. & decidit Bar. in l. si quis seruo alieno. C. de fur. Nam si tex. bene ponderetur in d. §. causas. loquitur quãdo exhæredatio fit odio, & in filij iniuriã, & non ipsius fauorẽ Sanè tamen intelligatis, ꝙ in tali exhæredatione filio fauorabili non est necesse causam scilicet odij inferere: tamẽ inseri debet causa fauoris, ratione cuius fit talis exhæredatio. Et debet exhęredãs dicere, ideo filiũ meũ exhęredo. quia pater eius oĩa dilapidaret. Ita eleganter decidit Bal. in d. auth. ex causa. vers. Expeditus de cõtrariis. in iiij. opp. C. de libe. præte. Quæ omnia locũ habent in patre, si filiũ ex iusta causa filio fauorabili eũ exhęredet. vt d.l. cũ ex filio. §. j. Facit qđ dixi §. isto eo. ver
☞ bo, in xv. limit. [Et etiã dicitur sup verb. *Adiciẽs in Alterocha.* vers. *Secundò dici*, &c.] Secũdus casus secũdũ Gul. de Cug. est, in quo in exhæredatione non est necessaria causæ insertio, si filius in testamento patris exhæredari consensit, aut manu propria se subscripsit exhæredationẽ in eo contentã approbando. Quoniã tũc nõ requiritur alia causa, vt l. nõ putauit. §. si quis sua manu. ff. de bo. pos. contra tab. sed Sali. in d. auth. nõ licet. tenet cõtrariũ hodie esse seruandũ, per text. in d. §. causas. tamen pro Gul. facit quod not. Barto. in l. si quando. §. fi. C. de inoff. testa. vbi dicit, ꝙ si pater filium exhæredauit volentẽ, & hoc pro causa expresserit in testamento, dicens filium meum volentẽ exhæredo, talis exhæredatio valebit, velut causam habẽs expressam, prout lex requirit. Et licet talis causa non sit de enumeratis in d. §. causas, tamen secundum Bart. hoc non obstat, quia dictus §. loquitur de exhæredatione iniuriosa filio inuito facta. Aliud aũt est in ea, quæ fit filio volẽte, per d. §. si quis sua manu. Cùm volẽti nõ fiat iniuria. Plus dicit Imo. in l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. testa. loquẽdo tamen sub dubio fortè. Quòd etiã quando filium volens exhęredatur, valet exhęredatio, etiã absque eo, ꝙ aliàs exprimatur alia causa voluntatis filij, per d. §. si quis sua manu. qui nõ est hodie correctus, per d. §. causas. qui loquitur de exhæredatione facta filio inuito. Ad hoc

BIU Cujas

facit quod voluerũt Pet. & Cy. in l. ſi pater. vlt. qõ. C. de inſti. & ſubſti. vbi dicũt, quòd quãdo filius inſtitutus eſt ſub cõditione poteſtatiua, in cuius defectu eſt exhæredatus, tũc nõ requiritur expreſsio cauſæ: quia ſecundũ tex. vnde ſumitur d. auth. nõ licet. C. de lib. præteri. loquitur in cauſis, propter quas filius exhæredatur inuitus. Sed quando filius eſt inſtitutus ſub cõditione poteſtatiua, ſi eam nõ impleuerit cùm poterat, tũc dicitur volens exhæredatus: Cùm ipſemet non implẽdo cõditionem poteſtatiuã ſe impediat, & excludatur à paterna hæreditate. arg. l. iam dubitari. ff. de hær. inſti. & l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Trebel. Et hæc vera intelligatis, q; valet exhæredatio ſine cauſæ inſertione facta de conſenſu filij, prouiſo quòd filius ante factum teſtamẽtum, vel tẽpore teſtamenti conſenſerit. Si autẽ pater ſine cauſa filium exhæredaſſet, quo caſu teſtamentũ non valet, vt d. auth. non licet. quãuis poſtea filius cõſenſiſſet, nihil operaretur eius conſenſus, ſecundum Ang. & Imo. quos ibi ſequitur Alex. in fi. in l. ſi quis poſthumos. §. j. ff. de lib. & poſthu. & Iaſon in d. auth. non licet: de quo pulchra vidiſtis ſ. ſuper eo. verbo, in vij. limitatione, dum dicitur, an valeat præteritio de cõſenſu filij facta. Aduertatis, quia idem Iaſon in d. l. ſi quãdo. §. fi. prope fi. per ea quæ proximè dicta ſunt de filio ſub cõditione poteſtatiua inſtituto, tenet quòd ſufficit filium conſentire exhæredationi etiã ex pòſt facto. Sicut ſeruari videmus in eo, qui teſtatore mortuo non implet cõtionem poteſtatiuã: & ſic tacitè conſentit exhæredationi: quod ſufficit. Secus in præteritione, vt plenè vidiſtis in d. vij. limita. Nec eſt verum, vt ſingulariter
19 decidit Gul. in d. auth. nõ licet. †quòd filius exhæredari non poſsit, niſi propter xiiij. cauſas in iure expreſſas. Quia imò vltra illas filius exhæredari poterit ob aliam, in qua eadẽ ſit ratio vel maior, vt quia fortè ſit ſimilis, aut grauior, per tex. not. in c. j. §. porrò. in titu. quæ ſit prima cau. bene. amit. hoc idem tenet Nico. de Neap. prout ibi eum refert, & ſequitur Iac. Aluarotus, dicẽs dominũ genitorẽ ſuum ita tenuiſſe in repe. authen. ex cauſa. C. de lib. præte. idem voluit Ange. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniur. per illum tex. in verbo, propior. vbi dicit probari, quòd illud quod lex dicit de remotioribus in gradu, multò magis intellexit in propinquioribus. Ex quo cõcludit filium poſſe exhæredari ex cauſis durioribus, quàm ſit vna de illis xiiij. enumeratis in d. §. cauſas. Facit ſecundum eum l. ob æs alienum. C. de prædiis mino. & l. cùm ita. §. in fideicõmiſſo. ff. de lega. ij. hoc etiam ſentit Bal. in l. ſolo. C. de libe. cauſa. Ad hoc facit gl. in verbo, voluerit. in fi. C. de reuoc. dona. iuncto tex. ibi in verb. tantùm. vbi dicitur, quòd licet tex. ille velit donationẽ poſſe reuocari per aliquã tãtùm ex illis quinque cauſis ingratitudinis ibi expreſſis, tamen ex alia magna cauſa ſimili alicui ex illis ibi expreſſis poterit donatio reuocari. Et illam glo. ſequitur ibi Cy. quam Sali. ibi reputat ſingularem. Et eſt *cõmunis opi.* à qua tutum non eſt recedere, licet aliqui moderni tentauerint contrarium perſuadere, & malè, ſecundum Iaſo. in d. authen. non licet. & Barb. in ca. fin. de dona. pro quibus facit quod not. dominus Helias in antepenul. no. in c. Romana. de appel. libr. vj. vbi dicit, q; ſicut poteſt quis appellare, aut iudicẽ recuſare
20 propter cauſas in iure expreſſas: ſic † etiam propter alias cauſas maiores vel æquales, vtputà quia iure nõ cauetur, quòd iudex recuſari poſsit, vt ſuſpectus propter compaternitatẽ. * *Adde Boer. deciſ. 233. Aufrer. in tract. de recuſat. verſ. 34.* Si tamẽ ex iure compatriæ tanta ſurgat amicitia, ſicut ex conſanguinitate inter parẽtes, certè iudex recuſari propter talem cõpaternitatem poterit. † Tertius caſus eſt, in quo valet exhæredatio facta, aut præteritio ſine cauſæ expreſſione, quãdo exhæredatur vel præteritur ille, qui nõ tenet primum locũ, vt decidit Bal. in repe. l. ſi pater filium. xj. col. ff. de inof. teſt. Ponens exemplũ in exhęredatione, vel præteritione patris ipſius teſtatoris. Et dicit antiquos iſtud nõ vidiſſe. Et idẽ voluit ipſemet Bal. in repe. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & in l. poſthumorum. ff. de iniuſto rup. teſt. quãuis in l. ſi quis filiũ. C. de inof. teſt. non videatur in hoc figere pedem. Et veraciter eſt ſatis dubitabile: quia in cõtrarium fortiter facit tex. in d. auth. non licet. dum dicit, non licet parenti aliquẽ ex liberis, &c. Et ſic non facit differentiam, an teneãt primum locum vel non, tamen communiter tenetur quod dictum eſt. Et nõ ſine ratione: quia talis, qui non tenet primũ locũ, non erat de neceſſitate inſtituẽdus vel exhæredandus. l. Gal-
22 lus. §. in omnibus. ff. de libe. & poſth. † Ex quo dicto reſultat, quòd ſi filius emãcipatus exhæredauit filiũ, & nepotem præteriit, cuius præteritio habetur pro enhæredatione attẽta emãcipatione, vel fortè ipſum exhæredauit, & teſtatore mortuo filius in iudicio querelæ fuit per ſententiam à querela inofficioſi teſtamenti excluſus, & ob hoc aperta fuerit via querelandi ipſi patri, qui tempore teſtamenti mortis ipſius filij non tenebat primum locum, ſed ſecũdum, cùm præcederetur à filio teſtatoris, qui ſemper tenuit primum locum, & excludit aſcendentes, vt l. ſi matrem. C. de ſuis & legi. hære. eo caſu ſuccedere non poterit ab inteſtato, nec dicere teſtamẽtum nullum: Sed neceſſe habebit intentare querelã inofficioſi teſtamenti, tanquam ritè exhæredatus, licet forſan non iuſtè. Et valebit talis præteritio vel exhęredatio, quãuis in
23 ea nõ fuerit cauſa expreſſa. † Quartus caſus eſt in exhæredatione fratris turpi perſona hærede inſtituta: quia non habet frater exhæredãdo vel prætereundo fratrẽ neceſſe apponere cauſam exhæredationis vel præteritionis. Nam text. in d. §. cauſas. in authen. vt cùm de appel. cog. requirens in exhæredatione inſertionem cauſæ, ſolùm loquitur de aſcendentibus, aut deſcendentibus exhęredatis, in quibus requiritur inſertio cauſę & expreſſio, vt d. §. aliud quoque capitulum. iuncto §. & hoc quidem. Sed hoc non reperitur in tranſuerſalibus. Ergo iura antiqua remanent incorrecta, & ita debet intelligi gl. in d. auth. non licet. & tenet Bar. poſt Gul. in l. fratris. C. de inof. teſta. & magis clarè Bal. Sali. & Imo. in d. l. filio præterito. ff. de iniuſto rup. teſta. Alex. & Iaſon in d. auth. non li-
24 cet. † Quintus caſus eſt, & multum ſingularis in volente ingredi in monaſterium, aut cogitante de ingreſſu religionis tẽpore, quo teſtatur. Nam talis poteſt ſine cauſæ expreſsione filium ſimpliciter exhædare, ſicut poſſet eum ſine cauſa præterire, vt dixi ſ. ſuper eod. verbo, in xiij. limitatione. Poterit tamen filius legitimam petere condictionẽ ex lege. Ita ſingulariter decidit Bart. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. per tex. in §. j. verbo, quoquo modo, in auth. de monachis. quem ibi in dicta auth. ſi qua mulier. ſequuntur Bal. Fulg. & Paul. dicentes teſtatorem tunc videri cogitaſſe de ingreſſu, ſi poſt teſtamentũ factum fuerit intra paucos dies ingreſſus. Idem tenet Pan. in cap. in præſentia. de proba. & ſequi videtur Iaſon in d. auth. ſi qua mulier. vij. col. vbi reſpon-
25 det motiuis Sali. qui contrarium tenuerat. † Sextus caſus eſt, & quotidianus in patre exhæredante filiam

ſtatuto

ſtatuto, aut patriæ conſuetudine excluſam à paterna ſucceſſione: Quoniã non tenetur pater in tali exhæredatione cauſam inſerere: quia etiã ſi teſtamentũ diceretur nullũ, ipſa nõ ſuccederet. Ideo ſufficit, quòd quoquomodo exhæredetur: cùm neceſſe nõ haberet pater eam inſtituere, nec exhæredare. ſecundum Bal. in l. poſthumus. §. ſi ex his. ff. de inof. teſt. dicentẽ aliàs ſic cõſuluiſſe. Et idẽ puto in patre exhæredante filiã, quæ ſucceſſioni & bonis renuntiauit paternis cum iu
26 ramento, iuxta c. quãuis. de pact. lib. vj. † Et idem in exhæredante filium bannitum, vel aliàs incapacẽ ſucceſſionis paternæ, prout ſunt fratres minores: quia tales præteriri poſſunt à patre in teſtamento impunè & ſine cauſa, cùm habeãtur pro extraneis, & per cõſequens ſi ſine cauſa exhæredarẽtur, tenet exhæredatio, de quo plenè vidiſtis ſ. iſto eo. verbo, in viij. ix. x. & xvij. limitat. vbi dixi idem eſſe in Francia, in quibuſcunq; aliis religioſis, quòd etiã ſine cauſa poſſunt præteriri. Et ſic cùm valeat eorũ teſtamentũ abſque talium liberorum inſtitutione, & quacunque exhæredatione, multò magis valebit cũ exhæredatione minus ſolenni: vt à ſimili dicit glo. in verbo, in tranſitu. Inſti. de libert. §. multis autem modis, volens ea quæ fieri poſſunt ſine iudice, poſſe fieri per iudicẽ incompetentẽ. Ergo à ſimili, vbi nõ eſt opus exhæredatione, valebit exhæredatio incompetẽter facta, puta ſine cauſæ expreſſione. Nec prætermittẽdum putaui, quod circa hanc materiam ſingulariter decidit Ang. in Auth. de nup. §. ingratitudinem. in j. not. vbi dicit, quòd licet exhæredatio vt valeat, fieri debeat cauſa exhæredationis in teſtamẽto expreſſa, aliàs teſtamẽtum, vt videtis, eſt nullum, exceptis prædictis caſib⁹: tamen ſi facta fuerit cauſa non inſerta, inſtitutus in teſtamento remanebit hæres, ſi contra filium probauerit iſtam cauſam ingratitudinis contra defunctum patrem commiſſæ, quanuis pater teſtando eam non expreſſerit, ſed eum ſimpliciter exhæredauerit. Ideo dicit ibi Ang. quòd aduocatus hæredis debet eſſe cautus, vt mortuo teſtatore opponat contra filium conquerentem, & probet iuſtam cauſam exhæredationis, qua probata, repelletur filius etiam ab inteſtato, vt etiam tenet Iaſon in dicta Auth. non licet. C. de libe. præteri. & in l. cùm mota. v. colum. in princ. C. de tranſact. Ad hoc facit quod dixi ſ. in xxvj. limita. Ego autem non credo hoc eſſe verum: quia de forma exhæredationis eſt, quòd in ea exprimatur cauſa. Præterea regulam habemus, quòd cauſa propter quam poteſt filius exhæredari iuſtè in teſtamento, non repellit eum ab inteſtato à legitima ſucceſsione. l. in arenam. C. de inoffi. teſta. vbi idem Iaſon expreſsè tenet contra Ange. licet aliàs tenuerit cum eo, incidẽter ipſum referens & malè, vt ipſe ibi fatetur, dicens eundem Ang. tenuiſſe in l. j. ff. de inoffic. teſta. neceſſariũ eſſe cauſam ingratitudinis exprimi in teſtamẽto, nec ſufficere eã in teſtamento non expreſſam probare. Vnde reſtat, quòd exceptis dictis caſibus debet
30 pater filium exhæredans, vel filius patrem, iuſtã cau-
27 ſam exhæredationis exprimere in teſtamento. † Vnum tamen menti tenebitis, quòd ingratitudo propter quam fit exhæredatio tantæ eſt efficaciæ & virtutis, quòd ſi ſemel fuerit per filium commiſſa, poterit ipſe filius exhæredari velut ingratus: imò ſi vellet rem à patre venditam ex conſuetudine patriæ offerendo pretium infra annum, iuxta cap. conſtitutus. de in integ. reſtit. tanquam proximior retrahere, repelleretur oppoſita ſibi ingratitudine. arg. c. j. §. quæſitum. de cap. qui curiam vendi. & cap. j. §. inſuper. de prohi. feu. alie. per Fed. vbi ſi proximior ipſius vaſalli dominum offenderit, deinde vaſallus feudũ extraneo vendiderit, talis proximior venditoris, qui ſi feudum habuiſſet, propter offẽſam fuiſſet illo priuatus, ſi velit illud iure proximitatis pretio oblato retrahere, certè repelleretur, niſi dominus offenſam remiſiſſet, vt dixi in verbo, *Duas habens filias*, loquendo de ſecũda ſpecie pacti de futura ſucceſſione: ſic etiã repelli poſſet ingratus filius patre de ipſo conquerẽte.
28 † Plus dico, ꝙ poſſet filius ingratus exhæredari, non obſtãte, ꝙ effectus fuerit poſt ingratitudinem furioſus, vt l. ſi. §. ſiquidẽ. C. de cura. furio. & l. de creationibus. C. de epiſc. audiẽ. Nã iura quæ dicunt furioſum non debere puniri, ſi delinquat, intelliguntur in delictis in furore perpetratis, & non antè. l. diuus. ff. de offi. præſi. & l. infans. ff. ad leg. Corn. de ſicar. videatis Bar. in l. ex facto, verſ. vij. quæro. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. & Iaſ. in l. furioſum. C. qui teſta. facere poſ. vbi plenè diſputat, an de omni crimine capitali commiſſo ante furorẽ poſsit furioſus puniri. Et cõcludit, ꝙ puniri nõ poteſt in corpore, ſed bene in bonis, putà per exhæredationẽ, ſecũdum Bal. in d. l. furioſum.
29 † Decet enim filios poſt Deum parentibus obedire ſuis omni iure, ſcilicet humano. l. ij. ff. de iuſtitia & iure. Pariter & diuino, vt habetur Exod. xx. Ibi, honora patrem & matrem. & Eccleſ. iij. Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiori. & Epheſ. v. Filij obedite parentibus veſtris, vt fecit ſaluator, qui ſubditus erat illis. Luc. ij. Et gratitudinem exercuit erga matrem vſque ad mortẽ, cùm, vt habetur Io. xix. eã beato Ioãni cõmendauit, nobis exemplũ tribuens vſque ad mortẽ debere parẽtibus noſtris obedire, & obſequia præſtare: quia ſcriptum eſt Eccle. iij. Gloria hominis ex honore patris ſui. Et Prouerb. xvij. Dicitur gloria filiorũ parentes eorũ. Vnde Rechabitæ à domino laudati fuerunt, quia patri ſuo obedierant, qui eis ne vinũ biberent, præceperat, & nõ biberunt vſque ad diẽ hãc. Ieſem. xxxv. Pariformiter Iſaac ſuo vſque ad mortẽ paruit genitori. Gen. xxij. Pariter etiã vſque ad mortẽ ſuſtinendã filia Iephthe, vt patet Iudicũ xj. in fi. Vnde Boëtius in lib. de Conſola. Si menti, inquit, humanæ inſerta eſt boni veríque cupiditas, tãtò magis inſertũ eſt filios parẽtes ſuos honorare, cui Seneca cõuenit lib. de benefi. Et Philoſophus, magiſtris & parẽtibus reddi nõ poſſe æquipollẽs, patẽter edixit. Nec minori vindicta parentum ac deorum violatio expiãda eſt, dicit Valer. lib. j. tit. de ſeruata relig. c. Tarquinius autẽ. Quinimò etiã diſcolis parẽtibus ingrati eſſe non debemus, iuxta illud. j. Pet. ij. c. Subditi eſtote omni creaturæ propter Deũ, regi tanquã præcellenti, ac ducibus tanquam ab eo miſſis etiã diſcolis, ita ꝙ ſub colore correctiõis filio patrẽ caſtigare nõ licet: cũ dicatur in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. ꝙ lex erubuit filios eſſe parentũ caſtigatores. Prætereà dicit Bar. in l. ſi adulterĩũ.
30 §. fi. ff. de adul. † ꝙ ſicut libertus nõ poſſet patronum ſuum in adulterio cum eius vxore repertũ occidere, ſic nec filius patrẽ: quia quãuis reperiatur in adulterio remanet pater, cui reuerentia debeẽ. Nec eſt quo ad filiũ turpis perſona, quo occidi per maritum poſſit. l. marito. §. illud. eo. tit. [Niſi eſſet propter delictum bannitus, quo caſu impunè velut hoſtem patriæ necare poſſet, ſtante ſtatuto, quòd bãnitus occidi poſſit, ſecundum Barto. ibi per tex. in l. minimè. ff. de relig.] Et ſi ingrata proles redemptoris, & ſanctorum non moueatur, ſaltem gentilium exemplo incitetur ad venerandum parentes. Narrat enim

BIU Cujas

Valer. lib. v. c. iiij. tit. de pietate erga parẽtes. de quadam filia, quæ de lacte mamillarum sub colore visitandi matrem omni alimento, vt necaretur, sentẽtialiter excluſam, lõgo tempore nutriuit. Quo ad notitiam peruento, iudices pietate cõuicti, eam à carcere ☞liberarunt. [Super quo sic dicit Valer. Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditũ, quàm matrem vberibus natæ alitam esse? Putauerit aliquis hoc contra rerum naturam factum, nisi diligere parentes prima naturæ lex esset. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis sordibus pretiũ charæ pietatis euilescit. Cæteræ profectò virtutes admirationis tãtummodò multum, pietas verò etiam amoris plurimũ meretur. Prima igitur & optima rerum natura pietatis est magi- 32 stra, quæ nullo vocis ministerio, nullo vsu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus charitatẽ parentum liberorum pectoribus infundit. Hæc ille.] Idem aliã feciſſe erga patrẽ, & in tanti præconij memoriam locum iſtum fuiſſe conſecratum lib. j. Solinus tradit. De Scipione dicit Seneca, vbi suprà, quòd patrem ſuum in prælio ſeruauit. Et Aeneas, vt xxiiij. cap. ſcribit, Anchiſem patrem ſuum ſeniſſimum per medium inimicorũ, atque ignium detulit aperta voce dicens, quod habetur lib. ij. Aeneidos:

Ergo agè chare pater ceruici imponere noſtræ,
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit, &c.

Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis ſordibus pre- 33
tium charæ pietatis euileſcit. Quinetiam eò certius, quò miſerius experimentum habet, dicit idem Valer. tit. de pietate erga parentes. Erubeſcant ergo ingrati erga parentes ſaltem viuos. Quoniã vt hiſtoria Barlaan & Ioſaphat habet, iuuenis quidã ſi præ aliis ſuis fratribus putatiuis cadauer patris defuncti validius penetraret, ſententia iudicum hæreditatem lucraturus, mortuum patrem iaculare recuſauit, quem tũc lachrymabiliter veneratus eſt, nec abs te: quia vt dicit Valer. ibi s. Diligere parentes prima lex naturæ eſt. Et optima rerum natura pietatis eſt magiſtra.
☞Vide aliud exemplum j. dum loquitur, an pœnitẽ-
31 tia poſſit ingratitudo aboleri.] † Quod patenter Atys Crœſi Lydorum regis filius oſtẽdit, qui cùm mutus natura eſſet, & patrem iugulo cuiuſdam militis ipſum regem eſſe ignorantis in bello ſuppoſitum vidiſſet, pietate organis loquendi contra naturam apertis, clamans patrem liberauit, in eóque plus pietas potuit, quàm natura negaſſet, quæ loquelã ei non dederat, de quo Valer. lib. v. tit. de pietate erga parẽtes, ſic dicit: Illa, ſcilicet natura nimirum, quæ etiam Crœſi filium loquẽdi vſu defectum ad protegendam patris incolumitatem miniſterio vocis inſtruxit. Captus enim à Cyro rege Sardibus, cùm vnus è numero Perſarũ ignarus viri, in cædẽ eius cõcitato impetu ferretur, velut oblitus, ſcilicet Crœſi filius, quid ſibi naſcẽti fortuna denegaſſet, ne Crœſum regem occideret proclamãdo penè iam impreſſum mucronem iugulo reuocauit. Ita qui ad id tempus mutus ſibi vixerat, ſaluti parentis vocalis factus eſt. De Coriola-
☞no. [Cuius hiſtoria latius habetur ſuper verb. *Duas habens filias.* dum loquitur de mulieribus quæ olim ſapientia & cõſilio viguerunt.] idem Valerius ibi in prin. refert, quòd miſſi ad eum Romã obſidentẽ deprecãdum legati, nihil profecerunt: miſſi deinde ſacerdotes cum infulis æquè ſine effectu redierũt. Tũc Veturia Coriolani mater videns vrbem perditam, caſtra Volſcorũ, quibus ipſe præerat, petiit, quam vbi filius aſpexit, properè vt amens complexum petiit, quam complexus, Expugnaſti, inquit, & viciſti iram mea patria, precibus huius admonitus cuius vtero cõceptus ſum. Continuóque hoſtilibus armis agrum Romanũ liberauit, ita ꝙ pectus acceptæ dolore iniuriæ ſpe potiundæ victoriæ verecũdia detrectãdi miniſterij metu mortis refertũ totũ ſibi pietas vacuefecit. Vuiúſq; parentis aſpectus bellum atrox, ſalutari pace mutauit. Nec eſt graue ſecundum Ambroſium in ſuo exameron, quod pietate plenum eſt, nec oneroſum quod ſoluitur naturæ debito. Quapropter nõ recuſant aues patrem paſcere: imò ciconiæ parentes ſuos nudatos regũt, illos fouent, & alimẽto paſcunt, ac leuatu ſubleuãt. Et tamẽ ad hoc lex ſcripta non aſtringit eas, nec recipiunt hoc ex præcepto, ſed gratiæ naturalis officio. † Vnde filius ingratus beluis eſt peior, cùm de cane nullibi legatur, quod ſuum reliquerit nutritorem: imò vt experientia docet, morti pro ipſo ſe cordialiter exponit. Et leo rugiens à cuius pede diuus Hieronymus ſpinã traxerat, ei quãdiu vixit domitus ſeruiuit. Ideo tales dici non merentur filij: quia filius dicitur à φίλος Græcè, quod eſt amor Latinè. l. liberorum. vbi Bar. ff. de verb. ſign. Tolle, inquit, Petrus Rauennas à ſole radium, & non lucet: riuum à fonte, & areſcit: ramum de arbore & deſiccatur: membrũ à corpore, & putreſcit. Sic ſepara filiũ à paterna deuotione, & iam nõ eſt filius: imò collega eorum, quibus in Euangelio dicitur: vos ex patre diabolo eſtis. Sed (proh dolor,) multi † parẽtes ſunt interdũ cauſa ruinæ filiorũ, & quòd in eos ceruices erigant tanquam ingrati: quia eos corrigere prætermiſerunt. Et cùm ſperãt ex eorum operibus lætari, tunc deſolãtur. Debẽt enim parentes, imò tenentur liberos corrigere verbo, & facto, ſi opus fuerit, eos virgis caſtigãdo, quãuis clericos abſque metu excõmunicationis, dũ tamẽ moderatè fiat: quia nõ procedit ſuadẽte diabolo, ſed potius ſpiritu ſancto, & ſic locum non habet cenſura. cap. ſi quis ſuadente. xvij. qõ. iiij. Nec poſſet filius hoc caſu patri reſiſtere ſine pœna, ſecundum Bar. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. Et ſi reſiſtendo vim patri inferret, exhæredari poſſet propter manus violentas in patrem illatas, in Auth. vt cùm de appel. cogn. alleg. §. cauſas. Ob quod ſunt reprehendendi ſummè patentes filiis molliter adulantes: imò ferè puniendi, ſicut Heli à Deo punitus fuit, eò ꝙ filios ſuos corrigere neglexerat, vt dicitur j Reg. iij. Et ſi eos correxerat, hoc molliter fecerat, vt patet ibi ij. cap. vbi dicit Hieron. Heli pro iniquitate filiorum damnatus eſt, quia corripuit eos lenitate patris, nõ authoritate põtificis: vnde non ſolùm ꝓ iniquitate filiorum, ſed pro ſua punitus fuit. Vtinam (dicit Quintil.) liberorum mores non ipſi perderemus. Illorũ enim infantiam ſtatim deliciis ſoluimus. Mollis quippe educatio, quam indulgentiam vocãt, neruos omnes mẽtis, & corporis frangit. Ideo apud Gallos olim mos erat, quòd liberi priuſquã militiæ onus ſuſtinere poſſent, in cõſpectu patris non videbantur. de quo Cæſar in Cõmentariis ſuis de bello Gallico, libr. vj. ſic dicit: In reliquis vitæ inſtitutis hoc ferè reliquis differunt, ſcilicet Galli, quòd ſuos liberos niſi cùm adoleuerint, vt munus militiæ ſuſtinere poſſint, palàm ad ſe adire nõ patiũtur. Filiúmq; in puerili ætate in publico in cõſpectu patris aſſiſtere turpe ducunt. Hęc ille. Et ratio erat, quia patres multa amoris ſigna in riſu, oſculis, & aliis puerilis ætatis fomẽtis oſtendũt liberis, ex quibus eleuãtur. Nã blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos, ſicut videtis de Heli alleg. cap. j. Reg. iij. & in c. licet Heli. de ſimo. Pariter narrat faſciculus temporũ, tempore Cæle

BIU Cujas

re Cælestini tertij summi pōtificis, quandam iustam matronā fuisse visam in purgatorio torqueri aliquādo vehemēti calore, eò q̄ mundū, & eius voluptates nimis ardenter dilexisset, aliquādo frigore maximo: quia pigra ad bonū fuerat maximè filios, & familiā nimis negligenter corrigendo, quod modicū nō est, imò graue peccatum. Ideo optima hæreditas filio à patre traditur, quādo virtutum & bonorum morum
34 exemplum exhibetur. † Profectò sicut Aquila, quia summè diligit filios, facit eis nidū in locis altissimis, ne coluber violet fœtū, aut veneno queat nocere, sic pater filios à consortio malorum debet separare, ne ipsorum exēplo polluantur, vt Barbatus tangit Hierony. super Esaiam vlt. cap. Subiungēs, q̄ sicut in nidis Aquilarum reperitur lapis pretiosus, qui dicitur berices, vt ponit Solinus lib. viij. c. vj. Sic in vita filiorū virtutes reperiūtur, si nidus eorum ad his inferioribus separetur, & tunc separatur, quādo in iuuētute praua consortia vitare filius docetur. Hæc ille. Nam iuuenilis ætas tempus est serendarum virtutū aptissimum, quo curam per se maximè circa suos adolescētes adhibuerūt diligētissimā, ne quid turpe in gestu, in verbo, aut facto vnquam admitterent. Hæc enim ætas ꝓpter voluptates ad vitia propēsior est, & proinde cura meritò debet esse cautior, cū & Alexander Macedo malæ educatiōis vitia ad senectā vsq; seruauerit. Quia cōtraxerat in iuuenili ætate negligentia Leonidis pædagogi sui ebrietatis infamiā, vt Dioge. Babylonius refert, & tetigi super verbo, *Raynutius de Clera.* Ideo sicut hyrūdo pullos suos docet stercora sua eiicere extra nidum, vt habetur lib. xij. de proprie. rerū. c. de hyrūdine, sic pater filios docere debet vitia euitare, & insita eiicere per virtutes, doctrinam & bonos mores, & exēpla optima. Ideo quātò parētes virtuosè filios nutriuerūt, tantò plus est eorū cul
35 pāda ingratitudo erga parentes. † Similes enim sunt catulis viperarum, qui in matris vtero existētes quādo crescunt, latera rodunt, & sic exeunt matrē interficiendo. Quę vipera inde dicitur, eo quòd vi pariat, vt Lyra refert Actuū vlti. Quos reprehendēs summ' ille Ioānes Baptista Matth. iij. Progenies, inquit, viperarū, quis demōstrauit vobis fugere à ventura ira? Id idem clamitans Luc. tertio. ibi, genimina viperarum &c. Terribile enim vitium est ipsa ingratitudo, quæ dicitur ventus vrens & siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fluenta gratiæ, vt diuus iuquit Bernar. super Canticis, secundum Ioan. And. in c. fin. de dona. vide ibi Barba. in princ. Pariter sunt parentes. interdum prouocātes filios ad ingratitudinem: quia non nisi garrulare nesciunt, & eos ad indignatiōnē prouocare cōtra debitum officium. Vnde Apost. ad Col. iij. Patres, inquit, nolite ad indignatio
36 nem prouocare filios vestros. † Mutuò enim debent se cōpati, & vtriq; cogitare, q̄ tria filiis debētur à parētibus, scilicet esse, nutrimētū, & disciplina, & ecōtra à filiis debetur parētibus obediētia, & reuerētia, vt dicit idē apost. ij. ad Timo. iij. ibi, parentibus non obediētes ingrati. Et vtrūq; cōplectitur ad Ephe. vj. Filij, inquit, obedite parētibus vestris in dño. hoc enim iustū est. Et vos parētes nolite ad iracūdiā prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina &
37 correctione domini. An † autē per ingressum religionis purgetur ingratitudò præcedens, videatis glo. in aut. de monachis. §. j. quę dicit q̄ nō. de quo per Cy. & Bal. in l. fi. C. de epi. & cle. Nos autē tex. habemus apertū, q̄ ingratitudo per ingressum religionis purgatur, adeo q̄ illius prætextu filius exhæredari non poteſt. xix. q. iij. c. fi. Ad hoc facit glo. fin. super verb. occasione. in auth. cōsti. quæ dig. li. à patria pote. dicens q̄ monachatio est potens monachum liberare à potestate dęmonis, per tex. in d. §. j. in auth. de monachis. In hoc autē regno in quo ex generali cōsuetudine monachi ad intestato succedūt, nō sunt necessariò instituēdi nec exhæredādi: per ea quæ dixi in viij. limita. §. & in verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* Similiter decidūt Host. & doct. in c. Iudæi. le. ij. de Iudæis. per illū tex. ibi: melioris. Quòd omnis ingratitudo per filium contra patrē Iudęum cōmissa aboletur, si talis filius ad fidem cōuertatur, pro quibus facit text. in d. c. fin. per quē si filio Christiani aboletur ingratitudo per ingressum religionis, multò magis aboletur filio Iudæi ad fidē cōuerso, cuius opus est secundum eos multò dignius. quos sequitur ibi Felin. Ad-
38 uertatis † vlteriùs ad aliud quod est mirabile in practica, q̄ si filius causam cōmiserit ingratitudinis cōtra patrem, per quam possit exhæredari, si pœnitentiam, viuente patre. agat, vel ante conditum testamētum, non poterit amplius ex illa causa exhęredari per patrem. quod probatur à simili. Nam si filia in corpus suum peccauerit, est iusta causa, propter quā potest pater eam dote priuare, aut denegare alimenta, secundū Spec. titu. qui filij sunt legi. versi. sed quid si filia tua. Bald. in l. fi. C. de dotis promi. Tamē si filia pœnitentiā agat, non poterit amplius pater eam dote priuare vel alimentis, secundum Specu. vbi suprà, versi. quid si ipsa pœnitet. doc. in c. Quintauallis. de iureiur. Bal. in l. si filia. per illum tex. C. de inoffi. test. facit l. imperialis. C. de nup. &c. ferrū. 50. dist. Sic ergo filius qui fuit patri ingratus, exhæredari nō potest post peractā pœnitentiam ex illa causa de qua antè pœnituit, vt singulariter dicit Alex. in. l. j. x. co. ff. sol. matri. Pro quo facit, quod habetur Ezechielis xviij. ibi, Quacunque hora peccator ingemuerit, omnium peccatorum eius amplius non recordabor. Sic filius prodigus ad patrem clamās Lucæ xv. Pater peccaui in cælū & coram te: iam nō sum dignus vocari filius tuus, à patre reconciliatus est. Quod multū facit pro Alex. cū quo transit Iason in d. auth. non licet. C. de libe. præte. & in d. l. in arenam. C. de inoffi. test. Nam permittit aliquando Deus hominē peccare, vt post q̄ pœnitentiā firmior efficiatur, sicut legitur de Petro, qui post lapsum factus est fidelior. 50. dist. ca. fide
39 lior. Per † quē tex. dicit ibi glo. q̄ potiùs est eligendus ad officium publicum, qui peccauit & pœnituit, quàm qui semper fuit bonus: quia infirmus fortior resurgit, de pœniten. distinct. prima. potest. & magis sciat compati aliis deficientibus exēplo Petri, de quo ibi dicitur, & infrà dicam: sed dubito hoc posse sustineri in foro contentioso per text. in l. qui ea mente. ff. de fur. vbi per pœnitentiam nemo nocēs esse desinit, nisi pater, cuius interest pœnitentiam filij acceptasse per reconciliationem, prout facit allegato Lucæ xv. cap. Et vt de quodam ignoto narrat singulariter Valer. lib. v. c. ix. tit. de parentū moderatione. in fine. Magnorum, inquit, etiam virorum clementibus actis ignoti patris nouæ ac inusitatæ rationis consilium adiiciam: qui cùm à filio necti sibi insidias comperiisset, nec inducere animum posset, vt verum sanguinem ad hoc scelerisprogressum crederet, seductā vxorem suspicans supliciter rogauit, ne sę vlterius celaret, siue illū adolescentē subiecisset, siue ex alio ☞ concepisset. [An de hoc credatur matri, vide plenè infrà super verbo, *Et filios suscipiens ex eadem.*] Asseueratione deinde eius & iuramento, se nil tale

debere

debere ſuſpicari perſuaſus, in locum deſertũ filio ꝓducto, gladium quem ſecum occultum attulerat, tradidit, ac iugulum feriẽdum præbuit. Quo facto non paulatim, ſed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit. Cõtinuóque abiecto gladio: Tu, inquit, pater viue: & ſi tam obſequẽs es, vt hoc precari filio permittas, me quoque exupera, id eſt ſuperuiue. Sed tamen quæſo, ne meus erga te amor eò ſit vi-
☞ lior, ꝙ à pœnitentia oritur. Hæc ille. [Speciosa hæc deprecatio, qua quilibet ad Deum per pœnitentiam conuerſus vti poteſt: quod optimè facit ad ea quæ dixi ſuper verbo, *In extremis poſitus*. prope fin. quaſi dicat filius, propter patrimoniũ ſtruxi tibi patri inſidias, at nunc velim te etiã poſt me victurum, vt nunquàm id poſſideam, ſed tamen quæſo ne amor meus erga, te ſit eò vilior, ꝙ oritur à pœnitẽtia. Ex quo datur intelligi, patrem nõ debere leuiter moueri ad filium etiã immeritum exhæredãdum, ſed dulciter & ſagaciter reducendum & reconciliãdum: ac finaliter hæredem inſtituendum, vt plenè dixi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*. in princip.] Per quę datur intelligi ingratitudinem pœnitentia filij aboleri. Et vt ita fiat debet pater poſſetenus laborare: quia non eſt peccatum quod pœnitẽtia non aboleatur. Et idem fortè ſi filius maximè ſi triẽnio cõpleto emendatus ab illa ingratitudine cauerit ſeu abſtinuerit. quod eſt euidens ſignum pœnitẽtiæ, ſecundũ Ange. ſingulariter in auth. de monachis, in princ. vbi dicit,
40 ꝙ † regula ſemel malus ſemper in eodẽ genere malitiæ præſumitur eſſe malus: nõ habet locum in illo, qui poſt illud malum commiſſum triennio honeſtè & ſanctè vixerit: quia ex hoc præſumitur pœnitens & emendatus, quod eſt notãdum pro ſuſtinẽdo opi-
41 nionem Alexan. †Similiter exhæredari non poſſet, ſi pater per pactum cauſam ingratitudinis filio remiſerit, ſecundum Ang. & Pau. in l. fi. C. de pact. prout etiam ſatis colligitur ex doctrina Barto. ibi in ij. col.

Et idem eſſet ſi pater filium in teſtamento exhæredaſſet ex iuſta cauſa, deinde filius ſe cũ eius patre recõciliauerit, vt clarè probatur per illum tex. Luc. xv. Quia ex hoc intelligitur exhæredatio extincta, & per patrem tacitè remiſſa, ſecundum Barto. in l. iij. §. non ſolùm. prope fin. ff. de adimen. lega. per illũ text. iuncta l. quod ſi iterum. eod. tit. facit text. iuncta gl. in §. fi. Inſtitu. de iniuriis. quod eſt notandum. Nam vltima eorum conſuetudo eſt attendenda, vt in ſimili decidit Bal. in l. ſi filia. C. de inof. teſta. arg. l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega. facit quod decidit Imo. in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſol. ma. vbi dicit, ꝙ licet vir ſine cauſa expellens vxorẽ, priuetur lucro dotis, acſi eam occidiſſet, ſecundum Bal. in l. j. §. ſancimus. C. de lati. liber. tol. per illum text. Et idem ſi negaret ei alimenta aut medicinam. dicit Bald. in l. quod in vxorem. C. de nego. geſtis. & in auth. dos data. C. de do-
42 na. ante nup. †tamen ſecundum Imo. illa procedunt, niſi tanquam maritus eam expulit, vel malè tractauit, eam re integra cœperit bene tractare: quia tunc tali lucro non priuabitur, vt dicit not. probari in l. ſi cùm dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matr. cum quo tranſit ibi Alexan. in dicta l. ſi ab hoſtibus. Ideo dicit Bal. in d. l. liberi. C. de inoffi. teſta. & per l.
43 l. fratres. eod. tit. †quod ſi filius cõtra patrem aliquã cauſam ingratitudinis commiſerit, & poſteà aliquã notabilem gratitudinem fecerit erga patrem: certè per talem gratitudinem tollitur præcedẽs ingratitudo, vt ex ea exhæredari non poſſit, ſecundũ Bald. ibi: que ſequitur Iaſon in l. ex hoc iure. xix. colum. ff. de iuſti. & iure. decidens, ꝙ gratũ ſeruitium ſubſequens preſumi facit remiſſionem præcedentis iniuriæ. l. in ipſius. vbi hoc not. Bal. C. famil. erciſc. ſubiungẽs, ꝙ ſi inimici ſibi inuicem grata faciant ſeruitia, præſumitur remiſſa præcedẽs iniuria: quæ non ſolùm verbis, ſed facto remitti poteſt, ſecundũ gl. in §. iniuria. inſti. de iniuriis. Ad hoc facit quod ſingulariter decidit Io. Fab. in §. cúmq; hoc, ſuper gl. in verbo, ex mul-
44 tis. in proœmio inſti. vbi dicit, †ꝙ regula ſemel malus. de reg. iur. lib. vj. locum non habet, vbi in aliqua perſona malum concurrit cum bono. Præſertim vbi bonũ ſequit malum commiſſum. quod eſt notandũ. Quoniã illa regula eſſet nimis aſpera in ſemel delinquente. Habet enim locũ in delinquẽte, de cuius aliquo bono actu no cõſtat: vel habet locũ in illo, qui plus deliquit quàm bonũ fecerit. c. teſtimonium. de teſtibus. & quod ſuprà dixi. ſecundum Ang. in auth. de monachis. Per quam decidit Guido papæ. q. cclx. ꝙ ſi poſtquam datus fuit prodigo curator, per triennium vixerit diſcretè, cenſetur ad ſanos mores reductus: & ſic curã expiraſſe ipſo iure, ſine alia iuris declaratione ſeu iudicis. Et ita limitat deciſionẽ Bart. in l. is cui. ff. de ver. obl. volentis acta prodigi declarati non valere, donec facta per iudicem declaratione, ꝙ prodigus eſſe deſiit. Quia hoc verum eſt, ſi tempore minori triennio emẽdatus fuerit. Et eo modo cõcordat opiniones. Facit tex. in dicto canone. fidelior.
50. diſtin. vbi fidelior fuit Petrus poſt lapſum, poſtquã Chriſtum negauit: vbi dicit gloſ. ꝙ in cõcurrentia duorũ electorũ, ille præferendus qui peccauit & pœnituit: ita quòd dignior eſt eo, qui nunquã peccauit: quia melius ſciet cõpati pœnitentibus, dum erit prælatus. quia multoties lapſus virtutem acuit, ita ꝙ melior efficitur qui peccauit. Vnde Aurelius Auguſti. lib. xiiij. de ciui. Dei. c. xiij. in fin. Audeo, inquit, dicere ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod apertũ manifeſtumque peccatum, vnde ſibi diſpliceãt, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit quando fleuit, quàm ſibi placuit quando
☞ præſumpſit. hoc dicit & ſacer pſalm⁹. [Pſal. lxxxij.] Imple facies eorũ ignominia, & quęrent nomẽ tuũ, dñe, id eſt, vt tu eis placeas quęrẽtibus nomẽ tuum, qui ſibi placuerãt quærendo ſuũ. Quia licet peccatũ nõ poſſit eſſe alicui vtile, cũ de natura ſui ſit dãnabile, hoc intelligit ſecundũ ſe formaliter: tamẽ vtile eſt occaſionaliter, cùm ꝑ patẽs peccatũ ſuperbus humi-
☞ liatur & efficitur ſimpliciter virtuoſus. [Nã permittit aliquando Deus aliquẽ cadere in delictum, vt ex rubore vel pœna fiat bonus, vt videtis quod modicũ non dicit beneficiũ, ſi hoc in primordio vitæ cõtingat. Nec diſſimulari debet primũ delictũ, ſed clemẽter corrigi, ne peccatori peius contingat. Et hoc eſt quod dicitur ij. Machab. vj. Etenim non ſinere multo tẽpore peccatoribus ex ſentẽtia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere magni beneficij eſt indiciũ. vt habetur j. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*. j.] Ideo de peccato emendatus poteſt in priori officio permanere, & ad ſuperiora aſcendere, ſicut Petrus qui flẽdo apoſtolatũ retinuit: & poſtea ſummũ pontificatum ſumpſit, vt etiam de Geta & Marco Valerio Meſſala
45 refert Valerius lib. ij. tit. de nota cenſoria. †Sequuntur, inquit, duo eiuſdẽ generis exẽpla, eáq; adieciſſe ſatis erit. Geta cũ à Lucio Metello & Cneo Domitio cẽſoribus ſenatu motus eſſet, poſtea cenſor fact⁹ eſt. Item Marcus Valerius Meſſala cẽſoria nota perſtrictus, cẽſoria poſtmodũ poteſtate imperauit. Quorũ ignominia virtutẽ acuit. Rubore enim eius excitati

omnibus

BIU Cujas

omnibus viribus incubuerũt, vt digni ciuibus viderentur, quibus dari potius, quàm obiici cẽsura debe ret. Hæc ille. Sicut factũ fuit de Petro, qui lapsu nõ obstãte adeptus fuit põtificatũ à Christo, cuius actio est nostra instructio. c. significasti. de elect. Idẽ ergo dicendũ in filio, q̃ ingratus fuit, nũc verò emẽdatus. Videatis quæ de filio prodigo dixi super verb. *In ex-*
46 *tremis positus.* circa fi. † Vnũ tamẽ notabitis, q̃ vltra filij exhæredationẽ à patre factã propter ingratitudinẽ, quæ quidẽ exhæredatio fit per patrẽ ex potestate cuiusdã iurisdictionis œconomicæ, quã habet pater in familiã suã, vt dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiã.* in j. art. & ij. decis. loquẽdo de priuãdo officio seculari per principẽ: habemus aliã exhæredationẽ quæ fit ex potestate iurisdictionis cõtentiosæ per iudicẽ, mortuo patre, quoties iudex videt aliquẽ pro digum effusè & malè vtentem substãtia sua. Quoniã si pater qui ratione prodigalitatis filium non exhæredauerit cùm posset, per tex. singularem in l. si furio
☞so puberi. [De cuius intellectu vide ℣. super verbo, *reliquit.* in xij. casu, in quo filius grauari potest in legitima.] ff. de curato. furio. poterit hoc facere iudex, & interdicere bonis curatore dato. Ex quo tempore cõtrahere vel testari non poterit. l. is cui. ff. de verb. obl. Non tamen fieri potest talis interdictio per iudicem, nisi prius constituto de prodigalitate, vt ibi plenè dicitur. Et surgit hæc iudicialis exhæredatio ex æquitate. l. dominorum. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. §. fin. Insti. illo eod. tit. fauore boni publici, cuius interest, nequis re sua malè vtatur. Et eo modo filius quanuis à patre hæres institutus, potest 47
publica & prætoria seueritate exhæredari, prout de Quinto Fabio Quinti Fabij Allobrogici Imperatoris seu Consulis Romani filio prodigo, post mortem patris factum extitit, de quo Valer. lib. iij. c. v. titu. de his qui à maioribus degenerarunt, sic dicit. Age, id est, attẽde, Quinti Fabij Maximi Allobrogici & ciuis & imperatoris clarissimi filius, Quintus Fabius Maximus quàm perditã luxuria vitam egit? cuius vt cætera flagitia obliterentur, id est, nõ memorẽtur, tamen abundè illo dedecore mores nudari possent, q̃ ei Quintus Pompeius prętor vrbanus paternis bonis interdixit: neque in tanta ciuitate qui illud decretũ reprehenderet, iuuentus est. Dolẽter enim homines ferebant pecuniã, quæ Fabiæ gentis splendori seruire debebat, flagitiis dissici, id est, dilapidari. Ergo quem nimia patris indulgentia hęredem reliquerat, publica seueritas exhæredauit. Hæc ille. Videatis textum, glo. Panor. & Docto. in c. ex parte vestra. de consuetudine. Vnde restat ad propositum nostrum vera conclusio, quòd ad hoc, vt pater iuridicè testari possit, necesse est, vt filium quem habet in potestate, hæredem instituat in aliquo quantumcunque modico, aut ipsum nominatim exhæredet, causa ingratitudinis expressa, nisi in casibus exceptis, vt dictũ est. Quæ causa si vera sit, q̃ per hæredem liquidè probetur, tenet testamentum. Si verò non probetur, filius querelare poterit testamẽtum patris: idcirco licet testamentum in quo filius est exhæredatus, non sit factum pro ipso, sed potius contra ipsum, & ipso non mandãte, nec ratum habente, sed inuito: tamen poterit filius editionẽ illius petere, vt eo viso possit illud impugnare, & querelare, sicut post illius editionem petere hæres in eo institutus, vel legatarius, & cæteri prætendentes interesse & commodum lucratiuum ex eo, secundum Bal. in l. fina. C. de eden. Nam cùm ipse filius testamentum patris velit rescindere, cùm 48
ei permittatur rescissio, quod est principale & cõsequens: ergo ei permittitur antecedens, quod est editio. arg. l. ad rem mobilem. ff. de procura. Si autẽ pater ipsum filium prætereret, quãuis causa foret testamento expressa, testamentum esset ipso iure nullum, ita q̃ non sufficeret dicere: Ideo filium non instituo, quia talem causam cõtra me commisit &c. Oportet ergo q̃ dicat, filium meum talem ex tali causa exhæredo. & ita tenet glo. in §. exhæredatos. in authẽt. de hære. & Fal. Et hæc vera, vbi filius in patris potestate constitutus prætertur: si autẽ filius prætertus esset emãcipatus, tunc aut est sine expressione causæ prætertus, & nunc testamentum est ipso iure nullum, vt dicit glo. in dicto. §. exhæredatos. & sentit glo. fin. in l. si filius emãcipatus. ff. de mino. & no. Bar. in l. Gallus. §. in omnibus. ff. de liber. & posthu. Et hoc ideo est, quia nõ fuit seruata forma tradita in dicta auth. non licet. Si autem emancipatus esset prætertus cũ causæ expressione, tunc quia testamentum olim erat aliquod, vt l. filium. iuncta glo. ibi in verbo, emancipatum. ff. de contrabu. Ita etiam erit hodie, cùm in successionibus ex testamento non sit etiã hodie sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, vt no. glo. in l. si emancipati C. de colla. & sic necesse habebit etiam hodie emancipatus isto casu rumpere testamẽtum per bonorum possessionem contratab. sicut & olim. Et si hæres probet causam ingratitudinis esse veram, excluderetur emãcipatus à bonorum possessione contra tabu. Sicut excluderetur à querela inofficiosi testamenti filius in potestate constitu-
tus, quando esset iustè exhæredatus. † Vnum postremò menti tenebitis, q̃ ingratitudo nedum operatur ingratum non succedere testamento facto in quo est exhæredatus, sed etiam si testamentum illud ad nihilum deduceretur: quia post quã testator de ingratitudine conquestus est, & probatur ingratitudo, nõ potest ingratus venire ab intestato. Plus dicit gl. singularis in. c. fin. in fi. de postula. per l. liberi. C. de inoffi. testa. q̃ etiam si offensus nullum fecerit testamentũ, tamen repellitur ingratus à successione ab intestato. idem tenet gl. super verbo, lucrum. in §. ingratitudinem. in authẽ. de nuptiis. iiij. colla. quem ibi sequitur Iac. de Bollouisu. & Nico. de Neapo. in l. si spurius. ff. vnde cogna. pro quorum opinione videtur tex. in dicto §. ingratitudinem. facit tex. cum glo. in §. cũ igitur. in authent. de non eligẽ. secũdò nub. ℣. coll. & in l. iij. §. fi. & l. ex parte hæres. ff. de adimẽ. leg. ita q̃ veniẽs ab intestato ingratus opposita ei & probata ingratitudine contra defunctum, de cuius successione agitur commissa, à successione repelletur: quæ fisco velut ad indigno ablata applicabitur. secundum Iac. in dicto §. ingratitudinem. per l. his consequẽter, vbi plenè Floria. ff. fami. ercis. & voluit gl. super verbo, alias leges. in §. aliud quoq; capitulũ. in auth. vt cùm de appel. cogn. viij. colla. Sed contrariam opinionem videlicet, quòd ingratus à successione ab intestato nõ repellatur, tenent Barto. & Bald. in l. fratres. C. de inoffic. test. quos ibi sequitur Iason. licet Salic. ibi in viij. quęst. primam tenuisset opinionẽ per l. si defunctus. versi. nisi fortè. C. de suis & legit. hære. quæ nihil facit secundũ eum. Hanc secundã opinio. q̃ non repellatur, tenet Angel. in l. j. ff. de inoffic. testa. & expressè Bart. in dicto §. ingratitudinem, & Imo. in dicto cap. fi. dicẽs gl. ibi esse falsam, primò quia d. l. liberi. in qua se fundat, loquitur de ingratitudine repellẽte à successione testati, & non à successione in-
testati. † Et prætereà: qua ingratitudo nunquam re-

pellit

BIU Cujas

pellit ingratũ, niſi conquerẽte illo contra quem cõ-
miſſa fuit.l.fi.C.de reuo.don.vt patet ex ſupradictis,
vbi vidiſtis in conqueſtione cauſam fore exprimen-
dam. Et pro hac parte eſt text.in l.cognatis. ff.vnde
cog.vbi non obſt. accuſatione quæ iuſta ingratitudo
dicitur,non repellitur accuſator à ſucceſſione cogna
torum ſuorum per eum accuſati: nec obſt.l.cùm pa-
tronus.ff.de iure patr.quia facilius tolluntur iura pa-
tronatus quàm ſanguinis.l.ius agnationis. ff.de pact.
& l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur. Pariter nõ obſt.tex.
in d.§.ingratitudinem. & in l.fi.C.de ſecũ.nup.quia
ibi repellitur frater ingratus à quodam lucro, quod
iure hæreditario non competit. Etiam non obſt.l.ſi
ab hoſtibus.§.fi.ff.ſolu.matr. quia loquitur de lucro
contingenti per accidens, & non de iure ſanguinis,
quod eſt inſeparabile per ingratitudinem. Mihi au-
tem videtur vtraque opi.ſuſtinẽda,& ambas ſic poſſe
concordari. Quia aut parẽs offenſus non habuit ſpa-
tium nec facultatem conquerendi vel teſtandi, vt
quia in actu ingratitudinis,aut ilico pòſt deceſſit:tũc
locum haberet prima opi. vt talis ingratitudo,ſi ob-
iiciatur & probetur, repellat à ſucceſſione inteſtati
ingratum. Aut habuit ſpatium hoc faciendi & non
fecit: & tunc locum habeat ſecunda opi. Et hoc mo-
do opi.concordat tex.expreſſus in d.§.aliud quoq;
capit.verſic. ex eo quia prohibuit parentes, &c. & in
Auth. vt cùm de appel.cog. Videatis quæ dixi ſuper
verbo,*Et vxorem nomine Adelaſiam.*in ij. mẽbro pri-
mi artic.ſucceſſionum ab inteſtato.verſi. Et præmiſſa
intelligatis vera.in ij.concluſi. & ſuper verbo,*condi-
dit.*ij.dum loquitur de occidẽte teſtatorem,vxorem,
aut liberos teſtatoris. Et ſicut poteſt pater filium in-
gratum exhæredare,ſic etiam & mater, cui ſicut pa-
tri tenetur filius ad opera pietatis, & reuerentiæ ac
obedientiæ,licet amborum parentum diuerſa ſit po-
teſtas: quia pater filium habet in poteſtate, ſed non
mater.l.furioſæ.ff.de curato.furio. Tamen in ipſum
exhęredando non tenetur plus facere,quàm pater in
filio emancipato : cùm præteritio matris habeatur p
exhæredatione. C. de inoffi.teſta. l.omnimodo. Et è
conuersò poſſet filius ambos parẽtes exhæredare in-
gratos ex aliqua de ſeptem cauſis enumeratis in d.§.
cauſas. Et frater fratrem aut ſororem ex vna de tri-
bus cauſis ibi enumeratis,& per glo.in d.c. Quinta-
uallis.de iureiur. Et intelligatis de fratre,vbi turpem
perſonam hæredem inſtituiſſet:quia ſi honeſtam per-
ſonam relinqueret hæredem,nõ poteſt frater vel ſo-
ror quantumcunque gratus teſtamentum fratris vel
ſororis querelare.

Laus Chriſto Ieſu Domino noſtro.

SUMMÆ SECTIONIS.

¶ Adiectæ impuberi.

1 *Fœminæ etiam meretrices ſunt ſucceſſionum capaces.*
2 *Pupilli ſunt nobilitatis capaces.*
3 *Infantes tam ex teſtamento quàm ab inteſtato ſuccedunt etiam in caſtrenſibus & feudalibus.*
4 *Minores non coguntur ire ad prælium.*
5 *Adminiſtrare non poteſt quis ante xiiij. annum.*
6 *In vtero adhuc exiſtens ſuccedit etiam in regno.*
7 *Ætas non in vtero,ſed à partu incipit.*
8 *Francorum reges ante xiij.ann.non coronantur.*
9 *Salomon anno xij. vnctus rex,ſicut & beatus Ludouic.*
10 *Gulielmus Benedictus quo tempore iura audire cœpit.*
11 *Pupillus an poſſit eſſe iudex,notarius,vel doctor.*
12 *Doctor habet iuriſdictionẽ ordinariã inter ſuos ſcholares.*
13 *Protonotarius cuius ætatis eſſe debet.*
14 *Protonotarij dignitas & officium.*
15 *Pupillus nõ poteſt notari⁹ creari,etiã vt poſtea exerceat.*
16 *Doctorari qua ætate quis poſſit. & nu.17. & 18.*
19 *Hominis excellentia.*
20 *Excellentiæ viri condonatur iuris rigor.*
21 *Conſanguineus quando poſſit eſſe iudex in cauſa cõſanguinei.& nu.22.*
23 *Iuuene inuento cum puella quãdo non præſumitur malũ.*
24 *Laicus eligi poteſt in epiſcopum propter ſanctitatem.*
25 *Pauper quando eſt idoneus fideiuſſor.*
26 *Teſtis infamis dictum quando valeat.*
27 *Ordinatus ad aliquem ordinem præſumitur alios præcedentes habere.*
28 *Confeſſionem reuelandi ſibi à moriente datam licentiam dicenti ſacerdoti, an credatur.*
29 *Notarius inſerere quid omittens,an ſit falſi reus.*
30 *Medicus Iudæus Carolum Caluum interfecit.*
31 *Excellentiæ viri deferendum.*
32 *Metellum accuſari non paſſus eſt ſenatus Romanus.*
33 *Pindari domui pepercit Alexander.*
34 *Torqueri quẽ ob vnius teſtimoniũ prohibuit ſãctus Lud.*
35 *Beſtiæ brutæ ſæpe ſunt loquutæ.*
36 *Zoroaſtes ridendo natus.*
37 *Scientia an ſuppleat ætatem,ſicut malitia.*
38 *Barbatij laudes.*
39 *Scholarium vitia.*
40 *Doctoratus intra xviij.annum iudex eſſe non poteſt.*
41 *Rex minor xxv.annis,an cogatur habere curatorem.*
42 *Curatorem quis habere non compellitur.*
43 *Angelus cuique ad cuſtodiam deputatus.& nu. 44.*
45 *Rex duos habet angelos.*
46 *Michael regni Gallorum cuſtos.*
47 *Michaelis apparitio in Gallia.*
48 *Animæ & dotes diuinæ.*
49 *Ioas ſeptem annorum regnare cœpit.*
50 *Rex ante xxv.ann.adminiſtrare poteſt.*
51 *Rex electione creatus non adminiſtrat ante xxv. annũ, ſecus ſi ſucceſſione. & num.52.*
53 *Carolus octauus ante pubertatem adminiſtrauit.*
54 *Regnum poteſt filius adminiſtrare viuente patre.*
55 *Angliæ rex ſacro regi Franciæ aſſiſtit & ſeruit.*
56 *Pupilli contrahunt ſine tutore in Gallia.*
57 *Minor conſuetudine contrahens,an reſtitui poſſit.*
58 *Beneficia eccleſiaſtica qua ætate obtinenda.*
59 *Abbatem non comprehendit diſpoſitio de abbatiſſa.*
60 *Animarũ curã habere nõ põt niſi presbyter, & xxv.an.*
61 *Pupillus patronus præſentare poteſt.*
62 *Renuntiatio per pupillum facta,quando valeat.*
63 *Pupillus an ex conſuetudine teſtari poſſit.*
64 *Mutus,ſurdus,& impubes æquiparantur, quo ad actũ teſtandi.*
65 *Pupillus & prodigus an teſtentur ad pias cauſas.*
66 *Prodigus in lucro captando conſenſum habet.*
67 *Teſtamentum furioſi approbatum.*
68 *Sententia à fatuo lata fuit valida.*
69 *Romanum imperium tria deſtruxerunt.*
70 Senatores vnde,& à quo inſtituti.
71 *Senectutis venerandæ exempla.*
72 *Pupilli ſtatuto fieri non poſſunt teſtabiles etiam ad pias cauſas.*
73 *Pupillus ſtipulari poteſt rem ſaluam fore.*
74 *Fatui reguntur impulſu cœleſtium corporum.*
75 *Furioſus præſumitur teſtatus tempore furoris.*
76 *Furioſus quis dicatur,& quando probatur. & nu.77.*
78 *Lingua diſcretè regenda.*
79 *Stultus vitro comparatur.& num.80.*
81 *Stultitia maior eſt,cùm ſe quis ſapientem putat.*

Fatuus

BIU Cujas

82 *Fatuus an testari possit.*
83 *Tutorem filijs dare non potest, licet testari possit minor xxv. ann.*
84 *Ebrius testari non potest, sicut nec dormiens. & nu.* 85.
86 *Phreneticus testari non potest.*
87 *Pupillus sicut testari non potest, ita nec causa mortis donare.*
88 *Testari sine curatore potest minor xxv. ann.*
89 *Testator minor an restituatur contra testamentum à se factum.*
90 *Testando an possit minor licentiam alienandi dare.*
91 *Testamentum præsumitur factum per puberem.*

Verùm quia hæredis institutio in vnoquoque testamento dicitur, & est fundamentum substantiale ipsius testamenti, & sine qua testamentum non valet, nec subsistere potest. l. j in fi. ff. de vulg. & pupil. substi. & l. fin. ff. de iure codi. & l. proximè. ff. de his quæ in test. delen. Testamenta enim ex hæredum institutione vim capiunt: & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti ipsa institutio, dicit tex. in §. ante hæredis institutionem. Instit. de legat. vnde hæc omnia maturè considerans Raynutius, pro sui validitate testamenti hæredem vniuersalem Adiectam eius filiam solenniter instituit, vt sequitur.

¶Adiectæ impuberi.

1 EX hoc tex. habetis quòd † quia Adiecta impubes filia Raynutij fuit hæres instituta, & testamentum valuit: Sequitur, quòd fœminæ sicut masculi successionum maximè parentum sunt capaces: etiam si essent meretrices, vt plenè dixi super verbo, *Duas habens filias.* in princi. Et præterea impuberes testamenti habent factionem passiuam: ita quòd possunt hæredes indubitanter instituí: Et multò magis potest eis in testamento legari, vel alio quocunque titulo relinqui: necnon per contractum inter viuos acquiri. Instit. de auct. tut. §. j. Quoties enim agitur de commodo & vtilitate pupillorũ, semper capaces sunt omnium acquisitionum, ita quòd etiam ab intestato suis parentibus succedunt, posito etiam quòd infantes fuerint vel furiosi. Instit. de hę-
2 re. quæ ab intesta. §. sui autem hæredes. † Adeo quòd dicit Ioan. de Pla. post Bar. in l. j. in fi. C. de digni. lib. xij. quòd pupillo quanuis ignoranti & absenti dari potest & conferri nobilitas, vel dignitas à principe
☞ vel altero potestatem habente. [Quæ sit illa dignitas, quæ hominem nobilitat, habetur in §. filiusfamil. Insti. quib. mod. ius pat. po. sol. & l. fi. C. vbi senator. vel clar. Pariter hominem nobilitat feudum antiquum: quia ex antiquitate sapit nobilitatẽ, sed non feudũ nouum: quia nobilitas nõ nascitur in ictu oculi. l. stemmata. iuncta gl. ff. de gradib. secũdum Bal. in
5 prælud. feu. in vlt. diuisio. feud. nisi quis per principẽ literatoriè nobilitaretur: quia tunc ilico nobilis reputaretur: & quæ nobilitatẽ cõferunt peregisse videretur, vt d. l. fi. §. viros autem illustres. iuncta gl. in verbo, codicillis.] Similiter voluit Bar. per illũ text. in l. iubemus. C. de emancipa. libe. & consuluit Paul. consil. ccxxix. incip. Viso testamento. & plenè Iaso. 6
in l. eam quã. C. de fideicom. quòd infans legitimari
☞ potest. [Imò & in vtero existens, vt plenè habetur j. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.*] & pupillus potest creari miles. l. fi. C. de testam. mili. & tõsurari in casu. c. fi. de tẽpo. ordi. lib. vj. Nam Sadoch puer, quia egregiæ indolis erat, princeps fuit super multos. j. Paralip. xij. Et Aemilius Lepidus puer Romanus in acie hostem interemit, & ciuem seruauit. De quo Valer. lib. iij. cap. j. tit. de indole. in princip. Aemilius, inquit, Lepidus puer etiã tum progressus in aciem hostẽ interemit, ciuem seruauit. Cuius tam mirabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta senatusconsulto posita. Iniquum enim putauit, eum honori nondum tempestiuum videri, qui iam virtuti maturus fuisset. Præcurrit igitur Lepidus ætatis stabilimentum, fortiter faciendi celeritate, duplicémq; laudẽ è prælio retulit: cuius vix spectatorẽ, anni esse eum patiebantur. Arma enim infesta, & districti gladij, & discursus telorum, & aduẽtantis equitatus, fragor & concurrentiũ exercituum impetus iuuenibus quoque nedũ pueris aliquantulũ terroris incutit. Inter quæ Aemiliæ gẽtis pueritia coronã mereri, spoliáque rapere valuit.
3 Hæc ille. Nec † mirum si infantes & pupilli, tam ex testamento, quàm ab intestato succedunt, nedum in bonis paganicis, sed etiam in castrensibus, feudalibꝰ, & allodialibus, & in ducatibus, comitatibus, & regnis. c. j. §. si minori. & §. si quis decesserit. in tit si de feu. fuerit controu. inter dominũ & agna. Nec tenebitur pupillus in talibus feudis succedens fidelitatis præstare iuramentũ, nec auxilium per se, aut per aliũ præstare domino, donec effectus fuerit pubes, vt ibi plenè dicitur: saltem per se non tenetur pro domino pugnare, donec annos xviij. habuerit, secundum gl.
4 iij. in fi. de pace tenen. & iura. firman. † Ideo mandatũ regis ꝙ de qualibet familia vadat vnus ad prælium, nõ arctat minores xviij ann. per illã gl. secundũ Lud. singul. cxxiij. incip. vltimo fit aliàs. Nec cõmittuntur feuda domino propter fidelitatem non præstitam sibi infra annum & diem, iuxta c. imperialem. §. præterea si quis. de prohi. feu. alie. per Federi. imò pupillus fauore imbecillis ætatis ab his omnibus excusatur, & omnino remanet illæsus, vt clarè dicit Guido Papæ quæst. cccxxv. licet in aliquibus curiis seruetur contrarium de facto per dominos, qui inuestire recusant pupillos, nisi dent alium hominẽ pro se donec puberes fiant. Sed hoc non nocet impuberibus, secundum gl. in §. si quis decesserit. superius alle. Vel dicatis, quòd seruire per substitutũ coguntur, vbi patri extra seruitium domini mortuo succesſerunt: & ita intelligitur tex. in d. §. si quis successerit. secus si patri in feudo successerunt mortuo in bello, fidelitatem erga dominum explicando: cùm hoc casu pater adhuc per gloriam viuere, & domino seruire intelligitur. Insti. de excu. tut. circa prin. iuxta illud Aenei. lib. ij. Pulchrúmq; mori succurrit in armis. Et ita intelligitur d. §. si minori. qui prima facie videtur contrariari. secundum Io. Barberij. in ij. parte sui viatorij vtriusq; iuris, tit. de feu. in ix. principali quæsito. Sanè † tamẽ intelligatis, ꝙ infantes & pupilli succedere possunt in feudis & dominationibus, quanuis regalibus. Tamen ante annum quartũdecimum nõ administrabũt per se, sed per eorũ tutores qui vniuersam habent administrationẽ, arg. l. cõsilio. ff. de curat. furio. & plenè Bar. in l. quidã cõsulebant. vlt. col. ff. de re iudi. facit quod no. Bal. in d. l. fi. C. de test. mili. vbi idem concludit: † subiungens, quòd infans filius regis licet adhuc in vtero existẽs, succedit in regno, & dabitur curator ventri per regni proceres. Nam ille qui est in vtero, habetur quodammodo pro rege, ita quòd nomine vẽtris exercebitur iurisdictio, secundũ

Bald

BIU Cujas

7 Bald. in c. cùm vigesimum. de offi. deleg. † Et incipiætas non in vtero matris, sed in partu, secundũ Bald. in c. cùm in cũctis. iij. col. de elect. quia ille qui est in ☞ vtero, nõ est adhuc homo, [De quo plenè habetur j. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.*] sed esse speratur, secundũ eum. Et licet in partu incipiat ætas hominis, tamẽ sub tutela quiescit, donec ad pu-
8 bertatẽ peruenerit. † Ideo non sine causa statuit Francorum rex Carolus v. bono regni sui inuigilans, ꝙ in xiiij. anno, & non antè, rex Francorũ inungeretur & coronaretur: & ex tunc plenam regni administrationẽ haberet, vt testatur Gagu. li. ix. sic dicẽs, His itaq; gestis Carolus futura prospiciẽs, publica cõcione in parlamẽto senatus habita, de liberis qui in regnũ successuri essent, huiusmodi legẽ tulit. Quemq; primogenitum regis Francorũ filium regni administrationem recipere debere cùm xiiij. ageret annum, ne per longiorem tutelam occasio incideret maleuolis res
9 nouas excitandi. Hæc ille. † Salomon tamen vnctus fuit in xij. ann. lxxviij. dist. ca. presby. §. hoc regulare. Et beatus Lud. etiam Franc. rex, de quo idem Gagu. lib. vij. c. ij. Lud. inquit, suffectus est Ludouicus filius annos xij. natus, quem in Blanchæ matris tutela pater reliquerat. Eius eruditi solicita mater curã sine intermissione adhibuit, ita vt vigili studio elaboraret, christianis illum institutis, præclarisque moribus educari: deputatis ad negotiũ religiosis hominibus, quorũ disciplina ita dicidit vitæ sanctimoniã amare, vt illo tẽpore nemo religiosior sit habitus. Regni diadema à Suessionũ antistite apud Rhemos ad Calẽdas decẽbris suscepit: Orbata per hos dies ecclesia Rhemorum pastore &c. Similiter rex noster modernus Carolus viij. inunctus feliciter & coronatus fuit xiij. suæ ætatis anno, vt refert glo. in proœmio pragmaticæ super verbo, susceptione. & verũ dicit. Natus enim fuit anno domini M. cccclxx. die festo bea-
10 torum Petri & Pauli apostolorũ mẽsis Iunij. † A cuius natiuitate anno sequenti, Tolosæ iura ciuilia audire cœpi: & demum coronatus fuit, anno lxxxiij. Sed hoc ex causa rationabili factum extitit, vt infrà
11 dicetur. An † autem pupillus possit esse iudex, vel aliàs officiarius publicus, veluti consul, videatis in l. ad rempublicã. ff. de mune. & hono. & Bald. in dicta l. quidam consulebant. ff. de re iud. & in c. cùm vicesimum. de offic. delega. vbi glo. & Panor. An autem possit esse notarius publicus, videatis Bartolum in l. impuberem. §. j ff. ad legem Corne. de falsis. Sed an possit doctorari. Et dicẽdum est ꝙ attentis qualitatibus in doctorãdo requisitis, in quo requiritur facilitas intelligendi, subtilitas interpretandi, facundia dicẽdi, peritia docendi, & alias prout habetur in l. j. C. de profes. qui in vrbe Constanti. lib. xij. & not. plenè Panor. in cap. proposuisti. de proba. Pupillus doctorari non poterit: quia cùm mentem non habeat stabilem, consilium sanum, nec discretionẽ. l. fin. C. de testa. mili. Impossibile esset in pupillo iam dictas concurrere qualitates, cùm in pauco tempore nemo præsumatur multa didicisse. cap. tam literis. de in integ. restit. ideo glo. pragmaticæ in verbo, præcipitat. tit. de colla. §. item vt de cætero floreãt. arguit cõtra doctores momentaneos qui præcipitanter promo-
12 uentur. † Prætereà doctor habet hodie iurisdictionem ordinariã inter suos scholares, auth. habita. C. ne filius pro patre. & not. plenè Panor. in c. cùm contingat, & in cap. si diligenti de foro cõpeten. Et certum est, quòd pupillus nõ potest esse iudex ordinarius, neque delegatus. l. cùm prætor. ff. de iudic. & di-
13 cto cap. cùm vicesimum. de offic. delega. † Vnde non immeritò statuit papa Paulus ij. quòd nullus fieret protonotarius, nisi vigesimum annum, aut si esset de sublimioribus, vel filiis aut nepotibus principũ. xvij. annum peregisset. Tales enim minores nec habitum sumere, nec rochetum gestare audeant, nec præeminentiam sibi iure officij vendicare, nisi vigesimum annum habuerint. Et quod à die promotionis infrà annum ad ordinem subdiaconatus ordinarentur.
14 Nam † cùm sint papæ notarij, xij. q. ij. cap. ij. & capi. cùm redẽptor. v. q. j. & not. gl. in cap. scriptum. iuncta suprascriptione. de ele. Tales habere dicũtur dignitatem. l. maximarum. C. de excu. mune. lib. x. & l. j. C. de manda. princ. De isto protonotariorum officio, & qualiter & à quo fuerũt primitus instituti, habetis bonam glo. pragmaticæ super verbo. protonotarios. tit. de causis. §. si verò quispiam. Similiter de-
15 cidit Bar. in d. l. impuberem. ff. de fal. † quòd pupillus creari non potest notarius, etiam cũ hoc, ꝙ officium exercere possit, quando erit maior, nec tenere potest dignitatẽ cum administratione, d. l. cùm prætor. Sed de adulto xxv. annis minore dubitatur, an possit do-
16 ctorari. † Et *communis conclusio* est, quòd adultus xviij. annorum doctorari possit, exemplo Neruæ filij qui anno ætatis suæ xvij. publicè de iure respondit. l. j. §. pueritiam. ff. de postu. vbi glo. expressè dicit docendo vel disputando. Ad hoc facit. l. si seruum Stichum. §. sequitur. ff. de verb. obl. vbi Celsus adolescens de iure respondebat: imò patrem in iure multoties reprehendebat. l. dedi. ff. de condi. cau. data. Similiter de seipso dicit Barto. in l. quidam cùm filium. iiij. col. ff. de verbo obli. ꝙ xiij. ætatis suæ anno sub domino Cy. iura ciuilia audire cœpit, & taliter profecit ꝙ in xix. publicè de iure respõdit. & demum in xxj. anno doctor effectus fuit. Angel. in dicta l. j. §. initium autem. ff. de postulan. refert Bal. germanũ suum in xv. anno repetiisse. l. centũ Capuæ. ff. de eo quod certo loco. Refert etiam idem Ange. l. si quis acccepto. ff. de cõdi. causa data. illã legem subtiliter fuisse datam Bal. pro puncto suo in examine priuato, de cuius doctoratu loquitur Bart. in l. quoties. §. si duo. ff. de hæredibus instituendis. & anno sequenti ipsum Angel. audire leges, taliter quòd viginti annorum existens scholaris cœpit aduocare, & in xxiiij. doctor factus legere cœpit. Paulus in l. fi. ff. de condi. indeb. & Ioannes Bap. de sancto Seuerino in l. frater a fratre. illo eodem titulo, dicunt quòd Bald. semper in omni lectione studere cõsueuerat duabus horis: tamen dum legere voluit dictam l. frater à fratre. studuit quinde cim diebus. De eodem loquitur Paul. in l. de tutela. C. de in integ. resti. minorum. dicens Bal. frequenter variasse ex nimia subtilitate ingenij sui, non tamen malitiosè. Obiit autẽ idem Bal. in mẽse Aprili, anno domini M. cccc. sepult' Papiæ, in cõuentu fratrũ minorũ, eodémque anno decessit Ang. eius frater. Vnde per illũ tex. in d. §. pueritiã. dicit Ang. probari, ꝙ doctor. xviij. annorũ habebit iurisdictionẽ in suos scholares. quod etiã tenet ibi Bar. facit d. l. quidã consule-
17 bant. & l. cum lege. ff. de arbi. Minor † autẽ xviij. annorũ doctorari non posset, per iura suprædicta: inde refert Bal. in l. j. §. interdum. ff. de legi. tut. quòd Cernoto filio domini Accursij volenti ad doctoratum promoueri opponebatur, quod erat minor xviij. annorũ. Et sic nõ poterat esse doctor. Cũ doctor habeat inter scholares suos iurisdictionẽ. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & in proœmio Digestorum. in fine. quam habere non potest minor xviij. annis, qui iu-

dex esse

dex esse non potest, nec doctor, secundum Ioan. Fab.
18 Inst. qui & ex quibus cau. ma. nō pos. §. fi. †quod est
verū, nisi esset talis, qui in ætate iuniori esset scientiæ
eminentis. Quo casu propter eius excellentiā & emi
nentē scientiā recedi posset à iure cōmuni, & etiā ab
statuto ciuitatis, per tex. sing. in l. sed & reprobari. §.
amplius. ibi. Valde tamē disciplinis instructos. ff. de
excu. tut. vbi dicit Bal. q̄ propter eminentē scientiam
viri receditur ab statuto ciuitatis aut municipij, nec
immeritò. Quoniā vt dicit Hermegistus, magnū mi-
19 raculū est homo & animal honorandū. †Hic anima
intellectiua in naturā Dei trāsit, quasi ipse Deus sit:
hic per naturā animæ diis est coniūct⁹, hic dæmonum
genus nouit, terrā colit, elementis cōmiscetur, acumi
ne mētis in maris profunda descēdit. Cœlum quod
videtur altissimum, animi sagacitate metitur, intentiō
nē animi eius nulla caligo aëris cōfundit, nec terræ
densitas eius operationē impedit, non aquæ pro-
funditas aspectū eius obtundit. Et Papias hominem
sic diffinit: Homo, inq̄t, est animal rationale morta-
le, disciplinæ sensūsq; capax: qui ingenio valet, arti-
bus pollet, & cognitione rerū. Aut quod agere debet
eligit, aut animaduersione quod inutile sit contēnit,
vt refert pulchra addendo Archi. xiij. q. ij. in ecclesia
☞ stico. & Mercurius Trimegistus [Hic primus fuit
qui leges Aegyptiis tradidit. vij. dist. c. Moyses.] è se-
ptem sapiētibus vnus ad Tauciū filium: Age, inquit,
fili, & circunspice humani corporis opificium, cuius
admonitione perdisce, q̄s tā pulchræ imaginis com-
ditor, quis oculorum pictor, q̄s nares auresque orna-
uit, quis labia distendit oris, quis neruos tetendit atq;
legauit, quis irrigauit venas, quis ossa congessit soli-
da, quis carnē pellicula tenui circumeunte contexit,
quis digitos articulis discreuit, quis fundamenta pe-
dū extēdit, quis perforauit poros, atque meatus ape-
ruit, quis splenem coëgit atq; compressit, quis pyra-
midem impresit cordi figurā, quis pulmoni sculpsit
fistulas, quis honorāda corporis membra in propatu-
lo esse voluit, quis obscœna in obscura prorsus abdi
dit, caque ab aspectu cernentiū voluit secreta iacere.
Vide quot diuinæ artis opera in vna eadémq; mate-
ria demōstrantur. Singulaque pulchra rectáq; dimē-
sa ac in suis propriis officiis differētia. Quisnam sin-
gula finxit, quis tam pulchræ imaginis opifex: an ve
tus ille Demogorgō, an falcifer Saturnus, Cretensis
ne Iupiter ista compegit? an Iuno? an Prometheus
ille Ouidianus ex luto effinxerit. Si secūdū rectæ ra-
tionis dictamen respondeamus, id certè dixerimus
ipsum inuisibilē Deū prouidentiā ipsam æternā quæ
Promethei nomine designatur: nō solū hominē, sed
& cuncta esse participanda propria volūtate fecisse.
Ex quo bonitas Dei clarè cognoscit à creatura mun-
di, præsertim ab homine: quē oēs Microcosmū vo-
cāt, i. minorē mūdū, velut omni creaturæ communi-
cantem. quem Ouid. lib. j. Metam. mundum melio-
rē appellauit, & à Deo solo creatū cognouit dicens:

Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Idē poëta sentit dum in Geor. dixit, Cœlestísque illi
origo est. Videatis gl. insti. de iure natu. in fi. videatis
quæ de intellectus nobilitate & excellētia dixi super
verbo, *Testamentum.* ij. circa fi. Et præcipuū habet in
ter cætera animalia, q̄ licet omne animal ictum ful-
mine intereat, Homo tāmē non semper interit, imò
percussus euadit sæpissimè. Anchisen enim fulmine
afflatum fuisse legimus, cùm apud Verg. de se dicat:
Me diuūm pater atque hominum rex, Fulminis afflauit
ventis, & cōtigit igni &c. Et tamen longo post tēpore
superstitē permansisse. De cuius fulguris duplici spe
cie habeē lib. iij. Metheororū viij. c. super quo addi-
tū est, q̄ de auib. nunquā fulmine percutitur aquila,
quæ ales Iouis armiger dicitur, vt eius fulmine non
feriatur. De quadrupedib⁹ etiā nunquā feritur vitu-
lus seu bos marinus, nec de ramis laur⁹. hinc legitur
Tyberius Cęsar lauro coronari solit⁹, & tentoria ex
vitulorū marinorū pellibus cōposita subire, vt illo-
rū præsidio à fulmine tutus esset tēpore tonitruorū
& fulminū, quæ supra modū formidabat, vt etiā re-
fert Ant. in j. parte historiali. tit. vj. & c. xxj. §. j. Cæte-
ra omnia quæ feriūtur fulmine, irremediabiliter in-
tereunt: sed homo fulmine ictus non semper interit,
nec feriet si consilio Tiberij vtatur. De excellētia ho
minis masculi & fœminę habetur Eccl. xvij. Creauit
illis scientiā spiritus: sensu impleuit cor illorū, & ma
la & bona ostēdit illis. posuit oculū ipsorū super cor
da illorū, ostēdere illis magnalia operum suorū &c.
Vociferat similiter prophetarū ille eximius Psal. viij.
de hominis excellētia sic dicēs: Minuisti eum paulo-
minus ab angelis, gloria, & honore coronasti eū, &
cōstituisti eū super opera manuū tuarū. Omnia sub-
iecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insu
per & pecora cāpi, volucres cœli & pisces maris, qui
perambulāt semitas maris. quod non intelligitur nisi
de Christo. secundum qd̄ declarat Apost. ad Hebr. ij.
Et de quolibet alio iusto, sapiente & excellēte viro,
iuxta illud Danie. xij. Fulgebunt iusti quasi stellæ, &
intelligētes, id est docti: quasi firmamētum. Quia vt
dicit Apul. lib. de deo Socratis, Nihil est Deo gratius
☞ & similius, quàm vir animo perfectus. [Vnde Matt.
Bossus in ij. parte epist. xl. incip. vt olim Hieremias
&c. Summi, inquit, viri idémq; optimi, hoc cōmune
cū Deo felicitatis habēt, à quo potestatē acceperūt,
vt facilè possint malū in bonū cōuertere, & perpe-
rā acta corrigere. & epistola seq. Maximum quippe
est, & diuinis laudibus proximum, malū in bonū re-
uocare, atq; cōuertere. [Et Sapiētiæ ij. dicitur: Crea-
uit Deus hominem inexterminabilem, & ad imagi-
nem similitudinis suæ fecit illum: cui concordat tex.
in l. si quis in metallum. C. de pœnis. & l. iustissimè.
ff. de ædil. edi. Quod patēter Deus ostendit, cùm pro
humani generis redemptione de summis cœlorum
ad ima mundi descendit, & tandē non dubitauit ma-
nibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum,
20 cui laus &c. †Excellentia ergo alicuius viri in ali-
qua virtute est iusta & rationabilis causa transgre-
diendi legē, & recedendi à dispositione iuris cōmu-
nis vel statutorū ciuitatis. Hinc dicit Lud. in l. cùm
quid. ff. si cer. peta quòd licet secundum statutum Bo
noniæ minor xxv. annis habere non possit lecturam
ordinariam, tamē semel fuit ab illo statuto recessum
propter excellentiā cuiusdā iuuenis, per d. l. sed & re-
probari. ff. de excu. tut. Quę excellētia dato concur-
rēte est probanda per xv. testes, & nō minores. tex. est
sing. in l. vnicuique. C. de proximis sacrorum scrinio
rum, lib. xij. secundū Ias. in d. l. cùm quid. iiij. col. Et
ad hoc, scilicet, q̄ excellētia personæ talia contra ius
commune operetur: facit quòd decidit singulariter
Spec. tit. de instru. edi. §. fin. vers. Sed quid si debitor.
vbi dicit, q̄ post renūtiationem factam productioni
testium, adhuc posset iudex recipere testes legalissi-
mos, puta religiosos deuotos propter eorum legali-
tatem & sanctitatem. etiam dicit singulariter Bald. in
cap. præterea, de testi. cogē. q̄ pars quæ est bonæ &
legal s vitæ ac magnæ opinionis, potest post didicita
testificata producere testes cōtra regulam iuris com

munis

munis. Et teſtis etiam laudabilis vitę poterit dictum ſuum corrigere ex interuallo. Tamen idem Bald. in Auth. at qui ſemel. C. de proba. tenet cõtrarium, quã tumcunq; fuerit teſtis ſanctæ vitæ Ad hoc facit elegans dictum Spec. tit. de iudi. deleg. §. ſupereſt verſi.
21 Quid ſi conſanguineus. vbi dicit †quòd ſi cõſanguineus talis vitæ de quo non ſit cõtra eum ſuſpicio, poteſt eſſe iudex in cauſa cõſanguinei ſui, putà, ſecundum eum, ſi ſit monachus ordinis Ciſterciẽ. vel Cartuſien. argu. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Idem quòd poſſit eſſe teſtis pro conſanguineo, tenet Fel. in c. cùm oporteat. de accu. Ideo notabiliter decidit Imo. in c. cùm R. canonicus. de offi. deleg. ꝙ frater quãuis laicus multum notæ & ſpectatæ fidei admitteretur in teſtẽ pro fratre vel alio ſuo cõſanguineo. Et idem ſi religioſus foret ſanctæ Mariæ in mõte Oliueti: quoniam tali nihil diminueretur de fide. facit textus in cap. in literis. in fin. de teſti. facit quod decidit Spec. titu. de ceſſio. actio. §. j. verſ. ſed nunquã ratione conſanguinitatis. Quòd licet vendẽs actionem alteri maximè potentiori puniatur, vt l. ab Anaſtaſio. & l. per diuerſas. C. mand. & ne liceat potẽ. p totum, quia cẽſetur in ſui aduerſarij fraudem actionem vendidiſſe, tamen hoc impunè fieri permittitur ei qui honeſtus homo & bonæfidei eſſe conſueuit: quia tunc præſumptio fraudis ex ſui honeſtate tollitur: Ita quòd amplius hoc in fraudem feciſſe nõ preſumitur, ſed quia lites execrabatur, malens toto vel parte debiti carere, quàm ſe litibus implicare, arg. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. item ſi res. §. ij. Vlterius ad prædicta facit qđ decidit Anto. de But. in c. poſt re-
22 mò. de appel. †quòd coniunctus impetratus in iudicẽ, ſi eſt homo magnæ ſanctimoniæ, recuſari nõ poteſt: quia propter eius ſanctitatem non præſumitur, quòd deuiet à ſemita veritatis & iuris propter ſanguinem. facit quod decidit idem de But. quẽ ibi Fel. ſequitur in c. ij. v. col. de probat. quòd licet vbi ſtatutum, vel conſuetudo reſtrinxit facultatem probandi ad certum modum, putà per ſcripturam tãtùm: quo caſu probari non poteſt niſi per ſcripturam, attamẽ probari poterit per teſtes legaliſſimos. Pariter quauis contra iudicem probari poſſet iuſta cauſa inimicitiæ, propter quam recuſari de iure cõmuni poſſet vel à teſtimonio repelli, tamen non repelletur, ſi eſt homo magnæ ſanctimoniæ, ſecũdum Barb. in c. j. de iudi. Etiam dicit gl. ſuper verbo, Tenebras. in c. conſuluit. de offi. deleg. valere proceſſum in tenebris de nocte factũ, ſi iudex honeſtus ſit. Pro quibus omnibus prædictis & ſequentibus habetis text. egregium
23 in c. in noſtra præſentia. de procura. †Facit quia licet iuuenis de nocte reper' in domo, vbi eſt pulchra puella, pręſumatur eo ſolo ibi eſſe cauſa libidinis exercendæ cum ea, ſecundũ Bar. in l. ij. ff. de fur. de quo per Panor. in ca. præterea. de teſti. Tamen ſi religioſus honeſtæ vitæ ibi reperiretur, etiam loquens cum puella non præſumeretur ibi eſſe cauſa libidinis, ſed impendendæ benedictionis. ita dicit glo. ſingul. in c. abſit. xj. q. iij. videatis quæ circa hoc dixi ſuprà in verbo, *duas habens filias*. in iij. caſu fallentiæ, tractando materiã pacti de ſuccedendo. Ad hoc facit, quod dicit Bal. in l. vniuerſi. C. de vect. & commiſ. vbi dicit quòd bonus vir eſt maximum iudicium, vt credatur eius iuramento. imò dicit glo. ſing. in l. Titio fundus. ff. de cõdi. & demon. ꝙ dictum boni viri præbet aliis iuſtam cauſam credendi ſic eſſe. Facit etiam, quia licet non præſumatur de mandato gerẽtis ſe pro procuratore alterius: adeò quòd emens rem ab alio tanquam procurator, non conſtito de mandato, ſemper præſumatur eſſe malæfidei poſſeſſor, ſecundum Bal. & Sali. in l. j. C. de rebus alie. non alienan. & Bal. in l. ij. C. ſi ex fal. inſtr. Tamen de bonafide emptoris preſumeretur, ſi ille vẽditor nomine procuratorio vẽdens, & procuratorem ſe aſſerẽs, aut mediatorẽ, fuerit tẽpore illo perſona valde digna & excellẽs. Quia tunc emptor tanquam bonæfidei poſſeſſor rem præſcribere potuit, ſecũdũ Bar. ſingulariter in l. qui fundum. §. fin. ff. pro emp. & ſentit Bal. in d. l. j. de rebus alie. non alienan. Facit memorabile dictum Hoſt. in c. finem. de dolo & contu. vbi dicit, ꝙ ſi litigãs ſit homo magnæ & approbatæ fidei & vitæ, non debet in expenſis condemnari, ſi victus fuerit in lite, cum non ſit veroſimile, ꝙ calumnioſè litigauerit. Nam tales perſonæ ſemper præſumuntur iuſtam litem fouiſſe ſecundum gl. in verbo, ſi ſcirẽt. in c. expedit. xij. q. j. Facit text. no. in l. ſi à bonæfidei. in verſi. nam ſi integræ opinionis. ff. de rei vẽdi. per quem dicit ibi Ang. ſe obtinuiſſe, vt abſolueretur. Poteſtas qui traditum ſibi nobilem magnæ & ſpectatæ fidei nõ ſic diligẽter cuſtodiuit, ꝙ aufugit. Facit text. in c. ſignificãte. ibi, fidelẽ nuntium. de pigno. & in l. actioni redhibitoriæ. ibi quod antè non fugerat. ff. de ædi. edicto. Quod ego ſemper intellexi verũ, niſi traditus commẽtarienſi expreſſè ei traderetur ad malam manſionem, id eſt, clauſum & ſtrictum carcerem, vel tacitè, putà, quia traditus erat, vt ab eo quæſtio haberetur, & torqueretur, vel iam dãnatus ad mortẽ vel aliam pœnam corporalem. Quo caſu non excuſaretur, ſi miſericordia ductus eum ſoluerit, id eſt, liberiorem tenuerit. Hoc enim dolo proximum eſſe prætor arbitratur: quia cùm ſciret cui rei pararet, intẽpeſtiuè miſericordiã exercuit: cùm poſſet non ſuſcipere talẽ cauſam magis quàm decipere, vt dicit text. aureus in l. ſi hominẽ. ff. depoſi. Idẽ quòd Ang. aut ſaltẽ ſimile cõſuluerat Old. cõſi. xcij. inci. res habebat & c. vbi dicit cuſtodẽ caſtri non teneri de proditione ſubſtituti, ſi nobilẽ & honeſtum ad cuſtodiam ſubſtituiſſet, & virum integræ famæ. Facit tex. ſing. in c. ſtatui
24 mus. §. his omnibus. lxj. diſt. †vbi propter ſupremam ſanctitatem laicus eligi poteſt in epiſcopum, vt beatus Nicolaus, etiã beatus Seuerus ex lanificio aſſumptus fuit in archiepiſcopum, & Beatus Ambroſius priuſquam baptizaretur in archiepiſcopũ eſt electus, vt ibi. Facit quod not. Bald. in l. legitimos. ff. de legitut. vbi dicit, ꝙ tutor legitimus ſi eſt perſona multũ fida & honeſta, ſatiſdatione exoneratur. Facit dictũ Paul. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ. §. fin. per illum
25 tex. in fin. ff. de verbo. oblig. vbi dicit, †quòd pauper non poſſidẽs immobilia, ſi ſit multum fidelis, & conſuetus ſeruare promiſſa, eſt idoneus fideiuſſor. contra tex. in l. ij. ff. qui ſatiſd. cog. Facit dictum Bal. in l. abſtinendum. C. quorum appel. non recipi. vbi dicit, ꝙ qui tenẽt ſatiſdare, & dare pignora, vel fideiuſſorẽ, ſi fuerit honeſtę vitæ, & probatæ fidei, admitti debet cum iuratoria cautione, per glo. ſing. in l. j. ff. de ritu nupt. volentem, quòd virtus hominis ſufficiat pro ſatiſdatione. quod ſummè not. Bal. in c. j. de iudi. Facit text. ſingularis in l. ad beſtias. ff. de pœnis, vbi dicit, quòd ob ſingularẽ hominis ad mortem cõdemnati induſtriam, differri debet executio capitalis, donec principi ſupplicatũ fuerit, ꝙ ei remittat pœnã. Facit quod per illum text. decidit Pano. in d. c. niſi eſſent. iij. col. de præbẽ. vbi dicit, ꝙ licet à partibus nõ poſſit tranſactio ortum habere, vt in ſpiritualibus à lite recedatur aliquo tẽporali dato, etiã pro expenſis factis, licet

ctis, licet ꝓ bono pacis fieri dicatur, cùm ius præsumat, ꝙ potius capiat pro iure spirituali: attamen si talis trasactio seu compositio ortum habeat à tali Iudice, qui circunspectus est & honestus, talis cõpositio toleratur secũdum eum. facit quod decidit Petr. de Ancha. consil. cclxxx. & ccclxxxix. Facit decisio Bald. in l. si quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de edẽ.

26 † vbi dicit dictum testis infamis, vel aliàs minùs idonei posse sustineri, vbi concordat cum teste clarę vitæ & honestatis, idem dicit Sali. in l. in bonæfidei. C. de rebus credi. Ange. cõsi. j. & Fely. in c. j. de pręscri. & in c. nobis. de simo: Et sic excellẽtia personę operatur nedum quo ad se, sed etiam quo ad cõsortem, 32 in quo verificari potest quod diuinus ille Bal. in cap. j. de renun. dicit, quòd fama vnius boni viri est vmbra gratissima, sub qua multi quiescunt. Facit quod no. Innoc. in c. ij. de dila. vbi dicit, ꝙ licet dilatio habens prima facie iniustitiam in se, sit nulla: tamen valida erit, si iudex honestus & valde circũspectus eam decreuit. Et inde dicit idem Inno. in c. j. de cle. peregri.

27 † quod ordinatus ad certem ordinẽ per episcopum multum prouidũ & honestũ, præsumitur alios præcedẽtes habere ordines: quia nõ est verosimile, quod tãtus vir eum ordinasset per saltũ: quæ omnia sequitur Panor. in d. c. nisi essent. & Fely. in c. sicut xiij. colum. de re iud. & ratione personę pręsumitur de solẽnitate extrinseca. Facit dictũ Bal. in l. vnica. C. de cõfes. vbi dicit, ꝙ si mercator est nobilis, & fide digna persona, plenè creditur libro suarũ rationũ quãuis priuato, scilicet in parua quantitate, quod sequitur Panor. in ca. bonæ. lo. ij. in fin. de postu. præla. Et 33 sic nõ abs re cõsuluerunt plures, quos Fely. sequitur

28 in c. veniẽs. ij. viij. col. de testi. † ꝙ creditur sacerdoti fide digno, si dicat per morientem licentiam sibi datam reuelandi confessionem. Facit quia licet præsumatur de falsitate in testes deponẽtes contra verosimile, tamen cessat illa præsumptio vt eis credatur si tales existant, qui multum sunt fide digni, per tex. in c. quia verosimile. de præsum. quẽ Panor. & Fely. ibi dicunt not. Facit quod singulariter decidit Barba. in

29 repete. rubr. s̃. de fide instru. xxxv. col. vbi dicit, † ꝙ notarius qui in instrumẽto inserere omisit ea, quę sibi ex officio incumbebant, puta locũ & tempus, non tenetur de falso, si sit excellens persona. Vltimò facit, quod dicunt doct. in c. nullus. xxxviij. q. j. vbi volunt, ꝙ licet sit peccatum mortale sumere medicinã à Iudęo medico, tamẽ nõ est peccatũ, si talis Iudæus cæteros ciuitatis, vel patriæ medicos in arte excelleret medicinæ, & experientia. Quia secundum Bal. in d. l. sed & reprobari, propter eminentem scientiã relaxatur legis dispositio, quod sequitur Fely. in c. j. de 34

30 Iudæ. † Ego autem consulerem Iudæis quantũcunque in arte peritis fidẽ nõ adhiberi: quoniã hoc colore deceptus olim fuit Carolus Caluus Francorum rex filius Ludouici Pij, & Caroli magni nepos. de quo Gagui. lib. v. Rebus, inquit, quarũ gratia Carolus Romã petierat insolutis, febre afficitur. Erat Iudæus medicus Zedechias nomine, imperatori propter eius peritiã perfamiliaris: qui vel religionis Christianæ odio, cui maximè infensi Iudæi sunt, motus, vel corruptus fortè pecunia potionem Carolo propinandã miscet, qua epota Carolus omnib⁹ membris ita defectus est, vt aulicorum ministerio in cubiculum de-

31 latus, duodecimo pòst die interiit. Hæc ille. † Aliter & aliàs homini excellẽti præsertim literarum claritate præfulgenti, & bono deferendũ est, prout exemplo nobis olim tradidit Athenarum excellens curia in persona Xenocratis Philosophi, cui testimonium reddenti propter eius sanctitatẽ iuramentũ remiserunt, soli eius verbo credentes, quod sibi iudici ú sq; suis nunquã remiserant. De quo Valer. lib. ij. c. v. tit. de maiestate. in fi. sic dicit. Quantũ portò honoris Athenis Xenocrati sapiẽtia pariter ac sanctitate claro, tributũ est, cùm testimonium dicere coactus ad arã accessisset, vt more eius ciuitatis iuraret omnia se verè retulisse: vniuersi iudices cõsurrexerunt, proclamarúntque ne iusiurandũ diceret: quódque sibimetipsis postmodũ dicẽdæ sentẽtiæ loco remissuri non erant, syncerati eius concedendum existimarunt.

† Pariter senatus Romanus cùm Metellus consul Numidicus vitæ probitate conspicuus, lege Iulia repetundarũ accusatus literis sigillatis, i. libello solẽni etiam iudicio accusatorẽ repulerunt, nec audire voluerunt, quia super bene vixerat. De quo idẽ Valerius alleg. ti. in prin. sic dicit. Nam quid plus honoris tribui potuit consulibus, quã est datum reo Metello, qui cũ causam repetundarum diceret, tabulæq; eius ab accusatore expostulatæ, & ad nomen inspiciendũ circa iudices ferrentur, totum consiliũ ab earum cõtemplatione oculos auertit, ne de aliqua re quæ in his relata erat, videretur dubitasse: non in tabulis, sed in vita Quinti Metelli, argumenta syncerè administratæ prouincię legẽda sibi iudices crediderunt: indignũ rati integritatẽ tanti viri exigua cera & paucis literis perpendi. Hęc ille. Ex hoc concludẽs accusationem vel aliam querelã non esse faciliter cõtra approbatum virum recipiẽdam, qui semper antè bene vixit. † Prout à simili nobis etiam ostendit magnus ipse Alexander, qui cùm Thebas igni & ferro militibus diripiendas concessisset, vnicã Pindari clarissimi illius philosophi domũ cremari vetuit. Et Marcellus captis Syracusis Archimedi philosopho pepercit, visa eius prudentia, qua floruit, vt lib. 8. c. 7. tit. de studio & industr. Valer. dixit. Pariter licet Dionys. tyrannus foret, Plat. sapientem honorificè susceperit, narrante Polycrat. lib. 7. c. 38. Platoni obuiam Dionys. tyrannum vncatam nauim misisse, Plin. refert: ipsumq; quadrigis albis egredientem in litore excepisse. Fertur & Mitridates Pers. rex eiusdem imaginem in academia locasse & ei inscriptam Mitridates Rodobati filius Platon. hanc musis imaginem dicat. Cneus Pompeius Posidonij domum intraturus lictorem, id est bidellum pæreuntem vetuit de more pulsare fores, sed consulares fasces ianuæ Philosophi inclinari submittíque iusit. Hypocr. quoque Pythagoræ discipulo, ob singularem doctrinam auxiliaq; medicinæ hominibus impensa, honores quos Herculi consueuerat, Græcia

34 dicauit. † Ideo consultissimè statuit & ordinauit [hęc ordinatio est hodie per dom. Aufr. situata in tit. de quæstion.] beatus Ludouicus quondam Francorum rex, anno Domini, M. ccliiij. quòd ad dictum vnius testis quantæcunque fuerit authoritatis nemo torqueatur pro crimine: licet contrarium sit de iure, per gl. sing. ab omnibus approbatam in l. 3. C. ad l. Iul. maie. quæ locum non habet, vbi de crimine conuentus fuit bonæ famæ & honestæ vitæ, vt in dicta ordinatione dicitur, quæ incip. Et quia in dictis seneschallis. Et in l. actioni redhibitoriæ, ff. de ædil. edi. probatur dicta ordinatio. Vnde non sine causa dicitur in l. scire oportet, ff. de tut. & cur. dat. ab his, quòd nec facultates neque sufficiens ita dignitas est, sicut bona voluntas & mores benigni: & alibi dicit text. in l. capitalium, in fi. ff. de pœn. quòd maiores nostri seuerius famosos, quam integræ famæ homines punierunt. Ex

BIU Cujas

quo verificatum resultat, quod scribitur Prouerb. xxij.c.melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Quod nobis patenter ostendit Ludouicus xj. regis nostri moderni genitor, sæpe plus debito asper, teste Gagui.li.x. ca.ij. Cùm Gulielmus quadrigarius Parisij præsul, & certi ciues tempore boni publici ad coniuratos principes sine eius assensu causa tractandæ pacis se contulissent, cæteris proscriptis: cum ipse homo integer, & sanctæ æstimationis haberetur, in eum temerè læuire tẽperauit. Hæc ille. Sic ergo à simili erit in casu nostro, q̃ propter singularem iuuenis industriam & eminẽtem scientiam recedi potest à iure cõmuni, & statuto ciuitatis, vel vniuersitatis, vt præmaturè & citiori tẽpore doctoretur. Nã possibile est, q̃ Deus alicui aperiat ingenium, vt in teneris annis dignè possit ad gradum ꝓmoueri doctoratus, vt dicit tex. in l.j. §. sed neque ex multitudine. C. de vete.iur. enucle. Hinc dicebat Accursius in l. Gallus Aquilius. in glo. super verbo, si filius. ff. de lib. & posthu. quãtò minores, tantò perspicaciores: & hoc etiam ibidem notat Bar. & facit quod dicit tex. in l. præcipiũt. ff. de ædi. edict. nouitia mancipia aptiora & dulciora, & ad omne ministeriũ habiliora, iuxta illud Psalm. xviij. Testimonium domini fidele, sapiẽ
35 tiam præstans paruulis: † Nec mirum, quia quod fortius est, aperuit dominus os asinæ Balaam, & locuta est. Nume. xij. Pariter, Caio Volumnio, & Seruio Sulpitio Romę consulibus, inter initia motúsque bello rum, Bos mugitu suo in sermonem humanum cõuerso, nouitate monstri, audientium animos exteruit, vt lib.j.ti. de prodigiis refert Valerius. & erat bos femella. i. vacca, vt omnes interpretãtur, quod factum fuit bello Punico ij. Cui astipulatur Augustinus lib. iij. de ciuitate Dei. Omitto, inquit, boues locutos, infantes nõdum natos de vteris matrum quædam verba clamasse, volantes serpẽtes, simias & callias in homines & masculinum sexũ fuisse conuersas. Et anno obitus Iulij Cæsaris bos etiam locutus fuit aratrum trahens, vt refert Aurelius Augustinus eo. lib. iij. de ciui. Dei. c. xiij. vnde in cap. si habes. xxiiij. q.iij. dicit idem Aug. Paratus sum addiscere ab anniculo. facit c. esto subiectus. xv. di. & c. nolite. xj. di. Narrat ꝓfectò Gagui. lib. iij. c. ij. de filio Franciæ sic dicens: Rex Dagoberto cùm deessent propter vxoris sterilitatem liberi, cõcubitu virginis Raguetrundę filiũ marem Sigebertũ suscepit. Hic inter sacrosancti lauacri quas sacerdos Amandus enũtiat orationes, dum nemo de more Christiano, Amẽ, respõderet, infans ipse qui tantũ dies xl. natus esset cunctis tacẽtibus, Amen expedito sermone personuit. iuxta illud quod apud Psalmistam dicitur, Psal. viij Ex ore infantium & la-
36 ctãtium perfeciſti laudẽ propter inimicos. † Solinus pariter Aurelio Augustino referẽte, ac Plinio li. vij. c. xvij. de Zoroaste Bactrianorũ rege: quem nõnulli Chã Noë filiũ existimãt, sic scripsit, Nascentium vox
☞ primus vagitus est. [Denotans miseriam, quam nascendo ingredimur. iuxta iij. Esdræ viij. & facti sunt introitus huius seculi angusti & dolẽtes, & laborio-
☞ si. Pauci autẽ & mali, & periculorũ pleni labore manopere fulti. Et finaliter nomẽ nostrum obliuionem accipiet per tẽpus, & nemo memoriam habebit operũ nostrorũ. Sapi. ij. De Vergilio refert Plutarchus q̃ cùm à matre Maia editus fuisset, nõ cæterorũ more vagijt, sed adeò miti vultu visus est, vt haud dubiã spem prosperioris genituræ indicaret: de quo latius scripsi super verbo, *Guidam Petro tradiderunt.*] Lætitiæ enim sensus, scilicet risus, & cętera lætitiæ signa differuntur in lxij. diẽ. Vnum tamen nouimus Zoroastem, videlicet eadem hora risisse qua fuerat natus. Nec quicquã boni risus ille secundum Angu. prætẽdebat, Hunc ferunt primæ artis magicæ inuẽtorem, septémq; liberales artes primũ indagasse, cuius librũ Ninus secundus Assyriorum rex, eo posteà superato & interfecto exuri mãdauit. Sic etiã Saloninus Pollionis ducis exercitus Germanici filius, vbi primùm natus fuit, imò nascẽdo ridere cœpit: ex quo risu cum eius parẽtes valde tristes essent, notãtes aliquod in tali risu malũ præsagiũ, Poẽta omnia in bonã partem interpretans, volẽs eos cõfortare, eísque blãdiendo & Cæsari, & etiam qnia rogatus à populo prophetiam Sibellæ Cumanæ interpretari, quæ per eam de Christo facta fuerat, fecit Bucolicorũ eclogam quartam: in qua carnẽ per Sibyllam de Christo factum attribuit huic facto, dum in principio dicit:

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo &c.

Et quia etiã naturale est, quòd sicut maiores cognoscuntur per sermonem, ita pueri per risum, quando rident ad illos quos cognoscunt. Ad quod in fine dictæ Eclogæ concludit:

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

Quasi dicat, quòd per risum Saloninus paruus puer ridendo lætificare debebat parentes suos, dando eis spem boni ominis, & tollendo suspicionẽ mali præsagij: quod re vera cessauit, quia paulò pòst puer decessit. Etiam Fasciculus refert temporum, tempore Leonis primi papæ sanctissimi terræ motum maximum fuisse per quatuor mẽses apud Cõstantinopolin: quo vigente infans dixit vt cantaretur: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis misere nobis, & sic cessauit: q̃ posteà cõfirmatum in Calcedonẽsi synodo fuit. Quinimo aliquibus miraculosè ita accelerantur actus naturæ, quã antequam nascãtur opera notorum exerceãt, vt de Gorgia Epirota Valerius refert lib.j. titu. de miraculis. in hæc verba: Gorg ę quoq; Epyrotę fortis & clari viri origo, qui in funere matris suæ vtero elapsus inopinato vagitu suo lectũ ferẽtes cõsistere coẽgit, nouumque spectaculũ patriæ prębuit. Nõ tantũ ex ipso genitricis rogo lucẽ, sed etiã cunas assecutus. Eodẽ ęnim momento tẽporis altera iam fato functa parit, alter antè elatus q̃ natus est. Hæc ille. Nónne beatus etiam Nicolaus à die natiuitatis suæ ter in septimana ieiunauit? adeò q̃ diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, semel in die vbera matris sugere cõtentus fuit. Imò aliquoties ita acceleratur (quod plus est) vsus rationis ac liberi arbitrij, q̃ nedum nati, sed in vtero adhuc existentes opera exercent virorum sapientium, prout de Ioanne Baptista legitur Lucæ j. dũ dicitur, Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Cum enim virgo beata eã, scilicet Elizabeth grauidã salutasset, beatus Ioannes iam spiritu sancto repletus sensit filiũ Dei venire ad se, & præ gaudio in matris vtero exultauit, tripudiauit, & motu salutauit, quẽ voce nõ potuit. ha
☞ buit enim gratiã qua in vtero sanctificatus fuit. [De quo habetur j. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.* circa prin.] vnde fuit antè sanctus quã natus. Super quo Chrysost. eũ plusquã prophetã ostendere volens dicit: Prophetæ est ꝓ merito cõuersationis & fidei prophetiã accipere. Nunquid prophetæ fuit, vt prius fieret propheta quàm homo? vt impleretur q̃ de ipso dictum erat Hiere. j. Priusquã te formarẽ in vtero, noui te, & antequã exires de ventre, sanctificaui te. Quid de gloriosa semper virgine Dei genitrice

Maria

BIU Cujas

Maria piè credendum sit, docet Albertus magnus super illud: Missus est Gabriel Angelus. Dicens in ea tam fuisse vsum rationis in vtero existente à die suæ benedictæ cõceptionis acceleratũ, ꝙ de his quæ Dei sunt, plus sciuit quã omnes philosophi, doctores, & theologi vnquã sciuerint, ob gratiæ plenitudinẽ sibi à Deo collatam. Quoniã si Ioannes in vtero existẽs Christũ cognouit in vtero existentem, & ei reuerentiam exhibuit, vt in euangelio habetur: quantò plus habere meruit illa plenitudine gratiæ decorata in cognitione diuinorum: subiungens ibi, virginitatis priusquã nasceretur votũ fecisse, & suã Deo virginitatẽ dedicasse mẽtaliter, & post natiuitatẽ vocaliter. Pariter vt in legenda Simonis & Iudæ apostolorum habetur: cũ filia cuiusdã ducis ex fornicatione cõcepisset filiũ, & parturiendo quendã sanctũ infamasset diaconũ, apostoli infanti eiusdẽ diei dixerũt Dic, infans in nomine domini, si iste diaconus hoc præsumpsit? ad hoc infans: Iste, inquit, diaconus castus & sanctus est, nec vnquã carnẽ suã coinquinauit. hæc ibi. Et hoc est quod dixit Christus, vt legitur Matth. xj. Abscõdisti hæc à sapiẽtibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nã spiritus vbi vult spirat, Ioan. iij.

☞ [Isto ann. domini M. ccccxiij. in prin. mẽsis Martij, nonnullis scriptum fuit Tolosanæ curialibus de multis quæ nouiter cõtigerũt, inter quę secũdus articu. talis est: Secundũ auditu graue, Caperatáq; frõtesublegendũ catenatim agglutinabimus. quod quia mirabile & inauditũ omnibus se offert, & prodigiosum nostro calamo declinatũ tibi perlegendũ delegaui. Rhodi nanque quæ Carpathij insula maris est, puer disparuit, qui vbi vitæ exegit mensem tam expeditè, Græce Latinéque & Hebraicè cœpit loqui, vt in quibuscũq; gymnasiis eruditũ fuisse omnes diiudicent. Hæc ibi.] Inde dicitur, ꝙ non fit iniuria maiori si à minore melius dicatur in iure. l. potiores. C. de offi. recto. prouin. quia sciẽtia est domũ Dei, secũdum glo. in c. forus. de verb. sig. quod dispensatur ꝑ volũtate & gratia largitoris, qui vt dictũ est, vbi vult

37 spirat. † Præterea sicut malitia supplet ætatẽ, nonne à fortiori dicere debemus, ꝙ scientia supplere debet effectũ ætatis? Est enim sciẽtia donum Dei. Nã Dauid ex gratia spiritus sancti donum sapiẽtię susc epit. Et sunt nõnulli, qui plus addiscũt in vno anno, quã alij in tribus: quia ingeniũ ipsorũ vtitur diplomate. l. continuus. ff. de verb. obli. Præsertim quãdo sunt iuuenes, quia ad discendũ sunt natura aptiores. l. prę cipiũt. ff. de ædil. edic. Nonne Ang. frater Bal. qui in xv. suę ętatis anno publicè, vt dictũ est, repetiit l. cẽtum

38 Capuæ. dignus erat doctoratu? † Similiter Barb. qui elegãter hoc c. repetiit ann. domi. M. ccccl v. quo ego Tolosæ natus fui, die beati Thomę in mẽse Decẽbri. Nunquid à doctoratu debuit repelli qui secũdo anno quo leges audire cœpit, publicè sub dño Ioan. de Ana. de iure respõdit in materia satis difficili. l. j. ff. de cõd. inde. Et anno tunc sequẽti: & sic in triẽnio fui studij ad legendum publicè conductus Bononiæ extitit, vt ipsemet testatur in d. c. cùm vicesimum. xv

39 col. de offi. dele, & in c. fi. in princ. de solu. † Absit, ꝙ tam excellẽtes viri propter ætatis defectum, vbi sciẽtia abundabat, & totius virtutis exercitatio à tã sublimi debita eis dignitate fuissent repulsi. Non profectò erant glorioſi illi iuuenes de his, contra quos exclamat glosa singularis in l. j. C. de tironibus. lib. xij. dicẽs. ꝙ vagus scholaris nũquã efficitur magister. & gl. singularis in l. j. C. de studiis libera. vrb. Ro. lib. xj. quæ arguit cõtra scholares audiendo lectionẽ ædificantes castra in aëre, ac connumerantes tegulas dom°. Et gl. singularis in c. qui arbitratur. de pœni. dist. j. clamat cõtra scholares dormientes in scholis durã te lectura. Pariter gl. sup verbo. Laboribus. in prœmio sexti, contra cholares irritatur, qui quãdiu sunt in studio & studere deberẽt, faciunt scribere libros. Et glos. in c. odi & eieci festiuitates. xxiiij. quæstio. j. singulariter insurgit cõtra scholares euntes ad ecclesias causa videndi dominas: & vtinam nõ respicerent puellas, de quibus scholastici sæpenumero somniãt: quia multum eas desiderãt. secundum Bald. in l. desiderium. C. depo. Sicut ad tribulos, quos diligit asinus sua somnia vertit. Contra scholarem glorioſum inanis gloriæ cupidum mouetur gl. in l. cũ ea. C. detrãsã. Et etiam Rapha. Fulg. in l. qui sub prętextu. C. de sacrosan. eccle. Inuehit contra scholares librum mittẽtes ad scholas, & ipsi remanẽt in lecto. Tales enim secundum Hosti. in c. j. de offi. primicerij. melius facerent, si se ac suos parentes inanibus sumptibus nõ vexarent: quia cogitare possunt, ꝙ licet quis possit per alium docere, non tamen possunt per alium discere. Ideo Goffre. & Io. And. in c. j. de sum. Trini. arguũt contra nobiles delicatos mittentes ad scholas repetitotes, & ipsi iacent in lecto. Puto quia tales præmaturè doctorari non possent: imò nec vllo tempore, sicut potuerunt præcedentes. A quodã scholari glorioso, non minus tamen ignaro, Abbas sancti Petri fundum, quem ei dederat ad fruendum, detecta eius ignorantia remouit: quia cùm iuisset ad palatiũ pro abbate, aliquid dicere nescíuit. Assignatio enim pensionis extraneo aduocato facta tacitam habet conditionem, si peritus existat ad defendendum dominum in causis suis, secundum Bar. in l. cùm quid. in fi. ff. si cer. peta. De quodam alio recitat idem Bar. quem habeo in quadã antiqua sua lectura, quæ non est in impressis, in l. fin. C. de epis. & cle. ꝙ reuersus à studio, & interrogatus super quodam facto, suam per illum text. fuit exorditus præfationẽ, Deo nobis auxilium præstante &c. Sed ad factũ nil de iure respondit. Ob quod derisus fuit. Sic profectò viuunt plures moderni scholares tempus consumendo, iuriloquium pro pulchriloquio relinquentes. Præfationes solùm impectorant. Sed de dispositiua & rationibus legum, &

40 canonum non curãt. † Vnum menti tenebitis, quòd si propter eminẽtem scientiã excellentémque virtutẽ minor xviij. annis doctoretur, licet possit de lege disputare, & cætera exercere: tamen iudex esse nõ poterit inter suos scholares, cùm minor xviiij. annis iudex esse non possit. d. c. cùm vicesimũ. & d. l. quidam consulebant. Similiter esse non poterit aduocatus, vt dicto §. pueritiã. quia posset aliis nocere suũ officium malè exercendo, & causas partium perdendo: sed non sic in doctore, qui nulli præiudicat legendo nec petere poterit restitutionem in integrum, cũ nõ præsumatur de sui facilitate & deceptione, qui ad tãtum gradum inter sapientes est assumptus, secundum gl. in l professio. C. de nume. patri. lib. x. vbi Andræ. de Barulo refert vidisse Ceruorum Accursij legum glossatoris filium in integrum restitutionem petentem, ab illo beneficio fuisse repulsum tanquam doctorem. Et maximè non restitueretur, si tanquam iudex minor ætate malè iudicasset per imperitiam. l. j.

41 C. qui & aduersus quos in integ. resti. † Ex prę missis infertur ad quæstionem quam disputauit Ioan. And. in addi. Spec. ti. de tu. & Dominic? in c. grãdi. de sup. negli. prę la. li. vj. Si pupillus est rex, an debeat nedum tempore pupillaris ætatis regnum gubernari per tu-

BIU Cujas

tores, vt dictum fuit ꝛ. ſed etiam poſt pupillarẽ ætatẽ debeat gubernari per curatores, an per ipſummet regẽ adultum. Videtur ꝙ adminiſtratio regni exerceri debeat per regem adultũ, nec videtur cogi habere curatorẽ. Inſt. qui. mo. tu. finitur. §. j. Nam quoties aliquis eſt capax alicuius iuris, officij, vel dignitatis, poterit omnia illa adminiſtrare, & in iudicio deducere ſine auctoritate alicuius per, ſe vel per procuratorem, dum tamẽ ſit pubes, quãuis ſit minor xxv. an. c. ex parte. iuncta glo. de reſt. ſpo. & c. fi. de iudi. li. vj. Cùm ergo dignitas cadat in tali cui iure ſucceſſionis regnum deſertur, ex quo eſt pubes, adminiſtrare poteſt. Quoniam idẽ videmus de muliere dignitatis incapace, quæ ratione dignitatis regiæ ſibi ex ſucceſſione delatæ iudicat. c. dilect. de arb. xij. q. ij. cũ deuotiſſimam. Rex enim propter multos ſibi aſtantes, & ꝓpter officia in eius domo ab antiquo ordinata errare non poteſt, arg. l. omnium. C. eo. ti. & c. j. de con-
42 ſti. li. vj. † Nec curatorem habere quis cõpellitur. Inſti. de cura. § inuiti. Maximè princeps, qui eſt legibus ſolutus, de iſto nẽpe dici poteſt quod ſcribitur Lud. ij. Puer creſcebat & cõfortabatur plenus ſapiẽtia, & gratia Dei erat cũ illo. Nã & Salomonẽ adhuc puerũ elegit Deus. j. Paral. xxix. iuxta illud Eccle. xxiiij. Poſuit Deus Dauid puero ſuo excitare regẽ ex ipſo fortiſſimum. & alibi legitur, Melior eſt puer ſapiens rege ſtulto. Eccleſ. iiij. c. Ex ſtudiis enim cognoſcitur puer. Prouerb. xx. Et ſuprà de præſump. c. ex ſtudiis. Nam dicit Nico. de Lyra. j Reg. xiij. Referẽs ibi
43 in princ. rationẽ Hebræorum, † ꝙ quando homo ad aliquod promouetur officium magnum, habẽs præſertim reipublicæ adminiſtrationem annexam, ſicut Saul, qui fuit electus in regẽ à Deo, ſimul ei datur gratia iuſtificãs, & ipſum diſponẽs ad tale officium gerendum. Circa quod ſciẽdum eſt ꝙ miſericos Deus humanam fragilitatem cognoſcens eſſe inexpertã & ineptam ad bellandum, & reſiſtendũ dæmoni infernali, de quo veritas diuina in Euangelio dixit, ꝙ nõ eſt poteſtas ſub cœlo, quæ cõparetur illi, quem alibi vocat principẽ huius mundi dicẽs. Venit enim princeps mundi huius, ſcilicet diabolus, & in me nõ ha-
44 bet quicquam &c. † Ne à tanto & tam forti principe, qui eſt Leo rugiẽs, quærẽs quem deuoret, natura humana in aliquo decipiatur, dedit vnicuiquc hominum vnũ Angelum magiſtrũ, directorem & conſeruatorem ſcientem omnia neceſſaria pro humana ſalute, quod eſſe verum etiam cognouerũt gentiles. Vnde Ariſt. in li. de ſecretis ſecretorũ ad Alexã. Neſcis, inquit, quod teſte Hermogene egregio doctore, duo ſunt ſpiritꝰ qui te cuſtodiũt, quorũ vnus ſtat ad dexteram, & alius ad ſiniſtrã cuſtodientes, & ſcientes opera tua, & referentes factori tuo quicquid feceris? Hoc ſolùm in veritate debet, ô Alexander, te retrahere ab omni inhoneſto opere. Hęc ille. Per quos Angelos intelligit vnum bonum, qui ſtat ad dexteram, & aliũ ad ſiniſtram, ſcilicet Angelum Satanæ,
45 quærens hominẽ tanquam Leo deuorare. Velꝛ quia erat rex, & prẽlatꝰ duos habebat bonos Angelos cuſtodes: quia certum eſt, ꝙ imperatores & reges duos habẽt Angelos cuſtodes, vnum ratione ſuæ ſingularis perſonę, ſicut habẽt cæteri homines, de quo habetur Matt. xviij. ibi, Videre ne contemnatis vnũ ex his puſillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum ſemper vidẽt faciẽ patris mei, qui in cœlis eſt. Tanta eſt enim dignitas hominis, ꝙ natura Angelica ei ſeruit, ſecũdum gloſ. in l. cognitionum. ff. de var. & extraor. cog. Et iſti Angeli ſunt de ordine inferiori. Alterũ vero Angelũ habent rõne dignitatis vel officij regalis, aut prælaturę, vt de Heliſæo legitur iij. Reg. iiij. ꝙ Angelorũ multitudinẽ habuit ad ſui defenſionẽ. Et vt ait ſanctus Bernar. in quodã ſermone, beata virgo plurimas Angelorum legiones habuit ad ſui cuſtodiam & ꝓtectionẽ, & qui ei tanquã dominę deſeruirẽt. Vt ei conueniat quod habetur Pſal. xc. Angelis ſuis Deus mãdauit de te. vt cuſtodiãt te in omnibꝰ viis tuis. ſingulis enim regnis pręſunt Angeli de ſuperiori ordine inferioris Hierarchiæ, qui dicuntur principatus: quia ordo ipſorũ dicitur ordo principatuum. Et iſti ſunt principaliter cuſtodes regũ & regnorum: ideo aliqñ accipiũtur ꝓ regibus & regnis, quibus pręſunt, eò qa rõnabiliter procurãt bonũ gentiũ ſibi cõmiſſarũ ex earũ meritis. Nã quilibet Angelus offert Deo merita ſuę gẽtis cui pręeſt, ꝓpter quod videtur tales Angeli ſibi inuicẽ cõtrariari & reſiſtere, quoties duo regna quibus diuerſi præſunt Angeli, ſunt in contradictione. Et hoc eſt quod dicit Daniel. x. vbi Danieli dixit Gabriẽl: Princeps. i. Angelus regni Perſarũ reſtitit mihi viginti & vno diebus. Et ꝓmanẽt illi Angeli in tali reſiſtẽtia, nõ ꝙ inter ipſos ſit contrarietas volũtatũ ſimpliciter, ſed quia futura ignorãt, donec ſciãt determinationẽ diuinę volũtatis de futura iſtiꝰ aut illius gẽtis ſubiectione. Sed quã primò ſciunt diuinã voluntatẽ per reuelationẽ vel effectꝰ poſitionẽ, tunc cõcorditer approbãt diuinã ſententiã. Cùm volũtates eorũ ſemper ſint cõformes diuinæ voluntati, vt declarat beatus Tho. in j. par. qõ. cxiij. artic. viij. & omnes in ſecũdo ſentẽtiarũ. diſt. xj. & Lyra in verb. & Angelus. Apoc. x. in verbo, Et audiui Angelũ. ibidẽ xvj. c. Et clariꝰ allegato Daniel. x. c. & Gre. lib. iij.
46 Moralium. c. xxxj. & lib. xvij. c. vij. † Huius autẽ regni, & regis Franciæ cuſtodia, & protectio attributa eſt Michaeli Archangelo, qui olim princeps fuit ſynagogæ. Sed nũc cõſtitutus eſt à Deo in principẽ eccleſiæ: cuius ſupra cęteros ſeculi principes brachium dextrũ & præpotens eſt Chriſtianiſſimus rex noſter Frãciæ, ex his quæ vidiſtis in verbo, *Et vxorẽ nomine Adelaſiam.* Vnde non ſine cauſa proſperatur & ſemper in dies creſcit, & augetur regnũ tanquã ab ipſomet Deo inſtitutũ, protectum, & cuſtoditũ, vt plenè dixi tractãdo de filiabus in regno nõ ſuccedẽdis ſuper verbo, *Duas habens filias.* Michael enim interpretatur Deus. Nã vt ait Gregorius, quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti ꝓhibetur, vt ex ipſo actu & nomine detur intelligi, ꝙ nullus facere põt, quod facere pręualet Deus. Idcirco eidem Michaeli plura, quæ ſunt miræ virtutis, attribuuntur, ob quod inter ſanctorũ acies Angelorum ſignifer Chriſti habetur, & paradiſi Præpoſitus nominatur. Itaq; quoties de ipſo feſtũ fit, de cæteris omnibus Angelis etiã
47 ſolennizatur. † In ſignum cuius regni, & regis Frãciæ protectionis poſt primã Michaẽlis in terra eccleſiæ Romanæ, ſcilicet in mõte Gargano Apuliæ miraculoſam apparitionẽ. in ſuíq; honoris tẽpli dedicationem, facta fuit apparitio ſecũda in regno Frãciæ in loco, qui Tumba dicitur, iuxta mare ſex millibus ab vrbe Abrincẽſi, circa annũ domini dccx. vbi Michaël epiſcopo prædictæ ciuitatis apparuit, iubẽs, vt in prædicto loco eccleſiam conſtrueret, & ſicut fit in terra eccleſiæ, ſcilicet in mõte Gargano, ita & ibi in ſui memoriã celebraret, qui locũ incolere regnúmq; tutũ ſeruare ſtatuerat, vt plenè habetur in eius legẽda, de quo etiã meminit Gag. li. iij. c. iiij. Eodẽ. inqt, propè tẽpore Aubertus Abrincẽſis põtifex in colle altiſſimo ſancti Michaelis cœnobiũ exędificauit, cũ

ageretur

BIU Cujas

ageretur annus salutis septingentesimusnouus. Hæc ille. Quæ omnia prudẽter considerans rex Ludouicus vndecimus domini nostri regis moderni genitor in honorẽ Archãgeli protectoris regni sui, ordinem militarẽ sancti Michaëlis instituit perpetuò, & fundauit, certo militũ numero, quorum rex primus est, decreto & determinato. Et cuilibet certorũ milliũ librarũ annuorũ pro status augmentatione assignata regia pẽsione. Qui milites de ordine regio vocãtur portantes aureã torquẽ, & diui Michaëlis regiũ insigne aureũ pẽdens, vt publicè videri potest. Nec potest aliquis vti hoc insigni ornamẽto, nisi cui rex cõcesserit, ad instar Ionathæ, cui Antiochus dedit potestatẽ bibere in auro, & esse in purpura, & fibulam auream ferre. j. Macha. xj. & gl. in c. j. de præscri. li. vj. & l. nemo. C. de vesti. holob. lib. xj. De hoc profectò Michaële audacter dicere põt Christianissimus rex Frãciæ, quòd habetur allegato Danielis. x. c. ibi, Ecce Michaël vnus de principibus primus venit in adiutoriũ meũ. & eodẽ c. in fin. Nemo est adiutor meus
48 in omnibus his, nisi Michaël princeps vester. † O crudeliora feris inhumanissimis hominum genera, pecudum vitam imitantia ad vos ipsos redite, dignitatẽ vestrã animo reuoluite, quã beneficiorũ copia anima vestra à summo omniũ opifice donata sit perpendite. Ipsi corpus organicum mirabili opificio extructũ cũ sensib⁹ copulauit. Ipsi cœlos & sidera elementáq; omnia, & ex illis cõposita seruire iussit, ipsi Angelos ad custodiam deputauit, ipsi leges & præcepta bene beatéque viuẽdi instituit. Et cũ nec sic suũ creatorẽ agnosceret, misit vnigenitum filiũ suũ, qui viam veritatis illum doceret, qui errãtem ad vitæ semitam reduceret, qui deniq; illam sanguine suo pretioso redimeret, quid igitur? O beluarũ more viuentes, tam egregiam, tam insignẽ, tam præclaram, tam deniq; Deo charam creaturam, & imaginẽ ad suam similitudinem formatam peccatorum labe deturpatis, & rebus quarũ seruitio vti deberet, seruire vestra vitæ turpitudine cogitis? Expergiscimini aliquãdo, & vos homines nõ beluas à Deo productos memorate, ad sidera vult⁹ erectos tollite, illic aspirate, totísque viribus bene beatéque viuẽdo tẽdite. Quoniam de eo, vt dicit Poëta Ouid. lib. j. Metamor.

Finxit in effigiem moderantium cuncta Deorum,
Pronáque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.
Sic modò quæ fuerat rudis, & sine imagine tellus,
Induit ignotas hominum conuersa figuras, &c.

Videatis glo. Insti. de iure natu. in fi. & tex. in d. l. in pecudum. ff. de vsuris. & l. iustissimè. ff. de edi. edicto.

Vnde restat attenta Angelica diuina custodia de
49 ætate regis non curandũ. † Legimus enim, quòd septem annorũ erat Ioas, cũ regnare cœpisset, fecítque quod bonum est corã domino ij. Parali. xxiiij. Ideo expedit, q̃ talis rex assumat regimen, ne propter tutorum & curatorum dissensionẽ destruatur terra. iuxta illud Matt. xij. Omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur. Tales enim dissensiones si semel incipiãt, vix sedari possunt, nisi rex ipse regimẽ assumat. Cui dari poterunt assistentes viri sapientes, & quorũ
50 cõsilio regat imperium. † Contrarium tamen, scilicet, q̃ regere & administrare ante xxv. annũ nõ possit, videtur. Nam constat, q̃ fragile & infirmũ est huius ætatis cõsilium, multis captionibus, multorúmq; insidiis expositũ: maximè enim omnis pueritia primùm circa quadragesimũ diem, deinde septimo mẽse, tũ septimo anno, posteà circa pubertatẽ periclitatur, secundum Corn. li. ij. c. j. Ideo ipsis minoribus rerum suarũ administratio cõmitti nõ debet, quãuis rẽ suã bene gerant. l. j. ff. de mino. Et inde est, q̃ adultus quãtuncunq; discretus ante vicesimũ suæ ætatis annũ, veniam ætatis vt per se administrare possit, impetrare nõ potest. l. ij. C. de his qui veniã æta. imp. Præterea tales sua negotia administrare nõ possunt: imò si in ipsis administrãdo lædũtur, in integrũ restituũtur, etiã si curatorẽ cõsentientẽ habuerint. l. si curatorẽ. C. de in inte. resti. mi. Multò minus ergo negotia reip. regni administrare poterũt absque curatore, arg. l. j. §. sed & si quis. ff. de Carb. edi. & c. vbi maius. de ele. li. vj. Cùm enim stabilẽ mẽtẽ nõdum adeptus sit, sapientũ hominum iura nõ debet tractare. l. fi. C. de testa. mili. Quia quantò quis infirmior est ad resistendũ, tantò facilius in sententiã trahitur. Vnde iuuenes quã senes, & ægri, quã sani facilius credunt, vt pulchrè recitat Plutarchus, de vita Catonis iunioris. in prin. Præterea vt dicit Arist. in j. Rheto. facilè credũt, eò q̃ in multis nõdum decepti sunt. Et qua credulitate sæpenumero boni principes falluntur, & incauti in subditorum pernicie eunt. Ideo videmus ad rempubl. administrandam ante xxv. annum minores nõ recipi. l. ad rempub. ff. de mu. & ho. quia indecorum esset, vt hi rempubl. gererent, qui gubernare nõ nouerũt seipsos. c. indecorũ. de æta. & quali. & alibi dicitur, quòd in ciuile est eos, q̃ alieno auxilio in suis rebus gerẽdis egere noscuntur, & sub aliis reguntur, aliorum tutelã & curã subire, dicit tex. in §. minores autẽ. Insti. de excus. tu. Impuberes autem & minores in tutela esse naturali iuri cõueniẽs est, vt is qui perfectæ ætatis nõ sit, alteri⁹ tutela regatur. dicit tex. Insti. de Atti. tu. in fi. facit tex. in Auth. de sanctis. epis. §. j. col. ix. Nã præsumptio est cõtra iuuenes, quòd prudẽtes nõ possunt regere, iuxta illud Philosophi in iij Topicorum. Nemo iuuenes eligit in duces, quia nõ cõstat eos esse prudẽtes. [Prudẽtia ergo principib⁹ victoriã præbet vitæque honestatẽ, cùm impossibile sit prudentẽ nõ esse entẽ bonũ. vj. Ethic. Vnde Roboam ex sua imprudentia decẽ regna perdidit, quæ sibi dimiserat pater suus, cũ imprudẽter irritasset dominum. iij. Reg. xiiij.] Stultitia enim colligata est in corde pueri. Prouer. xij. De quo amplissimè, nec minus pulchrè per Lucam de Penna, in l. tyrones. C. de tyro. li. xij. vij. col. quinimò decidit beatus Tho. in j. par. q. xcix. art. ij. quòd pueri nati in statu innocẽtiæ si Adam non peccasset, nõ mox habuissent perfectã virtutẽ, & motum membrorum. Cùm omne genera tum prius sit imperfectum, quàm perficiatur. Or pueri in statu inocentiæ fuissent per generationem sicut nunc producti, & sic ab initio imperfecti fuissent in quantitate & virtute corporis, ita q̃ ilico nõ habuissent sufficientem virtutem ad membra mouendũ secũdũ quoslibet actus, nisi quo ad actus pueritiæ conuenientes, putà ad sugendum vbera per se, & similia. Præterea perfectum nõ habuissent vsum rationis, vt dicit eadem parte, quæstio. cj. artic. ij. quia vsus rationis dependet quodãmodo ex vsu virium sensitiuarũ. Vnde ligato sensu, & ligatis viribus interioribus sensitiuis, homo perfectum vsum rationis non habet, vt patet in dormientibus & freneticis. Vires autem sensitiuæ sunt virtutes quẽdã corporalium organorum: Quib⁹ organis impeditis necesse est vires sensitiuas, seu actus earum impeditas esse, & consequẽter vsum rationis. Et in pueris est impedimentũ harum viriũ sensitiuarum propter nimiam humiditatem cerebri:

BIU Cujas

ideo nō est in eis pfectus vsus ratiōis, sicut nec aliorū mēbrorum, nec etiā habuissent tūc, & minus nūc, perfectionē scientiæ, sed eā processu tēporis absque difficultate acquisiuissent inueniēdo, vel addiscendo. Cū sit naturale homini vt scientiā per sensum acquirat, sed multò plenius tunc habuissent pueri, q̄ nunc peccatū naturaliter habeāt. Et sic eis administrationem permittere non esset sine periculo subditorum.

Vnde dominus peruersis comminans regionibus, inquit Esaiæ iiij. Dabo pueros principes eorū. Et Sapiens ille populo compatiēs ait, Væ terræ, cuius rex puer est, & principes eius manè comedunt. Nec est eādē ratio in rege, quæ in aliis priuatis, qui inuiti nō capiunt curatores, cùm regis officiū sit iustitiā exercere. xxiij quæst. v.c. Regum. Nec potest suus error emendari saltem faciliter, cùm aliquādo superiorem nō habeat. lxiij. dist. Adrianus. c. per venerabilē. qui filij sint legit. Maximè in criminalibus, quæ nullam aut difficilem habent reparationem, in quibus à rege non appellatur. Videmus insuper minori in iudiciis dari curatorē etiam inuito, vt d. §. inuiti. Institu. de cu. Multò ergo magis debet sibi dari, vt sit iudex. Ad hoc facit tex. not. in cap. grandi. de supplen. negli. prēla. li. vj. vbi regi inuito datur curator. Et cū fuisset semel de facto quæstio in persona regis Legionē. fuit pro hac parte determinatū, vt refert Ioan. And.
51 vbi s. & consuluit Old. consi. lij. †Ex quibus omnib' videtur, quod licet impuberes & minores xxv. annis sint dignitatum secularium, licet regalium capaces, tamen ante xxv. annum per se non possunt saltem sine curatoribus regere. Quod verū intelligit Imo. quem ibi sequitur de sancto Geminiano, in d. ca. grandi. in rege qui assumitur per electionem. de quo loquitur
52 d. l. ad rempublicam. † Reges enim, qui iure sanguinis succedunt in suorum prædecessorum regnis, qualis est rex noster Franciæ Christianissimus, omnia possunt ante xxv. annū, quæ possunt alii quicunque in suis priuatis patrimoniis, per dictā l. si curatorem. C. de in integ. rest. mino. Nam reges Frāciæ possunt etiam ante coronationem administrare, priuilegia & rescripta dare. Sicut papa ante coronationem administrat, vt no. Ioā. And. super data vj. libri. Et est decisum per extrauagātem Clementis v. quæ incip. quia nonnulli. Idem de electo. in Imperatorem, vt in extrauaganti, imperialis. vbi Bald. de pace Constant. & per Bal. in proœmio Digestorū. Cy. & Doct. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscri. & Archid. xciij. dist. legimus. & gl. in cle. vnic. de iureiur. Quo enim ad potestatem & auctoritatem gubernandi regnum coronatio nihil addit, nec sacra vnctio, vt plenè deci dit Præpositus in c. per venerabilem. §. quod autem. qui filij sint legit. cxxxij. co. quia post pubertatem finitur tutela regis: adeo, quod habere nō debet curatorem, quātum ad ea, quæ sunt iurisdictionis, quæ potest ipse exercere per se. Cùm rex eius pater moriendo regnum in filium transmittens dare videatur iurisdictionem filio, quāuis minori, & sic videtur tacitè cum eo dispēsasse ex certa sciontia, vt princeps facere potest, vt plenè not. Bart. in d. l. quidam consulebant, prope fi. ff. de re iud. Panor. in d. c. cū vicesimū. de offi. dele. & Angel. in §. seruus autē. Instit. qui dari tuto. testa. pos. & ita intelligitur prima. opi. cum suis iuribus. s. allegatis. Alia verò quę non sunt iurisdictionis, sed concernunt regni administrationē, debet minor filius regis exercere cum authoritate sui curatoris, secundum Bart. in d. li. quidam cōsulebāt. & sic intelligitur opi. Old. & Ioā. And. superius relata. Videatis Iaso. in d. l. fin. C. de test. mil. aliàs sine curatore nō permitteretur administratio, nisi aliter pro bono ipsius regni per proceres, & regnicolas ordinare
53 tur, † prout factum extitit de Christianissimo Carolo viij. rege nostro Frāciæ moderno in cōsilio trium statuum regni Turonis cōgregato, anno domini M. cccclxxxiij. vt concludit glo. pragmaticæ, vbi suprà.
54 †Imò posset pater adhuc viuēs filiū sibi regni coadiutorē assumere, & in vita coronare, prout Ludouicus mole corporis grossus vocatus, fecisse legitur, de quo Gagui. li. vj. c. iij. Inter hæc, inquit, nūtiatur Ludouico filiū eius Philippum primogenitum, dum extra muros Parisiis, equo veheretur, interiisse: cuius mors sicut mœrori Ludouico fuit, ita eū admonuit rerum futurarum solicitum esse. Igitur cùm annorū plenus esset, plurimísq; laboribus affectus, ex amicorum consilio Ludouicum alterum filium, qui iunior appellatus est, in cōsortium administrandi regni assumpsit, Rhemísq; deductū regia vnctione, atque corona insigniri iubet, & c. Deinde Ludouicum iuniorem illū id idem de Philippo adhuc impubere eius filio (cui ob eius egregia & inclyta facta, Augustus cognomē fuit) fecisse, eo lib. c. iiij. Gagui. ipse retulit dicēs, Anno superiore, quàm Ludouicus mortē obiret, curat Philippum regni cōsortem assumere, quare Rhemis perductum (magna pompa) adolescētem sacrare iubet, annum vix quartumdecimum agentē, cui dum coronatur, Gulielmus Nouelli regis auūculus Rhemorum primas, & sanctæ Sabinæ Cardinalis
55 Romanus legatus affuit. † Hēricus item Angliæ rex ob eas, quas à rege in Francia terras possidebat, obsequens pro debito subiectionis Philippo astitit. Sacro coronamenti absoluto memor rex adolescens, quā impiè plerique per Franciā deierarēt, & ex execrabili blasphemia Deum prouocarēt, legem tulit, si quis eius impietatis reus cōpertus esset, in fluuiū aut paludē citra necem demitteretur. In Iudæos quoq;, quorum erat per omnem Franciā ingens multitudo, seueritatē exercuit, & tandem ex Bernardi Anachoritæ viri sanctitatis opinione clari, qui in saltū Vicenarū solitarius incolebat sententia rex confirmatus, quanquā multi ex primoribus hāc seueritatē moderari tentassent, Iudæorū muneribus illecti, Christianissimi adolescentis decreto Iudæi suis distractis rebus omnes abierunt, anno Christianæ redemptionis M. clxxxij. Hæc ille. Sic fecerat Ludouicus Balbus Caroli magni pronepos, vt idē li. v. c. ij. recitat Gaguinus in fi. Augescente, inquit, morbo Cōpendium se deferri Ludouicus iubet, protinúsque imperij insignibus ad filium missis coronari illum imperat, atq; ita paucis interiectis diebus morte absumitur Idib' Aprilis, ibíq; in diuæ Mariæ æde sepelitur, anno domini dcccl xxx. Id idem Henricum fecisse cōmemorat libro eo. c. fin. Et pariter Philippus eius filius huius nominis rex Frācorum primus, lib. vj. c. j. Ad hoc facit quod dicit Io. Fab. in l. j. C. vt causæ post puber-
56 berta. adsit tutor. † Vbi singulariter refert maiorem xiiij. annis habilē esse ad cōtrahendū sine curatore, & minorē xiij. annorū sine tutore ex generali cōsuetudine Frāciæ, & etiā ad cōparendum in iudicio, cui in hoc credendū est: Cū doctor fuerit illustris, secūdum Bar. in l. de quibus. ff. de legibus. vbi dicit Doctori illustri credendum esse consuetudinē allegāti, præsertim vbi allegat propriæ patriæ consuetudinē, sicut in proposito facit Ioā. Fab. qui oriundus erat patrię Engolismensis, & sic de regno Franciæ, vt ipsemet fatetur in proœmio Insti. sup verbo, Flauius. Tamē magister

BIU Cujas

gister Gulielmus de Brolho, qui stylum curiæ Parlamenti scripsit, in tit. de minoribus, dicit quòd in dicta curia quis reputatur minor annis donec xxj. annum attigerit, & ℘ statutum vel consuetudo operari possit, quòd pupillus contrahat, sicut maior, videatis Bar. in l. non ambigitur. ff. de legi. & in l. denique. in prin. ff. de mino. & in l. omnes populi. in iij. quæstio. prin. ff. de iusti. & iure. & Alex. in l. moribus. in prin. ff. de vulga. & pupil. substi. & d. l. fi. C. de testamen. milita. Si ergo ex consuetudine Frãciæ, quilibet maior quatuordecim annis est ad contrahendum, & in iudicio sistendum habilis sine curatore, multò fortius est ad administrãdum habilis ipse rex, per iura superius in
57 prima parte allegata. † Sed an eo tunc quando sine curatore est habilis ad contrahendum, & alienandũ, si decipiatur, poterit in integrum restitutionem petere? gl. fi. quã ibi sequitur Bal. in l. j. C. si de momẽta. pos. fue. appel. tenet ℘ sic, & Guido Papæ, quæstio. cccij. dicens sic iudicatum in parlamento: quia etiã restitueretur, si cum curatore contraxisset, vel quasi, scilicet litigando in iudicio. Ex quibus omnibus resultat, ℘ impuberes & minores xxv. annis beneficiorum & dignitatum secularium sunt capaces, quanuis
58 eas aliquando non possint per se administrare. † Sed non sic est in beneficiis ecclesiasticis, quorũ minores sunt omnino incapaces. Quoniã si est beneficium regulare maius, veluti abbatia: tũc in abbatissa ætas requiritur xxx. annorum. c. indemnitatibus. de elec. lib. vj. In abbate verò requiritur, & sufficit ætas xxv. annorum, secundũ gl. ibi in verbo, triceſimum, per tex.
59 in c. cùm in cũctis. §. inferiora. de elec. † Et sic dispositum in abbatissa nõ trahitur ad abbatem: quia licet masculinum comprehendat fœmininum. vt no. Bar. in l. j. ff. de verb. sign. Non tamen econtrà, secundum gl. in cle. attendentes. de statu regula. Si verò beneficium regulare est prioratus conuentualis habens collegium sub se, etiã requiritur ætas xxv. annorũ. cle. ne in agro. §. cæterũ. de statu monach. Idẽ erit si prioratus non esset conuentualis, sed curam haberet animarũ, quã fortè prior ex cõsuetudine exercet per se:
60 † quia non potest quis curam exercere animarum, nisi sit presbyter. Et non potest quis esse presbyter, nisi xxv. habeat annos. cle. generalẽ. de æta. & quali. Si autem curam non exercet per se, sed per vicarium perpetuum, tunc suffici. ætas xx. annorum, vt d. §. cæterũ. Si verò talis prioratus collegiũ non habeat sub se, nec curam animarũ per se, vel alium exercendam, sufficit ætas xiiij. annorum, arg. c. indecorum. de æta. & quali. & d. §. cæterum. Et idem in simplici monachatu, quia monachatus solennizatur per votũ, quod emitti non potest, nisi per habentem illam ætatem.

In beneficiis autẽ & dignitatibus ecclesiasticis secularibus, si est episcopatus, requiritur ætas xxx. annorum, vt d. c. cùm in cunctis. Si verò est dignitas inferior, aut beneficiũ curatum, requiritur quòd attingat xxv. annum, vt d. §. inferiora. Episcopus autem dispensare posset duntaxat in personatu non curato, vt tunc sufficiat ætas xx. annorum. c. j. de æta. & qual. lib. vj. Sed vbi esset beneficium simplex sine cura, si quidem beneficiũ sonet in nomẽ rectoris, putà, quia est ecclesia vel capella per se stãs clericum habẽs ad suum regimẽ, tunc ad minus requiritur ætas xiiij. annorum. de quo videtur casus in d. c. indecorum. Aut nõ sonat in nomen rectoriæ, sed est beneficiũ in ecclesia, & tunc si tale est, quod maturitatem requirat cõsilij, vt est videre in canonicatu ecclesiæ cathedralis, tunc requiritur ætas xiiij. annorum: Cùm ante iam ætatem iura ecclesiæ sapienter tractare nõ posset, nisi aliud ex dispẽsatione permitteretur. c. ex eo. de elect. lib. vj. Si verò non requiritur maturitas cõsilij, tunc sufficit ætas vij. annorum. vt plenè no. glos. in c. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. prout est videre exemplum in istis præbendis clericalibus in ecclesia institutis pro minoribus clericis, qui tamen nõ sunt de collegio, vt plenè cõcludit Panor. in c. super inordinata. §. de præb. Et pariter decidit in c. fi. de cõcess.
61 præben. † ℘ pupillus maior infante patronus potest præsentare, adeò ℘ clericus ab eo præsentatus præferendus est præsentato per tutorem secundum eum. Idem tenet in ca. j. de iure patro. & Archi. xvj. quæst. vij. c. decernimus. videatis etiã per Ioan. And. in c. ex eo. de elect. lib. vj. Non tamen posset pupillus ante xiiij. annũ completum, beneficium suum dispensatiuè tantùm renuntiare, secundum Angel. de Claua. in sua summa, super verbo. renuntiatio. per tex. in c. fi. §. si vero. de iud. lib. vj. facit c. ex ratione. iuncta glo. super verbo. ætatẽ. de æta. & quali. Quia licet tales pueri beneficia ex dispẽsatione tenere possint: non tamẽ habent plenam illorum administrationem, nec censentur dispensati in administratione, secundum Philip. Fran. in d. §. si verò. & Panor. in c. ex parte. de resti. spo. quia iudicium animi non habent. Instit. quib. nõ est permis. fa. testa. §. præterea. imò tam iure, quàm ratione carent discretione, vt d. c. ex eo. vbi bonus tex.

Præterea actus omnes iudiciales beneficia eorum cõcernentes sine tutore vel curatore sunt eis interdicti, vt d. §. si verò. Et absurdũ esset, quòd in iudicio sine tutore, aut curatore renũtiare non possent, vt ibi. Et extra iudiciũ vbi plus timetur de leuitate & fraude hoc facere possent: Ideo in pupillo consultissimè decidit Ioan. de Milis. in suo repertorio super verb.
62 minor. vers. minor xiiij. annis. † quòd tũc valet renũtiatio si duo concurrãt. Primò quòd fiat in manibus superiorum. Secũdò, quòd fiat cum causæ cognitiõe, scilicet si superiori videatur, & sibi cõstet, quòd pupillo expedit & ecclesiæ. Facta autem renũtiatio per maiorem xiiij. licet minor sit xxv. annis, valet & tenet sine spe restitutionis. De quo tamen videatis Pan. in d. c. ex parte. & Philip. Fran. super verbo, lucro. in ca. dudum. de præben. lib. vj. vbi dicit per illũ tex. quod tractãs de beneficio obtinẽdo, dicitur tractare de lucro: ideo minor quo ad beneficiũ sibi debitum, quod petere omisit, nõ potest velut damnum passus, & læsus petere restitutionem. Secùs in beneficio obtẽto: quia illud perdẽdo patitur damnũ & læditur. Restat
63 ergo, quo ad nostrũ propositũ sufficit, † quòd impuberes, imò infantes furiosi, prodigi, masculi, siue fœminæ quanuis meretrices, habent testamenti factionem passiuã, ita quòd in testamento possunt hæredes instituí, & pariter ab intestato suis succedere possunt parentibus. Non tamen propter hoc pupilli habent testamenti factionem actiuam, qui propter ætatis defectũ testari non possunt. Insti. quib. non est permis. fa. test. alle. §. præterea. Cùm discretione careant, vt ibi, & in l. cùm prætor. ff de iud. Quod est verũ etiam si pupilli essent doli capaces, ita quòd malitia in eis ætatem suppleret. Quia propter hoc testari nõ possent ante pubertatem, quæ in hac materia iudicatur ex tempore, scilicet xiiij. annorũ in masculo, & duodecim in fœmina, secũdum Bal. & Paul. in l. si frater. C. qui testa. fa. pos. Pet. de Ancha. & Imo. in cap. ij. §. eod. Cùm enim pupilli iura sapienter tractare nequeant, tanquã adhuc mentem stabilem non adepti, non debent posse testari, ne testando fortè indiscrè-

BIU Cujas

tè parentibus noceant, dicit tex. in d.l.fin. C. de test. mili. Nisi diceremus, quòd impubes habilitatus esset per statutum ciuitatis ad testandum, quo casu testari 65
posset, dummodo sit proximus pubertati. Quia cùm tũc nõ sit in eo mẽtis defectus, nisi à iure ciuili præsumptus, talis præsumptio per statutum tolli potest. l. omnes verò populi. ff. de iusti. & iure. Ita in nostris terminis decidit eleganter Bar. in l. si quæramus. cum quo transit ibi Rapha. ff. eo. tit. Sed aduertatis in hoc puncto, quia Ang. tenet ibi contrarium, volens impuberem ad testandum habilitari non posse per statutũ vel consuetudinem, per tex. in l. fi. C. de test. mili. ibi, hoc nullo modo fieri cõcedimus. Per quæ verba tollitur potestas dispensandi cõtra illum tex. prohibentem impuberes testari posse, vt singulariter decidit glo. in verbo, nullo modo. in cle. vt hi qui. §. illi verò. de æta. & qua. Præsertim quia ibi in. d.l.fin. Imperator reuocat leges antiquas facultatem testandi militibus impuberibus præbentes: Subiungendo dicta verba, nullo modo cõcedimus. Ergo videtur, quòd nullo modo per statutum dispensari possit, vt impuberes testentur. Et hanc opinionem Ang. sequitur ibi Imo. quam prius tenuerat Bar. in l. neque. §. j. ff. de test. mili. vbi videtur tenere in princ. iij. col. quòd in pupillo dispensari non possit, quòd testetur, cùm sit in eo defectus iurisgẽtium, veluti discretionis: alleg. d.l.fi. C. de test. mili. Idem tenet Ang. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. Ad hoc facit quòd dicit Baldus in l. 66
j. versi. quæro quæ sunt exempla. C. de confes. vbi per tex. in d.l.fi. dicit, quòd impossibile est, ꝙ pupillus testari possit, etiã ex priuilegio principis. Hanc etiam opinionem tenuit Pet. de Anch. in d.c. ij. s. eod. volẽs dispensari non posse, quòd per statutum pupillus testetur. His tamen non obstantibus puto primam opinionem Bar. in d.l. si quæramus. esse veriorem, scilicet quòd per statutum pupillus habilitari possit ad testandum, dum tamen sit proximus pubertati, & doli capax. Cùm talis posset omne delictum committere præter peccatum carnis. l. impunitas. C. de pœnis. & in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minori.

Prætereà tex. in d.l. fin. C. de test. mili. facit contra Ang. & suos sequaces, dum in princ. dicit, ꝙ antiquis legibus permittebatur pupillum tribunũ testari. Ad quod facit quod dicit idem Ang. ibi volens probare, ꝙ à iure naturali non prohiberetur pupillus doli capax testari: secus in non doli capace. l. cũ prætor. §. j. ff. de iudiciis. Ideo in doli capace videtur principem dispensare posse, sicut fiebat per leges antiquas, secũdum Alex. & Ias. in d.l.fi. & in l. si frater. C. qui testa. fa. pos. Et latè per eundem Iaso. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. Et per consequẽs dispensari poterit per statutũ, vt doli capax pupillus testetur, dum tamen tale statutum fuerit factum à principe, vel populo nõ recognoscẽte superiorem: Secus si à populo superiorem recognoscẽte. Et sic intelligi põt opinio Ang. Ad hoc facit quod no. Bal. in c. cum vicesimum. de offi. deleg. Ang. & Ludoui. in l. more. ff. de acquir.
64 hære. † Nam mutus, surdus, & impubes æquiparantur quo ad actum testandi & iudicandi. Institu. quibus non est permis. face. testa. §. prætereà. Sed princeps habilitare potest mutum & surdum. l. si mutum. ff. eo. ergo & pupillum. Et ita tenet Barb. in d.c. cùm vicesimum. vbi contra Panor. cõcludit, ꝙ etiam posset princeps eum facere iudicem, dum tamen non sit infans, nec proximus infantiæ. Et hoc modo concordantur omnes opiniones. Et sic habetis, quòd regulariter pupillus testari nõ potest, nisi vt dictum est, esset doli capax, & habilitatus à principe, vel per statutum à populo superiorẽ non recognoscente factum, † vel nisi pupillus ad pias causas testaretur. Quo casu fauore piæ causæ valeret testamentum, vt singulariter decidit dominus Richar. de Salic. in repeti. l. j. C. de sacros. eccl. vbi dicit, quòd pupillus pubertati vel infantiæ proximus ad pias causas testari potest. Et mouetur: quia in lucro captando pupillus nedum pubertati proximus, sed qui infantilem excessit ætatem, esto quòd sit infantiæ proximus, cẽsetur habere intellectum ac sufficiẽtem discretionem ad lucrum capiẽdum, vt no. in l. in negotiis. ff. de regu. iur. & in l. cùm pupillus. & l. seruum pupilli. ff. rẽ pupilli saluam fore. Nam cùm stipulari possit rem suam saluam fore, vt ibi, nõ videt rationẽ, quare non possit pro anima saluanda disponere, & sic animam suam saluare. Ad quod facit tex. valde singularis in Auth. de hære. & Falci. §. si verò expressim. vbi hæres satis dicitur lucrari quo ad lucrum animæ exercẽdo opus pium: ergo eodem modo pupillus satis lucrari dicitur, quando suam saluat animam: quia vt scribitur Iob ij. c. Pellem pro pelle, & omnia quæ homo habet, donat pro anima sua. Secundò mouetur, quia impubes religioni adstringitur. l. fin. ff. de li. cau. Ergo fortiùs relinquere poterit ꝓ redẽptione animæ suæ, quæ cunctis est præferenda rebus. l. sancimus. C. de sacros. eccles. c. cùm infirmitas. de pœni. & remis. Ideo
66 dicimus, † quòd in lucro captando prodigus habere dicitur consensum & potestatem disponẽdi. l. is cui. ff. de verb. obl. & no. in l. mutum. ff. de acqui. hæredi. Vnde circa modum corporis acquirendum prodigus dicitur efficacem habere intellectũ. Pari modo habere dicitur pupillus efficacem intellectum testãdi ad pias causas. Nam l. fi. C. de testa. mili. quæ impuberẽ testari prohibet, nõ loquitur in relictis ad pias causas. Licet enim eligere nõ posset sibi sepulturã. c. licet. §. j. de sepul. li. vj. Nec emittere votũ. l. ij. §. voto. ff. de polli. Poterit tamen ad pias causas disponere: quia diuersi sunt casus, prout ex eod. c. colligitur. Et facere potest votum largo modo sumẽdo, scilicet pro quadam vltima volũtate ad pias causas destinata, & non obligatoria. Cùm testator non obligetur: quia potest testamentum, quandiu viuet, mutare: nec sortitur effectum, nisi post mortẽ ipsius. c. cùm Marthæ. de cele. missarum. secùs autem esset in voto obligatorio, vt d. l. ij. Cùm igitur in casu isto agatur de casu pio, & ex hoc actu pio insurgat cõmodum ecclesiasticum animæ & personis vtile, videtur quòd d. l. j. C. de sacrosanctis eccle. disponat circa impuberem, vt scilicet ad pias causas testari possit, cessante tamen impedimento defectus intellectus. Ex quibus duo sequuntur, secundum dominum Richardum. Primum, quia potest pupillus ad pias causas testari, si in ipso non concurrat defectus intellectus. Secundum, quòd prodigus potest ad pias causas testari.

Pro prædictorum corroboratione adduci potest, quod singulariter refert & sequitur Ioan. And. in cap. cùm dilectus. de succes. ab intesta. vbi refert Valer.
67 lib. vij. cap. penult. in prin. † dicentem, testamentum cuiusdam furiosi fuisse per senatores approbatum, eo quia iustè, rectè, & sapienter dispositum. Quia filium proprium instituerat hæredem, & non extraneum, vt dementes faciunt, vt dicit Valerius, non vbi allegatur, sed lib. vij. titu. de testa. in princ. dicit in hæc verba: His rescissorum testamentorum exemplis contenti attingamus ea, quæ rata manserunt, cùm causas haberent, propter quas rescindi possent.

Quàm

BIU Cujas

Quam certæ, quàm etiã notæ insaniæ Tuditanus, vtpote qui populo numos sparserit, togámq; velut tragicam vestẽ in foro trahens, maximo cũ hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit, testamẽto filium instituit hæredẽ, quod T. Lõgus sanguine ei proximus hastæ iudicio subuertere frustra conatus est. Magis enim centũuiri, quod scriptum esset in tabulis, quàm quis eas inscripsisset, cõsiderandũ existimauerunt. Hæc ille. Prætereà multoties ingenioſi viri ob nimiam ingenij subtilitatem dementer agunt. Cùm, vt dicit Seneca in li. de Tranquilitate animi, Nullũ magnum ingenium sine aliqua specie demẽtiæ. Nã ex quo sapiẽter fuit testatus, præsumitur tunc tẽporis fuisse sanæ mẽtis. Quia fatuus est solus ille, qui fatua scribit, aut loquitur. xciij. dist. c. legimus. & l. si is qui. §. fi. ff. de tut. & cur. da. ab his. Et est tex. opti. in l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edic. & Iob ij. c. ibi: Quasi vna de stultis mulierib⁹ locuta es. Hoc etiã dictũ de testamẽto furioſi sapiẽter facto refert, & sequitur Bald. in c. j. per quos fiat inuesti. & Ludo. in l. furiosum. C. qui test. fa. pos. Ergo idem, & multò fortius dicemus in pupillo, vt si sapienter fuerit testatus, valeat eius testamentum. Quia ea quæ spiritu Dei agũtur, nõ sunt sub lege, c. licet. de regu-
68 la. †Prætereà adduci potest, q̃ pulchrè refert Host. & post eum Ioã. And. & Pan. in c. ad nostrã. de cõsuetudine. de sententia lata à quodã fatuo Parisiẽsi, quæ iudicata fuit valida, ex quo sapienter fuit lata. Quia melius non potuisset ferri, si à Gratiano lata fuisset. Ita dicamus in proposito, vt validũ sit testametum p̃ pupillum ad pias causas factũ, quã opinionẽ etiã tenuit Barb. in c. ij. §. eo. Inter cætera allegans d. l. fi. C. de test. mili. vbi dicitur, q̃ pupillus doli capax testari poterat secundũ leges antiquas. Si ergo testari poterat, multò magis hodie testari poterit ad pias causas, arg. l. in testam. ff. de fideicõmiſ. liberta. Nam d. l. fi. fuit per dispositionẽ legis ciuilis sublata: Et per cõsequens facultas testãdi prohibita pupillo, quod fieri nõ potuit, per legẽ ciuilem in præiudicium piæ causæ, arg. c. ad apostolicã. desimo. & l. omnia priuilegia C. de sacroſ. eccl. cũ ibi no. per Bart. Tum etiam quia relicta pia iure, aut lege ciuili non reguntur, sed iure diuino & canonico. c. relatũ. supra. eo. Ergo dispositio d. l. fi. C. de test. mili. & l. qua ætate. ff. eo. cũ similibus, locũ nõ habẽt in his piis causis. Sed aduertatis, quia in cõtrarium est *cõmunis opinio* Doct. cõcludentium pupillum nõ posse facere testamẽtum etiã ad pis causas, quam tenuit Bar. in repet. l. j. C. de sacroſ. eccl. dicens hoc indubitanter esse verum in pupillo infante, vel infantiæ proximo. Quia cùm nõ possit obligari naturaliter. l. j. ff. de nouat. cùm sit inhabilis ex defectu consensus & intellectus, erit verum vt testari etiam ad pias causas nõ possit, cùm non obligetur. l. pupillus. ff. de condi. indeb. Si verò sit pupillus pubertati proximus, est maius dubium, cum possit naturaliter obligari, vt d. l. j. ff. de nouatio. Tamen finaliter concludit, q̃ testari non possit. nam cùm non obligetur voto, vt d. l. ij. §. voto ff. de pollicit non valebit eius dispositio in vltima volũtate facta. Cum eo tunc ex propria voluntate disponat, sicut in voto. Nec prodest ad hoc tutoris authoritas: quia effectus vltimæ volũtatis cõfertur post mortẽ testatoris, & in tẽp⁹ finitæ tutelæ. Prætereà quia illud disponere in vltima voluntate est donare. l. legatũ. ff. de leg. ij. Cui non potest tutor auctorizare. l. j. §. ij. ff. de tutel. & ratio. distra. Hoc etiam patet, quia testari est actus sapientum virorum. Sed pupillus secundũ Philoſophum inter sapientes non computatur: imò dicit iij. Topicorũ, Quòd nemo iuuenes eligit in duces, quia non cõstat eos esse prudẽtes: Ergo testari nõ potest.
69 †Tria enim fuerunt, quæ rempublicam Romanorum destruxerunt: scilicet amor priuati commodi, occultum odium, & iuuenile consilium, quæ vt narrat Tullius, Rempublicam labefactauerunt frequẽter, quæ per senes fuit restituta. Nec Roboam regni scissuram fortè passus fuisset, si consilio seniorum, & nõ iuuenum adhæsisset, iij. Reg. xij. Non sic Macedonius Alexander, militibus suis senio quasi cõfectis, vt florida iuuentute militiam reuocaret exhortantibus, respõdit: Sed malo, inquit, eligere senum grauitatem prouisam, quàm iuuenũ velocitatẽ incautam, qui mortem recipere solent in sua nimium iuuẽtute cõfidentes. Senes verò cuncta cõsilio agũt titubantes. Non enim est ad pugnam inhabilis pollens cõsilio, secundum Panor. per illum tex. in c. ex multa. de voto & voti redẽp. imò clerici sunt capaces militi æ
70 †secularis. c. fi. vbi Panor. de cleri. cõiuga. † Inde erat olim, q̃ non nisi senes eligebãtur in senatores. Vnde dicũtur senatores à senio, eò q̃ soli senes ad tales officiũ eligi debẽt, quorũ institutionẽ Romulus vrbis Romanæ conditor primus inuenit, vt omnes testantur. Et ideo sapiẽter dicebant Innoc. & Bal. in c. j. de renun. q̃ plus valet vmbra senis, quàm ensis iuuenis, quod exemplo nobis tradidit Marcus Castricius senex, qui dum Placentiæ magistratum gereret, Cneo Carbone consule iubẽte decretũ fieri, quo sibi obsides à Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtẽperauit, nec maximis viribus cessit, atque etiam dicenti multos se gladios habere, respõdit: & ego annos. Obstupuerunt tot legiones tã robustas senectutis reliquias intuẽtes. Carbonis quoque ira in seipsa collapsa est, vt lib. vj. tit. de liberè dictis refert Valer. in seniorum commendationem. Cùm in antiquis sit sapiẽtia, & in multo tẽpore prudentia. Iob. xij. Ipsi enim didicerunt à patribus suis, propter quod narratio eorum prætermittẽda non est, Ecclesia. viij. Imò speciosum est caniciei iudicium, & à senioribus cognoscere consiliũ, quàm speciosa veterani sapientia, & glorioſus intellectus, Ecclesia. xxv. Quod patẽter ostẽdit Deus dicẽs Moysi: Nume. xj. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos nosti, q̃ senes sunt & magistri, &c. Et imperator in l. j. C. de vetera. lib. xij. dicit, Magis atq; magis veteranis meis debeo beatitudinẽ augere, in nihilo verò diminuere: quia senes nõ sunt communiter adulatores, vt principes decipiant, nec timidi aut verecundi, vt dicere eis veritatem timeant, vt nobis exẽplo fuit Cassellius vir iuris ciuilis sciẽtia clarus, qui cùm multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, amicíque ne id faceret monerent, duas res quæ hominibus amarissimæ videntur, magnã sibi licentiã præbere respõdit, senectutem & orbitatem, secundum Valerium vbi s. Quia sicut iuuenes principibus adulantur, ita senes liberos habentes aliquando, vt proles ab eis promoueantur. Vide quæ dicuntur plenè super verbo, *Con-*
71 *didit.* j. † Et quantò potius iuuenes senibus honorẽ & obsequium debeant, à quibus prudentiores fiant, exemplo Romanorum nobis idẽ demonstrat Valerius lib. ij. tit. de institutis antiquis, sic dicẽs: Senectuti iuuentus ita cumulatum & circunspectũ honorem reddebat, tanquã maiores natu adolescentium communes patres essent. Quocirca iuuenes senatus dia vtique aliquem ex patribus conscriptis, aut proprinquum, aut paternũ amicum ad curiam ducebãt, affi-

xíque

síque valuis expectabant, donec reducendi officio etiam fungerẽtur. Qua quidem voluntaria statione & corpora, & animos ad publica officia sustinenda impigrè corroborabant, breuiq; processu morarum aperta in luce virtutum suarum verecunda laboris meditatione ipsi doctores erant. Inuitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne senioris aduentum discubitu præcurrerent, sublatáq; mensa priores consurgere & abire patiebãtur. Ex quibus apparet cœnæ quoque tempore, quàm parco, & quàm modesto sermone eis præsentibus soliti sunt vti, quasi dicat, ꝙ si nõ ausi sint surgere ante Seniores, multò minus loqui. Et ecõtrà senes iuuẽtuti exẽplum virtutis maiorũ suorũ recitatione dabant, dum ibi sequitur: Maiores natu in conuiuiis ad tibias, egregia superiorum opera carmine cõprehensa pangebant, quò ad ea imitanda iuuentutẽ alacriorem redderent, & honestiorẽ. Non patiendo iuuenes turpia, sed honesta audire & legere, ne ad incẽtiua libidinis prouocentur. c. legant. & c. ideo prohibentur. xxxvij. dist. Imò Lacedemonij libros Archilochi Poëtæ maximi, qui obscœno carmine domum Lycambis inuisam sibi propter denegatã filiam ei semel desponsatã lacerauerat maledicto, è ciuitate exportari iusserũt. De quo Valer. lib. vj. c. iij. tit. de seueritate. Lacedæmonij, inquit, libros Archilochi è ciuitate sua exportari iusserunt, ꝙ eorũ parum verecundam ac pudicã lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea, scilicet lectione, liberorũ suorũ animos imbui, ne plus moribus noceret, quàm ingeniis prodesset &c. Seniũ ergo iuuentutẽ in honestis docebat, & iuuentus senectutem venerabatur. Quid ergo hoc splendidius, quid etiã vtilius certamine? Pubertas canis suũ honorẽ reddebat, defuncta viriũ cursu ætas, ingredientes actuosam vitã fauoris nutrimẽtis prosequebatur. Quas Athenas? quã scholam? Quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ prætulerim? Inde oriebãtur Camili, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij. Ac ne (singula imperij nostri lumina simul percurrẽdo) sim lõgior, inde inquam, cœli clarissima pars, diui fulserũt Cęsares. Hæc ille. Videatis eũdum lib. iiij. c. v. tit. de verecũdia. in fi. vbi de prudẽtia Lacedæmoniorũ, qui tunc Athenas legati venerant, sic dicit in cõfusionem Athenienſium. Athenis quidam vltimę senectutis. cùm spectatum ludos in theatrum venisset, eumq; nemo è ciuibus sessum reciperet, ad Lacedæmoniorum legatos fortè peruenit, qui hominis ætati moti, canos eius & annos assurgẽdi officio venerati sunt, sedémque ei inter ipsos honoratissimo loco dederũt. Quod vbi fieri populus aspexit, maximo plausu alienę vrbis verecundiã cõprobauit. Ferunt tunc vnũ ex Lacedæmoniis dixisse: Ergo Athenienses quid rectum sit sciunt, sed id facere negligunt. Hæc ille. Vnde Romani sanctè statuerunt venerandã senectutẽ penè magistratibus anteponẽdã. l. semper in ciuitate nostra. ff. de iure immuni. faciũt quæ dixi in verbo, *Raynutius de Clera*. circa princ.

☞ [Reuertitur ad verba Valerij, alleg. tit. de institu.]

72 † Vnde restat pupillos velut longa exercitatione inexpertes nec sapientes, testari non posse. Præterea pupillus mortis cogitatione turbatus nõ intelligeret seipsum, vt d. l. fi. de testa. mili. Hanc etiam opi. tenui Bald. in xj. q. repeti. l. j. C. de sacrosanc. eccl. dicẽs, ꝙ hæc quæstio deciditur, per text. in c. si pater. eo. tit. li. vj. Nam cùm per illum text. pater possit filio ad pias causas substituere vsq; ad tẽpus pubertatis, sequitur ꝙ ipse pupill' testari nõ potest. Quia pupillaris substitutio introducta fuit in subsidiũ, eo quia pupillus testari non poterat, Instit. de pupil. substi. in prin. alleg. d. l. fi. C. de testa. mili. & sic Bal. stat in hac opin. ꝙ ad pias causas testari nõ possit pupillus. Idem, imò plus tenuit Pet. de Anch. in d. c. ij. ſ. eo. dicens, ꝙ pupillus sagax, in quo malitia supplet ætatẽ, testari non potest ad pias causas. Nec ad hoc faciendũ habilitari posset per statutum: quia defectus ætatis est defectus naturalis, in quo non posset statutũ dispensare. Nam si dicerem', ꝙ posset ad pias causas testari, nõ posset pater sibi substituere ad pias causas, quod tamen est falsum secundum eos, vt d. c. si pater. Hanc eandẽ opin. tenuit Imo. in d. c. ij. & Sali. contra dominũ Richard. eius auunculum in d. l. j. C. de sacrosc. eccl. & in d. l. si frater. C. qui testa. fa. possunt. Cum quibus trãsit Alex. in d. l. j. & in dict. l. si frater. Et reperio cõsuluisse Barb. discedentẽ ab eo, quod dixerat in lect. in d. c. ij. in j. parte consil. lviij. incip. capio primam dubitationẽ. vbi glorioſè per multas rationes, & motiua efficacia probat hãc *cõmunem opi.* esse verã, honeſtè se excusans ab eo. quod legens tenuerat in d. ca ij. sic dicẽs, quòd licet in trãscursu lectiõis secutus fuisset Richard. tamen cõsulendo cõmunis opi. scilicet pupillum etiã ad pias causas testari non posse, sibi videbatur verior dato lõgiori studio, & meliore opportunitate inuestigandi. Nec est mirum, quia propter diuersa fantasmata generantur in nobis diuersæ intellectiones, vt dicit Philosophus in iij. de Anima, & valuit Bald. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & Apostolus j. ad Cor. xiij. Cùm eram, inquit, paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus. Postquam sum effectus vir, euacuaui ea quæ sunt paruuli. Præterea Papiniani cõsiliũ est, mutare rationabiliter ꝓpositum, prout ipse fecit in l. fi. C. de furt. † Nec obst. 73 motiua dom. Richard. Et primò dum dicebat pupillum stipulari posse rem suam saluam fore, &c. Quoniam illud est verum: quia hoc faciendo acquirit sibi, & in acquirendo non requiritur solennitas, sed sola voluntas. Inst. de auth. tut. ſ. j. Sed in testando requiritur testantis voluntas, & iuris solennitas. l. qua ętate, ff. e. & d. l. fi. Sed pupillus caret voluntate regulata à iure, cùm mente careat stabili: ergo, &c. Præterea diuersa est ratio in vtroque casu: quia primo casu sibi acquirit & suis stipulando: secundo casu, s. testando, licet aliquo modo videatur sibi prodesse, tamen noceret & præiudicaret suis, & sic militat ratio d. l. fi. C. de test. mil. Item in acquirẽdo non requiritur iudicium mentis, cùm talibus mente carentibus relinqui possit. l. cum pater, ſ. surdo, ff. de leg. ij. Sed in relinquendo alteri per viam vltimæ voluntatis requiritur iudicium, i. discretio, vt d. l. j. & liberum arbitrium. l. j. C. de sacrosc. eccl. Sed pupillus caret arbitrio & discretione, Instit. quib. non est perm. fac. test. ſ. præterea. prout arbitrium esse debet recta ratione regulatum, vt dicit Bar. in l. si sic, ff. de leg. j. & in l. alio. ff. de alim & cib. leg. igitur, &c. Nec etiam obstat dum dicebatur, quòd pupillus obligatur religioni: quia illud est verum, quòd obligatur religioni iuramenti in casu illo speciali. l. fi. ff. de lib. cau. non autem obligari potest omni, & quocunque iuramento. in authen. sacramenta puberum, C. si aduerſ. vendit. & c. quamuis. de pact. lib. vj. Nec est verum, quòd obligetur religioni. c. j. & ij. de reg. Postremò non obstat, quod superius dicebat de furioso sapienter testante, &c. quia illud verificatur in homine ætatis idoneæ, si in eo concurrat sapiens dispositio. vel dicatis & melius, quòd illud dictum Ioann. Andr. scilicet, quòd testamentum

BIU Cujas

tum furiosi sapienter testantis est validum, non est verum: imò clarè cõfunditur per tex. in d. c. fi. de succes. ab intest. vbi Phreneticus se dedicauit, & sua monasterio, & sic sapienter fecit se offerẽs Deo: attamẽ dedicatio non tenuit, nam testamentum est nostræ voluntatis iustum iudiciũ, ergo, &c. Nec dici potest quantũcunq; rectè, & sapiẽter testatus fuerit, ꝙ hoc fecerit ex recto iudicio suo, sed potius à quodã impulsu superiorũ corporum cœlestium. † Tales enim 74 fatui reguntur impulsu corporũ superiorem, secundum quod dicit Bald. ſ. in proœmio. Agunt, inquit, Sol & Luna, & reliquæ influentiæ cœlestes in ficum fatuam. Et inde est, ꝙ aliquando vaticinãtur futura, secundum beatum Thom. refert & concludit Barba. in d. c. ij. ix. col. ſ. eo. vnde Val. lib. iij. c. viij. tit. de Cõstan. Plerunq;, inquit, temeritatẽ casus iuuat, vbi prauo cõsilio ꝓpius aspirat. Et quò vehemẽtius noceat, desperatius prodest. Casus enim iuuat plerũq; temeritatem: quia casus & fortuna nullum cum prudẽtia habent cõmercium. Imò euenit aliquando, vt quãtò quisque minus prospexerit, tantò melius illi à casu ☞ euenire soleat. [Et inde dicit Iuuenalis:

Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus fortuna Deam, cœlóque locamus.

Vnde dicit Philosophus, ꝙ quantò minus est in aliquo sapiẽtiæ, tantò plus est in illo fortunæ, quia tãtò plura eueniunt illi à casu. Stulti autẽ reguntur à casibus: quia coguntur facere secundum necessitatem emergentẽ. Sapientes verò regunt casus, iuxta illud: sapiens dominabitur astris: quia prouidẽtia sua, quæ pernicioſa accidissent, si nõ fuissent præuisa, sic præueniendo regunt, vt minus noceãt. ideo dicit Seneca ad Lucillũ Epistola xxvij. Vis tibi omnia subiicere, subiice te rationi: omnia profectò reges, si te illa rexerit. vide glo. de elect. lib. vj. c. ex eo. & Ange. consi. cx. v. col.] Et ita etiã, quòd testamẽtum talis non valeat, consuluit Ang. consi. cxxxij. & tenet Bald. multa egregia ibi allegans in §. item furiosi. Insti. quib. non est permi. face. test. Nisi in dilucidis testaretur interuallis, secundum Ia. in l. furiosum. ij. col. C. qui testa. 75 facere pos. † vbi subiungit, quòd si nõ appareat, quo tempore testamẽtum fecit, vel deliquerit, an tẽpore furoris, vel tẽpore sanæ mentis, ex quo semel fuit furiosus, præsumitur testatus vel deliquisse tẽpore furoris, nisi ex aduerso probaretur, quòd tẽpore interualli dilucidi hoc feciſſet. De quo plenè Ang. Are. in tract. crimi. super verbo, scienter & dolosè. Dominicus in c. j. de cle. ægro. in vj. gl. & Doct. in c. cũ inter canonicos. de elect. & in c. fi. de succes. ab intesta. & cõsuluit Barb. cõsi. lx. de Zaba. cõsi. lvj. Fulgo. consil. ccxij. & Alex. in j. parte consi. cxj & in ij. parte consi. 76 lxxxv. † Furiosus dicitur, qui furore accensus nocet aliis: ideo teneri debet ligatus à suis parentibus. l. diuus. ff. de offi. præsi. sed mẽte captus est, qui mẽte caret, tamẽ aliis non nocet. Videatis Archid. in c. legi- 77 mus. xciij. dist. † Et probatur quis mente captus, aut furiosus per cõiecturas & signa extrinseca, qnæ sunt multa: quorũ aliqua consistunt in verbo, & loquela, quæ demonstrant quem sapientẽ vel fatuum. Nam qui sapiẽter loquitur, sapiẽs præsumitur, & qui stultè fatur, stultus iudiçatur. Cùm fatuus semper fatua loquatur, Esaiæ xxxij. & d. c. legimus. vt suprà tetigi, & in d. l. ob quæ vitia vbi ille stultus præsumitur, qui stultè, & verba deridenda loquitur, iuxta illud Eccles. xix. Amictus corporis, incessus hominis, & risus ☞ dentium. [De Christo, quòd nunquam risit, habetur plenè j. super verb. *Mortuo itaque testatore.* j.] enun-

☞ tiẽt de illo. [Seneca in lib. de quatuor virtutib. Cardinalibus, loquẽs de cõtinentia, sic dicit: Si cõtinẽtiæ studes, habita non amœnè, sed salubriter. Nec dominũ velis esse notũ à domo, sed domũ à domino: hoc magis obserua, nequa paupertas tibi immũda sit, nec parsimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec lenitas languida. Si autẽ res exiguæ tibi sint, nõ sint tamen angustiæ, nec tua defleas, aut aliena mireris: sermones vtiles, magis quàm facetos & affabiles ama, rectos potius quàm obsecundãtes, miscebis interdũ seriis iocos, sed tẽperatos ac sine detrimẽto dignitatis ac verecundiæ. Nam reprehẽsibilis est risus, si est immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus. Odibilẽ quoque facit hominẽ risus, si superbus & elatus, si malignus & furtiuus, si malis alienis euocatus. Sit vox sine clamore, incessus sine tumultu, quies sine desidia, & dũ ab aliis luditur, tu aliquid sancti honestíque tracta, nõ sis arrogãs, non audax, admone libenter, reprehende patienter, dicenti esto tacitus auditor requirẽti facilè respõde, & cõtendenti facilè cede. Hæc ille.] Nam legitur in Prouerbiis, ꝙ in lingua & verbis cognoscitur sapientia, aut stultitia hominis. Ideo summa ope, & cautela custodiẽda est lingua, ne dicat tacenda, aut exprimenda taceat, secundum glos. in verbo, Doctoribus. in proœmio sexti.

78 † Et ꝙ lingua sit discretè regẽda, nobis ostendit natura, quæ lingua nos brutis æquauit, sed officium linguæ solis hominibus tribuit, vt loquela ab ipsis differamus. Quia secundũ Cic. lib. j. Rheto. quãuis homines multis in rebus humiliores, & infirmiores sint, bestiis, tamẽ hoc iure maximè prẽstare vidẽtur, ꝙ loqui possunt. Et li. j. de Oratore. Cũ homines, inquit, à bestiis differamus, ꝙ loqui possumus, qua laude dignus est, q in ea re cæteros superat, in qua homines bestias antecellunt? Vnde non sine causa linguã vnã solam, & bina alia, quã & non cætera mẽbra triplici carcere natura recluſit, scilicet labiorũ, dentium, & palati: vt causam non habeat indiscretè vagandi, & indifferẽter loquẽdi: cùm mors & vita sint in manibus linguæ, Prouerb. xviij. Nam ad hæc vulnera, quæ infliguntur ex lingua, inter homines medicus penè nullus est, vt dicitur in prima parte epistolarum diui Hierony. tract. iij. epist. xxxv. incip. Perlegi scripta tua, &c. Vnde multò vtilius est pauca idoneè effundere, quã multis inutilibus aures audientiũ prægrauare, dicit tex. in l. ij. C. de veteri iure enucle. Quinimo melius esset nõ loqui, quã malè loqui. Nã qui tacere nescit, loqui ratione nescit, sed effrontes multi inueniũtur, quibus silere si mos esset, honesta cõuersatio vigeret, quę turpiloquio exinanita est. Et si stultus per Romanos præpositus ad disputandũ cũ Græco nõ tacuisset, nunquã Romani duodecim tabularũ legẽ obtinuissent, secundũ gl. super verbo, Decẽ cõstitui. in l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur. Ideo nil tacuisse nocet, nocet tamen esse locutũ. l. nunquã. cum glo. ff. de condi. & demon. vt de Xenocrate Philosopho refert Valer. exemplũ, lib. vij. c. ij. tit. de sapiẽter dictis & factis, in hæc verba: Quid Xenocratis responsum quã laudabile, cũ maledico sermoni quorundã summo silentio interesset, vno ex his quærente, cur solus linguam suam cohiberet: quia dixisse me, inquit, aliquãdo pœnituit, tacuisse nunquã. Præsertim in rebus publicis administrandis. quod optimè seruarunt Romani, de quibus sic loquitur idem Valer. lib. ij. tit. de institutis antiquis. Adeò aũt magna charitate patriæ tenebantur, vt arcana consilia patrum multis seculis nemo senator enuntiauerit. Nunquàm enim taciturnitatem

nitatem optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum labefactari volebãt. Fidum erat & altũ reipublicæ pectus cura silentiiq; salubritate munitũ & vallatũ vndique, cuius limẽ intrãtes, abiecta priuata charitate, publicã induebant. Itaq; non dicã vnũ, sed neminẽ audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum, &c. Et sicut verbũ ita & scriptum custodiæ alicuius traditũ, secretè est custodiendũ, & contrà facientẽ acriter vindicarunt Romani, vt lib.j. refert idem Vale. tit. de seruata religione. Tarquinius, inquit, rex Marcum Tullium Duumuirum, ꝙ librũ secreta ciuilium sacrorũ continentem, custodiæ suæ cõmissum, corruptus Petronio Sabino ad scribendum dedisset, culeo insutum in mare abiici iussit. Idq́ue supplicij genus non multo post parricidis lege irrogatum est. Iustissimè quidẽ: quia pari vindicta parentũ ac Deorũ violatio expiãda est. Hæc ille. Qui in prædictis locis plura exempla multum notanda refert. Homo ergo, qui secretum tenet, & sapiẽter loquitur, non homo, sed quasi Deus æstimatur. Et inde dicit Cato:

Virtutem primam esse puto compescere linguam.
Nam proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.

☞[Vt plenè habetur j. super verbo, *Guidam Petro tradiderunt*, dum loquitur de conuiuiis fugiendis.]

☞[Præsertim in conuiuiis, ideo dicit sapientissimus Cato: Pauca in cõuiuio loquere: quia difficile est inter hilaritatẽ & epularũ delicias loqui sapiẽter.]Iuxta illud Prouerb. xvj. Hominis est animũ præparare, & antè gubernare linguam, sine quo in multiloquio nõ deest peccatũ, Prouer. x. Lingua enim garrula leuis, & iniqua pacẽ turbat, vicinũ scandalizat, secreta reuelat, infamiã ꝓcurat, germinat lites, incendit iras. Ob quod prę cęteris membris temperamento maximè indiget: tamen nihil difficilius creditur, quã silentij virtutem habere. Cũ faciliter sermone promptissimo delinquamus, & tacendi constantiam ferre non possumus. Nã dissolutio hæc ita mũdum occupat, vt iuuenes sicut senes, fœminæ prout viri loqui audeãt. Nulloq́; verecundiæ freno linguæ trahitur habena. Ideo olim Pythagoricorũ disciplina erat discipulos tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui, vt Hieron. refert super Eccleſiast. cui concordat tex. proœ. fforum, circa fi. Non igitur manus ad calamum præceps, non lingua sit ardens ad verbũ, nisi dum vbi & quando expedit, & tunc ꝙ sapienter loquatur, vt Iob semper fecerat. Vnde percussus Deo cõquerens ausus fuit dicere: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo, Iob xj. Quia vt dixi, in lingua cognoscitur prudẽtia loquentis, aut fatuitas, si stultè loquatur, vt exẽplis supradictis. Præsertim in iudice, qui debet esse velox ad audiendum, & tardus ad loquendũ, & qui animi sui motũ verbo, imò nec signo pãdere debet, quia non est recti, & constantis iudicis cuius animi motũ vultus detegit. l. obseruandũ, ff. de of. prẽsi. Videatis tex. plenũ Iac. 3. vbi de modestia linguæ, & eius vitijs, quæ hominẽ demonstant fatuum. Prætereà dicit l. cũ quidã, ff. de cond. inst. ꝙ fatuus & demens iudicatur, vt non valeat eius testamentũ, qui mandauit cadauer suum post mortẽ proiici in mare, vel ad sepulturã duci cũ mimis & ioculatorib. secundum Lud. in l. j. §. j ff. de ver. obl. Similiter iudicatur stultus & fatuus, qui omnia quæ scit, manifestat, & pãdit. Et omnino, qualis est interius, se declarat exterius ad similitudinem vitri. † Est enim vitrum (vt dicit Auicen.) inter lapides, sicut stultus inter homines, declinat profectò ad omnem tinctura, & dicitur vitrum secundũ Isid. eò ꝙ visui transluceat. Perspicuitate enim, & substãtiæ suæ transparentia, vitrum luci peruiũ est. In aliis metallis quicquid intrinsecus cõtinetur, absc̃ditur, in vitro aũt cuiuslibet liquoris species, qualis est interius, talis exterius declaratur: de quo magnus ille Greg. libr. 18. Moral. c. 30. sic dicit: Vitri quoque natura est, vt extrinsecus visu pura, intrinsecus perspicuitate pluceat. In alio metallo quicquid intrinsecus continetur, absconditur: in vitro verò quilibet liquor, qualis continetur interius, talis exterius demonstratur: atque vt ita dixerim, omnis liquor in vitreo vasculo clausus patet. Nã massa vitrea cũ fuerit in fornace liquefacta, & perfectè deputata, summã contrahit puritatẽ substãtiæ, & transparẽtiam siue perspicuitatẽ, ideo habet potẽtiam cuiuslibet coloris susceptibilẽ, & manifestatiuã, faciliter frãgitur, & fractũ nõ potest, nisi iterata calefactione reparari.

☞[Vide q̃ plenius de hoc dicit super verb. *Si absque liberis moreretur, ij.* tractando 4. prin. art. vulg. substi. in fi.] †Sic est de fatuo, quicquid scit, & habet interius, loquitur, & prodit exterius, faciliter dehonestatur & perditur, & semel fatuus vix, aut nunquam sanatur. Similiter iudicatur quis facto stultus, vt inquit Arist. lib. j. Rhet. Vbi opera signa habitus sunt, puta si lapides proiiciat ꝑ carrerias, l. ij. C. de Iudæ. ibi, Vel alio furoris genere. Idẽ si malum eligat, cũ posset eligere bonum, vt Inst. quod cũ eo, qui in al. pot. est. cir. med. vel si nomen suum ignoret, l. fi. C. de hær. inst. vel credat vnam rem vocari alteram, ff. de lega. j. l. si quis in fundi vocabulo, ff. de leg. j. † Aliquando efficitur aliquis stultus sola existimatione, vt cũ quis credit se solum sapientem, & sapientiam secũ morituram, iuxta illud Iob xij. ibi, Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia. & Eccl. x. In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. inde dicit Tul. lib. de Paradox. Stultorũ sentẽtia fuit, Oẽs insaniunt. Vnde laudabilior est stultus, q̃ se stultum putat, quia adhuc de lumine sapientię aliquid habet, quã si sapientem se existimat, secundũ quod dicit Apost. ad Rom. j. Euanuerũt in cogitationib. suis, & credẽtes se sapiẽtes, stulti facti sunt. † Et q̃d de fatuo, an testari possit: Io. Fab. in d. § ꝑtereà, Inst. qui. nõ est perm. fa. test. dicit ꝙ sic, quẽ ibi seq̃tur Ang. Pro quib. facit text. in l. si frater, C. illo eo. tit. ibi, Licet vigoris nondum emersissent vestigia. Ex quo not. ibi Paul. & Alex. ꝙ maior 14. ann. licet habeat imbecillitatẽ sensus, tamen testari potest, quia imbecillitatem sensus in tali maiore lex non videtur cõsiderasse. † Et intelligatis, ꝙ adultus testari potest, & singula quę ad testamentum pertinent facere, prętерquam tutorem dare filio, qđ facere non põt, donec ætatis fuerit xv. anno. tex. est sing. in d. l. 3. §. quãuis, ff. de admi. tut. Prætereà sicut furiosus testari non põt, etiam ad pias causas, ꝑ tex. in d. c. fi. de suc. ab intest. † Sic etiã testari non poterit ebrius, q̃ furioso comparatur. c. à crapula. de vi. & hon. cle. imò si testatur, tale testamentũ est nullum, sicut esset nullus contractus per eum celebratus, vt dicit gl. sing. in c. vnusquisque, 22. q 4. † Et idem dicitur de dormiente, qui testari non poterit, nec contrahere, secundum Barb. in d. c. fi. xj. col. in fi. & in c. ij. s. e. † Idem in phrenetico, vt dictum est, vt tenet Bal. in l. ij. C. de resc. ven. facit tex. in clc. si furiosus, de homic. Ad cætera autem motiua Richardi facilis est responsio. Vnde restat cõcludendũ, pupillũ etiam pubertati proximum de iure communi, quamuis ad pias causas fore intestabilẽ, nisi à statuto à principe, aut populo superiorem non recognoscente facto, talis pupillus

pubert

pubertati proximus habilitaretur. Nec valet si quispiam diceret fugere satagẽs tex. in d.c.si pater.ꝙ dispositio dicti c.locũ habet in pupillo patrẽ habente, qui testari non potest in piis causis, cùm pater possit ei testãdo prouidere vsq; ad pubertatẽ per substitutionem pupillarẽ, vt ibi. Et opinio domini Richardi verificari posset in pupillo patre carente, qui ad pias causas testari poterit, &c. Et hoc est falsũ. Quod sic ostendo. Nam in d.c. si pater. non permittitur patri filio impuberi substituere in piis causis, ex eo quia filiusfamilias est. Cùm filiusfamilias aliàs habilis ad pias causas testari possit. c. licet. de sepul. li. vj. vt plenè vidistis super verbo, *Matrem insuper Cleram.* Sed ideo permittitur hoc patri, quia filiꝰ est impubes. Et sic defectũ patiẽs in naturalibus. Quæ quidem ratio locũ habet in filio pupillo patre carente, sicut in patris potestate cõstituto. Vnde cùm ratio vtroq; casu duret, etiã durare debet iuris dispositio. Et hæc ratio est clarior, quã illã quã assignat Barb. in d. cõsi. Præterea facit, quia certũ est, ꝙ in tẽpore facultatis testãdi causa pia est deterioris cõditionis, quã quæcunque alia, quia videmus, ꝙ puberes s. xiiij. annos habẽtes testari possunt de omnibus, quæ habẽt, vt j. videbitur. Et tamẽ in testamẽto olim relinquere nõ poterãt libertatẽ vni seruo ante xx. annũ. Insti. ex quibus cau. ma. non pos. §. eadẽ l. Saltem secundũ mediã iuris prudentiã, nisi impleuerint xvij. annũ, & xviij. attigerint. §. cùm autem certus modus. illo eod. tit. Hodie verò iure nouissimo nõ potest quis libertatem in testamẽto relinquere, nisi tẽpore quo testari potest: Et sic tempore xiiij. ann. l. qua ætate. ff. eo. Et sic facultas relinquendi libertatem seruis in testamẽto æquiparatur facultati relinquendi cætera bona, ita quòd antè non potest, in Auth vt sponsa. largi. §. j. colla. ix. Sed sic est, quòd libertas est pia causa. l. in testam. vbi Bar. ff. de fideicõ. liber. & idem Bar. in l. proximè. §. fi. ff. de his quæ in testa. delen. Igitur pia causa in tẽpore disponendi nõ est hodie magis priuilegiata, quã cæteræ causæ non piæ. Quinimò in testatore æqualem hodie requirũt ætatem, & iure antiquo requirebant maiorem. Quare concluditur, quòd tam iure canonico, per d.c. si pater. cui respõderi nõ posset, quàm iure ciuili, pupillus citra principis habilitationem testando etiam ad pias causas disponere non posset.

87 †Circa quod vnũ tenebitis menti, ꝙ sicut pupillus nõ potest testari (vt dictũ est) ita nec donare poterit causa mortis, per tex. no. in l. j. post princ. ff. de tut. & rationib. distrahen. qui nõ est alibi, secundũ Imol. in l. ij. ff. de leg. j. & dixi s. in verb. *testamentũ.* iiij. in prin. Videatis bonã gl. in l. tã is. in prin. vbi Bar. ff. de don. cau. mor. quę vult illũ, qui testari non potest, nõ posse etiã causa mortis donare, nec codicillari, vt d. l. ij. ff. de leg. j. & habetis tex. optimũ in l. discretis. §. j. C. qui testa. face. pos. videatis quæ dixi s. in verbo, *testamentum.* iij. in prin. Et intantũ est nullum testamentum per impuberem factum, quòd etiã non recõualescit per superuenientiã ætatis legitimæ, sicut dicimus de testamẽto facto per filium familiàs, quod nõ reconualescit per ipsius emancipationem, aut patris mortem. Insti. quib. non est permis. face. testa. §. præterea. secùs autem esset in codicillis, qui reconualescunt causa impeditiua cessante. l. j. §. si filius. vbi Bar. ff. de leg. iij. sentit Alex. in d. l. si frater. in fin. & plenè habuistis s. in verbo, *Matrem insuper Cleram.* in prin. 1

88 †Si verò essent minores xxv. annis, dum tamen sint puberes, testari poterunt, quãuis curatores habeant; 3 & valebit testamentũ, etiã sine curatorum auctorita- 4 te factũ, quæ in actu testãdi nõ est necessaria. l. Aurelio. §. Caius. ff. de li. leg. & l. cùm pater. §. curatorũ. ff. de leg. ij. & sentit gl. in l. quæsitum fuit. ff. ad Trebel.

89 vbi Bar Ang. & Imo. dicũt, †quòd pubes minor xxv. annis, aduersus testamentũ à se conditum restitutionem petere nõ potest: quia cũ via ordinaria sibi prouidere possit, scilicet reuocãdo testamentũ, cũ volũtas sua sit vsque ad mortem ambulatoria. l. iiij. ff. de adi. leg. & l. si quis in princip. testam. ff. de leg. iij. Cessabit remedium in integrũ restitutionis extraordinarium. l. in causæ. la ij. ff. de minori. Videatis Bar. in l. verba gesserũt. ff. de verb. sig. Si autẽ testator minor, aut maior fuisset dolosè inductus ad faciendũ testamentũ in præiudiciũ succedentiũ ab intestato, possent ipsi petere testamentũ rescindi per actionem de dolo, & crimine stellionatus, secundũ Bald. in d. l. si frater. C. qui testa. possunt. Pro quo est bonus tex. in l. Lucius. §. Sempronia. ff. de leg. ij. facit gl. & quod ibi no. Cy. in l. quicquid. C. arbi. tute. & l. pupillorum. de admi. tut. & Ang. in l. iiij. ff. de inoffi. testa. vbi concluditur, quòd succedentes ab intestato habent contra hæredes dolosè institutos in testamento dicta remedia, & tenet Fulgos. in d. l. si frater. & l. j. & ij. C. si quis aliquem testa. prohi. & dixi plenè s. in verbo, *Cõdidit.* ij. in fi. 90 † Sed pulchrum dubium est, an adultus testando dare possit sine auctoritate curatorum suorum vel iudicis executoribus suis licentiam, & potestatem alienandi bona sua immobilia, quæ non possunt de iure alienari absque decreto. Et Bal. in l. prędium. C. quando decre. opus non est, dicens hoc ab aliis non fuisse tactũ, eleganter decidit, quòd aut minor permittit in testamento alienationem immobilium pro executione alicuius contractus, & non valet talis permissio: quia pro actibus inter viuos à minoribus celebratis res immobiles ipsorũ sine decreto alienari non possunt. C. de prædiis minorum sine decre. non alie. per totum. Aut hoc permisit minor in testamẽto pro executione suæ vltimæ voluntatis, & tunc valet: quia in testando censetur maior, & iure vtitur maiorum. Et sic tanquã quilibet maior, talem licentiam concedere potest, iuxta plenè not. per Bar. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. lega. Et aduertatis, quia Bal. legit. d. l. prædiũ. cum l. ij. illius tit. quæ incipit illud. Hanc eandem opi. tenuit idem Bal. in l. j. in princ. ff. de rebus eorum qui sub tut. & curat. sunt.

91 †Vnum notabitis, quòd testamentum factũ semper præsumitur factũ per puberem, nisi ex aduerso probaretur testatorem fuisse tempore testamenti inhabilem propter ætatis defectum, vt tenet Innoc. quem sequuntur Doct. & Felyn. in c. in præsentia. de proba. Nam habilitas est solennitas intrinseca, quæ in actu semper præsumitur. l. sciendum. ff. de verb. obl. Licet enim vbi principaliter allegatur ætas, sit probãda per allegantem se principaliter super ea fundantem. l. si minorem. C. de in integ. rest. & l. cũ te. de proba. Tamen quando allegatur actus ętatem includens accessoriè ad sui validitatem, semper probato actu, præsumitur ætas ad illum actum necessaria, per tex. in d. c. in præsentia. quem Panorm. ibi dicit ad hoc singularem. videatis ibi Felyn. in xiij. colum. qui pulchrè loquitur.

Laus Christo Iesu domino nostro.

S V M M Æ.

Relinquo verbum an & quando importet institutionem. & num. 2.

Lego verbum quando operetur institutionem. 3

Hæres ad tempus institui non potest. 4

Legatum

BIU Cujas

5 *Legatum an valeat ex tempore relictum.*
6 *Incapax an possit hæres institui pro tempore, quo erit capax.*
7 *Legatum vsusfructus omnium bonorum hæredi post mortem vsufructuary instituto, an valeat. & nu. 8.*
9 *Dominus & hæres idem est.*
10 *Hæredis institutio fieri potest sub conditione vna vel pluribus.*
11 *Conditio impossibilis an vitiet institutionem.*
12 *Impossibilitas quadruplex.*
13 *Impossibilis conditio quando vitiet actum.*
14 *Impossibilitas iuris an vitiet actum.*
15 *Impossibile dicitur, quod est iure prohibitum.*
16 *Conditio de iure impossibilis quando vitiet actum.*
17 *Relictum in vnam causam impossibilem an conuerti possit in aliam. & nu. 18. & 19.*
20 *Episcopus de cõsensu fundatoris potest fundationem mutare.*
21 *Impossibilitas facti an vitiet actum.*
22 *Impossibilitas perplexitatis an vitiet actum.*
23 *Hæres institui potest sub conditione siue potestatiua, siue casuali, siue mixta: & nu. 24.*
25 *Conditionem implendi facultas non transit ad hæredes.*
26 *Filiorũ institutio an sub conditione fieri possit. & nu. 27.*
28 *Legitima nullam patitur conditionem, nec grauamen.*
29 *Legitima non cogitur filius in pecunia capere.*
30 *Legitima compensationem non admittit.*
31 *Legitima etiam in bonis maternis est sine onere.*
32 *Legitima in quibus casibus grauetur.*
33 *Gulielmus Benedictus quando factus est consiliarius Burdegalæ.*
34 *Legitimã repudiatã accipit. substitutus cum grauamine.*
35 *Legitimam cum onere capit filia alioqui statuto exclusa.*
36 *Specialia duo quando admittantur.*
37 *Legitima cum onere in plerisque casibus. num. 38. 39. 40. 41. 42. & 43.*
44 *Cõditionalis institutio an pereat, si conditio nõ extiterit.*
45 *Conditio debetur pro impleta, quando non stat per eum.*

Cùm ergo impuberes vtriusque sexus passiuã habeant testandi facultatem, & per consequens Adiecta Raynutij filia hæres de iure posset institui, subditur in textu,

¶ Reliquit.

PER hæc enim verba videtur Raynutius Adiectam eius filiam instituisse hæredem vniuersalem, perinde ac si dixisset, Adiectam hærede instituo vniuersalem: † quia hoc verbum relinquo, adiectum vniuersitati bonorum, alio non dato hærede vniuersali importat etiam de iure ciuili hæredis institutionem, secundum glo. in verbo, relicta. in §. si verò, in Auth. de hæred. & Fal. coll. j. Dyn. Bal. & Imo. in l. cogi. in ver. & generaliter. ff. ad Trebel. Videatis tex. Bar. & Bald. in l. diuus. ff. de testa. milit. Bal. & Salic. in l. quoniam indignum. C. eod. tit. Nam testator dicẽdo, bona mea Titio relinquo, videtur ipsum instituisse hæredem, secundum glo. in l. his verbis. ff. de hæred. institu. Bar. & Alexand. in l. illa institutio. illo eod. tit. secus autem esset, si verbum relinquo, adiiceretur in testamẽto dato alio hærede vniuersali: quoniam tunc non traheretur ad institutionem de iure ciuili, quamuis adiectum esset rei vniuersali, vt plenè habuistis s. in verbo, *In eodem testamento relinquens.* j. Hîc enim duo sunt in tex. nostro, quæ hæredis institutionem important, scilicet verbum, relinquo, & bonorum vniuersitas, quia reliquit omnia bona quæ habebat. † Concludendo ergo per modum doctrinæ, de hoc verbo, relinquo, quando importat institutionem, & quando non, dicatis secundum Sali. in d. l. quoniam indignum. quòd aut constat & apparet de mente testantis, & tunc illa seruatur, siue voluerit quòd institutionem importet, siue non, vt d. l. quoniam indignum. Aut de mente testantis dubitatur, & tunc aut verbum, relinquo, adiicitur certæ speciei vel rei seu quantitati, & non trahitur ad institutionẽ hæredis, vt d. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebe. Aut verbum, relinquo, adiicitur vniuersitati bonorum, & tunc aut adiicitur in tali dispositione, in qua directa institutio fieri non potest, veluti in codicillis: & intelligitur relictum per fideicom. l. Scæuola. ff. ad Trebel. facit Insti. de codicil. in fin. Aut adiicitur in tali dispositione, in qua directa institutio fieri potest, veluti in testamento. l. non codicillum. C. eo. Et tunc si aliqua alia vniuersalis institutio non est facta, verbum, relinquo, trahitur ad hæredis institutionem, & secundum illam interpretatur, vt est casus hîc, & in d. l. quoniam indignum. C. eo. Facit l. hac edictali. C. de secun. nup. & l. diuus. ff. de test. mili. Aut in testamento reperitur facta vniuersalis institutio de alio, & tunc institutionem non inducit. † Et idem esset in verbo, lego, quod quãdo adiicitur vniuersitati bonorum, putà si Raynutius dixisset, Adiectæ lego cætera bona mea: tunc nullo alio hærede vniuersali instituto importat hæredis institutionem, secundum Bal. in l. fi. C. fami. ercis. Et licet videatur ibi tenere, quòd etiam importet institutionem alio dato hærede vniuersali per tex. singu. in c. Raynaldus. j. eod. tamen *communis opi. est*, quòd duntaxat institutionem importet, vbi non est alius hæres vniuersalis datus, vt Deo duce latius dicam in d. c. Raynaldus. & j. super verbo, *Eidem impuberi succederent.* Ex quo sequitur, quòd inter hæc verba, lego & relinquo, quando adiiciuntur vniuersitati bonorum, alio non dato hærede vniuersali, non est differentia: cùm ambo tunc importent hæredis institutionem: nec est in hoc differentia inter ius canonicum & ciuile. Sed quãdo in testamento reperitur alius hæres vniuersalis, tũc verbum, lego, non importat institutionem, siue adiiciatur filio, siue extraneo, siue vniuersitati bonorum, siue nõ. Sed verbum, relinquo, adiectum personæ, aut quotæ hæreditatis vel vniuersitati, etiam alio vniuersaliter hærede instituto importat iure isto canonico institutionem, non dico vniuersalem, sed solùm importat institutionem, vt filius cui est relictum, censeatur particulariter institutus, ne testamentum patris sit filij præteritione nullum, vt plenè habuistis s. in verbo, *In eodem testamento relinquens.* j. † Et non sine ministerio fuit Adiecta Raynutij filia, purè & simpliciter hæres instituta, absque tempore & conditione, ad demonstrandum, quòd ex certo tempore, veluti post quinquennium quam moriatur testator, aut ex Calendis illis, vel ad certum tempus, veluti vsque ad tales Calendas hæres esto: fieri non potest de iure hæredis institutio: Insti. de hære. insti. §. hæres & purè. & l. hæreditas ex die. ff. illo eo. ti. Quod intelligatis verum, quòd fieri non potest, vt scilicet institutio hæredis valeat ex die, & non ante, vel ante diem & non post, secundum mentem testatoris: quia vt sic non valet, tamen bene valebit vt pura institutio, reiecto tempore quod habetur pro non adiecto. Adeò quòd ilico testatore defuncto hæres erit, perinde ac si purè fuisset institutus, vt ibi clarè dicitur.

Et ratio est, quare hæredis institutio fieri non potest

test ex die, seu tẽpore, vel ad tempus, quia in pagano (i. nõ milite) nõ est possibile, ꝙ testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus, vt d.l. hæreditas. & Insti. de hæred. insti. §. hęreditas. Quod fieret, si quis ex certo tẽpore, vel ad certũ tẽpus hæres institueretur: quia solũ post tẽpus hæres esset, & nõ ante Et idẽ si ad certũ tẽpus institueretur: quia post illud tẽpus hæres nõ esset: & sic testator decideret pro parte testatus & ꝑ parte intestatus. ideo non immeritò tẽporis adiectio reiicitur, & hæres pro purè instituto habetur, vt testator omni tẽpore testatus cẽseatur, & testamẽtũ potius valeat q̃ pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. Quapropter cũ miles ex priuilegio militari decedere possit cũ duobus testamẽtis, & ꝑ parte testatus & pro parte intestatus. l. j. & ij C. de test. mili. Etiã poterit hæredẽ instituere ex certo tẽpore, vt ante illud hęres nõ sit. Et ad certũ tẽpus, vt postea hæres nõ sit. l. miles. ff. de test. mili. Quod extẽditur ad milites cœlestis vel inermis militiæ, vt plenè habuistis s. in verb. *Testamentũ* j. in ix. casu fallẽtiæ: videatis circa hæredis institutionẽ ad tẽpus factã, q̃ dixi s. in ver. *In extremis positus.* in pr. & in dicto casu. Et idẽ esset vbi quis hæres institueretur ex incerto tẽpore, putà cũ vel quãdo hæres morietur: quia tũc adiectio temporis etiã reiicitur, & hæres pro purè instituto habetur, ita ꝙ adiectio tẽporis institutionẽ nõ suspẽdit, vt d. l. hæreditas. & ff. de nouatio. l. si pupilli. & l. si quis sub cõditione. Cùm certũ sit omnino hoc tẽpus extiturũ ꝙ hæres morietur, & purificabitur cõditio in
5 vltimo vitæ spiritu ipsius hæredis. † Legatũ autẽ illo modo relictũ, scilicet cùm, vel quãdo ipse legatarius morietur, suspẽditur: nec ab eo tẽpus adiectũ reiicitur, nec legatũ interim debet, donec legatarius moriatur, q̃ moriẽdo, & sic cõditione impleta ipsum legatũ trãsmittit ad hæredes. Et ratio diuersitatis est, quia in hæredis institutione, nisi adiectio tẽporis reiiceretur, testator postquã esset mortuus, decederet ꝑ parte tẽporis, scilicet ante mortẽ hęredis, intestatus, & post mortẽ hæredis testatus. Quæ ratio cessat in legato: quia suspẽditur, donec legatarius moriatur: tamen valet interim, nisi esset legatum libertatis vel vsusfructus: quia tũc legatũ nõ valeret. Et ratio est, quia in aliis legatis q̃ relinquũtur cùm legatarius morietur, quãdo legatarius est in vltimo vitæ spiritu adimpleta est cõditio, ita ꝙ tale legatũ trãsmittetur ad hæredes. Et sic quãuis legatarius nullũ cõmodũ habeat, tamẽ eius hæredes commodũ reportabũt. Quę ratio locũ nõ habet in legato libertatis, vel vsusfructus, cũ libertas illius cui legata est, nõ trãsmittatur ad hæredes, nec etiam vsusfructus, qui morte finitur. Insti. de vsufr. §. finitur. Vnde his duobus casibus nõ
6 valeret legatũ. † Quãdo autẽ quis hæres institueretur, cũ, vel quãdo alius tertius quã hæres, puta quãdo Titius morietur, vel cũ hæres hæreditatẽ capere poterit ex testamẽto: quia forsan est deportatus, qui capere nõ potest hæreditatẽ, donec à principe restituatur. l. j. C. de hære. insti. Tũc adiectio tẽporis nõ reiiceretur de institutione, imò suspẽsa maneret, donec Titius moriatur, vel hæres à principe restituatur. Et sic nõ purificata conditione. Or quia nõ est omnino certum hãc conditionem debere impleri in vita hæredis, cùm mori possit Titius post hæredẽ, tunc tale tẽpus nõ reiicitur, sicut reiicitur quãdo est institutus eũ ipsemet morietur. Et idẽ si institutus esset, quãdo cõsul erit, cũ euenire possit, quòd morietur antequã fuerit consul. Facit l. in tẽpus ff. de hære. insti. & l. qui filio. ff. de lib. & posth. l. filius à patre. & tenet glo. in d. §. hæres. Insti. de hære. insti. Sanè tamẽ intelligatis, ꝙ valet hæredis institutio facta de incapace in tẽpus quo capax erit, quãdo incapacitas surgit ex vitio solius hæredis, vt est videre in deportato propter suum delictum. Si verò incapacitas proueniet ex vitio amborũ, scilicet testatoris & hæredis, vt quãdo instituerętur spurius cùm capere poterit, tunc esset nulla hæredis institutio, secundum Ange. & *cõmuniter doct.* in d. §. hæres. & Bal. in l. eã quã. C. de fideicõmiss. De alio autẽ relicto sibi facto videatis Bar. in l. h. ff. de his quib. vt indig. Nã in testãte debet esse capacitas testãdi tẽpore testamẽti, vt d. l. in tẽpus. Nec prędictis obstat, si quispiã replicaret, ꝙ si quis instituatur hęres ex die certa, valet institutio, quia tẽpus reiicitur, & hæres pro purè instituto reputatur, vt d. l. hæreditas ex die. ff. de hære. insti. Et tamẽ euenire potest, ꝙ hæres moriatur ante euentũ illius certæ diei: Cùm certũ nõ sit diẽ venturã hærede viuo, & tamẽ eo tũc tẽpus reiicitur vt s. dixi. Ergo eodẽ modo reiici deberet, quãdo institutus fuit, cùm vel quãdo Titius alius quã hæres morietur: attento ꝙ incertũ est an Titius morietur ante vel post hæredẽ. Quia respõdeo, ꝙ in primo casu, quãdo dies certa est in institutione adiecta, ideo reiicitur: quia si hærede viuẽte contingeret dies, testator diceretur pro parte testatus decessisse, & ꝑ alia parte tẽporis intestatus. quod esset absurdũ ꝑ iura superius allegata: ideo adiectio tẽporis certi subducitur de medio. Sicut videmus, quãdo aliquis institutus fuit in certo fundo, aut in quacunq; alia re. Quia detracta mẽtione rei remanet hæres in totũ. l. j. §. si ex fundo. ff de hær. insti. Et alia ratio nõ est, nisi vt testator nõ decedat ꝑ parte bonorũ testatus, & ꝑ reliqua parte intestatus. Sed ista cessat, quãdo institutioni hæredis adiicitur tẽpus incertũ. Quia cũ illud tẽpus habeatur pro cõditione, & conditio in institutionibus hæredũ retrotrahatur, quãdocunque euenerit. l. hæredes quãdocunque. ff. de acquir. hære. Ergo cùm euentus cõditionis retrotrahatur ad tẽpus mortis testatoris, nõ poterit dici testatorẽ decessisse pro parte tẽporis testatũ, & pro parte intestatũ. Nec est fienda differentia, an tẽpus illud incertũ fuerit institutioni hæredis adiectũ per dictionem si, vel per dictionẽ cũ, vel quãdo, secundũ Bar. & doc. in l. extraneũ, la j. C. de hære. insti. & Bar. in l. quodcũque. §. fi. & in l. ita stipulatus. la grãde. in ij. q. prin. versi Iuxta hæc quæro. & in iij. q. ff. de verb. obl. Licet aliqui citramõtani, vt Petrus & quidã alij, quos sequitur Cy. in d. l. extraneũ. voluerint tenere contrariũ. Et idem esset, vt scilicet institutio hæredis suspẽdatur, nec tẽpus reiiciat, si hæres institutus esset ex tẽpore, de quo incertũ est, si stabit vel nõ, puta, quãdo Titius fuerit cõsul. Nã certũ nõ est ꝙ sit futurus cõsul, sicut certũ est ꝙ morietur, licet nesciatur quãdo. l. j. ff. de condi. & demõstr. vt plenè not. in iuribus s. alleg. 7 † Ex præmissis pendet quæstionis decisio vtilis & non minus difficilis: testator reliquit vxori suæ vsumfructum omnium bonorum, & post mortẽ vxoris instituit fratrem vel alium hæredẽ, an valeat illud legatum vsusfructus. Dubium facit, quia tale legatum vsusfructus non cedit, nisi adita hæreditate per hæredem. l. vnica. §. j. ff. quando dies lega. cedat. & C. de cadu. tol. §. in nouissimo. Sed hæres adire nõ potest hæreditatẽ, nisi post mortẽ vxoris, quo tempore legatum perit: cùm vsusfructus morte fructuarij finiatur, vt d. §. finitur. Inst. de vsufr. Ergo videtur legatũ dullũ. l. Titio cùm morietur. ff. de vsufr. Et certè Bal. in d. l. extraneum. tenet dictum legatum valere: quia dato ꝙ hæreditas

adiri

adiri nõ posſit de iure ante mortẽ vxoris, tamẽ ſufficit adiri de facto, per regulam volentẽ cõditionem adimpleri poſſe de facto, vbi de iure impleri non poteſt l. mulier. §. hæreditarium. ff. de condi. inſti. ita ꝙ quãdocunq; poſteà tempore debito hęres adeat, apparebit eũ retro fuiſſe hæredẽ, vt d. l. hæres quãdoq;. ff. de acquir. hæredi. Prætereà cùm nõ ſit aliquis, de cuius manu vxor capiat legatũ, poterit propria authoritate, vel officio iudicis capere, ſecũdum Bal. in d. l. extraneum. ibi idem tenet Sali. Bal. & Raph. Cu. in d. l hæreditas ex die. ff. de hære. inſtit. & Ang. in l. Gall⁹. §. j. ff. de lib. & poſth. & latè hoc diſputãdo tenuit Bal. in l. id quod pauperibus. xiiij. q. C. de epi. & cle. quia teſtator qui voluit cõſequẽs, ſcilicet ꝙ vxor haberet vſumfructũ, voluiſſe videtur omne antecedens neceſſarium ad illud relictum, & conſequenter voluiſſe videtur hæredem adire poſſe hæreditatẽ in vita vxoris, ſed nõ habere cõmodũ hæreditatis. idẽ tenuit Bal. in l. filius à patre. ff. de lib. & poſthu. quẽ ibi ſequitur Paul. dicens ita vidiſſe iudicari, cùm hæc quæſtio occurriſſet de facto. Sic etiã tenuit Iaſ. in d. l. extraneũ. referẽs Pau. ita cõſuluiſſe cõſi. cccl xxxix. incip. Viſis dubiis. & ſupra omnes Ludo. Roma. cõſil. lxxj. incip. Viſis dubiis propoſitis, & elegãtiſſimè cõſultis, dicens ſic aliâs conſuluiſſe cũ Pau. & Floria. Et hanc opi. dicit æquã Alex. in iij. parte conſil. lviij. incip. Habita ſuper cõtentis. Licet in d. l. extraneũ. tenuiſſet tale legatũ nõ valere, prout ante ipſum tenuerant Io. And. in addi. Spec. tit. de pign. §. fi. verſi. porrò vſufructuarius. Pet. de Anch. & Imol. in c. fin. de pign. per tex. in l. qui filio. in prin. iuncta gl. ibi. ff. de hæred. inſt. Ad quẽ plenè reſpõdet Iaſ. vbi ſuprà. Vnde concluditur tale legatũ valere, quia ita ſeruatur de cõſuetudine, ſecundũ Bal. in d. l. id ꝙ pauperi-
8 bus. † Et maximè valeret tale legatũ vxori factũ in caſibus ſequentibus. Primò, ſi filius vel alius de liberis teſtatoris eſſet inſtitutus hæres vniuerſalis poſt mortem vxoris. Quo caſu cùm filius habere debeat legitimã ſine onere, & tẽporis dilatione. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. talis filius poſſet ſaltem quo ad legitimã, ſtatim ſe immiſcere hæreditati paternæ: & confirmaret legatum vxori teſtatoris factum, ſecundum Ioan. Andr. vbi ſuprà. Secundò, maximè valeret, vbi teſtator ſimpliciter non reliquiſſet vxori vſumfructum omnium bonorum, ſed eam feciſſet dominam & vſufructuariã: quo caſu propter
9 dictionem, dominam, legatũ valeret. † quia idem eſt dicere dominus, quòd hæres. Inſtitu. de hære. quali. & diffe. §. penul. iuncta glo. ibi. Vxor ergo cẽferetur inſtituta hæres in tẽpore, per cuius additionẽ confirmabitur teſtamẽtũ, ita ꝙ propria authoritate poſſet legatũ capere, vt ſingulariter decidit Benedictus de Plumbino in l. qui duos. ff. de manu. teſta. quem ſequitur Alex. in d. l. extraneũ. Nam quoties vxor eſt relicta domina & vſufructuaria, apprehẽdere poteſt propria authoritate vſumfructum, ſecundum Ange. in l. rerum amotarum. ff. rerũ amo. dicens ſic tenuiſſe Spec. tit. qui filij ſint legi. Idẽ tenet Bal. in c. fi. de cõſue. Certè ſi non eſſet deciſio generalis quã ſuprà firmaui, hæc particularis deciſio difficiliter ſuſtinetur, quia vt plenè dicam ĵ. in verbo, *Cætera bona.* Illa dictio dominã, nõ importat dominiũ, nec hæredis inſtitutionẽ, dato alio hærede vniuerſali in teſtamẽto
11 inſtituto, quanuis in diem incertã, ſed ſolùm importat ꝙ vxor relicta domina, tantam habeat præeminentiã, quantam viuo marito habebat in domo. Tertiò, maximè valeret tale relictũ vxori factũ ſi fuerit factum per verbum, inſtituo, vt puta ſi dixerit, inſtituo vxorem meam omnium bonorum meorũ vſufructuariam, vel in vſufructu omnium bonorum, & poſt eius mortem inſtituo fratrẽ meum hæredẽ vniuerſalem. Nã tunc vxor erit hæres nõ ſolùm in vſufructu, ſed etiã in proprietate. arg. l. ſi quis ita hæres inſtituatur excepto fundo. ff. de hæred. inſtit. Et inſtitutio fratris reſoluetur in fideicõmiſſum: & perinde erit ac ſi vxor inſtituta fuiſſet grauata poſt mortem hereditatẽ fratri teſtatoris reſtituere, ſecundum Sali. in d. l. extraneũ in vlt. q. idem tenet Ang. in d. l. filius à patre. ff. de lib. & poſth. & ſentit Bal. in d. l. id quod pauperibus. Et eſt de mente Bal. & Ang. per gl. ibi in l. ij. ff. ſi pars hære. peta. & vtrobique firmat Alexan.

Quartò, maximè valeret dictum relictũ, vbi teſtator vxori relinqueret vſumfructũ omniũ bonorum, & aliquem inſtitueret hæredem in re certa, deinde poſt mortẽ vxoris inſtitueret fratrem, vel alium, vniuerſaliter. Quia licet hoc caſu hæres vniuerſalis adire non poſſit hæreditatẽ ante mortẽ vxoris: tamen hæres in re certa purè inſtitutus ſtatim adire poterit: per cuius additionẽ cõfirmabitur relictũ vſusfructus, ac totum teſtamentum. Ad cuius cõfirmationẽ ſufficit alterum ex hæredibus adire, cùm cęteris non adeuntibus portiones eorũ illi accreſcant. l. ſi nemo. ff. de teſta. tut. & l. ſi legato. §. j. & l. ſi teſtamẽto. ff. de manu. teſt. ſecundũ *magis communem opi.* vt plenè habuiſtis ſuper verbo, in teſtamento relinquẽs. j. verſi. pro totali præmiſſorũ declaratione. ibi, nũc euacuare ſupereſt difficultatẽ &c. & ita conſuluit Alex. in iij. parte alleg. conſi. lviij. & Iaſ. in d. l. extraneum. C.
10 de hær. inſti. † Procedamus, domini, vlteriùs, & dicamus, ꝙ licet ex die, vel ad diẽ fieri nõ poſſit hæredis inſtitutio, vt ſic valeat vt dictũ eſt: tamẽ fieri poteſt ſub conditione, nedum vna, imò ſub pluribus. quia vt dictum fuit ſuprà, euẽtus cõditionis retrotrahitur ad tempus mortis teſtatoris, d. l. hæres quãdoq;. ff. de acquir. hæred. Taliter, quod eueniente cõditione hęres inſtitutus fingitur fuiſſe ſemper hæres tã ante euentum conditionis, quàm poſt. Vnde cùm tunc nõ reſultat abſurdum, quod teſtator videatur deceſſiſſe pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus, talis inſtitutio valet, nec de illa reiicitur cõditio: imò expectandus eſt eius euentus: quia niſi cõditio eueniat, & adimpleatur, non poſſet hęres eſſe. Imò ſi ſub pluribus cõditionib⁹ fuiſſet inſtitutus, ita quod dictæ cõditiones fuerint copulatiuè adiectæ, puta ſi illud & illud factũ fuerit, omnib⁹ parẽdũ eſt, & omnes adimplendæ ſunt, antequã ſit hæres. Si tamen forent diſiunctim poſitæ, puta ſi illud vel illud factum fuerit, ſufficeret alterã impleri. Inſti. de hære. inſti. §. ſi plures. Quod qualiter intelligatur, docent ibi gl. & Ang & doct in l. ſi plures. ff. de condi. inſti. vbi deciditur quid iuris ſit in legatis, fideicõmiſſis, & libertatibus. Nam ſi hæres decederet ante euentum cõditionis ſub qua fuit inſtitutus, hæreditatem non trãſmitteret ad hæredes. Cùm nullam ius in hæreditate habeat ante implementum conditionis. Et prætereà pendet ex futuro euentu. l. quæ legata. ff. de regu. iur.

Verumtamen ad clarius enucleandum iſtos terminos, ſcire debetis, quod aliquando inſtituitur hæres ſub conditione impoſſibili, interdũ verò ſub cõdi-
11 tione poſſibili. † Primò caſu, ſi hæres inſtituatur ſub conditione impoſſibili, aduertendum eſt, quia quaduplex eſt impoſſibilitas † Prima eſt impoſsibili-
12 tas naturæ, quæ ſi fuerit in diſpoſitione veluti circa ſubſtantiam eius, de quo quæritur, puta ſi teſtator di-

xerit

xerit: Præcipio hæredi meo, ꝙ cœlum digito tãgat: tunc talis impoſſibilitas diſpoſitionẽ vitiat, imò veriùs loquẽdo talis præceptiua diſpoſitio velut impoſſibilis eſt nulla. Cùm naturaliter nõ ſit poſſibile hæredi cœlum tangere digito. Et nõ ſolùm hoc caſu eſt nulla diſpoſitio vltimæ voluntatis, ſed etiam inter viuos. l. ſi quis in quilinos. in fi. & l. apud Iulianum. §. fin. vbi not. ff. de lega. j. Idem ſi legetur res quæ nõ eſt in rerum natura, vt eſt tex. in §. fin. Inſtit. de leg. Pariter 13
ſeruatur in contractibus. l. non ſolùm. ff. de actio. & obl. Et intelligatis, ꝙ vitiatur in toto, ſi in totũ fuerit impoſſibilis. Sinautem pro parte tãtùm, pro illa parte vitiaretur, per ea quæ habẽtur in l. j. C. de ſec. nup. & in l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de don. inter vir. & vxo. Et hoc verũ ſiue ſit contractus. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obl. ſiue ſit confeſſio. l. in cõfeſſionibus. ff. de interr. actio. ſiue ſit ſententia iudicis. l. fi. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcin. Siue ſit lex, quæ debet eſſe poſſibilis. c. erit autẽ lex. iiij. diſt. Nã vbicunq; impoſſibilitas deducitur in aliquo actu per modum principalis diſpoſitionis. i. quod ipſum impoſſibile princi- 14
paliter deducitur in ipſa diſpoſitiõe, ſemper actus ille ſeu diſpoſitio tanquã impoſſibilis non valet. l. generaliter. & l. ſi plagij. ff. de verb. obl. Quia tũc impoſſibilitas verſatur circa ſubſtãtiã eius, de quo quæritur. Vnde dicit regula, ꝙ impoſſibilium nulla eſt obligatio, ſcilicet naturalis, neque ciuilis. l. impoſſibiliũ. ff. de reg. iur. & c. nemo ad impoſſibile. illo eo. ti. lib. vj. Aliquando verò impoſſibilitas non eſt, nec verſatur circa ſubſtantiã diſpoſitionis, ſeu non deducitur per modũ principalis diſpoſitionis, ſed eſt & verſatur circa aliquod accidẽs, ſeu circa executionẽ, vel exactionẽ, puta circa anguſtias tẽporis, vt quia dixit teſtator, ſeruos quos Romæ habeo triduo poſt mortem meã hîc Caturci hæredẽ meum Titio dare volo. Et tũc talis impoſſibilitas & tẽporis anguſtia legatum dandi & exequẽdi nõ vitiat diſpoſitionẽ ſeu legatum, ſed vitiatur. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de legat. j. Et idẽ eſſet ſi talis impoſſibilitas verſaretur in contractu bonæ fidei: quia vitiaretur impoſſibilitas, & pro non adiecta haberetur. Sed nõ vitiaret contractũ l. inſulã. §. fi. ff. loca. Si autẽ contractus eſſet ſtricti iuris, qualis eſt ſtipulatio: talis impoſſibilitas vitiaret cõtractũ, niſi partes prouidiſſent, vt puta ꝙ procuratores hîc Caturci vterq; cõtrahẽtiũ haberet, & egiſſet quilibet cũ ſuo, vt eadẽ die fieret ſolutio: quia cũ tunc tali prouidentia remedietur contra impoſſibilitatẽ, talis impoſſibilitas non redderet cõtractũ ſtricti iuris nullũ. l. fi. §. inter eos. ff. de ver. ob. facit text. iuncta glo. fin. in §. loca. Inſti. illo eo. tit. decidit gl. in d. c. nemo ad impoſſibile. Aliquando impoſſibilitas naturæ nõ verſatur circa ſubſtãtiã diſpoſitionis, nec deducitur per modum principalis diſpoſitionis, nec etiã verſat circa accidẽs ſeu executionẽ, ſed deducitur per modũ conditionis. & eſt materia noſtra propria. Et tũc vltimã non vitiat diſpoſitionẽ, imò ab ea reiicitur: Adeò ꝙ talis vltima voluntas remanet pura, veluti ſi teſtator diceret. Titium hæredẽ inſtituo, 15
ſi cœlũ digito tetigerit. Nam reiecta illa conditione impoſſibili, quia impoſſibile eſt cœlũ tangere digito, ſolẽ, vel ſtellas, tũc perinde erit mortuo teſtatore, acſi hæres purè fuiſſet inſtitutus, per tex. in §. impoſſibilis. Inſtit. de hære. inſti. vbi ſic dicitur. Impoſſibilis conditio in inſtrumẽtis, legatis, vel fideicommiſſis & libertatibus pro non ſcripta habetur. facit text. in l. j. vbi plenè Bar. & doc. ff. de condi. inſti. Et idem eſſet in donatione cauſa mortis, quæ quantum ad hoc naturam ſapit vltimarum volũtatum. l. quæ ſub conditione. §. hoc edictũ. ff. de condi. inſti. Et idem in contractu matrimonij. Nam ſicut in vltima volũtate talis conditio impoſſibilis fauore illius reiicitur, ita & in matrimonio fauore matrimonij. c. j. & fi. ẽ. de cõd. appoſi. Videatis gl. in c. ſignificatũ. de præbẽ. & in c. vnico. in fin. ne ſede vacan. aliquid innouetur. lib. vj. vbi in ſpiritualibus conditio impoſſiblis non vitiat actum. †Sed in aliis contractibus appoſita, aut in ſententia iudicis vel arbitri, non vitiaretur: imò vitiaret contractum & ſententiam, adeò ꝙ nulla orietur actio ad ipſum contractũ perficiendũ, licet quandoque oriatur condictio ob cauſam ad ipſum reſoluẽdũ. l. non ſolùm. ff. de actio. & obl. & in §. ſi impoſſibilis. Inſti. de inuti. ſtipu. & l. impoſſibilis. ff. de verb. oblig. Vbi autem talis conditio eſſet neceſſaria. i. neceſſariò vera, vt qa negatiuè cõciperetur, veluti, promitto decẽ, ſi cœlum digito nõ tetigeris, tũc valeret contractus tanquã purus, cùm ex nunc notoriè ſit verum & certũ te non poſſe naturaliter cœlum digito tangere, vt plenè not. in d. l. impoſſibilis. †Secunda dicitur impoſſibilitas iuris, quæ ſi verſatur in diſpoſitione, ſeu circa illius ſubſtantiã per modũ principalis diſpoſitionis, vitiat illã, puta ſi teſtator dicat, præcipio hæredi, ꝙ talẽ defloret virginẽ, vel quid ſimile cõtra ius, faciat. Nam talis diſpoſitio eſt turpis: & ſic de iure impoſſibilis, qne ſit vltima volũtas, ſiue contractus, vel quaſi, vt d. l. generaliter. & l. ſi plagij. ff. de ver. obl. ideo nihil operatur. Aliquando talis impoſſibilitas iuris deducitur, & verſatur in aliquo actu nõ per modũ principalis diſpoſitionis, ſed ꝑ modũ conditionis: veluti ſi teſtator dicat, hęredẽ inſtituo Titiũ ſi filiam propriã acceperit in vxorem: vel hęredem inſtituo Bertã, ſi à marito ſuo diuerterit, & ſic de ſimilibus. Nam nos hæc facere nõ poſſe præſumit ius, vt dicit tex. in l. filius. ff. de condi. inſti. Sicut quãdo hæres inſtitueretur, ſi filiũ, vel vxorẽ, aut quẽcunq; aliũ occideret, vel aliquid turpe cõmitteret: quibus caſibus etiam talis conditio reiicitur, & pro non adiecta habetur, vt d. §. impoſſibilis. & l. reprehẽdenda. C. de inſti. & ſubſti. & l. conditiones. & l. filius. ff. de cõdit. inſti. & l. obtinuit. ff. de condi. & demõ. Et inde decidit Bar. quẽ ibi ſequuntur Bald. & Alex. in l. apud Iulianũ. aliàs inci. Iulianus. §. fin. ff. de leg. j. ꝙ ſi podere relinquatur fratribus mendicantibus cum onere, ꝙ ibi locũ conſtruãt, in quo certi fratres morentur, tale onus non valet, quia eſt impoſſibile: cùm mendicãtes non poſſint nouam habitationem aſſumere de iure cõmuni, niſi de licẽtia papæ hoc facerent: quam obtinere eſt multum difficile, vt d. §. fi. & c. fi. de religio. do. li. vj. quæ difficultas impoſſibilitati comparatur. Vnde tale relictum valebit tanquã purum, vt in alium faciliorẽ vſum conuertatur, ideo ſi immobilia relinquantur talibus, qui illorum ſunt incapaces, cle. exiui. de verb. ſign. debitur eis æſtimatio ſecundum Alex. in d. §. fi. de quo videatis glo. in verbo, domum. in d. cap. ſi. de cuius intellectu plenè tetigit Fely. in cap. in præſentia. de proba. †Quicquid enim eſt de iure prohibitum, dicitur impoſſibile iuris: ita quòd hæres ſub tali conditione inſtitutus, vel ſubſtitutus habetur pro purè inſtituto & ſubſtituto fauore vltimæ volũtatis: ſicut etiam ſeruari videmus in matrimonio, vt valeat factum ſub tali cõditione, & pro puro habeatur fauore matrimonij: prouiſo tamen ꝙ conditio non fuerit cõtra ſubſtãtiam matrimonij, vt d. c. fi. extra de condi. appoſi. & glo. in d. cap. ſignificatũ: & ca. vnico. ſuperiùs allegatis. Et idem in dona-

BIU Cujas

tione cauſa mortis, quæ in hoc æquiparatur vltimæ volũtati, niſi eſſet filius teſtatoris ſub tali conditione inſtitutus: quia tunc non haberetur pro non adiecta, imò vitiaret inſtitutionem, per d.l.filius. vt j. plenius dicam. In aliis verò contractibus talis conditio vitiaret contractũ, ſicut eum vitiat præcedens conditio natura impoſſibilis, per iura ibi allegata. Quod verũ intelligatis, etiamſi eſſet conditio de iure neceſſaria, ex eo quia contraria conditio ſit de iure impoſſibilis. Quo caſu etiam vitiaretur contractus, per text.in l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficiũ. ff. de pact. & not. Bar. in d. l. non ſolùm. Vnde ſi tibi decem promitterem, ſi delictũ nõ feceris, nihil valet promiſſio, vt ibi. Et quod dictum eſt, ſcilicet cõditionem de iure impoſſibilem non vitiare vltimã diſpoſitionem: imò ab ea reiicitur, & pro nõ ſcripta habetur, eſt verum regula
16 riter: † tamen fallit in ſequentibus caſibus. Primò, vbi conditio non eſſet propriè impoſſibilis, ex eo ꝙ lex ei reſiſtat, ſed quia potius ei non aſſiſtit, vt eſt videre in conditione reddẽte vltimã voluntatẽ captatoriam: quoniã illa vitiaret vltimã voluntatem propter defectum formæ à iure traditæ: veluti ſi teſtator diceret: Titiũ hæredẽ inſtituo, ſi Caius voluerit. l. illa inſtitutoi. ff. de hære. inſtit. quod verũ intelligatis, vt plenè habuiſtis ſ. in verbo, *Condidit*. j. Secũdò fallit, quãdo propter adiectionẽ impoſſibilis conditionis teſtamentũ detegeretur peccare in forma ſubſtãtiali, vt putà ſi filius à patre inſtitueretur ſub cõditione impoſsibili: Quo caſu eſſet inſtitutio nulla, cùm ſecundum iuris formam inſtitui non poſſit, niſi ſub cõditione poteſtatiua. l. ſuus quoque. ff. de hær inſti. Quod qualiter intelligatur, videbitis j. cùm dicetur de inſtituto ſub conditione poſſibili. Tertiò fallit, vbi talis cõditio impleri poſſet de facto, ita ꝙ in ſuppleměto facti nulla verſatur turpitudo: Quo caſu talis cõditio de iure impoſſibilis nõ reiicitur, imò debet impleri de facto. l. Męui'. & l. qui hęredi. in prin. ff. de condi. & demõ. & l. mulier. §. j. ff. de condi. inſti. vbi dicit in d. l. qui hæredi. ꝙ legatarius cui ſub cõditione dandi decẽ ſeruo alieno hæredi inſtituto relictum eſt, dare debet illa decẽ: non quidem domino ſerui hæredis inſtituti, ſed illa dare debet ipſimet ſeruo hęredi inſtituto, licet ſit impoſſibile de iure, ꝙ ſeruo det: quia dare eſt accipiẽtis facere, & ſeruus nihil habere poteſt, ſed omnia domino acquirit. Attamen quia in dãdo decem ſeruo hęredi inſtituto nulla verſatur turpitudo: cũ de facto ei dari. i. pecunia tradi poſſit, talis conditio de iure impoſſibilis nõ reiicitur, imò neceſſarium eſt eã impleri, ſi legatarius relictũ conſequi velit. Quartò fallit, quando teſtator putauit talẽ conditionem eſſe poſſibilem: quia tunc
19 non reiicitur, imò vitiat diſpoſitionẽ, per tex. ſingularem in l. ſeruo manumiſſo. ff. de condi. indeb. & ibi Bar. & docto. vbi ſi ſeruo iam manumiſſo, & ſic effecto libero, pecuniam reliquerim, ſi ex meo teſtamẽto conſequatur libertatẽ, quod de iure eſt impoſſibile, poſtquã ante teſtamentũ liber erat: certè tale relictum ſub illa conditione impoſſibili, quam tamen ego teſtator putabã poſſibilem, factũ, nõ vitiatur, vt ibi, niſi talis cõditio reſpiceret finem: qui dato quòd ſit vno modo impoſſibilis, tamen per alium modum æquipollẽtẽ eſt poſſibilis. de quo eſt caſus in l. huiuſ-
17 modi. §. ſi ita. & l. ab omnibus. §. j. ff. de leg. j. † Quintò fallit, vbi conditio ad implendũ de iure impoſſibilis aliquem reſpiceret honeſtum finem, ad quem impleri nõ poteſt, Quoniam tũc non ſimpliciter reiicitur, ſed in aliam cauſam ſimilem & honeſtam cõuertitur. l. legatum. cum l. ſeq. vbi latè Bar. ff. de vſufru. lega. & per eundẽ in d. l. j. ff. de cõdi. inſti. & Io. de Pla. in l. j. C. de maiuma. & l. j. C. de expen. ludo. lib xj. vt putà ſi teſtator certã pecuniã ciuitati alicui reliquerit annuatim ſoluẽdam ad certum ſpectaculum illicitum in illa ciuitate exercendum, certè illa pecunia conuertitur in ſimilem cauſam. i. ſimile ſpectaculum, honeſtum tamen, in æternam defũcti memoriam ibi annis ſingulis exercendam. Vnde dicunt doct. vbi ſ.
18 † ꝙ quoties aliquid relinquitur in aliquã piam cauſam, quæ fieri non poteſt, conuerti poterit in aliam piam & honeſtam cauſam. Sed qualiter & cuius auctoritate, dicatis ſecundum Imo. in d. l. j. ff. de cõdit. inſtit. quòd interdum teſtator reliquit in talem cauſam, quæ de iure impleri non poteſt in aliquẽ honeſtum finem: aliquando reliquit in cauſam quæ de iure impleri poteſt. Primo caſu non debet pecunia remanere penes hæredem, ſed debet in aliquam aliam honeſtã cauſam conuerti auctoritate epiſcopi, & de cõſenſu hæredis, vt d. l. legatum. & c. nos quidẽ, vbi not. ſ. eo. Et ſufficit ſi hæres iuſtam nõ habeat cõtradicendi cauſam. facit l. ij. ff. ſolu. matri. ad hoc facit à ſimili text. in l. cùm Nauarchorum. C. de nauicu. lib. xj. vbi ſi illud quod expediri debet per certos homines, expediri nõ poſſit, debet per alios viciniores iuuari vel expediri ex ordinatione rectorum in loco illo præſidentium, ſecundũ Bar. & Io. de Pla. ibi. Inde eſt, ꝙ defectus vnius ciuitatis impletur per aliam ſibi viciniorem. quod etiam charitas ſuadet, iuxta illud Apoſt. Alter alterius onera portate. Secundo caſu, aut quãtitas relicta non eſt ſufficiens ad perficiendum id, quod teſtator fieri voluit: & tunc idem dicẽdum eſt, quod in præcedenti caſu, per ea quę habentur in d. c. nos quidem. & in d. l. legatum. per Bart. & in d. l. legatũ. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuitatẽ pertinen. Si verò quantitas relicta erat ſufficiens ad perfidum id, ad quod teſtator illam diſpoſuit, tunc regulariter voluntas teſtatoris formaliter & ſpecificè ſeruanda eſt, ita ꝙ fieri non poſſet alteratio, nec conuerſio in aliã cauſam quantũcunq; piam ſine licẽtia Papæ, per tex. in cle. quia cõtingit. de relig. domi. Adeò ꝙ dicit Bart. in l. ſciant. C. de his qui ex publi. ratio. lib. x. ꝙ pecunia deſtinata pro ſalario doctorum nõ poſſet per officialem cõmunis, cõuerti in ſalariũ armigerorum: imò dicit Ang. in l. ſi teſtamentũ. C. co. ꝙ etiam papa non poſſet de poteſtate ordinaria ſine cauſa, ſed de poteſtate abſoluta. vt dicta cle. quia cõtingit. quæ ſic intelligiẽ, quoties vſus deſtinatus perfici non poteſt omnino, aut non cõmodè. Nec ſufficeret licentia legati etiã de latere, & minus epiſcopi,
19 vt ibi not. gl. † niſi in certis caſibus. Primò vbi non in toto infringeretur volũtas teſtatoris, ſed ſolùm pro tempore non ſeruaretur. Et immineret alia eccleſiæ neceſſitas, cui prouideri aliter non poſſet. Quo caſu de licentia epiſcopi poſſet illa pecunia ad tẽpus conuerti in illã neceſſitatẽ, ſecundũ Ioan. And. in c. fi. j. eo. Vnde ſi teſtator reliquit viginti annuatim pro anniuerſario faciẽdo alicuius eccleſiæ, quæ indiget reparatione, nec ſit aliũde vnde reparari poſſit: Tunc de auctoritate & licẽtia epiſcopi poſſet illa pecunia ad tempus conuerti in eccleſiæ reparationem. Sicut in ſimili vidimus ſuperioribus annis factum fuiſſe Toloſæ: vbi certa gabella quæ de vino vænali leuatur dedicata pro murorum ciuitatis reparatione, per arreſtũ curiæ parlamenti fuit ad tempus conuerſa in reparationem pontis magni Deauratæ reparatione indigẽtis: adeò ꝙ illi neceſſitati aliter ſubueniri non

poterat.

BIU Cujas

poterat. Secundò prædicta regula est vera, nisi vbi testator pecuniam reliquisset pro nouo opere faciẽdo in ecclesia, putà pro cõstruendo vnam capellam, vbi sunt aliæ plures ad sufficientiã. Quo casu si antiquum ecclesiæ ædificiũ indigeret reparatione, cui aliter subueniri aut prouideri nõ posset, dicta pecunia conuerti poterit auctoritate episcopi in reparationẽ antiquorũ ædificiorum ruinosorum. arg. l. penul. quæ in hoc est singularis, secundum docto. cũ ibi not. per Bar. ff. de ope. publ. tamen hoc casu in memoriã scribi debet quantitas pecuniæ in dicta reparatione expensæ, vt d. l. penul. Et idem esset si testator fieri iussisset monasterium, vel ecclesiam de nouo in ciuitate tali, in qua sunt plures ecclesiæ indigẽtes reparatione, & nõ est vnde subueniri eis possit. Quia tunc auctoritate episcopi poterit illa pecunia conuerti pro reparatione antiquarũ ecclesiarum, vel monasteriorum, arg. d. l. penul. & tenent Imo. & Ioan. And. in d. c. fi. & Bar. in l. pater filium. §. Tusculan. ff. de leg. iij. & Pet. de Anch. in d. cle. quia cõtingit. & Bar. in l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. leg. & Bal. in l. j. C. de his quæ pœ. no. & Ang. in d. l. j. ff. de condi. insti. dum tamen, illo vsu finito, cõuertatur in ædificationem ad quam relicta fuit primo loco, secundum Bar. in d. l. j. C. de expẽ. ludo. lib. xj. De hac verò materia, an relictum ad vnam causam piam conuerti possit in aliam, & cuius auctoritate, videatis latè Barb. in j. parte cõ-
20 si. xxiij. & Guid. Papæ. q. ccccclvj. † Ex quibus vnum mẽti tenebitis, ꝙ licet episcopus de cõsensu fundatoris possit fundationẽ alterare, & mutare, non tamen hoc posset cum cõsensu hæredum ipsius fundatoris, secundũ Zabarel. & Imo. in d. cle. quia cõtingit. Sed quia Panor. in c. cùm accessissent. de cõsti. iij. col. sentit contrarium, videatis ibi pro concordia, in vij. col. Fely. Præterea decidit singulariter Imol. in d. l. j. ff. de cõdi. insti. cum quo transit Fely. in c. super his. de accu. ij. col. ꝙ licet episcopus vel alius citra papã alterare nõ possit relicta ad piũ vsum voluntate testatoris iam executata, tamẽ episcopus voluntatẽ testatoris nondũ executatã alterare poterit: quia facilius tolluntur fiẽda quã facta. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. &c. quemadmodũ. de iureiu. quæ seruire possunt pro duabus limitationibus ad regulã volentẽ, piam defuncti voluntatẽ alterari non posse 22 citra auctoritatem papę. super quo concludit Bal. in c. peruenit. le. ij. de iureiu. & pleniùs in d. l. si testamẽtũ. C. eo. ꝙ alteratio piorũ legatorũ propter vtilitatẽ est permissa, quã auctorizare potest episcopus. l. fi. ff. de ope. publi. Sed voluntariã nemo præter papã auctorizare potest. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clàm. Nam potest papa sola voluntate talem alterationẽ si ei videatur vtilis soli, nulla facta inquisitione de necessitate vel ecclesiæ vtilitate, & sine aliqua causæ cognitione auctorizare. & ita intelligi potest dicta cle. quia cõtingit. Sed inferior à papa illã necessariã aut vtilem nõ posset auctorizare sine cognitionæ causæ, prius ei constito de necessitate vel vtilitate per debitam inquisitionem. Temerariã autem alterationẽ nullus potest auctorizare, cùm adita hæreditate nata sit naturalis obligatio ad obseruationem testamẽti, quæ per temeritatem rescripti non tollitur, vt d. l. si testamentum. Nisi papa hoc faceret de plenitudine potestatis, quã nunquã videtur velle vti contra ius, nisi apponat clausulam non obstante &c. vel hoc expressè declaret, & ita intelligi etiam potest di☞cta cle. quia contingit, secundum Bal. vbi s. [Quod etiam quoquomodo facere non posset in relicto pro maritandis virginibus facto: quia non posset eum in alium pium vsum cõuertere, secundũ Bal. in l. j. C. de his quę pœ. no. & dicitur j. super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens.* circa princ. vbi videatis.]

Nec præmissis obstat tex. in §. fin. Insti. de lega. vbi conditio impossibilis de natura vel iure non reiicitur, imò vitiat dispositionem. Nam respondeatis, vt 21 per Bart. in j. oppo. in d. l. j. ff. de condi. insti. †Tertia est impossibilitas facti, quæ potiùs secundũ doct. vocatur difficultas. Et tũc si talis impossibilitas non est vniuersalis apud omnes, sed solùm respectu personę, cui adiicitur & iniũgitur, vt putà si testator dicat, relinquo libertatem Sticho, si mille hęredi dederit. vel dicat, Titium hæredem instituo, si mille scuta dederit: & sit talis qui non habet nec habere potest mille scuta, licet sint alij plures in loco vel patria ꝙ habent mille & vltrà, tunc non reiicitur, imò talis impossibilitas seu difficultas dandi vitiat dispositionẽ, si nõ impleatur. l. cùm hęres. §. non est statu liber. ff. de statu lib. Ideo si auxilio fortè amicorũ vel aliàs quomodocunque adimpleatur conditio, tũc valebit dispositio. l. Arethusa. ad fi. ff. de sta. homi. & l. Stichũ Titio. §. pe. ff. de sta. libe. Si verò talis impossibilitas seu difficultas est vniuersalis, non solùm respectu personæ cui adiicitur talis conditio, sed etiã respectu omniũ, putà si testator dixerit, Titium hæredem instituo, si montẽ aureum dederit: nam posito, ꝙ de facto p cõgregationẽ omnium pecuniarũ aurearum posset liquefiẽdo mons fieri aureus, tamen quia hoc de facto facilè fieri nõ posset, imò nõ esset possibile alicui soli personæ: ideo tali casu erit dicẽdum idem quod in superiori casu, scilicet ꝙ ex quo talis cõditio nõ impletur, vitiabitur institutio, & quęcunq; alia dispositio, secundum gl. in d. §. impossibilis. Inst. de hęr. insti. quam inelligatis verã, quando testator cogitauit de mõte aureo artificiali, vt dixi. Quo casu iuris præsumptione præsumitur animus instituendi vel relinquendi non fuisse in testatore, vt dicit illa glos. quam sic intelligit Imo. in d. l. j. ff. de condit. instit. quẽ sequitur Ange. ibi in d. §. impossibilis. Si autẽ testator cogitauerit de mõte aureo naturali, tũc quia hoc est impossibile de natura, talis conditio reiiceretur, nec vitiaret dispositionem, argu. d. l. j. ff. de condi. institu.

22 †Quarta est impossibilitas perplexitates, quæ vitiat dispositionẽ l. si Titius. ff. de cõdi. inst. putà si testator dixerit, Si Titius hæres erit, Seius hæres esto. Et si Seius hæres, erit Titi⁹ hæres esto. Quo casu non valeret nec valere potest talis hæredis institutio: & ratio est, quia vt Titius sit hęres oportet ꝙ eius cõditio adimpleatur, s. ꝙ primò Seius hæres existat. Sed Seius hæres esse non potest, nisi priùs sua conditio impleatur, videlicet ꝙ primò Titius hæres fit. Vnde propter verborũ perplexitatem se inuicem impedĩũt. l. vbi repugnãtia. ff. de reg. iur. Nã quilibet ipsorum hæres esse nõ posset insolidum. facit l. si Titius. ff. de verb. oblig. secundum glo. in d. l. si Titius. ff. de ☞condi. instit. [Licet in his sit reperire perplexitatẽ in foro cõtentioso, nõ tamen in his quę sunt fori cõscientiæ, in quo nõ est dare perplexitatẽ in vera conscientia, vt scilicet quis sit inter duo mala seu peccata constitutus, adeò ꝙ alterum euitare nõ possit. Sed quo ad fatuam opinionem & cõscientiam scrupulosam quis dici posset perplexus. quo casu consulitur vel ꝙ talẽ conscientiam seu scrupulum deponat peritiores consulendo, vel si deponi non posset, cõmittat minus malum, vt euitetur maius. cap. duo mala. xiiij. dist. vbi bona gl. in summa gl. & Panor. in c. nõ ma-

gno.circa finem, ne clerici vel monachi.] Verumtamen in hoc puncto concludatis latiùs: quia aut talis perplexitas non surgit ex verbis testatoris immediatè, sed extrinsecus habito respectu ad aliud, putà ad patrimoniũ eius: Et tunc nõ vitiat dispositionẽ, sed dissoluitur talis perplexitas prout melius fieri potest considerata voluntate testantis. l. qui quadringenta. §. j. ff. ad l. Fal. Aut perplexitas contingit ex verbis testatoris: & tũc aut cadit ĩter res, quarũ vna digna est maiori fauore quã altera: & nõ vitiatur dispositio taliter: quia fauetur ei, quæ maiori fauore digna est; & in illa valet dispositio. l. fi. §. j. vbi no. ff. de vulg. & pupil. Aut perplexitas est inter res æquali fauore dignas, & tunc aut talis perplexitas dissolui potest per tale implementũ facti tendens ad cõmodum implẽtis: & tunc nõ vitiat, imò potiùs ꝑ tale implemẽtum dissoluitur. l. si quis ita. ff. de cõdi. insti. no. gl. & Bart. in d. l. si Titius. illo titu. Aut dissolui non potest ꝑ tale implemẽtum, quia dato ꝙ de facto impleretur cõditio, tamẽ implemẽtum nõ tenderet ad cõmodum implentis, sed alterius: & tunc vitiaretur talis dispo-
23 sitio ratione talis perplexitatis, vt d. l. si Titius. †Secundò principaliter dixi, ꝙ aliquãdo instituitur hæres sub conditione possibili: Et valet talis institutio: per tex. in d. §. hæres. Insti. de hære. insti. Siue talis cõditio sit potestatiua, siue casualis, siue mixta. Nã hæres institui potest sub cõditione potestatiua in mera potestate hæredis cõsistente, siue sit talis quæ vltimo vitæ spiritu impleri possit, siue sit quę vltimo spiritu impleri non possit: qualis est conditio potestatiua, quæ consistit in facto libero, & facili ipsius hæredis, putà si palatiũ intrauerit: siue etiam talis conditio sit casualis pendens à casu qui contingere poterit, vel non contingere, putà si nauis ex Asia venerit. Nam poterit esse, ꝙ veniet, & ꝙ non veniet infrà tẽpus à testatore determinatum: siue talis conditio sit mixta, quod potest dupliciter cõtingere. Primò, quia pẽdet ex facto hæredis, & futuro euentu casuali, qualis est illa: si ad sanctum Iacobum iuerit, aut Romam, vel Parisios: quoniam licet in potestate hæredis sit ire & redire, tamen non dependet omnino à sua mera facultate, ꝙ tantũ ire possit, ꝙ ad illũ locũ perueniat: cùm multa occurrere possunt, putà mors, cuius dies est incerta tempore, loco, & modo: vel aliud impedimentum, ꝙ ad illũ locum peruenire non poterit. l. si pater. C. de instit. & substit. sub condit. factis. Præterea hoc potest contingere: quia conditio fortè pẽdet ex facto hæredis & alterius, putà si testator dixerit, Titiũ hæredẽ instituo, si cum tali muliere nupserit: quia in sola hęredis potestate non est nubere sine consensu & facto mulieris. l. j. & ij. C. de insti. & substit. Et idem est in conditione, si decem Titio dederit: quia implementũ dãdi non solùm pendet ex dãtis voluntate, sed etiam à facto & volũtate tertij, scilicet si accipere illa decem voluerit. l. iij. ff. de condi. insti. secundum glos. quam ibi sequuntur *communiter* doct. in d. l. j. C. de insti. & substi. Bart. & Imo. in l. in testamẽto. l. a ij. ff. de cõd. & demon. Bar. & Bal. in l. fi. C. de condit. inser. Sub quacunque ergo conditione potest hæres institui, adeo ꝙ testator diceretur rectè testatus, acsi hæredem purè instituisset. Et cùm cõditio contingẽs retrotrahatur ad tempus mortis testatoris, vt s. dictum fuit: conditione eueniente fingitur omni tẽpore hæres fuisse: & si cõditio deficiat, etiam nunquã fuisse hæres demonstratur. Sed ab intestato testatorẽ decessisse, & nullo tempore testatũ fuisse.
24 † Plus dico, ꝙ testamentum in quo fuit hæres sub conditione institutus, adeo valet, ꝙ etiã rũpit præcedẽs, in quo idem hæres vel alius fuerat purè institutus. Nam interim valet istud secundum testamentum, donec conditio deficiat, quod sufficit ad rũpendum primum ilico post mortem testatoris, vt plenè habuistis s. verb. *testamentũ*. ij. Et in tãtũ ipsum primũ testamentũ rumpit, ꝙ si postea huiusmodi conditio in hoc secundo testamẽto adiecta deficeret, primum testamentum nõ propter hoc recõualesceret. l. cùm in secundo. ff. de iniu. rup. test. & Insti. quib. mo. test. infir. §. posteriore. Nõ dico tamẽ, ꝙ interim, pẽdente conditione, institutus dicatur hæres, imò si deceret antè cõditionis implementũ vel aduentum, hære ditatẽ quam conditione pendẽte adire nõ potuit nõ transmitteret ad hæredes. l. vnica. §. sinautem aliquid sub cõditione. C. de cad. tol. Sed remaneret hæredibus ad intestato succedentibus testatori, nisi talis hęres substitutũ haberet, aut cohęredẽ puerũ, vel cuius cõditio iam impleta foret vel impleretur. de quo plenè in d. §. sinautem sub conditione & d. l. si pater. vt
25 dicam j. †Nam ius implendi conditionem non transit ad hæredem illius, qui eã adimplere debebat, vel in cuius persona impleri habebat. l. à testatore. ff. de cõdi. & demõ. & d. §. sinautẽ aliquid sub cõditione. Sed an in contractibus, si contrahẽs cõditionem non impleuerit, facultas implendi eã trãseat ad hæredes. Videatis plenè Bart. in l. si decem cùm petiero. ff. de verb. obl. & Bal. in l. ij. C. de pac. inter emp. & vendi. conuen. & Alex. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de
26 verb. obliga. †Et hæc vera, scilicet ꝙ valet hæredis institutio sub conditione possibili facta, vbi hæres sub tali conditione institutus est extraneus, scilicet in potestate testatoris tempore suæ mortis non constitutus: qui sine dubio institui potest sub conditione. Si autem hęres esset filius testatoris, in eius potestate cõstitutus, vel nepos, aut deinceps ex filio, quẽ nemo præcederet tempore quo testator moritur, an possit sub cõditione possibili hæres institui, ita quod taliter filio instituto valeat illa institutio, sicut in hærede extraneo. Et puto dicẽdum, ꝙ si filius fuerit institutus sub conditione casuali vel mixta, tunc iure antiquo testamẽtum erit nullum, nisi in contrarium euentũ cõditionis filius fuisset exhæredatus. Et ratio erat, quia si cõditio deficiebat, filius reperiebaẽ præteritus, nisi in defectum conditionis reperiretur exhæredatus: quo casu, scilicet quãdo exhęredatus erat in defectum cõditionis, cùm stante conditione reperiebatur institutus, & deficiẽte cõditione reperiebatur exhæredatus, testamentum valebit. quia satisfactum erat formæ legis volẽtis filium institui vel exhæredari. l. inter cætera. ff. de libe. & posth. & habuistis plenè s. verb. *In eodẽ testamẽto relinquẽs*. Ideo hæc fortè considerẽs noster Raynutius, cùm non haberet causam iustam propter quam posset, aut deberet filiã suam Adiectam in defectum cõditionis exhęredare: quia pupilla erat, quæ causam ingratitudinis cõmittere non poterat, illam simpliciter & purè instituit hæredem sine die & conditione, prout iure illo erãt purè instituẽdi filij & non sub conditione casuali vel mixta, nisi in defectum conditionis exhęredarentur.
27 †Et intelligatis, quod filius in potestate institui nõ poterat sub conditione mixta, scilicet dependente à voluntate & facto ipsius, & à casu, putà sub cõditione si iret ad sanctum Iacobum, & sub conditione dependente partim à facto filij, & partim à facto alterius, putà, si cum Bertha matrimoniũ contraheret. Si autem institueretur filius sub cõditione mixta depẽ-

dente

BIU Cujas

dente à facto suo & alterius, & sit tale factum quod verisimiliter impleri possit: veluti si decẽ Titio dederit: Quoniã tũc verisimilius est, quòd Titius illa decem accipiet: talis cõditio cẽsetur quodãmodo potestatiua: & sic valeret institutio illo modo facta. l. suus quoque. ff. de hær. instit. & dicã nunc. Nam sub conditione potestatiua filius in potestate instituit olim poterat absque eo quòd in contrariũ cõditionis euentũ exhæredaretur. Quia cùm in sui sit potestate conditionem adimplere quãdo velit, imputabitur ei, si illã non impleret, sed facto & negligẽtia, & sic culpa sui, differret vsque ad extremũ vitæ spiritũ. facit tex. in l. fi. C. de necess. seruis hære. instit. Prætereà institutio fãcta sub cõditione potestatiua, quæ ab hæredis pẽdet arbitrio & potestate, habetur pro pura. l. j. §. qui sub cõditione. ff. si quis omis. causa testa. Vnde filius qui potest cõditioni parêre, & non paret, videtur paternã hæreditatem repudiasse. In quẽ casum, scilicet, quòd filius hæreditatem nolit, eum exhæredare foret supervacuum. l. iam dubitari. ff. de hære. instit. quia hoc casu filius talem cõditionem non implendo à paterna hæreditate erit exclusus, etiam à legitima, nisi casu impeditus illam adimplere non potuisset. vt quia fortè patre mortuo superuenit ei febris, propter quã ire non potuit, sed decessit: Cùm cõditio in facili cõsisteret facto, putà si palatiũ intraret, quo casu habebitur cõditio pro impleta, & filius pro purè instituto l. quæ sub cõditione. §. quoties. ff. de condi. instit. vbi filius fuerat institutus, si seruum manumitteret, qui seruus si casu fortuito decesserit ante negligentiam filij, conditio habebitur pro impleta, vt ibi. & filius succedit ac moriẽdo hæreditatẽ trãsmittit, secũdum Cy. & Alber. in iiij. parte. & Bald in iij. q. in d. l. si pa-
28 ter. C. de instit. & substi. † Hodie verò si filius instituatur sub conditione potestatiua, vel casuali, aut mixta, testamentũ valet posito ꝙ in defectum cõditionis nõ fuerit exhæredatus. Et ratio est, quia hodie omnis conditio, vel onus, siue grauamen, vel tẽporis dilatio in filij institutione apposita ipso iure reiicitur, & pro non adiectis habentur, vsq; ad concurrẽtem legitimæ filio in bonis paternis debitæ quãtitatem, per tex. no. in l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. testa. & hîc in tex. nostro, dum dicit: filium per patrẽ in legitima grauari non posse, ita ꝙ hodie filius sub conditione hæres institutus in testamento patris, & quicũque alius descẽdẽs primũ locum suitatis tenẽs reiecta cõditione aut dilatione habetur pro purè instituto, quotenus ascẽdit legitima, licet in residuo impleri debeat conditio, vt videbitis infrà. Et sic hodie testamentum non est nullum sub quacũq; conditione aut onere filius fuerit institutus, cùm saltem reperiatur in legitima purè institutus, ideo non est opus, ꝙ talis filius in defectum conditionis exhæredetur: imò d. l. si pater. quæ hoc requirebat, est hodie quo ad hoc correcta, per dictã l. quoniam in prioribus. Et est verum, scilicet ꝙ filius in legitima cẽsetur pure institutus, etiam si conditio sub qua fuit institutus hæres, esset merè potestatiua, & ad implendum facilis: puta si pater instituat filium sub cõditione, si voluerit. Nam talis cõditio quãuis ad implendũ facilis de legitima reiicitur ipso iure: & ratio est, quia si nõ reiiceret, & filius moreretur, antequam delararet velle esse hæres, non transmitteret hæreditatẽ ad hæredes. l. si ita legatũ. §. illi si volet. ff. de lega. j. Vnde cũ sua interest quod eã transmittat, talis conditio reiicitur, secundum Bal. Sali. & Paul, per illum. tex. in d. l. quoniã in prioribus. & Imo. in l. iã dubitari. & l. Cornelius. ff. de hære. instit. Et nõ solùm reiicitur cõditio, & quodcũque grauamẽ, & temporis dilatio, si filius fuerit in sola legitima institutus, vt d. l. quoniã in prioribus. sed etiam vbi fuisset vltra legitimã tota hæreditas ei à patre relicta, quãuis per fideicõmissum cõditionale vel ad diem. Quo casu dies vel cõditio reiicitur vsque ad legitimam, & in residuo durat. l. scimus. §. cùm autem. C. de inof. test. secundũ Fulg. & Paul. ibi. Et tollitur tale grauamen ipso iure de legitima: imò (vt verius loquar) pro non scripto habetur, adeò ꝙ si pater relinquẽdo aliquid filio clausulã apposuerit, ꝙ occasione legitimæ plus petere non possit, non propter hoc prohibebitur filius integrã legitimã petere, vel eius supplemẽtum, posito etiã ꝙ tale relictũ acceptasset, in Auth. vt cùm de appel. cog. §. cæterũ: Et alia ratio non est, nisi quia omne onus & impedimẽtũ ac quæcũque dilatio reiiciũtur de legitima, secundũ Bal. & Sal. & Paul. in l. si quãdo. §. fi. C. de inof. test. & Bal. eod. tit. l. omnimodo. & in l. hac edictali. versi. quam obseruationem. C. de secun. nup. & Ang. in l. iubemus. C. ad Treb. Et ratio, quare legitimę nõ potest onus adiici, est, quia filius nõ habet eã omnino beneficio patris, sed potius ex iuris dispositiõe. [De quo est bonus text. in l. si arrogator. ꝑpe fi. ff. de ado.] Ideo pater nõ potest in ea filiũ grauare, cùm sibi debeatur patre inuito, qui quo ad eam est debitor filij, secundũ Bal. in l. quoties. C. de hære. inst. & in l. filiũ quem habẽtem. C. fami. ercis. Et certũ est debitorem nihil de debito posse disponere in detrimẽtũ, & præiudiciũ creditoris. l. debitorũ pactionib⁹. C. de pact.
29 Et inde est, quod dicimus, † sicut nõ potest debitor inuito creditore vnã rem pro alia soluere. Instit. quibus mo. tol. obl. in prin. & plenè in l. ij. ff. si cer. pe. Sic etiã nõ posset pater disponere, quod filius capiat in pecunia suã legitimã, quæ sibi debetur de corpor. hæreditatis. l. scimus. §. repletionẽ. vbi hoc tenẽt Gul. de Cug. & Bal. C. de inof. test. Bart. & Imo. in l. suus quoque. ff. de hære. instit. Pau. cõsi. cclvj. Lud. Ro. cõsi. cclxxvij. & Alex. cõsi. lxxxvij. licet Ange. in d. l. si pater. C. de inst. & substi. & Sali. in d. §. repletionẽ dixerint filiũ cogi posse eã recipere in pecunia, cùm qua possunt omnes res cõparari, aut in eã cõuerti: tamẽ si velles opinio. cõcordare satis coloratè, vide Bal. in d. l. suus quoq;. vbi distinguit inter testamẽtũ factũ inter liberos & extraneos. Videatis circa hoc limitationem quam dedi in verbo, *Duas habens filias.* loquendo de statuto filias dotatas excludente. versi. vnum tamen mẽti tenebitis &c. Plus dicit Pau. in d. l. si quando. ꝙ etiã si testator adiiceret in testamẽto, quod filiũ priuat dicto relicto, si quid pl' petierit, talis clausula fauore testamenti vt valeat, habetur pro nõ adiecta, secũdum Alex. & Ias. ibi. Nam omni grauamine
30 reiecto relictũ habetur pro puro, † cùm legitima nõ possit sui natura suscipere grauamẽ: adeò quod dicit Bal. in l. ij. in fi. C. de iure do. quẽ ibi sequitur Alex. in addi. quod nõ posset pater legitimã relinquere filio animo cõpensandi cũ aliquo debito, in quo ei tenebatur, nisi tale debitũ foret, quod sui natura cõputaretur in legitimã, vt est dos promissa, vel propter nuptias donatio. l. si cùm dotẽ. §. si pater. vbi hoc dicit Alex. ff. sol. mat. Sed aliud debitũ nunquam cõpensatur cũ legitima, nec posset hoc facere, qui nõ potest filiũ in legitima grauare: quod faceret si filius in legitimã cõputaret. Idẽ tenet Bal. post Cy. in l. cũ patre. eod. titu. de iure do. in fin. Prætereà si testator facere possit, vt quod debet hæredi in Falcidiam ei imputetur, hoc est quia Falcidiã in totũ ꝓhibere potest. l. si

debitor.ff.ad leg.Falc.iuncta auth. ſed cùm teſtator. C.illo.eo.tit. Ergo hoc diſponere nõ poſſet in legitima, quam prohibere aut grauare nõ poteſt quoquomodo: quinimo filius legitimã, & quicquid aliàs ſibi debebatur petere poterit & cõſequi, etiã ſi inuentarium non fecerit ſecundũ Pau.cõſ.ccxj.incip. dubiũ facit. Vnde ſi filius eſſet pariter à patre hęres inſtitutus, alteri hæreditatem purè vel ſub conditione reſtituturus, poſſet legitimam & debitum deducere, ita ꝙ ſi hæreditatẽ retẽta legitima reſtituerit, debitum inſuper à fideicõmiſſario petere poterit ſecundũ Paul. in d. cõſilio. Videatis eiuſdem conſi. clxiiij. incip. viſa facti narratione. Nam licet aditione hæreditatis actiones hæreditariæ hęredi cõpetẽtes cõtra defunctum cõfundãtur pro portione hæreditaria, qua eſt hæres. l.j. & per totum. C. de hære. act. & l. ſi vxor. C. debo. auth. iudi. poſ. tamen hoc verum eſt, vbi creditor eſt hęres, ſed filius qui (vt dixi) eſt in legitima creditor patri, ſolã acceptãdo legitimã, non dicitur hæres, nec partẽ hæreditatis petere, cùm legitima nõ ſit quota hæreditatis, ſed bonorum, ſecundũ omnes: & ſicut vnus & idem creditor de eiſdẽ bonis & hæreditate detrahere poteſt duo diuerſa debita, in quib⁹ ei defunctus tenebatur, ſic detrahere filius poterit legitimam & debitũ ex alia cauſa, in quo pater ei teneba tur ex cauſa caſtrenſi, vel quaſi, vel aduentitia: aliàs grauaretur in ſua legitima, quod fieri nõ poteſt. Nec obſt. ꝙ legitima eſt quota bonorũ, quæ dicuntur deducto ære alieno: quia hoc eſt verũ, vbi eſſet æs omnino alienũ, tã reſpectu patris, quam filij in legitima ſuccedẽtis. Sed in caſu noſtro nõ eſt æs penitus alienũ: imò ꝓpriũ filij, ꝙ à fideicõmiſſario, vel alio quocunque patris hęrede exigere poterit vltra legitimã, vt ibi deciditur. Prætereà nunquam debitũ confunditur per Falcidiã, niſi dicatur, vt d.l. ſi debitor. Ergo nec per legitimam in qua nullo modo filius onerari
31 poteſt in teſtamẽto patris, etiã ſi dicatur. † Et idem in teſtamento matris, quæ ſi filium ſub cõditione inſtituerit, vel ei reliquerit: talis dies vel conditio aut aliud quodcunq; onus reiicitur quo ad legitimã, ſecundũ Bar. & plenius Alex. in l. ſi mater. §. j ff. de vul. & pup. Et idem in filio emãcipato, cui etiam legitima debetur, ꝓ dictã l. quoniã in prioribus. vbi eſt de
32 hoc text. no. † Qui tamen per doc. limitatur decem modis. Primò niſi conditio appoſita fuerit in inſtitutione ad cõmodum ipſius filij & prouiſionẽ: quia tũc de inſtitutione filij cõditio nõ reiicitur, ſecũdũ gl. in d.l. quoniam in prioribus. per tex. in l. filiis matrẽ. eo. tit. C. de inof. teſt. vbi Bar. & Bal. in l. cũ ex filio. ff. de vulg. & pup. & Alex. in l. multi. ff. de liber. & poſth. & eſt *communis opi.* quæ adeò eſt vera, vt conſultũ reperi, ꝙ ſicut valet impoſitio oneris in legitima, quoties fit in cõmodũ filij, ſic etiã valebit impoſitio pœnæ filio impoſitæ, ſi cõtrariũ faciat, vt clarè conſuluit Pau. conſi. ccxxxiiij. incip. viſis & cõſideratis omnibus. Quod quidem cõſilium eſt de verbo ad verbũ in cõſiliis ſuis nouiter in iiij. vol. impreſſis, cõſi. lxxvij. vbi decidit, ꝙ ſi pater filio proſpiciẽs prohibeat bona ei relicta alienare, eo quia fortè videt eum lubricum & malè diſcretum, & caſu quo alienauerit, velit bona alienata redire ad proximiorem de familia, ſi filius cõtra patris prohibitionẽ in ſui cõmodũ & fauorẽ factam bona alienauerit, certè redibũt ad proximiorẽ, vel illum cui teſtator applicare voluit. Et redibũt inſolidũ non retenta per filium legitima, ſecundũ Pau. ibi. Quod ego ſemper intellexi verum, vbi bona prohibita fuerunt alienari per certũ tẽpus, puta donec filius xxx. annos habuerit. & ita loquitur Pau. in dicto conſilio: ſi bene intelligatur. Quo caſu cenſetur facta prohibitio ad commodum filij, vt ſcilicet nõ alienet, donec ad xxx. annos venerit: quo tẽpore præſumitur veriſimiliter, ꝙ nactus erit diſcretionẽ bene regẽdi patrimoniũ. Similiter ſic intelligatur d.l. filiis matrẽ, in qua Pau. ſe fundat: quia ibi mater filiũ exhæredabat ſine ingratitudine, donec à patre foret emancipatus, vel aliàs poteſtate ſolutus: quia fortè videbat maritũ eſſe bonorũ dilapidatorẽ: & ſi filiũ inſtituiſſet, bona in manus patris filij mariti ſui incidiſſent, tanquã legitimi bonorũ filij adminiſtratoris: quæ dilapidaſſet. ideo potuit ad tẽpus filiũ exhæredare, aut habere bona ꝓhibere, donec periculũ dilapidationis ceſſaret. Quod aliàs cõtingere nõ poteſt, niſi fortè patris vel filij emãcipatione, cuius pater poſt emãcipationẽ non eſt legitimus adminiſtrator. l.j. C. de bon. mater. & l. cùm oportet. C. de bo. quæ libe. videatis quæ plenè dixi ſ. ſuper verbo, *In eodẽ teſtamento relinq.* ij. vbi habuiſtis materiã exhęredationis. Si autẽ pater vel mater in perpetuum prohiberent filiũ alienare, talis prohibitio perpetua nõ extẽderetur ad legitimã: quinimo illa non obſtãte poſſet filius ſine metu pœnæ alienare vſq; ad legitimã, in qua grauari nõ poteſt, vt hîc eſt tex. & in d.l. quoniã in prioribus, niſi in caſu vltimæ limitationis. j. dicendæ. Adde ꝙ ita fuit iudicatũ per arreſtũ in curia parlamẽti Burdegalæ, in vigilia natiuitatis beati
33 Ioãnis baptiſtæ, anno domini M. cccxcix. Quo † anno receptus fueram in menſe Aprili in conſiliarium regĩũ in dicta curia. Secundò limitatur dicta l. quoniẽ in priorib. locũ non habere in caſu dictæ l. filius. ff. de condi. inſtit. ſcilicet, vbi filius inſtitutus à patre fuiſſet, vel ei aliquid relictũ ſub turpi cõditione, quæ (vt ſuprà dictũ fuit) cẽſetur eſſe impoſſibilis de iure: quoniã talis cõditio de inſtitutione filij, etiã quo ad legitimã non reiicitur, nec filius etiã in legitima cenſebitur inſtitutus: & per cõſequens teſtamẽtum propter filij præteritionem erit nullum, cùm talis cõditio vitiet inſtitutionem, vt locum nõ habeat regula noſtra, ꝙ omnis cõditio reiiciatur de legitima, ſecũdũ Bal. in d.l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſti. quẽ ſequitur Pau. in l. conditiones. ff. de condi. inſtit. Nam d.l. filius. caſum ponebat ſingularem, in quo cõditio turpis non habetur pro nõ ſcripta. Vnde diſpoſitio generalis. d.l. quoniã in prioribus. non cenſetur illi derogaſſe. Quia quando lex antiqua ponit aliquem caſum ſpecialẽ, lex noua generaliter corrigens, etiam cum clauſula non obſtantibus quibuſcunq; legibus antiquis, non intelligitur derogare illi legi ſpeciali, niſi de illa ſpecialem fecerit mentionem, ſecundum glo. in l. ſciẽdum. §. j. vbi Bar. ff. qui ſatisda. cog. & in Auth. de hęredi. ab inteſta. venienti. §. j. ſuper verbo, vacantibus. & plenius per Bar. in verbo, non obſtan-
34 tibus. in extrauag. ad reprimendum. † Tertiò limitatur, niſi filius repudiet legitimam, quæ peruenit exinde ad ſubſtitutum vel alium, quia tunc ille ſubſtitutus vel alius tenebitur ad grauamen. Cùm mutatione perſonæ ceſſet priuilegium legitimæ, vt in ſimili probat tex. not. in patrono in l. cùm patronus. ff. de legat. ij. vbi hoc tenet Paul. in dicta l. quoniam in prioribus. dicens illud debere extẽdi ad legitimã filij ex identitate rationis. Ad hoc meliùs facit tex. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. finali. cum l. ſequen. ff. de legat. j. vbi licet impubes non potuerit in legitima grauari onere fideicommiſſi, tamen ſi legitima deueniat ad ſubſtitutum impuberis, vel ad legitimos

BIU Cujas

gitimos eius hæredes, illi tenebunt [Quia licet filiꝰ ipse nō posſit in legitima grauari: tamē bene grauari poteſt eius hæres, vt habet j. ſuper verbo, *Si abſq; liberis mororetur*. ij. in materia cōpendioſè ſubſtitutiōis tractādo quartū effectū directę ſubſtitutionis. Jad onus fideicōmiſſi, ſecūdū doct. & ibi Iaſ. ī l. ex tribꝰ. C. de inof. teſt. Vltra quē dicatis, ꝙ hoc eſt verū, vbi filiꝰ in legitima grauatus, vult legitimā repudiare, & quo ad illā locū facere ſubſtituto. Si autē filius à patre hęres inſtitutus eſſet more legatorum, vel in re propria filij adeò grauatus, quòd ſolutis oneribus nō reſtaret ſibi integra legitima, poſſet talis filius ſolā legitimā acceptare, & quo ad reſiduū hæreditatis locū facere ſubſtituto. Quia licet filius hæres inſtitutus nō poſſit accepta legitima reſiduū hæreditatis repudiare, & locum facere ſubſtituto: imò ſi legitimā adeat, reſiduū videtur adiuiſſe. ita quòd totū ſibi applicatur iure accreſcēdi: dato etiā quòd nō eſſet inſtitutus niſi in ſola legitima, quādo nō eſt alius hæres. l. j. §. ſi ex fūdo. ff. de hær. inſti. Acceptādo enim partē, totum habere cogitur, aut totum repudiare, [De quo plenè j. ſuper verb. *Si abſq; liberis mororetur*. ij. in v. prin. art. tractādo primū effectū vulga. ſubſt.] ſecūdū Panor. hîc per l. j. & ij. ff. de acqu. hære. & cōſuluit Ange. conſil. lxxxiiij. in cip. ſubtiliter & elegāter. tamen vbi filius fuerit à patre hęres inſtitutus, & ei datus ſubſtitutus, ſi hæres nō ſit, & fuerit in re ſua ꝓpria, vel aliàs à patre grauatus, taliter quòd ſatisfactis oneribus nō remaneret ſibi legitima integra, eo caſu poterit filius ſolā legitimā omni grauamine liberam acceptare, & reſiduū hæreditatis repudiare: & quo ad illū locū facere ſubſtituto: quia ita ſtatuitur in legitima quā habet patronus in bonis liberti ſui, ꝓ tex. ſing. in l. ſi libertus patrono. ff. de bo. liber. q̄ etiā locū habet in legitima filij, ſecundū Bal. quē ibi ſequitur Pau. in l. iij. C. de impu. & aliis ſubſti. & cōſuluit idē Pau. conſil. cclvij. inci. viſis actis, &c. tenet Alex. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & in hoc *omnes* concordāt, vt tetigi ſuper verbo, *Et vxorē*. in iiij. præludio. †Quartò limitabitur dicta regula locū non habere, quādo in ciuitate foret ſtatutū, quòd ſtātibus maſculis filia dotata nō ſuccedat: nā ſi eo tūc pater in teſtamēto relīquat filiæ mille ſcuta pro dote titulo inſtitutionis, & maſculos hæredes inſtituat: non poterit talis filia petere illa mille antequā maritetur: nec dilatio tēporis tollitur, nec hoc caſu locū habet d. l. quoniā in priorib. quæ aliàs ceſsāte dicto ſtatuto locū haberet. Vnde ſi talis filia interim moriatur, priuſquā maritetur, non trāſmittet illa mille ad hæredes, ſecundum Bar. ſing. in l. Titio cētum. §. Titio genero. vlt. col. ff. de cond. & demon. Nā licet ſtatutum tollere nō poſſit legitimā in totum, tamē poteſt eam diminuere in quātitate, ita & in tempore, vt tenet Paul. in d. l. quoniam in prioribus. dicēs pluries ſic conſuluiſſe. & idem Paul. in Authē. nouiſſima. C. de inof. teſt. & Iaſ. in d. l. quo-
36 niam in prioribus. †Quintò limitabitur, quādo filius eſſet dupliciter grauatus. Primò, quia eſſe ei relictū minus legitima. Secūdò, ꝙ etiā in illo relicto, quod eſt minus legitima, eſſet adiectum grauamen vel cōditio: quo caſu locū nō haberet d. l. quoniā in prioribus. Ne duæ ſpecialitates concurrant ſecundū Alb. ibi. ſed Pau. & Iaſon contrà. Quia nullum eſt incōueniens, ꝙ hæc duo concurrāt, nec teſtamentū ſubuertatur. Et prætereà duo ſpecialia admittūtur in eadē materia, quoties ſunt à iure cōmuni introducta, ſecūdū Bal. in l. j. C. quādo liceat ab emp. diſce. ſicut ſunt in caſu noſtro, quia in eo quod eſt ſpeciale, ꝙ teſtamentum in quo relinquatur filio minus legitima valeat, ſed agatur ad ſuplemētum, eſt introductum per d. l. omnimodo. C. de inof. teſta. Et in eo quod dicitur, quòd grauamen reiicitur, fuit introductum per d. l. quoniā in prioribus. & ſic ambo ſpecialia ſunt de
37 iure communi. † Sextò limitatur dicta regula, ſcilicet vt locum habeat d. l. quoniam in prioribus, niſi remota conditione, ſubſtantia remoueretur diſpoſitionis: quia tunc illa conditio non reiicitur, vt putà ſi filiæ relinquātur veſtimenta vidualia: quia ſublata viduitate tollitur eſſentia legati. Similiter ſi filiæ relinquantur centum pro dote: quoniam ſublato matrimonio tollitur eſſentia diſpoſitionis: ideo non remouetur talis conditio, nec locum habet d. l. quoniā in prioribus. ſecundum Ang. in lectu. Floren. in d. l. ſi pater. vbi refert Bal. fratrem ſuum ita conſuluiſſe. Ego autem hoc intelligerem, ſecundum ea quæ nunc
38 habuiſti ſ. in iiij. limita. † Septimò limitabitur dicta regula, niſi conditio vel grauamen viuo adhuc teſtatore deficerent. l. ſub conditione. & l. poſthuma. ff.
39 de liberis & poſthu. ſecundum Alex. ibi. † Octauò limitabitur, niſi perſona filij ſub conditione inſtituti eſſet incerta, quanuis certificanda ex aliquo futuro euentu qui non contingeret: quia eo tunc filius ſub conditione caſuali vel mixta inſtitutus, velut præteritus, teſtamentum diceret nullum, nec conditio reiicitur, vt elicitur ex eo quod decidit Bar. in d. l. ſi pater. in quæſtione quam ſibi de facto contigiſſe dicit, ſcilicet de patre, qui inſtituerat poſthumum, ſi naſceretur, & intraret monaſterium. Quia licet dicta cōditio cenſeatur poteſtatiua, ſed non facilis, ſi naſcatur filia quæ non intrat monaſterium, tunc cōditio non reiicitur, ſecundum Bar. Angel. Imo. & Alexan. in l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthu. & Iaſ. in dicta l.
40 quoniam in prioribus. & d. l. ſi pater. †Nonò limitatur dicta regula, vbi grauamine appoſito in particulari inſtitutione filij minus legitima continēte cū cum clauſula, quòd amplius aliquid petere non poſſit, & filius aliud relictum ex certa ſcientia agnouerit poſt mortem patris: quo caſu legitimæ, id eſt iuri petendi ſupplementum renuntiaſſe videtur, & ſic onus amplius non petendi agnouiſſe, vt locum non habeat d. l. quoniam in prioribus. quia non reiicitur onus ſemel agnitum, ſecundum Bal. ſingul. in l. j. penul. col. verſic. ſed pone filio legatum. C. de iure fiſc. libro x.
41 † Decimò limitabitur dicta regula, niſi pater tantū relinqueret pro malè ablatis reſtituendis, quod onerat filium in legitima, ſcilicet quia reſiduum hæreditatis paternæ non ſufficeret ad legitimam filij: nam ſi pater tantùm in teſtamēto relinquat pro malè ablatis ſuam conſcientiam exonerando, tale grauamen nō reiicitur de legitima, vt ſingulariter decidit Ang. in quibuſdam ſuis reportatis in l. j. §. ad municipum. ff. ad leg. Fal. Tamen hoc caſu neceſſe foret probare patrem talia malè ablata extorſiſſe. Quia cùm in teſtamento præiudicare non poſſit filio in legitima, nō ſtaret hoc caſu ſuæ cōfeſſioni ſimplici. arg. eorū quæ dicit Bar. in l. ſi fortè. ff. de caſt. pecul. & videbitis plenè in verbo, *Si abſque liberis mororetur*. j. in xj. limita. quæ dabitur ad l. cùm acutiſſimi. quia ſi filius teneretur ſub pœna priuationis legitimæ patrem captiū redimere. in Authen. ſi captiui. C. de epiſ. & cle. Multò magis ipſemet pater redimēdo ſe à captiuitate dæmonis reſtituendo malè ablata, conſiderans non poſſe remitti peccatū, niſi reſtituatur ablatū, poteſt filio præiudicare in legitima: quā etiam æs alienum extinguit & diminuit. Nam licet ſi legata volūtaria filius

BIU Cujas

non ſoluat, priuari poſſit hæreditate propter annalẽ cõtumaciam. ſed non priuatur legitima, Authen. hoc amplius. C. de fideicõ. tamen priuabitur ſi legata neceſſaria pro exoneratione conſcientiæ teſtatoris neceſſariò relicta nõ ſoluerit. Quia ſi illa priuatur non redimẽdo cõrpus, fortius priuari debet, ſi animã quę
42 nobilior eſt, redimere noluerit. † Et idẽ eſſet vndecimò, ſcilicet quòd filius pati poſſit grauamẽ in legitima, vbi pater fundũ vẽdidiſſet aduẽtitium filij quẽ patre defuncto filius vẽdicare poſſet. Nam ſi talis filius fuerit hæres patris, quãuis in hæreditate vltra legitimã nihil ſit, tamẽ filius hæres à vẽdicatione fundi repelletur. l. cùm à matre. C de rei vendi. ſecundũ Iaſ. in l. fi. §. in cõputatiõe. iiij. C. de iu. deli. quicquid ibi dixerint gl. Bar. & doct. Quod eſt verum ſecundum eum, vbi filius habet legitimã titulo vniuerſali, vt quia hæres inſtitutus à patre: ſecus ſi titulo particulari, puta quia fuit inſtitut⁹ in aliqua re certa, quæ fortè æquipollet legitimæ ſuæ & vltrà: quia tũc à vẽdicatione fundi non repellitur, cum alio dato hære-
44 de vniuerſali, ipſe nõ ſit hæres patris: imò habetur ꝑ legatario qui onera non tenetur ſubire hæreditaria. l. quoties. C. de hær. inſti. Sed in hoc caſu, filio præiudicatur in legitima indirectè per diſpoſitionẽ patris inter viuos: cui eo mortuo filius tacitè conſentit, hæreditati paternæ ſe immiſcendo, vt dixi ſ. in ix. limit. Hîc autem propriè loquimur de patre filiũ in teſtamento onerãte in legitima: quod fieri non poteſt, niſi in caſibus ſupradictis. Mihi autẽ ſemper viſa fuit *cõmunis opinio* verior, per ea quæ dixi ſ. de filio vltra legitimam ſibi debitum à fideicõmiſſario patris exigente. Prætereà iura ſimpliciter & indiſtinctè filium prohibẽt in legitima grauari, prout grauari nõ poteſt expreſsè nec tacitè, nec aliqua diſpoſitione, vt d. l. quoniam in prioribus, ibi: aut aliqua diſpoſitione, quæ intelligitur etiã inter viuos. Prætereà actio realis non confunditur aditione hæreditatis, vt plenè dicam in verbo, *Mortuo itaque teſtatore*. j. dum dicam de ſecunda effectuali perfectione teſtamenti,
43 quæ per aditionem hæreditatis fit. † Et idem duodecimò foret, ſi pater ratione prodigalitatis filio bonorum adminiſtrationem, & diſpoſitionẽ prohiberet, dato ſibi curatore, quem poſteà iudex cõfirmare tenetur. Imò ratione prodigalitatis potuiſſet pater ipſum exhæredare relictis ſibi alimentis: quia, vt vidiſtis in j. limita. hoc non fit in odium, ſed in fauorẽ, ne diſſipet bona. Caueat tamen pater, quòd in teſtamẽto cauſam exprimat, ſcilicet prodigalitatem: quo ad quam ſoli patri creditur, per tex. ſingul. qui rarò alibi habetur, ſecundum Bal. ibi, in l. ſi furioſo puberi. ff. de curat. furio. Et valebit perpetuò talis facta prohibitio, ſed in l. filius. §. diui Seuerus. ij. in fi. ff. de leg. j. dicit, quòd non valet interdictio adminiſtrationis à patre facta filio propter prodigalitatẽ, niſi filius eſſet reuera prodigus. & ita intelligit ibi d. l. ſi furioſo puberi: quia limitare ius liberũ, ſcilicet adminiſtrationis filij quo ad legitimam non eſt fauor filij, ſed odium, per l. penul. ff. de pact. Quo autẽ ad reſiduum hæreditatis credo, quòd crederetur patri ſoli, vt ſaluetur prima opinio: quia in illo potuiſſet pater quẽlibet extraneum filio præferre: tamen tex. in d. l. ſi furioſo. loquitur indiſtinctè de tota hæreditate. Prætereà pater ceſſante prodigalitate filij in illo reſiduo hæreditatis poſſet etiam filio præferre extraneum. l. cùm quæritur. & Auth. ibi poſita. C. de inof. teſt. Et ſic d. l. ſi furioſo, nihil ſpecialitatis poneret in patre, cùm quilibet iudex probata prodigalitate ſubditi totam adminiſtrationem ei interdicere poſsit, vt plenè per Bar. & omnes in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. ſuper quo cogitabitis. Et verè mirabilis eſt ille tex. l. ſi furioſo puberi. quòd ſoli credatur patri de vitio & demerito filij, quòd fuit demerens & indignus adminiſtratione bonorum: quia ei non crederetur de ipſius filij meritis & ſeruitiis erga patrem, niſi clarè probentur, vt *communiter* tenent Bar. & omnes in l. ſi fortè. ff. de caſt. pe. & Moder. vbi Alex. & Iaſon in l. ſi donatione. C. de colla. & in Auth. vnde ſi parẽs. C. de inof. teſt. Niſi dicamus, quòd ideo hoc eſt, quia eximius amor, & exceſſens dilectio patris ad filiũ excæcat ipſum ad bonũ filij procurandũ, & conſequenter teſtificãdum pro meritis filij, ob quod eſſet teſtimonium patris ſuſpectũ pro filio: quod quidẽ teſtimonium erit cõtra filiũ efficacius, vt ſoli patri de ꝑdigalitate filij credatur. Cùm nõ ſit veroſimile patrẽ mẽtiri in detrimẽtum filij tam dilecti, ſicut videmus teſtimonio credi domeſticorũ cõtra, ſed non pro do-
44 meſticis, aut parẽtibus. † Reſtat ergo, quòd hæres ſub conditione inſtitutus ſiue extraneus ſiue ſuus, in eo quod eſt vltra legitimã quãdo eſt ſuus, & in totũ, ſi fuerit extraneus, neceſſe habet parẽre conditioni, ſub qua fuit inſtitutus, aut fuit ei relictũ, & ſi fuerit pro parte poſſibilis, & pro parte impoſſibilis, impleri debet quo ad partẽ poſsibilẽ. l. qui dotẽ. ff. de dote præle. ſecundũ Pau. & Doct. in d. l. j. ff. de condi. inſti. Aliàs ſi cõditio nõ adimpleatur, ſed deficiat, peribit inſtitutio vel relictũ, facta tamẽ diſtinctione: quia aliquãdo inſtituitur quis vel ei relinquitur ſub conditione merè caſuali, aut ſub cõditione merè poteſtatiua, aut ſub mixta. Primo caſu, ſi quis inſtituatur ſub cõditione merè caſuali, putà ſi Titius conſul factus fuerit, vel ſi nauis ex Aſia venerit, tũc quomodocũque deficiat cõditio ſiue per mortẽ, ſiue per factũ tertij, vel aliàs qualitercũque perit inſtitutio vel relictũ l. vnica. §. ſinautẽ ſub cõditione. C. de cad. tol. Et ratio eſt, quia teſtator, qui hæredem ſub tali cõditione inſtituit, cõſiderauit caſum, & nullo modo factũ inſtituti, & ſic qualitercunque deficeret cõditio etiam ꝑ caſum mortis, noluit inſtitutũ admitti: tamẽ iſtud fallit in caſu ſingulari. l. fi. C. de ſer. neceſſ. hære. inſti. ſcilicet quãdo ſeruus fuit purè inſtitutus, & libertas ei relicta ſub caſuali cõditione, quæ quãuis deficiat, tamẽ cõſequetur libertatẽ, ſed nõ hæreditatem, vt ibi. Secũdo caſu ſi quis inſtituatur ſub cõditione merè poteſtatiua, puta ſi ſeruum ſuũ manumiſerit. Nam iſtud pẽdet à mera volũtate ſua, & tũc ſi impediatur ꝑ caſum mortis, tamẽ cõſequetur hæreditatẽ vel relictũ. tex. eſt in l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de cõdi. inſt. Et ratio eſt, quia teſtator apponẽdo talem conditionẽ ſolũ cõſiderauit factũ inſtituti hæredis & eius voluntatẽ, ſi ꝑ eũ ſtaret vel nõ. Si ergo nõ ſtetit per eũ, ſed per caſum mortis ſerui manumittẽdi, tũc inſtitutio hæredis nõ perit nec relictũ, niſi mora præceſſiſſet caſũ ſecundũ gl. in l. j. C. de inſt. & ſubſt. Vel niſi teſtator, q talẽ conditionẽ appoſuit, expreſsè dixiſſet, quòd illã cõditionẽ volebat verè impleri ꝑ hæredẽ, & ſic ꝙ verè ſeruũ manumitteret. Quo caſu licet ſtaret ꝑ mortẽ, hęres nõ cõſequeretur hæreditatẽ, nec legatarius relictũ, vt ſingulariter dicit Bal. in d. l. ſi pater. in iij. q. ad fi. C. de inſt. & ſubſt. quẽ ibi ſequitur Sal. in pe. q. Tertio caſu, quãdo qs inſtituitur ſub cõditione mixta, ſcilicet quæ pendet à facto debentis eã implere, putà hæredis vel legatarij & alterius tertij, veluti ſi quis inſtitutus fuerit ſub cõditione, ſi cũ Bertha nupſerit: & hoc caſu ſicut cõditio eſt

mixta

mixta inter duas præcedentes, sic etiã eligitur media via, vt scilicet dicamus, q̃ si implementũ cõditionis matrimonij impediatur per casum mortis illius, cũ quo debet matrimonium contrahi, tũc nõ sortietur effectum hæredis institutio, nec etiã legatum debebitur. & ita intelligitur tex. in l. legatum. C. de cõdi. infer. Et multò magis hoc procedit, si casus mortis cõtingat in persona hæredis vel legatarij matrimoniũ contrahere debentis, antequã contraxerit: quia tunc etiam perit institutio vel legatum, quasi conditione deficiente, per tex. in l. sub diuersis. §. fi. secundum lectu. gl. ibi *communiter* approbatã, & in l. si ita expressum. ff. de cond. & demon. nisi secũdum Angel. casus mortis fuisset ita repentinus, q̃ fortè ex clausula generali posset cõsuli hæredibus legatarij vel hæredis, arg. l. iij. C. de inof. test. Si autem cõditio deficiat facto tertij, cum quo hæres vel legatarius matrimoniũ cõtrahere debebat, vt quia fortè ille recusat, tunc habetur pro impleta, vt d. l. j C. de inst. & substi. Et idẽ esset si per tertiũ non stetisset, si honestè cõditio per legatarium impleri nõ possit, vt videbitis super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* in princ. Ideo dicit ibi
45 Bal. in viij. oppos. † quòd si testator instituerit aliquẽ hæredẽ sub cõditione, si ædificauerit ecclesiã in certo loco, & episcopus sine cuius consensu fieri nõ potest, nolit consentire, q̃ ecclesia ædificetur, & sic implementũ conditionis impeditur facto tertij contra quẽ haberi non potest regressus, tunc cõditio habebitur pro impleta, arg. l. si Titius. ff. de cõd. & demõ. Idẽ tenet Bald. in l. deberi. C. de fideicõ. lib. & in l. j. in ix. q. C. de his quæ pœnæ nomine. Et hoc verum, scilicet q̃ cõditio mixta hoc casu habetur pro impleta, si non impleatur facto tertij directè tendẽte ad impediendum cõditionem impleri, vt dictum est. Secus autem esset, quando illud factum tertij non directè, sed per quandam consequentiam tenderet ad impediendum conditionis implementum: quia tunc non haberetur pro impleta. l. iij. §. si quis seruum. & l. non omne. ff. de sta. lib. de quo plenius per Bar. & Imo. in l. in testamento. la. ij. ff. de cond. & demon. Bal. & Alex. & Iason. in d. l. j. C. de insti. & substi. Si autem cõditio sub qua quis fuit hæres institutus, aut ei legatũ relictũ, deficeret facto & culpa testatoris: Puta testator instituit aliquem hæredem sub conditione, si hæres suũ fecerit corpus sepeliri in tali ecclesia, in qua post mortem sepeliri non potest facto testatoris, qui fortè decessit excommunicatus, tunc conditio habebitur pro impleta, quia non stat per hæredem, sed facto & culpa testatoris, secundum Bal. Sali. & modernos in d. l. j. & Bar. in l. miles. §. fi. ff. de adulte. Imo. & Pet. de Anch. in c. filius. s̃. eod. An autem sufficiat cõditionem semel stetisse, vel requiratur quòd duret, videbitis infrà in eodem verbo, *Qui filium ex eo suscipiens.*

Laus Iesu Christo Domino nostro.

S V M M Æ.

1 *Bonorum appellatione quid veniat. & nu. 2.*
3 *Beatitudo quid.*
4 *Infernales fluuij quinque.*
5 *Auari semper tristes.*
6 *Empedocli triplex felicitatis gradus.*
7 *Bonorum parte relicta quid intelligendum.*
8 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione non veniunt iura & actiones.*
9 *Bonorum appellatione non veniũt feuda, & emphyteuses.*
10 *Ius patronatus venit in hæredis institutione.*
11 *Instituto vno in bonis Tolosæ, alio Caturci, an habeat locum ius accrescendi.*
12 *Res & bona an conuertantur.*
13 *Possessiua nomina meum, tuum, suum, vniuersalem dispositionem non restringunt.*
14 *Possessiuum appellatione quid veniat.*
15 *Legans quicquid habet in domo, quid comprehendat.*
16 *Paternus amor inducit verborum dilatationem.*
17 *Plena verbum facit possessionem plenam esse dominium.*
18 *Donans quicquid habet in bonis, an det vsumfructum.*
19 *Relictum vsufructus bonorum quid importet.*
20 *Vxorem relinquens dominam & vsufructuariam, quid intelligat. & nu. 21.*
22 *Vsusfructus legatum sola alimenta quando importet.*
23 *Filius in vsufructu omnium bonorum institutus, an illum in legitima computet.*
24 *Vsusfructus omnium bonorum quid contineat.*
25 *Pronomina, meum, tuum, suum.*
26 *Bonorum mobilium & immobilium substantia est diuisibilis: iurium verò indiuisibilis.*
27 *Vsusfructus legato an veniat lucrum ex protocollorum exemplatione.*
28 *Ex dictio, causam notat immediatam.*
29 *Propter dictio, causam notat immediatam.*
30 *Thesaurus inuentus in fundo an sit vsufructuarij.*
31 *Gabellarij vsufructuaria relicta vxor, habebit reditus gabellæ.*
32 *Appellatione fructus, reditus, obuentionum, ac emolumentorum, quid veniat.*
33 *Vsufructuarius an habeat lucra renouationum feudorũ, & laudimia.*
34 *Thesaurus inuentus an vsufructuarij sit.*
35 *Thesauri inuentio est donum Dei.*
36 *Vsufructuarius castri an habeat confiscationes.*
37 *Vsufructuarius an habeat præsentationẽ iuris patronat⁹.*
38 *Confiscatio an referatur ad tempus delicti vel condemnationis.*
39 *Officiorum emptores non debent ea subarrendare.*
40 *Condemnatione facta tẽpore vnius arrendatoris, & executione tempore alterius, cui detur confiscatio.*
41 *Vsufructuarius an teneatur debita hæreditatis soluere. & nu. 42. 43. & 44.*
45 *Vsufructuarius an soluat tallias & collectas.*
46 *Donatarius omnium bonorum an teneatur soluere debita. & nu. 47.*
48 *Emptor omnium bonorum an teneatur ad debita.*
49 *Error in nomine an vitiet institutionem.*
50 *Error in nomine an vitiet rescriptum.*
51 *Errans in sexu an baptizet.*
52 *Error in cõditione personæ hæredis an vitiet institutionẽ.*
53 *Error an vitiet contractum.*
54 *Monachum instituens credens esse laicum an valeat.*
55 *Error an excuset in delictis.*
56 *Hæredem instituendi varij modi.*
57 *Institutionem non vitiat defectus verbi.*
58 *Falsa Latinitas non vitiat testamentum.*
59 *Abbreuiaturæ quibus modis extensionem capiant.*
60 *Testis vnius relatio ad alium an valeat.*
61 *Testamentum scriptum per notas inusitatas non valet.*
62 *Testamento fauens opinio in dubio tenenda.*
63 *Relictum ad pias causas etiam per verba adulatoria, etiam cancellatum valet.*
64 *Præposteratio non vitiat testamentum.*
65 *Testes non refert, in qua parte testamenti ponantur.*

Sed quia (vt dictum fuit s̃.) verbum relinquo, nisi ratione vniuersalis adiũcti sui natura institutionem non importat hæredis: Ideo subditur in textu.

Cætera

¶ Cætera bona.

CILICET, quæ ipse testator habebat mobilia, & immobilia, corporalia & incorporalia, ibi & vbicunque existẽtia, [De hac dictione, &c. vide plenè per Bar. ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. idem credendum. quid comprehẽdat scripta ad longum, vt hîc. & in Authẽ. ex causa. C. de lib. præte. Et quid importat, quando breuiter scripta reperitur, vt dict. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia.]

1 † Et quoties verbum, bona, profertur à testatore cũ hac dictione omnia, siue simpliciter & indefinitè, intelliguntur omnia bona testatoris relicta, & per consequens iura & actiones, ita quòd ille cui sic relictũ est, censebitur esse hęres vniuersalis vniuersaliter institutus. l. si legatur. §. ij. & l. si quis legatum. §. j. ff. ad Trebel. vbi glo. & Doct. & no. plenè Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. leg. Et in propriis terminis consuluit Pau. consil. cccl xxxviij. iiij. col. in prin. alleg. glo. in l. his verbis. ff. de hær. inst. Et idem est, si tale verbũ proferatur à lege mortua & scripta, l. si marito. in prin. ff. solu. mat. & l. iij. ff. ad legem Iul. de vi publi. siue proferatur à lege viua, putà à principe priuilegium aut beneficium conferente. Quoniã tunc appellatione bonorum veniunt omnia iura & actiones. l. princeps bona. ff. de verb. sign. & in l. Lucius. la. ij. §. Sempronius. ff. de admi. tuto. †Et in summa quicquid nobis bonum facit, venit appellatione

2 bonorum, quæ ideo bona dicuntur, quia quodammodo nos beant, & beatos faciunt. Cùm ex eis vita nostra sustentetur, & sine quibus miserabiliter vita ducitur, secundum gl. in l. aduocati. C. de aduoca. diuersorum iudicio. Et dixi suprà in verbo, *Duas habens filias.* loquendo de statuto filias dotatas excludente à successione. † Et notanter dico, quòd bona

3 quodammodo, & non simpliciter nos beant, id est beatos faciunt, quia verò beati esse nõ possumus stãtes in via, donec erimus in patria. Cùm beatitudo secundum Boëtium in libro de Consolatione, sit sta- 5
☞ tus omniũ bonorum aggregatione perfectus, [De quo vide j. super verbo, *Mortuo itaque testatore* j. circa princ.] quã ex bonis temporalibus solis assequi nõ
☞ possumus. [Iuxta illud Psalm. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Et Philosophus dicit, quòd anima nostra nunquã quietabitur, donec suo iungatur creatori, quæ prima causa dicitur, cùm in præsenti seculo felicitas etiam habenda impediente fortuna vix, aut nunquam inueniatur.] Quinimò ferè dietim de inferorum fontibus seu fluminibus aquam potamus in

4 hoc vano, & transitorio seculo. † Sunt enim in inferno quinque fluuij à Macrobio in lib. de somno Scipionis, & à Vergil. in vj. Aeneid. enumerati, videlicet Lethe, qui est fluuius obliuionis. Phlegeton, fluuius ardoris. Acheron, fluuius sine lætitia. Cocytus.
☞ [Et ibi dicit Vergil. quòd animæ insepultorũ corporum circa hunc fluuium infernalem errant cẽtum annis, donec sepeliantur, vt habetur super verbo, *Mortuo itaque testatore.* j. dum loquitur de se occidentibus.] fletuum & lachrymarum fluuius. Styx est mœstitiæ, doloris & tristitiæ fluuius. De quibus omnibus, & non alio potu singulis horis, auidi bonorum temporalium reficiuntur, qui ex vehementi, & continua attentione ad bona temporalia obliuiscuntur spiritualia, imò multoties sumere corporalia alimenta. Potant etiam & sine intermissione de fluuio ardoris, non metuentes quid durum sustinere. & quantò plus potãt, tantò magis sitiunt: quia (vt dicit Boëtius in j. de Consola.) Crescit semper ardor habendi: quia auaritia (quam Græci φιλαργυρίαν vocant) scelerum omnium parens corpus animúmque virilem effœminat, nullam dat animo quietem, modò huc
☞ modò illuc agit auarus. [Vnde Salustius in Catilinario. Auaritia, inquit, studium pecuniæ habet, quam nemo sapiens concupiuit. Ea quasi venenis malis imbuta corpus, animúmque virilem effœminat. Et in oratione ad Cęsarem senem de republica, sic dicitur: Auaritia belua immanis intolerãda est, quo incendit oppida, agros, phana, atque domos vastat, diuina cũ humanis permiscet, neque exercitus, neque mœnia obstant, quò minus vi sua penetret. Fama, pudicitia, liberis, patria, atque parẽtibus, cunctos mortales spoliat. Verùm si pecuniæ decus ademeris, magna illa vis auaritiæ facilè bonis moribus vincitur.] Cor auari vt mare ventis agitatum fluctuat, nihil sanctum habet, nil æquum, nil iustum, nil charum, præter pecuniam, non seruat religionem erga Deum, non pietatem in parentes, nec charitatem in proximos, nec in cæteros dilectionem, vt de diuite epulone legitur Lucæ xvj. capit. Sed turbatis humanæ societatis officiis, omnia ad quæstum, omnia ad commodum suũ refert, de quo verisimè cecinit libr. j. Metamorphos. Ouidius:

Effodiuntur opes irritamenta malorum:
Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas, &c.

Vnde cupidi semper ardent sicut mons Aethnæ, & in consequentiam potãt de fluuio sine lætitia, qua semper carent: imò replentur aqua & fluuio mœstitiæ, & doloris, ac tristitiæ: quia semper sunt tristes, quod naturæ diuinæ est summè contrarium, cùm æterna perfruatur lætitia, & isti sunt continuè tristes.

5 † Primò ante bona acquisita, quæ habere sperant, nam fortuna prospera sperata, quæ adhuc est in sola spe, cùm sit de futuro bono & dubio, facit & tenet semper hominẽ tristem. Et fortuna præsens, scilicet bonorum iam acquisitorum, tenet secundo loco, & facit hominem superbum cæteros despicientem, & consequenter ab omnibus despectum & inimicum: quia superbus omnibus odio est, & inde dicitur, qui superbo fit amicus, multis oportet, quòd inimicus existat. Prætereà bona acquisita timorem perdendi illa possessori semper incutiunt, quorum natura est de vno transire in alium. Vnde illa retinere contra corũ propriam naturam est ferè impossibile, de quo sic dicit Boët. Ad quid externa bona (scilicet fortunæ) pro tuis amplexaris? nunquã tua faciet esse fortuna, quæ natura rerũ facit aliena, &c. Et timor iste perdendi tenet hominem tristem, quia ad aliud non pensat, iuxta illud Matth. vj. Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Et adeò, quòd multi sunt, qui mallent perdere oculum, quam denariũ. Quales sunt illi de monte Ferrando in Aruernia, secundum Io. Fab. in §. sed & lex. Insti. de iniuriis. Pariter recitat Valer. lib. vij. cap. vj. tit. de necessitate. Quòd quidam Prænestinus necessitate famis oppressus maluit murem captum ducentis denariis vendere & fame necari, quã ipsum comedere & saluari. In illa, inquit, obsidione cũ trecenti Prænestini permanerent, euenit vt ex his

quidam

BIU Cujas

quidam murem captũ ducentis potius denariis vendere, q̃ ipse leniẽdæ famis gratia consumere mallet. Sed credo Deorũ prouidẽtia effectum, vt & vẽditori & emptori, quẽ vterque merebatur exitũ attribuerit. Auaro enim fame cõsumpto manubiis sordiũ suarũ frui nõ licuit. Aequi animi vir ad salutarẽ impẽsam faciendã, carè quidẽ, verùm necessariè cõparato cibo vixit. Tertiò, Fortuna bonorum acquisitorum amissa & perdita, facit hominem dolentem. [Hæc tria de bonis tẽporalibus tristia breuiter tãgit Baptista Mantuanus Parthenices Marianæ li.j. dum dicit,

Inter multa hominum fata infelicia damno
Non erit hoc minimo, tristem sperata superbum
Iam præsens, amissa facit Fortuna dolentem.]

Iuxta illud Maximiani Poëtæ:

Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.

Ideo minimo studio est retinendũ bonũ cuius caduca possessio tam leui afflatu violẽtiæ concussa dilabi potest, dicit Valer. lib. ix. c. xij. tit. de morte nõ vulgari, De Coma Diogenis fratre loquens, Quapropter
6 †tria sunt, vt ait Empedocles philosophus, in tota rerum varietate præcipua, scilicet affluentiæ bonorum cõtemptus, futuræ felicitatis appetitus, & mẽtis illustratio. Quorum primo nihil honestius, Secundo nihil felicius, Tertiò nihil ad amborum consecutionẽ efficacius, teste etiam Philosopho in lib. de Vegetabilibus. Sícque bona ista tẽporalia acquirũtur cum labore, possidẽtur cum timore, & amittũtur cum dolore. [Duę profectò sunt passiones necãtes quãdoque hominẽ, scilicet tristitia & lætitia. Tristitia occidit, sed tardè: nam in tristitia primò retrahitur calor naturalis ad interiora, & posteà exhalat ad exteriora. quæ exhalatio caloris prohibet nutrimentũ in mẽbris, & operatur cõsumptionẽ in illis, iuxta illud Prouer. xix. Spiritus tristis exiccat ossa. Et eo modo videmus mori cõmuniter omnes auaros. Lætitia autem nimia citò occidit: quia tũc cor magis dilatatur ex quo cor naturalis ilico ad exteriora transit, & à corde recedit, & sic mors citò contingit, iuxta illud Prouer. j. Prosperitas stultorum perdat illos, sicut legitur de Tito in obsidiõe Hierosolymitana relicto, qui audita Vespasiani patris sui promotione ad imperiũ, præ gaudio cecidit subitò in paralysim semi- 8
mortuus, si à Iosepho sapiẽter non fuisset prouisum. Vtrunque etiam occidit animã tam vita prospera, q̃ aduersa: sed magis prospera. vnde Augusti. Multi res aduersas timent, prospera non timẽt, tamẽ periculosior est, [De qua vide j. super verbo, *Mortuo itaque testatore*. j. circa prin. loquẽdo de morte ex variis casib. cõtingente.] animæ res prospera, quã aduersa, vt patet in Dauid, qui in aduersis, q̃ passus fuit à Saule nõ cecidit, sed in prosperis regno adepto cum Bethsabee peccãdo defecit, ideo clamat Boëtius, lib. j. de Consol. Gaudia, inquit, pelle, pelle timorem, nec dolor adsit. nubila mẽs est, hæc vbi regnãt.] Vnde Valer. lib. iiij. c. iiij tit. de paupertate. in prin. Omnia, inquit, habet, qui nihil cõcupiscit, eò quidẽ certius, q̃ qui cuncta possidet: quia dominiũ rerum collabi solet, bona mentis vsurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum. Itaq; quorsum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in vltimo miseriarũ statu ponere? Cùm & illarum frõs hilaris multis intus amaritudinibus sit referta, & huius horridior aspectus solidis ac certis bonis abũdet. Et eodẽ lib. c. iij. tit. de abstinẽtia & cõtinentia dicit Fabricium locupletẽ feciſſe, non multa possidere, sed modica desiderare. & lib. vj. c. xj. tit. de varietate casuũ, in fi. Caduca. inquit, nimiũ & fragilis puerilibúsque consentanea crepundiis [Id est, crepitaculis in collo puerorum suspendi solitis, quæ bullæ similia nihil præter ventum & quendam crepitũ facientia includunt, pueris tamẽ iocũdissima.] sunt ista, quæ vires, atque opes humanę vocãtur, affluunt subitò, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in sublime extulerũt improuiso recursu destitutos, in profundo cladiũ miserabiliter immergũt. Itaque neque debẽt existimari neque dici bona, quæ inflictorum malorũ amaritudinem desiderio sui duplicant. Hæc ille. Nam diuitiæ cum labore pariũtur, cum anxietate custodiuntur, & cum mœrore amittũtur, aut dimittuntur. Multíque pernicié peperêre, prout exemplũ habemus de Alterocha, & eius sobole, quãto labore bona paterna prosecuta fuit, nec omnia habuit etiã post mortem Adiectæ. Ideo nos beatos nõ faciũt, neque beant: sed aliqualiter sustentant in hac fragili vita parum duratura, quæ quoties venerunt in hæredis institutione, cõprehẽdunt mobilia & immobilia, ac iura & actiões, & quæcunque testator possidebat, & ei cõpetebant. Quod est verum, q̃ si loco hæreditatis vel partis hæreditarię relinquãtur, tam in vltima volũtate, quàm in contractu inter viuos concedãtur. l. j. C. de hæred. vel actio. ven. Non tamẽ intelligatis, q̃ cõcedens seu vendens bona seu hæreditatem cuius est hæres, sit liberatus à creditoribꝰ. imò poterit tanquã hæres cõueniri. l. ij. ti. præall. Sed exactus à creditoribus hæreditariis, regressum habebit contra emptorẽ, vt ibi, & no. glo. & Bar. in d. l. princeps bona. † Si verò relin- 7
queretur pars bonorum per modum legati, & relicti particularis, & non loco hæreditatis, tunc nõ veniũt actiones: quia intelligitur pars bonorum sine onere, scilicet deducto ære alieno. l. nõ amplius. §. fi. cum l. seq. ff. de leg. j. & l. si quis seruum. §. fi. cum l. seq. ff. de leg. ij. Et an in tali legato veniant fructus, videatis in l. si quis bonorum. vbi plenè Bar. ff. de leg. j. Prætereà relictis bonis simpliciter, relicta censentur nedũ bona mobilia & immobilia, sed etiam bona se mouentia, veluti animalia, actiones, & nomina. l. mouentiũ. ff. de verb. signif. †Plus dico, quòd licet appellatione bonorum mobilium & immobilium non cõtineantur actiones nec iura. l. à diuo Pio. §. in venditione. vbi Bar. & Alexã. ff. de re iudi. & Guid. Papæ, quæst. cccxlj. in fi. & ccccxcix. vbi plenè: Tamen in hoc casu si testator noster dixisset, relinquo omnia bona mea mobilia & immobilia, etiam iura veniſſent & actiones, remota rerum numeratione & specificatione. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. inst. Plus dico, quòd licet appellatione bonorum sitorum & positorum hîc Caturci, vel alibi vbique, non veniant iura, & actiones propter illa verba, sita & posita: quæ significant bona posita in loco, & locum occupantia: Et sic non cõprehenduntur iura nec actiones, quę non sunt in loco, cùm sint incorporalia, vt decidit singulariter Barto. in l. potest pupillus. ff. de authorita. tuto. & cõsuluit Franc. Aret. consilio liiij. iiij. colum. Similiter appellatione bonorum, non veniunt iura nec actiones, cùm sint incorporales, quæ certo loco non circunscribũtur, cùm non sint entia realia, sed rationis. l. fin. C. de præscrip. long. tempor. & l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. & consuluit Barba. in j. parte consi. xxxvj. iij. col. in prin. Attamen si testator noster dixisset: Cætera bona hîc, aut vbicunque sita & posita, Adiectæ filiæ relinquo: tunc appellatione

bonorum

bonorum ſitorum, & poſitorum veniſſent iura, & actiones, necnon reditus annui, qui quando ſunt perpetui, inter bona immobilia cõputantur. Idem ſi ad longum tempus debeantur. Sed ſi non ſint perpetui, aut fortè ad modicum tempus debeantur, tunc inter bona mobilia cõputantur, de quo per Bal. in c. cùm M. Ferrarien. de conſtit. vbi latè per Barb. xlj. col. Et intelligatis actiones actiuè & paſſiuè cõprehendi, & venire in generali hæredis inſtitutione, ſcilicet illas quæ competebant inter teſtatorem cùm viuebat, & extraneos, ita quòd hæres agere poterit cõtra omnes debitores, & etiam conueniri ab omnibus creditoribus hæreditariis, ſicut poſſet teſtator ſi viueret, vt dictum eſt: quia omnes tales actiones actiuè & paſſiuè veniunt in hęredis inſtitutione, & in perſona, & contra perſonã hæredis radicantur per aditionem hæreditatis. Sed illæ quæ competebant actiuè & paſſiuè inter teſtatorem, & ipſum hæredem, non veniunt in tali hæredis inſtitutione, niſi extinctiuè: quia extinguntur per aditionem hæreditatis, & confunduntur in totum, ſi creditor vel debitor ſit hæres inſolidum, aut pro parte, in qua reperitur hæres eſſe. l. j. & l. ſi adulta. C. de hær. act. & l. ſi vxor. C. de bonis auth. iud. poſſiden. Vnde primæ actiones veniunt executiuè, actiuè, & paſſiuè in hæredis inſtitutione, ſed iſtæ veniunt extinctiuè & cõfuſiuè: quia hęreditatis aditione confundũtur, niſi in certis caſibus, de quibus per Bar. & clarius per Alex. in l. debitori. C. de pact. [De quo plenè habetur j. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore* j. tractãdo de ſecũda teſtatorũ perfectiõe, quę aditione hæreditatis inducitur. ver. & ſicut per factũ probatur animus, & c.] † Vlteriùs dico, quòd licet in generali appellatione bonorũ ſuorũ non veniant bona feudalia, emphyteuticaria, aut liuellaria, vt elegãter dicit Bar. in l. vt iuriſiurãdi. §. ſi liberi. ff. de operis libe. quia nõ ſunt propria teſtatoris, ſecundum Bald. in d. l. quoniam nouella. vbi Sali. & in l. ſi quando. C. de inof. teſta. §. illud. adeo, quòd filius qui fratribus ſuis pactum fecit de nihil petẽdo in paterna hæreditate, non obſtãte tali pacto poterit petere feudum & emphyteuſin, ſecundum Bar. in l. item videndum. §. fi. ff. de peti. hære. & plenè habuiſtis in verbo, *Duas habens filias*. dum tractaui de pacto de non ſuccedẽdo. Pariter etiam ex teſtamento vaſalli vel emphyteutæ veniũt in hæredis inſtitutione nedum bona corporalia & incorporalia, patrimonia, ſeu allodia nemini ſubiecta, ſed etiã emphyteutica & feudalia, quæ teſtator in feudũ tenebat, aut emphyteuſin ab alio domino directo, quæ licet alienari nõ poſſint ſine cõſenſu domini inter viuos, vt l. ſi. C. de iure emphyt. & c. potuit. de loco. tamen in eis poteſt hæres inſtitui: Et ſi nihil dicatur, veniunt in inſtitutione hæredis ſecundum Docto. ibi, maximè in præſenti regno, vbi feuda ſunt ad inſtar patrimoniorum redacta, ſecundum Io. Fab. in Authẽ. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. vt dixi plenè ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*. in j. artic. & v. deciſ. † Etiam venit in inſtitutione hæredis ius patronatus, quanuis eccleſiaſticum: quia trãſit cum vniuerſitate bonorum. ca. ex literis. de iure patrona. licet fœminæ eſſent hæredes inſtitutæ. c. cũ ſeculũ. eo. tit. & c. ſi. & vtrobique Pan. de conceſ. præb. Attamẽ hæc Adiecta Raynutij filia, cui à patre erant cætera bona relicta, cenſetur inſtituta etiã in feudis, & quibuſcunque aliis bonis, cuiuſcunque forent cõditionis, attento q̃ nullus alter apparebat hęres vniuerſalis: Imò tũc appellatione bonorũ vaſalli & homines teſtatoris, & quæcũque iura ei cõpetentia actiuè & paſſiuè etiã iuriſdictiones & dominationes, vt not. Bal. in l. liberti, vlt. col. de ope. li. & tenet Io. Fab. in §. j. Inſti. de rerum diui. exceptis regnis, quę nõ venirẽt, præſertim regnũ Frãciæ, de quo Rex diſponere nõ poteſt, etiam inſtituẽdo illum cui pertinere debet: vt dixi ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*. j. in xxiij. limitatione. † Plus conſuluit Ludo. conſil. lxxxj. quòd ſi teſtator inſtituerit vnum in bonis, quæ habet Toloſæ, & alium in bonis, quæ habet Caturci, vbi ferè habet omnia bona ſua, & ille talis teſtatori præmoriatur, eo tũc inſtitutus in bonis Toloſæ per ius accreſcẽdi fit omnium bonorum hæres: cùm diuiſio bonorum nõ inducat patrimonij diuerſitatem in ipſo priuato, cuius vnũ tantùm poteſt eſſe patrimonium. l. iuriſperitos. §. cùm oriũdus. ff. de excuſa. tuto. Quia non eſt ſicut in milite cui patrimonij diuerſitas adeſſe poteſt. l. ſi certarum. §. Iulianus. ff. de teſt. mili. & l. j. C. illo eo. ti. Et ratio præmiſſorũ eſt, ne teſtator deceſſiſſe videatur pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. ius noſtrũ. ff. de reg. iur. & in §. hæreditas. Inſti. de hære. inſt. quod fieri non põt de iure in pagano, niſi cõſuetudo patriæ vel ciuitatis eſſet in contrariũ: quia tunc poſſet vnuſquiſque decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſecundum Bal. in l. de quibus. viij. col. vbi hoc probat bona ratione. ff. de legi. Et quòd tũc appellatione bonorũ veniant vaſalli, tenet Bald. in l. j. in ij. lectu. ff. de ſtatu homi. Aliàs autem ſi filius fuiſſet hęres vniuerſaliter inſtitutus, ille cui teſtator reliquit bona mobilia & immobilia, haberetur loco legatarij, arg. l. quoties. ff. de hær. inſt. Quoniã eo caſu illa verba non continerent vniuerſalia bona, quia non cõprehenderẽtur iura. † Et idem fuiſſet, ſi noſter teſtator dixiſſet, Adiectæ relinquo cæteras res: quia tunc cùm verbũ rei, ſit generale. l. j. §. fi. ff. ſi cer. pet. illa verba importaſſẽt hæredis inſtitutionẽ vniuerſalẽ, cõſiderato q̃ nemo alius fuerit vniuerſaliter inſtitutus, ſecundũ Bar. in d. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & arg. lega. Et ſic venient omnia mobilia, immobilia, iura & actiones, ita quòd omnia trãſeunt actiuè & paſſiuè tãquam in hæredem ratione prædicta, ſcilicet ne teſtator dicatur q̃ parte deceſſiſſe teſtatus, & pro parte inteſtatus. Nam licet appellatio bonorum plus cõprehendat, quã appellatio rerum, ſecũdum Bal. in d. l. j. ff. de ſta. ho. Tamen hoc caſu in omnibus æquiparãtur: ita quòd nõ refert, an teſtator ſimpliciter dixerit, relinquo cætera bona, vel dixerit, relinquo bona mea, & res meas. † Nam ratione prædicta hęc nomina poſſeſſiua meũ, tuum, aut ſuũ, vniuerſalẽ diſpoſitionẽ nõ reſtringũt, vt eſt tex. hic dũ dicit, cætera bona ſua. vbi hoc pronomen, *ſua*, nullatenus reſtringit, quia inſtitutio hæredis fuerit vniuerſalis, taliter quòd omnia indifferẽter veniunt etiã iura, actiones, vaſalli, bona emphytheuticaria, liuellaria præſentia & futura, ſecundum Bal. in d. l. j. in j. lectu. de ſtatu ho. Et idem ſi dixiſſet, relinquo quicquid habeo in bonis, vel rebus meis, vt ibi dicitur. Idẽ ſi dixiſſet, relinquo cæteras poſſeſſiones: quoniam tunc omnia actiuè & paſſiuè veniunt, vbi alius non reperitur in teſtamẽto hæres vniuerſaliter inſtitutus, & hoc ratione prędicta. Quinimò licet teſtator certam rem exprimendo relinquat generaliter cæteras res, nõ videatur per clauſulam generalẽ, niſi res ſimiles ſpecificatis & nõ diuerſas. l. ſi. §. cui dulcia. ff. de vino tri. & oleo leg. & c. ſedes apoſtolica. vbi Panor. & Docto. de reſcri. Attamen ſi in tali teſtamẽto nõ eſſet alius hęres vniuerſaliter inſtitut⁹, ille cui eo modo relictũ eſſet, erit hæres, & omnia habebit,

BIU Cujas

bebit, quanuis dissimilia specificatis. Quod est adeò verũ, quòd etiã si testator nõ dixerit, relinquo bona, aut res vel possessiones vbicunque sitæ existãt, in tali institutione veniẽt omnia & singula bona testatoris quanuis extra territoriũ, imò extra regnum sita per rationẽ prædictã. Nã institutio hæredis in parte, vel in certa re quãtuncunque minima facta alio nõ dato hærede vniuersali, ad totam & integrã testatoris substãtiã trahitur & hereditatẽ. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. inst. Ne testator dicetur pro parte decessisse testatus, & pro parte intestatus. secùs autẽ esset in legatis vel donationibus loco hæreditatis non expeditis. Vnde si quis diceret, do tibi bona, vel res mobiles, & immobiles, nõ venirẽt iura neq; actiones: vel si quis diceret, do tibi bona mea, vel res meas, non venirent nomina debitorũ: quia illud est meũ, quod vẽdicare possum. vt d. l. Quintus. §. argento. Sed nomen debitoris vendicare non possum, cùm personalis actio & realis distinguantur, vt species quasi oppositæ. Instit. de actio. §. omniũ. Prætereà hoc pronomen *mea*, est possessiuum. Or iura personalia nõ possidentur, per l. fi. ff. quorum bonorũ. & sic nõ includũtur in tali donatione, maximè si donator dixerit, do bona sita & 16 posita, quia talia iura nõ sunt entia realia, quę situari possint, nec esse possunt in loco. Ergo nõ veniunt in tali donatione, secundum Bart. in d. l. potest pupillus ff de auct. tut. Si autẽ donator diceret, do bona mihi pertinẽtia, aut res: tunc nomina debitorũ includerẽtur: quia verbũ res, est generale, & verbũ pertinere est etiã generale, vt d. l. j. ff. si cer. pet. & l. verbum pertinere. ff. de verb. sig. Et idẽ est in verbo, habeo. Putà si dicerẽ, do tibi omnia bona quæ habeo. Nã habere dicimur ea, quæ in credito habemus. ff. de regu. iur. l. qui actionem. & ff. de acquir. rerũ domi. l. rem in bonis. Sed si dico, dono tibi id quod habeo Caturci, vel Tolosæ, actiones personales nõ continẽtur: quia locus non circunscribit illa incorporalia. l. Caius. ff. de leg. ij. Nam hoc casu non est sicut in hæredis institutione, quæ, vt dixi, omnia cõprehẽdit. Si autem dixi, dono tibi omnes possessiones meas, non continẽtur mobilia. puta libri, vel se mouentia, vt sunt boues & cætera animalia: cùm secundùm communem vsum loquendi, talia non veniant appellatione possessionum, secundum Cyn. in l. fi. C. de cõpen. & Bald. in d. l. j. ff. de statu homi. facit glo. in l. j. ff. de acquir. rerũ domi. quæ dicit ꝙ impropriè dicitur possessio rerum mobilium. Et ita etiã tenet Bart. in l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. iij. quẽ sequitur Ioã. de Pla. in l. rura.
14 C. de om. arg. deser. lib. xj. †Et hoc verum, ꝙ appellatione possessionum nõ veniũt libri, nec cæteræ res mobiles, nisi ille donator in suo patrimonio nihil aliud haberet, quã libros, vel alia mobilia: quia tunc venirent libri, maximè qui afferunt fructus vberes, & possessiones faciunt pingues. Cùm si tunc aliter diceremus, legatũ seu donatio esset inutilis, secundum Barba. in c. possessiones. de rebus eccle. non alienan. Et non cẽsentur tũc solùm possessiones donatæ, sed plena proprietas earum, secundũ Panor. in c. penult. de fur. per l. interdum. ff. de verb. sign. Ideo dicit Bal.
15 in d. l. j. de stat. homi. †ꝙ si ego do, aut lego quicquid habeo in domo: venit etiam frumentum, quod in domo est, dum tamen non sit venale: quia illud non veniret. l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. lega. vbi plenè Alex. & plenè Bar. in l. diuus. ff. de bo. damna. & Bald. in rub. C. de verbo. sign. Nec aliæ merces venales in tali dispositione veniũt, vt d. l. generali. sicut nec nũmi seu pecuniæ ibi repositę vt mutuò dẽtur, vel aliâs de præsenti erogentur. l. si chorus. §. his verbis. ff. de leg. iij. secùs si, vt ibi perpetuò sint, vt ibi, & l. si mihi. §. his verbis. & vtrobiq; Bart. eo. tit. de leg. iij. secùs si dixisset, lego omnes res meas, nõ adiectis his verbis, quas domi habeo: quia venalia non censetur esse in domo, sed extra: Ideo nõ veniunt appellatione eorũ quæ domi sunt, nisi dicerẽ, lego quę domi sunt quoquomodo, quo casu etiã venirent venalia. Idem si in domo aliquid non haberẽ, nisi venale: quia illud veniret, ne legatũ sit inutile, arg. l. fundus, qui locatus. ff. de fund. instr. & l. pediculis. §. itẽ cũ. ff. de auro & argen. lega. dũ tamẽ illæ mercãtiæ venales sint ipsius testatoris, aliâs nõ: quia verbo generali, suũ ius tantũ donasse, aut legasse videtur. l. vxor patrui. C. de leg. & ff. de cõtrahenda empt. l. qui tabulas. secundũ Bar. in d. l. generali. §. vxori. Prætereà hoc verum, ꝙ legata domo, vel legatis his, quę domi sunt, nõ veniũt merces venales vbi sunt aliæ res, nisi legatum esset factũ filio testatoris. Quo casu si alij hæredes non nimis grauentur, puta stante vlteriori amplo patrimonio, tũc in legato res venales domi existẽtes includũtur, per tex. singu. in l. quæsitum. §. sed & ipse Papinianus.
16 ff. de fundo. instru. †Quia ardor charitatis paternæ verborum inducit dilationẽ. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libe. leg. Similiter dicebat Bar. in d. l. vxorẽ. §. legauerat. ff. de leg. iij. quòd appellatione possessionũ nõ venit pecunia, nec comprehẽditur in donatione vel legato possessionum, nisi talis pecunia fuisset ad banchum deposita pro emendo possessiones: quia tunc legatis possessionibus videtur legata pecunia. l. iij. §.
17 quid ergo. ff. de contra. iudi. tutelæ. †Vnum tamen menti tenebitis, ꝙ vbicunque in lege apponitur verbum plena, tũc possessio capitur pro dominio & possessione, per tex. singularem in l. raptores. C. de epis. & cleri. & ibi Bart. Et idem si apponatur hoc verbũ, plenissimũ dominium, qui modus loquendi non est alibi, secundum Bald. in l. j. C. de nudo iure quiritum tollen. de quo plenè dixi suprà in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo principali articu. & ij. decisio. Et si dicerẽ, lego res meas, quas habeo in tali territorio: Ex hoc videor legasse seu donasse homines meos, & subditos meos, quos ibi habeo, per tex. singularẽ in l. talem. §. fi. ff. de hære. instit. dum tamen non sint mihi sanguine coniuncti. Quia in generali sermone non præsumitur quis loqui contra sibi coniunctos, vt ab eo seu hæredibus suis separẽtur. l. obligatione generali. ff. de pig. & l. humanitatis. C. de excusa. tuto. facit ca. postremò. de appel. & d. l. talem. in fin. & est bonus text. in l. possessionem diuisiones. C. communia vtriusque iudi. Ideo dicebat singulariter Bal. in l. si hęredes. C. de testa. manu. ꝙ abbas trãsigere non potest de monacho vel conuerso, nisi cũ decreto superioris: Cùm æquiparẽtur rebus immobili-
18 bus per illũ tex. †Sed quid si donẽ quicquid habeo in bonis, & habeo vsum fructũ formalem, an videar donare ipsius cõmoditatem? Et videtur, ꝙ nõ. l. j. ff. de vsufr. lega. quia illud nõ est aptũ esse de proprietate, & vsus fructus formalis non dicitur propriè de bonis meis, quanuis præcisè nõ extra bona mea. arg. contra in d. l. vxor patrui. C. de lega. Sed pone quòd dedi omnia vtensilia mea, nũquid includantur communia mihi & Titio? Et Bal. in d. l. j. dicit, quòd non: quia alterum ex simplicibus, id est, alterum extremum non continet mixtum. ff. de leg. iij. l. hoc legatum. & ff. de leg j. l. serui electione. §. ij. & fin. Ex quibus omnibus resultat quæ sunt illa, quæ veniunt appellatione bonorum, aut rerũ, vel possessionum, de

BIU Cujas

quo plenè ꝑ Gul. de Cug. Bar. & Bal. in d. l. j. ff. de statu ho. Ang. in §. fi. Insti. de iure natu. Bald. in l. si constante. in fin. ff. sol. ma. & Barb. in j parte consi. xxxv. Videatis Bal. ti. de allodiis, c. j. iij. col. & in c. j. iiij. col. de capit. qui curiã vendi. in vsibus feu. vbi etiã decidit, an donato & legato castro videatur donata iurisdictio. de quo plenè in l. j. §. cùm vrbẽ. ibi Doct. ff. de offic. præfect. vrbi. videatis gl. & Panor. in c. conquestus. de foro compe. & in ca. cùm inter. de re iudi. vbi decidit, quid si donetur castrũ vel alia res pleno iu-
19 re. † Viso quid importat relictum bonorum vel rerum, aut possessionũ, quotidianum succedit dubium, quid importet relictum vsusfructus bonorũ vel rerum? & *communis Doct.* cõclusio est, quòd si tale relictum fiat vxori testatoris, vbi testatoris descẽdentes sunt hæredes: non habebit vxor cui talis relictus fuit vsusfructus, in bonis & hæreditate mariti nisi vitam honorabilem, prout antè viuente marito habere cõsueuerat, ita quòd hoc casu relictum vsusfructus omnium bonorũ non plus importat, quã simplex relictum alimentorum, vt eleganter decidit Bar. in l. Titia. §. Titia. ff. de leg. ij. & in l. j. cum auth. hoc locũ habet. ibi posita, C. si mulier secundò nupserit. vbi plenè Cyn. & Salic. & Bal. in l. fi. C. de indicta vidui. Sed indubitanter habebit alimenta, scilicet illa vxor quã testator habebat tempore testamenti facti, cui reliquit vsumfructum. Si autem testator post testamentum superuixerit, & secundam vxorem duxerit, tali secundæ vxori non deberentur etiam alimenta, secũ-
20 dum Bal. in d. l. fi. C. de indicta vidui. † Sed Alexan. ibi in addi. tenet contrarium. Videatis eundem opiniones concordantem in ij. parte, consi. clxxiij. inciviso processu causæ. & in dicta authen. hoc locũ habet. dicit Salic. vnum singula. verbum, videlicet ꝙ si filius testatoris & extraneus sint cohęredes, & mater filij relicta fuerit omniũ bonorum mariti vsufructuaria, ille extraneus gaudebit priuilegio à lege dato ipsi filio, vt in vtraque hæreditatis portione, mater testatoris vxor non habeat, nisi sola alimenta & præeminentias, quas cum marito habebat, secundum Bar. in d. l. Titia. Et idem si legaretur concubinæ aut matri, vel sorori testatoris, vbi vt dictum est, fuerunt filij ipsius hæredes instituti, secundũ Bal. in d. l fi. Et idem est è conuerso, si vxor filiis institutis maritum relinquat dominũ omnium bonorum, & vsufructuarium: quia tunc maritus nõ habebit nisi alimẽta cum filiis, secundum Bald. & Ang. in d. auth. hoc locum habet. Quod verum intelligatis, quòd sola alimenta habebit virtute legati: sed eo quia pater, & per cõsequẽs legitimus administrator bonorum maternorum, & aduentitiorum sui filij, aliud esset. l. j. C. de bonis matern. & l. cùm oportet. C. de bo. quæ lib. quia ratione patriæ potestatis haberet fortè vsumfructum totius hæreditatis, nisi diceremus illis legibus derogari per specialem testatricis dispositionem. Cogitabitis.
21 † Et præmissa intelligatis vera, scilicet quòd vxor per maritum relicta domina & vsufructuaria omniũ bonorũ non habebit nisi sola alimenta, nisi aliàs cõstaret expressè de volũtate mariti defuncti, quòd voluerit vxorem habere, & percipere integros fructus hæreditatis, vel de hoc cõstaret per cõiecturam: quoniam eo tunc vxor perciperet integrum vsumfructũ bonorum mariti, vt eleganter consuluit Paul. consil. cccl xxxix. incip. quod vxor quondam. vbi maritus vxori legauerat in testamento alimenta, & postea in codicillis legauit eidem omnium bonorum vsumfructum, cùm appareat de mente testatoris fuisse, quòd vltra alimenta vsumfructum habeat, vt ibi per multas efficaces probat rationes. Et idem in casu cõuerso, in marito relicto vsufructuario. Sanè intelligatis ꝙ vxor non habeat nisi sola alimẽta, vbi filij testatoris hęredes instituti superuixerunt patri, & adierunt hæreditatem: quia tũc, vt dictum est, vxor testatoris defuncti omnium bonorũ vsufructuaria non habebit nisi alimẽta. Et idem si filij testatoris hęredes instituti essent pupilli, qui post mortẽ patris postquam fuerũt hęredes, decederẽt in ętate pupillari, ita quòd hæreditas deueniret ad pupillariter substitutos, quãuis extraneos: quia non haberet vxor nisi alimenta, de quo tamen videatis Bart. in d. l. Titia. in fi. ff. de lega. ij. & plenè per Alexã. plenè concludentem in l. & si cõtra. v. col. ff. de vulga. & pupil. Si autem filij testatoris hæredes viuo patre testatore decederent, & sic hæredes non essent, & hæreditas veniret ad succedẽtes ab intestato collaterales vel extraneos, tũc vxori deberetur integer omnium bonorũ vsusfructus, secundum Alex. in ij. parte, cõsi. xlij. incip. viso processu. Prætereà intelligatis verum, ꝙ vxori non debentur nisi sola alimenta, si relictum vsusfructus ei factũ sit vniuersale de omnibus bonis, vt d. l. j. C. si mulier secũdò nup. si autem vxori relictus foret vsusfructus certarum rerum. qui vltra alimẽta ascendit, eo tunc debetur sibi earum rerum integer vsusfructus, secun-
22 dum Bal. in l. si pater. per illũ tex. C. de vsufr. † Nam legatum vsusfructus tunc sola alimenta importat, quando est vniuersale, de quo videatis pulchra per Bal. & Alexan. in l. si filius à patre. v. col. ff. de libe. & posth. Et hæc vera, vbi filij testatoris essent hæredes instituti, sed si instituti essent extranei, vel alij parẽtes testatoris, quàm descendẽtes liberi, puta quia instituti fuerunt collaterales, tũc vxor integrum haberet vsumfructum totius hæreditatis, secundum Iac. Butri. in d. l. j. C. si mulier secundò nupse. quem sequitur Pau. in præfato consil. in fin. licet Bar. in d. l. Titia. hoc indecisum reliquerit. Et idẽ puto, si filij testatoris fuerint hæredes instituti, qui postea à paterna hæreditate abstinuerunt, ita, ꝙ hæreditas ad extraneos medio vulgaris substitutionis deuenit hæredes substitutos, secundum Bar. in d. l. Tit. & Pau. in d. consi. ij. col. Quoniam hoc casu vxor integrum percipiet vsumfructum: quia quòd vxor sola percipiat alimẽta, fuit fauore filiorum introductũ hæredum à patre institutorum: ergo locum nõ habet, vbi nõ sunt effectualiter, vel esse desinunt hæredes. Si verò ipsis hæredibus institutis, non vxori, sed extraneo relictus fuerit omnium bonorum vsusfructus, tunc talis legatarius integrum cõsequetur vsumfructum, prout verba relicti sonãt: deducta tamen legitima iure naturæ filiis hęredibus debita, quam incõtinenti sine aliqua tẽporis dilatione habebũt tam in proprietate, quàm vsufructu, secundũ Bar. in l. vxori meę. ff. de vsufruc. lega. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de pig. §. j. Bart. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. Doct. maximè Alexã. in authen. nouissima. illo eo. titul. & in d. l. vxori meæ. Et demũ mortuo illo vsufructuario plenam habebũt proprietatem cum vsufructu per mortem vsufructuarij cõsolidatam. Quinimò plus deci-
23 dit Barb. in c. fin. ij. col. de pig. † ꝙ licet filius fuerit à patre in vsufructu omniũ bonorũ institutus, tamen computare nõ tenebitur illum vsumfructum in legitima: & ita refert consuluisse Pet. de Anchar. consilio cxvij. Et ratio est, quia legitima filij debetur in reb⁹, & substãtia testatoris, non in solis fructibus. Et idem esset, si vsusfructus vltra dodrantẽ esset relictus: quia

deduce

BIU Cujas

deducereturſeu detraheretur Falcidia. l. omniũ rerũ vſufructu legato. ff. de vſufr. & idem eſſet vbi filiis hæredibus inſtitutis, & vxore relicta omnium bonorũ vſufructuaria, & bona patris deducta legitima filiorum, non eſſent ſufficientia ad vxoris alimenta. Quia eo caſu poterũt filij de paterna hæreditate legitimã, in qua grauari nõ poſſunt, detrahere, & de reſiduo alimenta vxori teſtatoris præſtare, per d.l. quoniam in priorib. ſecundum Sali. in d. auth. hoc locum. circa fin. Vnde reſtat concluſio, quòd in puncto noſtro inſtitutis liberis teſtatoris vxor omnium bonorum mariti relicta domina & vſufructuaria, non habebit niſi alimẽta: ſed inſtitutis extraneis hæredibus, vxor integrum habebit vſumfructum: Cùm hoc caſu non militet fauor liberorum, niſi vt ſ. dixi, fuiſſent extranei ſimul cum liberis hæredes inſtituti. Nec eſt verum, quod voluit idẽ Bal. in d. l. fi. C. de indicta vidui. vbi decidit, quòd vxor teſtatoris in caſu præmiſſo 26
quando ſoli extranei fuerunt hæredes inſtituti, non habebit niſi dimidiam vſufructus, & alteram dimidiã habebunt extranei hæredes inſtituti, per l. ſi alij. ff. de vſufru. lega. quia ſecundum Pau. in d. conſil. illa lex loquitur, quãdo teſtator vni legauit fundũ, alteri verò vſumfructum eiuſdem fundi. quo caſu ideo cõcurrunt in vſufructu ambo legatarij, quia fundi appellatio cõſiſtit ex proprietate & vſufructu, ita quòd altero deficiẽte non diceretur fundus, ſed nuda proprietas, vel nudus vſusfructus. l. qui vſumfructum. ff. de verb. obl. Idcirco relinquẽdo vni fundum, voluit teſtator. ꝙ etiã habeat fructũ, nõ nudã proprietatem. Sed cùm vnum inſtituit vniuerſaliter, & alteri legat vſumfructum bonorũ, non cõſtat, neque apparet ex aliquo, ꝙ voluerit hæredẽ inſtitutum participare de 27
vſufructu, cùm hæreditas cõſiſtere poſſit in iure abſtracto à ꝓprietate & vſufructu: quia hæreditas dici poteſt ſine aliquo corpore, cùm ſit ius vniuerſum, quod defunctus habuit. l. hæreditas. ff. de pet. hẽre. & l. nihil aliud. ff. de verb. ſig. Nec ergo apparet ex ſignificato inſtitutionis, ꝙ teſtator voluerit hæredẽ inſtituũ participare de vſufructu viuẽte vſufructuario, ideo integer vſusfructus pertinet ad legatarium ſeu vxorẽ legatariã, proprietas verò ad hæredem, vt d. l.
24 omniũ. de vſufru. †Et quoties legatur integer vſusfructus, vbi integer vſusfructus debetur omniũ bonorũ, veniunt quicũque fructus & prouentus ex aliis bonis proueniẽtes, ac quæcũq; obuẽtiones. l. vſufructu legato. ff. de vſufru. Necnon ea veniunt, quæ ſunt in nominibus debitorũ, ita quod talis vſufructuarius exhibet debita teſtatoris, per tex. not. in l. vxori meæ. ff. de vſufruct. lega. vbi habetur, quòd vſufructuario debentur prouẽtus Calẽdarij. Or Calendariũ nomina cõtinet debitorũ. l. qui filium. ſecundũ Bart. ibi in princ. ff. de leg. iij. ergo in tali vſufructu veniũt debita, & obligationes quæ defuncto cõpetebant, & finaliter nulla res eſt, quæ non cadat in vſumfructũ legatum. l. vſufructu bonorũ legato. ff. ad legẽ Falc. in fi. Quod eſt verũ, ſiue teſtator ſimpliciter dixerit, relinquo vſumfructũ omnium bonorũ, ſiue addiderit pronomẽ poſſeſſiuum meorũ dicẽs, relinquo vſum-
25 fructum omniũ bonorum meorum. †Quia hæc pronomina meum, tuum, ſuũ, iuncta cum illo vniuerſali omnium, nõ reſtringunt legatum. Idem ſi indefinitè diceretur veluti, relinquo vſumfru. bonorum meorum, ſecundum Bart. in d. l. Quintus. ſ. argento. ff. de auro & argento lega. per tex. in d. l. vxori meæ. Nam appellatione fructuum continetur etiã quodcunque intereſſe teſtatori cõpetens, vt eo mortuo poſſit per talem legatarium peti & exigi. l. loci corpus. ſ. j. ff. ſi ſeruitus vendi. quem ad hoc vbi expreſſè not. Bald. & idem Bal. in l. ſi quid. C. de ſerui. & facit text. in l. deducta. ſ. hæreditatẽ. ff. ad Trebellia. ſecùs autẽ eſſet, vbi teſtator relinqueret vſumfructum omnium bonorum mobilium & immobilium. Quia tunc in tali vſufructu legato non veniunt nomina debitorum: quæ cum ſint incorporalia, nõ veniunt appellatione mobilium & immobiliũ. Et idem de cæteris iuribus incorporalibus. Quinimò talia iura faciunt tertiam ſpeciem bonorum, adeò quòd nullatenus ſunt eadẽ cum mobilibus & immobilibus. l. à diuo Pio. ſ. in venditione. ff. de re iudicata. Et in propriis terminis conſuluit Bart. conſil. xlix. incip. Filius Petri de Florentia. Et ꝙ hæc iura incorporalia non ſint eadem cum mobilibus & immobilibꝰ, patet: quia ab eis differunt in ſubſtantia, natura, & eorũ effectus produ-
ctione. †Nam bonorum mobilium & immobiliũ ſubſtantia & diuiſibilis & corporea, iurium verò indiuiſibilis & incorporea. Prætereà mobilium & immobilium eſt vera poſſeſſio, non autem iurium & actionum. l. ſeruus qui. ſ. incorporales. ff. de acquir. rerum domi. Poſtremò mobilia triennio, & immobilia longo tempore præſcribuntur. Actiones verò perſonales ſunt regulariter perpetuæ, ſaltem trigintà annis durãtes. l. iij. C. de conſtit. pecu. ſecundum Bernard. Landrianum addi. ſuper dicto conſi. Bartol. & fuerunt originaliter verba Dyni in cap. ſine poſſeſſione. de regul. iuris. lib. vj. Ex quibus omnibus ſupradictis reſultat deciſio ad plures quotidianas quæſtiones. Et primò ad id de quo Barto. dicit in facto reſpõdiſſe in l. diuortio. ſ. ſi vir, & ſ. ſi fundum viro.
27 in fi. ff. ſolu. matri. †quòd ſi maritus legauerit vxori, vel alicui alteri vſumfructum omniũ bonorũ, emolumentum quod percipitur ex protocollorum exẽplatione, quia fortè fuerat notarius, non pertinebit ad legatarium vſusfructus bonorũ, Et ratio eſt, quia illud quod ſemel perceptum eſt, & non renaſcitur, non dicitur eſſe in fructu, per illum text. Sed reditus ſeu emolumentum protocollorum non reiteratur, quia poſtquam inſtrumentum ſemel editum & ingroſſatum eſt à notario, nõ debet iterum edi ſeu ingroſſari ſine iuſta cauſa. l. ſi quis ex argentariis. ſ. fin. cum l. ſequen. ff. de eden. ſecundum Bart. & Imol. in dicto ſ. ſi vir. Et conſuluit in propriis terminis idem Bar. allegato cõſi. xlix. & tenet in l. quædam. ſ. nihil. ff. de eden. & Gui. Papæ, q. cccccxlj. dicit tamẽ Bart. in dicto ſ. nihil. in fin. ꝙ emolumentum ſcripturarũ reiterabilium, ex quibus ſepe, & pluries pro copiando, & exẽplando ſemper percipi poteſt commodum, certè veniret in fructu, & deberetur vxori, aut alteri vſufructuario. ſicut ſunt libri ſtatutorũ & reformationum, & ordinationum regiarum, quibus ſinguli pro negotiis cõtingentibus ſemper indigebunt pro iuſtificatione ſuarum cauſarũ, & regimine ſuorum negotiorum. Sed aduertatis, quia ex his quæ ſuperius fuerunt dicta, communiter tenetur contrarium prout tenuerunt Pau. & Lud. in dicto ſ. ſi vir. & ſ. ſi fundum. Primò per text. in dicta l. vſufructu legato. ff. de vſufruct. vbi in vſufructu bonorum legato veniunt quicunque fructus reditus & prouẽtus, necnon obuentiones. l. vſuras. ff. de vſur. Secundò per tex. ad hoc not. in d. l. vxori meæ. ff. de vſufruc. lega. vbi vſufructuario debetur Calendarium ſeu Calendarij prouentus, & tamen nomina debitorum ſemel exacta non renaſcuntur: quia bona fides nõ patitur, vt bis idem exigatur: ergo &c. Sed ſaluando opin.

BIU Cujas

Barto. vt sit inter patres concordia, capere possumus verba Bal. in l. j. vers. quæro an vxor. C. de fruct. & litiũ expen. vbi elegãter dicit, ꝙ si quæritur vtrum pecunia, quę ex protocollorũ exemplatione redigitur, pertinere debeat fructuario omniũ bonorũ quo ad potestatem vtendi & fruendi duntaxat. & dicendum est, quod sic. Sicut vti potest, & frui quacũq; pecunia hæreditaria. l. j. C. de vsufru. Et ita loquitur d. l. vxori meæ. vbi pecunia redacta ex nominibus debitorũ pertinet fructuario, quo ad vtendũ & fruendum solùm, & duntaxat: vt scilicet post mortẽ vsufructuarij tãtundẽ reddatur proprietario, iuxta §. constituitur. Instit. de vsufru. Nam si aliter diceremus & testator in hæreditate non haberet nisi nomina debitorũ, sequeretur, ꝙ proprietarius nihil vllo tẽpore haberet, & ita verificari potest opinio Pau. & Ludo. Aut quæritur, vtrũ pecunia ex protocollis redacta pertineat & spectet iure proprio, & irreuocabiliter ad vsufructuarium omniũ bonorum, ita ꝙ post illius mortem nulla pecunia reddatur ptoprietario hæredi, & dicẽdũ est, ꝙ nõ. Et hoc modo procedere potest opinio & consilium Bart. ꝙ talis pecunia nõ pertineat vsufructuario. Et secundũ hãc distinctionẽ intelligi potest d. l. vsufructu legato. vt etiã voluerunt Agel. & Fulgos. in d. l. quædam. §. nihil. ff. de eden. vbi dicũt, quòd si maritus legauit vxori vsum fructũ protocollorum, tunc percipiẽda debent esse mulieris: quia ita videtur esse de mente testantis. Allegant text. in l. si tam angusti. ff. de serui. & tex. cum glo. in l. si fundus. in princt. ff. solu. matri. Et prædictam distinctionem opinionum concordatiuam tenuit idem Bald. in d. l. diuortio. §. si fundum. vbi Alex. & Fran. Aret. ff. solu. matri. secundum quos non obstat d. l. vsufruct. legato. quia text. ibi loquitur de obuentione procedente ex re cuius vsus fructus relictus est, quæ indubitanter
28 vsufructuario pertinet. † Vnde notanda est dictio ex, quæ causam denotat immediatam. l. j. in princip. C. si seru. extero. l. non dubium. C. de legi. & l. j. §. ex incẽdio. ff. de incen. ruina vel naufr. Sed illa pecunia quæ percipitur ex protocollorũ exemplatione, non dicitur percipi in, nec de protocollis immediatè, sed
29 percipitur propter protocolla. Et † dictio propter causam denotat mediatam. l. eo tempore. §. fin. ff. de pecul. hanc etiam opin. sequitur Bernard. Landr. in addi. super dicto consilio Bart. Eandem distinctionẽ tenet Iason in effectu in dicta l. diuiuortio. §. si vir in fundo. Et hoc modo decidi potest alia quæstio, de
30 † thesauro inuento in fundo, cuius vsusfructus legatus fuit, quia non pertinet vsufructuario, vt illum faciat suum, nisi quod ad vsum quandiu viuet: & vsufructu finito eum cum fundo restituet proprietario: quia thesaurus nõ dicitur procedere ex fundo, cuius vsusfructus relictus est, vt dicatur emolumentum retrerabile, quod annis singulis, aut sæpe reiteretur.

Prætereà thesaurus in aliquo loco iuuentus, seu illius acquisitio causatur, & regulatur à vero dominio non cõmutabili, non autem à dominio commutabili. l. j. C. de thesauris. lib. x. Ideo videmus, quod viro qui est dominus fundi dotalis, & sic plus quàm vsufructuarius. l. doce ancillã. C. de rei vendi. non acquiritur thesaurus: sed tẽpore restitutiõis dotis restituet eum cum fundo dotali. Et idem de illo, qui habet ius in re tantùm, vt est creditor fundũ habens hypothecatũ, in quo reperit thesaurũ, qui licet propter cessationem solutionis debiti impetrauerit ius dominij, postquã impetrationẽ potest debitor intra biẽnium recuperare pignus, certè recuperabit thesaurũ simul cum pignore integrum, si ipse illum inuenit, vel pro dimidia si alius eũ inuenisset, vt clarè decidit Ioã. de Pla. in d. l. j. de thesauris. Etiã ex supradictis decidit,
31 Si † gabellarius, id est, emptor gabellarum vel pedagiorum decesserit durãte tẽpore firmæ suæ relicta vxore omnium bonorum suorũ vsufructuaria: quia vxori debebitur reditus gabellarum, quas firma durante poterit exigere: sed præstita cautione hæredi de restituẽdo exactũ finito vsufructu, secundũ Bald. in l. j. C. de vsufr. quem sequitur Ioan. Bertachini in
32 suo tract. de gabellis. parte ij. in q. xxx. † Quæ autem sunt illa, quæ veniunt appellatione fructus, reditus, prouentus, obuentionũ ac emolumentorũ, videatis glo. in c. generali. de elect. lib. vj. text. & gloss. in cle. statutũ. de elect. & in c. grãdi. se sup. neg. præla. li. vj. Bal. in l. videamus. la grãde. ff. de vsur. in lectura antiqua. per Doct. in c. pastoralis. de don. & Bal. in l. co
33 hæredibus. C. famil. ercisc. † Similiter ex præmissis alia soluitur quæstio. Alicui relictus fuit vsusfructus omniũ bonorũ, in quibus sunt multę directitates, ac iura vasallorũ & emphyteutarum: nũc dubitatur cui applicari debeant lucra reuocationũ dictorũ fundorũ, sicut sunt acapita, laudimia, & cætera iura feudalia, quæ dominę debẽtur. Et certè Oldr. cõsi. xxiiij. inci. Quod dominę vsufructuarię. & Ioan. And. in addi. Spec. tit. de emphyt. §. nũc aliqua. vers. xciij. quęritur, in addi. posita super verbo, qui tabernas. vbi videtur cõcludere prædicta lucra vsufructuario pertinere ad vtendũ & fruendũ, quandiu viuet vsufructuarius, & durabit vsusfructus. Sed eo finito per mortẽ fructuarij, vel aliàs, peruenient omnia ad proprietariũ, prout fuit dictũ suprà de emolumẽtis protocollorũ secũdũ aliquos. Alij verò tenẽt, ꝙ lucra renouationũ & recognitionũ absq; aliqua restitutione proprietario imposterum fiẽda: tamẽ secundũ aliquos ipsæ renouationes & inuestituræ fieri debẽt per proprietariũ, ac officiariorũ creationes, secũdũ Paul. in d. l. vsufructu omnium bonorum. ff. de vsufru. Semel tamen dictum fuit per Arrestum in Parlamento me scholari existẽte Tolosæ anno domini M. ccccl xxix. inter dominũ Anto. de Morlhone, tũc & nũc secundum Præsidentem in Parlamẽto Tolosæ proprietarium, & dominam vsufructuariam, ꝙ ipse Præsidens dominus proprietarius castri Marinĩ diœcesis, & Senescalliæ Rathonẽsis, & domina vsufructuaria eiusdem castri simul crearent officiarios, & iuramentũ consulũ seu iuratorũ castri reciperent. Si autẽ feuda vel emphyteuses ꝓpter deueria nõ soluta, aut forefacta caderent in cõmissum, tunc illo cõmisso gaudebit fructuarius, quãdiu durabit vsusfructus, & demũ illo finito proprietas talium feudorũ commissorum & incursa cedẽt & pertinebũt proprietario. de quo videatis Oldrad. consil. ccxxxix. incip. Super eo quo quæritur. & Ion. And. in d. addi. videatis Oldr. in fin.
34 dicti consilij. † Vbi decidit etiam de thesauro, quod non pertinebit vsufructuario, quin saltem teneatur illũ restituere proprietario vsufructu finito, vt suprà dixi. secùs esset in domino vtili, putà vasallo vel emphyteuta, qui si in fundo reperiant thesaurum, cedit eorum perpetuo lucro, & non lucro domini directi: nisi dominus directus thesaurũ in feudali fundo, aut emphyteutico reperiret: quia tunc ratione inuentionis dimidia sibi acquireretur, & reliqua dimidia vtili domino. Si autem aliquis tertius, putà Titius extraneus thesaurũ inuenerit, cùm dimidia debeatur domino feudi, certè dominus vtilis in illa dimidia præferetur directo, secundũ Io. Fab. & Ang. post glo. ibi,

in §. the-

BIU Cujas

in §. thesauros. Insti. de rerum diuis. & Io. de Pla. in d.l.j.C.de thesauris. li.x. Et ita à paucis diebus consului in fauorẽ cuiusdã emphyteutæ præsentis Seneschaliæ,qui modicã pecuniã valde antiquã, ferè consumptã, & antiquitate confectã, fodiẽdo inuenerat, quòd rarò contingit, vt in consultationem deducat.

35 † Cùm thesauri inuentio sit donum Dei, vt d.l.j.de thesauris. Ex præmissis etiã resultat decisio alterius

36 quæstionis non minus elegantis. Si † alicui relictus est vsusfructus bonorũ, vel alicuius castri, cui inhæret iurisdictio,an banna,forisca pia, pœnæ, condẽnationes,mulctæ,emolumentũ sigilli, & officiariorum pertineãt vsufructuario,an verò proprietario. Et decidit, ℘ cedũt lucro fructuarij, cũ hæc omnia sint fructus iurisdictionis,secundũ Bar. in l.fi. ff.sol.mat. per tex.in c.j.quæ sunt regaliæ. Idẽ tenet Bald. in d.l. j.C.de fruc. & litium expen.& Ang.in l.si constante. §.j.ff.soluto matr.Ideo dicit Bart. in d.l.fin.℘ omnia illa pertinent marito, si castrũ aut bona in dotẽ data iurisdictionem habeant, quia marito pertinent fructus dotis,cui onera matrimonij incũbũt. Et ita etiã tenent Bal.& Ange.in d.l.diuortio. §.si fundum.& §. si vir.vbi Alex. prope fin.& Ange.in d. l. si cõstante. §.quoties.& Pe.de Anc.in c.ij.j.ne prelati vices suas. Ad hoc facit tex.not.iuncta glo.ibi, in d.cle. statutũ. de elect.& not.Felin.in cap.ad audientiam. iij.col.de

37 præscript. Si †tamen villæ in dotem datæ pertineret ius patronatus, tale ius presentandi potius vxori veræ dominæ pertineret, quàm marito, cui pertinent fructus rei dotalis, quæ præsentatio non est fructus, cõmodum reale afferens, seu aliquid conferẽs ad sustinendũ onera matrimonij marito incũbentia, pro quibus datur dos: sed est solùm quidã honor, secundum Pan.singulariter in c.fi.in fi. de concess.preben. & Ias.in l.fi.in fin.ff.sol.matr. Ex quibus potestis intelligere, quid erit in pœnis, & bonorum cõfiscationibus ipsorum delinquentium, vel pœnis fraudantiũ gabellas,cuius lucro cedũt, an vsufructuarij vel proprietarij. Similiter talia lucra,& emolumenta cõpetunt emptori fructuũ iurisdictionis vel gabellarum, secũdũ Bal.in d.l.j. C. de fruc. & litiũ expen. & in c. j.de feu.cog.& in rub.ff.de rerũ diuis. vers.sed ponamus.Ange.Aret.in §.pœnales. Insti. de act.Bal.& Salic.in l.si quis sine.per illũ tex.ibi.C.de vectig. & cõmiss.Facit l.interdũ.§.diui quoq;.Marcus.ff.de publi ca.sentit Bar.in l.in prouinciali.§.si ego.ff.de noui operis nuntia.not.Bal.in l.j. in fi. C. si propter publi. pẽs.Et hæc est veritas,licet Ang.in l.si quis id quod. ff.de iurisd.omnium iud.& l.at vbi ff. de pet. hæred. tenuerit contrarium, & malè secundum Alex. in d. l. si quis id quod.& Felin.in c. ad audiẽtiam. iij.col. de præscript. Nisi consuetudo esset in contrariũ,prout est in Delphinatu, secundum Guid.Papæ,q. ccccxiij. Ob quod consuluit Barba.in ij.parte, consil.ij.quòd delegatio causæ facta abbati, transit mortuo abbate in perpetuum commẽdatarium & administratorem, qui fructus facit suos. Et certũ est, quòd iurisdictio venit in fructu,secundum glos.singu.in c. cùm olim. de maio.& obe. quæ dicit, ℘ cõferre beneficia, licet sit iurisdictionis.c.trãsmissa. de elec. tamen cõputatur interfruct' episcopales: ideo sede episcopali va-

38 cante non pertinet capitulo ecclesiæ vacãtis. †Iuxta hæc quę dicta sunt,fui sæpe in hac patria cõsultus de tali dubio,si, vt in eadem patria Caturcen. consueuit annuatim fieri, vendãtur officia, fructus seu reditus iurisdictionis, prout emere consueuit annis singulis Viguerius ciuitatis Caturci in vigilia natiuitatis beati Ioãnis, qui plus & vltimò offerẽs emit vicariæ officiũ cum emolumentis, & etiã Balliui seu baiuli aliorũ locorum huius patrię talia,& similia eis competunt de iure,quia (vt dictum est veniunt in fructu, secundũ Bal.in d.l.fi.ff.sol.mat.& in c.j.de feu. cog: & alios vbi suprà. Et cõtingat ℘ vnus erat ℘ primo anno, alius verò pro secundo, & in primo anno erat commissum maleficium,ex quo debetur pœna, & in sequenti anno facta est condẽnatio, dubium erit cui pertinebit exactio pœnę, an primo emptori vel secũdo. Et *cõmunis conclusio* est, ℘ pertinebit emptori primi anni, secũdum Pet.de Anch. in c.j.& ij.ne prælati vices suas.pro quo Cy. alleg.tex.in l. quęcũq; actiones.ff.de actio.& obl.& in l.si quis in puteũ.§.si postea.ff.quod vi aut clam.& in l. fi. ff.arborũ furtim cæsarum.& l.j.§.cùm fundũ.ff.de aqua quoti. & æstiua. Pro hoc bene facit tex.in l.j.ff.de stip.ser. & in l.si filius.ff.de ver.obl.& hãc partẽ tenuit Bal.ff.de iurisd. om.iud.sed Alex. in d.l.diuortio. §. si fundum.penul. col. dicit sustentabiliorem esse de iure opinionẽ cõtrariam, ℘ imò talia ad primum emptorẽ non pertineant, cùm ante sententiã condemnatoriã pœna non dicatur debita primo emptori.l.si qua.ff.de ver.sign. & l.aliud.§.j.illo eo.tit.& l.ex iudiciorũ.ff.de accusa. & not. per Bal. per illũ tex.in l.post contractũ. ff. de dona.& in l.aufertur.§.fiscus.ff.de iure fisci.Idẽ tenet Gui.Papæ.q. ccccxxxv. Cùm ergo fructus dictæ pœnæ nõ censeatur perceptus ante sententiã, sed tãtùm vt ita dixerim seminatus, vt quia nulla nec inquisitio,nec condẽnatio facta fuit,nõ debet cedere lucro primi emptoris:quia in hoc fructuarius esse cẽsetur. l.defuncta. ff.de vsufru.& l.si vsusfructus messem.ff. quib.mod.vsusfr.amit.Sed ad fiscũ tãquam proprietarium spectat. Pro hac parte facit tex.quẽ ad hoc ibi ponderat Bart.in l.susceptores.la ij. C. de suscepto. præp.& arca.lib. x.vbi dicitur, ℘ illi debet fieri solutio, qui officialis est tẽpore solutionis fiẽdæ. Ad hoc vltra Alex.facit quod decidit Io. And. in nouel.in c. fi.super verbo,confirmationes. de elec.lib.vj.vbi dicit, ℘ si tẽpore cõmissi delicti debebat imponi delinquẽti ex statuto vel consuetudine pœna capitalis, & postea illa pœna per statutũ nouũ alterata fuit in pœnã pecuniariã: si nũc delinquẽs de delicto accusetur, punietur pœna pecuniaria, secundũ formã noui statuti,& nõ pœna capitali, quia attẽdi debet tẽpus accusationis,& condẽnationis secundum eũ. Tamẽ secundum Alex. vbi suprà cõcordari sic possunt ambæ opiniones, ℘ aut iste fructus iurisdictionis veniebat percipiendus per illum ad quem spectat inquirere de delicto,& nunc pertinet ad secundũ emptorem: quia illud percipit mediãte exercitio sui officij,& propter operã,& diligentiã suã. Mouetur argu. l. naturalem. §.illud.ff.de acqui. rerũ domi.& Inst.de rerũ diui. §. vnde illud quæsitũ est. vbi fera bestia fugiens vulnerata, nõ ad vulnerantẽ, sed ad capientẽ pertinet. Aut commodũ istius iurisdictionis est vẽditũ simpliciter pro primo anno, & sic pro secũdo: Et tũc spectat ad primũ emptorem. Mouetur, quia videtur talis pœna quasi debita fisco, eoipso ℘ delictum cõmissum, secundum gl. in l.rescriptum. in princ. super verb.hypothæcas.ff.de pac.& Barto.in l.fi.ff.de iureiuran.& Bal.in l.reos.C. de accusa.& in l.si filius.ff.de his qui sunt sui vel alie. iuris. Nec huic distinctioni obstant iura superius allegata: quia loquuntur in singulari successore,ad quẽ personalis actio non transit. l.j. §. si hæres.ff.ad Trebel.& l.quoties. C.de hæredi. insti.

Nec obstat d.l. defuncta vsufructuaria. ff. de vsufr.

BIU Cujas

nec §. is vero ad quem. Insti. de rerum diui. vbi habetur, ꝙ fructus non pertinent fructuario, nisi percepti fuerint, ac in horreum recõditi: quia illa iura loquuntur in vsufructuario. Sed emptor fructuũ iurisdictionis, vel donatarius talium fructum non æquiparatus vsufructuario: quia sequeretur, quòd ius suũ non transiret ad successorem seu hęredem, sicut non transit vsusfructus: sed hoc est falsum. l. viã veritatis ignoras. C. locati. & l. veteris. C. de cõtrahen. stipula.

39 † Circa præmissa emanauit in Nouembri ordinatio regia beati Ludouici Francorum regis, Parisiis facta anno domini M. ccliij. de his emptoribus loquens, quòd si quis Bayliuiam, aut officium aliud publicum cum emolumentis iustitiæ emerit: non possit alteri vendere, aut subarrendare: Cùm non tantùm pro pecunia censeatur ei concessum, quàm pro industria. (Addito) Hanc ordinationem habetis in libro ordinationum regiarum cameræ inquæstarum Parlamenti Tolosæ. In qua emptione seu firma fructuum, & emolumentorum iurisdictionis nõ debent Senescalli, aut cæteri iudices esse directè, nec indirectè, mediatè vel immediatè, participes per aliam ☞ ordinationem [Quam situauit do. Auffreri. in titulo de officio Bayliuorum.] eiusdem beati Ludouici, ne propter lucrum emendarum & multarum in plus condemnet subditos quàm deceat: quam ordinationem postea confirmarunt Philippus & Carolus sextus Francorum reges. Qua ratione motus consultissimè ordinauit rex noster modernus Caro- ☞ lus octauus, [Quæ ordinatio est lxv. in numero suarum ordinationum.] quod solæ emendæ & iurisdictionis emolumenta ad firmam tradantur: Et non officia seu Bayliuiæ: sed debent idoneis & literatis committi regenda, & nõ firmario emolumentorum & emendarum, quòd malè hîc seruatur: vbi qui vincit in licitatione vicariã exercet emendásque percipit in magnum prædæ & iustitiæ scandalum. † Sed quid si tẽpore primi emptoris fuerit facta cõdemnatio, sed tẽpore secundi facta fuit executio, & exactio pœnæ? dicit Alex. quòd aut primus emptor habuit fructus iurisdictionis ex causa onerosa: Et tũc ei debent solui, secundum Bal. in l. diuortio. vlti. col. ff. de verb. obl. Aut illos habuit ex causa lucratiua, & tunc solui debent secundo, secundum Bar. in dicta l. susceptores. Expedito articulo, quid venit in relicto omnium bonorum, vel omnium rerum, aut omnium possessionũ, necnon in relicto vsusfructus omnium bonorum, in quo, vt dictum est, veniunt nomina debitorum, quæ vsufructuarius exigere poterit, nunc

41 restat scire, † an in tali vsufructu veniãt onera hæreditatis passiuè per talẽ fructuariũ soluenda, ita ꝙ creditores talium bonorum possunt ꝓ debitis experiri contra talẽ vsufructuariũ. Super quo habetis cõcludere, quòd si alicui relicta fuerint omnia bona, vel indefinitè bona alicuius, vel omnes res, quod idem est, & sic in huiusmodi relicto veniat plena proprietas habens in se vsumfructum causalẽ naturaliter annexum, tunc debetis considerare, quòd si alius nõ fuerit datus hęres vniuersalis, quo casu iste cui bona fuerũt relicta, habetur loco directi hæredis secundum gl. in l. his verbis. ff. de hære. insti. Et si aliũ instituerit vniuersaliter hęredem, iste habebitur tanqnã hæres indirectus. Et sic vt vniuersalis fideicõmissarius, ꝙ a perinde habeẽ, ac si testator hæredẽ suum vniuersaliter institutum rogasset restituere vniuersam hæreditatẽ illi, cui omnia bona relinquit, secundum glos. in d. l. his verbis. Et certè his duobus casibus in tali relicto omnium bonorum includuntur debita, ita ꝙ tenebitur ille cui fuerunt bona taliter relicta, sustinere onera hæreditaria. Primo casu, tenebitur insolidum. Secundò verò casu, tenebitur ꝓ dodrante sibi restituto vel insolidum, si ei vniuersa hæreditas restituta sit. Vnde creditores hæreditarij contra ipsum intentate poterunt primo casu actiones directas, iuxta titu. C. de hæred. actio. Sed secundo casu intentabunt vtiles pro modo portionis hæreditariæ illi restitutæ. l. nam quod. §. fi. & l. cogi. ff. ad Trebel. Tamen inter directas, & vtiles actiones, nulla est quod ad effectum differentia, nisi quo ad iuris subtilitatem. l. ante penul. ff. de nego. gestis. Et idem esset, si sub nomine hæreditatis, quota bonorum relinqueret, quia vtrobique onera includerẽtur hæreditaria. l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. ij. Si autẽ alicui relinquatur pars bonorum, aut ei relinquant certæ res alio dato hærede vniuersali: tunc quia iste non est hæres, cùm illa quota non si ei relicta loco hæreditatis, nec etiam est fideicommissarius vniuersalis, sed est legatarius particularis, nõ poterit à creditoribus conueniri pro parte bonorum, vel quota eorum sibi relicta. Cùm etiam cõtra debitores hæreditarios nullam habeat actionem, vt d. l. quoties. & l. non amplius. §. fin. ff. de lega. j. & l.

42 cùm autem. ff. de lega. iij. † Si verò alicui non fuerint relicta omnia bona, sed solùm fuit ei relictus omniũ bonorum vsusfructus, est maius dubium, an talis fructuarius teneatur subire æs alienum, & onera bono-

43 rum. † Et certè Bar. in l. fin. ff. de vsufru. lega. tenuit idem in isto casu, quod in præcedenti. Sic concludens, quòd si relictus fuerit vsusfructus certarum rerum, tunc sine dubio debita non sequuntur talem vsufructuarium: quia non sequuntur fundum, sed totam hæreditatẽ, d. l. j. §. si hæres. ff. ad Treb. Et est casus in d. l. fi. ff. de vsufruc. legat. in fi. Si autem legatus fuerit vsusfructus quotæ partis bonorum, putà dimidiæ vel tertiæ: & tunc si sub appellatione hæreditatis, ille tenebitur ad præstanda & sustinenda onera pro sua quota, vt d. l. fi. secundum vnam lecturam. & d. l. si quis seruum. §. fina. cum l. sequen. ff. de leg. ij. Tamen quando vsusfructus finietur, & cum ꝓprietate consolidabitur, illud quod solutũ erit, deducetur de corpore hæreditatis: aut relinquitur sub appellatione bonorum, & non hæreditatis, & tunc onus æris alieni nõ sequitur fructuarium, vt l. generali. §. fi. & d. l. fin. ff. de vsufru. leg. quia bona dicũtur deducto ære alieno. Et idẽ si relictum fuerit sub nomine rerum, vt est casus singularis in dicta l. fi. Idem cum Bartol. decidit Guido Papæ, quæstio. ccccxlj. Et idẽ esset si relinqueret tertia pars bonorum mobilium & immobilium, vel vsusfructus. Nã talis habetur loco legatarij, vt scilicet non teneatur ad æs alienum, cùm non sit vniuersalis successor tertiæ partis, quia in illa non veniunt iura nec actiones, sed faciunt tertiam speciem bonorum. l. mouentium. ff. de

44 verb. sig. & dictum fuit suprà. † Si verò relictus sit vsusfructus omnium bonorum, vel rerum: tunc onus æris alieni spectat ad vsufructuariũ, ita quod soluere tenebitur debita de fructibus bonorum sibi pertinentibus: Nisi haberet vsumfructum, non ex dispositione hominis, sed legis, qualis est pater in hereditate aduẽtitia filio delata, qui cùm nõ sit loco hæredis sed lagatarij, ad debita nõ tenetur hæreditaria per l. quoties. C. de hære. insti. secundum Bal. post Petr. in authen. causa quę fit cum monacho. in fi. C. de episc. & cler. pro quibus est tex. in l. fi. §. finautẽ. C. de bo. quæ liber. ad legata autem soluenda non tenebitur:

quia

BIU Cujas

quia in hoc vſufructu concurrit cũ cæteris legatariis particularibus, vt d.l.ſiquis ſeruũ. in fin. vbi Bar. ff. de leg. ij. & l. Sẽpronio. ff. de vſufr. leg. ſecundũ Bar. in d. l. fi. Or, domini, aduertatis & clarè videbitis, q̃ Bar. in aliquibus errauit: in eo enim q̃ dixerat vſufructuariũ certarũ rerũ, & certorũ bonorũ, aut certæ quotæ bonorum non teneri ad ſolutionẽ debitorũ, optimè locutus eſt. Similiter in eo quod dixit vſufructuarium nõ teneri ad ſolutionẽ legatorũ in teſtamẽto relictorum: nã in his omnibus cum eo trãſeunt cæteri doct. & etiã cõſuluit Alex. vt refert in d.l.fi. & Guid. Pap. q. ccccxlj. ſ. alleg. nõ obſt. text. in l. fi. ſ. ſinautẽ. C. de bo. quę lib. qui contrariũ videbatur velle: quia loquit in parte bonorũ aduentitiorũ filij ex diſpoſitione legis fructuario. Sed nos loquimur in fructuario ex diſpoſitione teſtatoris. Videatis Bald. in d. auth. cauſa quæ fit cum monacho. in fi. C. de epi. & cleri. Vel dici poteſt, q̃ vſufructuarius ſoluere tenetur legata de fructibus, ſi ad hoc ſufficiãt, ſecundũ Sali. in d. ſ. ſinautem. non autem cætera legata: imò ſoluẽda ſunt de ſubſtãtia bonorũ. Sed in eo quod Bar. in d.l.fi. de vſufr. leg. num. 5. voluit fructuariũ omniũ bonorũ, vel certæ quotæ hęreditatis teneri ad debita ſoluẽda, ipſe vehemẽter errauit. * *Cõtra Bar. eſt cõmunis opi. Doct. vt per Dec. conſil. 485. & conſil. 536. nu. 13. & conſil. 590. nu. 4. Socin. Iunior. conſ. 109. nu. 13. 14. & 15. Crauet. cõſi. 187. nu. 1.* Primò quia iura quæ ipſe allegat, ſcilicet l. nã quod. ſ. fi. cum l. ſeq. ff. ad Trebel. hoc nõ probãt. quia loquuntur in fideicõmiſſario vniuerſali, qui facta ſibi hæreditatis reſtitutione, tenetur ad debita p̃ portione ſibi reſtituta, vt ibi. Or certum eſt, q̃ dictũ doctoris intelligi debet ſecundũ iura quæ allegat, vt ipſemet Bart. dicit in l. nõ ſolùm. ſ. liberationis. ff. de libera. lega. Nam licet relictum omniũ bonorũ nullo alio dato hærede vniuerſali, importet hęredis inſtitutionẽ: & dato alio hęrede importet fideicõmiſſum vniuerſale, vt dictũ eſt ſecundũ gl. in d.l. his verbis. ff. de hær. inſti. Tamen illud eſt verũ, quãdo relinquerentur omnia bona, vel pars ſub nomine hæreditatis quo ad plenã proprietatẽ: ſed nõ reperietur eſſe idem, quãdo relinquitur vſusfructus tantùm. Et ſic iura per Bar. alleg. nõ probãt ſuã opin. Nec dici poteſt, q̃ diſtinctio ſuperius facta, quãdo relinquuntur bona pleno iure, ſcilicet quo ad proprietatẽ & vſumfructum, locum habeat vbi ſimplex relinquitur vſusfructus: quo caſu, licet in vſufructuariũ trãſeãt actiones actiuè. l. vxori meæ. ff. de vſufru. leg. & dictũ fuit ſ. Quas actiones exercebat tanquã procurator hæredis in rem ſuam, l. j. ſ. fi. ff. vſufructua. quemadmo. caueat. Nõ tamen ſic trãſeunt actiones paſſiuè. Nec eſt hoc incõueniens, vt patet alibi in emptore hæreditatis, in quẽ tranſeunt actiones actiuè, ſed non paſſiuè. l. ij. & l. emptor. de hæred. vel. actio. vendi. Sed in fideicõmiſſario vniuerſali tranſeunt actiuè & paſſiuè ſicut in hæredẽ: & per cõſequens ſuſtineri non poſſet talem legatariũ vſusfructus ei cõparari. Et hãc opinionem contra Bar. conſulendo tenuit Bal. non ſine cauſa admirans de deciſione Bar. in d.l. fi. de vſufruct. lega. & etiã cõtra Bar. cõſuluit Pau. conſi. cccl xxxvij. incip. in cauſa quæ vertitur. iiij. colum. vſque ad fi. vbi euidentiſſimis rationibus, pulchrõque ſtylo probat opinionẽ Bart. non eſſe ſuſtinendã. Concludens onus æris alieni non pertinere omniũ bonorũ vſufructuario, vt ſcilicet de ſolo vſufructu ſolui debeãt debita, abſque eo quod tangatur proprietas: ſed ſoluẽtur, tam de proprietate, quàm de vſufructu: hoc modo, quia hæres ſeu proprietarius, antequam bona tradat fructuario vtenda, detrahit æs alienum, ſoluendo de pecunia hæreditaria, ſi ibi reperiatur in bonis: quæ pecunia (vt dictum eſt) venit in tali vſufructu. l. j. C. de vſufruct. Si verò in bonis illis non ſit pecunia, vendet bona mobilia, & in eorum defectu vendet de immobilibus vſque ad debitorum ſatisfactionem: & reſiduum bonorum tradet vſufructuario. Et ſic vterque tam proprietarius, quàm fructuarius participabit in onere debitorũ, quia de bonis ſic venditis aut pecuniis ſolutis hęres perdet proprietatem, & legatarius vſumfructum. Nec eſt verum, quòd ſolus vſufructuarius ſoluere teneatur debita de fructibus proprietate bonorum remanente hæredi proprietario integra, vt erronè concludebat Bartol. & hanc opinionem contra Bart. probant doct. Primò, per tex. ad hoc elegantem in d.l. fin. ſ. ſinautem. C. de bon. quæ lib. vbi dicitur, quòd pater qui omnium aduentitiorum filij eſt vſufructuarius, non tenetur de ſolis ſuis fructibus debita ſoluere bonorum: imò ſolui debẽt de rebus & corporibus hęreditariis, ſeruato tamẽ ordine, quòd ſi nõ ſint pecuniæ, primò vendantur bona mobilia, & deinde immobilia, vt ibi per tex. dum dicit: habeat pater licentiam ex rebus hæreditariis. Et ſic pater non habebit vſumfructum, niſi in bonis reſtantibus ſolutis debitis. Secundò hęc opinio contra Bart. probatur per tex. expreſſum in l. vſufructu bonorum legato. ff. ad leg. Falcid. dum dicit, æs alienum ex omnibus rebus. Et ſic intelligitur de corporibus hæreditariis, & non ex ſolis fructibus. Tertiò probatur ex text. in d.l. fin. de vſufructu lega. dum dicit: etiam æs alienum ex bonis deducetur, ex quo ſequitur, quòd ex ſolis fructibus non deducetur, ſed ex bonis, quæ intelliguntur non deducto vſufructu. Nam verus intellectus dictæ l. fin. eſt vt multum interſit, an relinquatur vſusfructus omnium bonorũ, vel quotæ partis rerum incertarum, aut certarum rerum: vt primo caſu ante omnia deducatur æs alienũ per hæredem vendẽdo bona quatenus expedit, & reſiduum tradetur, vel de reſiduo tradetur legatario portio vtenda & fruenda: & ſic vterque participabit de ære alieno. Secundo caſu nihil deducitur, cùm æs alienum de ſingulis non deducatur rebus, ſed de vniuerſitate. l. quod dicitur. ff. de impenſis in rebus dota. fact. Vnde onus ad ſolum pertinebit hæredem, qui de aliis rebus ſibi remanentibus ſoluet debita. Nam id idem eſſet ſi certam rem pleno iure, ſcilicet proprietatis & vſusfructus legaſſet: quia de cæteris rebus non legatis hęres ſoluere debet ęs alienum, ſi ſufficiant. Et non de ſpecialiter legatis niſi in ſubſidiũ, ſi bona reſtantia non ſufficerent. l. fina. ſ. licentia. C. de iure delibe. Et hanc opin. contra Bar. tenuit idem Paul. in d.l. fin. ſ. ſinautem. C. de bon. quæ lib. & ſentit Bald. in d.l. j. verſicul. pone maritus. C. de fructi. & litium expen. Et do. Matthæus de Matthęſila. in ſuis notabilibus quinto not. & Ange. in l. filius à patre. in princip. ff. de libe. & poſthu. & Alexand. in d.l. fin. de vſufruct. legat. referens ſe & Bald. ac plures alios cõſuluiſſe contra Bart. Angel. verò Aret. in ſ. conſtituitur. Inſtit. de vſufruct. nititur opin. concordare ſatis coloratè, dicens quòd vſufructuarius ex legis diſpoſitione, qualis eſt pater in bonis filij aduentitiis, non tenetur de ſolis fructibus ad ſolutionem debitorum, vt dicta l. fi. ſ. ſinautem. Sed vſufructuarius omnium bonorum ex diſpoſitione hominis, putà teſtatoris, bene tenetur de fructibus debita ſoluere. Et ita intelligitur opinio Bart. in dicta l. fin. & ita vidiſſe in practica ſeruare refert ibi. Sed his non obſtantibus ego

BIU Cujas

opi.tenerem *communem* contra Bart.tanquam veriorem: quia multa sunt alia iura præter d.l.fi. C. de bo. quæ lib.quæ indistinctè volũt debita solui de bonis, quorũ vsusfructus fuit à testatore relictus, vt in iuribus s̃.alleg. Ergo nõ sunt soluẽda de solis fructibus, secundũ quod etiã tenet Barb.s̃.eo.in rub.& in c.fin.
45 in fi.j̃.de pign.dicẽs aliàs cõsuluisse cõtra Bar. †Cætera autẽ onera, vt sunt collectæ & tributa tenetur vsufructuarius soluere pro tẽpore durãtis vsusfruct⁹. l.hactenus.& in l.si pendẽtes.§.si quid.ff.de vsufruct. quia talia sunt onera fructuũ, sicut sunt decimæ, per tex.in l.si sine hærede.§.Lucius.ff.de admini.tut. Videatis bonã gl.in l.ij.C.de anno.& trib.li.x. vbi Bar.
46 & Io.de Pla.facit gl.in cle.j.de deci.†Et an donatarius omnium bonorum teneatur soluere debita, satis patet ex prędictis. videatis l.æris alieni.C.de don.Et cõmuniter cõcluditur, q̃ actione personali agere nõ possunt creditores cõtra talẽ donatarium, secundum gl.in l.hæreditatem.ff.de don. Cùm actio personalis nõ sequaẽ fundum, nec bona.l.j.§.si hæres.ff.ad Trebel.& d.l.æris alieni. Facit l.ij.C.de hær.vel act.ven. de quo per Cy.in l.ij.C.ad l.Iul.de vi pub. Et ita fuit ☞arresto pronuntiatũ[De quo per do.Auffrer.in suo tracta.arrestorũ.c.xij.] Parisiis pro domino Iacobo Chenu contra Andræam Gilberti, anno domini M. cccIxxxv. Et hoc verũ, nisi prius actũ fuerit actione reuocatoria cõtra donatariũ, & donationẽ tanquam in fraudem creditorum factã, iuxta §. item si quis in fraudem. Insti.de act.secundum gl.in d.l.æris. quam sequuntur Cyn.Bal.Sali.Ang.& doct. Vbi verò donator non esset soluendo, vel nullus hæres eius reperiretur, ex æquitate agi posset directè contra donatarium omnium bonorum, etiam actione personali, & etiam nulla intẽtata reuocatoria.argu.l.si maritus. in prin.ibi: q̃ si maritus soluẽdo nõ esset &c. ff. de fun. dota.secundum gl.in d.l.ij. C.de hære. vel act.ven.& ita seruatur in parlamẽto, secundum Gui.Pap.q.cv. quia euitandus est circuitus. l. dominus. ff. de condi. indeb.propter quem euitandum plura in hoc regno
50 tolerantur contra cæremonias iuris ciuilis, vt dixi in verbo, *Et vxorẽ nomine Adelasiam.* in j.art.vbi dixi q̃ non curamus de actionis ineptitudine.& videbitis in verbo, *Mortuo itaque testatore.* ij.loquẽdo de consuetudine Franciæ, qua mortuus sayſit viuum ipso iure.
47 De † donatorio autẽ vel legatario hæreditatis, quia indubitanter donari potest.l.hæreditatẽ. ff. de dona. non dubitatur, quin agere & cõueniri possit quibuscunque actionibus etiam personalibus: cum duabus tamẽ limitationibus positis per Gui.Pap.clarè loquẽtem, qõ. ccccIx. Et indistinctè cõueniri posset, si post mortem donatoris nõ reperiretur alius hęres, vt s̃.dixi, vel donator non esset soluendo, vt ibi. Et idem in
51 donatore hæreditatis & bonorũ simul: quia pro vno & eodem ponuntur secundum eum.q.ccccIxj. Certè in præsenti regno conceduntur literæ directo modo cõtra hæredes & bona tenẽtes debitoris, quomodocunque bona habuerint ab eo, si nõ est alius qui sol-
48 uere possit. †Quid autẽ sit de emptore aut alio contrahente omnium bonorum, an teneatur soluere debita, & possit exigere credita sicut hæres posset, communiter cõcluditur quòd non, nisi esset statutum vel consuetudo in contrarium. Quo casu datur cautela
52 vt etiam tunc nõ teneatur, videlicet q̃ successiuè res & bona illa emat particulariter per parcellas. per tex. ad hoc singularem quem summè ibi ponderauit Bart.in l.si peculium. la ij.ff.de pec.leg. quod est notandum. Et hoc verũ, vbi sola competebat actio per sonalis, quæ vt dictum est, nõ sequitur bona, sed vbi alienator bonorum antè cõstituisset ius in re, aut rebus, scilicet illas obligãdo pro debito, tũc bona illa in emptorẽ trãsirent vel donatarium cum suo onere, per ea quæ plenè dicit Bar.in l.si filio.§.si vir.ff.solu. matr.& in l. emptorẽ.vbi Cyn. C. loca. & Panor.in cap.fi.ne prælati vices suas. in fi. Et idem esset in bonis quoquo modo pro debito tacitè vel expressè affectis, cum quibus sit expeditus præsens articulus: quid important verba Raynutij, qui Adiectæ eius filiæ cætera bona, id est vniuersa reliquit: ex quibus
49 intelligitur hæres instituta. † Quæ quidem hæredis institutio valuit: maximè quia in testamento nomen proprium filiæ hæredis institutæ veraciter expressit, nec in illo errauit: aliàs testamentum fuisset nullum Nam licet error in nomine non vitiet vltimam voluntatem, si de corpore cõstet. Instit. de leg.§.si quis in nomine.& not.plenè Bar. in l.demonstratio. ff.de condi.& demon. Tamen quando testator errat in nomine sui proprij filij hæredis instituti, perinde vitiatur testamẽtum, acsi in suo proprio errasset. Quo casu quia in suo proprio errãdo, & nomẽ suum ignorãdo, arguitur de dementia & stultitia ipsius testantis, per tex.in l.fi. C.de hæred.institu. non valet testamẽtum. Sic etiam non valebit si in nomine proprij filij erret, & verum nomen ignoret: Cùm eadem arguatur stultitia & bestialitas, secundum Bald.& Ang.in l.allegata fina. C.de hære.institu. Et hoc ex identitate rationis: quod sequitur Ang.in l.errore.C.eod.tit. Idem esset, si erraretur in nomine proprio cuiusq̃que alterius hæredis, quàm filij in testamento cæci & orbati: quoniam vitiaret, secundum Ang.& Fran.Aret.in dicta l.errore.per tex.in l.hac consultissima.in prin.C.qui testa.face.possunt. Et idem esset si in nomine erraretur appellatiuo, cùm illud non imponatur ad beneplacitum, sicut imponitur nomen proprium.l.si quis in fundi vocabulo.in princip. vbi gl. & doct.ff.de leg.j. & l.quoties.ff.de hære.institu. His enim casibus error vitiat testamentum. †Et idem esset in rescripto, si erratum fuerit in nomine presbyteri, contra quem impetraui aliquam ecclesiam: quo casu error in nomine proprio presbyteri, quantumcunque constet de corpore ecclesiæ, vitiat rescriptũ quod est stricti iuris.cap.significante.& cap. Rodulphus. de rescri.& ita tenet Ioan.And.in addi.Specul. tit.de rescripti præsentatione.§.ratione causæ.versic. quid si indubitatè. & ita practicatur secundum eum: de quo tamen dicatis, vt per Pan.in d.c.significante. quem etiam videatis in ij.parte consil.xciij.incip. in quæstione quæ vertitur.vlt.col.& Bar.in d.l.demonstratio.§.j.facit tex. & ibi Bar. in l.fi.ff.de rebus dub.
51 †Et eodem modo error in nomine vitiaret baptismum, putà si baptizans fœminam intendens baptizare masculum dicat, baptizo te Petrum, quia tunc puella non erit baptizata. quod intelligatis verum, si baptizãs intendebat masculũ & non fœminam baptizare. Nam oportet quòd intentio baptizantis fundetur super vero.c.quanuis. & c.solent. de conse.distin.iiij.dicens si de hoc non cogitabat, sed simpliciter baptizabat, secundum Hosti.in summa. tit.de baptismo.§.quæ sit eius forma, versic.quid ergo si quis
52 putet. † & idem esset, quãdo erraretur in conditione personæ causam finalem ipsius dispositionis designãte, propter quã solùm testator motus est ad hæredem instituendum: Quoniã si falsa reperiatur, vitiat institutionem, putà si testator aliquem instituit quem putabat esse filium suum, tamẽ nõ erat. l.neque profes-

sio.C.

BIU Cujas

sio. C. de testam. Et hoc casu præsumitur testator in dubio ductus errore, vt testamentum non valeat. Si autem constaret testatorem sciuisse eum non esse filium, tunc institutio teneret, quãuis eum appellauerit filium: Quia præsumitur ex dilectione eum filiũ appellasse. l. j. §. Põponius. ff. de Carbo. edi. secundum Paul. in d. l. neq; professio. Plus dico, ꝙ sicut quando erratur in coniunctione naturali credendo aliquem esse filium, qui nõ est, institutio non tenet, vt dictum est. & est tex. in l. si pater. C. de hæred. insti. Sic etiam vitiatur dispositio, si erraretur in cõiunctione ciuili, siue erretur in facto siue in iure. Et nedũ inter ascendentes & descendentes, sed etiam inter collaterales & transuersales, veluti si credebat illum quem instituit hæredem, esse filium suum adoptiuum, vel fratrem. l. nec apud. C. de hære. insti. & l. eam quam. C.
53 de fideicom. † Et †idem esset in contractu, vtputà si quis donaret alicui tanquã vxori, quæ non est vxor. l. cùm hîc status. §. fi. ff. de don. inter vir. & vxo. Super quo dicit Bar. in l. miles ita. §. mulier. ff. de testa. mili. ꝙ aut mulier ignorat matrimonium non valere, sed credit illud valere, tunc legatum valet. l. fi. ff. de leg. j. & l. ij. ff. de his qui. vt indig. aut mulier sciebat matrimonium non cõsistere, & tunc in eius persona nõ valet. l. vxor marito. ff. de vsufr. leg. Aut dubitatur si sciuerit vel non, & præsumitur ignorãtia, vt d. l. fi. ff. de leg. j. facit optimè l fi. quæ not. est. ff. de ritu nupt. Et præmissã intelligatis vera, quando erratur in qualitate seu in cõiunctione personarum naturali vel ciuili: quia tunc vitiatur dispositio, cùm præsumatur eo tunc illam qualitatem fuisse causam illius dispositionis: secùs si erratur in alia qualitate, quàm in cõiunctione personarum. Putà si institueretur seruus, quem testator esse credebat liberum. quoniam tunc licet seruus reperiatur institutus, tamẽ dispositio nõ vitiatur. l. cùm proponas. C. de hæredi. institu. Ex
54 †quo infert ibi Paul. quòd si quis monachum fugitiuum in habitu laicali existentem instituat hæredem credẽs ipsum laicum, talis institutio valet, & hæreditas acquiretur monasterio, quãuis monachus sit ille. Videte pulchra per Ias. in l. eam quam. viij. col. de fi-
55 deicom. post Bal. ibi. An † autẽ error excuset in delictis, putà si quis occidere putet Titium, & occideret Caium, vel credat verberare tãtùm, & occidat. videatis in l. quoniã multa. C. ad leg. Iul. de vi publ. & Bar. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. vbi dicit ꝙ tenetur de occiso. Idem Bart. in l. diuus. ff. ad
58 leg. Cor. de sica. & tex. in c. fi. de homici. lib. vj. vt no. de illo qui vnum occidere volebat, & occidit duos.
56 †Procedo vlteriùs & dico, quòd sicut per hæc verba, scilicet, Adiectæ impuberi relinquo cætera bona. videtur Raynutius testator Adiectam eius filiã instituisse hæredẽ, sic etiã fecisset eam hæredem, si dixisset, substantiam meam Adiectæ volo pertinere. l. in testamentis. C. eod. titu. Idem si dixisset, volo quòd Adiecta esset hæres mea, Vel si dixisset, vellem Adiectam esse hæredẽ: quia sicut verbum volo, institutionem inducit: ita etiam hoc verbum vellem, quod est inflexum, quia optatiui modi. facit tex. ad hoc no. in l. quoniã indignum. C. eo. & l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. & l. omne verbum. C. communia de
59 leg. De hoc autem verbo, volo, videatis plenè Bart. Bal. & Sali. in l. j. C. de sum. Trin. Bar. in l. j. & l. serui electione. ff. de leg. j. & melius quàm alibi locutus est Bar. in l. cẽturio. penul. col. & l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. & Bal. in repet. c. si pater. eo. tit. lib. vj.
57 †Plus, quòd etiã si testator Raynutius nullum in hæredis institutione adiecisset verbum, talis institutio valuisset, etiã legatũ vel aliud quodcunque relictum, vtputà si dixisset, Adiectæ cætera bona mea. Nam defectus verbi relinquo, non vitiasset testamentum: imò subintellectũ fuisset, vt actus valeat. Sensus enim intellectualis orationẽ perficit, quæ in suo constructu nõ est. l. verbũ volo. C. de fideicõ. quia licet verbum sit forma orationis, dans ei regimen & esse: & licet etiã deficiẽte verbo volo, aut relinquo, vel quocunq; alio posset verbum subaudiri in alio tempore, quàm in præsenti: putà in hac oratiõe, Adiectæ cætera mea bona: ita potest subaudiri verbum de futuro, veluti verbum relinquã, sicut verbum relinquo. Quo casu votum non perficeretur testatoris: & sic nõ induceretur dispositio, cùm verba futuri temporis sint enuntiatiua, & cõsequenter dispositionem non inducentia, vt plenè not. Bar. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. Attamen hoc non obstante lex supplet verbum congruum, & in tempore congruo ad inducendum effectum vltimæ volũtatis. Et sic supplet verbum relinquo præsentis temporis, vt dispositionẽ inducat perfectam, potius quàm verbum relinquam, futuri temporis ad inducẽdum defectum, vt d. l. verbum volo. Nam vbi deficit oratio in verbis, sensus supplet. l. cũ pater. §. cùm imperfecta. ff. de leg. ij. Et sic non obst. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Et idem esset, vbi testator dixisset, Adiecta hæres. quo casu propter defectũ huius verbi esto, nõ vitiaretur institutio. Idem si dixisset, Adiecta hæreditatis meæ. Et deficerent hæc verba, domina esto. l. vnum ex familia. §. fin. ff. de leg. ij. videatis plenè in l. quoties. ff. de hæred. instit. Ideo consuluit Barb. in j. parte consi. v. quòd si testator dixerit: In omnibus autem cæteris bonis meis filios meos, licet non dixerit instituo: tamen videntur hæredes instituti filij, alio expresè non dato hærede vniuersali. Tales defectus & similes vt plurimùm cõtingunt errore scribentium testamenta, qui nocere non debet partibus, d. l. errore. vbi gl. & doct. C. eod. & l. j. & d l quoties. ff. de hæred. instit. vbi plenè deciditur, quòd per quæcunque verba fieri potest hæredis institutio: quia non refert quid de æquipollentibus fiat, dum tamen fiat. l. fi. C. de his qui veniam ætа. impetra. Prætereà verba transposita idem significãt, adeo quòd dicit Bal. in l. filiis. C. de inof. testamen. quòd si imperitus notarius scribat: Sub tali pacto facit hæredem, intelligitur sub tali cõditione vel modo, per dictam l. filiis. † Nec etiam falsa latinitas vitiat testamentum, vt d. l. errore. & l. imperator. ff. de statu hominum. not. gl. & Panorm. in cap. ad audientiam. j. de reseri. & Salic. in l. si & me & Titium. ff. si certum peta. & Bar. in l. Plautius. ff. de auro & argen. lega. imò nec defectus syllabæ ipsum vitiat, vt ibi plenè dicitur. Et habuistis s. in verbo, *In testamento relinquens.* j. in tertia limitatione principali. Idem tenet Bald. in dicta l. verbum volo. & Panor. in ca. ex parte. de fide instrum. Vnde si promisi sub pœna du. hæc syllaba du, importat dictionẽ dupli. Cùm aliud sonare non possit. Ideo ad mentem recurrendum est. l. alienationis. ff. de verb. signif. vbi talis locutio perinde habetur, acsi promisissem sub pœna dupli. Nam
59 † quædam sunt imbreuiaturæ quæ extensionem recipiunt ex sensu orationis, vt dictum est suprà. Quædam verò ex cõsuetudine tabellionum, vel regionis, aut aliorum similes actus exercentium. l. quòd si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edi. & l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. Et quædam ex natura negotij, vt dictio, &c. l. Gallus. §. idem credendum. vbi plenè

Bart,

BIU Cujas

Bar. ff. de lib. & posth. & Panor. in c. cùm P. tabellio.
60 de fide instr. † Quædam verò extensionem capiunt ex relatione ad aliud, vt cùm notarius causæ postquã vnius testis dictum scripsit extensè, in sequenti teste dixit: Petrus idem dixit quod primus testis. Tamen Spec. in tit. de teste. §. nunc tractandum. hanc practicam non approbat: quia dictio idem, non solùm significat factum, sed etiam ius. l. cùm hi. §. si vni. & ibi not. ff. de transac. videatis Ang. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. vbi tenet, quòd tale dictum testis non valet. Idem consuluit ipse Ang. consi. cxvj. & Salic. in l. iurisiurandi. C. de testi. Quod verum intelligatis, vbi essent plures quàm duo testes ad primũ se referentes, secundum Iac. Butr. singul. in l. iij. §. eiusdem. ff. de testib. iuncta gl. ibi. Finaliter tamen de huiusmodi suppletionibus videatis Bald. in d. l. errore. & d. l. verbum volo. & latè Fel. in d. c. ad audientiam. vbi clarè deciditur, quòd tales defectus testamentum non vitiant, dum tamen tale testamentum legi & intelligi possit, vtputa quia scriptum est scriptura vulgari, consueta & vsitata in illa patria, & per notas vsitatas, ac congruas literarũ consequentias: quia tũc valet. vt d. l. quoties. vesic. si quis. ff. de hæred. institu.
61 secùs † autem si per notas inusitatas fuisset scriptum: quo casu esset inualidum. l. sed cum patrono. §. fin. ff. de bono. posses. nisi factum esset ad pias causas: quia eo tunc testamentum quantuncunque per notas inusitatas scriptum, dummodo de voluntate testatoris apparere potuerit, valet & tenet. vt singulariter decidit Dyn. per illum tex. in l. Lucius. ff. de test. mili. extendens dictam legem loquentem de milite ad piam causam. Sed aduertatis, quia contra hoc videtur esse tex. in authen. quod sine. C. eo. vbi tex. ad testamenti scriptotenus facti validitatem, licet inter liberos, requirit quòd sit scriptum, & per consequentiam literarum, non autem per aliqua signa vel notas. Et sic idem videtur in pia causa: Cùm liberis plus faueatur, quàm piæ causæ. xvij. qõ. iiij. cap. quicunque. & not. gl. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cleric. Sed hoc non obstante, Ludo. in repe. auth. similiter. C. ad leg. Falcid. sequitur opinionem Dyn. quia cùm dicta comparatio quæ hoc casu sit de milite ad piam causam, sit ipsi piæ causæ fauorabilis: & illa quæ fieret de filiis ad ipsam, esset odiosa, consequens est, vt fauorabilem assumere debeamus æquiparationem,
62 non autem odiosam. † Cùm in dubiis illam debeamus opinionem assumere, quæ testamento fauet, maximè ad pias causas celebrato. arg. l. siue pars. ff. de inoffic. testa. Cogitabitis tamen quia contra opinionẽ Dyn. videtur esse irrefragabiliter text. in d. authenti. quod sine. vbi dicitur, quòd in testamento inter liberos non potest per signa relinqui libertas. Et tamen relictum libertatis dicitur esse pium, vt in eadem repetitione tenet ipsemet Ludo. in iij. colum. versi. ca-
63 pio igitur primam. † Vnum tantùm menti tenebitis, quòd ad pias causas nedum relinqui potest per verba dispositiua, sed etiam per verba adulatoria ad hęredem directa, quæ hoc casu perfectam dispositionẽ inducunt. Putà si testator ecclesiæ loquendo diceret vel pauperi: scio quòd gratias tibi agit hæres meus à me institutus, vt est tex. singu. in l. Paulus respondit. §. Paulus. ff. de fideicom. liber. Et tamen illa verba, vel similia in aliis dispositionem non inducunt. Insti. de testa. mili. §. certum. & not. plenè Bar. in d. l. ex hac scriptura. ff. de donati. secundum Ludo. in dicta repeti. Prætereà licet relicta quæ in testamento reperiuntur cancellata, non debeantur, cùm eo ipso videantur adempta. ff. de his quæ in testa. delen. per totum. & l. nostram. C. de testa. tamen relictum ad pias causas in vltima voluntate repertum cancellatum, præsumitur iuris præsumptione inconsultè, id est, sine testatoris intentione cancellatum: ideo debetur. vt est casus singularis in libertate loquẽs, quem Bar. ibi, & rectè ostendit ad pias causas in l. proximè. in fin. ff. de his quæ in testa. delen. quem sequitur Lud. in dicta repet. & Panor. in j. nota. in cap. ex literis. de
64 fide instr. † Ex quibus omnibus clarè habetis, quòd multæ sunt omissiones & vitia, quæ testamentum non inualidant, sicut nec vitium præposterationis. Nam licet olim hæredis institutio fieri deberet ante omnia relicta in principio testamenti, velut eius fundamentum. Instit. de lega. §. ante hæredis. Hodie tamen scribi potest in fine testamenti post omnia relicta particularia, prout fuit in testamento Raynutij seruatum: qui vltimò post particularia relicta hæredis institutionem adiecit: propter quod testamentum non minus valuit. l. præposteri. C. eod. Vitium enim præposterationis, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, non immeritò sublatum est: quia consideramus ordinem locutionis: imò satis est
65 quòd de mente constet. † Et idem est in testibus: quia non refert an testes fuerint in principio testamenti descripti, vel in fine: nec per hoc ordo testamenti peruertitur, si notarius testes in fine descripserit, vel in principio, prout sibi placet. Sicut potest signum suum in principio instrumenti ponere, vel in fine, secundum Bald. in dicta l. præposteri. C. eodem. Quando autem omissio ordinis vitiet, & quando nõ, videatis plenè per Bartol. in l. ij. §. prius. ff. de vulg. & pupill. Bald. & Sali. in l. ambiguitas. C. de testa. Quæ omnia vobis sufficere debent de omissis per testatorem. Vbi verò ageretur de omissione facta per notarium, qualiter suppleri, & corrigi debeat, videatis plenè & non minus pulchrè per Bartol. in l. si librarius. ff. de regulis iuris. & consilio ciiij. Panormit. in dicto capitu. ex literis. de fide instrument. & in prima parte consil. x. Bald. C. de Iustinia. Codi. confir. in fine. Paul. consil. xxxviij. & Alexand. in l. prætor. §. prætor. ff. de eden.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

Finis primæ partis Repetitio. super cap. Raynutius Gulielmi Benedicti.

BIU Cujas

REPETITIONIS
CAP. RAYNVTIVS,
EXTRA DE TESTAMENT.

PARS SECVNDA,

Authore Guliel. Benedicto I. C. Clariſsimo.

Particulas in hac parte declaratas proxima ſequens pagina indicat.

Omnia maiore quàm fieri potuit diligentia mendis & erroribus purgata.



LVGDVNI,
Apud Bartholomæum Vincentium.
CIↃ. IↃ. LXXXII.
Cum Priuilegio Regis.


BIU Cujas

SECTIONES CAP. RAYNVTIVS. QVAE IN hac Secunda parte declarantur.

Adiiciens vt Alterocha. fol.3.
Et ſoboles, quam geſtabat in vtero. folio 5.
Eidem impuberi ſuccederent. fol.11.
Si abſque liberis moreretur j. fol.13.
Si abſque liberis moreretur ij. fol.16.
De vulgari ſubſtitutione. fol.eod.
De pupillari ſubſtitutione. fol.32.
De exemplari ſubſtitutione. fol.43.
De breuiloqua ſeu reciproca ſubſtitutione. fol.49.
De compendioſa ſubſtitutione. fol.54.
De Fideicommiſſ. ſubſtitutione. fo. 61.
De Legatis & fideicommiſſ. particularibus. fol.73.
Mortuo itaque teſtatore. j. fol.81.
Mortuo itaque teſtatore. ij. fol.112.
Cuidam Petro tradiderunt. fol.130.

BIU Cujas

Arbor hæc, Lector beneuole, si exactè eam perlegeris, omnigenarum Substitutionum cognitionem tibi adaperiet.



BIU Cujas

Secunda Pars

REPETITIONIS CAPITVLI, RAYNVTIVS, EXTRA DE TESTAMENTIS, PLVRIBVS, QVIBVS

scatebat, mendis repurgata, nunc iam septimò in publicum prodit: præpositis siquidem (quod hactenus neglectum erat) cuique sectioni nouis summariis, quæ sic feliciter incipiunt.

SVMMÆ.

1 *Testator potest quem honorauit, grauare in toto vel parte.*
2 *Legitima debetur sine onere.*
3 *Substitutio directa alibi quàm in testamento fieri non potest: & si fiat, obliquatur. & num. 4.*
5 *Substitutio in codicillis facta valet iure directo in tribus casibus.*
6 *Substitutionum materia pulchra, difficilis & vtilis. & n. 7. & 8.*
9 *Præteritio triplex. & num. 10. & 11.*
12 *Exhæredatio triplex. & num. 13. & 14*
15 *Institutio triplex. & num. 16. & 17.*
18 *Substitutio est secundus gradus respectu institutionis. & num. 19.*
20 *Institutio quibus verbis fiat.*
21 *Substitutio quibus verbis fiat.*
22 *Substitutio fieri potest succedentibus ab intestato.*
23 *Institutio tacita quæ sit per substitutionem, an sufficiat ad validitatem testamenti.*
24 *Substitutus filio tacitè ipsum videtur instituere.*
25 *Conditionalia verba nullam inducunt institutionem vel substitutionem: secus in legatis.*
26 *Nutu non potest hæreditas relinqui, sed bene legatum.*
27 *Vnde liberi, & vnde legitimi, quomodo differunt.*
28 *Institutio filij expressa est de substantia testamenti.*
29 *Iacobi Petrucij consideratio singularis.*
30 *Substitutio duplex, directa & indirecta. & num. 31.*
32 *Substitutio directa est quintuplex.*

VErum, quia filij testamento à patre hæredes instituti decedere possunt, aut se paterna hæreditate abstinere, & sic hęredes non esse: vel si hæredes extiterint, possunt in ea ætate vel qualitate decedere, in qua testari non poterunt, aut liberos non habebunt: quo casu permittitur testatori sibi ne moriatur intestatus & filiis hæredibus suis prouidere, quod nisi medio substitutionis facilè fieri non posset plures gradus hæredum faciendo, & vnum alteri, vel plures vni, aut è conuerso substituendo, prout facit testator noster Raynutius: ideo subditur in text.

¶ Adiiciens vt Alterocha.

HÆc fuerunt verba substitutionis in testamento Raynutij factæ: qui Adiectæ eius filiæ impuberi, Alterocham alteram eius filiam (cui vltra dotem domum & hortum reliquerat) sub-
1 stituit. † Potest enim quilibet testator hæredem suum iustissimè, vel quemlibet alium putà legatarium quem instituendo aut ei relinquendo honorauit, grauare, & onerare in toto, vel in parte eius, quod ei reliquit: adeò quòd licet ecclesia ab onere collectarum sit immunis de iure, tamen testator legando ei possessionem potest licitè disponere, quòd pro re legata collectas soluat, & cætera laicalia onera, vt pulchrè consuluit Petr. de Anch. cons. 218. incipien. dubium facit in prædicta quæstione. vbi hoc probat optimis rationibus. Videatis gloss. in c. si quis basilicam. de consecrat. dist. j. & Fely. in c. ecclesia. col. 24. de constit. versic. quintò quæro. in fine quæstionis.
2 †Et hoc verum, quòd testator potest hæredem suum grauare, prouiso tamen quòd non fuerit filius, quem pater in toto, quatenus concernit legitimam, grauare non potest, vt plenè vidistis in verbo, *Reliquit.* sed solùm quatenus relictum excedit legitimam sibi iure debitam. Sic fecit noster Raynutius, qui Adiectam eius filiam quam hæredem instituerat vniuersalem onerauit restituere hæreditatem Alterochæ & eius soboli, *Si absque liberis moreretur.* & valuit dicta substitutio. vt j. latiùs dicetur. Si autem Adiectam non instituisset hæredem, aut nihil ei reliquisset, illam grauare in aliquo non potuisset. l. ab eo. C. de fideic. & Instit. de sing. rebus per fideic. relict. §. itaque. vbi talis ponitur regula. quem non honoro grauare non possum. Præterea quem honoro in plus grauare non possum, quàm apud illum remanere debeat onere deducto. l. ciuitatibus. §. fin. vbi Bart. & idem Bart. in l. non amplius. in princ. ff. de leg. j. & in l. Pamphilo. §. fin. ff. de leg. 3. & Salyc. in l. fin. C. quan. dies leg ced. De quibus regulis plenè dicam super verb. *Si absque liberis moreretur.* j. in materia fideicommissariæ substitutionis, tractando de fideicommissis seu legatis particularibus. & hæc substitutio, sicut hæredis institutio non sine causa fuit per Raynutium in testamento fact

BIU Cujas

3 to facta, vt intelligatis † quòd ſicut inſtitutio, ita & ſubſtitutio niſi in teſtamento fieri non poteſt, vt plenè habuiſtis §. in verb. *Teſtamentum, iij.* nam talia fieri non poſſent in codicillis, vel cauſa mortis donatione, ſcilicet vt valeat iure directo: cùm in alia vltima voluntate quàm teſtamento hæreditas nec dari, nec auferri poſsit. l. hæreditatem. C. de codic. & §. penul. Inſtit. illo eod. tit. Salyc. in l. humanitatis. in fin. C. de impub. & aliis ſubſt. Sed indirectè vt valeat tanquam fideicommiſſum, bene dari poſſet & adimi, taliter quòd etiam ſi verbis directis & multò fortius, ſi verbis communibus, in codicillis vel alia vltima voluntate quàm teſtamento daretur, intelligitur data vel adempta, non quidem directè, vt verba ſonant, ſed indirectè. nam tunc quadam benignitate verba directa vel communia trahuntur ad fideicommiſſum. l. Sceuola. vbi gl. Bar. & Ang. ff. ad Treb. & ita intelligitur text. in l. vnica. §. ſinautem aliquid. C. de cad. toll. volens in quacunque vltima voluntate ſubſtitutionem poſſe fieri. Sanè tamen intelligatis, quia talis 6
ſubſtitutio in codicillis facta, quæ quamuis directè facta obliquatur, nec plus durabit, quàm duraret directa, ſi iure directo valere poſſet: ideo ſi eſt ſubſtitutio vulgaris, ſolùm durabit vſque ad hæreditatem aditam. l. poſt aditam. C. de impub. & aliis ſubſtit. ſi autem eſt pupillaris, & certum tempus adiectum fuit, putà vſque ad decem annos, & ſic minus pubertate, & tunc illud tempus non egredietur. l. ſi ita quis ſubſtituerit. ff. de vulgar. & pup. & l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fin. ff. de legat. j. & plenè not. in d. l.
4 Sceuola. † Prætereà tunc ſubſtitutio verbis directis facta in codicillis obliquatur, vt ſaltem valeat tanquam fideicommiſſum, quando conſtat quòd defunctus codicillari & non teſtari volebat. ſi verò teſtari volebat, & hoc conſtat, ſed aliqua deficit ſolennitas, 7
propter quam valere non poteſt vt teſtamentum, licet valere potuiſſet vt codicillus, tunc non valebit etiam vt codicillus, quia actus agentium nihil operantur vltra intentionem eorum. l. non omnis. ff. ſi cer. pe. vnde ſubſtitutio in tali voluntate facta ſortiri non poteſt directè nec indirectè effectum, ſecundum gl. in §. j. Inſtit. de vulg. ſubſt. & in l. poteſt. ff. de vulg. & pup. Quam tamen intelligatis veram, niſi teſtator in tali teſtamento minus ſolenni clauſulam apoſuerit codicillarem: quo caſu licet teſtari decreuiſſet, eius voluntas, quæ ex defectu ſolennitatis valere non poteſt, vt teſtamentum, ſaltem valebit vt codicillus propter clauſulam codicillarem. l. j. vbi plenè Bart. ff. de iure cod. per quam apparet defunctum 8
voluiſſe teſtari & codicillari, quamuis hæres eligere teneatur quam viam acceptare intendit. l. fin. C. de cod. & plenè habuiſtis §. in verbo, *Teſtamentum. iij.* in fin. Si autem non conſtaret de mente defuncti, ſcilicet an teſtari voluerit, vel codicillari, tunc ſi in illa voluntate appoſuit inſtitutionem vel exhæredationem, quę niſi in teſtamento directè fieri non poſſunt, 9
tunc præſumitur potius voluiſſe teſtari quàm codicillari. l. non codicillum. C. eo. tit. & ſi prædicta non apponantur, præſumitur quòd voluerit codicillari. l. illud. §. tractari. ff. de iure cod. not. gl. & doct. in d. l. non codicillum. Ioan. de Pla. & Angel. in §. j. Inſt. de vulg. ſubſt. facit gl. valde not. in l. verbis. ff. de vulg. & pup. Qualiter verba directa obliquantur, videbitis in verbo, *Si abſque liberis.* in tractatu compendioſæ ſubſtitutionis. † Poſtremò menti tenebitis, quòd
5 licet communiter ſubſtitutio directa vt valeat iure directo fieri non poſsit in codicillis, tamen fallit in tribus caſibus. Primò ſi ſtatutum ciuitatis aut patriæ conſuetudo permitteret eam in codicillis fieri: quia tunc valebit tanquam directa, ſecundum Bal. in l. de quibus. col. 8. verſ. item quæritur. ff. de legibus. quia tunc valet inſtitutio directa ſecundum eum. & ſubſtitutio aliud non eſt, niſi ſecunda inſtitutio, vt j. dicam. Secundò fallit in codicillis inter liberos à patre factis, vel alios ab inteſtato ſuccedentes: qui ſi ex ſubſtitutione in codicillis facta vocentur, directè ſuccedunt & totum capiunt, aliqua quarta non deducta ſecundum Bart. ſingulariter in l. militis codicillis. ff. de teſtam. mil. dicens ita de facto fuiſſe obtentum. de quo plenè Lud. Rom. conſ. 179. col. 3. idem dicunt aliqui, & tertiò debere ſeruari in piis cauſis, quibus ſicut & liberis poteſt hæreditas directè dari de iure in codicillis. Sed contrarium decidit Bal. in l. j. verſ. ſed hîc quæro an hæreditas. C. de ſacroſ. eccleſ. Videatis quæ plenè dixi §. eo. in verbo, *Teſtamentum. iij.* vbi etiam directa fieri poteſt in codicillis per militem. Or domini, † quia principalis noſtra intentio & omnimoda deuotio eſt, hanc quotidianam ſubſtitutionum materiam, vt iamdiu eſt, cupiuiſtis, & dietim expoſcebatis declarare: Iuſtiniani fretus conſilio in §. his itaque. Inſt. de iuſt. & iure. in præſenti materia quædam pro declaratione iam dictorum & inferius dicendorum præmittam geñeralia præludia, vt ſingula ſubſtitutionum puncta enucleari faciliùs, ac intelligi poſsint. Materiam enim tam peculiarem & fructuoſam illotis (vt ita dixerim) manibus, conniuentibus atque oculis pertranſire, nephas eſſe videretur, dicit tex. in l. j. ff. de orig. iur. & l. legaui. ff. de liberat. lega. in cuius quidem materiæ laudem & commendationem fertur aperuiſſe os ſuum Albe. vir ille in practica magnus, in rubr. ff. de vulgar. & pupill. † dicens hanc materiam eſſe valde vtilem ad burſas aduocatorum ampliandas: nam habet ſe in corpore iuris ſicut mare Anglicanum. Eſt enim ſecundum eum alta materia, in qua ſubtilitates ſine numero: ſicut in mari procellæ intumeſcentes, iuxta illud Pſalmiſtæ, Pſalm. 92. Mirabiles elationes maris. & Angel. in eadem rubr. dicit quòd Bald. frater eius cum hac materia lucratus fuit vltra viginti mille ducatos. Ego autem legi Raph. Cum. ibi referentem ſe viua voce à Baldo audiuiſſe, quòd ex ea conſulendo lucratus fuerat plus quàm quindecim mille ducatos: ideo eſt aduertenda, & ſummo ſtudio intelligenda, ac memoriæ tenaciter commendanda, vt dicit text. in d. l. legaui. eſt enim ſufficiens ſola ad vos ditandum, & veſtros in æternum. † Vnde obſecro vos omnes, vt tam peculiare opus audiendo non connumeretis tegulas domus, minúſque in aere caſtra ædificetis, ſed attentè cuncta rimetis: Quoniam de ſubſtitutionibus non guſtabit aſinus, imò nec ſcholaris vagus. Igitur ad rem de qua agitur reuertendo, ſcire debetis quòd nos habemus præteritionem, exhæredationem, inſtitutionem, & ſubſtitutionem. † Primò, dixi quòd habemus præteritionem, quæ triplex eſt. quædam eſt præteritio propria, quo ad formam & quo ad effectum, quæ ſic diffinitur: Præteritio eſt ſilentium circa inſtitutionis beneficium vel exhæredationis. vnde quando pater eſt erga filium neuter, quia nec fauorabilis nec odioſus, tunc dicitur filium prętĕrire, ipſum non inſtituendo, nec exhæredando: quo caſu non dicitur legitimè teſtamentum ſuum ordinare, cùm ſuo tunc non fungatur officio pietatis, ſecundum quod filium ſi gratus erat, inſtituere tenebatur. Pariter non exercet iuſtitiæ debitum, quo filium ingratum

BIU Cujas

& demerentem poterat exhæredare. l. inter cætera. ff.de lib. & posthum. & fuit pleniſsi mè dictum ſuper
10 verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* † Quædam eſt præteritio propria, quo ad formam, ſed non quo ad effectum: & hæc eſt duplex. Nam quædam eſt, quæ cauſatur ex iure priuilegiato: qualis eſt illa, quæ fit per militem filium prætereuntem, vnde præteritio militis eſt formaliter præteritio, ſed effectualiter eſt exhæredatio, quia habetur pro exhæredatione, vbi teſtatur in expeditione belli cui tunc remittitur omnis teſtandi ſolennitas. l. milites. C. de teſt. milit. ſi autem non eſſet in actu belli, tunc licet ſua præteritio habeatur pro exhæredatione, tamen debet filium præterire cauſa legitima inſerta, aliàs teſtamentum non valet, Inſtit. de exhær. lib. §. ſi in expeditione. vbi
11 plenè not. † Alia eſt præteritio propria quo ad formam, ſed non quo ad effectum, quæ cauſatur à iure communi, & etiam habetur pro exhæredatione, vt in linea materna. nam mater, vel auus maternus, & ſic deinceps prætereundo filium vel nepotem, aut è conuerſo filius matrem, videtur eum exhęredare, ita quòd tantùm operatur præteritio matris, ſicut exhęredatio patris. quod eſt hodie verum, ſi in tali prętęritione cauſa legitima inſeratur. Aliàs eſſet teſtamentum nullum. in Auth non licet. C. de lib. præt. & not. gl. in §. exhæredatos. in Authen. de hæredib. & falcid.
12 † Secundò dixi, quòd habemus exhęredationem, quę ſimiliter eſt triplex. quædam eſt exhæredatio propria, veluti quando pater filium, quem in poteſtate habet, mala mente exhæredat, tanquam ingratum & demerentem, cauſa legitima in exhæredatione inſerta, de qua plenè dixi ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens. ij.* & talis exhęredatio ſic diffinitur: Exhæredatio eſt alicuius inuiti ab hæreditate quæ ſibi debebatur, excluſio. l. ſi patronus teſtamento. §. ſi quis non mala mente. & l. Paulus. la ij. ff. de bon. lib.
13 † Alia eſt exhæredatio impropria: veluti ſi pater bona mente non animo nocendi, ſed potiùs filio prouidendi eum exhæredat. l. multi. ff. de lib. & poſthu. de qua dixi ſuper verbo, *Reliquit.* in 12. lim. Or an iſta ſit hodie correcta, conſiderato quòd filius debet in aliquo inſtitui, plenè decidit Bart. in l. cùm ex filio. & ibi Bal. ff. de vulg. & pup. & Bar. & Bal. in l. filiis matrem. C. de inof. teſt. & dixi ſuper dicto verbo, *In eo-*
14 *dem teſtamento relinquens. ij.* † Quædam eſt exhæreda tio impropriiſsima: veluti quando aliquis extraneus, qui non erat de neceſsitate inſtituendus vel exhæredandus, exhæredatur. Vnde ſi quis fratrem ſuum, vel filium baſtardum, aut ſimilem exhæredat, talis exhęredatio dicitur impropriiſsima, velut de illis ſuperfluè facta, quibus de iure non debetur aliqua legitima. l. quidam cùm filium. ff. de verb. obl. not. gl. in l. j. ff. de bon. poſ. contra tab. extraneus enim appellatur omnis ille cui ex bonis defuncti teſtatoris legiti-
15 ma non debetur. † Tertiò dixi, quòd nos habemus inſtitutionem quæ ſimiliter eſt triplex. Prima eſt inſtitutio propria, veluti cùm quis inſtituitur in tota hęreditate, vel quota eiuſdem. l. quoties. §. hæredes. ff.
16 de hęr. inſtit. † Secunda inſtitutio dicitur impropria, veluti cum filius inſtituitur in legitima, vel in eo quòd legitima reducitur, putà dotem, vel propter nuptias donationem. l. quoniam nouella. C. de inof. teſt. Nam poſito, quòd legitima ſit pars & quota, non tamen dicitur quota hæreditatis, ſed quota bonorum ab omni ære alieno extracta. l. cùm à matre. vbi not. C. de rei ven. & l. ſi. §. in computatione. C. de iure del. & quòd legitima ſit quota bonorum, ſed non hæreditatis, tenet Bar. in l. ex facto. circa medium. ff. de hęred. inſtit. & Bal. in d. l. cùm à matre. facit text. vbi gl. Angel. & Imol. & Paul. in l. ita tamen. §. ſi patronus.
17 ff. ad Treb. † Tertia dicitur inſtitutio impropriiſsima, quoties inſtituto hærede vniuerſali, alius extraneus inſtituitur in re certa: quo caſu talis inſtitutio non eſt quota hæreditatis, neque bonorum adeunte hærede vniuerſali, vt d. l. ex facto. & l. quoties. ita eleganter dicit Bal. in l. Gallus. in fin. ff. de lib. & poſth.
18 Videatis Ang. in §. j. Inſt. de hær. inſt. † Quartò & vltimò dixi, quòd nos habemus ſubſtitutionem, de qua longo tempore loquuturi ſumus: circa quam ſciendum eſt, † quòd inſtitutio & ſubſtitutio ſe habent, vt
19 primus & ſecundus gradus: quia inſtitutio eſt primus gradus hæredum per teſtatorem ad ſucceſsionem vocatorum. Subſtitutio verò dicitur ſecundus gradus, aut vlterior poſt inſtitutos à teſtatore vocatorum. l. j. ff. de vulg. & pupil. Nam ſubſtitutio nihil aliud eſt, quàm conditionalis inſtitutio. l. in ratione. §. incertę. ff. ad leg. Falc. Per quod demonſtratur quòd capitulum inſtitutionis diuerſum eſt à ſubſtitutione: Ita quòd per approbationem vnius non intelligitur aliud approbatum, ſecundum Alex. in j. parte, conſil. 123. incip. Diſcuſsis hæſitationibus. & intelligatis ſubſtitutionem vulgarem facere ſecundum gradum, quia pupillaris non facit dictum ſecundum gradum, cùm per illam non ſuccedatur teſtatori, nec in eius hæreditate. ideo dici non poteſt ſecundus gradus in paterna hæreditate, ſed bene facit duas tabulas. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pup. ſubſt. ſecundum doct.
20 † Et fit inſtitutio per talia verba, vel ſimilia, Inſtituo mihi Titium hæredem: vel ſic, Titius mihi hæres eſto: vel Titius ſit mihi hæres. l. j. ff. de hær. inſt. iunctis his quæ §. habuiſtis in verbo, *Cætera bona.* ante fin.
21 † Subſtitutio autem fit per hæc, vel ſimilia verba, Si Titius mihi hæres non erit, Seius ſit mihi hęres. Hoc enim caſu Titius dicitur inſtitutus, quaſi in primo gradu vocatus: Seius verò dicitur ſubſtitutus, veluti ſecundo gradu vocatus. Si autem teſtator etiam talia verba ſubiungeret: & ſi Seius mihi hæres non erit, Caius ſit hæres: tunc etiam Caius dicetur ſubſtitutus in tertio gradu vocatus: ſimiliter facere poterit teſtator quartum & quintum gradum ſubſtitutionum, & deinceps in poſterum. Inſt. de vulga. ſubſtit.
22 §. j. & l. poteſt. ff. de vulg. & pupil. † Et tales ſubſtitutiones fieri poſſunt nedum hæredi inſtituto, & cuicunque alteri venienti ex teſtamento, ſed etiam ſuccedentibus ab inteſtato, vt dicit text. in l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. ff. de hær. inſt. vbi dicitur, quòd ſi teſtator ita dicat: ſi ille qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt, nolit eſſe hæres, talis ſit hæres: valet quidem teſtamentum, quamuis non ſit aliquis expreſsè hæres inſtitutus, ſecundum Bart. ibi, per illum text. & ſic quamuis nulla præceſſerit hæredis inſtitutio, tamen valuit ſubſtitutio, cùm videatur eſſe quædam tacita inſtitutio ex mente teſtatoris, qui ſubſtituendo venienti ab inteſtato, videtur ipſum inuitaſſe, arg. l. conficiuntur. ff. de iure cod. & ſic præceſsit ibi tacita inſtitutio, ſecundum aliquos. l. cohæredi. §. fi. & l. ſi pater impuberis. ff. de vulg. & pup. facit gloſ. ſingularis in l. quamdiu. ff. de reg. iur. quæ dicit, quòd tunc venientes ab inteſtato vocantur ex teſtamento velut tacitè inſtituti. & ſufficit hæc tacita inſtitutio
23 ad validitatem vulgaris ſubſtitutionis. † Et in hoc conſentiunt doctores, quòd ad validitatem ſubſtitutionis, imò totius teſtamenti, tacita ſufficit inſtitutio, quando ſcilicet ſubſtitutio eſt facta tali, qui de

neceſs

BIU Cujas

necessitate iuris non debebat à testatore institui, vel exhæredari, quales sunt extranei, vt collaterales consanguinei, qui necessariò non sunt instituendi, nec exhæredandi, vt vidistis super verbo, *In eodem testamento relinquens.* Sed dubium est non modicum, an hoc idem locum habeat, si pater filio in potestate existenti, vel alteri descendenti primum locum suitatis tenenti, vel econuerso filius patri alteri vel immediatè ascendenti, qui, vt ibi vidistis, sunt necessariò instituendi, ipsis expressè non institutis, simpliciter substituerit: & sic (vt dictum est) censentur tacitè instituti: an talis tacita substitutio sufficiat ad substitutionis & testamenti validitatem. & certè Bar. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posth. decidit quòd sic, dicens sufficere patri si hoc modo testetur, Si filius meus me viuo moriatur, talis sit hæres. Nam quemadmodum si testator dixisset, si legitimus (id est qui mihi ab intestato succedere debet) nolit, vel non possit esse hæres, talis sit hæres: testamentum valeret. Ita in casu nostro erit dicendum in filio eadem ratione, quia moriendo viuo testatore non potest esse hæres, ideo substitutus erit hæres, per d. l. si quis ita instituatur. & l. cùm ex testamento. §. hæc verba. ff. de hær. inst. & l. quamuis. C. de impub. & aliis subst. nec interest ipsius filij hoc casu testamentum patris non valere, & nullum esse, secundum Bar. in d. l. Gallus. §. j. in 2. oppos. idem tenet in l. j. 3. q. princ. & l. si quis eum. §. fin. ff. de vulg. & pup. quem sequitur Paul. in d. l. Gallus. §. j. & §. in omnibus. & in l. si quis ita. §. fi. ff. de lib. & posth. † Pater enim substituendo filio, si eo viuo moriatur, tacitè videtur ipsum filium instituisse, casu quo patri superuiuat. Nam cùm substitutio, vt dictum est, sit secundus gradus, præsupponit primum gradum, & sic institutionem. arg. l. ad rem mobilem. de proc. inde dicebat Bal. in l. j. in princ. ff. de iust. & iure. quòd qui vult consequens, semper præsumitur voluisse & præsupposuisse suum antecedens: & sic tale testamentum non erit nullum, cùm eo casu satis videatur filius institutus, seu pro instituto habeatur. Quod est verum secundum ipsos, si in tali testamento nullus alter extraneus reperiatur vniuersaliter hæres institutus. quo casu (vt dictum est) filius habetur pro instituto, vt d. l. Gallus. sed vbi reperiretur aliquis extraneus hæres institutus, tunc ille filius non obstante substitutione sibi modo prædicto facta, esset præteritus, & sic testamentum non valeret, cùm sit verum dicere ipsum eo casu non fuisse à patre institutum: nec etiam videtur per dictam substitutionem sibi factam tacitè vocatus, attento quòd pater sibi de alio prouidit, vt sing. decidit Bar. in d. l. cohæredi. §. fin. ff. de vulg. & pup. Sed aduertatis, quia contrariam opin. (scilicet filium cui à patre fuit simpliciter substitutum) non haberi pro hærede instituto, sed pro præterito, tenuit gl. 2. in d. l. Gallus. & Bald. ibi. §. j. quam sequitur Cyn. Nicol. de Neap. Bal. Ang. & Imol. Raph. Cum. in d. l. Gallus. & Bal. ibi. §. idem credendum. & in l. posthumorum. ff. de iniust. rupto testam. & in repet. l. in suis. ff. de lib. & posthumis. & in l. hæres. & l. humanitatis. C. de impub. & al. subst. & Alexan. in d. l. Gallus. super gl. 2. dicens hanc esse *communem* & securiorem opinionem, secundum quam ipse consuluit in j. parte, cons. 108. incip. Viso themate. col. 3. vers. prædictis non obstat. vbi etiam dicit hanc esse *communem opinionem*, à qua in iudicando non esset recedendum. Idem consuluit Petr. de Anch. cons. 136. incip. Ponderandum principaliter est. vbi hanc opinionem optimis firmat rationibus, ac plures tex. allegat, concludens tale testamentum, in quo fuit filio simpliciter substitutum, esse nullum, etiam si pauperes Christi, & sic pia causa fuisset substituta, sicut erat in casu dicti consilij. Hanc etiam opinionem post multas considerationes sequitur Ias. in d. l Gallus. §. j. tamen dicit ibi Raph. quòd opinio Bart. posset sustineri. Vnde restat secundum prædictos Doctores, testamentum patris esse nullum, nisi filius fuerit expressè institutus hæres, quantumcunque fuerit ei substitutum, etiam secundum consilium Galli, adeo quòd in filio vel alio primum locum descendentium vel ascendentium tenente non sufficeret illa tacita institutio, quæ inducitur ex substitutione. Et pro ista communi opinione est tex. in d. l. Gallus. §. idem credendum. & §. in omnibus. vbi patet non violando literam, quòd si testator habuit filium, & nepotem, & vxorem nepotis prægnantem, si filium instituit, & nepotem præteriit, hoc modo verba concipiendo in persona posthumi pronepotis: si filius & nepos me viuo moriantur, tunc pronepos qui nascetur sit hæres, certè testamentum rumpitur præteritione nepotis, si contingat filium mori viuo testatore, cuius contrarium esset secundum opinio. Bart. secundum quam nepos inuitatus videtur ad institutionem. Præterea illa verba, Si filius meus me viuo moriatur, sunt conditionaliter prolata, ideo nullam videntur inducere dispositionem de filio. Et ita tenet Bal. in d. l. hæres. & est gl. not. vbi clarè Bar. in l. Lucius. ff. de hære. insti. quam sequitur & commendat Ias. in d. l. j. col. 3. C. de pactis. dicens esse ibi textum pro illa glos. ipsum inducendo prout ibi per eum. † Nam in hæreditatibus verba conditionaliter prolata nullam inducunt institutionem, neque substitutionem, nec persona in conditione posita intelligitur instituta nec substituta. Ideo per illa verba, Si filius meus sine liberis decesserit, substituo Caium, non dicuntur liberi filio testatoris substituti, nisi expressè substituerentur. quia positi sunt in conditione, quæ in hæreditatibus nunquàm inducit dispositionem. Imò nec ibi sumitur argumentum à contrario sensu, vt dicamus quòd filio cum liberis morientes censeantur liberi substituti, secundum Ias. in l. j. in princ. ff. de offic. eius, cui man. est iur. ideo cùm non dicantur substituti, non succedunt ex dispositione testatoris mortuo eorum patre hærede: sed ei succedunt ab intestato, vel ex testamento, si quod fecit. & sic bona per eorum patrem alienata reuocare non poterunt, velut restitutioni subiecta, prout fecissent si ex dispositione testatoris tanquam substituti viuerent. l. fi. §. penul. & fi. C. com. de leg. secus tamen esset in legatis. Quia si testator alicui rem legaret, eidem si absque liberis decederet substituendo, iuxta l. si legata. C. de leg. posteà mortuo legatario superstitibus filiis, tales filij intelligerentur substituti ex dispositione testatoris, vt singulariter decidit Ang. in lectura Florentina, in l. in legatis. C. de lega. & ratio differentiæ est, secundum eum inter hæreditatem & legatum. † Quia hæreditas non potest nutu relinqui, sed legatum sic. l. nutu. ff. de leg. 3. & habuistis super verbo, *In extremis positus.* Ideo in legatis sufficit filiorum nominatio conditionalis, in qua bene sumitur argumentum à contrario sensu. Et sic si habeat filios, tales filij non solùm excludent substitutum, vt dicit aliàs consuluisse, quem ibi sequitur Ias. Sed etiam reuocabunt alienata, si quid fuerit de rebus legatis distractum. De isto autem puncto, scilicet, an liberi in conditione substitutionis positi, dicantur

tacitè filio ſubſtituti: VideatisBar.in l.Centurio.col. 14. verſ.vlterius quæro. ff.de vulg.& pup. vbi Alex. Angel.in §.extraneo.Inſt.de pup.ſubſt.Bal.& Iac.de Aurelianis in l. ab eo. C.de fideic. & intendo plenè dicere ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur. ij.* in materia compendioſæ ſubſtitutionis. Nec obſtat principali noſtræ deciſioni d.l.Gallus.nec cętera iura per Bart. alleg. quia in illis præſupponitur filium fuiſſe inſtitutum, ſecundum gloſ. in d.l.Gallus. nec etiam obſtat d. l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus.ff.de hær.inſt. in qua Bartol.& ſequaces ſuum faciebant principale fundamentum: quia dicta lex loquitur in aliis hæredibus ab inteſtato venientibus, qui non ſunt de neceſsitate inſtituendi, nec exhæredandi: ſecus autem eſſet in filio, vel alio deſcendente primum locum ſuitatis tenente: quia niſi expreſsè & explicitè inſtituatur, non valet teſtamentum. Nam text.in d.l.ſi quis ita. vtitur his verbis, Si legitimus.& ſic de filio non loquitur, qui ſolùm comprehenditur per edictum vnde liberi. Cæteri verò collateraliter teſtatori coniuncti veniunt per edi-
27 ctum vnde legitimi. † Or clarum eſt, quòd edicta vnde liberi, & vnde legitimi differunt nedum nomine, ſed titulo, vt patet ff.& C.vnde liberi. & vnde legitimi. iuncto quod decidit Cyn. in l. ſi idem. C. de codic. Nec obſtat ſi replicaretur, quòd text. in d.l.ſi quis ita. legiſlator vtitur verbo, Vendicauerint. per quod datur intelligi, quòd loquitur in filio, cum illud verbum potiùs adaptetur filio, quàm alteri ab inteſtato ſuccedenti, quia filius eſt dominus bonorum paternorum in puncto, quòd pater eſt mortuus, quia in ipſum eo ipſo continuatur hæreditatis paternæ dominium, l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu. Et eſt tex. not.Inſt.de hære. quæ ab inteſta.deferun. & ſic filio propriè pertinet vendicare tanquam domino. §. ſic itaque diſcretis. Inſtit.de actionib. Sed reſpondetur, quòd ille text.intelligitur, quòd ſi legitimus hæreditatem non vendicauerit, ſupple, præcedente aditione, per quam fit ipſo iure hæres, abſque corporali apprehenſione: ſine qua ilico facta aditione hæreditatis competit cuicunque hæredi tanquam domino vendicatio rerum hæreditariarum. Prętereà illa ſunt verba teſtatoris, de quo fuit facta d.l.ſi quis ita. Et teſtatores plerunque loquuntur impropriè. vnde ex talibus loquutionibus vulgarium, vt plurimùm imperitorum ſumi non debet argumentum, nec vſus loquendi, ſecundum Bal.eleganter in tit.de ſucceſſ. feud. vt plenè dicam in verbo, *Eidem impuberi ſuccederent.* prope fin. Similiter non obſt. l. ex teſtamento.§.hæc verba. ff.de hær.inſt. quia ibi facta fuit ſubſtitutio reciproca, per quam verba teſtatoris generalia ſeu indefinitè prolata erant apta nata comprehendere inſtitutionem. Pariter non obſtat d.l.quamuis.C.de impub.& aliis ſubſtit. quia ibi non inducitur diſpoſitio inſtitutionis à contrario ſenſu conditionis, ſed ab illis verbis, quod abominor, ibi in textu poſitis: ex quibus reſultat, quòd licet valeat ſubſtitutio abſque expreſſa inſtitutione per d.l.ſi quis ita. tamen hoc locum non habet in perſonis, quæ de neceſsitate debent inſtitui, prout ſunt deſcendentes, qui in poteſtate teſtatoris ſunt, in quibus ſubſtitutio eis facta nunquam præſupponit, nec includit inſtitutionem: & hæc (vt dixi) eſt *communis opinio*, quam ſequitur Angel.in l.antè quam. C.com.de ſucceſ. & firmatur plurimum ex his quæ plenè dixi ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* j. in 3. principali
28 quæſito: & maximè in 3.& 22. limitationibus. † Nam inſtituere filium expreſsè, eſt de forma ſubſtantiali teſtamenti paterni, ita quòd non ſufficerent verba equipollentia, & minus tacita, & implicita. Quinimò debet formaliter inſtitui, vt ibi plenè dixi. ex quo ſequitur concluſio noſtra vera, quòd quantumcunque filio per patrem ſubſtituatur, nunquam cenſetur filius propter hoc inſtitutus, ſed tanquàm præteritus dicet teſtamentum nullum, ſecundum *communem opinionem* indiſtinctè veram de iure ciuili: ſiue reperiantur inſtituti hæredes extranei, ſiue ab inteſtato ſuccedentes: & ſiue moriatur filius viuo teſtatore, ſiue non. De iure autem prætorio tale teſtamentum ſuſtentaretur duobus concurrentibus: primò, quòd in illo teſtamento fuerint inſtituti hæredes ab inteſtato venientes: ſecundò, quòd filius ille præteritus cui ſimpliciter fuit ſubſtitutum, decederet viuo patre, per tex.ſing.in l.poſthumus. ff.de iniuſto rupto teſta. de quo plenè dixi ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* j. in 24.& 25.limit. Et hæc eſt pura veritas, ſcilicet, quòd non ſufficiat filio vel alteri primum locum ſuitatis tenenti, ſimpliciter ſubſtitui, ſecundum quam opin.commun. ſemel vidi iudicari in curia appellationum Tholoſæ, in qua fuit teſtamentum cuiuſdam vocati Calmelhas pronunciatum nullum, ſeu ad ipſum nullus fuit habitus reſpectus, pro eo quia filiam quam habebat vnicam, non inſtituerat in aliquo hæredem, ſed ei ſimpliciter ſubſtituerat: ſuper quo fuit magna altercatio ex eo, quia aliqui practicantes rigidè ſuſtinebant opin.Bar. fauore teſtamenti. Sed maior pars & ſanior Conſiliariorum obtinuit contra teſtamentum, inſequendo *communem* opinio. ſuperius relatam, adhærendo opinio. recolendæ memoriæ domini Bernardi de Nogareto in vtroque iure licentiati, patris iuuenum practicantium, & dicti proceſſus relatoris, cuius anima requieſcat cum
29 beatis: quia multa bona ab eo didici. † Licet ergo *communis* opin. ſit vera, tamen ad magis acuendum veſtros intellectus, in medium referam conſiderationem quam Moderni fuiſſe aſſerunt. Iacob.de Petruciis in hoc puncto, in d.l.antequam. C.communia de ſucceſ. vbi pulchrè, & non minus ſubtiliter opin. Bar. cum communi opinione nixus fuit concordare, multos conſiderando caſus. Primò enim conſideratuit, quando filio eſt facta ſubſtitutio ſecundum prouiſionem Galli, hoc modo: Si filius meus me viuo moriatur, talis ſit hæres. Nam tunc aduenientę caſu, quòd filius moriatur in vita teſtatoris, tunc fortè ſecundum eum ſaluari poſſet opin. Bar. quòd valeret teſtamentum, ſaltem de iure prętorio.& verum dicit, ſi ſecundum conſilium Galli teſtatus fuit, ſcilicet ſubſtituendo filio ſuo aliquem de ſuccedentibus ab inteſtato, vt d.l.Gallus.§.j. vbi filio ſubſtituit nepotem, vt d.l.poſthumus. Et ſi hoc modo Bart. intellexit ſuam opinionem, bene loquutus eſt: quia pro ipſo eſt tex.in l.etiam ſi ius.§.ſi libertus patronum.ff. de bon.lib. vbi libertus filio ſuo ſubſtituit patronum in defectum filij ab inteſtato ſucceſſurum. Nam conditio illa, ſi filius moriatur viuente teſtatore, videtur validare teſtamentum, cum conferat effectum teſtamenti in caſum illum, quo filius non deberet inſtitui, ſcilicet in caſum mortis filij, qui mortuus non deberet inſtitui. Vnde viuente patre filio mortuo teſtamentum reconualeſcit iure prætorio. Quia etiam reconualeſceret, ſi conditio illa adiecta non fuiſſet: attento quòd ex illo teſtamento hereditas remanet venientibus ab inteſtato, vt d.l.poſthumus. vbi Bal. hoc optimè declarat. Si autem filius ſuperuiueret patri,

clarum

clarum est quòd testamentum non valeret quantumcunque ab intestato succedentes fuerint substituti: Nec est verum, quòd filius dicatur ex substitutione sibi facta institutus, imò habetur pro præterito, & hoc casu malè loquutus est Bart. si eo tunc intelligebat testamentum valere, & filium pro instituto haberi, qui potius (vt dictum est) habetur pro præterito, secundum communem opinionem. Secundò considerauit præfatus doctor casum, quo pater filio non substituit secundum consilium Galli, sed simpliciter dicens hoc modo: si filius meus hæres non erit, talis sit hæres. Tunc dicit tale testamentum non valere, per gl. in l. Lucius. ff. de hær. inst. & per ea, quæ notat ipse Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. Tertiò considerauit casum proprium d. l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hær. inst. in qua Bar. suum fecit fundamentum, velùti si testator substituerit venientibus ab intestato quos necesse non habebat instituere, qui propriè vocantur legitimi. & indubitanter valet testamentum, vt d. l. si quis ita. Quartò considerauit casum, scilicet, si substituatur extraneo, aliàs non venienti ab intestato. & tunc videtur ille tacitè institutus, vt testamentum valeat. Quibus duobus casibus saluari etiam posset opinio Bar. Nam in talibus personis sufficit tacita institutio: sed in filiis & cæteris liberis primum locum suorum hæredum tenentibus, requiritur & necessaria est expressa & formalis institutio, vt vidistis super verbo, *In eodem testamento relinquens*. j. Et pari modo esset testamẽtum nullum, si filius fuisset à patre substitutus alicui hęredi instituto. l. ex facto. §. Lucius. & l. is qui. ff. de vulg. & pup. & l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Treb. licet videatur text. in contrarium in l. scimus. §. cùm autem. C. de inof. test. sed loquitur de iure Codicis, quo sufficiebat quicunque relicti titulus, vt plenè vidistis super d. verb. Nec est vera gl. super verbo, Celebrari. in d. §. cum autem. secundum Bar. ibi volentem titulum institutionis esse in filio necessarium: quem sequitur Guid. Papæ, q. 425. Secùs autem esset si filius hæredi instituto fuerit institutus & substitutus quandocunque hæres decederet: quia tunc cùm reperiatur institutus, in tempus mortis hæredis tempore illo de institutione filij sublato, prout de iure habetur pro non posito. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. test. filius reperitur in legitima parte institutus, & in residuo hæredi substitutus conditione adueniente. Et isto casu posset saluari tex. cum gl. in d. §. cum autem. secundum Bar. in l. si pater. C. de inst. & subst. sub cond. fact. & clarè decidit Guid. Papæ, q. 456. & cum his sit nunc expeditus difficilis iste articul.† Et latiùs procedendo, scire debetis, quòd substitutio in genere sumpta est duplex, scilicet, directa, & indirecta. Directa substitutio est, quæ fit verbis directis, in qua locum non habet aliqua quartarum deductio. Quinimo quilibet directè substitutus ad integram vocatur hæreditatem, nullo altero mediante: id est, absque eo quòd de manu alterius hæreditatem capiat: ita quòd nuda animi voluntate & dispositione sit hæres & dominus hæreditatis sine corporali apprehensione. l. cùm hæredes. ff. de acq. pos. & not. gl. magna in c. pastoralis. de causa pos. & propr. & Dy. in c. j. de regul. iur. libr. 6. Et talis substitutus propria authoritate apprehendere potest hæreditatis possessionem absque eo quod de manu hæredis instituti eam requirat, vt d. l. cum hæredes. ff. de acq. pos. Alia † est substitutio indirecta & obliqua, scilicet, illa quæ fit verbis indirectis & obliquis, & per quam substitutus de manu alterius, scilicet, hæredis instituti hæreditatem capit, vel de manu ab intestato succedentis: & sic indirectè. l. eam quam. C. de fideic.† Prima substit. scilicet directa, est quintuplex, videlicet, vulgaris, pupillaris, exemplaris, compendiosa, & breuiloqua seu reciproca. Quas quidem substitutiones pro nunc exemplificare potestis, secundum gl. hîc, in verbo, *Si absque liberis moreretur*. vbi etiam habetis exemplum de substitutione indirecta seu obliqua, quæ aliâs fideicommissaria appellatur, prout ibi Deo duce de singulis tractabo. Videatis similem gl. in §. qua ratione. Inst. de pup. subst. De verbis autem directis & obliquis, per quæ substitutiones inducantur directæ aut indirectæ, dicam j. eod. in verbo. *Eidem impuberi succederent*.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ Et soboles quam gestabat in vtero.

1 *Nascituris relinqui potest.*
2 *Nati plures ex vno conceptu. & num. 3.*
4 *Præscriptio currit contra existentem in vtero.*
5 *Dos quando est pia causa.*
6 *Sanctificari in vtero quis potest.*
7 *Posthumus suus vel alienus potest instituí.*
8 *Natus existimatur qui est in vtero, vbi agitur de eius commodo.*
9 *Grauida condemnata, non fit ante partum exequutio.*
10 *Posthumus quomodo nascendo rumpat testamentum patris.*
11 *Testatore ingrediente religionem rumpitur eius testamentum.*
12 *Legitimatio filij an rumpat testamentum patris prius factum.*
13 *Posthumum sufficit generaliter instituí.*
14 *Posthumi generalis institutio an bastardum comprehendat.*
15 *Posthumus nec exhæredari potest, nec præteriri.*
16 *Posthumus an dicatur, qui sectio vtero extractus est. & num. 17.*
18 *Occidens monstruosum est homicida.*
19 *Posthumus nondum est homo, nec in patris est potestate, nec baptizari potest. & num. 20.*
20 *Maria Virgo non fuit concepta in peccato originali.*
21 *Baptismus quid.*
22 *Posthumus legitimari potest.*
23 *Maria Virgo non peperit cum dolore.*
24 *Planetæ septem quid in fœtu operentur.*
25 *Mense septimo partus est vitalis.*
26 *Trinitas est rerum omnium fundamentum.*
27 *Parines ante nonum à nuptiis mensem non censetur meretrix.*
28 *Maria peperit decimo mense.*
29 *Conceptionis Christi quatuor miracula.*
30 *Conceptionis Mariæ & Christi differentia.*
31 *Octimestris partus quare non viuat.*
32 *Abortum causans punitur, vt homicida.*
33 *Posthumo potest libertas relinqui.*
34 *Posthumo dari potest tutor, & etiam substituí.*
35 *Legatum filij non extenditur ad posthumum. & num. 37.*
36 *Exhæredatis filiabus an comprehendatur posthuma.*
38 *Posthumus non est, nisi conceptus sit tempore mortis testatoris.*
39 *Conceptus post mortem aui ex sua persona non succedit, sed patris transmittentis. & num. 40.*

BIU Cujas

41 *Transmissio est triplex.*
42 *Nepos conceptus post mortem aui non succedit, si eius pa* 3
ter fuit exhæredatus.
43 *Nepos in quibus casibus auo non succedat.*
44 *Nepos post mortem aui conceptus, an de nullitate agat.*
45 *Nepos ex primogenito, an excludat patruum in feudo. &*
num. 46.
47 *Successorium edictum, hodie locum habet inter agnatos.*
48 *Filiis nascituris potest acquiri inter viuos.*
49 *Alienari prohibita, etiam si de consensu omnium de familia alienentur, retrahent ex illis nascituri.*
50 *Matrimoniale pactum, quòd primogenitus succedat, valet.*
51 *Ecclesiæ nondum ædificatæ relinqui potest. & numer. 52.*
& 53.
54 *Prandium presbyteris debitum an sit dandum, si eorum numerus sit auctus.*
55 *Furnarius qui certo pretio promisit coquere toti familiæ,* 4
an aucta familia teneatur.
56 *Pontem reficere obligatus, an teneatur, si auctus est.*
57 *Prægnans cogi non debet ire ad iudicium personaliter.*
58 *Mulier sibi comam incidens inuito marito est ipso facto*
excommunicata.
59 *Vidua prægnans mittitur in pos. bonorum defuncti.*
60 *Prægnante damnata expectatur partus.*
61 *Statutum permittens deprehensam in adulterio occidi,*
an comprehendat prægnantem.
62 *Vtero contentus non habetur pro nato, nisi sua interfit.*
63 *Lactans videtur adhuc esse in vtero.*
64 *Vtero contentus habetur pro iam nato, etiam ad commo-*
dum extranei, in casu.

¶ Sed quia nedum possunt de iure instituí & sub- 5
stituí iam nati, & in rerum natura existentes, ac ad lucem producti, sed etiam nascituri, & adhuc in vtero existentes, vt j. declarabitur: ideo sequitur in tex.

Et soboles quam gestabat in vtero.

EX hoc datur vobis intelligi apertè, 1
† quòd non solùm relinqui potest filiis ac liberis iam natis, sed etiam nascituris cuiuscunque sexus in vtero matris adhuc existentibus. prout hîc fuit proles Alterochæ vnà cum matre substituta, & valuit substitutio, quamuis incertum esset, quæ soboles nasceretur masculina vel fœminina. Et (quod 6
plus est) incertum erat, quot nascerentur, cùm mulier plures simul vel successiuè concipere possit liberos. Nam traditum est quatuor simul puellas à matrefamiliâs natas esse. aliqui verò tradidere quinquies quaternos enixam Penelopem. Et multas Æ-
2 gypti mulieres vno vtero septenos.† Sic Paulus tergeminos senatores vidit Horatios. Et Lælius scribit vidisse Romæ in palatio Serapinam mulierem liberam, quæ ab Alexandria perducta erat, vt Adriano ostenderetur, cum quinque liberis. Ex quibus quatuor eodem tempore enixa dicebatur. quintum autem post quadragesimum diem. Ita eleganter refert tex. in l. antiqui libero. ff. si pars hær. pe. & l. vtrum. ff. de rebus dub. & l. si pater. vbi citat Aristotelem. ff. de solu. habet enim in matrice mulier septem vuluæ receptacula simul, ad septem simul concipiendum liberos, secundum glo. in l. sed si restituatur. §. fin. ff. de iudiciis. nam refert Fasciculus temporum quandam meretricem septem peperisse infantes vno partu post annum Domini 454. quos in piscinam proiecit viuos, quorum vnus factus fuit rex Longobardorum. † Ego autem plus legi in mari historiarum Gallica. 2. volum. cap. 16. vbi chronica narratur Henrici imperatoris, quòd Margarita comitissa Holandiæ pro eo quia de mulieribus truffabatur, vltra vnum parientibus, pertinaciter asserens impossibile esse mulierem duos habere pueros, simul ab eodem patre conceptos, anno Domini 1313. regnante Philippo Pulchro in Francia, in punitionem talium verborum velut calumniosa naturæ accusatrix simul concepit, & viuos peperit trecentos sexagintatres liberos, sicut paruos pullos, qui omnes fuerunt baptizati. Vnde restat, quòd licet incertum esset de qualitate & quantitate sobolis in vtero Alterochæ existentis: tamen tenuit substitutio, vt ex sequentibus apparebit, quia talis proles posteà in æuum producta, agere fuit permissa contra hæredes Adiectæ hæredis institutę. † Et sic ius substitutionis quęsitum fuerat soboli adhuc in vtero existenti. Ideo dicebat Bal. in repe. l. j. ver. super octauo quæsito. C. de sacrosan. eccles. quòd relictum dotis factum puellæ nondum natæ, & sic non nubili, non propter hoc est interim minus pium quàm si factum fuisset iam natæ, & nubili. Nam in eo versatur pietas saltem natura, & aptitudine, quamuis non effectu vel exequutione. ff. de minorib. l. etiam ei. vbi habet tex. iuncta glos. quòd præscriptio currit contra existentem in vtero, sicut contra iam natum, licet se defendere non possit. Quod dicit mirabile Bal. in cap. j. de præscr. Quod qualiter intelligatur, decidit Bar. in d. l. etiam. Ad præmissa facit l. placet. ff. de liberis & posthumis. & l. si seruitus. §. futuro. ff. de serui. vrban. præ. & j. de 4
eccles. ædifican. cap. ad audientiam. † Et quòd dos sit 5
pia causa, est tex. in l. cum his qui Pamphilum. §. mulier. ff. de cond. indeb. quod est verum si relinquatur puellæ pauperi, in cuius fauorem aperuit os suum Panorm. s. in procemio, super verbo, seruus. in fi. singulariter decidens, quòd promittens centum pro puella absente, amore Dei maritanda, cum Deus vbique sit præsens, intuitu cuius fit promissio, talis promittens efficaciter obligatur. Et ita valet promissio, ac si præsenti & stipulanti facta fuisset. Facit glos. singularis in l. j. C. de quadr. præscr. volens promissionem imperatori factam vel fisco valere, quamuis absenti, quia censetur vbique pręsens. Ergo idem erit, si promittatur puellæ adhuc in vtero existenti.
† Et sic non est mirum, si valeat relictum in testa- 6
mento soboli in vtero matris existenti. Fuit enim Ieremias in vtero adhuc existens sanctificatus: & Ioannes Baptista in vtero genitricis miraculosè gaudens donum prophetiæ suscepit, Luc. j. Nam quoties agitur de commodo partus, ille qui est in vtero semper habetur pro iam nato. l. qui in vtero. ff. de sta. hom. Sicut natus interdum si sua interfit, habetur pro non nato. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. Ita quòd si- 7
cut † ad testamenti paterni validitatem filius iam natus debet in aliquo hæres institui, vel si ingratus existat exhæredari, sic etiam posthumus in vtero matris existens, ne posteà nascendo rumpat testamentum, Inst. quib. mod. testa. infir. §. j. facit l. maximum. C. de lib. præ. Quod verum intelligatis, dum modò sit talis posthumus, qui si nasceretur tempore testamenti, nasceretur suus, scilicet in potestate testatoris, & in primo loco suitatis. Inst. de exhær. lib. §. posthumorum. facit tex. in §. posthumo quoque. Inst. de leg. & de bonor. poss. in princ. posthumus verò alienus (id est talis, qui si nasceretur tempore testamenti non

nasc

nasceretur suus) institui non poterat secundum legem xij. Tabularum. Ideo superuenit prouisio Galli Aquilij, qua posthumus qui non erat suus tempore mortis testatoris, si nasceretur suus post mortem posset institui. l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. & ita loquitur l. penult. ff. de legat. j. superuenit postea lex Vellea, quæ prouidit, vt posthumus alienus qui tempore testamenti est alienus, institui posset, dum modò sit talis, qui posteà nascitur suus. Et prouidit etiam de iam nato, qui succedendo in locum incipit esse suus. Deinde superuenit consilium Iuliani, in casu difficili, quòd posit institui posthumus alienus tempore testamenti, qui non nascitur suus: tamen posteà succedendo in locum primi, suus efficitur, vt d. l. Gallus. §. ille casus. Superuenerunt posteà prætores, qui videntes iniquum esse, quòd posthumus alienus institui non posset, prouiderunt, vt si eum institui contingeret, admitteretur per bon. posses. de iure præto. Instit. de bon. pos. §. j. Postremò superuenerunt Imperatores, qui videntes edictum prætoris æquius esse, certas fecerunt circa hoc constitutiones, per quas hodie omnis posthumus suus, vel alienus institui posit, licet nunquam efficiatur suus, vt fuit hîc obseruatum per Raynutium, qui posthumum alienum, scilicet sobolem Alterochæ eius filiæ in sua potestate non existentem, sed sui patris, scilicet, mariti Alterochæ, substituit Adiectæ filiæ & hęredi suę: ita dicit Bart. in d. l. Gallus. §. ille casus. quem sequitur Ang. in d. §. posthumorum. Inst. de exhær. lib. Et
8 † alia ratio, quare posthumus etiam alienus in vtero existens potest hodie institui & substitui, non assignatur, quàm supradicta, scilicet, quòd ille qui in vtero est, habetur pro iam nato, quoties quæritur de suo commodo, vt d. l. qui in vtero. ff. de statu homin. vbi
9 plus dicit Bart. † quòd soboles in vtero existens non solùm sibi prodest, imò & matri suæ in cuius ventre existit, adeo quòd si damnaretur ad pœnam mortis differretur executio, donec peperisset. l. imperator. ff. de statu hom. vt j. latiùs dicetur. quia si mater occideretur, partus in vtero existens periret sine delicto contra omnem æquitatem: Cùm filius non teneatur de delicto parentum. C. ne fil. pro patre. per totum. Casus in quibus differtur exequutio sententiæ
10 criminalis, habetis in gl. in c. cum apud. xj. q. 3. † Posthumus enim si institutus non esset in testamento patris, licet testamentum teneat, tamen nascendo rumpit illud. Inst. de exhær. lib. §. posthumi. Quòd intelligatis verum, si superuiuat patri. Quoniam si præmoreretur, testamentum reconualesceret iure prętorio. l. posthumus. ff. de iniust. rupto test. & l. si posthumus. ff. de lib. & posthu. & idem si in testamento apposita foret clausula codicillaris per verba futuri temporis, sic dicendo: si testamentum meum non valeat, aut valebit iure testamenti, volo quòd valeat iure codicillorum. Quia hoc casu, si posthumus non fuerit institutus in tali testamento, talis posthumus nascendo, testamentum patris rumpit, & ei ab intestato succedit. Sed virtute dictæ clausulæ codicillaris hæreditas debebitur per fideicommissum hæredi instituto in testamento, secundum Bart. plenè in l. j. ff. de iure cod. & Paul. cons. 59. 60. & 61. Si autem clausula codicillaris esset in testamento appositа per verba præsentis temporis, putà, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum: tunc testamentum mediante dicta clausula non sortiretur effectum, secundum Bar. & Ang. in Auth. ex causa. C. de lib. præt. Salyc. in l. j. C. de posth. hær. inst. Bal. in l. fi. C. de cod. & Ang. Are. in §. j. Inst. de cod. & latè vidistis super verbo, *In eodem testamento relinquens.* j. in 27. limitatione. † Et
11 sicut per natiuitatem posthumi in testamento pręteriti rumpitur testamętum patris, sic etiam rumpitur per ingressum religionis, si testator post testamentum factum religionem ingrediatur: Cùm eo casu monasterium loco filij censeatur ei natum, vt pulchrè consuluit Lud. consil. 237. per multas rationes contra Bar. concludendo. Quod tamen verum intelligatis, vbi testator religionem ingrediens non haberet filios carnales legitimos. Si autem filios haberet inter quos fecisset testamentum iuxta terminos Authen. si qua mulier. C. de sacros. eccles. tunc testamentum non rumperetur per ingressum religionis: imò potius confirmaretur. De veritate tamen huius decisionis, videatis plenè Panorm. 19. col. & Felyn. col. 26. circa medium, in c. in præsentia. de prob. vbi dicit testamentum non rumpi indistinctè. de quo dicatis, vt ibi: & plenè per Ias. in d. Auth. si qua mulier. col. 4. Et quæ dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in j. princ. art. †
12 Et per hoc decidi potest, an filius naturalis legitimatus post testamentum patris rumpat illud. de quo per Bal. in l. cum in adoptiuis. C. de ado. & in c. innotuit. de elect. & Salyc. in Auth. item si quis ita. C. de nat. lib. & Ias. super rubric. C. de posth. hær. inst. & Alex. super rub. ff. de lib. & posthu.
13 & dixi 5. in verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* † Restat ergo quòd sicut filius iam natus est per patrem in aliquo instituendus, vel exhęredandus, ita & posthumus: ne posteà nascendo rumpat testamentum velut præteritus. Et sufficit, quòd talis posthumus instituatur nedum nominatim, putà, quicunque mihi genitus fuerit, hæres esto. Sed institui potest in genere generalissimo, videlicet, quicunque de liberis mihi natus fuerit, mihi hæres esto. Nam talis institutio posthumi indefinita filios comprehendit posteà naturaliter genitos vel ciuiliter: putà adoptiuos, qui appellantur posthumi ciuiles. l. si quis posthumos. ff.
14 de liberis & posthumis. † Sed an talis posthumorum generalis institutio comprehendat posthumum naturalem tantùm, putà bastardum ex concubina genitum, Bald. in l. placet. ff. de liber. & posthum. tenet quòd non, siue testator tempore testamenti esset vxoratus, siue non, per text. in d. l. placet. ibi, dum dicit, ex quacunque vxore: quasi dicat, secus esset si nasceretur ex concubina. Sed Rapha. tenet contrarium: imò talis censetur institutus, per text. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. iuncta l. generaliter. §. cùm autem. & quod ibi dicit Salyc. C. de inst. & substitution. Ego verò sequendo Angel. putarem considerandum qualitatem testantis, vt scilicet si ipse esset similis qualitatis, quia naturalis tantùm, vel talis conditionis, quòd habere filios naturales non foret ei dedecus, tunc sub illis verbis generalibus censetur institutus naturalis tantum, aliàs secus. iuxta l. fin. ff. de iure delib. vbi Rapha. & Angel. in d. §. si quis rogatus. & sic videtis, quòd si posthumus simpliciter institutus fuerit, talis institutio trahitur ad omnes, etiam ex futuro matrimonio generandos, proinde & ac si dixisset omnes, vel quoscunque posthumos. secùs tamen esset in exhæredatione, quæ simpliciter facta de posthumis, non comprehendit posthumos ex futuro matrimonio, secundum gl. & bene in d. §. posthumi. in verb. institui. Instit. de exhæred. liber. pro qua facit l. 2. & l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. Licet alia gl. teneat contrarium in d. l. placet. Nam hæredis institutio est fauorabilis, & sic

exten

extendenda:exhęredatio verò velut odiosa venit restringenda.c.odia.vbi ita decidit Dy.de reg.iur. lib.
15 6.† Ideo erat consilium, quòd testator volens omnes posthumos esse exhæredatos, sic diceret: exhæredo omnes & quoscunque posthumos:etiam ex futura vxore. Hodie verò posthumus non potest à patre exhæredari, nec à matre potest præteriri, quia causam non potest committere ingratitudinis, sine qua non valet filij exhæredatio nec præteritio, in Auth. non licet.C.de lib.præt.sed institui hæres bene potest:imò debet de necessitate institui, aliàs nascendo rumpe-
16 ret testamentum.† Eodem modo ipsum rumperet ille qui non nascitur, sed secto ventre matris in puerperio morientis viuus extrahitur. l.quod dicitur. ff. de lib.& posth.& l.posthumus.ff.de inof.test. Etiam si vocem non emiserit, dum tamen habeat pulsum, quamuis ilico in manibus obstetricis decesserit. l.3. C.de posth.hær.inst.prouiso tamen,quòd non declinet ad monstrum.l.quæret aliquis.ff.de verb.sign.tales enim monstruosi (id est qui contra formam humani generis nascuntur)non sunt liberi. dicit tex.in l.non sunt liberi.ff.de sta.hom.vbi gl.docet qualiter tales concipiuntur: vnde tales non rumpunt testamentum nascendo. Sanè tamen intelligatis,quòd extractus secto ventre matris rumpit testamentum, si viuus extrahatur. Quo casu licet imperfectus nascatur,veluti carens aliquo vel aliquibus membris,tunc rumpit testamentum,secundum Bal.in d.l.quod dici
17 tur. vbi etiam dicit, † quòd occidens tales homines imperfectos vel monstrosos perinde punitur, ac si occideret hominem perfectum & formosum.Quod est verum, etiam si haberet caput animalis bruti,vel transuersos humeros, secundum Fel.in c.fi.de hom.

☞[De quo plenè habetur super verb. *Quæ filium ex eo suscipiens.*]Si autem priusquam extrahatur,moritur, non rumpit testamentum:vt d.l.3.& not.Bart.in d.l. quod dicitur. Et dicam pleniùs ĵ.super verb. *Si absq; liberis.ij.*in materia vulg.subst.in 4.principali quæst. in fin. Et tangit gl.vbi Ioan.de Pla.in verb.Cæsar.in
18 proœm. Instit. quòd † extractus secto ventre matris non dicatur propriè posthumus, vt d.l. posthumus. vbi not.ff.de inoff.testam. Et sic quicquid sit de iure communi, tamen non comprehenderetur in statuto loquente de posthumo, cum verba statuti sint propriè intelligenda.l.3.§.hæc verba.ff.de neg.gest.Prę-
19 tereà † licet posthumus in vtero matris existens non sit homo, sed duntaxat homo fieri speratur: (Additio) Vnde concluditur verum quod dicit Panor. in d. c.fi. quamuis olim communiter teneretur sanctissimam Parthenicem,id est gloriosam etiam post partum virginem fuisse in peccato originali cõceptam:
20 Posteà tamen mundatam. † Tamen hodie piè creditur, & firmiter tenetur ipsam à communi macula illius peccati fuisse præseruatam:in cuius signum fuit exposit festum gloriosæ Conceptionis institutum, cum speciali officio, deinceps ab ecclesia celebrandum prout annis singulis in Aduentu Domini celebratur in mense Decembri.Quæ opinio plus conuenit honori filij & matris, ac christianæ pietati & robori fidei. Prætereà verosimile non est, quòd Deus permiserit eam tali macula fœdari, cui filium cum cælo subiecit, nec filium in persona Virginis æternum coniugium cum humana natura celebraturum ab angustia coniugi cælorum regina subtraxerit: imò potius communicauerat sua priuilegia. l. princeps. ff. de legibus. in cuius mysterij laudem veritatem complectens Baptista ille Mantuan. cecinit in hæc verba:

His igitur ne membra malis obnoxia sanctæ
Parthenices essent ista pater obstitit arte.
Antè tener sacra fœtus quàm viueret aluo,
Conceptus ne prima nouos exordia pullis
Induerent maculis,mens ne syncera,nitensq;
Communem imbiberet labem,ne pigra liquore
Pectora lethæo fierent quæ lactea magno
Pabula,& amplexus fuerant latura tonanti:
Semine confusas sordes,& virus inustum
Dissecuit,felici anima mox imbuit artus.
Sunt tamen audentes contrà sentire,nec illos
Incusamus,habent quo se tueantur,& olim
Ista hominum communis erat sententia:verùm
Iam senio exangui frigens sua robora sensim
Perdit,& amissa iam maiestate recedit
Sponte sua,cedítq; nouo Latonia Phœbo.
At quoniam sacrâ legis de fontibus hausta
Creditur,ex omni nondum est exposa theatro,
Iudicio necdum sancti damnata senatus.
Sed prior(vt nobis æquum sentire videtur)
Dignior est,& grata magis nato atque parenti.
Adde quòd & multis fert adiumenta,fidemq;
Roborat infirmam.nam nec veniisse sub aluum
Sorde laborantem tali sublimia cæli
Numina nonnulli ingenio præstante putarunt.
Relligio maior,pietas animosior istam
Consummata fides,legumq; peritia fecit.
Altera verborum textum,& fastigia tantum
Summa videns abstrusa Dei mysteria nescit.
Quod si syderei tanto splendoris honore
Fulget,vt æterno qui temperat ordine mundum
Gestarit gremio,lactauerit vbere dulci,
Strinxerit amplexu,summoq; vocarit olympo:
Quare illam in nostras opus est detrudere sordes,
Et turpi infestare luto? mortalibus æquas
Cui pater æthereas mentes subiecit & astra.
Scrutandum potius,si quo præconia iungas,
Eius adinuentas per plurima secula laudes:
Nulli adeò viuax animi solertia,nulli
Tam felix aderit florentis gloria linguæ,
Vt Mariæ possit laudes æquare loquendo:
Quæ data sunt illi nunquam mortalibus vllis
Antea concessit,nec post concedet olympus,&c.

Ergo si Ioannes in peccato originali conceptus in vtero tamen sanctificatus vsum habuit rationis priusquam nasceretur, vt dixi super verbo, *Adiectæ impuberi.* à fortiori est credendum intemeratam virginem à peccato originali præseruatam, ilico quòd anima sanctissima fuit embrioni infusa, velut nulla sorde maculatam vsum habuisse perfectum rationis, & consequenter ab eo instanti semper meruisse, secundum Ambrosium & August.quos sequitur magister Bartholomæus Pisanus in lib. beatæ Virginis, fructu septimo.Restat ergo ad propositum reuertendo,quòd existens in vtero non est perfectè homo,sed homo fieri speratur, dicit text.sing.in l.cum inter veteres. C.de fideicom.libert.nec est animal. dicit tex. in l.fin. ff.de collat.bon. Cùm nascendo tantùm fuerit in patris potestate. Instit.de tutel. §.cùm autem. & ætas non incipiat in vtero, sed computatur à die partus, secundum Bal.in c.cùm in cunctis.col.3.de election. Tamen quo ad quædam in rerum natura esse existimatur.l.vel si viuo.ff.de suis & leg.hær. facit l.j.ff.vnde cognat. Adeò quòd sicut ante baptismum

iam

BIU Cujas

iam natus, eſt peccato originali ſui parentis infectus, ita etiam in vtero exiſtens, qui etiam baptizari
21 non poteſt ante quam naſcatur. † Cum baptiſmus ſit lotio, ſeu abſolutio quædam in aqua, quæ tãgere non poteſt in vtero exiſtentem, de quo plenè per Scot. & cæteros in 4. Sent. diſt. 3. q. j. ſicut etiam in antiquo teſtamento non poterat circuncidi qui natus non erat, nec tangi poterat. Et ſicut conceptus, eſt peccato originali priuſquam naſcatur, infectus, ita etiam à Deo ſanctificari poteſt, ſicut de Hieremia legitur. Hier. j. ad quem inquit Dominus, Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te.
22 † Inde dicit etiam Bald. in c. j. §. naturales. ſi de feudo fuer. contr. in fi. quòd in vtero exiſtens legitimari poteſt. & naſcetur legitimus. Id idem de Ioanne Baptiſta legitur, qui triplex mirabile munus gratiæ habuit in vtero adhuc exiſtens. Primò gratiam qua in vtero ſanctificatus fuit, vnde fuit ante ſanctus quàm natus: in quo cum Hieremia conuenit. Secundò gratiam habuit qua in vtero prophetare meruit, ſicut quando in vtero matris exultans, Deum adeſſe cognouit. Super quo Chryſoſto. Prophetiæ, inquit, eſt pro merito conuerſationis & fidei prophetiam accipere: nunquid prophetæ fuit vt prius fieret propheta q̃ homo? quia, vt dixi, exiſtens in vtero nõ eſt homo. vt d. l. cum inter veteres. Prætereà conſuetudo erat, vt prophetæ inungerentur. Tunc cum beata Virgo Elizabeth ſalutauit, Chriſtus Ioannem in vtero prophetam inunxit. Vnde Chryſoſtomus: Ideo Chriſtus fecit Mariam ſalutare Elizabeth, vt ſermo procedens de vtero matris, vbi habitabat dominus, & per aures Elizabeth ingreſſus, deſcenderet ad Ioannem, vt illic eum vngeret in prophetam. Tertio gratiam habuit qua ſuis meritis matri prophetię ſpiritum tradidit. De quo idem Chryſoſtomus, Quis prophetarum, inquit, cùm eſſet propheta, prophetam facere potuit. Helias quidem vnxit Heliſæum in prophetam, non tamen prophetandi gratiam contulit. Hic autem in vtero exiſtens diuini introitus ſcientia matri donauit, & os illius in verbo cõfeſſionis aperuit: vt cuius ratio videbat perſonam, cognoſceret & dignitatem dicens: Vnde hoc mihi, vt mater domini mei veniat ad me? Hęc ille. In quibus duobus vltimis muneribus Ioannes Hieremiam & cæteros prophetas exceſsit, & ſupra omnes excelluit, vt verificaretur quod poſtea de ipſo Chriſtus dixit Matt. xj. Sed quid exiſtis videre? prophetam? Etiam dico vobis pluſquam prophetam, ſuper quo Chryſoſt. ſic ait, Prophetæ eſt beneficium prophetiæ à Deo accipere: nunquid prophetæ eſt beneficium baptiſmatis Deo dare? Prophetæ eſt vt ipſe de Deo prophetet. Nunquid prophetæ eſt vt Deus de illo prophetet? Omnes prophetæ prophetauerunt de Chriſto: de illis autem prophetatum non eſt. Ipſe autem non ſolùm prophe
tauit de Chriſto: ſed etiam alij prophetæ prophetauerunt de illo: imò Zacharias ipſius Ioannis pater de ipſo proprio filio ſuo prophetauit, Luc. j. Et tu, inquit, puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſsionem peccatorum eorum, &c. Omnes portiones verbi fuerunt, iſte autem ipſe vox. Quantum autem vox proximior verbo, non tamen verbum tãtum. Ioannes propinquior Chriſto, non tamen Chriſtus. Vnde de ipſo concluſit Chriſtus, Matth. vj. Amen amen dico vobis non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta. Nec per hoc negat ſe maiorem. Chriſtus enim maior fuit, quia filius mulieris non fuit, ſed virginis. Cum mulier de communi curſu accipiatur pro fœmina corrupta ſecundum Lyram ibi. Nec obſtat quòd in cruce pendens eam vocauit mulierem, Ioann. 19. dicens, Mulier ecce filius tuus: quia ideo eam vocauit communi nomine, ne ex teneritudine materni nominis, ſi eam matrem vocaſſet, aggrauaretur animus Virginis videntis paſsionem filij. Pariter non vocauit eam virginem, quia cum priuilegium habuiſſet virginitatis poſt partum à filio, eadem teneritudine & maiori tam ſingularis à filio obtenti priuilegij etiam aggrauata fuiſſet, ſecundum doct. Hęc profectò eſt illa glorioſa ſemper Virgo Dei genitrix Maria, quę non fuit peccato originali tacta: non quòd fuerit ab illo ſanctificata in vtero, quinimo fuit ab æterno prę ſeruata, licet ſemine viri concepta. & ita hodie tenet Pariſ. ſchola, & prædicat ſancta mater eccleſia, & tenet Pan. in c. fi. 4. not. de fer. Super quo refert Faſciculus temporum circa chronicam Caroli iiij. Imperat. quòd anno dom. 1350. lector quidam Paulus nomine, negando beatam Virg. fuiſſe abſque peccato originali conceptam, coram toto clero & populo in Cracouia cecidit & expirauit, ſermone nondum finito, vt teſtatur magiſter Henric. de Haſsia. quod factum plu
23 res terruit in hac materia ſcribentes. Hęc ille. † Vnde cum beatiſsima Virgo à peccato originali fuerit exempta, etiam non fuit pœnæ illius ſubdita, quæ duplex eſt, ſ. pœna parturitionis, de qua Gen. 3. In dolore paries, &c. Mulier enim cum parit triſtitiam habet Ioan. xvj. ſed Virgo glorioſa indubitanter peperit ſine dolore: nec aliquam habuit triſtitiam: nec vt quidam fatui arbitrantur, iacens peperit filium ſuum, neque obſtetricum habuit adiutorium. de quo Hieronym. aduerſus Heluidium. Nulla, inquit, obſtetrix ibi fuit, nulla mulierum ſedulitas interceſsit. ipſa pannis inuoluit, ipſa mater & virgo, &c. imò creditur, quòd appropinquante hora partus ſenſerit virgo puriſsima tantam intus lætitiam, quantam non ſenſerat vnquam omnibus diebus vitæ ſuæ. & omnes ſenſus tam ſpirituales, quàm corporales quadam inenarrabili ſuauitate replebantur. Et ſic repleta gaudio cum immenſo dulcore, à nulla vnquam creatura guſtato, mellifluum peperit filium ſuum. De quo gaudio prę uidit Eſa. 35. Germinans germinauit, & exultabit lætabunda & laudans. Secunda pœna peccati originalis eſt dolor mortis, quæ, ſecundum Philoſ. eſt vltimum terribilium: quo dolore ex peccato procedente non fuit cruciata glorioſa ſemper Virgo Maria: quia à peccato, & ſic cauſa doloris præſeruata, ſicut alij ab omni corruptione carnis fuerat extranea, ita ab omni dolore mortis fuit aliena: cùm omnis pœna ſolos ſequatur delicti authores, l. ſancimus. C. de pœ. ergo reſtat virginem puriſsimam à labe peccati ori-
24 ginalis fuiſſe ſinguläriter præſeruatam. Vnde † quantum tangit ius ciuile, ſiue eius doctrina, ſunt vij. planetæ firmamento cæli affixi deſcendendo, ſc. Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. ſecundum gloſ. in l. omnes. C. de fer. Quæ quidem planetæ poteſtatem maximam habent atque operationem in hominis generatione. Nam ſecundum Aſtrologos, Galenum & cæteros medicos, cùm mulier concepit in primo menſe dominatur ibi Saturnus, qui ſemen in matrice mulieris receptum coagulat, & condenſat frigiditate & ſiccitate ſua, iuxta illud Iob x. Sicut caſeum coagulaſti me. In ij. menſe Iupiter ibi membra & ſanguinem tribuit. & ſi ſit maſculus, anima ratio-

BIU Cujas

tionalis à Deo infunditur, scilicet quadragesima die à die conceptionis computanda, vt not. in l. diuus. ff. de extraord. crimin. In tertio mense Mars subtiliat sanguinem, & humores condensat, ordinat & componit. Et à Deo anima rationalis infunditur embrioni, si est fœmina: die octuagesima pariter à die conceptionis computanda. v. dist. c. j. not. in c. si aliquis. de homic. & l. si aliquis. ff. de pœn In quarto mense Sol vitalem calorem & spiritum epati & cordi tribuit. In quinto mense Venus organa sensibilia & officialia membra, scilicet aures & nares, & similia perficit & disponit. In sexto mense Mercurius omnia foramina corporis componit. † In septimo mense Luna suis limitibus membra diuidit, & distinguit, & in hoc septimo mense, quia non sunt nisi prædicti septem planetæ conceptui principaliter operantes, nascitur partus perfectus vitalis & salubris. l. septimo mense. ff. de statu hom. Septenarius enim numerus est secundum naturam & artem numerorum perfectus & consentaneus. l. 2. §. sed cum omnia. C. de vet. iure enucl. Præterea Arist. in libro secret. dicit, quòd † primum super quo sunt omnes res fundatæ est trinitas, & mediantur per quinarium, sed perficiuntur per septenarium. Sufficit tamen intrasse in hoc septimo mense per duos dies. l. in testamento. §. fi. ff. de suis & leg. hæred. & d. l. septimo mense. per quam dicit Bald. in l. iura constitui oportet. cum l. seq. ff. de legibus. † quòd mulier nupta etiam si à die consummati matrimonij pariat ante nonum mensem, quo regulariter & communiter pariunt mulieres, non præsumitur meretrix. quinimò ex marito & non alio priori extraneo viro cõcepisse censetur. Si autem in hoc septimo mense partus nasci distulerit, & nascatur in octauo mense, tunc partus moritur. Quia Saturnus rediit super eo, qui frigiditate & siccitate sua partum mortificat. anima certè, quia spiritus est, ☞ in sicco habitare non potest. [De quo plenè dixit iste doctor in suo tract. contra Anglos, quòd nihil habeant in ducatu Aquitaniæ.] c. Moyses. 32. q. 2. quod valde facit pro Normanis, & Anglicis & Polonis, vt bibere fortiter possint, ne anima habitet in sicco, secundum gloss. ibi, Si verò nasci distulerit in octauo mense, & nascatur in nono, tunc redit Iupiter, qui suo calore temperato partum refouet & custodit, taliter quòd nascitur vitalis. Sed si partus distulerit nasci in nono mense, nasci poterit in decimo, in quo redit Mars, qui sui caloris & siccitatis beneficio, partum facit egredi iam robustum. Facit text. in d. l. Gallus. in prin. ibi, in decem mensibus. & l. fi. C. de posthum. hær. inst. † Et beata semper Virgo Dei genitrix Maria portauit Iesum Redemptorem nostrum in vtero per nouem menses completos, & ipsum peperit in decimo post quinque dies, prout mensis accipitur pro triginta diebus: & sic Salomon decem mensium tempore in matris nutritus fuit vtero, vt dicitur Sapien. 7. in princ. Longa tamen fuit differentia inter conceptionem Salomonis aliorúmque hominum, & conceptionem Christi. Quia, vt vidistis, in regulari conceptione aliorum hominum conceptus successiuè formatur: cui formæ planetæ & corpora superiora operantur: quia caro pura formari non potest, nisi in tempore virtuti creata. † Sed in conceptione Christi in vtero virginali quatuor miranda fuerunt facta, quæ ex dictis beati Greg. super illud Cant. ij. Ecce iste venit saliens, &c. & Fran. de Mayronis super verbo, Ecce ancilla Domini. Primum fuit corporis Christi, de puris sanguinibus virginis conceptio & formatio. Non enim successiuè, & in tempore formatum fuit illud corpus sacratissimum, sicut cætera corpora humana, sed in instanti totum. Secundum fuit animæ Christi de nihilo creatio in eodem instanti quo fuit corpus formatum. Tertium fuit animæ ad corpus vnio siue infusio. Non enim completis quadraginta diebus anima Christi fuit infusa suo corpori, sicut in cæteris fit, sed in eodem instanti quo fuit corpus formatum. Quartum fuit humanitatis nostræ à diuinitate assumptio. Formato enim corpore & animato diuinitas in eodem instanti humanam assumpsit naturam. & hoc est quod dicit Richar. in 3. dist. 2. art. 2. q. 4. quòd in eodem instanti fuerunt corporis conceptio, carnis & animæ vnio, & in ipsorum coniunctione humanæ naturæ constitutio: eiusdémque à diuinitate assumptio ad vnitatem personæ filij Dei, Et fuerunt omnia hæc facta per virtutem spiritus sancti, qui infinitate virtutis suæ potuit ea facere in instanti. Dicit tamen ibidem, quòd quamuis inter prædicta non fuerit prius & posterius secundum tempus, fuit tamen ibi prius & posterius ordine naturæ. quia secundum philosophum in prædicamen. Illud est prius natura altero quod est causa ipsius, vel præsupponitur ab eo, & sic in vtero Virginis fuit prius carnis conceptio, quàm animę creatio, cùm præsupponatur ab ea. Et eadem ratione est prius animę creatio quàm eius ad carnem vnio, & vnio carnis & animæ quàm naturæ humanæ constitutio, & constitutio humanæ naturæ quàm eius assumptio ad vnitatem diuinæ personę. Nec tamen intelligendum est, quòd constitutio illius naturæ humanæ prius terminata fuerit ad aliquam actualem sui existentiam in seipsam quàm in verbo: quia nunquàm nec in tempore, nec in instanti actu fuit existens in seipsa: aliàs enim non verè dici posset, filium Dei fuisse conceptum in Virgine, quod falsum est. Hæc Richard. ille. Hanc mirabilem Christi conceptionem ostendit diuus Bernard. in quodam sermone de Natiuit. Dom. In illa, inquit, assumptione nostræ carnis fecit Deus mixturas tres mirabiles. coniuncta quidem sunt tria ad inuicem, Deus & homo, mater & filius, fides & cor humanum. In prima coniunctione trinitas est in substantiis, & vnitas in persona: sicut in diuinitate summa trinitas est in personis, & vnitas in substantia. Et sicut ibi personæ non scindunt vnitatem, & vnitas non minuit trinitatem: sic in ista nec persona confundit substantias, nec ipsę substantiæ disipant personæ vnitatem. Secunda coniunctio est mater & virgo. à seculo quippe non est auditum, quòd virgo pepererit, & quòd mater virgo permanserit. Tertia est fides & cor humanum. Mirum est enim, quòd humanum cor duobus fidem accommodauerit, sc. quòd Deus homo esset: & quòd virgo peperisset. sicut enim ferrum & testa non possunt coniungi, sic & hæc duo nequeunt misceri, si non misceantur glutino spiritus sancti. Quia igitur conceptio Christi fuit mirabilis, ideo fuit inuestigabilis. Hæc ille. Eandem Christi conceptionem fuisse & esse mirabilem, pariter ostendit Petrus Rauennatensis in quodam sermone sic dicens: Hodie est ineffabile sacramentum conceptionis dominicæ, credere magis conuenit, quàm referre. Nam quod natura non habet, vsus nescit, ignorat ratio, mens non capit humana, cælum pauet, terra stupet, creatura miratur, qualiter humanus sermo enarrabit? Quis enim attinget arcanum diuinitatis, partum virginis, causam rerum, seculorum negotium, diuinitatis & carnis cõmercium, ac hominem

Deum

BIU Cujas

Deum?Hieron.etiam in ſermone ad Euſtochium,ait: Fuit igitur mirabilis:quia fuit ſupra naturam,ex eo q̃ manẽs virgo concepit.Fuit ſupra rationẽ,ex eo quòd Deum genuit:contra humanam conditionẽ,ex eo q̃ ſine dolore peperit:cõtra cõſuetudinem, ex eo quòd ſine peccatode ſpiritu ſancto concepit.Hęc ille.Quę omnia ſatis demonſtrant differentiam conceptionis
30 Chriſti à cõceptione Salomonis,†Imò &beatiſſimæ Virginis.habuit enim dominus excellentiſſimũ modum & ſingularẽ cõceptionis,procul differens à cõceptione Virginis ſuæ matris. Primò fuit conceptus ſine virili ſemine de puriſſimis ſanguinibus Virginis virtute ſpiritus ſancti. Virgo autem concepta fuit ex vtroq; parente,& ſeminum commixtione.Secundò, Chriſtus ab inſtanti ſuę conceptionis habuit corpus perfectè organiſatũ,animã infuſam:fuit plenus ſcientiis,& virtutibus,ſecundum Lyram, Hieremiæ xxxj. hoc autẽ non fuit in conceptione Virginis.Tertiò, q̃ Chriſtus non fuerit in peccato originali conceptus, fuit & cõueniens iure naturæ & neceſſariò, cùm nullus princeps ſuis ſit legib' ſubiectus.l.princeps.ff. de legib.Beata autem virgo fuit concepta ſine peccatò, non ex natura nec ex debito,ſed ex gratia & ſui filij ac ſpõſi priuilegio,qui eidem ſicut Imperator Auguſtæ eadem priuilegia tribuit,quę ipſe oſtendit, vt dicta l. princeps.cũ ſequẽ. Vnde Hieron.in prefato ſermone: In Maria totius gratiæ,quæ eſt in Chriſto plenitudo venit,quanquam aliter:aliter dixit,quia quod Chriſtus habuit ex natura,hoc beata virgo recepit ex gratia.Quartò,Chriſtus in ſua conceptione nõ indiguit redemptione paſſiua,ſeu aliquo præſeruante,nec habuit naturam pronã ad recipiendum maculã peccati originalis,& ſic nec radicaliter, nec formaliter habuit nec habere potuit peccatum originale, quia ex ſemine virili nõ cõceptus,ſicut cæteri quos ſolos vinctos tenet lex peccati.Beata autem virgo niſi præſeruata fuiſſet,peccatũ originale contraxiſſet;quia radicaliter habebat vnde cõtraheret, ſecundum Scotum in iij.diſtinct.iij.Quintò,beata virgo fuit per gratiam Dei liberata à rebellione quã habuiſſet caro aduerſus ſpiritum:hoc autẽ nõ habuit Chriſtus,qui nullã habere poterat in carne rebellionẽ. Sextò,anima Chriſti ab inſtanti cõceptionis fuit impeccabilis,&beata, vt habetur in iij.Sentẽtiarum,diſt.xij.Non ſic autem fuit anima beatiſſimæ virginis, in qua fuit potentia ad peccandũ,vt dicit beatus Bonauen.in iij.diſtin.iij. Vnde reſtat Chriſtum & Salomonẽ in decimo mẽſe natos fuiſſe.Vltra verò decem menſes mulier conceptum non portat in ventre, vt d.l.in teſtamento. §.ſi. ff.de ſuis & legiti.hæred.Saltẽ vltra duos dies in menſem vndecimum,vt in authen.de reſti.& ea quę parit in vndecimo menſe.§.vnum ſiquidem.vbi bona glo. colla.iiij.In quo vndecimo menſe redit ſol ſuper partum qui vitalem calorẽ &ſpiritum epati,& cordi refouet.Hoc idem etiã tenet Philoſophus,libro de animalibus:vnum,inquit,pariendi tempus ſtatutum eſt omnibus animalibus:homo autẽ & ſeptimo,&octauo ac nono parere poteſt,& quod plurimũ decimo, nonnullę etiã vndecimũ tãgunt.Ex quibus omnibus iudicare poteritis,an ſit partus ipſius mariti vel non.

☞ [vt plenè habetur infrà ſuper verbo, *Qui filium ex eo ſuſcipiens.*] Idem dicit Petrus Iacobi.in ſuis libellis titul.de condict.ex lege omnimodo pro legitima portione delata filio ſub rubricella de generatiõe.Cuius & ſuorũ aſtrologorum dicta aliqua patẽter vera non eſſe demonſtrat.Ioannes Picus Mirandula lib.iij.ſuarum diſputationum aduerſus aſtrologiã. xviij.capit. in hæc verba: Falluntur,inquit, aſtrologi,ſi credunt ideo natos octauo menſe nõ viuere,quia ſingulis vteri gerẽdi mẽſibus Saturnus dominetur planeta frigidus & ſiccus,hoc eſt qualitatibus vitæ cõtrariis. Primum enim & ille per manus traditæ planetarũ dominandi vices rationem non habẽt,vt alibi ſuo loco
31 dicetur.†Et q̃ octimeſtris partus non viuat omnino rationẽ aliam habet,cuius medio Hippocrati potius accedo, qui tractatu quẽ ſcribit de octimeſtri partu, cauſam cur plerunque nõ viuat hanc eſſe ait,quòd eo mẽſe difficilis ſit vteri geſtatio:tunc enim grauius ſe habere prægnãtes & in matrice neſcio quæ pati grauia & incõmoda:& ſi pariant duplici labore oppreſſas,& partus,& ægritudinis infirmiſſimas fieri. Vnde neceſſariò ipſe quoque fœtus imbecillior factus rarò diu viuat.Atteſtatur huic ſentẽtiæ,q̃ ſi quæ inueniũtur vegetiores validioréſque fœminæ, ſolent octauo etiam mẽſe parere victuros, quales in Hiſpania inueniri ſcribit Auicenna:& Ariſtoteles in Aegyptо. hæc ille.Videtis eundem libro eodem.xxv.capit.vbi probatiuè cõcludit aſtra in his inferioribus nihil agere, niſi per modum cauſæ vniuerſalis,ſed nõ in particulari:imò diuerſitatẽ contingere dicit nõ à cœlo, ſed à cauſis inferioribus,tum à proximis cauſis, tũ diſpoſitione materiæ:agẽte Deo:quod eſt ſuum ſemper in omnibus.Et huic ſententiæ,q̃ partus octimeſtris viuere poſſit,aſſentire videtur Philoſophus in libro de animalibus.Vbi infeſtantur,inquit, mulieres menſe quarto,maximè octauo,& ſi in his fœt' perierit, ipſe quoque magna ex parte interemit.Hęc ibi.Similiter ex prẽmiſſis reſultat,quando partus in vtero exiſtens
32 dicatur animal vel non.† Attamẽ qui mulierem percutit,aut ei pocula cauſa abortionis præbet,&ſequitur abortus,talis punitur, ac ſi iã natũ interfeciſſet: habita tamẽ diſtinctione.l.ſi mulierẽ.ff.ad legẽ Cornel. de ſica.& d.l.ſi quis aliquid. §.q̃ abortionis.ff.de pœ.& capi.ſi aliquis.de homici.notat Bald.in dicta l. quod dicitur.& Bar.in l.ſacrilegij.ff.ad legem Iuliam peculatus.&bonus tex.in can.quod verò.cum ſequẽ.
33 xxxij.quęſtio.ij.†Prætereà poſthumo ſicut iam nato poteſt libertas relinqui, vt dicta l.cũ inter veteres.ita q̃ libertatis fauore ſi vni poſthumo relinquatur libertas,omnes qui poſtea naſcẽtur ex illo vẽtre erunt liberi:vt ibi.Necnõ die legati vel fideicommiſſi cedente in perſonã patris iuxta l. quæ legata. ff.de regulis iuris.tale legatum nedũ trãſmittitur ad ſuos hęredes iam natos, ſed etiã ad poſthumos in vtero vxoris exiſtentes.l.ſi in perſona. C.de fideicõmiſ.Pariter moriente filio indebitè vel iniuſtè exhæredato, querelã etiam nõ præparatam cõtra teſtamentũ patris tranſmittit,nedum ad ſuos iam natos,verùm etiã ad poſthumos.l.ſi quis filium. C.de inofficio.teſtamẽt.Similiter hæreditas ſuorum parentum non agnita ad eos ſicut ad iam natos tranſmittitur,ſecundũ Bartolum in l.j.C.de his qui ante apertas tabulas. Et ſi inſtitutis à matre prẽgnante,duobus filiis iam natis,poſthumus poſt teſtamentum factum natus cẽſetur cum duobus iam natis æqualiter inſtitutus, ita q̃ ſuccedet matri in tertia parte:nec rumpet teſtamentum,ſi mater teſtamenti mutandi non habet facultatem,quia morte præventa.caſus eſt ſingularis in l.iij.C.de inoffi. teſt. &taliter,quòd ille poſthumus ſic pro tertia parte ſuccedens,cùm habeatur pro hærede inſtituto,quamuis in teſtamẽto non fuerit nominatus, ad ſuam virilem partem conſequẽdam actionem habebit hæredibus nominatis competentẽ,ſi experiri voluerit petitorio: necnon ſi poſſeſſorio habet beneficium.l.finali.C.de

edicto

edicto diui Adriani tollendo,secundum Gulielmum de Cuneo singulariter in dicta l.iij. C. de inofficioso testamento. quod dictum reputat Angelus mirabile in l.si quis ita hæres.ff.de hæredi. instituen.& l.ante-
34 quam.C.cõmunia de successio.†Et licet posthumus non sit in potestate patris,donec nascatur, vt dicta l. finali.ff.de collatio. bonorum. tamen potest ei pater substituere pupillariter.l.finali.C.de institu.& substitutionibus. quia substitutio pupillaris dicitur testamentum,& prouisio filij.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inofficioso testament.Ideo cùm agatur de sua prouisione & fauore,habetur pro iam nato,vt ei pupillariter substituatur secundum Salicetum in l. si testamẽto.C.de impuber.&aliis substitutionibus. & similiter vt ei à patre tutor detur. Quinimo si pater simpliciter tutorem filiis suis dederit,nedum videtur prouidisse filiis iam natis, sed etiã posthumis, cùm in hoc casu agatur de ipsorum commodo. Insti.
35 qui dari tuto.testamẽ.possunt.† Quod secus esset in legato: Nam pater legando filiabus, non videtur legasse nisi iam natis: quia legatum relinquitur,vt plurimùm propter benemerita legatarij: posthuma autẽ nõ potuit mereri,ideo non cõprehenditur in legato. Præterea legatum relinquitur propter affectionem quam habet testator erga legatarium.quam affectionem saltẽ tantam non potest pater habere ad filiam nascituram,sicut ad iã natas:ideo non venit tunc appellatione filiarum.Meritò ergo facta fuit in fideicõmisso hic mẽtio de sobole,quę aliâs nõ venit,nisi exprimatur, vel nisi coniecturis appareret testatorem de posthumis sensisse. Et ita intelligitur.l.qui filiab⁹. §.j.ff.de lega.j. facit l.nomẽ filiarum.ff.de verborum signifi. cõiectura autem legitima per quam in dubio testator legando filiabus prę sumitur sensisse de posthuma,est veluti si in aliqua parte testamenti mentionem fecit de posthuma. Nam posteà legãdo filiabus videtur etiam sentire de posthuma.Idem si pater amplum habebat patrimoniũ,ita ꝙ ex patrimonij quã-
36 titate habito respectu ad numerũ liberorum testator tantum reliquisset posthumæ. argument. l.si filiæ.ff. de lega.iij.idem si testator dixisset: filiabus lego,cùm vnam solam filiam natã haberet:quia tunc dictio numeri pluralis non verificaretur,nisi de posthuma sensisset,argument.l.fin.ff.ad Trebellian.Idem si sciebat vxorẽ prægnantẽ.l.si cùm vel in vtero.C.de militari testamẽto,secundum Bartolũ in dicta l. qui filiabus. & idem esset secundum Paulũ ibi, si testator filiabus suis legasset id , ad quod de necessitate tenetur:puta, quia cuilibet filiarum dotem legauit, ad quam tenebatur ex forma statuti. Quo casu in tali legato appellatione filiarum posthuma cõprehenderetur:quia cũ tũc in omnibus filiabus sit par necessitas in tali legato posthuma continetur, ad cuius dotationem de necessitate tenebatur pater:sicut videmus in datione tutorũ, quæ fit ratione filiationis,quæ par est in omnibus,vt videtur etiã sentire Bar. in dicta l.qui filiabus. si bene ponderetur,dum dicit, ꝙ licet legatũ filiabus factum,non cõprehendat posthumã: tamẽ institutio facta de filiabus,bene cõprehendit filias posthumas, cùm testator de necessitate teneatur ad eas instituendas,sicut iã natas.l.placet.cum ibi notatis.ff.de liber. &posthu.vbi vt institutio valeat,ad quam testator de necessitate tenebatur,appellatione posthumi cõprehenduntur omnes posthumi nascituri,licet in alia dispositione non comprehenderentur:secus in legatis: quia relinquere legata nõ est de necessitate, sicut instituere hęredes liberos.Idem tenet Raphael in dicta l.qui filiab⁹.per l.Neratius.ff.de testa.manumiss.† In exhæredatione autem filiarum an comprehendatur posthuma,tenent communiter.Doct.ꝙ nõ, l.Titius. in princi.ff.de libe.& posthu. licet glo.ibi teneat contrarium & malè,secundũ eos.videatis Dynum in ca.
37 odia.de regu.iur.lib.vj.†Et quod dictum est de posthuma , id idẽ intelligatis de posthumo , vt scilicet in legato filiis facto non comprehẽdatur, prouiso ꝙ sit verus posthumus , vt est ille qui nascitur post mortẽ testatoris , qui dicitur propriè posthumus. l.iij.§.j.ff. de iniusto rupto testa.& not.glos.in l.Gallus.ff.de liberis &posthu.vbi Barto.in princi.si verò nasceretur post testamentum ante mortem testatoris,qui etiam & aliis pluribus modis dicitur posthumus , vt dicit plenè glo.in rubr.C.de posthumis hæredi.instituen. talis posthumus indistinctè videtur admitti ad legatum filiis relictum secũdum Bar.in l.si cognati. ff.de rebus dubiis.& in l.cùm ita. §.j.ff.de legatis ij.qa qui in vtero sunt pro iam natis habentur,vt dicta l.qui in
38 vtero.ff.de statu hominum.† Quæ omnia vendicant sibi locũ in filiis posthumis nedum primum locum seu gradum tenentibus:sed etiã in nepotibus & aliis vlterioribus,siue succedant ex testa.siue ab intestato: dum tamen posthumus qui succedere intendit,vt legitimus,vel vt cognatus, fuerit conceptus tempore mortis illius,de cuius successione agitur.Si autẽ esset post mortem cõceptus,nũquam admitteretur,etiam de iure prætorio.l.si qais filio exhæredato.in princi. ff.de iniusto rupto testamento. & ratio est,quia talis nunquam fuit mortuo coniunctus,cùm illo viuente non fuerit animal.l.j.§.proximior.ff.vnde cognat. & bonus tex.in l.verum est.ff.de secun.tab. Et hæc vera in successione ab intestato:siue loquamur de iure ciuili,siue de iure prætorio: secus in aliis dispositionibus,in quibus quãuis non sit illo viuo conceptus:tamen comprehẽditur.l.Paulus.la ij.§.paulus.ff.de bo. libe.secundum Bart.in l.item prętor.ff.de suis & legi
39 timis hæredi. † Et hæc dicta per Bartolũ intelligatis vera , scilicet quòd conceptus post mortem illius de cuius hæreditate agitur,ad legitimã venire nõ potest successionẽ ex persona sua, vt dictum est : sed ex persona sui patris virtute transmissionis bene posset venire,vt puta si mortuo auo ante nepotis posthumi cõceptionẽ,successio defuncti deferatur filio,qui demũ cõcepto posthumo moritur: certè talis nepos quãuis post mortem aui conceptus ex persona sui patris venire posset virtute trãsmissionis : quia filius moriẽdo hæreditatem sui patris transmittit,licet non agnitam ad istum nũc cõceptũ,per l.j.C.de his qui ante apertas tabul.Nam hæreditas nõ agnita sicut transmittitur ad suos iam natos,vt ibi,ita etiam ad existentes in vtero,qui quo ad istud commodum pro iam natis habentur,secundũ Doct.in dicta l.si quis filio.& Dy.in sua magna dist.in dicta l.Gallus.& d.l.si quis filiũ. C. de inoff.testa.licet glo.ibi videatur tenere contrariũ,
40 & malè,secundum communem opinionem.†In hac itaque transmissione concludatis secundum Rapha. in dicta l.si quis.quòd non conceptus tempore mortis illius de cuius hæreditate agitur , nũquã admittitur ab intestato ad eius successionem ex propria persona iure ciuili aut prætorio,vt dictũ est. Sed si quæritur de admittendo ipsum,ex persona sui patris vir-
41 tute transmissionis,tunc dicit † ꝙ triplex est transmissio. Quædam est transmissio quæ fit de iure iam quæsito,quæ fit ordinariè ad quoscunq;:& tunc non curatur dicta distinctio,an sint nati vel concepti.l.cũ emancipati.ff.de collatione bonorum. de qua transmissione

miſsione & aliis eam concernentibus plenè habebitis ĩ. in verb. *mortuo itaq; teſtatore*. ij. Quædam eſt tranſmiſsio quæ fit de iure ſingulari & nondum quæſito, vt in deſcendentibus. & hęc eſt duplex. vna eſt quę fit per d. l. j. C. de his qui ante aper. tab. & in hoc *communis opinio* eſt, quòd tranſmittitur etiam in non conceptum propter votum parentum in deſcendentes etiam non conceptos. l. cùm acutiſsimi. C. de fideic. & vocabitur ille poſteà conceptus non ex perſona ſua, ſed ex perſona ſui patris, ex quo ſequitur, quòd ſi nepos tempore mortis aui non conceptus hæreditatem patris vel matris repudiauerit, volens duntaxat habere auitam hæreditatem, hoc facere non poſſet, quia tempore mortis aui non erat conceptus, & nunc ex perſona patris vel matris ſui venire non poteſt, cùm eius hæreditatem repudiauerit, aliâs autem ſi fuiſſet tempore mortis aui conceptus, habere poſſet aui ſucceſsionem, ex edicto ſucceſſorio. l. qui ſe patris. vbi
42 plenè Cy. Bar. Bal. & Sal. C. vnde lib. † Sequitur etiam ex præmiſsis, quòd ſi in caſu d. l. j. de his qui ante aper. tabul. filius eſſet exhæredatus, nepos conceptus poſt mortem aui, venire non poſſet ad auitam ſucceſsionem ex perſona ſua, quia nondum conceptus tempore mortis aui, vt dixi: nec venire poterit ex perſona ſui patris, cum iuſtè fuerit exhęredatus. Secunda tran
45 ſmiſsio de iure ſingulari eſt, quæ fit per d. l. ſi quis filium. C. de inof. teſt. vbi hodie dicitur ſingulariter deciſum: quia ſicut filius à patre iniuſtè exhæredatus moriens tranſmittit querelam etiam non præparatam, in nepotem natum, vel ſaltem conceptum tempore mortis aui, vt ibi. & d. l. Idem etiam erit ſi talis nepos eo tempore non eſſet conceptus, vt *communiter* concluditur per Doct. in d. l. ſi quis. quæ licet ſit noua & corrigat, ac limitatiuè loquatur in iam concepto, propter quod extendenda non videbatur ad nondum conceptum, ſecundum gl. ibi & malè, tamen
46 l. ſcimus. §. fi. e. tit. generaliter loquitur, quòd querela teſtamenti inofficioſi filio competens ad ſuam poſteritatem tranſmittatur. Et ſic etiam ad non cõceptum debet indiſtinctè intelligi: ita quòd tranſmiſsio ſit de liberis in liberos quandocunque conceptos, vt tenet
43 ibi Cyn. dicens ita de facto obtinuiſſe. † Et præmiſſa intelligatis vera, quòd nepos ex perſona filij eius patris venire poteſt ad querelam, & demum ad aui ſucceſsionem, etiamſi conceptus fuerit poſt mortem aui niſi obſtet ei alterum de quatuor, vel patris exhęredatio propter ingratitudinem, vt ſ. dictum eſt. vel relictum titulo inſtitutionis factum eius patri, ex cuius perſona nunc ipſe nepos venit, quo caſu petere non poteſt ipſe nepos, niſi illud relictum vel ſupplementum, ſi ad legitimam non ſufficeret. Idem & tertiò ſi obſtaret patris repudiatio, vel ſilentium quinquennale. Nam cùm in his quatuor caſibus pater eius, ſi viueret, repelleretur, ita hic nepos ex perſona patris veniens, vt eleganter dicit Bal. in d. l. ſi quis filium. Et idem eſſet, etiam ſi iſte nepos fuiſſet conceptus tempore mortis aui, quia tunc in caſibus prædictis mortuo eius patre ex cuius perſona veniẽs excluderetur, ſed ſi ex ſua propria perſona veniret, admitteretur ad querelam inofficioſi teſtamenti per edictum ſucceſſorium, excepto altero de prędictis caſibus, videlicet ſi eius patri fuiſſet aliquid relictum in teſtamento aui: quo caſu non ageret nepos etiam ex ſui perſona
48 contra teſtamentum, ſed agere poſſet duntaxat ad illud relictum titulo inſtitutionis factum, ſi ad legitimam ſufficeret. ſi autem ageret ad ſupplementum, quia in hoc caſu auus rectè teſtatus eſt filium ſuum in aliquo licet modico, inſtituendo. In aliis autem caſibus factum ſui patris ſibi nocere non debet, quin veniat ad querelam per edictum ſucceſſorium, ſecundũ Dy. in c. non debet. de reg. in. lib. 6. & ante ipſum hoc tenuerat Azo in ſumm. C. de inof. teſt. quos ſequitur
44 Bal. in d. l. ſi quis filium. q. ij. & Sal. ibi in iij. opp. † Si autẽ talis nepos veniret per viam nullitatis, tanquam præteritus, dicens teſtamentum aui nullum, non audiretur, ex eo, quia tempore teſtamẽti pater ſuus ipſum præcedebat, & ſic auus non tenebatur ipſum inſtituere, nec exhæredare: cùm dominium hæreditatis auitinæ non continuaretur in eum obſtaculo ſui patris in medio exiſtẽtis. Vnde cùm non videatur præteritus, venire non poteſt per viam nullitatis, ſed duntaxat per viam querelæ inofficioſi teſtamenti, cum habeatur pro exhæredato: quia omnis præteritio eius quem dominium hęreditatis non continuatur, habetur pro exhæredatione ſecundum Bar. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. quæ omnia ſunt notanda, cùm ſint de apicibus iuris, ſecundum Bal. de quo plenè per Bar. in l. pater filium. ff. de inof. teſt. nam ex his habetis quanta ſit differentia inter nepotes tẽpore aui conceptos, & poſteà conceptos. Pro quo facit quod eleganter decidit Bal. in l. 3. C. de ſuis & leg. hær. vbi dicit, quòd
45 † licet nepos ex primogenito filio excludat patruum in ſucceſsione feudi, vt plenè no. Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure del. Panor. in c. licet. de voto & voti red. & habuiſtis latiſsimè ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens*. j. in xviij. lim. tamen hoc eſt intelligẽdum, ſi tempore mortis aui de cuius ſucceſsione agitur, ille nepos erat natus, aut ſaltem conceptus: ſi autem poſt mortẽ aui eſſet conceptus, ipſe ſuccumberet & patruus præferretur. Et hæc omnia vera in edicto ſucceſſorio legis: ſed an locum habeat in ſucceſſorio edicto conuentionis dubitari poſſet. v. g. E-
46 go † recepi feudum pro me & liberis meis. quod intelligitur ſecundum ordinem gradus, vt. ſ. poſt mortem meam veniat ad filium, & demum ad nepotem. me mortuo filius meus repudiat, vtrum ex ſucceſſorio edicto veniat nepos? & certè ſic, quia filius renunciando præiudicare non poteſt nepoti, cùm ſit proximior. arg. eorum quę no. in c. j. §. vaſallus culpam. ſi de feud. fuer. contr. & ff. de inof. teſt. l. ſi is qui. nam iſtud feudum quãuis refutatum remanet paternum. c. quidam vaſalus. de vaſ. decrepi. æta. Nec obſt. l. vlt. ff. de
47 ſucc. edi. quia correcta eſt. † Nam hodie etiam inter agnatos locum habet edictum ſucceſſorium de gradu in gradum. Inſt. de leg. agn. ſuc. §. placebat. idem dico ad noſtrum propoſitũ, ſi ille nepos tempore mortis aui erat in ſuæ matris vtero iam cõceptus, vel poſt mortem aui fuit conceptus, vocabitur ad feudum renunciatum per edictum ſucceſſorium. Idem erit in aliis deſcendentibus remotioribus poſt mortem primi inueſtiti conceptis: quia ex natura feudi veniunt deſcendentes in futurum, cui naturæ cooperatur pactum & antiqua inueſtitura, vt no. in c. j. §. hoc autem. qui feu. da. poſſ. & idem eſt in emphyteuſi eccleſiaſtica. quando emphyteuta recipit pro ſe & deſcendentibus ſuis. Nã extenditur ad ſuos deſcendentes etiam in futurum concipiendos: in Auth. de non al. aut permut. reb. eccleſ. §. emphyteuſim. ſecundum Bal. in l. ſi in perſonam. C. de fideic. quem ſequitur Paul. in l. e-
48 tiam. ff. ſol. mat. † Ecce ergo qualiter per contractum & diſpoſitionem inter viuos prouideri poteſt, & acquiri nedum filiis natis, ſed etiam poſthumis in vtero exiſtentibus, vel nondum conceptis, de quo plenè & non minus pulchrè per Bal. in l. qui ſe patris. q. vlt. C.

BIU Cujas

vnde lib. & Bar. in l. quod dicitur patrem. ff. de verb. obl. & in l. item prætor. & l. si Titius. ff. de suis & leg. hær. ad hoc facit tex. vbi Bal. & Aluar. in c. j. de duob. frat. & Ioan. Fab. in l. j. C. si seruus ita væneat, vt manumit. & Guido Papæ q. cclxvij. & q. cccccv. & licet Angel. in d. l. quod dicitur. tenuerit contrarium: quia stipulatio & acquisitio debet fieri per auum: sed hoc casu tempore stipulationis acquirens seu stipulans non erat auus: ex quo nepos adhuc non erat conceptus, vt d. l. si Titius. ff. de suis & legitimis hæredibus. & l. j. §. si quis proximior. ff. vnde cognati. & sic cùm videantur cessare verba legis, cessare debet legis dispositio. Attamen Imol. ibi dicit tutius esse tenere primam opinionem Bartol. & Bald. per l. Paulus. §. Paulus. ff. de bonis libertorum. vbi expressè dicitur, quòd quo ad alia quàm quo ad succedendum ipsi auo in hæreditate, non curatur an nepos sit conceptus tempore mortis aui vel non. Cùm etiam hodie quo ad successionem effectualiter non curetur, vt notat. in l. j. C. de his qui ante apertas tabulas. & per Dyn. in sua magna distinct. in l. Gallus. ff. de liberis & posth. & in hac opinio. remanet Alexand. in d. l. quod dicitur. col. xj. ver. item addit hic Angel. ff. de verb. oblig. Inde dicit singulariter Fulg. in l. quoties. C. de fideicommiss. † quòd licet valeat alienatio rei prohibitæ alienari extra familiam, vbi talis alienatio facta fuit de consensu omnium de familia, ita quòd non poterit per eos reuocari, vt d. l. quoties. tamen nati ex istis qui tali alienationi consenserunt, poterunt postea illam reuocare: cùm intelligantur omnes de familia non solum præsentes tempore alienationis, sed etiam nascituri. l. si cognatis. ff. de reb. dub. allegat l. peto. §. fi. ff. de leg. ij. iuncta gl. & fuit de mente Ioan. de Ana. cons. xlvij. incip. illud præsupponitur, quos sequitur Ias. in d. l. quoties. dicens hoc tanquam quotidianum esse digito ligandum. † Et hæc sunt maximè vera, sc. quòd acquiri possit nascituris, quamuis nondum conceptis, vbi tales acquisitiones & stipulationes consuetudine patriæ roborantur. Vnde per hoc dicimus, quòd valent pacta matrimonialia, quòd primogenitus succedat. Tale enim pactum valet inter nobiles, ita quòd illius virtute primogenitus ex illo matrimonio succedet patri, licet tempore pacti passati non esset conceptus, secundum Bal. in l. cùm Archimedoram. C. vt in pos. lega. Facit tex. in c. mulier. & in c. filij. si de feud. fuer. contro. & in c. j. de filiis natis ex matrim. ad morg. contract. hoc idem sequitur Iac. Aluar. in d. c. mulier. & Bar. in fin. & Bald. in ij. opp. ac Sal. ver. quæro j. in l. pactum. C. de collat. de quo planè vidistis in verbo, *Duas habens filias*. in materia pacti de succedendo: quò vos remitto. Ex quo sequitur quòd tam iure successionis ex dispositione legis, qualis dicitur successio ab intestato, vel ex testamen. quàm per pactum: necnon vi consuetudinis, prouideri potest filiis nedum natis in matris vtero existentibus: sed etiam nondum conceptis, intelligendo vt dictum est. Ad quod facit tex. no. in l. seruos. ff. de alim. & cibariis legatis. vbi dicitur, † quòd templo quod nondum est, sed esse speratur, relinqui potest. Præterea videmus, quòd priuilegium concedi potest ecclesiæ quæ nondum est: Non vt statim sit beneficium, sed vt incipiat vires habere, cùm incipiet esse capitulum. † Ideo ecclesia construenda institui potest hæres, sicut posthumus alienus. l. Gallus. §. ille casus. ff. de liberis & posthumis. secundum Bar. in d. l. seruos. Pro quo facit elegans dictum Bald. in l. j. ff. eod. vbi per illum tex. in verbo, fieri, dicit, quòd si testator in testamento mandat fieri monasterium de omnibus bonis suis, talia verba operantur hæredis institutionem. Et sic monasterium quod nondum est, hęres instituti potest. allegat Bart. in l. Centurio. ff. de vulgari & pup. Nec obstat c. abbate sanè. de re iud. lib. vj. quia loquitur in donatione, quæ fieri non potest monasterio, quia donatio est contractus qui requirit personam veram, vel fictam, cum qua contrahatur. Vnde si fieret donatio alicui, qui promitteret postea restituere templo, cùm ædificatum erit, nihil repugnaret. Legatum verò vel aliud relictum personam non requirit, cum qua quis loquatur, secundum Bar. in d. l. seruos. & Panor. in c. iij. s. eo. vbi Barbatias plura dat exempla. Videatis eundem Pan. in c. ad audientiam. de eccles. ædific. & Dominic. in d. c. abbate sanè. † Et hæc vera, quòd valet relictum ecclesię nondum constructæ factum, si fuerit ei expressè relictum. Si autem testator non reliquisset expressè aliquid ecclesiæ construendæ, sed reliquisset simpliciter ecclesiis ciuitatis, tunc in tali legato appellatione ecclesiarum ciuitatis non venit ecclesia nondum tempore testamenti constructa: cùm non appareat testatorem sensisse de illa, sicut vidisti s. quòd in legato filiis relicto non comprehenditur posthumus post mortem testatoris natus, secundum Bal. Raph. & Im. in d. l. qui filiabus. ff. de legat. j. alleg. text. in clem. literas. de rescript. Ad quod facit, quod not. glo. & doct. in c. cùm capella. de priuilegiis. vbi deciditur an exemptio concessa ecclesiis loci comprehendat ecclesiam posteà constructam. Cyn. in l. placet. C. de sacrosanct. ecclesiis. per Bartol. in l. damni. §. si is, qui vicinas. vers. Iacob. de Arena. ff. de damno infecto. per Ioannem Andr. in cap. qui sentit. de regulis iuris. libro sexto. in Mercurial. Et in addit. Spec. titul. de cens. §. nunc dicendum. Et hoc verum, quòd in legato ecclesiis facto non comprehenditur ecclesia post mortem testatoris constructa: imò nec etiam constructa post testamẽtum factum, licet ante mortem testatoris, eo quia testator tempore testamenti cogitare non potuit, quot ecclesiæ in futurum constitui possent in ciuitate. ideo relictum non extenditur nisi ad ecclesias constructas tempore testamenti, arg. l. si ita quis. ff. de auro & arg. leg. iuncta doctrina Bar. ibi. faciunt no. per eundem Bart. in l. fin. C. quæ res pign. oblig. possunt. & per Cyn. in l. non modus. C. de seruit. & aqua. secundum Alexan. in d. l. qui filiabus. circa principium. ff. de leg. j. † Et per hoc dicebam hoc anno de quęstione facti interrogatus. Quidam rusticus reliquit anno quolibet presbyteris loci suæ originis cuilibet certum quid: & prandium pro anniuersario. Ex post augmentatus fuit numerus presbyterorum: certè nihil debetur presbyteris vltra numerum tempore testamenti existentem augmentatis, vt in propriis terminis decidit Bal. in d. l. non modus. & Im. in d. cle. literas. de rescr. vbi allegant iura & rationes. † Similiter si aliquis furnerius promisit coquere panem Titio & eius familiæ sub certa annua pẽsione: posteà augmentata familia non tenebitur panem coquere pro eadem mercede, vt post longam disputationem decidit Barthol. Brixiensis in quadam dominicali quæstione incipien. Quidam paterfamiliâs. quia cùm agatur de magno præiudicio, non potuit prouideri in futurum. de quo per Ioan. Andr. in c. quanto. de cens. & Iac. Butr. in l. fin. C. de sacrosanctis eccles. Im. in d. clemen. literas. Et post latam disputationem ita decidit Barth. Cæp. in tract. de seruit. vrb. prædiorum. cap. 50. titul. de furno. & Ias. in l. fin. C. de verborum

sign

BIU Cujas

sign. col. ij. Pariter decidit Bald. in d. l. non modus, in
56 fi. C. de seru. † de nobili qui promisit cuidam commu
nitati pontem reficere, an teneatur si posteà crescen-
te aqua fuerit etiam pons augmentatus, furnire pro
illo augmento. Concludamus ergo in puncto nostro,
quòd quoties de commodo & vtilitate eius quęritur
qui in vtero est, semper habetur pro iam nato. Ideo
dicunt Doct. in iiij. senten. dist. iiij. q. j. quòd sicut iam
natus si ante baptismum pro fide Christi occidatur,
censetur baptismo sanguinis baptizatus, & martyr
effectus: Sic etiam erit de existente in vtero matris, 58
vbi mater prægnans pro fide vel aliâs pro iustitia oc-
cideretur, baptizatus esset baptismo sanguinis, licet
vt suprà dixi, baptizari non posset baptismo fluminis
57 priùs quàm nascatur. † Plus videmus, quòd soboles
in vtero existens etiam commodum porrigit in ma-
trem suam, in cuius vtero nutritur, quia videmus stan
te muliere prægnante cogi non debet venire ad iu-
dicem personaliter, quantumcunque actus sit perso-
nalis. l. ij. §. si non propter valetudinem, ff. si quis cau.
Licet enim mulier prægnans impedita videatur sua 60
culpa, quia permisit se imprægnari, tamen vitio par-
citur naturali, quamuis prægnans esset ex vno scho-
lari, ac si ex marito grauida esset, secundum Gul. de
Cun. Prætereà illa culpa mulieris non fuit commissa
ad iudicium impediendum, sed ad fines libidinis. l.
verum, ff. de fur. secundum Bar. in d. l. ij. Mulier insu-
per prægnans vel lactans, à carnis debito excusatur,
si à marito exigeretur. Quia tempore lactationis du-
rante mulier abundat lacte, & nisi ipsum mulgeret
per medium pueri, oporteret eam infirmari: ideo il-
lo tempore prohibetur vir commisceri naturaliter
cum ea: imò ex tali coitu procreantur morbosi, & in-
terdum leprosi. Pariter stante in vtero sobole immi-
net periculum de suffocatione. Facit text. not. in c. ad
eius verò concubitum, v. dist. vbi gl. dicit, quòd idem
est durante tempore menstrui, quo vir etiam vxore
cogente non tenetur debitum carnis reddere: nec e-
contrà vxor marito. Sed exponet ei causam quare. l.
quod dicimus, ff. de sol. quod verum intelligatis, nisi
timeretur de fornicatione, xlij. dist. c. duo mala. valde
enim absurdum est, quòd homines rationales hæc
tempora non seruant, s. imprægnationis & puerperij
super omnia: quia mulieres ex hoc quandoque non
pariunt amplius: quia semen viri cum sanguine mor-
tificatur, si infra decem dies conueniunt, secundum
Aug. Quod beluæ non facerent irrationales. Nam re
fert Arist. lib. ij. de Anima lib. quòd fœmina elephan-
tis impręgnata à masculo omnino non tangitur, imò
post partum quiescit per triennium, Subiungens ibi,
quòd nullum animal post conceptum fœtum admit
tit coitum, præter mulierem & equam: tales enim
monet Hieronymus contra Iouinianum sic dicens:
Sunt, inquit, qui dicunt se causa reipublicæ & gene-
ris humani vxoribus coniungi & filios procreare: imi
tentur saltem pecudes. Et postquam venter vxoris
intumuerit, non perdant filios, nec amatores se vxo-
ribus præbeant, sed maritos. facit tex. in c. origo. 32.
q. 4. Similiter non tenetur mulier prægnans ieiunare,
sicut dicimus de adolescente minore xxij. annis: qui
propter naturæ debilitatem cibo indiget frequen-
tiori. Tum etiam, quia cibus conuertitur in augmen-
tum seu dilatationem membrorum: ob quod iuue-
nis non est potens ad ieiunandum, sicut maior, secun
dum beatum Thom. in ij. ij. q. xlvij. art. iiij. quem re-
fert & sequitur Panor. super rub. de obser. ieiun. Sic
ergo erit in muliere prægnante, quæ cibo indiget du-
plicato, sc. pro se & partu nutriendo: ideo ieiunare
non tenetur, præsertim inuito marito. xxxiij. q. v. c.
manifestum. vbi gl. dicit vxorem vouere non posse si
ne licentia mariti dormire cum camisia, vel singulis
noctibus ire auditum matutinas. De quo habetur
Nume. xxx. quia esse non posset sine scandalo, quòd
marito prandente vxor ieiunaret, aut volente ire cu-
bitum, ipsa accederet ad matutinas: vel ipso volente
eam amplecti ipsam reperiret cũ camisia. Hoc idem
sequitur Panor. in c. illud, de præsum. Ideo dicit text.
sing. in c. quęcunque, xxx. dist. † quòd mulier incidens
sibi comam seu capillos, etiam causa deuotionis inui
to seu non consentiente marito, est excommunicata
ipso facto, maximè vbi ad causam capillorum redde-
batur formosior: & sic magis placida marito: cui vt
placeat tenetur se ornare, vt plenè videbitis in verb.
cuidam Petro tradiderunt. ĩ. e. † Vlteriùs dico, quòd so 59
bole in matris vtero existente, ipsa mater sobolis in-
tuitu in possessionem bonorum mariti defuncti mit-
tetur, vt ei alimenta tribuantur. l. j. & per tot. tit. ff. de
vent. in pos. mit. † Et quandiu mater sobolem gesta- 60
bit in vtero, quantumcunque ipsa fuerit de crimine
capitali damnata, nunquam fiet exequutio in mor-
tem, aut membri mutilationem, donec partum edide
rit. l. Imperator, la ij. ff. de statu hom. & l. prægnantis,
ff. de pœn. sed differtur exequutio, donec partum edi
derit. Quod est verum, etiam si ex coitu adulterino,
& nephario, vel in carcere concepisset, prout plures
mulieres imprægnari se faciunt in carcere ad fugien-
dum seu differendum pœnam mortis. Et quamuis e-
tiam non sit conceptus adhuc viuificatus, vt quia em-
brioni nondum est anima à Deo infusa, licet nõdum
sit animal, sed vnius diei conceptus: tamen quia lex
indistinctè exequutionem mulieris prægnantis dif-
fert, mulier decem vnius aut plurium dierum præ-
gnans occidi non debet, secundum Bal. in d. l. Impera
tor. Facit d. l. prægnantis, vbi dicit Bart. quòd idem
esset post partum, si non reperiretur alia mulier, quæ
puerum lactaret. Quo casu seruari debet mater ad
puerum nutriendum, donec reperiatur nutrix. Cum
eadem sit ratio in partu edito conseruando, quæ erat
in ipso adhuc existente in vtero: argu. l. sed si is, §. an
autem, ff. de carb. edi. secundum Old. dicentem ita de
facto fuisse seruatum Paduæ. Et intelligatis, si alia nu
trix reperiri non posset propter defectum personæ.
Si autem non reperiretur propter defectum pecunię:
fortè quia nullus vult, aut nemo habet vnde soluat
nutrici salarium: nec reperitur nutrix, quæ gratis nu-
trire velit partum, tunc non differretur executio: sed
debet nutrici solui salarium de publico: arg. l. j. C. qui
pro pręm. lib. ac. & ff. ad Sill. l. lege Cornelia. Et quod
dictum est propter partũ differri mortis exequutio-
nem, idem intelligatis de exequutione torturæ, quæ
etiam differtur donec pepererit fauore partus in vte-
ro existentis. Et etiam differtur post partum per 30.
dies, quib. genitrix iacere debet. Post quem cùm per
aliquot dies sit debilis, fortè moreretur, & iudex velut
modum excedens puniretur. Ideo melius est, ꝙ differ-
atur, donec sit fortis. Nam si de facto torqueretur, li-
cet partus non periclitaretur, tamen confessio inde
consequuta non valeret, postquam tortura fuit iniu-
sta, secundum Bal. in d. l. Imperator. vbi dicit quòd si
cut torqueri nõ debet, sic nec verberari, vel aliâs ma-
lè tractari, aut quouismodo opprimi: adeo quòd non
posset cogi pro testimonio ferendo ire ad iudicem, si
61 periculum immineret ratione itineris. † Vnde sicut
iudex eam pro crimine occidere non potest, sic nec

BIU Cujas

alius authoritate ſtatuti permittentis bannitam impunè occidi: quia dilationem habet à lege, donec pariat. pater autem bene poſſet eam in adulterio deprehenſam occidere cum partu. Et rationem differentiæ videatis ibi per eum. Per ſupradicta exempla habetis, qualiter ille qui eſt in vtero, prodeſt alteri, ſc. matri. & ratio eſt, quia ſi matri non prodeſſet, ipſe partus damnificaretur, adeo quòd fortè periret. Et ſic cum agatur de ſobolis commodo, expectari debet eius natiuitas. Quoties enim intereſt ſobolis, quòd non habeatur pro iam nata, tunc habetur prout in vtero exiſtens, vt. ſ. proſit ſibi & conſequenter matri: quia ſi matri non prodeſſet, ſoboles ipſa damnificaretur, vt in exemplis prędictis. ſic quando eius intereſt, quòd habeatur pro nata, perinde iudicabitur, ac ſi nata eſſet.

62 †Sed vbi non ſua intereſt principaliter, nec in conſequentiam, quòd pro nata habeatur, ſemper habebitur pro tali, qualis eſt, ſ. in vtero exiſtens: & ſic vbi ſimpliciter agitur de commodo alterius, quamuis ſui parentis, in vtero exiſtens non habetur pro iam nato. l. excuſantur, §. qui autem, ff. de excuſ. tu. vbi dicitur, ꝙ liberi in vtero exiſtentes non proſunt patri ad tutelæ excuſationem, nec quo ad dignitatem, vt ibi dicit gl. ideo Gul. de Cun. Bart. & Bal. in d. l. qui in vtero, ff. de ſta. ho. dicunt, quòd ſi ſtatuto cauetur, vt eſt Florent. quòd capiens lupum, habeat x. pro quolibet lupo: & quis ceperit vnam lupam prægnantem duobus lupatinis, talis capiens vnica x. tantùm habere debet: nec lupatini habebuntur pro natis ad cõmodum alterius, ſ. capientis. Prętereà licet in vno corpore ſint plures animę, tamen labor vnius ſolius fuit in capiendo: & ſic vnicum tantùm præmium debetur. l. Seio, in prin. ff. de an. leg. Quinimò plus dicit Bal. quòd ſi ceperit lupam cum lupatinis iam natis, vnicum tantùm debetur præmium. arg. l. ſed addes, §. ſi quis mulierem, ff. loc.

63 †quia quĩ lacte nutritur, adhuc in ventre eſſe videtur. Prędicta enim faciunt ad quæſtionem. quidã Caturc. teſtamentum fecit dicens: ſi Titius abſque filiis ex ſe natis deceſſerit, inſtituo eccleſiam S. Andreæ hæredẽ: modò Titius deceſsit vxore pręgnante, quę poſteà peperit: certè non habebitur tunc poſthumus pro iam nato tẽpore quo pater eius deceſsit, quia in hoc caſu non agitur de cõmodo ventris, cui nihil fuit relictum, cùm verba ſint negatiua. l. ex facto, ff. de hær. inſt. ideo cùm non agatur de cõmodo partus, inſpici debet virtus & veritas verborum. Or eſt clarum, quia verè natus non erat tempore mortis Titij ſui patris, ergo ad hæreditatem admittetur eccleſia S. Andreæ ſecũdum Bal. in d. l. qui in vtero, quem ſequuntur Io.

64 de Pla. & Ang. in §. cùm autem, Inſt. de tute. †Vt tamen finis aliquam vobis relinquat admiratiõẽ, ſtupendum adduco cõtra prædicta conſilium Pe. de An. conſ. 355. inc. viſis diligẽter puncto & contentis in eo. in quo decidit caſum in quo is qui eſt in vtero, habetur pro iam nato etiam ad vtilitatẽ penitus extranei. v. g. Teſtator quo caſu maſculus non naſceretur, ſubſtituit Titium: certè iſta conditio ſecundum eum tanquam partus naſcatur, haberi poteſt pro impleta, ſi ex vehemẽti coniectura fœtus fœmineus ſit in vtero, & poſteà hoc apparet ex partu: ita quòd Titius ſubſtitutus hæreditatem tranſmittet, etiam ſi eam adierit ante partum: & ſic partu in vtero adhuc exiſtente ſubſtitutus adire poterit hæreditatem, ac ſi natus eſſet. Et demum moriendo antequam partus naſcatur, talem hæreditatem velut aditam tranſmittit ad quoſcunque: quia prędcedens opin. veroſimilis iuncta veritati poſteà defectæ, facit illam opin. haberi pro certitudine. Id idem conſuluit Pe. de Anc. conſ. 393. quem ſequitur Fel. in c. firmiter, col. j. C. de ſum. Trin. & c. prætereà, de teſtib. & idem in ſimili conſuluit Oldr. conſ. 139. inc. Ad habendum aliqualem notitiam, vbi in v. q. decidit, quòd ſi duo adinuicem conuenerint, vt illorum qui ſuperuixerit bona præmorientis ſine liberis habeat titulo donationis: quę quidem conuentio valet ſecundum eum, & Sal. in l. fi. C. de pac. licet talis donatio propter clauſ. ſi ſine liberis, ſit conditionalis, ita quòd ſortiri non poteſt effectum, niſi in defectu liberorum, tempore obitus præmorientis non exiſtentium: tamen ad purificationem talis conditionis, neceſſe non eſt expectare punctum mortis: imò cenſetur conditio exiſtere, quamprimum alter ipſorum ſine liberis ad eum ſtatum peruenerit, quòd veri ſimiliter incipiat certum eſſe ipſum ſine liberis moriturum: nec expectabitur tempus poſt mortem, imò ilico quòd certum erit, aut veriſimile illum ſine liberis moriturum, exiſtentia cõditionis anticipat actum moriendi, vt ex illo tẽpore dicatur perfecta donatio. & ſola illius executio protrahatur vſque in punctum poſt mortem. Habet enim talis donatio hoc, ſ. liberos non exiſtere, pro conditione quę eo ſolo verificatur, quòd veriſimile eſt ipſum liberos habere nõ poſſe: & mortẽ habet pro die executionis, vt doneç poſt mortem bonorum donatorum exactio differatur. Vehemens enim opin. iuncta ſequuta veritati idem operatur quod certitudo, ſecundũ gl. in l. ſi quis extraneus, §. ſciendum, ff. de acq. hær. de qua ibi exclamat Bal. dicens, quòd multa ſunt de quib. haberi non poteſt vera certitudo. tamen opin. vehemens iuncta cum veritate ſequuta, idem operatur quod certitudo, ſecundum Old. in d. §. ſciendum. & ſic in vtero exiſtens habetur pro iam nato in alterius commodum: quę omnia ſufficiant de ſobole in matris vtero exiſtente, de qua loquitur text. noſter, quòd fuit ſubſtituta.

Laus Chriſto Ieſu Domino noſtro.

SVMMÆ.

1 *Verbis teſtatoris inhærendum, ad iudicandum ſi ſubſtitutio eſt directa vel obliqua. 3.*
2 *Verba debent intelligi ſecundum intentionem loquentis.*
4 *Verba quæ dicantur directa.*
5 *Moriatur, eſt verbum directum.*
6 *Adiicio, adiudico, ſunt verba directa. 7.*
8 *Concedo verbum an ſit directum.*
9 *Princeps ſolo titulo ius transfert & poſſeſſionem.*
10 *Accreſcat, eſt verbum directum.*
11 *Inſtituo, eſt verbum directum.*
12 *Lego verbum, an ſit obliquum vel directum.*
13 *Obliqua & directa verba quomodo dignoſcantur.*
14 *Communia verba quomodo dignoſcantur.*
15 *Eo ipſo, dictio facit ſubſtitutionem directam.*
16 *Succedat verbum an ſit obliquum.*
17 *Significandi modum vocabulis dant lex, conſuetudo, & ipſe teſtator.*
18 *Verba non curamus, vbi conſtat de mente.*
19 *Loquendi vſus communis quid operetur, & vnde ſumatur. 20. 21. 22. & 23.*
24 *Vſus communis loquendi qualiter probatur.*
25 *Subſtitutionũ verba vnde iudicentur directa vel obliqua.*
26 *Verba notarij etiam inter idiotas ſunt ſecundum iuris interpretationem interpretanda.*

¶ Et quia ſcriptum eſt, *Diſponat teſtator, & erit lex*, in auth. de nup. §. diſponat, col. 3. ex quib. verbis reſultat teſtatorẽ liberã facultatẽ habere in teſtamẽto ſuis hęredib. ſubſtituẽdi per verba directa, quo caſu ſubſtitu

tio

tio iure valebit directo, aut per verba obliqua: & ſic valebit iure indirecto & obliquo, vel verbis communibus, quę ſui natura trahi poſſunt ad ſubſtitutionem directam vel obliquam, cùm ſecundum naturam verborum ſubſtitutiones directæ iudicentur aut indirectæ: ideo ſubditur in textu,

¶ Eidem impuberi ſuccederent.

EX quo apparet, quòd hęc ſubſtitutio facta Adiectæ teſtatoris filię, fuit per verba communia, quæ pariter poſſunt ſe habere ad ſenſum directum & obliquum, ſicut eſt verbum, ſuccederent, hîc in tex. poſitum, quod ab omnibus verbum commune iudicatur. ſecundum Bart. in l. Centurio. in v. princ. q. ff. de vul. & pup. Et quia, vt dictum eſt, ſubſtitutiones ex verbis quibus concipiuntur, iudicantur directæ vel obliquæ: † Cùm teſtator ſemper voluiſſe præſumatur quod verbis expreſsit: ideo verbis ſuis inhærendum eſt ad iudicandum, qualis fuerit ſubſtitutio directa vel obliqua, quoniam ab eis non receditur, vbi aliâs de mente non conſtat. l. non aliter. ff. de leg. 3. omnis enim ſcientia à cognitione incipit vocabulorum: ideo ſcire oportet quid ſignificent vocabula: hoc eſt quid ſit propriè dictum, vt pulchrè dicit Bal. in l. liberti libertæque. C. de ope. liber. col. ij. Nam voces ſunt notæ earum, quæ ſunt in anima paſſionum, ſecundum Philoſophum in libr. j. Peri erme. & l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. leg. ideo vt dicit Ang. Inter omnia ſigna verba obtinent principatum: quia verba ſunt inſtituta, vt per ea quis in alterius notitiam intentionem ſuam proferat, ſecundum Spe. tit. de aduoc. §. vj. vnde dicit Bal. in c. ſuper literis. de reſcri. & in c. j. de teſti. vbi alleg. Caſsio. volentem nullum eſſe mentis noſtræ maius teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum. & idem Bal. in l. voluntatis. in fin. C. de fideic. dicit, quòd non credimus hominem velle, niſi id quod dicit. & in c. j de conſt. dicit idem Bal. quòd vbi habemus verborum ſonum, alio interprete non egemus: nam dicit idem Bald. in l. ea quæ. circa prin. C. quom. & quand. iud. quòd vox eſt mentis euidentiſsimum argumentum inde dicitur Matth. xij. quòd ex abundantia cordis os loquitur. cor enim datum eſt homini ad ſignificandum Deo: labia autem ad ſignificãdum hominibus, d. l. Labeo. ff. de ſup. leg. Prætereà vox eſt inſtrumentum voluntatis & intellectus rationalis, per quam omnis actus noſter comprobatur: cùm in verbis duo naturaliter conſiſtant, ſc. intellectus & certitudo. l. non figura. ff. de act. & obl. ſecundum Bal. in c. ex tranſmiſſa. de reſtit. ſpol. & in c. Rodulphus. col. 3. de reſcr. dicit, quòd illud quod ſcriptura non dicit, nec nos dicere debemus, cùm ſcriptura ſuos probet limites. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſ. & in c. venerabilem. de elect. col. vij. dicit illud quod non cantat inſtrumentum, nec ego cantabo, more Venetorum, volens ex hoc innuere iudicandum fore ſecundum verba loquentis vel ſcribentis. De quo pulchra poſuit idem Bal. verba in ſuo diuino ſchiſmatis conſilio, hodie in rub. C. ſi quis aliquem teſt. prohib. impreſſo: vbi dicit, quòd lingua eſt intellectus, organum, & tuba, ac eius præco. Subiungẽs ibidem, quòd verbum voce prolatum eſt nuntius intellectus. non ergo immeritò actus noſtri iudicantur ſecũdum verba quæ loquimur vel ſcribimus. Et ſi de ipſorum intellectu & ſignificato dubitetur, ad communem verbi intelligentiam recurritur: ita quòd cogitur vtraque pars verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolent rectè intelligẽtes generare. c. ex literis. j. de ſpon. & alibi dicit tex. optimus in c. humanæ aures. xxij. q. v. humanæ aures talia verba noſtra indicant, qualia foris ſonant. iuxta illud Iob xxxiij. Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat. & tex. melior totius iuris in d. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupp. legat. Nam quorſum nomina ſunt (inquit) niſi vt demonſtrent voluntatem dicentis? & quidem non arbitror quenquam dicere, quod non ſentit, vbi maximè eo nomine vſus ſit, quo id appellari ſolet. Cæterùm nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitauerit. Hæc ille. Vnde dicitur Matth. xxvj. Nam & loquela tua manifeſtum te facit. † Verba enim debent intelligi ſecundũ intentionem loquentis. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & hab. quod eſt verum, etiam in caſu impropriiſsimo, ſecundum Bart. ſing. in l. j. ff. ad leg. Fal. quem ibi ad hoc ponderat Alex. in 4. col. & Iaſ. in l. non ſolùm. col. 4. ff. ſol. matr. videatis quæ dixi de loquela & lapſu linguæ, ſ. in verbo, *Adiectæ impuberi*. loquendo de teſtamento furioſi ſapienter facto. † Ex quibus euidenter nobis demonſtratur, teſtatorem proferendo aut ſcribendo verba directa, facere voluiſſe ſubſtitutionem directam, prout verba ſonant, & ſi obliqua protulerit, etiam indirectam & obliquam facere cogitauerit. Vnde dicit Bald. in l. ſi duas. ff. de excu. tu. quòd ex ordine verborum præſumitur ordo intellectus, vt quod prius eſt in voce, prius eſſe præſumatur in intellectu, iuxta illud Chryſoſt. ſuper Matth. Quale cor vnuſquiſque habet, talia verba loquitur. cui concordat Philoſophus 4. Ethic. Qualiſcunque vnuſquiſque eſt, taliter dicit, & taliter viuit, & operatur: ideo opportunum eſt pro fundamento huius materiæ verba & naturam illorum cognoſcere, vt iudicare poſsimus qualis fuerit facta ſubſtitutio. † Idcirco ſciendum eſt, quòd nos habemus verba directa, ad quorum notitiam habendam ſex dantur regulę, quę demum per exempla declarabuntur. Prima regula eſt, quòd illud eſt ius directum, quod petere non eſt neceſſe: imò abſque petitione competit ipſo iure, ſecundum Azo. in ſum. de fideic. lib. ad fi. Vnde hæres directè inſtitutus, non petit ius hæreditarium, cùm hæres fiat ipſo iure. l. cùm hæredes. ff. de acq. poſ. ſed petit res hæreditarias propter iſtud ius: ſed fideicommiſſarius quantumcunque vniuerſalis neceſſe habet petere ius hæreditarium, quod oportet in eum transferri antequam res petat hæreditarias. Secunda regula eſt, quòd omne verbum quod importat tale ius, ex quo poteſt adiri hæreditas de iure ciuili, aut bonorum poſſeſsio peti de iure prætorio, eſt verbum directum. Nam prætor bonorum poſſeſsionem non defert ſuccedentibus per obliquum, vt patet per tot. tit. de bon. poſ. Tertia regula eſt, quòd omne verbum per quod immediatè vniuerſaliter teſtatori ſucceditur, eſt verbum directum. vt not. in l. eam quam. C. de fideic. Quarta regula eſt, quòd verbum directum ſignificat ſucceſsionem deſcendere ab inſtituto ad ſubſtitutum immediatè, quo inſtitutus moritur, ſecundum gl. in d. l. eam quam. † Ideo verbum moriatur, eſt directum, quia ſignificat ius immediatè quæri per mortem inſtituti. c. ſi pater. e. tit. lib. vj. Quinta regula eſt, quòd omne verbum quod alterius excludit miniſterium in ſubſtitutione appoſitum, eſt verbum directum, iuxta not. theoricam. l. ſi quis ita. ff. de vſufr. Sexta & vltima regula eſt, quòd omne verbum quod includit diſpoſitionem & illius

dispositionis exequutionem, quatenus iuris est, dicitur verbum directum. Modò veniamus ad exempla dictarum reg. Et dico quòd de proprietate sermonis
6 ista sunt verba directa. † Scilicet verbum adiicio: vnde si testator dicat: quandocunque filius meus decesserit, bona mea adiicio tali. istud est verbum sui natura directum denotans per viam transitus in alium recta via. Testator enim dicendo talia verba, vsus est non solum dispositione, sed proprio ministerio & exequutione. ad hoc facit Insti. de eo cui lib. cau. bona
7 adiic. & l. j. de fideic. lib. † Ergo idem si dicat, adiudico: quia hoc verbum significat vltimum effectum dispositionis: & talia verba sunt directa, quę significant & denotant per modum producti in esse finali. ad hoc facit l. sed & si res. ff. de publ. & Inst. de pub. iud. §. fi. De verbo adiudico, videatis Panor. in c. ex parte. col.
8 3. de testi. † de verbo concedo, Panor. in c. cum venerabilis. col. 3. de except. Idem dico de verbo assigno. ff. de assign. lib. §. j. & in c. ij. de offi. ord. lib. vj. de hoc enim verbo ait pulchrè Bal. c. j. in tit. quid sit inuest. in vsib. feud. ꝙ prolatum ab inferiori ipso iure transfert dominium, ac etiam possessionem, si proferatur in conspectu rei, de cuius translatione agitur. l. quòd si neque traditi essent. vbi gl. ff. de peri. & com. rei ven. Si verò tale verbum proferatur à Papa, vel alio principe supremam authoritatem habẽte, veluti si dicat, assignamus tibi tale castrum cum iuris plenitudine: vel ponat alia verba æquipollentia extra cõspectum
9 rei. † In hoc casu ei, cui fit rei assignatio, nulla est necessaria facti possessio: Cum per talem Papæ concessionem & simplicem loquutionem sit ei translata possessio: quia apud Papam est omnis potestatis plenitudo. allegat not. xvj. q. vj. c. volumus. arg. c. capitulum sanctæ Crucis. de rescr. & quod not. Arc. in c. si clericus. de præb. lib. vj. & not. in c. fi. de pec. cle. Assignare enim est verbum effectiuum: nam quicquid principi placet, legis habet vigorem: Inst. de iu. na. §. sed quod principi. Facit C. de legi. l. fi. & l. cũ pater. §. pater pluribus. ff. de leg. ij. & l. fi. §. sed quia nostra maiestas. C. com. de legat. de assignatione principis, quæ est iuris
13 collatiua, habetis melius quàm alibi in l. j. in fin. ff. de aq. quo. & æsti. & l. principaliter. C. de lib. cau. & l. parentes. e. tit. & C. de ing. man. l. ingenuum. & pulchra per Ias. in l. traditionib. C. de pac. vbi plenè post longam disput. decidit, an ex contractu principis dominium transferatur sine traditione corporali. de hoc verbo assigno, videatis Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure
10 dot. in fi. & Bar. in l. si constante. ff. sol. mat. † Idem in verbo accrescat, quod est verbum directum. ff. de acquir. hær. l. qui patri. C. quan. non pet. par. pe. accr. l. j. Et idem dicendum si testator diceret, cedo vel concedo: aut, restituo, secundũ Bal. in l. humanitatis. n. 57. C. de imp. & aliis subst. Idem esset de verbis do, vel distribuo, quia per illa testator assumpsit sibi quatenus est iuris, exequutionem suæ voluntatis seu dispositionis. l. pen. de don. & l. j. ff. de const. prin. Nam verbum dare, vel distribuere plenum & directum ius significat: cum dare aliud non sit, quam rem accipientis facere, Inst. de act. §. sic itaque discretis. † Idem dico de
11 verbo instituo ff. & C. de hære. inst. per tot. vbi patet quòd talis modus significandi huic verbo traditur à iure: & idem esset de verbo, hæres esto: siue per testatorem exprimatur, siue tacitè intelligatur, iuxta l. fi. C. de hęr. inst. & l. j. in fi. & l. quoties. ff. de hæ. inst. Hęc enim dicuntur verba directa ciuilia, quia à lege ciuili antiqua, s. xij. Tabul. inuenta, quæ in aliquibus maiorem habet in substitutionibus prerogatiuam, quàm alia adiecta non ciuilia, secundum Bar. in l. Centurio. ff. de vul. & pup. subst. Cætera verò dicuntur directa non ciuilia. idem est de verbo, dominus esto, vt l. his verbis. ff. de hæred. inst. nam verbum dominij semper intelligitur de directo. l. j. ff. si ager vect. vel emph. pe.
12 † Sed quid de verbo lego, an sit directum, ita quòd substitutio facta per hæc verba, quandocunque filius meus decesserit, lego omnia bona mea Titio, sit directa vel indirecta, seu obliqua. & Bart. in d. l. centurio. tenet quòd non est verbum directum aptum ad institutionem hæredis. l. mulier. §. fi. ff. ad Treb. quem ibi sequitur Im. & hic. & Bal. Ang. & Im. in l. cùm ex filio. § j. ff. de vul. & pup. vbi dicunt, quòd est verbum obliquum. idem tenet Im. in rep. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. & d. l. his verbis. e. tit. referens ibi Sal. ita tenuisse in l. fin. C. fam. erc. idem Ang. & Im. in d. l. mulier. §. fi. vbi de hoc est tex. secundum Ale. in d. l. centurio. licet Bal. in d. l. fi. ff. fam. erc. voluerit tenere, ꝙ sit directum: quando ad omnia refertur bona, per tex. in c. Raynaldus. j. eo. qui non obstat: quia ibi verbum legauit, non fuit prolatum à testatore, sed à Papa, & ponitur ibi impropriè, prout refertur ad patruos hæredes, secundum gl. ibi. & in c. si pater. eod. tit. lib. vj. Vel potestis dicere & melius, quòd ibi verbum legauit, de seipso non importasset institutionem, vel substitutionem directam, si testator aliud non adiecisset, per quod apparebat, quòd volebat illud verbum importare institutionem directam: prout ibi apparet, ex eo quia testator patruos quibus bona legauerat, appellat hęredes. Vnde per sequentia declarantur prędentia, & econtrà. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. secundum Ant. de Bu. ibi in e. c. Raynaldus. Or testator indubitanter dare potest significationem verbis, qualem voluerit, vt statim dicam. Ad l. verbis legis. ff. de ver. sig. plenè respondet Bar. in d. l. centurio. vel aliter vt ipsemet in l. j. ff. de lega. j. nec etiam verbum lego, est commune secundum Bar. vbi s. & clarius tenet ibi Alex. ergo erit obliquum, nisi testator aliud sentiret, vt dictum est. l. quoniam indignum. C. e. vt plenè per
13 Alex. in d. l. j. ff. de leg. j. in prin. † Similiter ad cognoscendum verba indirecta & obliqua, & per consequens substitutionem indirectam dantur quinque regulæ. Prima regula est, quòd omne verbum requirẽs alterius factum ad transferendum ius in alterum, dicitur obliquum. Secunda regula est, quòd omne verbum quod importat tale ius, ex quo hæreditas adiri non potest, nec bonorum possessio peti, est verbum indirectum & obliquum. Tertia regula est, quòd omne verbum per quod immediatè non succeditur testatori, est obliquum. Quarta regula est, ꝙ nullum verbum est ita directum, ꝙ si fuerit in alterius ministerio positum, non efficiatur obliquum. ff. ad Treb. l. ex facto. in prin. Quinta regula est, ꝙ capere de manu alterius in restitutione iuris competit substituto fideicommissario. sed mera restitutio facti quę competit ius habenti per se, conuenit substituto directo. l. inter omnes. ff. qui sat. cog. Modò videamus exẽpla de his verbis indirectis & obliquis: & dico ꝙ quando testator vtitur verbis detur, aut restituatur, substitutio est obliqua & fideicommissaria. Talia enim verba vel similia alterius ministerium includẽtia seu importantia, sunt obliqua, per iam dictas reg. vt plenè per
14 Bar. in d. l. centurio. in v. prin. q. † Postremò ad cognoscendum verba communia duæ à magistris traduntur infallibiles regulæ. Prima est, quòd omne verbũ generale, quod æquè propriè stat sub directa significatione & obliqua adiectum vniuersitati, est com-

mune

mune. sed si adiiciatur specialitati, est obliquum. l. cogi, §. generaliter, ff. ad treb. vbi plenè per Dyn. Secunda regula est, quòd omne verbum, quod quandoque reperitur in significatione directa, & quandoque in significatione obliqua, est commune: quia eius significatio competit pluribus specieb. substitutionum. v. g. si testator vtatur verbo remaneat. l. si cùm ante. C. de don. ante nupt. aut verbo, redeat. l. si duobus, ff. de statuliber. aut verbo, reuertatur. l. j. ff. de don. seu verbo, deuolua tur. l. ij. ff. de alim. & cib. lega. idem in verbo, deueniat, aut verbo, perueniat: nam hæc verba sunt
15 communia. † Nisi apponeretur dictio, eo ipso: vt putà si testator diceret, si filius meus decesserit sine hærede, eo ipso bona perueniant Titio: quia tunc ex ipso adiuncto verbum perueniat, efficitur directum: quia exponitur eo ipso, id est, sine aliquo hęredis obstaculo vel adminiculo. & ita eum exponit Arch. in c. eum qui. de præb. lib. vj. idem de verbo, pertineant, vel reuertantur, quia sunt communia. l. j. & iij. C. de pactis inter empt. & vend. conuen. quod est verum, nisi talia vel similia aut obliqua verba conciperentur ante aditam hæreditatem: putà quia testator dixit: si institutus non erit hęres, volo hęreditatem pertinere Titio, vel ad ipsum reuerti. nam tunc substit. esset directa, se
16 cundum Paul. ibi: licet Cyn. contrà. † Idem de verbo, succedat, hîc in tex. posito, quod est commune, cum quadam tamen distinctione: quòd aut refertur ad res principaliter, & secundariò ad personas disponendo de bonis. putà si dicat testator, quandocunque filius meus decesserit, bona mea succedant Titio: vel profertur impersonaliter, vt quandocunque decesserit, succedat talis: ita quòd nõ dicitur succedat filio meo: tunc est verbum quod ratione adiuncti & cõnexi frequẽter interpretatur obliquum, vt hîc in tex. nostro: vbi ratione illorum verborum, si absque liberis moreretur, verbum succederent, fuit interpretatum obliquum & indirectum, vt ibi videbimus: præsertim in materia cõpendiosæ substitutionis. Si autem verbum succedat, refertur ad personas, vt quia testator dixit: quandocunque filius meus decesserit, Titius succedat filio meo: & sic principaliter disponit respectu personæ: secundariò verò respectu bonorum, tunc est verbum directum. Nam per fideicommissariam substitutionem, non succeditur hæredi instituto, sed testatori. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg & pup. Vnde si alia verba non resistant, hæc substitutio est directa. ita eleganter in loco satis peregrino decidit Bal. iam dictas tradens regulas in l. fi. C. de sa. san. ecc. videatis
17 eundem in rub. C. de imp. & aliis subst. † notabiliter subiungentem in d. l. fi. C. de sa. san. ecc. quòd non solùm lex, sed etiam consuetudo in suo municipio dare potest intellectum, & quendam modum significandi vocabulis, vt scilicet sint directa vel obliqua, vt not. in l. librorum. §. quòd tamen Cassius. ff. de leg. iij. & d. l. quoniam indignum. vbi tex. de hoc no. C. eo. facit l. Labeo. ff. de supp. leg. Sed quia prima facie standum est propriæ verborum significationi: allegans mentem testatoris aliter se habuisse, teneretur illud probare, secundum Bald. in d. consilio schismatis. Et si mens testatoris probaretur alia fuisse, quam verba sonent, tunc potius staretur menti & intentioni ipsius, quàm proprio significato verborum. Circa quod videatis quæ dixi super verbo, *in eodem testamento relinquens.* in v. prin. lim. Nam si testator voluerit, quòd substitutio verbis obliquis concepta trahatur ad directam, erit directa. l. quęrebatur. ff. de test. mil. secundum omnes ibi, vbi Bar. inter cæteros infert, quòd si testator dixerit, volo, quòd hæreditas restituatur per vulgarem aut pupillarem substitutionem Titio: tunc talis substitutio dicetur directa, attento quòd dictas expresit substitutiones quæ sunt directæ. Similiter decidit Bal. in d. l. humanitatis. C. de imp. & al. subst. quòd si testator dicat, quandocunque filius meus decesserit, Titio hæreditatem restituo: licet verbum restituo, sit obliquum. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vul. & pup. Tamen in casu prædicto erit directa substitutio: quia talis dicitur mens testatoris fuisse, ex quo ipsemet confert immediatè hæreditatem Titio sine ministerio hæredis. Vnde si est facta mente capto, valebit vt pupillaris, vel vt vulgaris, aut exẽplaris, quæ sunt directæ. Et idem dicit ibi Bal. si testator dixerit, Si filius meus hæres non erit, hæreditatem restituat Titio. Nam erit directa vulgaris, non fideicommissaria. Quia hoc verbum, restituat, hoc casu importabit facti restitutionem, non iuris, vt d. l. inter omnes. iuncta gl. ff. qui sa. cog. Et licet Gul. de Cun. in d. l. precibus. contrarium tenuerit: tamen Alex. in d. l. j. & l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup. tenent cum Bal. Quia cùm dicta verba sint dubia, in tali dubio debet substitutio interpretari directa vulgaris, secundum gl. sing.
18 in d. l. verbis ciuilibus. † Postquam ergo testator ita voluit, parendum est suæ voluntati, potius quàm insistendum verborum interpretationi Cùm plus attendi debeat signatum, i. intẽtio testatoris, quàm signũ, i. quàm verba, vel scripta, quæ non sunt nisi notæ earum quę sunt in anima passionum, secundum Philos. in lib. Peri erm. Hinc dicitur Iob 4. Conceptum sermonem quis retinere poterit? quasi dicat nemo. quia lingua apta nata est exprimere mentis conceptum. cùm enim manifestus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valet, vt melior sensu existat, dicit tex. in l. si quis filium. in fi. C. de lib. prę. & in l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. lega. dicitur, quòd non mutat sententiam rerum non necessaria verborum interpretatio. quia ad intentionem quę est sententia semper recurritur. Vnde Hier. in epist. ad Galat. Non putemus, inquit, in verbis scripturarũ esse euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis. j. q. j. Marchion. Nam voluntas plus quam verba intuenda est, dicit tex. in l. cùm virum. C. de fideic. & Imperator in l. cùm quæstio. in fi. C. de leg. In omnibus, inquit, testatoris voluntatem quæ legitima est, dominari censemus. Ideo scribitur Prouer. xix. Qui tantum verba sectatur, nihil habebit. Qui autem possessor est meritis, bona reportabit. Quia secundum Bal. in l. Imperator. j. ff. de statu hom. virtus humanorum actuum non stat in vno modico atramentò, sed in eo quod maximum est, s. in mente hominis, quę spiritus literæ dicitur dispositionem viuificans. Quam litera sæpe occideret, si sequeretur, iuxta illud Apost. ij. ad Cor. iij. Litera occidit, spiritus autem viuificat, i. intellectus literæ eam viuificat, & vigor illius & vita dicitur, secundum Bal. in l. commissoriç. C. de pac. int. empt. & ven. conuen. Et non immeritò, quoniam voluntas testatoris vel alterius cuiuslibet disponentis censetur regina, ideo dominatur verbis, cum melius sit & rationabilius verba deseruire intentioni, quàm econtrà. l. in conditionibus primũ locum. ff. de cond. & dem. facit tex. not. in l. Publius. illo e. tit. Nam iura insunt sensibus, & non verbis, secundum Bal. in auth. defuncto. C. ad Tert. per l. ij. in fi. C. com. de leg. ideo sensus sequendus est, ne dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittatur. c. prætereà. de

verb.sign. Vnde alibi egregiè dicit text. in c.sedulò. 38.dist.sententias ita esse præponendas verbis,vt præponitur animus corpori. Hinc dicebat Bal.in l.fi.C. de necess.ser.hær.inst. quòd lex pedetentim voluntatem sequitur testatoris,sicut canis leporem. & in d.l. quoniam indignum,C.de testa. dicit idem Bal.quòd de qualitate verborum non est curandum, dummodo constet de voluntate loquentis. Et idem Bal.in c. mandatum, de rescr. os aureum sibi innatum diuinitus aperuit: mens, inquit,est radix verborum,& substantia prima:& cor est Imperator linguæ,quam habet sub sua iurisdictione sicut mãcipium.Cedit enim lingua cordi,& sub iugo mentis verba consistunt,tanquam sub suo vero originali.Et idem puto seruãdum in contractibus,& quibuscunq; aliis dispositionibus, vt etiam in eis verba menti contrahentium cedant,vt
19 est pulcher tex.in l.fi.C.quæres pign.ob.pos.† Si ergo præmissa operatur mens & voluntas testatoris,sc. quòd verba alterentur, sic etiam hoc facere poterit patriæ vel ciuitatis consuetudo, & communis vsus loquendi.Consuetudo enim optima est legum ac verborum interpres,c.cùm dilectus,de consue. & l.si de interpretation.ff.de legi. Et communis vsus loquendi proprio præfertur significato,vt d.l. Labeo.&tex. no.ij.q.vij.c.quanquam.ibi,secundum vocabula quę vsus obtinuit. quem ibi ad hoc ponderat Dominic. Facit text.in c.quamuis omnes,de ver.sig.ibi,vsus tamen obtinuit. & Inst.qui dari tur.test.pos. prope fin.
20 iuncta gl.ibi in verbo,appellantur.† Nam omnis intellectus non cõsonans vulgi auribus, est extraneus, & per consequens non tenendus, secundum Bald.in verbo,opizoni,in tit. de pac.Const.ideo dicebat Im. in c.inter corporalia,§.sed neque,de transl.epi.quòd si à contrahentibus proferantur verba, quæ vnus ipsorum intelligit vno modo, & alius alio modo, ille semper prẹualebit intellectus habens pro se communem vsum loquendi, etiam contra propriam verborum naturam. Nam in omni dispositione quantumcunq; odiosa & restringibili semper facere debemus interpretationem secundum communem vsum loquendi in illo loco,secundũ gl.in c.nonnulli,de resc. Io.An.in nouel.in c.fundamenta,de ele.lib.vj. & Bar. in l.non dubium,C.de leg.& in l. omnes populi,ff.de iust.& iure. & Panor.s.in procẽ.4.col.& in c.nam &
21 tex.de ver.sign.& in c.per tuas,de prob.dicit,† quòd etiam in dispositione statutaria communis vsus loquendi proprio prẹfertur significato vocabuli,etiam si statuto caueretur, quòd verba statutorum intelligantur prout iacent.Quoniam adhuc eo casu dictam recipiunt à communi vsu loquẽdi interpretationem, secundum Iac.But.in procẽm.ff. quem sequitur Ant. de But. & Pan.in d.procẽm. & Bart.in d.l.omnes populi,vj.prin.q.de quo Pet.de Anc.cons. 423. inc.Viso puncto.& idem esset secundum Bal.in d.l.omnes populi. quamuis statuto caueretur, quòd statuta deberent ad literam intelligi quo etiam caperent interpretationem à communi vsu loquendi.Idem dicit Bald. in l.de quibus. ff.de leg. & in l.datâ opera, C.qui accus.non pos. licet ipse aliis verbis vtatur,in l.ij.C.de patr.qui fil.distr.Ad quod videatis Bar.in d.vj.q.in d. l.omnes verò populi. & Im. in l.Cæsar, ff.de publ. Si autem statuto caueretur, quòd verba deberent intelligi secundum propriam significationem, tunc locum non haberet communis vsus loquendi, secundum Bar.in d.l.Labeo.quia communis vsus loquendi non est propria significatio, vt ipse latè probat, quod multum not. Lud. sing. 422. incip. Communis doctrina.facit quod not.Saly.in l.cum in antiquioribus,C.de iure deliber.& idem si diceremus,si statuto caueretur, quòd statuta intelligantur nullo extrinsecus addito,secundum Iac.Bu.in d.procẽ.quem etiam in hoc sequuntur Ant.de But.& Pan.s.in procẽm. & sentit Bar.in d.l.Labeo. & Bal.in d.l.omnes populi.
22 † Et ad cognoscendum communem vsum loquendi attenditur maior pars ciuitatis vel loci,secundum Panorm.in c.ex parte,de cens. iuncta glos.ibi in verbo, primo casu.quam dicit ad hoc not.& etiam attenditur quòd talis communis vsus loquendi receptus sit à personis plus in ciuitate vel loco intelligentibus.Si autem esset receptus à rusticis, aut vilibus, & omnino idiotis personis: talis vsus loquendi non attenderetur contra propriam verborum significationem & naturam.Quia iura sapientum & statutorum deturpari non debent per ora rusticorum & idiotarũ, secundum Bal.sing.in c.j.de suc.feu. & in l.ij.vers.nec puto,C.de suc.edi.in quibus,seu eorum sensu non cadit varietas nec veritas aut differentia vocabulorum, vt
23 dicit gl.in l.quòd si nepotes,ff.de test.tu.† Tales enim loquutiones rusticorum& imperitarum personarum non sunt propriæ,sed abusiuæ,dicit tex.in l.item prætor,§.j.ff.de suis & leg.hæred.& ita etiam intelligitur tex.in l.ita vulneratus,§.j.ff.ad leg.Aq.& tex.no.in l. si dictum,§.j.ff.de euic.ibi,non tamen vt vulgus opinatur satisdare debet:nam verificandi sunt sermones secundum communem opin.intellectum habentium secundum Bald.in l.j.C.de ser.fug.per text.in l.si ita quis,in fi.ibi,quòd vtique nemo sanus probauit,ff.de euic pro dicto Bal.facit tex.in c.ex literis,j.de spons. ibi,& cogatur vterque verba prolata in eo sensu retinere,quem solent rectè intelligentibus generare. Ad talem enim insensatam vulgi opinionem & assertionem causari nõ debet communis vsus loquendi,cùm de ipsa non sit curandum, arg.eorum quæ no.in c.ad nostrãm,de prob.iuncta gl.j.nã sæpe contingit,quòd qui magis indiscretè & irrationabiliter loquitur, inter fatuos magis acceptus habeatur,vt qui plurimum in maiori numero quàm sapientes existũt.iuxta illud
24 Eccl.j.Stultorum infinitus est numerus. † Vnum tamen not.præfati Doct.quòd sicut verba quarumcunque dispositionum interpretantur secũdum communem vsum loquendi,ita etiam verba legum quantumcunque à peritis conditarum vbi in loco conditæ legis talis vsus loquendi communis viget à maiori parte populi emanatus,vt dictũ est.Quem quidem communem vsum loquendi qui allegat,illum probare tenetur:& difficile est ipsum probare,secundum Ioan. de Ana.in c.j.de sagit.nam ad illum probandum non sufficeret testes deponere,quòd sic cõmuniter dicit: sed debent deponere se ita communiter dici audiuisse,aliâs nihil concluderent,tanquam de proprio sensu deponentes,secundum Bar.in d.l.Labeo,ff.de sup. leg,& Bald.in l.de quibus,circa fi.ff.de leg, & plenè per dom.Ant.de Bu.in rep.c.fi.de consue.col.vlt. de communi vsu loquendi,vtendi,&intelligendi,&qualiter debet per aduocatum articulari, & probari: & quanto tempore inducitur,ponit Bar.plenè in d.l.Labeo. quem videatis per vos,cum non sit materia nostra.imò vobis sufficere debet ad præsens,
25 † quòd verba substitutionum de quibus hîc loquimur,iudicantur directa, obliqua vel communia ex eorum natura & significatione propria: aliquando verò ex testatoris voluntate per ipsum declarata:& interdum ex parte loci,aut villæ,seu ciuitatis consuetudine,vel communi vsu loquẽdi à peritis & literatis sumpto,potius quàm

BIU Cujas

quàm à rusticis: quia varietas dicendi est in sermone literali,& non in vulgari locutione:ideo non cadit vt dixi,in idiotam,qui nescit nisi vulgare. Attamen si in testamento idiotæ, vel alia eius dispositione in scriptis redacta reperirētur talia verba,quæ in ignarum non cadunt,deberent intelligi secundum interpretationem legum, quia præsumendum est, quòd notarius scribendo instrumentum apposuit verba voluntatem testatoris importantia. † Vnde verba notarij etiam inter idiotas instrumentum conficientis, sunt secundum iuris interpretationem semper interpretanda & intelligēda,vt clarè decidit Bar.in d.l.quod si nepotes. quam simul legit cum l. si quis filiabus, ff. de test.tut.quem sequitur Angel.in §.si quis filiabus, Inst.qui dari tut.test.pos.per l.j C.de vsur.& l.sciendum,ff.de ver.ob.& l.j.C.de contrah.stip.& Bal.in l. lege xij.tab.C.de leg.her.dicit quòd secundum communem vsum loquendi interpretari debemus sermones prolatos in vulgari,sed prolatos in literali sermone debemus interpretari secundum artem literarum vel secundum grossum modum loquendi literaliter, ff.de leg.iij.l.librorum,§.quod tamen Cassius.& no. per Cy.in l.si cum ante,C.de don.ante nupt.quę omnia sunt notanda pro intellectu dicendorum in seq. notula. Vnum tamen mente tenebitis,quod tetigi s. Quòd vbi verba substitutionis sunt dubia, ita quòd ex eorum consuetudine aut significato vel communi vsu loquendi vel testatoris voluntate non potest apparere, an sint directa vel obliqua, semper in dubio intelligitur substitutio directa, per text.not. vbi Sal. & Fulg.in l.fi.C.de hær.inst. Nam ibi testator dicendo, Sempronius Plocij hæres esto, potuit videri grauasse Plocium institutum,vt hęreditatem restitueret Sempronio:& tamen Imperator ibi interpretatur,ꝙ substituerit directò: prout etiam de hoc est text.clarus in d.c.si pater,e.tit.lib.vj. Nam verba in dubio debent intelligi in potiori significato,l.j §.qui in perpetuum,ff.si ager vect.vel emph.pet. & quòd in dubio interpretetur substitutio directa, tenet gl.in d.l.verbis ciuilibus,ff.de vul.& pup.per tex.in d.l.fi.dicens, quòd dubia substitutio interpretatur directa: quod est not.De his verbis directis,obliquis, & communibus videatis per Bar.& alios in d.l.Centurio.& Ang. in §.extraneo,Inst.de pup.subst.

SVMMÆ.

1 *Hæreditatem restituere grauatus, intelligitur si absque liberis decesserit.2.*
3 *Testator præsumitur charitatem in filium continuare ad nepotem.*
4 *Amicus intimus est quasi suus hæres.*
5 *Amicus sine mandato agit in iudicio.*
6 *Amicitia intima plus operatur quàm consanguinitas.*
7 *Filij hæredis quando non excludant substitutum. Limitationes ad l.cum acutissimi,C.de fideic.vsq; ad 24.*
8 *Bastardi hæredis non excludunt substitutum.*
9 *Bastardi non veniunt appellatione filiorum,vbi agitur de honore vel commodo.*
10 *Adoptati vel arrogati ab hærede non excludunt substitutum.*
11 *Substitutus non excluditur per hæredis liberos, si purè vel in diem certam rogatus est restituere.12.*
13 *Substitutus non excluditur à liberis hæredis ab intestato succedentis ob præteritionem.*
14 *Substitutus non excluditur à filio hæredis, qui simul cum alio fuit institutus.*
15 *Filius hæredis non excludit substitutum in re particulari.*
16 *Filius hæredis incapax non excludit substitutum.17.*
18 *Franciscanus hæredis filius non excludit substitutum.*
19 *Filius hæredis de ordine prædicatorum excludit substitutum.*
20 *Filius hæredi natus non excludit substitutum, si exhæredetur.*
21 *Exhæredatus habetur pro mortuo ad suum commodum, non alterius.*
22 *Filius hæredis non excludit substitutum, quando tertius est grauatus hæreditatem restituere.*
23 *Pia causa substituta an excludatur superuenientibus liberis.25.*
24 *Legata quando reuocentur superuenientibus liberis.*
26 *Confessio facta parte absente quando valeat.*
27 *Relicta pro exoneratione conscientiæ debentur non adita hæreditate.*
28 *Confessioni testatoris iuratæ quando non stetur.*
29 *Gabella non soluitur de relictis pro malè ablatis,quamuis de omnibus legatis ex statuto soluatur.*
30 *Relictum pro malè ablatis non reuocatur per condemnationem capitis.*
31 *Pœnarum incursarum solutio non onerat conscientiam exequutoris testamenti.*
32 *Pœnæ non debentur in foro conscientiæ.33.*
34 *Malè ablata per testatorem debent prius restitui quàm malè ablata per hæredem.*

¶ Sed quia substitutiones tales,præsertim quæ descendentibus fiunt,sæpe ac frequenter sub conditione liberorum non existentium à testatoribus expediuntur, cum & si hoc non fieret, nec exprimeretur, adhuc in dubio præsumeretur testatorem noluisse alienam sobolem prę ferri suæ,sicut prę ferri noluit noster Raynutius,l.cùm auus,ff.de condit.& dem.& l. cùm acutissimi,C.de fideic.ideo subditur in textu,

¶ Si absque liberis moreretur. I.

ETiam si hæc clausula in testamento Raynutij adiecta non fuisset,subaudiebatur,&subintelligebatur. Nam † quoties aliquis de ascendentibus aliquem liberorum grauat de restituendo hæreditatem post mortem grauati,nunquam videtur rogatus, si tempore mortis suæ liberos reliquerit ex proprio semine descendentes. Liberi enim superstites semper ab onere restitutionis liberantur, quia charitas liberorum semper restringit verba indefinita fideicommissi,ita quòd tacita conditio subintelligatur à lege,vbi grauamen de hęreditate restituenda filiis imponitur, aut deinceps posteris post mortem eorum,vt quantumcunque post eorum mortem fuerint simpliciter rogati, semper intelligantur rogati si decesserint sine liberis. Quoniam ex ardenti desiderio parentum erga liberos pater grauans semper prę sumitur noluisse alienam sobolem præferri suæ posteritati. Quia ordinata charitas præfert suos exteri nationi. Cùm verosimile non existat,quenquam velle alienam successionem suæ proli præferre. Vnde si filius à patre vel nepos ab auo, matre,vel auia,& deinceps in infinitum de restituendo hęreditatem grauatus fuerit post mortem, † talis restitutio ita demum locum habebit, si taliter grauatus tempore mortis suæ liberos non habuerit. l. cùm auus, ff. de condit.& demonstra.& l.cùm acutissimi,C.de fideicommiss. Quod est verum, siue rogatus fuerit de restituendo totam hæreditatem, vt d.l. cùm auus, & l. cùm acutissimi. siue de restituendo partem hæreditatis vel aliam rem particularem,vt est tex.sing.in l. generaliter, §.fi. C.de instit.& subst. & siue grauatus fuerit in testamento vt dictum est,siue in donatione causa mortis,vt dicit gl.sing.in l.j.C.de do.cau.mort.

Præterea

Præterea similiter locum sibi vendicat, siue ille grauatus de restituendo fuerit de liberis naturalibus & legitimis, siue naturalibus tantum. Quia bastardus à patre vel auo restituere rogatus relictum, quod de iure capere potest, [De quo plenè habetur super ver. *& vxorem.* in ij. prin. art. suc. ab intest.] ita demum restituere cogitur & tenebitur, si moriendo liberos nō habeat, vt sing. deciditur per tex. in d.l. generaliter. §. fi. nam licet non dicat testator, si filius vel nepos decesserit sine liberis, tamen lex hanc clausulam subintelligit. quia lex coniecturat, quòd testator prædilexit suam posteritatem, quàm substitutum, vt d.l. cùm acutissimi. Plus dicunt Doct. quòd præmissa etiam locum habent, si filius emancipatus rogetur restituere hæreditatem. Quoniam intelligitur si liberos in potestate vel emancipatos tempore suæ mortis non habuerit: cùm in hoc nō inspiciatur patria potestas, sed sola naturalis coniunctio, quę ponderatur in d.l. cùm acutissimi. Ex quo sequitur, quòd liberi procreati ab hærede descendente restituere grauato substitutum excludunt, etiam si talis substitutus sit de filiis testatoris: putà, quia pater vnum de filiis suis alteri filio post mortem substituit. Quo casu filius filij hæredis instituti ac hæreditatem paternam restituere grauati excludet patruum suum. † Quia testator præsumitur eā 3 charitatem quam ad suum habuit filium, continuare voluisse ad nepotem ex eo descendentem. Et idem in aliis descendentibus vlterioribus, secundum Bal. ibi, & Bart. in d.l. cùm auus. vbi de hoc est text. not. & sic proles filij grauati excludit nedum extraneos substitutos, sed etiam alios quoscunq; consanguineos substitutos. Quod sequitur Im. & post eum Lud. in d.l. si cui. ff. de do. cau. Plus dicit Barb. in d.l. cùm acutissimi. & dispositio illius l. habet locum etiam in transuersali hærede instituto hæreditatem restituere grauato, putà si frater fratrem institutum hæredem grauauerit restituere hęreditatem: Quia intelligitur, nisi liberos habuerit, vt probat multis rationib. per quas idem consuluit in ij. parte cons. xviij. inc. Clementissimi Dei patris. vbi contra *communem opin.* concludit idem esse in collateralibus, quod in descendentibus: 8
4 super quo cogitabitis. † Plus aperta fronte dicunt ali qui moderni, quod est mirabilius summè hanc materiam amplians, quòd sicut soboles filij à patre grauati restituere hæreditatem excludit substitutum, per d.l. cùm acutissimi. ita etiam soboles amici in testamento sui amici grādi amicitia coniuncti hæredis instituti, & restituere hæreditatem grauati, substitutum excludet. Nam dispositio d.l. cum acutissimi. loquens in suis, etiam militat in talib. amicis intimis, qui continentur appellatione suorum, secundum gl. sing. in l. ij. C. in quib. cau. col. cen. ve. lib. xj. vnde dicebat Cy.
5 in l. exigendi. C. de proc. † quòd sicut coniuncta persona in iudicio ad agendū admittitur sine mandato pro coniuncta persona, sic amicus pro intimo amico. Pariter dicit Bal. in l. si iure. C. de test. man. post gl. ibi, quòd ardor liciti amoris clausulam operatur codicillarem, per gl. ibi, & in l. in testamento. ff. de fideic. lib. & Bar. in l. Titia. ff. de ver. ob. ęquiparat magnum amicum coniuncto. & in l. hæres meus. §. fi. ff. de cond. & dem. pro quo facit quod scribitur Prouerb. 18. in fin. vir amicabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater. Tamen ad præmissa inducendum non sufficeret quælibet amicitia, sed oportet quòd esset præcipua, per text. in c. nisi specialis. s. de of. leg. vbi loquitur de speciali dilectione, i. præcipua & eleganti. & ita ibi in ij. col. tenet Barb. & in rep. d.l. cùm acutissimi. & in c. Raynal. col. 118. & sequitur j. e. & † sic intima amicitia plus operatur quam consanguinitas, aut coniunctio ascendentium vel collateralium, vt patebit ex nunc dicendis in j. limit. Non igitur immeritò Cice. in lib. de amicitia: Ego autem, inquit, in tantum vos hortari possum, vt amicitiam omnibus antepona tis rebus. & Senec. in sua quadam epist. Quid, inquit, dulcius quàm habere amicum, cum quo omnia audeas loqui, sicut tecum ipso? Nam duorum amicorum idem est animus ac eadem voluntas, aliâs amicitia esset ficta. contra illud Hie. in epist. ad Ruffi. presbyterum: Amicitia, inquit, vera quod sentit, dissimulare non debet, cum amicus sit alter ego. Vnde Seneca lib. vj. de benefi. Nescis, inquit, quantum sit amicitiæ pretium, si non intelligis te ei daturum quem diligis, prout exemplo nobis tradidit Christus, qui se turbæ duodenæ dedit suis manibus. & idem postquam ad discipulos dixisset, Lazarus amicus noster dormit, veniens ad locum super eo fleuit, atque ipsum à morte suscitauit: Et quòd iura loquentia de coniunctione carnali extendantur ad coniunctionem magnæ amicitię, videatis Barb. in rep. c. cum M. Ferr. de const. & in c. ex parte decani. & c. nonnulli. de rescri. & c. coram. de of. del. & de amicitia dixi s. in ver. *Testamentum.* iij. † Dispositio autem l. cùm acutissimi. in qua 7
dicitur per liberos filij grauati substitutum excludi, vendicat sibi locum vbi descendentes grauantur hæreditatem ascendentium restituere, vt dictum est. Secus autē esset, vbi descendentes grauarent suos ascendentes restituere hęreditatem. Putà filius patrem, vel nepos auum, & sic de singulis in casibus in quibus testari possunt, vt s. in verb. *matrem insuper Cleram.* quoniam eo tunc locum non haberet dispositio d.l. cùm acutissimi. Ex quo sequitur, quòd multominus locū haberet, vbi collateralis consanguineus, aut penitus extraneus hæres per testatorem de restituendo hęreditatem post mortē suam grauaretur. Quia etiam his casib. substitutus præferretur soboli & liberis ipsius hæredis grauati. Cum eo tunc non militet præsumptio, nec ratio d.l. cum acutissimi. quæ solum habet locum in descendentibus restituere grauatis. † Secun
dò limitatur d.l. locum non habere in liberis naturalibus tantùm: putà bastardis, vel spuriis: Quoniam tales si hæredi restituere grauato supereſſent tempore suæ mortis, non excluderent substitutū, per tex. sing. in d.l. generaliter. §. fin. ibi, sine iusta sobole decesserint. C. de inst. & subst. Nā licet filij naturales tantum substitutum excludant, quādo filius grauatus fuit paternā restituere hæreditatem sub expressa conditione, si absque liberis decesserit, vt fuit in tex. nostro: habita tamen distinctione, de qua in l. ex facto. §. si quis rogātus. ff. ad Treb. De quo plenè dicam j. in verbo, *tandem sine liberis est defuncta.* Tamen quando lex hāc clausulam subintelligit, prout facit in descendentib. simpliciter restituere rogatis: tunc non cōprehenduntur illegitimi: quia filij qui veniunt per subauditū intellectum legis, debent esset legitimi, secundū Bal. in d.l. cùm acutissimi. hoc idem & clarius tenet Saly. in
9 d.l. generaliter. §. cùm autem. † Quoties enim agitur de honore vel cōmodo filiorum, tunc appellatione filiorū vel liberorum non comprehendūtur bastardi, secundum gl. in ver. liberi. in cle. j. de bap. de quo plenè per Bal. in d. §. cùm autem. & Panor. in d.c. in prę-
sentia. de prob. Et dixi plenè s. in verbo, *Raynutius de Clera.* Et hoc verum, quòd proles illegitima non excludit substitutū, nisi à principe vel per sequens matrimonium foret legitimata. & princeps eam legiti-
mando

BIU Cujas

mando expressisset per illam substitutũ excludi: quia tunc ipsum excluderet, secundum Sal. in d. §. cùm autem. Et plenè consuluit Alex. in j. par. cons. ij. & in ij. par. cons. 87. inc. visis codicillis. Et an eo casu sit in legitimatione substitutus vocandus vel non, dicitur pulchrè in d. §. cũ autem. & Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. in fi. Videatis Guid. Papæ de hac limit. pulchrè loquentem, q. 482. & quæ plenè dixi in verb. *& vxorem nomine Adelas.* in ij. art. in fi. Et de liberis per sequens matrimonium legitimatis, q̃ excludunt substitutum, tenet Fel. in d. c. in præsentia. col. xv. dicens hoc verum etiam si filius paternam hæreditatem restituere grauatus in articulo mortis constitutus concubinam ex qua prolem suscepit, desponsaret, quia tunc indubitanter legitimarentur in totalem substituti exclusionem: cùm tale matrimonium valeat in vltimo vitę hiatu contractum, vt vidistis super verb. *in extremis.* de quo plenius per eundem Fel. in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. † Tertiò limitabitis d. l. locum non habere in liberis descendentibus legitimis tantùm, putà adoptiuis vel arrogatis. Quia existentia talium liberorum tempore mortis filij paternam hæreditatem restituere grauati substitutum non excludunt, secundum Bar. in d. l. cum auus. Vnde tales filij ciuiles seu legales nullatenus fideicommissum impediunt: cum etiam si hęc clausula exprimeretur per testatorem, tales filij non facerent deficere fideicommissum, nec impedirent substitutum, vt est casus in l. si ita quis, §. is cui in tempus, ff. de leg. ij. ergo minus eum impedient, si non fuerit hæc clausula in testamento expressa, sed solùm per l. cùm acutissimi, C. de fideic. subintellecta, ne plus operetur tacitum quã expressum contra l. nunquam, ff. de cond. & dem. & l. cùm quid, ff. si cer. pet. secùs autem esset in filio spiritualiter genito, qualis est monasterium, quod excludit substitutum, si filius paternam hæreditatem restituere grauatus religionẽ intraret. Quia mori non dicitur sine liberis, qui moritur postquã monasterium fuit ingressus, secundum gl. & Panor. plenè in d. c. in præsentia. quod est verum secundum Bal. ibi, si filius hęres institutus religionẽ profiteatur, & monasterium intret in eius sanitate. Quia si monasterium intraret constitutus in articulo mortis, tunc substitutus non excluderetur per monasterium, cùm professio facta censeretur in fraudem substituti. l. filię meę ff. sol. ma. idem tenet Spe. de sta. mo. prope fi. & Pe. de Anc. in c. sicut nobis, de reg. & Io. Fab. Inst. de lib. §. multis. inducit illum tex. contra illos, qui in articulo mortis faciunt se milites vel habitum suscipiunt, secundũ Ang. ibi. Tamen Fel. in d. c. in præsentia. col. xv. dubitat, q̃ nõ obtineretur: quia aliàs sequeretur quòd filius qui tunc per sequens carnale matrimonium legitimatur, vt s. fuit in prox. lim. conclusum, præsumeretur legitimari in fraudem substituti, quod non videtur verum, cùm professio regularis in articulo mortis facta non improbetur de iure, prouiso quòd fiat per sanũ mente, c. fi. j. de suc. ab int. Facit tex. in l. in eo qui testatur. ff. de test. vt plenè vidistis s. super verb. *in extremis positus.* Soli ergo liberi naturales & legitimi simul, vel spirituales substitutum excludunt, per d. l. cùm acutissimi. spirituales dico, vbi hoc expressè cauetur iure, sicut expressum est in illo qui monasterium ingreditur, cui monasterium est loco filij ad substitutum excludendum, vt dictum est. Secùs autem esset in filio spiritualiter de sacro fonte suscepto, qui licet filius spiritualis dicatur ad matrimonium impediendum, secundum gl. in §. si aduersus, Inst. de nupt. & j. de cogn. spir. per tot. & etiam vt patrinus ipsum alere in subsidium patris naturalis teneatur: tamen quia de eo expressè non cauetur, quòd in succedẽdo sit filius, ideo nõ excludet substitutũ, secũdũ Bal. in auth. nisi rogati, ver. sed tũc ego quæro, C. ad Treb. videatis quæ dixi super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* in iij. prin. art. suc. ab intest. in fi. tractando de successione filiorum legitimorum tantum. † Quartò limitabitis dispositionem prædictã locum non habere etiam in descendentibus naturalibus & legitimis restituere hæreditatẽ alicuius ascendẽtis purè, & nõ sub mortis cõditione rogatis: Quia eo tunc soboles illius rogati & grauati nõ excluderet substitutũ, secundũ gl. in d. l. cùm acutissimi. quã ibi sequitur Sal. & Bar. in d. l. cũ auus. Habet ergo locum d. dispositio, vbi filius grauaretur, vel alius descendens restituere hæreditatem post mortẽ suã: quia hoc solo casu soboles grauati excludit substitutũ, vt dictũ est. Et ratio differẽtiæ assignatur, quia hoc casu, quando filius grauaretur restituere hæreditatẽ post mortẽ suã: quemadmodũ testator prędilexit filiũ ipso substituto in eius vita, sic etiã est præsumendũ, quòd sobolẽ prædilexerit naturalẽ & legitimã ex illo filio descẽdentẽ, & illã prędilexerit vo luerit cuicũq; substituto, vt d. l. cũ acutissimi. Sed vbi pater filiũ grauauit restituere hæreditatẽ in vita ipsius filij eũ purè rogãdo restituere, tũc clarè demõstratur prædilexisse filio substitutũ, quẽ viuẽti filio prætulit: ergo & soboli videtur eũ prætulisse, secũdum Bar. in d. l. cũ auus. in prin. † Et idẽ esset & quintò, si filius rogatus fuisset hęreditatẽ restituere paternã in diẽ certã propter rationis supradictæ idẽtitatem, secundum Bar. ibi vltra quẽ de hoc est casus in l. liberto. §. filiũ, ff. de an. leg. secundum Ale. † Sextò limitabitis dispositionem d. l. cùm acutissimi. locum non habere, vbi filio testatoris prætərito extraneus hæres institutus rogatus fuisset hæreditatẽ restituere post mortẽ suam. Quia eo casu quantũcunq; filius prætəritus testamento declarato nullo, quo ad hęredis institutionem, per auth. ex causa, C. de lib. præt. sit verus hæres patris: & ad tale fideicommissum teneatur, vt ibi plenè not. tamen quia succedit loco hęredis extranei, in testamento patris scripti, cuius liberi nõ excludunt substitutũ vt s. vidistis: Similiter liberi talis filij prætəriti eum nõ excludent: imò quãtuncunq; filius moriatur cum liberis, locus erit fideicõmisso & restitutioni hęreditatis. Quia d. l. cùm acutissimi. solùm habet locum, quãdo filius principaliter à patre institutus grauatur post mortẽ restituere hęreditatẽ, & nõ quãdo fuit prętəritus, & citra patris voluntatẽ succesit. Quo casu sicut pater filium prætereundo, parũ de ipso curauit, ei extraneum pręferẽdo: eodẽ modo nõ videtur voluisse sobolẽ talis filij pręferre substituto, per ea quę sunt dicta superius in 4. lim. Nam sicut liberi hæredis extranei hæreditatem restituere grauati, substitutum non excluisissent: sic etiam nec liberi filij hoc casu loco hæredis extranei surrogati, vt. s. surrogatum naturam sapiat illius, cuius loco surrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Plus dico, quòd etiam si talis hæres extraneus per testatorem filio prętərito, cui fuit hęreditatem restituere rogatus sub expressa conditione, si absq; liberis decesserit, & demum cõtingat testamẽto quo ad hæredis institutionẽ nullo declarato, filium in hęreditate patris succedere: tale fideicõmissum debebitur mortuo extraneo hęrede sine liberis, quantumcunq; filius hæres patris liberos habeat, qui nullatenus excluderet substitutum. Nam cùm talis conditio fideicommissi inhęreat personæ extranei

hæred

hæredis ſcripti, inſpiciendum eſt, ſi ipſe ſine liberis decedat, nullo reſpectu ad filiũ habito eius loco ſuccedentem. Et ita per multas rationes decidit Alex.in d.auth.ex cauſa,verſ.non obſtat.l.cùm acutiſsimi. vt latiſsimè dixi ſuper verbo, *in eodem teſtamento relin-*
14 *quens*.in xxvij.lim. † Septimò limitabitis diſpoſitionem d.l.locum non habere, vbi aſcendens hæredem inſtituerit aliquem ex deſcendentibus & extraneum ſimul,aut eis aliquid reliquerit,eóſque rogauerit reſtituere poſt mortem relictum.Quoniam eo caſu ſoboles deſcendentis cohæredis, vel collegatarij non excludet ſubſtitutum,nec in tali fideicommiſſo ſubaudiretur clauſula, ſi abſque liberis deceſſerit. arg.l. iam hoc iure,ff.de vul.& pup. & l.quamuis,C.de impube.& aliis ſubſt. nam tale fideicommiſſum ab ambobus relictum, debet eos æqualiter grauare, vt dictis iuribus.Et ſic per conſequens cum grauet extraneum,etiam ſtante eius ſobole,ad quam teſtator nullam præſumitur habuiſſe affectionẽ,ſic etiam eodem modo videtur deſcendentem grauaſſe, quamuis ſtante ſobole, quam ſubſtitutus excludet, ſicut ſobolem extranei.Ita ſing.ſub dubio fortè decidit Ale.in add. Bal.in d.l.cùm acutiſsimi, dicens hanc eſſe nouam limitationem ante ipſum ab alio non tactam, & idem eſſet ſi deſcendens cum altero ex aſcendentibus grauaretur: quia ſicut ſoboles aſcendentis per deſcendentem grauati non excludit ſubſtitutum, vt ſ. dixi in j.lim.ita nec ſoboles deſcendentis, vt æqualiter & pari modo fideicommiſ. ambos grauet, & ſimiliter
15 conſtringat.† Octauò limitabitis prædictam diſpoſitionem in d.l.cùm acutiſsimi. fundatam, locum non habere, vbi aſcendens aliquem de deſcendentibus hęredem vniuerſaliter inſtituiſſet,& ab eo fideicommiſſum particulare ſimpliciter reliquiſſet:Quia eo caſu ſoboles illius grauati, non excludet ſubſtitutum, quinimo ea non obſtante debebitur ſubſtituto fideicommiſſum.Nam licet ſoboles filij grauati ſubſtitutum excludat,etiam in relictis particularibus, vt d.l. generaliter,§.fi.C.de inſt.& ſubſt. tamen illud intelligitur, quando fuit inſtitutus in illa re tãtùm,in qua fuit grauatus. ſecùs autẽ in caſu præſuppoſito,in quo ſatis eſt,quòd vniuerſalis hæreditas penes liberos grauati remaneat, ſecundum Alex. ſing. ſub dubio fortè in addit.ad Bal. in d.l.cùm acutiſsimi. eadem ratione idem dicendum eſt, ſi deſcendens in re certa rogatus inſtitutus fuiſſet in certa parte hæreditatis.Quia ſufficit,quòd remaneat penes hæredes ipſius grauati,vt in ea ſatietur votum ipſius teſtatoris præſumptum.
16 † Nonò limitabitis diſpoſitionem d.l.locum non habere vbi deſcendenti grauato tempore ſuæ mortis ſupereſſet ſoboles ad ſuccedendum incapax,& inhabilis, ac per legem excluſa à ſucceſsione, veluti ſi ei liberi ſupereſſent deportati aut banniti qui de iure ſunt ſucceſsionum incapaces.l.j.C.de hære.inſt. nam talis ſoboles ſubſtitutum non excluderet, nec faceret conditionem fideicommiſſi vel ſubſtitutionis deficere.l.ex facto,ff.ad Treb.ſecundum Bar.in l.filius, §.cum quis rogatus,in fi.ff.de leg.j.ſubiungens ibi,q talis deſcendens grauatus reſtituere hæreditatem dicatur mori abſq; liberis, ſi decedat habẽs filium cordigerum de ordine fratrum minorum, qui nõ poteſt aliquid habere in communi, nec in particulari, vt in cle.exiui de paradiſo,de ver.ſig.& latè Bar.in ſuo tra
17 ctatu minoritarum.† Tales enim liberi bonorum incapaces non excludunt ſubſtitutum, cùm habeantur pro mortuis,per iura quæ ibi allegat.idem tenet Bal. in d.l.cùm acutiſsimi,prope fi. Quos ſequitur Fel.in d.c.in præſentia,col.23.de prob. ad quæ videatis quæ plenè ſcripta fuere ſuper ver.*in eod.teſtam.relinquens.* in viij.& xvij.lim.quamuis Sal.in l.j.C.de cond.inſer.
18 dubitando reliquerit ſuper hoc cogitãdum.† Vnum tamen menti tenebitis, quia licet exiſtentia filiorum de ordine minorum exiſtentium non operetur excluſionem ſubſtituti in ſui commodum, vt ſcilicet ipſi fratres minores ſuccedant,quod fieri non poteſt propter eorum incapacitatem,vt dictum eſt,tamen bene operaretur talium liberorum exiſtentia in commodum alterius ad confirmationem donationis vel alterius cuiuſcunque diſpoſitionis ſub conditione liberorum factæ,& in defectu eorum reſoluendæ, vtputà ſi aliquis bona ſua vel caſtrum donauerit Titio,ſi cum liberis deceſſerit. Talis enim donatio per exiſtẽtiam liberorum cõfirmabitur, ita quòd Titius donatarius de bonis donatis diſponere poterit,ſi cũ liberis deceſſerit:&propter eorum defectum donatio reſoluetur, & bona ad hæredes donatoris reuertentur, ſeu penes eos remanebunt.Certè hoc caſu exiſtentia talium liberorum cordigerorum ad ſuccedendũ incapacium, operatur implementum conditionis liberorum non in commodum ipſorum, vt in bonis donatis ſuccedant,cùm ſint incapaces bonorũ, ſed operatur implementum conditionis in confirmationem & irreuocabilitatem donationis in commodum ſui patris, vt de bonis donatis tãquam ſibi irreuocabiliter acquiſitis liberè poſsit tãquam dominus diſponere in totalem excluſionem hæredum donatoris, penes quos,vel ad quos bona ſic donata reuerterentur,ſi Titius donatarius ſine quibuſcunque liberis decederet. Nam hoc caſu non requiritur exiſtẽtia liberorum ad effectum iuris, ſed ſufficit quòd de facto liberos habeat viuos. Or cordigeri licet ſint quo ad effectus iuris,& quo ad ciuilia mortui,tamen quo ad effectum facti dicuntur filij,poſtquam re ipſa ſecundum naturam ſunt filij,& bibunt ac comedunt,& cętera naturalia de facto exercere poſſunt.Et implementũ conditionis potius conſideratur reſpectu facti & naturaliter, quàm quo ad effectum iuris,l.Mæuius,ff.de cond.& dem. Certum autem eſt(vt dixi)quòd conſiderato facto frater minor viuit corpore,vſum habet bonorum,loquitur,& teſtificari poteſt.c.nuper.de teſti. not.gl.Inſt.de iure perſ. circa med. Ideo quia monachus comedit & bibit,non finitur vſusfructus per eius profeſsionẽ,imò durat cùm neceſsitas viuendi & vtendi ad victum duret,ſicut ante profeſsionem, vt not.in auth. ingreſsi, C.de ſa.ſan.ec. Ita ſing. in noſtris terminis conſuluit Pe.de Anc.conſ.397.incip.in vnum caſum reſoluitur donatio.Quod eſt notandum ad multa. Et præmiſſa intelligatis vera,videlicet quòd per exiſtentiam liberorum cordigerorum non excluditur ſubſtitutus.ſe-
19 cus † dicit Bald. eſſe ſi tali grauato ſupereſſent liberi de ordine prædicatorum:quia tales bene excluderẽt ſubſtitutum, cum capiant hæreditates, licet diu poſſidere eas non poſſint:& hoc ex ſuis conſtitutionibus per Papam approbatis.Nam eorum inſtitutio,i.principium quod regula vocatur,hoc non dictat: ſecundum Fed.de Se.in ſuis conſ.Vniuerſitas ergo ſ.eccleſia prædicatorum eſt capax ſecundum originalem regulam, ſed poſt conſtitutionem eorum capiunt non diu poſſeſſuri,ſed vt vendant pro neceſsitatib.fratrũ. & ſic paupertas in prædicatoribus non eſt ita arcta, ſicut in minorib. Similiter ſecundum eum,monachi & canonici regulares ſubſtitutum excludunt,cũ ſuccedere poſsint.l.fi.C.de epi.& cl.De iſtis autẽ mendicantib.& qui dicantur,videatis plenè per Bal.in aut.

ingreſſi

BIU Cujas

ingressi, C. de sa. san. ec. & clarius in Auth. si qua mulier, illo e. tit. Pan. & doct. in d. c. in præsentia, Bal. & Paul. in auth. nisi rogati, C. ad Treb. Im. in l. j. ff. e. & l. Lucius, ff. de hęr. inst. Cald. cons. xlvj. sub rub. de test.
20 & Pe. de An. cons. cccxj. †Decimò limitabitis dispositionem d. l. locum non habere, vbi tali filio per ascendentes restituere grauato supereſſent filij exhæredati duntaxat: quoniam tales deficere non faciunt conditionem fideicommissi, vel substitutionis, neque substitutum excludunt, secundum gl. in fi. in d. l. filius, §. cùm quis rogatus. quam ibi sequitur Bar. ff. de lega. j. & ratio est secundū eam, quia dicta conditio non existentiæ liberorum videtur fauore filiorum apposita, vel à lege subintellecta: & sic non potest eis fauere quando sunt exhęredati, cū non possint hęredes esse, etiam si velint, l. j. §. si pater, ff. de coniun. cum eman. lib. Sed aduertatis quia Bar. ibi in d. §. cū quis, reprehendit gl. in hoc passu, & bene, secundum doct. dicens contrariam opin. esse de iure veriorem, vt s. dicamus tales liberos exhæredatos substitutum excludere, & in eis locum habere dispositionem l. cùm acutissimi. prout etiam tenuit gl. sibiipsi contraria in l. ex facto, §. fi. ff. ad Treb. Pe. Cy. Bal. & Sal. in d. l. j. C. de cond. inst. Et ratio est quare liberi exhęredati quamuis succedere non possint, substitutum excludunt: quia in cōditionib. adimplendis inspicimus merum factum. l. qui hæredi, in prin. & l. Mæuius, ff. de cond. & dem.
21 †Nam licet exhæredatus habeatur pro mortuo, quantum ad sui commodum, quia succedere non potest, vt d. l. j. §. si pater. Tamen non habetur pro mortuo quo ad commodum alterius, s. patris sui, vel eius hæredis: ad quem, deficiente fideicommisso, transibit hęreditas, excluso fideicommissario substituto propter realem existētiam liberorum exhæredatorum, licet propter exhæredationem exclusorum. Concludunt ergo prędicti doct. q̄ existentia liberorum ipso iure successibilium seu successionis capaciū, excludit substitutū, siue tales liberi succedant, siue non: putà, quia non à lege, sed ab ipso testatore excluduntur, sicut exhęredati: vel fortè quia succedere nolunt, vt dicit Bart. in d. §. cùm quis. Ex quibus sequitur, q̄ licet ipsi non dicant, q̄ existentia liberorū qui successioni renunciarunt in vita parentum cū iuramēto, vel post mortem parentum, substitutum excludunt, cùm non sint incapaces effecti per legē, vt sunt fratres de ordine minorum, de quib. s. in proxi. limi. Sed sunt incapaces, quia
22 succedere nolunt. †Vndecimò limitabitis dispositionem d. l. locum habere, quando filius grauatur hæreditatem restituere post mortē suam. Quo casu subauditur cōditio, si sine liberis decesserit, vt ibi. Secus autem esset vbi alius tertius restituere hæreditatē grauaretur, cum filius testatoris decesserit, quia tūc non inest illa cōditio. l. qui filium, §. Sabinus, quē ibi summè not. Bar. ff. ad Treb.
23 †Duodecimò & vlt. limitabitis dispositionē iam dictam locū non habere, vbi pia causa esset substituta, vtputa si filius esset grauatus post eius mortē restituere hæreditatē alicui ecclesiæ, monasterio, vel pauperibus, vel alteri pię causę. Quia eo tunc quantumcunque filius post eius mortem grauatus moriatur susceptis & superstitibus liberis, semper locus erit fideicōmisso & restitutioni hęreditatis, secundum Ias. sing. in l. licet, col. ij. C. de pact. vbi concludit piam causam filio substitutam excludere eius liberos, adeò q̄ locū non habebit dispositio d. l. cùm acutissimi. Quia prętereā in legitima, magis fauetur piæ causæ, quā liberis. Et ita ibi refert consuluisse Pe. de An. cons. 45. inci. Prima facie. Sed aduertatis, quia Rich. Mal. quem sequitur Bal. in d. l. cùm acutissimi, tenuit contrarium, dicens, q̄ soboles, i. posteritas filij grauati, semper excludit substitutū, etiam si pia causa substituta reperiatur: quia adhuc durat prę sumptio illa, qua testator præsumitur suam voluisse præferre sobolem: & sic causa liberorū dicitur fauorabilior quacunque pia, c. quicunque, 17. q. 4. & no. gl. in l. si quis ad declinandam, C. de epi. & cle. nec est verum q̄ Pe. de Anc. contrarium consuluerit, vt refert Ias. in d. l. licet. Quinimò consuluit ibi, q̄ liberi descendentis restituere hæreditatem grauati excludūt piam causam, vbi fideicommissum est vniuersale. secùs si esset particulare, putà certę rei vel summæ, non excessiuè. vt dixi s. in 8. lim. Et idem tenuit in lectu. idem de Anc. in c. in præsentia, de prob. licet non ita clarè hoc decidat, sicut facit in d. cons. pariter idem tenet ibi Fel. in princ. ideo dicebat Bal. in l. filio præterito, ff. de iniu.
24 rupt. test. †quòd si quis nullos habens liberos magna fecerit & excessiua legata suis consanguineis & ecclesiis, quæ verisimiliter nō fecisset, si liberos habuisset, eo casu per liberorū superuenientiam & natiuitatem cessant talia legata. Quia testator præsumitur potiùs inuitasse liberos, quàm ecclesiam & alios, idem voluerunt Bar. & Bal. in auth. ex causa, C. de lib. præ. & d. l. filio præterito. Circa quod videatis quæ dixi super verb. *in eodem testamento relinquens.* in 27. lim. post pr. vnde vtraque parte satis, vt videatis, rationibus & authoritatibus fulcita, dubito quid tenendū sit, nisi pro concordia opinionū singularia capiamus verba Ang. in d. l. filio præterito. vt dicamus opin. Ric. & Bal. esse veram, sc. quòd existentia liberorum excludat piam
25 causam filio testatoris substitutam: †Nisi testator piæ causæ hæreditatem restitui voluisset pro sua conscientia exoneranda, putà pro malè ablatis. Quoniam eo casu conscientia testatoris præferenda est filiis, & quibuscunque liberis, iuxta illud Iob ij. Pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo donat pro anima sua, &c. & hoc modo verificari potest opin. Ias. superiùs relata. & secundum hanc singularem concordantiam reperio consuluisse Barba. in ij. parte, cons. xlv. col. xj. ad hoc facit quod refert Barth. Brixien. in suo
26 repert. in verb. confessio. vbi dicit †quòd valet confessio quæ fit extra iudicium parte absente, quando fit pro exoneratione conscientiæ ipsius confitentis. alleg. Ant. de But. in c. si cautio, de fide instr. ita tenere: quod est singulariter notandum: quia hoc idem sequitur Fely. in c. olim. iij. col. in fi. ver. fallit octauò. de rescr. Facit quod ad istud propositum decidit Bal. in l. j. C. de falsa causa adie. leg. vbi dicit, quòd si moriens confiteatur se fuisse & esse vsurarium, valet confessio, & præiudicat suis hæredibus. quem sequitur Fely. in c. de hoc autem, de sim. facit quod decidit idem Bald. in l. si quis, §. ex hoc, ff. de eden. & pulchrè not. Salyc. post Bal. ibi, xiij. quæritur. in l. generaliter, C. de non num. pec. per not. in c. quanquam, de vsuris, libr. vj. & c. fin. de sepul. & per gl. in c. quoties cordis oculus, j. q. vij. & firmat Bal. in l. rationes, ad fin. C. de prob. & Panorm. pulchrè in c. fin. col. vj. de succes. ab intestat. Et aliqua habuistis super verbo, *in eodem testamento relinquens.* in vltima limitatione. in princi. Ad præmissa facit, quia licet substitutio pupillaris tacita non excludat matrem: tamen eam excludit, vbi pia causa pro exoneratione conscientię malè ablatorum esset substituta, vt plenè dicam infrà eodem, in materia pupillaris substitutionis, in sexto principali articulo, tradendo tertium effectum dictæ substitutionis. Ad hoc facit quod singulariter decidit

Cyn

Cyn. vt ibi refert & sequitur Bal. in l. fi. §. donec, C. de iure del. vbi dicit, quòd hæres, qui inuentario durante gaudet priuilegio, ne pro debitis aut legatis conueniatur, non gaudebit dicto priuilegio si conuenia tur pro legatis relictis pro anima testatoris seu malè ablatis restituendis. De quo plenè per Iason. in l. eam
27 quam, C. de fideic. col. 14. Similiter talia † relicta pro exoneratione conscientiæ facta debentur non adita hæreditate, secundum Bal. & Ias. in l. j. C. de sa. san. ec. vt dicam ĩ. in ver. *mortuo itaq; testatore*. j. in fi. imò dies talium relictorũ soluendorum cedit à tempore mortis testatoris aliqua alia nõ expectata dilatione: casus est sing. secundũ Dy. in l. epistola, §. mulier, ff. ad treb. vbi hereditas vi capta restitui iussa ilico debetur. facit l. filios, iuncta gl. ff. de vsu. leg. Et tutores ac exequuto res sine alio speciali mandato restituere possunt vsuras & cętera malè ablata, vt dicit gl. in l. præses, C. de transl. quam sequitur Bal. in l. etiam, C. de fideic. facit etiam quod sing. recitando opiniones dicit Io. An. in addi. Spe. ti. de iur. om. iu. ver. quæ meri imperij sunt. vbi dicit, quòd licet in donatione castri ecclesiæ per principem facta, etiam cum iurisdictione, non veniat
31 merum imperium, nec reliqua superioritas, si expressè non fuit dictum: tamen illa omnia veniunt in dona tione facta ecclesiæ, vel alteri piæ causæ pro remedio animæ ipsius donantis, nisi expresè fuissent per eum excepta Et videatis d. add. super verb. pastoralis, quę lata & pulchra est. Prætereà facit quod voluit Ang. in quibusdam suis reportatis, in l. j. §. ad municipum, ff. ad l. Fal. vbi dicit, quòd relicta ad conscientiam exonerandã pro malè ablatis diminuunt legitimam filij. l. Papinianus. §. quarta autẽ. ff. de inoff. test. licet aliâs sui natura legitima filij nõ sit per patrem onerabilis.
32 l. quoniam in prioribus, C. de inof. test. Quo tamen ca su posset episcopus loci bona testatoris distribuere inter ipsius testatoris filios, qui essent pauperes, secun dum Bal. in c. j. §. iniuria, seu furtum, de pa. iur. fir. Et intelligatis, quòd pater relinquendo bona sua paupe ribus pro malè ablatis, potest filio legitimam tollere vel diminuere, vbi probaretur testatorem illa malè ablata extorsisse, & indebitè recepisse. Nam eo tunc
33 opus est probatione: quia cùm aliàs non posset pater in suo testamento præiudicare filio in legitima, non staretur eius simplici assertioni. aut confessioni. argu. eorum quæ decidit Bar. in l. si fortè, ff. de cast. pec. se-
28 cundum Barb. hic. Vltra quem plus dico, † quòd testatoris confessioni pro malè ablatis relinquere con fitentis non staretur, etiam si hoc confiteretur cum iu ramento, in auth. quod obtinet, C. de prob. vbi cõfes sio testatoris iurata non nocet creditorib. Or filius in sua legitima est patris creditor, secundũ Bal. in l. quo ties, C. de hæred. inst. Ad prædicta facit quod decidit Ang. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. iij. vbi dicit, quòd intantum fauetur relictis pro satisfa ctione malè ablatorum ad cõscientiam exonerandã, quòd talia relicta, quamuis in testamento sui natura reuocabili fuerint relicta, non poterũt reuocari: quia vim habent debiti confessati in prętentia patris, ita q̃ de ipsis non deducetur Falcidia, cum dicãtur esse de bitum, imò pulchrè dicit Bal. in l. si seruo, ff. de hære.
29 inst. † quòd si ex dispositione statuti de legatis veniat soluenda gabella, non soluetur de relictis factis pro malè ablatis, cum videantur vt debitũ relicta. Quod verum crederem, si relicta essent facta pro certis ma lè ablatis per testatorem specificatis, secundum not. per Cy. & alios in d. l. generaliter. secùs si facta essent pro malè ablatis incertis: quia tunc cũ talis confessio seu dispositio testatoris nõ fuerit apertè accepta, nec recepta, nec iurata, non haberet nisi vim legati simplicis ad pias causas. Et per consequens intentio epi scopi non esset fundata in præiudicium filiorum, nisi probarentur, secundum Panor. in c. cùm sit, col. 3. de iudæ. & consuluit Cal. cons. 33. sub tit. de test. Ad idem facit quod decidit Bal. in l. fi. C. si à non comp. iud. vbi dicit, quòd damnatus ad mortem, licet non possit te stari, tamen si reliquerit pro suis malè ablatis, poterit iudex ex officio suo talia relicta exequi, l. illicitas, in prin. ff. de of. præsi. & idem Bal. in quodam suo cons.
30 inci. Testamenta & relicta damnatorum. † dicit quòd ☞ relictũ pro malè ablatis. [Vide pulchra ĩ. super ver. *mortuo itaq; testatore*. j. in v. fal. ad regulam, q̃ ad mor tem damnatus est intestabilis.] incertis, non reuoca tur per condemnationẽ ad mortem. & ratio est, quia posito quòd fur pro malè ablatis nihil dispositisset, ta men de bonis suis fieret ablatorum restitutio. Videa tis Io. An. in c. quanquam, de vsur. lib. vj. quem sequi tur Aug. in add. ad Ang. in tract. malefi. super verbo, Caput à spatulis amputetur, & dicam in verb. *mortuo itaque testatore*. j. † Veruntamen menti tenebitis quòd executor testamenti habens satisfacere de bonis testa toris ad suam exonerandam conscientiam, non tene tur soluere pœnas ad causam debitorum incursas, vt sing. decidit Bald. in l. id quod pauperibus, q. ix. C. de epi. & cle. & l. quibus diebus, §. Dominus, ff. de cond. & dem. per gl. sing. in c. fraternitas, xij. q. ij. volentem in foro conscientię sufficere ablatum restitui absque solutione pœnę. Vnde sufficit rem furtiuam restitue re sine pœna dupli vel quadrupli. Ideo dicebat Bal. in l. j. C. de vect. & com. in fi. quòd conscientia non ligat
32 quos natura non obligat. † Pœnæ enim inductæ sunt ad vindictam, quæ cessat in foro conscientiæ, secun dum Pe. de Anc. in c. j. de const. lib. vj. & c. si propter tua debita, de rescr. e. lib. de quo plenè Fel. in c. audiui mus. de simo. Pariter in foro conscientiæ quo ad rem extortam non tenetur hęres pro delictis defuncti vl tra vires hæreditarias, etiam si inuentarium non fece rit, secundum Io. Fab. in §. pœnales, super verb. conte
33 statæ, Inst. de perpe. & temp. act. quem videatis, † quia singulariter loquitur in multis. Et intelligatis suffi cere malè ablata solùm restitui in foro conscientiæ, vel extorquenti per partẽ læsam remitti in foro con scientiæ, illa remissio liberat sicut restitutio, vt *com muniter* concluditur in reg. peccatum, de reg. iu. lib. 6. Tamen tantus est fauor exonerationis conscientiæ, q̃ etiam si vsurario per partem remitterentur vsurę per ceptæ, posset episcopus tali non obst. remissione ma lè ablata extorquere, & pauperib. dare, per text. sing. quem ad hoc no. ibi Bal. in aut. alearum vsus, in fi. ibi, si autem noluerint, & c. C. de rel. & sum. fu. & idem fo ret, quòd non valeret remissio malè ablatorum, ne que liberaret auferentem & extorquentem, vbi lex quãuis positiua, rationabiliter prohiberet fieri abla torum remissionem, vt in casu c. statutũ, §. notarium, & aliis ibi no. per gl. de rescr. lib. vj. (Additio.) Idem hodie in commissariis iustitiæ qui pro dictis habent taxata salaria per ordinationem regiam, vt vidistis su per verbo, *& vxorem nomine Adelasiam.* in j. art. suc cessionum ab intestato, & v. decis. circa fi. vbi dictum fuit de salario singulorũ magistratuum in isto regno. Et consiliarij in parlamento pro dieta extra vrbem. capiunt tria scuta, de quibus facere tenentur suam & suorum expensam, quam à parte capere non possunt vltra dictum salarium, etiam si pars vellet eam dare, vel factam remittere, vt cauetur in ordinatione regia

Lud

BIU Cujas

Lud.xij.xxij.c.nec valeret remissio in foro conscien
tiæ, secundum Dominic.& Philip.Franchum in d.§.
notarium.& §.seq.præsertim,quia officiarij regis in
34 eorum receptione iurant seruare ordinationes.†Po-
stremò notabitis, quòd malè ablata, per testatorem
debent prius restitui de bonis hæreditariis,quàm ma
lè ablata per filium hæredem,secundum Bal.& doct.
in l.j.C.de bon.auth.iud.pos. quæ omnia sunt notan-
da velut quotidiana, quæ locum non habent in con-
tractib. qui gratia vtriusque fiunt, in quibus non ha-
bet locum d.l.cùm acutissimi.vt plenè per Ias.in l.2.
col.ix.ver. xiiij.quæritur.C.de iure emphyt. Habetis
ergo pro conclusione, quòd vbi descendentes etiam
simpliciter rogantur alicuius ascendentis restituere
hæreditatem post mortem, semper inest conditio,s.
si ille rogatus decesserit absque liberis. Nam si cum
liberis decedat, semper excluditur substitutus.quod
qualiter intelligatur, patet ex præmissis. Et cum his
satis sufficienter esse potestis instructi quid iuris si in-
stitutioni vel fideicommisso hæc clausula non fuerit
apposita. Hic autem in testamento Raynutij fuit ex-
presse hæc clausula seu conditio in substitutione ap-
posita,*Si absque liberis moreretur.*vt patet in textu.

SVMMÆ SECTIONIS.

¶ Si absque liberis moreretur. II.

1 *Substitutio è Raynutio facta,an fuerit compendiosa.*
2 *Succedendi verbum est commune.*
3 *Vulgaris substitutio quomodo fiat.4.*
5 *Vulgaris substitutio quibus verbis fiat.*
6 *Vulgaris substitutio quare ita appelletur.9.*
7 *Vulgaris substitutionis definitio.*
8 *Vulgare quid dicatur.*
10 *Vulgaris substitutio quotuplex.*
11 *Tacita vulgaris quid.*
12 *Vulgaris contenta in breuiloqua an sit expressa vel tacita.*
13 *Vulgaris substitutio partim expressa,& partim tacita.*
14 *Expressum dicitur tribus modis.15.16.& 17.*
18 *ulgaris substitutio posthumo facta.*
19 *Vulgaris substitutio omnino tacita.*
20 *Substitutio vna continet aliam ex interpretatione exten siua tantùm.*
21 *Porrigi est idem quod extendi.*
22 *Vulgarem sub pupillari contentam esse omnino tacitam, quomodo intelligatur.*
23 *Pupillaris substitutio vt sit,duo requiruntur.*
24 *Vulgaris partim expressa,& partim tacita fit dupliciter.*
25 *Vulgaris in vno casu facta extenditur ad alium.*
26 *Substitutiones largissimè interpretantur.*
27 *Substitutio in vno casu facta quando non extendatur ad alium.28.& 29.*
30 *Substitutiones sunt multum fauorabiles.*
31 *Peperisse an dicatur cui sectus est venter.*
32 *Testatoris prouisio extenditur.*
33 *Substitutio si posthuma nascatur, an habeat locum, nulla posthuma nata.*
34 *Nolle & non posse æquiparantur.*
35 *Interpretatio nunquam debet præualere menti.*
36 *Substitutio in vno casu facta quando non porrigitur ad alium.37.38.39.40.& 41.*
42 *Obmutuerunt passim viri eloquentissimi.*
43 *Substitutio facta in vno casu, porrigitur ad alium, etiam in legatis.*
44 *Vulgaris substitutionis quis sit effectus.*
45 *Vulgariter substituto non est locus quandiu est spes,quòd hæres adire possit.*
46 *Substitutum non excludit hæredis aditio ab intestato.*
47 *Substitutum non excludit hæres, nisi totam hæreditatem adeat.*
48 *Hæreditatem an repudiare possit filius retenta legitima. 49.50.& 51.*
52 *Legitimam repudians filius potest pœnitere.*
53 *Legitima retenta quando possit filius residuum repudiare. & num.54.*
55 *Hæres repudiare potest hæreditatem retentis legatis.*
56 *Fiscus raro æquus.*
57 *Filius hæreditatem repudians,an feud.retinere possit.58.*
59 *Bonorum appellatione continentur emphyteuses.*
60 *Filia dotata dotem retinebit, etiam si pater hæreditatem*
61 *Collatio bonorum quid.* (*repudiet.*
62 *Substitutus admittitur licet hæres ad adeundum possit restitui.63.*
64 *Substitutus vulgaris an excludatur, si institutus alium hæredem faciat.*
65 *Hærede ad alium transferente ius deliberandi an ille substituto præferatur.66.68.69.70.& 72.*
67 *Transmissio est triplex.*
71 *Dictum doctoris intelligi debet secundum iura quæ alleg.*
73 *Filiofam.ab extraneo instituto repudiante,an pater præferatur substituto.74.75.76.& 77.*
78 *Patre instituto & repudiante,an filium excludat substitutum.79.*
80 *Monacho instituto adire nolente an monasterium excludat substitutum.83.& 84.*
81 *Monacho relictum censetur contemplatione monasterij.*
82 *Aditio hæreditatis non sola fit voluntate,sed facto.*
85 *Monachus potius æquiparatur filio quàm seruo.86.*
87 *Monachus decedens ante aditam hæreditatem,an eam transmittat ad monasterium.*
88 *Suitas non perditur per ingressum religionis.*
89 *Episcopus quo ad ius transmittendi paternam hæreditatem non censetur extra patriam potestatem.*
90 *Patriam potestatem tollit religio et dignitas,vbi est fauor.*
91 *Hæreditas extranei non adita, an transmittatur ad monasterium vel patrem.*
92 *Substituto vno vulgariter,alio fideicommissariè,quis præferatur hærede repudiante.*
93 *Suitas quomodo tollatur per dationem vulgaris substituti.*
94 *Fiscus an præferatur substituto, si hæres indignus repudiet.*
95 *Institutus et substitutus in sex casibus simul admittuntur.*
96 *Vulgaris substitutio potest vires dare testamento. & nu. 97.& 98.*
99 *Vulgaris tacita locum habere potest, vitiata vulgari expressa.100.*
101 *Prouisio in vnum casum quando extenditur ad alium.*
102 *Substitutio habet largissimam interpretationem.*
103 *Vulgaris continet tacitam pupillarem.104.& 105.*
106 *Vulgaris pupillo facta quando non continet tacitam pupillarem.*
107 *Voluntas testatoris quibus modis probetur.*
108 *Prouisio expressa hominis cessare facit tacitam prouisionem legis.*
109 *Appellatio remota intelligitur de friuola.*
110 *Pupillaris tacita contenta in vulgari, & econtrà dicitur substitutio scripta.*
111 *Tacitum quid dicatur.*
112 *Vulgaris an contineat tacitam exemplarem.*
113 *Vulgari substitutione,succeditur testatori,& non hæredi.*
114 *Vulgaris tacita in pupil.contenta,non comprehendit bona pupilli,sed testatoris.*
115 *Hæres repudians quando retinere nequeat prælegata.*

116 *Pup*

BIU Cujas

116 *Pupillo hærede & testatore simul decedentibus, substitutus venit ex pupillari expressa ad bona pupilli, & ex vulgari tacita ad bona testatoris.*
117 *Substitutus an etiam vocetur ad partem, quæ accreuit alterius cohæredis repudiatione.*
118 *Vulgaris substitutus matrem excludit.*
119 *Vulgaris tacita an excludat matrem testatoris.*
120 *Vulgaris partim expressa & partim tacita an matrem excludat.*
121 *Vulgaris substitutio de necessario hærede facit voluntarium.*
122 *Vulgaris substitutio quomodo extinguatur.* 123. & 124.
125 *Aditione hæredis quando extinguatur vulgaris.*
126 *Vulgaris pluribus facta an vno adeunte expiret.* 127. 128. & 129.
130 *Substitutus aditione exclusus, si hæres beneficio restitutionis repudiet, an admittatur.* 131.
132 *Sui hæredis existentia, an vulgarem substitutum excludat, sicut aditio.*
133 *Substitutus an præferatur instituto, qui iure ciuili hæres esse nequit, sed prætorio.*
134 *Hæres qui iure tantùm prætorio vti vult, an excludat substitutum.*
135 *Hæres qui bonorum possessio repudiauit, an iure ciuili venire possit, vt substitutum excludat.*
136 *Hæres conditioni parere nolens, facit locum substituto.*
137 *Vulgaris tacita quomodo expiret.* 138.
139 *Pupillaris inutilis an tacitam contineat vulgarem.*
140 *Pupillaris substitutio habet insitam conditionem, si in pupillari ætate decesserit.*
141 *Vulgaris quare videtur iure improbari.*
142 *Vulgaris substitutio quare iure probetur.*
143 *Votum captandæ mortis dupliciter inducitur.*

¶ Si absque liberis moreretur. II.

1 EX hoc tex. clarè demonstratur, † quòd hæc substitutio fuit compendiosa, vt scilicet quandocunque Adiecta testatoris filia sine liberis decederet, eidem succederent Alterocha & eius soboles, vt dicit gloss. nostra hîc in princ. Vel dici potest, quòd hæc substitutio fuit fideicommissaria, vt probat text. noster dum dicit ſ. tanquam ex causa fideicommiss. ita sentit gl. in verbo, substitutionis. ſ. eod. nam licet hæc substitutio facta fuisset per verbum,
2 succederent, † quod est verbum commune: attamen propter hanc conditionem liberorum hîc positam, substitutio dicitur fideicommissaria, attento maximè quòd dicta hęres instituta decesit pubes effecta. Talia enim verba, si absque liberis, verbis communibus adiecta substitutionem faciunt fideicommissariam, secundum gl. in verbo, fideicommisso. in l. precibus. C. de imp. & aliis subst. Quod an sit verum, dicam latiùs ſ. in materia compendiosæ substitutionis. Si verò hæc verba, sine liberis, non fuissent in nostra substitutione apposita, & Adiecta testatoris filia hæres instituta decessisset in ætate pupillari, hæc substitutio iure directò valuisset, attento quòd hoc verbum commune, succederent, referebatur ad personam hę redis instituę, vt plenè habuistis in præcedenti notula. Ex quo habetis, quòd licet in omni substitutione quæ fit descendentibus per ascendentes, tacitè insit conditio, si hæres sine liberis decesserit, vt d. l. cùm acutissimi. & fuit ſ. plenè declaratum: Tamen propter illam conditionem subintellectam substitutio non efficitur obliqua, nisi per testatorem exprimatur. Et sic illa quæ tacitè insunt, si exprimantur, aliud operantur, licet regulariter contrarium dicamus, vt plenè per Bar. in l. hæc verba. ff. de leg. j. & Panor. in c. cùm dilecta. de rescr. & in c. significasti. de elect. & not. in l. nonnunquam. ff. de cond. & dem. de hac autem clausula, Si absque liberis, &c. dicetur infrà eod. *Tandem sine liberis est defuncta.*

¶ Tractatus Vulgaris Substitutionis.

3 SEd † quia gl. nostra hîc magistraliter nobis tradit substitutionũ materiam, idcirco eius insequendo ordinem de singulis substitutionũ speciebus prout nostri acies ingenij atque intellectus exigui capere poterunt, disseremus, stylo ac more tractandi per Bar. in hac materia tradito, posseterenus observato. Videamus ergo in primis de vulgari substitutione. Circa cuius expeditionem tractandum est de sex, more Bar. in l. j. ff. de vulg. & pup. subst. Primò enim tractabitur de forma & modo huius substitutionis faciendæ. Secundò, quibus concipiatur verbis. Tertiò, quare appellatur vulgaris magis, quàm alio nomine. Quartò, quotuplex est vulg. subst. Quintò, quis sit eius effectus. Sextò & vltimò, qualiter finiatur & extinguatur. Et circa singulos articulos decidentur quæstiones, secundum materiam subiectam
4 adiacentes. † Venio ad primum, in quo dubitatur de forma faciendi hanc substitutionem. Et respondet glos. nostra quòd fit hoc modo: Instituo te hæredem: & si tu non eris hæres, ille sit hæres. Hæc forma probatur, Inst. de vulg. subst. in prin. vel sic dicendo: Titium hæredem instituo: & si hæres non erit, substituo Seium. vel sic: Si Titius hæres non erit, substituo mihi Seium. Nam debet testator simpliciter substituere, vel verba substitutionis ad se referre: quia casu substitutionis contingente substitutus succedit testatori absque medio, cum hæres fingatur non institutus, postquam hæres esse non vult, vel esse non potest. Ideo si testator diceret: Si Titius hæres non sit, Seius sit ei hęres, vel sibi illum substituo: tunc non valet vulgaris substitutio, quia peccat in forma, cũ per vulgarem succedatur testatori, & in bonis testatoris, & non hęredi instituto, nec in bonis suis: imò si hęres esset, non posset ei substituere. & sic cum dictio, sibi, vel ei, aut similis verificari non possit directò nec per obliquum, quòd Seius substitutus sit hæres instituti, qui noluit, vel non potuit hæres esse testatoris, sequitur quòd talis substitutio non valeat, licet secus sit in pupillari substitutione, per quam succeditur pupillo: quia licet pater testator eam faciendo verba peruertat, sic dicendo: si filius meus in ætate pupillari decesserit, Seius sit mihi hæres: cum deberet dicere, sit ei vel sibi hæres: Tamen valebit talis pupillaris substitutio, & illa dictio mihi, habetur pro non adiecta, ac si dixisset simpliciter, sit hæres, secundum gl. in ver. mihi. in l j. ff. de vulg. & pup. & est tex. sing. in l. si ita scrĩptum. §. qui filio. ff. de bon. pos. secund. tab. quia licet substitutus pupillariter non succedat testatori immediatè, tamen ei succedit mediante persona pupilli. Vnde satis dicitur hæres esse testatoris, postquam est hæres hæredis, per text. in l. fin. C. de hæred. instit. sed in vulgari substitutione substitutus dici non potest aliquo respectu hæres instituti, qui testatori nũquam successit. Et hanc opinionem prima facie videtur tenere Ias. in d. l. j. col. iij. Sed aduertatis, quia Alberic. in repetitione rubric. ff. de vulg. & pupil. col. xxxvj.

in fin

BIU Cujas

in fi. tenet contrarium, dicens, talem substitutionem vulgarē esse validam de iure. Nam testator dicendo: Substituo sibi Seiū, perinde erit, ac si nō apposuisset dictionem sibi. Quo casu valeret, vt vidistis in j. exemplo. Mouetur Alber. primò per illam glo. in d.l.j. secundò per illū tex. in l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bo. posses. secūdum tab. vbi in pupil. substi. dictio mihi, habetur pro non adiecta, vt substitutio potiùs valeat, q̄ pereat. ergo idē esse debet in vulgari, vt pariter dictio sibi, habeat pro nō adiecta. & in hac opi. videtur finaliter residere Iason vbi s. magnificiēs de cisionē Alber. quā refert alibi nō legisse. de quo etiā dicā j. in materia pupil. substit. in ij. principali artic. & iunctis his q̄ plenè dicta fuere s. in verbo, *Adiyciens vt Alterocha.* in iiij. & vlt. mēbro. Præsens articulus remanet satis sufficiēter declaratus iuncto, q̄ si testator dixerit: Semproniū instituo, & Caium substituo. talis substitutio dicitur vulgaris per l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. substi. circa prin. & per l. Gallus. §. j. ff. de libe. & posth. & eodē modo diceretur vulgaris, & si testator diceret: Titium hæredē instituo: & si hæres non erit, rogo eū vt restituat hæreditatē Caio, per no. per Bar. in l. quærebat. per illum tex. ff. de test. mili. & clariùs per Bal. in l. humanitatis. nu. 57. versic. mirabile &c. C. de impub. & aliis substi. Alleg. tex. in l. inter omnes. ff. q̄ satisd. cog. secundum Alex. in d.l.j. vj. col. ff. de vulg. & pupil. Et hæc vera, q̄ talis substitutio dicit vulgaris, vbi testator simpliciter dixit: rogo eum, vt hæreditatem restituat Caio. secùs si dixisset, q̄ eā restitueret per fideicō. quia tunc esset fideicommissaria. per l. cohæredi. §. cū filiæ. ff. de vulg. & pupil. substi. nam illa verba, si hæres non erit, intelliguntur scilicet voluntariè: quia tunc cogi poterit, vt habeat hereditatem quā demum restituat, per l. debitor. §. j. & l. cogi. ff. ad Trebe. secundū Gul. de Cug. qui formaliter in his terminis loquitur in l. precibus. C. de impube. & aliis substi. Circa quod videte quæ plenè dixi in verbo, *Eidem impuberi succederent*, vbi retuli dictum Bald. in d.l. humanitatis.

5 †Secūdus articulus erat, quib⁹ verbis fiat hæc substitutio. in quo gl. reperiūtur variæ. Nā gl. in §. qua ratione. Insti. de pupil. substi. dicit q̄ fit verbis negatiuis. sed gl. nostra hīc dicit, q̄ fit verbis affirmatiuis p quæ cōcipit exēplum dictæ substitu. Sed dicatis vos has gl. sic cōcordari. quia omnis substitutio vulgaris duo habet extrema, vnū concernens personā eius cui fit, scilicet hæredis instituti. Quo casu habēdo respectum ad personam illius cui substituitur, tunc substitutio: semper cōcipitur verbis negatiuis per hęc verba, si Titius hæres non erit. Aliud verò est extremum concernēs personam, quę substituitur: & tunc respectu illius, substitutio semper concipitur verbis affirmatiuis per hæc verba, talis hæres ūt, secundum Bar. quem omnes ibi sequuntur in d.l. j. ff. vulga. & pupil. & Bal. in repe. ca. si pater. eo. tit. lib. vj. & intelligitur si hæres non erit, quia noluit esse hæres, vel quia non potuit. l. cùm proponas. C. de hære. instit. & istud nō posse etiam accipitur largè, videlicet quoquomodo hæres esse nō possit, siue hoc procedat ex parte testameti, quia est nullum quo ad institutionem, seu vitiosum, l. iij. §. fin. de liber. & posth. siue hoc procedat ex vitio personæ institutæ, vt quia fortè spurius, qui hæres non potest institui à patre, l. ij. C. de hæred. in- 8
stitu. siue ex defectu ipsiusmet personæ institutæ, vt quia fortè hæres institutus nō est natus. l. fi. C. de insti. & substit. vel natus decessit antequam hæreditatē adiret. l. ab omnibus. §. cùm quidā. ff. de lega. j. vt plenè dicit Bart. in d.l. iij. §. fin. in fi.

6 †Venio nūc ad tertiū in quo dubitabatur quare hęc substitutio vulgaris appellatur, & sciēdum est, q̄ licet hęc substitutio cōmuniter à doctorib⁹ nō diffiniat, credit tñ Iason sic eā diffiniri. †Substitutio vulgaris est secūda institutio directa, quæ à quolibet, & cuilibet fieri potest. quę diffinitio est bona. Nā (vt tradūt Logici) omnis bona diffinitio cōstare debet ex genere & differētiis, secūdū Bar. in l. j. ff. de test. & in l. j. ff. de testi. & in l. j. in princi. ff. de acquir. posses. Or nūc dico, q̄ substitutio est institutio, & sic genus, quia omnes tam instituti quàm substituti dicūtur instituti. Dixi *secunda.* ad differentiam primæ institutionis hęredis, cui fit substitutio, qui dicitur in prima institutione vocatus: & substitutus venit tanquam in secunda institutione vocatus: & prę suppo nit institutionē ante se: quod qualiter intelligatur, vidistis plenè in verbo, *Adiyciens, vt Alterocha.* Dixi, *directa*, ad differentiam substit. fideicō. quæ est indirecta, de qua Christo auxiliante, videbitis plenè in materia cōpendiosæ & fideicōmissariæ substit. Dixi vlterius, *à quolibet, & cuilibet fieri potest*, ad differentiam pupillaris, quæ fieri non potest nisi à solo patre, & filio pupillo soli in eius potestate constituto: & etiam ponitur ad differentiam substit. exemplaris, quæ fieri nō potest nisi à patre vel matre, & nisi filio furioso, prout hæc omnia probantur in §. j. & §. qua ratione. Insti. de pupil. substi. Hæc autem substi. fit à quolibet & cuilibet de populo. Ex quibus resultat decisio nostri articuli, quòd ideo hæc substi. dicit vulgaris. Primo respectu testatoris eam facientis, quia à quolibet de vulgo, id est, de populo fieri potest. l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem Falc. Nam fieri potest etiam à milite, vel pagano, à patre, vel extraneo, & quocunque alio, fœmina vel masculo, dum tamen eam faciens sit homo vulgaris, id est, ad testādum habilis, secundum Azo. in summa. C. de impub. & aliis substi. & glo. in rubri. Institu. de vulga. substitu. Secundò dicitur vulgaris respectu eius cui fit: quia cuilibet de vulgo, id est, de populo hæredi instituto fieri potest, siue militi, siue pagano, homini libero, vel seruo, consanguineo, vel extraneo. l. cùm proponas. C. de hæred. insti. & §. fi. Instit de vulga. substit. Tertio modo dicitur vulgaris ea ratione, quia fit verbis vulgaribus, id est, cōsuetis. l. vulgaris est quæstio. ff. de furtis. & c. vulgaris. de pœnit. dist. j. & d.l. in ratione. §. quod vulgò. fit enim hæc substitutio p hæc verba vulgaria, Talis sit mihi hæres: & si hæres nō erit, talis sit hæres: vel talem substituo. Nā quilibet de vulgo talia verba proferre scit tā quam vulgaria, & apponi cōsueta in hac substitutione, secundum Cyn. in l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & Bar. in d.l. j. de vulg. & pupil. vbi refert Gul. de Cugn. voluisse, q̄ quinque modis dicit vulgaris. & cū dictis Bar. trāseūt hīc dominus Card. Ioan. de Lig. & Imol. & Bal. in repet. dicti ca. si pater eo. tit. lib. vj. licet aliqui insurgāt cōtra rationē prædictam per gl. sin. gul. in l. quoties. C. famil. ercisc. dicētem, q̄ quilibet dicere nescit, instituo: & minus dicere scit, si hæres non erit, talem substituo. Quoniam respondetur per glo. singul. in dicta l. inter omnes. ff. qui satisdare cogantur, dicētem inter omnes, scilicet sapientes: ita dicamus in proposito, quòd hęc substitutio est vulgaris, apud sapientes, & doctos: † cùm illud dicatur vulgare, quod emanat à consuetudine sapientum, & non insipientum rusticorū, sicut communis vsus loquendi nō sumitur ex variis loquutionibus imperitorum, vt plenè dixi suprà eodem in

verbo, *Eidē impuberi ſuccederēt.* prope finē. † Quartò dicitur vulgaris: quia verbis fit vulgaribus, id eſt, directis. Et ſic eſt directa ſubſtitutio. Nam interdum dicitur eſſe vulgare quod directum eſt, per text. cum gl. in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſti. & intantū eſt hæc ſubſtitutio directa, ꝙ etiam ſi fiat per verba cōmunia, ſemper remanet directa, ita ꝙ ſi teſtator diceret, ſi talis hæres nō ſit, talem ſubſtituo, licet hoc verbum ſubſtituo, ſit commune, cùm trahi poſſit ad vtrūque ſenſum directū, & indirectum ſeu obliquū: attamē ſubſtitutio erit directa, quia ſubſtitutio vulgaris eſt ſpecies ſubſtitutionis directæ, vt voluit glo. noſtra hîc. Quintò dici poteſt vulgaris, id eſt, communis, quaſi ius cōmune ſequēs, quia nihil ſpecialitatis habet. facit quod habetur in l. edicto. §. extat. ff. de iure fiſci. Sextò dicitur vulgaris, i. approbata. l. ſi ſeruus nauē. ff. de furtis. Alio modo, & vltimo dicit vulgaris, id eſt, expreſſa. l. libertates. ff. de fideic. liberta.

† Quarto principaliter dubitatur, quotuplex ſit hæc vulgaris ſubſtit. & certè gloſſa noſtra hîc ſentit quo eſt duplex, ſcilicet expreſſa & tacita. hoc clariùs voluit glo. in d. §. qua ratione. Inſtit. de pupilla. ſubſtitu. & poteſt dici expreſſa vulgaris illa, quæ colligitur ex verbis expreſſis ipſius vulgaris ſubſtitutionis, vt in exemplis ſuprà poſitis in primo articul. & hîc in gl. † Tacita autem vulgaris eſt illa quę continetur in expreſſa pupillari. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. Facit quod habetur eod. tit. l. Lucius. & l. qui plures. & in hoc cōſentiunt omnes doctores, vt ſcilicet vulgaris ſub pupillari cōprehenſa ſit, & dicatur tacita. Nam pupillaris ſubſtit. facta filio pupillo ſi in ætate pupillari deceſſerit, tacitè continet vulgarem, videlicet ſi pupillus hæres patris nō fuerit, vt quia noluit, vel quia non potuit, quo caſu vocabitur ſubſtitutus ex tacita vulgari comprehenſa ſub pupillari expreſſa. Nim illa vulgaris ſub pupillari contenta, dicitur verè tacita. † Sed dubitatur apud doctores de ſubſtitutione vulgari cōprehenſa ſub breuiloqua vel compendioſa, an dicatur expreſſa, vel tacita: ſuper quo gl. ſunt variæ. Nam gl. in d. §. qua ratione. Inſti. de pupilla. ſubſti. tenet eam eſſe tacitam. idem ſentit glo. in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. in teſtamento. C. de teſta. milit. ſed gloſ. in l. Lucius. ff de vulga. & pupil. tenet talem ſubſtitutionem eſſe expreſſam. Idem tenet glo. in l. fin. in fine. C. de impube. & aliis ſubſtitu. † Vnde pro concordia dictarum gloſſ. vt vnaquæque illarum dicatur verum dixiſſe, capio elegantem doctrinam Bar. in l. j. ff. de vulg. & pupill.

Pro cuius clariori intellectu ſecundum eum ſciendum eſt, quòd ſubſtitutio vulgaris eſt triplex. quædā eſt expreſſa, quædam tacita: alia verò dicitur partim tacita, & partim expreſſa. & primò videamus de vulgari expreſſa: ad quod ſciendum eſt ſecundum Bart. ibi, † & expreſſum dicitur tribus modis. primò illud quod eſt expreſſum in genere. l. fina. C. quod cum eo qui in aliena poteſtate, ſecūdum vnam lecturā. Nam illud dicitur expreſſum, quod dicitur verbis generalibus. idem dicit Bald. in l. prætor. in princ. per illum tex. ff. de no. ope. nuntia. vbi dat regulam quòd illud eſt expreſſum, quod venit ex mente legis, vel ſub generalitate verborum. Nam ſi in contractibus in quibus ſtricta fit interpretario, illud eſt expreſſum quod fit ſub generalitate verborum, vt d. l. fi. cum gl. multò fortius hoc erit in vltima voluntate, in qua fit lata interpretatio. cap. cùm dilectus. de don. Et multò potius in ſubſtitutionibus, in quibus fit largiſſima. ſecundū gl. & doctores, in l. Gallus. §. & quid ſi tātùm. ff. de liberis & poſthu. † Et quia iſtud dictum Barto. eſt egregiū, dum dicit, quòd expreſſum dicitur quod verbis fit generalibus, ipſum limitabitis quatuor modis, ſecūdum Alex. Primò per glo. ſingularem in c. inquiſitores. ſuper verbo, expreſsè, de hæreti. li. vj. vbi ſingulariter dicit glo. quòd quādo reſpectu certę perſonæ fieri debet mentio expreſſa, non ſufficeret mentionē fieri verbis generalibus: putà dicendo, cōtra quaſcūque perſonas cuiuſcunq; qualitatis exiſtāt, ſed requiritur ſpecialis expreſſio per demonſtrationem perſonę. Idem no. dominus Anto. & Imo. in clemen. cōſtitutionē. de elect. per illum tex. & conſuluit idem Anto. conſi. xxj. incip. quia hic agitur. Secundò limitabitis illud dictum non habere locum, vbi lex requireret expreſſum verbis, quia tūc non ſufficeret loqui generaliter, per tex. in l. fina. §. defenſionem. C. de admini. tut. vbi tutor qui tenetur expreſsè promittere defenſorem pupillorum ſuorum, non liberaretur promittendo generaliter vtilia procurare: licet ſub iſtis verbis cōtineatur defenſio, & ita decidit Bar. in l. prætor. in princ. & in l. legitimos. in fine principij. ff. de legitim. tut. Tertiò limitabitis quando lex noua iuris antiqui correctoria aliquid requirit expreſsè fieri: quia tūc nō ſufficit, ꝙ in genere fiat, nec per verba generalia exprimatur, ſed fieri debet nominatim & ſpecialiter, ſecūdum Ang. ſingulariter in §. ſi verò expreſſim. per illum tex. in Auth. de hæred. & Falcid. idem notat Ang. in §. illud. per illum text. in Auth. de trien. & ſemiſ. quē ſequitur Ludo. in repetitione authenticæ, ſimiliter. penulti. col. C. ad leg. Falcid. ſed illa iura non probant dictum Ange. ſecundum Alexā. & Franc. Aret. in l. j. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. quia licet dicant debere fieri expreſsè, tamen non dicunt, quòd debeat fieri nominatim. Quartò limitabitis ſecundum Iaſon. quòd licet illud quod generaliter dicitur, dicatur expreſſum, tamē illud quod venit in neceſſariam conſequentiam, ſeu in neceſſarium conſequens ad actum expreſſum, dicitur tacitum. Vnde ſi miles qui ſcit ſe habere filium, inſtituat hæredem extraneum, in neceſſarium conſequens priuat filium hæreditare: & tamen dicitur tacitè ipſum priuare. tex. eſt in l. ſicut certi. in verbo, tacitè. C. de teſtamento mili. quē text. ad hoc nouiter ponderauit Franciſc. Aret. ibi reputans menti tenendum. † Redeo ad doctrinam Bar. & dico, quòd ſecundo modo dicitur id quod ſpecialiter & in ſpecie exprimitur. l. j. §. inter filium. ff. de fal. & d. l. fina. ſecundum aliam lecturam. C. quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt. † Tertio modo dicitur expreſſum quod ſingulariter & indiuidualiter exprimitur, ſcilicet propriis nominibus, & vocabulis. l. quod in rerum. §. fi. vbi gloſ. ff. de legat. j. ſecundum Bart. in dicta. l. j. in fin. ff. ſi quis in ius vocatus nō ierit. ad hoc facit gloſ. in dicto ca. inquiſitores. de hæreti. lib. vj. & Barto. in dicta l. prætor. in princip. ff. de noui operis nuntiat. Or nunc ex prædicta doctrina Bar. infertur ad concordiā dictarum gloſſa. vt dicamus, ꝙ ſubſtitutio vulgaris contenta in breuiloqua vel cōpendioſa ſubſtitutione eſt expreſſa generaliter. verbi gratia: Titium & Seium hæredes inſtituo, eóſque inuicē ſubſtituo. Hæc enim ſubſtitutio eſt breuiloqua, duas cōtinens ſubſtitutiones vulgares, ſcilicet vnam in perſona Titij, alteram verò in perſona Seij: caſu quo hæres nō ſit. Quæ quidem duæ vulgares ſunt expreſſæ generaliter. quòd eſſet maximè verum ſecundum Franc. Aret. quando breuiloqua no cōtineret niſi vnam ſubſtitutionem, vt eſt quando fit duobus hæredibus maioribus, vel

quando

quãdo fit pſonis imparibus: putà filio teſtatoris pupillo & extraneo. Quo caſu talis breuiloqua vulgarẽ tantùm continet ſubſtitutionem ſine pupillari. l. iam hoc iure. ibi, in vulgarẽ tantum. ff. de vulg. & pupilla. ſubſtit. & l. quãuis. C. de impube. & aliis ſubſtit. certè tunc illa vulgaris contenta in breuiloqua non ſolùm eſt generaliter vulgaris, imò ſpecialiter. Nam diſpoſitio facta per verba generalia, quæ niſi in vna ſpecie verificari nõ poſſunt, cenſetur eſſe ſpecialis, per tex. in l. ij. ff. de liberis & poſthu. ſecundũ eum. ad hoc facit tex. ſecundum Iaſo. in l. ſi domino. vbi Bar. no. ff. de lega. j. & in l. ſi hæres. ff. de optio. lega. facit text. in c. ex parte. j. vbi gl. fi. hoc notat, & Panor. de offi. delega. Et idem dico in vulgari comprehenſa ſub compendioſa ſubſtitut. vt pari modo dicatur generaliter expreſſa. putà ſi teſtator dicat, Titium hæredem inſti tuo: & quãdocunque deceſſerit, Seius ſit hæres. Hæc enim ſubſtitutio eſt cõpendioſa cõprehendens in ſe vulgarẽ ſubſtitutionẽ, caſu quo Titius non ſit hæres. Quæ quidẽ vulgaris dicitur expreſſa generaliter ſub hoc generali verb. quandocũque deceſſerit: quaſi ſit ſenſus, q; ſi Titius antequã adeat hæreditatem deceſſerit, & ſic hęres eſſe nõ poſſit, Seius ſit heres. Et hoc modo intelligitur gl. in d. l. Lucius. & in d. l. precibus. volẽs dictas vulgares eſſe expreſſas generaliter. ſecùs autẽ diceremus capiẽdo expreſſum ſpecialiter, quia tunc vulgaris in breuiloqua vel cõpendioſa cõtenta nõ dicitur expreſſa, cũ in dictis ſubſtitutionibus vulgaris ſubſtitutio non cõprehendatur verbis ſuis formalibus & ſpecialibus. Quę quidem verba ſunt iſta: ſi hæres non ſit, talis ſit hæres. In illis profectò ſubſtitutionib⁹, ſcilicet breuiloqua & cõpẽdioſa, talia verba explicitè nõ reperiũtur expreſſa, licet ſub quadã generalitate comprehendãtur. Ideo vulgaris ſub eis cõprehẽſa dici nõ poteſt expreſſa ſpecialiter: & minus dicitur expreſſa ſingulariter, cùm in eis nõ reperiatur expreſſus aliquis caſus ſingularis, in quo ſit facta ſubſtitutio vulgaris, duos iuxta ſui naturã continẽs caſus, ſcilicet, ſi hæres eſſe nolit, vel ſi hæres eſſe nõ poſſit. Prætereã quẽ non poſſe eſſe hæredẽ cõtingit, vel propter mortẽ vel aliud impedimẽtum iuris vel facti. l. cùm proponas. C. de hæred. inſti. & §. fina.
18 Inſtit. de vulga. ſubſtit. †Similiter vbi vulgaris ſubſtitutio fit poſthumo, intelligitur ſi poſthumus non naſcatur, aut, natus viuo teſtatore moriatur. l. Gallus. in princ. ff. de lib. & poſthum. & l. fin. C. de inſtitu. & ſubſtit. Vnde quoties in ſubſtitutione alter de præmiſſis caſibus exprimitur, talis ſubſti. dicitur expreſſa ſingulariter propter ſingularẽ caſum in ea expreſſum. Ideo hoc modo capiendo expreſſum, vulgaris ſubſtitutio cõprehenſa in breuiloqua vel cõpendioſa nõ dicitur expreſſa, nec ſpecialiter, vt in caſu præcedenti, nec ſingulariter in caſu iſto, ſed dicitur tacita. & hoc modo intelligitur gl in d. §. qua ratione. & in d. l. in teſtamento. C. de teſta. mili. & l. fin. C. de in-
19 ſtitu. & ſubſtitu. †Secunda ſubſtitutio vulgaris dicitur tacita, & omnino tacita, ita q; aliquo reſpectu dici nõ poteſt expreſſa, nec generaliter, minúſque ſpecialiter vel ſingulariter: & eſt illa quæ continetur in pupillari expreſſa, vt d. l. iam hoc iure. in prin. Illa enim nullo modo dicitur expreſſa ex vi aliquorum verborũ ſpecialium vel generalium, ſed eſt ex legis poteſtate & coniectura defuncti mẽte ſubintellecta. Nam quoties teſtator filio ſuo impuberi pupillariter ſubſtituit, ſcilicet ſi hæres ſit, & in ætate pupillari decedat, eo caſu ſicut mens teſtatoris expreſſa verbis fuit, q; ſubſtitutus filio in ætate pupillari poſtquam hæres fuerit morienti, ſuccedat etiam ex præſumpta mẽte defuncti, videtur tali pupillo ſubſtitutum ſi hęres nõ erit, vel quia noluit, vel quia nõ potuit forſan morte præuentus. Quia veroſimile eſt, q; ſicut teſtator ei prouidere voluit, ſi hæres eſſet, & in ætate pupillari decederet, prout verba ipſius pupillaris ſubſtitutionis ſonãt, ita etiam voluerit ei prouidere ſi hæres non eſſet. Quo caſu veniet ſubſtitutus ex tacita vulgari cõtenta in pupillari expreſſa, vt d. l. iam hoc iure. cùm pupillaris expreſſa tacitam cõtineat vulgarem, niſi in caſibus, de quibus dicã in tractatu pupillaris ſubſtit. in ſexto principali artic. in princ. Similiter etiam ſub vulgari expreſſa cõtinetur pupillaris tacita. Quia veroſimile eſt, q; ſicut teſtator prouidere voluit filio ſuo vulgariter ſubſtituendo, ſi hæres non eſſet, etiam ei prouidere voluit caſu quo hæres eſſet, & in pupillari ætate, in qua teſtari non poteſt, decederet: vt plenè videbitis infrà in tractatu pupillaris ſubſtit. in ſexto principali arti. tractando tertiũ
20 effectũ pupillaris ſubſtit. †Or, domini, aduertatis, q; quod dicitur, q; ſub expreſſa pupillari cõtineatur tacita vulgaris, & ecõtrà, procedit ex interpretatiõe extenſiua, vt probat tex. in verbo, porrigi. in l. quanuis. C. de impube. & aliis ſubſtit. ſecundũ Ang. & Ia-
21 ſo. ibi. †Nam porrigi, nihil aliud eſt, quàm extendi, facit dicta l. iam hoc iure. Non autem hoc procedit ex interpretatione declaratiua, quę eſt quando mens teſtatoris congruit, & verba non repugnant. Sed in ꝓpoſito quanuis mẽs teſtatoris præſumpta bene colligatur, q; ſub expreſſa pupillari contineatur vulgaris tacita, & ecõtrà, vt dicta l. quãuis. attamẽ verba repugnant: quoniam verba pupillaris ſubſtitutionis repugnant vulgari. & ecõtrà. ergo ſi vna continet aliam, hoc prouenit ex interpretatione extenſiua, nõ autem declaratiua. Et vtilitas huius inueſtigationis ſtat ſeu reſultat ex verbis Bart. in l. omnes populi. in vj. quæſt. principali. ff. de iuſtitia & iure. Quia ſi ſtatutum ciuitatis reiiceret ab vltimis volũtatibus omnes interpretationes, ſolùm intelligeretur reiicere interpretationes extenſiuas, non autẽ declaratiuas, quia q; declarat, nihil dat. l. hæredes palàm. §. ſi quis poſt. ff. eo. Et quo infertur quòd ſubſtitutiones quæ cõtinentur ſub breuiloqua vel cõpendioſa veniunt ex interpretatione declaratiua, eo quia mẽs & verba patiuntur: ideo per tale ſtatutum non cenſerentur reiectæ. Secundò infertur quòd ſubſtitutio vulgaris ſub expreſſa pupillari cõtẽta, & ecõtrà cùm dicatur omnino tacita, cenſeretur per tale ſtatutum reiecta.
22 Sanè †tamen intelligatis, quòd vulgaris ſub pupillari contenta eſt omnino tacita: cùm verba pupillaris, ſcilicet, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, repugnẽt ſubſtitutioni vulgari. Eſt verũ, quando pupillaris expreſſa modo prędicto fuit facto ſub his verbis: Si hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit. ſi verò teſtator in pupillari ſubſtitutione nõ appoſuerit hæc verba, ſi hæres erit, ſed ſimpliciter dixerit, filio meo pupillo, ſi in ętate pupillari deceſſerit, ſubſtituo Caium: tunc in tali ſubſtitutione continerẽtur duæ, quæ dicerentur expreſſę, ſcilicet expreſſa pupillaris, & expreſſa vulgaris: quia hæc verba, ſi deceſſerit in ætate pupillari, recipiunt æqualiter vtrũque ſenſum, ſcilicet ſi deceſſerit in ætate pupillari hæreditate nõ adita, antequam fuerit hæres, vel poſt aditam hæreditatem: & ſic cũ verba ſubſtitutionis vtrunq; ſenſum patiãtur, & mens non repugnet, ambæ tales ſubſtitutiones erũt expreſſę: ita quòd talis ſubſtitutio modo præmiſſo facta non erit pupillaris expreſſa, imò erit

BIU Cujas

compẽdiosa infra tempus pupillaris ætatis limitata, vt singulariter decidit Bal. in d.l. precibus. versi. vnũ etiam aduerte. C. de impub. & aliis substit. quem ibi sequitur Pau. summè illud dictũ extollens, & dicens aliàs sic consuluisse Florentiæ. Idem tenet Zabarel. Cardi. hîc. & sic habetis secundũ Bal. quòd mẽtio pupillaris ætatis in substitutione habita non arguit, ꝙ ꝓpter hoc sit pupillaris substitutio, ita ꝙ si testator dixetit, si filius meus moriatur in pupillari ætate, talẽ substituo: talia verba licet conueniãt pupillari ætati, tamẽ nõ sequitur, ꝙ substitutio sit pupillaris, cũ etiã
23 conueniant vulgari, vt dictum est. † Ad hoc ergo vt sit pupillaris in specie duo requirũtur. Primò, quòd in ea hæc verba apponantur, si hæres erit. Secũdo, ꝙ verba sequentia subiungantur: & in ætate pupillari decesserit, talem substituo. Nam isto casu nõ est nisi pupillaris expressa: & tamen pupillaris fieri potest etiam si pupillus non fuerit hæres secundum Iaso. in l. fin. C. de instit. & substitu. Sed aduertatis quia in eo quod Bald. dicit, substitutionem pupillo filio factam absque illis verbis, si hæres erit, esse cõpendiosam, & nõ pupillarem, nõ *tenetur cõmuniter*. imò Bart. in l. ij. in iiij. quæst. ff. de vulg. & pupil. tenet illã esse pupillarem: quod probat per multa iura. & ita tenuerat etiã Iaco. Butr. in d.l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & Angel. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. & Sali. in l. si testamẽto. C. de impub. & aliis substitu. v bi cõcludunt substitutionẽ factã per hæc verba, si in pupillari ætate decesserit: nullo modo esse compendiosam: cùm non contineat nisi vnam ætatẽ, scilicet pupillarem duntaxat. & compendiosa dicitur quæ sub verborum cõpendio seu breuitate plura complectitur diuersa tempora, scilicet ætatis pupillaris, & adultæ, ac maioris, vt plenè dicetur infrà in materia cõpendiosæ substitutionis. Et hanc opinionem scilicet ꝙ dicta substitutio non sit compendiosa, sed pupillaris, tenent Alexan. iij. col. & Iason xviij. col. in
24 dicta l. precibus. In eo verò quod Bal. dicebat in tali substitutione pupillari facta sine illis verbis, si hæres erit, duas esse substitutiones, scilicet pupillarem expressam, & vulgarẽ, quæ non est omnino tacita, præfati Doctores sequuntur ipsum dicentes, substitutionem vulgarẽ tunc in tali pupillari cõtentam nõ esse omnino tacitam, sed expressam verbis generalibus, scilicet si filius in ætate pupillari decesserit, Titium substituo. Nã cõtingere poterit, quòd filius, viuo testatore decedet, vel post eius mortem ætate eius pupillari durante, & ante aditã hæreditatẽ seu agnitã, & sic antequã sit hæres patris. Et sic contingit casus huius substitutionis vulgaris. & ita tenẽt Imo. hîc, & Alexan. in dicta l. precibus. in additione Bald. ex quo sequitur maximus fructus: quia cũ talis vulgaris non sit omnino tacita, imò est verbis generalibus expressa, de ipsa iudicabitur sicut de comprehensa in breuiloqua vel compẽdiosa, & per consequens excludet matrẽ filij pupilli ab illius successione, sicut eã excludit substitutio vulgaris aut pupillaris expressa: quod non faceret, si esset omnino tacita, vt dicetur infrà in quinto principali articulo, tractando quintum effectum huius substitutionis. † Tertia est substitutio vulgaris partim expressa, & partim tacita, quod potest contingere duobus modis. Primò, quòd sit partim tacita, & partim expressa quo ad verba: qualis est illa quæ in breuiloqua continẽtur, vel compendiosa: quæ (vt dictum est) dicitur expressa verbis generalibus, & tacita verbis specialibus, vel singularibus, vt suprà est declaratum. Secundò potest esse partim expressa, & partim tacita quo ad casus. Pro quo sciendum est, quòd substitutio vulgaris duos in se cõtinet casus, scilicet si hæres esse noluerit, & si hæres esse nõ
25 potuerit. † Adeò, quòd etiam si substitutio expressè in vnum casum facta, putà in casu, si hæres esse nolue rit, extenditur ad aliũ casum, scilicet si hæres esse nõ potuerit: & è conuerso, si fiat in casu impotẽtiæ, porrigitur ad casum noluntatis, ita quòd in primo casu si hæres institutus noluerit esse hæres, vocabitur ex vulgari expressa in illo casu: & si hæres esse non potuerit, substitutus vocabitur ex vulgari in illo casu tacita. Nam licet dicta substitutio quo ad verba sit expressa, tamen quo ad casus, est partim expressa, & partim tacita. Ergo substitutio simpliciter facta omnes casus comprehẽdit: quia verosimile est, quòd sicut testator sibi prouidere voluit casu quo hæres nolit esse, ita etiam si non possit, putà quia morte præuentus hærditatem adire non potuit, vel aliis modis de quibus suprà in secundo articulo principali. Quo casu substitutus vocabitur, nisi causam mortis præbuisset hæredi, quia tunc non admitteretur, imò substitutionis fructu priuarẽtur, secundum Bart. & doctores per illum textum, in l. si ab hostibus. §. finali. in fin. ff. soluto matrimonio. Restat ergo, quòd vnus casus alium comprehendit. Nam paria sunt nolle, & non posse. l. j. §. vsus. ff. de procurat. facit l. mulier. ff. ad Trebellianum. & quòd vulgaris substitutio in vno casu facta, extẽdatur ad alium, est textus optimus in dicta l finali. C. de institutio. & substitutio. secundum lecturam Bartoli, vbi substitutio facta casu quo posthumus non nasceretur, extenditur ad casum quo nasceretur, sed hæreditate non adita decederet: quẽ text. ibi, ad hoc ponderant Bar. & Ang. & Guliel. de Cuneo, in repetitione d.l. precibus. in j. quæst. principali. & Raynerius in tractatu substitutio. & Bal. in d.l. cùm proponas. C. de hæredibus instituen. & ratio
26 huius regulæ est duplex. † Prima, quia in substitutionibus fieri debet largissima interpretatio secundum glos. & Doctores in dicto §. & quid si tantum l. Gallus. ff de liberis & posthumis. Secunda est, quia prouisio testatoris in vnum casum facta, porrigitur ad alium, in quem testator verisimiliter prouidisset, si de tali casu cogitasset. textus est notabilis in l. Titius. §. Lucius. vbi Bartol. & cæteri. ff. de liberis & posthumis. facit l. tale pactum. §. fin. iuncta gloss. ibi. ff. de pactis. ad hoc facit quod decidit Bald. in simili. in l. humanitatis. versiculo, Quartò quæritur vtrum exemplaris. C. de impuber. & aliis substitutionibus. vbi dicit, quòd exemplaris substitutio in casu vnius furoris facta, porrigitur & trahitur ad casum alterius furoris: de quo pleniùs videbitis infrà in tractatu exemplaris substitutionis, in tertio principali articulo, in fine. Idem in proposito nostro tenent dominus Antonius hîc, Angel. & Imola. in dicta l. j. ff. de vulgari & pupillar. & est *communis* doctorum opinio. Neque obstant secundum Bartolum aliqua iura quæ obstare videbantur in contrarium: quòd imò substitutio facta in vnum casum non porrigitur ad alium: & primò non obstat l. pater Seuerinam. ff. de conditionibus & demonstrationibus. quia ibi loquitur in legatis, vt plenè dicam infrà in vltima fallentia. sed aliud est in substitutionibus, vt hîc. vel meliùs secundum Bartolum, quia ibi loquitur in dispositione pœnali, quæ cõcepta in vno casu velut odiosa, nõ debet ad alium casum extendi, argu. cap. odia. de regulis iuris, libro sexto, secundum Imolam, in l. ex facto. ff. de hæredibus instituẽdis. Similiter non obstat

l. si cùm

BIU Cujas

l.si cùm dotem.§.j. ff.soluto matrimonio.& l.cõmodissimè. ff.de liberis & posthumis.vbi prouisio facta in vnum casum,in quo fuit expressè disposítum, non porrigitur ad alium non expressum, qui eo quòd nõ fuit expressus, videtur in dispositione iuris cõmunis pro non expresso remansisse. Quoniam illud intelligitur, ꝙ non extenditur ad alium casum dissimilem. Vel melius secundum Petrum, licet conditio voluntaria impleri debeat in forma specifica, cùm testator tunc tantùm cogitauerit de forma,quam voluntariè apposuerit.l.qui hæredi.& l.Męuius.ff.de cõditio.& demonstratio. Attamen conditio necessaria ad ipsum actum,vel effectũ actus sufficit,quòd adimpleatur in æquipollenti.verbi gratia,vt substitutio vulgaris locum habeat,necesse est quòd institutus non sit hęres. l.post aditam. C.de impub. & aliis substitutionibus. si ergo exprimitur vnus casus, per quem non sit hæres,putà si noluerit, talis substitutio porrigitur ad alium casum,scilicet si hæres esse non potuerit,qui est similis casui expresso: quia per ambos casus institutꝰ non est hæres, & sic hi casus effectualiter sunt similes secundum Bart.in dicta l.Gallus.§. & quid si tantum.iij.col.vel posset alio modo responderi ad dictã l.cõmodissimè.secundum Barto. in dicta l.Gallus. in principio.quòd aut prouisio in vno casu expressè facta,si ad aliũ tacitum casum extẽderetur, respiceret mutationẽ personæ substitutæ: & tunc verum est casum omissum non cõprehendi sub casu expresso, vt ibi,aliâs autem secùs,vt patet in quæstione nostra,in qua licet casus voluntatis trahatur ad casum impotentiæ,& econtra: tamen semper est eadem persona substituti. quod est notandum secundum Alexand. qui dicit multa reuoluisse dum semel in hoc puncto haberet cõsulere in quæstione vnius comitatꝰ cuiusdam magni domini in partibus Siciliæ. † Præterea & clarius ideo in dict.l.commodissimè.institutio filij facta & expressa in vno casu non extenditur ad alium, vt in casu omisso censeatur institutus ex eo, ꝙ de substantia testamenti paterni est, quòd filius expressè instituatur in aliquo, aliàs præteritio filij nati reddit testamẽtum patris nullum,& præteritio posthumi ipsum rumpit per eius natiuitatem: quia talis institutio filij debet esse formalis, expressa & specifica,ita ꝙ non sufficeret tacita, vt plenè vidistis suprà in verbo, *In eodem testamento relinquens.* j. in tertio principali quæsito, & in tribus primis limitationib. quas ibidẽ dedi ad regulã dicentẽ, quòd filius debet de necessitate institui. Et ideo etiã posthumus in testamẽto patris in vno casu institutus(putà si viuo testatore natus fuerit) nullatenus cẽsetur institutus in casu omisso,scilicet si nascatur post mortẽ testatoris. Quia etiã si institutio in vno casu expressa extenderetur ad alium, illa institutio in casu omisso nõ esset expressa,sed tacita, quæ non sufficeret vt dictum est. Ideo lex talem extensionẽ facere non curauit inutilẽ.& credo quòd hæc sit clarior & fundamentalis ratio,quæ dari possit ad d.l.commodissimè.vltra alios doctores.In substitutionibus autem tãtum operatur tacitũ,quãtum expressum.Vnde nõ immeritò substitutio expressa in vno casu, vtiliter extenditur ad casum omissum. †Hæc tamen conclusio Bartoli videlicet, quòd substitutio vulgaris in vno casu facta extendatur ad alium, putà si facta fuerit in casu noluntatis,extendatur ad casum impotentiæ, & è conuerso, fallit in sequentibus casibus. primò, quando per talem extensionem resultaret absurdum, putà quia melioris cõditionis esset extraneus substitutus, quia à testatore minùs dilectus presumebatur, quàm instítutus,qui fortè est de descendẽtibus,testatoris, vt est casus in l.si mater.§.si filius. ff.de vulgari & pupillari.ad hoc facit l.cùm acutissimi.C. de fideicõ. & quæ plenè habuistis super verbo, *Si absque liberis moreretur.*j. & latiùs videbitis infrà in quinto casu fallẽtiæ. †Secundò fallit, si testator elegisset vnum indiuiduum de contentis sub altero casu casuum cõtentorum in vulgari substitutione.Quoniam tũc substitutio vulgaris concepta in vno indiuiduo de contentis sub vno casu non porrigitur ad aliud oppositum, vel dissimile, licet substitutio vulgaris in vno casu concepta,aliàs porrigeretur ad alium,vt vidistis:ita eleganter decidit Angel.in l.j.§.j.ff.de vulgari & pupillari.allegat.l.pater Seuerinam.ff.de cõditi. & demon.vbi idem tenet, subiungens idẽ consuluisset Florentiæ,in tali cõtingentia facti. testator in suo testamento dixerat,filios meos instituo, & Titium substituo: & si Titius sustitutus me viuo decesserit, substituo Seium. Accidit quòd Titius decessit mortuo testatore: certẽ Angelus consuluit eo casu non venire Seium vltimum substitutum ad hæreditatem, ex eo quia testator cõcepit substitutionẽ eo casu, quo Titius substitutus decederet viuo testatore: sed si decederet mortuo testatore, non expressit, & consequenter locus non erit substitutioni: allegat textum cum gloss.in dicta l.si mater.§.finali.facit l. si pater.la iij. eodem titulo.licet secùs esset, si testator indiuiduum non expressisset, sed simpliciter Titio Seium substituisset: Quo casu Titio mortuo in vita testatoris, aut eo mortuo hæredibus adhuc deliberãtibus,Seius veniret ad hæreditatem,& vocaretur, secundum Paulũ consilio ccc. incipiente, Factum tale legitur. de quo plenè in l.quandiu.la ij.vbi plenè Bartolus. ff.de acquirenda hæreditate. Sed aduertatis, quia non obstantibus motiuis Angeli, ego putarem opinionem Bartoli esse veriorem, vt scilicet substitutio vulgaris facta in casu,si hæres viuo testatore decesserit,etiam locum habeat si post mortem testatoris moriatur, & econtrà cùm substitutio facta in vno casu porrigatur ad omnes casus secundum Bartolum, in dicta l. prima, §. primo. & dicta l. pater Seuerinam. & in l. ex facto. ff. de hæredibus instituendis. & in l. cùm proponas. C. illo titulo. & dicta l.finali. C. de institutionibus & substitutionibus sub conditione factis. & hæc opinio probatur per textum dictæ l. Gallus. §. & quid si tantum. vbi substitutio facta de nepote in casu mortis filij extenditur ad omnem casum per quem filius desinit esse in potestate testãtis, & nepos obtineat primum locum. & sic prouisio facta in vnum casum extenditur ad alium similis effectus. pro quo facit dicta l.finalis. C.de institut. & substitut. & dicta l.cùm proponas. & ita reperio consuluisse Ludoui.consi.lvj.incipiente,In casu proposito, vbi cõsuluit, quòd si testator cõcipit substitutionẽ in vnum casum, scilicet si filius suus in rerũ natura non foret, talis substitutio nihilominus comprehendit casum, quando esset in rerum natura, & post aditam hæreditatem in pupillari ætate decederet. Allegat dictam l. Gallus.§.& quid si tantum. & dictam l. fin. C. de instítut. & substitu.similiter consuluit Paulus consilio cxlviij.iiij.col. vbi cõcludit,quòd substitutio vulgaris expressa in vno casu,scilicet post mortem,locum habet etiam mortuo instituto in vita testatoris. Pro hac parte facit l.iam hoc iure.ff. de vulga.& pupilla. vbi est casus, quòd testator faciendo vnam substitutionem videtur facere aliam. Quantò igitur fortiùs

si in vna substitutione vnum exprimat casum, videtur alium comprehendere. facit l. si mater. C. de institutionibus & substitutio. & l. si mulier. ff. ad Trebellianũ. ideo dicebat Raynerius de Forliuio in tractatu
30 substitutionum, † quòd substitutio est multum fauorabilis, adeo quòd semper interpretari debet vt valeat. Et fuit originale dictum Guliel. de Cugn. in l. precibus. C. de impub. & aliis substitutionibus. relatum à Bal. in dicta l. cùm proponas. C. de hæredibus. instituẽdis. non ergo sine causa in expressione vnius casus fit ad alium faciliter coniectura. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legatis j. & l. nummis. ff. de legatis iij. vnde in casu nostro capietur sensus, vt substitutio velut fauorabilis sortiatur effectum. quia ille est sensus legis, cui in dubio consonare videtur voluntas testatoris, cùm voluntas testantis talis esse præsumatur, qualis de iure esse debet, secũdum Bal. in l. j. C. de sacrosanct. eccl. Prætereà testator præsumitur cogitare illud, quod lex disponit secundum Bald. in dicta l. precibus. per l. si duo. ff. de acquirenda hæreditate. Or sic est, quòd lex disponit substitutionem vulgarem in vno casu expressam ad alium porrigi, vt dicto §. & quid si tantũ. igitur id idem videtur testator voluisse: quod verum intelligatis, nisi aliàs expresè vel tacitè appareret de contraria testatoris voluntate aut mente: quoniam tunc substitutio cõcepta in vno casu non porrigeretur ad alium, secundum glossam singularem in d. l. si mater. vt vidistis suprà in j. casu fallentiæ, & dicã infrà in v. casu. item sicut si pater substituat posthumo, si non nascatur, talis substitutio habebit locum, etiam si filius nascatur & decedat pupillus. Sic erit ecõuerso, si pater prouideat in casu, quo filius nascatur, vt dicta l. fina. C. de institu. & substitu. & ad hoc allegat illam legem Guliel. de Cug. quẽ sequitur Raynerius in dicto tractatu. Pro hac parte adduci potest consilium Bald. relatum à Salice. in l.
31 quidã. C. de posthumis hęredibus instituendis. † Testator instituit ventrem vxoris si masculum pareret, ei substituendo Caium, si in ætate pupillari decederet: si verò fœminam pareret, prouidit ei de legitima. Post mortem testatoris vxor prægnãs moritur, ita q̃ exsecto ventre masculus extrahitur viuens, qui demũ moritur: quærebatur an locus esset substitutioni, attento quòd mater non peperit, & substitutio concepta fuit sub conditione, si mater pareret: & in hoc casu non videtur peperisse. l. anniculus. ff. de verborũ signif. ergo substitutio concepta in vnum casum porrigi non debet ad alium. Tamen Salicetus refert vbi suprà Bald. consuluisse contrarium: quia cùm testator ventrem instituerit omnino, ita quòd institutio fuit perfecta, & quicquid adiungitur non fuit nisi quædam demõstratio, quæ non vitiat, licet per aliud vera eius notitia habeatur. l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis. Et hanc sequitur Salicetus in dicta l. quidam mouetur, quia testator instituit ventrẽ ex dispositione iuris communis, vt pręteritionem euitaret. l. placet. ff. de liberis & posthu. & dum adiecit, si masculum pareret, hoc non fecit vt cõditionem faceret in pariẽdo vel non pariẽdo, sed voluit quòd quoquomodo vẽter plenus esset, dum nasceretur masculus, ille hęres esset. Et sic voluit solùm facere differẽtiam inter masculum & fœminã. habito ergo effectu non curamus de modo, vt dicta l. si mater. cum similibus. Et euentum potius expectamus quàm verba. l. iij. C. de liberis pręte. & quia ex vẽtre secto quis dicitur nasci. l. posthumus. ff. de inofficioso testa. & l.
32 quod dicitur. ff. de liber. & posthum. † Prætereà prouisio facta propter effectum de vno casu extenditur ad alium in fauorem testatoris, vt dicta l. finali. Nec obstat dicta l. anniculus. §. fina. ff. de verbor. signific. quia dispositio dictæ legis locũ habet vbi mens testatoris non repugnat, aliàs secùs, vt in casu nostro. vel dicatis aliter, quòd aut sumus certi de mẽte testatoris, & illa seruatur: aut dubitatur de eius mẽte & volũtate, & tũc aut testator dixit si nasceretur. Quo casu quouismodo prędictorũ dicitur natus, scilicet siue nascatur, siue exsecto ventre extrahatur. vt dicta l. quod dicitur. Aut dixit testator si pareret: & tũc aut dispositio testatoris tendit ad vtilitatem ventris, de cuius partu quæritur: & tunc quoquomodo vẽter veniat ad lucem, locum habet dispositio, quia testator non curat de modo, sed de effectu. vt dicta l. quidam. aut testator nihil disposuit in vẽtris vtilitatem, & tunc quia illa conditio censetur voluntaria, non est mutabilis à sua forma, sed seruari debet in forma specifica. Quo casu locum habebit dicta l. anniculus. in fine, secundum Salicetum in dicta l. quidam. ideo dicit glossa notabi. in dicta l. anniculus. quòd si legatur aliquid mulieri si pariat, tale legatum non debetur si partus exsecto ventre extrahatur. Quoniã tunc falsum esset dicere, quòd peperit. facit l. quæret aliquis, eodem titulo. Nam eo tunc nõ quæritur de vtilitate partus, aut vẽtris, vt plenè habuistis in verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.* tamen dicit quis filium habere, licet ex ventre secto extrahatur. l. etiã ea mulier. ff. de verbo. signifi. ideo si testator legaret Titio centũ, si filium habuerit, cõsequetur legatum, quamuis filius de ventre secto extrahatur. Præterea pro Bal. & Salic. facit: quia testator dicendo, si vxor mea peperit &c. considerauit frequentiam facti, cùm frequentiùs mulieres pariãt filios, quàm quòd ex secto ventre nascantur. ideo dicitur idem quando ex secto ventre nascuntur: quia si testator de hoc interrogatus fuisset, idem in vtroque casu disposuisset. facit glo. singularis in verbo, conferantur, in clement. vnica, de rerum permu. & in ca. ij. de supplen. negli. prælat. & in cap. si quis diaconus. xxvj. distin. & in l. tale pactũ. §. fin. ff. de pac. & in l. j. C. de his qui ad eccle. cõfug. & in authen. cassa. C. de sacros. eccl. & in l. vnic. C. de raptu. virgi. & in cap. j. §. si quis rusticus. de pace tenẽ. & tex. singularis. l. scire oportet. §. si maximè. ff. de excusa. tut. quæ omnia locũ habẽt in hoc passu, in quo testatoris consideratur affectio, qui potiùs vxorem affectauit pariturã, quàm in puerperio morituram. Vnde restat verat cõclusio, quòd substitutio in vno casu quanuis indiuiduo concepta, porrigitur ad alium, secundum Barto. & *communem opinionem*, quæ est æquior. pro qua facit elegans consilium Ange. consil. xciij. incip. visis & inspectis omnibus. † Testator substituit in vnum casum, scilicet si
33 posthuma nasceretur vel plures. Accidit, quod nulla posthuma nata fuit: quęrebatur an locus esset substitutioni: idem Ange. vbi s. consuluit, q̃ licet sub vno casu in substitutione expresso comprehendatur alius casus sui natura aptus comprehendi, putà si testator dixerit: si hæres esse noluerit, tunc cõprehendatur ca
34 sus, si hæres esse non potuerit, † cùm naturaliter nolle & nõ posse ęquiparentur. d. l. j. §. vsus procuratoris. ff. de procu. attamẽ sub vno casu expresso nõ cõprehẽditur alius casus tacitus sui natura nõ aptus cõprehẽdi sub expresso: & ita fuit in casu proposito. nã casus si posthuma nascatur, non cõprehendit naturaliter casum si non nascatur: imò illum potius repellit velut contrarium, allegata dicta l. fi. ideo cùm testator ex

tor expresè substituerit, si posthuma nascereturtalis substit. non extenditur ad casum dissimilẽ, scilicet si non nasceretur. vnde hoc casu substitutus excluditur. quod est verum secundum Ang. ibi, de iuris rigore, sed de æquitate & puritate conscientiæ nõ solùm substitutus vocatur, si posthuma nascatur, quæ demũ moriatur, sed etiam si non nascatur. Quia si testator substitutũ inuitauit nata posthuma postea mortua, eodẽ modo & eadẽ affectione eum inuitauit posthuma non nata. Nam intẽtio testatoris quæ dispositionem regit & gubernat, est potius attendenda, quàm vis verborũ. l. in cõditionibus primũ locũ. ff. de condit. & demonstra. & plenè habuistis ſ. in verbo, *Eidẽ* 39 † Testator instituerat filios masculos nascituros, & si
35 *impuberi succederent.* circa medium. † Et nunquã interpretatio tantũ valet, vt melior sensu existat, dicit tex. in l. iij. C. de libe. præter. adeo quòd dicit Ang. in dicto consilio, æquum esse ipsum substitutum vocari etiã in casu omisso. Et ad hoc determinandum æquitas & vermis conscientiæ non mordebãt. Nec obstãt adducta per Ang. ſ. in j. parte, dum dicebatur, quòd casus omissus nõ est de natura casus expressi: quia imò est de natura casus expressi: ex quo venit per cõtrarium, & ex mente disponentis, vt ſ. dictum est. facit glo. in c. humanum genus. j. dist. Nam aliàs sequeretur, quòd vulgaris substit. quæ locũ habet, si institutus hæres non sit, nunquam extenderetur ad pupillarem, quæ præsupponit pupillum cui per pupillarem succeditur, fuisse hæredẽ, & in pupillari ætate decessisse. cùm non esse hæres, & esse hæres sint cõtraria. & tamen contrariũ est veritas, vt ſ. ostẽsum est. Ad hoc facit decisio Bald. in d. l. humanitatis. versic. superius alleg. vbi dicit, quòd substitutio exemplaris facta in casu furoris, porrigitur ad casum demẽtiæ ipsius testatoris cessante furore. Et hanc opinionem tanquã *communem* tenent hîc Imol. & Florianus in l. j. ff. de vulg. & pupill. licet idem Imo. transiuerit ibi cum opin. Angel. quanuis de ipso non faciat mẽtionem.
36 † Tertiò fallit regula nostra in casu l. qui ex duabus. in prin. ff. de acqui. hæred. vbi quando pro parte purè, & pro alia parte sub conditione instituo hæredẽ, dato ei in defectu cõditionis substituto: qui hæres in parte pura hæreditatem adiuit, & cõditione pendente, decessit, & sic aliam partẽ hæreditatis morte præuentus, pendente conditione adire non potuit. Nam tunc licet prima facie videretur, quòd pendẽte cõditione institutionis hæres moriẽdo illam portionem transmittere non potuerit. l. vnica. ſ. sinautẽ aliquid. C. de cadu. tollen. tamen iure accrescẽdi applicatur portioni purè per hæredem quondam iam aditæ, & sic substitutus excluditur: quia casus deficientis conditionis extenditur ad casum, quo institutus moritur conditione pendẽte, per illum tex. quem ibi summè
37 ponderãt Bal. Ang. Imo. & cæteri Moder. † Quartò fallit vbi talis extensio respiceret odium filij exhæredati, vt eleganter decidit Benedi. de Plumbino, in repet. l. filius à patre. ff. de libe. & posthu. pro quo allegat tex. in l. Gallus. ſ. in omnibus. illo eo. tit. iuncta glo. in l. post mortem. ibi, eod. tit. Sed Alexander cõtrà, dicens ibi hoc non probari, cùm ibi non agatur de substitutione extendenda, aut restringenda, sed de institutione. Et posito quòd de substitutione ageretur, tamẽ illud ideo esset, quia aliàs induceretur mutatio personæ ipsius substituti: quo casu clarum est extensionem non fieri, vt vidistis ſ. circa intellectum
38 l. commodissimè. † Quintò fallit dicta regula, vbi per talem substitutionem seu illius extensionem tractaretur de excludendo personam magis dilectã testatori: vel quæ talis est, in qua nomen familiæ & domus testatoris cõseruaretur, cùm talis persona in qua nomẽ & arma testatoris conseruãtur, magis sibi dilecta præsumatur, quàm sit ipse substitutus. Quoniã eo tũc licet in casu substitutionis expresso videatur testator maiorẽ affectionem habuisse ad substitutum ipsum expresè substituendo: tum quia illa affectio non est rationabilis, nec æqua, nullatenus extenderetur ad casum omissum in perditionem nominis, & dignitatis, familiæ & domus testatoris perpetuã. ita singulariter consuluit Pet. de Anchar. consil. cccIvij. incip. Ex serie testamẽti colligitur. vbi sic consuluit:
39 † Testator instituerat filios masculos nascituros, & si eos sine liberis mori cõtingeret, eo casu vxorem suã substituit vulgariter, & per fideicommissum: subadẽs, quòd vbi filios masculos nasci nõ cõtingeret, sed filiã vnicam vel plures, eo casu dictam eius vxorem heredem vniuersalem instituit. Et tali aut talibus filiabus pro dote iure institutionis reliquit, quod dicta eius vxor declarauerit: & cum hoc iussit eas esse tacitas & contẽtas. fratri verò suo legauit quinque solidos. Cõtigit ꝙ nec filij nec filiæ nati fuerũt: ex quo quæstio resultabat non modica, an illa institutio eo casu cõcepta quo filiæ nascerentur, porrigeretur ad casũ, quo filiæ non nascerentur, vt sic mater tanquam substituta vocetur, an verò frater testatoris ab intestato admittatur: quasi ille casus quo filiæ non nascerẽtur à testatore omissus, remanserit in dispositione iuris cõmunis, caduca facta substitutione ex defectu cõditionis. Et post multa hinc inde allegata cõludit matrẽ vt substitutã nõ admitti in casu omisso: sed fratrẽ testatoris ab intestato vocari. Primò, propter æquitatẽ naturalẽ, quę fauet vt frater admittatur. quia iura dignitatẽ agnationis prætulerũt omni succedẽti, maximè vxori, quę nõ vocatur ad mariti successionem, nisi in subsidium omni deficiente parentela. l. j. C. vnde vir & vxor. Secundò quia cùm lex nõ admittat tacitam pupillarem sub expressa vulgari contentam contra matrem. l. fi. C. de insti. & substi. & sic lex interpretatur vulgarem substitutionem in vno casu conceptam, vt alium non comprehendat, fauore matris, in medio existentis, vt d. l. fin. secũdum Bar. multò fortiùs sic debet interpretari in fauorẽ fratris cõtra vxorẽ testatoris, vt scilicet vxor non vocetur, fratre in medio existente. casus est in l. in testamento. C. de test. mili. vnde licet volũtas testatoris debeat prę omnibus dominari. l. cùm quæstio. C. de lega. tamen quando testatoris ordinatio non conuenit æquitati, nec bonis moribus, nec legibus aut statutis, nullatenus debet extendi, sed solùm intelligi eo casu: quo loquitur. arg. glo. cùm quidam. ff. de liberis & posthu. & c. odia. de regulis iuris. lib. vj. Tertiò dicta conclusio probatur ex natura casus omissi, qui relinquitur dispositioni iuris communis, siue omittatur à contrahente, vt l. si cùm dotem. ff. sol. matri. siue omittatur à testante, vt d. l. cõmodissimè. ff. de lib. & posthu. siue à principe rescribente, vt in c. susceptum. de rescrip. lib. vj. sed casus quo filiæ non nascerẽtur fuit in casu nostro omissus à testatore, ita quòd in eo si cõtingeret non prouidit: ergo relictus videtur dispositioni iuris cõmunis, secundũ quam vxore testatoris exclusa, frater nomẽ domus & arma portãs admittatur. & vocetur ab intestato. Nã casus contingẽs prę ter ordinationẽ disponentis, etiã si in eo esset maior ratio disponẽdi: nunquã includitur sub dispositione, secundum Cyn. in l. quod fauore. C. de legi. & not. in c. quanuis. & in c. cui de non sacerdotali. de præben.

lib. vj. Quartò ad præmiſſa facit optima ratio, quia cum quæritur an caſus omiſſus habeatur pro expreſſo, cõcluditur, ꝙ quãdo expreſſus eſt per modũ conditionis volũtariæ, talis caſus expreſſus debet impleri in forma ſpecifica. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condi. & demõſtr. ſecundum Bar. & Bal. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. ſed caſus quod filiæ naſcerẽtur fuit cõditio ſubſtitutionis voluntaria ex mera teſtatoris volũtate adiecta: ergo impleri debet in forma ſpecifica, ſcilicet ſi filiæ naſcantur. Nec obſtat. l. penul. ff. de vẽtre inſpici. & l. Thais. §. Splẽdophorus. ff. de fideicom. lib. quia loquit̃ in vulgari ſubſti. ſimpliciter concepta, quæ vt dictũ eſt, conplectitur omnes caſus: vel loquitur in vulgari cõcepta in vnũ caſum, cùm non ſupereſt perſona, cui lex magis faueat, aut ęquitas quàm ſubſtituto, ſed in caſu noſtro ſupererat frater teſtatoris, vt d. l. j. C. vnde vir & vxor. Attento quàm maximè, quia in ipſo & nõ vxore conſeruatur dignitas domus & familię nomẽ: quod fieri publicè vtile eſt. l. j. §. pen. ff. de vẽtre inſpic. Quare concludit in prædicto conſilio, ꝙ cùm ille teſtator eſſet de nobili genere, & antiqua domo, cuius nomẽ & dignitatem cõſeruari expediebat, ſatis improuidè & vxoris amore bacchatus in eam bonorũ ſuorũ proprietatẽ cõtulit, cùm ſufficeret (vt per diſcretos maritos fieri conſueuit) integrum vſumfructũ bonorum relinqui. Vnde talis improuida diſpoſitio ad alium caſum expreſſum extendi non debet. Ad hoc facit quod fuit dictum ſuprà in primo caſu fallent. referendo glo. & Bart. in dicta l. ſi mater. præmiſſę deciſioni, cum qua tranſiuit Alexãd. in d. l. j. ff. de vulga. & pupil. cõgruè applicatur alia quæ fuit Io. And. in addi. Spec. titu. de teſta. §. in primis. in fi. vbi caſum ſibi nouiſſimè occurrentẽ ſic narrat, & decidit. † Teſtator ſanus teſtari volens, ventrem vxoris, id eſt, filiũ primò naſcituru ̃ inſtituit hæredem, chi decedenti intra pubertatẽ, ſubſtituit filium ex vxore ſecundò naſciturũ, & huic ſi infrà pubertatẽ, vel poſt, decederet ſine prole, ſubſtituit Caiũ fratrem ſuũ. Teſtatore mortuo natus eſt poſthumus, qui demũ intra pubertatẽ deceſſit, mater & Caius de hæreditate cõtendunt: quæritur quid iuris? Decidit ſubſtitutionẽ de filio naſcituro factam inutilẽ ipſo nõ nato. ff. de reb. dub. l. vtrùm. in prin. & ff. de leg. j. l. ſi duobus. §. fine. & ff. vnde cog. l. j. §. ſi quis proximior. Ipſa ergo inutilis aliã vtilem facere nõ poteſt. argu. l. nullus. C. de decurio. lib. x. & l. ſi in venditione. ff. de peric. & cõmo. rei vend. Prætereà dictus Caius nõ fuit ſubſtitutus filio teſtatoris primò naſcituro, ſed ſecundò naſcituro, cùm ergo ſecũdus natus nõ fuerit, & ſic nunquã hæreditatẽ habuit, dictus Caius ei ſuccedere nõ potuit. Et ita per alias rationes multas & efficaces decidit ibi dictam quæſt. quæ fuerat Oldr. cõſil. clxxvij. incip. Teſtator in ſuo teſtamẽto. vbi eandẽ quæſtionẽ decidit & ſimiliter Ioã. And. alias plures huic ſimiles in d. addi. † Sextò ſecundum aliquos fallit dicta regula in ſubſti. vulgari facta in legato: quia non comprehẽdit niſi caſum expreſſum, ſcilicet ſi noluerit, vt eſt caſus ſingularis ſecundum vnam lecturam in d. l. pater Seuerinã. ff. de condi. & demõſtr. & ſic non porrigitur ad caſum ſi nõ potuerit, nec ecõuerſo, vt ibi, quod ſecus eſt in hæreditate in qua vulgaris ſubſtitutio in vno caſu facta aliam comprehẽdit, ne teſtator moriatur inteſtatus. l. cùm proponas. C. de hæred. inſtit. vnde in dict. l. pater Seuerinã. Paulus refert, & fuit præſens, ꝙ tẽpore quo illuſtris doctor Bald. legebat Papiæ, quidã dominus Philippus de Rhegio, qui fuerat præceptor omnium ferè doctorum Papiẽſium, apud quos maximè aut horitatis erat, cũ multis annis poſtea legiſſet Paduæ, rediens Papiam in principio ſui aduentus publicè pollicitus eſt, ſe velle reſpõdere de quolibet in materia vltimarum voluntatum. Et cùm dominus Bald. ibi præſens eſſet, interrogauit eum dicens, vbi habemus nos, ꝙ ſubſtitutio vulgaris facta in legato non comprehendit niſi caſum ſi noluerit, & non caſum ſi nõ potuerit? Breuiter ille dominus Philippus obmutuit: coram quo Bald. tunc librum aperuit & legit tex. in d. l. pater Seuerinam. vbi de hoc eſt caſus ſecundum vnam lecturã. Ex quo illi cathedranti reſultauit magna confuſio. Nunquã alicui conſulerem quantũcunque profundiſſimo & experto viro, ꝙ talia præſumeret, quoniã finis taliũ nil aliud eſt quàm Babylon, quod interpretatur confuſio, iuxta illud, Sæpe citò ruit, qui ſuper aſtra volat. Nam multæ literæ interdũ quem ad inſaniã conuertunt, vt dicitur Actu. xxvj. † Sic enim cõtigit Alano de Parabolis. ꝙ cũ totã poſitionem fidei in paucis cõplectẽs tradere vellet, in publico obmutuit. Sic Demoſthenes Græcorum princeps oratorum, dum in publicum apud Philippum Macedonum regem orationẽ habiturus conueniſſet, nec verbũ quidẽ proferre ſciuit. Sic Lucius Craſſus paternam vlturus iniuriam cùm apud Quintum Maximum aduerſum Cneum Carbonem cauſam acturus foret, ſic turbatus eſt, vt totã cauſam oblitus perhibeatur. Sic Cneus Sicinius pro Seruio Mæuio apud prætorem Romanum virum clariſſimũ dicturus, idẽ paſſus affirmatur. Omitto ꝙ Marcũ Ciceronem in cauſa Miloniana illa tanta dicendi felicitas omnino deſtituit. Prætereà, ꝙ Theophraſtus Philoſophus eloquẽtiſſimus apud Alexandrum regẽ verba facturus, nihil effari potuerit: ſic Petrus Baylardi publicè ſe iactãs de quacũq; lege perfectũ ſenſum elicere, in caſu l. quinq; pedũ. C. finiũ regun. miſerrimè tacuit, vt ibi refert gl. [De Gorgia ſolo legitur, ꝙ in conuentu hominũ dicere auſus eſt, quade re quiſq; audire vellet, quia ipſe doceret. vnde de tali qui hoc præſumit vulgò dicitur, *Il eſt bien Gorgias.* de quo Valer. lib. viij. c. xvj. tit. quæ cuiq; magnifica contigerũt, ſic dicit, Gorgiæ verò Leontino ſtudiis literarum & ætatis ſuæ cũctos præſtãti, adeo vt primus in cõuentu poſcere, qua de re quiſq; audire vellet, auſus ſit, vniuerſa Græcia in templo Delphici Apollinis ſtatuã ſolido ex auro poſuit. cùm cætero, tum ad id tempus auratas colocaſſet, id eſt argẽteas auro deſuper tectas. Hæc ille.] Nam tales qui alta præſumũt, in modicis ſæpe deficiunt, vt apertè intelligãt, ꝙ omnis ſapiẽtia à domino Deo eſt. Eccleſiaſtic. & Sapien. x. dicitur. Sapiẽtiam prætereuntes non tantùm in hoc lapſi ſunt, vt ignorent bona, ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quæ peccauerũt, nec latere potuiſſent. & Hieremiæ x. Stultus factus eſt omnis homo à ſciẽtia ſua. Idcirco dicitur. j. Regũ. ij. Nolite loqui ſublimia gloriantes, quia Deus ſcientiarũ eſt dominus. Nam qui in cogitationibus ſuis confidit, impiè agit. Prouerb. xij. de talibus profectò dicitur Eſaiæ xlvij. Sapientia tua decepit te, quia dixiſti in corde tuo, ego ſum. Ob quod dicitur Iob v. Cõprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et Eſaiæ xxix. Perdã ſapientiam ſapientũ: & prudentiã prudentiũ reprobabo. j. ad Corin. c. iij. & Pſal. xciij. Nouit dominus cogitationes hominum, quoniã vanæ ſunt. Nemo igitur (dicit Apoſtolus j. ad Corinth. iij.) glorietur in hominibus: ſed ſi quis videtur ſapiẽs inter vos, ſtultus fiat, vt ſit ſapiẽs,

Sapien-

Sapientia enim huius mũdi stultitia est apud Deum, vt ibi: quia secundum eum, ad Roma. viij. Sapientia carnis inimica est Deo, & prudentia carnis mors. & ad Colossen. ij. capi. dicit: Videte ne quis vos decipiat per Philosophiã, quæ scientia est hominũ aliud non credentium, quàm quod sensu patet. de talibus profectò qui credunt se sapientes in omni scibili, cõcludit idem Apostolus ad Roma. j. cap. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se sapientes, stulti facti sunt. & Esaiæ v. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes: quia non debet quis esse prudẽs apud semetipsum, ad Romanos xij. cap. Prout exemplo nobis demonstrarũt septem olim Græciæ sapientes: qui titulum & præmium sapientiæ cuilibet eorum successiuè oblatum ad deum Apollinem transtulerunt, summa animi moderatione cognoscentes, non hominibus, sed Deo soli hoc esse tribuendum. Nam cùm Milesij piscatores verriculum, id est, rete in flumen iactare vellent, iactum illud vendiderunt iuxta l. si iactũ retis. ff. de act. emp. Quo extracto non pisces, sed mensa magni ponderis aurea capta visa est. Emptoribus dicentibus suã esse, qui iactum retis emerant. Piscatoribus in contrariũ, quòd non aurum, sed pisces capi rete consuetos vendidissent. super quo lite orta, & quia de re inaudita nouiter orta, & magni valoris quærebatur, ad deum Apollinem, cuius simulachrũ apud Delphos responsa dabat, delata: contendentibus sic respondit, Phœbum de tripode, id est, mensa aurea tripes piscata rogitas Milesia pubes: Huic tripodem addico cuius sapientia prima est, id est, maxima & summa. De quo Valer. lib. iiij. c. j. tit. de moderatione animi, postquã Pittaci sapientissimi Philosophi mentionem fecerat: Huius, inquit, viri mentio subiicit, id est cogit, vt de septem sapientum moderatione referam. A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahẽtibus, quidam iactum emerat, extracta deinde magni põderis aurea Delphica mẽsa, orta cõtrouersia est illis piscium se capturam vẽdidisse affirmãtibus, hoc, scilicet emptore, fortunæ ductus emisse dicẽte. Quæ cõtentiõe propter nouitatem rei, & magnitudinẽ pecuniæ ad vniuersum eius ciuitatis populum delata, placuit Apollinẽ Delphicũ cõsuli, cuinã adiudicari mensa deberet: deus respondit illi esse dandam, qui sapientia cæteros præstaret. Tunc illi, scilicet contendentes, Thaleti, scilicet illi sapiẽti philosopho, mẽsam dederunt. Ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alij: deincẽps q; per omnium septẽ sapiẽtum orbem ad vltimum ad Solonem peruenit, qui & titulum amplissimæ prudẽtiæ & præmium ad ipsum Apollinem transtulit. Hæc ille. Hanc mensam deo Apollini qui Deus sapiẽtiæ dicitur, tributam & consecratam plures philosophi videre affectarũt, & terras multas peragrarunt, & inter cæteros Apollonius, de quo barbatus ille Hieronymus in epistola ad Paulinũ sic dicit, Apollonius siue ille magus, vt vulgus loquitur: siue Philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas: opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum latissimo Physon amne transmisso peruenit ad Bragmanas, vt Hiarcam in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de moribus, ac de cursu dierũ & siderum audiret dicentem. Inde per Aelamitas, Babylonios, Caldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palestinos, reuersus ad Alexandriam, perrexit ad Aethiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam solis mensam videret in sabulo, id est, litore sabuloso, in quo erat templum Delphici Apollinis. Ecce, domini, quanta passi fuerunt olim veteres pro sapientia, qua adepta non sapientes se dixerunt: sed soli Deo titulum sapiẽtiæ cum illius prẽmio retulerunt, quia vidistis suprà dicentes se sapientes, stulti facti sunt. Contra quendam scholarem glorioſum inanis gloriæ cupidum mouetur glo. in l. cum ea. C. de trãsact. Præsumpsit enim sapere & nihil sciebat: alta cogitabat, & semper ruebat, non cõsiderans quòd alibi dicit Apostolus, Noli plus sapere quàm oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem: quoniam interdum tanta præsertim inusitata sapere vergit in detrimentum. vt de quodam refert Isidorus, vt habetur lib. xvj. de proprieta. rerum, prope finem, in cap. de vitro. Qui vitrum sui natura fragile & faciliter frãgibile fecerat flexibile, & malleo reparabile. Vnde phialam coram Tyberio Cæsare de tali vitro factam proiecit in terram: quam non ruptam sed plicatam cum malleo reparauit & emendauit. Quem iussit Cæsar ilico decollari, nedum hoc agnitum fieret, aurum pro luto haberetur, & omne metallorum pretium vile crederetur: quia re vera si vasa vitrea non frangerẽtur, meliora quàm aurea putarentur, quia ad potandum auri & argenti metalla depellere consueuit. Vide quæ dixi de vitro suprà eodẽ super verbo, *Adiectæ impuberi.* loquẽdo de modestia linguę illius refrenatione. Sæpe enim qui talia glorioſa fatagunt, arte propria percutiũtur & pereunt: quia mala mẽte & inani gloria mouentur, vt Perillo contigit tempore Phalaris Agrigentini tyranni oratoris & declamatoris ornatissimi, cui cum Perillus ille æris ingeniosissimus artifex amicissimus esset, ex Athenis Agrigentum ad eum venit, vbi cognita hominis sæuitia, vt eidem placeret, & se singulari peritia dotatũ & eminentis suæ artis scientiæ ostenderet, ex ære taurum artificiosissimum fabricauit, & in eius latere ianuam posuit, vt reus in eo inclusus subiectis ignibus torqueretur: atque ita sonus vocis hominis exclamãtis, non gemitus hominis, sed bouis mugitus videretur. Pro quo inuento cùm munus ab eodem qui nouis tormentis delectabatur postulasset, illum includi iussit, & suppositis ignibus primus artificij sui verum præbuit experimentum. dicente Ouidio j. de arte amandi: *Et Phalaris tauro violenti mẽbra Perilli Torruit: infelix imbuit author opus.* Postea subiũgens: Nec enim lex æquior vlla est, Quàm necis artifices arte perire sua. Nolite igitur esse, fratres chariſſimi, similium fatuorum sectatores: sed pro talento sapiẽtiæ à Deo vobis datæ deuoti oratores, ei gratiã reddentes existere & sapientia cõmuni semota omni curiositate contẽti esse. Nec scrutari quæ vana sunt, imò talia quærẽtibus non est respondendũ, sed potius deridẽdum, prout de quodam refert Aurelius Augustinus libro xj. Confessionũ, quærente quid faciebat Deus ante mundi creationem. Cui derisoriè fuit per quendam prudentẽ responsum, quòd Deus tunc faciebat ignem ad ipsum fatuum comburendum, & eos qui materias arduas intellectum humanum transcẽdentes inquirerent. Nec peccauit ille sic respõdens quęstioni fatuæ, licet falsum respondisset: imò laudatur ibidẽ. facit l. Domitius Labeo. ff. hoc tit. & in l. fi. C. de legib. de talibus dicit summus Imperator: Eorum vanam subtilitatem tam risimus, quàm detestandam esse censuimus. Facit cap. j. de renuntiatio. libro vj. Attamen Deus tunc, dicit Augustinus, non erat otiosus,

sus, sed nobiles habebat intellectiões, & beatas cogitationes. Sic multi perierũt de corporis fortitudine præsumentes, vt Milo Crotoniates & Polydamas athleta. de quibus Valer. lib. ix. tit. de morte non vulgari, in fi. Iungã, inquit, illos quos & ꝓpositũ & exitus pares fecit. Milo Crotoniates cũ iter faciẽs quercũ in agro cuneis adactis fissam vidisset, fretus viribus accessit ad eam, insertísque manibus diuellere, id est, in duas partes arborẽ quercũ diuidere & separare conatus est. Quas, scilicet man⁹, arbor excussis cuneis in suã naturã reuocata cõpressit, eũque scilicet Milonẽ, manibus retentũ & captũ tot gymnicis palmis, id est coronis victoriæ aliàs assequutis, lacerãdũ feris præbuit. Item Polydamas athleta tẽpestate speluncã subire coactus, nimio & subito incursu aquæ labefacta ea ac ruẽte cęteris comitib⁹ fuga periculũ egressis solus restitit, tãquam humeris suis totius ruinæ molẽ sustẽtaturus: potentiore sed põdere omni corpore humano pressus imbribus petitam latebrã dementis fati sepulchrũ habuit. Hæc ille. Possunt hi præbere documentũ nimio robore mẽbrorum vigorem mentis hebescere, quasi abnuẽte, id est, renuente natura vtriusq; boni scilicet roboris & vigoris largitionem. Ne supra mortalem sit felicitatem eundẽ & valentissimum & sapientissimũ esse. Ex quibus clarè mõstratur in robore corporis aut sapientia humana non esse confidendũ, sed à Deo omne auxilium, quia vix magnũ reperitur ingeniũ sine mixtura demẽtiæ.

43 †De nostra autem materia, an substitutio facta in vno casu porrigatur ad aliũ, videatis latius per Iaso. in d. l. cùm proponas. C. de hęre. inst. vbi clarè loquitur. & in d. l. j. ff. de vulga & pupil. vbi concludit, quòd in legatis sicut in hæreditate locũ habet regula, ꝙ substitutio in vno casu facta, alium casum cõprehendit, cùm in legatis sicut in hæreditate fieri possit hęc substitutio vulgaris. l. vnica. in fine. C. de cadu. tol. & l. vt hæredibus. ff. de leg. ij. Nec obstat secũdum eum d. l. pater Seuerinã. quia non loquitur in substitu. sed fuit ibi translatio legati facta de vna persona in aliam, in pœnam eius, qui parere noluit conditioni. Nam filia ibi nubere noluit: vnde in eius pœnã legatum ei aufertur, & in aliũ trãsfertur. ideo casus si noluerit nõ cõprehendit casum si nõ potuerit in cõditione legati non expressum. Cuius ratio est duplex. Prima, quia cùm translatio legati fiat in pœnam: certè in pœnalibus debet liquidissimè cõstare. l. in testamẽto, la. ij. ff. de condit. & demonstra. quam ad hoc pro singulari allegat Bal. in c. j. qualiter dominus proprie. priuetur. Secunda ratio est, quia cùm ibi trãslatio fieri debeat in pœnam, si nubere noluerit, vbi non est delictũ, prout nõ est quando nubere nõ potest: per cõsequens non debet ibi esse pœna. l. aliud est fraus. ff. de verb. sig. & ita ad illũ tex. dicunt ibi Bar. & Moderni, & Bal. in d. l. cum proponas. vlti. col. & iste est verus intellectus ad d. l. pater Seuerinam. iuncto ꝙ cõditio legati seruari debet in forma specifica, & etiã deficere. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condit. & demõ. & sic conditio quę deficit per nolle, nõ potest videri defeciſſe per nõ posse, vt ibi. An autem substitutio vulgaris collata in vnũ tẽpus extendatur ad casum alterius tẽporis, dicatis ꝙ nõ, per l. si ita quis. ff de vulga & pupil. & no. per Bar. in d. l. si mater. §. j. illo eo. tit.

44 †Quintò principaliter quærebatur quis sit effectus vulgaris substit. & respondetur quod hæc vulgaris substit. sex habet effectus. Primus est, quia in homine sui iuris hærede instituto illa verba substitutionis, si hæres non erit, intelliguntur, si hæres non erit per se, vel mutata conditione: putà, quia effectus seruus alium scilicet dominum hęredem non fecerit. In hærede autem instituto qui est alieni iuris, prædicta verba intelliguntur, si aliũ hęredẽ non fecerit, vel ipse mutata conditione hæres non erit. l. iij. C. de hęred. instit. & l. si pater. ff. illo eod. tit. Pro cuius intellectu cõsiderandum est, quòd ad hoc vt locũ habeat vulgaris substitutio, oportet, ꝙ deficiat spes institutionis, vt scilicet institutus nõ sit hæres, nec possit esse hæres, putà quia repudiauit hæreditatẽ, vel lapsum

45 est tempus adeundi eam. †Et intelligo, ꝙ repudiauerit omni iure, scilicet prætorio & ciuili venire ex testamento, secundum Bart. in l. j. penult. col. ff. eod. nam si renũtiaret adire de iure prætorio ex testamẽto, cùm vsque ad xxx. annos venire possit de iure ciuili, per tex. in l. licet. C. de iure delib. non admitteret substitutus, quicquid dixerit glo. in l. suum. C. de iure delibe. quam ibi omnes reprobant. præsertim Bar. in d. l. j. & in l. nec is. §. hæres institutus. ff. de acquir. hæred. Pau. & Iason in l. iij. C. de impub. & aliis substi. Oportet enim antequã substitutus admittat, ꝙ institutus sit omni iure exclusus ex testamẽto adire, & ꝙ hæreditatẽ repudiauerit: quo casu erit omnino exclusus, secundũ Bart. in d. §. hæres institutus. Alioquin quãdiu spes est, ꝙ institutus esse possit hęres, vulgaris substitutio locũ habere nõ potest. l. quãdiu. ff. de acquirend. hæred. quod est verum quandiu potest, & vult esse hæres ex testamẽto. si autẽ repudiaret est testamẽto expressè, vel tacitè, veluti adeundo hæreditatem ab intestato, tunc locus esset substitutioni cùm verba ipsius substitutionis verificentur, Si hęres non erit, scilicet ex testamẽto, vt est casus in l. filium emancipatum. vbi Angelus & Imola. ff. de acquiren.

46 hæreditate. † Non enim sufficeret ei quòd esset hæres ab intestato, sed debet esse hæres ex testamento, vt substitutum excludat, vt ibi. Aliter & aliàs substitutus vulgaris casum intestati excludit, nec ad alios fines hęc substitutio fit, nisi vt testator non moriatur intestatus: d. l. iij. C. de impube. & aliis substit. quod est verum, nisi testator aliquẽ substituisset, casu quo legitimi nec ex testamento, nec ab intestato succederent. Quia tunc substitutus causam intestati non excluderet, tex. est singularis in l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus. ff. de hæredibus instituend. secundum Modernos in dicta l. iij. Et hoc est adeò ve-

47 rum, †scilicet quòd hæres debeat hæreditatem adire ex testamento ad excludendum substitutum, ꝙ necesse est, ꝙ hęreditatẽ integraliter adeat, vel partem, si tantum in ea institutus sit: ita ꝙ nõ audiretur institutus in tota volens partem adire, & in ea parte substitutum excludere: & in residuo locum facere substitutioni, sed necesse habet in totum adire. Et sic non audiretur hæres volens pro parte adire, & pro parte repudiare hæreditatem, quando institutus fuit simpliciter, sed etiã si expressè institutus fuerit in diuersis partibus & separatim: quia si vnã ex istis partib. acceptat, necessariò sibi accrescunt cęteræ portiones inuito. l. quidam eulogio. C. de iure deliberan. l. j. & ij. ff. de acquirenda hæreditate. vbi plus deciditur, ꝙ si hæres adeat hæreditatẽ testatoris, tenebitur adire hæreditatem filij, cui ab eodem fuit pupillariter substitutus. Plus dico, quòd istud procedit etiam si hæres aliqua ex istis partibus haberet substitutum, & vellet aliàs partes in quibus substitutum non habet, acceptare, & illam partem dimittere substituto. quia non posset, quod est mirabile. text. est elegans in l. si solus. in princip. ff. de suis & legitimis hę-

redibus

BIU Cujas

redib. imò acceptãdo alias partes, sibi accrescet illa, in qua habet substitutũ. Nam tunc solùm per dationem substituti intelligitur data esse hæredi licentia abstinẽdi, quando fuit ei vniuersaliter datus substitutus, secùs si particulariter, vt ibi est tex. no. secundum Iaſ. in l. vnic. C. quãdo nõ petẽ. partes peten. accresc. licet Bar. in d. l. si solus: sentiat cõtrarium & malè. Idẽ tenet Iaſ. in d. l. quidã eulogio. j. col. vbi clarius loquitur, elegãter subiungẽs illud esse verũ, scilicet quòd hæres institutus in pluribus partibus, vnã adeũdo acquirit omnia, nisi adeũdo partẽ protestetur, ꝙ nullo modo vult alias partes sibi accrescere: quia tunc nõ sibi accrescent, imò aditio erit in totũ nulla, secundũ Bar. Ang. & Imo. in d. l. j. ff. de acqui. hęre. & videbitis j. in verb. *Mortuo itaque testatore*. j. Aduertatis tamẽ, quia quod dictum est in aditione, vt vna parte adita, cæteræ partes accrescãt, nõ haberet locum in casu è cõuerso, scilicet in repudiatione: quia repudiando vnã, nõ intelligitur alias partes repudiare, secundum gl. & doct. in l. ij. ff. de acqu. hære. Et ratio diuersitatis est secundum Bar. in d. l. j. quia aditio hæreditatis est fauorabilis, non autẽ repudiatio. Tum etiam quia aditio est habitus, qui suscipere potest incremẽtum, sed non repudiatio, quæ est priuatio. ideo hæres non
48 potest adire vnam, quin sibi accrescant aliæ. † cùm institutio hæredis diuidi non possit, quin sit in totũ hæres, vel nullo modo, taliter ꝙ etiã filius à patre hæres institutus non posset dicere: hæreditatẽ repudio salua mihi legitima: imò talis protestatio reseruatiua repudiationem impediret, secundum Bal. in d. l. iij. C. de impube. & aliis substit. & dixi plenè super verbo, *Et vxorẽ nomine Adelasiam*. in iiij. prælud. loquendo de iure accrescẽdi. Idem si capere vellet legitimã titulo institutiõis, & residuũ relinquere substituto, nõ audiretur, quia (vt dictũ est) hęredis institutio diuidi nõ debet, vt d. l. j. & ij. ff. de acqu. hęre. & cõsuluit Alex. in j. parte cõsil. lxxv. incip. visis & diligenter perspectis. iij. col. Quinimò plus dicit Ang. cõsil. lxxxiij. incip. subtiliter & eleganter. quòd filius in sola legitima aut re particulari institutus à patre nullo alio dato hęrede vniuersali, vel si datus fuerit, repudiãte, cũ eo tunc legitimæ vel rei particularis detracta mentione, habeatur filius pro hęrede vniuersali. l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. instit. nõ poterit talis filius amplecti legitimã, vel rem particularẽ, in qua est institutus, & repudiare vniuersum: quia vnum nõ est ab alio sequestrabile, secundum eum. alleg. Cyn. in d. l. iij. Iac. de Are. & Bart. & l. quia poterat. ff. ad Trebel. Nam eo tunc assumit talis particularis succesio nomen vniuersalis, ita ꝙ deponit nomẽ singulare, & trãsit in vniuersale. l. cùm patronus. ff. de leg. ij. & l. si infanti. C. de iure delib. adeò ꝙ Panor. hîc ꝑpe fi. dicit, quòd præmissa nedum habent locum in filio succedẽte, ex testamento, sed etiã si ab intestato succedat: quo etiã casu non posset partẽ hæreditatis acceptare, & partẽ repudiare, vel solam legitimã retinere. l. j. & ij. ff. de acquir. hære. Oportet ergo in pũcto nostro ꝙ succedens ex testamẽto totam hæreditatẽ adeat: aliãs sub-
49 stitutus admittitur. † non obstante l. si libertus patrono. ff. de bonis lib. vbi videtur esse tex. in contrarium. Sed dicatis ꝙ ibi patron⁹ erat totaliter à liberto grauatus, ꝙ portio remanẽs non sibi sufficiebat ad legitimam, quam habet in bonis liberti. & fortè eo casu idẽ esset in filio, vt si hæres à patre institut⁹ esset vltrà grauatus, ꝙ legitima deducto onere nõ sibi remaneret salua, tunc onus repelletur quo ad legitimã, & in reliquis prrtibus nõ parendo, locũ faciet substituto, quod est notãdum secundũ Bal. in d. l. iij. de quo pulchrè Pet. de Anch. cõsil. cccxiij. incip. ex sola vulgari substitutione, dicit dispositionẽ d. l. si libertus patrono. locũ non habere in filio grauato: sed est speciale in patrono, ita ꝙ nõ posset filius habẽs substitutũ retinere legitimã, & residuũ dimittere substituto, idẽ sentit Paul. cõsil. cclviij. ij. col. in fin. videatis Bar. in l. excusatus. ff. si quis omissa causa testa. & in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & Ang. Are. in §. fi. ij. col. in fi. Insti. de hæred. quali. & differ. & ratio differẽtiæ est inter filium & patronũ: quia hodie filio legitima debetur de iure hæreditario & institutionis. Or institutus nõ potest pro parte acceptare hęreditatẽ, & pro alia parte eã repudiare, vt d. l. j. & ij. & l. ex asse. ff. de acq. hæred. Imò, vt dictũ est, hæreditas tota accrescit pro parte adeunti etiã inuito. l. vnica. §. his ita. C. de cad. tollẽ. dicta verò l. si libertus patrono. loquitur in patrono, cui legitima nõ debetur in bonis liberti iure hæreditario, nec institutionis secundũ Sali. in l. quoniã in priorib. C. de inof. test. & est tex. quẽ ipse nõ allegat in l. siue libertus. §. excludit. vbi gl. & Bar. ff. de iure pat. Vnde nõ sine causa aliud est in filio, & aliud in patrono. facit gl. in l. ij. C. de bo. posses. cõtra tab. liberti. & in §. præterea. in verbo, patrono. Inst. quib.
50 modis ius patriæ potesta. soluit. † Sed prędictis non obst. ego puto opi. Bal. in d. l. iij. C. de impub. & aliis substi. esse veriorẽ, scilicet ꝙ licet filius à patre hęres institutus, etiam cui est vulgariter datus substitutus, nõ possit repudiata hæreditate retinere legitimam, vel ea retenta hæreditatem repudiare, vt dictum est, tamen bene hoc facere poterit, si à patre fuerit institutus, habénsq; substitutũ vulgarẽ fuerit in legitima onere legatorũ grauatus aut fideicõmissorum, si illis solutis, nõ sibi remaneret integra legitima. & idẽ si esset à patre grauatus in aliqua re sua propria: per tex. ꝙ reputatur aureus in d. l. si libert⁹ patrono. ff. de bonis libe. quod expressè tenet Pau. in d. l. iij. de impub. & aliis substitu. volens hoc procedere in filio, quando legatũ ab eo relictũ erat tale, quo soluto nõ poterat apud filium remanere integra legitima, siue tale legatũ fuerit ab ipso filio relictũ de bonis & hęreditate patris soluendũ, siue de bonis propriis ipsius filij. & ita etiã cõsuluit idẽ Pau. consi. cclvij. incip. visis actis. v. col. idẽ tenuit Ang. in l. si pater. C. de insti. & substi. & Pau. in l. j. ff. de acqui. hęre. quia si hoc locũ habeat in patrono, ꝙ legitima retenta repudiare possit residuũ hęreditatis liberti, multò magis locum habet in filio, cui plus & fauorabilius debetur legitima in bonis patris. l. si quis legatum. §. fi. iuncta gl. in verbo, nõ posse. ff. de fal. facit l. scripto. ff. vnde liberi. & ita tenet Bar. in iiij. principali quæst. Ludo. & Francisc. Aret. in l. j. ff. de vulga. & pupil. substit. vbi plus decidit Bar. quòd etiam si grauamẽ filio à patre illatum non absorberet legitimam in totum, adhuc poterit filius legitimam capere reiecto onere, & residuum hæreditatis repudiare, & substituto dimittere, qui onus adimplebit si velit. & ita trãsit Alexan. in l. quia poterat. ff. ad Trebellia. & in j. parte consi. lxxv. incip. visis & diligenter consideratis. iij. co. & Franc. Are. consil. clx. incip. longa est disputatio. xvj. col. & Iason in d. l. j. xiij. col. ff. de vulga. & pupilla. & idem Bar. in l. pro hæred. §. hęreditarios. ff. de acquir. hære. & d. l. si libertus patrono. nec est verum secundum Ludoui. quòd legitima filio debeatur iure hæreditario & institutiõis: imò ei debetur ex cõdictione ex l. omnimodo. C. de inofficio. testamen. not. gl. in auth. presbyteros. C. de episc. & cler. & hęc sit prima limi-

tatio

tatio ad regulam, in qua fuit ſ.cõcluſum, quòd filius à patre hæres inſtitutus non poteſt retenta legitima reſiduũ hæreditatis repudiare, & locũ facere ſubſtituto: quia hoc eſt verum, niſi pater eum in teſtamẽto ita grauaſſet, quòd nõ haberet legitimã integram, vt
51 vidiſtis. † Secũdò limitatur dicta regula ſeu vera cõ- 56
cluſio, quòd filius nõ poteſt legitima retẽta reſiduũ hæreditatis repudiare, quinetiam perdat legitimam, niſi filius j. trienniũ poſt recuſationẽ hæreditatis pœnituerit, & mutauerit propoſitum, & durante triennio voluerit adire: quia tunc nec legitimam, nec aliquid perdit, per tex. ſingu. in l.fi. C.de repudi. vel abſtinen. hæred. quod verũ intelligatis in filio in poteſtate mortis patris tẽpore cõſtituto: ſecùs in emancipato ſecundum Ang. in quo locum nõ habet diſpoſi-
52 ſitio d.l.fi. ſecundum Doct. ibi cõmuniter † dicentes
filium emãcipatum ſemel repudiãtem ilicò eſſe perpetuò excluſum à paterna hæreditate, niſi fuiſſet in ſo 57
la legitima inſtitutus, quã repudiſſet, quia poſtea ſemper mutare poſſet propoſitum, vt ſingulariter dicit Imo. in d.l. quia poterat. per tex. ſing. in l. ita tamen. §. ſi patronus. ff. ad Trebell. vbi hoc deciditur in patrono, ergo multo fortiùs locũ habebit in filio. argu. d.l. ſi quis legatũ. ff. de Fal. & idẽ erit & multò magis in filio in poteſtate conſtituto in ſola legitima inſtituto, vt ſemper etiã vltra tienniũ poſſit mutare propoſitum. Quod eſt perpetuò notandũ ſecundũ Alex. in d.l. quia poterat. licet aliqualiter dubitet, eò quia d.l.fi. C.de repudian. hæredita. loquitur indiſtinctè, q vltra trienniũ non audiatur. de quo tamẽ plenius di-
53 cam in verbo, *Mortuo itaque teſtatore*. ij. † Tertiò limitatur dicta cõcluſio, locũ nõ habere in filio patri ſuccedẽte ab inteſtato, quia cũ tũc ceſſat ratio, quòd habeat legitimã iure & titulo inſtitutionis hæreditario: quinimò eã habet, vt quotã bonorũ, & nõ hæreditatis, per conſequens debet poſſe capere legitimã, & reſiduũ repudiare, ſecundũ aliquos. Tamẽ Panor. hîc in fi. tenet oppoſitũ, vt ſ. dixi. & eſt de mẽte Bal. cum quo ibi tranſit Pau. in d.l. iij. & plenè Alexã. in l. gerit. ff. de acquir. hæred. ſed plenius in d.l. quia poterat. ff. ad Trebell. Quartò limitatur dicta concluſio locum non habere, vbi filius repudiando, retenta legitima non deduceret rem ad cauſam inteſtati. putà quia pater reliquit ei aliquid, quod aſcendebat vltra legitimã alio vniuerſaliter inſtituto. Nã ſi filiũ grauauit in eo quod legitima excedit, poterit, retenta legitima, reſiduum hæreditatis repudiare, quia per hoc res non deducitur ad cauſam inteſtati. ita ſing. conſuluit Frãc. Aret. conſi. clx. xvj. col. in fi. alleg. Bald. in l. ſcimus. C.de inoffi. teſta. Concluſio autem noſtra intelligitur quando filius eſſet à patre hęres inſtitutus,
in totum aut certa quota hæreditaria, putà ſemiſſe,
54 triente, & quadrãte, vel ſimili. † Quintò limitatur
dicta cõcluſio, niſi filius legitimã habuiſſet per viam cõtractus & diſpoſitionis inter viuos: quo caſu retẽta legitima repudiare poſſet hæreditatem paternam, per tex. in auth. vnde ſi parens. C.de inof. teſt. vbi Ia-
55 ſon ſic ponderat illũ tex. in v. notabili. † Nam hæres
etiam extraneus repudiare poteſt hæreditatem, & retinere prælegata & donationes ſibi aliàs factas, arg. eorum quæ not. in l. quidam eulogio. C.de iure deliber. & dicam j. in iiij. effectu huius ſubſtitutionis, niſi vellet nunc hæreditatem repudiare occaſione tributi non ſoluendi fiſco pro aliqua poſſeſſione hæreditaria debiti. Quoniam eo tunc perderet cætera omnia quæ inter viuos quocunque titulo per prius à teſtatore habuerat. tex. eſt ſingul. in l. hæredes. C.de omni agro deſer. lib. x. per quem dicit ibi Bar. idem eſſe in hærede inſtituto à debitore cõmuni vel ciuitatis: qui ſi hæreditatem repudiet, priuatur omnibus bonis aliàs à teſtatore acquiſitis. & in hoc verificari poteſt quod de fiſco dicit ſing. Bal. in l. executorẽ. C.de exe-
cutio. rei iudi. vbi dicit, † quòd licet fiſcus ſit imaginaria perſona, tamẽ duræ ceruicis, & ſemper rigoroſus, nunquã vel rarò æquus exiſtat, & idem decidit Lud. in repetitione authen. ſimiliter. in j. parte. xiiij. ſpecia li. C. ad l. Falc. in debitore decimarum ſoluendarum, ſi occaſione debiti decimarum non ſoluendi hæreditatem repudiaret ſibi delatã, quia ſimiliter perderet omnia quæ aliàs inter viuos habuit à teſtatore: cũ decimæ ſint tributa animarum egentium. c. tua nobis. de decimis. xvj. q j. decimæ. quæ omnia vltra Iaſ. dicta ſunt notanda. An autem filius perderet eo tũc legitimã à patre ex contractu habitam cogitabitis.
Ex præmiſſis reſultat deciſio quæſt. † Si pater in vita
ſua acquiſiuit feudum vel emphyteuſim pro ſe, filiis, & nepotibus, quòd mortuo patre filij poterunt acceptare emphyteuſim, & repudiare hæreditatem: quia emphyteuſim habẽt iure cõtractus inter viuos, & nõ iure hæreditario, vt ſing. decidit Spec. tit. de emphyt. §. nunc verò aliqua. verſi. clix. per tex. in d. auth. vnde ſi parens. vbi hoc tenent Bald. & Salic. de quo plenè Alexã. in l. ſi patroni. vij. col. ff. ad Trebel. Quod eſt verum ſecundum Paul. ibi, ſi pater acquiſiuit emphyteuſim vel feudum ſimpliciter pro ſe & filiis. ca. vnico. an agnati vel filij repudia. paterna hæredi. ſecùs ſi acquiſiuit copulatiuè: ſcilicet pro ſe, filiis & hæredibus, quia tunc requireretur quòd filij eſſent etiã hæredes: aliàs nõ admitterẽtur ad talẽ emphyteuſim vel feudum. in auth. de non alie. §. emphyteuſim. vt latius tenet Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de operis liber. & in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. vlt. col. & l. quod dicitur. ff. de verb. obl. Bald. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſ. eccl. ſed aduertatis, quia hæc doctrina videtur deſtrui per tex. in d. cap. vnico. vbi indiſtinctè filius repudiata paterna hæreditate feudum retinere non poteſt. bene eſt verũ, quòd de conſenſu agnatorũ quorũ intereſt, & quibus feudum defertur, poſſet dominus feudi filiũ vaſalli, qui paternã repudiauit hæreditatẽ de feudo inueſtire, vt ibi dicit tex. cui ſtãdum eſt. vt ibi per Iac. de Bello viſu. & Floria. in l. veniunt. ff. famil. erciſc. Specu. & Ioã. Andr. ibi in addi. tit. de emphyt. alleg. §. nunc aliqua. verſic. clviij. & in c. in præſentia. in nouel. de probatio. & Panor. plenè in ij. parte, conſi. iij. ij. col. in ſolutione primi dubij, & Barba. ſuper rub. ſ. de feu. in fin.
licet Iaſon in d. auth. vnde ſi parens. tranſeat cum do-
58 ctrina Bar. ſubiungens in iij. col. quòd † ſi mortuo pa
tre vnus frater aut ſoror quittaret cæteris fratribus ſuis omne id quod conſequi poſſet de paterna hæreditate, non impediretur per hoc petere partem talis feudi vel emphyteuſis, cũ talia (vt dictũ eſt) non petantur iure hæreditario, nec tanquã de hæreditate paterna, ſed vigore cõtractus, ſecundum Bar. in l. itẽ videndum. §. fi. referens ibi Dyn. ſic cõſuluiſſe. ff. de petitio. hære. quem ſequũtur Bal. & Ange. ibi, & Bal. in l. j. verſ. quinquageſimo quæritur. ff. de rerum diuiſio. & in dicta auth. ſi quas ruinas. & Alberic. in l. tres fratres. ff. de pact. plus dicit Bald. in d. cap. vnico. an agnatus vel filius, quòd etiam ſi in tali renuntiatione interuenit iuramentum, non excluditur renuntians filius vel hæres à petendo feudum vel emphyteuſim, quæ non comprehenduntur in tali renuntiatione iurata, niſi expreſsè dicatur. Quod verum intelligo, ſi

filius

BIU Cujas

filius renũtiauit hæreditati paternæ, ſecus ſi bonis re-
59 nuntiaſſet paternis: † quia tunc appellatione bonorũ
bene contineretur emphyteuſis, vt ſingulariter tenet
Spec. allegato verſic. clviij. per l. in bonis. ff. de acqu.
rerum do. & l. bonorũ. ff. de verbo. ſign. quod eſt cor-
di tenendũ ſecundũ Iaſ. vbi ſ. dicentem hoc non re-
periſſe ab aliis ponderatũ. Videatis eundẽ in repe. l.
ij. xcviij. col. ver. tertiò quærit Sal. C. de iure emphy.
60 & plenè per eundẽ in prælud. feud. xvij. col. † Vnum 63
tamẽ mẽti tenebitis, ꝙ extra dictos caſus, licet filius
paterna hæreditate repudiata retinere nen poſſit le-
gitimã, tamen filia dotata hæres inſtituta dotem reti-
nebat, quantumcũque paternã hęreditatem repudia-
uerit, quia in ea ius habet ex cõtractu inter viuos, ſed
filius ius nõ habet in legitima ſaltem reſpectu certæ
rei, ita pulchrè conſuluit Alex. in j. parte, conſil. cviij.
incip. viſo themate. iij. col. in princ. vbi plus dicit, ꝙ
etiã vltra dotem retinere poterit alia bona paterna,
in quibus ius & dominium ei nõ fuit quæſitum ante
teſtamentũ, veluti ſi teſtator dixerit: Si filia dotẽ &
bona quæ ſibi nubenti tradidi, cũ fratribus conferat,
eam pro parte hæredẽ inſtituo: certè tunc filia pote-
rit nõ cõferre, & ſic hæredẽ non eſſe. & tamẽ dotẽ &
dicta bona retinebit, licet per teſtamentũ fuerint eſ-
fecta ſua: quod patet, quia pater diſponẽdo quòd illa
bona cõferret, voluit de neceſſitate dominiũ illorum
transferri in eã, cùm aliàs de iure nõ poſſet dicta bo-
61 na cõferre, vt teſtator. † Quia collatio eſt rei proprię
in cõmune latio. l. j. ff. de colla. bono. Omnia ergo, in
quibus filius dominiũ habet perfectũ & certũ, retine-
re poterit repudiata paterna hęreditate. & cum filius
in legitima tale ius nõ habeat, ſcilicet certũ in rebus
certis, vt dicit pulchrè Bar. in l. ij. C. quãdo, & quibus
quarta pars, lib. x. eã retinere nõ poterit paterna hæ-
reditate repudiata, quæ omnia ſunt notãda, quia quo
tidiana. Vnde reſtat concluſio, ꝙ hęrede inſtituto ve
niẽte ad hæreditatẽ teſtatoris integraliter, cùm aliàs
pro parte ſuccedere non poſſit, vt vidiſtis, nunquam
ſubſtitutioni vulgari locus erit, nec admittet ſubſti-
tutus, ſiue talis inſtitutus veniat iure ciuili, putà ꝑ viã
aditionis, aut prętorio, puta petendo bono. poſ. ſecũ
dum tab. quod fieri poteſt. quãuis iure ciuili hæres ve
nire poſſet, vt eſt caſus in l. puberẽ. C. de iure delibe.
62 † Plus dico, quòd nedũ veniẽte inſtituto actualiter
ad hæreditatẽ excluditur ſubſtitutus, vt dictũ eſt, ſed
etiam non vocatur inſtituto adhuc non veniente, ſed
tacente, donec certum fuerit, ꝙ hæreditatẽ repudia-
uerit: quia quãdiu ſpes eſt, ꝙ inſtitutus veniat, ſcilicet
de iure cõmuni, vtpote quia adhuc infra temp⁹ iuris
cõſtitutus adhuc adire poteſt, vel bon. poſſeſ. petere,
ſemper tunc ceſſat ſubſtitutio. Si verò hæres inſtitu-
tus venire non poſſit de iure cõmuni, ſed ſolùm ex
gratia & diſpenſatione, vel in integrum reſtitu. putà
quia inſtitutus hæreditatem repudiauit, & ſic nõ po-
teſt amplius iure cõmuni venire, tunc illico admitti-
tur ſubſtitutus, quãuis inſtitutus ꝙ repudiauit adhuc
reſtitui poſſet ex gratia, aut principis diſpenſatione,
vel ꝑ viã in integrũ reſtitutionis, tanquã minor ad hę
reditatem recuperãdam quam repudiauit: nec expe-
ctabit illud ius ſpeciale gratioſum ſeu diſpenſatiuũ:
ſcilicet vt hæres inſtitutus qui ſemel repudiauit reſti
tuatur. l. & ſi ſine. ſ. ſed quod Papinianus. & l. quod ſi
minor. ſ. Scæuola noſter. ff. de mino. Nam reputatur
quaſi impoſſibile illud, quod iure communi obtineri
non poteſt, ſed ſolo principis priuilegio. l. iij. ſ. j. ff. de
fideicõmiſ. liber. & l. apud Iulia. ſ. fin. ff. de leg. j. facit
quod no. Bar. in l. inter ſtipulantẽ. ſ. ſacranſ. ff. de ver.
obli. & in l. continuus. ſ. cùm quis. eo. tit. & in l. j. & l.
obtinuit. & l. intercidit. ff. de cõdi. & demõſt. Si tamẽ
poſtquã ſubſtitutus eſt admiſſus, ipſe hæres inſtitut'
qui repudiauerat, ſit reſtitutus à principe contra ſuã
repudiationẽ, vel tanquã minor re integra, id eſt, bo-
nis nõ diſtractis hæreditatẽ auferet à ſubſtituto, vt d.
ſ. Scæuola. & d. ſ. ſed quod Papianus. ſecundum Bar.
cum quo cæteri tranſeunt in d. l. j. in iij. principali q.
ff. de vulga. & pupil. † Sed nunc eſt dubiũ ſi inſtitu-
tus qui repudiauit, ſeu filius qui à paterna hęreditate
abſtinuit, poteſt venire ad reuocandũ abſtentionem
per aliud remedium, quàm in integrũ reſtit. puta per
remedium l. fina. C. de repudian. hæred. An hoc caſu
interim admitti poterit ſubſtitutus durante trinnio,
de quo loquitur d. l. fin. Pro cuius intellectu ſcire de-
betis vos canoniſtæ, ꝙ ſi extraneus hæres repudiet
hæreditatem, nunquam ad illam admitti poteſt ipſo
iure: quia non eſt ferẽdus qui redire & amplecti deſi
derat quod ſemel renuntiandum putauit. l. ſi quis. ff.
de reb. cred. niſi à principe vel tanquã minor ex iuſta
cauſa reſtitueretur. Si verò hæres inſtitutus qui repu-
diauit, eſt de ſuis, id eſt de liberis in teſtatoris poteſta
te, dum viuebat conſtitutis: tunc infra trienniũ à die
repudiationis cõputandũ re integra exiſtente, id eſt
bonis nõ diſtractis, ſi maior eſt xxv. annis, poteſt pœ
nitere, adeò ꝙ citra remedium in integrũ reſtit. po-
terit ipſo iure abſtẽſionem ſeu repudiationem reuo-
care, & paternam hæreditatem recuperare, & ſi talis
hæres tempore repudiationis erat minor, hoc facere
poterit infra triennium, non à tẽpore repudiationis
ſed à tẽpore xxix. ann. finitorũ cõputandorum, vt eſt
hodie caſus ſingularis in d. l. fi. Or nunc eſt dubiũ, an
quemadmodum durãte tempore in integrum reſti-
tutionis per hæredem qui repudiauit petendæ, ſubſti
tutus, vt dictum eſt, admittitur, cùm illud tempus
gratioſum & priuilegiatũ non expectetur, ſic etiam
admittatur ſubſtitutus durãte illo triennio. Et certè
ſic: quia adhuc militat ratio Bartol. in dicta l. j. dum
hoc decidit in remedio in integrũ reſtitutionis. Et in
propriis terminis firmant Bald. & Angel. in l. quan-
diu. la. j. ff. de acquirenda hæred. vltra quos Alexand.
allegat eſt tex. & gloſſ. expreſſam in l. ſi quis ſuus. ff. de
iure delibe. & hæc eſt veritas: licet Pau. & Fulgo. ibi,
& idem Paul. in d. l. finali. teneãt contrariũ. Sanè ta-
men intelligatis, quòd durante illo triennio ſubſtitu
tus admittetur, in caſibus in quibus per dationẽ ſub-
ſtituti vulgaris non tollitur exiſtentia ſuitatis: de qui-
ſtus videbitis infrà, dum dicetur de vltimo effectu hu
ius ſubſtitutionis, & latius in verbo, *Mortuo itaque teſtatore.* ij. & ratio eſt, quia dicta l. finalis locum non
habet niſi in ſuo hærede: & quantũ ad effectum illius
legis nõ eſt hodie ſublata differẽtia emãcipationis &
patrię poteſtatis, vt ibi cõcludunt omnes Doctores,
per illũ tex. de cuius intellectu intendo plenè dicere
ſuper dicto verbo, *Mortuo itaque teſtatore.* ij. tractan-
do primam ſpeciem tranſmiſſionis hæreditatis: quæ
64 fit iureſuitatis. † Plus dicunt Doctores vt ſuprà te-
tigi, quòd nedum excluditur ſubſtitutus ſi inſtitutus
hæres fiat, ſed etiam ſi hęres non fiat, ſed alium hæ-
redem fecerit. antequàm ergo vulgaris ſubſtitutio
locum habeat, requiritur quòd inſtitutus non fit hæ-
res, nec ſit ſpes aliqua, quòd iure cõmuni poſſit hęres
eſſe. Et vlterius requiritur, quòd alium hæredem nõ
fecerit: quòd ſi fecerit alium hęredem, omnino ex-
cluditur ſubſtitutus, vt dicta l. cùm proponas. C. de
hęredibus inſtituendis. & ſ. fina. Inſtitutio. de vulga.
ſubſtitu. Ex quo ſequitur deciſio ad plures quotidia-

nas

BIU Cujas

65 nas quæstiones. † Et primò si institutus hęres decedat ante aditā hæreditatē: tamē ad hæredē trāsmittat ius deliberādi, per l. cùm antiquiorib. C. de iure delibe. Quis in hæreditate nō adita debeat præferri, an hæres hęredis ad quem trāsmissum est ius deliberādi, vel substitutus? Tu canonista pro intellectu dicēdorū debes scire, ꝙ quādo sui scilicet in potestate testatoris cōstituti sunt hæredes instituti, & decedūt priꝰ quā hæreditatē adeāt, seu illi se immiscеāt, eā perpetuò trāsmittunt ad posteros, siue scirēt tēpore mortis se hæredes esse institutos, siue ignorarēt. l. j. C. de his qui ante apertas tab. Extranei verò hæredes qui nō erant in potestate testatoris, & sic priuilegio suitatis nō gaudebāt: si postquā sciunt se hæredes esse. j. annū moriātur, trāsmittunt in suos hæredes vel extraneos ius deliberādi. Si autē post annū à tēpore sciētiæ moriātur, vel j. annū antequā scirent se hæredes, tunc nō trāsmittunt illud ius deliberādi: Cùm in persona eorum per lapsum anni iam fuerit finitum, vt d. l. cùm antiquiorib. C. de iure delib. Prætereà debes scire, ꝙ licet sui hæredes, vt dictum est, perpetuò trāsmittant hæreditatē ipso iure, tamē petere possunt ius delib. vbi sciunt se hæredes institutos, secūdum Bar. in l. ex militari. §. fi. ff. de test. mili. Et interdum est vtile ei, in quem fit transmissio: quia tunc non habebit necesse probare trāsmittentem fuisse in potestate testatoris, quod probare neceſſe esset, si vti vellet iure trāsmissionis ex priuilegio suitatis, probādo matrimonium operās patriā potestatē. Quę probatio est sæpe difficilis. l. Lucius. ff. de cond. & demonst. vt dicit Bal. in
66 d. l. cùm antiquiorib. in prin. † His ergo præsuppositis in proposito dubio duas reperio principales opi. Prima fuit Richardi Malumbre, quā postea sequutus est Bar. licet de Richardo nullā faciat mentionē in l. j. in iiij. principali q. ff. de vulg. & pupil. volētis hæredem hæredis præferri substituto, quia licet institutus nō fuerit hæres, tamē fecit aliū hęredē, cū ex eius ꝑsona virtute iuris deliberādi ad eum trāsmissi alius adiit hæreditatē, & cessat substitutio. l. si pater. ff. de hę red instit. alleg. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. ibi, aliósq;. quoniā exponi debet, scilicet substitutos vel cōiunctos. Facit tex. secundū eū in l. si quis filiū. ij. re sponso. ff. de acqu. hæred. & gl. in l. si pro dote. §. pen. ff de leg. præstan. volens potētiorem esse trāsmissionem, quàm substitutionem, prout etiā tenet ibi Bar. debet ergo expectare substitutus, quòd hæres hæredis ad quē hæreditas trāsmissa est, seu ius deliberādi, repudiet, vel alio modo excludat, vt tenuit etiā Bar. in d. l. si pater. & C. de hær. insti. l. cùm proponas. vbi Bal. sequēdo Bar. tenuit hāc opi. subtiliter loquendo in hæc verba. Pone ꝙ hæres institutus nō adiuit, sed decessit infra annū; & sic ius deliber. trāsmisit ad eius hæredē: certè hæres instituti adiens ex iure deliberādi ad eū transmisso excludit vulgariter substitutum. Nam licet institutus hæres non fuerit, tamē suo ministerio ius deliberādi trāsmittendo alium fecit hæredē: ergo cessat vulgaris substitutio secundū Bar. subiungens post pauca: fore aduertendum an substitutus
67 vulgaris impediat trāsmissionem. † Nam triplex est transmissio, scilicet iuris deliberandi, de qua in d. l. cùm antiquioribus. & istam substitutus non impedit sicut nec cohæres extraneꝰ, qui vulgari substituto tacito tamē cōparatur. l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. ij. & l. si fratris. C. de iure deliber. Secunda transmissio est ex illo titu. C. de his qui ante apertas tab. & tunc idem: quia substitutus vulgaris non impedit hanc transmissionē, quia transmissio est quędam successionis prorogatio eiusdē formæ & naturæ, vt d. l. vnica. de his qui ante apertas tabulas. Tertia est trāsmissio quæ fit iure necessario, scilicet ex vi & potentia suitatis & existentiæ sui hæredis: & hic est distinguendum, secundū eum. Nam aut facta fuit substitutio vulgaris distincta & expressa, putà quia dixit testator: si hæres esse noluerit, vel nō potuerit. aut facta fuit indistincta: vt quia testator dixit, si hæres nō erit. Et his duobus casibus non trāsmittit vt suus: imò talis substitutio transmissionē impedit. l. si filius hæres. ff. de lib. & posth. per Dyn. aut substitutio vulgaris fuit in vno casu distincta & expressa, in alio autem tacita, puta quia testator dixit, si hæres esse non potuerit, talem substituo. & tunc transmittit si hęres esse potuit, & se non immiscuit. Quia hoc scilicet ꝙ non fuit hæres, processit ex nolūtate quæ tacitè continebatur in casu impotentiæ expresso in substitutione. Nā casus tacitus trāsmissionem nō impedit, sicut etiā ius accrescendi, qui est casus tacitus, eam nō impedit, vt d. l. si fratris. C. de iure delib. Hęc ille in d. l. cùm proponas. & hāc opin. (scilicet ꝙ hæres hæredis transmissione iuris deliberandi excludat substitutū.) sentit gl. relata ad tex. vbi Bal. & Imo. in d. l. quādiu. j. ff. de acqui. hære. Bal. in l. ij. C. ad Orficia. & idē Bal. in l. fi. §. j. C. de bonis quæ libe. Imol. in d. l. si pater. ff. de hęred. instit. & hic. & Ang. Are. in §. j. Insti. de vulga. substitu. & in tractatu testamentorum super verbo, vulgariter, dicens. in §. fi. Insti. de vulga. substitu. hoc esse verum quando hæres hęredis ex iure deliberandi ad eum transmisso vult adire, secus si repudiaret, quia tunc substitutus admitteretur. Si autē essent plures hæredes hæredis instituti, ad quos ius deliberandi fuit transmissum, & omnes vellent adire hæreditatē, excluderet substitutus: sed si vnus velit adire, & alter repudiare, tunc in parte repudiantis admittit substitutus, qui prefertur cohæredi, secundū Bal. Rapha. & Imo. in l. fi. per illum tex. ff. de vulg. & pupil. Quia inter illos hæredes primi hæredis instituti nulla est cōiunctio respectu hęreditatis primi testatoris, cuius sola deliberatio ad eos trāsiuit: sed est dūtaxat coniunctio respectu hæreditatis illius primi hæredis instituti. Ad hoc facit l. cū fundū. §. j. iuncta l. qui hæredi. ff. de condi. & demonstra. Idem reperio tenuisse Alex. in d. l. j. ff. de vulg. & pupill. substitu. Vnum tamen circa hæc tenebitis menti, quòd nedum primus hæres sciens se hæredem esse moriens ante aditā hæreditatem ius deliberandi ad suum hæredem transmittit, quanuis extraneum, vt dictum est: sed etiam ille hæres hæredis si infra annum transmissionis moriatur, etiam ignorans ius transmissum sibi competere, trāsmittit illud ad suos hæredes. & sic de singulis sequētibus: quia cùm illud ius sit semel trāsmissibile factum, naturam quam semel acquisiuit, semper retinebit, secundum Bar. quem ibi sequitur Bal. in d. l. cùm antiquioribus. Non enim solùm in hæredes nostros, verumetiam in hæredes hæredum iura nostra trāsmittimus per regulam antiquam positam in in l. si. C. de hæredibus instituen. & hoc est quod voluit tex. in d. l. cùm antiquioribus. dum indistinctè dicit suis successoribus, & ita consuluit Alexand. in se-
68 cunda parte consil. iiij. v. col. † Secunda principalis opinio in hoc puncto fuit Angel. in dicta l. si pater. & l. iam dubitari. ff. de hæredib. instituend. & in l. j. ff. de vulgari & pupilla. & in dicta l. cùm proponas. C. de hæred. instit. dicentis, quòd hæres hæredis ex iure deliberandi ad eum transmisso, non excludit substitutum: imò excluditur per ipsum, quia cùm substi-

tuatur

BIU Cujas

tuatur homini libero & sui iuris, nunquã excluditur substitutus vulgaris nisi institutus sit hæres, vel muta ta cõditione aliũ hæredem fecerit in cuius potestatẽ intrauerit, vt d.l.si pater & Instit. de vulg. substi. §. fi. Sed hæres institutus qui ante aditã hæreditatem decessit, conditionẽ non mutauit: Imò verius dicetur dissoluta conditio, cùm mors omnia soluat in authẽ. de nuptiis, §. deinceps. ergo aperta est via substituto. Nec obst. iura alleg. per Bart. superius relata: quia in eis licet hæreditas nõ esset adita: tamẽ habebatur ꝙ adita cũ potestate repudiãdi seu abstinẽdi. Ideo quic quid iudicaẽ ibi, quo ad exclusionẽ substituti in perpetuũ cũ verè adita est hæreditas, illud idẽ iudicatur, cũ habeatur pro adita donec repudietur. Nã in d.l. si quis filiũ. §. j. ff. de acquir. hære. licet ibi adita nõ esset hæreditas, tamen habebatur pro adita propter facultatem abstinendi seu repudiãdi: quia suus, scilicet filius in potestate erat hæres instituꝰ: qui statim post mortem patris est ipso iure hæres cũ potestate abstinẽdi. l. necessariis. ff. de acqu. hęre. & in §. sui. Insti. de hæred. quali. & diffe. Ideo nimirũ, si tunc excludatur substitutus. Hãc eandẽ opi. cõtra Bar. & cõmunẽ sequutus est Sali. in d.l. cùm antiquioribus. §. ita tamẽ. dicens opi. Bar. esse periculossam. Quia tunc testator haberet hæredẽ, de quo non prouidit, imò fortè nũquam de illo cogitauit, nec habere voluisset si fuisset
69 interrogatus. † Sed super hoc aduertendum est: quia 71
licet Imo. in d.l. si pater. & hic tenuerit opi. Bar. & sequaciũ, tamẽ per prius in d.l. j. ff. de vulg. & pupil. voluit concordare opiniones, nouã ponendo decisionẽ sic dicẽs, ꝙ vbi substitutio vulgaris facta esset expressè in casu volũtatis, tunc quia morte expirat volũtas. l. iiij. ff. loca. & l. j. C. de fac. san. eccl. & in c. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. & sic suã voluntatẽ nõ potuit hęres transmittere ad suũ hæredẽ: Quia tũc videtur hæres
72 institutus conditionaliter, scilicet si voluerit, per no. in d.l. filius hæres. & in l. si ita relictũ. §. illi si volet. ff. de leg. j. facit l. iam dubitari. ff de hære. instit. Et tunc non fit transmissio, ex quo decessit conditione non impleta, vt d. §. illi si volet. & ita intelligitẽ opi. Ang. & Sali. & idẽ si substitutio facta fuerit in genere, puta si hæres nõ erit: aliàs nõ exponẽdo casum nolũtatis, aut impotentię: quoniã tũc præferẽ substitutus, cũ institutus videatur esse institutus sub cõtraria cõditione: scilicet si voluerit hæres esse. Vnde si decedat priꝰ quàm declararet velle hæres esse, dicitur noluisse, vt d. §. illi si volet. aut substitutio concepta fuit in casu impotentiæ: puta si non potuerit hæres esse: & tunc transmittit ad hæredem ius adeundi excluso substituto: & ita intelligitur opi. Bar. Veruntamem sequẽdo opi. Bar. *quæ est communis*, & eam sequitur Ioã. de Ana. in repe. l. iij. C. de iure deliber. non per iura allegata per Bar. quę secundũ eum non faciũt ad propositum: sed quia est tex. in l. vnica. §. cùm autem. iuncto §. in nouissimo. C. de cad. tol. dicatis cõcordiã Imo. non obstare, quia siue dicatur in substitutione, si hæres non erit: quo casu clarũ est, ꝙ vtrũq; casum comprehendit, vt suprà fuit in iiij. art. principali conclusum, siue cõprehendat vnum casum tãtùm, cùm semper de natura substitutionis ambo casus, scilicet si nolit, & si nõ possit, cõprehendantur, vt d.l. Gallus. §. & quid si tãtùm, ergo expressio vnius nihil operatur, vt diuersum operetur effectum, quàm si taceretur. Præterea licet hæres admitti non possit ex capite quod institutus mutauerit conditionem, vt dicebat Angel. tamen ex alio capite admittitur, scilicet quia alium ministerio sui fecit hæredem, vt d. l. cum antiquioribus. Præterea licet hæres videatur institutus si voluerit hæres esse: tamen quia istud tacitè inerat, nihil operabitur, cùm expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operetur. l. iij. vbi Bar. ff. de leg. j. & Panor. in c. cùm dilecta. de rescrip. Tum etiã quia ille §. illi si volet. loquitur in legato in quo illa expressio operatur, quia nõ exprimitur eo modo quo inerat. secùs in hę-
70 reditate, de qua loquimur. † Quapropter alij moderniores dictas opi. alio modo Bart. cũ Ange. & Salic. cõcordare satagẽtes, dicũt, quòd si pater instituit filium hæredem, ei substituendo vulgariter: & decedat talis filius infrà annum relictis posteris exse descendentibus, quia tũc eadem est ratio in trãsmissione iuris deliberandi, sicut in transmissione hæreditatis: quia vtrobiq; seruatur votũ auitinũ, & vtrobique tractatur de hereditate quasi debita. cùm ita bene debeatur posteritati filij post eius mortẽ, sicut filio dũ viuit. Certè hoc casu erit verũ dicere substitutũ vulgarem excludi per trasmissionẽ iuris delibe. secundum opi. Bar. quia tunc obiici non potest, ꝙ testator habeat hæredẽ illũ, de quo non prouidit, nec cogitauit, vt dicebat Sali. Cùm satis hoc casu prouiderit tacitè filiũ instituẽdo: quia ex hoc satis vocauit eius posteritatẽ, ipsam præferendo substituto, argu. l. cùm acutissimi. C. de fideicõ. & ita secũdum eos intellexit Bart. secundũ iura quæ allegat, præsertim allegando
71 l. j. C. de his qui ante apertas tab. † Or certum est dictum doctoris debere intelligi secundũ iura quæ allegat, vt dicit ipsemet Bart. in l. non solùm. §. liberationis. ff de libera. leg. Si verò ille in quẽ hæres trãsmittit ius deliberandi, est extranus testatori, tunc erit vera opi. Ang. & Sali. tenentiũ, ꝙ substitutus non excluditur. & cum hac cõcordia quieuit summus ille Barb. repetens hîc multas subiungẽs adductiones &
72 demonstrationes ad corroborãdum hanc opi. † sed Alex. in d.l. j. ff. de vulg. & pupil. & in d. consi. iij. secundæ partis. tenet opin. Bar. indistinctè fore verã, ꝙ tex. in d.l. j. C. de his qui ante aper. tabul. aliter inducendo illũ tex. quàm Bar. inducat: scilicet dũ in text. ibi dicitur: licet inuicẽ substituti nõ sint: ergo innuit ꝙ trãsmitterẽt etiã si fuissent substituti. & sic vulgaris contẽta in illa reciproca transmissionẽ nõ impediret, quod est verũ secundũ eum, licet glo. ibi aliter intelligat, innuens, ꝙ si inuicem essent substituti, tũc nepos ex substitutione, non autem ex transmissione succederet. Quod si esset verũ, nõ esset sine restrictione illius tex. Præterea cũ vulgaris duo habeat capita scilicet noluntatis & impotentiæ, vt d.l. cùm proponas: Sequitur ꝙ casus quãdo deliberat nõ dicitur cõprehendi posse sub illis duobus. Nam quandiu hęres deliberat, nõ dicitur nolle nec posse. & sic hærede illo pendẽti moriẽte nõ est locus substituto. Et hãc opi. Bar. sequit finaliter Iason in d.l. j. ff. de vulg. & pupil. per tex. cui respõderi non posset in d.l. j. §. cũ autẽ. iuncto §. in nouissimo. C. de cad. tol. quem allegauit Io. de Ana. in d. rep. tamẽ originaliter fuit in puncto nostro allegatus per Bene. de Plũbino in repe. d. l. iij. C. de iure delib. nam in d. §. in nouissimo. ponit duplex fallẽtia, ꝙ hæreditas nõ adita nõ trãsmittat: postea in §. cũ autem. deciditur ꝙ si non sint personæ ad quas ex transmissione deueniat hæreditas, quòd tunc deuoluitur ad substitutum. Et si non sint substituti defertur fisco, vt ibi, & ita post seriosam ad partes disputationem tenuit Bartholo. Socin. in repetitio. dictæ l. j. vbi in xxvj. colũ. concludit cum Barba. Ad excludẽdum ergo substitutum sufficit ꝙ institutus si non sit hæres, faciat alium hæredem, vt d. l. si

pater

BIU Cujas

73 pater. † Secundò ex præmissis sequitur decisio alterius notabilis quæst. An filiofamiliâs in testamento extranei hærede instituto repudiante pater præferatur substituto: vel econtra.tu Canonista debes scire, q̃ in his quæ per filiũ aliàs quã ex bonis paternis, putà aduẽtitiè, acquirũtur, pater habet vsumfructũ quã diu viuit & administrationẽ, Insti. per quas personas nobis acqui. §. j. & l. cũ oportet. C. de bo. quæ libe. & sic patris interest tanquã vsufructuarij bonorũ filij, q̃ filio acquiratur hęreditas. His pro intellectu præsuppositis gl. in l. fi. § fi. C. de bo. quæ liber. tenet patrẽ præferẽdum substituto. Quã opinionẽ sequitur Ray. in trac. substi. Quia repudiatio filij nocere non debet pàtri. tum quia pater & filius vna & eadẽ persona cẽsentur. l. fi. C. de impu. & aliis substi. & sic sili⁹ sine patre nihil agit. & præterea, quia filius institut⁹ ad excludendũ substitutũ satis dicitur hęres, postquã pater qui eadẽ dicitur persona, est hęres. Et ita etiam tenet Bar. in d. l. j. ff. de vulg. & pupil. & d. l. fi. §. simili modo. de bo. quę libe. vbi expressè dicitur, quòd filio hærede instituto repudiante, perinde est ac si pater fuisset ab initio institutus, secundũ Pet. Cyn. & Iaco. Butri. Nam pater & filius vnico iure vocantur: quia vocatur filius vt expressè institutus: pater verò vt institutus tacitè: sed institutus præfertur substituto, ergo, &c. idem tenet Bar. in d. l. fin. & in l. cùm proponas. C. de hæred. insti. cùm enim filius ministerio suo fecerit patrẽ hæredẽ, & pater filij iure adiuit hæreditatem, cessat substit. quia pater venit vt institutus, & sic in primo gradu. Vnde licet mutetur persona non tamen mutatur gradus, vt d. §. simili modo. ergo ex ordine excludit secundũ gradũ, scilicet substitutũ: & ita etiam tenet Imo. hîc, & in d. l. j. vbi Franc. Are. de vulg. & pupil. quos sequitur simpliciter Ang. Aret. in §. fi. Inst. de vulg. subst. iij. col. in prin. Bar. Bal. & Ful.

74 in d. l. cùm proponas. † Sed cõtrariam opinionẽ tenuerunt citramõtani nostri: quos Iason vocauit subtiles: scilicet Gul. de Cu. Doctor Tolosanus: & Guido de Suzaria, vt refert Bar. Iac. de Bellouisu, Alber. Ang. & Pau. in d. l. fi. de bo. quæ libe. & idem Angel. & Paul. in d. l. cùm proponas. & Ange. d. l. si paterfamiliâs. ff. de hęred. instit. quos in pũcto iuris sequitur Alex. in d. l. j. ff. de vulg. & pupill. & quia Tolosani & citramontani nostri hanc opinionem tenuerunt, ne moti crederentur sine ratione, hìc eorũ motiua summè vrgentia referam post modernos. Primò enim moti fuerunt, quia in libero homine instituto requiritur q̃ ipse sit hæres, vel mutata cõditone alium faciat hęredẽ, vt d. l. si pater. quã non mutauit filius, & sic patrẽ non potuit facere hæredẽ. Secũdò & fortiùs substitut' venit ex expressa testatoris prouisione, sed pater venit ex dispositiõe legis: erga expressa ꝓuisio testatoris, cessare facit prouisionẽ legis. l. q̃ plures liberos. §. itaq;. & l. cũ ex filio. §. filio. & l. ex fact. §. itẽ quęro. ff. de vulg & pupil. Tertiò & fortiꝰ, quia substitutus excludit ius accrescẽdi. l. ij. §. si duo. ff. de bo. pos. secund. tab. ex eo quia substitut' venit ex expressa testatoris prouisione: sed ius accrescẽdi ex ꝓuisione legis. Quartò & meliùs confirmatur per l. fin. C. de pact. conuent. tam super dote. vbi prouisio hominis cessare facit prouisionẽ legis: nã pater in veritate est hæres legalis: quia d. l. fi. de bo. quæ libe. facit eũ hæredẽ. Or multas habemus leges, quòd prius admittũtur substituti, quàm illi qui sunt hæredes legales, vt est tex. in l. fin. C. de necess. seruis hæredi. institu. & in §. si verò institutio. in Authen. de hæred. & Falcid. vnde sumitur authentic. hoc amplius. C. de fideicommiss.

Quintò, & fortiùs facit: quia quando filius repudiat hęreditatẽ, & habet cohęredẽ, certè cohęres per ius accrescendi excludit patrẽ. l. ij. vbi Bal. eã ad hoc not. C. ad Orficia. subiungens in puncto nostro, per illũ tex. quòd d. l. fi. C. de bo. quę lib. in prin. ꝓcedit, vbi filius esset insolidum hæres institutus: quia si haberet cohæredem, cohæres per ius accrescendi excluderet patrem. Si ergo ius accrescẽdi excludit patrem, & substitutus excludit ius accrescendi. l. quidã testamẽto Proculo. & l. fi. ff. de vulg. & pupil. sequitur q̃ substitutus patrẽ excludere debet, per regulam, si vinco vincentẽ te, à fortiori vincã te. l. de accessioni bus. ff. diuer. & tẽp. præscri. Sextò facit, quia, filio repudiante, pater admittitur ex priuilegio, cõtra regulas iuris cõmunis, vt d. l. fi. in prin. de bo. quæ libe. Et substitutus admittitur iure cõmuni: ergo ille qui venit iure communi eum excludit, qui ex priuilegio l. antiquæ. circa princ. C. ad Velleia. cũ fragilius sit ius singulare, quã ius cõmune. l. eius militis. in prin. ff. de testa. mili. maximè quia dispositio d. l. fi. C. de bo. quę libe. in prin. est correctoria iuris antiqui cõtra regulam. l. is qui hæres. & l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. & sic est restringẽda quantũ est possibile: arg. l. pręcipimus. in fi. C. de appel. ergo restringi debet ad casum vbi filius hęres institut⁹ nõ habet substitutũ: quo casu admittẽdo patrẽ nemini præiudicatur. Vltimò facit tex. in l. quidã ita in testamẽto scripserat. ff. ad Trebel. vbi substitutus excludit illã transmissionẽ, de qua ibi. & illũ tex. ad hoc ponderauit Rapha. Cuma. in d. l. si pater. vlti. col. ff. de hæred. insti. ꝓ quæ omnia videt, quòd hęc opinio sit de iure

75 verior. † Tamen Sali. in dicta. l. fi. de bo. quæ libe. voluit dupliciter opiniones cõcordare dicẽs, quòd vbi filius fuit à testatore hęres institutus patris contẽplatione, quod præsumitur, vbi testator ipsũ instituẽdo mentionẽ fecit explicitè de patria potestate, dicẽdo: talẽ filium Caij, in eius potestate constitutũ hæredẽ instituo. Idem si implicitè sic dicendo, instituo talem filiumfamil. talis. secundum Bart. & Salicet. in l. cùm aliquis. C. de iure delibe. certè tunc erit vera opinio Bar. vt scilicet filio repudiante pater excludat substitutũ. Si autem in institutione filij non fuit facta mentio de patre, vel fuit facta potius causa clarioris demonstrationis personę hæredis, certè tunc erit vera opinio citramõtanorum, vt substitutus prę ferat patri, per rationes eorum. & ita cum Salice. Alexand. in dicta l. j. ff. de vulga. & pupil. Secundò concordat Sali. opiniones sic dicens in eadem l. fi. quòd si filius hæres institutus repudiet hæreditatem in fraudẽ patris: quod fieri præsumitur, si sciens voluntatem patris hæreditatem acquirere volẽtis repudiauit, aut in fraudem patris repudiare se iactauit, secundũ Salice. ibi, & Panor. in cap. in præsentia. xvj. col. de probatio. Et tunc sit vera opinio Bart. vt pater excludat substitutum. Nam hoc est quod vult tex. in dicta l. fi. dum dicit, q̃ filius non potest nocere patri. Si autem filius non repudiat in fraudem patris, tunc erit vera opinio citramontanorum, vt substitutus præferatur. Quoniam si filius hoc casu haberet cohęredem, & repudiaret, eius pars accresceret cohæredi, non patri. l. j. C. quando non peten. par. quæ secundum Salicet. non est correcta, per dictam l. fi. multò magis accrescere debet substituto, vbi habet substitutũ qui præ-

76 fertur coniuncto, vt dictum est. † Sed quicquid concordare & distinguere voluerit Salic. opinio Bart. est *communior*, vt vidistis, & eam tenet Iason: Primò per tex. qui calumniari non potest in d. l. fin. §. simili

modo

BIU Cujas

modo, vbi clarè deciditur, ꝙ filio repudiante pater perinde habetur ac si expressè fuisset institutus. Secũ dò mouetur hac fortissima & subtili ratione: nã priuilegiũ d. l.fi. vt scilicet filio repudiãte hæreditas deferatur patri, manifestè inductum fuit in fauorẽ patris, & vt locus fiat patri. Si ergo filius repudiat patre cõtradicẽte, talis repudiatio quæ dispẽsatiuè admittitur in fauorẽ patris, facit locũ substituto, vt quo ad eum primus gradus cẽseatur vacare, ne extinctio primi gradus quę fit per repudiationẽ filij, operet aliũ effectũ & fauorẽ alterius personæ, quã illius pro quo fuit inducta, maximè in læsionẽ ipsius pro quo inducta fuit, cõtra l. quod fauore. C. de legi. Hæc ratio fuit Fran. Are. nã ante tẽpora illius l. filius repudiãdo nõ præiudicabat patri, vt locus fieret substitutio. l. is qui hæres. §. fi. ff. de acqui. hære. ergo nec ei præiudicabit, per d. l. fi. quia hoc esset contra mentẽ illi⁹ l. quæ priuilegiare intendit patrẽ, secundum Iason. Nec obstãt in cõtrariũ allegata secundũ eum, qui ad illa respondetur, ꝙ testator dicens, si hæres non erit, perinde est acsi dixisset, vel aliumhęredẽ non fecerit. quia lex ita interpretatur dicta verba, vt d. l. si pater. & testator censetur voluisse illud quod lex vult, secundũ Bal. in l. precibus. C. de impub. & aliis subst. Ang. in l. si duo. ff. de acqui. hære. & Bar. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. Et tanto magis est hoc verũ, cùm d. l. fi. §. simili modo. dicat, ꝙ pater debet admitti, acsi in principio fuisset hæres institutus. Similiter nõ obst. quòd ius accrescẽdi excludit patrẽ. l. ij. C. ad Orficia. Quoniam respõdetur, quòd illa lex nõ loquitur, quãdo filius repudiauit: quia si repudiasset, admitteretur pater, per d. l. fi. excluso cohærede: sed loquitur in filio excluso tẽpore, aut mortuo, quæ exclusio præiudicat patri, vt dicam j. Pariter non obstat dũ dicebat, quòd d. l. fi. §. j. est ius correctoriũ, quod extẽdi non debet. Quia respondet, quòd in casu nostro nõ fit illi⁹ l. extẽsio: sed est ipsamet lex, quę in §. simili modo. loquitur patrẽ admitti, ac si fuisset ab initio institutus. Prętera d. l. fi. non est propriè correctoria, sed potius limitatoria, ex quo non corrigitur in totũ. Postremò non obstat l. quidã ita in testamẽto. ff. ad Treb. quia non loquitur in substitutione, sed in translatione, vt dixit tex. ibi, translatum esse ad matrẽ. Or differentia est inter sustitutionẽ & translationem, vt est tex. in l. pater Seuerinam. in prin. & ibi Bar. ff. de condi. & demõst. vt vidistis. s. in fine quarti principalis articuli,
77 in vltimo casu fallentiæ. † Stat ergo cõclusio glo. & Bar. *vera & cõmunis.* quòd si filiusfamiliãs fuit institutus hęres, & ei datus substitutus vulgaris, si hæreditatem repudiet, & admittitur pater excluso substituto. Quę quidẽ cõclusio ampliatur habere locũ siue filius qui repudiauit, erat talis, puta paganus, in aduentitia hæreditate institutus, in qua pater vsumfructũ haberet, & legitimã administrationẽ: quo casu ne filij repudiatio pręiudicet patri, admittitur ipse pater excluso substituto, vt dictũ est. sed etiã locũ habet in filio milite occasione militię instituto hęrede: quo casu pater de iure cõmuni vsumfructũ nõ habet, nec ad ministrationẽ, cùm in castrẽsib. filius habeat pro patre. l. ij. ff. ad Macedo. Attamẽ si filius talẽ hęreditatẽ repudiet, licet repudiatio patri nõ pręiudicet, cum si filius hęreditatẽ adiret, nihil patri quæreretur, poterit pater hęreditatẽ adire, & substitutum excludere, ac si ab initio loco filij fuisset institutus, vt est casus singularis in d. §. simili modo. quod est notãdũ. Quia per hoc demõstrat, quòd ratio quare filio repudiante pater admittitur, non est propter patris pręiuditiũ, quod patri pararetur, ex filij repudiatione. Sed vera ratio, quare filio repudiãte, pater excluso substituto admittitur, est propter idẽtitatẽ, & vtilitatẽ personæ patris & filij, qui de iure vna & eadẽ persona reputãtur, d. l. fi. C. de impu. & aliis substi. propter quã vtilitatẽ quæ sola est ratio dicti priuilegij singulariter os suum vltra omnes mũdi doctores aperuit Ia. in d. l. j. xij. col. ff. de vulg. & pupil. dicens, ꝙ sicut filio repu-
78 diante pater admittitur, & excludit substitutũ: † sic etiã erit è conuerso, si pater in testamẽto alicuius hæres institutus hæreditatẽ repudiet: quia filius excluso vulgari substituto admittetur. Quod si verũ sit, esset magna ampliatio ad conclusionẽ nostrã, & decisionẽ Bar. seu ad tex. d. l. fi. §. j. C. de bonis quæ libe. Tamẽ Iaſ. nõ figit pedẽ, sed relinquit super his cogitandum.
79 † Hanc tamen cõclusionẽ gl. & Bar. quæ est *cõmunis*, limitabitis primò locũ habere, scilicet ꝙ filio hærede instituto repudiante pater admittatur excluso substituto, nisi substitutus esset persona talis, quã verisimiliter testator pręferri voluit patri ipsius hęredis instituti: fortè quia substitutus erat filius testatoris, arg. l. cum auus. ff. de condi. & demõ. & l. cùm acutissimi. C. fideicõ. vt elegãter decidit Bal. quẽ ibi sequitur Pau. in d. l. fi. §. j. Imol. in d. l. si pater. & idem Bal. in d. l. cùm proponas. C. de hęred. instit. & Alex. in d. l. j. de vulg. & pupil. Verbi gratia, mater instituit filiũ secundi matrimonij: & si hæres non sit, substituit ei filium primi matrimonij, vt hæredẽ instituit maritũ, qui erat filius fami. cui substituit fratrẽ suum, scilicet ipsiusmet testatricis. Certè his casibus non est verosimile, testatricẽ voluisse patrẽ hæredis sui præferri substituto. arg. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. & videtur expressum. ff. de vulg. & pupi. l. qui liberis. §. hæc verba. ibi, sed is qui. idẽ sentit Sali. in eadem. l. fi. §. sancimus. ij. col. de bonis quę lib. C. Nã persona substituti in hoc quãplurimum operatur, quẽ est talis ad quam testator affectionẽ habuit. quia cõiuncta, vt dictum est. Et idẽ erit secũdum Bal. in d. l. fi. vbicunq; ex aliquibus aliis coniecturis apparere possit fuisse de mẽte testantis substitutum præferri, sicut in simili dicit Bar. in l. j. de vul. & pup. & l. ij. de tacita pupillari, quę nõ excludit matrem pupilli, nisi ex cõditione substituti, vel aliis cõiecturis appareat fuisse de mente testãtis, quod est not. Secũdò limitabitis dictã cõclusionem locũ habere in repudiatiõe filij expressa, vt tũc excluso substituto pater admittatur, vt d. l. fi. secùs autẽ erit in tacita, puta si filius ab adeunda hæreditate excludatur per lapsum tẽporis ad hæreditatẽ adeundam prefixi: quia tunc talis repudiatio tacita nedũ filium adire negligentẽ excludit, sed etiã patrẽ: & substitutus admittetur. secundum Bar. in l. is qui hæres. in fi. quẽ ibi sequuntur modi. ff. de acquir. hæred. & in l. j. ad fin. quẽ ibi sequit Iaſ. iiij. col. C. qui admitti ad bono. poſ. possunt, quæ quo ad hoc est secundum omnes etiã hodie incorrecta. Et idẽ Iaſ. in l. si emãcipata. C. de iuris & facti igno. Videbitis tamen Bar. in d. l. is qui hæres. neq; filius. vbi hoc limitat. Tertiò ex his datur etiam decisio ad aliam not. quæstionem:
80 † Si monachus fuerit hęres institutus, eſq; datus vulgaris substitutus, & nolit adire hæreditatẽ: quã si adiret, monasterio quæreret, qs in hoc casu præferatur, an monasterium vel substitutus? Hæc quæstio paucę dubitationis est, tenendo opinionẽ Canonist. dicentium, ꝙ monacho hærede instituto, hęreditas immediatè defertur monasterio, absq; ministerio aut facto monachi hęredis instituti, & absq; eo ꝙ per talẽ hęredẽ adeatur hęreditas, Prout tenent Inno. Io. And.

BIU Cujas

Panor.& cæteri in c.in præsentia. de probat.nã cùm voluntas monachi sit trãslata in monasterium. c. non dicatis.xij.q.j.&c.si religiosus.de electio.lib.vj.suffi cit ad acquisitionẽ hæreditatis sola voluntas monasterij seu abbatis monasteriũ repræsentãtis:imò ipso iure censetur monasterio acquiri.l.fi. C.de sacrosan. ecclę.†Quicquid enim monacho relinquitur,censetur cõtẽplatione monasterij relinqui,& sic monasterio,& nõ ipsi monacho acquiritur.c.requisisti.§. eo. facit quod à simili dicunt Legistæ per tex.not. in l.filio.ff.de cõdi.& demõ.per quẽ Bal.& Paul.ibi dicũt, ꝙ relictũ factu seruo vel filio potest à dño aut patre recta via agnosci.Ex quo infert ibi Bal. ꝙ relictũ factũ monacho cõtẽplatione monasterij, potest recta via ꝑ monasteriũ agnosci sine facto monachi : & sic nolle monachi prodesse non posset substituto in prę iudiciũ monasterij.Et hãc opinionẽ etiã tenuit Fran. de Rampo.in l.post aditam.C.de impu. & aliis substit.& Pau.in d.l.legatum.ff.de leg.j.sentit Bal.in l.j. C.qui admit.ad bono. pos.possũt. quę opinio est securior,& in eam inclinare videtur Alex.in d.l.j. ff. de vulg.& pup.sed sequẽdo *cõmunem* opi. legistarũ, tenentiũ hæreditatẽ nõ posse monasterio acquiri sine aditione & facto monachi hęredis instituti, quęstio nostra esset dubitabilis. Nã tenẽt Legistę ꝙ hæreditas non quæritur monasterio immediatè,sed monacho,& per mediũ ipsius quæritur monasterio, prout est tex.in l.fi.C.de epis.& cle.vbi expersè deciditur quod monachus parentum hęredit.sibi ab intest.defendit. Præterea maior videtur esse subiectio seruilis quã monachalis:quia dñs potest seruũ vẽdere,&nolle alere,sed penit' pro derelicto habere, secũdũ Bar. in d.l.j.ff. de vulg.& pup.& tamen hæreditas delata seruo quæritur mediante persona serui, & non aliâs. l.iij. C.de hære.insti idem erat iure.ff.in filio.l. is qui hæres,in fi.ff.de acqui.hęr. & in acquisitionibus monachus æquiparatur seruo,secundũ Inno.in c.cùm olim. de priui.& Bar.in l.j.ff.de stipu.seruorum. Ergo multò magis hoc dicendũ est in monacho , maximè quia ius adeundi hæreditatẽ videtur omnino annexum personę hęredis instituti.l.potuit.C. de iure delibe.Or ea quæ sunt annexa personę,& inseparabilia à persona,nõ quęruntur alteri recta via.l. necessariò. §.fi.ff. de cõmodo & peri. rei vend. vt de casu nostro videtur esse tex. in c.statutum.xviij.q.j.vbi dicitur ꝙ si monachus efficitur episcopus, quicquid antè quæsierat,remanebit monasterio.& sic clarè deciditur,ꝙ acquisitio fiebat per monachũ monasterio. Et hanc opinionem tenuit,& hanc expresè tenet Spec.in tit. de sta.mona vers. viij. quæritur. vbi dicit in aditione hæreditatis requiri voluntatẽ & actum monachi hęredis instituti.Iacob.de Are.Bar.& Ange. in d.l.j.de vulg.& pupi.Bar.in l.iij.ff. de cõdi. furti. & in l. inde Neratius.ff.ad leg.Aquil.Imol.hîc,& in d.l.si paterfami.Bar.Bal.& Fulg.in d.l.fin.C.de bon quæ lib.& Ludo.in l.j.C.qui admit.ad bon.pos. possunt.Bal.in d.l.iij.C.de hęre.insti.& in d.l.fi.C. de epis.& cler.& in l.ex repudiatione.C.de fideicõ. † Aditio enim hæreditatis nedũ cõsistit in voluntate , sed etiã opus est facto.l.pro hęrede.ff.de acqui.hęred.& dicam plenè in verbo,*Mortuo itaque testatore*.j.Et licet monach' voluntatẽ nõ habeat liberã , quia nihil potest sine licẽtia abbatis.sicut nec seruus sine iussu dñi.l.fi.ꝗs mihi bona §.iussum.de acqui.hære.Et sic intelligitur c. non dicatis.xij.q.j.Attamẽ omnino nõ caret volũtate,sicut videmus ꝗñ monachus est electus, quia non poterit solus superior assentire,nec renũtiare electio ni sine consensu monachi electi.d. cap. si religiosus.

Præterea licet quo ad iura iam quęsita monasterio, religiosus nullam habeat voluntatẽ,secùs tamẽ est in quęrendis,maximè in hæreditate,ad cuius acquisitionẽ requiritur aditio, in qua requiritur factum hæredis.Quod secus esset in legato: ꝗa illud recta via trã siret in monasterium.Et ita loquitur Bal. in d.l.filio. ff.de condi.& demõ.& posset procedere opinio Canonistarũ. † Veniẽdo nũc ad quæstionẽ nostrã principalẽ,an monacho hærede instituto repudiante,vel nolente adire, monasteriũ adire possit, & excludere substitutum:certè si nos loquamur de legato relicto monacho,in quo fuit ei substitutũ nõ est dubiũ,quin per monasteriũ cui recta via dominiũ rei legatæ acquiritur,substitutus excludatur,vt d.l.filio. & idẽ in hæreditate,tenẽdo opinio.Canoni. Sed tenẽdo opinio.Legist.fuerũt super hoc diuersæ opinio. Prima opinio fuit Iac.de Arena & Richardi Malumbre dicẽtiũ, idẽ esse in monacho, quod in seruo.vt scilicet quẽadmodum seruo adire nolẽte præfertur substitutus domino.l.cùm proponas.C.de hæred. instit.sic etiã erit in monacho.l.fi.C.de epis.& cler.quia monachus æquiparat seruo,secundũ Inn. in d.c.cùm olim. de priuil. & Bar.in l.j.de stipul. seruorũ. & l.cùm hæredes.ff.de acqui.pos.& Gul.de Cug.in d.l.fi.imò dicit tex.in c.multos.liiij.distin.ꝙ seruitus monachalis est durior quacunq; alia seruitute.Et hanc opinionẽ ꝙ monacho repudiãte vel adire nolente præferatur substitut',tenuit Ang.in d.l.j.ff.de vul.& pup.& Bal. in l.ex repudiatione.C. de fideic. & d.l.fi. de bo.quæ libe.Ang.& Imol.in d.l. si pater.ff.de hæred. insti. & Franci.de Rampo. in d.l.post aditam Bal.in §.j.Insti. de vulg.substit.Ang. & Fulg. in d.l. cùm ꝓponas.C. de hęre.insti.†Secũda opinio fuit cõtraria primę habens, ꝙ monacho repudiante monasteriũ præfertur substituto, quẽ adeundo hæreditatẽ excludit,sicut in quæstione præcedenti dictũ fuit de patre,qui filio repudiante excludit substitutũ. Et hãc opinionẽ tenẽt indifferenter omnes Canonistæ,vt per Panor.in d.c. in præsentia.xix.col.& Fely.ibi,penult.col.in fi.quã opinio.velut æquiorem sequitur Cy. in d.l.fi.de epi. & cleri.& Bar.in d.l.j.ff.de vulg.& pupi.†Plus enim monachus æquiparatur filio quàm seruo, vt iura loquentia de patre & filio locũ habeant in eo,quã iura loquentia de seruo & domino,quia subiectio monachalis est magis filialis quã seruilis:quia seruus potest vẽdi.Inst.de his qui sunt sui vel alien.iu.sed nõ monachus sicut nec filius,nisi in casu extremæ necessitatis paternæ famis.Præterea monasterium cogitur alere monachũ,sicut pater filiũ.l. si quis à liberis. ff.de lib. agno.Nõ aũt dominus cogitur alere seruũ,quẽ,vt dictũ est,habere potest ꝓ derelicto. Facit quod no.gl. in l.si longius. in fi.ff.de iudi.& sic licet monach' hęreditatẽ repudiet,tamẽ eius monasteriũ eã adire poterit,& substitutũ excludere.quia hoc casu hęreditas nõ cẽsetur monacho delata,sed monasterio,cui monachus præiudicare non potest, sicut nec filius patri, cui hæreditas quærẽda erat,si monachus cum licẽtia abbatis eam adiuisset,aut filius cũ iussu patris. Facit glo.sing.in d.c.statutũ. xviij. q.j.volẽs ꝙ eo ipso,quo quis efficitur monachus,videtur cedere & in monasteriũ transferre, nedum iura & bona quæ habet,sed etiã facultatẽ ei in posteros deferendã,& sic monasteriũ ex sua persona attenta rebellione monachi,poterit adire hæreditatẽ,secundũ Bal.in quodã suo consilio incipiente, Magna quęstio est.vbi dicit,ꝙ cũ monachus non habeat velle neq; nolle,æquiparatur infanti

BIU Cujas

fanti: vt hæreditatẽ repudiare non possit: quod secus est in seruo, qui velle habet sine ño, vt d. l. dũ proponas. ibi, potuit quanuis nolente dño adire, ergo habet nolle. Vnde nõ sine causa dicit tex. in d. c. multos. 54. distin. ℭ seruitus monachalis est durior quacũq; alia seruitute. idẽ tenet Imo. hîc & Ang. Aret. in §. alien⁹ quoque. Inst. de hær. inst. Alex & Ias. in d. l. j. ff. de vul. & pup. Nec est verũ ℭ monachus omnino cõparetur seruo, vt voluit Inn. in d. c. cũ olim. nisi quaten⁹ expedit monasterio ℭ cõparetur filio, ei cõparabitur secũ dũ quod magis expedit, vt elegãter tradit Bal. in d. l. j. ver. quo ad decimum & vlti. C. qui admi. ad bo. pos
86 vbi cõcludit, †quòd monach⁹ ęquiparatur seruo vel filio, prout est vtilius & fauorabilius monasterio. Or cum in proposito fauorabilius sit monasterio monachũ ęquiparari filio, quia tunc monasteriũ tãquã pater excludet substitutũ, certè nũquam seruo, sed filio cõparabitur, dicit Bal. in l. filius. C. de pac. & Lud. in l. is qui hæres. §. fin. ff. de acqui. hære. habet enim iura suitatis & agnationis ceu filius, vt d. l. fi. de epis. & cle. & põt esse testis. Imò plus ei quã cæteris creditur, vt dixi in verbo, *Adiectæ impuberi.* Quæ locũ nõ habẽt in seruo. igitur filio cõparabitur: maximè quia in dubio semper capimus quod fauorabilius est pię causæ, arg. c. fi. de re iud. & hæc est veritas, quã sequitur Bal. in d. l. fi. de epis. & cle. licet in d. l. fi. de bonis quæ lib. sẽtire videretur cõtrarium, & malè. Et sicut abbas sine volũtate monachi adire põt hæreditatẽ, vbi monachus adire nõ vult, sic etiã potest monacho cõtradicẽte hęreditatẽ repudiare, secũdũ communẽ opi. de quo per Iac. de Are. in d. l. fi. de epis. & cle. Bal. in l. tutor. in fine. ff. de bo. pos. & per doct. in d. c. in præsentia. Bal. in d. l. j. C. qui admitti ad bo. pos. possunt. & ĩ l. bonorum. eod. tit. & in d. l. ex repudiatione. C. de fideic. Pau. in l. legatũ. ff. de leg. j. dum tamen repudiet de cõsensu sui conuẽtus: quod probari videtur, per l. j. §. ꝑ seruum. ff. de succes. edicto. Ex præmissis infert
87 Bar. ad decisionẽ alterius quęstionis. †Quid si decessit hæreditate non adita, neq; repudiata, an monasterium poterit eam adire excluso substituto, ita ℭ talis hæreditas per monachum de licentia abbatis, vel per monasterium viuẽte monacho hærede instituto, non adita censetur ad monasteriũ transmissa? Et pariter quærit, si filiofamiliâs in testamento alterius hærede instituto decedente nõ adita hæreditate, nec repudiata, an pater hæreditatẽ filio delatã, nõ tamẽ agnitã ꝑ filiũ, nec per partẽ viuẽte filio, possit adire, velut ad eum trãsmissam? Certè Bar. in d. l. j. ff. de vul. & pup. decidit in vtroque casu, ℭ nõ. per l. ij. C. ad Orficia. & no. Bal. in l. si infanti. §. fi. C. de iure delib. Et in monacho tenuit expresè Bar. & Bal. in l. si cõdicatur. ff de condi c. fur, perillũ tex. & Bar. in l. inde Neratius. per illum tex. hoc decidentẽ in seruo. ff. ad l. Aquil. & in l. is potest. v. col. ff. de acqui. hær. Cy. & Bal. in d. l. fi. de epis. & cle. & Bal. in §. j. Insti. de vulg. substi. & plenè in d. l. j. C. qui admit. ad bo. pos. Quod verũ intelligatis, nisi ageretur de hæreditate ascendentium: vt quia monachus à patre suo, vel auo, aut altero ascendente fuisset hæres institutus: quia tunc ex potentia suitatis hęreditatẽ proculdubio transmitteret ad quoscunq; & cõsequenter ad monasterium, iuxta l. iiij. C. de iure
88 delib. †Nã per ingressum monasterij nõ perditur suitas, vt probat in d. l. fi. C. de epi. & cle. vbi tenẽt Guliel. de Cug. Iac. But. & Bal. per illũ tex. ℭ monachus perinde succedit patri, ac si monasteriũ non fuisset ingressus. Idem Bal. in l. cũ in adoptiuis. C. de adop. Iac. But. Bar. & Bal. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. Bal. in l. apud hostes. C. de suis & legi. hęr. Bal. & Ang. in l. nepotes. ff. de his qui sũt sui vel alie.
89 iuris. vbi dicit Bal. †ℭ episcopus quo ad effectũ trãsmittendi paternã hæreditatiẽ ex iure suitatis non cẽsetur esse extra patriã potestatẽ: imò illã transmittit ad quoscũque, acsi in patris potestate esset, prout fuit de mente Bar. in l. itẽ in potestate. illo eod. tit. vbi singulariter dicit, †ℭ licet monachus, vel alius in dignitate existens patriã potestatem exiuerit, hoc intellitur quo ad ea, in quibus non esset sibi fauor esse in patris potestate, aliâs secus. allegat gl. in auth. cõsti. quę dignita. liberat à patria potestate. §. j. & ista est veritas, licet gl. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minoribus. tenuerit, ℭ monachus cũ sit in potestate abbatis non dicitur hæres necessarius, & sic non est hæres suus patri. Ideo si patri succedat ex testamẽto, vel ab intestato requiritur expresse hæreditatis aditio, vt si decesserit hæreditate non adita, monasteriũ expotẽtia suitatis nõ succedit. & ita tenet Ang. & malè in l. sub cõditione. ff. de lib. & posth. nec obstat ℭ monachus sit in potestate abbatis: quia respõdet Bart. in d. auth. si qua mulier. ℭ per hoc nõ impeditur, vt suus, hæreditatẽ transmittere, sicut dicimus in emãcipato, qui hæreditatẽ non aditã transmittit sicut existẽs in potestate, per l. meminimus. C. de legi. hæred. de quo plenè per Bar. in l. ventre. ff. de acqui. hær. Quod non puto verũ, vt dicã plenè ĩ. in verbo, *mortuo itaque testatore.* ij. Vnde restat quòd per ingressum monasterij nõ tollitur existẽtia suitatis, vt etiã tenet Lud. in d. l. is potest. ff. de acqui. hær. sicut nõ perdit generis nobilitatẽ, vt dixi s. in verb. *Duas habens filias.* & sic hæreditẽ ascẽdentiũ nõ aditã transmittit ad monasteriũ hęres monachus. & similiter filius hęreditatẽ non aditã aliorũ ascendentiũ transmittit ad patrẽ: ac si eã repudiaret: cũ in hoc casu paria sint mori ante aditã hæreditatẽ, vel si hęres viuẽs eam repudiet. Quo casu (vt vidistis suprà) pater vel monasterium prẽfertur substituto: quia, vt dictũ est, non posse, vt putà morte præuentus, & nolle hæreditatẽ adire, æquiparantur.
91 †Secus autẽ secũdũ Bar. esset, si filius aut monachus in testameuto extranei hæres institutus, decederet ante aditã hęreditatẽ. Quia eã non trãsmitteret ad patrẽ vel monasteriũ, cũ nõ ita faciliter trãsmittatur hæreditas extraneorũ sicut ascendẽtium. Quia, vt vidistis, filius emãcipatus hæreditatẽ ascendẽtis nõ trãsmittit velut extraneus. Et hoc verũ, ℭ monachus hęreditatẽ extranei ad monasteriũ non trãsmittat, nisi fuisset hæres institutus ab extraneo sub cõmemoratiõe monasterij: quia tũc videtur relictũ monasterio. ita elegãter limitat Bal. verba Bar. ĩ d. l. filio. ff. de cõd. & demõ. Nã hoc casu monasteriũ sine monacho talẽ hæreditatẽ per monachũ mortuum nõ aditã poterit adire. quod melius probatur, licet ipse Bal. non dicat in l. cũ aliquis. C. de iure delib. & idẽ si filius esset sub cõmemoratione patriæ potestatis hæres institutus vt s. tetigi, & tãgit Panor. hîc in prin. Sed aduertatis ꝙ a Ioã. And. & *cõmuniter* oẽs doct. in d. c. in prẽsentia. de proba. tenent in monacho, quod etiã si in testamẽto extranei fuerit hæres institutus, hęreditas ĩdistincte transmittitur ad monasteriũ, nõ facta differentia an fuerit sub commemoratione monasterij, vel simpliciter institutus, quod tenere est securius, vt s. dixi. quia monachus velle nõ habet neque nolle, ideo sua volũtas non attenditur, sed solũ inspicit volũtas abbatis.
92 †Vlteriùs circa præmissa dubitatur, si hæres institutus habeat substitutũ vulgarem, casu quo hæres non sit, & nihilominus sit rogatus restituere hæreditatẽ,

& sic habet substitutũ,& fideicõmissarium, & dictus hæres repudiet hæreditatẽ, & fideicõmissarius petit ipsum cogi adire: vt sibi hæreditas restituatur.l.cogi. & l.nã quod. §.si quis cõpulsus. ff.ad Treb.ex aduerso etiã instat vulgaris substitut⁹, quasi cõditione substitutioniis stãte petẽs hæreditatẽ,quis illorũ prę-
64 fertur? Et certẽ Bar.in d.l.j.ff.de vulg.& pup.cõcludit, q̃ aut fideicõmissum fuit etiã tacitè à substituto repetitũ:& tũc præfertur fideicõmissarius. l. si patroni.§. fi.ff.ad Treb.aliâs prę fertur substitutus vulgaris.l.nõ iustã.C.ad Treb.tñ finaliter se remittit ad notata inl. facta.§.Iulianus. ff. ad Treb. Hanc distinctionẽ simpliciter tenuit Ang.in d.l.quã etiam tenuerãt Petr.& Cy.sed idẽ Ange. in d.l.si patroni. vult indistinctè, q̃ prę feratur fideicõmissarius, p̃ d.§.Iulianus, secundũ primũ gl.intellectum ibi:ideo Cy.& Bar. in d.§.fi.reprehendunt distinctionẽ glo.ibi, & hanc vltimã opi. sequitur Bar.in d.§.Iulianus: & Imo.in d.l.j.de vulg. & pu. concludẽs & bene, quòd siue fideicommissum fuerit à substituto repetitũ,siue nõ, semper fideicommissarius præfertur,& excludit substitutũ. quod etiã videtur esse de mente testatoris, ex quo per fideicommissum reliquit,cũ sciret, vel scire prę sumeretur iuris dispositionẽ, l.leges sacratissimę. C.de legib.quæ quidẽ iuris dispositio vult fideicõmissariũ posse cogere hęredẽ institutum adire hęreditatẽ, vt sibi restituatur,l.j. & per totum ti.ff.& C.ad Treb. & sic solũ videtur dedisse vulgarẽ substitutũ, casu quo fideicõmissum nõ haberet effectũ. Puta quia institutus decederet hæreditate nõ adita, & ante omnem iussum de adeũdo p̃ iudicẽ sibi factũ, vt excludamus quod habetur in d.l.j.& l.nõ iustã. C. ad Treb. & etiã vbi hęres decederet nulla facta trãsmissione iuris deliberandi, vt excludamus quod habetur in gl. magna, in l.eam quã.C.de fideicõ. hæc vera iuris decisio confirmatur per tex. in l.quia poterat,in fin. ibi, his quibus hæreditas relicta est.quẽ ibi docto. præsertim Imo. exponũt,scilicet substitutis vulgariter. ff. ad Treb. vbi est casus, q̃ ne hęres institutus nõ adeundo possit deferri facere hæreditatẽ vulgariter substitutis,poterit in uitus per fideicõmissarium cogi adire.Et hęc opinio censetur verior,quã tenuit Bal.in d. l.nõ iustã. Imol. hîc,& Alex.in d.l.j.de vulg.& pup.xj. col. Nec obst. si diceretur, q̃ testator dãdo hęredi substitutũ vulgarẽ, satis videtur ei dare potestatẽ non adeundi,si hæres esse noluerit, & sic qui voluntate testatoris abstinet,nõ debet posse cogi adire.l. qui autẽ. in princip. ff.si quis omissa causa testa. secundum glo.in d.l.non iustã. Quoniã ad hoc respondet ibi singulariter Bal. q̃ illud procederet, vbi testator substituisset vulgari
93 ter tantũ,& neminẽ per fideicõmissum. †Ex hoc singulariter inferẽs limitari oẽs leges, quæ dicũt per dationem vulgaris substituti tolli suitatẽ. quia hoc est verũ,vbi testator substituit solũ vulgariter,secus si etiam substituat per fideicõmissum. Ex quo infert, q̃ si in testamẽto addidisset clausulã, quam notarij sępe apponunt: scilicet substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum:tunc nõ videtur data filio hęredi licẽtia abstinẽdi, quin suitas operẽt oẽs suos effectus: quod dicit perpetuò mẽti tenendũ, vt videbitis j. in verbo, *Mortuo itaque testatore*. ij. prope fin. Et si vnus & idẽ esset hæredi vulgariter substitutus, & per fideicõmissum,eligere posset alterã substitutionẽ ex qua succedere vellet.l.recusare. §.Titius. ff. ad Trebel.facit d.§.Iulia. secundum vnã lecturã. Si autem hæredi datus fuerit cohęres,& substitutus fideicommissarius,substitutus præfertur, & cohæres excluditur,secundum Ange.Imo.& Alex.in d.l.j.nisi iam expirasset substitutio fideicõmissaria, vt ibi per eos. De hoc tamẽ puncto dicã plenius in huius substitutionis vj.princip. arti. post quartũ fallentiæ casum. de quo videatis Ange.in §.fi. Insti.ad Orphicia. Ex præmissis restat vlterius decisio alterius quæstionis. †Si hę-
64 res institutus erat indignus, & ei datus vulgaris substitutus, & hæres indign⁹ hæreditatẽ adire recusauerit,an fisc⁹ cui applicata fuisset, possit excluso substituto hęreditatẽ consequi,sicut eam auferre potuisset ab hærede instituto adeunte? Pro cuius dubij intellectu vos Canonistæ,debetis scire,quòd indigni & incapaces nõ possunt hęredes instituui.l.j.C.de hæ.insti. glo.plana in §. legari.Instit. de legat. Et si tales indigni instituãtur,& hæreditatẽ adeant,hæreditas ab eis aufertur,& fisco applicatur.l.Papinian.§.meminisse. ff.de inoffi.testa. Idem si post mortem testatoris efficiantur indigni, veluti si occidant testatorẽ, vel eius mortẽ non vindicauerint,vt ff.& C. de his quibus vt indi.per totum. Et habuistis aliqua in verb. *cõdidit*. ij.& dicã in verb. *Mortuo itaq; testatore*. j.ad iij.iiij.q. princip.Bar.in d.l.j.ff. vul. & pup.q̃ fiscus præfertur substituto.l.si pater.ff.de hære.inst.& l.si sequẽs gradus,in princ.ff.ad Silleia.& l.in seruitutem. §.ei qui. ff.de bo.libe. nam licet ipse institutus non sit hęres, tamẽ facit aliũ,scilicet fiscum,hæredẽ,ergo substitutus repellitur: vt d. l. si pater. & tenebitur tũc fiscus ad legata & fideicõmissa,licet hęreditate per hęredẽ nõ adita,vt plenè no.in d.l.eam quã. C.de fideicom. & l.recusare.§.si fisco. ff. ad Trebel. Videatis eundẽ Bar.in d.l.si sequens.& l. eius qui delatorem.§.fi.ff.de iure fisci.& hanc opi.scilicet, quòd fiscus substituto præferatur,tenet Imo.post Bar.in d.l.j. de vul.& pupil.dicẽs quòd aut hæreditatẽ adiuit ille indignus, & tunc clarũ est substitutũ excludi,per l. post aditã. C. de impub.& aliis subst. aut non adiuit,& iura præsumunt,eum tunc in fraudẽ fisci nõ adire. secundũ glo. in d.§.si fisco. & ita tenet Gul.de Cug.in l. precibus. C.de imp.& aliis subst.Imo. hîc, & est *communis opi.* quã sequitur Alex. & Ias.in d.l.j.& Ang.in l.fi. C.de insti.& subst. Licet in d.l.j. tenuerit cõtra Bar.ex eo quod fiscus nõ venit tanquã hæres indigni,sed tãquã successor vniuersalis ad bona vacãtia, vt d.l.recusare §. si fisco. ff. ad Treb. Præterea quia qua ratione venientes ab intestato istius indigni repudiantis substitutũ excludere nõ possunt,ita nec fiscus. Plus dicũt doct. quòd sicut fiscus excludit substitutũ,sic etiã si hæres indignus cohæredẽ habeat, fiscus in partẽ indigni succedendo impedit ius accrescendi, vt d. l.si sequẽs,per l.ij.§.si duo. ff.de bon.pos.sec.tabu. Restat ergo cõclusio quo ad primũ huius substitutiõis effectũ, quòd nisi institutus repudiet, ita q̃ nulla sit spes q̃ amplio nõ possit esse hæres,nec aliũ hęredẽ facere: q̃a stãte hęrede nõ venit substitut⁹, cũ cõcurrere nõ possint institutus & substitutus simul,vt admittantur
95 in hęreditate testatoris, †Nisi in sequẽtibus casibus, in quibus simul concurrũt, & admittuntur institutus & substitutus. Primò secundũ Bar.in casu l.si pater. ff.de hæredi.instit.§.fi.Insti,de vulg.substit.& l. cùm proponas.C. de hæred. insti.vbi per doct. Secundus casus est,quãdo patron⁹ fuit institutus à liberto,&in aliqua re propria vel hęreditaria fuit in legitima grauatus : quia tunc ipse habebit legitimã portionẽ sibi debitam,& residuũ habebit substitutus, si ipse patronus iudicium testatoris adimplere nolit.l.si libertus patrono. ff. de bo. liber. de quo plenè habuistis s. in principio huius quinti principalis articuli. Tertius

casus

casus est in filio à patre hærede instituto eodem modo grauato, sicut dixi in patrono: quia p eandem, imò maiorẽ rationẽ ipse filius hæres institutus retinebit legitimam: & in residuo vocabitur substitutus, vt ibi plenè dixi. Quartũ casum ponit Paul. in l. quoniã in prioribus. C. de inof. testa. scilicet qñ filio sub cõditione potestatiua eum vltra legitimã nõ grauãte hærede à patre instituto, datus fuit vulgaris substitutus. Nã poterit filius incontinenti deducere legitimã sibi debitã sine vllo grauamine, & in residuo poterit substitutus venire. Sed Alex. in d. l. j. de vulg. & pupil. nõ putat hoc verum. Nã aut fuit institutus filius, sub cõditione aliquid dandi alteri: & hoc est decisum s. in ij. & iij. casib. per d. l. si libertus patrono. aut fuit institutus sub alia conditione potestatiua non cõsistente in aliquid dando de suo: quæ tamen conditio facilis est, & tunc malè loquitur Paul. cùm non possit hoc casu filius taliter institutus retẽta legitima residuum repudiare, secundũ Bar. in l. quia poterat. ff. ad Treb. & communiter alios doct. in l. hęres. C. de impube. & aliis substi. per l. iam dubitari. ff. de hære. insti. Sed in proposito nostro paria sunt filium esse hæredẽ instititutum si hęres esse voluerit, vel sub simili conditione facili: quia vtroque casu cẽsetur nolle esse hæres, si eã 97 nõ implet, vt habuistis super verbo, *reliquit*. ergo nec poterit legitimã retinere. Quintus casus in quo concurrunt institutus, & substitutus, est, qñ in parte hæreditatis fuit quis purè institutus, & in alia parte sub cõditione. in qua parte sub cõditione relicta datus fuit substitutus vulgaris in casu deficientis conditionis: quæ si deficiat, concurrere poterunt institutus in parte pura, & substitutus in parte cõditionali, per l. si te solũ. ff. de hære. insti. & l. cùm hæres. §. fi. ff. de acquir. hæredi. secundum Alex. & Ias. in d. l. j. Sexto casu, & fortiori concurrunt secundũ Rapha. in l. quandiu. la j. ff. de acq. hær. & in l. si plures. C. de cõdi. inser. scilicet quãdo testator instituit Titium in certa parte sua sub cõditione, si nauis ex Asia venerit: Et in eadẽ parte sit hęres institutus sub alia conditione, putà si Imperator in Italiã venerit. & in casu huius secũdæ conditionis deficientis Caiũ vulgariter substituit. Nam si eueniat prima cõditio, scilicet nauis ex Asia: secunda verò cõditio deficiat, quia fortè Imperator priusquã veniat in Italiã moritur: tunc secundum eũ cõcurrunt vtriq; in eadẽ parte, quia vterq; habet mentẽ testatoris, arg. d. l. si te solum. Et de materia, qñ institutus & substitutus simul concurrãt, videatis Bal. in l. scimus. in princip. C. de inof. testa. vbi quando filio hæredi instituto relicta esset legitima titulo legati, posset filius eam acceptare, & hæreditatem repudiare. quo casu concurrent institutus & substitutus.

96 †Secundus effectus vulgaris substitutionis est, quia testamẽtum sumere potest effectũ à secũdo gradu, scilicet à substitutione. l. iij. §. fi. ff. de lib. & posth. circa cuius intellectũ est sciendũ, ꝙ quãdoque primus gradus nõ habet effectũ propter defectũ contingentẽ ex parte instituẽtis, quãdoque propter defectũ contingentem ex parte hęredis instituti. Primo casu, aut ille defectus fuit defectus præteritionis vel exhæredationis: putà quia filius testatoris fuit in testamẽto prę teritus: & tunc si fuit prẽteritus simpliciter, totũ testamentũ est nullũ: si fuit exhęredatus indebitè, quia tunc rumpit etiã quo ad secundũ gradum. & sic ab eo non potest testamẽtum sumere effectum. Quia ideo prẽteritus vel exhæredatus rumpit, vt faciat sibi locum, non alteri. l. penul. vbi Bar. ff. de iniusto rup. testam. Si autem filius esset prẽteritus in primo gradu, sed in secundo esset institutus, aut ritè exhæredatus, tunc licet testamẽtum in primo gradu non sortiret effectum, tamẽ effectũ sumit à secundo gradu, vt d. l. iij. in fi. ff. de libe. & posth. Et idẽ si fuerit alius defectus ex parte instituẽtis, in primo gradu, qui cessat in secundo. quia tunc indistinctè potest testamentum à secundo gradu incipere. l. nam si miles. ff. de iniusto rupto testam. & l. si is qui soluendo. ff. de hære. insti.

Secundo casu principali, quãdo est defectus ex parte instituti: tũc indistinctè potest à secũdo gradu incipere, siue primus hæres institutus nolit hęres esse. l. iam dubitari. ff. de hęre. insti. siue primus sit exclusus tẽpore. l. quãdiu. la. j. ff. de acqu. hęre. siue sit exclusus morte: quia tẽpore testamẽti sit mortuus, vel post temẽtum viuo adhuc testatore. l. vnica. §. & cum tripli ci. & §. pro secundo. & C. de cadu. tollen. & l. Thais. §. Spendophorus. ff. de fideicom. liber. siue sit exclusus deportatione, vel alia dãnatione. l. Gallus. §. & qd si tãtùm. ff. de lib. & posthu. & ff. de bon. liber. l. si necesse. §. j. siue excludatur ratione alterius incapacitatis: fortè quia hæres institutus nõ est de legitimo matrimonio natus, quia spurius. l. ij. C. de hęred. insti. secundum Bar. in d. l. j. de vulg. & pupil. & in d. l. iij. §. fi. de lib. & posth. † Quod est indubitãter verum, scilicet quòd testamẽtum potest sumere effectum à secũdo gradu, scilicet à substitutione, si loquamur de vulgari expressa. Sed dubiũ est, quid si institutus in primo gradu potest hæres esse, sed non eodẽ modo quo defunctus voluit, putà, quia suus vel necessarius fuit hæres institutus, qui tamẽ tempore mortis testatoris reperitur emancipatus, vel necessarius reperitur manumissus, an admittetur institutus, vel substitutus. Et dicatis quòd aut hæc substitutio facta fuit ex necessitate, vt quãdo nepos substituitur filio: & tunc substitutus præferatur. l. Gallus. §. & quid si tantum. ibi, emãcipatus esset. ff. de lib. & posth. Videtur enim substitutus in illũ casum scilicet, si filius desiit esse suus, vt ibi patet secundum vetera iura Digestorum. Hodie verò de iure nouo fortè aliud esset, vt plenè per Bar. in d. §. & quid si tãtum. Si verò substitutio facta fuit ex volũtate, tunc prẽfertur institutus, non attẽta illius statu mutatione, vt d. l. Gallus. §. fi. & Insti. de hęred. insti. §. seruus autem. & est expressum in l. paterfamil. Titium. ff. de hæred. insti. quia videtur substituere in eum casum, si hæres non erit quoquomodo.

98 †Sed nũc magnum succedit dubium, si pupillus cui pupillariter fuit substitutum, quo casu illa pupillaris expressa tacitam cõtinet vulgarem, repudiet hæreditatem seu abstineat ab eadẽ, & sic nõ vult esse hęres. an testamẽtum possit assumere vires à tacita vulgari cõprehensa in pupillari, vel alia substitutione expressa. super quo licet fuerint variæ doct. opin. tamẽ *communis* cõclusio est, quòd testamentum sumere potest vires & effectum etiã ab illa tacita vulgari cõprehensa sub pupillari. Nã licet pupillaris expressa sub qua cõtinetur vulgaris tacita, requirat aditionẽ hæreditatis, vt plenè videbitur j. in materia pupillaris substitutionis, tamen vulgaris tacita sub ea cõprehensa hoc non requirit: imò potest ab ea incipere. casus est in l. neque enim. in fin. cum l. seq. ff. de testa. mili. vbi sub expressa fideicommissaria continetur vulgaris, tacita tamen, licet illa fideicommissaria requirat hæreditatis aditionem, sine qua non posset ab illa testamentum sumere vires. l. ille à quo. §. si testamento. ff. ad Treb. tamẽ illa tacita vulgaris aditionem non requirit, vt ibi. Nec obstat, si quispiã diceret, quòd ibi cõtinetur speciale: quia fateor quòd speciale cõtinet

in eo quod ibi fideicõmissaria trahitur ad directam, quod alibi præterquam ibi non reperitur. sed in hoc ꝙ illa tacita vulgaris testamentũ cõfirmet, non est in hoc speciale: sed est ius cõmuni, vt ibi patet, & hanc opi. videtur tenere gl. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. & ff. de vẽtre inspicien. l. penul. secũdũ Bar. in d. l. j. de vulg. & pup. de quo videtur tex. in l. Antonin⁹. ff. de fideicom. liber. idem tenet Imo. in dict. l. j. referens Ang. ibi, ita in voce tenuisse. Nam facta expressione pupillaris, verosimile est, ꝙ si testator cogitasset pupillũ repudiare, etiã voluisset substitutum admitti. Facit l. si pater filium. ff. de vulg. & pup. intelligendo, ꝙ ibi tractetur de tacita vulgari, prout tenet Iac. de Are. & *communiter* alij. & Old. consil. xx. incip. quidam habens. & Bal. in l. fi. C. de insti. & substi. vbi ad hoc põderat gl. fi. idem Bal. in l. quidam eulogio. C. de iure deliber. & l. tractabatur. ff. de testa. milita. & in l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tol. quæ opinio est verior secundũ Alex. in d. l. j. de vulga. & pupilla. vbi plenè respondet. & etiam Ias. ad contraria quæ fieri possent in contrarium. Nec obstat, ꝙ vitiato expresso vitiatur tacitũ: ex quo videbatur ꝙ vitiata pupillari expressa propter hæreditatẽ nõ aditam, vitiaretur etiam tacita vulgaris sub ea comprehensa. Nam respondetur ꝙ illud est verũ, quãdo tacitum se haberet ad expressum velut accessoriũ: sed secus vbi vtrunq; est pariter principale, vt hîc: qa ęquè principalis est in casu nostro tacita vulgaris quæ stare posset de iure sine pupil. sicut ipsa pupillaris expressa. facit l. si fideiussor. in princip. vbi Bar. ff. de leg. j. & per hãc rationem plus dicunt gl. in d. l. lex Cornelia. & l. pater captus. ff. de vulg. & pupilla. & Guliel. de Cug.

99 †ꝙ etiã si pupillus cui facta fuit pupillaris expressa, viuo patre testatore decesserit: & sic pupillaris euanuerit, quæ sine hæreditatis aditione consistere non põt, tamẽ adhuc durabit vulgaris tacita sub ea cõprehensa, cuius virtute substitutus vocabitur. quia nihil repugnat, ꝙ vulgaris tacita locum habeat vitiata pupillari expressa, cùm, vt dictum est, vitiato expresso nõ propter hoc vitietur tacitum ęquè principale, vt d. l. si fideiussor. & sic testamentũ assumere poterit vires à tacita vulgari, si pupillus hęres instituꝰ nõ possit hæres esse, ac si hæres esse nollet. & ita tenet Bald. in d. §. ꝙ secundo. ad hoc ponderãs ibi glo. in verbo, substitutus. & idẽ Bald. in l. humanitatis. ver. octauò &c. C. de impu. & aliis substi. Imol. hîc. & post latam disputationẽ Alex. & Ias. in d. l. j. ff. de vulg. & pupil. ita concludentes contra Bar. & sequaces subiungen-

100 tes quod est fortiꝰ, †ꝙ si substitutio pupillaris facta esset ventri, & venter non nascatur, & sic hæres esse nõ potest, etiã in hoc casu ex tacita vulgari admittetur substitutus, licet casus testatoris non contigerit. vt probat. tex. & clarius gl. in l. qui ventri. ff. de vẽtre inspicien. & l. ab exhęredati substituto. §. fi. ff. de leg. j. & in l. si nemo. § fin. in verbo, substituto. ff. de testa. tutel. Et ita etiam tenuit Alb. in repetitione rub. ff. de vul. & pup. substitutio. vbi refert hanc quæstionẽ habuisse de facto, quã ita vidit determinari, & ita Bald. in l. fin. vlt. col. C. de instit. & substi. quæ decisio vera

101 esse confirmatur cõtra Bar. duplici medio. † Primò quia prouisio in vnum casum extẽditur ad alium casũ omissũ, quãdo testator in casu omisso, verosimiliter idem disposuisset, vt plenè habuistis s̃ in quarto

102 principali artic. Secundò facit † ꝙ in substitutione (vt valeat) fit largissima interpretatio, vt ibi dictam fuit, ac posset enus fauetur eidẽ. & ita tenẽdũ est secũdum eos, & bene, reiecta distinctione Barto. in d. l. j.

103 †Tertius effectus huius substitutionis vulgaris est, quia quoties fit filio pupillo hęredi instituto expressa cõtinet in se tacitam pupillarem. Et ratio est, quia sicut pater vulgariter substituendo filio suo pupillo, si hæres non esset, voluit ei prouidere, casu quo hæres non esset, & sic vulgariter, vt sonant verba substitutionis: sic etiã præsumit lex & interpretatur, quod similiter voluit ei prouidere in casu quo hæres esset, & infra pubertatem, infra quam testari nõ potest, decederet. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. substi. & est verissima conclusio, quam ampliando dicere potestis eam esse verã, etiã si mater pupilli sit in medio: quia adhuc vulgaris facta pupillo tacitam cõtinebit pupillarẽ. secundũ gl. in l. precibus. C. de impube. & aliis substit. quam sequuntur *communiter doctores*, licet gl. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. dixerit cõtrarium & malè, secũdum Bald. in d. l. fi. C. de institutio. & substi. Verumtamen dictas glo. potestis concordare hoc modo: expressa vulgaris filio pupillo facta tacitam (etiam matre pupilli in medio existente) cõtinet pupillarem dubiã & incertam, quæ ex futuro declarabitur euentu, quia si mater superuiuat filio, & velit ei in pupillari ætate decedenti succedere, tacita pupillaris in vulgari cõtenta, non sortitur effectum: & sic in effectu non censetur contineri obstante matre pupilli ei succedere volente. & ita fortè intellexit gl. in d. l. centurio. Si autem pupillus hæres superuiuat matri, vel superuiuat mater, quæ tamen non vult ei succedere, & certè tunc in vulgari cẽsetur inclusa tacita pupillaris, & cùm effectu. & ita loquitur gl. in d. l. precibus. secundũ Ias. ibi, & Alexan. in d. l. centurio post Bar. in d. l. j. de vulg. & pup. & sic tacita pupillaris matrem pupilli non excludit, nisi in casibus quos dicã infrà in materia pupillaris substitutionis

104 in sexto principali artic. †Ex quibus habetis tres notabiles effectus. Primus est, ꝙ si facta vulgari substitutiõe filio pupillo mater pupilli sit in medio, quæ præmoriatur filio suo pupillo, & post eam moriatur in ætate pupillari ipse pupillus, tunc substitutus admittetur ex tacita pupillari, qui cæteros ab intestato veniẽtes excludet, per tex. in d. l. fi. C. de insti. & substitu. Secundus effectus & notabilior est, quod etiã si mater pupillo non prę̃moriatur, imò superuiuat, sed filio succedere nolit intra pupillarem ætatẽ morienti: & sic renũtiet hęreditati filij, substitutus veniet ex tacita pupillari, cum non referat an mater præmoriatur, vel superuiuat & successioni filij renũtiet. l. ij. §. sed si sunt sui. & §. sequen. ff. ad Tertullia. secundũ Bar. in d. l. centurio. ij. col. quem ibi sequitur Ange. & Bal. in l. fi. & d. l. precibus. in j. oppo. licet Ang. sibi ipsi contrarius in e. l. precibus. tenuerit per pulchras, & apparentes rationes hoc casu per existentiam matris quæ pupillo filio suo superuixit, substitutum excludi, quanuis ipsa succedere filio nolit. Attamẽ prima opinio *communiter* tenetur secundum Ias. ibi. iiij. col. vbi efficaciter tollit rationes, & motiua Ang. Cõcludens substitutum ex tacita pupillari hoc casu admitti. & idem crederem, si mater viuente adhuc filio suo pupillo futuræ successioni filij ex certa scientia renuntiasset cum iuramento. Quia etiam hoc casu si mater pupillo superuiueret, substitutum non excluderet, cùm habeatur pro mortua ciuiliter quo ad filij futuram successionem cui renũtiauit: per ea quæ plenè habuistis in verbo, *duas habẽs filias*. in vltimo casu fallentiæ, tractando mat eriã pacti de non succedẽdo.

Tertius effectus prædictæ decisionis est secundum Paul. in d. l. precibus. quia si mater esset negligẽs per

annum

annum in acceptando tutelam filij impuberis, vel in non faciẽdo ei prouideri de idoneo tutore, priuatur successione filij. l. ij. §. cõfestim. ff. ad Tertu. & l. sciãt. C. de legiti. hæredi. Vnde isto casu etiam substitutus admittetur ex tacita pupillari contẽta sub vulgari expressa. Quæ omnia sunt notanda velut quotidiana & magnã limitationem dantia ad d. l. fi. C. de institu. &
105 substi. secundum Ias. in d. l. precibus. †Secundò ampliatur dicta nostra conclusio, scilicet, quòd vulgaris expressa filio pupillo facta tacitam continet pupillarẽ, nedũ si sit integra, id est integraliter facta in tota sua specie: sed etiã si facta fuerit in vno casu de contentis in ea. Pro cuius intellectu rememorari habetis quod dixi s. in quarto articulo principali, videlicet, ꝙ substitutio vulgaris duos cõtinet casus, scilicet si institutus hęres esse noluerit, vel si nõ potuerit, & si hęc substitutio in altero prędictorũ casuũ fiat, putà in casu, si hæres esse noluerit, porrigitur & extẽditur ad aliũ casum, scilicet si hæres esse nõ potuerit, & econtrà, vt ibi plenè dixi. Or nũc ad propositum redeundo, ego dico, ꝙ capitulũ, si hæres esse noluerit, vel capitulum, si hæres esse non potuerit, continet tacitam pupillarem actu & aptitudine, perinde acsi substitutio facta fuisset plenè in omnẽ casum vulgarẽ: & sic integrè. de quo est casus singularis in d. l. fi. C. de instit. & substi. vbi dicitur, & omnes in hoc cõcordãt, quòd substitutio facta si posthumus nõ nasceretur, est vulgaris in vno casu concepta, scilicet in casu impotentiæ: cùm si nõ nascatur hęres esse non possit. l. qui ventri. ff. de ventre inspiciend. & tacitè alium casum cõtinet, scilicet nolũtatis, ita quòd si nascatur, & hæres esse nolit, substitutio suum sortietur effectum: ita quòd licet cõcepta fuerit in vnum duntaxat casum, & sic nõ est integrè expressa, tamẽ pars cõtinet tacitã pupillarẽ, scilicet si hæres fuerit, & in pupillari ætate decesserit, secundũ Bal. & Sali. in d. l. fi. vt sentit etiã gl. ibi. & tenet Ang. in d. l. j. de vulg. & pup. Et illa pupillaris tacita sub expressa vulgari cõtenta est tantæ virtutis & efficaciæ, quòd omnia legata relicta in vulgari expressa cẽsentur esse repetita in pupillari tacita sub ea cõprehensa, vt est glo. in l. fi. iuncta glo. j. in l. legata inutiliter. ff. de lega. j. secundum Raph. Facit glo. in l. apud Iulianum. §. j. vbi Bart. & doct. ff. ad
106 Trebel. †Hæc tamen conclusio sic extenta (scilicet quòd substitutio vulgaris expressa tacitã cõtinet pupillarẽ) fallit in sequẽtibus casibus, in quibus eã non continet. Primò, vbi substitutio vulgaris fieret personis disparibus hæredibus institutis. l. quanuis. C. de impub. & aliis substit. putà si fiat duobus filiis, quorũ vnus est pupillus in patris potestate cõstitutus, & sic capax pupillaris substitutionis: alter verò est pubes, & si sit pupillus, tamen est emãcipatus vel extraneus, & sic incapax pupillaris substitutionis. Certè hoc casu substitutio vulgaris ambolus æqualiter facta non cõtinebit nisi duas vulgares, vnam scilicet in persona cuiuslibet hæredũ institutorum. & nequaquã cõtinere potest pupillarem tacitã, etiam in persona pupilli in potestate testatoris constituti: quia verbũ cõmune pariter relatũ ad duos debet æqualiter operari in vtroque, vt d. l. quãuis. & intelligatis d. l. quãuis. & quod dictũ est, qñ simul fuit facta vulgaris duob⁹ hæredibus imparibus: quo casu (vt dictũ est) nõ continet tacitã pupillarem propter personarum disparitatẽ, secus si vulgaris facta fuerit personis imparibus
109 separatim. Quia tũc cùm sint duę vulgares expressę, illa quæ facta est filio pupillo in potestate cõstituto, tacitã continebit pupillarem secundũ gl. quã sequũtur *communiter* doct. in d. l. quanuis. & in d. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. substit. Secũdò, expressa vulgaris tacitã non continet pupillarẽ, qñ testator eam cõprehendi noluit, de cuius volũtate constat, vt probatur secundũ Sali. in d. l. quãuis. in j. nota. per illum text. ibi. si modo non contrariam defuncti voluntatẽ. & in d. l. iam hoc iure. ibi, si voluntas patris nõ refra-
107 gatur. ff. de vulg. & pup. †De volũtate autem testatoris duobus modis apparere poterit. Vno modo ex pressè, putã per testes, vt quia testes dicũt ꝙ talis fuit voluntas testatoris. Ad quod probãdum, duo secundum Bal. sufficiũt testes, vt ibi in d. l. quãuis. dicit Salic. in fine. Secundo, apparere potest de voluntate ꝙ noluit sub vulgari pupillarem comprehẽdi ex sensu & coniectura verborũ. Allegat l. hæres. C. de impub. & aliis substi. & l. in testamẽto. in fine. C. de testa. milit. & l. cũ ex filio. § j. ff. de vulg. & pup. vbi si testator in vtrumque casum scilicet vulgarẽ & pupillarẽ specialiter prouidit, non cõtinetur pupillaris tacita, secundum Barto. in d. l. iam hoc iure. in vlti. oppositio.
108 †quia expressa prouisio hominis cessare facit tacitam prouisionẽ legis. l. fi. C. de pact. conuẽ. & l. maritus. C. de procura. Tertiò expressa vulgaris non cõtinet tacitam pupillarẽ, vbi substitutio vulgaris facta esset cũ dictione texatiua, vt est casus in d. l. iam hoc iure. §. sed si aliter. ibi, in vulgarẽ tãtummodo casum. Idem tenet Sali. in d. l. precibus. j. col. quem ibi sequitur Alex. in ij. col. Fulg. in d. l. quanuis. & in d. l. fi. de instit. & substit. & Paul. in d. l. iam hoc iure. Quartò expressa vulgaris non continet tacitã pupillarẽ quando prohibitus succedere testatori substituitur: cũ eo casu substitutio vulgaris ab initio nõ valeat, imò est ipso iure nulla: quia per eam scilicet vulgarẽ succedi tur testatori. l. si is qui. ff. de vul. & pup. cui substitut⁹ succedere non potest, vt putà, si filio legitimo impuberi substitueretur spurius testatoris. Eo enim casu cùm vulgaris substitutio sit nulla propter incapacitatem substituti, certè nõ cõtinebit tacitã pupillarẽ, quia quod nullum est, nihil continere potest, nec aliquẽ effectũ parere: sec⁹ si ab initio tenuisset substitutio, sed ex post facto vitiata fuisset, vt s. vidistis in ij. effecto huius substitutionis. de quo etiã latius dicam j. in materia pupillaris substitutionis, in vj. prin. arti culo. Quintò expressa vulgaris tacitam non cõtinet pupillarẽ, vbi statuto ciuitatis caueretur, ꝙ testamẽta seruentur ad literam sine vlla interpretatione vel extraneo intellectu. Nã eo casu in substitutione vulgari expressa filio pupillo in potestate testatoris constituto facta, non cõtinetur pupillaris tacita: quia taris intellectus, scilicet ꝙ in vna substitutione cõtinea tur alia, est extrane⁹ intellectus à verbis. l. in his. ff. de conditio. & demon. ita singulariter decidit Bal. in d. l. precibus. versicu. & nota quòd in quibusdam locis. quẽ simpliciter sequit Ange. Aret. in suo tractatu de testamen. in materia vulgaris substitutionis. & Alex. per multas rationes in l. j. xv. col. & in l. iã hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Sed aduertatis, quia Bar. in repetitio. l. omnes populi. antepenult. col. ff. de iustitia & iure. in fine septimæ quæstionis principalis, versi. vltimò quęritur. videtur sentire oppositum, dicens tale statutũ nihil aut modicũ operari. Nam per dicta verba solùm, & duntaxat, videtur remota interpretatio friuola. C. de veteri iure enuclean. l. j. §. fi. & l. ij. §. pe-
109 nul. †Sicut dicimus de clausula appellatione remota quæ intelligitur de friuola appellatione, secũdum Panor. plenè in c. vt debit⁹ honor. de appellat. & sic tale statutũ tollere non videtur interpretatiõ, aliàs

BIU Cujas

de iure approbatã, qualis est ista, q̃ sub vna substitutione expressa contineatur alia tacita. Quoniam tali non obstante statuto eam continebit. & hanc opinionẽ contra Bal. tenet Pet. de Anch. in repet. c. j. in vlti. charta, de constit. & Imol. hîc, & in l. benignius.
110 ff. de legibus. † Pro quo facit, quia pupillaris tacita in vulgari cõtenta, & ecõtrà, dicitur substitutio scripta, id est, perinde habetur açsi scripta esset. Hinc dicit singulariter idẽ Bal. in j. q. in l. fin. C. de edicto diui Adria. tollend. cum quo transit Iaso. v. col. q̃ sicut remedium d. l. cõpetit solùm hæredi scripto in testamento, sic etiã competit substituto venienti nedũ ex substitutione expressẽ & nominatim scripta, sed etiã ex tacita pupillari interpretatiuè contenta in vulgari expressa: quia scriptura substitutionis expressæ plus significat quã loquatur: & tex. ibi volẽs, q̃ scriptis tã tùm hęredibus cõpetat illud remediũ, debet intelligi, vel locũ eorum tenẽtibus. Facit quod decidit idẽ Bal. in l. si quis ad declinandã. C. de epis. & cle. vbi dicit, q̃ licet in testamẽto in quo pauperes sunt instituti hęredes, episcopus non sit descriptus, tamen quia à lege deputatur executor piorũ relictorũ, & sic interpretatur hęres, sibi cõpetet remediũ d. l. fi. de edicto diui Adria. tollen. quia, vt dicit idẽ Bal. in l. ad probationẽ. C. de probatio. illud quod ex instrumento prę sumitur satis dicitur esse de tenore instrumenti, licet non sit in instrumẽto descriptũ. Cogitetis si pro cõcordia opinionũ possemus dicere q̃ aut statutũ dicit simpliciter, q̃ testamenta seruentur sine vlla interpretatione. & tunc vulgaris expressa tacitã indubitãter continebit substitutionẽ pupillarẽ, non obstante tali statuto, per rationes Bar. & Imo. superiùs relatas. & sic verificari posset eorũ opinio. aut statutũ dicit, q̃ testamẽta seruẽtur ad literam sine vlla interpretatione, & tunc vulgaris expressa tacitam non continebit pupillarẽ, cũ in litera seu verbis testamenti nulla fiat mentio de pupillari, nec videtur in eo literaliter scripta: quia litera dicitur quæ præ oculis videtur, non quæ solo intellectu percipitur. l. j. princip. ff. de his quæ in testamen. delen. secundum Bal. singulariter in l. ij. vers. & nota q̃ quædam. C. de his qui filios distra.
111 † Est autẽ tacitũ illud, quod magis intellectu percipitur quã loquutione exprimatur. l. ratũ ff. de solut. & d. l. in his. de condi. & demon. Vnde de tacita substitutione sub alia cõprehensa nõ dicitur tabellio rogatus: quia non est de serie seu tenore testamenti, sed est de mero iuris intellectu & interpretatione, ne hęreditates fierent caducæ. secundũ Bal. eleganter in d. l. fi. de institutio. & substit. Cùm igitur pupillaris tacita in vulgari comprehensa solo intellectu percipiatur, & ex legis interpretatione inducat̃, ita q̃ legi testamento nõ potest. nisi sola vulgaris formaliter scripta: ideo pupillaris eo tunc obstante tali statuto non cõprehẽditur sub. vulgari. & hoc modo intelligi potest opinio Bald. in d. l. precibus. quã, vt dictũ est, sequebat̃ Alex. Et hoc verũ intelligatis in tacita pupillari interpretatiua, qualis est illa quæ cõtinet̃ in vulgari expressa. sec⁹ fortè esset in pupillari tacita expositiua, quæ fit q̃n verba sub nube prolata exponũtur per vulgarẽ & pupillarẽ substitutionẽ, sicut est vulgaris aut pupillaris contenta in breuiloqua. l. Luci⁹. ff. de vulga. & pupil. Nã talis substitutio cõprehensa in breuiloqua est saltẽ generaliter expressa, vt suprà dictũ fuit in quarto principali articulo. & sic videtur literaliter scripta, idcirco cõprehenditur in breuiloqua non obstante tali statuto. & ita fuit de mẽte Bal. in d. l. fi. C. de instit. & substit. Quo casu posset verificari etiã opinio Imol. hîc. De hoc autẽ puncto, an tacitũ dicatur esse de tenore & scriptura instrumẽti, videatis Fely. elegãter loquẽtem in c. traslato sacerdo-
112 tio. de cõstitutio. † Sed dubiũ est, an sicut vulgaris expressa filio pupillo facta tacitã cõprehendit pupillarẽ, ita etiã comprehẽdit tacitã exemplarẽ, si furiosus fiat aut mẽte captus. & certè Guliel. de Cug. tenet, q̃ non. idẽ tenet Raynerius in tractatu substitutio. quia casum aduersám q; fortunã non licet expectare. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verb. oblig. & sic non licet expectare filij furorẽ aut dementiã. Præterea duo specialia non debẽt circa idẽ concurrere. l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. & l. j. C. de dotis promissio. & l. si qñ. C. de inoffic. testa. sed cùm vulgaris expressa, vt dictũ est, tacitã cõtineat pupillarẽ, & hoc est speciale, nõ debemus dicere, q̃ cõtineat aliud speciale, scilicet tacitam exemplarẽ. sed dicatis secundũ Bart. in d. l. j. de vulg. & pupi. q̃ si tẽpore quo fit vulgaris substitutio, ille cui fit, non sit furiosus, nec mente captus, tunc illa vulgaris tacitã non continet exemplarem per illã rationem: quia casum aduersum nõ licet expectare, nec testator de illo præsumitur cogitasse. Sed si sit pupillus tacitã cõtinet pupillarẽ, & si sit pubes, nullam aliã continebit, nisi vulgarẽ: aut tẽpore quo fit vulgaris, ille cui fit, erat furiosus: & tũc in illa cõtinetur tacita exẽplaris. arg. l. quoniã. & l. prædia. ff. de rebus eorũ qui in tutela. Quia hîc nõ tractamus de futuro casu aduerso, sed de casu iam imminẽti. Pariter nõ obstat quòd duo specialia non possunt circa idem concurrere, quia illud est verũ, vbi duo specialia haberẽt originẽ ex eodẽ fonte: sed hîc loquimur quãdo ex duobus: quia vnũ speciale, scilicet, q̃ tacitã contineat pupillarem, oritur propter pupillarẽ ætatem: aliud verò, scilicet q̃ cõtineat tacitã exemplarẽ oritur propter furorem, quo casu cõcurrere possunt, vt hîc. & l. singularia. ff. si cer. peta. Præterea si filio pupillo furioso fiat vulgaris expressa, comprehendit pupillarẽ & exemplarẽ tacitas: nec propter hoc cõcurrere videntur duo specialia. Quia donec locũ habet pupillaris, scilicet durante pupillari ætate, cessat tacita exemplaris. l. qui habẽt. ff. de tute. Quare concludendũ est, q̃ vulgaris expressa filio pupillo & furioso facta, sicut cõtinet tacitã pupillarem, sic etiam continet exemplarem: & ista est veritas,
113 † Quart⁹ effectus vulgaris substitutiõis est, q̃ per eã succeditur defuncto testatori, & nõ hæredi, cui est facta substitutio. Insti. de vulg. substitu. §. j. & sic substitutus succedẽs ex vulgari habebit solùm bona testatoris, & nõ hæredis. Sed dubitat̃, quid de vulgari expressa, quæ fit pupillo, quæ (vt dictũ est) tacitã continet pupillarem: an per eam succedatur etiã pupillo hæredi, & ad eius trahatur bona? & dicatis secundũ Iac. de Are. doctorem Tolosanum, quẽ sequitur Bar. in d. l. j. de vulga. & pupi. quòd per talẽ vulgarẽ succeditur testatori defuncto duntaxat, si pupillus repudiet hæreditatẽ: sed si pupillus in ætate pupillari decesserit, tunc per tacitam pupillarem in vulgari comprehensam succeditur pupillo, etiã si pupillus nõ foret hæres. l. Iulianus. ff. de acquir. hæredita. vnde siue pupillus moriatur, antequã sit hæres, siue post, semper ei succeditur per tacitam pupillarem postquàm moritur infra pubertatem, & non per vulgarem, non obstante l. ij. §. sed & si ita. ff. de vulg. & pupil. quia ibi tex. debet exponi, ei scilicet patri. vel si exponatur, ei, scilicet filio, debet intelligi, quòd succedit̃ ex pupillari tacita in vulgari cõtẽta, & non ex vulgari expressa, per quã soli testatori succedit̃. & hãc opinionem

nem cum Bar. tenent Bal. in l. quidam eulogio. C. de iure delib. & in l. eam quam. C. de fideicom. & d. l. Iulianus. & d. l. fi. de institutio. & substitutio. Ang. in d. l. ij. §. fi. de vulg. & pupil. vbi Pau. §. si quis Bal. Instit.
114 de vulg. substit. §. j. & Imo. hîc. † Idem econtrà tacita vulgaris contenta in pupillari expressa non trahitur ad bona pupilli, si pupillus ab hæreditate abstineat, nec moriatur in pupillari ętate, sed tantũ admittetur substitutus veniens ex tacita vulgari ad bona testatoris. Quia nunquam reperitur, quòd per vulgarẽ succedatur hæredi, sed testatori instituenti. & hinc est, quòd donationes & prælegata hæredi per testatorem facta cùm dicantur esse de bonis hæredis, & non testatoris, non pertinent substituto vulgari hærede repudiante hæreditatem, vel non adeunte. l. Sextiliã ff. de leg. iij. & l. miles. §. pro parte. ff. de leg. ij. & plenè Bar. in l. qui filiabus. §. fi. ff. de lega. j. sed remanebunt ipsi hæredi hæreditatem repudianti, & sola bona testatoris pertinebũt substituto. Sanè tamen intelligatis prælegata nõ venire in substitutione vulgari, nisi dies talium legatorũ nõ cessisset in persona illius hęredis, cui talia prælegata & vulgaris substitutio facta fuerunt, veluti si hæres idémque legatarius viuo testatore decesserit: quia tũc deberet distingui: aut substitutio ei facta fuit per hæc verba, substituo ei in hæreditate, seu in portione hæreditaria: & non veniũt prælegata: aliàs sic, secundũ Gul. de Cug. singulariter in repetitione d. l. precibus. alleg. tex. in l. Marcellus. §. quidã. ff. ad Trebel. & l. in fideicõmissaria. §. fin. illo eodem tit. facit l. Titius. ff. de leg. iij. quod est notabilis limitatio ad d. l. Sextiliã. secundum Alexã. in d. §. quidam. & habuisti s. in primo effectu huius substitu-
115 tionis. † Et idẽ esset, si testator voluisset prælegata substituto pertinere, & cõstaret de voluntate saltem tacitè, putà si omnẽ ferè substantiã diuideret per prę legata inter hæredes: quia tunc videtur velle prælegata succedere loco portionũ hæreditatis. ideo hæredes repudiando hæreditatẽ retinere non possent prę legata: imò trãsirent ad substitutũ vulgarẽ tanquam portio hæreditatis: casus est in l. filio. cum l. seq. ff. de leg. j. vbi per Bar. & doc. tradit qũ haberet cohæredẽ & nõ substitutũ. Et quid si haberet fideicõmissariũ substitutũ? videatis in l. ita tamẽ. §. qui suspectã. & §. si prœceptis. vbi Bar. & omnes. ff. ad Trebel. & hęc vera, vt dixi, qũ pupillus hæres ab hæreditate abstinet, nec moritur in ætate pupillari. Si autẽ pupillus, cui pupillariter expressè fuit substitutũ, moreretur infra pubertatẽ, quia tunc ei succederetur ex pupillari expressa, & nõ ex vulgari tacita sub illa contenta, tunc substitutio trahet etiã ad bona pupilli hæredis. & sic comprehenderet donationes, & prælegata pupillo à patre facta, vt dicã j. in materia pupillaris substitutio
116 nis, tractãdo secundum effectum eiusdẽ in fi. † Et si cõtingeret, ꝙ simul & semel decederet pupillus hæres, & testator eius pater, tũc substitut' veniret ex pupillari expressa ad bona pupilli, & ex vulgari tacita veniret ad bona testatoris: quia illa substitutio vtrũque casum cõtinet copulatiuè, & sufficit ꝙ vterque casus eueniat sine altero. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. secundũ *doct. cõmuniter* in d. l. j. de vulga. & pupil. An autem per additionẽ quæ fit ex tali tacita vulgari, quo ad bona testatoris cõfirmetur expressa pupillaris, adeo ꝙ pupillo postea moriente infra pubertatẽ substitutus admittat ad bona pupilli, plenè dicetur j. in materia pupillaris, in iiij artic. principali, in
117 fin. † Plus dico quòd substitutus vulgaris nõ solùm venit ad partem bonorum seu hæreditatis testatoris, in qua fuit substitutus, sed etiã ad aliã in qua substitutio nõ fuit facta: putà instituti sunt plures hæredes, quorum vni Caius fuit vulgariter substitutus: alter ex institutis cui nõ fuerat substitutũ, decessit ante aditam hæreditatẽ, vel partem suã repudiauit: propter quod pars sua alteri hæredi substitutũ habenti deuenit, qui etiã ante aditã hæreditatẽ moritur: certè Caius substitutus nedum veniet in partem illius, cui fuerat substitutus, sed etiã vocabit ad partẽ alterius instituti prœmortui, cui substitutus nõ fuerat, vt est casus notabi. in l. cùm ex filio. §. fi. vbi Imo. ff. de vulga. & pupil. Et ratio est secundũ Bal. quia substitutus instituto satis dicitur cõiunctus alteri cohæredi, sicut erat illi cõiunctus ille institutus, quia habebat substitutũ. quod est not. de quo videatis Ludou. consi. xviij.
118 † Quintus effectus substitutionis vulgaris est, quia excludit matrem filij hæredis instituti vxorem testatoris: ita quòd filio hærede instituto morientę antequam sit hæres, vel à paterna hæreditate abstinente, substitutus vocatur, ac matrem filij hæredis instituti excludit. Et hoc est clarũ in expressa vulgari. Sed de tacita vulgari dubitatur, an etiam excludat matrem: super quo debetis recolere quod s. habuistis in quarto principali articu. vbi plenè dictum fuit, quòd substitutio vulgaris omnino tacita est illa quæ continetur in pupillari expressa. Et si nos loquamur de ista vtrum admittatur cõtra matrẽ pupilli hæredis instituti, dicendum est quòd sic, quia per hãc tacitã vulgarem non succeditur pupillo, sed testatori defuncto, vt not. glo. Bal. & doct. in d. l. fi. C. de institu. & substitutu. vt vidistis s. in quarto effectu. & ratio est, quia eo tunc non tractatur de luctuosa filij successione, sed mariti: Quo casu locum habet dispositio d. l. fin. nisi data fuisset cohæres filio suo pupillo iuxta terminos d. l. fin. quo casu per ius accrescendi haberet partem filij sui hæreditatem paternã non adeuntis. & ita intelligitur gl. in d. l. fi. prout ita eam declarauit ibi Ra-
119 pha. & Iason in fi. † Ex his sequitur, quòd talis substitutio vulgaris tacita non admittitur contra matrẽ testatoris, nec eam excludit, cùm tunc de hæreditate testatoris, & sic de luctuosa filij sui hæreditate tractetur: Ideo cùm militet ratio dictæ l. fina. per consequens locum habebit eius dispositio, vt singulariter dicit Bar. in dicta l. j. versicu. vlterius quæro. ff. de vulga. & pupill. Bald. & Angel. in dicta l. fin. & Imo. hîc. Sanè tamen intelligatis per substitutionem vulgarem tacitam non excludi testatoris matrem, nisi substitutus esset de descendentibus: Quia tunc eam excluderet. arg. l. cùm acutissimi. C. de fideicommis. secundum Alexand. in dicta l. j. xv. colum. prope finem, cùm etiam ab intestato prima causa est descen-
120 dentium in succedendo. † Si autem substitutio vulgaris sit partim expressa, & partim tacita, putà quia facta expressè in vnum casum, qui alium casum tacitè comprehendit, certè talis substitutio si conditio contingat in casu expresso matrem excludit, putà si pater vulgariter filio substituit, si non nascerętur: & sic si per illum modum hæres non esset, si ille casus cõtingat, certè mater hæredis excluditur per illam vulgarem expressam in casu expresso contingentem. Sed quia dicta substitutio comprehendit alium, scilicet si filius nascatur, & nolit, vel non possit esse hæres, vt d. l. fi. de institutio. & substitutio. Et pariter, quia substitutio in vno casu concepta, scilicet, si hæres esse noluerit, porrigitur ad casum, si hæres esse non potuerit, & econuerso. Certè si casus expressus cõtingat, mater excluditur, vt videtis. Et idem si cõ-

tingat

tingat cāsustacitus, vt quia filius nascitur, sed nō vult, aut non potest hæres esse: vel in secundo exemplo, si filius hęres esse non potuerit, mater omnino excludetur, secundum glo. Bal. Ang. & Salicet. in d.l.fi. & Angel. Aret. in §.j. Institutio. de vulga. substi. quicquid dixerit Bart. in d.l.j. ff. de vulg. & pupil. Nam si vulgaris omnino tacita, qualis est illa quæ continetur sub pupillari expressa, excludit matrem, vt dictum est, & tenuit ipsemet Bart. à fortiori aut saltem à simili ista pariter debet eam excludere non obstante d.l.fi. in qua fundabat se Bar. quia loquitur de tacita pupillari, cùm fūdet se super luctuosa filij successione, & sic tractatur de tacita pupillari, per quam succeditur filio: non autem de nostra vulgari, quia per illam succeditur testatori patri defuncto, vt in quarto effectu huius substitutionis dictum fuit. Et ista est veritas secundum *communem opinionem*, quam sequūtur Alexand. & Iason in d.l.j. de vulgar. & pupilla.

121 † Sextus effectus vulgaris substitutionis est, quia de suo & necessario hærede facit voluntarium. l. si filius hæres. ff. de libe. & posthu. & l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pupil. Nam filio in patris potestate constituto hærede per patrem instituto existentia sui hęredis operatur, quòd ilicò patre mortuo filio inuitus efficitur hæres suus & necessarius: ita quòd nō potest facere quin sit hæres, dicit tex. in §. sui. Insti. de hæred. qualita. & different. tamē si pater dat ei substitutum, tūc de necessario hærede facit eū voluntariū. Quod an sit verū, patebit ex j. dicendis super verbo, *Mortuo itaque testatore.* ij. vbi plenè supra omnes intendo tractare materiā subtilem & quotidianā suitatis, & quibus modis suitas tollitur, inter quos, quādo hęredi suo datur vulgaris substitutus: ideo pro pleno huius effectus intellectu ad ibi dicenda vos remitto.

122 † Venio nunc ad sextum & vltimum in quo dubitatur, qualiter & quomodo finiatur, & extingua-
123 tur vulgaris substitutio. † Et dicatis, quòd primò extinguitur facto substituti, putà si substitutus ei renuntiet etiam simpliciter sine iuramento: quia cùm in tali substitutione vulgari non agatur de hæreditate hęredis viuentis, cùm hęreditas ante aditionem non sit ipsius hæredis, sed est hęreditas mortui testatoris, cui per vulgarem succeditur, talis renūtiatio nihil aliud est, quàm pactum de non succedendo testatori mortuo, quod valet de iure. l.j. C. de pactis. l. de fideicommisso. C. de transl. si quando. §. fin. C. de inoffi. test. Nec aufert tale pactum alicui liberam testādi facultatem, minúsque votū inducit alienæ captandę mortis: imò ipsum potius tollit. & idem puto in substitutione militari: de qua paulo pòst dicetur. Si autē talis renūtiatio fieret substitutioni pupillari, tunc cùm agatur de hæreditate filij, & hæredis viuentis, cùm p eam non succedatur patri defuncto, sed filio pupillo hęredi instituto, talis renuntiatio non valeret, nisi facta foret cum iuramento, cuius medio valet pactum de non succedendo, viuenti factum. cap. quanuis. de pact. libr. vj. & plenè habuistis s. in verbo, *Duas habens filias.* in vltimo membro pacti futurę successionis. & ita (vt dictum est) post doctores concludit Alex. in l. qui Romę. §. duo fratres. xlij. col. ff. de verborum obligat. eleganter subiungens, quòd etiam si ex forma statuti aut cōsuetudinis testator substituere posset filię fœminæ maiori post aditam hereditatem, certè tali substitutioni renuntiari posset, tanquā vulgari, nisi statutum disponeret, quòd talis substitutio esset pupillaris: quo casu (vt dictum est) ei renū-
124 tiari non posset sine iuramēto. † Pręterea & secundò finitur & extinguitur vulgaris substitutio facto ipsius hæredis instituti, putà per aditionem hereditatis. l. post aditam. C. de impub. & aliis substitutionib. Nam si hęres institutus adierit semel hęreditatem, substitutio ilico expirat, & substitutus omnino excluditur, & pariter legata à substituto relicta pereūt, taliter quòd non debētur etiam ab hęrede instituto, qui hæreditatem adiuit. l. quoties. la. ij. C. de fideicōmiss. quia licet relicta ab instituto intelligantur regulariter relicta seu repetita à substituto, si institutus non sit hęres. l. licet. vbi doctores. ff. de leg. j. & l. Celsus. §. quòd alicui. ff. de leg. ij. Tamen non sic econtrà, quòd legata relicta à substituto debeantur ad hęrede in primo gradu instituto, si hęres fuerit. Et ratio differentiæ est, quia testator præsumitur plus diligere hæredem primo gradu institutū, quàm ipsum substitutum: ideo honorādo primū magis dilectū, videtur multò magis onerasse substitutū, sed nō ecōtrà. Vel dicatis secundū Bal. in l. nō iustā. C. ad Trebel. & ratio est, quia antecedēs nō sapit naturā cōsequētis, sed
125 econtrà sic. † Sed hæc regula, & aditione hæredis finiat vulgaris substitutio, fallit primò in milite, qui potest etiā post aditā hęreditatē directò substituere. l. centurio. ff. de vulg. & pupilla. Et talis substitutio post aditā hęreditatē vocabitur nō vulgaris, sed militaris, secundū Alex. in l. in testamento. vj. col. in prin. C. de test. mil. & idē erit in aliis personis priuilegiis militū gaudētibus, quales sunt doctores, regētes, & actu in vniuersitate approbata legentes, necnō aduocati & sacerdotes. de quo dixi plenè in verbo, *Matrē insuper Clerā.* & super verbo, *Testamentum.* j. in ix. casu fal. in fi. Et idem, vt dixi, posset disponere statutum vel consuetudo in pagano, id est nō milite, quòd dicte posset maiori post aditā hęreditatem substituere, sicut hoc disposuit lex ciuilis in milite, secundum Alex. in d. §. duo fratres. & in l. moribus. in princi. ff. de vulg. & pupil. & idem esset in Cardinali, quod in milite, vt maiori possit post aditā hæreditatē substituere, secundū Bal. singulariter in quodā suo consilio incipiēte, In primis videndum est, an onus fideicōmissi. Sed an talis substitutio militaris excludat matrē, sicut eā excludit vulgaris hęrede moriēte ante aditā hæreditatē, videatis per Alex. in d.l. in testamēto, vij. colū. Secūdò fallit regula nostra in casu auth. hoc amplius. C. de fideicō. vbi substitutio vulgaris reparatur quæ ab initio per aditionē hęreditatis fuerat extincta: de cuius auth. intellectu videbitis plenè j. in materia fideicōmissariæ substitutionis. Nā ibi in d. auth. est casus specialis: quia hoc ibi est potius ex legis, q̄ testatoris prouidētia. vt no. Insti. de eo cui lib. causa bona adiiciuntur, in fi. Tertiò fallit in substitutione facta in vsufructu, secundū Alex. in d.l.j. ff. de vulg. & pupil. substi. vt putà, si mulieri institutæ in vsufructu, facta fuerit vulgaris substitutio, quę mulier agnito vsufructu decessit. Quo casu, licet videretur morte vsufructuariæ finitus vsusfructus, & etiā substitutio p agnitionē vsusfructus, vt d.l. post aditā, tamen ipse in contrarium ibi refert, tunc proximis diebus decidisse, dicēs, quòd licet ius accrescendi regulariter locū non habeat in portione semel agnita, tamen in vsufructu est secus, per tex. in l.j. §. fin. ff. de vsufruct. accres. & idem erit in substitutione concludendum.

Quartò fallit quando suus fuit hæres institutus, vt putà filius in potestate constitutus, vel alter de descendentibus primum locum suitatis tenēs. Quo casu licet sit ilico patre mortuo hæres, tamen substitutus admittitur, si filius hæres abstineat à paterna hæ-

reditate

reditate. Sed hoc ideo est, quia suus hæres nō est ilico hęres cū effectu & irreuocabiliter, sed cum beneficio abstinēdi: ideo si posteà abstineat, admittit substitutus: secus si suus hæres hęreditati semel se immiscuisset: quia cū talis immissio in suis habeat locū aditionis, quia tūc fit hęres irreuocabiliter, substitutus esset perpetuò excluſus, vt ſ. dictum fuit. Quintò fallit in testamento facto ad pias causas: quia in eo fieri pōt directa substitutio, etiā post aditā hæreditatē, vt pulchrè cōsuluit Pan. cōsil. cxxxix. incip. Circa duo dubia præscripta. Nam sicut hoc potest miles in cuius testamēto nō attēditur ius ciuile, sed simplex iusgentiū, sic etiā hoc fieri poterit in testamēto ad pias cau 127 sas facto: in quo simplex iusgentium attenditur, cap. relatum, ſ. eod. Quod verum intelligatis secundum Bar. in repe. l. j. C. de sac. sanct. eccles. in vj. q. v. quæstionis principalis, vbi in tali testamento tā hæredis institutio, q̄ ipsa substitutio factæ essent ad pias causas: quia vbi ipsa institutio non esset ad pias causas, tunc substitutio post aditā hæreditatem non valeret iure directo. c. si pater. eo. tit. lib. vj. & ita intelligitur opinio Bal. in d. l. j. viij. q. & in l. extraneum. C. de hæredi. insti. vbi per tex. in d. c. si pater. tenebat contra Bar. & malè secundum Iason. in d. l. centurio. iij. col. Nec obstat, quòd in testamēto inter liberos simplex ius gentium cōsideratur, vt plenè habuistis in verbo, *Testamentū*. j. in xij. casu fallētiæ. Et tamen in tali testamento valere nō potest directa substitutio post aditam hęreditatē. l. in pupillari. & l. verbis. ff. de vulg. & pupill. quoniā respōdetur, quòd excepta legitima plus fauetur piæ causæ quàm liberis, secundum Ias. in l. licet. C. de pact. Restat ergo, quòd extra duos casus per aditionem hæreditatis finitur & expirat substitutio vulgaris: quod est verum non solùm quo ad primum gradum, sed etiam quo ad omnes, posito q̄ essent mille gradus. de quo in l. si mater. ſ. fi. ff. de vulga. & pupil. & l. cùm in testamento. ff. de hære. instit. tamen si sint dati duo substituti, & moriatur primus, & posteà hæres repudiet, admittitur substitutus qui est in tertio gradu. l. quandiu. la iij. versi. is autem qui. ff. de acqui. hæred. sed stante hærede, cui per multos gradus vulgariter substitutum est, si ille hæreditatem adeat, aut si sit de suis, hæreditati se immiscеat, ilico expirant omnes substitutionis gradus, si substitutio est vulgaris tātum, vt quia facta est adulto vel extraneo: quia si facta esset pupillo, & sic in ea contineretur pupillaris tacita, tunc licet per aditionem hæreditatis expiret vulgaris, tamen adhuc durat pupillaris tacita. donec pupillus hæres institutus ad pubertatem deueniat. Quoniā nō sequitur quòd si vulgaris expressa per aditionem sit extincta, quòd etiā extinguatur pupillaris tacita, cùm non contineatur in vulgari tanquā accessoria, vt dicamus, quòd sublato principali tollatur accessoriū: imò illa tacita pupillaris est æquè principalis: nec dicit propriè cōtineri in vulgari, sed vulgaris dicitur ad eam porrigi & extendi, per tex. in d. l. quanuis. C. de impub. & aliis substi. secundum Bar. in d. l. j. & l. lex Cornelia. ff. de vulg. & 126 pupilla. † Sed dubitari posset, si erant tres vel quatuor aut plures hæredes in primo gradu instituti: an per aditionem vnius expiret vulgaris substitutio facta omnib. qui fortè postea repudiabunt hæreditatē. Et certè Bart. in hoc puncto facit quatuor membra, dicens, quòd si testator omnibus suis hæredibus substituerit disiunctiuè, putà quia dixit: Titium, Caium, & Seium hæredes instituo. Et si Titius, vel Caius, aut Seius hæres non sit: vel hæredes non sint, substituo Sempronium. Eo tunc vno hæredum adeunte, substitutio quo ad illum, non autem quo ad alios expirat, ita vt vno illorum repudiante, vel ante aditionē morientę, aut ambobus, substitutus admittetur ad partes repudiantium vel morientium. l. penul. ff. de iniusto rupto testamento. & l. ex duobus. ſ. filium. & l. cùm ex filio. ſ. fi. & l. cohæredi. ſ. hæres. ff. de vulg. & pupi. Et ita intelliguntur omnia iura dicētia substitutum præferri coniuncto l. vnica. ſ. pro secundo. C. de caducis tollen. & l. æquissimum. ſ. si duo. ff. de bon. possess. secundum tabu. & not. in l. qui pater. ff. de acquir. hæred. de quo plenè per Ang. in ſ. singulis. Instit. de 127 pupil. substitu. † Si autem testator substituerit copulatiuè, hoc fieri potest tripliciter. Primò, si testator substituat coniunctiuè per hanc copulam negatiuā, neque, putà quia dixit, instituo Titium, Seium, & Sēpronium: & si neque Titius, neque Seius, neque Sēpronius hæredes erunt, talem substituo, tunc vno hæredum adeūte extinguitur substitutio quo ad omnes: quia cōditio substitutionis deficit, quæ requirit neutrum esse hęredem. l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupill. & in his duobus præcedentibus membris consentiunt omnes Doct. cum Bar. & est tex. in l. si is qui ducenta. ſ. cùm ita. ad fin. ff. de rebus dubiis. & l. si quis ita stipulatus fuerit decem aureos. ff. de verb. obli. & idem tenuit Bar. in l. hæredes mei. ſ. cùm ita. ff. ad Trebellia. & in l. hoc articulo. ff. de hæred. insti. 128 Secundò hoc fieri potest simpliciter aliqua copula non adiecta, neque affirmatiua, neque negatiua: veluti si testator dixit: Titium & Seium hæredes instituo: & si prædicti hæredes non fuerint, Caium substituo. & tunc dicit Bar. idem quod in membro præcedenti, scilicet quòd vno adeunte extinguitur substitutio quo ad omnes, ita quòd cohæres substitutum excludit quo ad partem repudiantis, prout determinat in locis prælegatis. Sed Bal. in l. cùm quidam. C. de impu. & aliis subst. dicit totum oppositum, videlicet, quòd imò admittitur substitutus in loco repudiātis, posito quòd alter hæredū adiuerit hæreditatē, per l. ff. de iniu. rup. te. quā ita intelligunt Pe. & Cy. in d. l. cùm quidam. tamē fatetur Bal. ibi, quòd si aliquis de liberis testatoris esset de hæredibus institutis, qui ꝑ parte sua hæreditatem adiret, eo tunc in parte repudiantis præfertur substitutus, & locum habere posset opinio Bar. scilicet quòd per aditionem vnius substitutio in totū extingueretur. arg. d. l. cùm quidam. & l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. idem voluit post plura Ang. in d. l. hæredes mei. ſ. cùm ita. Idem diceremus, si testator substituisset super toto, vt putà, si dixit, ꝙ si hæredes non fuerint, Caium in tota hæreditate substituo. Quoniā tunc substituēdo in tota hæreditate, videtur cogitasse & voluisse vtrunq; institutum hæredē non esse, antequā sit locus substituto: cū aliàs tota hæreditas ad substitutum venire nō possit, nisi omnes repudiēt, per d. l. quidam testamēto. ff. de vulg. & pupil. & hanc opin. sequitur Ioan. de Imo. vt 122 dicā in sequēti membro. † Tertiò & vltimò potest plurib. vulgariter substitui copulatiuè adiecta copula, &, veluti si testator dicat, Titium & Caiū hæredes instituo, & si Titius & Caius hęredes nō fuerint, talē substituo. Et hoc casu dicit Bar. quòd etiā per aditionem vnius cohęredū extinguitur substitutio in totū, ita ꝙ vno adeunte etiā si cæteri omnes repudiarent, substitutus ad partes repudiantiū nō admittitur: sed cohæres adiēs hæreditatē pro sua parte totū habebit iure accrescendi, per iura superius per ipsum allegata. Et ita etiam tenent Bal. Ange. & Salice. in dicta l.

cùm

BIU Cujas

cùm quidã.& Pau.de Castr.in d.§.cũ ita.quod est intelligendum,scilicet,q̃ vno cohęredũ adeunte in totum extinguit substitutio quo ad omnes alios, vt dictũ est,prętereaquã in casu.l.fi.§.j.ff de vul. & pup.putà si substitutio esset facta seruo cõmuni duorũ hæredi instituto. Quoniã si iussu vnius dominorũ adierit hæreditatẽ, & nõ iussu alterius,sed eã repudiauit, eo casu portio repudiata cedit substituto,& nõ domino iubenti: quia eo casu illa verba,si hæres nõ erit,relata ad seruum comunem intelliguntur separatim & disiunctiuè,vt l.& Proculo.ff.de leg.ij. & l.qui hæredi. §.si duorũ seruo.ff. de cõdi.& demõ.meritò cuiuscunque portio vacet,admittitur substitutus, secundũ Bar.in d.l.si Sed aduertatis, quoniã in isto vltimo tertio mẽbro cõtra præfatos dominos tenet Io.de Imo. in d.l. hęredes mei.§.cũ ita.in effectu cõcludẽs,quòd si facta sit substitutio vulgaris simpliciter copulatiuè aut expressa ista copula,&,posita in medio extremorũ, veluti si dixerit: si Titius & Caius hæredes nõ fuerit &c.etiã si expressè nõ substituerit super toto, sed simpliciter: tũc vno institutorũ adeũte nõ expirat substitutio in totũ, si alter repudiet: quinimò in parte repudiata vocabit substitutus, & nõ cohæres q̃ partẽ suã adiuit: vt d.l. quidã testamẽto. à contrario sensu.& ꝑ hac opi.facit: quia istud nõ importãt verba de suo proprio significato.Nã si dicat,si Titius & Caius hęredes nõ erũt,substituo Sẽpronium:& contingat Titiũ repudiare:verũ est dicere,quòd Titi⁹ & Caius nõ sunt hæredes,vt est tex. in d.l.si is qui ducẽta.§.cùm ita. in fi.ff.de reb.dub.vbi si ꝑmitto decẽ si Stichum & Damam nõ sistam, & cõtingat me vnum tantum sistere,teneor ad decẽ.Subdit tamen Ioã. de Imo. vbi s. quòd si cohæres qui partem suam adiuit, esset de liberis testatoris,tũc illo adeũte expiraret in totũ substitutio: ita q̃ ei accrescerent repudiantium partes, per tex.in d.l.cùm quidam.C.de impuber.& aliis substitutio. & d.l. cùm acutissimi. Et idẽ si substitutus fuisset in tota hæreditate substitutus, vt dixi s. in secundo membro.secundum Bald. Et hanc opinionem cum Ioan.de Imo.tenuit Alexan. in d.l.cùm quidã dicens sibi non videri,q̃ per aliquã legẽ aut rationem vrgentem probari possit opinio Bar. & aliorum tenentium, q̃ substitutio vulgaris facta per illa verba,si hęredes mei nõ erunt hæredes, de quibus s. in ij.mẽbro: aut per illa verba, si Titius & Caius hæredes nõ erunt,&c.requiratur q̃ eueniat conditio in ꝑsona vtriusq;, scilicet q̃ vterq; repudiet. Nec videt quòd possit bene respõderi ad rationẽ, pro qua fuit superius adducta d.l.si is qui ducenta.§.cùm ita.Nec obstat si pro sustinẽda opinione Bar. diceretur,quòd testator videtur magis dilexisse cohæredẽ quem instituit,quàm substitutum,quẽ non instituit: ex quo videtur magis voluisse partẽ repudiantis coniuncto, id est cohæredi applicari iure accrescendi,quàm substituto deberi. Quoniam respondetur quod verum est, cohæredem prædilexit quo ad partem, in qua ipsum instituit:quia in ea ipsum prętulit substituto.secusin parte alterius repudiãtis,in qua videt poti⁹ prætulisse substitutum,vt d.l.penul. de iniusto rup. testa.& d. l.si is.§.cùm ita.Prætereà cõditio substitutionis prędictæ implenda est in ipsa re,seu circa ipsam rem,de qua fit dispositio,scilicet circa ipsam hęreditatem:ideo debet diuidi & intelligi,si Titius & Caius hęredes non erunt:id est,quatenus hæredes non erunt,vt d.l.Stichum qui meus erit.& ibi Bart. ff.de leg.j.& l. ij.ff. de conditio. institutio. vbi patet,quòd quando tractatur de effectu acquisitionis vnius hæreditatis, & sic de succedendo vni testatori, eo tunc pluralitas resoluitur in singularitates.& ita residet Alex.contra Bar.tamẽ bene fatetur,q̃ fortassis esse dubium obtinere in practica in hoc puncto contra Bart. & tantos alios:quos supra retuli, propter eorum maximã authoritatem. De isto puncto an vno hærede moriente ex pluribus vocetur substitutus vel couiunctus, aut vno repudiante, latà distinguit Ang.in d.§. singulis. Institutio.de pupilla.substitutio. & Iason in d l.cùm quidam.& in l.quanuis.post Bart.ibi eodẽ titu.C.de impub. & aliis substi. †Vlterius quæro, quid si hæres institutus adiuit semel hæreditatẽ,& consequenter fuit substitutus exclusus per dictã l.post aditã. tamen posteà dictus hæres quia minor xxv.annis erat, per in integrũ restitutionem abstinuit, aut repudiauit:an eo casu substitutus qui semel per additionẽ fuerat exclusus,admittetur? & dicẽdum est q̃ sic,vt l. & si fine.§.sed quod Papinianus. ff.de mino.& l.ij.§.interdum.ff.de vulga.& pupil. sed super hoc est maius dubium: quia hæres institutus hæreditatem adeũdo semel fuit hæres:an substitutus nunc vocetur de iure ciuili,vtscilicet perpetuò saltem vsque ad xxx.annos hæreditatem ei delatã adire possit: vel an vocetur de iure prætorio tantũ,ita quod necesse habeat infra annum bonorum possessionẽ petere, aliàs elapso anno excludatur. Bar.in d.l.j.xij.col.& l.ij.§. interdũ. ff. de vulg.& pupil.dicit,quod substitutus eo tunc etiã admittet de iure ciuili,& sic perpetuò,per tex.in l.j.§.si quis adita.ff.ad Tertyl.Nec obstat, quod hęres qui semel adiuit,fuit hæres de iure ciuili,& per consequẽs semel hæres effectus nõ potuit per in integrum restitutionẽ desinere esse hęres:& sic substitutus iure ciuili non admittetur alio stãte hærede,per ea quæ plenè dicta fuere suprà in primo effectu huius substitutionis.Quoniã ad hoc respõdet,quòd verũ est,quod hęres q̃ semel adiuit,nõ põt desinere hęres esse, scilicet directè: quinimò licet postea restituat, semper remanet directè hæres,& substitutus qui vocat,erit hęres vtilis.& ita cũ Bart.ibi tenẽt *omnes Doct.cõmuniter* & Ang.in §.j.in fi.Inst.de vulg.sub.† Vnũ tñ mẽti tenebitis,quod licet hęres primo loco institut⁹,qui semel adiuerat hæreditatem, & per consequens substitutũ excluserat cũ extinctione legatorũ à substituto relictorũ,vt vidistis s.in princ.huius sexti articuli,tũc ꝑ in integrũ restitutionẽ hęreditatẽ repudiet & substitutus vocet, & sic substitutio per additionẽ perempta resuscitetur,vt dictũ est,tñ quanuis substitutus adeat hæreditatẽ,nõ tenebit soluere legata quæ fuerant ab eo relicta, & semel extincta per additionẽ primi hęredis instituti,quia licet substitutio vulgaris resuscitet, non tñ legata à substituto relicta,quæ semel fuerunt extincta secundũ Bal. quod clarius dando rationem declarat ibi Ias.in l. quoties. la ij. C. de fideicõ.allegans vltra Bal.text.in l.nec est nouũ.ff.de cõdi.& demõ.quẽ Bar.ibi notabiliter declarat,licet Bal.in l.libertas.C. de test.manu. teneat inaduertẽter cõtrariũ & malè secundum Iason.† Sed quęro an existẽtia sui hęredis impediat vulgarẽ substitutionẽ sicut aditio hæreditatis? Breuiter Bart.in d.l.j. sic dicit,quod aut substitutio est facta ex necessitate, veluti illa quæ fit ex cõs.Galli,aut legis Velleię:& tũc existẽtia sui hęredis excludit substitutũ, q̃ facta est substitutio sub cõditione, si hæres suus esse desinat.vt l. Gallus.in.prin. ff.de lib.& posth.& hoc sentit gl.in l.si mater.§.j.ff.de de vul.& pupil. Quod verũ intelligatis secundũ Ioã. de Imo.hîc,si expressè fiat substitutio secundũ formã dictæ l.Gallus.§.nũc de leg. ver.& bene verba se habent, &c.

BIU Cujas

bent,&c. vt putà si testator dicat:si filius me viuo moriatur,substituo nepotẽ ex illo.secus autẽ esset si filio in potestate cõstituto simpliciter hæredi instituto dixerit nepotẽ ex illo substituo.Quia tũc filius incõtinenti desinit esse suus,per l.si filius hæres.ff.de lib.& posthu.Et rõ diuersitatis est,quia qñ testator dixit,si filius me viuo moriat,tunc casus nolũtatis nõ cõprehenditur ex vi verborũ.Sed qñ simpliciter dixit, nepotẽ substituo,tũc propter verborũ generalitatẽ cõprehẽditur etiã casus noluntatis. Nec obstant not.in d.l.Gall'.§.j. vbi patria sunt substituere posthumũ si filius viuo testatore moreretur, vt si eum simpliciter substitueret filio.Quia illud erat derũ secũdũ illa tẽpora: secundum q̃ casus noluntatis nõ poterat includi,scilicet qñ fili⁹ viueret post mortẽ testatoris, & repudiaret, quia in talem casum nõ poterat posthum⁹ institui,vt in §.posthumo.Inst.de lega.secùs in nepote iam nato simpliciter instituto,etiã secundũ tẽpora antiqua,vt probatur in d.l.Gallus.§.ille casus. Et ita sentiunt Cy.& Bal.licèt nõ ita clarè in d.l.post aditã. vbi modicũ imperfectè loquitur.Si verò substitutio vulgaris est facta volũtariè: tunc siquidẽ est vulgaris expressa, existẽtia sui hæredis nõ potest habere locũ, vt d. l.si fili⁹ hæres. Quinimò eo tũc substituto tollit existentiã sui hæredis,vt plenè dicam j.super verbo, *mortuo itaque testatore*.ij.Si autẽ loquamur de vulgari tacita, dico ꝙ existẽtia sui hæredis eã non extinguit. quod patet:quia existentia sui hæredis confirmat tabulas pupillares,id est substitutionẽ pupillarẽ, vt ibi plenè dicã,in qua constat, ꝙ continet tacita vulgaris vt l.si filius qui patri.ff.de vulga.& pupil. & ff.de acquirend.hæredi.l.si filius. & l. Iulianus. † Sed quid si institutus adire nõ possit de iure ciuili,sed tantũ de iure prætorio,vt in casibus notatis in l.fi. & ibi plenè Bal.C.vnde leg. vt putà quia in testamẽto patris prẽteritus fuit posthumus , q̃ demũ natus viuo patre decessit,vel filius iam natus fuit prẽteritus,& venientes ab intestato fuerunt instituti hæredes,qui quidẽ fili⁹ prætеritus adhuc viuente patre decessit,aut prẽteritus fuit filius iam natus , qui postèa mortuo patre testamentum approbauit,prout de duobus primis casibus plenè dixi s.eo. super verbo, *In eodem testamento relinquẽs*. in xxiiij.& xxv.limitationibus. Et de vltimo casu ibi plenè dixi in septima limitatione. In his enim casibus si hæredibus institutis fuerit p̃ testatorem vulgariter substitutũ , ita ꝙ in primo gradu fili⁹ fuerit prẽteritus,& in secundo exhæredatus, & filius viuente testatore decesserit,aut post eius mortẽ testamentũ approbauerit: & per consequens hæredes instituti nõ possunt hæreditatẽ adire de iure ciuili, sed de iure prætorio , an substitutus admittetur. Et dubium facit,quia prætor nõ potest facere quem hæredẽ.ideo videtur substitutus prẽferri instituto, attẽto ꝙ substitutus viuere põt , & hæreditatẽ adire de iure ciuili. & certè Bar.in d.l.j.xiij.col.ff.de vulga.& pupil.pluribus rõnibus hinc inde allegatis sic distinguit: ꝙ quãdoque ius petendi hẽreditatẽ de iure prætorio per bonorum possessionem incipit habere originem viuo testatore,id est quòd testamentũ viuo testatore de iure prætorio valebat, vt putà in duobus exẽplis s.primo loco positis:& tunc institutus præfertur substituto : quia hoc casu verum est dicere , quod testator non moritur sine hærede. Si autem ius petẽdi bonorum possessionem incipit habere originem post mortẽ testatoris, vt in tertio exemplo suprà posito: tunc substitutus præfertur instituto : ex eo quia post mortem testatoris,& ante approbationem testamẽti hæres institutus in testamẽto nullo nõ fuit hæres : & sic cõtingit cõditio substitutiõis : nec posteà aliquid operat approbatio filij prẽteriti testamentum patris approbantis: quoniã hoc faciẽdo tollere non potest ius quæsitũ substituto tẽpore mortis. quod tẽpus inspicitur vt l.si alienum.§.in extraneis. ff. de hæredi. insti.quicquid dicat glo. in l.si quis eum. ff.de vulga. & pupil.quæ est falsa secundũ Bar. ibi.cũ quo transit Ang.in l.fi.C.de insti.& substi. Et ibi prædicta intelligatis vera,vt dixi,dum tamẽ secundus gradus scilicet substitutionis nõ fuerit nullus ad prætеritionem, aut aliàs sicut primus,vtputa quia filius in primo gradu fuit prætеritus,& à secundo gradu, scilicet substitutionis fuit ritè exhẽredatus.Quoniã odio fortè ex hæredationis volens approbare primum gradũ nihil ageret in substituti prẽiudiciũ.Quæ omnia dãt optimam limitationẽ ad ea quæ dixi in d. vij. limitatione.Nec obst.dum ibi fuit cõclusum, quòd testamentum per filium approbatum recõualescit etiã de iure ciuili:& sic instituti possunt esse hæredes de iure ciuili: & per consequens excludetur substitutus. quia illud est verũ, ꝙ recõualesceret per approbationẽ, sed nõ ante.Ex quo sequit, quòd antequã filius approbet testamẽtum,ilico mortuo testatore institutus in tali testamẽto nullo nõ est hẽres,& consequenter substitutus vocatur:cui filius prætеritus testamẽtum postèa approbãdo nõ potest præiudicare, vt dictum est.

134 † Sed quæritur, quid si hæres qui venire põt de iure ciuili adeundo hæreditatẽ, nunc venire vult de iure prætorio petẽdo bonorũ possessionẽ secundũ tabulas,an repellat substitutus? Cassus est ꝙ sic,in l. pubere.C.de iure deli.quia hẽres qui hæreditatẽ agnoscit de iure prætorio,videt adirè de iure ciuili secundum Bar.quod intelligit verũ, nisi pri⁹ fuisset exclusus de

135 iure ciuili. † Sed quid si hæres institutus repudiauit bonorum possess. secundum tabulas, priusquam aliquid declarauerit,& vult hæreditatẽ adire , & sic venire vult de iure ciuili:substitutus verò dicit, ꝙ hẽres sibi fecit locũ repudiãdo ? quæritur quid iuris ? gl. in l.suũ hæredẽ.C. de iure del.videtur dicere substitutũ

136 admitti. Sed doct. ibi reprehẽdunt dictã gl. † Quæro quid si hæres institutus parere nolit cõditioni sub qua est institutus? certè tunc nõ est dubiũ, ꝙ substitutus admittitur,vt l.ij.C.de insti. & substi. sub cõdi.factis. quæ omnia ,p nunc sufficere debent ad cognoscendũ qualiter expiret vulgaris substitutio expressa.

137 † Sed nũc quæri põt,qualiter tacita vulgaris expiret, seu extinguatur,& finiat: sicut est illa quæ cõtinetur in pupillari expressa. de quo dictũ fuit s. in iiij.prin. art.ad cuius intellectũ quæro de sequẽtibus. Et primò an expirata substitutione pupillari expressa tollatur & expiret vulgaris tacita sub ea cõtenta: vt putà pater emãcipauit filiũ cui pupillariter substituerat.& sic patria potestate deficiente(q̃ est cã pupillaris substitutionis)deficit ipsa substitutio: An etiã eò tũc deficiat tacita vulgaris sub ea cõprehẽsa? Gul.de Cu.in l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff de vul.& pupill.dicit ꝙ sic. idẽ Ray. quia illa cõditio , si in potestate pmãserit tẽpore mortis testatoris,quę est in pupillari,sicut vitiat pupillarẽ, ita etiã vitiabit vulgarẽ sub ea cõtentã, argu.l.si mulieri & Titio.ff.de cõd.& demõ.Præterea. quia circa vtrũq; dicit vniformiter operari, vt l.si legatarius in fi.ff.de leg.iij. & ita etiã his rationib⁹ motus tenet Bar.in d.l.j.§.j ff.de vulg. & pup.dicẽs, ꝙ ex quo testator pupillarẽ substitutionẽ filiũ emãcipãdo spõte annullauit,imputari sibi debet, quare circa vulgarẽ in ea cõtentã sibi nõ prouidit, vt l.tractabat.ff.

de testa.

BIU Cujas

de testa. mili. ad quod facit quod dixit idē Bar. in d.l. j. circa ij. effectum vulgaris substitut. Facit etiā ff. de adimen. le. l. rem legatam. & l. si seruo cum libertate. & ff. quemadm. seru. amit. l. si stillicidij. nam vbi substitutio est expressa: alia verò subintellecta à iure ex prę̄sumpta testatoris voluntate cessante expressa per emancipationē, etiā cessabit vulgaris tacita, postquā circa eā non prouidit: sed vbi vtraq; esset per se expresse cōfirmata, tunc vna cessante alia non cessaret, sicut dicimus de seruitute in l. si domus. ff. de ser. vrb. prę̄d. idē tenet Pau. de Ca. in d. §. cū filię. & Cy. in d. l. precibus. Bal. verò in l. fi. C. de inst. & substit. tenet cōtrarium: quē sequitur Imo. hîc dicētes, ꝙ vitiato expresso nō vitiatur tacitū ęquè principale. l. si fideiussor. in prin. ff. de leg. j. & l. j. §. j. qui. mo. pi. vel hypo. sol. & no. Bar. in d. l. j ff. de vul. & pup. in illa qōne, an testamentū sumere possit vires à tacita pupillari. nec obst. iura alleg. ꝑ Bar. quia ibi substitutio facta fuit ꝑ fideicōmissum, quæ trāsire non potest in directā. vt l. verbis. & ibi gl. ff. de vul. & pup. & hanc opi. contra Bar. tenet Alex. in d. l. j. latius respondendo ad ꝑ eum
38 adducta. †Subsequēter quæro, quid si ille, cui est facta pupillaris expressa efficitur pubes? an sicut per euētum pubertatis extinguitur pupillaris expressa, sic etiā extinguatur vulgaris tacita sub ea cōprehensa? Bar. in d. l. j. pe. col. distinguit & bene secūdum Alex. aut facta fuit pupillaris cū limitatione certi tēporis, vt si filius intra pupillarē ætatē vel j. breuius tempus decesserit: & tunc tēpore illo expresso adueniēte expirat vtraq; scilicet pupillaris & tacita vulgaris: quia voluntas defuncti fuit nō ꝓuidendi vltra illud tēpus, vt l. si ita quis. & l. si plures. in pr. ff. de vulg. & pu. aut facta fuit sine tēporis prę̄finitiōe, vt quia dixit, quisquis mihi hæres erit, filio meo hæres esto: vel facta fuit in tēpus lōgius, vt si filius meus decesserit j. xxv. annos, talis hæres esto. tunc licet finiatur pupillaris adueniēte pubertate, vt l. in pupillari. & l. cēturio. ff. de vul. & pu. tū durabit vulgaris. arg. l. fi. C. de hę. inst. quoniā apparet satis, ꝙ voluntas defuncti hæc fuit, vt post pubertatē duraret vulgaris, cum pupillaris du-
139 rare non posset. † Postremò quæritur, quid si fiat substitutio pupillari inutiliter, vt putà maiori vel extraneo: an contineat tacitā vulgarem validā & cum effectu? Gulielm. de Cug. dicit ꝙ sic. quia vitiato expresso non vitiatur tacitum. l. j. §. j. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. & quia peccatū est in materia, ergo valet, vt valere pōt. l. si vnus. §. si acceptilatio. ff. de pact. & ita tenet Bar. in d. l. j. §. j. in fi. ff. de vul. & pu. ꝑ l. si fideiussor. ff. de leg. j. & l. fi. C. de hęre. insti. vbi est casus. Nā illa verba, Titius Plocij hęres esto, sunt verba pupillaris expressæ: quia alium sibi non facit hæredē, & tamē lex resoluit illā in tacitā vulgarē. Et præmissa intelligatis vera, videlicet quòd expressa pupillaris inutiliter facta cōtinet tacitā vulgarē, nisi facta fuisset maiori ꝑ illa verba: si filius meus in pupillari ætate decesserit: quia tunc cùm velit testator substitutionē finiri pubertate, impossibile est ꝙ incipiat aliquo modo valere ipsa pupillaris, & sic cōtinere non
140 potest tacitā vulgarē: ita singulariter determinat solus Gul. de Cug. in d. l. precibus. in vlt. qō. in materia vulgaris. arg. l. Titio cùm morietur. ff. de vsufru. & l. Seiæ egressæ. ff. de tut. & cura. datis ab his. facit quod voluit Bar. in l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pupi. concludens, quòd licet substitutio facta maiori vel extraneo trahatur ad fideicommis. tamen si facta fuerit filio puberi per illa verba, si in pupillari ætate decesserit, non valet, vt fideicommissaria. quod intelligatis verum, si testator putabat eum impuberē. & sic posse decedere in pupillari ætate: quia tunc cōditio impossibilis quā testator possibilē putauit, vitiat actum vltimæ voluntatis. per tex. in l. seruo manumisso. ff. de condic. inde. secus fortè si sciebat, quòd ista conditio esset impossibilis. putà quia sciebat filium esse iā puberem, per l. si Mæuia. ff. de hæred. insti. & l. j. ff. de condi. institu. & l. cùm tale. §. penul. ff. de cond. & demon. Quia tunc contineret vulgarem tacitā vel fideicommissariā, secundum Ang. in l. in pupillari. ff. de vulg. & pu. & tenet Imol. hîc, & in d. l. verbis ciuilibus. licet de Ang. non faciat mentionē. Nec obstat l. Titio cùm moreretur. ff. de vsufr. quia loquitur in casu diuerso. nam ibi non cōfertur dispositio in tēpus impossibile ratione personæ cui fiebat substitutio: quia poterat mori. In casu autē nostro est secus, quia non poterat decedere impubes. Nec obstat etiā secundum Alex. in d. l. verbis. quòd dicta dispositio nō
140 potest iudicari conditionalis. argu. l. qui liberis. ff. de vulg. & pup. † Cùm de necessitate in substitutione pupillari illa conditio insit, si in ætate pupillari decesserit. & sic non reddit actum conditionalem: & ꝑ consequens frustra distingueretur, an testator sciuerit cōditionem esse impossibilem, vel eam putauerit possibilem. Quoniam respondetur, quòd licet dicta dispositio non contineat conditionē extrinsecā, tamen continet intrinsecā: vel potest dici quòd illa cōditio inest substitutioni factę impuberi, non autē factæ puberi: quia cùm tūc valuerit ab initio videtur vulgaris. vt d. l. fi. C. de hæred. insti. & dixi ſ. secundū Bar. cùm de substantia vulgaris non sit ꝙ in pupillari ætate decedat. ideo non dicitur illa cōditio inesse tali substitutioni, vt latius dicetur in materia pupillaris in quarto principali quę̄sito. versi. ij. quæritur, ꝙ
141 sit impubes. †Explicita & possetenus declarata materia huius substitutionis, videtur duplici medio hāc substitutionē quo ad eius ambos casus esse omni iure reprobatā. Primò, quo ad primū eius casum in ipsa comprehensum, scilicet si hęres esse noluerit: arguitur sic, certū est quòd illa vltima voluntas est reprobata, & nō valet, quę ex alieno depēdet arbitrio. Quo casu velut captatoria est abiicienda. l. captatorias. C. de test. mi. & no. in c. cū tibi. ſ. eo. Sed substitutio vulgaris est huiusmodi: quia eius effectus depēdet ab arbitrio hæredis instituti, cum verba hoc sonent, scilicet si hæres esse noluerit, & c. Secundò quo ad secundum casum vulgaris substitutionis arguit, certū est, quòd illa dispositio seu voluntas est omni iure & ratione reprobata & dānata, q̄ votum inducit mortis alienæ captādæ. l. fi. C. de pact. l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. obl. c. nulla. de cōcess. præben. sed substitutio vulgaris est huiusmodi, quia ꝑ eā induci potest substitutus ad votū captandæ mortis instituti hęredis, vt eo mortuo & sic hęreditatē non adeunte, ipse substitutus vocetur ad successionem: ergo talis dispositio abiiciēda est. Hæc duo media penitus cōfundere vidētur totum nostrū processum habitum ſ.
142 tantis diebus cum maximo labore. †Sed his nō obstantibus ego dico hanc vulgarem substitutionē esse de iure approbatā, & secundum eam fore iudicandū, iuxta occurrentes materias & casuum contingentiā. Et primò non obstat dum arguebatur, quòd hęc substitutio dependet ex alieno arbitrio: quia illud est verum, quòd ex alieno dependet arbitrio tacitè. Nam vt clarè fuit vobis demonstratū, substitutio vulgaris duos cōtinet casus, scilicet si institutus nō possit esse hæres: & secundum istum non procedit contrarium.

Alius est

BIU Cujas

Alius est si nolit esse hęres: & secũdũ istũ militat cõtrariũ superius factũ: sed nõ obstat. Quia verũ est, ꝙ volũtas vltima ex alieno depẽdere nõ debet arbitrio expresso, sed bñ ex tacito. l. vt fideicõmissa. §. fideicõmissum. ff. de leg. iij. & ita est in vulgari substitutione: ꝙa sub his expressis verbis, si hæres esse noluerit, cõtinet à cõtrario sensu & tacitè, si institutus voluerit substitutũ esse hæredẽ. Or certũ est, ꝙ in hoc casu expressa nocẽt, nõ expressa nõ nocẽt. l. nonnũquã. ff. de cõdi. & demõ. vel dicatis quòd hæc substitutio licet quodãmodo videat dependere ex arbitrio hęredis: tamẽ ꝓpter hoc non dicitur depẽdere ex alieno arbitrio, sed solùm & dũtaxat ex arbitrio testatoris, à quo omnis vltima volũtas necesse habet capere fomitẽ. ꝙa hæres & defunct' vna & eadẽ ꝑsona reputãtur in Auth. de iureiu. à moriẽ. præsti. in prin. Nã lex voluntatẽ vnius reputat voiũtatẽ alterius: & sic nõ obstat. De hac materia plenè habuistis ꝛ. in verbo, cõdidit. j. Pariter nõ obstat dũ secũdò arguebatur contra secundũ casũ huius substitutiõis, scilicet si hæres esse non potuerit. quia hæc substitutio inducit in persona substituti votum captandi mortem hæredis instituti.

143† Dicatis quòd dispositio inducẽs votũ captãdi mortẽ est duplex. Quædã est quæ ineffabiliter & certitudinaliter votũ inducit, ita quòd ad hoc, & nõ ad aliud tẽdit, vt puta si ꝓmittatur homo occidi: & talis est penitus nulla & re ꝓba, & omni iure dãnata. vt l. si plagij. ff. de verb. obli. facit l. si quis inquilinos. ff. de leg. j. & tanquã turpis est nulla. Alia verò dispositio est, quę sui natura infallibiliter & directè nõ tẽdit ad captandũ votũ alienæ mortis, licet ex accidẽti induci possit tale votũ, sicut est videre in casu nostro. Et talis dispositio quæ necessariò nõ inducit, licet inducere possit malitia partis votũ captãdę mortis: nõ est re ꝓbata simpliciter: ꝙa in quolibet potius præsumere debemus quòd sit bonus, & bonę indolis, quã quòd sit malus, aut malè facere velit. Ideo antequã talis dispositio reprobetur: oportet duo simul cõcurrere, scilicet quòd talis dispositio votũ inducat seu inducere possit mortis captẽdæ, & quòd liberã tollat testandi facultatẽ, vt d. l. fi. C. de pac. Si aũt simpliciter ex accidẽti inducere posset votũ mortis captãdæ, sed facultatẽ testãdi nõ tolleret: tũc nõ re ꝓbatur de iure: aliãs sequeretur, quòd oẽs dispositiones vltimæ quæ cõferũtur in tẽpus mortis, vel post mortẽ alterius im ꝓbarẽtur: qđ nõ est dicẽdũ. Nã cõstitutio vsusfruct' morte fructuarij finitura reprobaret, & tractat' de vsufru. de nihilo seruiret: nec titul' vt actio ab hærede & cõtrahere. incipiãt, & infinita alia iura. & ita est in vulgari substitutionẽ quę licet inducere possit de p accidẽs, scilicet ex malitia substituti, votum captãdi mortẽ hæredis, vt moriat ãtequã adeat: tñ hoc nõ est ĩ dubio præsumẽdũ, cùm ꝙlibet ꝑsumat esse bonus & nõ malus, cadi. fi. de ꝑsump. l. cùm quidã. de leg. ij. Præterea non tollit facultatẽ testandi, vt dictũ est.

SVMMÆ.

Tractatus pupillaris substitutionis.

1 ☞ *Vulgaris & pupillaris sunt stipites primi substitutionum.*
2 *Pupillaris substitutio quare introducta.*
3 *Pater non potest pupillo de sepultura prouidere.*
4 *Pupillaris substitutionis duplex forma.*
5 *Hæredis appellatione quid veniat.*
6 *Vulgariter succedens dicitur hæres testatoris.*
7 *Substitutus moriẽs ante hæredẽ transmittit ſpem ad suos.*
8 *Pupillaris substitutio fit per verba ſpecialia.*
9 *Expressum an dicatur quod à contrario sensu venit. 12.*
10 *Argum. à cõtrario sensu nõ dicitur expressius intellectus.*
11 *Statutum cauens strictam interpretationem, non admittit argumentum à contrario sensu.*
13 *Pupillaris substitutio quibus verbis fiat. & nu. 14.*
15 *Quandocunque decesserit, dictio, facit substitutionem compendiosam.*
16 *Vulgaris tacita qualiter est matris exclusiua.*
17 *Pupillo subst. an faciat subst. pupill. expressam. & nu. 18.*
19 *Pupillaris substitutio quo iure introducta.* (quentib.
20 *Pupillaris substi. vt valeat quæ requirantur. & nu. se-*
21 *Pupillaris vt valeat, debet fieri filio legitimo.*
22 *Bastardis an possit pupillariter & fideicõmissariè substitui. & nu. 23. & 24.*
25 *Liberorum appellatione continentur omnes descẽdentes.*
26 *Extraneo non potest pupillariter substitui.*
27 *Pupillaris vt valeat, debet fieri impuberi.*
28 *Adulto non potest pupillariter substitui.*
29 *Statuto potest pupil. substitutio fieri adulto.*
30 *Statuto potest pupillus adire sine tutore.* (stituto.
31 *Pupillaris vt valeat, fieri debet in potestate testatoris cõ-*
32 *Pupillus cui fuit pupil. substitutio, an debeat esse in potestate testatoris tempore test. & mortis.*
33 *Mater an possit filio pupillariter substituere.*
34 *Extensio passiua habet etiam locum in statutis.*
35 *Mater an filio eligat sepulturam.*
36 *Pupillaris subst. à matre facta an valeat iure fideicom.*
37 *Iudex interpretari debet vltimas voluntates, vt potius valeant.*
38 *Galli an pupillariter substituere possint, cùm non habeant liberos in potestate.*
39 *Franci quare ita vocantur.*
40 *Gallorum natura.*
41 *Gallia à candore nuncupata.*
42 *Galli ad Gladium prompti.*
43 *Francos à francheſia & libertate dici.*
44 *Francorum rex non subest Imperatori.*
45 *Priuilegium idem habet familia quod dominus.*
46 *Hæreticus non habet filios in potestate.*
47 *Filio emancipato qualiter prouidetur, licet ei non possit pupillariter substitui.*
46 *Pupillaris facta non suo valet vt fideicommissum.*
49 *Pupillariter substitui non potest ei qui est in potestatem alterius recasurus. & nu. 50.*
51 *Pupillariter ei substitui non potest qui desinet esse in potestate ante mortem testatoris.*
52 *Dignitas efficit quem sui iuris vbi est ei commodum.*
53 *Pupillaris vt valeat, oportet vt pater sibi faciat testam.*
54 *Pupillaris, substitutio est vnum cum testamento patris.*
55 *Haberi verbum fictionem quandam notat.*
56 *Testamentum patris & substitutio pupill. an requirant duo salaria notario quasi duo testamenta.*
57 *Pupillaris substitutio inter liberos valet in testamento minus solenni.*
58 *Testamentũ patris præcedere debet substitutionem filij.*
59 *Pupillaris substitutio in codicillis.*
60 *Pupillaris fieri debet instituto vel exhæredato.*
61 *Exhæredatio filij præsumitur mala mente facta.*
62 *Pater pauper filio diuiti substituit pupil. nisi sit turpis persona. & num. 64.*
63 *Pater iniuriã factam filio nõ remittit si sit vtilis persona.*
65 *Filio eahæredato substituitur pupillariter.*
66 *Filio præterito an pupil. obseruatur.*
67 *Pupillaris substitutio seruatur licet testamẽtum sit nullum præteritione filij.*
68 *Pupill. vt valeat oportet ex testis patris adiri hæreditatẽ.*
69 *Pupillaris an firmetur aditione facta ex tacita vulgari.*

Pupillaris

70 *Pupillaris substitutionis omnia requisita.*
71 *Pupillaris substitutio quotuplex.*
72 *Pupillaris substitutionis effectus.*
73 *Pupillaris expressa quando non continet tacitam vulgarem. & nume.* 79.
74 *Bastardus potest pupillariter substitui legitimo.*
75 *Occisor nec occiso nec hæredi eius potest succedere.*
76 *Prohibitus alicui relinquere etiam est prohibitus per intermediam personam. & nu.* 78.
77 *Exequutor testamenti pro pauperibus potest spurio hæredis pauperi dare.*
80 *Pupillari substitutione succeditur pupillo.*
81 *Substitutio in re certa facta per communia verba an trahatur ad vniuersum, sicut nec institu. & nu.* 82. 83. & 84.
85 *Pupilli bona alieneri possunt non obstante substitutione.*
86 *Pupillaris substitutio matrem & alios excludit.*
87 *Mater etiam legitima priuatur per substitutionē pupill.*
88 *Pupilllaris tacita matrem an excludit. & nu.* 89.
90 *Iudicium intellectus æquiparatur testimonio sensus.*
91 *Pupillaris tacita quadruplex.*
92 *Matrem excludi per tacitam pupillarem quibus modis colligatur. & nu.* 93. 94. 95. 96. 97. 98. 100. 101.
99 *Mater testatoris matrem pupilli excludit ex tacita pupilluri.*
102 *Pupillaris contenta sub breuiloqua matrem excludit.*
103 *Pupillaris quando contineri possit in breuiloqua.*
104 *Pupillaris contenta in compendiosa excludit matrem.*
105 *Pupillari subst. sit alius pupillo hæres suus & necessartus.*
106 *Fratris hæreditas transmittitur iure suitatis in casu.*
107 *Frater substitutus quando est necessarius hæres fratris.*
108 *Pupillaris substitutio qualiter finiatur.*
109 *Pupillaris subst. qualiter finiatur ex persona testatoris.*
110 *Pupillaris substitutio finitur ex persona substituti.*
111 *Pupillaris substitutio adueniente pubertate finitur.*
112 *Onus probandi ætatem pupilli mortui incumbat.*
113 *Pupillaris substitutio finitur si pupillus ingrediatur monasterium. & nu.* 114.
115 *Bastardorum susceptione nō finitur pupillaris sed fideicommis. substitutio.*
116 *Pupillo possunt substitui eius liberi nascituri.*
117 *Substitutionis spes au transmittatur, si substitutus præriatur. & nu.* 119. & 120.
118 *Pupillaris substitut. spes nō venit in cōfiscatione bonorū.*
121 *Pupillaris subst. quare videatur improbāda. & nu.* 122.

Tractatus pupillaris substitutionis.

1 SECVNDA substitutio dicit pupillaris, quæ in ordine substitutionum dicitur secunda substitutio. †Nam vulgaris & pupillaris sunt duo stipites primitiui substitutionum & principales: cęterę verò substitutiones sunt velut propagines à primis stipitibus deriuatæ: quæ se habent ad vulgarem & pupillarem substitutiones reductiuè, vt pulchrè dicit Bal. in l. humanitatis. C. de impu. & aliis sub. & in l. quidam eulogio. C. de iure deli. dicit idē Bal. quòd vulgaris & pupillaris sunt cardinales substitutiones: quasi super istis cardinibus omnes cęteræ species substitutionum directè fundatæ sunt, indęq; vitā exhauriunt. ideo visa substitutione vulgari, est videre opportunum de pu-
2 pillari. †Pro cuius intellectu sciendū est, q̄ hæc substitutio summa nitit̄ ratione. p̄ hāc enim pōt pater filio suo pupillo substituere, & in bonis ꝓpriis filij, & sic p̄ illo testari. Nam cū filius in ea sit ætate, in qua testādo sibi, seu bonis suis prouidere nō pōt de hęrede, cū adhuc careat iudicio rōnis. Instit. quib⁹ nō est permis. face. test. §. prætereà. æquè visum est, q̄ pater faciat ꝓ ipso testamentū, de quo nō est præsumēdū, ne vero simile, q̄ filiū decipiat, quē plus, quā seipsum diligit, dicit tex. in l. isti quidē. ff. quod me. cā. nec reꝓbatur talis substitutio velut captatoria, seu deceptoria, vt plenè vidistis in verbo, cōdidit j. in princi. Prætereà cōsiderauit lex pupillū non posse naturaliter saltē de lege cōi hæredē legitimū ex suo corpore descēdentē habere, cū in illa ætate generare nō possit. l. impunitas. C. de pœnis, & ff. de mino. l. auxiliū. §. in delectis. igitur permisit patri q̄ pro illo testetur, eiq; prouideat de hærede pupillariter substituendo, prout latius j̄. declarabitur, necnon ꝓ ipso sepulturā eligat, quoties filius impubes cui pater substituit pupillariter superuiuit patri, & demū in ætate moritur pupillari, tūc sicut potuit pater in bonis substituēdo ac p̄sonæ viuæ filij tutorē dādo prouidere, sic etiā de illius cadauere disponere pōt, secūdū Ioan. Fab. in §. nō solū. insti. de pupil. substi. Quod secus esset vbi filius præmoreretur patri, quo casu nō posset pater ꝓ ipso sepulturā eligere, nisi aliud esset ex cōsuetudine c. licet. §. j. de sepul. lib. vj. de quo latè ibi per Doct.
3 † Qui cōmuniter tenēt & indistinctè patrē non posse pro filio sepulturā eligere, quāuis fuerit impubes, & de omnibus bonis suis disponere possit. Et rō differētiæ est: quia cū in sepultura viuente adhuc filio iā esset ius quæsitū ecclesiæ, vbi sepeliri debet, tale ius nō est mutabile, nisi per illū, de cuius sepultura agitur. c. cū liberū. de sepul. Sed in hæreditate nō sic est quia in ea viuēte filio nondū quæsitū est ius veniēti: bus ab intestato, ideo pater pōt hoc ius liberi⁹ mutare. Prætereà maiorē habet potestatē ipse pater in hęreditate tēporali ipsius filij quā in sepultura, & cæteris spiritualibus, in quibus non curat̄ patria potestas. c. fi. de iudic. lib. vj. & c. ex parte. de resti. spo. vbi glo. & Doc. ideo pater pōt filio substituere, sed nō sepulturā eligere, secundū Dominicū in d. c. licet. Pro huius ergo substitutionis maiori declaratione videnda sunt septē. Primò, de modo & forma faciēdi eam. Secūdò, quibus verbis fiat. Tertiò, quo iure fuit introducta. Quartò quæ requirunt̄, vt locū habeat. Quintò, quotuplex sit hæc substitutio. Sextò, quis sit eius effectus. Septimò & vltimò, qualiter finiatur & ex-
4 tinguatur. † VENIO ad primum: & dico quòd forma faciēdi hāc substitutionē est duplex. Nam primò fieri potest per verba generalia sub his verbis generalibus: quisquis mihi hæres erit, sit hęres filio meo. Hæc enim verba sūt generalia, & nō specie prolata, quo casu vocant̄ ad substitutionē hæredes scripti in testamēto patris pro ea parte qua sunt instituti hæredes in hęreditate patris, Inst. de pup. substi. §. substituitur & licet dicta substi. sic gn̄aliter facta dicat̄ directa & exp̄ssa, cū expresè sit facta filio, cōtinēatq; vulgarē tacitā, necnō matrē pupilli excludat, vt j̄. videbit̄ in vj. princip. arti. nō tn̄ dicit̄ substitutio noīatim facta: cū noīatim fieri dicat̄, qn̄ fit p̄ nomina ꝓpria, vt j̄. videbit̄. de quo in l. j. & ij. & l. Titi⁹. ff. de li. & post-
5 hu. †Ideo p̄ hęc verba generalia q̄squis mihi hæres erit, sit hæres filio meo, nō vocat̄ ad substitutionē nisi illi dūtaxat hæredes quorū noīa ex testamēti scriptura legi possūt, argu. l. j. §. j. vbi Bar. & Bal. ff. de his quę in testa. delę, nō aūt illi qui effecti sunt hęredes, & hęreditatis cōmodū consequūtur. Vū si filius aut seruus aiien⁹, vel monachus in testamēto extranei hęres institutus, & filio testatoris modo præmisso substitut⁹ repudiaret hęreditatē, quo casu patri aut dño vel monasterio acquirit̄ hęreditas. l. cū ꝓponas. C. de hære.

insti. l.

instituto.l.fi.C.de bonis quæ libe.& plenè habuistis in materia vulgaris in quinto principali artic.certè his casibus per dicta verba generalia,quisquis mihi hæres erit,si hæres filio meo,pater medio filij,aut dominus medio serui,vel abbas medio monachi hæres factus,non vocaretur ad talē substitutionē,vt d.§.substituitur.& l.qui liberis.§.hęc verba.ff.de vulg.& pupil.& ratio est(vt ibi dicitur)qa pater,aut dominus, vel abbas nō veniūt ad hereditatē testatoris iudicio ipsius:facit l.j.§.nō solū.ff.vt leg.nomine caueat. Et idē est in hęrede hæredis scripti, qui pariter ad talē pupillarē substitutionē sic generaliter factā non vocatur,contra regulā l.fi.C.de hęred.inst.& ratio est, quia nomē hæredis fuit appositū in cōditione, quæ impleri debet in forma specifica:l.q hæredi in prin. & l.Mæuius.ff.de cōdi.& demō. Prætereà dispositio cōditionalis nō transmittitur. ad hæredes.l. vnica.§ sinautē aliquid sub cōditione.C.de cadu.tollē.secūdū Bar.in l.cū filio.ver.secūdus effectus.ff. de leg.j. vel ideo hoc est,quia habetur respectus ad affectionē testatoris circa pſonā substituti,quæ nō militat circa personā sibi incognitā,secūdū Bal.in d.l.fi.in iij.oppo.C.de hæred.insti.ex quibus prædictis Bal. in l.in causæ.la ij.§.Pōponius.ff. de mino.elegāter decidit, q si testator aliquid suo nepoti reliquit hoc adiecto, q si nepos sine liberis decedat, relictū pertineat ad hæredē testatoris,putà Titium:qui prius quā nepos decesſit relictis hæredibus, & posteà decesſit nepos sine liberis, certè tale relictū pertinere nō debet hæredibus Titij secundū. Bal.ibi,quē sequitur Alex.in d.§.hæc verba.Sanè tamē intelligatis præmissa:q hęres hæredis ad talē substitutionē pupillarē non vocabitur,nisi esset hæres hæredis ex dispositiōe testatoris, putà ex pupillari substitutione facta alteri pupillo testatoris.Quia tunc cum ille sit scriptus hæres,& veniat iudicio testatoris,cùm sit hæres alterius pupilli,vocabitur virtute dictorū verborū generalium ad substitutionē istius,attento q habet affectionē testatoris defuncti. l. paterfamiliàs primis tabulis. ff. de vulga.& pup.secundū Alex.in d.§.hęc verba.Et idē erit in eo,qui alteri filio aut extraneo hæredi testatoris erat vulgariter substitutus: quia cū eo tunc succedat defuncto testatori per vulgarē,talis vocabitur p dicta verba generalia:tū quia scriptus,tū etiam quia
6 hæres testatoris: †Quia succedens per vulgarē dicitur hæres testatoris, & sic tanquā talis comprehēditur in dictis verbis generalibus,secundū Bart.in d.§.hæc verba,quem sequitur Ange.in d.§. substituitur.Inst. de pupil, substi. subiungens Bart. idem esse in fideicommissario vniuersali, vt ad talē substitutionē admittatur,cùm in effectu sit hęres iudicio testatoris.l. si filius.ff.quod cum eo.idem Ang.vbi s.quia fideicō missarius est scriptus & nominatus à testatore: & sic vocatur iudicio testatoris,& etiā vocatur beneficio. 9
l.fi.C.de edi.diui Adri.sicut vocatur hæres institutus, vt ibi dicunt Doct.idē tenet Alex.in d.§. hæc verba. in vulgariter aut pupillariter substituto alteri filio testatoris, vt vocetur ad generalē substitutionē isti. 10
Nā in vulgari est casus in l.ex duobus.§. j. ff.de vul. & pupil. & in pupillari probat tex.in d.§.hæc verba
7 ibi,iudicio.vt dixi suprà.Ad hoc facit,†quia si substitutus vulgariter,aut pupillariter decedat ante casum substitutionis, spem substitutionis trāsmittit in sibi substitutum per eundem testatorem cùm vocetur iudicio ipsius. Nā licet spes substitutionis nō trāsmittatur in hæredes substituti moriētis ante cōditionē 11
substitutionis, vt videbitis j. in septimo principali arti.prope fin. Tamen bene transmittitur in sibi substitutos per testatorē, quia veniunt iudicio ipsius testatoris,& sic moriente substituto ad institutū,& sic antequā sit delata hęreditas ex substitutione trāsmittit sibi substitutos spem substitutionis,attento quòd sunt sibi hæredes volūtate testatoris,vt de vulgari est casus in l.cohęredi.vbi Bar.Et de pupillari in d.l.paterfamiliàs,in verbo,pubes,à cōtrario sēsu.ff.de vulga.& pupil.sed secus decidit in fideicōmissario:quia est hæres per mediā personā alterius,vt sentit. gl. in verbo,directo.in d.§. hæc verba.nec Bar.secundū eū loquit in hoc casu secūdū Imo.idē tenet Ioā.Fab.in d.§. substituitur. pro quibus facit l.qui hæredi§.cū hæreditas.ff.de condi.& demon.vbi cōditio impleri debet in persona hæredis scripti, qui priori loco est vocatus,& nō in persona fideicōmissarij.Or illa verba,quisquis mihi hæres erit, adiecta sunt per viā cōditionis,vt d.l. qui liberis. ff. de vulga. & pupil.ergo impleri debent in forma specifica, vt d.l.qui hæredi & d.l.Mæuius.& ratio diuersitatis est inter substitutum vulgarē,aut pupillarē,& fideicōmissarium, quia hæres primus qui restituit fideic. adhuc remanet hæres.Insti.de fideicō.hæred.§. restituta.& l.quia perinde.ff.ad Trebe.& pro quarta Trebellianica subit onera hæreditaria.l.j.& ij.C.ad Treb. Nō sit autem in illo,cui substitutum fuit vulgariter,aut pupillariter:ideo ad substitutionem videtur vocatus, qui per vulgarē vel pupillarē,aut per primā institutionē vocatus est,nō autē fideicōmissarius,& quod dictū est suprà, q per verba generalia solū vocātur ad substitutionē pupillarē illi qui sūt hæredes patris,prouiso tamē q patris hæreditatē adierint,si autē eā repudiārēt, amplecti,nō posſēt talē substitutionē pupillarē: de quo plenè habetur in l.cum qō.C.de lega.& in l. quidā eulogio.C. de iure delib. †Secundò principaliter fieri potest hæc substitutio pupillaris per verba specialia nominatim & specialiter prolata:& tūc forma faciendi hanc substitutionē pupillarē est duplex vna q fiat vno contextu cū vulgari,scilicet hoc modo:Titiū filiū meū hæredē instituo,& si hæres nō sit, aut si hæres sit,& in pupillari ætate decesſerit, Caius hæres esto.Hìc enim sūt duę substitutiones: quia sub illis verbis,si hæres nō sit, cōtinet vulgaris: & sub illis verbis,si in ætate pupillari decesſerit, continetur pupillaris,& sic sunt duæ substitutiones,scilicet vulgaris,& pupillaris quæ specificè differūt.Secūdo modo fit pupillaris substitutio absque vulgari expressa: veluti si testator dicat, Titium filiū meū hæredē instituo: & si hęres erit,& in pupillari ætate decesſerit, expressa,nec dicitur facta vulgaris expressa.Quia licet à cōtrario sensu dictorū verborū,si hæres erit,veniat vulgaris,scilicet si hęres nō erit.tamē propter hoc illa vulgaris non est expressa, sed tacita, †quia illud quod venit per argumētū à cōtrario sēsu,nō dicitur expressum,sed dicitur tacitè venire per quandā coniecturā, secūdū gl.in verbo,per cōiecturā,in l.apud antiquos.C. de furt. †Argumentū enim à contrario sensu nō dicitur expressus intellectº, sed subauditus, secundū glo.in l.ij.in fi.C.de cōd.inser.Per quā dicit ibi Bal. q si statuto caueat, q statuta nō recipiāt extraneū vel subauditū intellectū,tūc cessat argumētū à cōtrario sensu statuti,& dispositio erit tacita & cōiecturata.idē tenet Bal.in l.ex facto.ff.de hæredi.insti. & Pan.in c.cū apostolica,de his quæ fiūt à prælā. sine consensu cap.vbi dicit per illū tex.†q si statuto caueatur,q statuta intelligātur planè absq; extraneo

intellectu & ſubauditione. tũc locũ nõ habebit argumentũ à contrario ſenſu. facit glo. no. in verbo, permittimus. in c. j. de æta. & quali. li. vj. Pe. de Anch. in c. j. verſ. quid autẽ dices. de cõſt. Bal. in l. cõuenticula. de epiſc. & cleri. Bar. & Bal. in l. omnes populi. ff. de
12 iuſtitia & iure. †Aliqui tamẽ dicũt, quòd illud quod à cõtrario ſenſu venit, dicitur expreſſum, per glo. in verbo, & prohibetur. in c. humanũ genus. j. diſt. Et dicũt quòd ſentẽtia lata cõtra intellectũ legis ſumptũ à cõtrario ſenſu, ſi hoc exprimatur, eſt nulla, ac ſi prolata eſſet cõtra tex. legis planũ. quod an ſit verũ videatis plenè in c. j. vbi Pano. de re iud. & in l. cũ prolatis. ff. illo eodem tit. & in l. ij. C. quãdo prouoc. non eſt neceſſe. Nam quod venit à cõtrario ſenſu dicitur expreſſum, quo ad iuris intellectũ, ſecundũ Panor. in d. c. cum apoſtolica. ij. col. de quo videte Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſ. in iij. quæſtio. & plenè Alex. in Authẽ. ex teſtamẽto. C. de colla. & in l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. Quo autem ad punctum noſtrum, ſcilicet an vulgaris ſub tali pupillari contenta ſit expreſſa vel tacita, clarius nunc in proximo ſequenti articulo de mõſtrabitur, & tetigi ſuprà in materia vulgaris ſubſtitutionis, in quarto principali articulo.

13 †Secvndo principaliter quæritur: quibus verbis fit hęc pupillaris ſubſtitutio? Dicatis, put dictũ fuit ſuprà in materia vulgaris. in iiij. principali articulo, quòd ſi cõſideremus verba quæ referũtur ad eũ qui ſubſtituitur, ſemper ſunt affirmatiua: ſed illa quę referuntur ad illum cui ſubſtituitur, ſemper ſunt negatiua ſeu priuatiua, ſcilicet ſi deceſſerit infra pupillarẽ ætatẽ. Nec obſtat, quòd in hac ſubſtitutione dicitur, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit. Quę quidẽ verba, ſi hæres erit, ſunt affirmatiua ſeu poſitiua & nõ primitiua. Quia reſpõdetur quòd illa verba, ſi hæres erit, nõ ſunt de ſubſtãtia huius ſubſtitutionis. quod patet, quia fieri poteſt filio exhæredato, & quãdóq; filio præterito, vt videbitur in iiij. principali articu. & eſt expreſsũ in l. ſi teſtamẽ. C. de impu. & aliis ſubſtitut. & d. l. qui liberis. §. hæc verba. & l. cohæredi. §. fi. & l. qui duos. & l. paterfamiliâs. & l. penult. ff. de vulga. & pupilla. Ex quo ſequuntur duo,
14 †Primò, quòd ſi dicta verba in ſubſtitutione exprimerentur, vt ex illa vocetur ſubſtitutus, non eſt neceſſe, quòd vtraq; cõditio impleatur, ſcilicet quòd pupill' ſit hæres, & quòd infra pupillarẽ ætatẽ moriatur: imò ſi à paterna hęreditate abſtinuerit, vocabit ſubſtitut' eo infrà pubertatẽ moriẽte, ſecundũ Bar. in d. l. ij. licet Iaco. Butr. vellet vtranq; conditionem debere impleri, & malè ſecundum omnes. per tex. in l. Iulianus. ff. de acqui. hæredit. & l. pater. in prin. ff. de priui. credi. & tenet Sali. in d. l. ſi teſtamento. bene eſt verũ quòd ſi dicta verba, ſi hęres erit, in hac ſubſtitutione apponant, tunc hęc pupillaris ſubſtitutio erit partim expreſſa & partĩ tacita quo ad caſus, qa caſu quo filius ſit hęres, erit ſubſtitutio expreſſa, & ſubſtitutus eo infra pubertatẽ decedente vocabitur ex pupillari expreſſa, ex tacita verò vocabitur, ſi hęres non ſit, & in ætate pupillari deceſſerit. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſecundum Bar. in d. l. ij. ff. illo eodẽ titulo, quem ibi ſequunt Imo. & Alex. ix. col. & Ange. ibi. §. fi. Secundò ex prædictis ſequit, quòd ſi hęc ſubſtitutio fiat omiſsis illis verbis, ſi hęres erit, nihilominus erit pupillaris expreſſa, attẽto quòd illa verba non ſunt de ſubſtantia pupillaris, cùm (vt dictum eſt) fieri poſsit exhæredato, & interdum prętcrito filio. l. j. §. ſubſtituere. ff. de vulgari & pupil. vt plenè videbitis in quarto principali articulo. Sed aduertatis quia Bald. in d. l. precibus. verſ. vnum etiã aduerte, & notabis &c. Dicit quòd hoc caſu ſi fiat omiſſis illis verbis, nõ erit pupillaris expreſſa: ſed erit compendioſa: reſtricta tamen ad pupillarẽ ætatem:
15 † quia ſicut dictio, quandocunq; deceſſerit, redderet ſubſtitutionem compendioſam, vt d. l. precibus. & dicã in materia cõpendioſæ ſubſtitutionis, ſic etiam erit compendioſa ſi dixit, ſi deceſſerit infra xiiij. annum: & ita eum ſequitur Pau. ibi, Imol. & Zabarel. hîc. Nam talis ſubſtitutio, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, dicitur continere vulgarẽ nõ omnino tacitam, ſed verbis generalibus expreſſam. Tacitã autẽ verbis ſpecialibus, prout dicimus in illa quæ cõtinetur in breuiloqua aut compendioſa: quia verba ſubſtitutionis tunc nõ repugnãt vulgari ſubſtitutioni, ſicut faceret, ſi dicta verba fuiſſent expreſſa in ea: & ſi hoc eſt verũ, cp pupillaris ſine dictis verbis facta ſit compendioſa, erit magni effectus: quia cùm in ea contineatur vulgaris, illa talis vulgaris non erit tacita, ſed expreſſa: & ſic excludit matrem, vt d. l. precibus. & tenet Iaſon in d. l. ij. §. j. in fi. ff. de vulg. & pup. Cùm omnes teneãt cũ Bar. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. quòd vulgaris contenta in compendioſa ſit expreſſa matrẽ excludens, vt vidiſtis in materia vulgaris ſubſtitutionis in quarto principali articulo, & melius in quinto articulo tractãdo quintũ effectũ dictæ ſubſtitutionis. Sed contra Bald. conſuluit Ange. frater eius cõſi. xlj. incip. reperitur iuter liberos &c. vbi expreſsè vult, quòd ſubſtitutio ſine dictis verbis facta dicatur pupillaris expreſſa continẽs ſub ſe vulgarem tacitã: & non compendioſa, attẽto quòd illa verba nõ ſunt de ſubſtantia pupillaris ſubſtitutionis. Et hanc opinionẽ contra Bal. ſequitur Alex. in additio. ibi in d. l. precibus. & in d. l. ij. §. j. x. col. ff. de vulg. & pupil. concludens talẽ ſubſtitutionẽ non eſſe compendioſam ſed pupillarẽ: quę in ſe continet vulgarẽ, quæ tũ vulgaris ſub ea comprehẽſa non erit omnino tacita, ſed expreſſa verbis generalibus, ſicut illa quæ cõprehenditur in cõpendioſa: quę matrem excludit.
16 vt vidiſtis vbi ſuprà. †Antequam ergo vulgaris tacita nõ ſit matris excluſiua, requiritur quòd ſit omnino tacita, ſcilicet quo ad verba, & quo ad caſus, qualis eſt illa quę cõtinet in pupillari cõcepta adiectis illis verbis, ſi hęres erit & in pupillari ętate deceſſerit &c. quoniã ſi fiat ſine dictis verbis, ſi hæres erit, tũc vulgaris in ea cõtenta nõ eſt omnino tacita, ſed expreſſa quo ad illa verba, quæ ſemper verificantur, ſiue moriatur pupillus antequam ſit hæres, ſicut ſic moreretur
17 poſtquam fuit hæres. †Sed quid ſi teſtator dixerit, ſi filium meũ inſtituo, & eidem filio meo pupillo ſubſtituo Caium: an per hæc verba intelligatur pupillaris ſubſtitutio facta expreſſa? Et certè Bald. in d. l. precibus. dicit quòd nõ, qa illa verba, filio meo pupillo, vidẽrur ſolum adiecta ad demõſtrationem. vt d. l. precibus. tamen contrariũ tenere videtur Guliel. de Cug. quem ſequitur Alexã. in d. l. precibus. & in d. l. ij. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. vbi teſtator dixit, vos filios meos impuberes inſtituo, & matrem ſubſtituo. Quo caſu in hac reciproca cõprehenditur pupillaris in perſona cuiuſlibet impuberis, quæ eſt expreſſa in verbis generalibus, vt plenè dicetur infra in materia
18 ſubſtitutionis reciprocæ. † Sed adhuc dubitari poſſet, quid ſi teſtator dixerit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titi' hæres mihi eſto, vel bona mea veniant ad Titium: ita quòd teſtator non dixit, quòd ſubſtitutus ſuccederet pupillo, vel in bonis pupilli,

an talis

an talis substitutio erit pupillaris? Et deciditur ꝙ sic, per tex. no. in l. si ita scriptũ. §. qui filio. vbi hoc optimè declarat Bar. ff. de bon. pos. secundũ tab. cuius decisionem ibi multùm no. & ampliat Mathesilla. notabili clj. & eam sequitur Alex. in l. j. §. j. ff. de vul. & pu. & Iason in l. cùm quidã. C. de impu. & aliis subst. illũ tex. probat: & dicit Lud. esse sing. sing. cix. licet Bal. voluerit talem substitutionẽ esse fideicommissariam in d. l. precibus. & malè secundum eos. Similiter si testator dixerit: instituo filium pupillum, & si in pupillari ætate moriatur, substituo mihi talem. Nam talis substitutio non obstante dictione mihi, erit pupillaris secundum Sali. Pau. & Alex. in d. l. cùm quidã. per illũ tex. ibi, sibi esse hæredem. cùm in dictis casibus dictio mihi, vel dictio, bona mea, reiicitur, & videtur substitutio facta non testatori, sed pupillo. Si autem testator dixisset: si filius meus moriatur in pupillari ætate, mihi & sibi substituo Titiũ, tunc copula &, resoluitur in alternatiuã & disiunctiuã vel, cũ sit posita inter incõpatibilia, quę simul stare nõ possunt: & ꝓinde habebitur, ac si dixisset, mihi vel sibi substituo. & sic erit in electione substituti mortuo pupillo, an succedere velit testatori ex fideicõmissaria substitutiõe, an pupillo ex directa pupillari, secundum Lud. sing. cõsi. ccccl xxx. incip. in casu propositæ cõsultationis.

19 † Tertio principaliter quæritur, quo iure fuit introducta hæc substitutio. & tex. in l. ij. ff. de vulg. & pu. in prin. dicit, quòd moribꝰ. vbi gl. hoc exponit, id est iure consuetudinario, scilicet Lacedæmoniorũ, q olim solis cõsuetudinibus regebantur. Instit. de iure natu. §. ex non scripto. & sic ex consuetudine & iure illius ciuitatis non scripto, & per consequens fuit de iure ciuili non scripto inuenta. Et licet talis consuetudo hodie per ius Romanorum fuerit in scriptis redacta, tamen dici debet ius consuetudinariũ: quod scriptura nõ inducit, sed quod prius erat, in scripturã redactũ est, vt ꝓ eã probetur. l. cùm res. C. de proba. sicut videmus in vsibus feudorũ, qui licet sint in scriptis redacti, tamen non minus dicũtur vsus, secundũ Cy. in l. j. C. de leg. Bar. Bal. Ang. Imo. & Alex. in d. l. ij. §. j. Ad hoc facit gl. in l. de quibus. ff. de leg. & qđ no. Panor. in ru. de cõst. & Imo. hîc. sed Dyn. contrariũ voluit, scilicet quòd hodie hæc substitutio sit ius ciuile scriptũ. & cũ eo trãsit Sali. in l. si testamẽto. C. de impu. & aliis subst. & Rapha. in d. l. de quibus. Nã licet quo ad Lacedæmones dici posset ius nõ scriptũ & cõsuetudinarium, tñ quo ad Romanos originem habuit à scriptura. Fuerunt enim decẽ tabulæ Romã à Græcia delatæ in scriptis. l. ij. §. j. ff. de orig. iur. Si enim hîc Caturci de consuetudine Tolosana fieret statutum, diceretur statutum Caturcinum, seu ius scriptum Caturci, quãuis in ciuitate Tolosana diceretur cõsuetudo. Et hanc opinionẽ quæ prius fuerat Dyn. approbat Ang. Are. in §. j. Insti. de pupil. subst. & est vtile scire, an sit cõsuetudo, vel statutũ, seu ius ciuile scriptũ: quia tale ius scriptũ non est necesse nec allegare nec probare iudici, cũ de se notũ sit, & ab omnibus sciatur, & intelligi debeat l. leges. C. de le. & no. Bar. in l. ornamentorũ. ff. de aur. & arg. lega. & iudex de per se potest se de iure scripto informare, solus in camera libros legẽdo, vel inspiciẽdo, secundũ Sali. in repet. d. l. de quibus. & Bal. in l. ij. §. quod obseruari. C. de iura. calum. vbi dicitur quòd licet positioni iuris non sit respondendũ, vt d. l. ornamentorum. & gl. in c. j. de confes. lib. vj. Attamen positioni consuetudinem narranti respondere cogitur aduersarius. Ex quibus restat concludere hanc pupillarem substitutionem hodie esse de iure ciuili scripto & cõmuni: & sic potest iudex secundũ illam etiã à partibus nõ allegatã, aut aliàs probatã, iudicare: quia secundũ statuta, quãuis nõ allegata, iudicare põt, secundum Bal. in l. j. C. vt quæ desunt aduo. vbi Alex. plenè decidit an idẽ possit in consuetudine non allegata, si sit notoria.

22 † Quarto principaliter quæritur, quot requirantur ad esse huius pupillaris substitutionis, vt locũ habeat, & suum plenum sortiatur effectum. & glo. in d. l. ij. de vulg. & pup. dicit, quòd quinque: de quibus tex. ibi ponit tria, sicut facit in §. j. Insti. de pup. substit. & dicamus quòd octo requiruntur. Primò, quòd ille cui hæc substitutio fit, sit de liberis testatoris. Secũdò, ꝙ sit impubes. Tertiò, quòd sit in potestate testatoris. Quartò, quòd morte testatoris efficiatur sui iuris. Quintò, quòd non desinat esse in potestate ante mortẽ testatoris. Sextò, ꝙ pater testator faciat sibi testamentum. Septimò, ꝙ filius impubes cui fit substitutio, sic in testamento patris hæres institutus vel exhæredatus. Octauò, ꝙ patris testatoris adeatur hæreditas: quæ omnia & singula oportet per ordinẽ

21 examinare. † Venio ad primum, in quo dixi, quod requiritur, vt ille cui fit hęc substitutio, sit de liberis testatoris substituentis: quod intelligatis naturalibus & legitimis. Et idẽ erit in legitimis tantum, veluti arrogatis. l. si arrogator. ff. de adoptio. & l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. Nam filio arrogato fieri potest hæc substitutio, cùm sit in potestate patris arrogatoris: secùs tamen esset in filio adoptato, quia non transit in potestatem adoptiui patris nisi daretur in adoptionem coniunctæ personæ: quo casu pater adoptiuus posset ei tanquã in eius potestate cõstituto, pupillariter substituere. l. cùm in adoptiuis.

22 C. de ado. & Instit. de ado. §. sed hodie nostra. † Filiis autem naturalibus tãtùm, putà bastardis, non posset pater pupillariter substituere, cùm non habeat eos in potestate. l. Lucius. ff. de vulga. & pupil. Nam licet vulgaris substitutio talibus, imò magis incapacibus, putà spuriis fieri possit, quia in ea nõ requirit, q uòd hæres in primo gradu institutus sit capax: & sic fieri potest fratri minori, & deportato, & ad mortẽ damnato, & cuilibet alteri non capaci: quibus etiam fieri posset compendiosa & reciproca, quatenus vulgarẽ continent, tamen pupillaris talibus filiis fieri non potest, secundum Bal. eleganter per illum tex. in l. ij. C. de hæredib. instituendis. Pariter nec eis fieri posset substitutio exemplaris, quæ fieri non potest, nisi his tantùm personis, quibus legitima debetur, secũdum

23 Bald. ibi. Oristis non debetur. † Pariter eis fieri non posset fideicommissaria substitutio, cùm non possent confirmare testamentũm per aditionem hereditatis, quæ requiritur ad validitatem huius substitutionis, nisi facta esset repetitio ab intestato per testatorem, aut legis interpretationem. C. de fideicommis. l. eam quam. idem tenet Bal. in l. humanitatis. vers. secundò videamus de personis. C. de impub. & aliiss substitutionibꝰ. Sanè tamẽ intelligatis, quòd bastardis & spuriis non possit pupillariter substitui, nisi fuissent à principe legitimati potestatem legitimandi habẽte: quia tunc haberentur ac si legitimi nati fuissent, ita quòd nihil differrẽt à legitimis, in Auth. quib. modis natu. effi. sui. §. illud. & §. nulla. Quod est verum, siue legitimati fuissent patre viuẽte, siue post eius mortẽ. Nam legitimatio facta etiam post mortem patris retrotrahitur, adeò quòd legitimatus perinde habetur, ac si natus fuisset legitimus. l. fi. ff. de nata. resti. secundum Bar. plenè in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de

24 lib.& posthu. † Quod sanè intelligatis verũ de legitimatione facta post mortẽ patris, vbi facta esset de volũtate ipsius patris, qui eam declarauit velle antequã moreretur. & ita intelligere videtur Bar. dictum suum ibi, dum allegat Authen. si quis. de natu. libe. & cum hoc eum sequuntur Imo. Francisc. Aret. & Iason, in d.l.ij.ff.de vul.& pup. Sicut enim valent institutio & substitutio factæ filio existenti in hostiũ potestate, si post mortẽ patris reuertatur. l.illa.ff.de hęre. insti. & l.lex Cornel.ff.de vulga.& pupill.& l.pater. cũ l. sequẽ.ff.de capt. quia talis reuersus prę sumitur semper remansisse in patris potestate, vt ibi. Sic ergo erit dicendũ de filio legitimato, qui fingit̃ esse legitimus. Sali verò in d.l. si testamento. de impu. & aliis substi. tenet contrarium in filio legitimato post mortem patris substituentis, eo quia nũquam fuit in potestate patris, nec fuisse fingitur, quia nõ subest ratio sic fingẽdi, vt subest in capto ad hostib⁹. & sic simile Bar. non est bonum. Prætereà pater huic legitimationi non consensit, quod tamen est necesse in patre viuente, vt filius legitimatus trãseat in eius potestatem: sicut econtrà, in Authent. quibus modis natu. effi. sui. §. generaliter. Sed his non obstãtibus *communiter* tenetur prima opinio, quæ fuit Bar. Nam videmus, quod licet posthumus nõ sit in patris potestate quãdiu est in vtero. l.fi.ff.de coll.bon. Tamen potest ei pupillariter substitui, quia fuisse in potestate fingitur, vbi de ipsius cõmodo agitur, vt in casu nostro, argu. l. quæritur. ff. de statu homi. & est tex. in §. non solùm. Insti. de pupill. substit. & hanc *communem* opinionẽ tenẽt Raphael, Imo. & Alex. in d. l.ij. ff. de vulg.& pupil.& Ange. in §.j. Insti. de pupil. substit. videatis quæ dixi in verbo, *Et vxorẽ nomine Adelas.* in secundo membro primi artic. Et sicut hæc substitutio fieri potest liberis primi gradus, sic etiã fieri potest liberis inferiorib⁹, veluti nepotibus, & deinceps.

25 †Cùm appellatione liberorum, omnes descendẽtes contineantur. Insti. qui dari tuto. testa. possunt. §. fin. quod tamen intelligatis verum secundum ea quę di-
26 centur j. in quarto requisito. † Ex quibus nũc dictis clarè demonstratur, quod hæc pupillaris substitutio extraneus fieri nõ potest: sed solis filiis testatoris, nisi esset statutum, vel patriæ cõsuetudo in cõtrarium, quæ valerẽt, & hoc disponere possent: quia cùm hæc substitutio sit moribus & consuetudine introducta, aut secudum alios sit de iure ciuili scripto, & tale ius sit mutabile, per consuetudinem induci posset, quòd extraneo fieri possit: cùm vnũ ius ciuile tollat aliud, & alterare possit. Insti. de iure natur. §. ea verò. Cessante autem tali consuetudine non posset hęc substitutio facta extraneo valere saltem iure directo. tamẽ valeret iure fideicõmissi, cuius medio succedẽtes pupillo ab intestato tenerentur restituere hæreditatem extraneo, & pupillariter substituto, secundum gl. & Bartol. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. allegant. l. filius. §. vt quis hæredem. ff. de leg. j. & l. ex facto in prin. ff. ad Trebel. & est *communis opi.* secundum Alex. in d.l. verbis ciuilibus. iiij. & v. col. Qualiter autẽ intelligatur, q̃ pater possit liberis suis substituere pupillariter, videbitis infrà, in vij. requisito, dũ allegabitur. l. fi. C. de sent. pas. & restit. Et an sit verũ, quod hæc. substitutio puberi facta, vel extraneo valeat iure fideicommissi, videbitis latius in materia
27 compendiosæ substitutionis. †Secundò requiritur, q̃ ille sit impubes cui fit hæc substitutio: & inde est, q̃ vocatur pupillaris, quasi facta pupillo: ideo si fieret filio maiori xiiij. an. aut filiæ xij. ann. excedenti, non valeret nec iure directo, nec iure fideicõmissi: q̃a cũ hæc substitutio finiri debeat & extingui adueniente pubertate, ita quòd vltra nõ durat, nõ posset incipere à pubertate. ff. de vsufru. l. Titio cùm morietur. facit l. si fundum per fideicõmissum. §. fin. cum l. seq. ff. de leg. j. & ita tenet Ray. Guli. de Cug. & Bar. in d.l. ver bis. An tamen si talis substitutio fiat puberi, tunc cõ-
tineat vulgarem, plenè decidit ibi Alexan. & dixi⁊
28 in tractatu vulgaris, in vlt. q. † Et intãtum est hoc verũ, scilicet quòd adulto pupillariter nõ potest substi tui, quòd etiã si statuto ciuitatis caueretur, quod minor xx. annis testari nõ posset, pater adhuc nõ posset huic filio intestabili substituere pupillariter: nã in pupillo est duplex ratio, quod ei per patrẽ substituat̃, tum quia propter ætatis defectum testari nõ potest, tum etiam, quia liberos qui ei succedant, habere non potest. Or minor xx. ann. licet per statutũ testari nõ possit, tñ liberos, & sic per hæredes habere potest naturali ꝓuisione, & sic per hominẽ ei substitui nõ potest. Nec obstat si diceret, quòd postquã testari nõ potest, pater debet ei prouidere, quia illud esset verũ, quod ꝓuidere ei posset exẽplariè, sed nõ pupillariter: quia non sequitur q̃ si nõ possit testari, pater possit ei substituere, quoniã furiosus aut prodigus testari nõ põt. Insti. quibus non est permis. face. testa. §. prætereà. & tamẽ nõ potest ei pupillariter substitui, si adultus sit, sed solũ exẽplariè. Nã sic testari prohibitus durante ætate prohibente æquiparatur prodigo, cui bonis est interdictũ, arg. l. ex castrẽsi peculio. ff. de castrens. pecul. ad hoc facit quod decidit Bald. in l. matres. C. ad Tert. vbi dicit, quòd statuto disponẽte q̃ adulto detur tutor vsque ad ætatẽ xx. ann. si mater habẽs filium maiorẽ xiiij. ann. cui non petiit tutorẽ, filio moriẽte ante xx. ann. non punitur pœna l. sciant. C. de leg. hęre. & l. omnem. C. ad Tertul. Vnde restat, quòd stãte dicto statuto testari prohibente, vsque ad xx. ann. pater tali filio adulto non poterit pupillariter substituere, secùs autẽ esset, si statutũ diceret, quod ętas pupillaris duraret vsq; ad xx. ann. quia tunc durãte illa ætate pupillariter ei substitui poterit, secundũ Bal. in §. j. Insti. de pupil. substit. quem ibi sequitur Ange. Are. arg. l. Mela. ff. de alimen. & ciba. leg. & Alex. in d.l.ij. de vulg.& pupil. Et idem esset vbi statutum vel cõsuetudo non solùm prohiberet minorem xx. ann. testari, sed etiam disponeret, quod post pupillarẽ ætatem possit ei directè substitui etiam post aditã hæreditatẽm: quia tunc valeret substitutio. Nam (vt suprà dictum fuit) cùm hæc substitutio sit de iure consuetudinario, & sic positiuo, & non iure naturali inuẽta, tolli potest per statutum aut cõsuetudinem, vt nullo modo fiat: Cùm vna cõsuetudo alteri derogare possit. l. nemo. §. tẽporalis. ff. de reg. iur. Multo magis potest alterari, vt alio modo, vel vltra modum fiat, secundum Alexã. in d.l.ij. in prin. & Ias. ibi, idem tenet
29 Bar. in l. cẽturio iiij. col. illo eo. titu. †Ex quo infert, quòd si statutũ ciuitatis disponat, quod filiæ fœminæ cogãtur omnia obseruare disposita à testatore, stãtibus mascullis, eo tunc poterit substitui directò post pubertatem, etiã à non milite. quod sequitur Anto. de Butr. hîc, & Bal. in repe. c. si pater. eo. titu. lib, vj. & Alex. in d.l. centurio. xix. col. Statutum enim multa potest in his, quæ iuris ciuilis sunt. Institutio. de iure natu. §. sed naturalia. versic. ea verò. Nam etiam per statutũ induci põt, quod pater possit dare filio puberi curatorẽ taliter, quòd nõ egeat cõfirmatione, sicut nec tutor datus impuberi, quamuis secus existat de iure cõmuni. l. in fi. ff. de confirman. tuto. Institu. de

cura

BIU Cujas

cura. in prin. secundum Bal. in l. deniq; ff. de mino. facit quod no. pulchrè Ang. in l. captatorias. C. de testa. mili. vbi dicit, ꝙ sicut per cap. cùm tibi. s. eo. valet institutio captatoria ad pias causas, secundum glo. ibi, & dixi plenè in verbo, *Condidit*. j. Sic etiã per statutũ aut consuetudinẽ induci posset, ꝙ valeret in aliis casibus similibus. Facit quod no. idẽ Ang. in l. more. ff. de acqui. hær. dum dicit, quòd potest per statutũ dispensari, quòd valeat aditio hæreditatis facta à pupillo sine tutoris autoritate. Sed an per statutũ dispensari possit, quòd pupill' cõtrahere possit sicut maior, no. Bar. in l. nõ ambigitur. ff. de leg. & in d. l. denique. in prin. & in l. omnes populi. in iij. q. princ. ff. de iust. & iure. & in l. si quæramus. ff. eo. & Alex. in l. fin. C. de test. mil. & vidistis in verbo, *Adiectæ verò impuberi.*

† Tertiò requiritur, quòd filius pupillus cui fit hæc substitutio, sit in potestate testatoris. nã filio quãuis pupillo in testatoris potestate non existẽti, non potest pupillariter substitui: ideo bastardis & spuriis, aut simpliciter adoptatis filiis nõ potest hæc substitutio fieri, cùm nõ sint in potestate patris, vt s. vidistis: nisi vt ibi dictũ fuit, essent legitimati: quia tunc haberẽtur ꝙ legitimè natis. Similiter substitui nõ põt filiis pupillis emãcipatis propter defectũ patrię potestatis, licet testari nõ possint ꝙpter defectũ discretę ętatis, nec de lege cõmuni liberos habere possint. l. impunitas. C. de pœ. l. auxilũ. §. in delictis. ff. de min.

† Sed dubiũ est, quo tẽpore filius cui pupillariter substituitur, esse debeat in potestate testatoris? & videt ꝙ satis sit eũ esse in potestate tẽpore mortis, licet nõ tempore testamẽti. l. ij. §. sed si extraneũ. ff. de vul. & pup. Sed dicatis, ꝙ requirit quòd etiã sit in potestate tẽpore testamenti, seu saltẽ tẽpore substitutionis sibi factæ. l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de hæredi. insti. Et sic requirit, quòd duob' tẽporibus sit in potestate testatoris, scilicet tẽpore testamẽti, seu saltẽ tẽpore substitutionis, & tẽpore quo testator moritur. Nec ob. tex. in d. §. sed si extraneũ. quia intelligitur, quòd ibi tẽpore quo testator instituit pupillũ extraneũ, & sic tẽpore testamẽti paterni, ille pupillus non erit in potestate: sed post testamentũ ipsum adoptauit, & post adoptionẽ ei pupillariter substituit: & sic tẽpore substitutionis erat in potestate testatoris, licet non tempore testamẽti sui: vt ibi, secundũ intellectũ Franc. de Rampo. & Rapha. Nã vt ibi dicit Rapha. post testamẽtum patris fieri potest hæc substitutio pupillaris, etiã ex interuallo, vt d. l. ij. §. priùs. de vulg. & pu. Et dubium ibi esse poterat secundũ eum, quia cùm substitutio hæc pẽdeat à testamento paterno, videbatur trahi ad tempus testamẽti cõditi, & consequẽter videbatur exigi habilitas tẽpore testamenti. Attamen tex. ibi decidit, quòd sufficit illũ cui substituitur esse in potestate testatoris tẽpore substitutionis, licet tẽpore testamẽti nõ esset. arg. l. ij. ff. de iure cod. vbi potest in codicillis relinqui incapaci tẽpore testamẽti, licet codicilli ex testamẽto pendeãt. Vnde restat pupillum cui substituitur debere esse duobus tẽporib' in testatoris potestate, scilicet tẽpore substitutionis, & tẽpore mortis testatoris. Sed gl. Bar. Ang. & Imo. in d. l. ij. de vul. & pup. tenent sufficere ipsum esse in potestate, tẽpore mortis testatoris, per d. §. sed si extraneũ. Nã iura dicẽtia tribus tẽporibus requiri capacitatẽ, intelliguntur vbi requiritur de capacitate hæredis instituti, vt d. l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de hære. insti. licet Bal. aliter dixerit. Sed vbi requiritur de alia habilitate, quã de capacitate, sufficit ꝙ habilitas adsit tẽpore mortis: præsertim in casu nostro, ex quo ab initio nõ fuit dispositio nulla ex toto: quia licet nõ valuerit à principio, vt pupillaris propter defectũ patriæ potestatis: tamẽ valuit, vt tacita vulgaris l. fi. C. de hęr. inst. quia quoties substitutio pupillaris fit minori, scilicet adulto, vel extraneo, cõtinet in se tacitã vulgarẽ, vt d. l. fin. secundum Gul. quẽ sequitur Bar. in l. j. §. j. de vulg. & pup. Et vidistis s. in tractatu vulgaris. in fin. in vlt. q. Et probatur à simili per doctrinam quæ elicitur ex tex. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mor. iuncta l. cum precario. ff. de prec. Si ergo substitutio facta extraneo, id est, in potestate testatoris non existenti, valeat à principio, vt tacita vulgaris, faciliter mutabitur in similẽ causam, & cõuertetur in pupillarẽ superueniente patria potestate, licet à principio aliquid inuenerit contra naturã pupillaris, scilicet defectus patrię potestatis. Ang. tamẽ Aret. tenet primã opinionem in §. j. Instit. de pupil. substi. adhærẽdo opinioni Frãc. de Rampo. & Raph. Sed posteà in suo tractatu testamẽtorũ, in verbo, Pupillariter, dicit quòd opi. Bar. & sequacium seruatur in practica tanquam *cõmunis*, licet alia sit de iure verior. Sec nunc obiicere posset legista: hodie iure nouissimo sublatã esse differentiã emãcipationis & patriæ potestatis. per tex. in Authen. de hæred. quæ ab intesta. viij. colla. Et sic curandũ non videtur, an hæc substitutio fiat pupillo, in testatoris potestate existẽti, aut emãcipato, vel alteri extraneo. Sed nõ obstat, quia illa differẽtia fuit tãtùm sublata quo ad successiones ab intestato: sed in successionib' ex testamento nihil est hodie immutatũ, vt plenè no. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Vnde sicut olim non poterat emancipato pupillariter substitui, sic nec hodie poterit. † Ex quo resultat, ꝙ sicut olim mater non poterat filio pupillariter substituere, ita nec hodie, cùm filiũ nõ habeat in potestate. Instit. de ado. §. fœminæ. & l. si mater. ff. de vulg. & pupilla. substi. Fallit tamẽ vbi esset statutũ vel consuetudo, ꝙ mater haberet filiũ in potestate: quia eo tũc posset filio suo pupillariter substituere, per tex. in d. l. ij. ff. de vulg. & pupil. & Insti. de pupil. substit. §. j. qui loquitur indistinctè & indefinitè, non plus cõprehendens patrẽ, quàm matrẽ, dũ tamen habeat filiũ in potestate. secũdũ Alex. in d. l. ij. iij. col. in fi. Sed Bal. in d. l. precibus. C. de impu. & aliis substi. tenet cõtrariũ, scilicet ꝙ etiã si mater habeat filiũ in potestate, nõ possit ei pupillariter substituere: tũ nihil allegat, nisi quia statutũ hoc nõ dicit, volẽs innuere, ꝙ in correctoriis nõ fit extẽsio. l. præcipimus. in fi. C. de appella. Ego autẽ ex dictis Alex. concordarẽ sic opiniones, ꝙ aut mater nõ posset filio pupillariter substituere sine patris præiudicio: putà, quia pater adhuc viuit qui preuaretur vsufructu & administratione bonorum filij aduentitiorum, in ætate pupillari mortui, & tunc seruetur opi. Bal. vt scilicet mater filio substituere non possit, aut mater ei substituere posset sine patris prẽiudicio: putà, quia pupillus eius filius patre carẽte: & tunc locũ haberet prima opinio, vt postquã ipsum in potestate habet, etiã ei substituere possit. Ideo cũ in quibusdã terris sint statuta, ꝙ mortuo patre, fili' recidat in matris potestatẽ, eo tũc mater defuncto marito poterit filiis suis impuberib' pupillariter substituere, cũ eos habeat in potestate: qa cadẽ est ratio in ipsa, sicut in patre, & sic idẽ ius seruari debet. Et quia hæc est quędã prærogatio patriæ potestatis, quæ intelligi debet cũ suis qualitatibus. l. itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & ca. is qui. de præbẽ, lib. vj. facit quod in simili not. Bar. in l. ij. in prin. ff. de publ. iudi. † Prætereà

hæc extensio passiua locũ habet etiam in statutis per identitatẽ rationis, secundũ Bar. in l. omnes verò populi. ff. de iusti. & iure. Et regula tradita est in d. l. ij. ff. de vul. & pupil. q̃ habẽs in potestate liberos, põt eis pupillariter substituere, vt dicit tex. ibi, vt quis liberis impuberibus. Et põderandũ est verbũ, quis, quod est aptũ comprehẽdere tam parentẽ masculũ, quã fœminã. l. j. ff. de ver. sign. dũ tamẽ filios habeat in potestate, vt est bonus tex. in §. j. Inst. de pupil. sub. vbi loquendo de substituẽte nõ magis de patre quã matre: ergo sicut pater ita & mater habens liberos in ptãte poterit eis pupillariter substituere. Ad hoc facit dictũ Bal. superius relatũ in secũdo req̃sito, vbi si statuto caueat, q̃ pupillaris ætas duret vsq; ad xx. an. vsq; ad illud tẽpus fieri poterit pupillaris substitutio. hoc firmatur ratione: quia prorogatio procedit cessante odio, pariter de persona ad personã, sicut de tempore ad tẽpus. l. j. & ij. ff. de iud. vt dicamus, q̃ sicut potestas substituẽdi ꝓrogat̃ de certo tẽpore ad maius tẽpus, vt dicit Bal. sic etiã debet posse prorogari de ꝑsona in personã, sicut de patre in matrẽ, secũdũ Angel. in d. §. j. Insti. de pupil. substi. Ad hoc facit quod
35 decidit Dominicus in ca. licet. de sepul. lib. vj. † q̃ ex cõsuetudine mater posset sicut pater eligere ꝑ filio sepulturã, quãuis tex. ibi non loquat̃ ibi nisi de patre. Sed idẽ esset in matre, si statutũ aut cõsuetudo de ipsa
36 loqueret, secundũ eũ ibi. † An autem substitutio pupillaris à matre facta saltẽ valeat iure fideicõmissi, si filiũ in ptãte nõ habeat, prout de iure cõmuni nõ habet, vel facta à patre filio emãcipato. Certè gl. & Doctores, in d. l. verbis ciuilibus. de vulg. & pup. tenent q̃ sic infra tẽpora pubertatis: sed nõ post pubertatẽ. Et est *communis* opinio, nõ sine ratione fundata: quia nõ debet imperitia mulieris q̃ nescit quid sit pupillaris aut vulgaris substitutio officere veræ & reali intentioni ipsius, argu. l. codicillis. §. fi. ff. de leg. ij. & l.
37 quoniã indignum. C. isto tit. † Nã & ipse iudex ex potestate sibi à lege cõcessa interpretari debet vltimã voluntatẽ, vt potius valeat quã pereat. l. vtrũ. ff. de rebus dubiis. & l. volũtatis. C. de fideicom. & l. fi. ff. de test. manu. Aliàs crudelis foret, & penitus à rõne aliena interpretatio, q̃ fieret ad iudicia subuertẽda de functorũ, vt dicit tex. in l. iij. ff. de test. milit. Vnde & si verba fideicõmissorũ deficerẽt, tamen eũ sermonẽ pro fideicõmisso debemus accipere. l. vnũ ex familia §. itẽ Imperator Marcus. ff. de le. ij. Et ita pulchrè in hanc partẽ cõsuluit Bal. in ij. par. consil. cxiiij. Vnde restat, q̃ patria potestas est de substãtia huius substitutionis, vt scilicet ille cui fit, sit in potestate substi-
38 tuentis. † Ex quo videtur, q̃ cùm Galli aut Britones nõ habeãt liberos suos in ptãte, vt de Gallis seu Frãcis, dicit gl. singularis. Insti. de patria pote. §. j. quam valde cõmẽdat, & sequitur Bal. in c. j. an maritus succed vxori in benefi. & Lud. Ro. in l. penul. C. qui testa. face. pos. & Panor. in c. fi. in fi. de cõuersio. infideli. Et de Britonib⁹ decidit Bal. in c. j. §. si duo. de duobus fratri. de nouo benefi. inue. non poterunt eis pupillariter substituere propter defectũ patriæ potesta-
39 tis. † Ideo Galli vocantur Franci: quod nomen à Valentiniano Imperatore, qui eos primus, Frãcos, idest feroces & fortes appelauit, ortũ habuit. Post enim Troiæ euersionẽ copia Troianorum non modica ad partes Pãoniæ deuenit, vbi ciuitatẽ Sicambriã construentes manserunt ibi, donec ad tempora Valentiniani Imperatoris, Romano imperio semper infesti: qui demum à prædicto Imperatore) quia tributa soluere recusabant) expulsi, aliquandiu iuxta Rhenum fluuium in cõfinio Germaniæ & Alemaniæ habitarunt: quos cùm idem Valentinianus multis præliis sibi subiugare attentasset, nec aliquatenus hoc perficere valuisset. eos appellauit Fancos, id est feroces, vt pulchrè narrat glo. in prin. pragmaticæ super verbo, Frãcorum: vt pleniùs dixi in verbo, *Duas habens filias*. Vnde Isidorus lib. ix. Etymologiarum: Roma, inquit, graues generat, Græcia leues, Africa versipelles, Gallia verò natura feroces, ingenióque acres.
40 † Gallorum quidẽ (vt Eutropius scribit) animi feroces sunt, eorũq̃ corpora in principio plus quàm humana: sed experimẽto deprehẽsum est, quòd eorũ virtus, sicut primo impetu maior quàm virorum est, ita sequens minor quàm feminarum. Alpina, inquit. corpora albenti cœlo educata habent quoddam niuibus suis simile. Cùm mox calore pugnæ statim in sudorem eunt, & leui motu quasi sole laxantur. Et Silius Italicus de illis sic dicit, *Quinetiam ingenio fluxi, sed prima feroces vaniloquum Celtæ genus & mutabile mentis.* & in can. quorundam. xxxiiij. distinct. dicuntur irreuerentes. Pariter Cæsar commentariorum suorũ de bello Gallico, lib. iij. refert intellexisse omnes ferè Gallos nouis rebus studere, & ad bellũ mobiliter celeritérq; excitari. & in lib. vij. dicit, quòd ex eis alios impellit auaritia, alios iracundia, & temeritas, quæ maximè illi hominum generi est innata, vt leuem auditionẽ habeant pro re cõperta. & sequitur allegat. libr. iij. Et vt ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus: sic mollis, ac minimè resistens ad calamitates perferẽdas mens eorum est. De vno tamen, scilicet de religione & iustitia eos, libro vj. summè commendat in hæc verba: natio est omnium Gallorum admodum dedita religionibus, atq; ob eam causam qui sunt affecti grauioribus morbis, quíq; in præliis periculísq; versãtur, aut pro victimis homines immolãt, aut se immolaturos vouẽt. Administríq; ad ea sacrificia Druydibus, id est illis sacerdotibus vtuntur, quia pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse Deorũ immortaliũ numẽ placari arbitrãtur. Hęc ille. Nec huius innati Gallorũ feruoris ad religionẽ oblitus est. Valer. lib. iij. c. ij. tit. de fortitudine, de Caio Attilio loquens. Cùm Romani Gallorum exercitu pulsi in Capitolium se contulissent, senibus in planicie ciuitatis apertis ianuis in curulibus sellis cum insignibus magistratuũ quos gesserãt, sacerdotiorúmq; cõsedẽtibus: quorũ veneralibi aspectu à Gallorũ hostium, qui religionis semper fuerunt obseruantissimi, iniuria tuti essent: ad quos Gallos, olim Romani sciẽtes eos religionis doctissimos & obseruantissimos à ciuitate vt florentissima, tum & opulẽtissima decem principum filios senatusc cõsulto singulis Hetruriæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia tradiderunt, vt idem refert Valerius lib. j. titulo de seruata religione, c. ij. In Hetruria enim quæ in Gallia Cisalpina regio est, duodecim erant populi, quorum singulis decem filij principũ & magnatũ ciuitatis traditi fuere, vel secũdum Ciceronẽ sex tantũ filij, qui fuerũt oẽs numero septuagintaduo missi & traditi sacrorum disciplinæ vestigiũ euidẽs christicolarũ à principio: quia Christo duodecim fuerũt principales Apostoli ad fidem sacrã docendũ, & lxxij. discipuli ad addiscendũ fidẽ & sacra nouæ legis, & posteà vniuerso pupulo diuulgandũ. Crediderũt pariter ipsi Galli & religiosissimè animas hominũ esse immortales, & perpetuò viuere,
41 vt dixi super verbo, *testamentum.* iiij. † Gallia enim à candore populi nuncupata est, teste Isidoro. Nam

BIU Cujas

γάλα Græcè, lac dicitur. Mõtes profectò & rigor cœli ab ea parte solis ardorẽ excludunt, quo fit vt cãdor corporum nõ coloretur. Vnde quantò magis Gallia erat olim erroribus gẽtilium illigata, tãto magis suũ nomen spiritualiter fuit mentita, donec per Christũ facta est discipula veritatis. Et tunc vero candore fidei illustrata veraciter Gallia est nuncupata, vt vaticiniũ Esaiæ cõpleretur, quo dicebatur: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã. Tunc pariter tota Gallia suum verũ sortita fuit nomẽ. vt dixi in verbo, *Duas habens filias*. Adeò industria atq; laboris patiens gens est, suis principibus ad seruitutẽ vsq; forè obediẽs: Adeò ꝙ Celtiberi isti populi ex Celtis, id est, Gallis Celticis & Iberis in Gallia Celtica degẽtes suo principi plusquã fideles, semper existimarunt nephas esse suo principe in acie mortuo superuiuere: sicut Cymbri quos Flamingos appellamus, lamẽtantur in morbo decedere, & lætãtur in bello mori glorioſè. De quibus dicit Valer. li. ij. titu. de insti. antiq. Alacris, & fortis Cymbrorũ & Celtiberorũ philosophia, qui in acie gaudio exultabãt, tanquã gloriosè & feliciter vita excessuri: lamentabãtur in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri. Celtiberi etiã nephas ducebãt esse prælio supereſſe, cùm is scilicet eorum princeps occidisset, id est, occisus esset, ꝓ cuius salute spiritũ deuouerant. Laudãda vtrorunq; populorũ animi prẽstantia, ꝙ & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidẽ amicitiæ constãter præstandã arbitrabãtur. Hæc ille. Est enim eorum scilicet Gallorũ natio cõuictu facilis, amicitiæ custos, alioquin suarũ iniuriarũ prẽsens vltrix, & ad arma propẽſior. Adeò ꝙ vt Saluſt. dicit in Catilinario, Sicut facundia Græci, sic Galli bello gloria Romanos antecessere. Imò refert Mare historiarũ, Plotiũ Rhetoricũ Frãcię oriũdum, rhetoricã latinã Romę primũ docuisse: in bello tamẽ sẽper præualuisse. Pariter olim (vt Iustinus ait) in Africa, & Asia, nullũ sine Gallo milite bellũ feliciter gerebatur. Nec vnquã Romani (vt Saluſtius in Iugurtino subiunxit) cum Gallis pro gloria obtinẽda, sed pro salute conseruanda bellabant. Et sic Romani cõtra Gallos vix egrediendo, sed tantum defendẽdo
42 prẽſiabãtur. † Ideo cũ in Gallia sint oẽs prompti ad gladiũ, & faciles, statutũ fuit, & hodie seruatur, ꝙ si vnus ex pluribus simul pergentibus, vel stantibus hominẽ occiderit, quãuis certus sit occisor: tamẽ cõtra omnes velut homicidas, licet nõ malè facere cogitauerint, proceditur: nec liberãtur ab occiſo, nisi indulgentiã à rege obtinuerint, quę faciliter eis datur. Cũ hoc nõ fiat, nisi ad restringendũ audaciã percutiendi, vt impleatur Catonicũ illud dictũ: Rumores fuge. tamen nullus teneretur de iure præter occisorẽ: & si de illo nõ cõstaret, nemo teneretur corporaliter, sed bene tenerẽtur omnes pecuniariter. l. itẽ Mela. §. si plures. ff. ad l. Aquil. Est ergo Gallica natio naturaliter bellicoſa, tamẽ sacrorũ reuerẽs: & Christianæ fidei, præter alias nationes deuotissima, cuius tutãdæ solicitudinẽ quasi ex professo Frãci principes nullo non tẽpore, vt Gaguinus ait, susceperunt. Extãt eius rei in omni quẽ adierunt loco nõ vana trophæa, sed extructæ ab illis sacræ ædes, & illis ad rem diuinã instituti sacerdotes: longè profectò glorioſius rei bene gestę monumẽtum. Hæc ille. Et omne bonum, quod Angli reges in regnãdo habẽt, à Frãcis obtinuerunt tẽpore Caroli magni, post obitum Bristici Anglorum regis: de quo Gaguinus lib. iiij. c. j. sic dicit: Erat his diebus Ebritus Anglus, qui propter morũ elegantiã Bristico Anglorum regi suspectus habebatur. Quare regis insidias timẽs ad Frãcos se cõtulit, vbi liberaliter p tẽpus acceptus, cum Bristicũ mortẽ obiisse accepit in Angliã reuersus Anglis imperauit. Id autem diuina ꝓuidẽtia factũ scriptor quidã Anglus Malmesberie monachus asseuerat his verbis: Quod Dei cõsilio factũ, inquit, intelligo, vt vir ille ad tãtũ regnũ erectus regnãdi disciplinã à Frãcis acciperet. Est enim gens illa & exercitatione viriũ, & comitate morum cũctorum occidẽtalium facilè princeps. Quinimò in patria illa forenses disceptationes gallico exarantur sermone, vt dixi in verbo, *Et vxorẽ nomine Adelasiam*. prope fin. Vel Frãci dicuntur, id est liberi, quia nusquã subiici voluerũt imperatori, nec tributis eiusdem. Nã francum idem est, quod liberum à seruitiis & operis exhibendis, secundum Ioã. And. in addit. Spec. tit. de prẽscri. Bal. in præludiis feudorũ. Panor. consi. lxxxiij. & Old. consil. ccxxxiij Ideo Bal. in l. Barbar. xj. col. ff. de officio præt. pulchrè dicit populum Gallicum fore omnino liberum, sicut Roma-
43 num. † Et inde est, ꝙ ab ista libertate & frãchesia in qua populus Gallicus dicitur cõstitutus, rex noster Christianissimus, nõ solùm à patria vocatur rex Frãciæ: quinimò populo libero regnãs, rex Francorum appellatur. in quo verificari potest, quod pulchrè dicit Bal. in c. imperialem. § fin. de prohi. feudi ali. vbi singulariter dicit, quòd rex Franciæ quo ad subditos suos est in regno suo velut quidã corporalis Deus. Et supra omnes reges est tanquã stella matutina in medio nebulæ, vtpote in tẽporalibus superiorẽ non recognoscens. c. per venerabilẽ. qui filij sint legiti. secundum Spec. tit. de feud. §. quoniã super homagiis. verſ. xv. quæritur. Et alibi dicit Cal. in c. j. de renun. quia mundus totus regitur quadam vmbrâ. Nam rex Francorũ nõ est nisi vbi tenet pedes, & tamen vmbra sua regit totũ regnũ. Cui singulariter subditi fidelio res esse debẽt, iuxta illud Boetij in ij. de militari disciplina. Cùm, inquit, imperator Augusti nomẽ accepit, tanquam præsenti & corporali Deo fidelis est ei præstanda deuotio, & impendẽdus priuilegiis famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militãs seruit, cùm fideliter eũ diligit, qui regnat Deo autore. Hęc Bal. de pace tenenda, in prin. Sicut Francorum rex oleo diuino vnctus, vt vidistis, in verb. *Duas habens filias*. in magna additione. Immediatè habens imperium à Deo nemini subiicitur: nec præstat pro regno homagiũ: sed soli Petro filialẽ obedientiã. Nec immeritò, quoniã, vt dicit idem Bal. in j. parte, consi. ccccxvij. & seq. Rex Frãciæ lege regitur intellectus. Subiungens Frãcorum regẽ, ſuper omnes reges Christianorum coronã obtinere libertatis & gloriæ. Et ꝙ ſuper prima vexilla inuictiſſimi Francorũ regis, nemo præsumat honorẽ. & in tit. de prohi. feu. alie. idem Bal. regem Francię dicit supra omnes reges esse tanquã stellam, vt dixi, matutinã in medio nebulę meridionalis. Ecce nobilis Bal. ſemper de rege Francorũ laudabi-
44 liter est vbique locutus. † Nec est rex noster Frãcorum subditus Imperatori, vt ei subiiciatur, aut ipsum sequatur. c. per venerabilẽ. qui filij sint legi. Imò si cõ currerent, simul ambo lateraliter pergerent, secundũ Guid. Pa. q. ccxxxix. vbi refert quendã vidisse semel Carolum septimũ Frãciæ regem, & imperatorem simul incedẽtes, ac per eãdem portã trãseuntes, qui lateraliter per portã trãsiuerunt simul. Similiter refert Gaguinus lib. ix. c. ij. de Carolo Romanorũ imperatore, & Carolo v. Francorum rege, in hæc verba: Per eos dies Romanorũ imperator Carolus visendi regis desiderio, iter per Hannoniã Cameracúnque faciens

BIU Cujas

in Franciã venit. De cuius aduẽtu Carolus literis ac ceptis, ad ſingula quæ trãſiturus imperator erat loca ☞ ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam.* [De quo præmiſſis, qui illũ honorificẽtiſſimè venerarẽtur, tandem Biturigũ, & Burgundorũ Duces, Senonũ archipræſulẽ & Haricurtũ dominũ obuiã Siluanectũ profiſci iubet. Egrediẽti ſancto Dionyſio imperatore Pariſiẽſis pręſes, mercatorũ prępoſitus, & pręfectus vigilũ comitãte multa ciuiũ Pariſienſiũ frequentia, cõpoſito ordine in ęquis occurrẽtes, Imperatorẽ cõſalutãt. Rex verò poſtquã ex viculo Capella imperatorẽ diſgredi accepit, miro apparatu & pompa, Ducũ quoque & comitũ ꝓcerũ inſuper atq; epiſcoporũ ornatu, & numero vrbe ꝓceſſus, quibuſque diſtinctis officiis atque veſtib⁹ pro ſua dignitate & conditione euntibus, dũ paulò ſupra molendinũ quod eſt ſecus Dionyſianã viã peruenisſent: veniẽtibus in alter alterius cõſpectu principib⁹, aperto capite, datíſq; dextris, ſeſe amiciſſimè venerantur. Mox ad Romanorũ regẽ Carolus accedẽs impertita illi ſalute, imperatorẽ dextrorſum, regẽ verò filiũ ſiniſtrorſũ habẽs, ipſe medius inceſſit, donec ad palatiũ vẽtũ eſt, vbi grande ſpatioſumq; cœnaculũ accipiẽdo imperatori, tapeti busq́ue & mẽſis ornatiſſimũ Carolus eſſe imperauerat. Poſtquã aliquot diebus feriatũ eſt, & mutuis ſe colloquiis muneribusq́; principes coluiſſent, firmatáq; inter eos iureiurãdo amicitia eſt, diſcedentẽ imperatorẽ Carolus ad Mouſum vſque perducere ſua impenſa iubet. quod eſt notãdũ in laudẽ noſtri Francorũ regis, pro quo quicunque orat, decẽ dies habet indulgentiarũ, ab Innocẽtio iiij. cõceſſarũ ſecũdum beatũ Thomã, in iiij. Sentẽtia. quẽ refert gl. in proœmio pragmaticæ, in princi. ſuper verbo, *Tueretur.* Et Clemẽs Papa, centũ dies indulgẽtiarũ cõceſſit orãtibus pro pace & ſalute regis & reipublicæ regni Frãciæ. Cuius bullæ vidi extractũ ſumptũ ab originali. (Additio) Et anno præſenti M. cccccxiiij. Leo decimus Papa modernus. vnũ annũ indulgẽtiæ cõceſſit. Necnõ quicũq; cõtra eũ bellũ moueret indebitè, eſt eo ipſo excõmunicatus. de quo Gaguinus idẽ li. iiij. ſic dicit, Poſt id tẽpus Stephanus ſecũd⁹ põtifex Roman. vrbe egreſſus Cariſiacũ ad Pipinũ ſe cõtulit. Pipinuq́; in regẽ Frãcorũ ſacrauit. Cauſa profectionis fuit: Aſtulphus Lõgobarborũ rex grauiore tributo Romanos premebat, indicto cuiq; capitali cẽſu atq; annuo. Pontifici propterea ſuppetias ferre Pipinus pollicetur, Stephanus autẽ, vt regi gratificaret, Pipino benedixit, & poſteritati eius, aque qui temeritate aliqua aduerſus Francos bella mouerẽt, cõmunione chriſtiana interdixit. hæc ille. Pręterea alio potitur à ſede apoſtolica priuilegio, ꝙ ſentẽtia interdicti generalis ferri non põt, ſine Papæ mandato ſpeciali. Nec obſtat. c. nouit. de iud. quod priuilegiũ fuit ei cõceſſũ per Gregoriũ & Clementẽ, ſummos præſules (Additio) Bullas huius priuilegij reperietis in regiſtro ordinationũ regiarũ cameræ inquęſtarũ parlamẽti Toloſę, fo. xlvij. verſ. Imò nõ põt à quocũque pręſertim regni ſui antiſtite excõicari, nec excõicat⁹ declarari, vt declararunt Clemens quintus, & Martinus Papa. Quod priuilegiũ etiã extendit ad officiarios regios, vt ꝓactu & exercitio iuriſdictiõis tẽporalis, & eus exercitio nõ ſint excõicati, nec excõicari poſſit, arg. no. in c. iudicatũ. lxxxix. diſtin. †Cùm idẽ priuilegiũ habeat familia quod dominus. c. eccleſia. xij. qõ. ij. & gl. in c. clericũ. xj. qõ. j. & not. in l. aſſumptio. ff. ad muni. de quo ſtant plura arreſta cõtra archipræſulẽ Rothomagen. officialẽ Rhemẽſem, & archiepiſcopum Turonen. qui Balliuos excõmunicauerãt de his quæ officiando fecerant: de quibus priuilegiis multa dixi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam.* [De quo habemus nunc clarius hoc deciſum per Ioannẽ Ferraldum procuratorem fiſci Cœnomanen. in ſuo tractatu, de iuribus & priuilegiis Francorũ regis, verſic. Sextũ ſanctũ dicens contra archiepiſcopum Rothomagen. fuiſſe de hoc arreſtum latum Anno Domini M. cccxcix. & cõtra officialẽ Rhemenſem eodẽ anno, & contra archiepiſcopum Turonen. qui balliuos & ſeruiẽtes excommunicauerat, idem fuit dictum, & vlteriùs, ꝙ in monitionibus generalibus non cõprehẽderẽtur officiales regni, & quod ita declararet: dicit inſuper ſe præſentem fuiſſe dum anno Domini M. cccccvij. die lunæ xvj. Aprilis, in parlamento Pariſiis fuit declaratũ, ꝙ in monitione generali etiam non cõprehenderetur grapharius & cõmentarienſis caſtelleti, de his quę ſciebant tanquã officiales regij, & ita declarauit procu. epiſcopi Pariſ.] Vnde cùm tales regnicolæ & rex alium quã ipſum Deũ non recognoſcant, verè dicuntur Franci. quia nec imperatori ſubiiciũtur, nec patriæ poteſtati. Ideo vidiſtis ſuprà in verb. *Matrẽ inſuper Clerã.* quod Galli & Britones etiam poſſunt de aduentitiis teſtari: cùm ſecundum eorum legem nõ ſint in poteſtate parẽtum, quæ inuenta fuit iure Romano: quo Galli non vtuntur, niſi pro ratione, ſecundum Bal. in c. fi. de cõſue. Et ſic nõ videtur quod poſſint filiis ſuis pupillariter ſubſtituere, niſi dicam⁹ quia cũ hodie in multis & ferè omnibus ſtudiis generalib. regni Frãciæ leges Romanorũ legãtur, ſecundũ quas quotidie iudicatur patria poteſtas iure Romano inuẽta, ſatis videtur in dicto regno ap ꝓbata, ſicut dicimus de vſibus feudorũ, poſtquã in ſcholis legũtur, vt plenè not. Bal. in præludiis feudorũ. ij. & iij. col. & ibi Aluarotus iiij. col. in fi. Licet enim Francigenæ non vtantur lege Romana, quia lex cui nõ ſubiiciuntur: tñ ea vtũtur, ꝙa bona, æqua, & rationabilis, ſecundũ Bal. in d. c. fi. viij. col. de cõſue. Facit quod dicit Ion. Fab. in §. j. Inſti. ad Tertyllianum, ꝙ licet ex cõſuetudine Frãciæ vxor tranſeat in poteſtatem viri, tamẽ remanet in poteſtate patris. Præterea poteſt eſſe, ꝙ in regno Frãciæ filij nõ ſunt in patria poteſtate, quatenus eſſe in patris poteſtate eſſet eis præiudicium, ſicut eſſet ſi teſtari non poſſent conſtituti in ætate legitima ſcilicet pubertatis. Nam lex ſeu conſuetudo Franciæ liberorum fauore inoleuit, vt liberè teſtari poſſint. Et vt pater nihil habeat in eorum bonis aduentitiis, vt dictum eſt. Sed quatenus vtile eſſet filiis eſſe in patris poteſtate, tunc non haberentur ſui iuris, nec pro emãcipatis: & ſic pater poterit eis ſubſtituere pupillariter. Nam ſi eis ſubſtituere nõ poſſet, non eſſet eis vtile, imò in eorũ verteretur præiudicium & dãnum: quia decederent inteſtati, nõ propter patriã poteſtatẽ, ſed propter ætatis defectũ. Cùm hęc pupillaris ſubſtitutio ſit teſtamentum filij. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſta. quod eſſet cõtra l. quod fauore. C. de legib. quia poſſe filio ſubſtituere pupillariter, eſt bonũ rationabile & vtile filio: ideo cùm in Frãcia lex Romanorum ſeruetur, nõ quia lex, ſed quia bona & æqua, per cõſequens in ea ſeruabitur hæc ſubſtitutio, velut æqua & rationabilis. Sicut à ſimili dicebat Bald. poſt gl. in l. nepotes. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. ꝙ epiſcopus qui de iure non eſt in patris poteſtate, hæreditatẽ paternam tranſmittit ad quoſcunque hęredes tanquã ſuus hæres, cum in his in quibus verſatur eius fauor & honor, nõ cenſeatur extra patriam poteſtatem eſſe, ſed ſolùm vbi & quando ei expedit.

45

Si ergo

BIU Cujas

Sic ergo erit in casu nostro, vbi quo ad hanc substitutionẽ pertinet, expedit filio quòd nõ habeat ꝑ emancipato. †Et idẽ dico in statuto & cõsuetudine Tolosana volente filiũ à patre seorsum cõmorantẽ, haberi pro emancipato: quia intelligitur, si ei expediat esse extra patriã potestatẽ: aliàs nõ, secundum Bar. in l. itẽ in potestate. in fi. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. quod est notãdũ. †Similiter pater hereticus cũ filios nõ habeat in potestate, c. ij. de hære. lib. vj. non posset filio suo pupillo substituere pupillariter, nec etiã pater schismaticus, secundũ Bald. in l. nã ciuiũ. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Nec etiã Iudæus filiis suis nouiter baptizatis, secũdũ gl. in c. Iudeorũ. xxviij. q. j. †Et intelligatis sanè, ꝙ pater substituere non potest filio emãcipato per viã pupillaris substitutionis, sed bene potest per patrẽ eius institutio omitti, & per fideicõmissum sibi in tempus pubertatis relinqui: quo casu tale fideicõmissum vel legatũ tãtundem importabit, quãtũ substitutio pupillaris. vt putà, pater filiũ nõ habens in potestate, & alterũ in potestate, ambos tamẽ impuberes, potest solum filiũ in potestate instituere hęredẽ: & ab eo alteri filio emãcipato, cum pubes factus fuerit, dimidiã hæreditatis legare, vel alio modo relinquere. Quo casu si emancipatus in ætate pupillari decedat, sua dimidia remanebit filio hæredi instituto, ac si ei potuisset pupillariter substitui, ꝑ tex. no. in l. cùm ex filio. §. j. vbi plenè Bar. & Alex. ff. de vulg. & pupil. Nec censetur ille filius emãcipatus interim prętereritus, vt dicere possit testamentũ nullũ, tanquã sine causa præteritus: nec etiã in legitima: de qua ipso iure omne grauamen & dilatio tollitur. l. quoniã in priorib. C. de inoffi. testa. videtur hæres institutus, vt eam in ętate pupillari transmittere possit moriendo ad matrem. Quinimò tota sua dimidia pes filium in potestate constitutum remanebit, ac si fuisset substitutus, vt ibi plenè. Circa quæ videatis quæ plenè dixi super verb. *In eodẽ testamẽto relinquẽs.* in xv. limit. Vnum mẽti tenebitis, †ꝙ pupillaris substitutio filio extraneo scilicet in potestate patris non cõstituto facta, vt quia emãcipato aut bastardo in his quæ capere potest, vel alteri in potestate testatoris non existẽti, valet iure fideicõmissi, secundum glo. in d. l. verbis ciuilibus. quã ibi sequuntur Bar. & Alex. & est *cõmunis opinio.* Sicque restat cõclusio, quòd filius cui pupillariter substituitur, debet esse in potestate substituẽtis, aut saltem debet esse talis, qui si natus esset, in potestate testatoris esset, vt posthumus, cui cùm habeat ꝑ iam nato, quoties de sui cõmodo querit. ff. de sta. homi. l. quærit. põt substitui, licet in potestate testatoris nõ sit. l. fi. ff. de collat. bon. & d. l. morib⁹. ver. planè ff. de vulg. & pup. Et idẽ in milite, qui filio etiã emãcipato pupillariter substituere põt. l. miles ita. §. exhæredato. ff. de testa. mili. Sed valebit tunc substitutio quo ad bona militis tantùm: sed nõ quo ad bona pupilli aliunde quæsita, vt ibi.

†Quartò requiritur ad hanc substitutionem, vt valeat, quòd ille cui substitur, efficiatur sui iuris post mortem testatoris, ita quòd in potestatẽ alterius nõ recidat. Vnde licet auus nepotẽ ex filio habeat in potestate, tamẽ non potest ei pupillariter substituere, quia post mortem aui talis nepos recasurus est in potestatem sui patris. Insti. quib. mod. ius pat. potesta. soluitur. §. j. Et ratio est, quia pater pupilli facere potest testamentum pro filio, qui propter ætatem solã testari non potest. Instit. de pupil. substi. §. j. Sed posito, quòd in tali nepote non esset defectus ætatis, tamen testari non posset: quia est in potestate alterius l. qui in potestate. ff. eo. & idem foret, si pupillus alia ratione esset intestabilis, ꝙ ratione ætatis. Putà, quia post mortẽ patris doli capax effectus deportatur. l. j. C. de hæred. insti. & plenè Bar. in l. in pupillari. ff. de vulg. & pup. Et dicã plenè j. in vltimo principali artic. †Et intãtum est hoc verũ ꝙ nepoti pupillo possit pupillariter substitui, cùm sit recasurus in potestatem sui patris: quòd etiã talis substitutio ei facta non valeret, etiã si miles esset, prout esse potest de iure. l. fi. C. de test. mili. Nã per hoc fieret iniuria patri suo, in cuius potestatẽ est recasurus, quia auferret ei potestatẽ substituẽdi pupillariter militi, secundũ Bar. in d. l. ij. de vulg. & pupil. ꝑ illũ tex. qui loquit indistinctè, ꝙ filio in alterius potestatẽ recasuro substitui nõ possit. subiungẽs ibi secus esse, si ipse auus testator esset miles, qui nepoti militi substitueret: quo casu valeret substitutio, arg. l. cùm filio. ff. de testa. mili. & l. impuberi. ff. de admin. tut. Quod intelligatis verum, quòd valebit substitutio, quo ad bona, quæ confert ipse auus miles nepoti suo militi pupillo. sed nõ quo ad alia bona ipsius pupilli, vt d. l. cũ filius. vbi est casus not. & l. miles ita. §. exhæredato. ff. de test. mili. secundũ Imo. hîc, & in d. l. ij. quẽ ibi sequũtur Alex. & Sali. in l. si testamento. C. de impu. & aliis substi.

Ex quo infert Ang. in d. l. ij. §. fin. posse contingere casum quo nepos ille impubes decedet pro parte testatus, scilicet quo ad bona aui militis, in quibus habet substitutũ pupillarẽ, & quo ad alia bona decedet intestatus. Cùm ille, scilicet pater suus, in cuius potestatẽ recidit, sibi nõ ꝙuiderit de aliquo substituto pupillari. Sed nõ est verũ secundũ Alex. Quinimò cùm illa substitutio valeat iure directę militaris, nõ autem iure pupillaris, per l. in testamẽto. C. de test. mil. ꝑ eã succedit soli testatori, nõ autẽ pupillo, sicut per fideicommissariã succeditur solũ in bonis testatoris. l. co hæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulg. & pup. meritò nepos pupillus dicetur in totũ decessisse intestat⁹, quia cũ ipse substitutus succedat solũ in bonis testatoris militis, dici nõ potest substitutus pupillaris. l. is qui. & l. paterfami. & l. sed si plures. §. fin. ff. de vulg. & pup. Postremò decidit Ang. ꝙ quãdo auus pupillariter substituit nepoti, substitutio tenet à principio: sed si cõtingat ꝙ mortuo auo nepos recidat in potestatẽ sui patris, substitutio expirat. Et ita intelligit secundũ eum tex. in d. l. moribus. in vers. nepotib⁹. iuncto ver. si eos ff. de vulg. & pup. qui prima facie videbãtur repugnare. quod an sit verũ, potestis intelligere ex prædictis.

†Quintò requiritur, quòd ille cui pupillariter substituitur, non desierit esse in potestate ante mortẽ testatoris, aliàs autem si ante mortem testatoris substituentis desineret esse in potestate, substitutio euaneseeret, & expiraret. Quod verum intelligatis si per emancipationem exiret de patria potestate, vt d. l. cũ filio. Et idem si alij daretur in adoptionẽ in casibus, in quibus per adoptionẽ iura patris naturalis dissoluuntur, & filius trãsit in potestatẽ adoptãtis: quod est quãdo datur in adoptionẽ cõiunctæ personæ. Inst. de adop. §. sed nostra. Quo casu expirat substitutio pupillaris, adeò ꝙ nõ valet etiã iure fideicõmissi, attẽto ꝙ semel valere incepit iure directo: & sic locũ nõ habet gl. in d. l. verbis ciuilibus. quæ loquitur qñ substitutio iure directo nunquã valuit ab initio, secũdum Bar. & doct. ibi. Hic autẽ semel valuit, sed postmodũ expirauit. Et hoc verũ, ꝙ per arrogationem tollitur substitutio pupillaris. Tamen si pater arrogator filio præmoreretur, adhuc viuente patre vero & naturali, talis substitutio quę semel fuit extincta, non recõualescit

leſcit de iure ciuili, etiã vt valeat iure fideicõmiſſi, vt dictum eſt: ſed bene recõualeſcet de æquitate prætoria. arg. l. poſthumus. ff. de iniuſto rupt. teſta. ſecundũ Bar. quem *cõmuniter* ibi ſequuntur doct. & Iaſ. in repetitione l. ſi arrogator. ff. de adoptio. Videte quę latius dicã infrà in ſeptimo principali articu poſt Bar. in d. l. ij. de vulg. & pupil. poſt Gul. de Cug. in d. l. precibus. Imo. hic, & Sali. in d. l. ſi teſtamẽto. C. de impu. & aliis ſubſtit. dicẽtes, quòd nõ valet talis ſubſtitutio ſemel extincta, etiã iure fideicõmiſſi: quod eſt intelligẽdum de iure ciuili, ſed vt dixi, bene recõualeſcit in caſu prædicto de æquitate prętoria, vt valeat tanquã directa: vt ſubſtitutus omnia habeat mortuo pupillo infrà pubertatẽ. Subiungens ibi Bar. ſi pater poſt factam ſubſtitutionẽ filiũ cui pupillariter ſubſtituerat, emãcipauerit, & poſteà eum arrogauit, ſubſtitutio reconualeſcit, per text. in d. l. moribus. §. ſed extraneũ. eadẽ ratione vel maiori. ff. de vul. & pup. Si verò filius cui ſubſtitutũ eſt, exiret de patria poteſtate per dignitatẽ, tunc non extinguitur pupillaris ſubſtitutio: quia omnia iura ſibi remanent firma, tam naturalia quã legitima, vt in auth. conſtit. quę de dignita. libe. à patria poteſta. §. illud quoque. Or poſſe ſubſtitui
52 eſt de iure legitimo: ergo &c. †Prętereà tunc per dignitatem filius efficitur ſui iuris, qũ eſſe ſui iuris eſt ſibi cõmodum. Vbi autẽ eſſet ei commodũ eſſe in patria poteſtate, certè adhuc dicitur eſſe in poteſtate, ſecundum glo. in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de minori. & Bar. notabiliter in l. itẽ in poteſtate. in fi. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Or pupillaris ſubſtitutio eſt merus fauor filij, & cõtinet merũ commodũ. ſecundũ gl. & docto. in l. ex tribus. C. de inof. teſta. & bonus tex. in l. Iulianus. vbi Bar. ff. de acquir. hęre. Ergo quo ad iſtud cõmodum cẽſebitur eſſe in poteſtate & ſic valebit ſubſtitutio. An autẽ expiret ſubſtitutio ſi filius exeat de poteſtate patris, putà per religionis ingreſſum, videbitis. j. in vltimo principali artic.

53 †Sextò requiritur, quòd pater ſibi faciat teſtamẽtũ, vt d. l. morib. § prius. ff. de vulg. & pupil. Et deinde faciat teſtamẽtũ pro filio pupillo, ſcilicet ei pupillariter ſubſtituẽdo. teſtamentũ enim ſuis liberis nemo facere poteſt, niſi & ſibiipſi faciat. Nam pupillare teſtamentũ pars & ſequela eſt paterni teſtamẽti: adeo vt ſi patris teſtamentũ nõ valeat, nec filij quidẽ valebit, dicit tex. in §. liberis. Inſti. de pupil. ſubſtit. Quod eſt verũ, ſi ambo teſtamẽta facta ſint vno cõtextu, ſecus ſi ex interuallo: quia tunc pupillare perfectũ nõ corruit propter paternũ imperfectum, vbi eſt extraneus
54 ſubſtitutus, ſecundũ Rapha. †Nam fieri poteſt talis ſubſtitutio vno contextu: cũ teſtamento patris, ita ꝙ dicta duo teſtamenta, ſcilicet patris & filij habebũtur ꝙ vno & eodẽ teſtamẽto. l. patris & filij. ff. de vul. & pupil. ſubſti. qui tex. eſt nota. dum dicit, habẽt pro vno. & non dicit vnũ, & idem eſſe. Nam ſecundũ Angel. & Imol. aliud eſt eſſe tale, aliud verò haberi pro
55 tali. †quia verbũ haberi quãdam fictionẽ denotat. l. mercẽs. ff. de verb. ſigniſi. l. ij. C. de interdic. matri. & not. Bar. in l. ſi maritus. la ij §. legis. ff. de adult. Ex quo
56 infert Ang. †Si ſtatuto caueatur, quòd pro quolibet teſtamẽto, notarius habere debeat decẽ, vel pro quolibet teſtamẽto, decem ſoluãtur cõmuni nomine gabellæ, tũc pro teſtamẽto paterno ſoluẽtur decem, & pro ſubſtitutione pupillari, quę dicitur teſtamentum filij. ſoluentur alia decẽ. Quod tamen verũ intelligit, vbi pupillaris ſubſtitutio fuiſſet ex interuallo facta ſeorſum à paterno teſtamento. per l. ſi quis eũ. §. j. ff. de vulg. & pupil. Secus autem, ſi vno contextu ambo teſtamẽta eſſent facta, & ſub vna rogatione: quia tũc ſoluerentur tantùm decẽ pro ambobus. Alexã. tamen in d. l. patris. videtur tenere in vtroq; caſu ſiue ex interuallo ſiue vno contextu facta fuerint, duo decem deberi, vnũ pro teſtamẽto patris, alia verò decẽ pro teſtamẽto filij, quia cùm ſint duę hęreditates, ſcilicet vna patris, & altera filij, ſtatutũ videtur habuiſſe reſpectum ad duplex lucrum, quod percipit hæres ex vtriuſq; hęreditate. Et ſic prout ſunt duo corpora hęreditatũ. & nõ prout dicta teſtamenta ſunt vnũ quid intellectuale. iuxta ea quæ decidit Bart. in l. j. in fine. ff. eod. Ad hoc facit bonus tex. in §. igitur. Inſti. de pupilla. ſubſtit. Secundò infertur ex præmiſſis: quòd ſi dicta duo teſtamẽta fuerint vno & eodem cõtextu facta, adeo habẽtur pro vno & eodẽ teſtamẽto, ꝙ ſi in quolibet eſſent appoſita ſigilla teſtiũ, & teſtator amoueret ſigilla appoſita in pupillari, nihilominus vtrũque teſtamẽtum firmũ manet ex illis ſigillis in teſtamẽto paterno appoſitis: quę ſufficiunt pro debita ſolennitate vtriuſque. Tertiò infertur, quod etiã eo caſu, qũ vtrũque vno cõtextu fuit factũ, ſi teſtes ſimpliciter atteſtẽtur ſe fuiſſe adhibitos ad teſtamentũ paternum, etiam intelliguntur adhibiti ad teſtamẽtum pupillare, licet hoc nõ expreſſerim, per tex. in d. l. patris. dum dicit: ſeptem ſigna patris ſufficiũt. ſecundũ Rapha. Cu. Pau. de Caſt. & Alexã. ibi. licet aliàs ſecus videretur, per tex. in l. penul. ff. eod. Nam teſtamentũ pupillare eſt pars & ſequela paterni teſtamenti, Inſt. de pupillari ſubſtitutio. §. liberis. ſuperius allegato.

57 †Ideo vbi teſtamentũ patris valet, etiam valebit teſtamentũ filij eadẽ ſolẽnitate ſuffultum, & intantum, ꝙ ſi teſtamentũ patris eſt minus ſolẽne, prout poteſt inter liberos minus ſolẽniter teſtari. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eo. tit. Similiter valebit pupillaris ſubſtitutio per patrẽ minus ſolenniter facta, prouiſo quòd aliquis de liberis teſtatoris fuerit inſtitutus, aliàs ſecus, quia talis ſubſtitutio cõtinet fauorẽ liberorũ, vt ſic filius decedat teſtatus, vt probatur in l. Iulianus. ff. de acquir. hęre. & d. §. ex imperfecto. & ita tenet Bar. in d. l. moribus. §. j. quẽ ſequũtur ibi Rapha. & Imo. hic. Nam licet ſecũdum Salic. in d. l. ſi teſtamento. C. de impub. & aliis ſubſt. iſto caſu ſcilicet in hac ſubſtitutione pupillari tractetur de hæreditate fraterna, non autem paterna. cùm ex pupillari ſuccedatur pupillo, & non teſtatori: ob quod nõ videbatur locũ habere dictus §. ex imperfecto. Tamẽ, quia hæc pupillaris impropriè dicitur teſtamentum filij, vt eſt tex. in §. qua ratione. Inſti. de pupil. ſubſti. in verbo, tanquam. quæ eſt nota improprietatis. l. pecuniam. ff. ſi certum peta. no. Bar. in l. j. ad finem. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. & gl. in c. ſolitæ. de maiori. & obe. Ideo ſi teſtamẽtum patris minus ſolenne valet, etiam valebit ſubſtitutio in fauorem liberorũ ſubſtitutorum. quia potius & magis ſapit naturã teſtamenti paterni, quàm pupilli. Quod patet optima ratione: quia quoties pupillaris ſubſtitutio impugnari poſſet, ſi eam iudicaremus teſtamẽtum pupilli, toties debet iudicari teſtamentum patris, & ecõtrà, per tex. in l. Papinia. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſtamen. Ad hoc facit quod habetur in l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ff. de vulga. & pupilla. vbi licet frater à fratre inſtitutus hæres nõ dicatur ſuus quo ad effectum tranſmittendæ hæreditatis. l. quoniã ſororem. C. de iure delib. Sicut eam trãſmitteret, ſi eſſet ſuus. l. ſi fratris. eo. tit. & dicam plenè j. in verbo, *Mortuo itaque teſtatore*. ij. tractando materiam ſuitatis ſubtilem: Tamẽ ſi teſtator filio ſuo impuberi puqillari-

ter

BIU Cujas

ter substituit alium suum filiũ fratrẽ impuberis, talis substitutus censetur suus, nedũ patri sed etiã impuberi: adeò ꝙ etiam hæreditatẽ pupilli nõ aditã trãsmitteret ex potẽtia suitatis ad quoscunque, per d.§. quos possum, & ibi Bar. in l. Iulianus. aliàs incipit: si pupillus. ff. de acquir. hære. secundum Alex. in d.l. moribꝰ. Et hæc est veritas, ꝙ valet nedũ testamentũ patris minus solẽne inter liberos, cũ etiã sine testamẽto essent successuri patri ab intestato. l.j. C. de his q̃ sibi ascri. in testamen. Sed etiã valebit eadẽ ratione substitutio pupillaris, vbi fratres pupilli substituũtur: quia his casibus causa intestati iuuat causam testati, quod nõ faceret vbi extranei essẽt pupillariter substituti. Licet Franc. Aret. in d.l.j. tenuerit indistinctè substitutionem pupillarẽ in testamẽto minus solenni de quibꝰcunq; personis factũ valere fauore filij cui substituitur: sed malẽ dicit secundum Ias. ibi, & modernos. videatis Pau. consi. cccliij. incip. visis omnibus pũctis.

58 †Restat ergo quòd antequã pupillaris substitutio valeat, requirit quòd pater sibiipsi faciat testamẽtũ, fallit tamen in milite, qui absq; eo quòd sibi testet, põt filio substituere, vt d.l. moribus. versi. quisquis. Præterea debetis sanè intelligere, quòd pater sibi testet & priore loco, & postea filio substituat. Nã cùm substitutio pupillaris sit pars & sequela paterni testamẽti, oportet testamentũ patris prius fieri, vt d.l. moribus. §. prius. Si autẽ pater prius substitueret, deinde sibi testaret, talis substitutio nõ valeret propter ordinẽ omissum. vt d.§. prius. Quod verum intelligatis, si suũ testamentũ & pupillare nõ fecit vno cõtextu, sed ex interuallo: Puta, quia primò substituit: & in crastinũ sibi testamentũ fecit. Si autẽ vno & eodẽ cõtextu sibi testatus est & pupillo, sed primò substituit pupillo, & postea sibi hæredẽ instituit: tũc fuerũt opiniones. Nã Bar. in d.§. prius voluit, ꝙ aut testator sibiipsi testando vsus fuit institutione filij, cui substituit, aut exhęredatione. Si filiũ pupillũ instituit, tunc siue primò ipsum instituerit, & posteà ei substituerit, siue ecõuerso, valebit vtroq; casu substitutio: quia licet vltimo casu secundum ordinẽ scripturę substitutio, & sic testamentũ pupilli præcedat testamentũ paternũ, tamen secundum ordinẽ intellectus institutio censetur priore loco facta, cũ secũdũ naturã institutio substitutionẽ præcedere debeat, & semper substitutio eã præsupponat. Si verò pupillũ exhæredauit, & extranei institutio eodẽ contextu facta sequatur substitutionem, tũc substitutio non valet. Et ita intelligitur tex. in d.§. prius. Rationẽ diuersitatis dat Bar. inter illos duos casus: quia qũ filiꝰ in testamẽto patris instituitur hæres, & ei substituitur: siue præcedat institutio, siue sequatur secundum ordinẽ scripturę, tamẽ secundũ ordinẽ intellectus institutio præcedit, & substitutio sequitur, cùm substitutio nil aliud sit quã secunda institutio. Sed quãdo filius exhæredat, dici nõ potest, quòd exhęredatio præcedat etiã ordine intellectus: quia eã substitutio nullo modo præsupponit, nec etiã potest dici, ꝙ sequẽs institutio secundũ ordinẽ intellectus præcedat substitutionẽ: cũ substitutio nõ præsupponat alterius personę institutionẽ, quàm illius cui substituitur. Ideo hoc casu substitutio vitiatur: quia est omissus ordo, vt d.§. prius. secũdum Bar ibi. Sed sua opinio nõ tenetur: Quinimo Pet. Dy. Nicola. de Neap. Iac. de Are. Rayne. Bal. Imol. Paul. de Ca. Raph. & Alex. in d.§. prius. & Bal. in l. fi. C. de hęred. institu. & in l. ambiguitatem. C. eo. tenent cõtra ipsum, quia dicta ratio diuersitatis nõ videtur bona, attento quòd etiã qũ filius est exhæredatus, & extraneus est institutus post pupillarẽ substitutionẽ, videtur secundum ordinẽ intellectus primo loco factam institutionẽ, ac si filius foret institutus. Maximè quia quo ad substitutionẽ pupillarem non est in cõsideratione quòd filius sit institutus, an verò exhæredatus, vt l.j. §. substituere. ff. de vulg. & pup. Præterea omnia in testamẽtõ cẽsentur facta eodẽ instanti & secundũ ordinẽ intellectus. l.j. in fin. C. de institu. & substitu. Ideo concludunt docto. ꝙ aut ex interuallo factũ est testamentum patris post pupillarem substitutionẽ, & non valet. Ita intelligitur tex. in d.§. prius. quia accessorium stare non potest sine principali. l. ex pupillari. ff. de vulga. & pupil. Sed si incõtinenti testamentum patris factum est post substitutionem, tũc secùs, & ita intelligitur tex. in eo. §. si prius. versi. si quis. Sed si incontinenti testamentũ patris factum est post substitutionẽ, tunc secus. Et quãuis vtraq; opinio sustẽtabilis existat, tamen opinio Bar. nimis rigorosa est. Quoniã nõ refert, an priùs fiat pupillaris substitutio

59 filio instituto, an exhæredato. † Sed quid si pater nõ fecit testamentum, sed codicillos, vel fecit testamentum cum clausula codicillari cotã quinque testibꝰ? certè tũc videretur grauare venientes ab intestato, vt omnia bona pupilli vndecunque quæsita restituant substituto, per tex. singularẽ in l. si fundum per fideicõmissum. aliàs incipit, si Titio. §. fin. cum l. sequẽ. ff. de lega. j. & ibi Bar. & doct. & per hoc Bar. ff. de vulg. & pupil. in l.j. in fi. dubitat, an pater possit filio in legitima substituere per fideicõmissum, & dicit quòd sic, tale fideicommissum iniungatur legitimis hæredibus ab intestato venientibus ipsi pupillo, vt d. l. si fundum. Secùs si iniungeretur filio: quia nõ valeret, vt d.l. cohæredi. §. cùm filiæ. Et fideicõmissum iniunctum succedẽtibus pupillo ab intestato, sortitur effectum pupillo moriẽte in pupillari ętate: quo casu dicta legitima in qua pupillus fuit institutus hæres, sui legitimi detrahent Trebellianicã. Sed si post ęta tẽ pupillarẽ moriatur, expirat talis substitutio, vt d. l. si fundum. In dubio autẽ, si nõ appareret quis fuit grauatus, an filius, vel suus hęres legitimus: pręsumitur filius grauatus, vt non valeat, secundũ Bar. in d.§. cũ filiæ. Idem tenet Ang. in §.j. Insti. de pupil. substitut. Quid autẽ tenẽdum sit, dicã infrà in materia cõ-

60 pendiosæ verbis communibus factæ. †Septimò requiritur, quòd filius impubes cui pupillariter substituitur, sit hæres institutus vel exhæredatus, vt dicta l. moribus. §. sed si eos. ff. de vulga. & pupilla. substitu. Et ratio huius est, quia testamentum in quo filius nõ est institutus vel exhæredatus, est nullum. l. inter cętera. ff. de liber. & posthu. & per consequens pupillaris substitutio, quæ pars est & sequela paterni testamẽti, arg. cap. accessorium, de regu. iur. lib. vj. & est tex. in dicto §. liberis. Institu. de pupilla. substitu. Nam potest filius impubes doli capax exhæredari cũ causam ingratitudinis cõmittere possit. Insti. de pupil. substitutio. §. nõ solùm. Et sic cùm delinquere possit, etiam puniri poterit. Insti. quib. mod. tut. fini. §. itẽ finitur tutela. vbi deportatur propter delictum. Et est verũ, quòd filio exhæredato sicut instituto substitui potest pupillariter per patrẽ, siue exhæredatus fuerit bona mẽte causa fuę prouisionis, vt l. multi non notæ. ff. de lib. & posthu. siue mala mente. Quia lex permittens exhæredato substitui, nõ distinguit qua mẽte exhęredatus fuerit: imò videtur loqui in exhæredato mala mente, vt l. cùm quidam. C. de lega. & l. ab exhęredati. ff. de leg. j. & l. in ratione. §. fin. ff. ad leg. Falci. quæ videntur loqui in exhæredato mala, mẽte, cùm nihil

ci testa-

ei testator reliquit,& tamẽ ei potuit substitui. Sed in aliquibus est differentia, an bona mente sit exhæredatus, vel mala: quia si bona mente, tunc sicut potest ei substitui, ita etiã potest ab eo legatũ relinqui, vel ab eius substituto, attẽta ratione d. l. cũ quidã. C. de legat. Et ita videtur tacitè sentire Io. Fab. in d. §. non solùm. Insti. de pupil. subst. vbi Ang. hoc reliquit cogitãdum. Si verò exhæredatus fuerit mala mẽte, tunc nõ ab eo potest nec eius substituto legari, quia quem de suis testator non honorat, nec onerare potest. l. ab eo. C. de fideicom. ideo nõ posset filiũ onerare fideicõmisso. l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulga. & pup. Si autẽ filio exhæredato aliquid relictũ fuerit, potest in tanto grauari, vt d. §. cùm filiæ. sed eius substitutus grauari non posset in illo. l. quinta. §. si quis. ff. de leg. iij. quia pupillaris substitutio facta filio exhæredato, est testamẽtũ filij, ideo hæredẽ alienũ grauare nõ potest, ad quẽ de suis bonis nihil peruenit. ideo si talis substitutus exhæredatus, esset à patre institutus in aliqua quota, & substitutio haberet locũ: & illã quotã haberet ex eadẽ volũtate, in qua substitutus fuit, tũc grauari posset, vt d. l. in ratione. §. fi. Secùs si eã haberet ex alia diuersa voluntate, vel substitutio locũ nõ haberet: quia fortè substitutus prædecesserat, secũdũ Sali. in d. cũ quidã & Ang. in d. §. non solùm. glo. & Bal. in l. qui fundũ. §. qui filios. ff. ad leg. Fal. Et in dubio præsumitur filius mala mẽte exhæredatus, secundũ Bal. in l. liberti. C. de ope. liberto. per tex. in l. testamẽto Cẽturio. ff. de manumiss. testa. & Ang. in l.
61 si tibi. §. si pactus. ff. de pact. vbi dicit, † ꝙ quoties ex coniecturis nõ apparet de bona mẽte patris, semper præsumitur filius mala mente exhæredatus. Cũ exhæredatio sit actus priuatiuus & odiosus. l. cũ quidã. ff. de lib. & posth. & sic mala mẽte fieri præsumitur, licet cõtrariũ voluerit Bar. in l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ff. de bo. libe. & malè, secundũ Alexã. in d. l. moribus. vij. col. Licet enim cõtra iudicẽ præsumatur, vt recusari possit, aut ab eo appellari, si mala mẽte in aliquo cõtra patrẽ processerit: tamẽ cõtra patrẽ qui filiũ mala mente exhæredauit, nõ præsumitur quo minus substituere possit: tum quia lex de patre tantum erga filiũ cõfidit, vt nõ credat ꝙ filio aliquid faciat, nisi pro bono, cùm nullus amor vincat paternũ: ideo ad petitionẽ patris filius incarceratur. l. filius tuus. C.
62 de patri. potesta. † Et potest pater penitus egens & mẽdicus filio valde diuiti substituere pupillariter, secundum Bald. singul. in l. j. C. de iur. fis. lib. x. Et hoc nõ est propter aliud, nisi quia non præsumitur patrẽ malè cõsulere filio, quem plusquã seipsũ diligit. l. isti quidẽ. ff. quod met. cau. Tum etiã hoc est ratione rigoris patriæ potestatis, secundũ Imo. in d. l. moribus. Bene est verũ, vt ibi dicit Bar. ꝙ si pater esset ita turpis persona, ꝙ ei nõ cõmitteretur administratio bonorũ filij viuentis, vt l. fi. C. de senten. pas. & l. si cum dotem. §. eo autem tẽpore. ff. sol. matr. tunc non posset filio pupillariter substituere, cùm ibi sit maius periculũ facit, l. j. ff. vbi pupil. educa. debeat. & l. vtilitatem. ff. de cõfirman. tut. quod est menti tenendũ, secũdum eum. Idem tenuit ipse Bar. in l. ex facto. ver. pone quod furioso. ff. de vulg. & pup. & in l. cũ oportet. §. non autẽ. C, de bo. quæ lib. hoc idẽ decidit ipse Bar. in l. sed si vnius. §. filiofamiliâs. ff. de iniu. per illũ
63 tex. volẽtẽ, † ꝙ licet pater remittere possit iniuriã factã filio, tamẽ hoc facere nõ posset, si esset ipse pater vilis persona. Sed aduertẽdum est quia Ange. in d. l. moribus. §. fi. & l. seq. §. fi. tenet cõtrariũ, ꝙ imò etiã pater turpis persona possit filio pupillariter substituere, quia iura ei hoc permittentia, loqũuntur indi-
64 stinctè. † & sic indistinctè intelligenda. Prætereà videmus, ꝙ licet pater mala mẽte filiũ exhæredauerit, nihilominus potest ei pupillariter substituere, vt d. l. cum quidã. C. de leg. idem tenuit Ang. in d. §. eo autẽ tẽpore. & in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inof. test. & vtrobiq; Imo. & idẽ Ange. in d. l. cũ quidã. & fuit de mente Bal. in l. humanitatis. vers. septima differentia. C. de impub. & aliis substi. Et hoc est verius, & *communis opi.* contra Bar. secundum Alex. & Iaso. in d. l. moribus. qui adducit tex. pro Angel. in d. §. sed nec impuberis. iuncta gl. ibi, vbi pater exclusa matre & cæteris ab intestato venientib. substituit filio pupillo extraneum turpẽ personã, non obstãte, ꝙ malè versatus fuisset in distributione bonorũ filij: ob quod videri debebat suspect⁹, valuit irreuocabiliter substitutio, & distributio bonorũ fillj per eum facta. Pro hoc facit, ꝙ licet administratio debeat prodigo auferri, tamẽ antequã ei per iudicem interdicatur, nõ est sibi auferẽda. l. is cui. ff. eo. facit l. j. §. exigit. cũ ibi no. ff. de bon. possess. secundum tab. Nec obstante iura allegata per Bar. quia vendicant sibi locũ in vita patris turpis & inquinatæ vitæ: quia durante eius vita bonorum administratio ei aufertur, & interdicitur: de quo lex suspicatur, quòd bona filij ad suã manũ perueniant: quæ ratio cessat in pupillari substitutione, quæ nõ sortitur effectũ, nisi eo mortuo, & sic bona filij ad manũ patris non perueniãt per mediũ substitutionis. Prætereà d. l. fi. C. de senten. pas. nihil facit ꝓ Bar. quia licet ibi dicat patrẽ ab hostibus reuersum, administrationem amissam non recuperare, nõ tamen ibi dicitur, ꝙ propter malos mores pater ipso iure priuetur administratione bonorum, quã habet, sed solũ dicit, ꝙ amissam nõ recuperat, arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & c. quemadmodũ. de iureiur. Et sic nõ ei prohibetur, quo minus possit pupillariter substituere. In duobus tamen casibus secundũ aliquos videtur, ꝙ opinio Bar. saluari posset. Primò, si pater suspectus amiserit patriã potestatẽ per deportationẽ, & postea à principe fuit restitutus ad patriã potestatem: quia tũc si adhuc sit vitiorum seruus & prodigus, etiã sine alia interdictiõe iudicis, non poterit pupillariter substituere, secũdũ Bal. in d. l. humanitatis. Et ratio, quia turpius eiicitur quã non admittatur hospes, vt d. c. quemadmodũ. & d. l. patre furioso. Et istud dictũ magni facit Imo. hîc, in materia exemplaris substitutionis, pro intellectu d. l. fi. Secundò, saluari potest opinio Bar. secundũ Imo. hîc, vbi pater esset adeò turpis, quòd sibi interdicta esset administratio bonorũ ꝓ iudicẽ, quia tũc cũ nõ posset pro seipso testari, vt d. l. is cui. ff. eod. nõ poterit etiã filio substituere: secùs si nulla esset ei per iudicẽ facta interdictio: quoniam tũc sicut pro se, ita & pro filio testari poterit, per iura & rationes adductas per Aug. iuncto quòd interest pupilli habere hęredẽ ex testamento, vt d. l. Iulianus. ff. de acquir. hær. Idem tenuit Imo. in d. l. morib. Et credo, quòd ita intellexit Bar. suã opinionẽ ibi, prout clari⁹ hoc demõstrat. in d. l. cũ oportet. §. nõ autẽ. C. de bo. quæ lib. vbi pręsupponit interdictionẽ sibi factã in vita: quo casu si-
65 cut non potest in vita, nec poterit in morte. † Vnde restat, ꝙ filio quomodocunque exhęredato substitui potest pupillariter, & valebit talis substitutio, donec testamentũ patris per querelam inofficiosi testamẽti subuertatur in totum: causa exhæredationis per hæredem minimè probata. Secùs si ꝓ parte tantùm subuerteretur, vt l. Papinian. §. sed nec impuberis. & ibi

Bart.

BIU Cujas

Bar. ff. de inoffi. test. & d. l. moribus. iiij. col. in fi. Vel donec subuertatur ipso iure, vel per bonorum possessionē contra tabulas. quo casu magis tollitur tunc propter hæreditatem non aditā magis rūpitur, vt d. l. moribus. §. adeò. ff. de vul. & pup. secundum Bar. in l.
66 & si contra. in fine. illo eo. tit. † Et si filius pupillus fuerit præteritus, & sic talis qui non rumperet testamētum, putà, quia est nepos in potestate aui ex filio emācipato: certè tali posset substitui secundum Bar. in d. l. moribᵘ. v. col. Pariter valeret substitutio facta filio præterito, cuius præteritione testamentum esset nullū: prouiso tamē ꝙ ipse pupillus cū autoritate tuto. ratificaret testamētum patris: quod facere potest in sui prēiudiciū. vt plenè habuistis s. super verbo, *In eodē testamento relinquens.* in vij. limitatiōe. Hodie autem cum sublato testamento ex causa præteritionis, vel exhæredationis sine causa factæ, vel cū causa quæ postea non probatur, & sic testamētum patris querelatur, & rumpitur, conseruentur omnia in testamēto relicta præter institutionem vniuersalis hæredis, quę sola petit, cæteris in firmo manētibus, per tex. in authē. ex causa. vbi ita *cōmuniter* tenetur per doct. quos ibi refert, & sequitur Ias. in viij. col. super verbo, exhęredationis. C. de lib. præt. vel exhæred. Substitutio pupillaris saltē cū testamēto paterno simul facta cōseruabitur. De quo plenè dixi s. eo. super verbo, *In eodem testamento relinquens.* in xxvij. & vltima limitatione. vbi latè vobis declaraui materiam illius auth. ex causa. Videatis ibi, quia tenui secundum *magis cōmunem opinionem*, quod etiā hodie cōseruatur pupillaris substitutio paterno testamento existente nullo propter alterius filij, vel ipsiusmet, cui substituitur, præteritionem, & ita etiam tenet Guid. Papæ quæst. ccccxxix. Idem in fideicō missaria substitutione, ibi cōcludens, prouiso, quòd taceat, & testamentū patris nō impugnet. l. filio prēterito ff. de iniusto rup. testamento. Nā substitutio facta ipsi filio pupillo præterito, conseruatur per dictā authen. quia tendit in fauorem filij, cū sit eius testamentum, vt sæpe dictum est. Et ita post doct. firmat Alex. in l. j §. substituere. ff. de
67 vulg. & pup. † Quod verū intelligatis, quod testamēto patris stāte nullo propter filij præteritionē vel exhæreditationē conseruatur pupillaris substitutio expressa, non autē vulgaris tacita sub pupillari cōtenta, vt plenè scripsi vbi s. & tenet Alex. in d. §. substituere. & in l. si quis eum. §. si duo testamento. iij. col. in fi. ff. de vulg. & pupil. Vnde restat, ꝙ testamento patris existente nullo propter præteritionem, hodie omnia conseruātur per dictā authē. Secus si testamentū foret nullum propter defectū hæredis institutionis, vt quia in testamento patris nemo fuit hęres institutus. Nā eo tunc cùm testamentū non sit nullum propter præteritionem, vel exhæredationē, sed ob defectum institutionis, substitutio pupillaris facta filio præterito vel exhæredato, non teneret: nec conseruaretur per dictā authen. ex causa. Ita eleganter decidit glos. fin. per illum tex. in d. §. substituere. in prima solutio. data ad illam auth. quod est menti tenendū, secundū
68 docto. ibi. † Octauò requiritur, vt pupillaris substitutio valeat, ꝙ ex testamento paterno sit adita hæreditas, vt d. l. moribus. §. adeò. Item per edictum, si quis omissa caussa testamenti, vt ibi in vers. planè. fallit in milite. l. miles ita. §. fin. ff. de testa. milita. Præterea fallit, vbi existentia sui hæredis militat, quæ habetur de iure loco aditionis hæreditatis, & eam operatur, adeo quòd cōfirmat tabulas pupillares, vt l. pater. in princ. ff. de priuileg. credito. de quo per Barto. in l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupil. & plenè dicam in verb. *Mortuo itaque testatore.* ij. tractādo materiā de
69 iure suitatis. † Sed an aditione hęreditatis facta ex tacita vulgari cōfirmentur tabulæ pupillares? Respondet Bar. in d. l. moribus, quòd si solus pupillus fuit hęres institutus, tunc existentia sui hæredis indubitanter tabulas confirmat pupillares, vt dictum est: Ideo tunc non est necesse, quòd cōfirmētur per aditionem fiendam ex tacita vulgari, sed si habet cohæredē qui nō repudiat, tunc non est quod repugnet, quin confirmentur per aditionē ex tacita vulgari. secūdum ea quæ dicta fuerunt s. in tractatu vulgaris: dum fuit decisum. An à tacita vulgari incipere possit testamētū. videatis ibi, in ij. & iiij. effectu vulgaris. Videatis Salilice. clarè loquentem in d. l. si testamento. C. de im-
70 pub. & aliis subst. iij. col. † Ex prēmissis resultat verificata elegans doctrina omniū præmissorū resolutiua eiusdē Sali. in d. l. si testamēto. in iij. qō. vbi dicit, quod si quæramus de potētia faciendi hāc substitutionē, tria sunt tantū necessaria, scilicet, vt ille cui substituitur, sit de liberis, sit in potestate, & sit pupillus. Si autem quæramus de efficacia remanendi, sunt alia duo necessaria, scilicet ꝙ ꝑseueret in potestate, & ꝙ efficiatur sui iuris morte testatoris. Si verò quæramᵘ de modo & forma faciēdi, & tunc si de extrinseca & vniuersali: sunt duo alia necessaria, scilicet ꝙ sit institutus vel exhæredatus, & ꝙ pater sibi prius fecerit testamentum. Si de intrinseca & singulari, tūc sufficiūt verba congrua pupillari. Aut loquimur de accidētia resoluendi, & tunc requiritur vnicum & vltimū, scilicet quòd hæreditas adeatur. Et hæc de quarto principali articulo scripta sufficiant.

71 † Svbsequenter quintus se offert principalis articulus, in quo dubitatur, quotuplex sit hæc pupillaris substitutio. Et respōdet Bar. in d. l. moribus. ff. de vul. & pup. ꝙ duplex est, alia expressa, alia tacita. Expressa est q̄ fit verbis expressis: tacita verò est, quæ fit verbis tacitis, seu à iure subintellectis. De quo dicatis, vt plenè habuistis s. in tract. vulg. subst. in iiij. principali artic. Nā tacita est, q̄ cōtinetur in vulgari expressa. Et si quæratur, an reperiatur pupillaris partim expressa, & partim tacita quo ad casus: & dicatis ꝙ nō potest reperiri: quia hæc substitutio solū in vnū casū conferī, scilicet si filius intra ętatē pupillarē decesserit: ideo aliū casum cōprehendere nō potest. quia nullus alius casus est, nā si in parte substituat, in alia parte videt voluisse substitutionē nō valere, vt l. si ita quis, ff. de vul. & pu. Et hoc verū, nisi in casu, de quo videbitis in sequenti articu. Si autem quæratur, an reperiatur pupillaris substitutio partim expressa, & partim tacita quo ad verba, & dicatis ꝙ sic, eo modo quo dictū fuit & clarè demōstratū, in d. iiij. principali artic. vulgaris substitutiōis, vbi plenè videatis.

72 † Sextvs principalis articulus est, quis sit effectus huius pupillaris substitutionis. Et certè dicunt Docto. quòd plures habet effectus. Primus est, quòd cōtinet tacitā vulgarem, vt l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupill. Sicut enim vulgaris substitutio expressè pupillo facta, scilicet si hæres non esset, continet tacitam pupillarem: adeo quòd si hæres fuerit, sed in pupillari ætate decesserit, substitutus vocabitur ex tacita pupillari, vt plenè habuistis in tertio effectu vulgaris substitutiōis. Sic etiam erit cōtrà: quia si testator pupillo filio substituerit pupillariter, scilicet si filius in pupillari ętate decederet, nō solū vocabitur substitutus filio hęrede existente, sed in pupillari ætate decedente: sed etiā vocabitur si filius non fuerit hæres.

Quo

BIU Cujas

Quo casu veniet ex tacita vulgari, quia præsumendũ est testatorẽ qui in vno casu prouidit, etiã voluisse in alio prouidere: & sic plenè prouidere. Quapropter hęc substitutio tacitã cõtinet vulgarẽ, vt d l. iam hoc
73 iure. † Quod verũ est, nisi testator contrarium senserit expressè vel tacitè, vt d. l. iã hoc iure. & plenè habuistis de vulgari nõ continente tacitã pupillarẽ, ş. in tractatu vulgaris, in tertio effectu. Quæ ibi dicta nũc potestis hîc applicare. Alius casus est, in quo pupillaris expressa non continet tacitã vulgarẽ, qñ pupillaris esset facta ex interuallo seorsum à testamento paterno, prout fieri potest. l. si quis eum. §. j. ff. de vul. & pupil. & dixi ş. in sexto requisito. Hoc enim casu secundũ Bal. & Rath. ibi pupillaris nõ cõprehẽdit tacitã vulgarẽ, videatis Ias. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. iij. col. quia cũ per eam succedatur testatori, vt plenè vidistis in tractatu vulgaris, sequeretur ꝙ testamẽtũ patris diuersis tẽporibus factum valeret, contra l. hęredes palam. §. fi. ff. eo. & l. cũ antiquitas. C. eo. quod non est dicendũ. Fallit etiã in alio casu, videlicet qñ persona substituta esset dũtaxat capax bonorum pupilli, & non paternorũ. vt l. si is qui ff. de vulg. & pu. vbi filius naturalis substitui pupillariter põt per patrẽ alteri filio suo legitimo, ita ꝙ virtute substitutionis pupillaris succedet fratri suo legitimo in ætate
74 pupillari mortuo, cuius bonorum est capax. † Nã licet filius naturalis succedere prohibeatur patri in toto, tamen nõ prohibetur succedere fratri etiã ex iudicio, & dispositione patris, vt d. l. si is qui. Et idẽ est in spurio, vt est gl. reputata singularis super verbo, participium. in §. penul. in authẽ. quibus mod. natur. efficiũ. sui. in vlti. q. quam sequitur Bart. in d. l. si is qui. & in l. quod conditionis. ff. de donatio. causa mor. & in l. j. ff. de iure fisci. Et eam reputat singularẽ Bald. in l. eã quã. C. de fideicom. & in c. naturales. si de feudo fuerit contro. inter dñm & agnatũ. Sed hoc casu ista pupillaris nõ cõtinebit tacitã vulgarẽ, vt pupillo nõ adeunte seu repudiãte succedere possit ex tacita vulgari in bonis paternis, quorũ est incapax. Et erit ibi casus singularis, ꝙ licet bonorũ paternorũ coniũcto rum cum bonis pupilli, non sit licita separatio. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pupil. Tamẽ fallit, qñ lex impedit totalẽ acquisitionẽ, vt ibi. Ex quo sequitur, ꝙ pupillus infra pubertatẽ moriẽs decedet pro parte testatus, & pro parte intestatus, prout alibi videmus, ꝙ pupillaris facta filio arrogato, non trahitur nisi ad bona arrogatoris. d. l. sed si plures. §. in arrogato, & ita tenẽt Bab. Ange. Imo. post Bart. & Alex. in d. l. si is qui. & expressius Bart. in l. j vltima col. C. de secund. nupt. Aliqui tamen voluerũt, ꝙ substitutus sit hęres meo iure insolidũ: sed bona paterna quæ capere non potest, restituet venientibus ab intesta. qui erunt hęredes in effectu, arg. l. j. & ij C. de natura. lib. & sentit glo. in d. l. j. C. de secũ. nup. Et hanc tenet Bal. in d. l. eam quã. circa vlti. col. C. de fideicom. Raph. & Alexãd. in d. l. si is qui. per quã dicunt gl. & Bart. in l. Lu-
75 cius Titius. in fine. ff. de iure fisci. † ꝙ qui non potest succedere ei quẽ occidit, etiam nõ poterit succedere hæredi ei⁹ in bonis, quæ hęres habuit ab illo occiso, secus si aliunde habuisset. & ita se cõsuluisse dicit Ia-
76 son in d. l. si is qui. † Ex quibus habetis pulchram regulam, quòd prohibitus alicui relinquere aliquid de bonis suis, etiã prohibitus videtur relinquere per mediam personã. Et hoc est ad excludẽdum fraudẽ, quę aliàs fieret faciliter, vt videtis hîc, in pupillariter substituto qui per mediũ pupilli filij legitimi testatoris nõ potest bastardus aut spurius peruenire ad bona testatoris, licet per patrẽ fuerit substitutus filio legitimo. Et per hoc decidit singulariter Alberi. in ij. parte tracta. statutorũ. q. cxij. ꝙ si statuto sit prohibitus martius relinquere vxori de proprietate bonorũ suorũ, sicut cõmuniter seruatur per Italiã secundũ eum, licet vxor per maritũ qui hæredẽ instituit filium, eidẽ substituta fuerit, habere possit bona filij pupilli: tamẽ nõ habebit bona mariti, ne fiat fraus statuto per indirectũ. Quod verũ intellexit & singulariter Raph. Cuma. in d. l. si is qui. vbi maritus suã vxorẽ tali filio suo substituisset, cui vxor ab intestato successura non esset, putà, quia fuit substituta filio mariti ex prima vxore. Nã tunc per mediũ filij testatoris peruenire nõ poterit ad bona mariti. Secus si substituta esset filio proprio, & cõmuni ipsius & mariti, cui cũ etiã intestato succederet, etiã succederet ex substitutione facta per maritũ, secũdũ Alex. in vltimis verbis, & clarius per Ias. in d. l. si is qui. quod erit singularis limitatio ad illã l. quia si substitutio non esset, etiã filio quo ad paterna succederet ab intestato. Et pari modo ꝙ capere nõ potest ab aliquo, poterit capere per mediũ personã, qñ tale quid per mediam personã capit, ad quod testator teneretur, si viueret. Ex quo decidit
77 Paul. in d. l. si is qui. † quòd executor testamẽti iussus distribuere bona testatoris in pauperes, poterit distribuere in filium testatoris spurium, si sit pauper: quia si pater viueret, eũ pauper ẽ teneretur alere. c. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. quã pollue. per adulterium. de quo dixi in verb. *Et vxorẽ nomine Adelas.*
78 † Vnũ tamẽ menti tenebitis, ꝙ licet prohibitus alicui relinquere sub pœna censeatur esse prohibitus p mediam personam ei relinquere, vt scilicet relictũ non valeat, tamẽ relinquẽs per mediã personam non incidet in pœnã legis, vel statuti, quæ tantùm habet locũ in casu expressè prohibito. Ita mirabiliter decidit per illũ tex. Bart. in l. iij. ff. de legatis præstan. vbi sub pœna prohibitus cõtrahere cũ bannito, non incidit in pœnã si cõtrahat cum eius filio aut seruo, li-
79 cet per eos acquiratur bãnito. † Tertiò fallit, quãdo fit substitutio pupillaris instituto in hæreditate pupilli tantũ: putà, si testator filiũ impuberẽ instituit, & ei substituit aliã suã filiã impuberẽ pupillariter, quã exhæredauerat: & si hæc filia decederet in pupillari ætate, Titiũ substituit. Nã in hac secunda substitutione, non cõtinetur tacita vulgaris, secundũ Raph. in l. qui habebat, per illũ tex. ff. de vul. & pupilla. Et quia demum pupillaris comprehendit vulgarem si facta fuerit personæ in paterno testamento institutæ, cùm per vulgarẽ succedatur testatori in sua hæreditate: allegat. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. Ergo secus quãdo fit institutio solùm in hæreditate pupilli. Quartò fallit, quando statutum diceret, quòd testamenta ad leteram mandentur executioni: quoniam tunc sub pupillari non continebitur tacita vulgaris, sicut econtrà sub vulgari non comprehenditur pupillaris, vt plenè dixi vbi suprà, in tertio effectu vulgaris substitutionis, & tenet Alexan. in dicta
80 l. moribus. §. j. xj. colum. † Secundus effectus pupillaris substitutionis est, quia per eam succeditur pupillo. Instit. de pupillari substitutio. circa principium. Quod est verum, siue substitutio facta fuerit vniuersaliter in tota hæreditate pupilli, siue facta fuerit pupillo indefinitè, siue facta fuerit (quod plus est) in re certa pupilli. Quia sicut institutus in re certa testatoris, nõ dato alio hęrede vniuersali succedit in tota hęreditate, vt l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredibus instituẽ. Sic etiam pupillaris substitutio facta in re certa pupilli,

BIU Cujas

pilli, non dato alio substituto vniuersali, conuertitur in substitutionẽ vniuersalẽ, vt est casus singularis in l. cohæredi. §. fin. ff. de vulg. & pup. secundum omnes ibi ita not. Imol. in d. l. morib. quod ibi verum intellexit Alex. qũ substitutio in re certa pupilli facta esset per verba directa ciuilia: iuxta l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. secus si per verba directa non ciuilia: quia tunc nõ traheretur ad vniuersa bona impuberis, putà, si testator dicat: si filius decesserit in pupillari ętate, Titius rẽ talẽ accipiat &c. De quib. verbis, & quæ sint, dicam plenè post Bar. infrà in materia cõpẽdiosæ substitutionis, tractãdo de eius effecti
81 bus. † Nã sicut institutio, vel substitutio in re certa facta per verba obliqua, vel cõmunia, nunquàm trahitur ad vniuersum, vt l. cogi. §. & generaliter. ff. ad trebel. & not. plenè Bart. in d. l. Cẽturio. xiij. col. sic etiã substitutio per verba directa, non ciuilia in re certa facta, non trahitur ad vniuersã hæreditatẽ. de his verbis directis scripsi plenè suprà eodẽ, super verbo, *Eidem impuberi succederent.* Imò dicit Bal. in l. humanitatis, quòd etiam facta in re extranei valet, & debebitur æstimatio, sicut etiã valet exẽplaria, vt ibi per
82 eum. † Sed an sit verum, ꝙ trahatur hæc substitutio ad omnia bona pupilli, distinguit Barto. in d. l. moribus, ꝙ aut quis substituit filio legitimo tantum (putà adoptiuo) eo casu quo adoptio operatur patriam potestatem: & tunc substitutio solùm trahitur ad bona patris, ita quòd pupillo moriente in pupillari ætate substitutus, per patrem adoptiuũ, seu arrogatorẽ, habebit dũtaxat bona quæ pupillus habuit à patre adoptiuo: sed non habebit bona pupilli aliunde quęsita. Quinimò hoc casu pupillus decederet pro parte testatus, & pro parte intestat⁹ cõtra regulã, ius nostrũ. ff. de reg. iur. Nã dato vno inconuenienti (scilicet ꝙ idem filius duos habeat patres, scilicet naturalem, & adoptiuũ) sequitur faciliter aliud inconueniens, scilicet ꝙ decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & cum duobus testamẽtis: quorũ vnũ poterit esse factum à patre naturali, aliud autem à legitimo, vt l. arrogator. ff. de adopt. ita dicit Bart. in l. sed si plures §. in arrogato. ff. de vul. & pupil. substit. & vidistis s. in v. requisito: & sic est differẽtia inter patrẽ arrogatorem, qui in sola quarta parte bonorũ suorũ filio arrogato debita, potest ei subituere pupillariter, Instit. de adopt. §. cùm autem impubes. & patrem naturalem & legitimum, qui in omnibus bonis pupilli potest pupillariter substituere, vt d. l. sed si plures. §. ad substitutos. & Instit. de pupill. substit. §. non solùm. aut substitutio sit filio naturali & legitimo: & tunc aut fuit paganus, & trahitur ad omnia bona testatoris & pupilli vndecunque quæsita, vt d. l. sed si plures. §. ad substitutos. etiã vt s. dictũ est, si facta fuisset in re certa pupilli verbis directis ciuilib⁹: aut fuit miles, & tunc potest ad certa bona trahi, & ad certa nõ. & hoc ex militis voluntate, vt d. §. ad substitutos. Si verò substitutio fieret filio naturali tantùm, non valeret: quoniam eũ non habet in potestate, vt suprà
83 vidistis in tertio præsupposito. † Et quuod dictũ est, substitutionem pupillarem trahi ad omnia bona pupilli & testatoris, est verũ, etiam si in tali substitutione pupilli nõ contineretur vulgaris, vt in casibus superius enumeratis in primo effectu. Quoniã etiã tũc talis substitutio trahitur etiã ad bona testatoris, secundum Dy. & Bar. in l. paterfamil. §. j. in princ. ff. de vulg. & pupil. cum quibus transit Alexan. in d. §. ad substitutos. Nam postquàm filius semel fuit hæres patris, non potest substitutus ei pupillariter habere bona pupillaria sine paternis, cùm vnũ patrimoniũ esse cœperint, vt d. l. sed si plures. §. filio. ex quo infert ibi Ioan. de Imo. post Ang. ꝙ impetrans vnã ecclesiam non posset eam habere sine altera, quæ est illi vnita, cum impetrãdo eam videatur in cõsequentiã omnes annexas impetrasse, secundũ glos. in verbo, De iure teneri. in se. gratia. de rescrip. lib. vj. ꝙ quo facit tex. in c. quia sæpe. de præben. eod. lib. Intelligatis tamen prædicta, prout dixi suprà in dicto primo effectu.
84 † Et intelligatis, quòd substitutio pupillaris trahit ad bona filij pupilli: quia est eius testamentũ: & perinde habetur, ac plenũ & integrum effectũ sortitur, acsi ipsemet legitimæ ętatis ipsum fecisset: quia sicut illo casu, ita & isto substitutus mortuo pupillo, in ætate pupillari omnia eius bona, cũ paternis habebit, quæ supererũt tempore mortis pupilli, etiã comprehensa sua legitima cum prælegatis. l. ex tribus. C. de
85 inoffi. testamen. † Non autem habebit bona per pupillum alienata, post substitutionem ante suam mortem. Nã pupillus, cui facta est substitutio pupillaris potest nihilominus bona sua alienare, ita quòd non poterunt postea per substitutum reuocari. Quia sicut testatori nõ interdicitur alienatio bonorum suorum post conditum testamentũ, ita nec pupillo post substitutionem, quæ dicitur eius testamentũ. ita not. decidunt Ange. & Imol. in Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. Quod verũ intelligatis, dũ tamen fiat alienatio ex iusta causa & debito modo: aliâs non valeret, per tex. in l. j. versi. nõnullus. in verbo, aut substitutũ. ff. de tute. & ratio. distrahen. secundũ Bal. in l. nec ei. §. eorũ. aliâs inci. iis. ff. de adopt. facit tex. in l. fi. §. sinautem sub cõditione. in verbo, substitutus. C. cõmunia de leg. vbi Iaſ. idẽ Alex. in d. §. res quę. referẽs Ludo. ita tenuisse in §. proximo. potest enim pupillus suũ diminuere patrimoniũ ex iusta causa in præiudicium pupillaris substituti, per d. §. sed nonnullos. secundum Bal. in l. sed in conditioni. §. si seruum communem. ff. de hære. instit. quod secus esset in præiudicium substitutionis fideicõmissariæ. & ita intelligit Auth. res quæ. & d. §. sinautem sub conditione. C. cõmunia de lega. vt plenè dicam infrà in materia fideicommissarię substitutionis. Quia tunc cùm in fideicõmisso non veniat nisi paterna hæreditas, & nõ sua propria, nec legitima, talia bona paterna non posset alienare restitutioni subiecta, vt d. l. fin. & d. Authen. res quæ. & sicut expressa pupillaris trahitur ad omnia bona pupilli: ita etiam tacita sub vulgari cõtenta. de quo dixi suprà, in quarto effectu vulgaris substitutio-
86 nis. † Tertius effectus huius pupillaris substitutionis est, quia pupillaris expressa matrem & alios descendentes, quos ipse pupillus præterire non potest, excludit etiam à legitima. vt eam in bonis pupilli non habeãt. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff de inoffi. testa. & l. precibus. C. de impub. & aliis substit. & l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & d. §. ad substitutos. & in c. si pater. in fi. eo. titu. lib. vj. Et intantum hæc substitutio pupillaris expressa matrẽ excludit, quòd eã non solùm excludit à bonis paternis & ipsius pupilli vndecunque quæsitis, sed etiam à bonis quæ ipsi pupillo obuenerunt ex linea materna, secũdum Bal. Imo. & Alexan. in d. §. ad substitutos. & sequitur idẽ Alexã. in d. l. moribus xij. col. Quod est verum, etiã sisi talis substitutio facta fuerit per verbum cõmune, quale est verbum, substituo. vt l. iam hoc iure. §. ij. ff. de vulg. & pupil. & multò fortiùs, si fiat per verbum merè directum ciuile, vt est verbũ, instituo, vel hæres esto, vt d. l. verbis ciuilibus. aut per verbũ directum

& non

BIU Cujas

& non ciuile, prout est verbum, moriatur. c. si pater. eo. tit. lib. vj. secùs si fieret p verbũ merè obliquũ. de quo plenè dixi s. in verbo, *Eidem impuberi succederet.* vt probatur in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. secundũ Ang. in §. j. v. col. Instit. de pupilla. substitu. in quo demõstratur maxima authoritas, quam habet pater in filio & bonis suis: quia licet nemo possit ius tertij auferre, per quod videtur patrẽ non posse ius maternum tollere testando de legitima matris, cùm magna iniquitas videatur, q̃ pater possit falcẽ ponere in messem matris, attento q̃ de iure nemo potest alterius facto exhæredari. ff. de hæredi. instit. l. paterfamiliâs testamento. Præterea equipotens est mater ipsa patri, vt l. humanitatis. C. de impube. & aliis substi. & sic videtur non posse excludi per eum, argu. not. in l. hæres per seruum. ff. de acquir. hære. maximè quia si patri permissum sit testari pro filio, hoc videtur sibi cõmissum tãquã bono viro. & quia gerit imaginem filij. testari debet, vt ipse filius facere deberet. vnde ferendus nõ est pater, qui matrẽ sine causa spoliat, & ius suũ sibi eripit: præsertim cũ substitutio pupillaris aliud non faciat, nisi quia repræsentat maiorem ætatẽ & habilitatẽ in ipso filio testãte pro patre: ergo videt, q̃ id quod nõ potest per se, nõ debet posse
87 per patrẽ, vt l. neq; per se. C. de hær. instit. † Sed his non obstan. deciditur per expressam pupillarẽ à patre filio impuberi factã, matrẽ excludi, & cæteros quibus legitima debẽt, ita q̃ pupillariter expressè substitutus, licet turpis persona existat, præferret matri. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. iũcta gl. ff. de inoff. testa. Nã hoc viua ratione filio cõtingit: quia præsuppositis principiis necesse est & ipsa principiata cõfiteri. Vnde cũ pater testari possit impuberi, aut dicemus q̃ possit de vniuerso testari: ergo mater excluditur: aut q̃ solũ pater testari possit de bonis ab ipso p̃fectis, & tũc filius decederet pro parte testatus & pro parte intestatus, quod est impossibile. l. ius nostrũ. ff. de reg. iur. Præterea bona paterna & pupilli vnita separarem⁹, quod est impossibile. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. & l. j. §. præterea. ff. de separa. bon. & insuper dicere, q̃ mater veniret ad omnia & si maritus p̃ pupilli testari nõ posset de suis reb⁹ p̃priis, esset absurdo absurdius. Quare necesse est cõcludere matrẽ potius excludi, quã oẽs regulas iuris cõfundi: maximè, quia pupilli rarò habẽt alia bona quàm paterna, & sic conqueri non potest vxor, si non succeditur in bonis mariti, ex quo maritus faciẽdo expressam pupillarem vetuit. & hæc opinio est isto iure approbata, per c. si pater. eo. rit. lib. vj. ita pulchrè dicit Bal. in d. l. precibus. versi. oppo. ergo septimò, & c. dicitur q̃ substitutio pupillaris, &c. C. de impub. & aliis
88 substi. † & licet vt dictũ est, expressa pupillaris matrẽ excludat, & cæteros ab intestato successores, tamẽ pupillaris tacita sub vulgari expressa cõtẽta matrẽ non excludit, vt tenet gl. quã cõmuniter sequunt Doc. in l. fi. per illũ tex. C. de inst. & substi. & in l. precibus superi⁹ alleg. Nã p̃pter labores successiuos & partus puto matrẽ p̃mereri legis fauorẽ, dicit Bal. in l. præcib. nu. 16. & 17 alle. l. assiduis. C. q̃ pot. in pig. ha. & labores fraudare iniquũ esset. l. pe. §. illo. C. de necess. serui. hær. inst. Ideo per tacitã pupillarẽ mater nõ excluditur, quia maximũ vitiũ esset & crudele matrẽ excludere, & afflictę dare afflictionẽ. Per vulgarẽ. n. succeditur testatori defuncto, sed per pupillarẽ succeditur ipsi pupillo. Instit. de pupil. substit. circa princip. Et sic licet testator prętulerit extraneũ matri pupilli in hæreditate ipsius testatoris medio vulgaris: nõ tamẽ est vero simile, q̃ voluerit extraneũ præferri in successione ipsius pupilli, & matrẽ à luctuosa filij successione excludere, vt dicit tex. in d. l. fi. Præterea q̃ mater prętrita ab ipso filio haberet querelã àqua ęxcluditur, qñ pater p̃ filio testamẽtũ facit, vt d. l. Papinianus. §. sed nec ipuberis. ff. de inof. test. vnde noluit lex p̃ suã interpretationẽ excludere matrẽ à querela, vbi testator eã nõ excluſit expresè. Nã lex dispẽsatiuè p̃mittit patri cõtra regulas iuris, q̃ facere possit testamentũ pro filio, illi pupillariter substituendo etiam quẽcunque extraneũ, & matrẽ pupilli à luctuosa filij successione excludẽdo sine causa: quod ipse filius facere nõ posset. Ideo cũ tales dispẽsationes sint cõtra ius, & cõsequẽter odiosæ possetenus sunt restringendæ, vt sola pupillaris expressa matrẽ excludat: sed nõ tacita ex cõiecturata mẽte testatoris elicita: quia in dispensationibus cõtra ius, & sic odiosis, nõ sufficiunt cõiecturæ. ita elegãter dicit Ias. in d. l. fi. prop. fi. C. de inst. & substi. & per has rõnes cõcludit Bar. in d. l. moribus. idẽ debere seruari in parte pupilli cui auus vulgariter substituit, vt per tacitã pupillarẽ ĩ vulgari cõtenta non excludatur, quin pupillo eius filio mortuo succedat si velit, & ita etiã tenẽt Sali. & Pau. in d. l. fi. C. de instit. & substi. & Imol. hîc, dicens hãc esse cõem opi. quæ tenẽda est. licet. Raph. in vtroq; casu tenuerit cõtrariũ & malè, secũdũ Alex in d. l. fi. & d. l. moribus. Pariter nõ admittit cõtra auiã, cũ in ea sit eadẽ ratio sicut in matre. arg. l. ij. §. si mater. iũcto. vers. q̃ si nepotib. ff. ad Tertil. Nec etiam ista tacita pupillaris excludit fratrẽ pupilli vtrinq; cõiuncti, vel saltem ex parte patris, arg. l. cũ. acutissimi. C. de fideicõ. secundũ eos vbi s. & Ange. Are. in d. §. j. v. col. Inst. de pup. substi. Nã cũ frater vtrinq; cõiunctus succedat fratri pupillo ab intestato cum patre & matre æqualiter in Auth. defuncto. C. ad Tertyl. Igitur cũ tacita pupillaris nõ admittatur cõtra patrẽ nec matrẽ, pari ratiõe admitti nõ debet cõtra fratrẽ. Et hoc verũ quòd tacita pupillaris nõ admittit cõtra prędictas p̃sonas, quĩimo per eas & quãlibet ipsarũ excluditur substitutus, si ipsæ personæ putà, pater, mater vel frater succedere velint pupillo mortuo. Si verò hæreditatẽ filij aut fratris pupilli repudiarent, vel morte aut alio quouis modo, ab ea excluderentur, admittitur substitutus, arg. l. ij. §. sed si fuit. & §. se. ff. ad Tertyl. secũdũ Ang. Are. in d. §. j. in fi. ideo elegãter decidit sub dubio forte Fulg. in d. l. fi. C. de inst. & substi. q̃ si mater nõ posset ex aliqua causa succedere, vt quia nõ petiisset tutorẽ infra tẽpus dari filio pupillo, iuxta l. ij. §. j. d. qui petãt tuto. & l. sciãt. C. de leg. hęre. quia eo tũc substitutus ex tacita pupillari admittatur. & ita etiam tenet Pau. in d. l. fi. & ante eos tenuerat Bart. in d. l. moribus. §. j. vlt. col. in d. l. precibus. & Alex. in l. cẽturio. xviij. col. ff. de vul. & pup. idẽ cõcludit quod Ange. in d. §. j. de matre renũtiãte, vel aliâs excluſa, dicẽs, q̃ eo tũc substitutus admittit nõ obstãte existẽtia matris: quia ei videt debita hæreditas filij pupilli sub conditione si succedere vellet & posset, & nõ aliâs, secũdũ eũ ibi & dixi s. in materia vulgaris tractando tertiũ effectũ
89 illius. † Et sanè intelligatis, q̃ tacita pupillaris comprehensa sub vulgari matrẽ nõ excludit, nisi testator voluisset eã excludi: quia tũc indubitãter excludere tur. l. in testamẽto. in fi. C. de testa. mili. & tenet gl. in verbo omnimodo in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. facit l. iã hoc iure ff. de vulg. & pup. Et talis voluntas testatoris, quòd voluerit matrẽ excludi, sufficit q̃ probetur per duos testes, quia est p̃batio declaratoria quæ fieri potest per duos testes. l. hęredes palam.

lam, §. sed & si notã. & ibi gl. ff. de testa. attento quòd s. in tract. vulg. in iiij. effectu eiusdem fuit secundum *communem opin.* conclusum, pupillarem contineri sub expressa vulgari etiã matre pupilli in medio existente: sed si teneremus contrariam opi. s. quòd non contineretur tunc, quia ista probatio fieret ad inductionem nouæ voluntatis, requirerentur 7. testes de iure ciuii. vel duo cum presbytero parochiali iure isto, vt in c. cũ esses, s. e. secundum Bar. in d. l. moribus, col. 9. subiungens quòd quamuis probari possit testatorem voluisse per tacitam pupillarem matrem excludi, talis substit. pup. propter hoc non erit expressa, sed remanebit tacita, quia si aliquid probari possit, non ex hoc sequitur, quòd probetur expressè. Nam quandocunque probato vno artic. alius probatur ex consequentia, & non expressè (vt in casu nostro) talis artic. dicitur tacitè probatus, vt apparebit per exempla quæ nunc subiiciam. Quia redditio causæ testium non deponit de ipso, sed lex deponit, & ratio iuris intellectũ
90 cogit, vt sic iudicet. † Et non minus est iudicium intellectuale, quam testimonium sensibile vel sensuale. ita pulchrè dicit Bal. in 7. opp. in d. l. precibus. dicens,
91 † quòd quadruplex est tacita pup. Prima dicitur quæ continetur in breuiloqua. Secunda est illa quę continetur in cõpendiosa, de qua habuistis s. Nam istę duę licet sint expressæ quo ad verbũ dispositiuum, tamen sunt tacitæ quo ad verbum cõditionis distinctiuum. Tertia est tacita pup. præsumpta, quæ citra mentem testantis sola iuris authoritate præsumitur: & est illa quæ continetur in vulgari expressa, & ista matrẽ non excludit, neque auiam, patrem, nec fratrem, vt vidistis: quia auferret eis legitimam, quę est quasi de iure nat. quod esset inconueniens. Quarta & vltima est tacita pup. sub vulgari contenta, quæ dicitur tacita probata coniecturaliter. & ista matrem excludit, quo casu durius agitur cũ matre per testatorem, quàm per
92 legem. † Et hæc tacita coniecturaliter probatur quatuor modis ad exclusionem matris. Primò, ex dictis extra testamentum. Secundò ex dictis in testamento. Tertiò ex qualitate substituti. Quartò ex qualitate matris de cuius exclusione agitur. Primò ergo probari potest testatorem voluisse per tacitam pup. excludi matrem ex his, quæ dicit testator extra testamentum, & ante: putà quia dicit matrem succedere nolle filio impuberi, si moreretur, nec velle eã habere vnũ obolũ, vel similia verba. Nam tales præfationes censentur tacitè repetitæ. l. Titia, §. idem respõdit, j. ff. de ver. obl. Præterea quia ex antecedentibus dubia seq. declarantur. arg. l. semper in stipulationibus, ff. de re. iur. secundũ Bar. in d. l. moribus. Et idem esset secundum Bal. in d. l. precibus. si testator talia verba vel similia dixerit post testam. etiam ex interuallo: quia licet actus perfecti nõ recipiant formã dispositoriam, recipiunt tamen formã declaratoriam, vt d. l. hęredes palam, §. sed si notã. ff. e. vnde cum istud veniat ad declarationem dispositi, fieri potest seorsum à testõ, &
93 probari per duos testes, vt dixi s. † Secundò apparere potest testatorem voluisse per tacitam pup. matrem excludi ex verbis positis in testõ, veluti si testator matri pupilli reliquit aliquid, cũ quo iussit eam esse contentam, & plus de bonis suis petere non posset. Nam secundum Gul. de Cun. si quidem talia verba fuerint adiecta legato relicto ab ipso pupillo, tũc matri non præiudicat in succes. qua venit post mortem pupilli. l. Paulo Callimacho, aliàs incip. Paula Calinico, §. j. ff. de leg 3 sed si illa verba forent adiecta in aliquo legato à substituto pupilli relicto, tũc secus esset: quia præsumeretur, quòd voluerit substitutum matri præferre. l. peto, in pr. ff. de leg. ij. facit l. fideicommissa, §. si quis ita, ff. de leg. iij. & ibi Bar. & in d. l. moribus.
94 † Idem si testator reliquit vxori suę aliquid, donec vitam vidualem seruauerit, & ipsa transiuit ad secunda vota. Quo casu ex præsumpta defuncti volũtate sicut per transitum ad secunda vota vxor ipso relicto priuatur, sic etiam excludetur à tacita pupil. pro futuris enim annis illius fideic. deberi potest à substituto pupilli, sicut ab ipso pupillo. l. si fundũ sub conditione, §. si pater, ff. de leg. j. & l. non solum, §. liberationis, ff. de lib. leg. Ideo sicut per transitum ad secunda vota testator voluit eam eo relicto priuari, etiam in persona substituti seu alterius hæredis pupilli per cursum & succes. temporis, eadem ratione præsumitur, quòd voluerit eam per transitum ad secunda vota excludi à tacita pupil. Plus dicit Bal. in d. l. precibus. quòd vbi testator reliquit vxori x. si non nupserit, & ipsa nupserit, sicut testator in casu nuptiarum voluit eam nihil habere, eo casu non debet etiam vniuersum habere. Et ita tenet etiam Ale. in d. l. moribus. licet Im. hîc tenuerit contra Bal. & malè secundum eum. Fortius dicebat Ang. in d. l. moribus, §. fi. ff. de vul. & pup. & d. l.
95 precibus. † quòd etiam si testator in testamento nihil dixerit de vxore ei relinquendo, vel aliâs eam prohibendo, nihilominus ex transitu ad secunda vota excludetur per tacitam pupil. quia per talem transitum fit iniuria filio, vt dicit esse text. in §. Gregoria. versi. prospeximus, in auth. de non elig. sec. nub. & etiam ex eo contristatur anima mariti, in aut. de nup. §. soluto. & §. sinautẽ tutelam. & sic excludi debet, acsi aliquid turpe commisisset. Idem tenet Ang. Are. Inst. de pup. subst. §. j. Sed hæc opi. Ang. cõmuniter non tenetur, quia non quælibet iniuria inducit ademptionem legati, vel hæreditatis, nisi sit grauis. l. 3, in fi. ff. de adi. le. Or ista non est censenda grauis. l. fœminæ, C. de sec. nup. vt not. probat Fran. Aret. cons. clv. Maximè iure isto: quo tales pœnæ quæ retrahere possent à matrimonio, vel ipsum intimidare sunt hodie correctæ, j.
96 de sec. nupt. c. fi. Idẽ tenet Ias. in d. l. precibus. † Nam mulier per transitum ad secunda vota non perdit successionem filij primi matrimonij. l. fœminæ, §. fin. C. de sec. nupt. Facit quod dicam j. in materia exemplaris, in ij. prin. art. & plenè habuistis s. in verb. *& vxorem nomine Adel.* ideo dicatis vt ibi. † Tertiò apparet
97 testatorem voluisse per tacitam pupillarem matrem pupilli excludi ex qualitate substituti, & eius conditione, vt putà si frater pupilli filius testatoris est ipsi pupillo vulgariter substitutus. Nam tunc tacita pupillaris excludet matrem, quia præsumptio est testatorem voluisse filium suum vxori præferre. arg. l. cũ acutissimi, C. de fideic. & ita videtur sentire gl. in d. l. precibus, in fi. quia maior affectio patris quæ est ad filium substitutum, vincit minorem affectionem, quæ est ad vxorem. Præterea licet ad matrem sit affectio legis, tamen affectio testatoris vincit affectionem legis, nõ dico iussum legis, sed permissum legis. ita eleganter dicit Bal. in d. l. precibus, in fi. facit l. peto, §. fi. ff. de leg. ij. & l. Lucius, ff. de hær. inst. & l. generaliter, C. de inst. & subst. quod multum placet Bar. in d. l. mo
98 ribus, §. j. col. vlt. in fratre pupilli substituto. † Secus in fratre testatoris pupilli patruo, secundum Gul. de Cu. fac. l. 3. ij. resp. ff. de leg. præst. Et ita in his duobus tenẽt Pe. & Cy. in d. l. fi. C. de inst. & subst. & ibi Ang. & Sal. & idem Ang. in l. in testamento, C. de test. mil. Bar. Ang. & Paul. in d. l. precibus. & Raph. in d. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. & est *communis opin.* quam

BIU Cujas

sem per tenui, licet Bal.& Im.tenuerint contrarium, quòd tũc mater non excludatur per fratrem pupilli substitutũ.& posteà Alex.prima facie distinxerit pro cõcordia opi.in d.l.moribus. tamen finaliter videtur se concordare cum cõi opin.quia non est verosimile voluisse testatorẽ prẽferre velle vxorem matrem pupilli suo alteri proprio filio,vt d.l.cùm acutissimi.In fratre autem testatoris hoc locum nõ habet, vt.s.per tacitam pup. excludat ipse frater matrem pupilli. & minus hoc locum habet in cæteris remotiorib.agnatis, nisi in loco statutum foret aut consuetudo, quòd agnati matrem ab intest.excluderent:de quo vidistis super dicto verb. *Et vxorem nomine Adel.*in prin.Quoniam tunc stante d.statuto quicunque agnatus aliàs pupillo ab intest.successurus matrẽ excluderet, si eidem pupillo vulgariter substitutus esset, per rationẽ l.j.C.de his qui sibi adscr. in test.Quia & si testamentum non fuisset,etiam ei futurus hæres esset. Nec est tunc in fratre testatoris dispar ratio:imò eadem sicut in altero testatoris filio, qui ex tacita pup. contenta in vulgari matrem excludit,vt videtis. Præterea quia præsumitur testator de statuto patriæ cogitasse.l.hęredes.§.cum ita.vbi Bar.ff.ad Treb.& Bal.in d.l.precibus.C.de imp.& al.subst.& secundum illud testari. &sic per tacitã pup.matrem pupilli excludi voluisse. & per hoc dicit Ang.in d.l.precib. idẽ esse si testator filio suo vulgariter substituisset piã causam,puta ecclesiam vel pauperes: quia tunc tacita pup.contenta sub illa vulgari expressa excluderet matrem, cùm sit verosimile testatorem plus dilexisse animam suam,q̃ vxorem secundum debitum ordinem charitatis,quæ incipit à seipso.l.p̃ses.C.de ser.& aq.& ita tenet Pau. in d.l.precib.& ibi Ale.& in d.l.moribus. Sed aduertatis,quia Fran.Are.d.cons.clv.inci.periculosum est. in fi.dupliciter limitat hanc decis.Ang.primò,vt procedat tantũ,vbi testator substituit pupillo pro anima sua,s.pro exoneratione conscientię malè ablatorum, sine quorum restitutione anima testatoris saluari nõ posset.Et ita loquitur Ang.in d.l.precib.s.quando testator conscientiam habebat pollutam ex cõscientia malè ablatorum incertorum.Pro ista lim.Ias.ibi alle. sing.dictum Bal.in l.filio præterito.ff.de iniu.ru.test. vbi egregiè decidit,quòd.s.testamentũ patris in quo ignoranter præterit filium posthumum rumpatur illius agnatione,taliter quòd legata non conseruantur per auth.ex causa.C.de lib.prę.quando sunt legata voluntaria, secus si necessaria facta pro restitutione malè ablatorum.Talia.n.legata sunt necessaria nõ pręcisè, sed causatiuè,si vult animam suam saluari.ideo sustinẽtur per d.aut.ex causa.quia testator præsumitur magis animã suam dilexisse,quàm filios. Et hoc dictum Bal.sequuntur Ang.& Im.in l.Titius.ff.de lib.& post. Et idẽ Fran.Are.cons.93.inc.viso legato.& quod scripsi plenè s.in ver. *Si absq; lib.mor.*j.lim.xj.data ad l.cũ acutissimi.C.de fideic.Tamen Ias.in d.l.precibus.tenet decis.Ang. generaliter fore intelligẽdam,s.quòd quomodocunq; testator filio pupillo vulgariter substituat piam causam,licet substitutio facta non fuerit pro malè ablatis,mater excludatur ex tacita pup.quia semper censetur talis subst.facta pro anima,quę licet non indigeat releuatione pro malè ablatis, attamen indiget pro aliorum peccatorum remissione. Secũdò limitatur decis.Ang.per eundem Fran.Are.in d.cons. vt procedat,quando subst.piæ causę facta pupillo,esset facta vniuersitati,ita quòd ecclesia, vel alia pia cã esset in vniuersum substituta. Quo casu pia causa faciliùs admitteretur iure directo ex tacita pupil.excludendo matrem quàm si facta non esset vniuersitati & nihil alle.Ideo Ias.vbi s.hanc lim.reprobat:quia erubescimus sine lege loqui.l.illam.C.de colla.ait enim sing.Bal.in c.in Genesi.de el.quòd paria sunt aliquid fieri contra legem,vel sine lege. Restat ergo decisio *Ang.simpliciter vera,quòd pia causa filio pupillo vulgariter substituta, ex tacita pup.in vulgari contenta matrem pupilli excludit,eo mortuo in pup.ætate:sicut frater pupilli filius testatoris eam excluderet. Et 99 † idem putat Bar.in d.l.moribus.in fi.in matre testatoris pupillo vulgariter substituta,vt matrem pupilli in ætate pupillari defuncti excludat ex tacita pupillari, quia ab intestato puriter succederet pupillo, sicut filius testatoris frater pupilli, vt in aut.defuncto. C.ad Tert.tum etiam quia est de parentibus. arg.d.l. 3.ff.de leg.præst.idem tenet Ale.licet ab intestato mater pupilli excluderet matrem testatoris auiam pu- 100 pilli,vt d.auth.defuncto.Et † idem esset,s.per tacitam pup.etiam de extraneo factam matrem excludi, si pupillo testator vulgariter substituisset Titium,& eum grauasset per fideicom. restituere hæreditatem Caio, secundum Paul.de Ca.in d.l.in testamento.C. de test.mil.per l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de le.2. 101 & l.alio.ff.de adi.le.† Quartò præsumitur,& sic sufficienter probatur testatorem voluisse per tacitam pup. excludi matrem ex conditione personæ matris, & consimilium personarum, de quibus excludendis tractatur:veluti si mater erat inimica testatoris,puta quia rem habuerat cum aliquo scholari, vel scriptore,aut alio adulterium committendo. & idem si post mortem vxor testatoris aliquid inhonestum fecisset, vt not.gl.& doc.in l.fideicommissum.C.de fideic. & l.sororem. C.de his quib.vt ind. & Ias. in d.l.2. ff.de vulga.& pup.licet Alex.in hoc vltimo aliud dixerit, quando post mortem vxor testatoris inhonestum commisit.Idem esset si mater si mater non esset capax ad succedendum,& sic filio succedere non posset:vt quia fortè non petiit tutorem filio suo pupillo infra tempus iuris,vel fortè succedere nõ vult,vt superius dixi. In his.n.casibus substitutus vulgaris ex pupillari tacita matrem excludit,ex voluntate testatoris saltem pręsumpta,& pupillo succedit,non solùm in bonis paternis, sed etiam in bonis pupilli vndecunque quęsitis,ac si expresse fuisset pupillariter substitutus, secundum Bar.per illum tex.indistinctè loquentem, vt d.l.sed si plures.§.ad substitutos.vbi etiam hoc tenet Ale.ff.de vul.& pu.aliàs autem substitutus ex tali tacita vulgari expressa contenta non succederet,imò per matrem aut alias personas s.enumeratas excluderetur : quia vt dictum est, tacita pup.sub vulgari ex- 102 pressa matrem non excludit.† secùs autem esset in pupillari comprehensa sub breuiloqua,quæ matrem & supradictas excludit personas, secundum Bar.in d. l.Lucius.ff.de vul.& pu.Nam licet talis sit tacita accipiendo expressum specialiter,tamẽ est expressa generaliter, vt plenè habuistis s. in materia vulgaris, in 4.princ.art. & videbitis latius j. in tract.breuiloquæ. Ideo dicit Bal.in d.l.precibus.in fi. quòd breuiloqua habet in sinu suo pupil.directam.Homo enim interdum plus significat quàm loquatur,& quandoq; plus portat in pera quã in manu. Et hoc verum quòd pup. contẽta in breuiloqua matrem excludit,quando fuit facta simpliciter,puta,vos inuicem substituo. secus si facta esset verbis negatiuis conuenientib.vulgari, vt quia testator instituit duobus filiis pupillis, dixit,si alter vestrum hæres non erit, vos inuicem substituo. Quoniam tunc pup.contenta sub tali breuiloqua censetur om

setur omnino tacita: & sic non matrẽ, patrem nec fratrem excluderet. Ita sing. decidunt Bar. & Ale. in l. in testamento. C. de test. mil. & Ias. in d. l. precibus. col. 18. & in l. j. col. 4. in fi. ff. de vul. & pu. † Præterea scire debetis, quòd pupillaris contineri non potest in breuiloqua, nisi fiat duobus filiis pupillis in potestate testatoris constitutis omnino paribus. l. 2. & l. quãuis. C. de impub. & al. subst. Quo casu talis pupillaris sub breuiloqua contenta matrem excluderet duplici ratione: tum quia non est omnino tacita, sed expressa verbis generalibus, vt dictum est: tum etiam quia verisimiliter præsumitur testatorem voluisse alterum filium præferri matri pupilli præmorientis. arg. l. cum acutissimi. C. de fideic. Si autẽ breuiloqua fieret personis imparibus, putà duobus filiis, s. pupillo & adulto, vel duobus filiis, videlicet pupillo in potestate constituto, & alteri pupillo emancipato, vel in arrogationem dato heredib. institutis inuicem subst. tunc in tali breuiloqua non comprehenditur pup. sed vulgaris quæ adita hereditate expirat, vt d. l. quamuis. & l. post aditam. e. ti. nisi probari posset testatorem qui miles non erat, sed paganus, voluisse pupillarem comprehẽdi, quo casu licet in persona puberis seu adulti, vel in potestate non constituti non comprehẽdatur nisi sola vulgaris, quæ solùm ei conuenire potest, tamen in persona pupilli in potestate constituti in breuiloqua continebitur pup. postquam probatur testatorem ita voluisse. & sufficit hoc probare per coniecturas, quas vobis de proximo declaraui, quibus coniecturis probatis, vel altera ipsarum sub breuiloqua personis disparibus facta pupillaris comprehenditur per tex. in l. iã hoc iure. ff. de vul. & pu. & d. l. in testõ. C. de test. mil. Et talis pupillaris erit nõ tacita sed expressa, secundum Raph. Ful. & Paul. ibi. & per consequens matrem excludet, & cæteras antedictas personas pupillo ante pubertatẽ moriente. Nã licet Ang. & Lud. ibi in d. l. in testõ. dicant talem pup. esse tacitam contra *cõem opi.* tamen omnes conueniunt, quòd propter coniecturas probatas matrem excludet, secundum Ias. ibi. 7. col. Si autem talis breuiloqua fuisset personis disparibus per militem facta, & probaretur per coniecturas, quòd voluit sub eadem comprehendi pupillarem, ac matrem pupilli excludi, tunc talis breuiloqua pupillarem comprehenderet in persona pupilli: & in persona alterius, s. adulti vel emancipati non comprehenderet pup. quia illi fieri non potest, cum quo non concurrunt qualitates in pupillari requisitæ. Ideo cõprehendet subst. militarem in persona illius, quæ durabit post aditam hæred. Et in hoc est priuilegiatus miles, quòd in persona illius cui pupillaris conuenire non potest, breuiloqua contineat militarem, vbi aliàs non contineret nisi vulgarem. Et sic probata voluntate militis in his duabus personis imparib. vltra vulgares in tali breuiloqua contentas, locum habebunt duæ substit. directæ inæquales, s. directa pupillaris in persona pupilli, & directa militaris in persona maioris, vel emancipati, vt d. l. in testõ, vel militaris in persona vtriusque secundum aliquos & non bene: sed vbi breuiloqua personis imparibus facta esset per paganum, non contineret nisi duas vulgares, quę æqualiter vtriq; possunt conuenire. & probata testatoris voluntate vltra vulgares contineret in persona pupilli subst. pupillarem, vt d. l. iam hoc iure. secundum Ias. x. col. vbi ẽ. de quo latius videbitis j. in
104 materia breuiloquæ subst. † Et quemadmodum pupillaris cõtenta in breuiloqua matrem excludit, cùm nõ sit omnino tacita, sic erit etiam in pupillari subst. contenta in compendiosa, secundum Bar. & plenè videbitis j. in materia compendiosę subst. Vnde restat, quòd substitutio pupillaris partim tacita, & partim expressa quo ad verba, qualis est pupillaris in breuiloqua aut compendiosa contenta, matrem excludit. Et idem de partim tacita & partim expressa quo ad casus. Et ratio est, quia si testator voluit matrem excludi in vnum casum, s. si filius hæres erit, & infra pupillarem ętatem decesserit, eadem ratione ex coniecturata mente defuncti voluit eam excludi, si hæres non erit, & infra puberem ętatem decesserit, secundũ Bar. in d. l. moribus. col. 7. in fi. ver. vlteriùs quæro.
105 † Quartus effectus pupillaris subst. est, quòd pater substituendo filio suo pupillo, facit filio suo hæredem suum & necessarium quem sibi facit, vt d. l. moribus. §. prius. in fi. & l. sed si plures. §. quos possũ. ff. de vul. & pup. quod est not. quia ex hoc sequitur, quòd si pater filio pupillo pupillariter substituat alium suum filium, qui posteà mortuo pupillo decedat ante agnitam substit. existentia sui hæredis in illo pupillariter substituto operatur non solùm paternæ hæreditatis transmissionem ad quoscunq; hæredes etiam extraneos, sed etiam hæreditatis pupilli secundum Bar. in d. l. moribus. §. j. in fi. & plenius in l. filius qui patri. ff. de vul. & pu. subst. & plenè dicam j. in verbo, *Mortuo itaque test. ij.* tractando materiam transmissionis hęre
106 ditatis. † Nam licet hæreditas fraterna non transmittatur ex potentia suitatis. l. quoniam sororem. C. de iure delib. tamen fallit quando hæreditas fraterna delata esset ex subst. pupillari: quoniam idem tunc iudicatur, quod de paterna, secundum Bart. in l. sed si plures. §. quos possum. ff. de vulg. & pup. quem ibi sequitur Im. & cæteri doct. & Sal. in d. l. si testamento. C. de imp. & al. subst. Plus dicit Bar. in d. §. quos possum. quòd etiam si pater filio pupillo vulgariter substituerit, quo casu per dationem talis substituti tollitur ius suitatis, & filius de necessario efficitur hæres voluntarius. l. si filius hęres. ff. de lib. & posth. Tamen potest filio pupillariter substituendo facere substitutum hæredem suum filio & necessarium, vt ille substitutus mortuo pupillo moriens ante agnitam substit. hæreditariam transmittat ad quoscunque, per illum tex. indistinctè loquentem in d. §. quos possum. quinimò fortius dicit Ang. in d. l. quoniam sororem. & in l. qui duos. ff. de vul. & pu. quòd etiam idem esset quo ad paternæ hæred. transmissionem delatæ impuberi in casu d. l. qui duos. videlicet quando testator habẽs duos filios impuberes dixit, quòd si ambo decederẽt impuberes, Titium substituebat. quia tunc mortuo vno ex impuberibus hæreditate paterna non adita, non veniet statim Titius, sed alius frater impubes iure transmissionis sibi factæ ex potentia suitatis. quia tunc dicitur supereſſe ex persona quæ ex præsumpta mente testatoris habet excludere substitutum. Facit secundũ eum. l. qui duos. ff. de reb. dub. quod est sing. secũdum Ale. in d. §. quos possum. qui sequitur Ang.
107 † Et intelligatis, quòd iure suitatis frater substitutus est hæres suus fratri suo pupillo quandiu durat eius primæua conditio. si autem post mortem patris testatoris, & ante mortem sui fratris impuberis dedisset se in arrogationem alteri, ita quòd tempore quo cõtingit casus substitutionis reperiret se in potestate arrogatoris, non esset suus & necessarius hęres sui fratris, vt tenet gl. quam ibi firmat Ang. in l. 3. §. aperturæ. ff. de hær. inst. per l. sub conditione. ff. de lib. & post. super quo Im. in d. §. aperturæ. eleganter dicit, quòd si frater ille qui se dedit in arrogationem alteri, fuit ne

BIU Cujas

dum substitutus, sed etiam in aliqua parte cohæres datus impuberi, & partem illam adiuerit, non posset pupillarem à paterna separare dando se alteri in arroga
112 tionem, ideo adhuc erit suus hæres fratri pupillo, per l.quidam elogio. ad fi. C. de iur. delib. cum quo transit
108 Ale. in d. §. quos possum. ¶ † Postremo videre oportet de 7. & vlt. prin. art. s. qualiter finiatur & extinguatur hæc pupillaris substitutio. Et dico secundum doctrinam Bar. in l. in pupillari. ff. de vulg. & pup. quòd hæc subst. quandoque deficit ab initio, puta quia deficit aliquid de substantialibus in ea requisitis, de quibus dictum fuit s. in 4. prin. art. Quandoque deficit, & finitur ex postfacto. Et ista est materia nostra. Sub-
109 stitutio enim † quæ ab initio sua essentialia habuit, finitur quatuor modis. Primò ex persona testatis seu testamenti. Secundò, ex persona substituti. Tertiò ex persona eius cui facta est substitutio. Quartò ex ipsa substit. Primò deficit ratione personæ testantis seu testamenti, vt puta si testator fuit deportatus: quo casu irritatur eius testamentum. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupt. test. vel fecerit aliquod testamentum pòst: quia tollitur primum. l. si quis eum. in fin. ff. de vul. & pu. Idem si testamentum fuit ruptum per agnationem posthumi. l. si pater filium. illo e. tit. hodie tamen remanent tabulæ pupillares rupto testamento agnatione posthumi præteriti. per auth. ex causa. C. de lib. præt. & dixi plenè s. e. super verb. *In eodem test. relinquens.* j. lim. 27. & vlt. & tetigi s. in 7. huius substitutionis requisito, in fin. Idem si hæreditas testatoris non adeatur, vt d. l. moribus. §. adeò. quoniam tunc perit subst. nisi sustineatur per edictum, si quis omiss. caus. test. vel nisi existentia sui hæredis operetur confirmationem subst. per l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pup. Eodem modo finitur, si testamentum rumpatur in totum per querelam inofficiosi testamenti. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inof. testa. sed
110 hodie conseruatur per d. authen. ex causa. † Secundò principaliter finitur ex persona substituti, puta si non reperitur capax tempore mortis pupilli, vt l. si is qui hæres. ff. de hær. inst. quod est verum, si non sit in totum capax: si verò esset capax in parte, & in parte nó,
113 puta quia filius naturalis tantùm, qui patri non potest succedere vltra vnam vnciam, tunc succedit pupillo fratri suo in omnibus bonis pupilli, sed non in bonis paternis vltra portionem à lege taxatam: ideo residuum debetur succedentibus ab intestato. Similiter si spurius filio testatoris pupillo fratri suo fuerit substitutus, nihil capere potest de bonis testatoris patris sui, cùm non vitio & culpa sui sit capax, sed vitio & culpa parentum, bona paterna debentur succedentibus ab intest. secundum Bar. Bal. & communiter omnes in l. aufertur. §. j. ff. de iure fisc. & plenius in l. fi. col. 3. ff. de his quib. vt ind. & Bal. in l. j. C. de nat. lib. Sed bona pupilli, cui spurius eius frater fuit per patrem communem substitutus, tali spurio pertinebũt: quia licet bonorum patris sit incapax, nó tamen prohibetur fratri succedere per pupillarem subst. quę dicitur testamẽtum filij, vt deciditur in l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pup. vbi Bar. & Ale. & dixi s. in pri-
111 mo huius subst. effectu. † Tertiò principaliter finitur ex persona pupilli cui facta est substit. & hoc multis modis. Primò, adueniente pubertate, vt d. l. in pupillari. ff. de vulg. & pup. id est, quam primùm attigit vltimam diem quartidecimi anni. l. qua ętate. ff. hoc titul. Nam postquam eo tempore pupillus incipit posse testari, eoipso definit substit. pupillaris, quæ in eius prouisionem propter eius impedimentum testandi facta fuerat. ita dicit gl. in d. l. moribus. & Gul. de Cu. in d. l. precibus. & Bar. in d. l. in pupillari. quos ibi se-
112 quitur Alex. † Et onus probandi, quòd hæres mortuus fuerit pubes vel impubes: incumbit ei, qui in maiori vel minori ætate suam fundat intentionem. l. si minorem. C. de in integ. rest. min. secundum Salyc. in l. sciant. C. de leg. hær. & Ang. in §. fi. col. vlt. instit. ad Tert. Secundò, finitur per euentum alterius ętatis pupilli per testatorem taxatæ. vt l. si ita. ff. de vulg. & pupill. Et intelligatis per testatorem taxatæ intra 14. annos. Nam potest testator substit. limitare breuiori tempore: sed non ampliare, quòd excedat pubertatem, cùm ætas pupillaris sit de forma seu quasi huius substit. vt vidistis s. secundum Ias. in d. l. in pupillari. Tertiò finitur capitis diminutione minima ipsius pupilli. ff. de adoptio. l. nec ei. §. eorum. puta si pupillus cui pupillariter fuerit substitutum, datus fuerit in arrogationem alteri, vt habuistis s. in 4. prin. articul. in v. requisito. Tamen licet hoc casu ipso iure finiatur substitutio, attamen remanet in effectu valida, quia hæreditas pupilli debetur ex stipulatione substituto, aut alteri qui ei succederet, si adoptio facta non esset. l. non aliter. & l. his verbis. ff. de adopt. & Instit. de adoptio. §. cum autem impubes. Secùs esset, si pupillus pateretur maximam capitis diminutionem, puta quia doli capax deliquit, & deportatus fuit, vel seruus pœnæ effectus: quia tunc in totum ac in effectu & perpetuo extinguitur substitutio. Et ratio differentiæ est, quia arrogatio fit in fauorem pupilli, ideo per eam non tollitur effectus substitutionis: sed deportatio tendit in eius damnum propter suum delictum: merito tollit omnia quæ tendunt in sui fauorem, inter quæ est pupillaris substit. sed non tolleret ea, quæ tendunt in sui grauamen: ideo non extingueret fideicommis. ab eo relictum. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. Nam talis substitutio fideicommissaria tendit in onus & grauamen filij, & commodum alterius, s. fideicommissarij & testatoris, qui non delinquerunt. Ideo deportatione filij grauati non finitur, vt ibi, & in l. Statius. §. Cornelius. ff. de iu. fisc. ita elegan
113 ter decidit Bar. in d. l. in pupillari. † Præterea finitur hæc pupillaris substit. si impubes, cui facta est, monasterium ingrediatur, & ante pubertatem professus fuerit ex dispensatione papæ: quo casu per professionem efficitur intestabilis. auth. ingressi. C. de sacros. eccl. secundum Bar. in d. l. in pupillari. col. vlt. Et quia etiam monasterium habetur loco filij, secũdum *cõem opin.* in c. in præsentia. de prob. Ideo sicut si haberet liberos in ætate pupillari expirat substit. vt j. dicetur, ita etiam in proposito. Quod verum intelligatis, si est ingressus religionẽ quæ habere potest proprium in communi. Si autem ingressus esset religionem mendicantium, quæ proprium habere non potest in particulari aut communi, vt in cle. exiui. de ver. sign. tunc non extinguitur substit. imò effectum sortitur, perinde ac si pupillus mortuus esset naturaliter, per not. per Cyn. in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. & Bar. in l. j. col. vlt. ff. eod. tit. quia vbi idem operatur mors ciuilis, quod operatur naturalis, tunc de vno ad reliquum procedit argumentum. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. & in auth. de monach. §. illud. ver. sinau-
114 tem. secundum Im. hîc, & in d. l. in pupillari. † Si autem pupillus oblatus fuisset monasterio per parentes, cùm ex hoc non sit professioni obligatus, quin pœnitere possit, vsque ad annos discretionis. c. cùm scimus. & c. significantibus. de regul. tunc per talem ingressum non finiretur substitutio, cum interim

ipso

BIU Cujas

ipso iure non teneat ingressus.c.beneficium.de regu. in 6. Et sic firma manet substit. pupillaris secundum Im.& Ale.in d.l.in pupillari. Item finitur subst.si pupillus cui facta est substitutio, liberos infrà pupillarem ætatem suscipiat.l.ex facto. in prin ff.de vulg.& pup.secundum Bar.in d.l.in pupillari.quem ibi sequitur Ang. per rationem l.cùm acutissimi.C.de fideic. Nam vbi malitia supplet ætatem,possibile est in pupillari ætate procreare & suscipere liberos.c.de illis. de desp.impub.imò gl.in summa,in c.quod intra annos.xx.q.j.refert quendam puerum ix.ann.suam grauidasse nutricem.allegat Greg.hoc dicentem in dialogo, quem etiam refert Ioan.Andr.in c.puberes. de desp.impub.& in c.fin.de eo qui cogn consang.vxor. suæ.licet Franc.de Zab.Card.dicat in c.j.de del.puer. quòd sæpe legit in dialogo Greg.sed non inuenit illud dictum. Pariter refert Hierony. epistola lxxv. ad Ditanum, quòd Salomon & Achaz in xj. ætatis anno liberos procrearunt. & quòd cùm quædam mulier nutriens filium expositum cum eo se ingurgitasset,induxit puerum illum xj.annorum ad coeundum. Host.verò in d.c.fi.dicit non solùm vidisse in fœmina,sed etiam in masculo, quòd in ætate pupillari generaret filios naturales, quamuis legitimos tantùm, scilicet adoptiuos, habere non possit in tali ætate constitutus,Instit.de adopt.§.minorem.Restat ergo, quòd substitutio pupillaris finitur per natiuitatem liberorum:quia quemadmodum si ipse impubes maior fuisset,& testamentum fecisset,tale testamentum rumperetur agnatione posthumi præteriti. l.ij. C.de bon.poss.contra tab. & l.1.& 2. C.de posth.hær.inst. & pariter reuocatur & extinguitur donatio prius facta per superuenientiam liberorum. De quo plenè per Bart. in l.Titia. ff.de leg.ij. sic etiam rumpi debet substitutio pupillaris, quæ dicitur testamentum filij: & ita etiam tenet Bal.post Gul.in d.l.precibus.Nam aliàs sequeretur quòd hęc substitutio fauore filij pupilli inducta odium operaretur, scilicet liberos pupilli, quos plusquam seipsum diligit, excludendo, quod esset contra l. quod fauore. C. de legi. idem tenet Bal.in l.hæreditatis.ver.quarta differentia.& ibi Fulg.C.de impub.& aliis subst.& in l.nec enim.§.eo
115 rum.ff.de adopt. vbi singulariter istud dictum,† scilicet quòd per susceptionem liberorum finitur hæc substitutio,limitauit esse verum,vbi impubes cui facta est substitutio, susciperet filios naturales & legitimos, secus si naturales vel spurios : Quia tunc non expirat pupillaris,sed bene expiraret fideicommissaria.l.generaliter.§.cùm autem.C.de inst.& subst.melius facit l.ex facto. §.si quis rogatus. ff.ad Treb. Et pro ista differentia inter pupillarem & fideicommissariam facit secundum Alex.& Ias.gl.singularis in l.j. ff.de bon.pos.contra tab.volens quòd licet filius minus legitimè natus quandoque posset ex testamento vel ab intestato succedere patri, tamen contra testamentum nunquam admittitur.pro qua facit tex.not.
116 quem ibi ponderat Bald. in l.fin. C.de nat.lib.† Ex quibus sequitur, quòd valet substitutio pupillaris facta filio pupillo de suis propriis liberis nascituris ad instar exemplaris, per d.l.humanitatis. secundum Ale. in d.l.in pupillari.in fi.ff.de vul.& pup.& etiam de quocunque alio facta si sine liberis in ætate pupillari decesserit, secundum Ias.ibi in fi.qui allegat Rapha. Cum.sic consuluisse cons.181. incip.proponitur quòd Bartholomæus. Præterea finitur substitutio emancipatione pupilli,si ante mortem patris pupillus fuerit emancipatus. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. Quartò principaliter finitur substitutio pupillaris ex defectu ipsius substitutionis, vt si facta fuit sub conditione extrinseca, id est expressa in testamento. quæ deficit.l.sed si plures. in princip. ff.de
117 vulg. & pupil. † Nam etiam si antè decederet substitutus, spem substitutionis ad hæredes etiam suos descendentes non transmitteret,quia licet hereditas quæ semel ex substitutione mortuo pupillo debita fuit, transmittatur, prout dixi §.in quarto & vltimo effectu huius substi.tamen substituto præmoriente ipsi pupillo,vel post pupillum ante conditionem non transmittit spem substitutionis, etiam ad proprios descendentes, vt d.l.sed si plures.§.j. facit l.si ex pluribus.ff.de suis & leg.hær. & idem est in substitutione reciproca.l.Lucius.§.fi.ff.de vul.& pup.& in fidei commissaria, vt spes earum non transmittatur etiam ad descendentes.l.vnica.§.fin autem aliquid sub conditione.C.de caduc.tol.& est gl.singularis in l.j.C.de his qui ante apert.tabul. pro qua est casus secundum Doct.in l.cùm virum. C.de fideic. & l.hæredes mei. §.cùm ita.ff.ad Treb.licet gl.voluerit contrarium in l.is cui. ff. de act. & obl. quòd imò dispositio conditionalis transmittatur ad liberos. sed non est verum secundum Bal.& Ale.in l.cùm ex filio.§.j.ff.de vulg.
118 & pupil.† Ideo ius seu spes substitut.pupillaris non venit in confiscatione bonorum substituti, cùm in ea non veniant iura futura.l.eius qui apud.§.j.ff.e. & l.si mandauero.§.is cuius. ff.mand. & est gl.not.in l. nam ad ea. ff.de cond.& dem. de quo videatis Bald. in l.2.C.de bon.proscript.& in l.ex facto. & ibi Ale. ff.de vulgar.& pupil.§.fin.& dixi suprà super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* in v.articul.successionum ab intestat.videatis casum mirabilem & stupendum in quo spes substitutionis transmittitur substituto præmoriente ante implementum conditionis, quem scripsi §.e.in verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.*
119 in fin.† Et hoc verum,quòd spes substitutionis non transmittitur ad hæredes substituti præmorientis,nisi essent sibi hæredes iudicio testatoris, vt putà quia testator illi substituto eos substituerat : Quo casu ad illos hæredes iudicio testatoris venientes bene transmitteretur spes substitutionis. vt l.cohæredi.§.j. & ibi Bar.in l.paterfamil.ff.de vulg.& pup.nisi substituti fuissent sub conditione, quæ defecisset : quo casu ad eos spes non transmitteretur. l. qui habebat. illo
120 eo.tit.& dixi §.in j.princ.art.huius subst.† Et eodem modo transmittitur substit. vbi habet ius accrescendi annexum, & non tractatur de præiudicio alterius tertij : quod est quando ibi non est alius cohæres vel ☞ substitutus, de cuius præiudicio agatur. [Vel fortè substitutus repudiauit, aut aliàs est exclusus : nam si esset substitutus,ius substitutionis præferretur iuri accrescendi, tanquam expressum præfertur tacito. l.2. §.si duobus.ff.de bon.pos.sec.tab.secundum gl.in §. si verò.in auth.de hær.& fal. & in l.qui habebat.ff.de vulg.& pup.]text.est sing.secundum Bar.& alios ibi, in l.qui patri.ff.de acq.hær.quem idem Bar.dicit esse singularissimum,& ad hoc mirabilem in d.l.vnica.§. fin autem aliquid sub conditione.C.de caduc.tol.illa transmissio non venit per ius subst.sed per ius accrescendi, vt clarè decidit Bart.in d.l.qui patri.cùm ius accrescendi sit sui natura ad hæredes transmissibile, quia respicit portionem & rem. l.hæc scriptura.§.fi. ff.de cond.& dem. & substitutio respicit personam: ideo cũ persona substituti finitur. d.l. si ex pluribus. ff.de suis & leg.hær.nisi iuncta fuerit cum iure accrescendi.vt d.l.qui patri. nam etiam cõditionalis subst.

BIU Cujas

iuncta cum iure accrescendi transmittitur. l. qui ex duobus. in princip. ff. de acq. hær. secundum Bar. ibi. Iaſ. & Doct. in l. qui plures liberos. ff. de vulg. & pup. de fideicommiſ. autem ſubſt. an tranſmittatur, videbitis plenè ĵ. eo. in materia ſubſt. fideicommiſſariæ.

121 †Et ſic eſt finis huius quotidianę ſubſt. contra quam & totam eius materiam arguitur vnico medio. & videtur quòd hæc pupillaris ſubſtitutio ſit contra omnem iuris diſpoſitionem: Certum eſt enim, quòd teſtamentum non debet dependere ex alieno arbitrio, aliàs eſſet volũtas captatoria. l. captatorias. C. de teſt. mil. quinimò ipſe filius de conſenſu patris teſtari non poſſet, ne eius teſtamentum dependere videatur ex arbitrio alterius. l. qui in poteſtate. ff. eo. & l. ſenium. §. fi. C. qui teſt. fac. poſſ. & dixi plenè ſ. eo. ſuper verb. *Matrem inſuper Cleram.* ſed ſubſtitutio pupillaris, quæ (vt vidiſtis) dicitur teſtamentum filij, omnino dependet ex alieno ſcilicet patris arbitrio: ergo valere non debet de iure, & ſic tota eius materia vana

122 eſt & inutilis de nihilo ſeruiens. † Sed hoc non obſt. dico hanc ſubſtitutionem fore vtilem, & nunc à iure communi approbatam: nam licet vltima voluntas ſit nulla ex alieno dependens arbitrio: vt d. l. captatorias. attamen illud eſt verum, niſi ſtatuto vel conſuetudine approbaretur, & ſic fieri permitteretur. Nam cùm ſucceſsiones ſint de iure poſitiuo, ſaltem quo ad titulum, vt plenè habuiſtis ſuprà eodem, ſuper verb. *Teſtamentum*, j. ſtatutum vel patriæ conſuetudo poteſt ſuper his contra regulas iuris poſitiui diſponere, prout vult & expedit, ſicut factum fuit in hac ſubſtitutione, quæ licet dependeat ex alterius ſcilicet patris arbitrio, tamen conſuetudine fuit inuenta, & demum iure Romanorum ciuili approbata, vt d. l. moribus. ff. de vulg. & pup. ſicut videmus ex conſuetudine introduci poſſe in codicillis directò inſtitui, & quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, vel cum duobus teſtamentis, ſecundum Bal. in l. de quibus. ff. de legib. & plenè Alex. in d. l. moribus. in prin. & de caſu noſtro eſt tex. in l. captatorias. ff. de hær. inſt. ibi, ſenatus cenſuit. de quo plenè dixi ſ. eo. in verbo, *Condidit*, j. Et pariter poſſet hæc ſubſtitutio ſtatuto vel conſuetudine tolli, cùm vnum ius ciuile poſsit per aliud tolli. Inſt. de iure nat. §. ex non ſcripto. verſ. ea verò.

S V M M Æ.

1 *Exemplaris ſubſtit. quid, & quare ita appelletur. & n. 2.*
3 *Pupillaris & exemplaris an conueniant in cauſa producente.*
4 *Exemplariter ſubſtitui poteſt furioſo ſicut & mente capto.*
5 *Exemplariter ſubſtitui poteſt muto, ſurdo & prodigo.*
6 *Exemplariter ſubſtitui poteſt minori per ſtatutum teſtari prohibito.*
7 *Exemplariter ſubſtitui poteſt filio ſanæ mentis in caſum quo demens aut prodigus fiat.*
8 *Phrenetico an poſſit exemplariter ſubſtitui.*
9 *Pup. et exemplaris an conueniant in materia producibili.*
10 *Exemplariter ſubſtituitur iis quibus pupillariter, ſi ſint mente capti.*
11 *Exemplariter ſubſtitui poteſt religioſo mente capto.*
12 *Mater poteſt ſpurio exemplariter ſubſtituere.*
13 *Mente captus habens parentes naturales, & patrem arrogatorem, poteſt decedere cum tribus teſtamentis.*
14 *Filij an parentibus furioſis exemplariter ſubſtituant.*
15 *Mater ſubſtituit filio exemplariter, niſi ad ſecunda vota tranſeat.*
16 *Pater etiam ad ſecunda vota tranſiens poteſt filio exemplariter ſubſtituere.*
17 *Exemplaris non requirit quòd fiat impuberi.*
18 *Exemplaris non requirit eum cui fit mortuo teſtatore efficiſui iuris, ſed quòd non ſit recaſurus in alterius poteſtatem. & num. 19.*
20 *Exemplaris ſicut & pupillaris requirit quòd pater ſibi prius faciat teſtamentum.*
21 *Exemplaris fieri non poteſt filio exhæredato.*
22 *Furioſus an propter delictum antea commiſſum poſſit puniri, vel exhæredari.*
23 *Furioſus habetur pro mortuo.*
24 *Cadauer puniri poteſt.*
25 *Damnato ſeipſum occidente, eſt in arbitrio iudicis ipſum ſuſpendere.*
26 *Furioſus quid ſi tempore dilucidi interualli delinquat.*
27 *Exemplaris requirit additionem hæreditatis ſicut pupill.*
28 *Exemplaris an conueniat cum pupillari in modo procedendi.*
29 *Exemplariter qui poſſint furioſo ſubſtitui.*
30 *Furioſi filium vnum an pater ei ſubſtituat aliis præteritis. & num. 31.*
32 *Fratris appellatione an ille veniat, qui ex altero tantùm eſt latere.*
33 *Furioſi pater extraneum ſubſtituen. poteſt matrem præter-*
34 *Exemplaris tacita quando locum habeat.* 35. *(ire.*
36 *Exemplaris tacita probata.*
37 *Exemplaris partim expreſſa, & partim tacita.*
38 *Exemplaris an conueniat cum pupillari in effectu.*
39 *Exemplaris an trahatur ad omnia bona furioſi & patris.*
40 *Materna pietas æqualis paternæ in exemplari ſubſtitut.*
41 *Homo dignior quàm fœmina.*
42 *Parentum appellatione venit mater.*
43 *Furioſo qui prius ſanæ mentis teſtamentum fecit, ſi pater poſtea ſubſtituat, quid iuris.*
44 *Pater prodigus an filio ſubſtituat exemplariter.*
45 *Exemplaris an matrem excludat.*
46 *Exemplaris an deſinat vt pupillaris.*
47 *Exemplaris ceſſat ceſſante cauſa.*
48 *Exemplaris ceſſante furore ceſſat, & reuerſo reuertitur.*
50 *Exemplaris ceſſat natis liberis.* *(& n. 49.*
51 *Exemplaris ceſſat delicto eius cui fit.*
52 *Exemplaris ſubſtitutio eſt ſpecies diſtincta.*
53 *Exemplaris in quibus differat à vulgari.*
54 *Exemplaris in quibus differat à pupillari.*
55 *Exemplaris differt à reciproca.*
56 *Exemplaris differt à compendioſa.*

¶Tractatus exemplaris ſubſtitutionis.

TErtia ſubſtitutio dicitur exemplaris ad † exemplum pupillaris ſubſtitutionis inuenta, & fit filio mente capto, ſicut fit pupillaris filio pupillo. Quæ quidem ſubſtitutio ſic deſcribitur per Sal. in l. humanitatis. C. de impuberum & aliis ſubſtitution. column. v. 1 Exemplaris eſt ſubſtitutio directa, per alterum ex parentibus facta, libero eius mente capto de perſona ei veriſimiliter ab inteſtato ſucceſſura, bona vtriuſque comprehendens, vt ex ſequentibus latiùs declarabitur, & cùm hæc ſubſtitutio ſit omni tempore durante furore directa, poteſt quibuſcunque verbis directis fieri. vt ſi filius meus in furore, vel dementia, aut mutitate, vel prodigalitate deceſſerit, talis ſit hæres. Et etiam fieri poteſt verbis communibus, veluti, talem ſubſtituo. Quia cùm exemplaris valere poſsit

om

omni tempore iure directo, cùm omne tempus furoris sit idem & non mutetur, non est differentiæ ratio assignanda, secundum Bal. in d.l. humanitatis. & Ang. Are. in §. qua ratione, Inst. de pupill. subst. † Et hæc
2 subst. magistraliter appellatur exemplaris, quia ad exemplum pupillaris inducta, seu similitudinem, quę causatur ex imbecillitate animi vtriusque. Nam sicut animus & intellectus impuberis non iudicatur sapiens nec stabilis. l. fi. C. de test. mil. (& inde dicit Philosophus, nemo iuuenes eligit in duces, quia non constat eos esse prudentes) ideo lex prohibuit pupillum testari, & patri hoc facere permisit pro ipso. Eadem humanitate permisit lex parẽtibus, vt filiis etiam puberibus mente captis testamentũ faciant, secundum Sal. in d.l. humanitatis. col. 4. in fi. subiungens in fi. d. l. quòd non potest fieri nec reuocari in codicillis, cũ sit directa. l. hæreditatem, C. de cod. Pro cuius declaratione sunt quinque principaliter examinanda. Primò qualiter prædictæ duæ substitutiones, sc. pupillaris & exemplaris conueniant in causa producente. Secundò qualiter conueniant in materia producibili, s. vtrùm omnia quæ requiruntur ad pupillarem, etiam requirantur ad exemplarem. Tertiò, qualiter conueniant in modo producendi, s. an exemplaris fieri possit tacitè vel expressè, sicut pupillaris. Quartò, qualiter conueniant in effectu producti, an omnes habeat effectus, quos habet pupillaris. Quintò & vltimò, vtrum eisdem modis finiatur & extinguatur exemplaris, sicut & pupillaris.

3 † Venio ad primum, s. an conueniant in causa producente. & dicunt docto. quòd sic: quia sicut pupillaris fuit inducta, quia pupillus non potest sibi prouidere per testamentum, ita & exemplaris. Quia mente captus & similes non possunt testando sibi prouidere. l. humanitatis, C. de iumpub. & al. subst. & Inst. de pup. subst. §. qua ratione. Vel dicatis secundum Bart. in 7
l. ex facto. col. 4. ff. de vulg. & pupil. quia non conueniunt in causa efficiente: quia pupillaris introducta fuit moribus. vt l. ij. in prin. illo e. tit. Exemplaris verò introducta fuit lege vel consuetudine principis, vt d.l. humanitatis. & sic in causa efficiente differunt. In causa autem finali in genere conueniunt, quia vtra que substitutio introducta fuit ad prouidendum ei 8
qui sibi prouidere non potest. Sed si consideremus causam finalem in specie, tunc non conueniunt: quia pupillaris substitutio introducta fuit ad prouidendum ei, s. pupillo qui propter ætatem sibi prouidere non potest testando. Ista verò exemplaris ad prouidendum mẽte capto etiam puberi, qui propter mentis defectum testari non potest, vt d. l. humanitatis. Nam mentis defectus est causa propter quam fit hęc substitutio simul cum impossibilitate testandi, quæ
4 resultat ex morbo. † Ideo communiter tenetur, quòd sicut mente capto potest exemplariter substitui, vt d. l. humanitatis. sic etiam substitui poterit furioso, qui propter defectum mentis testari non potest. l. furiosum. C. qui test. fac. poss. c. fi. de suc. ab intest. Nam quòd furioso possit substitui, facit tex. in l. fi. in prin. iuncta gl. in verbo, substitutio. C. de cur. fur. Præterea ratio faciendi hanc substitutionem fundatur in humanitate: vt d.l. humanitatis, quæ fortiùs militat in furioso, quàm mente capto, secundum Bart. in d.l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & Bald. ibi, in d.l. humanitatis. & vtrobique Ale. & *est communis opinio*, licet Ang. in d.l. ex facto. contrarium tenuerit, motus quia d.l. humanitatis. loquitur in mente capto, qui furorem habet interius non prosiliens ad actus exteriores alteri nocuos: sicut facit furiosus proiiciendo lapides, & aliàs damnificando. Vnde cùm d. lex sit exorbitans à iure communi, quo regulariter substitui non potest maiori directè, & loquatur in mente capto, non debet posse extendi ad furiosum, præsertim quia tex. habemus in l. si furiosi. C. de nupt. quòd iura exorbitantia, loquentia in mente captis, locum non habent in furiosis: & sic ei substitui non potest, nisi à principe impetretur, sicut fiebat antiquitus, vt d.l. ex facto. sed cùm in furioso sit maior ratio humanitatis, prima opinio velut communis tenetur: quam etiam sequitur Ias. in d.l. humanitatis. col. 2. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Prouiso, quòd furor sit perpetuus & continuus: quia si haberet interualla dilucida, quia sibiipsi prouidere potest illo tempore dilucido testando, non posset tali hæc substitutio fieri. Et requiritur furor aut alius casus non solùm tempore testamenti, sed tempore mortis, vt l. ij. §. sed si extraneum. ff. de vulg. & pup. secundum Bar. & Ale. in d.l. ex facto. & Bald. in d.l. humanitatis. † Et eodem modo substitui 5
potest hodie muto & surdo ac prodigo, per rationem d. l. humanitatis. Licet olim iure fforum pater non posset eis substituere, nisi à principe impetraretur, secundum Bar. & Bal. in d.l. ex facto. Bal. Paul. & Ale. ac Ias. in d.l. humanitatis. Dum tamen sint tales mutus, surdus, & prodigus, qui testari omnino non possunt. De quo in l. discretis. C. qui test. fac. pos. idem tenet Im. hîc. † Ex quo infert, quòd si ex forma statuti 6
esset prouisum, quòd minor xx. annis testari non posset, illi tali poterit exemplariè substitui, secundum eum. Quia talis prohibitio testandi quandam importat bonorum interdictionem, quæ talem minorem facit æquiparari prodigo: & sic ei tanquam prodigo poterit exemplariter substitui, vsque ad xx. annos, secundum Bart. in l. ij. ff. de vulg. & pup. & Alex. in d.l. ex facto. † Plus dicit Salyc. in d.l. humanitatis. col. 7. quod etiam hæc substitutio fieri potest filio sanæ mentis in casum, in quem insanæ mentis, aut prodigus efficeretur. Nam sufficit eam conferri in tempus & casum, à quo incipere posset. l. si eum. §. fin. cum l. seq. ff. de don. inter vir. & vx. Tamen requiritur quòd furor adsit tempore mortis testatoris, secundum A-
le. in d.l. ex facto. col. 16. † Ex his sequitur, quòd non 8
posset phrenetico exemplariter substitui, secundum Bal. in d.l. humanitatis. in fi. quia non laborat perpetuo morbo, vt requirit ille text. licet Ias. dubitauerit, attento quòd phreneticus testari non potest, secundum Bal. in d.l. ij. q. x. C. de resc. ven. & sic eadem ratio militat in phrenetico sicut in furioso & mẽte capto, nisi intelligatur Bald. ibi, quòd testari non possit durante phrenesi, sed postea bene. Cum Bal. transit Ale. in d.l. ex facto. & d.l. humanitatis. dicens quòd phreneticus est ille qui interdũ habet istas fantasias. Idem Ias. in d.l. ex facto. subiungens ibi 14. col. quòd etiam fatuo non posset exemplariter substitui, qui testari potest de per se, secundum Ioan. Fab. quem ibi sequitur Ang. in §. præterea. Inst. quib. non est perm. face. test. Nec obst. quòd fatuo datur curator, sicut mente capto. l. j. in fi. cum l. ij. ff. de postul. Quia respondetur quòd datio curatoris non impedit testamenti factionem, quo minus curatorem habens testari possit etiam sine curatoris authoritate, secundum gl. in l. Aurelio. §. Caius. ff. de leg. ij. & est tex. in l. si frater. ibi, licet vigoris nondum emersissent vestigia. C. qui test. fac. poss. ibi Paul. & Alex. not. ex illo text. quòd maior 14. annis, licet habeat imbecillitatem intellectus, tamen poterit testari, vt vidistis ꝛ. in verbo, *Adiectæ*

impuberi. Tamen dubitat Iaſ. vbi §. cui videtur dura hæc deciſio: Tum quia in fatuo non eſt ſanitas intellectus, tum etiam quia tex. in d.l. dabimus. §. fi. cum l. ſeq. ff. de priuil. cred. æquiparat fatuum prodigo, muto, & ſurdo, quibus poteſt exemplariè ſubſtitui.

9 † Secundus articulus eſt, an hæ duæ ſubſtitutiones conueniant in materia producibili, ita quòd requiſita in hac pupillari pariter requirantur in hac exemplari. Et primò, quia in pupillari primò requiritur, quòd ille cui fit, ſit de liberis, ita etiam requiritur in
10 iſta. † Et dico quòd ſic: ideo ſicut pupillaris fieri poteſt liberis naturalibus & legitimis, & legitimis tantùm, veluti arrogatis. Inſt. de pup. ſubſt. in princip. & l. ſi arrogator. ff. de adopt. ita etiam talibus liberis ſubſtitui poteſt exemplariter, ſi ſint mente capti, furioſi, muti, aut prodigi, inteſtabiles, vt d.l. humanitatis. Quid autem in adoptiuis, hîc tangit Im. vt etiam in d.l. ex facto poſt Angel. Pariter ſicut pupillaris fieri non poteſt liberis naturalibus tantùm, & minus ſpuriis, ſic nec etiam iſta fieri talibus poterit, licet Bar. & Bal. in filio naturali tantum voluerint hanc ſubſtõnem fieri poſſe: cùm in ea non requiratur patria poteſtas, quia fieri poteſt per matrem, vt d.l. humanitatis. tamen prima opin. eſt verior, quòd etiam naturalibus tantùm fieri non poſsit, ſecundum Angel. Im. Alex. & Iaſ. in d.l. ex facto. quia filio naturali tantum nulla debetur legitima: cùm præter patris voluntatem nihil capiat, vt dicit gl. ſing. in l. j. ff. de bon. poſſ. contra tab. & eſt tex. in l. 3. C. de nat. li. facit l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. & tamen text. in d.l. humanitatis. requirit quòd legitima relinquatur mente
11 capto, cui ſubſtituitur: ergo, &c. † Prętereà hæc ſubſtitutio introducta fuit ad inſtar & exemplum pupillaris: & ſic iudicanda eſt in omnibus illi ſimilis, niſi expreſsè reperiatur differentia de iure. & ita etiam tenet Iaſ. in d.l. humanitatis. Nam videmus quòd fieri non poſſet filio cordigero, eo quia nulla ei debetur legitima, ſecundum Bal. in l. 2. C. de her. inſt. in fi. ſecùs in aliis religioſis, qui poſſunt tenere bona in communi: quia illis bene debetur legitima, & retinent omnia iura legitimi hæredis, vt l. Deo nobis. C. de epi. & cleric. ideo talibus mente captis poſſet exemplariter ſubſtitui, ſecundum Bal. in d.l. humanitatis. q. 7. & va
12 lebit ſaltem vt fideicommiſſaria. † Mater autem filiis naturalibus vel ſpuriis ſubſtituere exemplariter poteſt, cum etiam ſpuriis debeatur legitima in bonis matris. l. ſi ſuſpecta. §. j. ff. de inof. teſt. & in §. nouiſsimè. Inſtit. ad Orfic. niſi eſſet mulier illuſtris, cui eſſet dedecus tales filios habere. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfician. vel niſi eſſent nati ex damnato coitu: quo caſu non ſunt liberi nominandi, nec à parentibus alendi, in auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. & ſic minus debetur eis legitima, & conſequenter ſubſtitui exemplariter. Videatis Angel. Aret. in d. §. nouiſsimè. imò non poſſunt à patre vel matre in teſtamento hæredes inſtitui, aut ab inteſtato ſuccedere. Et ſi inſtituerentur de facto, hæreditas applicaretur venientibus ab inteſtato, ſecundum Bar. in d. auth. ex complexu. & in l. aufertur, §. j. ff. de iure fiſc. & plenius in l. fi. col. 3. ff. de his quib. vt ind. Bal. & Salyc. in l. ſi pater, C. de hær. inſt. & Bal. in l. j. C. de nat. lib. vt vidiſtis plenè in
13 verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*. † Ex quibus prę miſsis ſequitur quòd filius mente captus habens parentes naturales, & patrem arrogatorem, poterit decedere cum tribus teſtamentis, vno à patre, alio à matre, & reliquo ab arrogatore exemplariter facto: & quilibet ſubſtitutus vocabitur ad bona peruenta furioſo ab eo, à quo ſubſtitutus eſt: in reliquis verò bonis aliunde furioſis aduentis, quis dictorum ſubſtitu-
14 torum ſuccedet, dicam j. in 4. prin. artic. Et † licet pater & mater poſsint liberis, vt dictum eſt, exemplariter ſubſtituere: non tamen econuerſo poſſunt liberi patri vel matri dementibus hanc ſubſtitutionem facere, ſecundum Bar. per bonas rationes in d.l. ex facto. col. v. Et hæc eſt *communis* opinio, in qua omnes vnanimiter conueniunt excepto Iaſ. in d. l. ex facto, col. 7. Sed non curo. Secundò requiritur in pupillari, quòd liberi quibus fit, ſint in parentis poteſtate: ſed in iſta exemplari hoc non requiritur. Quia videtis per tex. in d.l. humanitatis, quòd mater poteſt eam facere, & tamen non habet filios in poteſtate. Inſtit. de adopt. §. fœminæ. vel fieri poteſt ab vtroque parente, ſcilicet patre & matre ſimul, qui eandem ſubſtitutionem facere poſſunt filio communi. Quo caſu ad eius confirmationem non requiritur mors vtriuſq;. Quin imò conſenſus viuentis accidit iudicio mortis. l. ſicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol. ſecundum Ang. Are. in d. §. qua ratione, col. 5. Non curatur ergo patria poteſtas in hac ſubſtitutione. & ſic fieri poteſt liberis emancipatis. Prouiſo, vt dictum eſt, quòd ſint naturales & legitimi, vel ſaltem legiti-
15 mi, prout §. habuiſtis. Et † prouiſo etiam, quòd non fiat per matrẽ, quæ tranſiuiſſet ad ſecunda vota: quia in illa ceſſat humanitas, quæ eſt fundamentum huius ſubſtitutionis, arg. l. lex quæ tutores, C. de adm. tut. Lex enim de tali matre non confidit, vt etiam apud eum filius educetur & nutriatur, l. 2. C. vbi pup. edu. deb. adeò quòd etiam ſi mater prius filio ſubſtituerit, & demum ad ſecunda vota tranſiuit, ſubſtitutio euaneſcit ſecundum Bar. in d.l. ex facto. vbi idem tenent
16 Angel. Raph. & Iaſ. in matre. Secùs † autem in patre, qui exemplariter ſubſtituere poteſt, quanquam ad ſecunda tranſiuerit vota, cùm propter hoc non priuetur adminiſtratione bonorum filij, l. fi. C. de bon. ma. & l. generaliter, C. de ſec. nupt. Facit gl. in auth. quòd mater, C. de reuoc. don. Sed Ioan. de Im. hîc, & in d.l. ex facto, tenet contra Bartol. etiam in matre, vt propter tranſitum ad ſecunda vota non priuetur, ſi petierit tutorem vel curatorem dari filio mente capto. Nam cum tunc non priuetur ſucceſsione filij. l. 2. §. filiis, ff. ad tert. quod matris fauorem concernit: multo minus priuari debet poteſtate ſubſtituendi exemplariè, quod concernit fauorem filij. per quam rationem plus dicit, quòd etiam poſito, quòd tutorem vel curatorem filio non petiiſſet dari mente capto ante tranſitum ad ſecunda vota, non propter hoc adimitur ei poteſtas ſubſtituendi exemplariè, cum hoc concernat fauorem filij, qui vitio matris non debet puniri. Nam videmus, quòd quantumcunq; pater filium exhæredauerit mala mente propter iniuriam filio irrogatam, non prohibetur ei pupillariter ſubſtituere, l. 2. §. j. ff. de vulg. & pup. & ita tenet Sal. in d.l. humanitatis. per plures alias rationes, & Im. hîc. Ale. verò nititur ſaluare opin. Bar. diſtinguendo, ſed ſua diſtinctio eſt de directo contra ea, quæ ſecundum ipſum fuêre deciſa §. in materia pupil. 4. prin. art. & in 7. requiſito & ad punctum in vj. prin. art. & in tertio effectu illius ſubſt. verſic. ſecundò apparere poteſt. Or aduertatis, quia pro concordia harum opin. Ang. Are. in d. §. qua ratione. valde mihi ſaturat intellectum dicens, quòd ſiue mater ſubſtituerit ante tranſitum ad ſecunda vota, ſiue poſt, inſpicere debemus modum & formam ſubſtit. per matrem factæ: quia ſi ſubſtituit venientes ab inteſtato, vel alium quem veriſimiliter furioſus

ſubſt

substituisset, tunc valet substitutio, quia inuenta fuit humanitate, & prætereà fauor est furioso, vt habeat hæredem, & ita intelligatur opin. Im. & Saly. aut mater substituet filio furioso suum maritũ, vel amasium, aut alterum de quo non est verosimile, quòd furiosus hoc fecisset, si sanæ mentis fuisset, & tunc non valet substitutio. & ita intelligatur opi. Bar. Nam hoc vltimo casu mater demonstrat patenter suum corruptũ animum erga filium fauore secundi mariti, vt l. lex quę tutores, C. de adm. tut. sed in primo casu ostendit constantiam & amorem non esse mutatum propter transitum ad secunda vota. Vnde non debet filio nocere, cuius interest habere hęredem. Nam sicut testamentum furiosi sapienter testantis, valet secundum aliquos, de quo dixi plenè s. eo. in verbo, *Adiecta verò impuberi*. sic etiam valebit substit. ab ipsa matre sapienter & disertè in fauorem filij furiosi facta. & ita tenerem, si daretur mihi iudicium. † Tertiò requiritur in 17
pupillari, quòd liberi quibus fit, sint impuberes. & certè istud non requiritur in hac substit. exemplari, vt d. l. ex facto. & d. l. humanitatis. quę loquitur in his filiis, qui possent suscipere liberos: & sic loquitur in puberibus & adultis, quibus exemplariter substitui poterit. Non tamen propter hoc negatur, quin exemplariter etiam possit pupillis mente captis substitui, si fuerint emancipati. Quia cùm propter defectum patriæ potestatis non posset substitutio valere iure pupillaris, valebit vt exemplaris. Si autem pupillus mente captus esset in patris potestate, tunc substitutio valebit iure pupillaris, si demens moriatur infra pubertatem, arg. l. qui habet. ff. de tut. Si verò moriatur in furore post pubertatem, valebit vt exemplaris secundum Gul. de Cun. in d. l. humanitatis. quod est verum, si facta fuerit sine temporis limitatione, vt j. dicetur. Nam licet substitutio quæ semel assumpsit vnum effectum, non transeat in alium, vt l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari. ff. de vulg. & pup. subst. quæ semel valuit directè non transeat in obliquam, attamen vna directa bene transit in aliam directam, vt in casu nostro, vbi vtroque tempore substitutio est directa. l. 3. §. qui fideicommissa. ff. de hær. inst. & l. centurio. ff. de vulg. & pup. & ita dicit Bart. in d. l. ex fa-
18 cto. cuius opin. tenet & defendit ibi Ale. Quartò † requiritur in pupillari substitutione, quòd per mortem testatoris pupillus efficiatur sui iuris: & istud non curatur in hac substitutione exemplari, de cuius substantia non est patria potestas. & sic siue demens cui substituitur sit emancipatus, siue per mortem substituentis efficiatur sui iuris, vel aliàs, valet hæc substi-
19 tutio. Quintò † requiritur in pupillari substitutione, quòd pupillus cui fit substitutio non sit per mortem substituentis recasurus in potestatem alterius: & ita etiam seruatur in hac exemplari, quia solùm hoc casu introductum est, vt quis possit alteri testari, cùm impeditur propter dementiam, vel similem casum. Si verò propter alium defectum, vt putà patriæ potestatis, vel similem, non posset mente capto substitui: quia ipse non posset furore cessante per se testari: ergo non poterit per alium. l. neque per se. C. de hęred. inst. secundum Bar. in d. l. ex facto. idem tenet Bal. in d. l. humanitatis. ideo dicebat per hanc rationem Guliel. de Cu. quòd si furiosus ante furorem fuisset condemnatus de crimine ex quo efficeretur intestabilis, tunc non posset ei substitui exemplariè: puta quia hæreticus. l. Manichæos. C. de hæret. aut deportatus. l. si
20 quis filio. §. irritum. ff. de iniust. rupt. test. † Sextò requiritur in pupillari, quòd pater prius sibi faciat testamentum, & aliquem hæredem instituat. Et pariter hoc seruatur in ista exemplari. Nam cùm testamentum patris sit principale, hæc substitutio quæ est testamẽtum filij, dicitur accessoria: ideo oportet, quòd confirmetur à suo principali. vt l. ex pupillari. ff. de vulg. & pup. Prætereà tex. in d. l. humanitatis. vbi hæc subst. fundatur, requirit quòd parens substituendo exemplariter filio mente capto saltem relinquat ei legitimam: ergo sibi debet testari, nisi esset miles, vt l. miles ita. ff. de test. mil. vbi dicitur, quòd in pupillari per militem fienda non requiritur quòd miles sibi testamentum faciat, secundum Bar. in d. l. ex facto. Sed Ang. tenet contrà in hoc vlt. casu, dicens quòd postquam de substantia exemplaris subst. est, quòd mente capto, cui fit, relinquatur legitima, necesse est, quòd pater substituendo testetur sibi, aliàs sine testamento non relinqueret sibi legitimam. Nec obst. l. miles ita. quia loquitur in substit. pupillari, in qua non cogitur pater filio pupillo aliquid relinquere. imò potest substituere pupillo exhæredato. Ale. in d. l. ex facto. videtur sequi opi. Bar. quia eo ipso, quòd miles facit subst. exemplarem, licet sibi non testetur, tamen cùm filius sit proximior ab intestato, satis videtur ei relinquere. l. si quis cùm testamentum. & l. conficiuntur. ff. de iure cod. Præsertim quia secundum tempora d. l. humanitatis. poterat filio relinqui quoquo relicti titulo: & sic non erat necesse, quòd pater sibi faceret hæredem. Dicit tamen Im. quòd miles substituere non posset filio mente capto exhæredato exemplariè, licet pupillariter hoc facere posset, vt dicam nũc, quia tex. in d. l. humanitatis. requirit omnino relinqui legitimam illi cui exemplariè substituit. Hodie verò sufficeret mente capto relinquere etiam minùs legitima, cùm ipso iure capiat suppletionem, vt l. omnimodo, C. de inof. test. & sic valeret exemplaris subst. secundum Bart. & Alex. in d. l. ex facto. & Iaso. in d. l. humanitatis. & hæc opinio Bartol. est *communior & æquior*, secundum Imol. hîc. idem tenent Ang. Saly. & Paul. in d. l. humanitatis. licet gl. ibi, & Ioan. Fab. in §. qua ratione, Instit. de pupil. substitutione, tenuerint quòd de forma huius substitutionis est quòd integra legitima relinquatur furioso: sed non est verum, se-
21 cundum Angel. in d. §. qua ratione. † Septimò requiritur in pupillari substitutione, quòd filius sit institutus vel exhæredatus. Et certè hæc exemplaris quo ad institutionem filij concordat cum pupillari: in eo verò quòd in pupillari sufficit pupillum exhæredari, differt hæc substitutio à pupillari. Quia ista fieri non potest filio mente capto exhæredato: cùm de necessitate debeatur ei legitima, vt d. l. humanitatis. Et ratio differentiæ est secundum Gulielm. de Cun. propter rigorem patriæ potestatis, quæ durat. Imò multo plus in filio exhæredato sicut in non exhæredato. Qui quidem rigor est fundamentum pupillaris substitutionis. sed ista exemplaris fundatur in humanitate, quæ cessat quando pater filium exhæredat. Alia ratio assignatur per Ray. quia pupillaris fit impuberi, qui potest esse doli capax: & sic committere causas ingratitudinis, ratione quarum exhæredetur, vt dictum fuit s. in materia pupillaris: sed furiosus committere non potest causas ingratitudinis. Hæc ratio nihil valet, quia furiosus exhæredari posset propter causas ingratitudinis ante furorem commissas, vt l. tam dementis. C. de episcop. audient. & l. finali. C. de curator. furios. vbi furiosus erat exhæredatus. quod intelligitur propter causas ante furorem commissas
22 contra patrem, secundum omnes. † Ex quo habetis,

quòd

quòd propter delictum ante furorem commissum potest furiosus puniri in bonis. Sed dubia quęstio est, an etiam possit puniri in corpore, maximè pœna capitali mortis, aut aliàs suæ personæ afflictiua. Super quo tres reperio principales opi. Prima fuit opi. Bal. in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. vbi dicit, quòd licet puniri possit in bonis, non tamen in persona. Quia non debet afflicto addi afflictio, vt in propriis termi nis dicit tex. in l. diuus. ff. de of. præsi. idem tenet Bal. in l. humanitatis. ſ. alleg. vbi idem dicit in muto & surdo, plenius tamen in l. vnic. C. de conf. Idem tenet in c. j. de eó qui interfic. fra. dom. dicens idem in phrene
23 tico, quem ibi sequitur Iac. de Aluar. † Furiosus enim habetur pro mortuo, secundum Bal. in d. l. humanitatis. Or mortuus damnari non potest, secundum Cy. in l. ij. C. qui test. fac. pos. Præterea habetur loco absentis. l. ij. ſ. furiosus. ff. de iure cod. & contra absentem ferri non potest sententia capitalis. l. absentem. ff. de pœn. & insuper equiparatur lapidi, secundum Bar. in l. j. ſ. per eum. ff. de acq. pos. & Bal. in l. sancimus. C. ad Treb. dicit, quòd furiosus est sicut dormiens, & dormiens delinquendo non punitur. l. respiciendum. ff. de pœn. hanc opi. in effectu sequitur Ale. in d. l. furiosum. & idem Bal. in l. obseruare. ff. de of. proconſ. & Pet. de Anc. in cle. j. de hom. vbi bon. text. de furioso, infante, & dormiente. Secunda opi. fuit tota contraria primæ, videlicet quòd furiosus propter delictum ante furorem commissum puniri debet & potest, non obst. furore superueniente, quam tenet Lud. in d. l. furiosum. vbi dicit, quòd licet opinio Bal. propter eius authoritatem seruaretur fortè in practica, tamen de iure verior est opin. quòd furiosus puniatur: quia qualitas superueniens post delictum cõmissum non mutat pœnam. l. j. ff. de pœn. idem tenuit præfatus Lud. in l. pen. ff. si ex nox. cau. aga. motus doctrina Bart. & aliorum Doct. ibi, & in d. l. j. ff. de pœn. vbi concludunt, quòd in publicis delictis, in quibus est de iure determinata pœna, attenditur tempus commissi delicti, non obstante variatione status personæ. Ex quo videtur quòd attendi debeat tempus delicti commissi, quo erat sanæ mentis. Nec obst. quòd furiosus habeatur pro mortuo: quia illud est verum quo ad ea, quæ sanam mentem concernunt, sed non eximi-
24 tur à patiendo pœnam, † quia etiam corpus mortuum puniri potest, de quo per Bal. in d. l. ij. C. qui test. fac. poss. facit gl. in c. mulier. xv. q. j. vbi si mulier fecit se cognosci ab animali, animal debet suspendi, licet intellectu careat, & tenet Nicol. de Lyra, Exod. xxij.
25 ideo not. dicit Bal. in d. l. 2. † quòd si damnatus ad mortem seipsum occiderit, est in arbitrio iudicis ipsum suspendere. allegat clem. j. de pœn. & rem. Præterea l. diuus. ff. de offic. præsi. non loquitur de furioso, qui fuit ante furorem damnatus, sed qui in furore deliquit. Hanc eandem opin. contra Bal. tenuit Franc. de Albergotis, de Aret. discipulus Bar. motus, quia furor superueniens non tollit præcedentem obligationem. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel al. iuris. Sed iste committendo delictum incidit in pœnam, & sic in obligationem, ergo non debet tolli propter furorem superuenientem. Tertia fuit opinio Ioan. de Im. hîc, qui licet in d. l. ex facto. plura disputando allegauerit pro & contrà, & nihil concluserit, tamen hîc videtur in effectu distinguere, aut deliquit ante furorem, & pro delicto fuit accusatus, & per sententiam damnatus, sed tempore executionis reperitur effectus furiosus: & tunc furor eum à pœna non excusat. Quia non restat nisi pura facti executio, sicut in illo qui se occidit. Aut furor ei superuenit post commissum delictum, sed ante accusationem & sententiam, & tunc puniri non poterit durante furore, donec ad sanam mentem reuertatur: quia cùm tunc furiosus habeatur loco absentis, sicut contra absentem procedi non poterit ad accusationem vel sententiam capitalem, vt d. l. absentem. Vbi enim talis pœna venit imponenda, non admittitur procurator, consequenter nec curator illius, qui nullum habet intellectum. l. pen. ſ. ad crimen. ff. de publ. iud. nam vbi est necessaria causæ discussio, sine parte nihil agi potest. c. j. de causa poss. & propr. sed in exhæredatione non requiritur discussio iudicialis processus, nec sententia, ideo illa fieri potest propter ingratitudinem filij ante furorem commissam. Et hanc vltimam opin. sequitur Ale. in d. l. ex facto. col. x. licet Im. hîc videatur similiter residere, quòd furore superueniente tempore exequutionis post sententiam capitalem, adhuc sit consulendus superior seu princeps. Ego verò in consulendo quinimò semel in iudicando tanquam iudex appellationum Caturci sequutus fui primam opin. scilicet Bal. in persona cuiusdam pauperrimæ mulieris, quæ quendam submerserat puerum patri & matri vnicum, quem proiecerat de ponte de Valandræ ciuitatis Caturci in flumine Olti. Ob quod facinus fuerat per Viguerium, & consules dictæ ciuitatis damnata ad suspendium. Quæ quidem sententia fuit per me reformata, & dicta infelix mulier à pœna capitali liberata. Videatis Ias. pulchrè loquentem, & cum Bald. finaliter concludentem in d.
26 l. si furiosum. & d. l. ex facto. col. x. † De delicto autem commisso tempore quo habet dilucida interualla, & an delictum commissum præsumatur tempore furoris, aut dilucidi interualli, dixi ſ. eo. in ver-
27 bo, *Adiectæ verò impuberi.* † Octauò requiritur in pupillari substitutione aditio hæreditatis, & certè in hac exemplari est dicendum, secundum Bart. in d. l. ex facto. quòd aut est institutus solus furiosus à patre, in cuius erat potestate, & tunc existentia sui hæredis confirmat tabulas exemplares. arg. l. fi. ſ. fi. C. de cur. fur. Si autem non erat in potestate, putà quia certat de testamento materno, vel habet cohæredem extraneum, ita quòd substitutio non potest existentia sui hęredis confirmari, tunc requiritur aditio cohæredis. l. apud Iulianum. ſ. idem Iulianus. ff. ad Trebel. vel debet furioso dari curator, qui petat bon. pos. secundum tab. quæ licet secundum aliquos non sit iuris, tamen confirmat tabulas exemplares, sicut confirmat fideicommissa vniuersalia, per text. singularem in l. cùm hæres institutus. ff. ad Treb. facit l. nam quod. ſ. si quis compulsus. eo. tit. & l. qui plures. ſ. fin. ff. de vulg. & pup. Idem tenuit Im. hîc, & in d. l. ex facto. præterquam in milite, in quo dicit valere substitutionem exemplarem absque hæreditatis aditione, sicut in pupillari, per l. miles ita. ſ. fi. ff. de test. mil. & idem cum Bart. tenent Bal. & Salyc. in d. l. humanitatis. dicentes, quòd posito etiam, quòd mente captus non esset suus, neque adiretur hæreditas, non propter hoc extingueretur substitutio, cum exemplaris sicut pupillaris tacitam contineat vulgarem, vt j. videbitur. & idem in effectu dixerat Bartol. vbi ſ. cum
28 quo transit ibi Alexand. † Tertius principalis articulus erit, an hæc substitutio exemplaris conueniat cum pupillari in modo producendi seu procedendi. Et iste articulus continet duo principalia capita. Primum concernit modum producendi hanc substitutionem respectu personarum. Secundum concernit

modum

BIU Cujas

modum producendi hanc substi. quo ad sui substantiam. Circa primum caput, s. personarum, considerantur personæ quæ substituere possunt, & sunt vtriusq; sexus ascendentes naturales & legit. vel legitimi tantum. Similiter considerantur personæ quibus substitui potest, & sunt descendentes mente capti, furiosi, muti, & surdi, prodigi, & puberes, & per statutum intestabiles, & de his duobus membris satis dictum fuit
29 §. in 2. prin. art. † Præterea considerantur personę quę substitui possunt exemplariter, de quibus restat nũc videre, & tex. in d. l. humanitatis. dicit, quòd liberi ipsius furiosi debent ei substitui, si liberos habeat. sinautem, debẽt substitui fratres, si fratres habeat, nec posset pater substituens eos præterire sine periculo testamenti, & si mente captus liberos aut fratres non habeat, potest ei substitui quicunque extraneus, secundum Nic. de Mat. in quadam sua disp. idem tenet Gul. de Cu. & idem quòd possit extraneus substitui furioso per patrem arrogatorem, qui non tenetur filios arrogati, neque fratres necessariò substituere, attento quòd ius subst. non extẽditur ad bona furiosi aliunde quæsita, vt videbitis j̃. in 4. prin. art. ita dicit Saly. post Rayn. in d. l. humanitatis. col. xj. Et quod dictum est, quòd pater debet substituere liberos, & in eorum defectu fratres furiosi, est verũ si omnes liberos vel fratres substituere velit: Aliàs sufficit, quòd vnum ex his substituat: aliis liberis furiosi in re certa institutis, vel ex iusta causa exhæredatis, quia sine causa non posset eos exhæredare, secũdum gl. in d. l. humanitatis. licet Ric. Malumb. tenuerit cõtrarium, s. quòd sufficiebat vnũ ex illis substituere, nec reliqui poterant conqueri, arg. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoffi. test. & in d. l. humanitatis. dũ dicit, nulla querela. Præterea permittit patri vnũ ex filiis furiosi substituere, sed Bart. sustinet glos. d. l. humanitatis in d. l. ex facto.
30 † Nam licet pater vnũ ex filiis furiosi possit substituere, tamen ex hoc non permittitur, quòd alios debeat prętęrire, vel sine causa exhęredare. Sed debet eos exhæredare ex causa, vel in re certa instituere. facere enim debet pater substituens, quod faceret furiosus, si sanæ mentis esset. De quo non est verosimile, quòd filios proprios præteriret, aut sine causa exhæredaret. Nec obst. tex. dum dicit, nulla querela, quia intelligitur, quando mente captus nullos habebat filios, vel si filios habebat, intelligitur quando cæteri filij exhæredarentur ex iusta causa. Similiter non obstat §. sed nec impuberis. quia non loquitur in hac exemplari subst. quę (vt dictum est) inducitur ex quadam humanitate quæ cessaret quando cæteri liberi præterirentur sine iusta causa, vel exhæredarentur. Nam qui sine causa exhæredat, ex officio pietatis non procedit, nec sanæ mentis reputatur. l. j & ij. ff. de inof. test. Ideo nisi cæteri filij mente capti instituantur, vel ex causa legitima nominatim expressa exhæredentur, vel præterean tur, querelare possent subst. exemplarẽ: maximè quia videmus, quòd si facta exẽplari subst. nascantur mente capto liberi, quia in subst. fuerãt pręteriti, ipsa substi. & sic testamentum suum rumpitur, vt videbitis in v. & vlt. prin. art. ergo saltem à pari rumpi debet, si iam nati fuerint sine causa præteriti vel exhæredati. Postremò videmus, quòd quando mente captus cui substituitur, habet fratres mente captos, tũc substituens non tenetur aliquem ex illis substituere, vt d. l. humanitatis. in verb. sapientes. Secus autem vbi haberet filios mente captos: quia tunc tenetur substituere illos quantumcunque mente captos. Et hanc partem cum Bar. tenent Io. Fab. in d. §. qua ratione. & Bal. in d. l. humanitatis. ver. venio ad sextum not. & ibi Ang. & Sal. Or aduertatis quia ipsemet Bar. in d. l. humanitatis. in fin. tenet contra gl. ibi, quòd pater substituendo filio furioso potest vnum ex illius filiis furiosi substituere & cæteros præterire, vel exhæredare, etiam iniustè, neq; poterunt cõqueri. & dicit ita tenere *communiter* Doct. per text. in d. §. sed nec impuberis. idem tenet Imol. in d. l. ex facto. per rationes Richardi. Et etiam mouetur, quòd si pater substituendo filio mente capto potest matrem mente capti præterire, prout potest, secundum Bartol. in d. l. ex facto. & videbimus j̃. quam ipse furiosus si sanæ mentis esset, testando excludere non posset, secundum Bart. in auth. nouissima, C de inof. test. vbi *communiter* tenetur filium non posse sine causa matrem præterire, nec à legitima excludere: ergo eadem ratione poterit auus nepotes ex filio mente capto præterire vno solo substituto. Nec obstat, quòd hoc casu hæc substitutio potius continebit iniquitatem, quàm humanitatem, quia cæteri filij sine causa remanebunt priuati paterna hæreditate. Nam respondet, quòd ille filius solus substitutus tenebitur alere alios fratres suos: quia onus alendi transit ad hæredes. l. si quis à liberis. §. idem rescriptum. ff de lib. agnosc. & idem tenent Rayner. Franc. Tigrini, Raph. & Paul. in d. l. humanitatis. Concludentes contra gl. ibi, & contra Bart. in d. l. ex facto. Vltra prædicta motiua multum facit contra gloss. & Bartol. textus in dicta l. humanitatis. in verbo, sapientes. vbi probatur, quòd si filius mente captus filios haberet mente captos, pater mente capti nullum de dictis mente captis teneretur substituere. Imò lex tolerat, quòd tales mente capti non substituantur etiam in legitima, licet eis non minus debeatur legitima, quàm sanis. Cùm iure non caueatur, quòd furor & dementia sint iusta causa eos prætereundi, vel exhæredandi: quia non numerantur in §. causas. in authen. vt cùm de appel. cognosc. nec per glo. in cap. Quintauallis. de iureiurando. ergo sicut mente capti possunt præteriri, ita etiam poterunt & sani, vno ex eis solo substituto. Ex quibus hincinde adductis apparet articulum istum esse valde dubium, & vtranq; partem de iure fore sustentabilem. Ob quod Alexan. j̃. in d. l. ex facto. ausus non fuit aliquam partem sustinere: sed in d. l. humanitatis. column. v. tenet opin. gl. ibi, & opinionem Bar. in d. l. ex facto. tanquam humaniorem. concludens, quòd si descendentes ipsius mente capti sint sani, necesse est ad minus vnum ex eis exemplariter substituere, & si vnus solus per auum exemplariter substituatur patri, necesse est cæteros in legitima, aut minus legitima, scilicet in re certa instituere, & postea poterunt ad supplementum agere, vel eos iustè exhæredare, aliàs præteriti, aut indebitè exhæredati testamentum rumperent. Si verò tales descendentes sint mente capti, non erit necesse eos vel aliquem eorum patri exemplariter substituere, sed substitui debent fratres mente capti, aut vnus eorum, si fratres habet: vel si non habet fratres, substitui poterit extraneus. sed talibus descendentibus mẽte captis necesse est iure institutionis legitimam, aut minus legitima relinquere, postquam eis debetur, vel eos iustè exhæredare. Quia præteriti indebitè vel exhæredati testamentum rumperent, & hæc æquior est sententia, ne afflictis detur afflictio perditionis legitimæ, & ita etiam reperio tenere Ias. in d. l. humanitatis. column. 3. in princip. & in d. l. ex facto. col. xv. vbi dicit hanc opinionem esse humaniorem, licet contraria sit in puncto iuris verior. Idem tenet

Ang

Ang.Are.in d.§.qua ratione.col.pen.Instit.de pupil. substit. Nec sufficeret quòd isti simpliciter alerentur vel à fratre, vt in primo casu, vel ab extraneo substituto, vt in secundo: quia cum legitima in bonis patris eis debeatur, non tenentur eam recipere, nisi in corparibus hæreditariis, & in pleno dominio secundum Bar.in l.suus quoque.§.j.ff.de hær.inst.& Bal.in l.scimus.C.de inof.test. † Vnum tamen menti tenebitis, quòd licet pater possit vnum ex liberis furiosi filij eidem filio substituere, cæteris aliis preteritis secundum vnam opin.aut in aliquo certo institutis, vel iustè exhæredatis secundum aliam: tamen hoc verum habet, quando vnum de liberis naturaliter genitis filio furioso substitueret: secùs autem si ei substitueret vnum monasterium, & non filios naturaliter genitos: quia non valeret substitutio. licet enim monasterium loco filij habeatur, in auth.de san.episc. §.sed & hoc præsenti. & in c.in præsentia.de prob. tamen hoc est verum, quando quis ingreditur monasterium, & non aliter. Or in casu nostro filio furioso nõ ingresso monasterium non potest monasterium haberi loco filij, secundum Sal.ita intelligentem prædicta iura in l.ea lege. col.15. C.de cond.ob caus. & ita in casu nostro decidit Ias.in d.l.ex facto.col.16.dicens hoc nunquã per scribentes fuisse tactum. Et quòd ſ. dixi, quòd si filius mente captus non habeat descendentes, sed solùm fratres, pater mente capti tenetur saltem vnum ex eis filio substituere, s.de vtrinque coniunctis, secundum Gul.de Cu.pro quo facit tex.in d.l.humanitatis. qui loquitur de illis, qui admittuntur ad querelam, & fratres ex vno tantùm latere coniuncti non admitterentur ad querelam. l.fratres.C.de inof.test. Ray.verò aliter dicit esse considerandum, quòd aut exemplaris substitutio fit à patre, & debent substitui fratres consanguinei vel vtrinque coniuncti, aut fit à matre, & debent substitui vterini, vel vtrinq; coniuncti, vel alter ipsorum.in d.l.humanitatis.ibi, testatoris vel testatricis, secundum Ale.in d.l.ex facto. Nec poterunt cæteri fratres mente capti præteriti conqueri quo ad bona mente capti, per d.§.sed nec impuberis. tum etiam quia fratribus non competit querela, nec ius dicendi nullũ contra testamentum fratris, in quo reperiuntur prẽteriti, quãdo turpis persona non fuit instituta: & in casu nostro, nisi instantibus fratribus extraneus fuisset substitutus: quia tunc omissa esset forma subst. & vitiaretur. Idem cum Rayn.tenet Bar. in d.l.ex facto.licet Im.ibi, contrà. sed postea se correxit hîc in præsenti c. idem cum Bar.tenet Sal.in d.l.humanitatis. dubitans de vno, an si pater substituit filio mente capto, non illum fratrem quem substituere debet, sed alium: an rumpat testamentum in totum, & reliquit cogitandum. Sed Ale.in d.l.ex facto. respondet, quòd sic secundum not.per Gul.& Bar.in d.l.fratres.C.de inof.test. Sed vbi vnus de illis fratribus, qui debent substitui, fuerit substitutus, cæteri præteriti testamentum querelare non possunt, vt dixi. † Ex præmissis infert ibi Alex. quòd appellatione fratris venit ex altero latere tãtùm coniunctus, quod an sit verum, dicatis vt ibi per eum. † Ad vnum tamen debetis aduertere, quia licet pater substituendo filio furioso vnum ex suis descendentibus liberis, non possit alios præterire, aut indebitè exhæredare sine periculo testamenti, vt vidistis ſ. poterit tamen non stantibus liberis nec fratribus mente capti penitus extraneum exemplariter substituendo matrem furiosi præterire, quæ testamentum non poterit impugnare, secundum gl.in §.qua ratione.Instit.de pup.subst. quæ vult, quòd pater necesse habet solùm duas personas filio mente capto substituere, si extent, scilicet eius liberos vel fratres, aliàs potest quemlibet alium substituere, & ita etiam tenuit Nicol. de Math. & Gul. de Cun. quos sequitur Bar.in d.l.ex facto. & Io.Fab. in d.§.qua ratione. & Pau.in d.l.humanitatis. & Im. hîc, sed Bald.contrà in d.l.humanitatis. vers.septima differentia. arg.l.j.§.veteres.ff.de acq.pos. quæ nihil facit. Tamen pro eo facit, quia si frater de necessitate substitui debet mente capto, vt d.l. humanitatis. multò magis mater cui in bonis filij debetur legitima, & sibi competit querela inofficiosi testamenti. l.nam & si parentibus.ff.de inoffic.test. sed fratri non competit legitima, nec querela: igitur, & c.

Præterea non est verosimile Imperatorem in d.l. humanitatis. voluisse matrem furiosi excludere à luctuosa filij sui hæreditate. arg.l.fi.C.de inst.& subst. & hanc opin.finaliter videtur sequi Ias.in d.l.humanitatis. col.3. & in d.l.ex facto. col.14. per rationem prædictam. & eam tenet Ang.Aret.in d.§.qua ratione. col.3.in prin. vers.decima, quia pupillaris. vbi decidit, quòd licet pupillaris expressa matrem excludat, tamen exemplaris expressa eam non excludit: quia quo ad substitutionem exemplarem faciendam mater est æqualis patri, vt d.l. humanitatis. ergo ab eo non debet posse excludi, cùm par in parem non habeat imperium.l.nam & magistratus.ff.de arb. & sic non potest præteriri. Imò si prætereatur substitutum excludet, & filio furioso succedet. Tamen *communis opin.* est cum gl.& Bart.quem tenent Angel.Paul. & Alex.ibi. Ioan.Fabr.in d.§.qua ratione. imò ipsemet Bal.in repet.c.si pater. eod.tit.libr.6. & Alex.in d.l. ex facto. col. 12. Nam in hac substit. Imperator non considerauit ordinem, neque modum succedendi ab intestat. ideo text.in d.l.humanitatis. dicit, quos voluit. Prætereà in pupillari non attenditur matris prẽteritio, vt d.§. sed nec impuberis. ergo nec in ista illi æquiparata. & sic habetis qui possunt substitui exemplariter per patrem furiosi. Seipsos autem non possent pater & mater substituere, secundum Bartol. & doct.in d.l.ex facto. facit c.fin.de instit.

† Secundum caput huius tertij principalis articul.est de modo procedendi ad hanc substitutionem exemplarem, quo ad sui substantiam. Pro quo dicendum est quòd nos habemus exemplarem substitutionem expressam, quæ fit verbis expressis. Et de illa an fieri possit, non est dubium, vt dicta l.humanitatis. & dicto §. qua ratione. Sed de tacita an sit & fieri possit, multi dubitarunt. Quidam enim dixerunt in vulgari expressa furioso facta contineri exemplarem ad exemplum pupillaris, quæ continetur sub vulgari pupillo facta, vt latè diximus suprà in materia vulgaris & pupillaris. Alij verò, vt Gulielm.& Rayner. dixerunt in vulgari filio furioso facta exemplarem non contineri, & sic tacitam exemplarem inueniri non posse. allegant, quia casum aduersamque fortunam considerare non oportet. l. inter stipulantem. §. sacram. ff.de verborum obligation. Præterea duo specialia non debent concurrere circa idem.l.cùm post. §.gener. ff.de iure dotium. & l.2.C.de dotis promiss. Sed speciale est, quòd vulgaris contineat tacitam pupillarem: ergo non debemus dicere, quòd aliud contineat speciale, scilicet tacitã exemplarem. Sed Bar. post Oldrad. in dicta l.ex facto. dicit considerandum esse, si tempore, quo fit vulgaris substitutio filio, ille non erat furiosus, & tunc non continebit exemplarem tacitam: quia casum aduersamque fortunam ex-

pect

pectare non licet, & ita intelligitur opinion. Guliel. & Rayn. Sed si tempore illo filius cui fiebat vulgaris erat furiosus, tunc in illa vulgari continetur tacita exemplaris, arg. l. quoniam. & l. si prædia. ff. de re. eor. Nam hîc agitur de casu iam eminenti, & non de casu futuro. Præterea licet duo specialia originem habentia ex eodē fonte, & principio non possint simul concurrere, tamen quando ex duobus principiis originantur, tunc simul procedunt, & concurrere possunt. vt l. singularia. ff. si cer. pe. maximè quia hoc casu duo specialia nunquam simul concurrunt: quia quandiu locum habet pupillaris, s. durante pupillari ætate cessat exemplaris, per l. qui habet. ff. de tutel. vnde restat quòd vulgaris furioso facta tacitam continet exemplarem, sicut tacitam pupillarem. Idem tenent alij Doct. & Alex. in d. l. ex facto. & Bal. in d. l. humanitatis. ver. quintò principaliter quæritur. & Im. hîc. De hoc etiam plenè habuistis §. in tra. vulgaris, & in ter-
35 tio effectu illius circa fin. iiij. princ. artic. † Similiter sub expressa pup. continetur tacita exemplaris, secundum Gul. & Rayn. quia in habentibus symbolum facilior est transitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vend. Vel dicendum & melius secundum Bar. in d. l. ex facto. quòd aut pupillaris subst. est facta furioso, aut muto & surdo, vel prodigo, cum limitatione temporis: & tunc si valere potest iure pupil. veluti si habet omnia essentialia pupillaris substit. valet: & post tempora pubertatis expirat omnis effectus talis substit. argum. l. si ita quis. ff. de vulg. & pup. Aut talis subst. est facta sine temporis præfinitione & limitatione: tunc si esset facta filio impuberi in patria potestate constituto, valet infra tempora pubertatis iure pupillaris: postea verò valet iure exemplaris substit. arg. l. centurio. ff. de vulg. & pup. sed si infra tempora ætatis pupillaris valere non posset, vt pupillaris, valebit eo modo, quo poterit, & sic iure exemplaris. arg. l. Gallus. ff. de lib. & posth. & viceuersa in expressa exemplari continetur tacita pupillaris, si pupillo facta fuerit, secundum Bar. in d. l. ex facto. & ibi Im. & Ale.
36 & Bal. in d. l. humanitatis. & Im. hîc. † Et sicut in expressa pupillari, aut vulgari furioso facta continetur tacita exemplaris, & in expressa exemplari filio pupillo furioso facta continetur tacita pupillaris, sic etiam reperio tacitam exemplarem probatam, vt l. in testamento. C. de test. mil. velut testator instituit filium puberem furiosum, & alium puberem sanę mentis, eosq; inuicem substituit. Or in dubio iudicandum est, testatorem voluisse facere substitutionem ambobus æqualiter, aut vulgarem, quæ pariter vtrique conueniret. l. iam hoc iure. de vulg. & pup. & l. quamuis. C. de impub. & aliis subst. Vnde si postea isto filio pubere furioso mortuo alter probare poterit per coniecturas patrem voluisse eum admitti ex exemplari, certè tunc admittetur ex ea, quæ dicitur probata, vt d. l. in testamento. in fin. Quia supradictæ, quæ continentur in vulgari, aut pupillari dicuntur tacitæ seu præsumptę, quia procedunt ex sola iuris præsumptione, absque eo quòd aliter probentur, secundum Ale. in d. l. ex facto. ista autem dicitur tacita probata. Et pariter sicut est reperire vulgarem, aut pupillarem partim tacitam, & partim expressam quo ad verba, sicut sunt substitutiones in breuiloqua, aut compendiosa contentæ, vt plenè vidistis §. in materia vulga-
37 ris, in quarto principali articulo. † Sic etiam reperiri potest exemplaris partim tacita, & partim expressa, veluti si testator duobus filiis mente captis hæredibus institutis breuiloquè substituat, puta sic dicendo: filios meos Titium, & Caium hæredes instituo, & eos inuicem substituo, quo casu in hac breuiloqua comprehenduntur duæ exemplares, vna in persona cuiuslibet, argumento dictæ l. iam hoc iure. & tales exemplares dicuntur expressæ verbis generalibus, & tacitæ verbis specialibus: quia in eis non reperiuntur verba specialia, quibus exemplaris fieri solet, quę sunt ista, si filius meus in furore decesserit, talis sit hęres, vel talem substituo. Et de ista partim tacita, partim expressa in breuiloqua contenta videbimus latius infrà in materia substitutionis breuiloquæ. Similiter est reperire exemplarem substitutionem partim expressam, & partim tacitam quo ad casus: nam sicut vulgaris in vno casu concepta, putà si hæres esse noluerit, porrigitur ad alium, scilicet si hæres esse non potuerit, & econtrà, vt l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liberis & posthumis. & scripsi plenè suprà, in materia vulgaris, in quarto principali articulo. sic etiam erit in exemplari, vt exemplaris facta in casu vnius furoris expressè porrigatur ad casum tacitum, scilicet alterius furoris, vt ibi dixi. & tenet Baldus in dicta l. humanitatis. versicul. quartò quæritur, vtrum exemplaris. & Bart. in l. j. ff. de vulgari & pupillari. & sentit in d. l. ex facto. & Imol. hîc. Ideo hæc substitutio exemplaris facta furioso, si in furore decesserit, continet tacitam exemplarem, si à furore liberatus fuerit, sed prodigus decesit, vel mutus & surdus. Nam eo casu vocabitur substitutus ex tacita exemplari quo ad casus, secundum Bartol. in d. l. ex facto, column. 9. per text. in d. §. & quid si tantùm. & l. fin. C. de institut. & substitut. & cum eodem transit Alex. & Iason in eadem l. ex facto. & hoc placet Salycet. in dicta l. humanitatis. column. penultim. vers. sextò quæro si tunc erat furiosus & mutus, scilicet tempore substitutionis. Aliàs si tantùm furiosus, ita quòd non mutus, secus videretur, quia de hoc casu non videtur testator cogitasse, nec in causa hi duo casus videntur connexitatem habere, & sic non obstat l. fin. C. de institut. & substitut. Subiungens Salycet. quòd prima opinio videtur sibi æqua, vbi venientes ab intestato fuerunt substituti, cùm tunc eis non fiat præiudicium, si veniant iure testati. Secunda est æquior, quando aliqui de instituendis (quales sunt liberi, aut fratres furiosi) non sunt in rerum natura, & substituti sunt alij, qui ab intestato non sunt successuri. Vnde ne excludantur æquius est, vt substitutio ad istum passum non porrigatur, & dicit hāc suam distinctionem confirmari per l. posthumus. ver. idem erit. ff. de iuiu. rupt. testam. & l. hac consultissima. §. fin. C. eodem.
38 † Quartus principalis nunc se offert artic. s. qualiter hæc substit. exemplaris conueniat cum pupillari, vel non disconueniat in effectu producti, id est, an habeat eosdem effectus, quos habet pupillaris. Nam in primis substitutio pupillaris continet tacitam vulgarem: vt plenè visum fuit §. in materia pupillaris, in 6. principali articul. Similiter pupillaris continet tacitam exemplarem, prout vidistis suprà in proximo artic. An etiam exemplaris facta puberi contineat tacitam vulgarem, vel facta impuberi contineat tacitam pupillarem, & dicit Bar. quòd sic, in d. l. ex facto. col. x. in fi. allegat l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. subst. & l. 2. C. de imp. & aliis substi. Quia cum in hoc non reperiatur inter has substitutiones disconuenientia, erit in hoc similis pupillari, maximè quia est ea-
39 dem ratio. † Secundus effectus pupillaris est, quòd trahitur ad omnia bona patris & filij vndecunque quæsita: An idem sit in exemplari. & certè dicit Bar,

vbi

vbi §. quòd aut est facta filio naturali & legitimo. & tunc trahitur ad omnia bona sicut pupillaris. l.sed & si plures.ff.de vul.& pu.quia testamentum filij est, vt d.l.ex facto.& d.l.humanitatis.etiam si facta esset in certa re tantùm, alio non dato substituto vniuersali. l.j.§.si ex fundo.ff.de hær.inst. secundum Saly.in d.l. humanitatis.& Alex.in d.l.ex facto.& plenè dixi §.in materia pupillaris. Nã tunc substitutio in vna re trahitur ad omnia bona. Si verò facta fuerit per arrogatorem filio arrogato,tunc etiam conuenit cum pupillari: quia non trahitur nisi ad bona arrogatoris tantùm,vt d.l.sed & si plures.§.in arrogato.& l.si arrogator.ff.de adop.& in exemplari,quæ tacitam continet vulgarem. & in vulgari,quæ tacitam continet exemplarem,de quibus §.perinde putat dicendum sicut dictum fuit circa pupillarem in materia pupillaris.in 2. effec.illius.Et quod dictum est substitutionem exemplarem extendi ad omnia bona filij furiosi,est verum si solus pater ei substituat. Si autem pater & mater ei substituerunt,prout quilibet eorum potest,vt d.l.humanitatis. tunc aut substitutio est facta à patre filio furioso,quem habet in potestate,& tunc substitutus à patre præfertur,cùm in eo concurrant ius patriç potestatis & ius humanitatis, ita quòd talis substitutus habebit bona paterna,& furiosi aliunde quæsita,præterquam à matre, & substitutus à matre habebit bona materna arbitrio substituti per patrem arrogatorem. & ita tenet etiam Iaſ.in d.l.ex facto. optimè respondens ad rationes Im.contrarium tenentis. Nam habere aliquid iuris plus quàm alter semper operatur prærogatiuam maiorem.l.contra pupillum.§.is qui ad maius auditorium.ff.de re iud. aut substitutio est facta filio in patris potestate non constituto,& tũc substitutus à patre, & substitutus à matre erunt paris conditionis: ideo substitutus à patre habebit bona paterna,substitutus verò à matre habebit bona furiosi materna, & deinde illi duo substituti inter se diuident æqualiter bona furiosi aliunde quæsita,secũdum Nic.de Mat.quem finaliter sequitur Bar.in d.l.ex facto.col.11.& 12.subiungens idem esse,vbi auus furiosi paternus ei substituisset,& pariter eius mater,sicut dictum est de patre & matre substituentibus. † Quoties enim mente captus non est in patris potestate, æqualis est pietas patris & matris.l.furiosæ matris.ff. de cur.fur.ideo exemplaris quę in pietate & humanitate fundatur, pariter operatur facta à matre sicut à patre filium in potestate non habente. Alibi tamen Bal.in l.j.ff.de senat.not.ex illo tex. quòd in substitutione exemplari hoc casu substitutus à patre præfertur substituto à matre,quia† dignior est homo,quàm fœmina data paritate dignitatis.facit quod vult idem Bal.in l.j.col.vlt.C.qui adm.ad bon.pos.possunt.vbi dicit,quòd si ex statuto in contractibus minorum requiratur consensus propinquorum seu coniunctorum, sub illo masculino coniunctorum non veniunt fœminæ:quia dare consilium, & authoritatem interponere est virorum,& non mulierum. l.quidam decedens.§.Papinianus. ff.de adm.tut. quod originem sumpsit tempore Cecropis Athenarum regis, cuius tempore ciuitas illa Athenarum fundata fuit, secundum Varro. vbi ilico quòd fundata per eum fuit, inuenta fuit in vna parte ciuitatis arbor Oleæ,& in alia parte exiuit aqua miraculosè. Ad causam cuius prodigij, & quid hoc significaret, rex Cecrops misit ad deum Apollinem Delphicum, qui in Delpho insula colebatur. Qui consultus respondit prodigium illud significare in electione Athenensium fore ciuitatem vocare nomine Palladis,seu Mineruæ,quæ tunc principalis colebatur velut dea sapientiæ,quę per Oleam significatur, quasi illa arbor ab instanti suæ natiuitatis fuisset ei appropriata. Vel eam nomine Neptuni dei maris & aquarum, qui per aquam in ciuitate ortam intelligebatur. Et quia semper cõsuetum fuerat homines in consilio vocare & fœminas, rex omnes congregari mandauit, in quo fuerunt homines pro Neptuno,& mulieres pro Pallade,quæ cùm esset vna plus quàm homines, à maiori parte obtinuerunt, & fuit ciuitas vocata Athena: quia Pallas seu Minerua in Latino,vocatur Ἀθήνη in Græco. Vnde Neptunus ea iniuria motus, aquas laxauit per totũ territorium in maximam eius perditionem. Pro quo placando fœminę ex tunc fuerũt triplici pœna afflictę. Primò, quòd nunquam vocem in deliberatione consiliorum haberent,ex quo etiam habuerunt Romani, quòd in legibus condendis soli viri,& non fœminæ vocarentur. Vnde Papinianus in l.j.ff.de legib. Lex,inquit,est commune præceptum virorum prudentum consultum. Secundò, quòd nunquam proles nomen matris portaret. Tertiò,quòd nũquam fœmina hoc pulchro nomine Athena vocaretur. Videatis Aug.lib.18.de ciuit.Dei.vnde restat moris esse fœminam legem viris non ponere,neque distribuendis regnis inuitis proceribus asserere,secundum Gaguin.lib.3.c.j. Facit quod sing.decidit idem Bal. nec alibi reperitur in c. ad audientiam.in fi. de rescr. vbi si testator fratres suos reliquerit executores, licet aliàs appellatione fratris contineatur soror.l.tres fratres.ff.de pac. tamen hoc casu non intelligitur de sorore, sed de masculis fratribus tantùm: quia fœmina habet inualidum consilium. Vnde in officiis masculinum non concipit fœmininum. Tamen in nostra exemplari substitutione d.l. humanitatis. habilitauit matrem, vt sicut pater posit filio exemplariter substituere secundum eum, ita † quòd appellatione parentum venit mater sicut pater,vt substitutio ab vtroque facta filio dementi& sui iuris,pariter valeat. Et hæc vera vbi soli parentes prouiderunt filio. † Vbi verò filius sui iuris, & sanæ mentis testamentum fecisset,& demum eidem furioso effecto pater substituisset:tũc aut pater institutionem hæredis per filium factam expressè reuocauit ex iusta causa,putà quia institutus furioso insidias parauerat: & tunc substitutus à patre omnia habebit, aut institutionem factam per filium non reuocauit, sed simpliciter ei substituit: tunc quia testamentum filij ratum manet, & pariter substit. à patre facta tenet causa humanitatis, institutus per filium ad bona filij, & substitutus à patre ad bona paterna admittentur, ita dicit singulariter Saly.in d.l.humanitatis.col.7.& 8. Vnum teneatis menti, quod concludit Bar. in d.l. ex facto. quem sequitur Bald.in d.l. humanitatis.vbi dicitur,† quòd si pater esset vilis persona,dissipator & dilapidator bonorum,quia sicut tunc ei denegatur administratio bonorum filij in vita,ita etiam in morte, vt ei exemplariter substituere non posit. l.si cùm dotem.§.eo autem tempore. ff.sol.matr. & l.fi. C.de senten.pass. & hanc opinionem sequitur Alexand.in d.l.ex facto.col.xv.in prin.& col.8.in fin.Sed Angel. & Im. ibi tenent contrarium, quòd imò pater quantumcunque vilis posit filio exemplariter substituere,sicut potest pupillariter, secundum eos in l.2.ff.de vulg.& pupil.idem Angel.in d.l.humanitatis.& Im. hîc, de quo plenè habuistis in materia pupillaris, in quarto princip.articul.& in 7.requisito. sed Alexan. in dicta l.2. columna 8. & d.l.ex facto. tenet quòd licet

BIU Cujas

cet pater vilis persona substituere possit pupillariter propter rigorem patriæ potestatis,non tamen potest substituere exemplariter, cùm sola humanitas hanc subst.fundet,quæ cessat in patre vili & dissipatore.& ita etiam tenet Bal.in d.l.humanitatis. Quod est verum, etiam si patri non fuerit interdicta administratio bonorum: quia sola vilitas sine alia interdictione licet non repellat quem ab administratione bonorum suorum, tamen bene ipsum repellit ab administratione bonorum filij, à qua facilius pater repellitur.tex.est sing.in d.l.fi.circa medium.C.de sent.pas. facit l.fin. C.de leg.tut. vbi administratio bonorum propriorum non prohibetur minori curatorem non habenti, sed bene sibi prohibetur administratio bonorum alienorum. Or cogitetis domini, si possemus opiniones concordare, prout eas concordaui suprà in ij.prin.huius substit.artic. vers.secundò quæritur. secundum Angel.Are.in §.qua ratione. Inst.de pup. subst. in quæst.an mater,quæ ad secunda vota transiuit,possit filio exemplariter substituere,vt dicamus, quòd si vilis persona substituit filio ita discretè,sicut fecisset bonus paterfamilias, valeat substitutio. Si autem indiscretè aliquam vilem personam sibi similem,quòd non valeat substitutio,& ita poterunt veri ficari& concordari opiniones In pupillari autem po test indistinctè substituere propter rigorem patriæ
45 potestatis,quæ hîc non consideratur.† Tertius effectus exemplaris est,quia sicut per expressam pupillarem mater pupilli excluditur, vt s. vidistis in materia pupillaris, sic etiam excluditur mater furiosi per expressam exemplarem, vt plenè vidistis in 3.principali huius substitutionis articulo,& sic mater pupilli non excluditur per tacitam pupillarem à luctuosa filij successione,vt l.fin.C.de institu.& substitut.pariter non excludetur per tacitam exemplarem mater furiosi per easdem rationes, nisi in casibus in quibus præsumpta voluntas testatoris probari posset, quòd vellet matrem furiosi excludi per tacitam pupillarem: quia ex eisdem causis excludetur per tacitam exemplarem,per easdem rationes & leges,vt plenè dictum fuit s.in materia pupillaris tractando 3.effectum eiusdem, & ibi plenè ita dicit Bart. quem omnes sequuntur in d.l.ex facto.& Ang.in d.§.qua ratione.& Salic.in d.l.humanitatis.

46 †Quintus & vltimus articulus huius exemplaris substit.est,qualiter conueniat cum pupillari in modo finiendi.& dicatis,quòd multis modis finitur & extinguitur hæc substitutio. Quibus visis quisque intelligere poterit,in quibus conueniant, & in quibus differant. Nam si testamentum parentis exemplariter filio substituentis deficiat ex persona testantis,qui testamenti factionem non habet, quod contingit in multis,de quibus per gl.& doct.in l.si quæramus,ff.e. & Panor. super rub.s.eod. vel deficiat ex defectu testamenti, vel quia rumpitur per querelam, vel propter hæreditatem non aditam, vel à præteritione posthumi: In omnibus istis hæc substitutio finitur, sicut pupillaris, per easdem rationes & leges, de quibus vidistis s. in materia pupillaris in vlt.prin.art.Pariter sicut ibi dictum fuit, pupillaris deficit quandoque ex defectu substituti, vel ex defectu substitutionis vel conditionis substitutioni adiectę,& sic etiam finitur exemplaris. Ideo dicit Sal.in d.l.humanitatis, col.x.quòd testamento infirmato capitis diminutione,Instit.quib.mod.test.infir. §.alio.vel reuocatione, aut cancellatione,l.proximè,de his quæ in test.del.ff. vel substitutionis caducitate substituto præmoriente testatori,vel mente capto,his omnibus casibus extinguitur hæc exemplaris substitutio. Et idem si furiosus cui facta est tempore dilucidi interualli eam re-
47 uocauerit,& sibi nouum testamentum fecerit.† Pręterea finitur,& extinguitur hæc subst.cessante impedimento,propter quod facta fuerat:ideo si facta erat dementi vel furioso,aut muto,& surdo,siue prodigo, & cesset dementia, furor, surditas, vel prodigalitas, etiam cessabit substitutio, quasi cessante causa cesset effectus.Idem si minor xx.annis per statutum testari prohibitus effectus fuerit maior, cessat hæc substitutio, sicut cessat pupillaris per euentum pubertatis,vt vidimus s.in vlt.prin.art.pup.subst. Et intelligatis sanè,quòd cessante impedimento,vt putà furore,cessat
48 substitutio,sed non extinguitur:†ideo furore reuertente substitutio reassumit vires, cùm nunquam fuerit extincta, non facta differentia an ex noua causa morbi, aut veteri, prout faciebat Bal.in d.l.humanitatis.Si tamen illo medio tempore,quo est sanæ mentis furiosus sibi testamentum fecisset, substitutio exemplaris esset omnino extincta, per text. d.l. ex facto.vbi probantur singula præmissa.non enim debet testamenti factio auferri homini sanę mentis,secundum Bart. in d.l.ex facto. quem ibi sequuntur Imol. Raph.& Alexan. Ant.de Butr.& Imol.hîc. licet Sal. aliter videatur distinguere in d. l. humanitatis. in 6. oppos. Ang.Aret.in d.§.qua ratione.tenet distinctionem Bald.finaliter tamen reliquit cogitandum. subiungens vbi s.Bar.quòd si filius sui iuris fecisset testamentum ante furorem,eo posteà effecto furioso non potest ei substitui à patre vel matre. Sufficit enim, quòd sibi fecerit testamentum, cùm testamenti factio sibi non debeat auferri de iure, per d. l. ex facto. sed in hoc puncto alio modo concludit Salyc. quem recitaui,& sequutus fui s.in 4.art.in secundo effectu
49 huius substitutionis.† Et quod dixi s. scilicet quòd furore reuertente etiam substitutio, quæ cessauerat, per sanam mentem vires reassumit,est verum,secundum Bar.si furor reuertatur ante mortem testatoris, ita quòd tempore mortis ipsius filius reputatur furiosus. & ita tenet in d.l.ex facto. secundo principali articulo, vers.v.requiritur. allegat l.2. §.sed si extraneum.ff.de vulg.& pup.idem tenet Angel.Aret.in d. §.qua ratione.column.3. sed Alexand.in d.l.ex facto. col.16. prope fin. tenet contra Bartol. dicens, quòd sufficit quòd furor, qui cessauerat, reuertatur ante mortem filij,de cuius substitutione agitur. Quia cùm hæc substitutio sit testamentum filij & non patris,potius attendimus qualitatem personę tempore mortis suæ, quàm mortis paternæ. Nec obstat dictum Bart. quia illud verum esset, quando substitutio exemplaris ab initio non teneret: puta, quia facta fuit filia sanæ mentis, quia tunc requiritur furor tempore mortis patris testatoris.Et ita loquuntur iura per Bar.all. Nos autem loquimur, quando substitutio ab initio fuit valida,puta,quia facta tempore furoris,qui postea cessauit,& demum reuertitur. Quia sufficit,quòd reuertatur ante mortem filij, cui substitutio facta erat. Nam hoc casu facilius reuiuiscit substitutio ab initio valida, quàm illa,quæ nunquam fuit aliqua, vt patet,arg.l.posthumus.ff.de iniusto rupt. test.de quo habuistis s. in j.princip.huius substitutionis articul.
50 prope fin. † Similiter finitur hæc substitutio, si filio furioso cui facta est substitutio, nascatur filius naturalis & legitimus, puta ex matrimonio ante furorem contracto, qui patri suo furioso non reperitur substitutus,nec in aliquo institutus. Nam ille talis testamentum

BIU Cujas

tum rumpit, ſicut rumpitur pupillaris, ſi pupillus liberos ſuſcipiat, quod raro contingit, ſecundum Bart. in l. in pupillari, ff. de vulg. & pup. in fi. cum concord. all. ibi per Ale. & in d. l. humanitatis. prouiſo tamen, quòd ille filius ſit ſapiens. Quia ſi naſceretur demẽs, & in dementia perſeueraret, non rumperet ſubſt. patri ſuo factã, cùm eo caſu filij iam nati eam non rumperent ſi dementes eſſent, vt d. l. humanitatis. dum dicit ibi, ſapientes. Nam talibus ſolus victus debetur ſecundum *magis cõem opin.* non quòd ſit neceſſe eos ſubſtituere, vel in aliquo inſtituere: & prouiſo etiam, q̃ patri furioſo non demẽtes ſuperuiuerent, quia ſi ante eorum patrem morerentur, ſubſt. patri facta reconualeſceret, ſaltẽ de æquitate prętoria, per l. poſthumus. ff. de iniuſt. rupt. teſt. ſecundum Bal. in d. l. humanitatis, col. fin. & Iaſ. ibi, & Im. hic. Si autem filio furioſo naſcerẽtur filij naturales tantũ, propter eos non rumperetur ſubſt. exemplaris, ſicut nec pupillaris. Quia etiam ſi furioſus non eſſet eorum pater, nõ teneretur eos in teſtamento inſtituere, per gl. ſing. in l. j. §. j. ff. de bon. poſ. cont. tab. & multò minùs rumperetur per filios ſpurios, vt plenè dixi ſ. in 7. prin. art. pupil. ſubſt. ver. item finitur. licet Bar. in d. l. ex facto. tenuerit cõtrarium, motus quòd furioſus contrahere non poteſt matrimonium, & ſic habere non poteſt naturales & legitimos. Sed hoc non eſt bene dictum, quia ante furorem poterat matrimonium contraxiſſe, & in dementia liberos ſuſcipere. l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel al. iu. nec obſt. quòd filij naturales tãtùm faciunt deficere ſubſt. alicui factam, ſi abſque liberis deceſſerit. l. ex facto, §. ex facto, & §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb. quia loquitur in diſpoſitione teſtatoris. Secus quando filij ex diſpoſitione legis faciunt deficere ſubſtitutionem, vt in caſu, in quo deficit ſubſtitutio per ſuſceptionem liberorum ex diſpoſitione d. l. ex facto, ff. de vulg. & pup. Quia tunc non ſufficiunt naturales tantùm, aut ſpurij, per text. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſt. & ſubſt. ſecundum Bald. in l. nec ei, §. eorum, al. iis, ff. de adopt. & d. l. humanitatis,
51 & ibi Iaſ. vlt. col. & in d. l. ex facto, col. 18. † Poſtremò finitur hæc ſubſtitutio ex defectu eius, cui eſt facta: ideo ſi prodigus, cui facta fuit, commiſerit delictum, propter quod fuerit deportatus, vel ſeruus pœnæ effectus, intelligendo quòd prodigus obligetur ex delicto, iuxta plenè not. per docto. in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. & in l. is cui bonis, ff. de ver. obl. vel ſi furioſus cui ſubſtitutum eſt, deliquerit tempore dilucidi interualli, & fuit deportatus vel religioſus effectus, extinguitur exemplaris ſubſt. ſecundum Bart. in d. l. ex facto, §. j. in fin. quem ibi ſequuntur omnes.
52 Ex † his omnibus ſ. deductis, iunctis his quæ fuere ſuperius declarata in materia vulgaris & pupil. ſubſti. clarè conſtat hanc exemplarem ſubſtitutionem non eſſe vulgarem, nec pupillarem, aut compendioſam, ſed eſſe ſpeciem ſubſtitutionis de per ſe ab aliis diſtinctam & differentem. Natura enim eius in pleriſque eſt, ſicut natura pupillaris, & interdum ſicut natura vulgaris ſubſtitutionis. Naturam verò fideicommiſſariæ non habet, quia iſta eſt directa, & fieri poteſt in legitima, imò in bonis propriis filij dementis, furioſi, muti, & ſurdi, aut prodigi, vt ſ. vidiſtis, ſicut fieri poteſt pupillaris. Sed fideicommiſſaria nunquàm fieri poteſt in legitima, vt hîc in caſu noſtro. & l. ex tribus, C. de inof. teſt. videatis quę dixi in materia pu-
53 pillaris in 4. prin. art. & in 6. requiſito. in fi. † Nam in primis nõ eſt vulgaris, imò ab ea differt formali conceptione: Quoniam illa ita concipitur ſi hæres non erit. Hæc verò ita concipitur, ſi non ſanæ mentis deceſſerit, vel ſi in alteratione mentis permanſerit, vel ſi inteſtabilis deceſſerit, aut verbis ſimilib. quia non tantum curamus verba, quantum mentem, C. eodem. l. quoniam indignum. Secundò differt conditionis impletione, quia vulgaris habet in ſe duo capita, ſi hæres non erit, quia noluerit, & quia non potuerit. Sed in exemplari ſubaudiri non poteſt conditio voluntatis, vel noluntatis, cùm illa niſi in ſapiente non cadat, quinimo quamprimùm ſapit, finita eſt ſubſtitutio exemplaris, quæ per ſanam mentem expirat, vt d. l. ex facto. Tertiò differt hæreditatum acquiſitione, quia per exemplarem duæ hæreditates quęruntur, ſcilicet hæreditas ſubſtituentis, & filij cui ſubſtituitur, ſed per vulgarem quæritur ſola hæreditas teſtatoris ſubſtituentis. l. fi. C. de inſt. & ſubſt. Quartò differt in qualitate ſubſtituendorum, quia vulgaris ſubſtitutio poteſt de omnibus fieri, ſed exemplaris tantum fit de certis perſonis, puta filiis aut fratribus furioſi, vt d. l. humanitatis. Quintò differt in qualitate teſtatorum: quia vulgaris fit ab omni teſtatore, exemplaris à ſolis aſcendentibus. Quoniam de illis tantùm loquitur d. l. humanitatis. Sextò differt in qualitate hæredis: quia omni hæredi poteſt vulgariter ſubſtitui, ſed exemplariè non poteſt ſubſtitui, niſi mente carentibus vel à natiuitate, vel per accidens. Septimò differt, quia vulgaris expreſſa tollit exiſtentiam ſui hæredis, vt plenè dixi in v. prin. art. vulgaris ſubſtitutionis, & in vltimo effectu eiuſdem, ſed in exemplari ſecus: quia in dubio non videtur teſtator dare velle hæredi licentiam abſtinendi, vt l. cùm quidam, C. de neceſſ. ſer. hær. inſt. in ratione ſui. Octauò differt in hæreditatis tranſmiſsione, quia exemplaris non derogat tranſmiſsioni, ſed vulgaris expreſſa, licet non deroget iuri deliberandi, quod à quocunque etiam extraneo tranſmittitur. l. cùm antiquioribus, C. de iure del. & dicam plenè j. in verbo, *Mortuo itaque teſtatore, ij.* vbi tractabo materiam ſuitatis & iuris tranſmittendi, tamen derogat ſuitati. vt ibi plenè dicam.

Nonò differt, quia vulgaris poteſt per querelam inofficioſi teſtamenti impugnari, ſecus in exemplari aut pupillari. l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inof. teſtam. ita eleganter dicit Bald. in d. l. humanitatis, verſic. veniamus ad quæſtiones. Decimò differt, quia vulgaris ſubſtitutio fieri poteſt per matrem filio ab inteſtato venienti. l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus, ff. de hæredib. inſtit. ſecùs in e-
54 xemplari. † Secundò principaliter dico, quòd hæc ſubſtitutio non eſt pupillaris: imò differt quàm plurimùm ab ea. Primò ratione generali, quia illi eſt ſimilis, & nullum ſimile eſt idem. l. quod Nerua, ff. depoſiti. Secundò ſpecificè differt ab ea in modo & forma faciendi, quia illa fit, ſi decederet filius in ætate pupillari. Hæc verò ſi deceſſerit in furore, vel non ſana mente. Tertiò illa fit pupillo tantùm, hæc fieri poteſt adulto. Quartò illa fit filio in poteſtate exiſtenti, hæc verò etiam fit emancipato, imò filio naturali tantùm, ſecundum Bart. & non bene ſecundum *communem opinionem*, vt ſ. vidiſtis, & fit per matrem, quæ liberos non habet in poteſtate. Quintò illi ætas finem imponit, huic ſanitas. Sextò illa pupillo fieri poteſt etiam exhæredato. l. moribus, ff. de vulgari & pupil. hæc non: quia textus dicit, quòd ſaltem legitima debet furioſo relinqui. Septimò in pupillari poſſunt omnes indifferenter ſubſtitui, ſed non in iſta, ſed ſoli liberi vel fratres furioſi ſi extent. Octauò differunt nomine, quia illa vocatur pupillaris, hęc

verò

BIU Cujas

verò dicitur exemplaris: ideo censetur realiter differre specie & re. l. si idem. C. de codic. sicut aliæ plures differentiæ, quæ ex supradictis possunt faciliter elici. ita not. dicit Saly. in d. l. humanitatis. col. v. & Ias. col. pe. † Tertiò principaliter dico, quòd non est substitutio reciproca, seu breuiloqua, quia illa fit pluribus, hæc verò vni. Præterea in illa substitui non possunt nisi hæredes instituti, sed in ista substitui possunt etiam non instituti, de quo plenè dicam ĩ. proxima substitutione, ex quibus clarè cognoscetis plures alias differentias. † Quartò principaliter patet, quòd hæc substitutio non est compendiosa, quia illa in pagano, id est, non milite, vel expirat pubertate eius cui fit, vel valet iure fideicommissi, vt l. precibus. C. de impub. & al. subst. & in milite more militari testante, post pubertatem valet iure directo in bonis tantùm testatoris, l. centurio. ff. de vulg. & pup. hæc autem valet post pubertatem quocunque tempore iure directo etiam in bonis furiosi, vt d. l. humanitatis. Præterea differt in forma faciendi: quia ista fit si non sanæ mentis decesserit, illa verò quandocunque decesserit, nulla de sanitate mentis facta mentione: & illa homini sanæ mentis fit, hęc verò homini insanę mentis: & illi mors illius cui fit finem imponit, huic verò sanitas mentis, secundum Sal. vbi s. quare concludetur hanc exemplarem substitutionem à singulis aliis plurifariè differentem esse de per se substitutionis speciem. & hæc de ipsa sufficiunt iam dicta.

S V M M Æ.

1 *Reciproca substitutio quomodo fiat.*
2 *Breuiloqua quare dicatur.*
3 *Inuicem, dictio in substitutione posita, quid operetur.*
4 *Breuiloqua substitutio quid.*
5 *Substituti inuicem plures intelliguntur pro portionibus institutionis. & num. 6. 7. & 8.*
9 *Substituti inuicem plures nominibus propriis, an pro portionibus veniant hæreditariis.*
10 *Copulæ natura est æqualiter distribuere.*
11 *Substituti adinuicem mixtim nominibus propriis, & appellatiuis, an pro portionibus hæreditariis veniant. & num. 12. 13. & 14.*
15 *Breuiloqua continet plures substitutiones.*
16 *Breuiloqua continet duas vulgares.*
17 *Breuiloqua maioribus facta an contineat fideicommissariam.*
18 *Breuiloqua valet iure directa in codicillis inter liberos.*
19 *Reciproca semper est directa.*
20 *Substituens reciprocè vulgariter, pupillariter, & fideicommissariè dat electionem substituto.*
21 *Breuiloqua quando duas tantùm contineat pupillares.*
22 *Breuiloqua quando duas contineat exemplares.*
23 *Breuiloqua quando sex & octo contineat substitutiones.*
24 *Breuiloqua semper plures paris numeri continet.*
25 *Substitutiones in breuiloqua comprehensæ sunt expressæ, & matrem excludunt.*
26 *Reciproca an sit species substitutionis ab aliis distincta.*
27 *Videtur, dictio, notat improprietatem quandam.*
28 *Statutum loquens de vulgari & pupillari non comprehendit reciprocam.*
29 *Reciprocam impedit inæqualitas quæuis. & num. 31.*
30 *Inæqualitas in reciproca quot modis interueniat.*
32 *Personarum inæqualitas triplex in reciproca.*
33 *Breuiloqua inæqualibus facta non continet pupillarem.*
34 *Determinatio respiciens duo determinabilia, an debet æqualiter ea determinare. & num. 35.*
36 *Reciproca disparibus facta non continet fideicommissariam.*
37 *Vnius solius disparitas impedit pupillarem, aut exemplarem contineri in reciproca.*
38 *Reciprocæ disparitas non impedit, si testari ita voluit.*
39 *Reciprocam quando non impediat disparitas.*
40 *Reciprocam per militem factam, an impediat disparitas.*
41 *Reciproca quando contineat militarem.*
42 *Militaris in reciproca contenta quid operetur.*
43 *Doctores & clerici qualiter in testando gaudeant priuilegio militis.*
44 *Matrem an excludant substitutiones in reciproca contenta.*
45 *Testes quot requirantur ad probandum testatorem voluisse in reciproca disparibus facta contineri pupillarem, exemplarem, aut militarem substitutionem.*
46 *Miles vbi in reciproca voluit alias contineri, vna expirante alia remanet.*
47 *Reciproca quando non contineat nisi vulgarem.*
48 *Reciproca pupillo & furioso facta continet pupillarem & exemplarem.*
49 *Reciproca disparibus compendiosè facta quid contineat.*
50 *Reciproca facta disparibus, quibus superuenit paritas, quid operetur.*
51 *Dispositio ab initio inutilis non confirmatur postea.*
52 *Legitimitas triplex, & an retrò trahatur. & num. 53.*
54 *Reciproca paribus facta, qui postea fiunt dispares, an irritetur.*
55 *Pupillaris an extinguatur ingressu monasterij.*
56 *Substitutus vltimus an habeat partem solius penultimi, an aliorum omnium.*

¶ Tractatus subst. Breuiloquæ, seu Reciprocæ.

QVarta substitutio dicitur Breuiloqua seu Reciproca: quæ † fit, si testator pluribus hæredibus institutis dicat, Vos inuicem substituo, vel eos inuicem substituo: aut dicat, quicunque eorum decesserit sine liberis, alter sit hæres, vel alterum substituo. ff. de hær. instit. l. Titius. cum ll. seq. & l. cum in testamento. §. hæc verba. & ff. de leg. j. l. si fundum sub conditione. §. his verbis. vel sic, hæredes meos Titium & Caium instituo, ita quòd si quis eorum decesserit, bona mea ad alterum perueniant. Nam his omnibus casibus erit substitutio directa, secundum Gul. de Cu. quem sequitur Bar. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. quia licet vltimo casu sit facta per verba communia, tamen intelligitur directa. l. hæredes mei. §. cùm ita. & l. hęredibus. §. fi. ff. ad Trebel. & l. si ita fuerit. ff. de leg. 3. & tenet Bal. in l. fin. C. de sacrosanct. eccl. & in c. si pater. ĩ. eo. tit. libr. vj. & Ang. in d. l. precibus. & Alex. in d. l. Lucius. Vbi autem testator diceret, quicunque hæredum meorum decesserit sine liberis, alteri restituat hæreditatem, esset substitutio reciproca fideicommissaria. l. iubemus. C. ad treb. secundum Sal. in l. in testamento. C. de test. mil. & Angel. in §. & plures. inst. de vulg. subst. vbi dicit, 2 † quòd semper illa substitutio dicitur breuiloqua, seu reciproca, quoties in vna cõceptione verborum plures hincinde substituuntur. Et hæc substitutio à lege & Iurisconsulto Modestino vocatur reciproca, in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Et ratio est, quia primò dictum repetitur & reciprocatur, ac reflectitur in seipsum. nam repetit & reciprocat personas, & 3 institutionem præcedentem reflectit in seipsas, † maximè quando in substitutione apponitur dictio, inui-

BIU Cujas

cem,quæ inter se facit reflexam geminationem,Inst. de aut.tut.§.2.& de leg.agn.suc.§.j.& quib.mod.tol. obl. §.j. & l.j. ff.de compens. A glossatoribus verò & antiquis patribus vocata est breuiloqua, & ita eam vocat gl.in l.Lucius. ff.de vulg.& pup.substit.in prin. & hoc ideo,quia,vt dictum est,verbis fit breuibus,ita quòd sub verborum breuitate plures substitutiones comprehendit.l.cùm in testamento.§.hæc verba.ibi, breuiter substituit.ff.de hær.instit. Sed verbum reciproca est huic substitutioni magis proprium,quo vti tur.l.iam hoc iure.ff.de vul.& pup. & hoc ex eo,quia istud verbum reciproca, nec actu nec habitu conuenit, nisi isti substitutioni, nec alteri potest adaptari. Sed terminus,breuiloqua,quasi sub breuitate verborum multas continet substitutiones, conuenit compendiosæ substitutioni,quæ etiam compendiosa dici tur,quasi sub verborum compendio plures contineat substitutiones,vt videbitis in materia compendiosę.

4 vnde Ric.de Sal.sic etiam describit.† Substitutio reciproca seu breuiloqua est, quæ breuiloquio substitutiones continet plures ęqualiter & reciprocè.Ideo sequendo singula dictæ diffinitionis verba, & super singulis materias adiacentes situando declaremus hanc substitutionem. Dicitur enim in primis, quòd *reciproca substitutio est, quæ breuiloquio*: ideo dicitur breuiloquio,quia breuibus fit verbis & loquela,vt d. §. hæc verba. Nam breuiùs plures hæredes instituti non possent substitui,quàm dicendo,vos inuicem substituo, vel, eos inuicem substituo, vel aliis modis §. 8 in prin.recitatis. Tunc enim videretur substitui vnus alteri,& econuerso vicissim,ita quòd vno eorũ mortuo ante aditam hæreditatem,vel hæreditatem recusante,reliqui cohęredes ad partem illius vocabuntur omnes,& quilibet pro ea parte,pro qua forte fuerant

5 à testatore expressim substituti.† Si autẽ testator non expresserit,& omnes fuerant æqualiter hęredes instituti,etiam videbuntur æqualiter substituti. Sed si inęqualiter fuerant instituti,ad partes prędefuncti vel hæreditatem recusantis cæteri vocabuntur pro his partibus,pro quibus fuerãt instituti. Nam portiones in institutione adiectæ, intelliguntur in substitutione reciproca tacitè repetitæ,taliter quòd tribus hæredibus institutis,vno in semisse,altero in triente,alio verò in sextante, si primus hæres moriatur, ita quòd in 9 eius persona, & parte sit locus substitutioni : reliqui duo ad partem primi hæredis prædefuncti vocabũtur, prout instituti fuerunt,sc.secundus hæres in quatuor vnciis, & tertius in duabus, prout instituti fuerant: quia partes adiectæ in institutionibus primis,repetitę censentur in substitutionibus.l.j.C.de impub.& aliis

6 substit.† Attamen,vt perfectè hanc materiam habeatis, facio sex casus. Nam aliquando pluribus hæredibus institutis substitutio fit nominibus appellatiuis, aliquando fit nominibus propriis, aliquando mixtim, aliquando fit nominibus indiscretis,aliquando quidam substituuntur nominibus propriis, & quidam nominibus appellatiuis, aliquando sumus in dubio.

7 †Primo casu, quando substitutio fit nominibus appellatiuis,veluti testator pluribus hęredibus institutis dicit, si contingat aliquem de hæredib. institutis non esse hæredem meum,alios hęredes meos ei substituo. Hic enim dum dicit hæredes meos,testator vtitur verbis appellatiuis. Quo casu isti sic simpliciter substituti alia non facta partium assignatione intelliguntur substituti pro tot partibus, in quibus fuerant instituti, vt d.l. cum concord.ibi in gl.alleg. Et hoc verum, nisi in substitutione esset omnibus æqualiter onus iniunctum : quia tunc ratione oneris æqualiter iniuncti,præsumuntur ęqualiter substituti,non attentis partibus substitutionis.l.quoties.ff.ad Treb.vel ni si aliqui ex his hęredibus essent à testatore coniuncti re & verbis,vt quia testator in prima institutiõe duos simul & coniunctim instituerit in vna parte:quo casu licet postea hæredes adinuicem substituerit, tamen si alter ex istis coniunctis decedat, admittitur primò reliquus coniunctus. Sed si ambo coniuncti decederent, tunc cæteri hæredes æqualiter admitterentur, per text.sing.in l.cohæredi.§.qui discretas. vbi Rayner. Nic.de Neap. Bal.& alij ff. de vulg.& pup. & est *communis* opin. de quo per Bar.in d.l.Lucius.illo eo. tit.q.vlt.Bal.Ang.& Sal.in l.in testamento.C.de test. mil. Nam tunc partes assignatæ in institutione,repetitæ intelliguntur in substitutione, nisi coniunctio facta per testatorem aliud inducat, vt ibi. videatis, quæ dicam j. eadem substitutione.in verb.æqualiter. in princ. Coniunctio autem sanguinis, putà quia essent duo fratres in eadem portione instituti, hoc non induceret,vt d.l.Lucius.vel nisi & tertiò,quando parti hæredum esset facta substitutio directa vel fideicommissaria,& non omnibus. Quo casu etiam testator substituendo non videtur respectum habuisse ad partes hæreditarias, ita probat tex.in l.turpia.§.fi.ff. de leg.j.secundum Iaf.licet gl.& communiter Doct. ibi aliter intelligant illum tex.sed cum violentia. Ex his datur decisio,per Bar.in d.l.Lucius.circa fi.quòd

† si pater habens duos filios ex prima vxore, & duos ex secunda,eos instituat,& inuicem substituat, quòd vno primæ vxoris repudiante omnes cæteri admittentur ad partem repudiantis, non habita ratione ad coniunctionem sanguinis,quę est maior in fratre primæ vxoris,quàm aliis ex secunda. ita tenent Bald.& Nicol.de Neap.in d.l.iam hoc iure.& Ale.in d.l.Lucius.Im.& Pau.in d.§.qui discretas. Bal.Ang.Sal.& Lud.in d.l.in testamento.C.de test.mil.Nam hæc substitutio est subrogata loco iuris accrescendi. vt d. §.qui discretas.Or in iure accrescendi omnes pariter admittuntur. l.si Titio vsusfructus.§.j.ff.de vsufr.ergo,& c.Prętera tantam affectionem habuit testator ad filios secundi matrimonij,sicut ad filios primi. ergo pariter debent admitti, secundum Ang.Are.in d. §. & plures.in fi.Instit. de vulg.substit.† Secundo casu principali,sc. quando substitutio facta est nominibus propriis, tunc partes adiectæ in institutione,non intelliguntur repetitæ in substitutione, imò ex substitutione vocabuntur æqualiter, non attentis portionibus hæreditariis. l.nonnunquàm.ff.ad Treb. & ratio differentiæ est duplex:quia quando substitutio fit per nomina propria, tunc personæ enumerant portiones,& sic non habetur respectus ad portiones,sed ad personas,secundum Bal.in d.l.j.Prętera quando substitutio fit nominibus appellatiuis,fit sub vnitate sermonis absque interpositione copulę.Nam tunc dicitur,hæredes meos substituo,sed quando fit per nomina propria, necesse est quòd interponatur copula,

10 vel punctus eius loco. † Or de natura copulæ est distribuere vim verbi ęqualiter inter personas copulatas. l.reos.§.cùm tabulis. ff.de duob.reis. l.1.& 2.C.si plur.vna sen.cond.fue.Copula ergo,quę cadit necessariò inter ista nomina propria operatur, vt æqualiter ad substitutionem admittantur,secundum Raph. Fulg.in d.l.j.C.de impub.&al.substit.Hinc est,quòd si essent duo hæredes eiusdem nominis proprij,& testator diceret,Titios substituo:quia tunc inter eos non cadit copula,seruaretur d.l.j. vt portiones institutionis cen

nis censeantur repetitæ in substitutione, per tex. not. in l. si hæredes nominatim. in verb. enumeratio. iunctis dictis ibi per Bart. ff. de leg. j. Et hæc differentia inter nomina propria & appellatiua procedit in institutionibus & substitutionibus: secùs in pluribus legatariis inuicem substitutis, qui semper in viriles, & æqualiter videntur substituti, per text. sing. in l. vnica. §. sed vt manifestetur. iuncta gl. in verb. pro virili. C. de cad. tol. quem ibi ad hoc multum ponderat Paul. & hoc verum, nisi onus intrinsecum de restitutione ipsius rei legatæ aliud induceret, secundum gloss. ibi.

11 † Tertio casu, quando substitutio fit mixtim, s. & nominibus propriis & appellatiuis, debet attendi quæ nomina præcedant: quia si nomina propria præponuntur, vt quia dicitur, Titium, Caium, & Seium hęredes meos inuicem substituo: tunc æqualiter substituti intelliguntur: secùs si præcedant nomina appellatiua, vt quia testator dixit, suprascriptos hæredes meos Titium, Seium, & Caium inuicem substituo. Quia tunc pro portionibus hæreditariis, & non æqualiter censentur substituti, secundum Bald. in d. l. j. & probat text. in l. si seruus communis. la vlt. ff. de stip. ser. & est gl. in l. ita liber. §. fin. ff. de statulib. & sentit gl. in d. l. nonnunquàm. idem Bal. in d. l. turpia. §. fin. sicut in alio simili deciditur in c. quoniam abbas. de of. del. 12 † Quarto casu, quando substitutio fit nominibus indiscretis, putà filios, fratres vel nepotes institutos inuicem substituo, tunc idem est, ac si fieret nominibus appellatiuis, quia omnes sub vnitate comprehenduntur, tex. est sing. secundum Bar. ibi, in l. Lucius. §. Mæuia. ij. ff. ad Treb. & probatur in l. si hæredes nominatim. & ibi Bart. ff. de legat. j. Quod est verum, secundum Ias. in d. l. j. quando omnes comprehenderentur sub vno nomine ex istis indiscretis, putà quia omnes essent fratres vel nepotes, & testator diceret, nepotes inuicem substituo: quia tunc omnes veniunt sub vnitate siue copula, & locum habet d. §. Mæuia. sed vbi ex institutis hæredibus aliqui essent filij, aliqui nepotes, & aliqui fratres, ita quòd omnes sub vna nominis vnitate comprehendi non possent, sed esset necesse, quòd plura ad diuersa nomina indiscreta mediante copula apponerentur, vt quia testator diceret, fratres meos & filios ac nepotes substituo: tunc locum non haberet d. §. Mæuia. per ea quæ dicta fuerunt s. in secundo casu, & ita nouiter limitat 13 tex. illum. † Quinto casu, quando aliqui ex substitutis vocati essent nominibus propriis, aliqui verò appellatiuis, tunc secundum Sal. post Bar. illi qui vocati essent nominibus propriis, intelligerentur vocati in viriles & æquales portiones, quamuis inæqualiter instituti reperirentur. Alij autem vocati censentur pro 14 portionibus hæreditariis. † Sexto, & vltimo casu, quando essemus in dubio, ita quòd non apparet quibus nominibus hæredes fuerunt substituti: quia fortè testes, qui præsentes fuerunt in testamento non recordantur, vel quia fortè testator in superioribus partibus testamenti vsus fuit aliquando nominibus propriis, aliquando appellatiuis, deinde dixit, quos inuicem substituo: tunc idem erit ac si per nomina appellatiua substituti essent, & sic pro portionibus hereditariis substituti intelliguntur, in l. si plures. ff. de vulg. & pup. quam ad hoc not. Bar. in l. præceden. qui cum plures. eo. tit. & Bar. in l. antepen. ff. de duob. reis. Bal. Sal. & Paul. Alex. & Ias. & Angel. Aret. in §. & si ex disparibus. inst. de vulg. subst. vbi subiungit, quòd si plures fuerunt simul nominati in substitutione, & Titius separatim, omnes tamen per nomina propria: tunc ille Titius separatus habebit in substitutione dimidiam, & cæteri omnes alij etiam per nomina propria nominati habebunt reliquam dimidiam, vt est casus in l. qui liberis. §. fi. cum l. seq. & ibi Doct. ff. de vulg. & pup. quam quidem dimidiam postea illi simul plures diuident inter se viriliter. Secùs si per nomina propria non fuissent nominati: sed per dictionem quisquis hęres erit, & c. quia tunc illam dimidiam inter se diuident pro portione hæreditaria, vt est casus sing. in l. fi. C. de impub. & aliis subst. & ibi per Doct. quę omnia notabitis in commendationem huius breuiloquæ substitutionis. Ex † quibus restat, quòd hæc 15 substitutio breuiloqua plures continet substitutiones, & partes in substitutione assignatas tacitè repetit in ipsa. *Substitutiones*, ideo dicitur, ad differentiam hæredum institutionis, in qua talis reciprocatio cadere non potest. *Plures*, ideo dicitur, ad differentiam vulgaris, pupillaris, & exemplaris substitutionum, in quarum singulis non semper contingit, quòd plures contineant substitutiones: sed hæc breuiloqua nunquam vnam tantùm & singularem, sed ad minus duas vel plures continet substitutiones. Nam interdum continet duas tantùm, interdum quatuor, interdum 16 sex, aliquando octo, vel plures. † Primò dixi, quòd interdum continet duas tantùm, s. vulgares, vt quando fit duobus extraneis vel maioribus, id est puberibus sanis, quibus conuenire non potest pupillaris nec exemplaris. Tunc enim quia vtrique conuenit vulgaris, quæ sui natura omnibus de vulgo fieri potest, vt dixi s. in materia vulgar. in 3. princ. art. talis substitutio breuiloqua non continebit nisi vulgarem in persona cuiuslibet hæredum inuicem reciprocè substitutorum, cum cæteræ substitutiones supradictæ eis non conueniant: quia non sunt pupilli, nec in potestate, nec etiam dementes, aut furiosi, muti, & surdi, vel prodigi. Ideo est magna quæstio: † an tunc in 17 tali breuiloqua contineatur fideicommissaria substitutio. Quia sicut vulgaris conuenit vtrique substitutorum, quibus non conuenit pupillaris nec exemplaris, sic etiam eis conuenit & in eorum personis eadem, & fieri potest fideicõmissaria. inst. de pup. subst. §. extraneo. Quia licet extraneis, aut puberibus substituti non possit directè vltra casum vulgarem, vt ibi, tamen bene potest eis substitui indirectè per fideicom. Vnde postquàm substitutio fideicommissaria conuenit illis, videtur quòd tunc breuiloqua eam comprehendat sicut vulgarem, ita vt postquã hæredes erunt, & sic expirata vulgari, quandocunque postea morian tur, locus sit fideicommissariæ substitutioni. In quo puncto sic concludit Ang. Are. in §. & plures. Inst. de vulg. subst. sequendo Bart. in d. l. Lucius. vbi Ang. & Im. & Sal. in d. l. in testamento. Quòd aut substitutio reciproca fit in codicillis, & clarum est, quòd continet fideicommissariam, cùm in codicillis non possit directa institutio hæredum, aut substitutio fieri. l. hęreditatem. C. de cod. in quibus hęreditas dari directè vel auferri non potest, nisi consuetudo hoc permitteret vel statutum, secundum Bald. in l. de quibus. ff. de 18 legib. † Et idem in patre inter liberos testante, & eos breuiloquè substituente, qui si duobus impuberibus filiis in potestate existentibus substituat breuiloquè in codicillis, in tali substitutione continebuntur directæ substitutiones, non obst. d. l. Scæuola. in qua ideo substitutio directa non valet, quia testator non poterat in codicillis directò substituere. Vnde ex quadam æquitate interpretatur valere fideicõmissum. Sed vbi pater inter liberos in codicillis disponit, potest inter

liberos suos directò substituere, vt probat text. per quem in nostris terminis hoc tenet Bart. in l.militis codicillis.in prin.ff.de test.mil.vbi sicut miles potest in codicillis directò substituere, ex eo quia in milite de suis bonis disponente seruatur nudum ius gentium, sic etiam poterit pater, in quo nudum ius gentium seruatur,directò disponere. Et ita dicit Bar.ibi obtinuisse contra omnes aduocatos: & eum sequuntur indifferenter omnes Moderni in l.hac consultissima. §.si quis autem.C.e.& Aret.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil. & in auth.hoc inter liberos. C.eo.Et ita Bar.& Doct.æquiparant patrem inter liberos disponentem & militem,in d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.Nec obstat si diceretur hoc esse verum, vbi constaret patrem voluisse in codicillis directò substituere,quo casu posset sicut & miles.Nam resp. quòd in casu nostro præsumendum est patrem voluisse directò substituere,ex eo quia fecit breuiloquam, quæ continere non potest nisi directas substitutiones,& nunquam continet fideicommissarias,nisi adiiceretur compendiosa, vt ꝯ. videbitis. Et idem esset in clericis, doctoribus & aduocatis, aut ad pias causas testantibus,vt plenè scripsi s.e.in verb. *Testamentum.iij.* Aliter & aliàs si substitutio fiat in codicillis,quæcunque sit illa,postquàm valere non potest vt directa,valebit iure fideicommissi, vt hæredes ab intestato casu substitutionis aduenientę capiant hęreditatẽ,vt eam restituant substitutis in codicillis, retenta quarta Trebellianica iure restitutionis,vt l.Scæuola.ff.ad Treb.vbi est casus noster plenè notatus. Aut talis reciproca facta fuit in testamento,& fuit dictũ, eos inuicem substituo vulgariter, pupillariter,& per fideicommissum,vt fieri solet: & tunc non habet dubium,quòd continet fideicommissariam propter expressam testatoris voluntatem. Aut reciproca fuit facta simpliciter,vt quia simpliciter dixit,vos inuicem substituo:vel dixit,si quis eorum hęres non erit,inuicem substituo:tunc quia isto casu solum vulgaris casus exprimitur,non comprehenditur fideicommissaria,sed sola vulgaris,si facta est,vt dixi,puberibus vel extraneis.Si autem facta esset impuberibus suis,tunc comprehendere posset etiam pupillarem, vt dicam statim,aut in hac substitutione apposita est conditio denotans tractum temporis expressè vel tacitè, vt si testator dixit, & quandocunque decesserit,eos inuicem substituo. vel dixit,si quis eorum decesserit sine liberis,eos inuicem substituo,&tunc secundum Ang. & Im.in d.l.Lucius.talis substitutio cadit in compendiosam propter verbum quandocunque,quę videtur reciprocè facta,&sui natura comprehendit vulgarem aduenientę casu vulgaris,putà si adire noluerunt,aut non potuerunt.Continet etiam pupillarẽ aduenientę casu pupillaris,vt si adeant hęreditatem:sed quia fortè erant sibi pupilli, & sui, qui decedunt in pupillari ætate.Prætereà continet fideicommissariam post pupillarem ætatem quandocunque decesserint,ex quo facta est per verbum commune substitutio, quod est aptum natum comprehendere etiam obliquam substitutionem, vt plenè dicam in materia compẽdiosæ substit.Licet enim hæc substitutio valere cœperit vt vulgaris vel pupillaris directa, & non fuit facta per verba directa ciuilia,sed pverba cõia,certè obliquari potest,vt ibi plenè dicam.Quotiescunque ergo ex tenore substitutionis reciprocæ comprehendi potest quòd testator plura tempora comprehendit successiuè,tunc in ea continetur fideicommissaria. veluti dicendo,quandocunque decesserit,vel si sine liberis decesserint. quæ verba tacitè comprehendunt tempus pubertatis:cùm infra id tempus quis habere non possit liberos,saltem de lege cõmuni. Et ita voluit Ang. in l.in testamento. C.de test.mil.in fi.& Sal.in l.ij.C. de imp.& al.subst.Si autem reciproca fieret tunc per verba directa, veluti si decesserit sine liberis,alter sit hæres:tunc non contineret fideicommissariam, quia talia verba directa ciuilia obliquari non possunt, vt ibi dicam.licet Ias.in d.l.in testamento.col.12.prima facie nisus fuit tenere contrarium:quòd primò contineat fideicommissarias. sed tandem dicit quòd non. 19 † Et ratio est, quia reciproca est substitutio directa, & non potest ex seipsa continere nisi directas substitutiones, & non fideicommissarias,quæ sunt indirectæ & impropriæ substitutiones: quæ licet comprehendantur sub compendiosa, quæ propter verbum quandocunque fieri videntur sub mortis commemo- 20 ratione, tamen non in breuiloqua simplici. † Vnum tamen menti tenebitis, quòd si reciproca substitutio facta fuerit more communi,sc.eos inuicem substituo vulgariter, pupillariter,& fideicommissariè, semper erit in electione substituti venire per quam substitutionem voluerit ex directa, putà vulgari in casu suo, aut pupillari in casu suo : si personæ patiantur quòd pupillaris comprehendatur,vt dicam in seq.membr. vel si ex illis directis venire nolit, tunc venire poterit per fideicommissariam etiam aduenientę casu vulgaris vel pupillaris substitutionis, per tex.& ibi Dy. & Bar.in l.recusare.§.si Titius.ff.ad treb.idem voluit Bar.in l.Centurio.ver.quartò principaliter quęro.ff. de vulg.& pup.licet ibi contrarium voluerit Im. dicens substitutum venire non posse,nisi per vulgarem in casu suo,s.hæreditatis non aditæ,vel per pupillarẽ in casu suo,s.si alter hæreditate adita in ætate pupillari decedat:& postea per fideicommissariam,si post aditam hæreditatem & pubertatem decedat:quia talis videtur fuisse voluntas testatoris comprehendendo plura tempora.arg.l.quod constitutum.ff.de test. mil. dicens ita esse de mente Cyn.in d.l.precibus. Et idem voluit in d.§.si Titius.Tamen Ang.Are.in d.§. & plures. sequitur opin.Bart. Nam si alter hæredum post pubertatem non adit hæreditatem, sed recusat, clarum est quòd locum habere potest vulgaris, quia hæres non est,& etiam habere potest locũ fideicommissaria;quia potest cogi adire periculo substituti fideicõmissarij,& restituere. l.quia poterat.ff.ad treb. ergo clarum est in electione substituti esse,an ex vulgari tantùm aut ex fideicommissaria cogendo institutum adire,hæreditatem consequi poterit. arg. d.§.si Titius. sicut substitutus ex reciproca repudiare posset ex substitutione,& vellet succedere ex iure accrescendi sibi delato ex institutione.l.nec is.§.j.ff.de acq. hær.secundum Ang.in d.l.in testamento.in fi.Restat ergo quòd substitutio breuiloqua duas continet substitutiones vulgares, quando fit duobus puberibus 21 vel extraneis sanis.† Similiter continere potest duas tantùm pupillares,veluti si fieret duobus pupillis suis per partem exhæredatis:putà quia doli capaces commiserunt contra patrem causam ingratitudinis.Nam exhæredari possunt, & non obstante exhæredatione pater potest eis pupillariter substituere,vt plenè dixi s.in materia pupillaris,in 4.princip.artic. quo casu si pater eos exhæredando inuicem substituat,talis reciproca non potest continere vulgares, attento quòd non sunt instituti hæredes, sed continebit duas pupillares,vnam in persona cuiuslibet pupilli exhęreda- 22 ti. † Pariter continere potest duas exemplares tantùm

BIU Cujas

tùm, vt putà si duo filij mente capti propter ingratitudinem ante dementiam commissam contra patrem ab ipso exhæredentur & inuicem substituantur: quo casu cùm exhæredatio teneat, vt plenè dixi §. in materia exemplaris, & sic vulgaris locum habere non posit, talis substitutio continebit duas exemplares tantùm, s. vnam in persona cuiuslibet duorum mente captorum aut furiosorum. Secundò dixi §. quòd hæc substitutio reciproca aliquando continet quatuor substitutiones, sc. duas vulgares, & duas pupillares, vt quando fieret duobus filiis impuberibus in potestate constitutis, & à patre vel auo paterno hæredibus institutis & inuicem substitutis, vt d.l. iam hoc iure.

23 † Idem quando fieret à patre vel matre duobus puberibus mente captis: quia contineret duas vulgares ante aditam hæreditatem, & duas exemplares postea, secundum Bal. in d.l. Lucius. col. 6. in fi. quem ibi sequitur Alex. & Im. hîc. aliquando continet sex substitutiones, vt putà si dico, filios meos duos impuberes instituo hæredes: & si decesserint in pupillari, vel aliàs quandocunque, eos inuicem substituo. Nam hęc substitutio duas continet vulgares, si non adeatur hęreditas, & duas pupillares, si adita hæreditate decesserint in pupillari ætate, necnon duas continet fideicommissarias propter clausulam compendiosi, si post pupillarem ætatem decesserint. Potest etiam continere octo substitutiones, veluti si quis duos habeat filios impuberes mẽte captos, & eos hęredes instituat, & inuicem substituat per hæc verba, si decesserit in pupillari ætate, vel post in dementia, vel aliàs quandocunque, eos inuicem substituo. Nam tunc continet duas vulgares, duas pupillares, duas exemplares, & duas fideicommissarias. Si autem testator duobus filiis pupillis dementib. simpliciter substitueret reciprocè eos inuicem substituendo absque alia temporum distributione, talis substitutio non contineret nisi sex directas substitutiones, sc. duas vulgares, duas pupillares, & duas exemplares. Et hæc vera quando substitutio reciproca fieret duobus tantùm: si verò fieret pluribus, putà tribus, quatuor, aut pluribus, tũc numerus substitutionum ascẽderet multum. Possent enim contingere multò plures vulgares, pupillares, & exemplares, ac fideicommissarię, ita quòd si plures essent filij, numerus multiplicaretur in plus, vt patet ad sensum secundum Bar. in d.l. Lucius. & Sal. in d.l. in testamento. & Ang. in d. §. & plures. Inst. de vulg.

24 substit. † Et continet semper hæc substitutio plures substitutiones paris numeri, & non imparis, putà iij. aut quinque vel vij. nisi hoc fieret ex probata voluntate testatoris, vt dicam j̃.

25 in verbo, æqualiter. † Et tales substitutiones in reciproca contentę sunt expressæ generaliter, & tacitè specialiter, vt plenè habuistis §. in tract. vulgaris, in 4. princ. artic. Et sic tales substitutiones in breuiloqua contentæ excludunt matrem & alios ab intestato succedentes: de quo plenè dixi §. in materia pupillaris, in vj. princ. artic. tractando tertium effectum dictæ substitutionis, circa finem illius effectus: vbi latè videatis, quod qualiter intelligatur dicam in verbo, æqualiter. j̃. hac eadem substitutione. Restat ergo, quòd hęc substitutio nunquam continet vnam solam substitutionem, quinimo semper duas aut plures continet, vt vidistis. & in hoc differt

26 ab aliis substitutionibus. † Et per consequens dicitur esse species substitutionis distincta ab aliis, secundum Saly. in d.l. in testamento. super quo tamen fuerunt duæ opiniones contrariæ. prima fuit opinio gl. nostræ hîc, quæ non enumerando hanc substitutionem inter alias, satis videtur tenere quòd non sit species substitutionis specificè ab aliis differens, quod fuit dictum Gul. de Cu. & Rayne. in suo tract. de subst. quos sequitur Bart. in d.l. Lucius. col. j. ff. de vulg. & pup. vbi formaliter decidit reciprocam non esse speciem substitutionis: sed est quædam adiectio, sicut dicimus in simili in actionibus de peculio, institoria & tributoria, vt l. 3. §. cui congruit. ff. de pecu. non quòd Bart. voluerit dicere, quòd breuiloqua sit adiectio eo modo quo actio de peculio censetur adiectio, & qualitas, quæ licet non alteret essentiam actionis, tamen moderatur & diminuit effectum condemnationis & exactionis: cùm dominus actione de peculio conuentus non condemnetur in totum, sed quatenus est in peculio. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. Quod non facit hæc substitutio breuiloqua: quia nihil diminuit quo ad effectum aliarum substitutionum in ea contentarum. Sed dicit Bart. hoc, non vt dixi, quòd velit has æquiparare adiectiones, sed tantũ per quandam similitudinem declarare, secundum Iaso. in d.l. Lucius. Sicut enim adiectio de peculio non alterat essentiam actionis, imò eadem est actio, sic à simili adiectio breuiloqua non alterat essentiam substitutionum in ea contentarum. Nam hæc substitutio, vt vidistis, continet vulgares, pupillares, ac exemplares. & sic est nomen accidentale & non substantiale. & ita etiam tenet Bal. in repet. c. si pater. eo. tit. lib. 6. & Barb. hîc. motus nonnullis aliis subtilibus rationibus, præsertim ex text. in d.l. iam hoc iure. dum dicit, ad tertium quoque genus substitutionis tractum esse

27 videtur. † Nam illud verbum, videtur, denotat improprietatem quandam, vt l. non videtur. ff. de reg. iu. Si ergo esset species distincta substantialiter & essentialiter, legislator ibi vsus fuisset verbis propriis & habilibus differentiam essentialem importantibus. Idem tenet Ias. in l. in testamento. in princ. Secunda opin. fuit gl. in §. qua ratione. Inst. de pup. subst. & super rub. ff. de vulg. & pup. quæ hanc substitutionem enumerando inter cæteras tacitè dicit, quòd sit species substitutionis. Idem tenet Bal. in l. precibus. ver. iuxta hoc quæro. C. de impub. & aliis subst. & Im. & Sal. in d.l. in testamento. C. de testam. mil. vbi clarius quam cæteri per vij. pulchras inductiones quas elicit ex text. in d.l. iam hoc iure. concludit eam esse speciem substitutionis, referens idem tenuisse eius patruum Richar. de Sal. per text. in eadem l. iam hoc iure. ibi, ad tertium genus substitutionis, &c. Quæ quidem verba duo diuersa genera ante se præcedentia significant. l. j. §. 3. & l. iureconsultus. §. 3. ff. de gradi. Videatis ibi per eum in 4. q. idem voluit Ang. in d.l. iam hoc iure. & ibi Im. Ex hoc inferens Angel. quòd

28 † statutum loquens de vulgari & pupillari non comprehenderet reciprocam, tanquam sit species diuersa: cùm aliæ fieri possint vni soli, hæc autem fieri non potest nisi pluribus. Præterea quælibet aliarum continet vnam, hæc autem semper habet necesse plures continere substitutiones. Ad hoc facit quod dixi in præced. substitutione. in fin. idem tenet Lud. in d.l. in testamento. Postremò Alex. in d.l. Lucius. opiniones concordat hoc modo, s. quo ad formam reciproca dicitur species substitutionis de per se, non autem quo ad effectum. Quia vltra vulgarem aut pupillarem vel exemplarem siue fideicommissariam non habet per se alium effectum. & ita saluari potest prima opinio, secundum Raph. in d.l. iam hoc iure. & Im. hîc. Et inde dicit Franc. Aret. in rubr. ff. de vulg. & pupil. quòd breuiloqua est adiectio quędam, id est, quidam

modus inducendi ſubſtitutiones ſub vna forma verborum: tamen quia eſt eadem eſſentia & effectu, non facit nouam ſpeciem, vt dicit text. not. in l. 2. in fi. C. com. de leg. Sequitur in diffinitione, *æqualiter*. Ideo
29 † dicitur, quia ſi eſſet inæqualitas, nunquam eſſet reciprocatio propria, vt d. l. in teſtamento. C. de teſta. milit. & d. l. iam hoc iure. Inæqualitas enim impedit in reciproca contineri pupillares, vel alias ſubſtitutiones, quoties inæqualitas eas cadere non permittit æqualiter in perſona cuiuſlibet inſtitutorum, vt l. 2. & l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſtit. Circa quod eſt aduertendum, quia interdum in hac ſubſtitutione
30 intercedit † inæqualitas in coniunctione naturali inter inuicem ſubſtitutos: & de illa non curatur, prout eſt inter filios duarum vxorum, de quo dixi ſ. eadem ſubſtitutio. ſuper verbo, *breuiloquio*. in primo caſu, in fine. & plenè Bart. in d. l. Lucius. prope fin. Aliquando intercedit inæqualitas portionum & rerum: putà teſtator duos filios impuberes inſtituit hæredes inæqualiter: veluti vnum in dodrante, alterum verò in quadrante, & eos inuicem ſubſtituit, certè hoc caſu propter diſparitatem portionum in quibus dicti filij fuerunt hæredes inſtituti, non impeditur quin in hac ſubſtitutione reciproca contineantur duæ vulgares ante aditam hereditatem, & duę pupillares poſt eam aditam, ſi infra pubertatem mors contingat: & etiam continerentur poſt pubertatem duæ exemplares, ſi pupilli hæredes inſtituti fuiſſent mente capti: quia inæqualitas ſeu diſparitas portionum non impedit ſub breuiloqua contineri ſubſtitutiones, quę perſonis inſtitutorum inuicem ſubſtitutorum conueniunt. l. ſi plures. cum l. ſeq. ff. de vulg. & pup. facit l. j. C. de impub. & aliis ſubſt. ſecundum Bartol. in d. l. Lucius. &
Ang. in d. l. in teſtamento. & Im. hîc. Et hoc verum, quando fuerunt plures inſtituti in diſparitate portionum, quæ non impedit ſubſtitutiones conuenientes perſonis contineri in breuiloqua, vt dictum eſt. Quinimò inſtitutus in minori portione, ita bene dicitur ſubſtitutus alteri, ſicut inſtitutus in maiori portione dicitur ſubſtitutus ſibi. Quia ſicut inæqualitas temporis, putà ætatis: quia fortè impuberes quibus inſtitutio fit, ſunt diuerſæ ætatis, non impedit ſubſtitutionem contineri, ſic nec diſparitas rerum. arg. l. miles. §. & quia diximus. ff. de teſt. mil. ſecùs tamen eſſet ſi aliqui inſtituti forent in certis particularibus rebus, & alij vniuerſaliter eſſent inſtituti in portionibus, & quotis, vt putà, quia teſtator filias inſtituit ex certis rebus, vel quantitatibus, vel dotibus, ſecũdum Ang. Are. in d. §. & plures. Inſtit. de vulg. Et maſculos vniuerſaliter inſtituit hæredes, poſteà dicendo, omnes filios meos inuicem ſubſtituo. Nam hoc caſu filiæ non videntur cum maſculis ſubſtitutæ, quia hæres ex re certa non eſt propriè hæres ſimpliciter loquendo, ſed habetur loco legatarij, vel eſt tertium genus per ſe, & vocatur hæres particularis, vt not. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. Et dixi plenè ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*. j. poſt 27. & vltimam limitationẽ. ver. pro totali præmiſſorum. & iſta ſubſtitutio videtur facta in dubio in portionibus hæreditariis, vt d. l. qui plures. & ſic cùm filiæ non habeant hæreditariam portionem, non cenſentur maſculis ſubſtitutæ. Ad hoc facit l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulg & pup. vbi qui non ſunt coniuncti in inſtitutione, ſed inſtituti in re certa tantùm, non habent ius accreſcendi cum inſtitutis. l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hær. inſt. ergo nec videntur eis ſubſtituti, ſecundum Bart. in d. l. Lucius. cum quo tranſeunt ibi Angel. & Imol. cum limitatione tamen, vt id quod dictum eſt per Bartol. procedat, niſi omnes maſculi repudiaſſent, vel mortui eſſent non adita hæreditate: quia tunc admitterentur fœminæ. argum. l. cohæredi. §. qui diſcretas. ſ. allegat. prout ante Imol. tenuerat Bald. cum quo ibi tranſit Angel. in d. l. in teſtamento. C. de teſtament. milit. & in 6. & 7. quæſtion.
31 † Secundò poteſt etiam limitari dictum Bartol. per ipſummet Bart. in l. fin. ff. ad Trebel. vt non procedat, ſi duo tantum maſculi eſſent inſtituti vniuerſaliter, & vna filia in re certa, & teſtator dixiſſet inuicem ſubſtituo ſuperuiuentes, ſi vnus illorum ſine liberis deceſſerit. Tunc enim intelligetur ſubſtitutus non ſolùm maſculus, ſed etiam filia. illa pluralitas verificari non poſsit in ſolo maſculo ſuperuiuente, niſi filia comprehendatur, per d. l. fin. ff. ad Treb. Et ita etiam tenet Paul. in d. §. qui diſcretas. & Alexan. in d. l. Lucius. vbi Iaſon allegans Bart. ſic conſuluiſſe conſ. 54. volum. j. incip. Angelus Maciæ habebat. verſicul. oſtendo contrarium. & Petr. de Anchar. conſil. 64. Sed in meo libro eſt conſ. 67. incip. ſimiliter ad plenum. Et hoc verum, quòd filia prædicto caſu cenſetur eſſe cum maſculo ſubſtituta: quia illa dictio numeri pluralis ſuperuiuentes, apparet clarè & ad longum ſcripta in teſtamento. Si autem eſſet abbreuiata, vt ſępe faciunt notarij, ita quòd non intelligitur an teſtator dixerit ſuperſtitem, vel ſuperſtites, tunc in dubio interpretandum eſt, quòd dixerit ſuperſtitem: vt ſolus maſculus veniat ad ſubſtitutionem, per text. ſingularem in d. §. qui diſcretas. ſecundum Alexand. ibi poſt Bart. in d. l. fin. ff. ad Treb. videatis quę dixi ſ. hæc ead. ſubſtitutio. in verb. *breuiloquio*. & Ang. Aret.
32 in d. §. & plures. Inſtit. de vulg. ſubſtit. † Aliquando in iſta ſubſtitutione intercedit inęqualitas, ſeu diuerſitas perſonarum in perſonis inſtitutorum & inuicem ſubſtitutorum: & tunc ſubſtitutio reciproca non continet niſi ſubſtitutiones, quæ æqualiter conuenire poſſunt vtriſque inſtitutis inuicem ſubſtitutis, vt d. l. 2. & l. quamuis. C. de impuberum & aliis ſubſtit. Sed iterum hæc inæqualitas perſonarum poteſt tripliciter contingere. Nam aliquando fit hæc ſubſtitutio perſonis diſparibus ab initio & ſemper, aliquando perſonis diſparibus ab initio, ſed non ſemper: putà quia eis poſtea contingit & ſuperuenit æqualitas, & aliquando fit econtrà, ſcilicet perſonis paribus ab
33 initio, quibus poſtea inæqualitas contingit. † Primo caſu, ſi hæc reciproca fiat perſonis inæqualibus & diſparibus ab initio & ſemper (putà ſi fiat vni filio pupillo, & in poteſtate, & alteri puberi aut extraneo) tunc quia ſubſtitutio pupillaris non poſſet vtrique conuenire, in tali breuiloqua non continetur pupillaris. Et idem ſi fieret vni filio mente capto, & alteri ſanæ mentis hæredibus inſtitutis, non contineretur exemplaris: ſed vtroque caſu contineretur tantùm vulgaris, quæ vtrique hæredum inſtitutorum inuicem ſubſtitutorum æqualiter conuenit, vt d. l. iam hoc iure. & d. l. 2. & l. quamuis. & ſic adita hæreditate expirabit. Pupillarem autem vel exemplarem in perſona pupilli vel mente capti non continebit propter inæqualitatem conſubſtituti. Nam inæqualitas perſonarum operatur, quòd vnam ſolam ſubſtitutionem, ſcilicet vulgarem, in perſona cuiuſlibet contineat, per text. in d. l. 2. C. de impub. & aliis ſubſtitut. vbi deciditur eos videri ſubſtitutos in vnum caſum
34 duntaxat, ſcilicet vulgarem. † Quoties enim determinatio reſpicit duo determinabilia, debet ea æqualiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulgari. & ibi not.

vt ſc

vt scilicet substitutio quæ locum habet in persona vnius, locum habeat in persona alterius, & quæ valere non potest in vno, non valeat in alio, vt d.l. quamuis. & l. hæreditatem. C. de impub. & aliis subst. Facit l. in testamento. C. de test. mil. & tex. in l. si legatarius. §. fi. vbi hoc not. Bart. ff. de leg. 3. Et hæc regula etiam locum habet in statutis, secundum Ang. cons. 143. in fin. incip. tria videntur impugnare. Ad hoc facit aliud simile, quòd quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi, debent sic intelligi, vt vniformiter operentur. text. est quem ibi Bart. dicit se nescire alibi, in l. fi. C. de sent. & interl. Plus dico, quòd etiam locum habet hæc regula vbi esset diuersa ratio in vno determinabilium, quàm in alio, per text. & quod ibi decidit Bar. in d.l. si legatarius. §. cùm ita. ff. de leg. 3. vbi dicit Bar. quòd si testator relinquat vxori quatuor corbes frumenti ex tali fundo, & decem libras: licet frumentum diuersa ratione non debeatur, nisi tempore recollectionis, tamen etiam pecunia ante non debebitur, nisi tempore messium, viso quòd eodem legato ambo relicta sunt. Nec obstat l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupilla. vbi quia maior ratio est in coniunctis quàm substitutis, non æqualiter determinantur. Quoniam ibi hoc ideo est, quia aliàs periret & cessaret regula volens coniunctum præferri substituto, secundum
35 Aret. † Hæc tamen regula, quòd vna determinatio debet æqualiter determinare duo determinabilia, fallit vbi maior fauor esset in vno determinabili quã in alio. Quia tunc æqualiter non determinat: putà testator dicit, cùm filius meus hæres ad 14. annum peruenerit, relinquo talem fundum & libertatem seruo. certè si moriatur ante 14. annum extinguitur legatum fundi, sed non libertatis. l. si ita scriptum. ff. de manum. testa. & l. si seruus liber. ff. de statulib. secundum Alexan. in l. in testamento. C. de testamen. mil. & Ias. in d.l. iam hoc iure. col. 5. ff. de vulg. & pupillar. Secundò fallit hæc regula in dispositione negatiua, vt si testator instituat filium hæredem & nepotem ex eo, non intelligitur eos vniformiter instituere, sed nepotem post filium, cùm nepos sit institutus viuente filio ex causa necessitatis, ne si viuo testatore filius moreretur, testamentum rumpatur. l. Gallus. §. j. vbi gl. ff. de lib. & posthum. & Alexand. col. 5. & Iason
36 plenè in d. l. iam hoc iure. † Restat ergo per dictam regulam, quòd hæc substitutio personis disparibus facta, non comprehendit pupillares, nec exemplares, sed tantùm vulgares. Plus dico, quòd sub tali breuiloqua, nedum non continentur pupillaris vel exemplaris, imò nec fideicommissariæ substitutiones, licet fideicommissaria substitutio possit vtrique conuenire, cùm etiam maiori & extraneo fideicommitti possit, Instit. de pupil. substit. §. extraneo. quia verba & personæ non repugnant: & ita not. illum text. Bart. in d. l. 2. dicens aliàs ita consuluisse. quod verum intelligatis, vbi testator reciprocè & simpliciter substituisset: secùs si substitutioni adiecisset verbum distributiuum temporis quandocunque, sic dicendo, quandocunque alter vestrum decesserit, vos inuicem substituo. Quia tunc talis breuiloqua bene contineret fideicommissarias, secundum Ias. in d.l. 2. & dixi s. in verbo, *plures*. & idem esset & multo potius si in temporis distributione fieret mentio ætatis pupillaris, putà quia testator habens duos vel tres filios, quorum vnus vel duo sunt impuberes, alius est maior, dicit, filios meos æqualiter instituo. Et si quis eorum in pupillari, vel alia quacunque ætate decesserit, superuiuentes ei substituo. Nam hæc substitutio in persona minorum continebit pupillarem, quam continere non posset in persona maiorum, secundum Raph. Cuman. consil. 126. incip. Ioannes quondam Vitalis. Sed Alexand. contrà in d.l. in testamento. C. de test. mil. prope fin. sequen. Richar. de Saly. in consil. incip. Quidam testator habens tres filios. Hanc plenè disputauit Iason in d.l. iam hoc iure. col. 4. & 5. vbi videatis
37 per eum. † Et non solùm disparitas duorum inuicem substitutorum impedit pupillarem aut exemplarem cõtineri in reciproca, sed etiam disparitas vnius solius inter multos æquales. Vnde si pater habens duos impuberes vel mente captos, & vnum puberem vel sanæ mentis, eos instituit, & inuicem substituit, talis substitutio propter mixturam illius tertij non continebit nisi vulgares, & non pupillares vel exemplares, etiam in personis duorum pupillorum, vel dementium, secundum Bartol. in d.l. Lucius. & Alexand. ibi. idem tenet Angel. Aret. in d. §. & plures. & Salyc. in d.l. in testamento. Licet Bald. ibi aliter dixerit, & non bene, secundum Imol. hîc. & Ludouic. in d.l. in testamento. † Et præmissa sunt vera,
38 scilicet breuiloquam personis disparibus factam non continere pupillarem, aut exemplarem etiam in persona illius, cui conuenire posset, nisi probari posset testatorem voluisse in tali breuiloqua personis imparibus facta pupillarem comprehendi vel exemplarem, quia tunc constito de voluntate testatoris, si talis substitutio facta fuerit in testamento pagani, id est non militis, continebit in persona pupilli in potestate constituti pupillarem, vel in persona furiosi
39 exemplarem. † Et sic in persona vtriusque continebit vulgarem, quæ vtrique conuenit, & in persona pupilli vel furiosi pupillarem vel exemplarem. Taliter quòd si adita hæreditate pupillus cui substitutio pupillaris conuenit, moriatur infra pubertatem, vel mente captus cui exemplaris conuenit, moriatur in dementia, alter substitutus cui dictæ substitutiones conuenire non possunt, succedet pupillo vel mentecapto, vi dictarum substitutionum, quas testator comprehendi voluit in breuiloqua. Et succedet non solùm in bonis testatoris, sed etiam in bonis pupilli vel mentecapti, sed in persona dicti alterius substituti cui pupillaris vel exemplaris non conuenit, solùm continebit vulgarem, quæ expirabit adita hæreditate. l. post aditam. C. de impuber. & aliis substit. Et sic erit dare casum in quo reciproca continebit plures substitutiones imparis numeri, scilicet, tres, duas vulgares, & vnam pupillarem vel exemplarem, secundum Bartol. in d. l. Lucius. col. 3. prout vidistis s. in
40 verbo, *plures*. † Si verò reciproca fuerit per militem facta personis imparibus, & (vt dictum est) probari posset per coniecturas, aut aliàs, testatorem voluisse in tali breuiloqua pupillarem vel exemplarem comprehendi, tunc illam continebit secundum voluntatem testatoris, ita quòd in persona vtriusque continebit vulgares ante aditam hæreditatem. Postea verò in persona pupilli continebit pupillarem, vel in persona dementis exemplarem, si infra pupillarem ę-
41 tatem decedat, vel dementiam. † Et si post pubertatem vel dementiam sanus mente moriatur, continebit substitutionem militarem, & in persona alterius cohæredis substituti cui pupillaris non conuenit vel exemplaris, semper continebit militarem: ita quòd illo altero cohærede substituto moriente, pupillus vel demens durante pupillari ætate, vel dementia, aut post, ei succedet vtroque tempore: & semper ex

BIU Cujas

militari ſubſtitutione iure & priuilegio militis, qui etiam extraneo & maiori ſubſtituere poteſt directè. l.Centurio. ff.de vulg.& pupil. prout hæc omnia ſupradicta probantur in l.in teſtamento.in fi.C.de teſt. milit. ſecundum *communem* opin. quam ibi ſequitur
42 Iaſ.licet Aug.& Ale.tenuerint,† quòd tunc talis breuiloqua per militem perſonis diſparibus facta,in perſona vtriuſque ante pubertatem vel dementiam aut poſt,contineat ſubſtitutionem militarem omni caſu, quæ ſui natura non operatur nec extenditur,niſi quo ad bona teſtatoris tantum:ſed pupillaris & exemplaris extenduntur etiam ad bona pupilli & dementis, vt plenè vidiſtis §. in materia pupillaris & exemplaris.Vnum tamen menti tenebitis,quòd ea quæ dicta ſunt in reciproca per militem facta perſonis diſparibus,vt ſcilicet comprehendat pupillarem,exemplarem,& militarem.Si probetur,quòd teſtator hoc voluerit, locum haberent etiam in teſtamento docto-
43 ris vel aduocati, aut presbyteri: † qui quo ad actum teſtandi militibus æquiparantur, vt plenè ſcripſi §.e. c.in verbo,*Teſtamentum*.j.in ix.caſu fallentiæ.& plenè decidit Alex.in d.l.Centurio.in princip. Prouiſo, quòd ſint actu legentes, aut poſtulantes, aliàs non. Quia talia priuilegia etiam non competunt militibus qui non militant reipublicæ, ſed promouentur cauſa pompæ & inanis gloriæ, ſecundum Bal. in d.l. in teſtamento.in fi. & Cyn.in l.j.C.de iuris & fa.ign. Sic etiam erit in illis doctoribus, qui actu non legunt, ſed cauſa honoris (vt vocentur rabi, & primas cathedras occupent) promoti ſunt. Tales enim non gaudent priuilegio doctorum, ſecundum Bart. in l. medicos. C.de profeſſ. & medic.lib.x. & Ang.Aret.
44 in §.item Romæ grammatici.Inſt.de excuſ.tut.†Et tales ſubſtitutiones in reciproca contentæ ſiue ſint vulgares, ſiue pupillares,vel exemplares, aut militares: his caſibus dicuntur expreſſæ, & conſequenter matrem excludunt, & cæteros inteſtatè ſuccedentes. quod intelligatis ſanè verum, vbi reciproca fit ſimpliciter & de per ſe.Si autem conciperetur in ſpecialem cauſam vulgaris hoc modo: ſiquis eorum hæres non erit,eos inuicem ſubſtituo,tunc pupillaris velut contenta ſub expreſſa vulgari eſt omnino tacita, quæ matrem non excludit,ſecundum gl.& Bar.ſingulariter in d. l. Lucius. quem *omnes communiter* in hoc ſequuntur ſecundum Alex. in d.l.in teſtamento. & Iaſ. in d.l. Lucius. & vt plenè habuiſtis §. in materia pupillaris,in vj.principali artic.tractando tertium effectum illius ſubſtitutionis, circa fin. vbi etiam habuiſtis de coniecturis, per quas intelligitur,& probatur teſtatorem voluiſſe in breuiloqua perſonis diſparibus facta pupillarem & militarem comprehendi. Nec eſt omittendum quod eleganter voluit Bald. in d.l.in teſtamento, verſ.nota quòd dixi in ſummario.
45 † quòd vbi probandum eſt per teſtes teſtatorem paganum voluiſſe in reciproca perſonis diſparibus facta vltra vulgares contineri pupillarem vel exemplarem ac militarem ſubſtitutiones, non ſufficeret hoc probare per duos teſtes, quia natura reciprocæ eſt multum remota & contraria huic ſenſui. & ſic talis probatio non eſt declaratoria,vt per duos teſtes probari poſsit, ſed eſt diſpoſitiua, ideo debet eſſe ſolennis. l. cùm proponebatur.in gl.ff.de leg.2. Sed in milite bene ſufficeret probatio duorum teſtium, quia non ita exorbitat à ratione cùm poſsit miles vtrique etiam poſt aditam hæreditatem directò ſubſtituere. & ſic in hoc differunt miles & paganus,tam in poten-
46 tia quàm in qualitate probationis. † Plus dicit vbi §. Bal.quòd probato quòd miles ſubſtituendo breuiloquè diſparibus perſonis, voluerit vtrique poſt aditam hæreditatem ſubſtituere,licet tunc pupillaris in perſona pupilli expiret per aduentum pubertatis, non propter hoc expirabit ſubſtitutio militaris in perſona extranei,vt not.in d.l.Lucius. vel melius ſecundum Iaſ.in d.l.in teſtamento. col.14. quoties appareret de voluntate militis,quòd in breuiloqua perſonis diſparibus facta voluit vltrà vulgares,& ſic poſt aditam hæreditatem ſubſtituere:& aliter non limitauit tempus, tunc ambæ ſubſtitutiones vltra caſum vulgarem durabunt vſquequo alter eorum deceſſerit. Vnde ſi filius teſtatoris pupillus moriatur in ætate pupillari, locum habebit pupillaris ſubſtitutio, quę trahetur non ſolùm ad bona teſtatoris,ſed etiam pupilli, ad quæ omnia vocabitur ſubſtitutus,vt §.dixi.Si verò poſt pubertatem moriatur,locum habebit militaris ſubſtitutio,per quam ſubſtitutus vocabitur ad bona teſtatoris, & non pupilli:quia licet pupillaris matrem excludat pupilli,non tamen militaris quo ad bona pupilli.Si verò alter inæqualis perſona ſcilicet ſubſtituta præmoriatur, filius teſtatoris ſiue adhuc pupillus ſiue pubes factus, velut ſubſtitutus ex militari ſubſtitutione ſuccedet illi perſonæ diſpari præmorienti ſolùm in bonis, quæ quondam fuerunt teſtatoris, ſecundum doctrinam Iuriſconſulti in d.l. Centurio. ff.de vulg.& pup. & ita etiam tenet Raph. Fulg. in d. l. in teſtamento. & ſic pupillo ſemel effecto pubere militaris durabit in perſona vtriuſque, quo ad bona teſtatoris, ita quòd altero quandocunque moriente ſuperſtes ſuccedet præmorienti:ſeruata tamen in perſona filij teſtatoris præmorientis diſpoſitione.l.cùm acutiſsimi.C.de fideic. quæ locum non habet in perſona alterius ſubſtituti extranei,niſi expreſsè fuiſſet adiecta conditio liberorum,vt plenè habuiſtis §.cod.c.ſuper verbo,*Si abſque liberis mo-*
47 *reretur*.j.† Reſtat ergo ex præmiſsis,quòd antequam reciproca contineat pupillares & exemplares,oportet quòd fiat duobus aut pluribus pupillis mentecaptis:aliàs ſi fieret perſonis diſparibus,quibus æqualiter non poſſent dictæ ſubſtitutiones conuenire,tunc non contineret niſi vulgares,vnam in perſona cuiuſlibet inuicem ſubſtitutorum.Quinimò dicit Bart.in d.l. Lucius. quòd ſi reciproca fieret talibus perſonis, quibus vulgaris ſubſtitutio non poſſet æqualiter vtrique conuenire, talis reciproca etiam non contineret vulgares: vtputa ſi fieret duobus filiis impuberibus ſuis, quorum teſtator vnum inſtituit, & alterum exhæredauit, & demùm eos inuicem ſubſtituit. Nam licet contineatur pupillaris quæ in perſona vtriuſque fieri poteſt, tamen non continetur vulgaris in perſona inſtituti: quia conuenire non poteſt in perſona exhæredati propter inæqualitatem. & ita tenet Imol.hîc.& Alex.in d.l.Lucius.col.5.in fin.Si tamen inſtitutus repudiaret, exhæredatus venire poſ-
48 ſet.†Similiter decidit Bart.vbi §.quòd ſi teſtator habens duos filios, vnum impuberem ſanæ mentis, cui bene conueniebat pupillaris, ſed non exemplaris: Alium verò puberem furioſum,cui conueniebat exemplaris, ſed non pupillaris, eos hæredes inſtituerit,& reciprocè ad inuicem ſubſtituerit, non continebitur in perſona pupilli ſanæ mentis pupillaris,nec in perſona puberis furioſi exemplaris,propter inæqualitatem eorundem.ſed talis reciproca ſolas vulgares continebit,quę vtrique conueniunt.Sed Imol.in d.l.Lucius. limitat hoc fore verum,niſi appareret quòd teſtator voluit illi furioſo etiam poſt aditam hæredita-

tem

BIU Cujas

tem substituere: quia tunc etiam in persona impuberis contineretur pupillaris. arg. l. in testamento. & quod ibi not. per gl. doct. & Salyc. C. de test. mil. imò plus dicit, quòd etiam si de mente non constat, idem erit si furiosus seu demens liberos non habebat, quia tunc exemplaris eosdem habet effectus, quos pupillaris, vt plenè habuistis s. in materia eiusdem. Vnde videtur testator voluisse, cũ dictæ substitutiones eundem effectum habeant, quòd in persona pupilli sit pupillaris, & in persona furiosi sit exemplaris. Nam licet in multis hæ substitutiones differant, satis est, quòd conueniant in casu de quo quæritur: quia vtraque trahitur ad bona filij vndecunque quæsita. Et ita transit Ang. Are. in d. §. & plures. Tamen Ale. in d. l. Lucius. recitata opi. Im. transit, & tenet cum Bar. indistinctè.

49 †Et præmissa sunt vera, quando plurib. personis disparibus facta fuit simplex reciproca: quia non continet nisi vulgares vtrique conuenientes. Si autem reciproca facta fuisset compẽdiosè, tunc vltra vulgarem comprehenderetur pupillaris in persona pupilli, vel exemplaris in persona dementis, secundum Paul. de Ca. in d. l. in testamento. dicens ita aliàs consuluisse, cùm habuisset hanc q. in facto. Et ratio est, quia quando reciproca continet compendiosam, putà, quandocunque decesserint, eos inuicem substituo, tunc comprehendit substitutiones fideicommissarias, vt plenè habuistis s. in verb. *plures*. Quæ quidem fideicommissaria est onus. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vul. & pu. Multo ergo magis continere debet pupillarem in persona pupilli, quæ est ei fauor. C. de inof. test. l. ex tribus. Sed Bal. in paucis verbis in d. l. in testamento. q. 4. tenet contrarium in fi. dum alleg. l. quamuis. C. de imp. & al. subst. quem sequitur ibi Ale. & in d. l. Lucius. prope fi. Nec obst. ratio Pau. quia ideo reciproca mixta cum compendiosa continet substitutionem fideicommissariam, quia conuenit æqualiter vtriq;

50 & pupillo & minori aut sanæ mentis. †Secundò dixi, quòd hęc reciproca aliquando fit personis disparibus ab initio, quib. posteà contingit & superuenit æqualitas: vt putà pater instituit duos impuberes, s. vnum in potestate, & alterum emancipatum, & eos inuicem substituit: quo casu propter disparitatem personarum in patria potestate substitutio reciproca continere non potuit pupillarem, sed solùm vulgarem. sed post testamentum filium emancipatum adoptauit, ob quod nunc cessat disparitas quæ ab initio tempore substitutionis militabat. Certè in hoc casu etiam in tali reciproca non continebitur pupillaris obstante imparitate personarum inuicem substitutarum ab initio existente, quæ licet nunc cesset, tamen substi-

51 tutio non firmatur: †quia dispositio ab initio inutilis non confirmatur ex postfacto. l. j. §. si filius. ff de leg. 3. facit l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. secundum Rayner. in tract. subst. quem sequitur Bart. in d. l. Lucius. & omnes. & Sal. in d. l. in testamento. Nam adoptio non fingit retrò. l. qui iure militari. cum l. seq. ff. de test. mil. Nec obst. quòd pater posteà adoptando filium videtur voluisse in tali breuiloqua pupillarem comprehendi: quia respondetur, quòd hoc velle non poterat sine noua voluntate. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. eo. tit. de qua non constat. Pariter non obst. l. 2. §. si extraneum. ff. de vulg. & pup. vbi pupillaris reconualescit: quia respondetur, quòd ibi ab initio testator fecit specificam pupillarem, per quam certius constat de mente & voluntate testatoris. sed hîc per verba vos inuicẽ substituo, pupillaris non est verbis specificata: & propter personarum inęqualitatem ab initio existentem non præsumitur testatorem voluisse eam comprehendi, secundum Ang. Are. in d. §. & plures. idem tenuerunt Ang. Im. & Ale. in d. l. Lucius. inferentes, quòd si pater à principio habens vnũ filium naturalem tantùm, & alterum legitimum & naturalem, eos inuicẽ substituerit reciprocè, non obst. quòd posteà legitimari fecerit naturalem, in tali reciproca ex postfacto, sicut nec ab initio propter imparitatem non continebitur pupillaris, nisi expresè dixisset, substituo eos inuicem vulgariter, pupillariter, & c. Et ita etiam voluerunt Bal. Ang. Sal. & Lud. in d. l. in testamento. & Im. hîc. Nam licet legitimatio retrotrahatur ad tempus natiuitatis legitimati, vt plenè declarat Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. tamen non retrotrahitur quo ad interpretandum voluntatem testatoris. †Quid autem esset, si naturalis legitimaretur per sequens matrimonium, videatis Bal. in 9. q. d. l. in testamento. pulchrè loquentem, vbi sentit, quòd per talem legitimationẽ etiam non firmaretur substitutio, vt contineat pupillarem.

52

53 †Quia licet essendi legitimum triplex sit qualitas, sc. naturalis, vt quando quis nascitur de legitimo matrimonio, quod est de iure naturali. Et emergens, cui natura non cooperatur, vt per oblationem curię vel per rescriptum principis. Prętereà & emergens cui natura cooperatur, vt per sequens matrimonium. Et talis legitimatio licet penè naturam imitetur, & retrò fingat. c. tanta est vis. j. qui fil. sint legit. tamen ad ea quæ voluntatem habent determinato modo, talis legitimatio non fingit retrò, vt ea extendere possit, sicut ad eum qui non est in rerum natura non extenditur institutio, nec prouisio iam natorum. ff. de lib. & post. l. commodissimè. & ff. de leg. j. l. qui filiabus. in princ.

54 † Tertiò, dixi s. quòd interdum in hac substitutione interuenit æqualitas ab initio tempore quo fit inter personas inuicem substitutas, sed posteà inæqualitas superuenit. Et hoc potest dupliciter contingere, vno modo naturaliter, putà habens duos filios impuberes, sc. vnum ætatis vnius anni, alterum verò xij. ann. eos inuicem substituit: certè cùm ab initio propter personarum æqualitatem in tali reciproca contineantur pupillares, quę vtrique conueniunt, vt dictum est, licet post lapsum duorum ann. alter ipsorum efficiatur pubes, & sic succedat naturaliter inæqualitas respectu ætatis: tamen propter illam disparitatem naturaliter superuenientem non extinguitur pupillaris substitutio quo ad pupillum, qui remanet in ætate cui conuenit pupillaris substitutio: ideo ipso moriente post aditam hæred. in ætate pupillari, alter qui effectus est maior, succederet illi tam in bonis à testatore prouentis, quàm propriis, iuxta naturam pupillaris, quæ adhuc in illo remanet, licet in persona alterius per euentũ pubertatis expirauerit. Nam inęqualitas quę ab initio impedit, ex postfacto superueniens dispositionem non infringit. l. eandem. §. j. ff. de duob. re. facit secundùm Gul. l. 3. §. ibidem. ff. de carb. edi. & sentit gl. quam ibi sequitur Bart. in d. l. Lucius. licet Ray. in tract. subst. voluerit distinguere, quòd aut illa inęqualitas superuenerit testatore viuo, & sic ante dispositionem conformatã, & tunc impedit in reciproca pupillarẽ contineri, seu saltẽ facit eam finiri & extingui, secus si inæqualitas succedat post mortẽ. arg. ff. de ver. ob. l. si sub vna. §. si quis viam. & l. plurib. §. & si placet. eo. tit. facit quod not. Dyn. in regula, factum legitimè. de reg. iu. lib. 6. Tamen vt dixi opi. Bar. est, quòd indistinctè pupillaris duret, quia licet in persona vnius superuenerit pubertas, tamen non est casus

in quo

in quo impediatur pupilaris in persona alterius, nisi esset talis casus, qui faceret in dubio præsumi testatorem noluisse ab initio contineri. Or in proposito casus qui facit ab initio voluntatem cessare, si superueniat ex postfacto, non inducit præsumptionem, quòd cesset voluntas, cùm talis casus præter voluntatem testatoris superuenerit. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. Nam pubertas superuenit à natura, non dispositione testatoris. Præterea ista substitutio pupillaris intelligebatur ab initio in persona vtriusq; sub hac forma, si quis eorum impubes decesserit, vt d.l. Lucius. 2. resp. Non autem intelligitur limitatum, si quis infra tot annos decesserit, vt est de mente d.l. & ita etiam tenet ibi Bal. post Albert. de Cremo. quia licet tunc cesset vna causa, s. æqualitas, non tamen cessat voluntas. Idem Bal. in 8. q. & ibi Sal. in d.l. in testamento. Paul. & Ale. in d.l. Lucius. Ang. Are. in d. §. & plures. & Ias. in d.l. Lucius. Nec obst. l. si tutor reipublicæ. ff. de tut. & rat. distr. vbi si à iudice datus fuerit tutor duobus fratribus pupillis, vno eorum ad pubertatem veniente nedum extinguitur tutela illius, sed etiam sui fratris in pupillari ætate remanentis, &c. Nam resp. quòd in illa l. extinctio tutelæ in persona vnius fratris de necessitate influit extinctionem alterius: quia ex quo frater effectus est maior, incipit esse locus legitimæ tutelæ, quæ defertur ad eum tanquam proximiorem, quæ quidem tutela legitima extinguit datiuam à iudice. l. si quis sub conditione. ff. de test. tutel. sed istud cessat in proposito nostro, quia extinctio pupillaris in persona vnius non influit de necessitate extinctionem in personam alterius. Ex quo à principio fuerũt ambo impuberes, quod sufficit, secundum Lud. in d.l. in testamento. & est *communis opin.* quę iustificatur ex tribus. Primò, quia ex quo testator sciebat ætatem filiorum disparem, quam sciuisse præsumitur. l. Octoni gradus. ff. vnde cogn. & l. de tutela. C. de in int. rest. Certè simpliciter substituendo, nec aliter substitutionem limitando, dicitur voluisse substitutionem durare in persona vltimò pubescentis, donec pubescat. Secundò, quia non præsumitur mutata volũtas ipsius testatoris. l. cum tacitum. & l. eum qui. ff. de prob. Ideo semel inclusum ex voluntate testatoris præsumitur semper durare. Tertiò, quia substitutio directa post quam semel est comprehensa sub breuiloqua, reuocari non potest, etiam expressa voluntatis mutatione sine noua solennitate. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de test. mil. Nec dici posset, quòd ista non sit mutatio, sed simplex declaratio voluntatis, quæ nouam solennitatem non requirit. l. hęredes palam. §. sed & si notã. ff. e. quia resp. vt per Ale. in d.l. Lucius. Et per hæc datur resp. ad l. alteri. ff. de adim. leg. quia loquitur in legatis, quæ nuda voluntate reuocantur etiam tacita. l. 3. §. fi. cum l. seq. de adi. leg. secùs in directa substitutione, quæ sine noua solenni voluntate reuocari non potest. d.l. militis codicillis. Et hanc differentiam reuocationis legatorum, & institutionum, ac substitutionum ponit tex. in l. ex parte. ff. de adim. leg. Secundo modo contingere potest ac superuenire inæqualitas in personis inuicem substitutorum facto hominis: veluti quia testator qui duos filios impuberes in potestate constitutos inuicem substituerat, alterum emancipauit post testamentum factum: & certè tunc cum pupillaris quæ ab initio propter substitutorum æqualitatem cõtinebatur in reciproca, finiatur & extinguatur in persona filij emancipati, pariter extinguetur in persona alterius in potestate retẽti. Quia cum mutatio fiat in vno hoc facto testatoris, in cuius potestate est mutare voluntatem, videtur etiam fieri in alio eadem ratione. arg. l. j. C. de diuer. resc. & in auth. vt lic. ma. & auię. §. ad hęc. facit optimè tex. in l. alteri. ff. de adi. leg. & ita tenent Gul. & Ray. quos sequitur Bar. in d.l. Lucius. Prouiso tamen secundum eum, quòd talis emancipatio facta fuerit per testatorem voluntariè: sed si ex aliqua causa fuisset testator coactus eum emancipare, tunc esset aliud. arg. d.l. rem legatam. ff. de adi. leg. & d.l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. Et si dicatur, quomodo testator voluntariè alterum filium emancipando potuit voluntatem suam reuocare sine noua solennitate, resp. Bar. quòd illud quod continetur in breui loqua est quædam declaratio illius generalitatis, quę quidem declaratio fieri potest sine noua solennitate. l. hæredes palam. §. sed & si notã. ff. e. Super hoc puncto dubitat Alex. quòd requiratur solennitas noua. Hanc opin. Gul. Ray. & Bar. tenet Lud. in d.l. in testamento. adducens l. filiæ. §. matre. ff. de adi. leg. & Ale. in d.l. Lucius. reprobata quadam lim. Sal. quam vnus puer non dixisset secundum eum. Et hæc opin. Bar. videtur mihi vera, licet Bar. in d.l. in testamento. q. x. tenuerit per emancipationem vnius inuicem substitutorum non extingui pupillarem quo ad pupillum, attento quòd est fauor pupilli. Et ita etiam tenuit Ang. in d.l. Lucius. & plurib. aliis locis Raph. Cum. & Ias. in d.l. Lucius. dicens hanc esse æquiorem, licet prima sit *communis*, à qua in consulendo esset durum recedere, aut iudicando. Sed non obst. quia à testatoris voluntate testamentum pendet. l. in conditionib. ff. de cond. & dem. & satis per emancipationem voluntariam alterius videtur cõstare de ipsius volũtate, quòd reuocare voluerit pupillarem, cum fecerit ex post facto inæqualitatem, secundum Ioan. de Im. in d.l. Lucius. & Ang. Are. in d. §. & plures. Ex quib. iunctis verbis Bal. in d. q. x. in fi. capiendo contrarium suæ opin. & adhærendo Bar. & *communi opin.* deciditur † quòd eod. modo extingueretur pupillaris in persona vtriusque per liberam & voluntariam oblationem alterius substitutorum à patre factam monasterio. quod est not. † Vltimò dubitari posset, Si plurib. institutis filiis dixit, quòd eos inuicem substituit quandocunq; decederẽt sine liberis: Et omnib. decedentib. Titium substituit in hæreditate: An vltimo mortuo sine liberis (ad quem portiones prædecedentium venerant) nunc in Titium veniat solũ portio vltimi decedentis. An etiam portiones præmortuorum? & videtur quòd non, per tex. l. Marcellus. §. quidã. ff. ad treb. & l. si Titius. ff. de leg. 3. quia de hereditate facta est mentio, cuius appellatione præmissa non veniunt. Tamen Rap. Cum. in d. §. quidam. dicit vidisse consilium Fulg. in contrarium, vbi resp. ad contraria, quòd loquantur quando verba grauaminis dirigebãtur ad grauatum. secus si ad honoratũ, vel simpliciter, vt l. hęredes mei. §. cum ita. in fi. ff. ad treb. Nam sicut si dixisset totam hæreditatem, totum venisset in fideicommisso, vt ibi: sic etiam si simpliciter dixit hereditatem. Et ita tenet Raph. in d. §. quidam. vbi plenius videatis per Alex.

S V M M Æ.

¶ Tractatus substit. Compendiosæ.

1 *Compendiosa subst. qualiter fiat, & quare ita vocetur.*
2 *Quandocunque, dictio, quid contineat.*
3 *Compendiosa sub compendio temporum plura continet.*
4 *Compendiosa & breuiloqua qualiter differunt.*
5 *Compendiosa alias continens.*
6 *Substitutiones in compendiosa contentæ sunt expressæ.*
7 *Compendiosæ effectus.*

Com

BIU Cujas

8 *Compendiosa non comprehendit bona hæredis, donationes, aut prælegata ei facta.*
9 *Mater quando excluditur per substitutos filij. l. Centurio. & l. precibus. concordantur. & num. seq.*
10 *Velut, dictio, notat similitudinem.*
11 *Militis substitutio per verba directa valet omni tempore tanquam directa.*
12 *Directæ substitutionis vis & effectus. 14. & seq.*
13 *Fructus pendentes quando substituto cedant.*
14 *Directè substitutus capit bona propria authoritate. 15.*
16 *Directè substitutus non soluit Trebellianicam.*
17 *Directa substitutio impedit hæredem filij grauati tollere legitimam.*
18 *Fideicom. subst. non comprehendit legitimam filij grauati.*
19 *Filij hæres potest in legitima grauari.*
20 *Militari substitutione an possit filius grauari in legitima.*
21 *Hæredis appellatione venit directè substitutus.*
22 *Directa substitutio impedit hæredem retinere sibi naturaliter tantum à testatore debita.*
23 *Directa substitutio quid efficiat vltra fideicommissariam.*
24 *Directè substitutus habet iura patronatus & sepulchrorũ.*
25 *Arma domus non transeunt in fideicommissarium, sed in directè substitutum.*
26 *Feudalia bona non transeunt in fideicommissarium in casibus. & num. 27. & 28.*
29 *Emphyteusis ecclesiastica non transit in fideicõmissarium.*
30 *Directã semper manere militis substitutionẽ quid faciat.*
31 *Compendiosa à pagano directè facta quid. 32. 33. 34. & 35.*
36 *Verba impropriantur pro sustentatione actus.*
37 *Compendiosa directa quando semper maneat directa.* 38 *& 39.*
40 *Directè maiori vel extraneo non potest substituere nisi ex consuetudine vel statuto.* 3
41 *Compendiosè & directò an substitui possit in certa por-*
42 *Compendiosa obliqua.* *(tione.*
43 *Compendiosa per verba communia.*
44 *Directa substitutio est dignior obliqua.*
45 *Compendiosa impuberi per verba communia facta, valet vt pupillaris.*
46 *Compendiosa verbis communibus facta post pubertatem valet iure fideicommissi.*
47 *Donationes & prælegata non veniunt in fideicommiss.*
48 *Fideicommissum in dubio an à filio vel hærede filij censeatur relictum.*
49 *Substitutio in re certa per verba communia nunquam dicitur directa.*
50 *Compendiosa verbis directis facta cum clausula, si sine liber. & num. 51.*
52 *Substitutio facta filio & eius liberis, & liberorum liberis,*
53 *Compendiosa per verba mixta. 54.* *(an valeat.*
55 *Legata relinquens, quid si residuum alij dicat pertinere.*
56 *Filius quandocunque decesserit sine liberis, dentur bona pauperibus, quæ substitutio est.*
57 *Dentur verbum sui natura obliquum, directam non impedit substitutionem.*
58 *Vendi bona iubens & dari pauperibus, an censeatur pupillariter substituere.*

¶ Tractatus subst. compendiosæ.

1 QVinta †substitutio dicitur compendiosa, quæ ab aliis substitutionibus specificè differt: (vt videbitis.) Et fit secundum Azo. in sum. C. de impub. & aliis subst. & alios Doct. quoties testator sub verborum compendio & breuitate multa & diuersa tempora substituendo complectitur: veluti, si filium meum hæredem instituo, & quandocunque decesserit, substituo ei talem.
2 † Nam dictio illa, quandocunque, est vniuersaliter temporum distributiua, complectens in se tempus ante pubertatem, tempus pubertatis, & tempus maioris ac integræ ætatis. Necnon tempus existentium liberorum, necnon tempus non existentium, vt patebit ex infrà dicendis. Vnde de hac eleganti, & quotidiana substitutione dicit Bart. quem *omnes* sequuntur in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. col. 4. in princip. quòd compendiosa substitutio est quę sub conditione mortis vel alia multa complectitur tempora, vt d. l. Centurio. & interdum certo tempore limitatur, vt ibi. putà si dicat testator quandocunq; filius meus infra xxv. annos, aut infra xxx. sine liberis decesserit. Aliquando verò fit absque temporis limitatione, veluti quandocunquè sine liberis decesserit. l. precibus. C. de impub. & aliis substit. vtroque tamen casu sub mortis conditione plura tempora breuiter comprehendit. Et idem foret, si tempora multa sub alia conditione quàm mortis complecteretur, putà quandocunque filius meus tale quid fecerit, talem ei substituo. Nam ideo vocata fuit compendiosa, quia sub compendio seu breuitate verborum multa tempora continet. Non enim possent plura tempora breuiùs comprehendi, quàm in hac comprehenduntur substitutione: quia sub vno solo verbo, sc. quandocunque, continentur. Idcirco imperator hanc substitutionem compendiosam appellauit, in d. l. precibus. Et fortè causa sic baptizandi occasionem sumpsit ex l. Mæuius. §. duobus. ibi, orationis compendio. ff. de leg. 2. Meritò dicit eleganter Bal. in d. l. precibus. vers. modò contra per ordinem opponamus. †quòd sicut sub
3 stitutio breuiloqua plures sub breuiloquio continet substitutiones inter plures inuicem substituros, vt vidistis in materia reciprocæ, sic etiam hæc compendiosa sub compendio temporum est apta ad comprehendendum plures substitutionũ qualitates, quas sibi assignat casus & natura, vel interpretatio verborum.
4 †Tamen in hoc differunt breuiloqua, & compendiosa, quoniam illa fieri non potest nisi plurib. fiat hinc inde: nec potest nisi plures continere substitutiones, vt ibi dixi. Hæc autem vni soli fieri potest, vt dictum est: quæ licet aptitudine ad plures se habeat substitutionum species seu qualitates, attamen habet quandoque esse determinatum ad vnam, prout casus contingit, aut verborum interpretatio patitur: Cùm fiat interdum directis, communibus, aut verbis obliquis, vt j. videbitur. Ex quib. sequitur, quòd hæc compendiosa est vera substitutio, secundum Bar. vbi s. quando fit à milite qui potest etiam post pubertatem substituere directè: quo casu nouam substitutionem in se continet: & ob hoc vera & specifica dicitur substitutio. Et idem si paganus ex statuto vel consuetudine posset post pubertatem directò substituere, prout est in pluribus ciuitatibus. Statutum enim dictans, quòd filiæ cogantur stantibus masculis omnia in testamento patris disposita obseruare, satis permittit patri pose filiabus etiam post pubertatem directò substituere masculis stantibus, secundum Bart. & Alexand. in d. l. Centurio. sed de iure communi si hæc substitutio fieret à pagano, tunc esset magis adiectio quàm substitutio: quia tunc nihil facit nisi continere alias directas substitutiones, putà vulgarem, pupillarem, exemplarem, & indirectam fideicommissariam. Sed quia in hoc aliqui, vt Baldus, sentiunt contrarium, quòd imò semper hæc compendiosa est vera species substitutionis: ideo dicendum putarem, vt dixi suprà in bre

in breuiloqua, vt.ſ.dicamus etiam in pagano de iure cõmuni compendiosè ſubſtituente quo ad formam, in qua ab aliis differt ſubſtitutionibus, hæc compendioſa dicatur ſpecies ſubſtitutionis: non autem quo ad effectum. Quia vltra vulgarem aut pupillarem vel exemplarem ſiue fideicommiſſariam non habet de per ſe alium effectum à cæteris ſubſtitutionibus diſtinctum. Et ita ſaluari poſſunt omnes opi. Nam compendioſa facta à pagano continet ſolùm vulgarem, ſi filius hæres repudiet hæreditatem, per quam ſubſti 8
5 tutus vocabitur ad bona ſolius teſtatoris. † Nam compendioſa continet vulgarem, ſi inſtitutus hæres non ſit, ſecundum Bart. *in* d.l.Centurio. vbi per alios ita *communiter* tenetur, vt in d.l. precibus. Et demum ſi moriatur infra pubertatem venit ſubſtitutus ex pupillari ad bona pupilli. Si verò pupillus ſe immiſceat paternæ hæreditati, expirat vulgaris, tamen ſi poſteà moriatur infra pubertatem, vocatur compendioſè ſubſtitutus ad vniuerſa bona, quæ fuerunt teſtatoris
6 & pupilli. † Si verò moriatur poſt pubertatem demẽs vel furioſus, vocabitur ſubſtitutus ex ſubſtitutione exemplari contenta in compendioſa, matre & aliis ab inteſtato ipſi pupillo venientibus excluſis. Quia tales ſubſtitutiones in compendioſa contentę non ſunt omnino tacitæ, ſed generaliter expreſſæ, vt plenè habuiſtis in materia vulgaris, in 4.princ.artic. Ideo matrem pupilli vel dementis excludunt. Et iſte eſt effectus compendioſæ: attamen quia prædicta patiuntur dubitationem, pro eo quia, vt tetigi, compendioſa ſubſtitutio ſecundum diuerſas naturas verborum, quibus cõcipitur, diuerſificatur in ſuo effectu: Et an contineat vulgares pupillares, exemplares, aut fideicommiſſarias, nõ ſine cauſa dubitatur. Idcirco ſciẽdũ eſt, quòd hæc compendioſa ſubſtitutio aliquando fit per verba merè directa, aliquando per verba merè indirecta & obliqua, aliquando per verba communia: de quibus verbis directis, obliquis, & communibus, dixi plenè s.e.in verb. *Eidem impuberi ſucceederent.* & ibi plenè dicta hîc non repeto cauſa breuitatis: ſed implico, cùm ſine illis non poſſet hæc ſubſtitutio quo ad ſuos
7 effectus intelligi. † Primò dixi, quòd hæc ſubſtitutio aliquando fit per verba merè directa: ſuper quo eſt conſiderandũ, quòd aliquando fit in teſtamento militis, & aliquando fit in teſtamẽto pagani. Si quidẽ fiat in teſtamento militis, omni tempore eſt directa. & ſic comprehendit vulgarem, pupillarem, & aliam quamcunque directam pro toto tempore. Vnde ſi miles in teſtamento filio ſuo impuberi compendioſè quandocunque decederet, ſubſtituerit, vel in codicillis: quia miles etiam in codicillis directè ſubſtituere poteſt, ſecundum Sal. in l.in teſtamento. in fi. C. de teſt.mil. per l. tractabatur. & l. tribunus. ff. de teſt. mil. & l. militis codicillis. vbi Bar. illo e.ti. talis ſubſtitutio per militem facta erit indubitanter & valebit vt directa pupillaris filio moriente pupillo, vel poſt pubertatem quandocunque, taliter quòd quocunque tempore filius deceſſerit ante aditam hereditatem, vel eam repudiauerit, & ſic ſiue non poſsit, ſiue nolit eſſe hęres patris, ſubſtitutus vocabitur ad hæreditatem teſtatoris ex vulgari contenta in compendioſa, excluſis matre, & cæteris ab inteſtato venientibus. Si verò filius hæreditati paternę ſe immiſcuerit, demum pupillus moriatur: pariter ſubſtitutus vocabitur ad vniuerſa bona teſtatoris & pupilli ex ſubſtitutione pupillari contenta in compendioſa, excluſis matre & ſuccedentib. ab inteſtato cæteris. Et ſi ſe non immiſcuit, ſed repudiauit, vocabitur ſubſtitutus per vulgarem ad bona teſtatoris, & per pupillarem ad bona pupilli. Si autẽ filius moriatur poſt pubertatem, quia miles ex priuilegio ſubſtituere poteſt directè etiam maiori & extraneo, ſubſtitutus vocabitur ex directa militari ad vniuerſa bona, quæ fuerunt teſtatoris, excluſa omnino matre pupilli quo ad talia bona teſtatoris, & multo magis excluſis cęteris ab inteſt. venientib. Et vocabitur talis ſubſtitutus ex militari ſubſtitutione directa omnium ſuccedẽtium ab inteſt. excluſiua, vt eſt tex. apertus in
8 d.l.Centurio. ff. de vul. & pup. † Et idem ſi facta eſſet extraneo per militem, quia ſubſtitutus vocabitur ad omnia bona teſtatoris, non autem hæredis. Et ſic in tali ſubſtitutione non venient bona hæredis propria: & conſequenter nec donationes, nec prælegata à teſtatore ei facta, quia ſua bona ſunt, non teſtatoris, ſecundum Ale. in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Treb. & plenè dixi ſ. tractãdo 4. effectum vulg. ſubſt. Nam ita deciditur in vulgari cui hæc compendioſa ęquiparatur, ſecundum Alex. vbi ſ. Sed aduertatis, quia contra vlt. memb. ſ. quòd ſubſtitutio remaneat ſemper directa filio moriente poſt pubertatem, eius matre ſuperſtite, & in medio exiſtẽte inter filium & ſubſtitutum, aut aliqua cæterarum perſonarum in medio exiſtẽte: de quibus plenè habuiſtis ſ. in materia pupil. 6. prin. art. & in 3. effectu eiuſdem: videtur eſſe tex. apertus, & dictæ deciſ. contrarius in d.l. precib. C. de imp. & al. ſubſt. in fi. vbi deciditur, quòd ſi tempore mortis filij iam puberis effecti ſuperſit mater, exiſtentia matris non permittit compendioſam filio per militem factam valere iure directo, vt ſubſtitutus omnia teſtatoris bona habeat. Sed facit illam ſubſt. compendioſam obliquari, vt valeat indirectè tanquam fideicommiſſaria. & erit effectus, quia mater filio poſt puberta tem mortuo ſuccedet in vniuerſis bonis tam teſtatoris mariti ſui, quàm eius cõmunis filij. & demum retentis ſibi omnib. filij bonis, & de bonis teſtatoris retẽta legitima, in qua filius non potuit per teſtatorem grauari, necnon retenta Trebellianica iure reſtitutionis debita hæredi reſtituenti, quæ ſecundum *magis cõem opi.* habet etiam locum in teſtamento militis, vt ſuo loco dicetur ſ. reſiduum bonorum teſtatoris tenebitur reſtituere cõpendioſè ſubſtituto, vt videtur eſſe caſus rotundus in d.l. precib. in fi. & ſic compendioſa à milite facta matre exiſtẽte in medio valere non poteſt omni tempore, vt directa: imò filio hærede poſt pubertatem moriente obliquatur, & valet duntaxat tanquam fideicõmiſſum. Et tamen tex. d.l. Centurio. vult ex priuilegio militum eam valere directè omni tpe, matre & quibuſcunque aliis parentib. excluſis. Vnde propter diuerſitatem illarum duarum ll. quę videntur contrariæ, ſuper hoc puncto fuerunt 7. opin.
9 prin. † In primis n. fatentur omnes, quòd pupillo moriente infra pubertatem, mater omnino excluditur: idem ſi mente captus eſſet, & moreretur in dementia, mater excluderetur vi exemplaris in cõpendioſa contentæ. Et in hoc concordant etiam illæ duæ ll. Centurio. &, precibus. Pariter concordant ſi filius moreretur poſt pubertatem matre in medio non exiſtente, aut altera de dictis perſonis, vbi ſ. allegaui, nominatis. Sed ſi filius teſtatoris & hæres moriatur, poſt pubertatem effectus pubes, & ſic expirata pupillari ſubſtitutione matre ſuperſtite, vel altera de dictis perſonis, quoad bona filij aliunde quàm à teſtatore habita, oẽs concordant quòd nihil ad ſubſtitutum. Sed quo ad bona quæ quondam fuerunt ipſius teſtatoris, quia in hoc puncto illę duæ ll. diſcrepare videntur: ſunt dictæ ſeptem opinio. ad concordandum dictas duas ll.

Nam

BIU Cujas

Nam in vtroque casu dictarum duarum ll. testator erat miles. prætereà in vtroque casu substitutio compendiosa facta fuerat verbis directis. quia in l. Centurio. expresè dicitur, quòd testator directò substituit. similiter in d. l. precibus. facta fuerat substitutio verbis directis, vt patet ibi, dum dicit in principio communem filium vestrum hæredem instituisse, & secundum hæredem scripsisse. & ibi, eos habeat hæredes, quos pater eis constituit. Quæ verba sunt directa, vt patet ex doctr. Bar. in l. 2. C. com. de leg. & plenè dixi super verb. *Eidem impuberi succederent*. Quid ergo dicendum in hac difficultate omissis opinionibus, quę potius rudes intellectus grauarent quàm acuerent? videtur mihi, quòd in hoc puncto substitutio compendiosa verbis directis à milite facta sit semper omni tempore directa, & valeat iure militaris directæ, & quòd eius medio substitutus ad vniuersa bona testatoris succedat matre & aliis ab intestato venientibus exclusis, secundum formam d. l. Centurio. bonis verò filij aliunde quæsitis penes matrem, aut alios ab intestato succedentes remanentibus. Et dico non esse differentiam nec contrarietatem inter dictas ll. Centurio. &, precibus. imò credo, quòd in d. l. precib. sicut in d. l. Centurio. valuerit substitutio omni tempore tanquam directa. Probatur per tex. in ea. l. precibus. ibi dum in fi. dicit, velut ex causa fideicommissi. quæ verba non fuerunt ibi per Imperatorem sine mysterio posita. quia per illa datur clarè intelligi, quia illa substitutio non fuit fideicommissaria, sed directa.

10 † Nam dictio, velut, notat similitudinem, q. d. quòd talis substitutio valet ad similitudinem fideicommissi, & certum est, quòd nullum simile est idem. l. quod Nerua. ff. dep. facit c. capitulum sanctæ Crucis. de reseri. vbi latè per Fel. & Bar. Bal. Ale. & Iaſ. in l. qui liberis. ff. de vulg. & pup. vnde sequitur, quòd text. non dicit, quòd valeat iure fideicommissi: imò iure directo ad similitudinem fideicommissi. & similitudo stat in hoc, quia sicut per substitutionem fideicommissariam non succeditur filio hæredi, sed testatori. Prætereà nec in bonis filij, sed testatoris tantùm. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. sic etiam in casu nostro ad similitudinem fideicommissariæ substitutionis per hanc directam militarem filio moriente post pubertatem non succeditur ei, nec in suis bonis, sed militi & in bonis militis testatoris tantùm, vt etiam dicit tex. in e. l. precibus. ibi, bona quæ cùm moreretur patris eius fuerunt. Idem dicit tex. in d. l. Centurio. Prætereà similitudo stat in alio: quia sicut in fideicommissaria restitui debent bona testatoris cum fructibus, nisi fructus percepti fuissent iudicio testatoris, vel negligentia fideicommissarij. l. in fideicommissariam. ff. ad Treb. & l. iubemus. C. illo e. tit. sic etiam hîc in hac directa militari debent bona testatoris restitui cum fructibus inuentis in hæreditate. vt dicit text. in l. Centurio. in fi. & ita eleganter concludit Raph. Fulg. in d. l. precibus. dicēs in pen. col. quòd in secreto conscientiæ suæ ab isto intellectu non esset tutum recedere, subiungens in ix. col. hunc esse proprium sensum & intellectum d. l. precibus. hactenus ab aliis non cogitatū. Et idem tenuit Christoph. de Castellion. & commentator in d. l. Centurio. dicens, quòd dum esset scholaris Bal. hunc intellectum ita cogitauit, prius quàm Fulg. scripta vidisset. Quos in hoc intellectu singulorum aliorum opinionibus recitatis refert & sequitur Iaſ. in d. l. precibus. col. x. & hanc concl. teneo, cùm singulę alię sint vel ineptę,

11 aut non veræ, vel diuinatiuæ. † concludens substitutionem à milite per verba directa factam omni tempore esse & valere tanquam directam iuxta superius dicta. Nec obstat vnum per quod Paul & quidam alij moderni hunc intellectum reprobant dicentes, quòd imò in d. l. precibus. compendiosa post pubertatem medio matris in medio existentis valuit vt fideicommissaria, quod clarè demonstratur in fi. dum dicit: bona quæ cùm moreretur patris eius fuerunt, à te possunt peti. Ex hoc volens innuere ille text. quòd, mortuo filio testatoris militis post pubertatem, substitutus necesse habet petere à matre bona quæ fuerunt testatoris, & sic substitutio non valuit directè, quia si vt directa valuisset, substitutus necesse non habuisset petere bona, sed propria authoritate potuisset ea capere, vt plenè declaraui super dictis verbis, *Eidem impuberi succederent*. Et sic cum ibi bona peteret à matre, oportet dicere substitutionem fuisse fideicommissariam. Nam respondetur, quòd in d. l. precibus. filius adiuit hæreditatem patris, & sic bona patris & filij fuerunt effecta vnum patrimonium. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. Deinde filio mortuo mater apprehendit vniuersa bona: ideo substitutus, licet veniat iure directo, necesse habuit petere bona patris testatoris de manibus matris, quæ de facto capiendo bona filij, occupauit etiam bona testatoris, secundum Iaſo. vbi s. vltra quem alleg. Ioan. Petr. de Ferra. in sua practica noua, in forma libelli, quo agitur ex substitutione. super verb. compendiosè. vers. his itaque sic præmissis. vbi clarè concludit substitutionem compendiosam filio à milite verbis directis factam omni tempore valere iure directo. Et ita tenet gl. nostra hîc super verb. *vel substitutionis*. quæ indistinctè vult compendiosam à milite verbis directis factam omni tempore etiam post pubertatem valere directò. quod verum intelligatis, siue facta fuerit pupillo, siue adulto, & siue facta fuerit simpliciter, siue cum clausula, si sine liberis decesserit, vt est casus in d. l. Centurio. Et huius conclusiuæ decisionis, s. quòd talis cōpendiosa sit omni tempore directa, erit multiplex effectus. 12 † Primus, quòd licet fructus hæreditaris restituendæ existentes collecti tempore mortis hæredis instituti, de restituendo grauati non cedunt lucro fideicommissarij, nec veniant in restitutione fideicommissi. l. in fideicommissariam. in prin. vbi plenè not. & l. mulier. §. si hæres. cum §. seq. ff. ad Trebel. cum per recollectionē effecti sint de patrimonio hęredis grauati: & sic esse desierunt hæreditarij, & consequenter non restituendi, nisi illi duntaxat qui tempore mortis testatoris stabant, & sic erant de substantia & hæreditate testatoris, qui velut res hæreditariæ venirent fideicōmissario restituendi, vt ibi plenè not. Tamen in casu nostro substitutione cōpendiosa verbis directis facta omni tempore iure directo valente nō solùm fructus hæreditatis per testatorem collecti extantes tempore mortis testatoris, sed etiam fructus tempore mortis hæredis per ipsum hæredē extantes collecti cedent lucro substituti à milite verbis directis. Nam tales fructus debentur directè substituto. tex. est sing. in d. l. Cēturio. in fi. quod est not. dignum secundum Bal. ibi, & Im. qui dicit illum tex. non reperiri alibi. Tales enim fructus inuenti penes hæredem cui facta est substitutio, satis dici possunt in hæreditate testatoris, ex quo miles potest ex priuilegio substituere ei directò post pupillarem ætatem, & aditam hæreditatem, vt d. l. in testamento. & l. miles etiam. ff. de test. mil. Consumpti tamen fructus non deberentur substituto, vt d. l. Centurio. Eāt hę opi. quòd tales

fruct

fructus debeantur ſubſtituto ex directa militis ſubſtitutione, aut alterius qui poteſt ex ſtatuto vel conſuetudine directò ſubſtituere, vt ꝫ. dixi, tenet etiam Bar. in vlt. oppoſ. d.l. Centurio. & d.l. in teſtamento. in ij. opp. C. de teſt. mil. quem ibi ſequitur Ang. & Bal. in 14. oppoſ. in d.l. precibus. Sed aduertatis, quia Ang. ſibi contrarius, tenuit oppoſitum in d. l. Centurio. concludens fructus poſt mortem teſtatoris perceptos & recollectos per hæredem, quamuis tempore mortis ſuæ non conſumptos, ſed extantes, non deberi directò ſubſtituto, ſicut nec debentur fideicommiſſario, niſi qui ſupererant tempore mortis teſtatoris. Quinimo tales fructus poſt mortem teſtatoris percepti pertinent ad ipſum hæredem inſtitutum iure dominij, per l. Herennius. j. ff. de vſur. Nam non debet iſte hæres inſtitutus eſſe deterioris conditionis, qui non eſt de reſtituendo grauatus, quàm ſit inſtitutus qui foret de reſtituendo grauatus: quem conſtat fructus perceptos non reddere ſubſtituto, vt d.l. in fi 15 deicommiſſariam. & d.l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad treb. Præterea ſuſtineri non poſſet, quòd tales fructus inuenti tempore mortis hæredis inſtituti ad ſubſtitutum pertineant. Quia dici non poſſunt inuenti in hæreditate teſtantis, vt requirit text. in d. l. Centurio. Imò potiùs dicuntur inuenti in hæreditate inſtituti hæredis: quia quam primum adita fuit hæreditas, illi fructus deſierunt eſſe teſtantis, & cœperunt eſſe patrimonium hæredis. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pupil. & l. pater. ff. de priuil. cred. & not. gl. in l. j. §. veteres. ff. de acq. poſſ. & ita etiam tenet Paul. in d.l. Centurio. idem Fulgoſ. & Paul. in d.l. precibus. idem Fulg. & Lud. in d.l. in teſtamento. Hanc vlt. opin. ſequitur Alex. in d.l. Centurio. col. 9. motus vltra prædicta: quia non maior videtur ratio in caſu noſtro, quàm quando grauatus eſſet hæres indirectè per fideicom. quo caſu, quia hęres percipit fructus iudicio & voluntate teſtatoris ante euenientem cauſam reſtitutionis fiendæ, eos lucratur: nec dicitur in d.l. Centurio. quòd ex priuilegio militis veniant alij fructus, quàm qui conſueuerunt de iure communi venire. Nam priuilegium militis de quo ibi, interpretari debet vt ius commune non lędat, nec ius tertij. l. ſi quando. C. de inof. teſt. & l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ex quibus elicitur, quòd ſatis eſt quòd priuilegium mi- 16 nè dicam. † Tertius effectus dictæ concl. eſt, quia vbi litare operetur ſubſtitutionem omni tempore valere iure directo, & non quòd fructus hæreditatis debeantur directè ſubſtituto. Et ita breuiter concludendo tenet Iaſ. in d.l. in teſtamento. col. 13. & in d.l. precibus. col. 17. ver. vltra gloſſ. & latè in d.l. in fideicommiſſariam. & in l. ſi tibi homo. ff. de leg. j. † Quid 13 autem, ſi dicti fructus fuerant ſati per teſtatorem, ſed erant adhuc pendentes tempore ſuæ mortis? plenè Alexan. in d.l. Centurio. col. x. vbi finaliter concludit, quòd poſtquàm tempore mortis non erant collecti, quòd debentur ſubſtituto & fideicommiſſario, ac etiam legatario, cui res à qua fructus pendent, fuit legata: quia tales fructus eſſe pars rei cenſentur. idem Sal. in l. iubemus. C. ad Treb. & Flor. in l. in fideicommiſſi. ff. de vſur. idem ſecundum eos de fructibus perceptis hæreditate iacente: quia debentur ſubſtituto aut fideicommiſſario, ſecundum gloſſ. in d.l. in fideicommiſſariam. & Alex. in d.l. precibus. col. 8. † Secun- 14 dus effectus prædictæ deciſ. eſt, quia directò ſubſtitutus apprehendere poteſt bona teſtatoris hæreditaria authoritate propria, ſi capere velit. Quod intelligo, dummodò non reperiat aliquem reſiſtentem de facto: quo caſu ne ſuccedat ſcandalum, vti non poſſet propria authoritate. Ita ſingul. decidit diſcretus Bart. in rep. l. 3. C. de pign. vbi dicit, quòd omnia iura permittentia vti propria authoritate, intelliguntur, vbi non eſt aliquis de facto reſiſtens. Quia tunc iudex adiri deberet, per l. non eſt ſingulis concedendum. de reg. iur. ideò directè ſubſtitutus vti poteſt propria authoritate, ſi ſine periculo intentare poteſt remedium executiuum. l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. ſecùs in fideicommiſſario, qui non poteſt propria authoritate apprehendere poſſeſsionem, niſi prius ei verbo, vel facto reſtituta hæreditate. l. reſtituta. in princip. ff. ad Treb. & ſic fideicommiſſario non competit remedium d.l. fin. ante reſtitutionem, vt tenet ibi gl. quam ſequuntur *communiter* doct. & hoc de iure communi, ſecundum Bar. & Alex. in d.l. Centurio. & Iaſ. in d.l. precibus. videatis de hoc Bart. in quadam q. per eum diſputata, incip. Curia capitanei Veronæ. & in quodam eius conſil. incip. Miſſus in poſſeſsionem. & Bal. in l. fi. C. de cod. † Tamen in præſenti regno Franciæ 15 non eſſet opus directè ſubſtituto intendere remedium d.l. fi. ad adipiſcendum poſſeſsionem hæreditatis quæ ex dicti regni conſuetudine generali tranſit ipſo facto de teſtatore in hæredem, & demum de hærede in directò ſubſtitutum. Nam ex dicta conſuetudine, mortuus moriendo ſayſit viuum. Quinimò plus obſeruat curia parlamenti prout per arreſtum vidi Tholoſę deciſum à biennio citrà, quòd virtute dictæ conſuetudinis poſſeſsio hæreditatis reſtituendæ per mortem hęredis de reſtituendo grauati ipſo iure tranſit non ſolum in directò ſubſtitutum, ſed etiam in fideicommiſſarium, cui de iure communi neceſſariò fieri deberet reſtitutio, re, aut verbo, per d. §. reſtituta. de quo dicam plenè, & ibi videbitis in verb. *Mortuo itaque teſtatore*. ij. tractando materiam ſuitatis: vbi concludetur, quòd talis ſubſtitutus non habet neceſſe vti remedio adipiſcendæ poſſeſsionis: imò ſi turbetur, aut poſſeſsio hæreditatis occupetur, poteſt recta via experiri remedio retinendæ, vel reſtituendæ poſſeſsionis, vel in petitorio intentare petitionem hæreditatis contra poſſeſſores, & detentores illius. & ſi intentaret remedium d.l. fi. tale remedium haberet effectum adipiſcendæ, & recuperandæ poſſeſsionis, vt ei obiici non poſsit exceptio proprietatis, vt ibi ple-

tione, cuius gratia Trebellianica debetur, quam detraheret ſi ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria, ſecundū *magis communem opin.* quæ habet: quòd hodie in teſtamento militis non ceſſat Trebellianica, vt tenent communiter doct. in l. j. §. in filij. & ibi plenè Alex. ff. ad Treb. Sal. & Iaſ. in l. in teſtamento. ij. C. de teſtam. mil. per tex. in auth. de hær. & Fal. §. penult. iuncta gl. in verbo, Militari. vbi hoc deciditur in Falcidia, cui Trebellianica comparatur: de quo videatis bonam 17 gloſſ. in c. reſponſa. ſecunda diſtinctione. † Quartus effectus, quia quoties ſubſtitutio valet iure directo, hæres filij grauati mortui non poterit ex perſona filij detrahere legitimam, ſicut nec poteſt ex ſua perſona vel filij detrahere Trebellianicam, vt dictum eſt. Secus ſi ſubſtitutio ſolum valeret iure fideicommiſſi, vt ſingulariter decidit gloſſ. in d.l. precibus. quam dicit ſingularem Imol. hîc, & in d.l. Centurio. vnde licet teſtator miles non poſsit per ſubſtitutionem fideicommiſſariam filium in legitima grauare, tamen ei iure militari directè ſubſtituendo poteſt eum in legitima grauare, ſicut poſſet eum exhæredando, vel

ſcien

scienter prætereundo. Nec posset filius querelare. l. sicut certi. C. de test. mil. Ex his duæ resultant conclu
18 siones. Prima, †quòd in fideicommissaria substitutio ne non venit legitima filij, in qua grauari non potuit, sed semper per hæredem retinebitur, vt est text. in hoc c. & l. quoniam in priorib. C. de inof. test. Quod intelligatis verum, vbi onus fideicommissi nominatim iniunctum fuit filio, qui in sua legitima (vt di-
19 ctum est) grauari non potest: †secùs si iniunctum fuisset hæredi filij: quoniam substitutus filij post mortem filij grauari potest in legitima. tex. est sing. in l. si fundum per fideicommissum. §. fi. ff. de leg. j. facit optimè à simili l. cùm patronus. ff. de leg. ij. Et plenè dixi s. in verbo, *Reliquit*. In dubio autem si non appareat quis fuerit grauatus, an filius, vel eius hæres, præsumitur filius grauatus, vt fideicommis. quo ad legitimam non valeat, secundum Bar. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. quem ibi sequitur Alex. & Ang. in §. j Inst. de pup. subst. Et dixi s. in materia pupillaris, in 4. princ. art. in 6. requisito, in fi. & Ias. in d. l. precibus. col. 14. & plenius in l. ex tribus. C. de inof. test.

20 † Secunda conclusio est, quòd in substitutione à milite verbis directis facta venit legitima filij, ita quòd non potest per hæredem retineri. Quinimo vniuersa bona testatoris pertinere debent substituto, secundum gl. in d. l. precibus. Sed aduertatis in hoc puncto quia Paul. ibi tenet contrarium: motus, quia directa militaris ita bene dicitur grauamen quo ad legitimam filij, sicut fideicommissaria substitutio. Quia sicut per fideicommissariam succeditur testatori tantùm, & in eius bonis, & non filio, nec suis bonis, sic etiam per directam militarem. vt d. l. precibus. in fin. Nam licet miles grauare potuisset filium in legitima, si eum expressè grauare vellet, s. eum exhæredando, aut scienter prætereundo: tamen ei fideicommissariè substituendo non præsumitur ipsum grauare voluisse in legitima: quia cum non posset, non præsumitur voluisse impossibile. Ergo idem esse debet in directa militari: cum in illa solum veniant bona testatoris, prout in fideicommissaria. Et ita tenet Ias. in d. l. precibus. col. 17. & Ale. in d. l. Centurio. col. 12. subiungens, quòd gl. in d. l. precibus. erat vera, secũdum iura ff. & C. videlicet, quòd legitima non poterat contra directè substitutum deduci per filium, aut eius hæredem. secùs autem est hodie de iure nouissimo authenticorum. Nam licet prisco iure esset in potestate testatoris militis filium priuare legitima expressè, putà, eum exheredando, vel tacitè, veluti ipsum scienter prætereundo, vt d. l. sicut certi. non mirum si ei directè substituendo videretur auferre legitimam. Hodie verò nec expressè, nec tacitè potest facere miles, quin contra suum testamentum competat querela, si filium iniustè exhæredauit, per tex. in §. & hoc idem. in auth. vt cùm de ap. cogn. & not. gl. in l. aduersus. C. de inof. test. Ideo cessat ratio prealleg. quod dicit satis æquum, licet ab aliis non fuerit scriptum. Ex quo cõcluditur, quòd etiam in substitutione directa non venit filij testatoris legitima, sed penes filij hæredem remanet absq; Trebellianica. Et ita etiam tenet Ale.
21 in d. l. precib. col. 7. & 8. †Quintus effectus est secundum Ang. in d. l. precibus. quia si esset fideicommissaria substitutio, conditio adiecta legatario, si x. dederit hæredi, impleri non posset in personam fideicommissarij indirectè substituti, ex eo quia non est hæres, sed tantùm loco hæredis. l. postulante. §. j. ff. ad Treb. l. si filius. ff. quod cum eo. Et conditiones impleri debent in forma specifica. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de cond. & dem. secundum *communem opin.* licet quòd sibi debeatur, astringat non modicum tex. in ratione sui, in l. is qui in potestate. §. fi. ff. de leg. præst. Tamen indubitanter impleri poterit in persona directò substituti, cùm sit hæres, vt probatur per ea quæ not. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupil. & sic dandum causa conditionis implendæ præstari potest directè substituto sicut hæredi, secundũ Ang. & Paul.
22 in d. l. precibus. & Alex. in d. l. Centurio. †Sextus effectus est secundum Bar. cum quo transit Ias. in d. l. precibus. col. 17. quia si aliquid à testatore naturaliter tantùm debebatur filio grauato de restituendo aut suo hæredi, ita quòd tale naturale debitum peti non poterat, cùm naturalis obligatio actionem non pariat, sed retentionem, hæres filij hæreditatem restituendo fideicommissario, illud debitum naturale deducere, & retinere potest. l. Stichum. §. aditio. versic. aliquando. iuncta gl. in verb. retinet. ff. de sol. Sed tali restitutione vti non poterit contra directò substitutum, vbi substitutio valet iure directo. Nam directè substitutus necesse non habet capere hæreditatem de manu hæredis, sed potest eam apprehendere propria authoritate, vt vidistis s. in secundo effectu. Ideo hæres potestatem non habet nec ius retinendi concurrentem quantitatem debiti naturalis. Quod verum intelligit Fulg. cum quo transit Alex. in d. l. precibus. si talis hæres hæreditatem directè substituto pertinentem realiter non tenebat, aut mala fide eam tenebat. Quia tunc deducere non posset nec retinere naturaliter debitum, quantumcunque substitutio valeret iure directo, vt l. si quid possessor. §. sed & si ipsi. ff. de pe. hær. Si autem hæres filij grauati, putà, mater, vel alius bona fide hæreditatem testatoris nunc directè substituto pertinentem teneret bona fide, tunc posset debitum sibi naturaliter tantum deducere, & retinere, vt d. l. si quid possessor. §. iustus.
23 iuncta gl. ibi in verb. debebit. †Septimus effectus est, secundum Fulg. in d. l. precibus. quia si substitutio esset fideicommissaria, & decederet fideicommissarius ante diem fideicommissi cedentem, putà, viuente testatore, hæreditas & fideicommissum remanebit penes hæredem filij instituti, qui grauatus fuerat restituere fideicommissario. l. vnica. §. pro secundo. & §. sinautem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. Sed quando substitutio valet iure directo, tunc quia moriente filio grauato extinguitur nomen hæreditarium in eius persona, & sic desinit causa testati, quia substitutus erat mortuus, tunc ad filios alios testatoris deuoluetur hæreditas si extant. Sinautem deuoluetur ad alios ab intestato venientes, & illis non extantibus deuoluetur ad fiscum. l. j. C. de bon. vac. libr. x. Non autem transibit ad hæredes, putà, testamẽtarios filij, ad quos non transit nomen hæreditarium iam extinctũ: quoniam testator voluit filium esse hæredem ad tempus, & hæreditatem deferri ad substitutum, qui capere non poterat, quia prædecesserat. Et quòd miles potuerit & voluerit facere filium hæredem ad tempus dando ei substitutum militarem post pubertatem, est tex. in l. miles ita. §. j. ff. de test. mil. quod dicit esse not. Alex. in d. l. Centurio. col. 13. in princip.
24 † Octauus effectus est, quia licet iura sepulchrorum transeant ad quemcunque hæredem, quamuis extraneum, vt l. familiaria. cum l. seq. ff. de relig. & l. si sepulchrum. C. illo eo. tit. Pariter ius patronatus ecclesiæ ad quoscunque, licet extraneos, transit hæredes, gl. in verb. hæredes. in clem. 2. de iure patron. & not. plenè Panorm. in c. j. & c. cùm seculum. de iure patr.

Non

Non propter hoc transeunt ad fideicommissarium, vbi est substitutio fideicommissaria & obliqua. Imò hæc omnia remanent penes hæredem directum, vt d.l.quia perinde. & ibi sing.Bar.& Ale.ff.ad Trebel. Attamen bene transibunt ad directè substitutum, secundum gl. & doct.in d.l.precibus. Bar.& doct.in d. l.Centurio.& vtrobique commendatur Bar. dum in d.l.quia perinde.ff.ad Trebel.decidit ius patronatus non venire in restitutione fideicommissi, quem sequitur Im.in l.si patroni. ff.illo eo.tit. & Bal.in l.fin. col.pen. C.de edi.diui Adr.tol. & in l.cùm virum.C. de fideic. Nam licet ea quæ transeunt in hæredes extraneos tanquam hæredes, transeant etiam in fideicommissarium, non tamen prædicta transeunt, quia propriè non transeunt in hæredes,tanquam hæredes, cùm non transeant pro portionibus hæreditariis,sed tantùm transeunt ad eos in capita,quia sunt hæredes, vt in iuribus superius alleg.Et de iure patronatus ecclesiarum hodie est tex.in d.clem.2.& not.vbi etiam gloss.in c.considerandum.16.q.7. secundum Paul.& Ale. in d l.quia perinde. quam legit cum l.quamuis. §.nihil.illius tit. Et hoc firmatur vno simili. quia videmus,quòd ius patronatus seculare,quod habet do minus in libertos,non transit ad fideicommissarium. l.si patroni.superius alleg. ff.ad Trebel. sed remanet penes directum hæredem, secundum glos.in l.sciendum.ff.de verb.sign. ergo idem erit in iure patronatus spirituali,& ecclesiastico.videatis Guid. Papæ,q. 507. vbi clarè dicit, tale ius esse ad fideicommissarium transitorium, & transit facta restitutione hæreditatis,re aut verbo, per hæredem:quia ante restitutionem remanet penes hæredem. Videatis Panorm.
25 in c.cùm seculum.præal.† Et idem quod in patronatu seculari erit in armis & insigniis testatoris, quæ etiam facta hæreditatis restitutione non transeunt in fideicommissarium, secundum aliquos, sed remanebunt penes hæredem directum.Et ita in propriis terminis sentit Bart.in suo tract.de insign.& arm.col.3. vers. quæro qualiter ista arma transeunt in successores. vbi ad istud propositum allegat d. l. familiaria. cum l.seq.ff.de relig.& d.l.si sepulchrum.C.de relig. Per quæ concludit, quòd arma & insignia testatoris ad hæredes solùm transeunt, & agnatos, non autem ad cognatos vel affines,& minus ad bastardos,vt plenè dixi super verbo, *Raynutius de Clera.*s.eo.ergo minùs ad fideicommiss. nisi esset de illis personis,vt statim videbitis in feudo, vel nisi testator contrarium dispositisset, volens, quòd fideicommissarius suum portaret nomen & arma, vt ibi plenè dixi. Nam fideicommissarius non est hæres, sed loco hæredis, vt s.dictum fuit.nam Bar.allegando ibi dicta iura,de iuribus sepulchrorum loquentia, satis æquiparat eisdem iuribus arma & insignia : ergo ad ipsum fideicommissarium non transibũt, per dicta iura per eum alleg.iuncta d.l.quia perinde.ff.ad Trebel. sed bene transibunt ad directò substitutum,sicut iura patronatus : quia verus hæres dicitur, vt patet ex prædictis.
26 †Nonus effectus est,quia in substitutione fideicommissaria non veniant bona feudalia, nec filius de restituendo paternam hæreditatem grauatus tenetur feuda restituere fideicommissario. Nam talia in fideicommissarium non transeunt,vt *communiter* deciditur per Dyn.Bart.& Alex in d.l.si patroni. §.j. ff.ad Treb.Bal.in l.cùm virum.C.de fideic.& ita etiam in j.parte consuluit Alex.cons.91.incip.ponderatis his.
27 †Nisi in tribus casibus,in quibus feudum bene transiret in fideicommissarium. Primum vbi fideicommissarius cui hæreditas venit restituenda esset de liberis ipsius testatoris, & descendentibus, ad quos feudum sui natura transit post mortem vasalli.Secundò, vbi fideicommissarius licet non sit de descendentibus, tamen est de personis comprehensis in inuestitura:quia tunc cessat ratio prohibens feudum transire in fideicommiss secundum Bal.in d. l. cum virum. in fi.col. & Ioan.And.in addit.Specul.tit.de emphyt. §.nunc aliqua.in addit.quæ incip.quæstio non est dubia.iuncta additione posita super versic.158. & plenè Alexan.in d.l.si patroni.Idem & tertiò esset,vbi feudum fuisset receptum pro se & hęredibus quibuscunque : quo casu indistinctè transiret in fideicommissarium,facta restitutione.Quia tunc non retineret propriam naturam feudi propter illa verba, & hæredib. quibuscunque. c.j.de feud.non hab.propr.nat.feud. sed potiùs sortiretur naturam patrimonij ad quoscunque transitorij.Et ita in terminis decidit Bal.in l. j. q.34.& 48. ff.de rer.diuis. & sequitur Alex.in d.l.si patroni.Ad hoc facit quod vult Bal.in c.imperialem. §.j. ver.sed quid si concessum est feudum.de prohib. feud.alien. per Fed. vbi eleganter dicit, quòd si concessum est mihi feudum pro me,& successorib. meis quibuscunque, hæc verba non solùm includunt tria genera hæredum, de quibus Inst.de hæred.qualit.& differen.sed etiam includunt legatarios.l.quædam.§. is autem.ff.de eden.quia legatarius in re legata quodammodo hæres est.l.id tempus. §.j.ff.de vsuc. Vnde hoc casu transibit in fideicommiss. qui magis dicitur hæres, quàm ipse legatarius. Et ita tenet Ias.in prælud.feud.col.18.dicens quòd licet illa dictio,quibuscunque, referri deberet secundum materiam subiectam ad habiles,& non ad penitus extraneos, secundum Bald. in d. l. cùm virum. cum quo plures ita tenent : tamen hoc est verum, quando talia verba proferrentur à lege vel statuto, quia tunc recipiunt interpretationem de habilitate, iuxta plenè not.in l.j. C.de sacrosc.eccl. ne si aliàs generaliter intelligerentur,inducatur aliarum legum correctio,quæ vitanda est.l.j.C.de inoffi.dot.& ita intelliguntur omnes authoritates, quæ possent in contrarium adduci. Sed quando talia verba vniuersalia vel geminata, putà, quibuscunque,& qualibuscunque,proferuntur ab homine,vt in casu nostro, quia tunc cessat ratio correctionis prędictæ,tunc secus est:quia plus debent operari quàm verba simplicia. Et ita sing.decidit Bal.in l.fi.C.sine cen.vel rel.quod satis colligitur ex doctrina Iac.de Are.& Bar.in l.j.§.nunciatio.ff.de no.ope. nunc. maximè in præsenti regno Franciæ, vbi feuda degenerant, & ferè sunt absque illis verbis redacta ad instar patrimonium, secundum Ioan.Fab.in auth. ingressi.C.de sacrosc.eccl.& plenè scripsi s.e.in verb.
28 *Duas habens filias.* post prin.Restat ergo,quòd † feudum sui natura non transit in fideicommiss. sed bene transibit in directò substitutum, secundum aliquos.
29 † Et idem esset, & erit decimus effectus in emphyteusi ecclesiastica, quæ sui natura non transit ad hæredes extraneos,sicut nec feudum,vt tenet gl.sing.in l.etiam.ff.solut.matr.per §.emphyteusim.in auth.de non alien. Emphyteusis autem concessa à priuato, cùm transeat ad hæredes extraneos, etiam transibit ad fideicom. quia licet sine consensu domini transire non possit in alium titulo particulari, tamen bene transit titulo vniuersalis fideicommissi. De quo videatis plenè Alexand. in d. l. si patroni. columna vj. ff.ad Trebellian. & in iij.parte consil.xj. incip. Ponderatis his.in quibus locis hoc plenius discutit.Et an

talia

BIU Cujas

talia bona computentur filio in legitimam, vide ead.
30 parte cons. 8. incip. Visis subtilissimis. † Ex præmissis videtis maximam resultare vtilitatem: quia substitutio compendiosa à milite verbis directis facta sit omni tempore directa, prout est, vt §. fuit conclusum: dum tamen facta fuerit à vero milite actu militante: secùs si fieret à milite nostri temporis in patria residente, qui non est propriè miles: vt vidistis §. in verb. *Testamentum*. j. in 9. casu fallen. circa fin. nec gaudet priuilegio militiæ. Adde quòd in puncto nostro fuit ita iudicatum Tholosę, in Parlamento, die vlt. Mart. anno Dom. 1506. ante Pascha, in testamento domini Ioannis de S. Stephano quondam domini de monte Betone, qui filio suo Bernardo primogenito secundum veram testamenti schedam substituerat secundogenitum, s. Gulielmum, per verbum, instituo, directum, si absque liberis moreretur. prout fecit. Nam cum Bernardus tempore testamenti pubes foret, quâ uis testator esset miles, illa substitutio iure directo non valuit tanquam militaris, sed valuit fideicommissi iure, velut facta in testamento pagani, taliter quòd hęres dicti Bernardi absq; liberis defuncti duas retinuit quartas, s. legitimâ, & trebellianicam, quam non retinuisset si testamentum paternum iure militari valuisset, cum milites sint in hoc priuilegiati. Et idem si facta esset à doctore vel aduocato, aut presbytero: quia milites sunt inermis vel cælestis militiæ. Quoniam substitutio ab illis facta verbis directis valebit, etiam post pubertatem iure directo ad consequendum effectus de quibus §. vt plenè super omnes decidit Ale. in d. l. centurio. col. j. cum sex seq. & dixi vobis plenè §. e. in verb. *Testamentum*. j. d. 9. casu fall.
31 † Venio nunc ad secundum casum, si compendiosa substitutio fiat verbis directis in testamento pagani non militis: & tunc fieri potest dupliciter, primò, fit filio testatoris pupillo sic dicendo, quandocunq; filius meus decesserit, talis sit hæres, vel talem hæredem facio: quo casu licet fuerint quinque opinio, relatæ ab Ale. in d. l. Centurio. quas causa breuitatis omitto, tamen *communis opin.* est, quam ipsemet tenet, quòd talis substitutio si facta fuerit in codicillis, valere non potest vt directa: quia hęreditas in codicillis dari non potest directè, valebit tamen iure fideicommissi: ita quòd pupillo in ætate pupillari moriente, substitutus successionem petet à venientibus ab intestato detracta legitima vel trebellianica, vt l. Sęuola. ff. ad treb. vbi verba directa in codicillis prolata obliquantur. de quo pulchrè & plenè videatis Ang. Are. in §. j. Inst. de vulg. & pup. subst. vbi dicit, quòd indirecta substitutio expirabit pubertate, sicut expirasset directa, si fuisset in testamento facta, vt videbitis nunc. Vnum notabitis, quòd si talis substitutio esset facta de ipsismet liberis testatoris, fortè valeret vt directa, licet in codicillis facta, per ea quæ pulchrè decidit Bar. in d. l. militis codicillis. ff. de test. mil. & dixi plenè in verbo, *Testamentum*. 3. & §. in materia breuil. substitut.
32 in verbo, *plures*. † Si verò substitutio compendiosa à pagano fuerit verbis directis in testamento facta pupillo, *magis communis opin.* est, quòd valeat infra tempora pubertatis iure directo, prout verba sonant, etiam si in substitutione adiecta fuerit clausula, si filius sine liberis decesserit: quia propter hoc non obliquatur, si filius moriatur pupillus, sed valebit iure directæ pupillaris, vt j. dicam latiùs. & est text. in c. si pater. hoc tit. lib. 6. & tenet Bart. in d. l. Centurio. col. 6. Ita quòd filio testatoris moriente infra pupillarem ętatem, substitutus vocabitur ad vniuersam tam testatoris, quàm eius filij in ætate pupillari mortui successionem, matre pupilli, & cæteris ab intestato venientibus exclusis, quos pupillaris in hac compendiosa comprehensa velut omnino non tacita, sed generaliter expressa, indubitanter excludit, vt dictum fuit plenè in materia præcedentium substitutionum. Si verò filius testatoris moriatur post pupillarem ętatem iam effectus pubes, tunc quia per euentum pubertatis pupillaris directa, sub compendiosa contenta expirauit: pariter expirat omnis substitutio, vt non amplius valeat etiam iure fideicommissi. Imò ad successionem tam quæ fuit testatoris, quàm eius filij in pubertate defuncti mater cum aliis ab intest. venientibus vocabuntur, iuxta auth. defuncto. C. ad Tert. excluso substituto, cuius substitutio per pubertatem filij expirauit, vt etiam non valeat iure fideicommissi, siue talis substitutio facta fuerit per verba directa ciuilia, qualia sunt instituo, vel hęres esto: siue per verba directa non ciuilia: licet inter verba ciuilia & non ciuilia concordâdo opiniones voluerit subtilizando distinguere Bart. in d. l. Centurio. & etiam non facta differentia, an substitutio fuerit simpliciter facta, putà quandocunque decesserit, talis sit hæres: vel geminata, veluti, si filius meus moriatur in ætate pupillari, vel aliàs quandocunque, talis hæres esto: prout volebat Ang. cùm propter hoc non sint duæ substitutiones, sed vna secundum Ale. & *communem* opin. Quòd talis substitutio post pubertatem nullo modo valeat, etiam vt fideicommiss. tenet gl. iuris ciuilis in l. in pupillari. & l. verbis. & l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & in §. qua ratione. Inst. de pup. subst. & d. l. precibus. & l. Scæuola. ff. ad Treb. & gl. in verb. Vel substitutionis. Inn. Host. & cæteri Can. vsque ad tempora Ioan. And. & gl. in c. si pater. eo. tit. lib. 6. & ibi Arc. Azo in sum. Dy. in d. l. verbis ciuilibus. Iac. de Are. Iac. de Bel louisu, Nic. de Math. Martinus Sillima, Gul. de Cun. Bart. & Dyn. in d. l. precibus. & Iac. de But. in l. ex tribus. C. de inof. test. Et hoc disputando tenuit Bar. de pra. vt refert Ioan. And. in d. c. si pater. eo. tit. lib. 6. & Oldr. consil. 147. Et pro ista communi opin. videtur esse tex. in d. l. verbis ciuilibus. vbi dicitur quòd substitutio verbis directis frustrà post pubertatem fit: & substitutio quæ semel valere cœpit iure directo, non valet posteà obliquari, vt ibi. Nam l. Scæuola. ff. ad Treb. quæ contrarium videbatur innuere, loquitur quando substitutio facta verbis directis, nunquam valere potuit directè. Quia tunc omni tempore valet indirectè, vt quando facta fuit in codicillis, vt §. dictum fuit. & hanc opin. sequitur Ias. in d. l. precibus. col. xj. secundum quam etiam consuluit Ale. in 2. par. cons. 82. incip. perspectis his quæ in themate. & tenet Lud. in l. cogi. §. si. ff. ad treb. & Fulg. in d. l. precibus. Licet Panor. hîc, de benignitate & plures alij doct. iuris ciuilis sequuntur opin. Ioan. And. volentis talem substitutionem verbis directis factam valere iure fideicommissi post pubertatem: præsertim si facta fuerit verbis plurium temporum distributiuis, putà dicendo: si filius meus in ætate pupillari vel aliàs quandocunque decesserit, talis sit hæres. quia ex quo testator vsque in tempus mortis, & sic etiam post pupillarem ætatem fecit substitutionem, debemus attendere sensum plusquam verba. l. 3. C. de lib. præt. neque subtilitas verborum attendi debet. l. quoniam indignum. C. e. Et hanc tenet Anton. de Bu. hîc, dicens, quòd ita seruatur de facto Florentiæ. Idem hîc Zab. Card. & de sancto Geminiano in d. c. si pater. & Sal. in d. l. precibus. Or pręsuppositа prima opinione pro vera

BIU Cujas

vera,quæ postquam est *communis*,venit in dubio preferenda,ſ.quòd ſubſtitutio compendioſa verbis directis in teſtamento pagani filio pupillo facta poſt pubertatem nullo modo valeat,imò adueniente pubertate expiret, ac ſi facta non fuiſſet: dico nunc illam
33 concluſ.fore limitandum dupliciter. † Primò,quòd poſt pubertatem non valeat etiam vt fideicommiſſum,niſi in teſtamẽto,in quo facta fuit,appoſita fuiſſet clauſula codicillaris,quę communiter apponitur de ſtylo notariorum. Nam tunc virtute illius clauſulæ ſubſtitutio quę valuit infra pubertatem iure directo, valeret nunc iure fideicommiſſi filio moriente poſt pubertatem: ac ſi facta fuiſſet in codicillis, per d.l.Scæuola. Et ita tenet gl.in verb.ſubſtitutio.§.maſculo. Inſt.de pup.ſubſt. per quam ita tenent Ang.& Mod.in d.l.precibus.& Ang.Are.in §.j.Inſt.de vulg. ſubſt. Et ita dicit Fulg.de facto reſpondiſſe per text. opt. in l.ſi frater. C. de fideic. Et ita expreſsè tenet Bald.in d.l.verbis ciuilibus.& Alex.in d.l.Centurio. & alleg.conſil.82. Ex quo infert Iaſ.in d.l.precibus. quòd idem eſſet quando in teſtamento appoſita non eſſet clauſula codicillaris,ſed eſſet poſitum iuramentum,cùm iuramentum habeat vim clauſulæ codicillaris, per text.ſing.in l.cùm pater.§.filius matrem.ff.
34 de leg.2. † Et idem credo,licet Iaſ.non dicit nec Ale. ſi teſtator verba æquipollentia clauſulæ codicillari in ſuo teſtamento apponeret,vt putà,ſi diceret,quòd vult teſtamentum ſuum valere omni meliori modo quo valere poterit. Quo caſu ex his verbis inducitur clauſula codicillaris,quia ſenſus dictorumverborum eſt,quòd ſi non poſſet valere vt teſtamentum,ſaltem valeat vt codicillus,vel iure cuiuſlibet & alterius vltimæ voluntatis,ſecundum Bald.& Ang.in d.§.filius matrem. Facit text.in l.codicillis. §.fi.ff.de leg.ij. & ibi Bar. idem dicit Im.in d.§.filius matrem.ſi teſtator dixit,volo teſtamentum meum haberi pro legitimo. Et idem puto,ſi teſtator de his nihil dixerit:ſed in ciuitate vel loco eſt ſtatutum, vel conſuetudo diſponens,quòd in quolibet teſtamento ſemper intelligatur adiecta clauſula codicillaris. Quia tunc perinde habetur, ac ſi per teſtatorem fuiſſet expreſsè adiecta, ſecundum Ale.in j.parte,conſ.41. incip. Viſo tenore allegati. facit quod not.Bal.in l.de quibus.ff.de legi. circa quæ videatis quæ plenè dixi ſ.e. in verb. *Teſtamentum.ij.* Secundò limitatur dicta concl.ſecundum
36 Iaſ.in d.l.precib.quòd talis ſubſtitutio poſt pubertatem non valeat iure fideicommiſſi,niſi teſtamentum eſſet conditum inter liberos: cùm ſemper ibi fauore liberorum ſubintelligatur clauſula codicillaris, ſecundum gl.in d.l.cohæredi.§.cum filiæ.ſuper verbo, non valuit.ff.de vulg.& pup. quam ibi Imol.reputat
35 ſing.& hîc.† Secundò,principaliter fit hæc compendioſa ſubſtitutio à pagano verbis directis filio iam impuberi & adulto,vel pupillo extraneo,puta emancipato:vel fit à matre,quę,vt ſcitis,de iure non habet filium in poteſtate,Inſt.de adop.§.fœminę.vel fit alicui penitus extraneo,quo caſu ſubſtitutio valere non poteſt iure directo,vt Inſti.de pup.ſubſt.§.extraneo. Sed non modicum dubitatur,an valeat indirectè iure fideicommiſſi. ſuper quo fuerunt duæ opin. Prima eſt, quòd nullo modo valeat nec iure directo vt pupillaris, nec iure fideicommiſſi. imò perinde habeatur, ac ſi facta non fuiſſet. Et ita tenet finaliter gl. in
37 verbo, fideicommiſſum. in d.§. extraneo. & videtur tex.in d.l.verbis ciuilibus.& tenet Ioan.Andr.in d.c. ſi pater.& Im.hîc in materia compendioſæ.& in d.l. Centurio.ad hoc facit,quia vidimus ſ.proxim.quòd compendioſa impuberi facta per verba directa, quæ ſemel infra pubertatem valere cœpit iure directo, poſteà adueniente pubertate expirat in totum,vtſ.te nui.ſecundum *communem* opin. Ergo ſi ab initio fiat puberi,tenere non debet per rationem l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel al.iu. Et eadem ratione videtur dicendum,ſi pater ſubſtituit filio pupillo emancipatò,vel etiam mater per verba directa: quia tunc cum ſubſtitutio cenſeatur facta extraneo,cui à pagano directè ſubſtitui non poteſt,vt d.§.extraneo.videtur quòd non valeat etiam iure fideicommiſſi. pro quo adducitur tex.in l.fi.C.de hær.inſt.per quem dicit ibi Bald. in j. col. quòd pupillaris inutiliter facta continet vulgarem: non autem fideicommiſſariam, licet ibi verba text. eſſent apta ad pupillarem, vt ibi declarat Bar.tamen reſoluitur in vulgarem ac ſi teſtator dixiſſet, ſi Plotius hæres non erit, Titius hæres eſto:ergo ceſſat fideicommiſſaria quę eſt contraria vulgari. Cùm fideicommiſſaria locum non habeat niſi Plotius hæreditatem adiuerit. l.ille à quo.§.j.in fi.ff. ad Treb. & ſic ſub vulgari comprehendi non potuit fideicommiſſaria,in d.l.fi. Idem tenuit Dom.Math. not.148. Ang.in d.l.precibus. & Raph.in d.l.verbis ciuilib. quam etiam dicit in puncto iuris veriorem, & eam ſequitur Ale.in d.l.Centurio.col.23.& 24.Secunda opin. fuit tota contraria primæ,ſ.quòd ſubſtitutio directa facta ei cui fieri non poteſt, valeat omni tempore iure fideicommiſſi,nec hoc caſu eſt fienda differentia, an compendioſa fuerit ſimpliciter facta, an cum adiectione clauſulæ, ſi ſine liberis deceſſerit,attento quòd valere non poteſt,niſi vt fideicommiſſaria. Et hanc opin.tenet gl. in d.l.verbis ciuilib. volens, quòd vbi à principio ſubſtitutio valere non poteſt iure directo,propter defectum perſonæ ſubſtituentis,vel cui fit ſubſtitutio: & ſi valere non poteſt, vt pupillaris,ſaltem valebit iure fideicommiſſi,& ita tenent ibi,Dyn.Rayne.Bar.Bal.Angel.Imol.Paul. & Mart.Silima.Gul.& Sal.in d.l.precibus. & Angel.in d.l.Centurio.Iac.But.& Bald.in l.ex tribus.C.de inof.teſtam. & Bal. in l.extraneum. C.de hæred.inſtit. & in l.ſed & ſine.C.ad Trebel.Imol.in l.2.ff.de vulg. & pup. & Ang.in d.l.fin. C.de hær.inſt. Ant.de Butr. Zabarel.Card.& Imol.hîc,in materia pupillaris. pro quibus eſt tex.not.in l.ex facto.§.j. & l.Scæuola.ff.ad
Treb.† Præterea quia pro ſuſtentatione actus,verba debent impropriari.l.inſulam.ff.de præſcr.verb.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero. ff. de iureiurando. Nam omnis diſpoſitio debet taliter interpretari, quòd in totum non corruat.l.non dubium. ff.de leg. 3.Et hanc partem tenet Alex.tanquam *magis communem*, & à qua ſecundum eum in iudicando,& conſulendo non eſſet recedendum, in d.l. verbis ciuilibus. & etiam finaliter Ang.Aret. in d.§. extraneo. dicens de ſubtilitate iuris primam opinionem eſſe veriorem,per tex.ibi, cui facilè reſponderi non poteſt. & in d.l. verbis. Quia cùm tunc talis ſubſtitutio valere poſsit, ſaltem tanquam directa vulgaris, videtur non poſſe obliquari, licet in iudicando recedendum non eſſet ab opinione gl.& Bart.in d.l.verbis. Vltra omnes hanc opin. vt valeat facta puberi iure fideicommiſſi, tenet de Ferrariis in ſua practica noua in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione. columna 34.
in verbo,compendioſæ. † Or præſuppoſita hac opinione pro vera, cùm ſit *magis communis*, ex omnibus præmiſsis ſequentes eliciuntur concluſiones. Prima eſt,quòd ſubſtitutio per militem,doctorem,aduocatum,presbyterum,verbis directis impuberi,aut pube

ri,vel

BIU Cujas

ri, vel emancipato facta, est omni tempore directa, taliter quòd filio cui facta fuit infra pubertatem moriente, substitutus omnia habebit bona, tam peterna quàm propria filij vi pupillaris directæ in compendiosa contentæ: quæ cùm sit expressa verbis generalibus, matrem & quoscunque ab intestato venientes excludit, etiam à legitima filij. Si verò filius post pubertatem decesserit, vocabitur substitutus ex directa militari ad bona testatoris. de quibus deducetur sola legitima filio iure naturæ debita, quæ remanebit penes ab intestato succedentes, cum bonis ipsius filij defuncti aliunde quàm à patre testatore acquisitis, ad
38 quæ militaris substitutio non se extendit. † Secunda concl. est, quòd compendiosa directa à pagano eius filio pupillo in potestate constituto facta, infra pupillarem ætatem filio moriente iure directo est valida, omniumque ab intestato venientium etiam quo ad bona pupilli propria, necnon legitimam ei in paternis bonis debitam exclusiua. Post verò pubertatem amplius nullo modo valitura nisi testamentum esset inter liberos factum, aut clausulam contineret codicillarem, vel aliud æquipollens quib. casibus valeret post pubertatem iure fideicõmissi, vt mater aut proximior ei ab intestato succedat: sed virtute clausulæ codicillaris in testamento expresse aut subintellecte restituere tenebitur bona paterna filij compendiosè substituto, retentis legitima & Trebellianica per hũc
39 tex. † Tertia concl. est, quòd compendiosa directa filio puberi, vel extraneo, à patre pagano vel matre facta, nullo tempore valet tanquam directa, sed omni tempore iure fideicommissi est valida, licet nonnulli tenuerint eam esse omni tempore inualidam. Quæ opinio contra communem si per aliquos teneretur, cùm vota sint libera, limitarem eam prout limitatum fuit precedens membrum: vt saltem sit valida, si in testamento codicillaris contineatur clausula, vel aliud æquipollens, aut testamentum inter liberos reperiatur factum, quibus casibus omne directum alteratur,
40 & cõuertitur in fideicommissum. † Et præmissa sunt vera, sc. quòd directè non potest substitui maiori vel extraneo, in testamento pagani, nisi esset statutum vel consuetudo in contrarium, quia tunc valeret tãquam directa: quia statutum hoc potest, secundum Ale. in l. morib. in prin. ff. de vul. & pu. & quæ omnia breuiter nunc liquidata sunt plusquam notanda velut quotidiana. Et vobis sufficere debẽt, quo ad verba directa, in quibus differunt miles & paganus, quando facta fuit directa substitutio vniuersaliter in tota hereditate
41 te. † Sed dubitari posset, quid si testator aliquem compendiosè verbis directis substituerit in certa portione, vel in certa re, an talis substitutio valere posit iure directo, moriente filio hærede instituto in ętate pupillari, ac si substitutio facta fuisset in tota hereditate? Resp. Bar. in d. l. Centurio. col. 6. quòd si dicta substitutio facta fuerit per verba directa ciuilia, vt hæres esto, vel hæredem instituo: tunc perinde habetur ac si super vniuerso fuisset substitutus, vt valeat tanquam directa pupillaris, vt l. cohæredi. §. fi. ff. de vul. & pup. secundum vnam lectu. arg. l. j. §. si ex fundo. ff. de hær. inst. Idem tenent Im. Raph. Cu. & Ale. in d. l. Centurio. & Sal. in d. l. precibus. licet Bal. ibi hoc dictum limitauerit, sed communiter non tenetur. Imò dictum Bart. indistinctè approbatur: & per Sal. vbi s. respondetur fundamento Bald. Idem quòd Bar. tenuit Ang. & ibi Im. in repe. d. l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. inst. & idem Ang. cons. 13. incip. Pro decisione. & Paul. in d. l. cohæredi. §. fi. Si verò substitutio compendiosa fiat verbis directis, non ciuilibus, à lege ciuili xij. tab. non inuentis, putà, si testator dicat, accipiat talem rem, vel tale quid, si talis & simile, si filius meus quandocunq; decesserit sine liberis. Et hoc casu non trahetur ad directam substitutionem pupillarem, & sic nec ad vniuersum: quia in relictis singularibus nulla est differentia, si apponantur verba directa non ciuilia vel obliqua. l. omne verbum. C. com. de leg. Inst. de sing. reb. per fideic. relict. in prin. Sed in hoc puncto est aduertendum, quia Im. hîc dicit, hanc decis. esse contra text. in d. c. si pater. e. ti. lib. 6. vbi filia fuerat instituta in re certa: & tamen ibi dicitur, quòd substitutio filiæ facta de filio testatoris per illa verba, si filia decedat sine liberis, ad vtilitatem filij censetur esse directa pupillaris, & sic trahetur ad omnia bona filiæ impuberis. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pup. subst. Ex quo infertur, quòd Bar. malè dicit, vel quòd aliud sit de iure can. & aliud de iure ciuili, nisi secundum eum dicamus, quòd vbi cõpendiosa fit expressè in re certa per verba directa non ciuilia, tunc procedit opi. Bart. sed vbi substitutio compendiosa non fit expressè in re certa, sed fit simpliciter, licet fiat pupillæ in re certa institutæ, tunc bene trahitur ad vniuersum patrimonium filiæ cui facta est substitutio: & ita propriè loquitur text. in d. c. si pater. & est verisima responsio, & potiùs tenenda quàm præcedens, cum capi debeat in dubio ille intellectus, per quem non inducatur iuris ciuilis correctio, secundum Ale. in d.
42 l. Centurio. † Secundò principaliter dixi, quòd hæc compendiosa substitutio interdum fit per verba merè obliqua & indirecta, de quibus plenè dixi s. super verb. *Eidem impuberi succederent*. Et isto casu secundum omnes substitutio est omni tempore fideicommissaria, siue facta fuerit filio, & filius hæres moriatur in ætate pupillari, siue post pubertatem. & siue substitutio facta fuerit extraneo vel maiori à milite, siue à pagano. Nam quocunque casu dictæ substitutionis conditione adueniente mater vel alius proximior ab intestato vel quicunq; ex testamento succedens non excludetur, sed filio testatoris succedet: tamen virtute substitutionis fideicommissariæ, tenebitur hereditatem solius testatoris restituere substituto, retenta legitima & Trebellianica, si hæres erat testatoris filius, & restituere rogatus sub cõditione, vt hîc, in tex. nostro. Si autem purè erat rogatus, retinebit solam legitimam, secundum gl. *communiter* approbatam in l. quanquam. C. ad leg. Falc. Nam licet pater posit filio pupillariter & directè substituere in legitima durante pupillari ætate, vt l. ex tribus. C. de inof. testam. Non tamen potest ipsum in legitima grauare per fideicommissum, vt l. quoniam in prioribus. illo e. tit. & dixi plenè in materia pupillaris substitutionis, in 4. principali articulo. in 6. requisito. in fi. & dixi plenè s. eo. in verbo, *Reliquit*. Si verò esset hæres extraneus, cui legitima non debetur in bonis testatoris, hæreditatem restituet substituto sola Trebellianica retenta. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. & l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. legat. de quo plenius ĩ. dicetur in propria materia fideicommissariæ substitutionis. † Tertiò principaliter dixi, quòd substitutio
43 compendiosa aliquando fit per verba communia, quæ non sunt neque merè directa, nec merè obliqua, sed sunt talia quæ trahi possunt ad vtrunque sensum, tam directum, quàm obliquum, vt est verbum, substituo. de quibus verbis etiam plenè dixi, vt s. An talis substitutio sit omni tempore directa, vel omni tempore obliqua, vel infra pubertatem directa, & postea

BIU Cujas

obliqua. Super quo fuerunt (aliis omissis) duæ principales opin. Prima fuit, quòd talis substitutio sit omni tempore fideicommissaria, siue filius testatoris hæres, cui substitutum fuit, moriatur in ætate pupillari, siue posteà secundum gl. hîc, & in d.l. Centurio. & in d.l. precibus. Idem tenent Host. Arch. & gl. in verbo, Absque deductione. in fi. in d.c. si pater. eo. tit. libr. vj. Nam sicut substitutio facta pluribus personis inæqualibus intelligitur eo modo quo æqualiter conuenire posit omnibus. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & habuistis plenè 3. in materia reciprocæ substitutionis, super verbo, *æqualiter*. sic esse debet in casu nostro, vt verbum, substituo, relatum ad plura tempora, ea determinet vniformiter, quod esse non potest, nisi vtroque tempore substitutio sit fideicommissaria: ergo omni tempore iudicari debet fideicommissaria. Eadem enim res cẽseri non debet diuerso iure. l. eum qui ædes. ff. de vsuc. nec debet diuisio voluntatis induci. l. eum qui. §. pro parte. ff. de his quib. vt ind. præsertim, quia dispositio dubia contra matrem interpretari non debet. l. fin. C. de inst. & subst. Et hanc partem etiam tenuerunt Azo in sum. C. de impub. & al. subst. Iac. Bal. Dyn. & Ray. in d.l. Centurio. & Gul. de Cun. in d.l. precibus. Iac. Butr. & Bal. in d.l. ex tribus. & in repet. l. si arrogator. ff. de adopt. quæ hodie attribuitur Bar. licet sua non sit, sed est repet. Bal. vbi refert in hanc partem cum Franc. de Pisis, & quibusdam aliis consuluisse non facta differentia an mater sit in medio, vel non. Secunda fuit opinio gl. fin. in §. qua ratione. Inst. de pup. subst. volentis talem substitutionem verbis communibus factam debere iudicari pupillarem directam filio testatoris moriente in pupillari ætate, siue mater fuerit in medio, siue non: eo autem moriente post pubertatem iudicabitur fideicommissaria. Pro qua opin. videtur esse tex. in d.c. si pater. Nec obst. si dicatur, quòd verbum, moriatur, ibi in substitutione positum, est verbum directum: quia posito quòd ita sit, tamen ratio generalis ibi assignata in tex. multum facit pro hac opin. dum ibi dicitur, quòd substitutio dubia interpretatur directa. pro qua est text. à Bal. ibi ponderatus in l. si quis ita. ff. de vsufr. Præterea hæc opin. fundatur ratione: quia pater præsumitur capere consilium, & prouisionem filio magis fauorabilem. l. nec in ea. in fi. ff. de adult. & l. nihil. de bon. lib. & l. scripto. ff. vnde lib. Et sic videtur voluisse substitutionem valere infra pupillarem ætatem iure pupillaris directæ, quę magis filio fauet, vt testatus decedat. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. test. & d.l. ex tribus. quam vt fideicommissum, quod esset onus filio, secundum glos. in d.l. ex tribus. Nam quoties dubitatur, cui extremorum dispositio applicari debeat, applicatur in dubio digniori. l. fi. ff.
44 de fid. instr. † Or substitutio directa est dignior obliqua, quia videmus militib. esse in priuilegium, vt possint quandocunque directò substituere. Præterea verba relata ad personam videntur secundum personæ qualitatem intelligi. l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iud. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & hab. ideo quoties substitutio relata est ad pupillum, iudicari debet pupillaris. Nec obst. si reperiatur mater in medio, vt propter hoc substitutio intra pupillarem ætatem fideicõmissaria iudicetur. Quoniam aliàs sequeretur, quòd potentior esset fauor matris quam pupilli, vt testatus decedat. Cuius contrarium est veritas: quia videmus, quòd pupillaris substitutio, quę est testamentum filij, tãquam fauorabilis filio matrem excludit, vt d. §. sed nec impuberis. vt vidistis plenè in materia pup. in 6. prin. art. & 3. effectu eiusdem. Postremò, si talis compẽdiosa intra pubertatem esset fideicommissaria, ita quòd non valeret iure directæ pupillaris, & matrem omnino non excluderet, sequeretur aliud absurdum: quia si filio existente adhuc pupillo matrẽ mori contingeret, & succesiuè pupillum, sequeretur quòd substitutus non admitteretur ex pupillari, si substitutio fuit fideicõmissaria: & cùm mater non erat in medio, neq; hereditatem habebit: quòd esset contra mentem legis, vt matre premortua excludi debeat substitutus. l. fi. C. de inst. & subst. Et hanc ij. opin. tenet Cy. dicẽs ita consuluisse in d.l. precib. Io. An. in nouel. d.c. si pater. Old. cons. 125. inci. In proposito. Ang. Raph. Im. & Paul. in d.l. Centurio. Imol. hîc, & Car. Sal. & Paul. in d.l. precib. & Ale. in d.l. Centurio. col. 27. vbi refert se sæpe & pluries ita consuluisse, maximè in 3 parte cõs. 17. incip. Ponderatis his quæ in themate narrantur. & Fran. Are. cons. 155. inc. Periculosum est. vbi subtilius quàm alter de mundo hunc passum discutit: & ita finaliter decidit, & respondet peremptoriè ad rationes contrarias superiùs adductas, vt per eos videre
45 poteritis. Hęc autem est *communis opinio*, † ex qua habetis duas conclusiones. Prima est, quòd compendiosa filio impuberi facta per verba communia, veluti per verbum, Substituo, valet tanquam pupillaris directa filio moriente intra pupillarem ætatem. Et licet ex dictis Bartol. in d.l. Centurio. dum super hoc suam dedit opin. hæc conclusio dicatur limitari, vt sit vera, nisi mater pupilli sit in medio: quia tunc secundum eum talis substitutio erit fideicommissaria, etiam pupillo moriente intra pubertatem: quia fauore matris ita interpretari debet, sicut in simili in l. qui duos. §. j. iuncta gloss. ff. de rebus dub. ne mater in totum à luctuosa filij succesione excludatur. contra text. in l. fin. C. de instit. & substit. Et sic mater filio succederet: sed posteà bona paterna tantùm restituere teneretur, retenta legitima & Trebellianica, secundum naturam fideicommissariæ substitutionis, nisi substitutus esset filius testatoris, iuxta not. per gl. in d.l. precibus. in fin. Quod etiam voluit Bal. in d.l. precibus. & Angel. cons. 13. incip. Iac. & cons. 148. incip. Quidam Nicolaus. & Franc. Aret. in d. cons. 155. col. vlt. dicens hanc esse *communem* opin. Pro qua est authoritas Bart. Attamen maior & *communis* opin. est in contrarium, vt scilicet dicta substitutio indistinctè sit intra pubertatem pupillaris directa, per quam filio moriente pupillo mater in totum excludetur per substitutum, tam respectu bonorum filij paternorum, quàm propriorum filij, iuxta naturam pupillaris: quia cùm tractamus de compendiosa substitutione, sub qua pupillaris continetur, quæ dicitur expressa, saltem verbis generalibus, talis pupillaris excludit matrem, per text. in d.l. precibus. & in d. cap. si pater. Nec obst. d.l. qui duos. quia ibi ponitur casus diuersus & non contrarius. & hanc opin. contra Bart. tenent Franc. de Ramp. Saly. Fulg. & Paul. in d.l. precibus. Angel. Imol. Paul. & Alex. in d.l. Centurio. & Oldr. cons. 99. & cons. 125. incip. In proposito thema te. Card. & Im. hîc. & Ias. in d.l. precibus. Vnde restat prima conclusio indistinctè vera, quòd compendiosa verbis communibus facta filio moriente intra pubertatem valet iure directæ pupillaris, quæ in totum matrem excludit, & omnino repellit, & fortius cæ-
46 teros ab intestato venientes. † Secunda conclusio est, quòd talis substitutio post pubertatem, id est filio moriente postquam effectus fuit pubes, valet iure fideicommissi: & erit effectus, quia mater, aut alius ab

intest

intestato veniens succedet filio: sed per fideicommissum tenebitur paterna bona filij restituere substituto compendiosè per verba communia. Non autem tenebitur bona propria filij aliunde quæsita restituere: cùm talia bona propria filij non veniant in restitutione fideicommissi, vt §. vidistis.† Nec etiam veniunt donationes, nec prælegata ei facta, quæ dicuntur bona sua propria, secundum Alex. in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Treb. vbi Bart. & Ias. in l. cùm virum. C. de fideic. de quo tamen dicatis, vt ibi.† Super quo est pulchrum & vtile dubium, an tale fideicommissum dicatur fuisse relictum ab ipso filio: quo casu de tali restitutione paternæ hæreditatis detrahetur legitima, in qua non potuit grauari, vt hîc in text. nostro. An verò intelligatur relictum ab hærede filij, quo casu de hæreditate patris restituenda non detraheretur legitima, quia licet in ea, vt dictum est, filius grauari non possit, tamen eius hæres vel substitutus bene potest grauari, per text. sing. in l. si fundum per fideicommissum. §. fin. cum l. seq. ff. de leg. j. Breuiter dicatis, quòd si substitutio sit facta nominatim filio, putà, quandocunque filius meus morietur, eidem talem substituo, tunc fideicommissum dicitur à filio relictum, & detrahetur legitima ab ipso fideicommisso: sic etiam si appareret relictum nominatim ab hærede, vel substituto, legitima non detraheretur. in dubio autem quid iudicandum est, quando non fuit nominatim à filio relictum, nec nominatim ab eius hære. Super quo Bart. fuit sibi contrarius. Nam in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. tenet per illum text. quòd relictum censetur à filio. Idem tenet in l. codicillis. in prin. ff. de vsufr. leg. per illum text. & Paul. cons. 168. incip. In casu præsenti. sed contrarium tenet ipsemet Bart. & ibi idem Im. & Paul. in l. qui duos. ff. de vulg. & pup. Imol. Paul. & Alexan. & *communiter* alij in d. § cùm filiæ. & Im. hîc, & Fulg. in l. eam quam. C. de fideic. & Ias. in d. l. precibus. vbi refert Ale. ita consuluisse in 3. parte cons. 12. inc. Attentis verbis testamenti. prope fin. & latius quàm alibi Franc. Aret. alleg. cons. 155. col. 8. & 11. Nam in dubio onus debet intelligi esse iniunctum ei cui iniungi potest, secundum Bart. in d. l. Centurio. licet Ang. in §. j. Inst. de pup. subst. teneat primam opin. Bart. per text. in d. l. codicillis. vbi non fuit nominatim facta substitutio filio, nec suo hæredi, sed simpliciter dictum, quòd bona peruenerant in rem publicam. Vnde restat conclusio vera secundum omnes, quòd compendiosa verbis communibus facta post pubertatem valet iure fideicommissi. Quod verum intelligit Bart. in d. l. Centurio. suam in hoc opin. recitando, nisi testator dixerit, quòd volebat totam vel integram hæreditatem spectare ad substitutum, vel omnia bona sine diminutione: nam per talia verba vel similia patet testatorem voluisse substitutionem valere iure directo, quia si valeret iure fideicommissi, esset detrahenda legitima, & quarta Trebellianica: quæ Trebellianica non detrahitur in substitutione directa, secundum Bart. & Lud. cons. 130. inc. Viso testamento prædicto. Sed etiam in hoc Bart. secundum omnes malè loquitur, & communiter reprobatur. Quia licet per illa verba, totam & integram hæreditatem, videatur testator prohibuisse Trebellianicam, vt dicit gl. sing. in l. decem. in princ. ff. de fideic. lib. de quo tamen videatis Angel. in auth. de hær. & Falc. §. si verò expressum. Non tamen propter hoc videtur voluisse, quòd post pubertatem substitutio valeret iure directo, quia sic esset nulla. Et ita tenet Bal. in d. l. precibus. 47 48

verſ. procedo vlterius. & in auth. hæc vsus præstatio. C. de sacrosanct. eccl. & Ang. cons. 125. incip. Hoc est testamentum. & plenè Alexan. in d. l. Centurio. col. 28.

† Concludit ergo quòd substitutio compendiosa per verba communia facta, post tempus pubertatis semper valet iure fideicommissi, reiecta limitatione, Bart. ante verò pubertatem valet iure directæ pupillaris bona paterna & pupilli comprehendens. Quod verum intelligatis, si facta fuit vniuersaliter, vel saltem simpliciter, putà, quandocunque decesserit, substituo ei talem. Si autem facta fuisset in re certa, putà, dicendo: Titium in tali fundo ei substituo: tunc verbum commune adiectum certæ rei vel quantitati, nunquàm trahitur ad institutionem directam, vt etiam filio pupillo intra pubertatem moriente in toto censeatur substitutus. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Treb. secundum Dyn. ibi, per text. in §. aliud quoque capitulum. iuncto §. cæterùm. in auth. vt cum de appel. cogn. Ideo si testator instituat filiam in certa quantitate: & si decedat sine liberis in ætate pupillari, vel posteà quandocunque, dicta quantitas veniat in talem, tunc non continet pupillarem, nec ad cætera bona filiæ extendetur. Idem vt vidistis §. si talis substitutio fieret per verbum directum non ciuile. Quia non valebit iure directo, sed iure particularis fideicommissi. Quod limitat Raph. quem refert & sequitur Alex. in d. l Centurio. col. 24. in medio. Si autem substitutio facta esset per verbum commune, non in re certa, sed in certa portione sub nomine quotæ: tunc si quidem totam hæreditatem diuisit per quotas in plures personas, tunc perinde est, ac si vnum tantùm in totum substituisset: quia assignatio portionum, licet non apponatur, hæres esto, vim haberet institutionis. l. j. §. diuus autem Pius. ff. de hær. instituen. Si autem vnam tantùm portionem alteri assignasset, & in aliis nullam substitutionem fecisset, tunc ad institutionem non trahitur. l. eum autem. ff. de leg. 2. Nec potest trahi verbum commune ad institutionem quo ad totum, nisi quando nullus alter est vniuersalis hæres in testamento. l. his verbis. in prin. ff. de hær. inst. Sed in casu nostro est alius hæres, scilicet primus institutus & hæres eius post mortem suam. Hunc autem substitutum videtur testator noluisse hæredem esse per illud verbum commune: ideo quia sibi totum non assignauit. arg. d. l. cùm autem. & ibi Bartol. & in d. l. Centurio. col. 14. videatis Lud. Rom. consil. 58.† Sed mixtim loquendo de verbis directis & communibus, quid erit si testator in substitutione addiderit clausulam, sine liberis: putà, quia dixit, quandocunque decesserit sine liberis, talis sit hæres, & sic per verba directa: vel dixit, talem substituo, & sic per verbum commune: an talis substitutio sit omni tempore fideicommissaria vel directa infra pupillarem ætatem. Si facta esset à milite per verba directa, non haberet dubium, quia omni tempore esset directa, vt est casus in d. l. Centurio. sed in pagano est dubium. Et certè glos. in d. l. precibus. dicit talem substitutionem omni tempore esse fideicommissariam, siue filius moriatur in ætate pupillari, siue posteà, ita quòd mater pupilli, aut quilibet alius ab intestato succedet ei. Et per fideicommissum tenebitur restituere bona testatoris substituto, retenta legitima & Trebellianica: facta tamen distinctione quam §. dixi, an substitutio facta fuerit filio vel eius hæredi, quia si hæredi, vel in dubio, ex fideicommissi restitutione non detrahetur legitima filij, sed sola Trebellianica. Et hanc opin. tenet Ang. Are. in §. ex- 49 50

tráneo. Inſt. de pup. ſubſt. Sed aduertatis, quia contra gl. determinationem in d.l. precibus. tenent ibi Sal. & Bar. in d.l. Centurio. & gl. in §. qua ratione. Inſt. de pupil. ſubſt. & *communiter* omnes dicentes, talem ſubſtitutionem non obſtante clauſula, ſine liberis, filio pupillo moriente intra pubertatem valere iure directæ pupillaris, ſiue facta fuerit verbis directis, ſiue verbis communibus. Quoniam de verbis obliquis non eſt dubium, cùm aliquo tempore non poſsint iu 52 re directo valere. Talia n. verba, ſi ſine liberis, non alterant ſubſtitutionem, nec eius ſenſum, nec per ipſa verba fit fideicommiſſaria, vt d.l. Centurio. quæ quo ad hoc loquitur de iure communi, & non militari, vt ibi aperit text. Nec obſtat ſi diceretur, quòd propter dicta verba, ſine liberis, intelligi non poteſt, niſi de fideicommiſſaria, quæ ſola fieri poteſt tempore poſt pubertatem, quo filius hæredes habere poteſt, & non ante. l. impunitas. C. de pœn. Quia reſpõdetur, quòd etiam eſt poſsibile ante pubertatem habere liberos, licet non ſit de communiter accidentibus, vt plenè dixi ſ. in materia pupil. ſubſt. Prætereà hæc conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, ita bene conuenit filio hæredi ante pubertatem, in qua ætate liberos habere non poteſt, vt dicatur tunc ſine liberis decedere: ita quòd verum eſt dicere, ſecundum propriam locutionem, quòd impubes decedit ſine liberis, ſicut poſt pubertatem, quando potuit habere, & habuit, ſed eis priuatus eſt. Nam dictio, ſine, in caſu noſtro non ſtat priuatiuè, ſed abnegatiuè, ſecundum Sal. in d.l. precibus. x. col. & Iaſ. ibi. Or licet concluſio gl. vt dictum eſt, com muniter reprobetur, & concludatur, non obſtante dicta clauſula, ſubſtitutionem debere ante pubertatem valere iure directo, & poſt iure fideicommiſsi: tamen fortiter obſtat, & pro gl. facit tex. in l. credendum. §. ſi verò maritus. ff. qui pe. tu. vbi ſubſtitutio facta fuerat ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, & filius ibi erat pupillus: aliàs ibi fruſtra tractabatur de tutela eius, & tamen ibi deciditur, quòd ſubſtitutus ex cauſa fideicommiſsi admittitur, & ſic pro tempore pupillaris ætatis ſubſtitutio valuit ſolùm iure fideicommiſsi. Vnde Paul. in d.l. precibus. refert Bal. patronum ſuum illum text. allegaſſe contra quendam, qui publicè illam legem repetebat, & contra vt cæteri, concludebat, nec poteſt illi textui reſponderi, niſi cum violentia, intelligendo vt ibi per Bart. poſt gl.

51 † Reſtat ergo, quòd talis ſubſtitutio verificetur ſiue 53 filius intra pubertatem decedat, ſiue poſt. Et premiſſa vera exiſtunt, vbi teſtator ſimpliciter dixit, Si filius meus deceſſerit ſine liberis. Si autem addidiſſet dictionem, impubes, putà, dicendo: ſi filius meus impubes deceſſerit ſine liberis, talem ſubſtituo: tunc eſt conſiderandum, aut illa dictio impubes, adiicitur verbo diſpoſitiuo, ſ. verbo, ſubſtituo. vt quia teſtator dixit, filio meo impuberi talem ſubſtituo, ſi ſine liberis deceſſerit: tunc per dicta verba teſtator non videtur limitaſſe, quòd vltra pupillarem ætatem ſubſtitutio non extendatur, ſicut in caſu præcedenti, ac ſi dictio impubes, non fuiſſet adiecta: quia illud verbum impuberi, videtur potius adiectum cauſa demonſtrationis, vt d.c. ſi pater. ſecundum Ioan. An. hîc. Facit l. Mela. in princ. ff. de adim. lega. Si verò dicta dictio reſpiciat verbum exequutiuum, putà dicendo, ſi filius meus decedat, tunc filio meo impuberi ſuccedat talis, vel bona eius deueniant in talem: tunc quia hæc verba ſuccedant, & deueniant, ſunt exequutiua, licet illud verbum impuberi, fuerit cauſa demonſtrationis adiectum, tamen requiritur quòd hoc verificetur, videlicet quòd ſit impubes, tempore quo ſucceditur illi. arg. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. Et ſic ſubſtitutio vltra pupillarem ætatem non extenditur, niſi apponeretur aliud verbum, propter quod appareret teſtatorem aliud ſenſiſſe: vt quia addidit, ſine liberis. Quo caſu videtur voluiſſe ſubſtitutionem extendi poſt pubertatem, vt hîc in text. noſtro, ſecundum Bar. in d.l. Centurio. quem ſequitur Angel. Are. in d. §. extraneo. † Sed iuxta præmiſſa ſolet dubitari, an valeat ſubſtitutio quæ facta fuit non ſolùm filio, ſed etiam eius liberis, putà, ſi teſtator dicat, ſi filius meus hæres deceſſerit ſine liberis, vel eius filij deceſſerint ſine liberis, bona mea deueniant in talem: an talis ſubſtitutio valeat in filios, aut alios liberos filij, ita quòd ſi aliquis eorum poſt longiſsima tempora abſque liberis moriatur, ſit locus ſubſtitutioni. Et videtur quòd non, quia cum teſtator nihil reliquerit liberis filij ſui, videtur quòd etiam eos grauare non potuerit: quia quem non honoro, onerare non poſſum. l. Lucius. la ij. ff. de hær. inſt. & idem, imò magis, ſi ab eis fuerit nominatim relictum. l. ſi ſic. ff. de leg. 3. vbi per Bart. Tamen idem Bart. in d.l. Centurio. concludit dictum fideicommiſſum valere, etiam in liberos filij. Nam ex quo teſtator liberos filij grauauit hæreditatem reſtituere, ſatis videtur eis hæreditatem reliquiſſe, ita quòd non videntur tunc liberi ſolùm veniſſe in conditione ſubſtitutionis, ſed etiam in diſpoſitione, ac ſi filio expreſsè ſubſtituti fuiſſent. l. denique. §. interdum. ff. de pec. leg. De quo videtur caſus in l. ſi ita ſtipulatus. ff. de ope. lib. Idem tenent Bal. & Iac. de Are. in l. ab eo. C. de fideic. & Ang. Are. in d. §. extraneo. Imò dicunt Bal. & Salyc. in d.l. precibus. quòd tale fideicommiſſum cenſetur eſſe reale hæreditatem afficiens. Idem tenet de Ferrariis in dicta ſua practica, in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione, in verbo, Compendioſæ. col. 13. in prin. Sed Alex. in d.l. Centurio. poſt Im. hîc recitatis ſingulorum opinionibus concludit contra Bart. Videatis eum, & eundem Alex. in 3. parte, conſ. 24. incip. Attentis his quæ in themate narrantur. & in 2. parte, conſ. 199. incip. Viſo præſtanti conſi. & Iaſ. in l. j. col. 4. in fin. C. de pactis. & ibi etiam Alexan. & quæ dixi ſ. in verbo, *Adiciens vt Alterocha.* circa princ. Et videre non omittatis Guid. Papæ, q. 39. & q. 184. Et præmiſſa vera, vbi ſubſtitutio compendioſa fit per verba directa vel obliqua, aut communia tantum. † Sed quid, ſi fiat per verba directa & obliqua, vel directa, & communia, vel communia & obliqua ſimul? Et Bart. in d.l. Centurio. col. 14. decidit, quòd ſi teſtator illa verba appoſuit in perſona vnius, putà, quia dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, talem ſibi ſubſtituo, eum ſibi hæredem facio, vel bona mea ad talem perueniant, & in his eum hæredem inſtituo, vel ſimilia: Et iſto caſu perinde iudicabo, ac ſi tota inſtitutio eſſet facta per verba merè directa, quia verbum commune & ambiguum declaratur ratione adiuncti. argu. l. ſi ſeruus plurium. in fin. ff. de leg. j. & l. nec adiecit. cum l. ſeq. ff. pro ſoc. idem ſi dixit, ſubſtituo ſibi hæredem. Et hoc eſt quod not. voluit Bald. in d.l. precibus. & Imol. hîc, & conſuluit Angel. conſil. 99. incipiente, Conſiderandum eſt, &c. Ad hoc facit text. in d.l. precibus. dum dicit: ſcripſi hæredem. ſecundum Saly. ibi, vel dicendum ſecundum Bar. vbi ſ. quòd verbum directum ſtabit in ſua ſignificatione, & verbum obliquum in ſua, aut verbum commune trahetur ad fidei commiſſum, vt aliquid operetur adiectio dictorum verborum. Et tunc erit in electione ſubſtituti hæreditatem

BIU Cujas

ditatem capere ex directa, vel fideicommissaria substitutione, l. si quis seruo, ff. de manum. testa. & l. recusare, §. Titius, ff. ad Treb. Et idem erit si testator dixit post factam substitutionem, quòd volebat substitutionem valere vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quandocunque filius suus decesserit sine liberis. Quia tunc erit in electione substituti venire ex directa, vel fideicommissaria, arg. d. §. Titius. Idem tenet Bal. in d. l. precibus, col. vlt. ver. sed quid si testator. & Ale. in d. l. Centurio. allegans tex. in l. fin. C. de cod. vbi si testator voluit suam voluntatem valere iure testamenti & codicillorum, est in electione hæredis venire directè ex testamento, vel ex codicillis, sc. per viam fideicommissi. Et idem si testator dixerit, si filius meus decesserit sine liberis, Titium instituo, & substituo. Nam cum verbum, instituo, sit directum, l. j. ff. de hær. inst. valet vtroque iure, facit l. penul. ff. de ven. insp. Idem si testator vtatur verbo communi & obliquo, putà, sic dicendo: Si filius meus decesserit sine liberis, volo bona mea deuenire ad Titium iure substitutionis & fideicommissi. Nam verbum substitutionis, est verbum commune, & verbum fideicommissi, est verbum obliquum, quod intelligi debet vt sit vtrunq;, & sic sit electio substituti, vt probat text. in d. l. recusare, §. Titius. & d. l. si quis seruo. Sed quid si verbum directum in substitutione appositum potest se habere per modum dispositionis, & etiam per modum demõstrationis: putà, si testator dicat: si filius meus decesserit sine liberis, ei substituo Titium infrà scriptum meum hæredem: tunc in dubio dicta verba meum hæredem, accipi debent & intelligi determinatiuè, vt l. fi. §. Titia, ff. de lib. leg. Et præmissa vera, quando illa diuersa verba referuntur
54 ad personam vnius tantùm. † Sed quid erit, si apponantur verba directa & communia in personis diuersorum? Dicit Bar. hoc casu fore considerãdum, quòd verbum commune adiectum certæ portioni nunquã trahitur ad institutionem, vbi esset alius vniuersalis hæres in testamento, aliàs secus, vt l. his verbis, ff. de hær. inst. & in auth. de hær. & Fal. §. si verò nulla. in gl. in verb. relictis. hoc præmisso decidit, quòd quandocunq; testator vnum substituit directò per verba directa & ciuilia simpliciter: alium per verba communia in certa portione, & tunc substitutus simpliciter erit directò substitutus. Et substitutus per verba communia erit oneratus fideicommisso per regulam prædictam: quia trahi nõ potest ad substitutionem, cùm alius sit vniuersaliter institutus. Quandocunque testator vnũ instituit directò, in certa portione, alium verò per verba cõmunia in residua portione. Et tunc fateor, quòd substitutio facta per verbum commune, trahi potest ad directam: quia in ea portione in qua additur, nullus alter reperitur hæres institutus: ergo, &c. Quandocunque testator vnum substituit in certa portione, per verba directa & ciuilia, quia verba directa non ciuilia quantum est in proposito modicum differunt à communibus: alium verò substituit per verba obliqua in alia portione: tunc substitutus per directum capit iure directo totum. l. cohæredi, §. fin. ff. de vulg. & pup. Et alius erit fideicommissarius in portione certæ partis ei relictæ. Quandoq; vnum substituit in certa portione, per verbum commune. Alium verò per verbum merè obliquum. Et tunc puto, quòd tota ista substitutio cẽseri debeat fideicommissaria: quia gl. & Doct. qui dicunt verbum commune trahi ad directum, dicunt verum, quando additur vniuersitati bonorum: & aliquis est hæres, vt d. l. his verbis, ff. de hær. inst. & hic non additur omnibus bonis. Sicut ergo illa portio addita fuit relicta expressè per fideicommissum verbis obliquis, sic etiam illud verbum commune tanquam dubium & obscurum interpretatur fideicommissum, postquàm fuit cum verbo obliquo adiunctum, vt d. l. si seruus plurium. in fi. quandoque apponuntur in persona diuersorum ipsa verba communia: quos fortè substituit in portionibus certis diuidendo hæreditatem inter eos: & tunc sine dubio trahitur ad institutionem: quia diuisio hæreditatis per partes licet non adiiciatur in ea, hæres esto, ad institutionem trahitur. l. j. §. diuus, ff. de hæred.
55 instit. † Sed quid, si in institutione testator reliquerit certa legata singularia, & demum dixit, residuum bonorum meorum volo ad talem peruenire. Certè respondet Bar. quòd propter illa legata, substitutio vniuersaliter facta per verbum residuum, &c. non alteratur. sed remanet in suis viribus, ac si foret hæres institutus. l. 2. C. de hær. inst. Nam etiam si expressè apponeretur clausula, volo deductis legatis residuum peruenire ad talem, non minus dicitur fideicommissum vniuersale. Quia tunc etiam dicitur hæreditas, licet adiecta fuerint illa verba, deductis legatis, cùm legata iniungi possint nominatim ipsi hæredi, & rogari per fideicommissum de residuo, & dicetur iure fideicommissi valere, l. Marcellus. & l. qui quadringenta, & l. cogi, ff. ad Treb. secùs autem esset, si testator dixisset, filium instituo, & quandocunque sine liberis decesserit, deductis legatis, & indictis, id est legatis piis, ac deducto ære alieno, substituo Caium in residuo. Quo casu cùm de fideicõmissis non deducatur æs alienum, imò de natura fideicommissi vniuersalis est, quòd in fideicommissarium transeunt actiones actiuè & passiuè, Inst. de fideic. hær. §. restituta. talis substitutio non valebit iure vniuersalis, sed particularis fideicommissi. Et ita intelligitur decisio Bart. in d. l. cogi, §. j. quæ contraria videbatur decisioni eiusdem in d. l. Centurio, superius relatæ, secundum Alex. ibi.
56 † Postremò dubitari solet ex præmissis, quid si testator dixerit, quandocunque filij mei decesserint sine liberis, volo quòd bona mea dentur & distribuantur inter pauperes per fideicommissarios, i. executores meos. An hæc substitutio erit directa pupillaris infra tempora ętatis pupillaris, si filius testatoris moriatur pupillus, An verò erit fideicommissaria omni tempore? Effectus quæstionis est magnus: quia si substitutio sit directa, filio testatoris moriente pupillo nomine ipsius nihil detrahi poterit, etiam pro legitima, quæ de iure venit in pupillari substitutione. l. ex tribus, C. de inof. test. Si vero sit omni tempore fideicommissaria, detrahetur legitima nomine seu ex persona filij, qui in ea non potuit per fideicommissum grauari, vt hîc in tex. nostro. Et detrahetur legitima per hæredem filij ab intestato succedentem, sed non detrahetur Trebellianica, quia non debetur ex fideicommisso ad causas pias relicto, secundum Bar. & Doct. in d. l. Marcellus, ff. ad Treb. Et certè Bar. in d. l. Centurio. dicit, quòd intra pubertatem erit directa pupillaris. quem ibi sequitur Ang. idem Bar. in l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruc. leg. vbi refert sic pluries consuluisse, prout veraciter consuluit cons. 3. inc. Titius condidit testamentum. & cons. 24. inc. Viso testamento. & tenet Pet. de Anc. in c. cùm tibi, & c. Raynaldus, j. eo. & Paul. in d. l. precib. & cons. 98. incip. In casu præsenti. Nam in dictis verbis subauditur, quòd quandocunq; filius testatoris decesserit, fideicommissarij accipiant propria manu hæreditatem, & eam dent pauperibus.

BIU Cujas

l.alio.vbi gl.in fi.ff.de ali.le.& l.Proculus,ff.de vſuf. & l.Titia Seio,§.Titia,ff.le leg.2.& in auth.de ec.ti. §.ſinautem pro redemptione. Quod maximè eſt verum, quando dicta verba referuntur ad executorem ad pias cauſas: Quia actionem habet contra hæredē, ſi quis fuerit,quam actionem non habent cæteri executores,ſecundum gl. vbi Bar.in l.ſi quis Titio,ff.de leg.2.& not.in l.Lucius,§.Mæuia,ff.ad Treb. Bar.in l.ſi quis ad declinandam,vbi Bal.C.de epi.& cle. Bar. & Im.in l.illa inſtitutio,ff.de hær.inſt. & ſi nullus eſſet hæres,tales executores habentur loco hæredis. d. c.cùm tibi.ſecundum vnum intellectum. Ideo filio teſtatoris mortuo impubere ſine liberis,cùm nullus alter ſit hæres,tales fideicommiſſarij vocari cenſentur verbis directis,tanquam hęredes. Nam verbum accipiant, eſt verbum directum, ſonans quòd ſua authoritate capiant. & ſic cenſetur ſubſtitutio pupillaris directa filio moriente in ætate pupillari. Et idem eſſet, ſi diceremus dictum verbum accipiant, eſſe verbum commune: quia ſecundum opin. quam ſ. tenui, compendioſa facta per verbum commune, valet iure directæ pupillaris filio teſtatoris moriente pupillo. Sicut enim ſi dicta verba referrentur ad pauperes, viderentur ipſi fuiſſe hæredes inſtituti: ergo idem ſi referrentur ad eorum adminiſtratores, quales ſunt dicti executores. Cùm paria ſunt relinquere pauperib. vel eorum adminiſtratorib. intuitu pauperum. l. annua, §. Titia, ff. de an. leg. Or certum eſt, quòd ſi dicta verba relata forent ad pauperes, ſubſtitutio eſſet directa intra ætatem pupillarem, ergo idem in caſu noſtro, vt pauperes dicantur directò vocari, & locum teneant hæredis directi, ſecundum Bar. in d. conſ. 3. ad hoc facit, quia dato quòd hæc ſubſtitutio dici poſſet ambigua, ſeu facta per verba dubia, tamen interpretari debet directa, ſecundum Bal. in l. ſi quis ita, ff. de vſufr. & gl. in d. l. verbis, de vulg. & pup. Et eſt tex. in d. c. ſi pater, e. tit. lib. 6. Et tantò magis procederet hoc, vbi teſtator dixiſſet, quòd bona ſua dentur & diſtribuantur ſine vlla diminutione. Quo caſu etiam valeret intra pupillarem ætatem, vt directa pupillaris. Et idem dicendum ſi teſtator dixiſſet, bona mea omnia dentur, & diſtribuantur. Nam ex eo quòd dicit omnia, apparet, quòd nihil retineri voluit nomine pupilli, in pupillaritate defuncti. Et conſequenter voluit ſubſtitutionem fore directam, de cuius natura eſt, quòd nihil retineatur: ſed omnia ab ſubſtitutū perueniant. l. Iulianus, ff. de leg. 3. & ſic voluit legitimam filij tranſire ad pauperes. Quod non eſſet, ſi ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria, cùm non poſsit filius grauari in legitima per fideicommiſſum. l. quoniam in prioribus, C. de inof. teſt. ſecus per directam pupillarem. d. l. ex tribus, illo e. tit. Et multò magis hoc procederet, vbi teſtator dixiſſet, bona mea & filij, dentur pauperibus. Quia tunc per pupillarem ſucceditur in bonis pupilli. l. ſed & ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulg. & pup. ſed non per fideicommiſſum. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. ſecundum Sal. in d. l. precib. Præterea ſine dubio idem eſſet ſi teſtator dixiſſet, quandocunq; filius meus deceſſerit, relinquo bona mea pauperib. Chriſti, quæ vendantur, & inter eos diſtribuantur per executores meos, ſecundum Im. in d. c. cum tibi. Idem ſi dixerit, quòd bona venderentur per executores, & pretium daretur pauperibus, ſecundum Sal. in d. l precib. d. Ale. in d. l. Centurio. licet Bal. contrà, & malè ſecundum eos. Quia in his vniuerſalibus pretium ſuccedit loco hæreditatis venditę. l. ſi rem & pretium, ff. de pet. hær. & l. Imperator. §. fi. vbi Bart. ff. de legat. j. Nec eſt fienda differentia, an ſubſtitutio facta fuerit ſimpliciter modo prædicto, vel cum diſtributione ætatum, ſic dicendo, ſi filius meus intra pubertatem, vel poſteà deceſſerit, bona mea dentur pauperibus: quia vtroque caſu infra pupillarem ætatem erit directa, & poſt erit fideicommiſſaria, ſecundum Alex. in d. l. Centurio. & idem ſi dixerit, bona mea diſtribuantur. Nam licet teſtator in ſubſtitutione reſpexerit ad bona ſua, & ſic non comprehendit bona filij pupilli, propter quod non videretur facere pupillarem, quæ ſui natura comprehendit bona pupilli, vt d. §. ad ſubſtitutos. tamen erit directa ſubſtitutio, per tex. & quæ ibi decidit Bart. in l. ſi ita. §. qui filio. ff. de bon. poſ. ſecun. tab. Vbi ſubſtitutio facta per hæc verba, mihi ſit hæres, non minus eſt pupillaris, quàm ſi dictio mihi, non fuiſſet appoſita, vt plenè dixi ſ. in materia pup. ſubſt. in ij. princ. artic. in fi. vbi videatis. Quod puto verum, licet Saly. & Ale. inclinent in contrarium. Et procedunt prædicta, etiam ſi tempore mortis impuberis filij teſtatoris exequutores per teſtatorem nominati eſſent mortui, cùm eorum loco ſuccedat epiſcopus, ſecundum Ang. quem ibi ſequitur Alex. in d. l. Centurio. Quicquid dixerint Bal. & Sal. in d. l. precib. Et hoc verum, vbi ſubſtitutio modo prædicto facta fuit filio impuberi. Si autem facta fuiſſet adulto, eſſet fideicommiſſaria: quia iure pupillaris directæ non poſſet vltra pupillarem ætatem valere, ſecundum Bart. in quadam per eum diſputata quæſt. quæ incip. Filium adultum. Quæ omnia & ſingula ſupradicta fuerunt de mente Bart. in d. l. Centurio. vbi clarè concludit talem ſubſtitutionem filio teſtatoris pupillo factam eſſe pupillarem directam pu-
57 pillo moriente infra pubertatem. † Nam verbum, dentur, quod ſui natura eſt obliquum. l. fundi Trebatiani. ff. de vſufr. leg. non impedit quo minus ſubſtitutio valeat vt directa: quia hîc non denotat ſubſtantiā ſubſtitutionis, ſed modum exequendi eam, ſicut in d. l. ſi quis ad declinandam. vbi inſtitutio eſt directa: ſed modus eam exequendi eſt obliquus, vt ibi patet in verb. diſtributio. & in verb. aſsignatio. Quod eſt verum, ſecundum ipſum, vbi in teſtamēto dati fuerunt certi executores, qui, vt dictū eſt, habentur loco pauperum hæredum inſtitutorum. Secus ſi nullus datus eſſet ſpecialis executor. Idem tenet Bal. in d. l. ſi quis
58 ad declinandam. & Ale. in d. l. Centurio. † Sed quid ſi teſtator dixerit: volo, quòd bona mea vendantur, & pretium diſtribuatur inter pauperes: ſed non dixit per quem, ſed ſubiunxit quorū electio fiat per meos executores: vel dixit, bona diſtribuantur inter pauperes eligendos per meos fideicommiſſarios, ſ. executores? an talis ſubſtitutio ſit pupillaris filio moriente in pupillari ętate: ita quòd illa verba, per meos executores, referantur ad omnia præcedentia: quo caſu eſſet directa, vt dictum eſt. An verò ſolum electio pauperum pertineat ad executores, & venditio, & diſtributio bonorum remaneat diſpoſitioni iuris communis, & non ipſorum exequutorum, & ſic dicta ſubſtitutio ſit obliqua omni tempore. Et certè dicit Bart. in d. l. Centurio. quòd omni tempore fideicommiſſaria erit, quia qualitas quæ adiicitur determinato verbo per relatiuum, reſpicit ſolum ſuum antecedens. l. à filio. in fi. ff. de adi. leg. Or cum in caſu noſtro teſtator dixerit, quorum electio pertineat, &c. intelligitur quorum, ſ. pauperum. Nam ad id ſolum, vel ad participium eligendos, referuntur verba illa, per meos exequutores. facit l. filium. & quod ibi not. ff. vt in poſ. legat. Et ſic erit ſubſtitutio fideicommiſſaria, in qua

non

BIU Cujas

non veniunt bona pupilli testatoris filij in ætate pupillari defuncti, nec legitima in bonis testatoris ei debita l. quoniam in priorib. C. de inoff. test. Sed hæredes filij, qui per dictam substitutionem dicuntur per fideicommissum grauati retentis bonis ipsius filij in ætate pupillari, aut post defuncti, necnon retenta legitima de bonis patris, in qua grauari non potuit, vt hîc in tex. nostro. & d. l. quoniam in priorib. tenebuntur restituere residuum bonorum testatoris, seu dicta bona exponere venalia: vt pretium integrum exinde habitum detur pauperibus, nulla detracta Trebellianica, quæ de piis fideicommissis non debetur, secundum Bar. in d. l. Marcellus. ff. ad Treb. & ĵ. e. c. suo loco plenius videbitur.

SVMMÆ.

¶ Tractatus Fideicommissariæ substit.

1 *Fideicommissaria substit. quare fideicom. dicta. 2.*
3 *Fideicommissa vnde habuerint originem, & à quo sint ad necessitatem redacta.*
4 *Fideicommissa quibus verbis fiant.*
5 *Fideicom. subst. fieri debet verbis indirectis & obliquis.*
6 *Fideicom. an inducatur per verba adulatoria vel consilij.*
7 *Ecclesiis potest fideicommisso relinqui.*
8 *Cordigeris & aliis incapacibus relinqui non potest, nisi ad alimenta.*
9 *Fideicommissum quando censeatur relictum toti communitati aut singulis. 10.*
11 *Lignorum concessio per regem Tholosanis facta.*
12 *Tholosani milites & doctores facti consules portant barras aureas.*
13 *Fideicom. incapaci pro alimentis factum quomodo valeat.*
14 *Fideicommissa relinqui possunt in testamento, codicillis & ab intestato. 15. & 16.*
17 *Fideicommissum fit in testamento nullo.*
18 *Codicillaris clausula tacitè inducitur quatuor modis.*
19 *Fideicommitti potest ab intest. tota hær. etiam res aliena.*
20 *Fideicommitti an possit in don. cau. mor. aut inter viuos.*
21 *Donatario secundo quæritur actio ex pacto donatoris cum primo.*
22 *Fideicommisso in donatione inter viuos relicto non detrahitur Falcidia, nec Trebellianica.*
23 *Donatoris pœnitentia an reuocetur ius tertio quæsitum.*
24 *Iuramentum omnes contractus sui natura reuocabiles, facit irreuocabiles.*
25 *Grauari potest cui quid relictum est.*
26 *Ecclesia soluit tallias in casu.*
27 *Onerari quando non possit qui honoratus est.*
28 *Substitutus exhæredati grauari non potest legatis, nisi in casibus. 29. & 30.*
31 *Elector honorans non potest onerare.*
32 *Collator beneficij nihil oneris potest imponere.*
33 *Beneficia conferri debent sine diminutione.*
34 *Ecclesiarum reparationem curare regum est. 35.*
36 *Ecclesiis Galliæ nullum onus imponi potest etiam per papam.*
37 *Pensio præsumitur iniustè ecclesiis imposita.*
38 *Excommunicatio iustissimum inducit metum.*
39 *Decretum irritans afficit titulum & possessionem.*
40 *Laicis etiam spiritualia committi à papa vel concilio.*
41 *Doctori narranti quid, creditur.*
42 *Leges inter canones registratas non potest Imperator reuocare.*
43 *Priuilegia propter seruitia maximè regnis concessa non possunt reuocari.*
44 *Pragmaticæ quare non debuit renunciare rex Ludouic.*
45 *Appellari à papa an possit ad futurum generale concil.*
46 *Baluæ episcopi insolens bestialitas.*
47 *Conciliorum executores sunt principes.*
48 *Archiepiscopus non cognoscit in diœcesi suffraganei, nisi vbi excessus est notorius.*
49 *Iudex secularis potest ecclesiastico inhibere ne suam iurisdictionem turbet, & econtrà.*
50 *Inquesta facta super non admittendis articulis, recipitur, si faciat ad decisionem causæ.*
51 *Curia mercatorum iudicat sine apicibus iuris.*
52 *Solennitas excussionis ciuilis non seruatur iure canonico.*
53 *Honorantes clericos in collatione beneficiorum, eos onerare non possunt.*
54 *Pensio quando iustè imponatur ecclesiæ.*
55 *Papa de plenitudine potestatis pensionem an ecclesiæ imponat.*
56 *Ecclesiæ potest onus imponi per fundatorem.*
57 *Onerare quando quis possit eum quem non honorauit. 58. & 59.*
60 *Testator non potest quem plus grauare quàm honoret, nisi in casibus. 61.*
62 *Fideicommis. substitutio fit purè & conditionaliter.*
63 *Fideic. purum transmittitur etiam ad extraneos. 64.*
65 *Fideic. non agnitũ transmittitur, sed nõ hær. d. non adita.*
66 *Fideicommissum tacitum non agnitum an transmittatur.*
67 *Fideicommissum vniuersale cedi non potest. 68.*
69 *Transmissibile omne an sit cessibile.*
70 *Fideic. purum transmittitur, non conditionale. 71.*
72 *Fideicommissa omnia expirant si hæreditas non adeatur, nisi in casibus. 73.*
74 *Fideicommissarius cogere potest hæredem adire.*
75 *Hæres etiam incapax adire cogitur per fideicomissarium.*
76 *Fideicommissum an restituant qui propter indignitatem hæredis ab intestato succedunt.*
77 *Fideicommissariorum quisque cogere potest hæredem.*
78 *Hæres qualiter adire cogatur hæreditatem fideicom. restituendam. 79. & 80.*
81 *Sui hæredes etiam coguntur adire fauore fideicom.*
82 *Hæres etiam repudians cogitur adire officio iudicis, & restituere. 83. & 84.*
85 *Trebelliani quinque remedia pro fideicommissis.*
86 *Trebellianicam non retinet hæres coactus adire.*
87 *Socius non habet partem lucri quod alter suo periculo quæsiuit.*
88 *Fideicommissarius quomodo cogat hæredem purè vel sub conditione institutum. 89.*
90 *Nomen & arma testatoris portare grauatus hæres si nolit, quomodo restituat.*
91 *Nomen testatoris prius sumere debet hæres grauatus, quàm adire.*
92 *Hæres purè institutus & sub conditione rogatus quomodo restituat.*
93 *Fideicommissum cedi non potest, nec donari, sed hæredi potest remitti. 94.*
95 *Pacto remitti potest fideicommissum sine iuramento.*
96 *Substitutio directa an pacto remittatur.*
97 *Fideicommissi remissio quando non valeat.*
98 *Pactum de futura successione quando non valeat, etiam cum iuramento.*
99 *Pupillaris substitutio an remitti possit.*
100 *Exemplaris subst. an pacto remitti possit.*
101 *Iuri de futuro renunciatur cum iuramento.*
102 *Pactum de non succedendo viuenti an valeat cum iuramento.*
103 *Iuramentum administratoris non tollit domino ius substit.*
104 *Directa substitutio non remittitur solo pacto, secus in fideicommissaria. 105.*
106 *Fideicommissum simplici pacto quando verè remittatur.*
107 *Fideicommissi simplex remissio vel renunciatio non valet. 108. 109. & 110.*
111 *Clausula generalis quitantiæ ad ea non refertur, quæ ex testamento pendent.*

BIU Cujas

112 *Renuncians omni iuri quod habet & habere sperat, non comprehendit ius quod postea superueniet.*
113 *Fideicom.in alienatione tacens non renunciat.*115.
114 *Fideicommissi conditione pendente non potest eius alienatio impediri.*
116 *Fideicommissi simplex renunciatio ipsum non tollit, nisi in casibus.*117,& 118.
119 *Confessio extraiudicialis geminata valet.*
120 *Fideicommissi remissio non valet,nisi visis & intellectis verbis testamenti.*121,& 122.
123 *Transactio super contractu inter viuos non visis verbis contractus valet.*
124 *Fideicommissum incognitum quando censetur remissum.*
125 *Vidisse quando censeantur partes verba testamenti.*
126 *Intelligere præsumitur,qui dicit se vidisse.*
127 *Notarium præsumitur omnia verba partibus declarasse.*
128 *Testamenti verbis non visis quando valeat pactio.*129.
130 *Iuramentum,sententia,& transactio æquiparantur.*
131 *Fideicommissi pactio quando valeat visis verbis testamenti.*132.
133 *Legibus prohibitiuis renunciari non potest.*
134 *Renunciatio generalis facta cum iuramento quid operetur.*
135 *Pactum inter hæredem & creditores, non visis verbis testamenti an valeat.*
136 *Fideicommissa particularia.*
137 *Legatum duobus modis accipitur.*
138 *Legata olim quomodo fiebant.*
139 *Legatariis tres competunt actiones.*
140 *Legatum quid.*
141 *Legatum non requirit præsentiam legatarij.*
142 *Legatum præsenti factum per verbum,dono,an valeat.*
143 *Fideicommissum particulare quid.*
144 *Legata sunt hodie exæquata fideicommissis.*
145 *Legatum capi non potest propria authoritate,nisi in casibus.*146.
147 *Legitimam an possit filius capere propria authoritate.*
148 *Pœnæ occupantium possessiones locum non habent in Gallia.*
149 *Fideicommissarius tres habet actiones sicut legatarius.*
150 *Legatæ rei dominium transit rectà in legatarium, nisi in casibus.*
151 *Hypothecaria competit legatario.*
152 *Hypotheca quam habet legatarius est tacita.*
153 *Dominium alienæ rei legatæ non transit in legatarium sine traditione.*
154 *Legatario qualiter tres competant actiones.*
155 *Legatario quando non competant tres actiones.*
156 *Clausula guarentigiæ an exequi possit contra quoscunque debitoris successores.*
157 *Legata in testamento imperfecto relicta non debentur,nisi in casibus.*
158 *Clausula codicillaris operatur validitatem legatorum in testamento imperfecto relictorum.*
159 *Mendacium hæredis validat legatum.*160.
161 *Jurare cogitur reus etiam actore nil probante.*
162 *Iuramentum delatum quando non potest referri.*
163 *Mendacium quid,& quomodo puniatur.*164.165.166.167,& 168.
169 *Fideicommissum quando debetur ex testamento minus solenni.*170.
171 *Testator qualiter committere possit suam voluntatem soli fidei hæredis.*
172 *Legata iuramẽto solui promissa ex testamento inutili debentur.*
173 *Liberatio legata valet in testamento inutili.*
174 *Relictum ex inutili testamento,quòd hæres postea agnouit,& soluere promisit,valet.*
175 *Legata testamenti inualidi scienter soluens an sibi præiudicet.*176.
177 *Argumentum de re ad locum.*
178 *Tacita testamenti approbatio & expressa differunt.*
179 *Tacita testamenti approbatio an obliget ad soluendum in futurum.*180.
181 *Triennalis præstatio quid operetur.*182,184,185,186,187 188,& 189.
183 *Ter citari debenti non satis est vna peremptoria pro tribus.*
190 *Trina solutio an obliget in futurum.*
191 *Legata & fideicom.an habeant executionem paratam.*
192 *Instrumenta non habent executionem paratam.*
193 *Iuramentum habet paratam executionem.*
194 *Legata quomodo sint hodie petenda.*
195 *Procuratorum animarum officium.*
196 *Legitima debetur beneficio legis non testatoris.*
197 *Hæreditas quæ priuatur hæres propter legata non soluta,cui applicetur.*
198 *Hæres voluntatem defuncti non implens,vt priuetur hæreditate,quid requiratur.*
199 *Monitio qualis hæredi fieri debet antequàm priuetur.*
200 *Piis legatis soluendis nulla opus est monitione hæredis.*
201 *Monitio iudicialis hæredi de soluẽdo facta vnica sufficit.*
202 *Annus à die monitionis labi debet antequàm hæres priuetur.*
203 *Hæres monitus per iudicem non implens lapsu anni est eo ipso priuatus.*
204 *Hæres non implens priuatus,an etiam prælegata perdat.*
205 *Hæres non satisfaciens priuatur, etiam si testator alioqui etiam eum instituisset.*
206 *Cohæres cum iuramento quittans,si alter priuetur,petit.*
207 *Hæres etiam clericus & ecclesia voluntatem defuncti non implens priuatur.*208.
209 *Hæres voluntatem defuncti non implens quando non priuetur hæreditate.*& 210,211,212,213,214,215,216 217,223,224,& 226.
218 *Testator tripliciter indicere potest pœnam hæredi voluntatem eius non implenti.*219,220,221,227,& 228.
222 *Statutum excommunicans canonicum non residentem non habet locum,nisi monitus sit.*
225 *Iuramentum non defertur in pœnis in supplementum probationis.*
229 *Pœna per testatorem hæredi imposita, si quid non impleat,an valeat.*
230 *Vsura est quicquid vltra sortem præstatur.*
231 *Legatarius cui quid sub pœna est legatum, si decedat, non transmittit ad suos pœnam,sed solùm legatum.*
232 *Legata seu fideicommis.particularia in quo differunt ab vniuersalibus.*

¶ Tractatus Fideicommissariæ substit.

1 SExta substitutio & vltima dicitur fideicommissaria, à fide hæredis sic dicta.†Nam in hac substitutione fides hę redis simpliciter eligitur,cùm à testatore de restituenda hæreditate gratiosè rogatur, aut rigorosè, & interdum sub pœna grauatur : putà si testator dicat, Lucius Titius hæres esto. & rogo vel grauo te Luci Titi, vt cum primum poteris hæreditatem adeas, eam Caio Seio reddas,& restituas. Per talia enim verba, vel similia restitutio hæreditatis prout testator intelligebat & volebat, commissa est hæredis fidei, ita quòd Lucius Titius hæres erit, & Caius Seius dicitur fideicommissariè substitutus, indéque substitutio fideicommis.appellatur

BIU Cujas

latur, quasi voluntas testantis fidei hæredis commissa fiducialiter dicitur, & etiam quia effectus substitutionis, & commodum substituti à fide pendet hæredis. Vnde hæres fideicommisso grauatus vocatur hęres fiduciarius. l. si postulante. in fi. ff. ad Treb. † Ideo tales 2
substões cõi eloquio fideicommissa appellantur, quorum apud veteres aliter se habebat tractatus. Sciendum itaq; est omnia fideicommissa primis olim temporib. infirma fuisse: quia nemo hæredum inuitus prę stare cogebatur aut restituere id de quo rogatus erat. † Et originem (licet tunc inutilem) sumpserunt, quia 3
quib. non poterat testator hæreditatem vel legata relinquere, putà spuriis, vel cęteris incapacib. personis, quib. de iure vltra pabulum vel dotem de paternis bonis nihil debetur. c. cùm haberet. de eo qui du. in maquam prius pol. per adul. & plenè Bar. in l. fi. ff. de his quib. vt ind. si forsan eis aliquid patres clàm vel tacitè relinquebant, eorum fidei committebant, qui capere poterãt ex testõ hæreditatem. Deinde vulgò ad alios plures, hæreditatum etiam & legatorum capaces ex vsu protractum fuit, vt restõem hæreditatis aut legatorum fidei committerent hæredis, qui sæpius fidem fallendo rogatum non restituebat, minusq; id facere vrgebatur: ob quod fideicõmissa appellata sunt, quia nullo iuris vinculo, tantum pudore eorum qui rogati erant, continebantur, adeò quòd si rogati non restituebant, nullatenus vrgebantur. Postea diuus Augu- 6
stus semel cum Lucius Lentulus, ex cuius persona fideicommissa effectum sortiri cœperũt, in Aphricam decederet, ab Augusto petisset per fideicommissum aliquid fieri, & Augustus eius voluntatem implesset, ac deinceps reliqui eius authoritatem sequuti fideicommissa pręstarent, iterumq; gratia personarum nedum spuriorum sed capacium motus, & quia per ipsius salutem, vel alterius iuramenti vinculo interdum hæredes rogabantur, necnon ob insignem quorundã rogatorum perfidiam: considerans graue esse fidem fallere, iussit Consulib. authoritatem suam interponere: quod quia iustum videbatur, & populare erat, seu populo expediẽs, paulatim cõuersum est in assiduam iurisdõem, vt. s. quotidie ius de hoc redderetur: tãtusque fideicõmissorum fauor factus, vt paulatim etiam prętor proprius crearetur, qui de fideicommissis ius diceret, quem fideicõmissarium appellabãt. ff. de ori. 7
iur. l. 2. §. diuus deinde. Vnde ex post vsus viguit fideicõmissorum, prout viget de præsenti: cũ & si à fide rogatorũ hęredũ prima fideicõmissorum cunabula nomen & substantiam acceperint, hodie ad necessitatẽ 8
iuris diuus Augustus illa detraxit, vt eleganter dicit tex. iuncta gl. in §. j. Inst. de fid. hær. & declarat Ale. in
4 l. j. col. 4. ff. de le. j. † Et fieri possunt hæc fideicommissa verbis quibuscunque: veluti deprecatiuis, vel præceptiuis, prout sunt verba rogo, deprecor, peto, requiro, volo, mando, iubeo, præcipio, fideicõmitto, quòd hæreditatem restituat, &c. prouiso tamen, quòd verba fideicõmissorum executiua sint obliqua seu indirecta, prout est verbũ restituat. vel cõia qualia sunt verbum, succedat, hîc in tex. positũ, & plura alia, de quib. per Bar. in l. Centurio. ff. de vul. & pu. & dixi plenè in
5 verb. *eidem impub. succed.* vbi videatis. † Nã hęc substõ nunquã valeret, nisi indirectè, s. de manu alterius hæreditatem capiendo, vt j. dicetur, sicut hîc fuit secundum gl. Nã sicut directa substitutio fit quando verba sonãt quòd quis hæreditatẽ capiat manu propria, ita etiam fit hæc indirecta substitutio, seu fideicom. vniuersale, quãdo eius verba sonãt, quòd substitutus hæreditatẽ capiat de manu alterius, sc. de manu hæredis directi. hęc enim verborũ forma est propriè & strictè forma substitutionis fideicommissariæ. l. ex facto. §. ex fact. & §. fi. & §. si quis rogatus. ff. ad treb. si quis tamẽ substituerit directò & per fideic. erit in electione sua, quã viam eligat, vt dixi s. in materia substit. breuil. de illo qui substitutus fuit vulgariter, pupillariter, & per fideic. quia in eius erit electione ex qua substõne veniat. Idẽ si testator dicat, instituit & substituit, secundum Bar. in l. recusare. §. Titius. ff. ad treb. Si. n. substitutio fieret per verba sui natura aut ex mẽte & voluntate testatoris directa, qui naturã & significatum verborum alterare potest, vt ibi plenè dixi: talis substitutio non esset fideicõmissaria, sed esset directa, vel nulla: vt dixi plenè s. in materia compend. subst. verbis directis factæ. Sed restat hanc fideicommissariam substitutionem quibuscunq; verbis, dum tamen indirectis, fieri posse, vno aut plurib. simul. Nã tantum valet altero solo verbo facta, ac si omnia verba simul iũcta fuissent, vt dicit tex. in §. fi. inst. de sing. reb. per fid. rel. Quia omne verbum significans legitimum testatoris sensum, legare vel fideicõmittere volentis, vtile atq; validum est, siue proferatur à testatore simpliciter, siue cum iuramẽto. l. 2. C. com. de leg. dummodò talia verba sint dispositiua, quę semper fideicommissi petitionem inducunt, siue dirigantur ad hęredem grauatum, siue ad fideicommissarium honoratũ. l. peto. §. j. ff. de leg. 2. † secùs si essent verba consilij vel adulatoria, quæ nihil operantur. l. generali. §. j. ff. de vsufr. leg. Cùm potius censeantur enunciatiua, quã dispositiua, iuxta plenè no. p Bar. in l. ex hac scriptura. ff. de don. & text. & doct. in c. si papa. de priuil. lib. 6. & est bon. tex. in §. cæterum. Inst. de test. mil. videatis in l. vnum ex familia. §. fi. & l. cum pater. §. mando. & vtrobique Bar. ff. de leg. 2. Requiritur tamen, quòd fideicommissariè substitutus, seu fideicommissarius capax existat hęreditatis capiendæ, & sic habeat testamenti factionem passiuã. Qui autẽ sunt illi qui non habent, ponit gl. in §. legati. Insti. de leg. Pariter necesse est, quòd fideicommittens habeat testamenti factionem actiuã, aliàs substituere non posset. Et qui sunt illi ponit gl. in l. si quæramus. ff. e. & Pan. s. in rub. Omnib. ergo capacibus fideicommissum relinqui potest, siue fuerint personæ singulares, siue communitates, & collegia. † Nã ecclesiis & cęteris piis locis possunt indubitanter fideicommissa relinqui. l. j. C. de sa. san. ec. necnon communitati clericorũ alicuius loci secularium vel regularium, nisi essent cordigeri, quib. aut aliis incapacib. relinqui non potest, † Prętereà causa alimentorum, quę cuicunq; licet incapaci relinqui possunt, secundum Bar. in l. seruos. ff. de adi. leg. & l. fi. ff. de his quib. vt ind. Et sanè intelligatis, quòd bona illis talib. relinqui non possunt, s. vt illa retineant, tamen ex tali legato dominium eis quãuis incapacib. acquiritur, vt illa vendãt, & pretium in alimenta, aut aliã necessitatem collegij conuertãt, secundum Bar. Ale. & doct. in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j. quos sequitur Pan. in c. recolentes. de sta. mo. vbi in fi. dicit, quòd si emptorem non reperirent, tenerẽtur bona illa dare pro Deo, vel aliter extra manus ponere, & penitus dimittere. Similiter potest fideicommissaria hæreditas relinqui collegiis secularibus, putà ciuitati, villæ aut castro, sub nostra tamen editione existentib. l. omnibus. ff. ad treb. Quo casu peti poterit fideic. hęreditas per syndicum communitatis illius, & commodum fideicommissi pertinebit communitati, vt ibi plenè not.
9 sc. si communitati, vt cõmunitati relictum fuerit. † Si autem relinqueretur sic: relinquo omnib. hominibus

ciuita

ciuitatis Caturci, vel Toloſę: tunc videretur fideicommiſſum relictum ſingulis habitatorib. ciuitatis, & non
10 communitati. l. j. in fi. ff. de col. il. † Idem ſi teſtator diceret: relinquo religioſis talis cõuentus, vel relinquo priori & religioſis, aut decano & canonicis: quia cum in hoc regno Franciæ ex generali cõſuetudine dignitates in eccleſia cathedrali non debeantur niſi canonicis eiuſdem, Quæ conſuetudo valet, ſecundum In. & Hoſt. in c. tua. de his quæ fi. à præl. ſine conſ. & Arc. 60. diſt. c. hi. Quib. caſibus debebitur non eccleſię, vel conuentui, ſed decano, & canonicis, vel priori & religioſis: ita quòd duobus vlt. caſibus decano vel priori debebitur duplex portio, vna, ſ. tanquam decano vel priori, & alia ei debebitur tanquam vni de cęteris religioſis, vel canonicis, l. qui Marco, ff. de adi. leg. ſecundum Bal. in l. ſi conſul, ff. de adop. licet in contrarium (ſc. quòd ei non debeatur niſi vnica portio quanta & vni de cæteris religioſis) videretur tex. in l. cohæredi, §. qui diſcretis, ff. de vul. & pu. & l. alimenta, §. baſilicę, ff. de ali. & ci. le. & per Cy. in l. cum quęſtio, C. de leg. Sed ibi relicta fuerant alimenta, quæ reiterationem non capiunt. videatis Phil. Fran. in c. j. §. fi. in fi. de cle.
11 non reſi. lib. 6. † Ad hoc facit quod eleganter de ciuitate noſtra Toloſæ decidit Io. de Pla. per illum text. in l. maior, C. de dign. libr. 12. vbi dicit: Rex conceſsit militib. Toloſanis x. quadrigatas lignorum ex quadam foreſta, & tantundem conceſsit conſulib. Toloſæ. Certè miles effectus conſul xx. habebit quadrigatas, & ſic duplicem portionem. Nam quoties teſtator alicui perſonæ prouidere vult ex diuerſa ratione, vt in caſu iſto, repetitio eſt vtilis ſecundum eum ibi, & in l. his ſcholarib. C. de erog. mil. an. lib. 12. & eandem diſpoſitionem locum habere putarem in doctoribus militibus æquiparatis, per ea quæ poſt elegantem diſputationem decidit Ale. in l. Centurio, ff. de vulg. &
12 pup. & dixi in verbo, *teſtamentum*, j. † Tum videmus, quòd ſicut miles effectus Conſul, ſeu dominus de Capitolio Toloſæ portat ſuper toga barras deauratas, vbi cęteri portabant argenteas: ſic etiam Doctor conſul effectus eas portabit aureas, & ita ſeruatur in dicta ciuitate. Vnde ad propoſitum veniẽdo, antequam fideicommiſſum dicatur ciuitati vel alteri communitati relictũ, requiritur quòd relinquatur per aliquod nomen communitatem deſignans, ſecundum Dy. Nicol. de Neap. & Ale. in d. l. omnib. Facit tex. in l. ciuitatibus, ff. de leg. j. vbi relinqui ciuitatib. poteſt quod ad ornatum, vel honorem aut diuiſionem ſingulorum pertinet. Vbi gl. dicit quòd etiam pro ludis in ciuitate anno quolibet faciendis relinqui poteſt, prout illuſtris mulier illa fecit domina Clementia ditiſsima ciuis Toloſana, quę ad iuuenes incitandum ornatè cultoque ſermone loqui, nonnullos reliquit ciuitati reditus, è quib. anno quolibet tres fiunt argentei flores, ſ. anglentina, violeta, & gaudiũ deaurata, iij. die Maij, in Capitolio vrbis præſente ſenatu tribus iuuenibus per cancellarium artis illius magiſtrorum conferendum, qui ſubtilius die j. menſis prędicti & ornatius dictauerint. Qui demum magno cum equitatu & pompa die Aſcẽſionis Dominicæ vehuntur per ciuitatem iocundè cum triumpho & ingenti gaudio. Ex quo plures ad bene rectéque loquendum, ſcribendum, & legendum vires ſuſceperunt. Ad hoc facit l. j. de exp. lud. C. lib. xj. & l. j. C. de maium. e. libr. & quæ dixi ſu-
13 per verb. *reliquit*. † Sanè tamen intelligatis quod ſ. dixi, quòd ñdeicommiſſum relictum incapaci cauſa alimentorum valet, ſ. quo ad neceſſariam quantitatem pro alimẽtis, & non vltra. Ideo ſi hęres rogaretur hęreditatem reſtituere incapaci vel indigno, veluti ſpurio aut deportato, cauſa alimentorum & pro alimentis, talis ſubſtitutio ſeu fideicõmiſſum non valeret in toto vltra ſufficientiã alimentorũ. Quinimò vbi talis incapacitas procederet culpa fideicommiſſarij, cui fideicõmiſſum relictum eſt, tunc fideicõmiſſum applicaretur fiſco, quatenus ſufficientiam excluderet alimentorum, per reg. dicentẽ, quòd ea quæ auferuntur ab indigno, applicãtur fiſco. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inof. teſt. Si autem incapacitas nõ procederet culpa ſeu facto fideicõmiſſarij, tunc hęreditas vel relictum applicaretur hæredib. teſtatoris, penes quos remaneret. Et illis deficientib. deberetur fiſco tanquam vltimo hæredi, ſecundum gl. & doc. in l. ſi pater. C. de hær. inſt. & Bar. in l. aufertur. ff. de iu. fiſc. & dixi plenè in ver. *condidit, ij.* videatis Io. Fab. in §. & ne huius. inſt.
14 de eo cui lib. cau. bo. adiic. † Et poſſunt hęc fideicommiſſa relinqui per vnumquenque capacem in teſtamento, vel extra teſtamentum, aut morientem ab inteſt. Primò enim relinqui poſſunt in teſtamento expreſsè, vt hîc fecit. & poſtquã ſcripſit hęredem, dicat, & hæredem meum rogo, vel fidei eius cõmitto, quòd meam hereditatem reſtituat vel partem, tali: quo caſu neceſſe habet teſtator hæredem priùs inſtituere, vt dictum eſt, vel primò eius fideicõmittere, & poſtea hæredẽ eum inſtituere. Alioquin inutile eſſet teſtamentum in quo nemo hæres inſtituitur. l. j. ff. de vul. & pu. & l. fi. ff. de iu. cod. & ita in propriis terminis dicit tex. in §. in primis. inſt. de fideic. hær. & intelligatis, quòd tunc inutile eſt teſtamentum, vt teſtamentum. tamen valebit dicta ſcriptura, vt codicillus, quia poſtquam in eo nemo reperitur hæres inſtitutus, præſumitur, quòd ille diſponens codicillari voluerit, potius quã teſtari. l. nõ codicillum. C. e. circa quod videatis quæ
15 ſcripſi ſ. in ver. *teſtamentum, iij.* in pr. † Poteſt & ſecundò, teſtator non in teſtõ fideicommiſſariam ſubſtitut. facere, ſeu fideicommiſſum relinquere, ſed extra teſtamẽtum, putà in codicillis: veluti ſi teſtator in teſtõ hęredem inſtituerit, ita quòd omnino vtiliter teſtatus fuit, & ante teſtamẽtum vel poſt codicillos fecerit, in quib. hæredem in teſtõ fiendo inſtituendum vel iam facto inſtitutum rogauerit alteri hæreditatem reſtituere. Nã eo caſu hæres in teſtõ inſtitutus tenebitur teſtatoris voluntatem adimplere in codicillis cõten-
16 tam, vt d. §. in primis. † Pariter vt dixi, & tertiò poteſt moriens ab inteſt. hanc fideicommiſſariam ſubſtitut. facere, ſ. nullo per eum condito teſtamento, principaliter ſolum & duntaxat codicillos faciendo, in quib. hęredes ab inteſt. ſibi ſuccedentes roget hęreditatem ſuam alicui reſtituere, vel partem illius, aut certã par-
17 ticularem rem. Inſt. de fideic. hær. §. præterea. † Et interdum ab inteſt. moriens poteſt hanc ſubſtit. facere in teſtamento nulliter facto & inutili ex defectu ſolennitatis, ſi in eo clauſulam appoſuerit codicillarem, ſic dicendo: ſi teſtamentum meum non valeat iure teſtamenti, volo quòd valeat iure codic. Nã talis teſtator propter teſtamenti nullitatem, vt quia fortè in eo præteritus fuit teſtatoris filius, vel debitus non interfuit teſtium numerus, deceſsiſſe dicitur inteſtatus. inſti. de hær. quæ ab int. def. §. j. tamen quia in tali teſtamento inutili inſerta fuit expreſsè clauſula codicillaris, videntur ex hoc hæredes ab inteſt. ſuccedentes rogati hæreditatem reſtituere hæredi inſtituto in tali teſtõ nullo & inualido: & ſic hæres qui fuerat in tali teſtamento directè inſtitutus, erit medio clauſulę co-
18 dicillaris per fideicom. ſubſt. † Et idem pariter eſſet, ſi in teſtamento inutili non fuerit clauſula codicillaris

exp

BIU Cujas

expresse posita,sed tacitè subintellecta, quod sit qua drupliciter. Primò,ex verbis æquipollentib.in testamento appositis. Secundò, ex iuramento testatoris. Tertiò ex ardore amoris, quem testator habebat ad hæredem in testamento inutili institutũ,vel ad fideicom.aut legat. Quartò ex patrię statuto vel consuetu
23 dine,vt latè declaraui s.in verb. *testamentum,tij.* Nam ex quib.inducitur clausula codicillaris,ex eisdem per consequens inducitur fideicommissaria substitutio, seu fideicommissum, vt ibi plenè videatis. Si autem in testamento inutili apposita non esset clausula codicillaris,nec subintellecta,non deberetur fideic.ex testamento solennitate carente, nisi in casib.de quib.j.
19 dicam tractando de fideicommissis particularib.† Restat ergo, quòd à venientib.ab intest. etiam relinqui potest fideic. totius hæreditatis, aut partis vel alicuius rei particularis,& non sine causa. Quoniam testator nullum condendo testamentum satis videtur sua sponte ab intestato succedentib.suam hęreditatem relinquere,postquam alium non fecit hæredem.l.consiciuntur.ff.de iu.cod. Vnde cùm relinquendo ei hęreditatem satis eos honoret,etiam eos onerare poterit & grauare de illam restituendo, vel partem, aut rem particularem propriam testatoris,vel ipsorum hęredum.l.vnum ex familia.§.si rem.ff.de lega.2. vel rem penitus alienam,Inst.de leg.§.non solùm.& §.potest. Inst.de sing.re.per fideic.relic.de quo plenè in l.cùm rem alienam.C.de leg. Panor.& Doct.in c.filius.s.e.
20 † Et sicut potest quis hæredem suum grauare in testamento,vel ab intest.in codicillis,onere fideicommissi,fideicommissario restituendi: sic etiam grauare potest illum,cui causa mortis bona sua donauit,vt illa, vel partem illorum,aut rem particularem alteri restituat.l.cùm hi.§.idem erit.ff.de transa.l.cum pater.§. eorum.ff.de leg.2. & est bo.tex.illo e.ti.l.vt hęredib. & l.j.§.fi.C.de cad.tol.facit l.ab eo.C.de fideic.& l.j. C.de do.cau.mor. de donatione aũt inter viuos habemus tex.sing.in l.quoties.C.de don.quæ sub mod.Facit l.in donationib. C.ad l.Fal. tangit Bal.in l.filium. C.fam.er.& Bar.in l.si mulier.§.j ff.de leg.3.vbi dicit, quòd quoties donatio inter viuos facta non valet ab initio,sed morte donatoris confirmatur,est idem dicendum, sicut in ipsa donatione causa mort. Sed vbi donatio valet ab initio, ita quòd robur non capit à morte donatoris,nec eam requirit pro sui confirmatione, tunc in tali donatione fieri non potest hæc fideicommissaria substitutio,nec valeret fideic. Posset tamen donator tempore donationis donare alicui bona sua,& secũdo loco alteri,& deinceps,cui post certum tempus aut cõditionem vel post mortem donatoris bona donata tradantur,&restituantur: quo casu ex tẽpore donationis ius acquiritur secundo,vel tertio,& deinceps donatario: cui etiã acquiritur ex nunc actio,sed executio differtur,donec post tẽpus expres-
21 sum per donatorem. † Et est mirabile,quia quæritur actio secundo donatario ex pacto facto per donatorẽ cum primo donatario,per tex.ad hoc sing.in d.l.quoties.contra reg.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de ver.ob. & §.si quis alij.Inst.de inut.stip. Et adueniente conditione adiecta in donatione tenebitur primus donatarius,vel eius hęres bona donata restituere illi secundo donatario: & ille deinceps tenebitur iuxta dona-
22 toris voluntatem,vt d.l.quoties. † Nec ad causam illius restitutionis fiẽdæ ex donatione inter viuos,quæ pro sui validitate mortem donatoris non requirit,poterit donatarius de bonis donatis per eum restituendis detrahere Falcid.nec Trebellianicam.l.si vsusfructus.§.dos.vbi Bar.ff.ad l.Fal.gl.& Doct.in d.l.in donationib.C.illo e.tit. Et notetis illum tex.in d.l.quoties.quia dico vobis,quòd notandus existit.Nã commendatur ab omnibus in eo,quòd vltimo substituto queritur vtilis actio ex simplici pacto dõatoris:quod
23 est exorbitans à communi regula. † Et inde est quòd Bar.decidit sing.in l.q. Romæ.§. Flauius.ff.de ver.ob. quòd cũ in casu d.l.quoties. ius quæratur tertio, sola opera & facto donatoris,cui è poterit donator illud ius tertio quæsitum pœnitendo tollere,& onus restituendi remittere donatario,per text.l.3.ff.de ser.exp. idem dicit Bal.per illum tex.l.j.C.si man.ita fue.al.vt manu.vbi alienans seruum cũ onere quòd manumittatur,poterit pœnitendo reuocare, & remittere emptori vel donatario illud onus manumissionis,quam uis libertas quæ ex pacto debebatur,sit pĩa causa. Ex quo dicebat idem Bart.& sing.in d.§.Flauius.quòd si donatum fuit alicui, vt post tempus tale donatũ pertineat ecclesiæ,licet ecclesiæ fuerit actio vtilis quęsita ex illo pacto,per d.l.quoties.tamen poterit donator talem restitutionem ecclesię fiendam reuocare in fauorem donatarij grauati,sicut posset quilibet testator aut mortis causa donans vsque ad mortem.Sed aduertatur,quia multi & *magis cõtter* Doct.tenẽt in hoc contra Bar.dicentes,quòd in casu isto pactum de restituendo in donatione appositũ non est modò reuocabile ad nutũ donatoris,ac si in testamento vel causa mortis donatione fuisset adiectũ. Imò sicut semel perfecta donatio conditionem non recipit, & minus reuocationem à solo donatore. l.perfecta. C.de don. quę sub mod.sic etiam non potest donator onus donationi adiectũ tollere in tertij præiudicium, cui per d.l.quoties.fuit semel ius quæsitũ & actio vtilis. Nec obst.iura per Bar.alleg.quia ibi alienãs seruum cum onere manumissionis, ideo potest tale onus manumissionis reuocare & tollere,quia nihil in hoc præiudicatur seruo,cui cum sit cuiuscunq; acquisitionis incapax,nihil de iure acquiri potuit.sed in casu d.l.quoties.ius erat semel quęsitum vlteriorib.donatariis per illum tex.not.quod quidẽ ius tolli non potest eorum præiudicio,præsertim si quæsitum foret ecclesię,quę capax est acquisitionis,imò summè priuilegiata ĩ suis acquestis.l.j.& l.fi.C.de sacros.ecc.& c.ex literis.de consue.& ita contra Bar.tenent Io.An.in add.Spe.ti. de instr.ed.§.nunc aliqua. Pau.in d.§.Flauius.& l.insulã.§.fi.ff.sol.ma.per illum tex.& per tex.no.in l.fi. ff.de pact.idem tenet Saly.in d.l.quoties.& d.l.j.C.si man.ita fu.al.& Lud.in l.si pecuniam in pr.ff.de cõd. cau.da. Et si quispiam sustinere vellet opi.Bar.s.quòd talis substitutio reuocari possit,deberet eum intelligere vbi ius non foret tertio quęsitum ex nudo & simplici donatoris pacto,secundũ terminos d.l.quoties. secus aũt esset, si ille tertius cui ius venit quærendum tempore quo sibi quęritur,esset præsens & stipulans: vel in sui absentia aliquis, putà notarius, vt publica persona,pro ipso stipularetur:Quia tũc cùm pactum donatoris non sit nudum,imò fuit stipulatione vestitum,& plenè actio quęsita illi tertio nõ solo pacto & opera donatoris,sed vtriusq; partis, tunc non posset donator tale ius quæsitum reuocare, per l.sicut.C.de act.& obl. Et ita in casu nostro sing.decicit Bal. in l. cùm à socero. C.de iure dot. quem finaliter sequitur Alex.in d.§.Flauius. Et etiam hoc vult text.bene intellectus in d.l.quoties. ibi, & qui stipulatus non sit. Facit bonus tex.in l.cùm maritus.§.fi.ff.de pact.dot. Ideo hodie, si de tali donatione fieret publicum instrumentum, nunquàm tale pactum reuocari posset,

cum

BIU Cujas

cum ſemper notarij ſtipulentur pro abſentibus etiam nondum natis. Et hoc eſt quod dicebat Bart. in l.2.ver.vnde cum.C.de cond.ob cauſ.quòd cùm hodie communiter de omnibus pactis fiant inſtrumenta publica, vix reperitur aliquod pactum nudum propter ſtipulationes tabellionum. Et idem puto, quòd in caſu præced.ſi donator iuraſſet non venire contrà: quo caſu non poſſet onus fideicommiſsi in donatione poſitum tollere in præiudicium tertij, cui ius cum
24 actione vtili eſt quæſitum. † Quia iuramentum omnes contractus ſui natura reuocabiles faciet irreuocabiles, ſecundum gl.ſing. ſuper verb.neceſſe habeat. quam omnes ibi ſequuntur. ff.de cond.cau.da.l.ſi pecuniam. §.j. adde quòd ita fuit deciſum per arreſtum in Parlamento Burdegal. die 21. April. 1501. in cauſa dominationum loci de Vſſello, & caſtri de Carlutio patriæ Lemouicenſis, & de Oratoris patriæ Auerniæ inter Georgium de Labeſſerit, aliàs de Vſſello, impetrantem: qui arreſtum obtinuit contra dom. Amam
25 de Anglaribus. † Plus dico, quòd ſicut quis grauare poteſt hæredem ex teſtamento, vel ab inteſtato, aut donatarium, vt bona reſtituat fideicommiſſario, ſic etiam grauare poteſt fideicommiſſarium, & deinceps de fideicommiſſo alteri reſtituendo. arg. l. poteſt. ff. de vulg. & pu. Prouiſo tamen quòd neminem grauet de plus reſtituendo, quã ei reliquerit. Alioquin quod plus eſſet, videretur inutiliter relictum. Inſt. de ſing. reb. per fideic. relict. §. itaque. & ff. de leg. j. l. planè. ij. §. fi. & ff. de leg. 3. l. j. §. ſciendum. & l. 3. §. Iulian. & l. legatarius. Nam in hoc puncto tres dantur regulæ. Prima eſt, quòd quem honoro, ſ. aliquid ei relinquendo, eum onerare & grauare poſſum in toto vel parte eius
26 quod ei relictum eſt: † Adeò quòd licet eccleſia vel clerici non teneantur pro ſuis poſſeſsionibus ad collectas, nec alia onera laicalia. l. placet. C. de ſacroſ. ec. & plenè Panor. in c. non minus. & c. aduerſus. de im. eccl. & in c. fi. de vi. & hon. cle. & tex. in c. j. & c. clericos. de im. eccl. lib. 6. tamen teſtator legando eccleſiæ aliquam de ſuis poſſeſsionibus diſponere poſſet, quòd pro illa ſoluere teneatur collectas & cætera ciuitatis onera ad quæ cæteri laici tenentur. vt ſingul. conſuluit Pe. de Anc. conſ. 218. incip. dubium facit in prædicta quæſtione. vbi hoc eſſe verum probat optimis rationibus. De quo qualiter intelligatur videatis Fel. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. col. 24. verſ. quintò quæro. Et præſertim iſta: quia quem teſtator honorauit aliquit ei reliquendo, poteſt etiam onerare, & ei onus perpetuum imponere, prout hîc fecit Raynutius: qui Adiectam eius filiam hæredem vniuerſalem inſtitutam, & ſic honoratam, onerauit reſtituere hæreditatem, ſi abſque liberis moreretur.
27 † quod fieri poteſt de iure, niſi in ſeq. caſibus. Primò, vbi quis honoratus non eſſet commodo pecuniario, ſed alio commodo non pecuniario, vt putà, quia teſtator libertatem reliquiſſet ſeruo ſuo. Nam licet libertas in qua ſeruus honoratur fuit ſit maxima, imò inæſtimabilis. Inſt. qui & ex quib. cauſ. man. non poſ. §. fi. Tamen quia commodum non continet pecuniarium, grauari non poteſt legato nec fideicommiſſo, vt d.l. planè. ij. §. fi. ff. de leg. j. Et idem vbi debitori pignus liberatur: quia remiſsio pignoris commodum non continet pecuniarium. l. ſi pignus. ff. quæ in frau. cre. cùm ex hoc debitum non videatur remitti. l. poſtquam. ff. de pac. Videatis l. ſi mulier. § ſed ſi habenti. vbi Bar. ver. opp. quòd à legatario. ff. de leg. 3. & l. Titius. ff. de op. lib. & eadem ratione idem eſſet in legato rei certæ purè debitæ per debitorem teſtamento creditori legatæ. Quia licet legatum valeret propter repreſentationem dominij rei legatę, quod ipſo iure tranſit in creditorem legatarium mortuo debitore teſtatore: vbi virtute obligationis, qua res debebatur non tranſiſſet dominium, donec ſpecies debita ſoluta fuiſſet & tradita. l. ſi ex legati cauſa. ff. de ver. obl. & l. quod te. ff. ſi cer. pe. Tamen quia illa dominij repreſentatio commodum non affert pecuniarium creditori, cui res ſibi debita fuit legata, certè non poteſt in aliquo grauari, vt d.l. ſi mulier. §. ſi rem. ff. de leg. 3.
28 † Secundò fallit d. reg. in ſubſtituto filij exhæredati, ad quem licet perueniat commodum legati à teſtatore relicti, tamen à tali ſubſtituto legari non poteſt. text. eſt mirabilis in l. cùm quidam. C. de leg. attento, quòd ab hærede legatarij poteſt legari, vt d. §. itaque. per quod videbatur etiam poſſe ab iſto legari. Et ratio d.l. cùm quidam. ponitur per Bar. in l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad l. fal. tamen ſi omnes rationes quæ à doctorib. dantur, bene conſiderentur, vix vna ſola ſtare poſſet. Imò dicit Raph. Cu. in d. §. qui filios. quòd nunquam vidit rationem euidentem ad d. tex. & Pau. in d.l. cùm quidam. dicit, quòd ſi fas eſſet dicere, Imperator ibi loquutus fuit ex ſuo capite, excuſatur tamen per l. non omnium. ff. de ll. ſed cõcludendum eſt ſaltem ab authoritate, quòd pater à filio exhæredato cui legauit ſeu aliquid reliquit poteſt legare. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vul. & pu. non autem ab eius ſubſtituto, etiam in teſtamento militis. l. miles ita. §. ſi miles. ff. de teſt. mil. licet reg. communis ſit, quòd vbi poſſum ab aliquo legare, eod. modo poſſum ab eius
29 ſubſtituto. l. ſi fuerit. §. pe. ff. de leg. 3. † Et hæc concl. quòd à ſubſtituto filij exhæredati per patrem legari non poſsit, limitatur tripliciter. Primò vt procedat, quando filio exhęredato pater reliquiſſet titulo legati: ſecùs ſi titulo hæreditario, putà pater filium exhæredauit impuberem, & extraneum inſtituit hęredem: deinde filium exhęredatum ſubſtituit extraneo hęredi inſtituto: exinde filio pupillariter ſubſtituit. Nam hoc caſu legari poſſet non ſolùm à filio, ſed etiam ab eius ſubſtituto. text. eſt ſolennis in d.l. qui fundum. §. qui filios. quæ eſt ſing. ſecundum Ang. & Mod. in d.l. cùm quidam. Secundò limitatur, niſi ipſe ſubſtitutus impuberis exhæredati fuiſſet etiam inſtitutus à patre in eius teſtamẽto: quia tunc talis ſubſtitutus teneretur ad legata relicta in tabulis pupillarib. tex. eſt not. in l. in ratione. j. §. fi. ff. ad l. Fal. ſecundum Bal. & Fulg. in d.l. cùm quidam. Quod eſt verum, etiam ſi talis ſubſtitutus inſtitutionem patris repudiaſſet. text. eſt ſingularis, ſecundum doct. ibi, in l. ſi filius qui patri. vlt. reſponſo. ff. de vulg. & pup. intelligendo quòd ibi filius fuerat exhæredatus, prout ibi intellexit Bartol. circa fin. ij. col. quod reputat ſingulare ibi Imol. intelligendo ſecundum l. fin. ff. de leg. 3. Tertiò limitatur d. regula d. l. cùm quidam. in exhæredatione filij mala mente facta, prout ibi ſonant verba text. dum dicit exhæredationis iniuriam: ſecùs ſi bona mente, & ad prouiſionem filij, iuxta l. multi non notæ cauſa. ff. de lib. & poſthu. Quia eo caſu legari poſſet ab eius ſubſtituto, cùm tunc ceſſet odium exhæredationis, quod vt ibi dicit Alex. fuit cauſa & ratio illius deciſ. item not. dicit Ioan Fab. in §. non ſolùm. vbi hoc clariùs tenet Angel. Inſtit. de pupil. ſubſtitut. † Tertiò
30 fallit regula noſtra in collatione beneficiorum & eorum datione in titulum, quia licet conferens clerico beneficium, ipſum clericum honoret, tamen ipſum onerare non poteſt: quia collatio beneficiorum debet pura eſſe & ſimplex ſine cuiuſcunque oneris nedum

BIU Cujas

dum temporalis, sed etiam spiritualis adiectione. c. significasti. de præb. vbi non valet nec adiici potest onus quotidie missam celebrandi in collatione eccle siæ vacantis adiectum. quod qualiter intelligatur, vi-
31 deatis ibi per gl. & Panor. † Pariter licet eligentes ho norent electum eligendo ipsum, tamen ei non pos- sunt onus imponere dandi aliquid temporale nec spi rituale, imò talis electio esset simoniaca. c. ex parte. j. de of. del. de cuius intellectu ibi per gl. Barb. & Fely. in c. ad audientiam. ij. col. 3. de rescr. Et hodie per decretum generalis concilij Basilien. incipiens, sicut in construenda. eligentes essent periuri, qui iurant non eligere datione aut promissione alicuius rei temporalis: & idem spiritualis, secundum gl. ibi. Et ita fuit etiam ordinatum per beatum Ludouic. regem Francorum per suam factam Parisiis pragmaticam sanctionem, anno Domini 1228. vbi in v. articulo sic dicitur: Item exactiones & onera grauissima pecuniarum per curiam Romanam ecclesiæ regni nostri impositas vel imposita, quibus regnum miserabiliter depauperatum extitit, siue etiam imponendas aut imponenda leuari & exigi nullatenus volumus, nisi dun taxat pro rationabili, pia, ac vrgentissima causa, vel ineuitabili necessitate, ac de spontaneo & expresso consensu nostro, & ipsius ecclesiæ regni nostri. Hæc ibi. Ex qua ordinatione clarè resultat, quòd si de facto per papam onus imponeretur, exigi non debet, nisi duo concurrant. primò, quòd ex iusta causa, vt j. dicam. secundò, quòd de consensu regis cuius interest, tanquam ecclesiarum pontificalium fundatoris, vt videbitis, tale onus impositum fuerit, quòd illi oneri ecclesia Gallicana etiam consenserit, & quòd expresse consenserit: & sic taciturnitas aut dissimulatio, vel patientia non sufficeret. Imò mandat beatus Lud. ibi, in fi. contrafacientes puniri taliter quòd cæ-
32 teris transeat in exemplum. † Similiter non posset collator beneficij sibi vel alteri retinere à collationario per eum honorato, nec assignare partē fructuum per modum quotæ: quia hoc esset scindere beneficium: quod fuit per concilium Turonens. prohibitum. c. maioribus. de præb. Nec etiam per modum totitatis, nisi prout deciditur in c. si propter dua debita.
33 de rescr. lib. 6. nec per modum quantitatis. † cùm beneficia conferri debeant sine diminutione. c. j. vt ecclesiast. benefic. sine dimin. conferan. Vnde non possunt beneficiis etiam vacantibus præsertim episcopatibus & dignitatibus pontificalibus pensiones annuæ imponi quantumcunque fueriut prælati in suis prouisionibus honorati. c. 2. de supplen. negl. prælat. cap. cùm clerici. de pact. cap. tua nos. de iureiurando. iuncta gloss. j. ibi in verbo, quodam iure. cap. cùm Bertholdus. de re iudicata. cap. pastoralis. de his quæ fiunt à prælat. cap. peruenit. cap. significauit. cum gl. cap. grauis. & cap. quantò. de censibus. & cap. fin. de rerum permutatione. Quod optimè seruatur in præsenti regno Franciæ, in quo expressam habemus de hoc ordinationem regiam Caroli sexti proaui domini nostri Regis moderni editam die vj. Octobris, anno Domini M. ccclxxxv. & sui regni sexto, qui videns & plenè certificatus Cardinales in excessiuo numero tunc existentes multa beneficia in regno & extra, tam episcopatus, abbatias, prioratus, imò etiam inferiora beneficia etiam claustralia, eleemosynarias, leprosarias & orphanotrophia, & hospitalia ac dignitates maiores in cathedralibus & collegiatis ecclesiis dietim acceptare, & obtinere, & quicquid inde habere poterant, extra regnum commorantes asportare: redituſque & emolumenta omnia in vsus suos particulares (reparationibus ecclesiarum in terram ferè prostratarum, hospitalitate & cæteris operibus charitatis postpositis & omissis) conuertere: & cùm beneficia interdum acceptabant, ne de pluralitate excesiua reprehenderentur, illa ad pensionem annuam quæ frequentius ad valorem redituum beneficij ascendebat, alteri conferri procurabant: qui posteà vnde viueret non habens, curam animarum & diuinum officium deserebat, & cardinali pensionario mortuo alius cardinalis pensionem prædictam sibi conferri petebat: expeditioque nulla, aut vix aliqua fiebat de episcopatibus & beneficiis maioribus in curia Romana, sine retentione pensionis annuæ pro intertenemento alicuius cardinalis, vel alterius papæ aut cardinalium familiaris: eo modo ecclesias regni tributarias reddendo contra mentem & intentionem prædecessorum Franciæ regum, & aliorum qui ecclesias fundauerant, & dotauerant, nouos fundatores à suis piis mentibus retrahendo in totius regni ruinam & totalem deformationem, ac vniuersitatum & generalium studiorum, necnon in eis docentium, & studentium, qui fructus & palmites pretiosos præ cæteris studiis vbique diffundunt, & in quibus regnum Franciæ cæteris præcellit, destructionem & perditionem. Quibus de causis & pluribus aliis rationibus pius rex motus, matura suorum consanguineorum, & regni procerum susque magni consilij habita & reiterata deliberatione, tot & tantis scandalis ac periculis subuenire, vt tenebatur, & prouidere cupiens, attendénsque quòd Dominus noster Iesus Christus ecclesiam sponsam suam tanta voluit libertate gaudere, vt nullius vtilitatis obtentu subiici debeat seruituti, affectans etiam ecclesias regni sui per viros ecclesiasticos quarum defensor & pugil existere gloriabatur, in pacis & tranquillitatis fœdere ac libertate & franchesia propagari, etiam ecclesias & viros ecclesiasticos à talibus indictionibus & nouitatibus indebitis præseruare. Ex sua certa scientia authoritatéque regia ordinauit & mandauit, omnes pensiones & cætera quæque onera ecclesiis regni in fauorem Cardinalium & aliorum quorumcunque imposita ad manum suam regiam poni, & de illis & ecclesiarum fructibus ecclesias reparari, numerum clericorum & religiosorum olim consuetum, tunc verò præmissorum obtentu diminutum reponi, eíque de victu sufficienti, & diuino officio intendere prouideri, & hospitalitatem ac cętera charitatis opera in locis consuetis fieri possent. Ordinavítque, formam antiquorum canonum insequendo, fructus ecclesiarum regni sui in tres solùm partes à cętero fore diuidendos modo & forma in eadem ordinatione contentis, ita quòd tertia pars in ecclesiæ reparationem conuertatur per certos commissarios, qui in hoc negotio vacantes solo victu contenti stipendia alia non percipiant, vt ibi dicitur, quod malè seruatur. quæ fundamentum sumpsit ex text. in can. decreuimus. x. q. j. ibi, ab episcopis autem tertia ex omnibus accipiatur, &c. & arg. text. in l. ne splendi-
☞ dissimæ. C. de operib. public. [De quo Matth. Bossus in iij. parte, epistola xcvij. incip. Me beneuolentia. ad episcopum Vicentinum scribens: Dos, inquit, quam opulentissimam tibi sacra tui vnius viri vxor ecclesia pinguis & pulcherrima ista: non ad profusionem & pompam est tibi sumenda, sed neque in propinquos tuos, quę prima clericorum improbitas, imò sacrilegium est, prodigenda: quæ enim colligis

atque

BIU Cujas

atque reponis, & quicquid pensitatur tibi pecuniæ, non tua aut tibi credita aliter sunt, quàm fideli ministro his militibus dispensando, vt eam tu primam partem accipias, quæ sustentare teipsum, & honestam ac moderatam tuam familiam decenter possit atque frugaliter. Pars secunda & largior sit pauperum Christi, quorum partes episcopi rectè dicuntur, sit orphanorum, sit viduarum, sit incarceratorum & captiuorum & indigentium eorum quos fortuna depressit verecundiáque confundit. Tertia in Dei templa fulcienda ne ruant, & curanda ne squaleant, impendenda erit & eroganda: vt ipse nostri magnus sacri iuris interpres & virorum prudentissimus & sanæ opin. &c. Residuum dictæ epistolæ addidi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo successionum ab intest. artic. & j. decis. An ecclesia tenere possit bona temporalia, vbi vide.] Quæ quidem iura practicantur & obseruantur in præsenti regno, licet pro ecclesiæ fabrica alibi deputetur sola quarta. cap. concesso. cum tribus seq. 12. q. 2. quia de tertia parte erat traditio antiqua & consilium vniuersalis ecclesiæ, in d. c. decreuimus. iuri ciuili conforme in d. l. ne splendidissimæ. prout ecclesia & respublica æquiparantur, in l. fi. C. de sacros. ec. (Additio.) Hanc ordinationem reperietis in registro ordinationum cameræ inquestar. parlamenti Tholosæ, fol. 94. de quo plura fuerunt hactenus prolata arresta in parlamento Tholosæ: & inter cætera arrestum quo fuit dictum die 23. Iunij, anno Domini 1486. quòd tertia pars fructuum archiepiscopatus Auxis conuerteretur annis singulis in ecclesiæ reparationem. & arrestum quo idem fuit dictum per eandem curiam de fructibus episcopatus Lectorem, anno domini 1487. in mense *** & etiam de fructibus archiepiscopatus Tholosani, die 6. Aprilis, anno domini 1488. ante Pascha. dictam insequendo Caroli vj. ordinationem. de quo Gaguin. eandem ordinationem succinctè complectens, libr. 9. c. 3. sic dicit: Per id tempus sedente apud Auenionem Innocentio vij. qui raram, nisi ex Franciæ regno obedientiam erat consecutus, & Cardinales xxx. ordinauerat, quibus grandis sumptus opus esset, sancti diui Nichasij Rhemensis abbate in Franciam misso dimidiam omnium ecclesiarum partem exigere conabatur. Cui cœpto scholastici academiæ Parisiens. restiterunt, missis ad Carolum oratoribus, qui pontificis edictum non æquum esse persuaderent. Audita scholasticorum querela, rex exportari regno pecuniam vetat, & ecclesiarum prouentus in tres partes distribui iubet, vnam in ecclesiarum instaurationem, alteram, dissoluendis earum obligationibus & debitis. Tertiam quotidianis ministrorum vsibus assignauit. Simulque de his rebus Arnoldum Corbium ad pontificem legat. Pontifex autem edicti pœnitens ab exactione destitit. Hæc ille. Ex quo tempore officiarij regij de prædictis reparationibus ac prouisione circa diuinum seruitium contra clericos & prelatos, ac huius prætextu de perpetuis vicariis parochialium ecclesiarum augenda portione cognitionem receperunt. (Additio.) Et me stante consiliario in curia parlamenti Burdegalæ, anno Domini 1502. instanti vicario perpetuo ecclesiæ parochialis de Caumonte diœcesis *** contra priorem dictæ ecclesiæ de exiguitate portionis ei dari solitæ: quæ non sufficiebat pro sui sustentatione in cura animarum regenda & iurium episcopalium solutione, fuit episcopo causa remissa pro congrua portione taxanda. iuxta c. j. de præb. lib. 6. Sed per curiam fuit ei data prouisio in blado & vino super fructibus interim vltra solitum notoriè sufficientem percipienda, quia nihil prodesset muros restaurare, & diuinum seruitium relinquere, & alimenta sine quibus seruitium fieri non potest
34 nec continuari. † Proprium enim regum est, vt ipsi & eorum officiarij de ecclesiarum reparatione se intromittant, cùm scriptum sit in can. fi. 96. dist. boni principis esse & religiosi ecclesias contritas atque concisas restaurare, nouasque ædificare. & in c. sicut excellentiam. 23. q. 4. prope fin. dicitur, quòd excellentia principum apud creatorem maiori gloria proficere non potest, quam si per eam dispersarum ecclesiarum potuerit societas restaurari. Quod à Ioiade Israelita rege habuerunt, qui negligentiam videns sacerdotum captis reditibus templi authoritate sua ipsum reparari fecit, 4. Reg. 12. & 22. & 2. Paralip. 24. Cogere
35 † profectò facere & reparare ecclesias ac religionem exequi, est mixti fori, pertinens nedum pontificibus, sed etiam principi seculari, per tex. in l. hæreditas. in fi. ff. de pe. hær. facit l. si in aliquam. ibi, ędes etiam sacras. ff. de of. procon. vbi hoc principi pertinet, & suis maioribus officiariis, quales sunt proconsules, & præfecti prætorio ipsum repræsentantes. Præterea dicit tex. in c. j. ne sede vac. aliq. innou. quòd rex cum proceribus regni multum potest, & operatur circa statum ecclesiæ reformandum. Habemus insuper tex. apertum in can. filiis vel nepotibus. 16. q. 7. vbi prælatis dissipantibus bona ecclesiæ, adiri potest dignitas regia: quem text. summè ponderauit dominus præsidens primus Laureti adhuc vita fruens in suo tract. de casibus in quibus iudex secularis in personis clericorum potestatem habet. Or non potest esse maior dissipatio prælatorum, quàm reditus percipere & ecclesiam ruina labentem, & ferè in terram prostratam deridere. Si ergo de reparatione ecclesiarum rex se intromittere potest, nulli dubium, quin omnia possit repellere, prohibere, & tollere: ex quibus ruina ecclesiarum procedit. arg. l. oratio. ff. de sponsa. vt sunt pensiones & cætera onera quæ pro voluntate & ambitione aliquorum constituuntur: quæ causa sunt, & per quas peruenitur ad ruinam ipsarum ecclesiarum. Ob quod & non immeritò videmus regem & eius officiarios de talibus se intromittere, cognitionem & executionem capere, cùm sua interfit talia onera ecclesiis regni sui non imponi: ex quo thesaurus regni in exteras migrat, & asportatur nationes & regiones, diuinum minoratur officium, cura animarum propter ecclesiarũ paupertatem negligitur, ecclesiæ prostrantur. Necnon contingeret, vt eorundem regni & Delphinatus depresso sacerdotio, exhaustóque thesauro regnum ipsum redderetur debilius in aduersis. Quæ ratio summè fuit per regem & ecclesiam Gallicanam ponderata in congregatione generali Bituris per Carolum vij. celebrata: dum decreta concilij Basilien. fuerunt per sanctionem pragmaticam acceptata, & inter ordinationes regias descripta, & registrata ac incorporata die vij. mensis Iulij, anno Domini 1438. suíque regni xvj. vt videri potest per tex. dictæ pragmaticę paulò ante primum decretum. de authoritate & potesta. sacrorum conciliorum. Quoniam interest regis subditos habere locupletes, in auth. vt iud. sine quoq. suffr. §. cogitatio. & in auth. de hær. & falcid. in
36 principio. † Ideo nullum onus imponi potest etiam per papam super beneficiis & dignitatibus regni, quocunque titulo vel nomine onus illud nuncupetur, aut ex quacunque causa, vel colore & occasione directè vel indirectè, etiam prætextu çuiusuis consuetudin

dinis, priuilegij, vel statuti. Et si cõtrà fiat, totum irritum erit. Maximè per decisionem Arch. in c. lectis. lxiij. dist. volentis reges esse patronos omniũ pontificaliũ ecclesiarũ, in quorũ pręiudiciũ onus imponinõ potest, p ea quæ dixi in verbo, *& vxorem nomine Adela*. Et hodie est tex. clarus in decreto de annatis in dicta huius regni pragmatica sanctiõe regiſtrato. incip. statuit hæc sancta synodus. vbi glo. in verbo, exigatur. refert beatum Ludouicum, pluréſque alios Francorum regès, talia onera vetuisse, & à regno extirpasse, & Carolum v. arrestum parlamenti contra Benedictum xiij. obtinuisse. Et Ludou. xj dicti beati Ludouici & aliorum prędecessorum visis ordinationibus super hoc factis, seu eius procurator arrestum Parisiis obtinuit die xvij. Februarij, anno domini M. ccccl xiij. Quo curia vocatis pluribus prælatis nobilibus, & consilij regis cõsiliariis, dictas ordinationes insequendo prohibuit talia & similia onera, quæ à viris ecclesiasticis leuabantur per collectores apostolicos in Frãcia leuari, ac singulis dicti regni officiariis cõmissum & mandatum quatenus dictã curiæ ordinationem tenerent, & ab omnibus custodiri facerẽt incõcussè. (Additio) De quo arresto videre potestis in regiſtro regiarum ordinationum cameræ inquæstarum parlamenti Tolosæ. fol. clj. & fol. clxix. Non enim potest in collatione beneficiorũ aut bullarum expeditione pẽsio super beneficio imponi, nec aliud onus, imò sine diminutione cõferri debet. dicto c. vt nostrum. vt ecclesiast. benefi. sine diminutione conferantur. Et si pensio alicui imponeretur sine iusta causa, non valeret quod actum esset, obstante decreto irritante in allegato decreto de annatis cõtento, quòd etiam pensiones comprehendit, cùm sit in eis eadem ratio, scilicet oneris ecclesiæ, & periculi simoniæ, secundum gloss. illius decreti, & de causis super verbo literarum. Aliàs faciliter fieret fraus legi & consilio de re ad rem: quia loco annatæ cõstitueretur pensio: & vbi papa pro se vetante, & obstante decreto non retineret eam, alicui cardinali aut familiari retineret & assignaret, legẽ fraudãdo de persona ad quod personam, cõtra l. fraus. iuncta gl. ff. de leg. Ad quod tollendũ per decretum fuit onus quodcunq; prohibitũ per generalẽ glausulã sequentẽ, ibi, aut quocunq; alio titulo, colore vel nominine, aut quauis alia causa, vel occasione, directè vel indirectè &c. Et si antequã beneficium impetrans, bullas habere potuerit, tali pensioni consenserit, vel alteri oneri, pręsumitur coactus hoc feciſſe timore perdendi beneficium, aut differendi suam expeditionem. Quo casu consensus ei non præiudicat, quasi iusto metu extortus: & sic in libertatis & sui iuris possessione tuebitur, per tex. ad hoc not. in c. cum venissent. de instit. quia retinere alicui instrumenta sui status, est ei inferre iustum metum. l. isti quidẽ. §. ij. ff. quod met. cau. qui dicitur maximus metus, vt ibi. †Causa autẽ imponendi pensionem semper iniusta cẽsetur, si nõ concernat vtilitatẽ ecclesiæ, cui pensio imponitur, quasi sine causa impo sita videatur: quod fieri nõ potest, & si factũ esset. Et (quod plus est) si pẽsio sine causa, aut iniusta, metu cẽsurarũ vel aliàs soluta etiã per plures annos fuissent, certè soluenti non posset in futurũ præiudicare, quia omnia per metum facta videtur, †cùm censura ecclesiastico seu excõmunicatio iustissimũ inducat metũ, quoties fertur vel inferri cõminatur ex causa iniusta, secundum Panor. in c. olim. iij. de resti. spo. & in casu nostro fertur, vel cõminatur ex causa iniusta, per iura & concilium generale prohibita, vt videtis. & sic talis consensus vel pensionis præstatio propter censuras non præiudicat, vt plenè consuluit Lud. Ro. consil. cccl xix. incip. Circa primũ propositę consultationis. iij. col. vers. cùm igitur. Nec posset ex tali quantumcunq; cõtinuata possessione soluendi, pensionarius aliquam prætendere possessionem sibi soluendi in futurum, obstante metu censurarũ. Et (quod plus est) si censuræ non essent, obstante decreto irritante ibi per concilium Basiliẽse posito: quod omnis infecta esset solutio, & pensionẽ exigendi possessio, adeò ꝙ nullũ pareret pensionario remediũ possessorium, si eius prætensa possessio turbaretur, vel interrumperetur, secundum Rotã singulariter in nouis, decisione xvj. incip. Si contra agentem. †vbi decretum irritans papæ vel constitutionis, nedum afficit titulum, sed etiam possessionem, vt omni careat iuris adminiculo. Idem tenet Dominicus in c. ij. vt lit. penden. lib. vj. Nec ligant censuræ: imò sunt ipso facto nullæ, secundum glo. super verbo, censuræ. allegato titulo de annatis, per tex. ibi, in §. item si ex nunc. Etiam si fulminatę essent in casu permisso per alium quàm ordinarium in propria diœcesi, vbi situm est beneficium pensionatũ, p tex. ibi in §. item ꝙ ratione. vbi in casu permisso exigendi pensionem, vel alia iusta onera, non potest ad soluendum quis cogi per alium q̃ per suum ordinarium. Et si coactio fieret per alium, esset abusus propter iurisdictionis & potestatis defectum. Et sic processus nõ valeret, nec censura ligaret, vt ibi Vnde tales oppressiones & ecclesiarum grauamina posset vnusquisque authoritate propria repellere & tollere, præsertim cùm illi qui pensiones & alia impo nunt grauamina, nullũ supra se habent superiorem, nec grauamen tollere volunt, imò illud exigunt, & soluere cogunt. Quo casu cessante iudicio ac iustitia ciuili & politica, locũ habet authoritas propria. Saltem manus regia, qua olim actiones & defensiones exercebantur, & iustitia reddebatur. l. ij. ff. de origi. iur. Et plenè Bar. in l. j. & l. si alius. §. bellissimè. iũcta glo. super verbo, ex magna. ff. quod vi aut clàm. Sed quia in defendendo authoritate propria scandalum generari forsitan posset: Consultiùs visum fuit authoritate regia, & manu seculari publica hæc omnia fieri talésq; oppressiones depellere. argu. l. nõ est singulis ff. de regu. iur. Quia quæ fieri possunt authoritate propria sine iudice, multò fortiùs expediri possunt per iudicem licet incompetentem: secundum glo. quam omnes sequuntur super verbo, in transitu. Instit. de liberti. §. multis autem modis. vers. serui. Tamen in casu nostro rex est iudex cõpetens ad tales repellendum indebitas exactiones, seu vexationes, & seruitutes ab ecclesia: quæ contra regulas & sanctorum patrum decreta imponuntur sine causa legitima: solùm vt cardinales qui tot & tantis abundant tam in regno quàm extra beneficiis, decentius statum suum intertenere possint. Et pro cooperiendo vnũ altare, aliud vel plura discooperire: quod non est de mente, nec intentione Dei, nec papæ claue non errante regentis. Qui si hæc cõtra sacra generalium conciliorum suorum prædecessorũq; decreta permiserit, tractus prę sumitur, imò coactus importunitate petentium. l. j. & l. ij. C. de petit. bono. subla. lib. x. Et sic non valet. Or qui contra regulas & disciplinam ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur, qui à potentibus vi oppressis auxilium præbere debent, dicit tex. xxiij. q. v. c. principes seculi. &c. regum officium. vbi glo. casus ponit septem, in quibus laici iurisdictionem habẽt in clericos & viros ecclesiasticos. Facit gl. in prin. in c.

tua de deci.& c.clericũ.xj.q.j.Nec est nouum,ꝙ pro grauaminè ecclesiarum recurratur ad regem: quia cum tempore Philippi pulchri Francorum regis à summo pontifice Clemente quinto, ecclesiæ grauarẽtur,ad regem recursum est. De quo Gaguinus lib. vij.c.iiij.sic dicit:A quo etiã Clemẽte dum ex Lugduno Burdegalam petit, tam magnis impensis ecclesiæ grauatę feruntur,vt inde ad Philippum graues admodum querelæ delatæ sunt &c.Vt ex post ad Carolum sextum delatæ fuerunt, vt suprà vidist's. Et maximè potest hodie rex de talibus cognitionem capere: viso ꝙ talia onera quocunq; nomine appellentur, & nuncupentur,& quacunq; ex causa vel occasione directè vel indirectè sub colore statuti,priuilegij,aut consuetud. indicta: sunt tenore dicti decreti de annatis per concilium generale cum decreto irritãti reprobata, & nominatim etiã papæ interdicta: cuius decreti & aliorum fuit & est rex per concilium deputatus exe-
40 cutor.† Et nemo dubitat papã vel concilium generale vniuersalis ecclesiæ,laicis etiam spiritualia committere posse.c.decernimus.vbi bona gl. de iudic.& in d.c.tua de deci. Et præterea sunt talia onera cõtra libertates & priuilegia ecclesię Gallicanę,regis &regni:quorum interest,vt suprà vidistis,quod patenter demonstrat tex.in alleg. decreto de annatis. §.voluit tamen.ver.Item ꝙ huiusmodi subuẽtio &c.Sine quarum libertatum præiudicio. eo tunc & illo tantum casu,permissum fuit Eugenio papæ quarto onus exigi ab ecclesiis Franciæ. Vnde cùm ibi talia priuilegia & libertates ecclesiæ Gallicanæ:&in casu nostro proprio scilicet contra onera cuiuscunque nominis & tituli,aut quocunq; colore narrentur & exprimantur, alia non indigẽt probatione, cũ sint eo modo in corpore iuris,scilicet legum & constitutionum Francię incorporata:& per totam cõgregationem Bituricensem relata,quibus est credendum,vt dicit Bar.in l.de
41 quibus.ff. de legi. † Quia si vni doctori aliquid narranti credatur,fortius credi debet toti Gallicanæ cõgregationi, in qua tota schola & ecclesia Franciæ interfuit.Nec posset papa illa priuilegia reuocare,nec eis in aliquo derogare,ex quo sunt,iam diu est,dicta decreta Basilienſia per pragmaticã huius regni inter
42 const.& regias ordinationes incorporata.†Sicut non posset Imperator leges suas reuocare, ex quo semel fuerunt inter canones registratę,& per ecclesiam canonizatę,vt dicit gl. singularis super verbo, capitali. in cap.in primis.§. de persona presbyteri.ij.q.j.quam sequitur Panor.in cap,nouit.xj.col.vers.Et ex prædictis habes.de iudi. Maximè cùm regi competant ex causa onerosa,scilicet propter sæuitia olim per Carolum magnũ,suosq; prædecessores & successores Francorũ reges ecclesiæ Romænæ & summis pontificib' inuariabiliter impensa. Propter quæ nomine illo superlatiuo cœlitus (vt opinor) demisso,soli Francorũ
43 reges Christianissimi meruerunt appellari.† Vt talia priuilegia propter seruitium vel alia ex causa onerosa alicui personæ,& maximè si loco putà regno & ecclesiæ concessa, reuocari non possunt per concedentem,secundum Bal.in l.qui se patris.C.vnde libe.pro quo facit tex.in cap.j.§.fi.qui feu.dare possunt.Facit quod decidit idem Bal.per illum tex.not.in l.vectigalia.C.de vectiga & cõmis. Præsertim, si articulus ille de non imponendis ecclesiis Gallicanis pẽsionibus, sic in concordatis inter papam & regem passatis cõprehensus vt fertur:quoniam tunc esset papa ex contractu ligatus,& cõtrauenire nõ posset.ca.j. de prob. vbi Ponar.& per Cy.& doct. in l.digna vox.C.de legib. Circa præmissa videatis quæ plenè dixi in verb. *Et vxorem nomine Adel.* in primo princip. arti.vbi vidistis de priuilegiis regum Frãciæ.Nec obstaret præmissis,ꝙ ante concilium Constantiense sub Martino quinto celebratum, pensiones de ecclesiis Gallicanis exigebantur.quia hoc fuit ex tolerantia,vt dixit tex. in allegato decreto de annatis.Et tolerantia regum, imò etiam prelatorum nocere non potuit ecclesiæ, & minus hodie nocere posset, obstante dicto decreto quo præteritis derogatur consuetudinibus statutis & priuilegiis etiam futuris. Ob quod expressus regis & prælatorũ consensus nocere ecclesiæ nõ posset, nec præiudicare propter decretum irritans ibi appositum:quod futurũ tollit consensum partium& potestatem statuendi in contrarium,secundum glos. & clarius Panor.eleganter ibi loquentem in cap.dilecto.de præb.& idem tenet gl. super verbo, cõmittantur.& ibi doct.in c.statutum.§.j.de rescri. lib.vj. Nam licet decreto irritanti,renũtiari possit per eum cuius fauore fuit appositum,secundum Ioan.Mona. & alios in cap.statutum.de præben.lib.vj.quãdo scilicet sui solius fauore fuit adiectum, tamẽ secùs esset in casu nostro, in quo desertum illud fuit appositum nedum fauore regis aut prælatorum,sed etiã fauore ecclesiarum,ne in ruinam cadant,& paupertate pessundentur carentia ministrorum. Qua ratione non posset etiam ecclesia in regni aut regis præiudicium illi renuntiare.l.ius publicum.ff.de pact.& cap. si diligenti.& cap.significasti.de foro compe.imò si consentirent,consensus tanquam dolo aut metu extortus non valeret.Quia superior, id est cõcilium generale cogitauit,ꝙ per illicitas preces,vel minas alicuius potentis canonici,facilius priuati ad cõsentiendum inducerentur, quod est præsumendum de iure in quocunque actu fuerit decretũ irritans appositum,secundum Panor.singulariter in dicto c.dilecto.super glo. in verbo,clausula.de præbẽ.Facit glo.in verbo, committatur,in capi.statutum §.j.de rescript. in vj. & ita expressè cauetur in suprà allegata ordinatione beati Ludouici,vt vidistis. ꝙ sine expresso consensu regis & ecclesiæ Gallicanæ etiam pro iusti causa non pos-
44 sint hæc onera imponi.† Quæ omnia optimè fundarunt intentionem procuratoris regij generalis Parisiensis,qui tẽpore regis Ludoui.vndecimi,sanctioni pragmaticæ in fauorẽ Pij papæ vt promiserat renuntiare volẽtis, imò illi de facto renuntianti se opposuit,& renuntiationem seu illius authorizationem impediuit.de quo Gagui.lib. x.cap.ij.Fama, inquit, ante hos dies ferebatur Ludouicũ Pio pontifici Romano promisisse,se pragmaticã sãctionẽ deleturum, si aliquando ad regnum sine controuersia peruenisset.Eius promissi Pius pontifex non oblitus,cùm eãdem pragmaticam maximè execraretur,cámque hęresim appellaret: Legatum Ioannem diui Benedicti monachum Atrebatensium cardinalem,ad Ludouicum mittit,qui regẽ se promisso soluere hortaretur. Cui audiens Ludo. legato literas ad parlamentum senatum dat de ipsa pragmatica abroganda. Erat in ipso senatu Ioannes Romanus regius procurator. Hic (Ioanne Ballua ad curiam Ludouici atque legati nomine cum literis veniente,petentéque senatũ,vt eas suo decreto roboraret.)Ego,inquit,iudices hanc commodissimæ legis abolitionem non approbo, & quatenus ad meum officium attinet, Ioannis Balluæ petitionem impedio.Ea re incandescens Ballua(erat enim ingenio versipellli & doloso nimis) Ioanni Romano multa est comminatus. Cui repugnare etiam

schola

BIU Cujas

schola Parisiens. non formidauit ecclesiæ concilium appellans. Hæc ille, Heu me quanta humanæ conditionis variatio. Pius iste papa antea vocabatur Aeneas Syluius, vir eloquẽs, & orator magnus, poetáq; laureatus, imperatoris ambasiator antè fuit, & in cõcilio Basilien si notabilem tractatum scripsit pro authoritate eiusdem: & postea factus papa, pragmaticam Franciæ concilij præfati executricem destruere conatus est. Sed non potuit, nec rex Ludo. in hoc pręualuit. Imò rationi & non volũtati subditus rationabilem procuratoris sui & senatus Parisiensis resistentiam, non sine sui æterna laude tolerauit: cùm nil iustius sit, quàm principem legibus obtẽperare suis. l. digna vox. C. de legi. Nec oblitus fuerat omnia quæ concilio geruntur iure, meritóq;, effectu, & firmitate niti. l. iij. C. de repud. Nec etiam potuit de variatione factus rex à Pio pontifice reprehendi, cùm ille prior factus papa variauit, argu. cap. cùm ecclesiasticæ. de exceptio. sicut ipse Ludouicus antequàm esset rex promiserat pragmaticam extinguere, quod non fecit
45 ductus sapientum consilio. † An autem valeat appellatio seu appellari possit à papa ad futurum generale concilium, videatis glo. pragmaticæ. titu. de causis.
46 in fine. † De dicti Balluæ tunc Ebroicens. episcopi qui postea cardinalis factus est, insolentia & bestialitate: post pauca eisdem libro & capitulo recitat ipse Gaguinus. Eadem, inquit, tempestate Ballua cadinalis à Ludo. missus Parisios. in agrum qui clericorum, iuxta sancti Germani monasterium appellatur. progredi armatos iubet, quorum numerum & armatorum modũ, recenseret, Ludouicóque referret. Recẽsuit ipse veste linea ornatus, & mula vectus. Indignum sanè sacerdoti atq; pontifici munus. Quamobrem Chabanus domini Martini comes in cardinalem cauillatus est. Cùm enim apud Ludouicum Chabanus per id tempus ageret, indignatus sacerdotem ad militare negotium deputari: Tu, inquit, prudentissime Rex, Balluam cardinalẽ eundémq; Ebroicens. episcopum, Parisium milites vrbanos recensere mittis: te oro mihi indulge Ebroicas proficisci, vbi de sacerdotibus sacrandis scrutinium faciã: tam enim hęc mihi cura, quàm episcopo militũ recognitio cõuenit Chabani verba cum risu excepta sunt. Hæc ille. Voluit semper hic Ballua & legum regni ecclesiæque honoris prodig⁹ esse & destructor, ex quo belua effectu de malo in peius ꝓcesit, ita ꝙ finaliter cecidit, vt vidistis in verbo, *& vxo. nomi. Adela.* Hęc domini omnia dixi pro intellectu dictæ ordinationis regiæ Caroli vj. ad propositum allegatæ. Quæ omittere nolui propter vestrũ aliquos, qui capere nõ poterãt aut nolebant, vnde hoc ꝙ rex, & sui seculares officiarij de hisce intromittant, & cognitionem capiant, & à talibus pensionum aliorúmque onerum non debitis impositionibus appellãtes & opponentes recipiant quia non illis imperiũ pelagi. Certè dicunt officiarij, ꝙ hoc faciũt, nõ authoritate propria & mente secularis, sed eis cõmissa per ecclesiã. seu cõciliũ generale eam repræsentans. Quod fieri potest, & cõmitti etiã laicis, vt dixi ad conseruationẽ decretorum & generalium conciliorũ. Non est nouũ hoc laicis committi: nam in cap. præter hoc. §. verũ. xxxij. distinct. papa commisit duobus ducibus causam clericorum simoniacorum. & in cap. Mẽnam. ij. quæst. v. Brunechildi Francorum reginæ causa spiritualis committitur: & in cop. illud. x. quæstio. iij. commissum fuit laico ne permitteret aliquem episcoporum Siciliæ de parochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici vltra duos solidos accipere: neque compellere clerum supra vires suas eis conuiuia præparare. Facit gloss. in can. clericũ nullus. xj. quæst. j. Et si papa hoc potuit, multò magis saltem pari modo hoc facere potuit generale concilĩ ad onera repellendũ, prout in dicto cap. illud fuit mandatum illi principi, ꝙ non permitteret à clero, & populo illam fieri illicitam exactionem. Et inde est, ꝙ literæ dietim concedũtur in cancellaria regia (quod plus est) super nouis decimis, ne à laicis vltra debitum, & consuetum modum exigantur. De quo habent expressam ordinationem Philippi Pulchri regis, factam Bituris die veneris ante cineres, anno domini M. ccciiij. in cap. xxix. teneris sequentis. [Quæ hodie per dominum Auffrerij est sitiuata prima in titu. de decimis.] Item ꝙ Senescallus ad requisitionem consulum locorum quorumlibet, defendat ipsos consules & vniuersitates ac singulos à noua impositione seruitutis facienda per prẽlatos, & alias ecclesiasticas personas, ac à noua exactione decimarum & primitiarum &c. (Additio.) Prædictas ordinationes reperietis in registro ordinationum regiarum cameræ inquæstarum Parlamenti Tolosæ, fol. xxxix. Quod non est cõtra ius cõmune, quo etiã permittitur principi seculari præseruare ab excessiuis ꝓcurationib⁹, si à prẽlatis visitantibus exigerentur, vt est tex. in d. ca. illud te volumus. x. qõ. iij. quod decretum dirigitur principi seculari ad exequẽdum, vt patet ex supra scriptione illius decreti, iuxta quam papa vel concilium scribere consueuit principibus secularibus, & non prẽlatis ecclesiæ. Quod est not. in d. c. clericum nullus. xj. q. j. quæ sic intelligit dictũ capitulum illud, vt loquatur in principe seculari per ecclesiam authorizato ad tales, & similes exactiones
47 reprimendas, vt d. cap. de annatis. † Nam conciliorum sunt principes executores. Præterea dicunt officiarij regij semper cognoscere consueuisse, vbi agitur de infractione ordinationum regiarũ, inter quas sunt decreta Basiliẽsia in dicta pragmatica incorporata. Quia infringere pragmaticam, & cæteras ordinationes regias nihil aliud est, quàm tenere præsumere super authoritate & iurisdictione regia, & regis: cuius sicut cuiuslibet alterius iudicis interest suam tueri authoritatem & iurisdictionẽ: imò cognoscere si sua sit. l. ij. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & l. si quis ex aliena. ff. de iudi. etiam infringẽtes, licet clericos pœnali cohibere iudicio. l. j. ff. si quis ius dicenti non obtempera. vt expressè decidit dictus dominus Laureti Præsidens in suo alle. tractatu. versi. sextus & vltimus casus est, allegat Inno. in cap. j. de offi. delega. dicens iudicem secularem posse tunc nõ sibi subditos coercere, capi. Romana. de pœnis lib. vj. Nec propter hoc in sententiam caderet excommunicationis, prouiso quòd pro multa non fiat executio in persona clerici, vel bonis mobilibus, sed in immobilibus & temporalitate, quæ regi est subiecta. cap. quo iure. viij. distinctione de quo dixi in dicto verbo, *& vxorem nomine Adela.* in primo articulo, & secunda decisione declarando consuetudinem Franciæ, qua cleri in actione reali, maximè possessoria coram iudice trahũtur seculari. Vnde si nunc papa spurios, an bastardos in regno legitimare vellet, quo casu ad succedẽdum in temporalibus, vel alio modo iurisdictionem temporalẽ vsurpare, occupare, aut quouismodo impedire vel turbare: Rex & officiarij talẽ interprisiã (cùm legitimare in tẽporalibus soli regi pertineat) repellerent authoritate sua, saltem ad illam legitimationem vel alium actum ecclesiæ iurisdictioni non

pertinentem expeditum nullum reſpectum haberēt imò impetrantem velut ius, & authoritatem regiam interuertentem punirent: licet cauſa legitimitatis ſit ſpiritualis. cap. tuam, de ordine cognitionū, quia hoc eſt verū, cùm dependet à validitate vel nullitate matrimonij, vt vidiſtis in dicto verbo, *& vxorem nomine Adel.* in primo art. prin. in prin. Talia enim atentare, vel alia contrà authoritatem, & regias ordinationes ſanctorum patrum decreta, libertates, & priuilegia regni & regnicolarum, vocatur in Francia, & apud nos, abuſus notorius, qui propriè committitur vbi in actu qui geritur, vſus nullus eſt. l. ob quæ vitia. §. idem Pomponius. ff. de ædil. edict. vel vbi contra naturam actus fit. l. j. §. ſed ſciendum. ff. illo eo. tit. Or nulla pōt maior eſſe vſus nullitas, quàm illa quæ à non habente poteſtatem procedit, ſecundum Inno. Panor. & Doct. in c. cùm olim. de cau. poſ. & propriè. & l. extra territorium. ff. de iuriſdi. om. iud. & c. fi. de conſti. lib. vj. quo caſu non paretur, imò etiam à priuato talia repelluntur. l. prohibitū. C. de iure fiſci. lib. x. & plenè in c. ſi quādo. & ff. de leg. Et multo decentius occurri poteſt per poteſtatē ſecularē ordine iuris, ne ſi priuati inſurgerent, ſit cauſa maioris tumultus. l. non eſt ſingulis. ff. de regul. iur. Facit text. in cap. Chriſtianis. xj. q. j. vbi papa cōmuniter reſcribens ait, clericos tibi cōmendo, tuæ ſublimitatis tuitione vallētur, ne quid illis aut ſurreptio, aut inimica legibus violētia neceſſitatis imponat, dicit etiam tex. xxiij. quæſt. v. Adminiſtratores planè ſecularium dignitatū, qui ad eccleſiarū tuitionem pupillorum & viduarum potectionem rapaciúmque refrenationē conſtituti proculdubio eſſe debēt, quoties ab epiſcopis, & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint, eorum querimoniam attētius audiant, abſq; negligentia examinent, & ſtudio dili-
48 genti corrigant. † Prætereà Archiepiſcopus nullo modo cōgnoſcere poteſt in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum: tamen vbi exceſſus eſt notorius, poteſt de illo cognoſcere. c. Romana. §. ſanè de cenſi. lib. vj. facit c. Romana. de pœ. eo. li. Ergo idem erit in ſeculari, aliâs non habente cognitionem. (Additio.) Et ita fuit Arreſto Toloſæ pronūtiatum, ſcilicet abuſiuè proceſſum per quoſdam iudices delegatos à ſede apoſtolica, qui quendam dominum Egid. Bellemere archidiaconum eccleſiæ Mirapiſcenſis multis criminibus irretitum, de quibus cauſa pendebat coram ordinariis in curia parlamenti, abſoluerant, parte ac procuratore regio non vocatis, die **menſis***. Anno domini M. cccc. *** Et idem in quocunque iudice eccleſiaſtico, à quo poteſt ad regem, & eius curiā recurri, conqueri vel etiam appellari, vt quotidie pra-
49 cticari ſolitū eſt, & cācellaria literas cōcedit. † Quia ſicut poteſt iudex eccleſiaſticus ſeculari inhibere, ne ſuam turbet iuriſdictionem, ſicut ecōtra poteſt iudex ſecularis canonico pœnali iudicio, & alio quocunq; iuris remedio inhibere, ne contra iuriſdictionem ſecularem aliquid præſumat, per text. in l. conſulta diualia. C. eod. vbi imperator prohibet eccleſiaſticis de talibus ſe intromittere, ſecundū Bal. in l. ſi teſtamentum. C. eo. tit. Deus profectò poteſtatē regiā ad hoc inter cætera ordinauit in terris, vt eccleſiā & ſanctorum patrū decreta ſyncēriter exequi faceret, illibatáque obſeruari. Ad quod in ſua ſacra coronatione iuramenti debito eſt aſtrictus, vt ipſemet rex Franciæ Carolus ſeptimus fatetur in principio pragmaticæ ſanctionis, & in fine §. Nos igitur attendentes, quòd ſicut ſacerdotes debitores ſunt vt veritatē quam audiuerūt à Chriſto liberé prædicēt, ſic princeps debi-
50 tor eſt, vt veritatem quam audiuit à ſacerdotibus approbatam quidem ſcripturis, præſertim generalibus conciliis, defendat fiducialiter, & efficaciter exequatur, in authē. quomodo oporteat epiſcopos. in prin. colla. j. & l. fin. C. de ſumma Trinit. Nec refert an via appellationis, recurſus, aut ſimplicis querelæ fuerit rex pro tali, aut ſimili exceſſu aditus, quoniam in ſua curia forma conſeruatur: ſed ſola facti veritas, ſecundum quam curia regia iudicare cōſueuit, cū in curia principis non attendatur forma petitionis. Quinimo ſæpe aliter, quàm petitum fuerit iudicatur, & ſæpiùs ſuper eo quod petitū non fuit. l. interdū. la. ij. §. qui furem. ff. de furt. vbi fur condēnari poteſt ad rei reſtitutionē, aut dāni reparationē, quæ perita nō fuit, vel ſi aliter petitū eſſet, quā deceat, vt c. ad diſſolueudū. de deſpō. impu. & l. Aemilius. vbi Bar. & Bal. ff. de min. & c. ad petitionē: de accuſ. de quo ſingulariter loquitur Spec. tit. de actio. & peti. §. ſuper petitionib⁹. ver. ſed quid ſi reus. de quo dicto ipſum allegant in tit. de appella. meminit Feli. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. xij. col. verſ. vltimò nota quædā. de cōſti. vbi eandem conſuetudinē refert eſſe Venetiis, ſicut in Frācia, vbi faciliter proceditur, & faciliter proceſſus retractāt per regulam, Nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & tex. eſt optimus in l. j. §. & hoc edictū. ff. ſi mulier ventris nomine in poſ. mit. ſecundū Pet. de Anch. conſi. cclx. in fi. Et hoc idem dicit Bal. in c. j. §. inueſtitura. circa fin. de noua fidelit. forma. vbi dicit, ꝙ princeps eſt, & facit vt Deus. in authen. de hære. & Fal. in prin. Deus autem eſt ipſa veritas, quæ nō fallit neq; fallitur. l. fi. C. de ponde. auri. li. x. Ideo quocunq; modo ſciat veritatē, non debet ire per ambages, ſed ſolam ſequi veritatē, qua inſpecta cauſam decidat, etiā ſi iudiciarius ordo eſſet omiſſus, per text. no. in d. c. ad petitionem. Ad hoc facit quod dicit idem Bal. in c. ij. ij. col. de cōfeſ. ꝙ coram principe valet libellus accuſatorius ſine loco & tempore, quæ aliâs requiruntur in l. libellorum. ff. de accuſ. Et inde eſt, ꝙ cauſas multoties committit ſummariè & de plano ſola facti veritate inſpecta tractandas & decidendas. clem. diſpendioſam. de iudic. & in extrauag. ad reprimēdum. Quod alius facere non poſſet ſine ſpeciali mādato & poteſtate ſibi data, poſito ꝙ legatus eſſet de latere ſedis apoſtolicę ſecundū glo. quam omnes ſequuntur in c. fi. de hęre. libro vj. Sed in curia regis Franciæ omnia ſummariè tractantur, cū non curet de apicibus iuris, ſed ſolū ſi quod agitur, ſit verum vel non. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mando. & ibi Bart. ꝙ non requiritur litis conteſtatio. facit tex. in l. quintus. eo. titul. & l. bona fides ff. depoſiti. Ideo expreſſè ſtatuit Philppus Pulcher Francorum rex, anno domini M. ccciij. in menſe Februario. cap. viij. & cap. ix. ꝙ propter ineptitudinē libelli actionis vel proceſſus, aut omiſſam ordinis iudiciarij ſolennitatem, dum tamen ex cauſa petendi in iudicio propoſita, certa concluſio & actio, etiam alia ꝙ per partes deducta & cōcluſa elici poſsit, & propoſitis, & ꝙbatis certa poſsit ferri ſententia, iudices ſententiā ferre non omittant, quā rationi viderint conſonam, perinde ac ſi omnia de iure requiſita fuiſſent ſeruata, & ita etiā ſeruatur in curia Parlamenti Delphinatus ſecundum Guid. papæ, quæſt. ccclxix. vnde ceſſat hodie diſputatio ſuper articulis recipiēdis vel non recipiendis, ſecundum eum. quæſt. ccclxvij. Imo curia multoties partes apunctat, viſis litigatis contrariis. Et ꝙ eorum facta latius, & amplius articulabunt per vnum breue intendit. ſuper quibus veritas inquiret. † Vnde inqueſta facta etiam ſuper non admittendis ar-

BIU Cujas

dis articulis, valet & recipit si aliquo modo seruiat ad decisionē causæ, secundū Bar. in l. si duo patroni. §. idē Iulianus. ff. de iureiur. Et licet aduocati responderēt articulis, saluo iure impertinentiū & nō admittendorū, tamen habetur respectus ad inquestā super eis factā, si causæ aliquo modo seruire possit, præsertim in curia parlamenti, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, per text. in cap. dilecti. de iudiciis. ibi, Sed simpliciter & purè factum ipsum, & rei veritatē secundū formam canonū, & sanctorū patrum institutæ inuestigare curetis &c. & in cap. abbate sanè. §. cæterum. ibi, quoniā & si petitū fuerit indebitè &c. de re iud. lib. vj. Facit tex. nota. in l. fi. §. fi. ff. quod metus causa. vbi per vim exactū non rescinditur quo ad verum debitum, per quem tex. dicit ibi Bal. ꝙ executio facta pro vero debito non rescinditur propter ordinem non seruatū, nec tenuta data indebitè pro vero debito reuocatur, nec recommēdatio pro vero alieno debito tollit de indebitè carcerato, secūdū Bar. ibi per illū tex. dū dicit, quāuis nō extra ordinem exactionem fieri, sed ciuiliter oportuit, quæ tamen solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, reuocari inciuile est, quod est not. videatis gl. no. super verbo, iuranti. in l. j. §. si quis argētū. ff. depositi. quæ vult libellum ac processum inde secutum nō vitiari propter ineptitudinē, si ex probatione veritas resultat, quam glo. summè extollit Ludo. in l. non solùm. §. sed probari. ff. de noui oper. nunt. Et multò minùs vitiaretur si de veritate facti cōstaret per confessionem partis: per tex. in cle. cōstitutionē. in fi. de elect. & in c. j. & c. ij. de accusa. lib. vj. & Panor. in c. Pisanis. de restit. spol. & Bar. in l. si confessus. de custo. reorū. Vnde nō est ordinatio regia, nec stylus Franciæ, sine fundamento vtriusq; iuris. Etiā in curia Parlamēti si filiusfamilias agat, vel conueniatur, nō requiritur patris consensus, ob cuius defectum processus non erit nullus quicquid dicatur in l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ libe. & in c. fi. in fin. de iudiciis. lib. vj. Pariter si minori xxv. annis, qui de iure personam non habet standi in iudicio sine curatore, non fuerit datus curator, maximè in actione personali vel criminali, cùm in criminalibus non curetur patria potestas, Insti. de noxali. actio. §. fin. nec minor ætas, nisi in attenuando pœnam. l. auxilium. ff. de mino. & l. j. C. si aduer. deli. de quo per Guid. Papæ, quæst. liiij. & quæst. cccx. tamen processus non poterit de nullitate impugnari. Et scio, ꝙ curia Parlamēti Burdegalæ in delictis cōtra minores procedens non prouidet eis de curatore quicquid dicatur in l. clarum. C. de autho. prēstan. Et si minores allegarent se Arresto Parlamēti læsos, nūquam audirentur per viam in integrum restitutionis quicquid dicat l. præfecti etiam prætorio. ff. de mino. Et ratio est quia per ordinatiōes regias prohibitum est pœnaliter venire directè, aut indirectè contra Arrestum curiæ Parlamenti aliqua via quàm per propositionē erroris. Or quoties ꝑ statuta certa via ꝑmittitur, cæteræ omnes excluſæ videntur secundum eum allegata quæst. cccx. Vnde restat, quòd in regno Francię cessat illa ceremonialis iuris communis practica, qua iudices ineptam actionem propositam cognoscentes, ex illa reum condemnare non poterant: Imò sententia fuisset nulla per glos. singularem in verbo, secundum. Institut. de obliga. Sed tenebatur reum absoluere ab instantia, & ipsius iudicij obseruatione relaxare, actione apta & pertinenti reseruata actori quoties ea vellet experiri. Quæ practica sumpta erat originaliter ex textu melioris iuris ciuilis in l. Beblius. §. fi. ff. de pac. dotali. & demū ex ca. examinata. de iudi. (Additio.) Has ordinationes reperietis in registro ordinationū regiarum cameræ inquæstarum parlamenti Tolosa, fol. xxxv. verso. Nec obstat, quòd curia parlamenti Tolosæ instituta fuit, quòd regeretur iure communi scripto, vt vidistis in verb. *Et vxorem nomine Adel.* in secunda decisione primi arri. Ex quo viderentur dictæ ordinationes locum non habere in dicto Parlamento, nec aliis curiis patriæ liuguæ Occitanę, quia respondetur, quòd curiæ prædictæ ius commune seruare tenentur, quatenus facit pro eis: cùm eorum fauore conuentum fuerit, ꝙ iure scripto regantur, sed non quatenus facit cōtra, vel esset eis onerosum, prout esset si dicta iura ceremonialia in maximam litium prolongationem seruarētur, quod non est dicendum, per l. quod fauore. C. de legi. Præterea tollere ceremonialia prędicta est etiam de iure communi saltē canonico, vt dicto cap. dilecti. & cap. ad petitionem. Non enim sunt opportuna ne attendi possunt huiusmodi comitātia in hoc casu. Nam licet aliquibus curiosis, qui de his quæ non multùm expediunt, sæpe disceptant, aliter forsan appareat, vtilius tamē videtur negotia tali expediri compendio, quàm per quandam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari: præsertim cùm nonnulla pro vtilitate cōmuni cōtra iuris asperitatē ex æquitatis mansuetudine tolerari noscantur, vt dicit tex. in dicto cap. abbate sanè. circa fi. de re iud. lib vj. Et hinc est, ꝙ vsus tolerauit actiones, scilicet rei vendicationē & publicianam cumulari posse, quāuis implicent repugnantiam, & contradictionem. Cum prima dominium præsupponat in actore, alia verò agentem nō esse adhuc dominū, vt ibi est text. in prin. dum dicit, iure dominij, vel quasi, secūdū glos. ibi. & in §. sed istæ quidē. super verbo, dicit. Inst. de actioni. Ergo facilius ex ineptæ actionis instātia sequi potest sententia condemnatoria vel absolutoria, vbi cōstat de simplicis facti veritate, quàm reū absoluere & nouam inchoare instantiam, vt circuitus euitetur. l. dominus. ff. de condi. indebi. Sicut infrà dicetur de fidei commissario, qui hodie in hoc regno ex æquitate canonica agere potest recta via petitorio & possessorio pro fideicōmisso ante illius sibi factam restitutionem per hæredem, secundū Bal. in c. in præsentia, de proba. vt circuitus inutilis & vanus euitetur, & lites abbreuiētur, quod reipub. interest. l. properādū. §. j. C. de iudi. & c. finē. de dolo & cōtu. Nec est hoc mirum cùm etiā partes possint ineptitudini libelli renuntiare, secundum Pau. consil. lxxiij. † Nam sicut in curia mercatorum procedi debet, & iudicari de bona æquitate nō inspectis apicibus iuris, vt no. dicit Bar. in d. l. si fideiusso. §. quædā. & in l. Quintus Mutius. ff. manda. & Bal. in l. si pro ea. C. mādati. ex quibus infert idē Bal. singulariter in l. si mācipiū. §. j. ff. de euict. in suis apostillis post gl. ibi super verbo, actū esset. ꝙ cùm ex cussio debitoris principalis antequā veniatur ad fide iussores, sit de iure requisita, vt in anthen. prędente. C de fideius. Non habebit locū in curia mercatorū, nec inter mercatores, quod sequitur Ang. in §. itē si quis in fraudē. Insti. de actio. pro quibus est tex. in authēt. de fideius. §. fin. colla. j. Ex quibus infert & magis singulariter Iason in dicto. §. item si quis in fraudē. xix. col. in fin. versi. iiij. limitatur prædicta conclusio &c. † ꝙ illa solennitas excussionis, quam ius commune in pluribus casibus requirit, imò semper antequam procedatur contra tertiū, seruari nō debet de iure canonico, nec in curia ecclesiastica, quæ iure canonico

regi debet.cap.decernimus.de iudi. quo nō sunt curandi apices, id est, subtilitates iuris ciuilis, vt d.c.dilecti.iuncta glo.in verbo, subtiliter. Sic etiam nō seruabitur illa subtilitas excussionis in curiis secularibus Franciæ, in quibus.vt dixi, procedi debet sola facti veritate inspecta, de qua sufficit quod quoquomodo apparere possit. Sed quia Iason suam illationem ausus non fuit verā affirmare, sic nec ego istam, q̄ in curia Franciæ locū non habeat indifferēter excussio. Quia videmus q̄ locū habet & notoriè seruatur nisi in casibus à iure exceptis. Et in curia mercatorū aliæ rationes militant, quæ cæteris non conueniunt, vt plenè habetur in iuribus prælegatis. facit l.ij.C. de constit.pecu. A quibus mercatoribus curias Franciæ liberare dignetur altissimus. Vel dicatis, q̄ curia Parlamenti Tolosæ in decidendo causas tenetur seruare & iudicare secundum ius commune, sed non in cognoscendo: quia in his quæ ordinem concernunt iudiciarū, rex, qui ordinationes fecit amplā habet potestatem in ea quæ sunt ordinis remittēdo. cle. dispēdiosam. de iudi. & clemen. sæpe. de verb. sig. quod nō posset alius etiam legatus facere, secundum glos. in c. fin. ff. de hære. lib.vj. Sed quo ad causarum decisiones diffinitiuas nō posset iuri communi in præiudicium partium derogare, præsertim cùm ad illud seruandū sit obligatus ex cōtractu, vt ibi plenè dixi. Restat ergo regem & curias suas adiri, & cognoscere posse, ac procedere contra infractores suarum ordinationum & decretorum in pragmatica cōtentorū, adeò quòd Carolus septimus domini nostri regis auus paternus anno domini M. cccc liij. statuit & ordinauit cap. suarum principalium ordinationū lxxvj. quòd à cancellaria sua, vel curiis suorum officiariorum literæ concedātur contra infractores pragmaticæ sanctionis: dummodo in literis media specificentur, per quę ipse impetrans prætendit pragmaticam fuisse infractam. Et si posteà in iudicando materiam principalem cōstiterit de infractione illius, quòd tales infractores puniantur, & econtrà si non constiterit media narrata per impetrantem esse vera, etiam ipse impetrās puniatur, scilicet arbitrio iudicis. (Additio) Has ordinationes Caroli septimi reperietis in registro dictarum ordinationum cameræ inquæstarum, fol cxxiiij. verso. quarum. c. prædictum est. fol. cxxxvij.

53 Restat † ergo ad propositum nostrum, quòd prælati ecclesiæ honorando clericos in collatione beneficiorum, eos onerare non possunt annua pēsione, vel alio quocunque onere. Imò papa hoc facere nō posset, obstante sibi decreto de annatis, vt suprà vidistis. De quo iampridem erat etiam decisio concilij generalis antiqua. in cap. extirpandæ. §. fi. de præben. facit cap. peruenit. de arbitr. Sunt enim tales pensiones odiosæ tanquā seruitutes. cap. quanuis. j. de præbend. lib.vj. Pinguiùs tamē prouisū est hodie per illud decretum concilij Basilien sis papam prohibens à quacunq; oneris impositione cuiuscūque nominis sit, & quacūq; occasione vel causa, aut colore imposita fuerit, contrà factum irritum denūtiando, cum censuris inde secutis, nisi vt dixi suprà in princ. pensionis impositio vergeret in vtilitatem ecclesiæ, quę onerata dicitur pēsione. Quod esse potest in duobus casibus.

54 à iure expressis. † Primò vbi pensio imponeretur pro alimonia renuntiantis ecclesiam, quā regere nō potest fortè propter senium: quia senio cōfectus, vel propter infirmitatem vel aliam personæ debilitatem nō ex delicto suo ,pueniente, & sic ex pia causa & iusta, vt habetur in dicta ordinatione beati Ludouici. Quo casu cùm honestè ab administratione missus sit, sicut dicitur de veteranis militibus, aut aliàs militare nō valentibus: qui priuilegia multa retinent: poterit huic de reditibus ecclesiæ dimissæ de congrua pensione prouideri, habita consideratione, quòd nouus rector seu prælatus, qui curam habet, non indigeat, & huic renuntianti necessaria sit ad viuendū aliunde non habens. can. quanuis sit triste. vij. quæst. j. Nā hoc casu interest ecclesiæ, & eius vtilitas maior est, quàm si prælatus sibi inutilis eam regeret in detrimentum animarum. Et prætereà, si ita non fieret, daretur prælato coadiutor, qui eum eo reddit' pariretur. de cleri. ægro. per totum. Et tantùm est ecclesię, quòd antiquo rectori detur pensio: quia etiam haberet partem fructuum. Ex quo sequitur, quòd non posset pensio constitui renuntianti, imò videretur in fraudē canonum facta, vbi haberet alia beneficia, ex quibus posset viuere opulenter. Cùm multi sint, quos dietim videmus, qui ne de pluribus, quæ tenent beneficiis, aliqua ne eis locū in dispensatione occupent renuntiāt, retenta sibi optima pensione, contra quos est tex. rotundus in cap. conquerente. de cleric. non residen. vbi pensio eis aufertur, qui alia habēt beneficia sufficientia, ita quòd non curatur si beneficium pēsionarium sit sufficiens ad pensionem vel non. Secundò iustè cēsetur imposita pensio, vbi pro bono pacis alteri colligantium, qui iuri per eū prætenso in ecclesia renūtiauit, & de illo prouisum fuit, collitigatori fuit assignata pensio: quia tunc cùm propter discordiam cōtendentiū patereť ecclesia, & mutuò se impedirēt in administratione. Ex quo multoties ecclesia turbatur & nescit durāte lite, ad quē illorū recurrat. Et (quod peius est) interdū cōtingit, q̄ qui titulū canonicum non habet, propter potentiā de facto administrat, & aliquādo nō curās de administratione fructus rapit. Negari nō pōt quin ecclesiæ intersit, & eius vtilitas procuretur, si veniēt ad pacem, ita quòd ecclesia vni remaneat, & alteri pensio assignetur, per text. not. in cap. nisi essent viri prouidi. de prębē. Imò cùm debatum seu discordia taliū vergat in detrimētū subditorum, & sic totius ecclesiæ, etiā si nollent, cogi possent ad pacem & compositionē, per text. in cap. cùm inter R. seniorē. vbi Panor. de elect. & in l.j. §. & post operis. vbi Alexan. ff. de noui ope. nuntia. Caueant tamen quòd in fraudem canonis non fingant nec supponāt litē, cùm multos videamus, qui ad hos fines sibi quærunt aduersarios, & qui se constituunt falsò aduersarios, scientes non habere aliquem colorem tituli, ad fines extorquendi pensionem, quia non valet. Cōtra quos est tex. not. in cap. audiuimus. de collusio detegē. Sine ergo causa legitima vtilitatem ecclesię pensionariæ concernēte non valet etiam à papa imposita pēsio. † Quia licet de iure papa sine causa pēsionē cōstituere potuisset de plenitudine potestatis, vt concludunt omnes, & latè Feli. in dicto cap. ad audientiā lo ij. v. col. ver. ista procedunt indubitanter. de rescri. Tamen hodie non potest per dictū decretū, de annatis. Videatis Petr. de Anch. cōsi. cclxxxx. & cccl xxxix. Oldrad. cōsi. ccxxv. & Feli in cap. quia verisimile, de præsumpt. Et hoc quando ecclesiæ conferūtur in titulum: vbi autem in proprietate conferrentur, posset onus imponi, & conditio pro voluntate tradentis l. in traditionibus. ff. de pact. quo casu de ecclesia iudicatur sicut de patrimonio. ca. cura. de iure pat. sentit. glo. in c. j. de reg. iur. lib.vj. Et in traditione patrimonij potest onus adiici, vt de onere taliarum dixi suprà in prin. & sentit Ludo. alleg. consil. cccl xix. vbi propter

pter vnionẽ prioratus, & sic iure proprietatis, retenta fuerat pensio. Prætereà tunc pensio non datur personæ, sed ecclesiæ: nam in casu per Ludo. consulto monasterium sancti Antonij ad causam prioratus sibi vniti pensionem soluebat per Bonifaciũ octauum imposita monasterio mõtis maioris, sicut faciũt capitula & collegia, quibus vnitę sunt parochiales perpetuò: quia annuatim soluunt vicario perpetuo vel cõductitio pensionẽ congruam pro exercitio curæ animarum, vt in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præben. vbi plenè Panor. Imò eo tunc necesse est pensionem imponere cõgruam, quæ vtilis est ecclesiæ pro administratione curæ, vt ibi. & c. de monachis. eod. titu. &
56 c. j. eod. tit. lib. vj. & in cle. j. de iure patro. † Et idem in fũdatione, aut dotatiõe ecclesiæ potest per ipsum fundatorẽ onus imponi, quãuis laicus existat, de quo Pan. in c. cum. dilectus. de consue. & Zabarel. in cle. si vna. §. j. fi. de rebus eccle. non alien. Et pariter posset pensio constitui de cõsensu prælati post titulum plenè expeditum, & ex interuallo magno, ne obstet decisio Bald. in l. ab Anastasio. C. mandati. quia tũc posset papa de plenitudine potestatis imponere pensionem alicui personæ, quãdiu viueret. secũdum Felin. vbi suprà. Nec tũc locum haberet decretum de annatis, quod loquitur de onere imposito in collatione beneficij, vel paulò antè, vel pòst, secũdũ Bal. vbi suprà: quo casu nihil operatur plenitudo potestatis, etiam cum generali non obstantia: quæ clausulæ difficiliùs extenduntur ad cõstitutiones cõcilij, quàm ad particulares, per tex. in cap. post translationẽ. in fi. ibi, durum nimis extiterit & c. de renun. facit cap. ex parte, infrà de capel. mona. secundum Fel. in c. j. viij. col. de consti. Quæ omnia notabitis, quia quotidiana. Secũda principalis regula est, ꝙ quẽ non honoro, onerare nullo modo possum, nec quouismodo grauare nec præiudicare, vt dicta l. ab eo. C. de fideicõmis. & dicto. §. libertas. ver. itaq;. Insti. de sing. re. per fideicõ. reli. Tamen fallit primò, vbi persona onerata, quæ honorata non fuit, cẽseretur fictione iuris eadẽ persona cũ illa, quã testator honorauit, quoniã posset illã
57 grauare. † Hinc est, ꝙ hæres legatarij cui à testatore nihil relictum fuit, ita potest grauari sicut ipsemet legatarius, vt dicta l. si fuerit. cũ l. seq. ff. de leg. iij. Et idem esset, si testator filium institueret, vel seruũ alienos: quia grauare posset patrem, vel dominum, licet eis nihil reliquerit: quia cùm cõmodum hæreditatis sit ad eos peruenturum. fingũtur esse eædem personę cum illis, quas testator honorauit. l. à patre. ff. de leg. iij. Bar. & Imo. in l. cũ filio. ff. de leg. j. Pariter si testator hæredem instituret pupillum, vel minorem, aut prodigum, vel furiosum, prauare posset tutorẽ & curatorem, vel alium administratorẽ. l. peto. §. matre. ff.
58 de lega. iij. † Eodem modo grauare posset sui testamẽti executores, quibus nihil reliquit. Et pari modo ecclesiæ prælatũ, vbi ecclesię reliquit: quia his casib⁹ censetur potius hæreditas vel ecclesia grauata, quàm ipsi administratores. l. si pluribus. ff. de leg. j. Barto. in l. firmio. ff. quando dies leg. ced. & l. si quis Titio. ff de leg. ij. & plenè Bar. in l. alio. ff. de alimen. leg. Secundò fallit dicta regula, si testator legauerit mixtim, aut fideicõmissum reliquit à duobus, scilicet ab eo quẽ non honorauit, nec ei reliquit, & ab eo quem honorauit: quia tunc relictũ valebit in totũ, & solus honoratus tenebitur ad integrum legatũ, per tex. no. in l. si duobus. ff. de leg. j. per quẽ cõsuluit singulariter Bar.
59 cons. ccxj. incip. Quidã sibi filios hæredes. † ꝙ si testator habeat pro indiuiso bono communia cum fratre, & Semproniũ instituat hæredem. vxori verò suæ alimenta relinquat in bonis cõmunibus, scilicet partim in sua parte, & partim in parte sui fratris: totum relictum alimentorum ab hærede testatoris erit præstandum, cùm simul ei coniunctim alimenta reliquit in bonis suis & fratris, quòd est perpetuò notandum, secundum Pau. & Alex. in dicta l. si duobus. Tertiò fallit, vbi testator aliquẽ grauaret, cui nihil reliquerat, vt aliquid daret de eo, quod in casum certum cõsueuisset ad ipsum grauatum trãsire, vt probatur in l. deniq;. §. interdũ. ff. de pecu. lega. iuncta glos. in verb iuris. in l. vnica. C. de pecul. eius qui liber. meruit. Nã sicut videmus ꝙ si seruus inter viuos manumittatur, transit in eum peculium, vt d. l. vnica. sic etiam si in vltima voluntate libertas seruo relinquatur, & in peculio grauetur, valet grauamẽ, quãuis legatũ libertatis non sit pecuniariũ. Et ratio quare valet grauamen est, quia fuit causa cõsequendi cõmodum pecuniariũ scilicet peculiũ, secundum Imo. hîc, & in l. Centurio de vulga. & pupil. & Alexan. in dicta l. cum filio. ff. de lega. j. Ex quorum verbis clarius hoc demonstrando sic dicere poteritis, ꝙ vbi grauamen iniunctum est causa honoris in grauatũ transeũtis, aliâs non transituri, tale grauamẽ tenet & debetur. Quia licet imponatur non honorato aliquo pecuniario commodo, tamen quia illud onus est causa honoris pecuniarij cõsequendi, tale grauamen & onus tenet & debetur, & sic sufficit vt quis grauari possit, ꝙ fuerit principaliter honoratus, vel in consequentiã oneris iniuncti, per tex. not. in dicts l. deniq;. §. interdum. vbi fuit libertas simpliciter relicta seruo habenti peculium: & quia non poterat seruus grauari, cùm honorem consecutus non esset seu commodum pecuniariũ, vt vidistis suprà in prima regula, quia libertas non est pecunia æstimabilis, nec etiam ad legatum libertatis in testamẽto, vel alia vltima voluntate veniret peculiũ, licet aliud esset si inter viuos cõsequeretur libertatẽ. vt dicta l. vnica. & sic seruus nõ fuit à testatore pecuniariter honoratus: tamẽ quia ille seruus cui libertas relicta fuerat, fuit à testatore grauatus, reddit is rationibus dare cẽtum hæredi, ex illo tali onere iniuncto sibi pertinuit peculium, & sic onus & grauamen fuit causa peculij, & sic honoris consequendi, certè tale onus iniunctum non honorato tenet, vt ibi est text. notab. qui hoc modo declarat⁹ poterit vobis seruire ad multa. videatis Bart. in l. cùm tale. §. fi. ff. de condi.
60 & demonstr. † Tertia regula est, quòd testator non potest hæredem in plus grauare, quàm apud eum remanere debeat deducto onere. l. ciuitatibus. §. fi. vbi Bart. & l. nõ amplius. §. j. ff. de leg. j. & l. Pamphilo. §. fi. ff. de leg. iij Salic. in l. fina. C. quando dies leg. ced. Quod est verum, etiam si honoratus ex re legata vel fideicõmisso, cõsecutus sit maius commodum, quàm sit ipsum legatum vel fideicõmissum. forte quia cõsecutus fuit vsuras, vel aliud lucrũ negotiando. Nam vltra hoc grauari non potuit vltra valorem corporis legati vel fideicommissi: quia hoc lucrũ non habuit à testatore, sed à fortuna, vel eius industria. text. est nota. in l. imperator. §. si centũ. & §. cùm quidam. ff. de leg. ij. Et idem si oneratus fideicommisso damnũ, aut pœnam euasit cum re, vel pecunia legata multo maiorem, quàm esset res legata: qui propter hoc grauari nõ potuit vltra valorem legati, aut fideicõmissi, in quo honoratus fuit. Idem forte esset in eo, qui speciem sibi legatam plus vendidit, quàm valeret: quia etiam in illo pluri non potuit grauari, quia eum habuit à fortuna vel fatuitate emporis. tex. est not. in l.

BIU Cujas

61 üj.ff.ad legem Fal. † Sed hæc regula fallit. Primò, si testator vni hæredum rem aliquam prælegauerit, aut partem rei: Nam vltra valorem prælegati potest ipsũ grauare: quia licet vt legatarius à testatore cõmodũ non sentiat, tamen commodum sentit vthæres, quod sufficit. Cùm idem homo sit legatarius, & hæres. l. Ne sennius. ff. ad legem Falc. secundum Bart. in dicta l. Pamphilo. §. fi. & Iason in dicta l. ab eo. Secundò fallit in casu. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. ij. vbi licet persona vltimo decedens honorata non fuerit nisi in dimidia, quo casu videbatur non posse vlteriº grauari, tamen quia eadem persona postea ex tacito fideicommisso habet totum, potuit in totum expressè grauari, licet nõ fuerit expressè in toto honoratus, vt ibi est tex. sing. secundum Doct. idem vbi grauare tur legatarius quantitatis in specie ptopria danda valente vltra quantitatẽ sibi relictam, vt dicta l. Imperator. §. si centũ. ff. de leg. ij. vbi bona gl. in ver. offerat

62 plures ponens casus ab hac regula fallentes. † Et hæc substitutio fideicommissaria, seu fideicommissum fit aliquãdo purè, & interdũ sub conditione. purè fit, vbi conditio vel dies non apponatur ad faciendum restitutionẽ, putà si testator dicat: Titium hęredem instituo, & rogo eum quòd hæreditatem restituat Caio. Nam hoc casu tale fideicõmissum dicitur purũ, ita q̃ mortuo testatore illico cedit tẽpus. & dies restituẽdæ hæreditatis, & taliter cedit, q̃ si Caius fideicõmissariè substitutº decederet antequam Titius hæres, &

63 hæreditatẽ restitueret, † tale fideicõmissum vniuersale trãsmitteretur ad hæredes fideicõmissarij defuncti, etiam si ante verbalem restitutionem sibi factam decesserit. l. si in personam. C. de fideicõmis. vbi plus dicitur, q̃ transmittitur etiam non agnitũ, scilicet si fideicõmissarius decesserit prius quàm fideicõmissum

64 agnouerit, vel alio modo acceptauerit. † Et fit hæc transmissio ad quoscunq; hæredes fideicommissarij, etiam extraneos, vt ibi. Nam licet hæreditas per hæredem non adita, non transmittatur, si hæres ante aditionem moriatur. l. quoniã sororẽ. C. de iur. deli. & l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. Et fideicõmissarius vniuersalis habeatur loco hęredis. l. j. §. si filius. ff. quod cũ eo. Tamẽ fideicõmissum vniuersale trãsmittitur ad quoscunq; hæredes fideicõmissario moriente ante omnem restitutionem realem, aut verbo ei factam, vt d. l. si. in personam. & l. apud Iulianum. §. Antistia. & l. cogi. §. idem Mætianus. ff. ad Trebel. licet glo. contrarium voluerit in dicta l. cum filio. ff. de leg. j. & in l. à testatore. ff. de cõdi. & demonstra. & malè, secundum Docto. ibi. Plus dico, q̃ etiã si fideicõmissarius vniuersalis moriatur antequàm hęres directus & grauatus hæreditatem adeat, tamen adhuc fideicõmissum non agnitum transmittit. l. quidam. in prin. ff. ad Trebel. quicquid ibi dixerit glo. Et ita cõmuniter tenẽt in dicta l. cùm filio. Et hæres directè institutus, & purè de restituendo grauatus, tenebitur mortuo fideimõssario hæreditatẽ restitnere hæredi-

65 bus præmortui fideicõmissarij, vt ibi. † Et ratio differentiæ quare magis transmittitur fideicõmissum vniuersale non agnitũ ad quoscũnq; hæredes, quàm hæreditas non adita, est, quia hæres ante aditam hæreditatem non habet in ea aliquod ius formatum in esse: cùm pro illa adeunda nõ sibi cõpetat actio, nec aliud remedium contra aliquem, sed ipse potest eam solus adire extra iudicialiter, quãdo vult. Antequàm ergo adeat, nullum habet ius in esse formatum, licet potentiam habeat acquirendi, & sic nihil potest trãsmittere, Hinc dicimus hęreditatem non aditam nõ ẽsse in bonis nostris, per tex. sing. in l. pretia rerum. ff. ad legem Falc. secundum Bal. in l. ij. C. de iur. & fact. ign. Sed fideicommissarius vniuersalis ante omnem restitutionẽ sibi factã habet ius formatũ, quia actionẽ habet ex testamento cõtra hæredẽ, si hæreditatẽ adiuerit, vel ante aditam hæreditatẽ habet officiũ iudicis ad cogendum eum adire, & restituere. Quod iudicis officium loco actionis subrogatum est transmissibile ad hæredes, sicut dicimus de beneficio in integrũ restitutionis, quod officio iudicis petitur. l. non solùm. ff. de in integ. restit. quia est trãsmissibile, vt ibi. Ergo non mirum si fideicommissarius moriendo ius istud formatum transmittat, vt dictum est, ad hæredes. Et hæc est veritas, siue fideicommissum vniuersale relictum fuerit principaliter, & expressè in testamento

66 vel codicillis, † siue fuerit tacitè inductum virtute clausulę codicillaris in testamento appositæ, secundũ Alex. in dicta l. cùm filio. xij. col. & Iason. in l. cum secundũ. C. de fideicommis. licet Bar. in l. j. ff. de iure codi. voluerit hoc vltimo casu fideicõmissum nõ esse transmissibile, donec fuerit agnitum. Quod est mirabile dictum & singulare, tamen cõmuniter non tenetur: imò q̃ indistinctè transmittitur fideicõmissum. Nec obstat, q̃ restitutio fideicommissi fieri non po-

67 test, nisi illi de quo testator disposuit. † Et hinc est, q̃ fideicommissum vniuersale cedi non potest, nec cogitur hæres fideicommissum restituere, etiam procuratori in rem suã. l. mulier. §. ex asse. ff. de iur. do. vbi est de hoc tex. singularis, secundum Bald. in cap. non nulli. vj. col. de rescript. tangunt glos. & Docto. in l. apud Iulianũ. §. vtrum. & l. seruo inuito. ff. ad Trebel.

68 Nam illud est verum, † q̃ hæres rogatus non tenetur fideicommissum restituere vniuersaliter ei, qui succedit titulo singulari & particulari, prout est cessionarius, vel donatarius, quãuis sint procuratores in rem suam, & ita propriè loquitur text. in dicto §. ex asse. secùs si titulo succedat vniuersali sicut facit hæres fideicommissarij, qui cùm personam fideicommissarij repræsentet, in totum cẽsetur eadem persona cũ ipso in authen. de iureiur. à morien. præsti. in princip. Cessionarius autem personam fideicommissarij non repræsentat, nec est eadem cum ipso: ideo ei fieri non potest fideicõmissi restitutio: nec valet cessio fideicõmissi vniuersalis, cùm cedi non possit, licet transmit-

69 tatur, vt dictum est. † Nec obstat regula, q̃ quicquid est transmissibile est cessibile, per l. ex pluribus. ff. de admi. tuto. quia nõ est verum: nec procedit dicta regula affirmatiuè. Imò videmus multa sui natura esse trãsmissibilia, quæ cedi nõ possunt, prout sunt actiones directæ, quæ transmittuntur ad hæredes, & tamẽ cedi non possunt, vt scilicet transeant in cessionariũ, cùm ita sint ossibus affixæ, quòd euelli non possunt secundum glo. in l. iij. ff. pro socio. imò dicit alibi gl. in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. quòd sicut lepra sequitur leprosum quocũque vadit, sic actio directa sequitur principalem contrahentem, ita quòd euelli non potest nec separari ab eo. Sed procedit dicta regula negatiuè, scilicet quòd ea quæ non sunt transmissibilia, etiam cedi non possunt, & ita propriè loquitur text. in dicta l. si ex pluribus. vbi dicta regula fundatur. fortior enim est transmissio, quàm cessio.

70 † Restat ergo vera conclusio, quòd fideicommissario decedente ante fideicommissum agnitũ per eum, & ante omnem restitutionẽ, posito etiam quòd hæres directus de restituẽdo grauatus nõ adierit hæreditatem, fideicõmissum vniuersale purè vel in diem certũ, quod idẽ est, relictũ, trãsmittitur ad quoscũq; hæredes.

BIU Cujas

hæredes fideicõmissarij, secũdum Bar. in d.l. cũ filio. & Alex. plenè in l. sed si ad tempus. ff. ad Trebel. vt vi-
71 debitis infra in verb. *Mortuo itaq; testa.* ij. † Secus autẽ esset, si relictũ fuisset sub cõditione, vel in diẽ incertam, scilicet cùm hæres, vel quicũque alius extraneus morietur. Quia si fideicommissarius decederet ante euentum conditionis, aut diei incertæ, fideicommissum nõ trãsmitteret, per regulã l. vnicæ. §. sin autẽ sub cõditione. C. de cad. toll. & cõsuluit Ludo. cõsi. xvij. incip. Viso puncto mihi proposito. & cõsi. cccc. lxxx. incipien. In casu propositę consultationis. Imò quod fortius est, fideicõmissum cõditionale filio relictum, vel alteri descendenti nõ trãsmitteretur etiã in suos eo moriente ante euẽtum conditionis, secundum gl. Bar. & alios in l. j. C. de his qui ante aper. tab. glo. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. tex. in l. si in persona. C. de fideicommis. licet gl. solitaria in l. is cui sub cõditione. §. fin. ff. de actio. & oblig. tenuerit contrarium, & malè secundum omnes: quia cõtra eam tenet Bal. in l. si auus. C. de lib. præter. & in cap. j. qui succes. teneantur, in vsibus feudo. & in l. si pater in x. quæst. C. de institu. & substitu. Oldr. cons. cxxxj. incip. Quidam habens tres filios. & Ludo. consil. xix. incipien. super puncto præmisso. Quod tamẽ limitat singulariter Oldr. consil. cxxxix. incip. Ad habendũ aliqualem notitiam. in decisione quintæ quęstionis, quam vobis tradidi in verbo, *Et soboles quam gestabat*, in fine. Videatis quæ dixi in materia pupillaris substitutionis suprà circa finẽ, vbi ponitur alia limitatio. Præterea intelligatis sanè fideicommissum conditionale mortuo fideicommissario ante cõditionis euentum non transmitti etiam ad suos posteros, si in testamento, vel alia vltima voluntate fuit relictum. Secus autem si relictum fuisset in cõtractu vel alia dispositione inter viuos: quia tunc transmitteretur, per tex. in §. ex conditionali. Instit. de verb. oblig. vt dixi, & per exempla declaraui super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* in primo articulo successionum ab intestato. loquendo de iure repræsentationis nepotum loco filiorum præmortuorum. Si autem fideicommissum relictum foret sub conditione necessaria, putà cùm fideicommissarius morietur, tũc transmitteretur. secundum glos. in l. post mortem. C. de fideicõmis. Circa quę videatis, quę plenè scripsi in materia pupillaris substit. in primo & septimo principa-
72 libus artic. †Sanè tamen intelligatis, quod suprà dixi, quòd fideicommissum vniuersale purè relictum ilico, vel conditionale post conditionem purificatam transmittitur per mortem fideicommissarij, si hæres directus de restituẽdo grauatus adierit hæreditatem saltem post mortem fideicommissarij: quia aliàs sine hæreditatis aditione fideicõmissum sortiri nõ potest effectum. Imò si hęres directus restituere rogatus decederet ante hæreditatis aditionem, fideicommissum extingueretur. l. ille à quo. §. si de testamento. ibi, ne prius hęres decedẽs fideicõmissarium decipiat. ff. ad Trebel. Nec posset hæres hæredis adire hæreditatem delatam suo prædecessori, cùm vt dictum est, hęreditas ante aditionem non transmittatur, dicta l. quoniã sororem. Vnde sequitur quòd hærede ante aditionẽ
73 moriente, extinguitur fideicommissum: †Nisi in casibus sequentibus, in quibus hæc regula fallit. Primò vbi hæres de restituendo grauatus esset de suis: quia si de suis fuerit hæredibus, qualis est filius patri, in cuius potestate est constitutus, vel alius primũ locum fuitatis tenẽs, tunc nõ requireretur hæreditatis aditio, cùm sola existentia fuitatis, tunc fideicommissum confirmaret. l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Trebel. Quod qualiter intelligatur, dixi plenè in materia vulgaris substitutionis tractando eius sextum effectum, vbi hoc firmaui cum duabus limitationibus, & latè, super verbo, *mortuo itaq; testatore.* ij. dicam. Secundò fallit, vbi hærede rogato mortuo, idem hæres ad suos hæredes transmiserit ius deliberandi & adeundi hæreditatem, putà quia hæres rogatus decessit infrà annum à tẽpore sibi scienter delatæ hæreditatis, quo casu residuum illius anni transmisit ad hæredes. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. secundum plenè not. per Barto. in l. ventre. ff. de acqui. hær. Et dicam plenissimè super dicto verbo, *Mortuo itaq; testatore.* ij. Præsertim dum tractabo tertiam speciẽ transmissionis: quia tunc hæres hæredis adire, & per aditionẽ fideicõmissum cõfirmare poterit. Et si adire nollet, cogi posset, sicut potuisset ipsemet hæres mortuꝰ. l. eam quam. C. de fideicommis. & dicam statim. Tertiò fallit in casibus, in quibus hæreditas non adita transmititur, de quibus dicam vbi suprà. Quartò fallit, vbi hæres directus de restituendo grauatus, qui hæreditatem non adiuit, fuisset minor xxv. annis. Quia cùm ad eius hæredem transmiserit ex persona sua in integrum restitutionẽ, qua mediãte restitui potest aduersus omissam hæreditatis aditionem. l. Pantonius. ff. de acquir. hære. & dicam vbi suprà: tunc hæres hæredis grauati mortui cogi poterit adire & restituere. Et has fallẽtias probat Bart. per tex. in l. cùm in plures. §. messem. ff. locati. & in l. ij. §. Labeo. ff. ne quid in loco publi. vbi dicitur, ꝙ cogi potest quis adire ꝓpter alium. & melius allegare potuisset l. quod si minor. in prin. ff. de mino. & l. si minoris actum. ff. de admini. tuto. Quintò fallit, si ante aditionem tamen post coactionem hæres restitutione grauatus decesserit: quia nõ extinguitur fideicõmissum, sed debetur ab eo ad quem vadit hæreditas, siue sit hæres, siue substitutus, per text. singularẽ in l. non iustam. C. ad Treb. siue sit deuenientibus ab intestato succedens testatori fideicommittenti. l. post cõsanguineos. in fin. C. de suis & leg. hæred. secundum Bart. in dicta l. ille à quo. §. si de
74 testamẽto. ff. ad Trebel. †Cùm ergo hærede grauato moriẽte ante hæreditatis aditionem extinguatur regulariter fideicommissum (vt dictum est:) sequitur quòd fideicommissariè substitutus, seu fideicõmissarius cogere potest hæredem adire, ne pereat fideicõmissum, & demum cogere ipsum poterit sibi restituere hæreditatem, siue talis hæres rogatus sit capax hæreditatis, siue incapax, quia in hoc casu potius consideramus capacitatem fideicommissarij, cui hæreditas restituenda venit, quàm ipsius hæredis restituere debentis, qui non præstat nisi nudum ministerium,
75 † Quod verum intelligatis, si illa incapacitas hæredis ei superuenit ex postfacto, quæ potius dicitur indignitas: prout est in illo hęrede rogato, ꝙ capax est hæreditatis capiẽdæ, sed efficitur indignus culpa vel delicto suis, vt quia fortè hæreditatem adiuit nõ vindicata nece defuncti testatoris vel intestato mortui, A quo licet capax existat, potest fiscꝰ auferre hæreditatem, tanquam ab indigno. Tamen cogi potest talis hæres hæreditatẽ adire, & eam fideicõmissario restituere. & ita loquitur text. iuncta gl. in l. Marcellus. §. fi. ff. ad Treb. Si aũt hæres restituere rogatus, esset ab initio incapax in totũ, tunc ꝙ a institutio de ipso habet ꝓ nõ scripta, & nõ facta, cogi non posset adire & restituere, secundum gloss. in l. eam quam. C. de fideicommis. Adeo etiam, quòd illi ad quos vadit hęreditas, siue sint successores ab intestato, vt quia hæres est

incapax.

BIU Cujas

incapax, sine suo delicto, siue sit fiscus ad quē vadit hæreditas, vt quia vitio suo hæres grauatus est incapax, vt suprà dixi, illi tales non tenētur ad onus fideicommissi, sed perit, & pro non scripto habetur. l. si in metallum. ff. de his quibus vt indi. Siue sit fideicōmissum vniuersale, siue particulare, cùm inter illa quo ad hoc non sit differentia, secundum Bart. in dicta l. eam quam. quem ibi sequitur Iason in vltima col. & Alexād. in l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Trebel. Licet Bald. in l. ab eo. C. de fideicommiss. aliud dixerit, &
76 malè, secundum eos. † Nam vtroque casu hęredes ab intestato, aut fiscus non tenebuntur ad fideicommissum vniuersale, nec particulare legatum restituendū, nisi in tribus casibus. Primò, nisi quis esset incapax à principio propter delictum à se commissum circa testamentum. l. filius. §. fina. ff. de fal. & l fina. ff. de his quę pro non scrip. haben. Secundò, nisi ab initio esset institutio hæredis inualida propter errorem testantis circa coniunctionem personæ institutæ: casus est in dicta l. eam quam. secūdum vnum intellectum. Tertiò, nisi fideicōmissum esset ad causam piam relictū. l. pater filium. §. Iulianus. ff. de lega. iij. & not. in l. codicillis. ff. de lega. ij. In his enim casibus, licet hęres sit 81
incapax hęreditatis habendæ, tamen cogi potest adire & fideicommissario restituere, secundum glos. fin. vbi Docto. in d. l. eam quam. Or multò magis vbi hæres est capax, cogi poterit adire per fideicommissa-
77 rium. † Et si essent plures fideicommissarij, vnus solus hæredē cogere posset hæreditatem adire, vbi cæteri non curarent, & non solùm posset vnus cogere hæredem pro sua parte, imò in totū cogere eum posset adire, & restituere, dicta l. cogi. §. Metianus. ff. ad Trebel. Plus dico, quòd si essent plures fideicommissarij successiuè rogati, & quibus successiuè peruentura est hæreditas: & primus nō curaret hęredem directum cogere adire, & restituere hæreditatem, tūc secundus vel deinceps, imò vltimus hoc posset, vt di-
78 cta l. cogi. §. si ego. vbi Barto. † Et quòd hæres, adire & restituere cogatur, petere potest fideicommissarius à iudice in præsentia hæredis compellendi, si presens fuerit, vel in eiꝰ absentia etiā ipso hærede nō vocato 82
79 † Nam sicut hæres absens potest per nuntiū vel epistolam, aut procuratorem recusare adire hæreditatē, quamuis eam adire non posset per eos. l. Paulus. ff. de acquiren. hæred. & dicam infrà in verb. *Mortuo itaq; testatore*. j. Sic etiam in eius absentia potest substitutus, seu fideicommissarius impetrare à iudice, quòd hæres adire cogatur: quia hoc iudicium non est ordi-
80 narium, sed summarium. † Ideo iudex, hærede nullatenus vocato, literas præceptorias decernere potest, quarū medio præcipietur ei, quòd hæreditatem adeat, & eam infrà certum tempus restituat periculo fideicommissarij. Quia aliàs cogi non posset adire, nisi periculo fideicommissarij. id est, quòd omne damnum quod timet sibi ex aditione hæreditatis inferri, ei sarciatur, vel à prætore remittatur. l. apud Iulianum. §. j vbi Barto. ff. ad Trebel. & si se opponeret pæcepto, audiendus esset. Hæc practica probatur per 85
Barto. ff. de noui operis nuntia. l. de pupillo. §. meminisse. vbi dicit, quòd valent talia præcepta in absentia partis decreta, dum tamen admittatur oppositio, si eam fieri contingat, ita quòd nō est necesse incipere à simplici edicto de in ius vocando. de quo plenè Ange. in §. curare. Institu. de actio. Vel poterit iudex alio modo practicādo literas dare contra hæredem, quòd veniat ad dicendum coram eo, & declarandū, si hęreditatē adire velit, aut non. Et si adire recusauerit, cogetur per iudicē cuiuscunq; authoritatis vel dignitatis fuerit ipse hęres, etiā si esset fiscꝰ, vel respub. aut succedētes defuncto aq interest. Et quamuis hęreditas sit vilis, & pauci valoris, vel testator humilis persona fuisset, & si die assignata hæres non cōparuerit aditurus vel recusaturus hæreditatē, tale præceptū seu decretū præcepti operabitur in eius cōtumacia. Quòd si hæres moreretur die ad cōparendū elapsa, vel ante diē: imò si decederet ante notificationē decreti præceptiui contra hæredem cōcessi, adhuc nō adita hæreditate, fideicōmissum non extingueretur: quinimo eius hæres ad ipsum restituendum fideicommissario cogeretur, vt dicta l. nō iustam. C. ad Trebel. Sufficit enim, quòd literę præceptoriæ fuerint ante mortem hæredis per iudicem decretæ & concessæ, quamuis nondum executatæ, nec hæredi intimatæ. Quod est verum, etiam si tale decretum ad vnius ex pluribꝰ fideicommissariis instantiam emanasset, cæteris non curantibus. Quoniam omnibus proderit diligentia vnius hæredem cogere petētis. vt dicto §. Mætianus. prout hæc omnia probātur in l. quia poterat. & l. sed & qui magna. & l. recusare. §. j. & vbique Bartol ff. ad
Treb. † Plus dico, quod etiam si hęredes per quorum solam existētiam absq; alia aditiōe fideicommissum confirmatur, vt suprà dixi, si rogati fuerint hæreditatem ascendentium restituere, cogi poterūt per iudicem adire hæreditatē, seu illi se immiscere, si fideicōmissarius hoc requirat, cuius interest, ꝙ adeant. Quia licet necesse non sit adire ad confirmationē fideicommissi, quod iam firmatum est sola existentia suitatis: tamen expedit fideicommissariè substituto, quòd tales sui hæredes se immiscеāt expresse propter facilio rem probationem. Nam licet existētia sui hæredis filios non obliget, nec adire cogat, ppter ius abstinēdi eis à prætore cōcessum, vt latè videbitis infrà, in ver. *Mortuo itaque testatore*. ij. vbi subtilis tractabit materia suitatis: tamē vt prosit fideicommissario, cogun-
tur liberi parentum hęredes se immiscere hæreditati quia per beneficium abstinendi comparantur hæredi extraneo. L nam nec emācipatus. ff. de lega. primò
82 Or † extraneus hæres, vt vidistis, cogi potest adire etiam si hæreditatem repudiasset, nec fideicōmissum pereat, secundum Bartol. in dicta l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Trebellia. Nam quantumcunque fideicommissario posset alio remedio esse consultum, tamen
83 hæres adire cogitur, vt ibi, in §. qui rogatus. † Et cogitur adire officio iudicis, & hæreditatem restituere, vt dicta. l. quia poterat. & clarius probatur institu. de fideicommis. hæredita. §. quia autem. Si autem hæreditatem adiret sponte, tunc cogeretur eam restituere actione directa, vel vtili ex testamēto, vt retigi suprà & ita intelligitur gl. in dicta l. restituta. §. j. ff. ad Trebellia. & in l. ex ea. C. illo eod. titu. secundum Cy. ibi, & Bar. in l. si legatarius. §. j. & l. nō est cogendus. ff. ad
84 Trebel. † Et vbi hæres adire cogitur per iudicem ad requestam fideicommissarij, nullum damnum patitur, nec dispēdium sentit, sed totum fideicōmissario
85 pertinet. † Nam ex senatusconsulto Trebelliano hāc fideicommissariam substitutionem cōseruante ex seipso, vel attributiuè, quinque habemus remedia. Primum est, quòd hæres restituere rogatꝰ cogitur hęreditatem adire, & eam fideicommissario restituere, vt dictum est. De æquitate autem huius iuris canonici non est opus aliqua actuali restitutione verbali vel reali: imò ilico die fideicommissi contingente ipso iure transit hæreditas in fideicōmissum, seu fideicommissariè substitutum, vt est text. quem ibi ad hoc ex-

pressè

presse ponderauit Bal.in cap.in præsentia. de proba. Et sic hodie cessant multæ vanæ subtilitates, & circuitus inanes,quæ circa hæreditatum restitutionem ex Senatusconsul.Trebellianico seruabuntur,& secundum hanc æquitatẽ iudicatur in parlamento Tolo- 89
☞ sæ, vt vidi. [Et dicetur pleniùs infrà super verbo, *Mortuo itaq; testatore.* ij. in materia fuitatis.] Secundum remediũ est,quia omnes actiones actiuæ & passiuæ trãsferũtur in fideicommissarium.l.j. ff. ad Trebel. Tertium,quòd hæredi datur exceptio, si à creditoribus conueniatur hæreditariis,vt ibi.Quartum quòd contra hæredem si agere vellet,competit debitoribus hæreditariis exceptio, vt ibi. Quintum est, quòd hæres restituendo hæreditatem detrahit quartam,quæ appellatur Trebellianica,vt dicta.l.j.§.si hę 86
res,vbi Barto.ff.ad Lrebel.in princ.† Tamen illam quartam non detrahit, nec aliud quodcunque commodũ,si coactus adierit & restituerit. Quia sicut ex tali coacta aditione nullum sentit damnũ, cũ omnia fiant periculo fideicommissarij,vt dixi:Sic etiam cõsequi non debet præmium: quia nõ debet quis ex eo fructum capere,quod nisus fuit impugnare,seu recusare.cap.ex eo.de regu.iur.lib.vj.Nisi adire simpliciter non recusasset,sed solum pro tũc distulisset,petẽs diem ad deliberandum, qua adueniente adire poterit,& nihil perdet.Si autem recusasset, quartam perderet iure restitutionis sibi debitam. Ex quo Barto. 87
in dicta l.quia poterat.in fine,† decidit quæstionem de duobus sociis mercatoribus.quorum vnus volens ire Venetias altero recusante dixit,volo ire meo periculo.Nam si illuc accesserit suo periculo,& multa lucratus fuerit,socius qui eũ ire prohibebat, petere nõ poterit partem lucri:imò totum pertinebit alteri, q integro periculo se submisit,argumen.§ illud.Instit. de societ.Plus dicit text.in dicta l. ita tamen. §. qui suspectam.quòd hæres adire compulsus nedum perdit Trebellianicam, & cogitur integram restituere hæreditatem,sed etiam pupillarem substitutionem. & sic pupilli filij testatoris bona, & quodcũq; aliud commodum,quod habiturus ex testamento non fuisset, si hæres non esset. Nam eatenus præmium non consequitur,quatenus consequi non potuisset impugnatione sua existẽte vera,& sic illud quòd hæres habet ex substitutione pupillari,venit in restitutionem fideicommissi,quod aliàs non veniret. Quod qualiter intelligitur,videatis per Barto.in dicto §.qui suspectam. & dicam latiùs in materia restitutionis fideicommissi, super verbo, *in restitutione bonorum Raynutij condemnauit.* Et hoc adeò verum existit, vt si vnus solus ex pluribus fideicommissariis hæredem cogi petierit, ac adire compulerit, & restituere totam hæreditatẽ,prout quilibet solus facere potest de iure,vt vidistis, talis hæres ad vnius requestã compulsus totam perdit Trebellianicam, & quodcunque aliud emolumentum, ac si per omnes fideicommissarios fuisset coactus,vt d.l.cogi §.Metianus ff. ad Trebellia. secùs si pro parte illius duntaxat compulsus fuerit : quia tunc partem tantùm Trebellianicæ vel alterius emolumenti perderet, vt ibi 88
plenè dicitur.† Et præmissa,scilicet quòd fideicommissarius cogere possit hæredem adire & restituere hæreditatem,locum habent vbi hæres fuit institutus & restituere rogatus purè.Si autem non esset hæres purè institutus, sed in diem,vel sub conditione,considerandum est, quòd interdum hæres instituitur ad certum diem, vel ex certo die,& purè rogatur restituere,& hoc de iure fieri nõ potest:ne testator videatur decessisse pro parte testatus,& ꝑ parte intestatus cõtra regulam,ius nostrum.ff.de reg.iur.Ideo hæres taliter institutus habetur pro purè instituto, die illa certa reiecta,instit.de hær.instit.§.hæres.de quo dixi 89
plenè in verbo, *reliquit.* † Vnde cùm talis hæres habeatur pro purè instituto,cogi poterit ad requestam fideicommissarij adire & restituere hæreditatẽ, acsi purè fuisset institutus,vt dicta l.cogi.§. cùm quidam ff.ad Trebel. Aliquando hæres purè rogatus instituitur sub conditione,vel in diem incertam,quæ conditioni comparatur,putà cùm Titius morietur, quod fieri potest de iure.vt d.§.hæres.iuncta glos. sua. Et rogatur purè restituere: & tunc si conditio apposita hæredi sit casualis,veluti si nauis ex Asia venerit, vel Titius consul fuerit,talis hæres interim cogi non potest hæreditatem adire.nec fideicommissum restituere,quamuis purè relictum,donec conditio euenerit, vel dies incerta.l.sed si alio.§. finali. ff. ad Trebellia. Quia interim pendente conditione non est hæres,& certum est fideicommissum non deberi ex testamento,in quo nemo hæres existit,cùm ab hærede sit fienda restitutio,vt dicto §.in primis.Insti.defideicõmis. hæredi.Nec ante conditionis euentum deberi potest tanquam ex codicillo,cùm omni casu voluntas testatoris suspensa sit per conditionem. Et idem si hæres institutus esset in diem certam,vel ex certa die in testamento militis, qui ex priuilegio militari in corpore iuris clauso decedere potest pro parte testatus, & pro parte intestatus.l.prima.C.de testamen. milit. Quoniam talis hæres in puncto nostro perinde habetur, ac si institutus fuisset sub conditione. l. sed si ante diem. quæ sic intelligitur secundum lecturãm glos.ibi.ff.ad Trebel.Si autem hæres purè rogatus institutus esset sub conditione potestatiua, tunc si talis conditio erat turpis,putà institutus fuit si nomen vespertilionis,aliàs,vispellionis vel aliud turpe nomen portaret,vel sub cõditione impossibili de quo plenè in verbo, *reliquit.*Talis cõditio hæredi remittit.& ꝑ purè instituto habetur.l.sed sciẽdum est.& l.facta restitutione.§.si sub conditione. vers.si in danda. ff. ad Trebellia.Nam tales turpes aut de facto, aut de iure impossibiles conditiones pro non adiectis habentur. l.prima.ff.de cõditio.inst.l.obtinuit. ff. de conditio. & demõstra.& Instit.de hæredibus instituendis.§. impossibilis.vbi bona glo.imò vt ibi dicit textus,tales conditiones pro non scriptis habentur, taliter quòd hæredis institutionem non suspendunt : ideo talis hæres velut purè institutus mortuo testatore cogi potest adire & restituere hæreditatem fideicommissariè substituto. Si verò hæres purè rogatus fuit institutus sub conditione potestatiua honesta & possibili, tunc si talis conditio erat facilis ad implendum,& fit momentanea,talis quæ momento impleri possit, putà si intrauerit palatium, hæres cogitur eam implere, & adire.ac restituere hæreditatem,vt d.l.facta. §. si sub 90
conditione.in principio.† Si autem hæres iustitutus esset sub conditione potestatiua honesta,facili, sed perpetua, vt putà si nomen testatoris honestum portet & arma:tunc si hæres talem conditionem implere nolit,quia non vult nomẽ suum dimittere,nec alius portare,certè talis conditio ei remittitur od cõmodum fideicommissarij, postquam talis hæres fuit restituere grauatus, ita quòd perinde cogetur restituere,ac si purè fuisset institutus, postquam talem cõditionem adimplere nõ vult:ne pro defectu hæredis fideicommissum pereat,vt dicto §.si sub conditione, in fine,vbi Bartolus. Ad sui tamen hæredis commodum

BIU Cujas

dum talis conditio non remitteretur, imò si restituere hæreditatem non esset rogatus, non parêdo conditioni priuaretur hereditate, & in casu nostro quando rogatus est restituere, nihil commodi ex hæreditate petere poterit, postquam honestam cõditionem implere recusat. l. cùm hæres. §. j. ff. de statu liber. Quia nihil mali est honesti viri nomen & arma assumere, vt dicta. l. facta. §. si sub conditione. versi. si in danda. ff. a d Trebel. secũdum Imo. & Pau. ibi, de quo plenè dixi in verbo, *Raynutius de Clera*, vbi videatis. Imò. plus fuit decisum in Parlamento Delphinatus, vt re-
91 fert Guido Papæ, quæst. cclj. † quòd si testator onus portandi nomẽ suum & arma apposuerit in modum conditionis, putà sic dicendo, hæredem instituo Titium, si nomẽ meum portauerit, siue hoc expresserit citra formam cõditionis, sic dicendo, volo quòd nomẽ meum portes, & sis hæres. Certè talis hæres institutus debet prius vroq; casu assumere nomen testatoris, quàm hæres esse possit, ac si verba fuissent conditionaliter prolata, cùm habeantur pro conditionalibus, per casum similem in l. mulier. §. si qui seruũ. ff. de condi. instit. Et idem esset si cõditio sub qua hæres fuit institutus, erat potestatiua cõsistens in faciendo. Quoniam si hæres facere nollet, talis conditio sibi remitteretur ad commodum fideicommissarij, vt perinde hæredem cogere possit adire & restituere, ac si conditio impleta esset. Sed ad cõmodũ ipsius hęredis, vt conditione non impleta, commodum hæreditatis habere possit, talis cõditio non remitteretur. Si verò conditio esset difficilis: hæreditas ei consisteret in dando: putà quia fuit hæres institutus, si decem derit, & fortè non habet, aut dare non vult contra talem difficultatem succuritur, quia substitutus seu fi-
96 deicommissarius dare tenetur, & sic conditionẽ implere, vt dicto §. si in danda. Et exinde impleta cõdi-
92 tione poterit cogere hęredẽ adire & restituere. † Et præmissa intelligatis, vbi hæres fuit sub conditone institutus, & purè rogatus hęreditatem restituere, sed aliquando fit econuerso, videlicet quòd hæres directus purè & simpliciter instituitur, tamẽ cogatur sub conditione hæreditatem restituere. De quo dicam plenè infrà super verbo, *postmodum inter Alterocham & filium eius*. Quia pro nunc de hac fideicommissaria substitutione, seu vniuersali fideicommisso, quo ad sui effectum conseruatorium, restitutorium, & detractorium alia non dicam, ne spoliare videar plura elegantia huius decretalis verba, quæ dote illa inferius
93 vtiliter exornabuntur Christo auxiliante. † Restat ergo, quòd vnusquisque testator grauare potest suũ hæredem, vel hæredes hæredis restituere hæreditatem cui testator voluerit, quòd facere tenetur hæres & ad hoc cogi potest, vt vidistis. Nisi fideicommissariè substitutus seu fideicommissarius tale fideicommissum pacto remitteret, & illi renuntiaret in fauorem hæredis. Nam licet fideicommissum cedi non possit, nec donari alteri, vt dixi suprà: tamen hæredi à quo relictum est, potest pacto remitti. Et si Altero cha & soboles fideicõmissum, de quo hîc, remisissent Adiectæ viuenti, vel suis hæredibus, illud petere nun quàm potuissent, secundum gloss. nostram hîc super nostris verbis, quæ post enumerationem substitutionum ita concludit. Nec est in hoc passu tam vtili tãque quotidiano oculis conniuentibus dissimulatè
94 prætermittenda. † Concludit enim glos. quòd fideicommissum pacto remitti potest, non solùm purum cùm de illo non sit dubium, sed etiam conditionale 98 potest per pactum remitti nullo euentu conditionis expectato. l. j. & l. cùm proponas. C. de pactis. & valebit tale pactũ, quamuis fuerit de futura successione factum, attento quòd est pactum de non succedendo ex fideicommisso, per quòd potiùs tollitur, quàm inducatur votum captandæ mortis. Ob quod à iure toleratur, imò approbatur & commendatur præsertim inter liberos, vt dicta l. cùm proponas: de pactis, & l. de fideicommisso. C. de trãsact. Nã ex hoc pacto non insurgit aliqua iniquitas, sed patens & notoria æquitas, quæ potissimè in hoc consistit, quòd inter fratres votum tollitur captandæ mortis, vt dicta l. de fideicommisso. Præterea vbi vnus solus frater fuit à patre grauatus restituere alteri hæreditatem, per pactum talis fideicõmissi remissorium & liberatorium, insurgit inter fratres in succedendo æqualitas, quàm leges inter fratres multum suadent & affectãt. l. cùm pater. §. eu ictis. ff. de lega. ij. l. fin. C. cõmunia vtriusq; iudi. & l. illud. §. fin. C. de colla. de quo plenè scripsi in verbo, *Duas habens filias*. in tertio principali casu fallẽtiæ, vbi de his pactis futuræ successionis ad satu-
95 ritatem habuistis. † Vltra quæ dico, quòd adeo valet tale pactum fideicommissi remissorium & extinctiuum, quòd iuramentum vllatenus nõ est ad illius validitatem necessarium: quia vbi agitur de fideicõmisso nullo modo agitur de hæreditate viuẽtis, sed mortui: tamen deferenda post mortem alterius viuentis, scilicet hæredis grauati. Vnde non ab re remitti potest sine iuramenti præstatione. sed pacto simplici. Nam in fideicommissaria substitutione tractari dicitur, non de successione ipsius hæredis, cui facta est substitutio, & qui grauatus est restituere, sed tractatur de successione testatoris defuncti. l. cohæredi. §.
96 cùm filiæ. ff. de vulga. & pupil. † Idem esset, vbi per pactũ remitteretur substitutio directa, qualis est militaris, de qua loquitur. l. Centurio. ff. de vulg. & pup. substit. vt quia miles directè substituisset filio suo puberi, sicut iure militari potest, vt dicta l. Centurio. vel pagan⁹ directè filio suo substituisset adulto, vt posset si statutum aut cõsuetudo loci permitteret, secundũ Alexand. in l. ij. in princ. ff. de vulg. & pupil. His enim casibus potest substitutio remiti pacto simplici, secundum Alexãd. in l. qui Romæ. §. duo fratres. xliij. col. ff. de verbor. obliga. licet Ange. ibi, voluisset iuramentum esse necessarium, quod non est verum, quia p has substitutiones nõ succeditur ei, cui factæ sunt. Et sic in eis non agitur de successione viuẽtis, sed defuncti testatoris, de quo plenè dixi suprà in materia compendiosæ substitutionis, ideo cùm per tales substitutiones succedatur testatori, & non heredi, certè remitti sine iuramẽto possunt, vt dicta l. prima. C. de
97 pactis. † Sanè tamen intelligatis fideicommissum pacto remitti posse, vbi competit paciscenti seu remittenti, cùm de suo facere possit quod vult, secùs si relictum fuisset, & sic competeret ecclesiæ vel monasterio: quia tunc non posset solus abbas vel episcopus ipsum remittere sine conuentu vel capitulo debita intercedente solennitate, vt plenè dixi suprà in materia vulgaris substitutionis, tractando primum eius effectum. Et idẽ si testator expresse vetuit & prohibuit fideicõmissi remissionem: quia tũc pacto remitti nõ posset. Quia licet prohibitio facta videatur fauore fideicommissarij, tamẽ quia est prohibitoria, nõ potest ei renuntiari per gl. in l. j. C. ne fideius. dotium den. secundum Bal. in dicta l. prima. de pact. sed Bar. contrà, scilicet, quòd renuntiari potest, per l. si quis in
98 conscribendo. illo eodem titul. † Quando autem tractaretur de successione viuentis habenda vel perdenda

BIU Cujas

denda, non valeret pactum præsertim de successione habenda & acquirenda, etiam si tale pactum iuramẽto vallaretur, vt cõcludũt omnes in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. & l. pactum quod dotali. & l. fin. C. de pact. Nec etiã valeret pactũ de hæreditate viuentis perdenda seu remittẽda. l. pactũ. C. de colla. nisi in eo interesset iuramentũ, cap. quãuis de pact. lib. vj. vt latissimè dixi in dicto verbo *duas habens filias*. prope finem. Ex quibus sequitur, ꝙ

99 † cùm in pupillari substitutione dicatur tractari de hæreditate viuentis, quia de pupilli adhuc viuentis hæreditate & successione agit. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulgari & pupil. quandiu pupillus viuet, non posset tale ius ex substitutione substituto competiturũ remitti per substitutũ, secundum Bart. in dicto §. duo fratres. in vij. quæst. ff. de verb. obliga. Bald. & Sali. in dicta l. j. C. de pact. vbi hoc tenet Pau. & in dicto §. duo fratres. vbi Ange. in iiij. quest. dicit,

100 quòd † idem esset in exemplari substitutione sicut in pupillari, vt scilicet non possit pacto remitti, nec renuntiari: quia directa est. Prætereà per eam nõ succeditur defuncto testatori, sed furioso vel mente capto viuenti. Vnde cùm agatur de successione hominis viuẽtis, non potest pacto remitti, nec renuntiari. Quod verum intelligatis, secundum Alex. in dicto §. duo fratres. nisi talis pactio firmaretur iuramento: quia tunc valeret, cùm sit de nõ succedendo, quod iu

101 ramẽto firmatur, per tex. in dicto ca. quãuis. † Valet enim renuntiatio iuri de futuro facta cum iuramento. secundum Rapha. in l. is qui hæres. ff. de acqui. hæredi. quem ibi sequitur Alex. dicens se non meminisse hoc alibi legisse, subiungẽs per pulchras rationes quòd talis renuntiatio iurata valet, licet facta in absentia illius, cuius fauore fiebat. Et hoc propter iura mentum, per gl. in can. quoties cordis oculus. ij. quæstione vij. & ponit Bal. in rubr. C. res inter alios acta.

102 circa quod vnum menti tenebitis perpetuò, † quòd pactum de non succedendo ab intestato vel ex testamento, putà ex substitutione pupillari vel exemplari firmatur iuramento, licet, vt dictum est, agatur de hæreditate hominis viuentis, si tale iuramẽtum præstetur per eum, cui ius ex tali substitutiõe erat deferẽdum, id est, per ipsummet substitutum, cui ex sub-

103 stitutione erat successio peruentura. † Si autem renuntiatio substitutionis seu pactum de nõ succedendo ex substitutione fieret per administratorem ipsius substituti, cuius futurum ius renuntiatur, & iuramentum per istum præstaretur administratorẽ, tale iuramentũ nihil operaretur, vtputà testator filio pupillo vel demẽti substituit hospitale vel ecclesiã: certè hoc casu iuramẽtum orphanotrophi seu rectoris dicti hospitalis, aut prælati ecclesiæ non firmaret pactum remissorium dictæ substitutionis, secundum Bald. singulariter in septima oppositione in dicta l. j. C. de pactis. Quia iuramentum personæ non nocet pio loco. nec habet locum dispositio dicti c. quãuis. Et idẽ in procuratore ad alienãdum cõstituto, vel quitandum. Quia si remitteret vel quitaret ius dictæ substi. etiam cum iuramento nihil ageret, nisi de præstando tale iuramentum haberet speciale mandatum à domino. Et ꝙ iuramentum administratoris nõ firmet contractum, qui aliàs non valeret, tenet Ioan. Andr. in cap. grauis, de deposito. & magis clarè Bal. in c. j. §. item sacramẽta. de pace iura. fir. versi. quæro vtrum iuramẽtum prælati. Facit quod voluit glos. in verbo, contractum. in c. j. de in integ. resti. lib. vj. & Bal. in l. generaliter. §. j. C. de reb. credit. & tenet Alex. in dicto §. duo

104 fratres. xliij. col. † Ex quibus duæ resultant conclusiones. Prima, ꝙ ius directæ substitutionis pupillaris vel exemplaris, per quã non succeditur principali testatori defuncto, sed filio hæredi, cùm in ea tractetur de hæreditate & successione hæredis adhuc viuẽtis, solo simplici pacto remitti non potest sine iuramento, vt plenè dixi in dicto verbo, *Duas habẽs filias*.

105 prope fin. † Secũda conclusio est, ꝙ substitutio indirecta & fideicommissaria, & quælibet alia per quam defuncto testatori succedi debet, simplici pacto, etiã ante conditionis euẽtum, remitti potest absque iuramento, secundum glo. nostram hîc, quæ sic debet intelligi. Et quia hæc est materia nostra, non tractata per me vbi suprà, procedo vlteriùs in hoc pũcto no-

106 tabili, & quotidiano. † Et dico, quòd hęc gl. seu eius decisio, scilicet quòd fideicõmissaria substitutio simplici pacto remitti possit, intelligitur vera duobus cõcurrẽtibus, sine quibus nõ valeret remissio. Primò requiritur, quòd fideicommissi remissio fiat per pactum, quod nihil aliud est, quàm duorum pluriúmve in idem consensus & placitum, quia sine consensu omnium partium fieri non potest. Et in hoc differt à pollicitatiõe. l. j. ff. de pact. Antequam enim remissio & renuntiatio fideicommissi valeat, & effectum sortiatur, oportet ꝙ in ea concurrat cõsensus substituti seu fideicommissarij fideicõmissum remittẽtis & renunciãtis, necnon & hæredis de restituendo grauati cui talis remissio fit, & ita intelligitur gl. hic dũ alle-

107 gat dictam l. j. C. de pactis. † Si autem remissio fidei commissi per simplicem fieret renuntiationẽ solius fideicommissarij, talis remissio non valeret: imò illa non obstante idem fideicommissarius petere posset fideicommissum conditione adueniente. l. si ita scri-

108 ptum. §. si sub cõditione. ff. de lega. ij. † Et ratio differentiæ, quare plus valet remissio facta per pactum, quàm per simplicem renuntiationem, est inter cæteras duplex. Prima, quia natura renuntiationis est priuare renuntiantem titulo & possessione, vt plenè deciditur in cap. super hoc. de renun. & ibi Inno. & Zabarel. in cle. gratiæ. de rescript. Ideo talis renũtiatio præsupponit habitum præcedere, cùm priuatio semper habitum præsupponat, qui deficit quandiu pendet conditio fideicommissi, sed nõ sic in pacto quod sui natura diem recipit & conditionem. l. omnia. ff. si cer. peta. & l. sub conditione. ff. de solu. secundũ Iac. But. Secunda ratio est, quia pactũ habet in se vtriusq. partis cõsensum, sed renuntiatio habet tantùm in se consensum solius renuntiantis: meritò pactũ est potentius, quia in eo est consensus etiam illius, cui ex pacto ius quæritur: sed in renuntiatione non requiritur ille consensus secundum glo. & Bald. in dicta l. j. C. de pactis. Et idem Henri. in cap. ex multiplici. de deci. in dubio autem in fideicommissi remissione ap-

109 paret. † Et si dubitaretẽ qualiter facta esset, præsumeretur facta per pactum, & non via simplicis renuntiationis, vt res potiùs valeat, quàm pereat, argumẽ. l. quoties. ff. de rebus dub. & l. an inutilis. ff. de accepti. Imò plus dicit Iac. de Butr. in dicta l. prima. quem ibi Bald. sequitur, quòd si tabellio qui instrumẽtum remissionis fideicommissi recipit, vteretur verbo renũtiauit, super iure futuro remittendo, adhuc intelligeretur de renuntiatione per pactum, quia vbi agitur de liberatione locũ habet regula, Si non valet quod ago, vt ago, valet vt valere potest, vt dicta l. an inutilis. Et sic nisi expresè appareat, quòd fuit simplex renuntiatio, semper præsumetur in forma pacti vali-

110 di facta. quod est notandum. † Si ergo per expressam renuntia-

BIU Cujas

renuntiationem ſimpliciter factam nõ inducatur remiſſio fideicommiſſi, vt dictum eſt, multò minùs cẽſetur induci per tacitam renũtiationem, cùm nõ plus poſſit tacitũ quàm expreſſum. Ideo apparet deciſionem Bart. eſſe veram, in dicta l. qui Romæ. §. duo fratres. v. col. cum tribus ſequentibus. ff. de verbo. oblig. vbi concludit per ſimplicem diuiſionem hæreditatis inter duos fratres vel alios cohæredes factam ius fideicommiſſi alteri ex ipſis, aut viciſſim conditionaliter relictum, nõ cenſetur eſſe remiſſum, nec quittatum: quia ſi per expreſſam renuntiationem tolli non poſſit, (vt dictum eſt) minus tolletur per tacitam, quæ includi videbatur in diuiſione, generali quittatione inter eos facta. Quod etiam eſt verum ſecundum ipſum ibi in fine ſecundæ quæſtionis, ſiue diuidentes hæreditatem ignorabant fideicommiſſum, ſiue ipſum ſciebant in teſtamẽto relictum: & ſiue fuerit ſimplex diuiſio inter eos facta, ſiue poſt diuiſionem perfectam ſe inuicem quittauerint, & in aliquo non contrauenire promiſerint. Quoniã per hoc non
111 cenſetur fideicommiſſum alteri ex eis, aut viciſſim, relictum fuiſſe, nec eſſe remiſſum, per text. in l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de legatis ij. †Nam clauſula generalis quittantiæ ad ea non refertur, quæ ex teſtamento pendent. l. Paulo Callimacho. §. j. ff. de leg. iij. Plus dicit Barto. in l. qui cum tutoribus. ff. de trãſ-
112 actio. †quòd renuntians omni iuri quod habet, & habere ſperat, ſolùm intelligitur renuntiare iuri quod habet ex cauſa de præſenti: nõ autem iuri quod poſtmodum ſuperueniet. idem Bart. tenet in l. poſt emancipationem. §. j. ff. de libera. leg. & in l. quod Seruius. per illum tex. ff. de condi. cauſa dat. de quo notabiliter loquitur idem Barto. in l. ſi vxor. §. diuus. de adul. & in dicto §. duo fratres. Si autẽ renũtiaret quis omni iuri, quod habet, & ſperat, ac habere poteſt, etiam ex cauſa de futuro, tunc eſſet omnino excluſus, ſecundum Bartol. in dicta l. prima. C. de pactis. & in l. hominem. ff. mandati. quem ſequitur Iaſon in dicta l. qui cum tutoribus. §. primo. in fine. De quo & pluribus aliis quæſtionibus huic deciſioni adiacẽtibus videre poteſtis per Barto. vbi plenè Alexan. in dicto §. duo fratres. & in quarta parte, cõſilio xl. incipiente,
113 Super primo dubio. ſecũda col. †Et idẽ eſſet (vt ſcilicet non videatur fideicommiſſum fuiſſe, nec eſſe remiſſum) ſi hæres grauatus fideicommiſſum alienaret in preſentia tacentis fideicommiſſarij cui venit reſtituendum. Nam per patientiam illius & taciturnitatem non inducitur fideicommiſſi remiſſio, per regulam qua dicitur, quòd vbi præſens in actu non poteſt contradicendo eum impedire, ſua taciturnitas nunquàm ſibi præiudicat. l. Caius. iuncta glo. ibi. ff. de pigno. actio. l. Titia cum teſtamento. §. Lucia. ff. de leg. ij. Barto. & alij in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrimo. & Pa-
114 nor. in cap. nónne bene dicimus. de præſumpt. †Sed pendente conditione fideicommiſſi poſſunt interim res reſtituendæ alienari, & valet alienatio, licet conditione poſtea adueniente reuocetur. l. finali. C. communia de legatis. & dicam plenè in verbo, *Eidem relictis à patre*. Ergo non poſſet interim fideicommiſſi alienatio impediri per fideicommiſſarium: vnde tacendo non ſibi preiudicat Et iſta eſt veritas, quã *communiter* tenent docto. in dicta l. cùm proponas. C. de pact. quicquid dixerit ibi gloſ. quæ cõmuniter repro-
115 batur. †Et hoc ſcilicet, ꝙ fideicommiſſarius viden & patiens res, quæ fideicommiſſo ſubiacent alienari, nõ videtur ipſum remittere ſiue ignoret, ſiue ſciat illud ſibi deberi, eſt verum niſi hæres aut cohæres fidei commiſſum vendẽs affirmaret emptori in præſentia fideicõmiſſarij res quas vendit nulli fideicõmiſſo ſub iacere. Quia eo tunc fideicommiſſarius tacendo bene ſibi præiudicaret, ꝑ text. no. in l. ſi ſine. C. ad Velleia. Et hoc caſu ſaluari poſſet gl. in dicta l. cũ proponas. ſecũdum Sali. & Pau. ibi. Et idem eſſet ſi fideicõmiſſarius præſens in alienatiõe fideicõmiſſi fideiuſſerit de euictione pro hærede vẽdente, quo caſe etiã ſibi præiudicaret. l. exceptione. C. de euict. per regulam. l. vẽdicantẽ. ff. de euict. ſecundum Iaſ. in dicta l. cùm proponas. Plus dico, quòd ſicut nuda præſentia fideicõmiſſarij in alienatione fideicõmiſſi non inducit illius remiſſionem, vbi hæres fideicõmiſſo grauatus alicui alienat fideicommiſſum, ſic nec vbi ipſum venderet ipſimet fideicõmiſſario. Quia nõ obſtante ꝙ fideicõmiſſarius fideicõmiſſum emerit, vel rẽ ſibi reſtituendam poterit conditione fideicõmiſſi contingente repetere pretium ab hęrede, ſecũdum Alex. in d. §. duo fratres. de quo tamen dicas, vt ibi per eum. xxij. col.
116 †Reſtat ergo, ꝙ ſimplex fideicõmiſſi conditionalis remiſſio ſeu renuntiatio ipſum non tollit, nec extinguit fideicõmiſſum: tamen fallit in ſequentibus caſibus. Primò vbi ſimplex fideicõmiſſi remiſſio fieret in iudicio, quia tunc propter præſentiã iudicis præiudicaret renuntianti. l. j. & ibi gloſ. ff. de cura. bon. dan. ſecundum Bart. & omnes in d. l. j. C. de pact. & Hẽri. in d. c. ex multiplici. de decimis. Quod verum intelligatis, ſi iudex tanquam publica perſona, & expreſsè, talem receperit renũtiationẽ nomine hæredis abſentis, cuius fauore renuntiaẽ, & ita ſingulariter hoc intellexit Bar. in l. poſtquã liti. vlti. col. C. de pact. quẽ ibi multum commẽdat Alexan. & Iaſon in d. l. j. illo eo. tit. v. col. Aliàs autem ſecùs eſſet, ſecundum Cy. in j. q. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. Secundò fallit, vbi renuntiatio fideicommiſſi ſimplex fieret per fideicõmiſſarium in præſẽtia hæredis tali fideicommiſſo grauati: quo caſu cum tractẽ de commodo eius, qui præſens eſt, & tacet, habetur pro conſentiente. l. qui patitur. ff. mand. & ſic renuntiatio expreſſa habetur pro pacto propter partis preſentiã, vt infrà dicetur. Secus ſi tacita, vt vidiſtis ſuprà. Tertiò fallit, vbi renũtiatio fieret in hæredis grauati abſentia, ſi notarius ibi præſens tãquã perſona publica ſtipularetur pro abſente, ſecundum Bald. facit quod plenè decidit Panor. in verbo, ſeruus ſeruorum Dei. ſuprà in procemio. Quartò fallit vbi ſimplex renuntiatio fideicommiſſi fieret in abſentia hæredis, tamen redacta fuit in ſcriptis, licet non per publicam perſonam: ſed fortè manu propria renuntiantis, vel manu aliena, ſi ipſe in ea ſe ſubſcripſerit: quo caſu totum videtur ſcripſiſſe, ſecundum Alexãd. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. & dicta l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. Nam dictis caſibus, quàm primum illa ſcriptura deuenerit in manus & notitiam hæredis cuius fauore ſcripta eſt, perinde valet renuntiatio, ac ſi in eiꝰ præſentia facta fuiſſet, quia ſcriptura tunc loqui videtur pro ſcribente. l. Arriani. C. de hæreti. l. Publia. in fin. ff. depoſi. Or ſi tunc renuntians loqueretur in præſentia hæredis, valeret renũtiatio, vt dixi in ij. caſu ſ. ſimiliter valebit vbi ſua ſcripiura venit in manus partis. quæ ꝑ ſcribente loquitur, ſicut à ſimili decidit Panor. de confeſſione extraiudiciali in ſcriptis facta quæ valet, ac ſi in præſentia partis emanaſſet, quàm-primum in manus partis deuenit, ſecundum eum,
117 & not. in capit. finali. de confeſſis. † Plus dico per eandem rationem, quòd quàm primum talis renuntiatio iudicialiter producetur, cenſebitur *facta* in iu-

dicio

dicio, ita quòd scriptura loquitur coram iudice pro scribente: & sic valebit tanquam iudicialis, vt vidistis suprà in j. casu. Quintò fallit, vbi renũtiatio fideicommissi vel alterius iuris futuri fieret cum iuramẽto, secundum Rapha. Cuma. singulariter in l. is qui hæres. in princ. ff. de acquir. hæred. quem sequitur Alexand. in l. sed & si rei capitalis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. allegans quod voluit Bal. in l. pactum. in ix. qõ. C. de colla. Nec ad hoc facit c. quãuis. de pac. lib. vj. qa ille tex. loquitur in pacto iurato, & nõ in simplici renuntiatione, de qua loquimur. Ad hoc facit quod dicit
118 Bald. in rub. C. res inter alios acta. vbi plꝰ tenet, † qꝙ liberatio facta in absentia debitoris cum verbo, in veritate, quod nil aliud sonat quàm iuramẽtum. cap. quotis cordis oculus. j. qõ. vij. prodest absenti, sicut de cõfessione extraiudiciali iurata decidit Panor. in dicto cap. fi. de confessis. Sextò fallit vbi renuntiatio fideicommissi conditionalis reperiretur geminata, quia tunc noceret fideicommissario, quãuis in absen
123 tia partis extraiudicialiter sine scriptis facta, per id quod voluit gl. penu. in c. si cautio. de fide instru. per quam notat ibi Panor. in fi. qꝙ vbi simplex actus non
119 præiudicat, tamen si fuerit geminatus nocet. † Sicut à simili dicimus de confessione extraiudiciali geminata, quæ etiam in partis absentia præiudicat cõfiteti, secũdũ Bar. singulariter in l. cũ scimus. C. de agri. & censi. lib. xj. & Panor. in dicto cap. fina. pro quibus est text. in l. vnica. C. de plus peti. ibi, secundis cõfessionibus. Et ratio omnium istorum sex casuum est, quia ideo simplex fideicommissi remissio non valet, quia presumitur leuis, indiscreta, & nõ ex certa scientia fideicõmissarij facta, sicut dicimus de confessione extraiudiciali in absentia partis facta. Sed vbi facta est in iudicio, aut partis præsentia, vel in scriptis, seu corã notario iurata, vel reiterata: nõ est præsumẽdũ de leuitate nec indiscretione renũtiantis, cùm nõ sit verisimile, quòd quis in iudicio, aut partis præsentia
124 indiscretè loquatur, vel iuret, aut scribat, vel eãdem sententiã reiteret leuiter. Imò verisimilius est, qꝙ tũc mens est consona verbis. l. Labeo. §. id Tubero. ff. de sup. lega. & plenè dixi suprà in verbo, *eidem impuberi succederent*. Exceptis ergo his casibus simplex fideicõmissi renuntiatio non præiudicat renuntianti, nisi interueniat primum requisitum, scilicet pactũ, vt vi-
120 distis. † Secũdò principaliter requiritur, quòd dicta pactio fideicommissi conditionalis remissiua fiat visis per fideicommissarium renuntiantem & intellectis verbis testamenti, in quo fideicommissum relictum est, si tale testamẽtum fuerit in scriptis factum.
121 vel redactum. † Quoniam si pactum fieret non viso, nec intellecto tenore testamenti, tale pactum fideicommissi remissiuum nõ valeret. quod est verũ, etiã si tale fideicõmissum esset purè relictum. l. de his. ff. de transact. & l. j. §. j. ff. quemadmo. testamen. aperian. De quo per Henri. Bohic, in capit. ex parte. in ij. distinct. de transact. Et idem si tale fideicommissum in codicillis foret relictum scriptotenus: quia pactio nõ valeret, nisi prius visis & prospectis codicillorũ verbis: Adeò quòd nõ sufficeret testamẽtum vidisse, & postea pactũ fecisse, si codicilli postea reperirentur: cùm ꝓbabilis sit ignorãtia cõtentorũ in codicillis à testamẽto separatis. l. imperatores. quæ est iij. §. cùm trãsactio. & l. nõ est ferendus. ff. de transact. Si autem testamentum esset merè nuncupatiuum, de quo non staret scriptura, non haberet locum d. l. de his. secundum Alberi. & Fulg. ibi. & Bart. in d. §. duo fratres. in iiij. qõ. Nam leges supradictæ volentes pactum nihil
122 † Et huius decisionis est duplex ratio. Prima fauore vltimæ voluntatis, ne pereat, faciliter per pactum, sed suum plenum sortiatur effectum. Et isto respectu dicitur continere fauorem publicum, cùm reipublicæ intersit vltimas volũtates exitum habere. l. vel ne gare. ff quemadmo. testa. aperian. Et sic non haberet hoc locum in pactis & trãsactionibus initis super actibus inter viuos, puta super contractibus, & aliis, secundum glos. in dicta l. de his. in fin. imò super illis valeret conuentio, non visis verbis instrumenti aliàs super hoc confecti, cùm in eis non vertatur fauor pu
123 blicus sicut in testamentis & codicillis. † Vnde valeret transactio super cõtractu inter viuos possata non visis nec inspectis aut intellectis verbis contractus prius passati, ita quòd non retractabitur transactio prætextu contractus & instrumentorum illius de nouo postea repertorum. l. sub prætextu. C. de transact. dummodò sit de contractu cogitatum, aliàs quitantia generalis, prætextu alicuius negotij particularis in lite pendentis generaliter de omnibus passata nõ noceret. l. cùm Aquiliana. ff. de transactio. Nisi hoc expresse ageretur, vt transactio seu quitantia omnes tollat obligationes, etiam de quibus non est cogitatum. Nam possum hoc velle, vt tollatur omnis obligatio etiam incognita, secundum Bartolum in dicta l. cùm Aquiliana. in secunda oppositione, per dictam l. sub prætextu. sicut tollitur & tacitè sublata censetur, si sæpe inter se rationes computauerint: quia ex reiterata rationum redditione præsumitur fideicom
124 missum, etiã incognitum remissum, † per tex. not. in l. Procula. ff. de proba. Quæ vt locum habeat, tria requiruntur, scilicet ratio sanguinis, taciturnitas longi temporis, & sæpius de negotiis inter eos facta computatio & quitantia, vt ibi. Aliàs ius incognitum præsertim futurum non censetur remissum. Ob quod fuit statutum, quòd transactio nõ valeat sine prætore super futuris alimentis in vltima volũtate relictis. l. cùm hi. ff. de transact. licet valeat super alimentis ex contractu debitis inter viuos. de quo plenè per Bar. in suo tracta. de alimentis. & Salic. C. de transact. l. de
125 alimentis. † Secunda ratio quare non valeat transactio super dependentiis ex testamẽto, nisi visis testamenti verbis, est odio hæredum testamenta occultantium, vt facilius inducant legatarios & fideicommissarios ad transigendum super contentis in testamento. Sed hæc ratio fuit impulsiua: quia secundum doct. etiam si hæres testamentum non occultaret, tamen transactio quæ non visis eius verbis fieret, non valeret, vt dicta l. de his. quæ loquitur indistinctè. Quod est verum, etiam si illa tenderet in fauorem hæredis, & detrimentum legatariorum & fideicommissariorum. Et inde est cautela, quòd quando patre mortuo filia dote cõtenta paciscẽdo remittit fratribus omne ius sibi competens ex testamento patris, quòd hoc fiat prius per ipsam visis testamẽti verbis, & sibi vulgarizatis, si sint in latino, & filia latinum non intelligat. Quo casu debent ei in romantio declarari, vt illa clarè intelligat, siue etiam tenderet transactio & pactio in fauorem legatariorum & fideicommissariorum ac detrimentum hæredis. Quoniam non valebit

nisi

nisi facta fuerit visis & intellectis testamenti verbis, secundum glos. Iaco. But. Bart. Rayn. Guliel. Alberi. Paul. in d.l. de his. & Alexand. in dicto §. duo fratres.

125 Et † satis probatur partes vidisse & intellexisse verba testamẽti, vbi per testes hoc apparet, vel in instrumento renuntiationis fideicõmissis hoc narratur, vt quia notarius qui de hoc instrumẽtum recepit, attestatur in eo, quòd partes visis & intellectis verbis testamẽti ad transactionẽ deuenerunt, nam talia verba narratiua plenam faciunt fidem inter eos, inter quos passatur instrumentum, secundũ doct. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. & Domi. in cap.

126 si papa. de priuile. lib. vj. † Idem si diceretur in instrumento, visis verbis testamenti: quia licet non adiiceretur verbum, intellectis: sufficit vt dicamus partes verba intellexisse: quia eo ipso ꝙ confitentur legisse, satis asserunt intellexisse, per ea quæ notat Barto. in l. diem proferre. ff. de arbitris. quem sequitur Iason in dicta l. de his. in fin. vbi plus dicit in ij. col. post Imo. quòd etiam si partes forent literarũ imperitę, vt quia mulieres, vel rustici, satis probaretur per illa verba, Visis & intellectis verbis testamenti: partes habuisse plenam notitiam de contentis in testamento. Quia præsumitur ꝙ notarius omnia declarauerit partibus:

127 & † notario creditur in his quæ spectãt ad officium suum. & plenè not. in l. sciendum. ff. de verb. obl. & in ca. sicut. de re iudi. & in l. j. C. de contrah. & commit.

128 stipula. quod est notandum. † Postremò autem dicta conclusio (ꝙ in dependentibus ex testamẽto nõ valeat pactio, nisi visis & intellectis verbis testamenti) multiphariam capit à doctoribus limitationem. Primò limitatur, vt procedat in transactione, vel pacto, non autem in sententia. Vnde si hæres per sentẽtiam iudicis absolutus fuerit à legato vel fideicommisso in testamẽto relicto, nõ visis nec intellectis verbis testamenti, talis sentẽtia nõ erit nulla ipso iure, licet aliàs succurratur legatario vel fideicommissario, vt notabiliter dicit glos. j. in l. iij. §. j. ff. de transact. mota per text. in l. ij. in princ ff. de exceptio. rei iudi. quam glo. expresse no. & sequitur Bal. in dicta l. iij. & in dicta l. de his. vbi hoc tenuerant Guliel. de Cugn. & Iaco. de Aren. Sed aduertatis, quia Pau. in d.l. de his. & Ful. in dicta l. iij. ff. de transactio. tenent contra hanc limita-

129 tionem, dicentes † quod sicut nõ valet trãsactio vel pactio super contentis in testamẽto, nisi visis & intellectis illius verbis, sic etiam non valet sententia, imò est ipso iure nulla, siue fuerit pro hęrede, siue contra ipsum prolata, si testamento non viso fuerit prolata: quia transactio & sententia æquiparantur. l. ij. ff. de iureiurando. & l. non minorem. C. de trãsactio. Ideo quod statutum est in transactione, etiam locum habere debet in sentẽtia. Et idem tenet Iason in dicta l. de his. vbi summè admiratur de doctoribus contrarium asserentibus. Contra quos secundũ eum est tex. apertus in dicta l. j. §. j. ff. quemadmod. testamẽt. aperian.

130 dum dicit: Neque apud iudicem exquiri aliter veritas potest. † Præterea videmus iuramentum, sententiam, & transactionem æquiparari, vt dicta l. ij. ff. de iureiurando. Sed in iuramento idem habemus decisum, sicut in transactione, vt scilicet non teneat præstitum, nisi viso & intellecto testamento. l. finali. C. de reb' creditis. Ergo idem erit in sentẽtia. Nec obstat dicta l. ij. ff. de exceptio. rei iudicat. Quoniam ibi non erat controuersia super testamento, sed propter incertitudinem, quæ oriebatur extra testamentum, vt clarè tradit Iason in dicta l. iij. §. cùm transactio. fine. Ex quo loco limitationis habetis nunc notabilem extensionem ad nostram decisionem, quòd sicut non valet transactio, ita nec valebit sententia, nisi visis & intellectis testamẽti verbis, vel codicilli. Quod etiam procedit in compromisso, seu laudo, vt non valeat latum super dependeñ. ex testamento, nisi prius visis & intellectis ipsius verbis, secundum Ange. consilio ccxix. incipiẽ. Testator quidam, quia cõpromissum censetur transactio, secundũ Doct. in authenti. si verò contigerit. C. de iudic. & sequitur Iaso.

131 in dicta l. de his. † Secundò limitatur dicta decisio, scilicet quòd remitti non possit fideicommissum, nisi visis & intellectis testamenti verbis, nisi paciscentes aliàs quàm per visionem testamẽti ocularem scirent tenorem illius, vt quia fortè à notario vel testibus certificatis de cõtentis in eodem: quia hoc sufficeret secundum Barto. Ange Fulgo. & Paul. in d.l. de his. & dicta l. j. & l. cùm proponas. C. de pactis. Quoniam aliàs sequeretur ꝙ si de testamento nulla facta esset scriptura, ꝙ nũquam potetat transigi, quod foret absurdum. Facit text. in l. iiij. versicul. cùm sciret. quem ibi ad hoc no. Barto. in fin. ff. de optio. lega per quem dicit Ange. in d.l. de his. sufficere, ꝙ transigendo partes dicant, se de testamento certificatas. Idem dicit ibi Bald. per text. in l. generaliter. C. de non numer. pecun. facit cap. per tuas. de probat. idem tenẽt Barto. & Alexan. in dicto §. duo fratres. Et consuluit idẽ Alexand. in ij. parte, consi. xj. incipien. Viso, &, vt oportet, cõsiderato themate. imò Bar. in dicto §. duo fratres in iij. & v. quæst. & in l. eius qui in prouincia. v. not. ff. si certum. peta. Plus dicit ꝙ sufficit præsumpta scientia testamenti, vt est in hærede extraneo, qui iam adiuerat hæreditatem. Quia præsumitur vidisse testamentũ, sine quo adire non potuit, vt plenè vide-

132 bitis in verbo, *Mortuo itaq; testato.* j. † Nam eo casu valebit pactum seu transactio, etiam si aliàs non appareret eum vidisse testamentum. quod est nota. Super quo Iason in dicta l. de his. mordet Bart. Tamen consulit ab eius opinione non esse recedẽdum, cùm sit *communis*. Tertiò limitatur prædicta decisio, nisi partes transigentes seu paciscentes expresse renuntiassent solennitati dictæ l. de his. Quia tunc valeret pactio non visis verbis testamenti facta, secundum gloss. ibi. facit regula generalis, quòd quisque renuntiare potest iuribus sui fauore introductis. l. si quis in cõscribendo. C. de pact. Sed hanc limitationem glos. omnes doctores reprobant, quia qui errat non paciscitur, nec verè consentit. Et quia qua facilitate quis inducitur ad transigendum, eadem inductus præsumitur ad renuntiandum dictæ legi. argu. l. doli clausula. §. diuersum. ff. de noua. Præterea illa l. de his. dat formam transigendi: ergo nullo modo potest ei renuntiari. l. nemo. ff. de lega. j. Maximè quia illa lex loquitur prohibitiuè, vt patet ex negatiua, quæ præcedit verbum, potest, secundum gloss. & Dyn. in cap. j.

133 de reg. iur. lib. vj. † Or legibus prohibitiuis, velut decretum irritans importantibus, renũtiari non potest, secundum gloss. in l. j. C. ne fideiusso. do. dentur. glos. & Panormita. in cap. dilecto. de præben. & ita *communiter* tenent omnes, & consuluit Lud. Roma. consil. ccccliij. incip. Pro decisione propositæ consultationis. & Francis. Areti. consilio xciij. incipi. Viso lego. Sanè tamen intelligatis, quòd solennitati dictæ l. de his. renuntiari non potest, nisi in tali renũtiatione iuramentum interceſſisset, quia tunc renuntiatio valeret. secundum Imo. in repetitio. cap. cùm contingat. de iureiur. & Alexand. dicto consi. xj. Licet enim dicta l. de his. sit prohibitiua: tamen quia prohibitio

sua est

sua est de iure positiuo, certè renuntiari potest illi cũ iuramento: secundum Ioã. And. singulariter in additio. Spec. titu. de instru edi. §. porrò. Bal. in l. antiquæ, in fine. C. ad Velleianum. Alex. in l. si cõstante. §. quoties. ff. solu. matri. & Iason in d. l. de his. iiij. col. quod est notabi. pro limitatione dictæ glo. in d. l. j. C. ne fideiusso. do. dẽtur. Quinimò plus dicit Alex. in dicto consilio, ℣ per clausulã generalem, quæ communiter solet in instrumẽtis apponi, ℣ prædictæ partes renuntiarũt exceptioni doli, condictioni indebiti, & omni legum auxilio, si esset facta cum iuramento, intelligeretur derogatum d. l. de his. per doctrinã Bart. in Authen. matri & auiæ. C. quando mulier offi. tut. fungi potest. vbi pulchrè declarat effectũ illius renũtiationis generalis. de quo ibi etiam per Bald. & Bart. in l. si quis sub cõditione. ff. de testa. tut. & Spec. titu. de renũtia. §. j. vers. & quia. & vers. qd si quis. Bar. in l. sciẽdum. ff. de verbo. oblig. & in Authen. sacramenta puberũ. C. si aduer. venditionẽ. & in l. ij. C. de rescinden.
134 vendi. vbi concluditur, † ℣ renuntiatio generalis facta cum iuramento operatur, vt videatur derogatum d. l. de his. de quo etiam per Alex. in d. §. duo fratres. super v. quæst. & cõsuluit Ang. cõsi. xcij. incip. Cùm lis & quæstio. Videatis Bal. in c. cùm inter. j. col. de renuntiatio. Hoc etiam corroboratur per ea, quæ tanquã verus legũ miles decidit Bart. in l. si quis pro eo. maximè in vltimo membro. ff. de fideiusso. vbi dicit, ℣ renuntiatio futurorum alimentorum quæ simpliciter sine prætore facta non valeret, valebit cum iuramento. Quia cùm ista non sint prohibita tanquam contra bonos mores existentia, & sic prohibita non sunt iure naturali, sed sunt tãtùm prohibita: quia de facili pro modico de præsenti quis renũtiaret alimẽtis futuris. quod principaliter non tendit in bonum nec detrimentũ publicũ: & sic talis prohibitio est de iure positiuo aliqua ratione facta. Ergo valere debet renuntiatio iurata secundum Imo. in d. c. cùm cõtingat. Et est veritas, licet ipsemet Bar. in d. l. cùm hi. §. j. in fi. quem ibi sequitur Fulgo. voluisset contrarium, & Bal. in d. l. pactũ. C. de collatio. in fine quæstionis. & Barba. in secũda parte consi. lv. col. penult. quãuis ipsemet tuendo primam opinionem superius relatã contrarium decidisset in prima parte consi. xxv. ix.
135 & x. col. † Quartò limitatur dicta decisio, vt non procedat in pactione seu transactione facta per hæredem cum debitoribus, vel creditoribus hereditariis. Quia valeret, licet facta esset non visis testamẽti verbis, per text. in l. controuersia. ff. de transac. & l. iij. in princ. & §. fi. & l. fi. in fi. illo eo. titu. Vbi valuit transactio facta inter hæredem & debitores & creditores hæreditarios: & tamen non ℣ visa fuerunt testamenti verba. Prætereà cùm talia debita non pendent ex testamento, frustra quo ad hoc fieret inspectio testamẽti: & hîc cessat ratio d. l. de his. scilicet odium heredum testamenta occultantium, secundum Alexan. in ij. parte allegato consil. xj. Ex quo sequitur, ℣ vbi validitas vel probatio debiti, quod testator debebat creditori, cui quod debebat legauit, dependet ex testamẽto, iuxta tex. Institut. de legat. §. si quis debitori. Cùm eò tunc eadem ratio militet, quæ militat in casu subiecto, tunc non valeret transactio facta inter hæredem & creditorem hæreditariũ non visis testamenti verbis, per dictam l. de his. Quintò limitatur dicta decisio, vt procedat quantum ad pacta & transactiones factas per fideicommissarium & legatarios cum hærede: non autem quo ad donationes, aut rerum venditiones factas cum extraneis. Et sic valeret donatio aut venditio fideicommissi non visis testamenti verbis. Et ita d. l. de his limitat. Fulg. consil. cv. incip. Quædam domina Lucia. vltima col. quem sequitur Iasõ in d. l. de his. ij. col. Quæ omnia notabitis, velut quotidiana pro ornamento gl. nostræ hîc vnico verbo concludentis vniuersale fideicommissum conditionale per pactũ remitti posse, per tex. in d. l. j. C. de pactis. quod vobis sufficere debet quãtum ad hanc substitutionem fideicõmissariam. quia inquantum eadem glo. nostra tangit, ℣ res subiectæ restitutioni non possunt alienari, nihil dicam pro nunc donec sim super verbo, *Eidem relictis à patre.*

Tractatus de legatis, & Fideicommiss. particularibus.

SED vltra fideicommissum vniuersale de quo vidistis, habemus fideicommissum particulare vel singulare: & est quoties testator in testamento vel codicillis hæredem rogat, vel ei' fideicommittit, quòd aliquam rem particularem in specie vel quantitate consistentem restituat alteri. Vnde sciendum † est, 136
quòd nos habemus legatum & particulare fideicommissum. 137
† Legatum duobus modis accipitur. Vno modo largè, prout latissimam habet significationem, vt comprehendit nedum particularia relicta, sed etiam institutiones hæredum & dationem tutorum. l. verbis legis. ff. de verbo. significa. ita quòd importat etiam hæredis institutionem. de quo dixi suprà in verbo, *Eidem impuberi succederent.* Secundò modo capitur strictè, vt solùm comprehendat legata particularia ab hærede in testamento per testatorem relicta, vt d. l. verbis. Et sic dicitur propriè legatum, quoties à testatore aliquid relinquitur verbis ipsi legatario directis, putà si testator dicat, relinquo Titio cẽtum, aut volo quòd Titi' decem habeat, vel talem rem, quibus casibus vt videtis, verba testatoris diriguntur legatario cui relinquitur, & olim iure antiquissimo, scilicet legis duodecim tabularum, fue
133 runt legata inuenta, † quæ fieri non poterant, nisi quatuor modis: ita quòd certa quædam verba cuique generi legatorum erant appropriata, per quæ singula legatorum genera significabantur & demonstrabantur. Primò per vendicationem, vt quando testator dicebat, lego Titio vendicationem talis rei. vel sic: volo quòd Titius vendicet talem rem meam: & tali legatario ad petendum rem legatam non competebat actio ex testamento, nec rei vendicatio, quousque adeptus fuisset rei legatæ possessionem. Secundò fiebat legatum per condemnationem, quia dicebat, condemno hæredem meum dare centum Titio, vel talem rem. Tertiò fiebat per præceptionem, vt quia dicebat testator præcipio hæredi meo, quòd talem rem det Titio. Et his duobus casibus solùm competebat legatario actio personalis ex testamento. Quartò & vltimò fiebat legatum finendi modo, vt quia testator dicebat, grauo hæredem meum, quòd talem rem quam Titio cõmodaui, vel apud ipsum deposui, finat eum habere. Et pro tali legato nulla actio competebat, sed solùm exceptio. Post verò præfatum ius etiam de iure antiquo Digestorum pro legatis cõpetebat actio ex testamento personalis, & rei vendicatio, non simul, sed diuerso modo. l. cùm filius. §. variis, ff.

BIU Cujas

139 de leg.ij. † Hodie autem iure nouo quo vtimur, reiectis tribus modis & formis legãdi, legata fieri possunt quibuscunque verbis, veluti per verbum lego, relinquo, & sic de singulis: Taliter quòd nõ facta differentia quibus verbis facta sint, statutũ est pro omnibus & quibuscunque legatis competere illas duas actiones, scilicet personalis ex testamento, & rei vendicatio, prout iure veteri Digestorum competere solebant. Et insuper competit actio hypothecaria, quo ad res alias testatoris: quæ eoipso quòd legatum est, obligatæ sunt & hypothecatæ pro solutione legatorum in testamento relictorum. l.j. C. commu. de lega. & Instit. de leg. §. j. & ij. vt dicam infrà latius. Cui quidem hypothecæ generali non derogaretur per specialem, si expressè fieret per testatorem, per text. singula. in l. fundus. ff. de adi. legat. Nec obstat si diceretur quòd iure antiquo legatarius bona testatoris non habebat generaliter obligata tacitè, quia imò habebat, vt l. creditoribus. ff. de separatio. quod est notandum.

140 † Et nihil aliud est legatum, quàm donatio quędam à defuncto relicta ab hærede præstanda, dicit text. in d. §. j. Insti. de lega. & l. legatum. ff. de leg. ij. Et sic legatum est diminutio hæreditatis, quia quo ad res legatas diminuitur hæreditas. l. legatum. ff. de legat. j. Vnde fieri potest legatum per verbum, dono, sicut per verbum, lego, cùm legatum sit donatio, vt di-

141 ctum est. † Quod intelligatis verum, si legatum fieret absenti, qui præsens non est in confectione testamenti. quia non est de essentia legati, quòd legatarius sit præsens. l. cùm pater. §. surdo. ff. de leg. ij. Quo casu tale legatum est sui natura reuocabile ad nutum

142 testatoris vsque ad mortem. † Si autem in præsentia Titij testando testator diceret, dono talem fundum Titio præsenti: tunc esset donatio inter viuos irreuocabilis, quia in testamento fieri possunt donationes, & contractus. l. hæredes palàm. §. fin. ff. eod. & tenet Ang. in §. legatum. Instit. de lega. licet Io. Fab. ibi tenuisset talem donationem esse legatum, eo tunc vsque ad mortem testatoris reuocabile, cõsiderato legatum fieri posse per verbum dono. l. ij. C. commu. de legat. Et legatum est donatio. & quòd sit donatio irreuocabilis, tenet Bald. in d. l. hæredes palàm. §. fi. & Bar. in l. Lucius. §. quisquis. ff. de lega. ij. & in l. cùm quis. §. codicillis. ff. de lega. iij. vbi concluditur, quòd contractus qui in testamento fiunt, sunt irreuocabiles, nec sapiunt quo ad hoc naturam vltimarum voluntatum. de quo plenè consuluit Roman. consil. clxxj. & ccxciij. Nec obst. quia per verbum dono, fieri potest legatum: quia hoc verum est vbi fit parte præsente. atqui verbum dono, adaptari potest ad propriam donationem & ad legatum, in quo, (vt dictum est,) partis non requiritur præsentia, in donatione autem requiritur. l. inter mortis. ff. de donatio. causa mortis. Certè propter partis præsentiam magis habere videtur requisita in donatione, quàm in legato: & per cõsequens erit donatio inter viuos irreuocabilis, & non legatum. secùs esset vt dixi, si in testamento donatum fuisset absenti: quia tunc esset

143 legatum. licet per verbum dono fuisset relictũ. † Secundò dixi superiùs, quòd habemus fideicommissum particulare: & est propriè, seu fit quoties verba relicti diriguntur ad ipsum hæredem vel alium qui grauatur dare fideicõmissum: & sic verba dicuntur obliqua respectu ipsius fideicõmissarij, qui necesse habet fideicommissum consequi de manu hæredis, vel alterius fideicõmisso grauati. Et iste modus relinquendi fideicommissum incognitus fuerat tẽpore legis duodecim tabularum. Sed fuit inductus eisdem modis & rationibus, de quibus habetur. Institut. de fideicommiss. hæreditatibus, in princip. Et plenè dixi in huius fideicommissariæ substitutionis præludio. Et in hoc & pluribus aliis fideicõmissum particulare à legato olim differebat, quia verba legati dirigebantur legatario, vt vidistis. Sed verba fideicommissi dirigebantur hæredi, putà quia dicebat testator: grauo, vel rogo hæredem meum, vel eius fideicommitto dare Titio centum, vel domum, aut fundum. De quibus differentiis plenè habetur per glox. & docto. in l. j. ff. de leg. j. Et in aliquibus natura fideicommissorum pinguior erat legatis, vt dicitur in §, sed non vsque. Insti-

144 tut. de legat. † Hodie autem natura legatorum exequata est penitus naturæ fideicommissorũ, ita quòd virtus eorum & efficacia est omnino attributa legatis. l. j. ff. de leg. j & C. commu. de leg. l. ij. Adeò quòd hodie non curamus de verbis, sed solùm de rebus, & mente testatoris, vt ibi. Vnde siue testator dicat, lego, siue dicat fideicommitto, erit legatum, & etiam fideicommissum. Quia verba olim attributa legatis operantur fideicommissum, & econtrà taliter quòd vera est hodie hæc conclusio, quòd legata particularia sunt in omnib⁹ exæquata fideicommissis particularibus respectu relinquentium. Quia qui potest fideicommittere, potest etiam legare, & econtrà. Pariter respectu eorum quibus relinquitur: quia cui potest fideicommissum relinqui, potest etiam legari & contrà. Necnon respectu rerum quæ relinquuntur, vt illæ quæ possunt per fideicommissum relinqui, etiam possunt per legatum, & econtrà. Et etiam respectu nominis, quia si relictum fiat per verba olim fideicommissis appropriata, erit non solùm fideicommissum, & vt tale peti poterit, sed etiam erit legatum

145 & vt tale poterit peti, & econtrà. † Præterea conueniunt: quia sicut legatarius propria authoritate occupando legatum, perdit ipsum, sic etiam occupans fideicommissum. l. non est dubium. C. de leg. & l. Paulus respondet, si de certa. ff. ad Trebel. Nam de manu hæredis debet legatarius capere legatum. Aliàs si ante hæreditatem aditam legatarius occuparet legatum, cõpeteret hæredi contra ipsum interdictũ quorum legatorum: quod cuiq; hæredi competit ad possessionem legatorum occupatam adipiscendum. l. j. ff. quorũ legat. Nec tunc legatarius priuatur legato, cuius possessionem, velut hæreditate adhuc vacante, non dicitur vitiosè ingressus: quod præiudicium afferat hæredi nondum domino hæreditatis effecto: si autem legatum legatarius occupauerit, postquã hæres adiuit hæreditatẽ, tunc quia vitiosè hoc facit occupando rem, quam debet de manu hæredis capere,

146 perdit eam, vt d. l. non est dubium. † Quod verũ intelligatis, nisi testator in testamento licentiã dedisset legatario authoritate propria occupandi legatum quo casu cessat vitiũ, & per consequens priuatio legati. l. Titia cum testamẽto. §. j. secundũ vnum intellectũ. ff. de leg. ij. vbi Bar. & in l. legitimos. ff. de legiti. tutorib. Bal. & Sal. in d. l. nõ est dubiũ. Et nõ solùm hoc locum habet vbi testator expressè licentiam dedit legatario, sed etiam si eam dederit tacitè: Putà prohibendo hæredem, ne molestet legatarium in possessione legati: quæ verba euidenter præsupponunt licentiam fuisse datam legatario capiendi legatum propria authoritate, secũdum Ange. per illum tex. in l. hoc si res. ff. de rei vendicat. Secundò fallit dicta l. non dubium. in executore testamenti à testatore deputato: qui relictum etiam sibi factum in tali testa-

mento

mẽto potest propria authoritate capere.l. fistulas.§. fi.ff.de contrahen.emptio.secundũ Iaco. de Arẽ.quẽ refert & sequitur Io.And.in addit.Spec.tit.de instrumẽ.edi.§.nũc verò aliqua.Bal.Ang.Sali.& Ale.& Ias. in d.l.non est dubiũ. Tertiò fallit in hærede instituto in re certa,qui licet comparetur legatario.l.quoties. C.de hæred.instit.tamẽ popter titulum institutionis, dato alio hærede vniuersali poterit authoritate propria capere rem ei relictã,secundũ Bart.in l.ex facto. la grande.ff.de hære.instituẽ. vt plenè dixi super verbo,*in eodem testamẽto relinquens*. post xxvij. limitationem.† Eodẽ modo filius in legitima institutus, 147 dato alio vniuersali hærede posset eã propria authoritate capere,secundum Bal. in l. si quis in suo.C. de inoff.testa.Quod verum puto,vbi pater certam rem filio reliquit ꝓ sua legitima.& ita potest intelligi opi.Bal.Si autẽ filio reliquisset legitimã indeterminatè,secùs esset,secundũ Bal.notab.in l.ij. per illũ text. C.quan.& qui.quar.pars debet li.x.vbi ita firmat per pulchras rationes, de quo,an seruetur in hoc regno Franciæ:vbi ex generali cõsuetudine mortuus sayſit viuum in parte sibi competente: dicam plenè in verbo,*mortuo itaq, testatore* ij. Quartò,fallit in legatario cui fuerunt relicti fructus annui certi fundi, quo casu licet hæres cogatur colere suis expensis,& semina- 150 re fundũ illũ,per tex. singularẽ in l.fundi Trebatiani ff.de vsufru.leg.Tamen si hæres negligeret,posset legatarius propria authoritate possessionẽ talis fundi apprehendere:quia non tam facit causa adipiscendæ possessionis,quàm iuris sui conseruãdi.l.j. C. vti possi.secundum Bal.not. in l. vnica. §. excepto.versicul. quæro nunquid C.de cadu.tol.Consulit tamen legatario tutius esse ꝙ protestetur hoc facere ꝓpter hæredis negligentiam, quod est not. Vnum tamen scire debetis,ꝙ fortè in hoc regno Franciæ locum non haberet pœna d.l.nõ est dubiũ.nec l.Paulus.superius allegatarum per dictũ singulare Spec. in tit. de restiallegatarum per dictũ singulare Spec. in tit. de resti- 148 tu.spo.§.j.versi.item quidã dicunt sic.† Vbi decidit pœnam l.si quis in tantam. C.vnde vi.locum non habere,nec in vsu esse,cùm pœnę sint potius moliendę. l.penul.ff.de pœ.& l.cùm quidam.ff.de libe. & posthu. & ita videtur decidere in eo ꝙ ibi allegat cõsiliũ sapientũ.De quo per Specul.in tit.de peti. & possessor.§.j.prope finem, versi. postremò not. consilium, vbi sapientes consuluerunt procedere per inuasionẽ possessionis:quod est intelligendũ de cõsilio sapientum huius regni,in quo ipse erat.Et per hũc modum cessant omnes constitutiones punientes inuasores alienarũ possessionũ priuatione iuris, quod in eis habent:& sic cessat pœna l. meminerint. C. vnde vi.& l.extat.ff.quod met.cau.& simil. Et ita seruatur: nec vnquàm vidi pœnã dictarũ legum quo ad iuris priuationem attinet practicari,nec seruari: sed violenti inuasores puniunt alia pœna arbitraria regi, & parti applicanda pro modo excessus, quæ consuetudo est foro conscientiæ consentanea:in quo vltra interesse 152 partis tales pœnæ non debentur, per tex. vbi gl. in c. fraternitas.xij.q.ij.de cuius glos.intellectu plenè per Pan.in c.quoniã contra falsam.de probatio. & Fely. in c.j.xj.col.vers.terti' casus.de cõsti.& plenius Fely. in ca.Raynaldus.cxij.col.infrà eod. Ad hoc facit dictum Innoc.in c.sicut dignum.in fine,de homici.volẽtis de damno dato culpa leuissima,quem nullo modo teneri in foro cõscientiæ: & cùm in Francia multum viuatur secundum conscientiam, præsertim in curia Parlamenti,in qua.vt in consistorio principis, iudicatur secundum conscientiam, & quod eis videtur ex bono & æquo:nec curantur apices iuris, vt suprà dixi,nõ est mirum,si tales rigorosæ pœnæ non seruentur,quæ etiam ex æquitate iuris canonici non debentur.c.suam. de pœnis. † Postremò & vltimò 149 exæquata & parificata est natura legatorũ & fideicõmissorum respectu effectuum: quia sicut pro legatis tres fuerũt datę actiones, scilicet actio personalis ex testamento,rei vendicatio, & actio hypothecaria, vt d.l.j.C. cõmu.de lega.Sic etiam competũt omnes illæ tres actiones ꝓ cõsequendis fideicõmissis particularibus.l.ij.C.illo eod.tit.& d.§.sed non vsque. Institutio.de leg.Nam licet actio personalis communiter nõ detur domino rei,quæ petitur, præter quàm contra furẽ.l.j.ff.de condict.fur.& l.fi.ff.vsufruct. quem admodum caue. Quia dicta actio concludit ad dandum,& sic domino cõpetere non potest, cum res sua sibi dari non possit,nec alio modo sua fieri,Instit. de actio.§.sic itaque discretis. Et consequẽter legatario rei legatæ ilico mortuo testatore effecto domino.l.à Titio ff.de furt.cõpetit rei vendicatio: quæ cõtraria videtur actioni personali : attamen dictæ ambæ actiones concurrunt in eadẽ persona,scilicet ipsius legatarij:pro eadẽ re,& ex eadem causa fauore vltimæ volũtatis,& aliis rationibus,de quibus plenè per oẽs in d.l.j.ff.de leg.j.† Et intelligatis sanè ꝙ dominiũ 150 rei legatæ post mortẽ testatotis transit recta via in legatariũ,vbi legatum est purum.Si autem esset conditionale,vel in diem quanuis certum relictũ,tunc ante diem non trãsiret dominiũ,per tex. nota. in l. Sẽpronius Attalus.ff.de vsufructu legat.& glos. in l. vnica. §.j.C.de caducis tollen.Et tatio est:quia trãslatio dominij rei legatæ fit opera & ministerio legis,vt d.l.à Titio.in fin. Quæ lex nunquam facit suas operationes in casum.l.nõ.cogẽdũ.§.si Sabinus.ff. de procuratoribus.& l.hæc stipulatio.ff.vt leg.nomin.caueat. Et quia legatarius in diẽ non potest effectualiter agere,nisi veniente die.l.j.§. fi.ff.quãdo dies legat. vel fideicom.cedit.Ideo lex noluit tamen legatariũ ante diem facere dominũ,cùm agere non possit, & minus ante conditionem.Et idem in legato duarum rerum alternatiuè facto:cuius legatarius nõ fit dominus,donec facta electione.l.huiusmodi.§.Stichũ. ff.de leg.j. Quia tale legatũ pendet à futuro euentu, scilicet ab electione quæ fiet.Vnde si ilico dominium vnius rei transiret in legatarium,& posteà eligeretur altera,operatio legis esset vana, Similiter quia quis non posset rem propriam habere sibiipsi hypothecatã. l. neque pignus.ff.de reg.iur.Certè legatarius habebit hypothecariam actionẽ,non in re legata, sed in cæteris aliis rebꝰ testatoris,quæ sunt tacitè hypothecatæ pro legatorũ & fideicommissorũ restitutione. Imò plus 151 dixerũt aliqui Doctores,† ꝙ etiã pro ipsa re legata cõpetit hypothecaria: quia lex dans legatario actionem hypotheceriã,loquitur indistinctè,de cuius ratione videatis plenè Barto. & Doctores,in d.l.j.ff.de legat.j.† Præterea illa hypotheca,quam habet legatarius in bonis hæreditariis ꝓ legato sibi relicto est tãcita:cui non derogatur per expressam à testatore forsan specialiter datã legatario,ꝓ text. singula. in l. fundus.ff de annu.legat.facit l.Lucius.ff.de adimen. legat.Iũcto etiam ꝙ iure Digestorum legatarius habebat bona testatoris tacitè obligata.l.creditoribus. 153.ff.de separa.† Pariter non rranſit ipso iure dominiũ rei legatæ in legatariũ sine traditione, vbi res aliena esset legata.Quia fortè non poterit haberi neq;redimi à suo domino.l.cùm rem alienã.C.de legatis,imò nec etiã vbi legata esset res ipsiusmet hæredis,transit

dominium ipso iure.l.si tibi homo.§.si fundus. ff. de lega.j. & tenet gl.j. in fine.in l.si hæredis seruus. eodē titulo.licet gl.singularis super verbo,in rem, in fine, in l.ij.C.commun.de legat.tenuerit hoc vltimo casu dominiū ipso iure transire. Quæ vera esse posset, vbi possessio rei legatæ tempore aditæ hæreditatis esset penes legatarium,per text.in §.interdum.Institut. de rerū diuisione.Quia tunc hæres rem petendo à legatario repelleretur exceptione doli: qui adeundo hæreditatem videtur consensisse testatori,& secum con
154 traxisse de legatis & cæteris oneribus soluendis.† Et præmissa cōclusio(q̄ ,p legatis & fideicōmissis particularibus cōpetūt supradictæ tres actiones)procedit etiā si ruptum fuerit testamentū ex causa præteritionis,vel exhæredationis filij. Quia cùm tunc non pereant,imò sustinentur legata,per Authen.ex causa. C.de libe. præte.vt plenissimè dixi sup verbo, *in eodē testamento relinquens*.in xxvij.limita. certè pro talibus legatis dictæ competūt actiones,secundū Bart. in l.j.viij. q. ff.de iure codicillo.& dixi vbi s.Et pariter cōpetunt legatario dicta remedia,non solùm pro legatis cōmunibus,sed etiam pro legatis & fideicommissis priuilegiatis,quæ solo priuilegio sustinentur, vt est quādo filius emāncipatus præteritus cōtratabulat testamentum patris. Quo casu sustinentur legata relicta personis coniunctis,per titulū.ff.de lega.præstandis.& l.j.C.de bono posses. contra tabulas, secūdū Bal.ibi in vltimis verbis,per tex.in d.l.ij.C. commu.de legatis.circa mediū ibi, & præcipuè cùm talia sint legata, Et ita etiā tenet vtrobiq; Ange.in lectura
155 Florent. † Hæc tamen conclusio volens pro legatis & fideicommissis tres competere actiones, fallit in sequentibus casibus.Primò,vbi natura rei legatæ vel fideicommissæ hoc non patitur, prout est videre in 157 legato libertatis,vbi adaptari non potest rei vendicatio nec hypothecaria,sed solùm personalis competit actio ex testamento,secundum glo.& Bar.in d.l.j.C. communia de legatis Secundò fallit,vbi non legaretur res testatoris,sed hæredis vel legatarij: quo casu (vt dixi)in re hæredis legata,cùm nō trāsferatur dominium,nisi tradatur res legata per hæredem, secundū gl.in l.Papinianus.ff.de seruitut. & in d.l.si hæredis seruus.ff.de.leg.j.& in l.per diuersas.§.j.C. mādati.Non datur pro tali legato rei vendicatio, licet gl. & malè secūdum Doctores, voluisset contrarium in d.l.ij.C.commu.de legat. Tertiò fallit, vbi filius hæres à patre institutus in fraudē legatorū & fideicommis. hæreditatem repudiaret ex testamento, vt veniret ab intestato,quo casu legata sustinentur per titulū,si quis omissa causa testamenti. & sic sustinētur ex edicto prętoris,vt plenè videbitis j̄ in ver.*mortuo itaq; testatore* j.circa fi.Nā tunc pro talibus legatis non cōpetunt dictæ tres actiones,sed actio in factū prętoria,secundū Bar.in l.si pecuniā.ff. si quis omissa causa testam.Bal.& Salic.in l.fi.C.illo eod. titu. Et sic in ea cùm sit stricti iuris, non veniunt fructus nec accessiones rei legatæ,nisi à tempore litis cōtestatæ.l.cùm fundus.in princip.ff.si cer.pet. Quæ omnia venirent in actione ex testamento.si competeret: quæ est bo
næ fidei: seu naturam habet actionis bonæ fidei. In qua veniūt omnia à tempore moræ.l.in minorū persona.C.in quibus causis in integrū restitutio non est necessaria.secundum Iaso.declarat Bar.in l. si hæres. ff.de eo quod certo loco.Quartò fallit, vbi conditio adiecta legato habetur pro impleta: quod est quādo
160 stat.per hæredē ne impleatur.l.iure ciuili. ff. de condit.& demon. quia si haberetur pro impleta de iure communi, tūc bene competeret actio ex testamēto & rei vendicatio. Si autem habetur pro impleta iure speciali, putà fauore libertatis.l. cùm ita datur.ff.de conditio. & demonst.tunc non competunt dictæ actiones,sed solùm actio in factum,vel officium iudicis.l.si peculiū.§.is qui seruus. ff.de statu lib.secundū Bar.Imol.& Raphael.l.in testamento. ff.de condit.& demon.& Ang.in l.iij.C.de instit.& substit.quicquid ibi teneat Salice. Quintò fallit, vbi testator in testamēto disposuisset,aut statuto caueretur,q̄ legata vel fideicōmissa debeantur non adita hæreditate: quia tunc pro talibus non competerēt dictæ actiones: sed condictio ex lege, seu statuto, vel officium iudicis, si verba ad eum dirigantur, secundum Bal.singulariter in l.j.C.si omissa sit causa testa.De cuius dicti veritate disputat Alex.in l.j.ff.de leg.j.& Iason in l. eā quam. C.de fideicommis.Sextò fallit in singulari successore defuncti rem legatam possidente, contra quem non competit actio ex testamento,quæ personalis est:sed contra solum hæredem vniuersalē cum quo tempore aditionis hæreditatis testator & legatarij, quasi contraxisse dicuntur:vel contra legatarium à quo res legata fuit,qui acceptando legatum sibi relictum videtur pariter cū testatore quasi contraxisse, & cum sublegatario.l.j. §. si hæres. vbi Bart.Ange. Imol.& Moderni.ff.ad Trebel.Nam tales actiones cōtra singularem testatoris defuncti successorem non dantur.
156 Ideo dicit Bald.in d.l.j.C.communia de lega.† quòd si statuto caueatur q̄ in causis guarentigiatis procedatur summariè etiam in hypothecaria inde dependente,hoc intelligitur,si agatur cōtra principalē debitorē,vel eius hæredē vniuersalē: non autem si ageretur contra singulares successores, vt etiā tenet An-
ge.in l.ij.C.si aduersus creditorem. † Et hæc vera,q̄ pro legatis in testamēto relictis supradictæ competunt actiones, vbi relicta fuerunt in testamento valido & perfecto. Si autem relicta essent in testamento inualido ex defectu voluntatis ipsius testatoris, qui forsan priusquàm testamentū perfeciſſet,decessit,talia legata indistinctè non valent, nec pro eis cōpetit aliqua actio.l.si is qui testamentum. vbi plenè Bar.ff. eodem. Sed si legata & fideicōmissa relicta forent in testamento imperfecto ex defectu solennitatis in testamentis requisitæ, vt quia testamentū nō habet debitum numerum testiū, vel deficit in alia solennitate substātiali, tūc etiam non debentur legata nec fideicōmissa ex tali testamento inualido. Quia ex imperfecto testamento nihil debetur,nec peti potest.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.e.& l.j.C. de posthumis hæredibus instituen. Nisi in sequent. casibus.
158 † Primò,nisi in tali testamento apposita fuisset clausula codicillaris: quia tūc cùm in codicillis relinqui possint legata,& cætera præter directā hæredis institionem, vt s. vidistis in principio huius substitutionis,talia legata valebunt & fideicōmissa: & idem esset in testamento inualido,in quo clausula codicillaris non fuisset adiecta expressa. Si tamen esset tacita subintellecta,quod quatuor modis fit, vt clarè vobis
159 demonstraui in verbo, *Testamētū*.iij.† Secūdò valet fideicōmissum in testamento inutili relictū, vbi hæres per fideicōmissarium in iudicio cōuent⁹ negauerit fideicommissum fuisse per testatorem in testamēto relictum,super quo iuramentum ei delatum subire recusauerit. Quia tunc in odium hæredis mentiē-
160 tis, & iurare recusantis, † condemnabitur ex testamento inutili præstare fideicōmissum,per tex.singularem.in l.fi.C. de fideicommis. de quo fuit sumptus

§.fi.instit.

BIU Cujas

§.fi. Insti. de fideic. hæred. quod nō fieret, si hæres confessus fuisset fideicō missum fuisse relictū: quo casu si post confessionē, & sic post agnitā bonā fidē excideret de nullitate testamēti, certè absolueret à præstatione legati vel fideicommissi, etiā peculiaris. c. indicāte. vbi plenè notat̄ suprà eod. Idē si fideicōmissarius vlā ꝓbādi fideicōmissum ꝓ testes elegisset, & nō per iuramentū hæredis: quia probari nō potest fideicōmissum in testamēto relictū, nisi per septē testes, qui in testamēto requirūtur, vel quinq; si petatur ex codicillis vel donatione causa mortis. l. fi. in fine. C. de codicil. Sed vbi iuramentū detulit hæredi fideicommissum relictū fuisse neganti, nec iuramentū præstare volēti: quia fideicōmissarius vsus fuit libera vrbanitate erga hæredē, faciendo ipsum in sua causa iudicē. l. j. ff. qua. rer. act. talis hæres iurare recusans priuatur facultate excipiendi de nullitate testamēti, vt d. l. fi. secundū vnū intellectū, secundū quē habetis in pū
161 cto tria singularia. † Primum est, ꝙ vbi actor nihil probauit etiā semiplenè, imò si non habeat aliquam præsumptionē pro se, tamen cogere poterit reum ad iurandū, licet regulariter actore nō probante debeat reus absolui, etiā si nihil probauerit l. qui accusare. C.
162 de edendo. & c. fi. de iureiurādo. † Secundum singulare est, quia regulariter iuramentū alicui delatū potest per eum referri. l. delata. C. de rebus creditis. & l. manifestæ. ff. de iureiurādo. Tamē in hoc casu hæres cui à legrtario vel fideicōmissario defertur iuramentum, nō potest ipsum referre deferenti, vt d. l. fi. Tertium singulare est, quia hæres qui negauit fideicommissum fuisse in testamento relictū, necnon iuramentum sibi super hoc delatū præstare recusauerit, cum per hoc habeatur pro conuicto, perdit beneficiū excipiēdi, vt à cætero allegare non possit testamentum esse inutile propter defectū solennitatis: quod est mirabile, ꝙ nuda volundas vltima vestiatur legis auxilio propter mendaciū hæredis. facit l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. Perdit enim talis hæres facultatē defensionis, quæ est de iure naturali. clemētina pastoralis. de re iudica. pulchrè Panor. in rub. de exceptio. Et (quod deterius est,) peccato mortali per
163 dit seipsum, iuxta illud, ꝺ psalmo. v. Perdes omnes qui loquūtur mendaciū. † cum mendacium (vt dicit Aurelius Augustinus) sit falsa vocis significatio cū intētione fallendi: quē refert & sequitur gl. in l. de æta
164 te. ff. de interrogator. actione. Or graue est aliquē fallere, dicit tex. in l. ff. de consti. pecu. † Vnde nō immeritò mendax punitur priuatione defensionis etiā notoriæ, quæ ex sola resultat testamēti visione, licet videam⁹ ꝙ vbi aliàs de iure denegatur exceptio nullitatis proponi, sicut in casu clementinæ primæ, de re iudic. scilicet cōtra tres sentētias conformes, tamen admittitur illa, quæ apparet ex sola visione ꝓcessus secundum Imol. & Zabarel. ibi. Sed tamē in casu nostro nō admittitur exceptio nullitatis testamēti proueniēs ex defectu solēnitatis, licet de illo defectu appareat clarè, & promptè ex sola testamēti inspectione. Et hoc est odiū hēredis mendacis. Et quia appellatio est defensio, vt plenè habetur in c. intelleximus. de iudiciis, salubriter statuit & ordinauit beatus Ludouicus Francorum rex huius nominis nonus, anno domini M. ccliij. ꝙ si quis ab aliquo ex facto proprio vel dicto conuentus factū suum propriū siue dictum post iuramentū præstitū in iudicio negare præsumpserit: & legitima probatione conuictus fuerit con-
☞ demnatus, beneficium appellationis amittat. [Hęc ordinatio est hodie per dominū Aufreriū situata prima in titulo de appellatio.] Pro hac ordinatione facit tex. in Auth. cōtrà qui propriā. C. de nō numerata pecunia, vbi reus negans propriā scripturam aut numerationē pecuniæ ei factā in scriptura contentā, in duplum si cōuictus fuerit, condemnatur. Et si aliquid prius soluisse contēdat, in solidum exigitur, nec prodest ei solutio facta, & sic perdit defensionē peremptoriā, vt ibi est tex. nota. Et etiam per ordinationē, vt videbitis, perdit beneficium appellationis, quę dicitur defensio, vt plenè dicitur in c. intelleximus.
165 de iudiciis. † Simile videmus in vasallo mendaciter negante rem esse feudalē, quia conuictus perdit feudum. c. j. §. si vasallus. si de feudo fuerit cōtrouersia inter dominum & agnatum. Similiter si quis per mendacium negauerit se filium familias, si conuincatur de mendacio, perdit beneficium tituli. C. quod cum eo qui in aliena potestate. per tex. in l. sed si ex parte §. interdum. ff. illo eodē titulo. Pariter in illo qui negat se fideiussorē: q̄a perdit beneficiū diuisionis. l. si dubitet. §. ita demū. ff. de fideiusso. nec non perdit beneficiū excussionis & cedendarū actionū secundum Bal. notab. in Auth. contrà qui propriā. C. de non numera. pecu. vbi cōtra mendaces est tex. notabilis. Pariter qui mendaciter respondit, quadrupedem quæ damnū dedit nō esse suā, perdit priuilegiū se liberādi dando quadrupedē pro noxa. & insolidū condemnabitur. l. j. §. interdū. ff. si quadrupes pauperiē fecisse dicatur. idē si negauerit seruum suum, qui damnū intulit habere in sua potestate, quia non liberabitur volens dare seruum pro noxa. l. sed alio. §. si absens, versicu. si verò falso. ff. si ex noxali causa agatur. Etiā ex solo mēdacio surgit iudiciū & coniectura sufficiens ad torturā secundum Bar. in l. fi. ff. de quæst. per text. in c. literas, de præsumptio. & sequitur L. Roma. consilio viij. incip. Viso facto proposito, & c. Similiter qui ꝓ mendaciū negat se socium, perdit beneficiū, ne exigatur vltra, quā facere possit. l. si vnus. §. fi. ff. pro socio. & l. sed hoc ita. in fine. ff. de re iudic. secundum Bar. in d. §. ita demum. qui etiā in l. etiam. §. j. ff. solut. matri. dicit idē esse in marito, si negauerit matrimo-
166 nium: quia tenebitur de dote insolidum. † Similiter libertus q̄ius impetrauerat annulorum aureorum, & sic ius ingenuitatis, perdit illud, si se liberum mendaciter negauerit. l. fi. C. de iure annulorum aureorum,
167 secundum Bar. in d. l. etiā. † Similiter hæres qui rem negat esse hæreditariam, conuictus de mēdacio perdit Falcidiā ex tali re detrahendā. l. hæreditatum. §. fi. ff. ad legem Falci. Similiter qui negat se possidere, commodū perdit & beneficium possessionis, ꝓ tex.
168 singularem in l. fi ff. de rei vendica. † Vnum tamen notabitis, ꝙ mentiens potest etiam interdum puniri criminaliter, vt si faceret impostura, id est enormem diffamationem. ff. de extraordinar. crimini. l. faccula rij. Nā omne mēdaciū enorme punitur crimine stellionatus, si cōmittens petatur puniri criminaliter, secundū Bal. in c. fi. de rescript. † Tertiò fideicommissum debetur ex minùs solenni voluntate, vbi testator noluit soleniter relinquere: sed omnia relicta ponere in fide hæredis. Nā his duobus cōcurrentibus cogitur hæres iurare an testator reliquerit: quid si iurare noluerit? habebitur pro condēnato. & soluere cogetur absq; eo ꝙ opponi possit de nullitate voluntatis ex defectu solēnitatis, per tex. in d. l. fi. C. de fideicommiss. secundū intellectum gl. in d. §. fi. Institutio. de fideicōmiss. hæred. vbi latè Ioan. Fab. quem sequūtur *cōmuniter* Doctores, in d. l. fin. & in d. c. iudicante. vbi est text. not. ꝛ. eod. † Ex quo notabilem ha-
170 betis

BIU Cujas

betis limitationem ad omnia iura dicentia ex testamento inutili & minus solenni nihil deberi.l. si veritas. & l.ex testamento. C. de fideicommiss. Quia hoc verum est,nisi duo concurrant. Primò ꝙ testator noluerit solenniter testari. Secundò ꝙ omnia posuerit in sola fide hæredis. Nam tunc non est opus testibus nec alia testamentaria solennitate. Ex quo inferunt Bar.Salic. Ang.& Iaso.in d.l.fi.ad quæstionem de testatore,qui prẽstari iussit omnia,quæ continentur in quadã schedula manu sua scripta, quam deposuerat penes guardianum fratrum minorum. Quia dũmodo constet vel per literarũ cõparationẽ, vel alias coniecturas, ꝙ illa sit schedula quã testator asseruit manu sua scriptam,quanuis non probetur aliis testibus,posito etiam ꝙ non fuisset scripta per testatorem, dumtamen sit illa de qua locutus est,ei standũ erit:ex quo testator voluit ei adhiberi fidem. de quo plenè dixi
171 super verbo, *in extremis positus*. † Hanc tamen conclusionẽ (quod testator committere possit suam voluntatẽ putà legatum, & fideicommissum in sola fide hæredis sine alia solennitate)intelligatis verã,nisi statutum esset in ciuitate,ꝙ maritus non possit vxorem instituere hæredẽ, nec ei quocunq; titulo relinquere vltra centũ libras. Quia tunc non posset testator in fide vxoris aliquid ponere, quantuncunq; dixerit, ꝙ suam voluntatẽ secretè ordinauit cũ vxore, qualiter pecuniam distribuat pro anima sui testatoris mariti. Nam semper hoc præsumeretur factum in fraudem statuti, & sic non valet secundũ Ioan. And. in additio.Spec.tit.de instr.edit.§. nunc verò aliqua. post medium. & Alex. in l. cogi. §. hi qui solidum.ff. ad Treb. Et huic secundo casui non obstat. l. nemo potest.ff.de legat.j. vbi habetur, quòd non est in potestate testatoris, simpliciter fidẽ hæredis eligere, & in sua fide omnia legata & fideicõmiss. ponere, nihil in testamento scribendo. Quia quo ad ea quæ soli fidei hẽredis cõmisit,cogetur iurare: & si iuret ita esse, aut si nolit iurare, tenebitur soluere. Si autem iuret nihil relictum aut fidei suæ cõmissum fuisse,absoluetur. Si autem testator scripsisset fideicommissa in testamento,&sic confecit scripturam,aut fecit confici, licet inutilem,& in solennitate deficientẽ,non posset testator facere,quod illud testamentũ valeat, si hæ fateatur fideicõmissum relictũ:quia defendere se poterit,& excipere de defectu solẽnitatis testamenti, & ta locũ haberet d.l.nemo potest. Si autem negasset, & iurare noluisset, teneretur in odiũ mentientis,qui per scripturã testamẽti cõuincitur ꝙ legatũ relictũ est, licet minùs solẽniter, vt vidistis suprà in secundo
172 casu. †Quartò debetur fideicõmissum ex minùs solẽni volũtate,vbi testator non simpliciter posuit in fide hæredis, sed fecit quòd hæres sibi promisit soluere legatũ in testamẽto inutili relictũ,iuxta l.quidã cũ filiũ.ff.de hæredi. instit. & l.spadonẽ.§.j.ff. de excusa. tuto.De quo est tex.in d.l.fi.de fideicõmiss.secundum intellectũ quẽ ei dat Bar. in l. nemo potest. in princ. ff.de leg.j.quem ibi sequuntur Imol. & Alexã. ibi,in iij. magnificientes verba Barto. ibi. Quoties ergo testator sibi promitere fecit per hæredẽ quod legatariis soluet legata: quo casu talis dispositio transire videtur in vim contractus: cuius tunc probatio nisi duos nõ requirit testes,vt habetur in l.hæredes palã. §.fi.ff.hoc tit. Certè tunc legatarius pro quo testator præstationẽ legati fuit stipulatus,repræsentare censetur defunctum.l.id tẽpus.§.j.ff. de vsu. & sic debetur tale relictũ stipulatione debitũ, maximè vbi testator facereret hæredẽ ꝓmittere nedũ sibi testatori,sed legatario qui ibi præsens,aut ꝓ illo absente notarius
173 tanquã publica persona stipularetur. † Quintò debentur legata & fideicommissa ex inutili voluntate, vbi fuit per testatorem relicta suo debitori liberatio. Nã cùm ex testamẽto minus solenni oriatur naturalis obligatio.l.fi.de re.dub.l.in testamẽto.ff.de fideicõmiss.liber tenẽt Bart. & vltramontani in l. cũ quis. C. de iur. fac. igno. & in l.j.de cond.inde.& Docto. in c.fi.de solu.Or naturalis obligatio de per se est potẽs ab excipiendum & retinẽdum. l. Stichũ aut Pamphilum.§.naturalis.ff.de solu.& l.si vnus. §. pactus ne peteret.ff.de pactis.Ex sic ex minus solẽni testamento parari debet exceptio debitori virtute naturalis obligationis de non petendo causatæ ex inutili testamento:tamẽ in cõtrarium videtur tex.in l. si creditoris.C.de fideicõmiss.ibi,solẽniter tibi. vbi Iason finaliter reliquit cogitandum. † Sextò debetur relictũ
174 ex inutili testamento,vbi hæres expresè illud agnouit post mortẽ testatoris & soluere ꝓmisit testamentum approbãdo:quia tunc posset etiã in futurũ cogi soluere,& testamẽtum adimplere.text.est singularis in l.penul.C.de dotis promis. vbi quo ad inducendũ obligationẽ soluẽdi etiam in futurum sufficit expresa testamenti inualidi,vel cuiuscunq; alterius inualidæ dispositionis approbatio semel facta. † Et idem
175 esset vbi hæres scienter solueret legatũ,aut fideicommissum in testamento inutili relictũ.aliàs testamentũ non approbãdo expresè. Quia tunc licet hæredis expresè testamentum non approbauerit, tamen ex quo scienter legatum vel fideicõmissum soluit. non poterit ipsum reperere.l.ij.C.de fideicõmiss. Quod etiã procedit in rustico,qui ex quo nõ erat in facto, imò factũ scit: & quia in tali præstatione seu indebita solutione versatur ius naturale.l.legatum.ff.de capi.diminu. Certè etiam rusticus in tali dispositione cõprehenditur,secundũ Bal.singulariter in d.l. ij. idẽ tenuerat Bar.in l.cùm de in rẽ verso. ff. de vsuris.iij. col.per.tex.iuncta gl.in l.litibus.C.de agrico.& censit.lib.xj.Bal.in l.si certis annis.C.de pactis.Anto.de Butr.& Doct.in c.peruenit.de censibus licet Specu. quẽ Bal.simpliciter refert in l.solent.ff. de offic. pro con.tenuerit cõtrariũ. Siue enim hæres in testamẽto minus solẽni institutus sciat factũ & ius, id est quòd volũtas testatoris inutilis erat:siue sciat factũ,sed erret in iure,credens testamentũ non solenne fore validũ,semper vtroq; casu,solutũ ex inutili volũtate tenet,nec repeti põt.Quia primo casu scienter soluendo præsumitur donare.l.j.ff.de cond.indebi.Secũdo casu etiam repeti non potest,cùm tale relictũ saltem naturaliter deberetur,*vt magis communiter* concluditur in d.l.cùm quis.C.de iuris & facti ign.Et naturaliter debitum errore iuris solutũ repeti nõ potest, vt
176 ibi:& l.error.ff.de iuris & facti igno. † Aduertatis tamen,quia licet hæres legatum aut fideicommissum ex inutili testamento soluens sibi præiudicet quo ad legatum solutũ,vt scilicet illud repetere non possit, tamẽ nõ sibi præiudicat quo ad cætera legata in eodem testamẽto relicta:quæ propter solutionẽ vnius soluere non tenebitur.l.non dubium.C.eodẽ. Quod etiã locum habebit quo ad tẽpus,sicut quo ad res:putà si hæres soluere nõ tenebatur legata, nisi vsq; post certũ tempus,& aliqua ante tempus soluerit,talis solutio præmaturè facta non sibi præiudicabit, vt etiã alia soluere teneatur ante tẽpus.l.Lucius.§. testator. secundũ vnũ intellectũ glo.ibi.ff.de leg.ij.secùs esset tamẽ in loco:quoniã si hæres exẽptionẽ habebat nõ soluendi legata in certo loco, si in illo vnum legatũ

BIU Cujas

soluerit,sibi præiudicet, vt etiã cætera legata ibi soluere cogatur.l.fideicõmissum.§. fi ff.de iudi.per quã ita decidit Ange.in lectura Perusina in d.l.j. C.de fideicõmiss.Quod verum intelligit Iaso.in d.l. ij.illius titu.vbi hæres exẽptionem nõ soluendi in certo loco haberet ex priuilegio & iure singulari: quo casu ius singulare facilius tollitur,quã ius cõmune.l. eius militis.§.militia missus.ff.de testamen.milita. Sed vbi hæres exẽptus esset de iure communi, tunc idẽ esset in loco,sicuti in re & tẽpore, vt semel soluẽti nõ fie-
177 ret præiudiciũ quo ad cætera legata:† quia valet argumẽtũ de re ad locũ.l.si quis ita. ff. de auro & argẽ. lega.& de tempore ad locum.l. vinum.ff.si cert.peta.
178† Vnum tamen menti tenebris,quòd differentia est inter hos duos casus,scilicet inter expressam testamẽti approbationẽ,& tacitam, quæ inducitur ex sola legati inutilis solutione sciẽter facta. Quia primo casu hęres expresse legatũ approbãdo nõ solùm sibi præiudicat,quo ad solutionẽ iam factã,vt tanquã indebita repeti non possit, sed etiã quo ad inducendũ obligationẽ soluẽdi in futurũ,vt d.l.ij.C.de dotis promis. quę ad hoc est singularis secũdũ ommes. Sed secũdo casu,qũ hęres tacitè fideicõmissum approbat,scilicet illud simpliciter, tamen scienter soluendo ex inutili testamento:tunc ex tali simplici solutione & prestatione,& sic tacita approbatione,hæres sibi nõ præiudicat,nisi quo ad solutionem factam in illa re, & pro illa vice,& non quo ad inducẽdum obligationem in futurũ. Vnde si hæres in testamento inutili & inualido grauatus fuerit certũ quid soluere annis singulis, & simpliciter illud soluerit scienter vno anno,nõ solùm nõ tenebitur ad cætera legata soluenda: imò nec etiam ad illudmet quod soluit tenebitur soluendum in posterũ,si expresse ipsum nõ approbauerit. Et idẽ esset,si ipsum scienter bis soluisset:quia adhuc nõ teneret in posterũ soluere, licet quod soluerit nõ possit repetere,secundũ omnes in d.l.non dubium.C.eo-
179 dem. & d.l.ij.de fideicommis. † Et quod dictum est ex tacita approbatione nõ induci obligationẽ ad soluendum in futurũ,est verum, nisi tria concurrerent. Primò q̃ tale legatũ seu fideicõmissum inutile factũ esset pro alimẽtis:quia tunc fauore alimentorum induceretur obligatio ad soluendum in futurũ,vt d.l.j. C.de fideicõmis.quæ locũ habet non solùm si alimẽta fuerint legata pauperi,sed etiã si diuiti, vt tenet Salice.ibi,& Alexã.in d.l.si certis annis.C.de pactis.per tex.in l.cùm hi.§.nihil.ff.de transact.Nam licet legatarius sit diues,tamen testator cẽsetur cogitasse,quòd in futurũ effici poterit pauper: quo respectu dicitur legatũ pium,ac si pauperi fuisset relictũ.quod sequitur Iason in d.l.si certis annis. & in d.l. j. C. de fidei-
180 cõmis.† quæ quidem lex locũ habet etiã in aliis legatis similem fauorẽ habentibus, puta in relicto pro dote,vel ad refectionẽ,viæ publicæ.l.quidã testamẽto.ff.de leg.ij.l.si cui annuum.ff.de annuis legatis,secundũ Bar.in d.l.si certis. annis. C.de pact.quem oẽs ibi sequũtur,excepto Salice.Idẽ tenet Bart. in d.l.cũ de in rẽ verso.vbi Fulg.ff.de vsu. & idẽ Bart. in quæstione per eum disputata in cip. Mulier habẽs amplũ patrimonium.Doctores,in d. c. peruenit.& expresse Alex.in l.j. xiij. col.ff. soluto matri.Et idem seruaretur in legato annuo pro redẽptione captiuorum relicto,aut ecclesiis, vel piis locis, vel in pias causas facto:cùm in eis idẽ militet fauor,secundũ Ang.in d.l. si certis annis.in repetitiõe. De quorũ,scilicet piorũ legatorũ priuilegiis quæ habẽt,tam in contractibus, quàm iudiciis & vltimis voluntatibus,summo digito ac magistraliter locutus est Ludouic.in authen.similiter.C.ad leg.Fal.in repet. Secũdò requiritur,quòd relictum alimentorum vel simile,de quibus suprà,factũ fuerit in vltima voluntate minùs solẽni; ita quod testamentũ sit imperfectum propter defectum solẽnitatis testamentũ concernentis in eo nõ seruatæ, vt quia non fuerint testes in sufficienti numero adhibiti,aut per testatorem non rogati.l.hac consultissima C.eodem. Si autem testamẽtũ foręt inutile ex inhabilitate & incapicitate testatoris procedẽte ex defectu iuris naturalis vel gentium, vt quia testator erat pupillus,vel demens:quo casu lex resistit huic voluntati,vt ex ea non oriatur etiam naturalis obligatio. l. qua ætate. ff.eod.& l.fi.C.de testa.mili. vel quia testamentũ erat imperfectũ ex defectu volũtatis testatoris,qui morte præuentus testamentũ perficere nõ potuit,nec suam declarare voluntatẽ,aut fortè est testamentum inualidũ, quia falsum:& sic caret testatoris volũtate.l.ij.C.de edicto diui Adria. toll. & l.cũ falsum.ff.de acqui.hæredi. Certè his casibus multiplicata solutio non induceret testamẽti approbationem, vt hæres soluere teneretur in futurum,aut semel solutum teneret,secundum Ang.in dicta lectura l.j.C.de
181 fideicõmis. † Tertiò q̃ ex tali testamento minus solenni interceſſerit præstatio seu solutio triennalis facta per hæredẽ:nam talis præstario triennalis cõcurrens cũ fauore alimẽtorum vel similis causæ, & cum fauore vltimæ voluntatis, facit vt ex minus solenni volũtate fideicõmissum debeatur in futurũ, per tex. singul.in d.l.j.C.de fideicõmis.quam Fulgo.ibi dicit habuisse in suo priuato examine. Et hoc nõ solũ vbi hæres integrè soluit legatũ alimentorũ aut simile tribus annis,sed etiã si vno anno soluit frumẽtum, alio anno soluit vinũ, & tertio soluit vestes alimentario seu legatorio,secundum Bald.singulariter ibi in d.l.j
182 nescio si dicit verũ.† Habet ergo talis præstatio trẽnalis hunc mirabilẽ effectum, vt dicto fauore duplici cõcurrente,peti possit fideicommissum ex inutili testamento in futurũ. Prouiso tamen, q̃ talis solutio triennalis facta fuerit de per se singulis tribus annis: secus autem esset si hæres semel pro tribus annis soluisset vnica solutione.Ita singulariter decidit Io. Fabri,in d.l.j.referẽs idem tenuisse Iac.de Aret.in d.l.si certis annis.Mouetur etiam, qui plures actus separatim facti, plus ligant.l.iubemus. authẽ. siue à me.C. ad Velle.Ad hoc facit quod voluerũt Cyn.& Bal. in d.l.ij.C.de dotis promis.vbi dicunt, q̃ l.quicũque.de qua nunc dicetur.C.de apo.publi.lib. x. habet tãtùm locum vbi solutio apparet facta separatim tribus annis vltimis,secus si semel pro tribus annis.Facit quod in simili voluit Barto.in l.eum qui.aliâs incipit.Iabolenus.ff.de annu.legat.vbi dicit.l.si certis annis.C.de pactis.& l.cùm de in rem verso.ff.de vsuris.volentes ex præscriptione longi temporis causam præsumi,& obligationẽ subesse:locũ habere si talis solutio facta fuerit singulis annis,secus si vna vice pro plurib⁹ annis.Vide plenè Iason.in §.prę iudiciales.xvj.col.Insti de actio.Pro quo facit tex.in d. l. cùm de in rem verso.ibi,longo tẽpore.per quẽ apparet requiri tẽporis successum,vt ibi not.Bal.facit etiã quod not.gl.in l.si cõuenerit.la j.ff.de ping. actiõ. vbi qñ in aliquo actu requiritur trina interpellatio,nõ posset vna tantũ vice fieri per creditorẽ dicẽdo,ter solue.Facit quod vo
183 luit Bal.in c.ex literis.in fi.col.de cõsti.† vbi tenet, q̃ stãte statuto, q̃ in maleficiis reus debeat ter citari, nõ sufficeret vnica citatio,quãuis peremptoria,pro tribus.Ad idẽ facit gl.super verbo tertio.in cle.j.de vi-

BIU Cujas

ta & hone.cleri.& in c.j.in verbo, tertiã. de mili. vasal.q cõtu.est.de quo Pan.in c.fi.de vita & hone.cler. Ideo cum sit statutũ hîc,& Tolosę,seu cõsuetudo, q nemo possit esse cõsul, vel dñs de Capitulo ciuitatis nisi prius onera & tallias in ciuitate soluerit,& subierit p plures annos in statuto specificatos, non audiret,nec ad dignitatẽ illã ꝓmoueret, si vno anno soluere vellet p omnib9 futuris annis statuto requisitis. Et cũ semel qdã honorũ cupidus Tolosæ hoc fecisset,fuit p arrestũ Parlamẽti,nõ obstãte illa fraudulẽter accumulata solutiõe repulsus à capitulatu, donec debitis tẽporibus successiuè decursis,onera ciuitatis subiisset anniſq; singulis soluisset. Plus dico, q etiã si nouẽ annis soluisset, videlicet singulo tertio anno p tribus simul,& sic tres solutiões fecisset, ex tali solutiõe nõ præsumeret de præcedenti. Cũ hîc nõ sit formis præstatio annuæ obligationi rei naturaliter insitæ cõueniẽs: quia forma soluẽdi naturalis est, q singulis annis soluatur,cui nõ cõuenit annorũ cumulata solutio. Et sic præsumptio quæ ex singulari præstatione inducit, nõ pertinet ad difformẽ modũ præstationis,arg.ff.de annuis leg.l.Seia.§. medico. Nã si ex informi præstatione præsumeretur de præcedẽti solutione,duo præsumerẽtur: scilicet præstatio, & informitas præstatiõis,quod fieri nõ põt. Cũ duæ præsumptiones pariter non cadãt sup eodẽ principaliter arg.l.j.C.de do.promis.& l.cũ pater.§.gener.ff. de iure do. q est nota. Et hæc triẽnalis succesiua solutio mirabiles alios sortit effectus. Nã sufficit ad inducẽdum liberationẽ in casu odioso vsurarũ. l. aduersus. iũcta gl.ij.in vlt.opi.vbi hoc no.Bal.C.de vsuris. Sufficit etiã tale tẽpus triẽnale ad impediendũ beneficij sequestrationẽ pacificè triennio possessi.clemen.j.de sequestra. Hodie verò per regulã cãcellariæ Pauli secũdi effectualiter cõtẽtam, in Decreto cõsilij gñalis in Pragmatica contento,titulo de Pacificis possessor.

184 † Talis pacifica possessio triẽnalis cum titulo colorato sufficit ad repellendũ quoscũq;, ne possessorem beneficij triennalẽ ampliùs infestare possint in possessorio nec petitorio. Pariter sufficit tẽpus triẽnale ad iudicandũ rem esse feudalẽ,si triẽnio tanquam talis possessa fuerit,& præstatio facta, saltem vt de hoc stetur iuramẽto hoc asserentis, per tex.singula.in c.j. §.si verò vasallus.in tit. quid sit inuestitura. Vbi aliàs requirerentur xxx. anni. c. si quis per tringinta. si de

185 feu.fue.cõtro. † Præterea habet hæc triẽnalis pæstatio aliũ mirabilẽ effectum,quia obligatus ad aliquid annis singulis soluendũ, si probet se annis trib9 proximò præteritis illud soluisse,præsumitur semper retroactis superiorib9 annis integrè soluisse, per text. secundũ Bar.ibi singularẽ in d.l.quicunq;. C.de apo. public.lib.x.quẽ etiã Salice.singularẽ dicit in l.ij. C. de iure emphy. & Bal.dicit eum aureũ in c. literæ. in fin.de dilatio. Sicut à simili deciditur in l. Procula. ff. de probat. vbi reiterata rationũ cõputatio inter fratres facta præsumi facit præcedẽtia debita fuisse remissa & quittata,licet de illis nõ fuerit in cõputatione facta mentio. quod locũ etiã haberet inter extraneos,secũdũ Alex.in l.libertatis.la ij.ff.de ali.& ciba leg.Quod tũ intelligatis verũ,vt s.dixi prouiso,q talis solutio triennalis facta fuerit separatim singulis

186 tribus annis. Et est singulare in d. l. quicunque. † q quãuis solutio tributorũ probari nõ possit,nisi p instrumentũ publicũ.l.j.& ij.eo.tit.de apochis publi.& l.ij.C.de cõue.fisci debito.lib.x.tamen solutio præcedentiũ annorũ per triennalẽ solutionẽ proximã debitè factã præsumit. Quæ præsumptio trãsfert onus probandi in aduersariũ, etiã, in his quæ probari non possunt,nisi per publicũ instrumentũ,secundum Bal. per illũ tex.in prima oppositi. quod est nota. Idẽ erit in debitore menstruo, qui singulis mensibus tenetur ratione rei certũ quid soluere. quia si tribus mẽsibus proximis soluerit,præsumitur de solutione præcedẽtiũ Idẽ in debitore semestri, q singulis sex mensibus tenebat soluere: quia si probet tribus ꝓximis sex mẽsibus soluisse,præsumit de præcedẽti solutione.arg.l. diuortio.§.quod in anno.ff. sol. matri. Idem in quinquẽnali debitore, q singulis quinquenniis soluere tenebat,secundũ Bal.ibi,arg.l.j.§.itẽ quæsitũ. C. de indictio.lib.x.& l.si sic constituta sit aqua. ff. quẽadmo. serui.amittã. Secus si tribus quinquẽniis,vel trib9 sex mẽsib9 simul soluisset,vt s.vidistis. Et hęc est præsumptio tãti effect9, q transfert onus probandi in aduersariũ; hęc annua præcedentia petentẽ,qui si debitorẽ nõ soluisse ꝓbauerit, hanc præsumptionẽ extinguit: quæ in dubio & obscuro, & nõ in liquido operat. Et modus probãdi cõtrariũ est p confessionẽ debitoris: vt dicã nunc,vel modo cõtento in l.optimã.C.de cõtrahẽ.stipula.in fi. Præterea dico, q si semel per hanc præsumptionẽ fuerit debitor à præstatione annorum præcedentiũ absolutus,licet futuro tempore in solutione cessauit, & sic videbat præsumendũ de non solutiõe præcedẽtiũ annorũ, tñ hęc p̃sumptio nõ operat quicquã: quia nõ pertinet ad rẽ finitã arg.l.si ille. C. de decur.lib.x vbi confessio quæ trãsiuit in executionẽ reuocari nõ põt. Facit ff.de cõdi. indebi.l.q ob rem secundũ Bal.ibi. Nisi debitor cõfiteretur nõ soluisse annis præcedẽtibus: quia per cõfessionẽ suã tolleret præsumptio ex triennali solutione inducta, etiã sententia secuta: quæ plus operari nõ põt,quã præsumptio iuris, & de iure, quę p cõfessionem partis tollitur,secundũ gl.in Auth. Sed iam necesse. C. de dona. ante nup.& in l.in cõtractibus. C. de nõ nume.pecu.

187 † Pars etiã cõfitendo non soluisse, præsumptioni & sententiæ videt renuntiasse,arg.eorũ quæ plenè dicit Inno.& Pan.in c.quia pleriq;.de immu. eccle. Et idẽ esset,si debitor cõfiteret vno solo anno de præcidẽtib9 se nõ soluisse: q a præsumptio surgens ex triennali præstatione respicit vniformiter omne tẽpus præcedẽs: quod facere nõ põt in casu isto propter confessionẽ partis,quæ operationẽ præsumptionis scindit & diuidit. Pariter idẽ esset,& habet locum dispositio d.l. quicũq. in quocũq. debitore qui certũ q̃d annuũ tenet soluere,vel mensibus singulis, vt trina solutio vltima præsumi faciat de oĩbus præcedẽtibus,siue ille soluẽs sit emphyteuta,secundũ gl.in d.l.ij.C.de iure emphy.scilicet vbi emphyteuta est priuati: quia si esset emphyteuta eccleſiæ,sicut sufficit emphyteutũ cessare biennio à solutione canonis,vt emphyteusis cõmittatur eccleſiæ.c.potuit.de loc.sic etiam solutio biẽnalis facit præsumi de solutione annorũ præcedẽtiũ.secundũ Host.singulariter in sũ.tit.de loca.paulò ante finẽ.quod qualiter inteligit, videatis Io.An.

188 Barb & doct.in d.c.potuit. † Restat ergo q d.l.quicũq.locũ habeat siue debitor annuus sit emphyteuta, siue vasallus,siue cẽsualis vel colonus simplex,secundũ Ang.in Auth.de non alienã.aut quicunq.alius,secundũ Spe.& notabili9 p Io.And.in addi.tit.d emph. §.nunc aliqua.verſic.xxvij.& est gl.in c.cum eccleſia sutrina.de cau.poſ.& proprie. Quinimò locũ habet etiã in simplici colono,secundũ Ang.in §.scire autẽ. in alleg.Authẽ.de nõ alie.aut permu.Et idem in soluẽte collectã cõmuni,vel collegio,secundũ Bal.post Ioan.And.ibi.in d.c.literæ.Non tamen haberet hoc

locum

BIU Cujas

locum,nisi solutio annalis insit rei ex natura sui, sicut canō,tributū & similia,& nō ex accidēti, vt quia debitor simpliciter promisit aut grauatus est de soluendo decē annis singulis, & nō ratione alicuius rei, secundū Bald.singulariter in d.l.quicunq.quæ locū habet,vbi solutio annalis fit ratione rei,nō autē vbi sola persona est obligata aliq̄d soluere,nō habito respectu ad aliquā rē certā.Ideo si testator simpliciter grauauerit hęredē annuū tibi soluere,vel qs simplex ꝓmiserit,non habet locū dicta præsumptio ex triēnali solutione surgens.Quia hæc præstatio non est canonica & regularis illatio,sed cōtingēs, quæ nō gratiamē alicuius rei,sed solius personæ respicit.Pariter dico,ꝙ licet proxima pars tēporis valeat circa aliud tēpus,vt de illo præsumatur, non tamē pars rei debitæ valet circa aliam partē, secundū Bald.nec circa tēpus futurū, de quo nō præsumitur. Nam si probaret debitor,quòd decem annis iam elapsis per tres annos cōtinuatos soluit,non præsumit posteà soluisse,imò recessum est à tali præsumptione, etiam pro præterito tempore,per tex.in dicta l. quicunq; dum dicit trium cohærentium sibi annorū &c.quē ad hoc ponderauit ibi Bald.quod est no.sicut à simili dicit in dicta regula cācellariæ apostolicæ de pacificis possessoribus: ꝙ ille qui triennio non violenter,sed colorato titu.pacificè & sine lite prælaturam,dignitatē, officium vel beneficiū triennio proximo hactenus possedit,vel in futurum possidebit, nō possit posteà in petitorio vel possessorio à quoquā etiā ratione iuris nouiter impetrati molestari. Quod pariter fuit decretū in cōcilio Constantien. sub Martino papa, & renouatū in concilio Basili.hodie in pragmatica huius regni sanctione registratum titu. de paci. pos.De cuius intellectu est ibi plena glo.& multa singularia dixit Felyn.in c. sicut. xvj.colū. vers.quintò aduerte.de re iudi.Vnde restat triennalem solutionem proximam per vltima tempora & non interrupta factam,efficaciter arguere, vt omni quantocūque tēpore præterito facta præ
189 sumatur.†Idem in aliquib⁹ locis saltem à simili seruatur,& inoleuit consuetudo vel statuitur,vt notarij qui graffarias emunt de triennio in triennium à rege, non possunt petere eorum salaria pro scripturis à partibus post quinquennīū.quod fundatur in æquitate illius.l.quicunq.Preterea,quia non est verosimile ꝙ graffarius pro soluendo firmam graffariæ regi,aut alteri domino pecuniis indigens, longo tēpore post suam graffariam finitam distulerit à partibus exigere quod sibi debebatur pro scripturis. Et sic vidi plu-
190 ries seruari Tolosæ,& in quibusdā aliis curiis. †Vnum tamen mēti tenebitis,ꝙ illud quod dictum est, videlicet trinam solutionem successiuam requiri ad inducendum obligationem in futurū ex testamento imperfecto,intelligitur vbi legata sunt plura,& talia quorū dies exactionis & executionis eorundē semel nō cedit,sed solū annis singulis. Putà,quia sunt legata annua aut mēstrua: quo casu (vt scitis) plura cēsentur legata, scilicet pro primo anno purum, pro aliis conditionale.l.si in singulos. ff. de annu.leg.iuncta.l. cùm in annos.ff.quādo dies leg.ced.Si autē legatū est vnicū & tale, ꝙ semel cederet eius dies,tūc vnica præstatio sufficeret respectu futurarū præstationum, quæ vnica præstatio fuit à testatore diuisa ꝓ tēpora. l.Firmio.in fi.ff.quādo dies lega. ced.secūdū An.notabiliter in dicta lectura.l.j. C. de fideicōmis.quē ibi sequitur Iason.Præterea illud, scilicet trinam solutionem interpellatā esse necessariā , tūc intelligatis esse verū, quādo testamentū est imperfectū propter defectum solennitatis ipsum testamentū cōcernentis, vt quia nō interfuerūt testes in debito & sufficienti numero,vel nō fuerunt rogati.Si verò testamentū esset imperfectū ex defectu alterius solēnitatis non cōcernētis testamentū,sed merū vel fauorē alicuius personæ,putà,filij ipsius testatoris respicientis.vt quia fortè filius testatoris nō fuit per eum in quoquā institutus,sed præteritus, & sic testamentū est nullū.l. inter cætera.ff.de libe.& posth.Certè tunc ad cōfirmationē talis testamēti nō requiritur trina præstatio. Imò ex vnica sola filij præteriti approbatiōe expressa vel tacita, omnia legata sine vlteriori prestatione conualescunt,iuxta l.filio præterito.ff.de iniu.rupt.testa. secundum Ang.in lectura Florētina in d.l.j. de fideicō. De hoc aūt vltimo videatis, quæ plenissimè dixi s.eod.in verbo, *In eodem testa.relinquens*.in vij.& vlti. limitati. Ex præmissis ergo cognoscere potestis, vbi & quādo pro istis legatis & fideicommissis singularibus supradictæ tres cōpetūt actiones,vel aliqua illarū, qā necesse habet legatarius agere aliqua actione pro legato cōsequēdo,cùm vt dictū est,occupare nō
191 possit propria authoritate legatū.†Præterea nō habent legata paratā executionē:nā licet testamentum in quo reperiuntur legata & fideicōmissa relicta, habeat executionē paratā fauore hæredis,vt ostenso testamēto nō vitiato,raso, aut cācellato : sed primo aspectu apparenti, ilico sit mittēdus in possessionē hæreditatis, per tex.in l.fi. C.de edicto diui Adri.tol.vt plenè dicitur in verb. *Mortuo itaque testatore*.j.Tamē executionē paratā non habet in fauorē legatariorū, vel fideicōmissariorū cōtra hæredē,vt ilico viso testamēto prima facie apparēti, mitti debeāt in possessionē rerū legatarum, aut hæres ilico cogēdus sit legata soluere,& fideicōmissa prestare.Quinimò postquàm ꝓ his supradictis tres cōpetunt actiones,est dicendū, ꝙ iudiciū requiritur ordinariū,ita ꝙ nō est ab executione incipiēdū,arg.l.nimis properē. C. de execu.rei
192 iudi.†Nā etiā debita de quibus cōstat per instrumētū non habēt executionē paratā , per tex.in l.minor. xxv.annis cui fideicommissum.ff.de mino. vbi Bald. Nisi partes expresè cōsensissent,vt quia esset instrumēta guarentigiata, vel nisi in depositō per l.pen.C. de depositō.quā ibi ad hoc pōderat Bar.& idē in certis aliis in iure expressis casibus, de quibus per Alex. plenè.& ibi quæ dicātur instrumēta guarētigiata in l.ait prętor.§.si iudex.& in l.post rē.ff.de re iud.Quibus casib⁹ quoties debitū paratā habet executionē,talis causa nō leuis,sed de grauiorib⁹ causis dicit, secūdum Bar.per illū tex.in l.si quid ex famosa.ff.de solu. Et de numero illorū casuū non est legatū, nec fideicōmissum in testamēto relictū,vt scilicet testamentū fauore eorū paratā habeat executionē. Sed aduertatis,quia Ang.in §.illud.in Authen.de hęre.& Fal.per tex.ibi in prin.iuncta gl.ibi in verbo, Decreto. tenet cōtrariū,dicēs instrumentū vltimæ voluntatis paratā habere executionē: cum quo trāsit Iason in d.l.fi.iij. col.C.de edic.diui Adri.tol dicēs , non inueniisse hoc decisum in specie. De qua decisione nō facerē dubiū si in testamento vel alia vltima volūtate per testatorē
193 fuisset,aut ꝓ hæredē præstitū iuramētū,†quod sui natura paratā habet executionē & vim guarētigiæ,secūdum Bar.in l.ij. ff.de iureiur. de quo dixi plenissimè suprà in ver.*testamētū*.iij.Sed si in testamēto nō intercessit iuramētū,restat adhuc difficultas.Vnde vt cessет cōtrarietas,†dicatis ꝙ ꝓ legatis & fideicōmissis
194 pōt dupliciter agi,vno modo via ordinaria , putà agēdo vna prędictarū triū actionū ꝓ legatis cōpetentium.

BIU Cujas

tium.&tunc legata & fideicõmissa paratã nõ habent executionẽ:imò est lis cõtestãda,si hæres se defende re voluerit, licet iudiciũ longo tempore durare non debeat,vt ibi dicit tex.& gl.in dicta Auth.in pri.alio modo agi potest via executiua,scilicet per viã monitionis fiẽdæ hæredi,vel per viã præcepti,q̃ legata soluere habeat,& adimplere cõtẽta in testamẽto. Et fieri cõsueuerũt tales monitiones seu præcepta per iudices. Quo casu si hęres se opponat,audiẽdus est,si causas iustas allegauerit,q̃ ad monita, seu præcepta non teneatur:vt quia fortè opponit de nullitate testamẽti aut legatorũ,vel q̃d simile. Et tales monitiones prima facie fiunt,ac fieri consueuerũt per iudices ecclesiasticos:& etiã per seculares fiũt præcepta de soluẽdo absq; eo q̃ incipiant ab edicto de in ius vocando: & valẽt de iure,dũ tamẽ in eis cõtineatur clausula. Et in casu oppositionis,id est si seserit se grauatũ,veniat tali die respõsurus, secundũ doctrinã Bar.in l.de pupillo.§. meminisse. ff.de noui oper.nuntia. & in l.nec quicquã.§.vbi decretũ.ff. de offi.procõsul.Sali.in l.j. C.cõminatio.vel epistο.& Ang.in §. curare. Instit.de actio.si autem cõtra testamẽtũ & contẽta in eodẽ nihil opponit, tũc viso per iudicẽ testamẽto in aliqua sui parte nõ vitiato,iudex ecclesiasticus monebit hęredem,vel secularis ei præcipiet sub pœna certa pecuniaria,q̃ infra tẽpus cõgruũ adimplere habeat cõtenta in testamento.† Et talis monitio,vel præceptũ fit 195
q̃ iudicẽ summariò & executiuè, prout hodie faciũt iudices ad instantiã procuratorũ animorũ,qui in curiis ecclesiasticis habẽt officiũ publicũ ad hoc deputatũ,cuius authoritate faciunt vltimas maximè pias volũtates exequi:& ita potest intelligi decisio Ange. in d.§.illud secũdum Alex.in d.§. si iudex. Et si hæres per iudicẽ monitus cõtumax fuerit per annũ,scilicet q̃ infra annum causa rationabili cessante legata, & fideicõmissa non soluerit, & cõtenta in testamento nõ impleuerit,priuatur eoipso absque alia iudicis sentẽtia,per lapsum anni cõmodo totius hæreditatis, excepta legitima,qua nõ priuatur:Cùm ei debeatur nõ 196
à testatore,sed à lege. † in Auth.hoc ampliùs. C.de fideicõmis.facit tex.in l.si arrogator. ff. de adop.Nisi soluere recusaret relicta per patrẽ in suę animę redẽptionẽ,veluti pro malè ablatis, vt plenè habuistis 197
§.in vorbo,*reliquit* prope finem.† Quę quidẽ hęreditas, qua priuatur hæres, applicatẽ substituto, si substitutũ habeat: vel coniuncto,id est hæredi pro parte sua adimplẽti. quoniã etiã si ipse coniũctus non impleret,priuaretur. Et si substitutum aut cõiunctũ non habeat, applicatur hæreditas certis aliis personis in d.Authen.hoc amplius. enumeratis. glo.& Panor.in c.si hæredes.§.eo.& tex.in c.Siluester.xj. quę.j. Et illi quibus applicatur hæreditas, per priuationẽ hæredis tenebuntur onera hæreditaria sustinere loco & vice hæredis priuati.Ideo q̃ eis tradit hęreditas, præstare tenentur cautionẽ de implendo contenta in testamento,nisi esset tale onus,quod per legem repræsentetur,id est quod per legẽ habeat pro impleto: putà si hæres grauatus fuerit manumittere seruũ testatoris infra certũ tẽpus, quo casu si ipsum nõ manumiserit:eoipso q̃ præteritũ erit tẽpus,lex ipso iure libertatis fauore facit eũ liberũ.l.cùm verò §.subuentũ.ff.de fideicommissa.liber. Et, vt clarius hos terminos ha- 198
beatis,est sciendũ, † q̃ antè quàm hæres volũtatem defuncti non implens, priuetur hæreditate, tria sunt necessaria:quæ habentur ex dicta Auth.hoc amplius. Primò,q̃ illud onus quod hæres adimplere neglexerit, non sit à lege repræsentatum, id est habitum pro impleto,vt s.dixi. Secundò requiritur, q̃ hæres fuerit monitus à iudice: & fieri debet hæc monitio per ipsummet iudicẽ,secundũ Ange.& Paul.in dicta Au 199
thẽ.hoc amplius.† Nam cùm priuare hæredẽ sit magna pœna, requiritur personalis monitio facta à iudice:sicut requiritur ad faciendũ quẽ haberi ꝓ cõfesso,si respõdere noluerit positionibus.c.si posit prętitũ.de cõfes.lib.vj.de cuius intellectu videatis elegan ter per Panorm.in c.cùm causam. de iuramẽ.calum. Idem tenet Angel.in §.si quis autem non implens.in Authẽ.de hæredi.& Falci.Et ista est veritas,quicquid dixerit gl.in d.§.illud.in verbo,Decreto.eadem Authen.quæ singulariter dicebat hoc casu sufficere monitionem factam hæredi per nuntiũ vel epistolã, aut ad modũ. Quod non puto verũ attẽta grauitate pœnæ,vt dictum est.Imò requiritur monitio per ipsum met iudicem facta, etiã si legata ad quę soluenda fuit hæres monitus,essent pia, secundũ Ange.notabiliter in lectura Perusina,in dicta Auth.hoc amplius.quem 200
ibi sequũtur moderni,& Iason.ij.col.† licet Bal.ibi singulariter voluisset in piis legatis nõ requiri monitionem iudicis, cùm in illis nulla requiratur alia interpellatio vel monitio iudicialis, sed ipso iure committitur mora extraiudicialis.l. Titia Seio. §. vsuras. ff.de leg.ij.Pro quo facit gl.in verbo,Iudiciũ.in §.itẽ mixta.Instit.de actio.& tenet Ludo.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl. Et idem secũdum eũ esse debebat in relicti fisco, cui etiã fit mora ipso iure, secundũ Bal.in l.j.C.de his quib.vt indi. Pro quo facit gl. super verbo, Inferunt.in l.cùm quidam.§.fiscus.ff.de vsu.Sed nõ est verũ,imò(vt dixi)in his omnibus piis aut fiscalibus requiritur iudicialis monitio ad priuãdum hæredẽ hæreditate sibi delata, & per eum adita. quia tex.in dicta Authen.hoc amplius.loquitur indistinctè. Prætereà licet sit verum,q̃ in legatis ecclesiæ relictis aut fiscalibus mora cõmittat ipso iure, illud est verum,quo ad lucrũ accessionũ,& aliam pœnam incurrẽdum,quàm petitionis hæreditatis,secundum Ang.& Ias.ibi,in dicta Auth.sed vbi agitur de perdẽdo hæreditatem,requiritur monitio iudicialis per iu 201
dicem met fienda.† Et sufficit vnica cum lapsu anni secundum Bart. quem ibi sequitur Sali.& communiter cæteri in dicta Auth.hoc amplius. & Bald.in viij. q.in l.qui crimẽ.C.qui accus.non pos.Vbi enim agitur de aliquem priuando iure suo . non vt statim priuetur,sed per lapsum anni,tunc vnica sufficit monitio cũ aliàs vbi ageretur de ipsum priuãdo citiori tẽpore,requirerẽtur ad minus duæ.De quo Ang.ponit notabilẽ regulã in d.§.si quis autẽ pro redemptione. in Authẽ.de eccle. tit.& latè Lud.in l.quandiu.la iij. ff.de acqui.hær.Ang.Are.in tracta.criminum.in verbo.Necnon ad quærelam &c.Bar.Cępol.de caute.ad uoca.cautela clij.Alex.in j.parte,consi.cviij.incipien. Viso themate.in fi.facit quod dicit Bal.in c.ex literis iiij.col.de constit. Et est *communis opinio*, quicquid dixerit Alex.in l.fi.ff.de feriis.Ad hoc facit quod decidunt singulariter Ioan.Fab.& Ioã.de Pla.in §. quadrupli.Instit.de actio.vbi pœna non soluentis legata pia vulnerabilibus locis relicta non habet locum in hærede citato per solum nũtium ex consuetudine patriæ sine iussu & expressa iudicis cõmissione. per tex. ibi,iussu,magistratuum antequàm conueniatur. Et alia ratione non mouentur, nisi quia durum est pœnam extendere.l.interpretatione. ff. de pœnis. quod an sit verum,plenè videatis per Ang.& Iason.in.d.§. 202
quadrupli.† Tertiò & vltimo requiritur antè quã hæres priuetur,quòd annus fuerit elapsus,qui solùm

currere

currere incipit à die monitionis per iudicem factæ,
vt dicta Auth. hoc amplius. & in corpore vnde sumi-
203 tur, vbi est bona gl. Restat ergo vera conclusio, ꝙ si
hæres per iudicē monitus infra annū cōtēta in testa-
mēto nō impleuerit, eo ipso per lapsum anni priuat'
est hæreditate. Qui non solū hereditatē ꝑdit, sed etiā
prælagata sibi facta, secundum Dy. & Bal. in l. qui fi-
liabus §. fi. ff. de leg. j. quod dictū summè ibi extollit
per modernos, per text. in l. si patroni. §. quid ergo. ff.
204 ad Trebel. † Sed aduertatis, quia idem Bal. in dicta
Auth. hoc amplius. tenet expresse contrariū dicēs, ꝙ
licet hæres, qui voluntatē defuncti nō implet, priue-
tur hæreditate, non tñ perdit prælegata, nec priuatur
substitutione pupillari nōdum ei delata. Pro quo fa-
cit, licet ipse nihil alleget, tex. in l. cū qui. §. pro parte.
ff. de his quib. vt indig. vbi si hæreditas auferatur ab
hærede velut indigno, tamen prælegata ei non aufe-
rātur etiā pro illa parte pro qua est indignus, nisi di-
ceremus, secundū Bar. ibi, ꝙ ibi sit casus specialis, tñ
opinio præcedens est *communior*, secundum Ias. qui
205 plus dicit, ꝙ † hæres monitus nō implēs infra annū
voluntatē defuncti, priuat hæreditate, etiā si testator
illā hæreditatē fuisset ei relicturus in non implendo
eius voluntatem, secundum Iac. de Bellouisu, in §. &
hęc quidē. in vlti. q. in Auth. de hęr. & Fal. quē sequi-
tur Bar. in l. penul. vbi idem tenent Bal. Ang. Pau. &
Alex. qui ibi allegat plures cōcordātes. C. de leg. Vl-
tra quos ibi Iason dicit idē tenuisse Roma. cōs. ccvij.
incip. Si volumus hāc substitutionē. Et plenius cons.
206 ccxxxv. inci. Quo ad primū, quod sequit. † Plus di-
co, ꝙ si duo hæredes hæreditatem diuidendo seinui-
cem quitauerint, & promiserint sub pœna, ac iurauer-
int nihil petere, scilicet vnus in parte alterius, & ecō
trà, perpetuò futuris tēporibus ex quacunq; causa, si
posteà alter ipsorū monit' à iudice nō impleat infra
annū testatoris defuncti voluntatē, & sic priuetur sua
parte hereditatis, quę de iure defertur cohæredi, vbi
deficit substitutus, secū dū terminos dictę Auth. Cer-
tè non obstante renuntiatione & pacto quittationis
inter ipsos passato, etiam iuramento & pœna valla-
to, poterit cohæres cōtumacis petere partē illi' quæ
ei defertur ꝓpter contumaciā, secundū Bar. elegāter
in dicta Auth. hoc amplius. in fin. quē ibi sequit Paul.
& Alexā. in l. qui Romæ. §. duo fratres. xlij. colū. ff. de
verb. obli. Et idē esse puto in substituto cui talis hære
ditas applicari debet in cōtumaciā hæredis: quia eam
petere poterit, & capere de manibus hęredis cōtuma
cis, non obstāte quacūque rēnuntiatione, per quā ius
substitutionis remisisset, per rationes ibi per eos alle-
gatas. De quo plenè habuistis s. declarādo gl. nostrā.
Nam renuntiās hereditati intelligitur renūtiare ma-
nēte eadē causa: sed in casu nostro supervenit non à
causa, quę non censetur inclusa in tali renuntiatione,
arg. c. cùm inter. de renuntia. sicut videmus de filia,
quæ bonis renuntiauit paternis, quæ si ꝑ patrē hæres
instituatur, poterit hereditatem petere non obstante
tali renuntiatione, vt plenè habuistis in verbo. *Duas*
207 *habēs filias*. ꝓpe finē. † Pl' adhuc dico, & vltra om-
nes in d. Auth. ꝙ hęres voluntatē non implēs, hęredi-
tate priuatur etiam si clericus sit. quia lex ciuilis hoc
casu clericos comprehendit, secundū Panor. in c. ec-
clesia sanctæ Mariæ. vj. col. de constitu. Sed clarius in
specie hoc decidit ibi Fely. xxiiij. col. volens idē esse
in quibuscunq; casibus, in quibus laicus priuaret hæ-
reditate, quia etiā priuabitur clericus: subiungēs idē
esse in ecclesia vt priuet, sicut priuaretur laic': salua
tñ facultate ipsi ecclesiæ petēdi i integrū restitutio-
nem infra quadriēniū à tēpore priuationis, & sic læ-
sionis cōputandū. clc. j. de in integ. resti. allegat idem
tenere Panor. ibi in repeti. dicti capi. ecclesia sanctæ
Mariæ. quia cōtumacia prælati nō debet nocere ec-
208 clesiæ, quod est no. † Addo etiā, ꝙ non solū priuatur
etiā clericus & ecclesia hæres, si legata nō soluit, vt
dicta Auth. hoc amplius. Sed etiā si non impleat one-
ra extrinsēca in testamento sibi à testatore iniuncta,
putà, circa executionem voti, per tex. in c. licet. de vo
to. quē ibi Panor. in iiij. nota. ad hoc pōderat, dicens
hoc procedere, etiā si defunctus decesserit sine testa-
mento, cùm ibi mētio non fiat de testamēti factione
quod est notā. Et tales etiā diuino iudicio nō sūt im-
munes. Nam refert Anto. archiepiscopus Florentin'
in ij. parte historiali. tit. xiiij. c. iiij. §. iiij. ꝙ cùm apud
Baionā Vasconū vrbem quidā miles Caroli magni
nomine Romoricus ægrotās, & morti proximus acce
pta pœnitētia & eucharistia, cuidā cōsanguineo suo
præcepisset, vt equū quē habebat venderet, & pretiū
clericis largiretur, & pauperibus, prout nō fecit: imò
cū cibis, potibus, & vestimentis cito expēdisset, post
xxx. dies mortuus ei apparēs in ectasi de nocte ei di-
xit: Quoniam res meas pro redemptiōe animæ meæ
tibi cōmendans non vt dispositā expendisti, & tibi
retinuisti: ob quod in pœnis tartareis xxx. dieb' cru-
ciatus fui, tu in eodem loco infernali, vnde egressus
sum, die crastina descendes, vbi cruciaberis. Quibus
dictis disparuit. & cùm eadem die somniū suis narra-
ret sociis subitò clamore facto in aēre, velut leonum
luporū, & vrsorum subito rapt' fuit ille à dæmonib'
in locū diuino iudicio destinatū. Et demū quæsitus à
sociis vix xij. die supra montē altissimū mortuus ia-
cēs toto corpore collisо inuēt' est, quatuor dietis di-
stās à loco vbi raptus fuerat, in quo dæmones cū ꝓ-
iecerant. Pariter in vltima parte tit. xxiij ca. vij. §. vj.
narrat, ꝙ cū semel beat' Thomas de Aquino doctor
sanctus in ecclesia fratrū de Neapoli in oratione per-
sisteret de nocte, visibiliter sibi apparuit frater Ro-
manus doctor in theologia de ordine prædicatorum
quē Parisiis legentē reliquerat successorē, q de proxi
mo obierat, tamē ei' obitus nōdū sancto Tho. fuerat
nuntiatus: à quo cū scisciteretur, quid de eo esset? Ille
respōdit: Ego sum in via æterna, fui autem in purga-
torio per xv. dies, propter negligentiam, quam com-
misi circa expeditionem cuiusdā testamēti, quā mihi
cōmiserat episcopus Parisien. quā citius exequendā,
quam expedire tardaui. Et ita refert archiepiscopus
Floren. in vltima parte historiali. tit. xxiij. c. vij. §. vj.
209 inci. Hic sanctus Iuridicus doctor. † Et hanc cōclu-
sionem, quòd hæres monitus & contumax per annū
hæreditate priuetur, limitabitis sequen. mediis. Pri-
mò, vt procedat, quando hæres ex negligentia & cō-
tumacia distulit vltra annum implere dispositā à te-
stātore, vt dicit text. in dicta Authen. hoc amplius. &
210 in cap. nos quidem. ibi neglexit. suprà eo. † Secus er-
go, si hæres iusta de causa impeditus fuisset testatoris
voluntatem implere, quo casu anno elapso priuatus
non esset hæreditate, secundum Panor. consi. vlj. inci
pien. Venio ad primum dubium. vbi allegat Fede. ita
consuluisse: idem posteà consuluit Panor. consilio
lx. incipien. Viso testamento. vlti. col. vbi dicit, idem
esse in anno qui datur à lege executoribus testamēti
priusquam executio deuoluatur episcopo: iuxta l. nul
li. C. de episco. & cleri. quia non currit, nisi negligen
tibus, & non si fuerint impediti, vel si commodè fa-
211 cere nequiuerint, vt ibi per eum. † Secundò limita-
tur dicta conclusio, vt procedat quando implemen-
tum

tum voluntatis defuncti respiceret cõmodum pecuniariũ alterius, secus si cõmodum pecuniariũ nõ respiceret, vt quia fortè testator in testamento instituit Titium hæredem, & ordinauit, ꝙ faceret talem impensã in funere: quod hęres facere neglexit post monitionem iudicis infra annum: nam anno elapso non priuatur hæreditate. l. non oportet. C. de his quib⁹ vt indi. vbi est glo. valde singu. in fi. quam ibi sequuntur doct. quod intelligit verum Pau. nisi cõcerneret animam testatoris. Pro quo facit (licet ipse nihil alleget) tex. in c. licet. de vo. & vo. redẽ. & in §. si quis autẽ iũctis. §§. præcedẽ. in Auth. de eccles. tit. & Auth. licet. C. de episcopo. & cleri. vel nisi testator expressè pœnã priuationis imposuisset, si hæres talẽ impẽsam nõ faceret. l. fi. in fi. C. de fideic. secũdũ gl. in d. l. nõ opor
212 tet. quam doct. approbãt cõmuniter. † Tertiò, limitatur dicta conclusio, vt procedat, quando personæ quæ à lege vocantur, volunt priuato hærede hæreditatẽ habere. Si autẽ eã nollẽt, vt quia dãnosa est, tunc primus hæres remaneret hæres: quia illud quod cõsti tutũ fuit per dictã Authẽ. hoc amplius. in pœnam & odiũ negligẽtis hæredis, nõ debet ad eius fauorẽ reduci, secundũ gl. vnde sumitur dicta Authen. facit l. si seruus pluriũ. §. si quis. ff. de leg. j. secundũ Albe. Cyn. Bar. & alios. Facit tex. optimus quẽ ibi notãt ad hoc Bar. & Imo. in l. si quis solidũ. ff. de hære. instit. Facit
213 glo. singularis in l. ea sola. ff. de reg. iur. volẽs, † ꝙ fiscus nõ habebit bona seu hæreditatem deportati, vel alteri⁹ incapacis hæredis, nisi velit. Si autẽ nolit hęreditatẽ tunc capere, deportat⁹ remanebit hæres. Ideo dicit Pet. de Ancha. in c. intelleximus. de iudi. per illũ tex. ꝙ vbi hæreditas esset damnosa hæredi, tũc hæres
214 non implẽdo volũtatem defuncti nõ priuaretur ea. Idem dicit Iason super rubr. ff. de iusti. & iure. iij. col Sicut videmus, quãdo quis ex forma statuti propter delictũ perderet nobilitatem, quia intelligitur nisi in eo in quo delinquẽti esset damnosũ nobilẽ esse. Putà, in grauaminibus nobili incũbentibus, secundũ Bart. in l. j. C. de infa. lib. x. & in repe. l. j. C. de digni. lib. xij. facit quod in simili decidunt Bal. & Ang. post Dy. ibi, in l. qui soluendo. ff. de hære. insti. † ꝙ stante statuto ꝙ Ghelfi habere non possunt officia in ciuitate: statutũ intelligitur de officiis honorabilibus & vtilib⁹, secus autẽ si essent dãnosa & inhonesta. Inde videmus, ꝙ excõmunicatus qui repellitur ab agendo in sui cõmodũ, cogitur respõdere defendẽdo in sui odium, dicto cap. intelleximus. de iudi. Nec excusatur si fuerit presbyter ab horis dicẽdis in camera, licet ad officiã dũ honorabiliter in ecclesia sine periculo irregularitatis non admittatur. de clerico excõmuni. ministrã.
215 per totũ. † Quartò, limitatur dicta conclusio nõ ꝓcedere, vbi testator dedisset specialẽ executorem: ꝙa tunc quãtumcunq; hæres negligit implere vltra annum, non priuatur hæreditate, secundum Bar. in dicta Auth. hoc amplius. per text. in l. multa. ff. de condi. & demon. Nã testaror dãdo specialẽ executorẽ videtur recessisse à dispositione dictæ Auth. Facit text. in §. si quis autẽ. in Authẽ. de eccle. tit. Et hoc verũ intelligatis qũ hæres nihil poterat sine illo executore, vt quia declaratio vel taxatio relictorũ aut personarum spectabat ad executorẽ: quo casu imputari nõ potest hęredi: ideo in pœnã nõ incidit: & ita propriè loquitur d. l. multa. in prin. Si autem hęres posset testatoris voluntatẽ implere sine executore, tũc locũ haberet d. l. quia eo casu cẽsetur datus executor, tãquã incitator & instigator hæredis. Sicut videmus in eo, qui dedit famulũ vel custodẽ rei cõmodatæ, ꝙa per hoc non fit quin cõmodatarius nõ teneãtur de dolo & culpa. l. si vt certò. §. pe. ff. cõmo. secundũ Bal. in dicta Aut. hoc amplius. vbi tenẽt Sali. & Pau. Prætereà hanc limitationẽ Bar. intelligatis veram, nisi mortuo vel remoto executore testamentario iudex hęredẽ admonuisset: quia tunc elapso anno priuaretur hæreditate. l. fin. §.
216 sed si quis. C. cõmunia de leg. † Quintò, limitatur dicta cõclusio locũ non habere in regno, ducatu, comitatu, aut baronia. Nã si rex in testamẽto suo filiũ instituat hæredẽ, & legata relinquat, talis filius quãtuncunq; monitus & negligẽs nõ priuabitur regno, nec baronia: quia nõ sunt corpus hæreditariũ, secundum Bal. in dicta Authẽ. hoc amplius. & Panor. in c. intellecto, de iureiur. de quo plenè habuistis super verbo, *In eodem testa. relinquens.* in xviij principali limitatione. tamẽ tex. videtur in cõtrarium in c. licet. de voto & voti redemptione. in fi. Nisi diceremus (vt aliqui volũt) ꝙ ibi filius regis dispositionẽ paternã implere promiserat: inde prouenit, ꝙ filij principũ vt plurimum nõ curant maiorum testamẽta exequi. Sed non sic fecit Lud. Pius Caroli magni filius Frãcorũ Imperator & rex, qui pij cognomẽ ob morũ mansuetudinẽ est cõsecutus. De quo Gagui. li. iiij. c. ij. Aquisgrani, inquit, agẽs Ludo. recensito patris testamẽto, legata quæq; distribuit: quin si quos ex familia minoris à patre habitos, vel prẽteritos animaduertit, eos aucto legato cõpẽsat. Eodẽ loco legatos ad patrem missos audiuit, & ante omnes Michaelis Constantinopolitani imperatoris oratores amicitiã ei⁹ petẽtes, delatósque à se diui Dionisij libros, qui de cœlesti Hierarchia inscribũtur, eos Ludouico dono dederũt, Anno
217 salutis dcccxxiij. hæc ille. † Sextò & vltimò limitatẽ dicta cõclusio, vt locũ nõ habeat, vbi testator in suo testamento imposuisset hæredi aliã pœnã specialẽ, si cõtenta in testamẽto vltra annum implere neglexisset. Quoniam si illi pœnæ testamentariæ satisfactum fuerit, pœna priuationis locũ nõ habebit, quæ inferẽ per dictã Auth. secundũ Bal. ibi, quasi per illã pœnam testamẽtariã, scilicet hominis, recessum videat à pœna legis. l. j. §. j. ff. de penu. leg. facit l. si fundũ sub conditione. §. Stichum Sẽpronio. ff. de leg. j. Potest enim vnusquisq; in testamento pœnã indicere hæredi, si eius volũtatẽ nõ impleuerit. Ideo cõsuluit Pau. cõsil. lxxxviij. inci. Videt dicẽdum, ꝙ dicta filia. ꝙ hæredes grauati maritare filiã testatoris, cũ cõsilio Titij, si eã maritauerint incõsulto Titio, perdunt hæreditatem. quod sequitur Fely. in c. ex parte. ij. col. in fi. de cõsti. ꝙa liberũ est testatori pœnã imponere hæredi: quod secus esset si grauati essent eã maritare arbitratu, vel cum cõsensu Titij: quia tũc cũ necesse haberẽt sequi cõsensum, & sic posset impediri matrimoniũ, talis cõditio velut matrimonij impeditiua in virgine reiiceretẽ, & pro nõ adiecta haberetur, vt plenè videbitis in
218 verbo, *Cuidã Petro tradiderũt.* † Et hæc pœnæ appositio in hæreditatib⁹ & relictis fieri cõtingit tripliciter. Primò, qũ testator priuat hæredẽ hæreditate pœnæ nomine, casu quo nõ impleuerit qđ testator præcipit: aliàs hæreditatẽ nõ transferẽdo in aliũ, sed simpliciter hæredẽ priuãdo. Quo casu considerandũ est, ꝙ si talis pœna priuationis imposita fuerit legatario seu fideicommissario particulari, casu quo nõ fecerit quod ei testator iniunxit, tunc legatũ habebitur ac si nõ fuisset relictũ. Et sic penes hæredẽ remanebit. l. vnica. §. pro secũdo. & §. seq. C. de cadu. tollẽ. Si autem pœna priuationis imposita fuerit hęredi, quẽ testator simpliciter priuauit, si suis nõ obtemperaret præceptis: tunc si habeat cohæredẽ, eius portio applicatur

cohæredi

BIU Cujas

cphæredi: aliàs si ipse sit solus hæres institut⁹.hæreditas applicabit succedẽtib⁹ testatori ab intestato,quorũ fauore p̃sumit̃ dubio priuat⁹.l.pet.in pri.ff.de l. ij.Nã etiã posito,cp testator hæredẽ priuaret cõtẽplatione alicuius tertij,tũ hæreditas hoc casu applicaretur veniẽtib⁹ab intestato,& nõ illi tertio,cuius contẽplatione hęres esset priuatus.Veluti si testator grauat hæredẽ,cp vxorẽ suã scilicet testatoris honorificè tractet,prout ipse facere consueuerat,aliàs priuat eũ hæreditate.Certè licet hæres priuet̃ hæreditate contẽplatione vxoris defuncti malè p hæredẽ ipsum tractatæ:tamẽ hæreditas nõ applicabit̃ vxori,sed veniẽtib⁹ ab intestato, secũdũ Bar.in l.vxorẽ.§.hæres.ff.de leg.iij.& l.paterfamiliàs testamẽto.in fi.ff.de hæredibus instit.cũ plurib⁹ aliis cõcordãtiis, quas dat Iason in l.hæreditas. C.de his quib.vt indi. Et hoc verum, quãdo hæres priuat̃ ex dispositiõe testatoris:si autem priuato fieret ex dispositione legis,tũc bene acquirit̃ illi cuius intuitu & contẽplatione fit.l.pen.C.de leg.
219 & dixi plenè in verbo,*Cõdidit*.ij.† Vnũ tamẽ notabitis,cp licet testator hæredẽ priuare possit hæreditate, si cõtumax fuerit & negligẽs in adimplẽdo cõtẽta in testamẽto, nõ tamẽ ipsum priuare poterit ob alteri⁹ negligẽtiã,p tex.in d.l.paterfamiliàs testamẽto.ff. de hære.inst.quẽ singularẽ ad hoc dicit Lud.sing.cxij.Ideo si diceret:lego Titio mille,vt faciat capellã: & si nõ fecerit: priuo hæredẽ hæreditate, talis pœnæ adiectio non valet. *Et est ratio,quia iniustũ est vt propter*
culpã aut delictũ vnius alter puniatur. Adde Bald in l.j.
220 *oppos.§.C.de his quæ pœnæ nomin.* † Secundus modus puniẽdi hæredẽ est,quã testator ipsum priuat vt legatariũ,& nihilominus disponit,cp hęreditas vel legatũ trãsferatur in aliũ: vt dicit tex.in d.l.j. C. de his quæ pœn.nom.ibi,præcipiendo ad alios transferri. prout etiã loquit̃ titulus. Instit.de adẽptio leg.Et hoc casu nõ trãsfertur ipso iure hæreditas à primo hærede in aliũ:q a impossibile est, cp ille q semel fuit hæres,desinat hæres esse.l.& si sine.§.sed quod Papinian.ff.de min.gl.in l.in substitutione.ff.de vul.& pupil.substi. Sed primus hæres, si præcepta testatoris nõ seruauerit,tenebitur illi alteri hæreditatẽ restituere. vel legatũ iure fideicõmissi.prout declarat Bar.in d.l.paterfa
221 miliàs testamẽto.ff.de hær.inst. † Et tales pœnæ priuationis hæreditatis aduersus hæredẽ cõtra faciẽtem ordinationi testatoris,nõ solũ fieri possũt in testamẽto,sed etiã in codicillis:nõ quidẽ directò,sed per fidei cõmissum.secũdũ Alex.cõsi.cxcix.hodie.in ij.parte. consi.lvij.incip.Prospectis. facit instit.de codi.§.fi.& rub.C. de his quæ pœnæ nomine. Et si hæres contra volũtatẽ testatoris fecerit, aut illi nõ obtẽperauerit, incurrit, ipso iure pœnã priuationis,si contra faciat, vbi apposita fuit pœna propter affirmatiuã:putà,si talem domũ intrauerit,priuet̃ hæreditate. Et idẽ si pœna imposita esset,ppter negatiuã,veluti si in tali loco non habitauerit infra mensem:sed vbi esset imposita pœna ppter negatiuã sine tẽporis determinatione: putà, si hęres in tali ciuitate nõ habitauerit, priuetur hæreditate,cõsulerẽ,cp hæres moneret̃ per iudicẽ, cp haberet habitare statuẽdo ei certũ tẽpus,quo nõ impleto incurreret pœnã: aliàs non.per doctrinã Inno. in c.extirpãdæ.de præb.vbi decidit cp quando ppter
222 negatiuã imponitur alicui pœna absq; tẽporis determinatione,negligendo illud facere,nũquam incurrit pœnam,nisi monitio iudicis præcesserit. † Et ponit exemplum,si statutũ dicat,cp quicunq; canonicus nõ fecerit residẽtiam in ecclesia,sit excõmunicatus : q a nõ residens excõmunicationem nõ incurret, donec à iudice monitus residere negligat. In fisco tamen est speciale: cui applicari debet hæreditas hæredis necẽ defuncti nõ vindicãtis, vt si hæres quã primũ potuit mortẽ testatoris occisi nõ vindicauerit,eo ipso priuatur hæreditate sine alia iudicis monitione , licet pœna priuationis sit de iure imposita propter negatiuã facti tẽpore nõ determinatã.l.j.C.de his qui.vt indi.
223 vbi Bar.Bal.Alex.& Iason.† Modò dicatis,cp supradicta cõclusio, scilicet, cp hęres priuetur hæreditate, vel alia pœna afficiatur sibi per testatorẽ, si cõtẽta in testamento non impleuit,aut contra fecerit, indicta: locũ habet vbi testator aliquid fieri præcepit,aut voluit:quod spectat ad rẽ familiarẽ:& casu quo nõ fiat, priuat hæredẽ vel legatariũ. Quia tunc valet pœnæ impositio,& ita propriè loquit̃ d.l.j.C.de his quę pœnæ nomine. Si autẽ testator aliquid præciperet fieri, quod sit de mero vel mixto imperio , vel iurisdictionis voluntariæ existat: & casu quo nõ fiat,addit pœnam priuationis: tunc hæres aut fideicõmissarius contra faciendo nõ incidũt in pœnã , nec haberet locum d.l.vt si testator aliquẽ instituat hæredẽ , quẽ grauat vt Titiũ adoptet : aliâs priuat eum hæreditate. Certè licet hęres adoptare eũ posset,si hoc nõ faciat,nõ priuabitur hæreditate, per text.solennẽ in d.l.vxorẽ.§. si hæres.ff.de leg.iij.quẽ ibi Bart.dicit singularẽ.Et idẽ puto esse, si iudici relinqueretur hæreditas cũ onere, cp sententiam daret pro Titio:vel doctori,vt talẽ do-
224 ctoraret. † Secũdò,dicatis dictam cõclusionem locum habere,quando testator in testamento præcepit hæredi vel legatario,cp aliquid faceret sub pœna priuationis , & præcepto testatoris poterat formaliter pareri,qa tũc si nõ pareatur, succedit priuatio , vt d. l.j.Secus si testator præcepisset fieri aliquid,in quo nõ poterat formaliter pareri: quia tũc hæres nõ parẽdo excusatur à pœna:putà testator præcepit hęredi, cp ei faceret fieri sepulchrũ ad similitudinem sepulchri Titij.Quod quidẽ sepulchrũ Titij nõ reperitur,vel forte mãdauit aliquid fieri arbitrio Caij, qui non reperitur,aut nõ vult arbitrari:Tũc enim hæres à pœna excusatur: quia nũquam pœna priuationis cõmittitur, nisi cõtra præceptũ formaliter deueniatur.l.in testamẽto quidem. ff.de condi.& demõ.& l.multa.eo.tit. Nam licet hæres teneatur sepulchrũ facere,arbitrio boni viri,postquã illud exẽplar non reperitur,tamen nõ faciẽdo, nõ incidit in pœnã priuationis , vt dictis ll.& l.cùm plures.§.lege.ff.loca.ideo Bald.in d.ca.j. qualiter domin⁹ pprieta.priuetur, dicit tex.in d.l.in testamẽto qdẽ esse singularẽ, cp in pœnis debet liquidissimè cõstare.ex quo infert Bal.in d.l.j.C.de his quę
225 pœnæ nomine. cp † in pœnis nunquã defertur iuramentũ in supplemẽtũ probationis:de quo plenè per
226 Bartol.in l.maritum.ff.de qõ. † Tertiò dicatis præfatam conclusionem procedere,vbi testator mandauit aliquid honestum fieri sub pœna priuationis. Si autem præcepisset aliquid probrosum , vt quia mandauit se sepeliri cũ vestibus sericis , vel ossa & reliquias suas proiici in mari,vel quid simile:Aliàs priuat hęredem hęreditate,certè hoc casu hæres voluntati testatoris non obtemperans non priuabitur.l. seruo alieno.§.fina.ff.ne lega.j. & l.quidam in suo. ff.de condi.
227 instit. † Tertius principalis modus priuandi hæredem est , quando testator ipsum nõ priuat hæreditate,sed ipsum grauat,casu quo non fecerit quod testator præcepit.putà,quòd det aliquid tertio vel legatario cui reliquit,veluti centum vel aliam rem, vt d.l.j. C.de his quæ pœnæ nomine. Quo casu ad illam pœnam tenebitur hæres præcepto testatoris non parẽs:

adeo

228 adeo,q̃ si Titio† legetur anno quolibet vnũ modiũ
frumẽti:quod si hæres non soluerit, relinquetur eidẽ
Titio mille:tũc hæres cessando soluere vno solo an-
no tenebitur statim soluere integrã pœnam, scilicet
mille,p̃ tex. singularẽ in l.j.§.fi ff.de penul. leg.quod
est verũ indistinctè secũdum iura vetera, quibus vsu-
229 ræ permittebantur. † Hodie verò hoc esset verum,
quãdo pœna consistẽs in dãdo certã rem vel quãtita-
tẽ adiiceretur alicui facto,vt habetis exemplũ,Instit.
de verb.obl.§.fi. Si autem adiiceretur dationi quãti-
tatis, certè talis pœnæ adiectio in datione quãtitatis
consistẽs(quia esset vsura)non valet,secundũ Bart.in
d.l.j. C.de his quæ pœnæ nomine. & clarius in l.ij.ff.
illo eo.tit.vbi infert notabiliter,q̃ testator nõ posset
in testamẽto indicere vsuras hæredi,nec cuiquã alte-
ri,putà dicẽdo, q̃ si hæres nõ soluerit mille intra tẽ-
pus, q̃ teneatur xl.soluere nomine vsurarũ: attẽto q̃
vsuræ sunt maximè iure canonico prohibitæ in totũ:
ita q̃ nõ posset quis nomine vsurarũ recipere obolũ,
secũdũ gl.in c.quãquã.de vsu.li.vj.& dixi s.in verbo,
Alterochæ vltra dotem.Mouetur p̃ text.in l.iij.§.fi.vbi
idem Bar.&Rapha.Cu.idem dicunt.ff.de annuis leg.
230 Ang.& Pau.in d.l.j. † Nã quicquid præstatur vltra
capitale seu sortẽ principalẽ est vsura,secũdum Bart.
in l.qui sine.ff.de neg.gest.&in l.cùm stipulanti.in fi.
ff.de ver.obl.&Bal.in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet.&
q̃ in testamẽto indici non possit vsura, tenẽt Lud.&
Alex.in l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.obli.Nec
obstat,si diceretur, q̃ deberet valere nomine pœnæ:
quia hoc esset verũ,nisi legibus foret interdictũ,sicut
est vsura:quoniã tunc dicitur turpe, & sic nõ seruan-
dũ,vt vidistis s.Et est veritas : quicquid dixerint Bal.
& Pau.in cõtrariũ:quia etiã cõtra eos pro Bart.tenet
Iaſ.in d.l.j.C.de his quæ pœnæ nomine. & plenè in l.
j.vij.col. C. de sum.trin. & cõsuluit Francis.Are.cõs.
clij.inci. Viso themate ad me transmisso. vbi plus di-
cit,q̃ posito q̃ legatarius cui fuerũt relicta mille scu
ta,& in casu negligẽtiæ centũ annua, esset mercator:
qui si pecuniam ei legatã habuisset, maiora lucra fe-
cisset,tamen illa centũ non debentur,cùm censeãtur
esse vsura.Plus consuluit & eleganter Pet.de Ancha.
cons.cxlix.inci.In quæstione quæ vertitur inter do-
minum q̃ talis pœnæ indictio nõ valet, etiam si pro
alimentis legatarij indicta esset.vel fauore dotis, aut
in alios pios vsus conuertẽda foret.idẽ cõsuluit cons.
xcij inci.Verba testamẽti ita se habẽt.Et etiã pulchrè
consuluit Alex.in quarta parte, cõsi.xxviij.incipien.
Viso themate suprascripto, & omissis nõ necessariis.
Io.And.& Panor.in c.salubriter.de vsu.Nisi hoc fie-
ret in casibus ibi not.per gl.in quibus vsura permitti
tur,& in illis saluari posset opinio Bald.& Paul.Vnũ
231 tamẽ mẽti tenebitis, † q̃licet legatarius cui aliquid
relictũ est sub certa pœna eidẽ legatario applicanda,
moriendo ante diem solutionis legati trãsmittat le-
gatũ purũ ad hæredes.l.quæ legata.ff. de reg.iur.Ta-
men non transmittit ad eos adiectionẽ pœnæ per eos
petendæ,si die statuta legatũ nõ soluatur,text.est no.
in l.si penũ.& in l. cùm sine.ff.quãdo dies lega.cedit.
Nec locũ habebit regula, accessoriũ naturã sequitur
232 principalis quod est notandum.† Postremò scire de-
betis,vt breuius legata hæc & fideicommissa conclu-
dam:q̃ fideicõmissum vniuersale,de quo s.in princi-
pio locuti sumus,& fideicõmissum particulare seu le
gatũ,quorũ natura,vt vidistis, exæquata est,vt d.l.j.
ff.de leg.j.differunt in Pluribus.Primò, q̃a legatarius
seu particularis fideicommissarius cogere non potest
hæredem adire hæreditatẽ, & legatum præstare, sed
fideicommissarius vniuersalis sic, vt d.l.j. & l. si quis
omissa.ff.si quis omis.cau.test.Et est ratio: q̃a si lega-
tarius cogere posset hæredem,hæres magnum habe-
ret præiudiciũ, cùm adita hæreditate creditores eũ
cõuenirẽt q̃ debitis hæreditariis. C.de hẽr.actio.per
totũ.Legatariũ autẽ cogere nõ possent: quia actiões
actiuè & passiuè in singularẽ nõ transeũt successorẽ.
l.j.§. si hęres.ff. ad Treb.& l.fi. ff. de cõtrahẽ.emp.&
l.quoties.C.de hær.instit.Sed quãdo vniuersalis fidei-
cõmissari⁹ cogit hęredẽ adire hæreditatẽ, hæres ali-
quod nõ patitur præiudiciũ,nec incõmodũ, cùm re-
stituẽdo hæreditatẽ fideicõmissario trãsferat omnia
bona,& per cõsequens omnes actiones actiuè & pas-
siuè in l.ipsum.l.nã quod.§.fi.ff.ad Treb.Secũdò differ-
ũt, q̃ rei legatæ dominiũ fictè trãsit recta via ipso iu
re in legatariũ à morte testatoris.l. à Titio.in fi. ff.de
fur.vel verè ab adita hęreditate.l.si tibi homo.§.cum
seru⁹.ff.de leg.j & l.omnia.ff.de leg.ij.Quod est verũ
vbi legatũ fuit purè relictũ,secus si sub cõditiõe, vel
in diẽ,quãuis certã.l.Sẽproni⁹ Attal⁹.ff.de vsufr.leg.
vt vidistis.s.dũ vobis tradidi de lega.& fidei.particu-
laribus,vbi dixi q̃ idẽ esset in legato alternatiuo: sed
in fideicõmisso vniuersali nõ transit dominiũ in ipsũ
fideicõmissariũ,donec facta restitutiõne re, aut ver-
bo.l.facta.& l.restituta.ff.ad Treb.Quã differẽtiã te-
nẽt moderni,quicquid dixerit Bar.in d.l.j.ff.de leg.j.
Hodie autẽ iure isto canonico fideicõmissa vniuersa-
lia sine aliqua restitutione transeunt in fideicõmissa-
riũ,secundũ Bar.singulariter per illũ tex.in c.in præ-
sentia.de proba.vt s.dixi in tractãdo materiã fideicõ-
missariæ substitutionis. Tertiò differunt,quia legata
nõ valẽt hæreditate existẽte non soluẽdo.l. si vniuer-
sæ.C.de le.& l.si hæres ab eo.in prin ff.ad Treb.Sed
fideicõmissum vniuersale valet.l.j §.fi is qui quadrin-
gẽta.& d.§.si hæres.ff.ad Treb.& ratio est, quia si di-
ceremus legata valere hæreditate nõ soluẽdo existen
te,creditores hæreditarij pati possent præiudiciũ: q̃a
legatarios,quib⁹ res legatæ essent prestitæ & traditæ
per hæredẽ cõuenire nõ possent:cũ actiones creditor-
ũ personales fundũ nõ sequantur legatũ,sed vniuer-
sam hæreditatẽ,vt d.l.j.§.si hæres. ff.ad Tre.quę ratio
cessat ĩ fideicõmisso vniuersali:q̃a licet valeat,tũ cre
ditores nullũ patiũtur præiudiciũ,cũ possint fideicõ-
missum conuenire loco hęredis, in quẽ sunt trãslatæ
oẽs actiones hæreditariæ:tam actiuè,quã passiuæ per
vniuersalẽ hæreditatis restitutionẽ.vt d.l.j.ff.ad Tre.
Quartò differũt,in l.cũ filio.ff.de leg.j.vbi per Bar.&
doc.Quintò differũt, q̃a legatũ fratribus minoribus
factũ valet: quod nõ est in vniuersali fideicom misso,
cle.exiui de paradiso. de verb.signi.de quo plenè per
Bar.in trac.minoricarũ.in ij.q.Et ratio est, quia fidei
cõmissũ vniuersale succedit loco hæreditatis, cuius
fratres minores sũt incapaces, vt d.cl.exiui.Sextò dif
ferũt,q̃a fideicõmisũ vniuersale restitui nõ põt, etiã
procuratori in rẽ suã, sed legatũ sic p̃ tex.no.vbi po-
nitur ratio in l. si mulier. §. ex asse.de iu.do.Septimò
differũt quia fideicõmissum vniuersale valet post iuſ-
sum de adeũdo hæredi factũ.l.nõ iustã. C.ad Tre.se-
cùs in legato,quod non valet nec sortitur effectũ hę-
reditate nõ adita.l.eam quã.C.de fideic.& l.si quis emo.
ff.de test.tut.Octauò differũt,quia de legatis detrahi
tur Falcidia,Inst.de leg.Falc.in prin.sed de vniuersa-
li fideicõmisso detrahit Trebellianica,quę interdum
venit appellatione Falcidiæ,sicut legitima,secũ dum
glos.in Auth.vnde si parens. C. de inoffic.testa..& in
c.responsa.iij. distin. Cæteras alias differentias pote-
ritis per vos videre,& Docto.in l.j ff.de lega.j.

SVM-

BIU Cujas

SVMMÆ SECTIONIS.

Mortuo itaque testatore.

1 Testamenti quadruplex perfectio. & nu. 2.
3 Mors vnde dicatur. & nu. 4.
5 Mors sola testamentum facit irrevocabile.
6 Mors violenta quæ dicatur.
7 Caro per alimentum restaurata impurior est priori.
8 Naturale quid dicatur.
9 Mors tribus modis homini contingit.
10 Infirmitas quibus rationibus prosit.
11 Propheta à leone interfectus.
12 Iosias à rege Ægypti occisus.
13 Pontifex quidam celebrando intoxicatus.
14 Felicem vnicum Metellum refert Valer. lib. 9.
15 Felix quis dicatur.
16 Telorum triplex genus lætale.
17 Teli appellatione quid veniat.
18 Remus à Romulo necatus.
19 Mors naturalis largè sumpta.
20 Mors mala.
21 Mortuus morte sua, quis dicatur.
22 Testamentum in carcere factum, an valeat.
23 Mortuus & occisus differunt.
24 Mortis appellatio continet etiam interfectionem.
25 Mortis mentio, etiam intelligitur de violenter illata.
26 Mors omnis dicitur casus fortuitus.
27 Mors omnis est ex dispositione Dei.
28 Duello victus, non censetur damnatus criminis.
29 Duellum non permittitur, nisi authoritate regia, vel parlamenti.
30 Testamentum quando morte non confirmetur. & numer 31. & 32. 41. 87.
33 Testatorem occidens, nec ei nec eius hæredi succedit.
34 Dotem non lucratur qui vxorem interfecit.
35 Ex delicto nemo debet præmium consequi.
36 Pœna nemini præstat immunitatem.
37 Maritus occidens vxorem, perdit ius succedendi.
38 Hæres priuatur, qui vxorem testatoris interfecit.
39 Hæres alimenta vel medicinâ testatori negans, priuatur.
40 Hæres occidẽs testatorẽ quãdo non priuetur hæreditate.
41 Morte nõ firmatur testamentum si quis seipsum occidat.
42 Suspendi potest, qui seipsum occidit.
43 Occidens seipsum, est intestabilis.
44 Mortes duas nouit Plato.
45 Occidere seipsum non licet.
46 Bannitum & si liceret interficere, non tamen seipsum.
47 Occidens seipsum videtur crimen confiteri.
48 Iura testamẽtũ delinquẽtis inualidãtia nõ sunt correcta.
49 Vxor lugere non tenetur maritum, qui seipsum occidit.
50 Occidens seipsum caret sepultura.
51 Sepultura est quodammodo testimonium bonæ vitæ.
52 Christus honorificè sepultus.
53 Sepulturæ priuilegia.
54 Cadauera priusquam sepeliantur, vexari non debent.
55 Massagetæ senes suos deuorant.
56 Creditor impedire non potest sepulturam debitoris.
57 Nouem diebus à sepultura vexari non debent hæredes.
57 Viduæ vltra annum luctus habent nouem dies.
59 Funus alicuius comitantes citari non possunt.
60 Testator prohibere sibi nequit sepulturam.
61 Simonides ob cadauer sepultum liberatus à morte.
62 Sepulturam impedientes, sunt infames.
63 Clodoueus rex punitus ob sepulchrum violatum.
64 Iosias sepulturæ religiosus.
65 Ludouicus rex cadaueri inimico fauit.
66 Tegulas templi Iunonis impunè non tulit Flaccus.
67 Dagobertus rex punitus, quod ecclesiæ valuas tuleris.
68 Sepultura defunctis danda & seruanda.
69 Cadauer suum in mare cõiici mandans, non est audiendus.
70 Religiosus quomodo fiat locus illatione mortui.
71 Sepultura quare in principio testamenti.
72 Occidens seipsum in phrenesi aut dormiendo non caret sepultura.
73 Ebrius delinquens, quomodo punitur.
74 Homicidium sobrij grauius quàm ebrij.
75 Vini vsus in fœminis detestandus.
76 Occidere se volens, criminosus est intestabilis.
77 Cato seipsum occidit.
78 Scipio seipsum interfecit.
79 Annibal seipsum interemit.
80 Occidẽtis seipsum quando non infirmetur testamentum. & nume. 81.
82 Occidere seipsum non licet, nisi instinctu fiat diuino. & n. 83. & 84.
85 Venenum apud Athenienses erat pœna delinquentium.
86 Monachus se sanguinolẽter in ecclesia percutiẽs eã polluit.
87 Testatore per sententiam occiso an valeat testamentum.
88 Marci Bibuli moderatio.
89 Iudex potest quem occidere sine peccato.
90 Flagitia & facinora differunt. & nu. 91. & 92.
93 Delictum quid.
94 Crimen quid.
95 Iudex non sit ad occisionem pronus.
96 Iustitiæ diuinæ proprium est peccatores reuocare triplici via.
97 Iudex si glorietur in morte homicida est.
98 Delicta tunc punienda, quando nulla est spes cõuersionis.
99 Iudex nihil maius Deo potest offerre quam iustitiam.
100 Condemnatus vt ad patibulum portetur, capi potest cuiusuis asinus vel currus.
101 Iudex malos percutiendo minister Dei est.
102 Pœnas ob maleficia lui ratio suadet.
103 Reip. nil vtilius facere põt iudex, quã punire delinquẽtes
104 Misericordiã facit cum delinquente qui eũ iustè occidit.
105 Sepeliri non possunt damnati sine permissione principis.
106 Contritio tanta esse potest in damnato, quòd mors in totum satisfaciat pro delicto.
107 Criminaliter litigãtes non possunt transigere sine fisco.
108 Nocte non licet quem suspendere.
109 Iudex esse debet legibus conformis.
110 Iudices debent illos maximè punire qui enormia commiserunt delicta.
111 Geminatum delictum caret venia.
112 Cratia secũdi delicti nõ valet nisi facta mẽtiõe de prima.
113 Qualitatis delictum aggrauantis facienda est mentio in obtinenda venia.
114 Seruus percutiens clericum vt eat Romam, & à seruitute liberetur an audiatur.
115 Debita cõtrahẽs spe cedendi bonis non liberatur cedẽdo.
116 Peccatum sub confidentia veniæ perpetratũ est grauius.
117 Iudiciũ capitale primũ est Athenis in Areopago factũ.
118 Infantis vel furiosi delicta quare impunita.
119 Mors triplex, criminalis, ciuilis, & spirituali delinquẽti potest inferri.
120 Crimen puniendum licet bonus sit inde effectus sequutus.
121 Testamentum per capitalem sententiam irritatur etiam si mors non sit sequuta.
122 Sententia per quam adimitur libertas, ciuitas, aut vita, facit damnatum ilico intestabilem.
123 Hæredes quis habere potest ab intestato, etiam si sit intestabilis.
124 Condemnatus ad mortem vix moritur.
125 Sententia sola quomodo reddat quem intestabilem.
126 Damnatus ex statuto an sit intestabilis. & nu. 127.
128 Damnati testari non possunt etiam ad pias causas.

Damnati

BIU Cujas

129 Damnati ad perpetuum carcerem, an testari possint.
130 Carcer perpetuus facit seruum pœnæ.
131 Carcer iure ciuili est ad custodiam, non pœnam.
132 Damnati ad perpetuum carcerem perdunt bona.
133 Mors ante sententiam confirmat testamentum nisi in criminibus.
134 Sodomita est ilico intestabilis.
135 Committens crimen contra naturam perdit ilico dominiũ rerum suarum.
136 Damnatorum filij non peccant occultando bona confisca ta si indigeant.
137 Sodomiticus coitus nullam inducit affinitatem.
138 Iumentum cum quo quis coit etiam comburitur.
139 Sodomiticum scelus quæ mala inducat.
140 Crimen extingui morte quomodo intelligatur.
141 Hæredis interest æstimationem defuncti purgare.
142 Hæres de turpi lucro defuncti tenetur. (quæsita.
143 Fiscus est saccus siue conscientia imbursans omnia malè
144 Damnatus ad membri mutilationem potest testari.
145 Damnatus ad mortem est intestabilis.
146 Damnati ad membri mutilationem confiscantur bona, nec testari de eis potest in Gallia.
147 Damnatus ad mortẽ quãdo nõ sit intestabilis. 148. 179. 184. 185. 186. 189. 197. 211. 215. 216. 223. 265
149 Sententia ad mortem, si quo tempore capi possit damnatus, an valat.
150 Criminosus se ante litẽ cœptã absentãs, dãnari põ potest.
151 Citandus quomodo sit quis criminaliter. & nu. 152.
153 Probationis onere agens sicut accusans pariter tenentur.
154 Contumacis bona quomodo confiscantur.
155 Moræ purgatio termino lapso quando non admittitur.
156 Contumace accusatore quid agat iudex.
157 Pœna relegationis & banni exercetur in absentem.
158 Ius vnum ciuile per aliud tolli potest.
159 Citato non comparente quid agat procurator regius.
160 Confiteri quis dicitur tripliciter.
161 Confessionem vitiat inordinatus processus, & nu. 162.
163 Contumacia non operatur certitudinem.
164 Contumacẽ nõ condẽnet iudex, si sibi de opposito constet
165 Contumax non censetur, qui alia causa fugit.
166 Contumacem non facit qui impedit. & nu. 167.
168 Contumacem iudex non cõdemnet in qualitate delictum aggrauante, nisi de ea verè constet.
169 Contumax antequam condemnetur quid perpendẽdũ.
170 Contumax semper debet expensas.
171 Contumace mortuo crimen non extinguitur quo ad bona
172 Confessus quomodo appellans audiatur.
173 Contumax & verè confessus differũt. & nu. 174. & 175.
176 Maritus accusans vxorem debet se inscribere.
177 Statuta limitari debent secundum ius commune.
178 Sẽtentia etiam contra contumacem lata eoipso facit eum intestabilem. (stabilis
179 Dãnatus qui authoritate principis eximitur, an sit inte
180 Damnatũ eximens est reus læsæ maiestatis.
181 Iudici non obstante appellatione exequenti licet de facto resistere.
182 Cardinales cõdẽnato obuiãtes eũ ex priuilegio eximunt fallit sextupliciter.
183 Damnatum eximere aliquo cupiente, si ministri eum occidant, rei sunt capitis.
184 Sententia indigens cõfirmatione nõ facit quẽ intestabilẽ.
185 Sententia non facit intestabilem, vbi ille cui ius est, exequi eam non vult.
186 Damnatus ad mortem testari potest pro malè ablatis restituendis. & nu. 187
188 Pia relictio non tenetur fiscus implere.
189 Damnatus ad populi tumultum non est intestabilis.
190 Pilatus ad clamorem populi non ritè Christũ damnauit.
191 Quinti Scæuolæ constantia.
192 Populi vox quatenus admittenda.
193 Libertas seruo ad rumorem populi data est nulla.
194 Mutij commendatio.
195 Populus non est sequendus in condemnando.
196 Consuetudo non valet quòd iudicetur secundum opinionem populi.
197 Scientia nulla ex defectu ordinis nõ facit quẽ intestabilẽ.
198 Præcipitatio est nouerca iustitiæ.
199 Ordinis omissio viciat etiam extraordinarium iudiciũ.
200 Ordo iudicialis in criminalibus nõ seruatur in Gallia.
201 Accusationem instituere timet vir prudens.
202 Crimina in Gallia extraordinariè puniri. & nu. 203.
204 Procurator regius accusans non tenetur de præsumpta calumnia ex defectu probationis.
205 Sententia debito ordine non seruato, nõ facit intestabilẽ.
206 Tortura in regimine publico necessaria.
107 Morte afficere nocentem non est peccatum.
208 Probatio anceps nihil probat.
209 Probatio concludere debet per necesse.
210 Iudex non iudicabit, nisi necessitatem in probatione requirat.
211 Iudicans secundum allegata & probata non peccat.
212 Clausula, appellatione remota, non tollit euidentem iniquitatem.
213 Nullitas ex incompetentia iudicij semper admittitur.
214 Clericus per iudicem secularem damnatus non efficitur intestabilis.
215 Bannitus à priuato impunè occisus, non fit intestabilis.
216 Damnatus ad mortem insolitam non fit intestabilis.
217 Seneca à Nerone interfectus. & nu. 219.
218 Seneca an Christianus decesserit.
220 Neronis scelerã.
221 Sententia quæ reddat intestabilem damnatum.
222 Torqueri qui iure non debeant.
223 Interlocutoria occisus non fit intestabilis.
224 Interlocutoria non mutat statum.
225 Pœna interloquendo indicta non est perpetua.
226 Damnatus vt fiat intestabilis quid requiratur.
227 Christus sententia nulla damnatus non fuit intestabilis.
228 Pacis commendatio. & nu. 229.
230 Inimicitiæ ex coniunctione officij dimissæ.
231 Pacis fauore fiunt matrimonia interdicta.
232 Sententiæ ratione rebellionis latæ rescinduntur facta pace.
233 Treuga stante etiam dicitur esse bellum ad excusandum quem debitorem ob metum.
234 Mandatum ad faciendum pacem non expirat morte mandantis.
235 Minor potest restitui aduersus amissam cõcordiam post condemnationem.
236 Vnitas vt inter bonos bona, ita inter malos est pernicios a.
237 Christus quare iniustè damnatus.
238 Populi fauore nec liberari debet quis, nec damnari.
239 Architæ Tarentini moderatio iræ.
240 Pisistrati moderatio.
241 Iudæorum calamitas, & iniquitas. & nu. 242.
243 Pilati sententia in quibus peccauit. & nu. 244. 247. 254. & 255.
245 Confessio reiterata non præsumitur erronea.
246 Pilati ad Tyberium epistola de Christo.
248 Conscientia est in iudicando sequẽda. & nu. 249. 250. & 251.
252 Conscientia est triplex. & nu. 253.
256 Christus ob inuidiam occisus.
257 Christi gesta ad senatum Rom. relata.
258 Inuidiæ proprietates.
259 Inuidia & obtrectatio differunt.
260 Christus non decessit intestatus.

BIU Cujas

261 *Platonis de Christo testimonium.*
262 *Christi testimonia varia miraculosè inuenta. & numero* 263. *& 264.*
265 *Sententia à qua est appellatum non facit intestabilem.*
266 *Iudex post appellationem reũ interficiens non censetur* (letur. *iudex.*
267 *Sentẽtiæ capitalis in Gallia mox fit executio, nisi appel-*
268 *Executio sententiæ capitalis quando differenda.*
269 *Meretrix petens condemnatum an audiatur.*
270 *Appellatione pendẽte decedẽs non censetur intestabilis*
271 *Mors eximit de foro iudicis, & facit de foro Dei.*
272 *Erroris prætextu sentẽtiã retractans, nisi probet, punitur*
273 *Error potest proponi vsque ad biennĩ à tempore arresti.*
274 *Testamentum pendente appellatione decedẽtis quomodo confirmetur.*
275 *Testabilis est qui decedit tempore quo potuit appellare.*
276 *Occidere quem iustè licet in quatuor casibus tantum.*
277 *Excommunicatio quando inferatur, & quid operetur. & nume.* 278. 279. 281. *& 282.*
280 *Excommunicationis sententiam non tollit appellatio.*
283 *Excommunicatio communicans incurrit minorem excõmunicationem.*
284 *Consuetudo praua licet excuset in foro contentioso, non tamen à peccato.*
285 *Excommunicatus episcopus conferre non potest, nec eius vicarius.*
286 *Excommunicatus eligere non potest.*
287 *Excommunicatus caret sepultura.*
288 *Excommunicatus an testari possit. & nu.* 289. *& 290.*
291 *Hæretici sunt intestabiles.*
292 *Excommunicatio an irroget infamiam.*
293 *Excommunicatio dicta anathema, & maranatha.*
294 *Excommicatus quando possit hæres instituí.*
295 *Excõicatus intestabilis an saltem ad pias causas testetur.*
296 *Ciuilis mors duplex. & nu.* 297.
298 *Religionis ingressu non finitur vsufructus.*
299 *Legitimam petere nequeunt filij patre religioso viuente.*
300 *Testamentum prius factum an reuocet religiosus.*
301 *Consuetudine an fieri possit monachus testabilis.*
302 *Testatore facto cordigero confirmatur testamentum.*
303 *Ciuilis mors necessaria quæ dicatur.*
304 *Testamenti factio est actus iuris ciuilis.*
305 *Deportatus testari non potest.*
306 *Exilium est duplex. & nu.* 307. 308. *& 310.*
309 *Ostracismus quid apud Athenienses.*
311 *Prodigalitas triplex.*
312 *Infames an testentur.*
313 *Famam perditam solus Deus restituit.*
314 *Infamia est similis morti.*
315 *Officij administratio quando interdicatur accusatione pendente.*
316 *Spurina pulcherrimus seipsum deformauit.*
317 *Fama boni viri est vmbra aliis.*
318 *Duellum pro honore & fama.*
319 *Conscientia quid. & nu.* 320. *& 321.*
322 *Appellari non potest à iudicio conscientiæ.*
323 *Conscientia iudicis partem grauantis non est à Deo.*
324 *Resurrectio facit testamentum morte non firmari.*
325 *Aditio hæreditatis testamẽtũ quomodo perficiet. & n.* 326
327 *Ius adeundi hæreditatem non in bonis nostris.*
328 *Ius adeundi non ceditur.*
329 *Hæreditatis aditio vires tribuit testamento.*
330 *Hæres vt adeat hæreditatem quid requiritur.*
331 *Filius sine patre an hæreditatem sibi delatam adeat.*
332 *Adiens hæreditatem debet esse compos mentis.*
333 *Infanti delatam hæreditatem adit pater solus, vel tutor.*
334 *Tutor sine pupillo adire non potest hæreditatem.*
335 *Testatore viuente non potest hæreditas adiri.*
336 *Testator mortuus quomodo probetur.*
337 *Confessio non sufficit, nisi appareat factum esse delictum, & num.* 338. *& 339.*
340 *Confitens non punitur si iudici constet esse crimen ab alio commissum.*
341 *Punitur aliquando quis de crimine non commisso.*
342 *Hæres scire debet testatorẽ mortuũ antẽquam adeat.*
343 *Hæres scire debet testamentũ esse factũ antequã adeat.*
344 *Hæreditatem sibi delatam scire debet qui adit.*
345 *Additionem quando vitiet ignorantia adeuntis.*
346 *Hæres scire debet testatorem potuisse testari.*
347 *Hæres quæ scire debeat antequam adeat. & num.* 348. 349. 350. 351. *& 352.*
353 *Aditio hæreditatis fieri põt die feriata, & in absẽtia partis*
354 *Repudiatio hæreditatis vt valeat, quæ requirantur.*
355 *Hæreditatem adire vel repudiare quid sit.*
356 *Animus solus an sufficiat ad hæreditatis additionem.*
357 *Animus adeundi quomodo declaretur.*
358 *Aditio hæreditatis per quæ verba fieri debeat. & num.* 359. 361. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. *& 371.*
360 *Repudiatio an fiat, si quis dicat, nolo adire.*
362 *Volo verbum, quid importet.*
363 *Geminans verba censetur deliberatè loqui.*
372 *Verba ambigua interpretãdi potestas transit ad hæredes*
373 *Scripto potest hæreditas adiri.*
374 *Voluntas imperfecta valet in casu.*
375 *Mutus adire potest hæreditatem.*
376 *Muto contrahente quid scribat notarius.*
377 *Aditio hæreditatis factis quomodo fiat. & vsque* 389.
390 *Cõtumacia est in deteriorẽ partẽ semper interpretanda.*
391 *Mora est delictum.*
392 *Iniuria an sit si dicam: tu mentiris saluo honore.*
393 *Aditio quouis modo facta hæredem obligat.*
394 *Aditio primò voluntatis est, postea necessitatis.*
395 *Minor sine curatore non potest adire.*
396 *Hæres post additionẽ, nisi inuẽtariũ fecerit, tenetur vltra vires hæred. creditoribus, sed nõ legatariis. & nu.* 397
398 *Inuentarium faciens quid obseruet. & vsq;* 404.
405 *Instrumentum à duobus notariis receptum, an probet, si ab vno solo ingrossetur. & nu.* 406.
407 *Superflua non nocent, sed necessaria omissa.* (Elionis.
408 *Tabelliones sunt iudices ordinarij voluntariæ iurisdi-*
409 *Testis infamis probat si cum alio probatæ vitæ cõueniat.*

Sed quia testamentum quantumcunque solenne & ritè ac inter liberos factum in vita testatoris perfectionem non habet, quin quadiu viuit, ipsius mutandi facultatem habeat, cùm sit eius voluntas ad mortem vsque ambulatoria. l. iiij. ff. de adi. leg. vt plenè vidistis suprà in verbo, *testamentum* ij. Et adeò q mors testantis sola testamentum confirmat, ipsúmque ad irreuocabilitatis effectum perducit, cum ex post velle non habeat testator, neque nolle. l. j. C. de sacrosan. eccle. ideo subditur in tex.

Mortuo itaque testatore. I.

NEcesse fuit domini ad perfectionẽ maiorẽ testamenti, quod testator moreretur. † Nam antequam testamentum mereatur dici perfectũ, requiritur quadruplex perfectio secundum Baldum in l. prima. ff. hoc titulo. Prima est, quæ consistit in perfectione voluntatis ipsius testatoris, quæ dicitur perfecta, quando est completa, & plenè per ipsum declarata. l. si is qui. & l. ex ea. ff. eodem. Nam si testator decederet priusquã declarasset plenè suam volũ-

BIU Cujas

tatē, testamentum esset imperfectū, nec valeret quāuis in piā causam factū, vt plenè habuistis. s. in verb. *Testamentum*. j. in xj. casu fallentiæ, & plenè ꝑ Bar. in d. l. si is qui. & in l. Pamphilo. §. propositū. & l. fideicōmissa. §. quoties, ff. de lega. iij. Pano. in c. cùm P. tabellio. iij. col. de fi. instru. Et vidistis s. in verbo, *In extremis positus*. ver. pro præmissorum confirmatione. vbi videatis. Et ista perfectio, scilicet voluntatis hîc intercessit in testamento Raynutij, qui suam voluntatem plenè declarauit & cōpleuit. Secunda est perfectio, quæ cōsistit in forma substātiali, videlicet in hę redis institutione, quæ caput dicit testamēti, sine qua testamentū esse non pōt. l. j. ff. de vulga. & pupil. substi. & §. ante hæredis. Insti. de leg. Nec valerent aliter in testamento relicta sine hæredis institutione. Et similiter ista perfectione fuit testamentū Raynutij perfectū & completum, in eo ꝙ Adiectæ reliquit cætera bona, vt plenè vidistis in verbo, *Reliquit*. & in verbo, *Cætera bona*. Tertia est perfectio, quæ consistit in solennitate formali ipsius testamenti: quæ legū diligētia appellat: qualis est debitus numerus testium, subscriptio, signacula, descriptio nominis hæredis. Insti. eo. §. j. l. iubemus, & l. hac consultissima. C. eo. facit l. codicillis. §. fin. ff. de lega. ij. de quo plenè vidistis s. in verb. *Testamentum*. j. Et directè tres ꝑfectiones concernunt testamentū, quatenus inesse existit, & sic cōcernūt essentiā testamēti, quę tamen adhuc est reuocabilis per cōtrariā voluntatē ad nutū testatoris. d. l. iiij. ff. de adi. lega. in fi. Quarta & vltima perfectio testamenti effectum concernit ipsius testamēti, de qua
2 nūc dicturi sumus. & hæc est duplex, † prima contingit ꝑ mortē testatoris, ꝑ quā testamentū transit in irreuocabilitatē: quia secūdū Apostolū ad Heb. ix. statutū est omnib⁹ hominib⁹ semel mori. & vbi testamētum est, mors necesse est vt intercedat testatoris: nec valet testamentū, scilicet quo ad effectū sortiendum viuit, qui testatus est, vt ibi dicit. & Eccle. ix. dicit: Nemo est qui semper viuat, aut qui huius rei habet fiduciam. Nam Deus qui ꝓprio filio non pepercit, quomodo vt non moreremur nobis parceret? tamen mortē ipse spōtanea voluntate suscepit, nos aūt
3 ei subiicimur ex necessitate. † Et dicitur mors, à mordeo mordes, quia mordet hominē vnā partē separādo ab alia, scilicet animā à corpore, partē principalē dimittedo, minorē partē assumendo & consumendo per masticationē & digestionē, sicut cōtingit in morsu rei esibilis. In morte enim dimittitur anima, quæ pars est principalis, intacta, id est, immortalis, & corpus quod est minus principale, vermibus cōsumitur.
4 † Vel dicitur mors à morsu, ex eo quòd morsu ligni vetiti per vitium gulæ mors introducta est, secundū Zabarel. Card. in cle. j. vt lite pend. iuxta illud ad Roma. v. Per vnum hominē, scilicet Adam, peccatū, scilicet originale, introiuit in mundū: quādo videlicet momordit fructum vetitū. Vel dicit mors à morsu, quia cōsideratio eius mordet conscientiā retrahēdo à plurib⁹ malis, iuxta illud, Memorare nouissima tua, & in æternū nō peccabis. Propter quod dicitur, mors tibi futura est: & appropinquat, etsi tardet. xiij. qō. ij. in ecclesiastico. Quāto aūt mortui vicinior efficiaris, ait Greg. tanto solicitior atq; timidior esse debes: ad hoc scilicet stimulāte & mordēte cōscientia. lxxxvj.
5 dist. c. tāta nequitia. † Et qa post mortē nō habemus velle, neq; nolle, cū finitū sit quod amplius non redit arbitriū. l. j. C. de sac. san. eccle. sola testatoris mors te 8
stamentū irreuocabiliter confirmat & perficit, vt ibi s. dicit idem Apost. & tex. in c. cùm Marthæ. de cele. misſ. & d. l. iiij. Vnde dicit Bald. in Authē. hoc amplia. C. de fideic. ꝙ mors testatoris mouet ad testamētum exequendū, quasi dicat, ꝙ testamentū morte testatoris cōfirmatum nō restat nisi exequatur. Quod est verum siue mors naturaliter contingat, vt quia testator/ moriat languore, senio, aut infirmitate, siue contigerit ex violētia, vi quia gladio transfixus, vel aliàs violenter occisus: † quia secundum Philosophum mors violēta est, qū principiū scilicet corruptionis extra fuerit. Secundum naturam autē est, qū est in ipso animali, vt ipse dicit in li. de morte & vita, vt patet prędictis exēplis. Fuit enim homo in duplici statu. Primò fuit in statu naturæ primo à Deo formatę ante peccatū: in quo statu fuit ita mortalis, quòd potuit mori & nō mori: mori quidē, si peccabat: nō mori, si nō peccabat. Vide de cōse. dist. iiij. c. placuit ij. dicit ibi. Si quis dicat Adam primū hominē mortalē factum, ita vt siue peccaret siue nōpeccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati mērito, sed necessitate naturę, anathema sit. Nā in isto primo statu duo remedia homo habebat si non peccasset: per quæ præseruaretur contra duos defectus. Primus defectus est deperditio humidi per actionem naturalis caloris, & cōtra hūc defectum subueniebatur homini per esum aliorum lignorū paradisi, sicut & nunc subuenit nobis per cibos, quos sumimus. Secundus defectus est debilitas vigoris naturalis proueniens ex admixtione extranei: quod enī generatur ex aliquo extraneo adiunctum ei quod prius erat humido præexistēdi minuit virtutē actiuā speciei: sicut aqua mixta
6 vino quāuis conuertatur in vinum, tū minuit virtutē eius: & quāto plus additur, tāto magis minuit, vt tādē vinū fiat aquosū, & tollatur & species & virtus eius. Sic prōfectò in sumptione cibi: quāuis enim ꝑ cibum reparet humidum radicale hominis, nō tamē invigore priori. Vnde fit vt finaliter soluatur virtus illius.
7 † Nam caro generata ꝑ alimentum impurior est: ex cuius continuatione inducit senectus: in qua carnes sunt impuriores, & tandem deficit vita. Et hoc modo Christ⁹ si occisus nō fuisset, senio decessisset secundū doc. Et nō ex infirmitate contracta à virgine eius matre, quæ tota immaculata erat, iuxta illud, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Nec ex infirmitate cibi pòst contingēte, cùm in eo essent quatuor cōplexiones optimè proportionatæ, & vita eius tā regulata, ꝙ infirmitas in eo cadere nō poterat. Vnde solo senio expirasset. Et cōtra hunc defectū ante peccatū erat lignū vitę ante vetitū habēs virtutē fortificādi, virtutē specie cōtra talē debilitatē. Et qa virtus cuiuscunq; corporis est finita, nō poterat illud lignum semel sumptū dare vitam tēpore infinito, sed vsq; ad certum tēpus, post quod vel translatus fuisset homo ad gloriā, vel iterū comedisset de eo. Immortalitas ergo illa, quā homo habebat in suo primæuo statu principaliter erat ex virtute supernaturaliter data animæ, & secundariò ex vsu lignorum secundum beatum Tho. j. par. q. xcvij. qui quidem vsus lignorū impediebat senectutē, iuxta illud Aug. lib. xiiij. de ciuita. Dei, dicentis, ꝙ cibus aderat homini ne esuriret potus ne sitiret: & lignum vitæ, ne illum senectus dissolueret. Vide Lyram super verbo, omne lignum, Gene. ij. c. Posteà necessitatē habuit homo moriēdi in secundo statu, scilicet post lapsum: ex quo mors fuit ei
naturalis & pœnalis, vt plenè declarat idem Thomas ij. ij. q. clxiiij. dicēs. ꝙ † naturale dicitur quod ex principiis naturæ causatur: principia naturę ꝑ se in corporalib⁹ sunt materia & forma. Et quia forma hominis

est ani-

BIU Cujas

est anima, quæ immortalis est, vt plenè per gl. in cle. j. de sum. tri. Ideo ex parte formæ non est mors homini naturalis. materia autem est corpus, quod quia cõpositum est ex cõtrariis est corruptibile, & ex hoc mors est homini naturalis. Hæc autem conditio in materia humani corporis est consequens ex necessitate materiæ: quia oportebat corpus humanum esse organum tactus, & per consequens medium inter tangibilia. Et hoc non poterat esse nisi componeretur ex contrariis. Sed quia Deus, qui conditor est hominis, omnipotens est ex suo beneficio, ademerat homini principali instituto naturalem illam necessitatem moriendi, ita vt quãdiu ratio eius subdita esset Deo, tãdiu corpus subiiceretur spiritui, & esset immortale, sicut spiritus immortalis est. Quod beneficium trãsfudisset per generationem in posteros. Et quia primus homo recessit ab obedientia, ideo ex culpa sua fuit, quòd auferretur ei & toti humano generi illud beneficiũ. & remaneret cũ necessitate moriendi: & sic mors est pœnalis per peccatum inducta. Nã per peccatum primi parentis ipse originalem iustitiam perdidit, quã poetę Astręam vocãt, iuxta illud Ouid. i. Met. Vltima cęlestum terras Astrea reliquit. Quę originalis iustitia à Deo homini data adiutorem post ligni vetiti esum remigrauit. Secundò pœnã mortis meruit, & consecutus est: quã poetæ etiã fingunt ante lapsum primi parentis in carcere detentam, vbi continebatur vindicta non egressura in hominem, si non peccasset. post lapsum verò in humanum genus ex carcere illo emissam ad necandum hominẽ.

9 †Or hominis mors trib. modis contingit, s. ex infirmitate, ex senectute, & ex variis casib. Primò, mors hominis cõtingit ex infirmitate, quę adeò multipliciter hominem grauat, vt Psalmista in personam humani generis, Psal. 37. dicit, Non est sanitas in carne mea. Nam propriè infirmitas dicitur carnis, qua elementorũ seu humorum turbata caro ipsa afficitur, & tãdem dissoluitur. Adeò autem reperitur caro humana infirma, vt vix reperiatur qui non ab vtero matris aliquam infirmitatem secum adduxerit, quæ eum frequenter molestet, & tandem perimat, vt dictum videmus. Hę tamen infirmitates licet hominem corporaliter torqueant, tamen menti multum prosunt. Vnde Ambr. quod nocet corpori, iuuat spiritum. de pœ. dist. j. c. potest fieri.

10 †Et sępe infirmitas peccatum impedit, ne scilicet fiat, vt ibi. & Prouer. 20. Liuor vulneris absterget mala. Secundò infirmitas feruẽtiorem reddit, iuxta illud Psal. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: posteà accelerauerunt, s. feruentius operantes. Tertiò hominem humilem reddit, iuxta illud Apost. 2. Corin. 12. Libenter gloriabor in infirmitatib. meis, vt in me inhabitet virtus Christi, s. humilitatis. Quartò constantem facit hominem ex assuetudine patiendi, vt ibid. dicit Apost. Cùm infirmor, tunc potens sum, sc. contra nequitias dæmonum, & tentationum. c. nisi cum pridem. de ren. Vltimò infirmitas ad perfectionem adducit: quia virtus in infirmitate perficitur, vt ibi. Secundò mors homini contingit ex senectute. Nam dicit Apost. Heb. 8. Omne quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Hæc autem senectus plena est miseriis, quæ annunciant domum corporis citò ruituram. Vnde Boe. lib. j. de consol. Venit enim properata malis inopina senectus de quibus plenè Eccl. c. fi. & sæpe ex senio sensus deficit, propter quod dicitur Psal. 70. Ne proiicias me tempore senectutis, cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Tertiò contingit homini mors, vt docet experientia per multiplices & varios casus improuisos, iuxta illud Eccles. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut capiuntur pisces hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, s. impræmeditatè & præter intentionem. Cùm igitur quilibet sciat se subditum his variis casib. mortis, cogitare debet, quòd de momento in momentum mori potest, etsi sanus sit & iuuenis: & sic sibi prouidere debet. Non solùm. n. malis, sed & bonis mors vario modo cõtingit. de quo mirabatur sapiens: Video, inquit, aliud sub sole mirabile, quòd moriuntur sapientes, sicut stulti, quibus eueniunt varij imò horribiles casus

11 mortis. † vt exemplo nobis fuit propheta ille sanctus, qui postquam reprehendit ex præcepto domini Ieroboam de idololatria sua, reuertens domum à leone in

12 via strangulatus est. 3. Reg. 13. † Iosias innocens optimusq; Dei cultor in bello à rege infideli Ægypti occisus est, 4. Reg. 22. & seq. Iuuenis quidam accepto dono omnium linguarum in graui infirmitate detentus manib. propriis & lacertis morsibus dilaniatus mortuus

13 est narrante Greg. in 4. dialog. † Summus quidam pontifex (vt chronica Martiniana refert) toxicatus in sanguinem Christi celebrando mortuus est. Et quidã imperator christianissimus à pediculis consumptus fuit absq; remedio, vt dicit Vinc. historialis. Recitat etiam Valer. lib. 9. c. 12. tit. de morte non vulgari. de quadam Matyana, quæ cum audisset suum filium occisum in bello, quadam die cum eum vidit reuertentem, prę lętitia crepuit, & defuncta est. & plures alij morte insolita obierunt, quos Valer. lib. 9. tit. de morte non vulg. refert. Multi etiam propria manu se occiderũt, de quibus j. videbitur. Ex quib. mentes infirmæ sępe scandalizantur existimantes vel Deum curam non habere de suis electis, vel tales sic insuetò & horribiliter morientes non fuisse seruos Dei, sed grauissimos peccatores. Sed errant nimis, cum secundum Aug. mala mors dicenda non sit, quã vita bona præcesserit. Prætereà videmus ipsum Dei filium morte turpissima fuisse occisum, vt j. latiùs videbitis. Ex quib. credere debetis genus mortis nihil conferre ad detrimentum morientis, vt loco suo dicam. Cùm scriptum sit, Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerium erit. Quia multi sunt modi & casus moriendi, hominumq; anxietates innumerosæ & repentinæ mortis, in Auth. de consan. & vter. fra. §. si igitur. col. 6. ac infinitæ causæ quæ humanis necessitatib. imminent, Inst. isto e. tit. §. placet. Adeo, quòd nullus in pręsenti seculo dici potest felix, nec felicitatem omnimodam consequi propter fortunæ volubilitatem, quæ aduersas res cupido animo infligere, secundas, id est prosperas parco tribuere solet.

14 †Ita quòd Valerius in tota gloria Romanorum nisi vnum, cui in omnibus fortuna fauerit reperire non potuit, s. quintum Metellum: de quo lib. 7. c. j. tit. de felicitate sic dicit: Volubilis fortunæ cum plura exempla retulimus, constanter propitiæ admodum pauca narrari possunt. quo patet eam aduersas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere. Eadem, s. fortuna, vbi malignitatis obliuisci sibi imperauit, non solũ plurima ac maxima, sed etiam perpetua bona cõgerit. Videamus ergo quot gradib. beneficiorum Quintum Metellum à primo originis die ad vltimum vsque fati tempus nunquam cessante indulgentia ad summum beatæ vitæ cumulum perduxerit. Nasci eum in orbe terrarum principem voluit, parentes ei nobilissimos dedit: adiecit animi rarissimas dotes id est excellentes virtutes, quæ raro aliis cõceduntur. Et corporis vires, vt sufficere laboribus posset, vxorem pudicitia & fœcunditate conspicuam conciliauit. Consulatus decus, imperatoriam potestatẽ, speciosissimi triumphi præ-

textam largita est. Fecit vt eodem tempore tres filios cõsulares, vnum etiam censorium, duos triumphales, & quartum prætorium videret: vt tres filias nuptui daret, earumq; sobolẽ sinu suo exciperet: tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tã multæ nuptiales faces, honorum, imperiorũ, omnis deniq; gratulationis summa abundantia, cũ interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Cælum contemplare, vix tum ibi talẽ statum reperies, quoniã quidem luctus & dolores deorum quoq; pectorib. à maximis vatib. assignari videmus. Hunc autem vitæ actum eius cõsentaneus finis excepit. Nã Quintum Metellum vltimæ senectutis spatio defunctum leniq; genere mortis inter oscula cõplexúsq; charissimorum pignorũ, id est filiorum & nepotum extinctum, filij & generi humeris suis per vrbẽ latum rogo imposuerunt. Si ergo ille solus finis fuit in felicitate mundana, regula cõis in contrarium oẽs occupauit, qui vtinã primum & vlt. diem felices
15 haberemus † Nã eum verè felicem dicimus, qui natus optimis auspiciis vitã honestè finierit: sed cũ vita qua fruimur breuis sit, putarunt sapientes memoriã nostri faciendã esse, quã maximè longã virtute & rerum gestarũ gloria, ne vitæ cupiditate ducti malimus in otio & lãguore diutiùs viuere, quã breue vitæ spatium factis illustrare. Idem dicit Valer. li. 9. c. 12. tit. de morte non vulg. in prin. Humanæ, inquit, vitæ conditionem præcipuè primus & vlt. dies continet: quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur, & quo fine clauda tur. Ideo eum felicẽ iudicemus, cui & accipere lucem prosperè, & reddere placitè cõtigerit. Medij temporis cursus prout fortunæ gubernaculum rexit, modò aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum & cupidè votis extenditur, & ferè sine rõne cõsumitur. Nãq; si eo bene vti velis, etiã paruum amplissimum efficies numerũ annorum multitudine operum superando. Alioquin quid attinet inerti mora gaudere, si magis exigas vitã quã approbes? Hęc ille. Ambulemus ergo in fide, spe, & charitate, ac patientia, in laborib. & tribulationib. nostris. Quia per multas tribulationes & angustias oportet nos intrare regnum Dei, & resurgere ad vitã, quã moriendo perdimus. vt poeta cognouit lib. j. Æneid. *Per varios casus, per tot discrimina rerum Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas Ostendunt. Illic fas regna resurgere Troiæ, &c.* q. d. per varios casus tendimus ad mortem, & cõsequenter in locum amœnum, id est paradisum, vbi fata sedes quietas nobis ostendunt: & in quo resurgent regna Troię, sc. æterna per vitã æternaliter duraturã. prout hęc omnia reperiuntur in obligatione politica, in l. j. §. j. ff. de act. & obl. vbi obligatio procedit ex tribus: quia ex actu, vel maleficio, aut ex diuersis & variis figuris causarum. Sic mors ad quã obligati sumus procedit vel ex infirmitate, vel senio, vel ex variis & improuisis casib. vt vidistis. vnde Oui. *Occurrunt animo pereundi mille figuræ.* Et Statius in Thebaid. *Mille modis leti miseros mors vna fatigat, ferro, peste, fame, vinclis, ardore, calore.*
☞ *Mille modis miseros mors rapit vna homines.* [Prout etiam dicit gl. in §. actionum autem. super ver. ex permutatione. in fi. Inst. de act. loquendo de actione in factum, quę ex variis figuris causarum existit. l. sancimus C. de ss. san. ec. Nec potest sub regula comprehendi, si cut dicitur de mora, in l. mora. in pr. ff. de vsur. Et nunc de morte, vt vidistis.] quę diuerso modo agit, & genus
16 humanum telis suis percutit, † quæ sunt tria principaliter. Quorum prima sunt ex durissimo Chalybum ferro Scythicis caminis indurata. Chalybes quidã populi sunt Hispaniæ finitimi Chalybi fluuio, ferrum optimum aqua illius fluuij temperantes. Vnde etiã ferrum ipsum Chalybs dicitur, iuxta illud Maronis, vulnificúsque Chalybs, &c. ac Lucanus, Chalybem frenósq; mordit. Nam secundum Iustin. lib. vlt. de Hispania loquentẽ in Galætia regione æris & plumbi vberrima, auróq; ditissima, præcipua ex ferri materia. Sed aqua ipso ferro violentior, quippe tẽperamento eius acrius reddit ferrum. Nec vllum apud eos telum probatur, quod nõ aut Bilbili fluuio aut Chalybe tingatur. Vnde etiã Chalybes fluuij finitimi appellãtur: ferróq; prę stare dicuntur. Hæc ille. Pariter Strab. lib. xj. teste, Iberes iuxta Caucasum eodem nomine vocãtur, quo occidentales ab auro quod apud vtrosq; inuenitur. Nec repugnat ferri illud genus etiã ponto esse, vbi certum est Chalybes habitare. Nã Chalybes populi sunt ĩ Asia Assyrię cõtermini (vt Dionys. refert) genus hominum durissimum, qui nunquã in elaborãdo ferro, parãdisque armis ad bella malleis neq; ab incudibus vacant, totáq; illa regio arida, nullíq; apta cultui fumo cõtenta, ardere videtur. Et ferramẽtorum structuris ictibúsque inhorrere: & verosimile est propter ferrum sic dictos, vt dicunt cõment. ad illud Georgic. *India mittit ebur, molles sua thura Sabæi:* At *Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus:* vel quia nobile ferrum illic est, vel primum ibi repertum. Ideo Scythæ bellicosi semper fuerunt, & telis huiusmodi vsi, potissimum Soaues, qui venenum spiculis adhibent: & talibus instrumentis bellicis de longe inuadere possunt induratis, id est consolidatis, temperatis Scythicis caminis, id est fornacibus ad duritiam, vt sint magis secabilia & penetrabilia. Pro certo tamen habemus Tubalcain primum artem ferrariam adinuenisse: fuit quippe malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Gene. 4. vt dicunt Hebræi. quòd arma seu tela inuenit ad occidẽdum, in quo fuit imitator patris sui Cayn, qui primus homicida fuit, vt ibi dicitur. Secunda tela sunt veneno sæuissimo infecta. ☞ [Vnde sciendum est, apud scriptores & Strab. traditum esse Herculem apud Lernã à Lerno rege dictã. qui Argiui & Miceni lacus dicitur, Hydrã interfecisse, ibi in eo lacu consistentem: ex cuius corpore centum prodibãt serpentum capita, ceruices quarum singulis cæsis diu renascebantur: ob eámq; rem minimè vinci posse videbatur, cũ pars amputata validior redderetur. Hãc difficultatem arte superans Hercules, Iolaum monuit, vt eucstigio id est statim scissam ceruicem face lignea ne affluerct sanguis inureret, quo illa tum vulnus mortiferum redderetur. Hęc Diodo. Hercules hydra interfecta tela sua sanguine eius venenoso infecit, quibus etiam Chiron extinctus dicitur.] Hoc certè telo quicunq; intoxicati pereunt, quod plus est quã gladio perimere. l. j. C. de malef. & mat. De hoc habetur in §. eadem lege. Inst. de pub. iu. Tertia tela sunt incantationis. l. fi. alle. tit. C. de mal. & mat. & Io. Fab. in §. item lex Cornelia. Inst. de pub. iu. aut crapulæ malo imbuta, quę cæteris letaliora omnes fatentur. Cùm
17 multò plures occidat gula, quã gladius. † Et generaliter apud nos iuristas teli appellatione omne instrumentum venit, quo mors inferri potest. Inst. de publ. iu. §. item lex Cornelia. de sic. ver. telum autem. Et primus homo qui mortem subiuit telo Cayn percussus
18 debitum naturæ persoluit, s. Abel iustus, Gen. 4. † Pariter primus Vrbis conditor, sc. Remus cultro Romuli percussus primitiam mortis reddidit. l. fi. cum gl. ff. de rer. di. vt dixi super ver. *In eod. test. relinq.* in 18. lim. Qui
19 bus † etiam casibus omnib. & aliis, putà combustione, præcipitatione, strangulatione, aut submersione, vel fame, mors largo modo dicitur naturalis, quoties ani-

ma

ma separatur à corpore, vt est bon. tex. in l. si mater. ibi,
20 vel aliter defunctus. C. de inst. & subst. † licet quando quis occiditur mors dicatur mala, eo quòd contra naturam infertur, secundum Bal. in c. j. qui. mo. feu. am. Nã contra naturam est hominem homini insidiari. l. 2. ff. de iust. & iu. in quo verificari potest quod dicit idem Philos. 3. Ethic. Terribilissimum omnium terribilium est mors. Præsertim cum non naturaliter, sed gladio infer-
21 tur. ideo dicit Bal. in d. c. j. † quòd mortuus sua morte dicitur, qui ab alio non est occisus, vt est gl. in l. quæ sub conditione. §. quoties. de cond. inst. Etiam si in carcere absque violentia decesserit, & sic naturaliter mortuus dicitur, secundum Bal. in l. j. in fi. C. qui ad lib. pro cl. nõ posf. Per quam mortem non solum confirmatur testa-
22 mentum ante factum, † sed etiam testamentum in carcere expeditum. quod de se est validum: cum crimen pro quo erat incarceratus sit per eius mortẽ extinctum, adeo quòd ad sententiam procedi non possit, vt l. 2. C. si reus vel acc. mor. fue. nisi hæredes pro purganda infamia defuncti peterẽt quòd procederetur ad sentẽtiam: quod fieri potest. casus est sing. in l. filio. §. Seio. ff. de admi. tu. secundum Bal. in l. j. C. ex deli. def. de præmissis videatur tex. vbi Bal. in l. si quis post. ff. e. & j. latius dice
23 tur: siue ergo sua morte naturaliter moriatur, † siue violenter occidatur quocunq; modo, non dicitur propriè mortuus, sed occisus, secundum Bar. per illum tex. in l. j. §. occisorum. ff. ad Syl. tamen vtrobique testamentum confirmatur morte. Et pariter cõmittitur stipulatio, veluti si quis stipulatus fuerit x. cũ Titius moreretur: non enim refert qua morte moriatur Titius, etiam si occidatur: quia quo ad effectum cõmittendæ stipulationis vel alterius dispositionis non refert, nec inspicitur qualiter
☞ quis sit à vita exemptus. [Sed solum consideratur & attenditur an sit exemptus.] l. j. §. causa. ff. de ædi. ed. Ma-
24 ximè † quia mortis appellatio continet etiam interfectionẽ. l. qui duos. § j. ff. de reb. du. secundum Barb. hîc: qui hac sola decis. committendæ stipulationis contra suum morem contentus fuit: sed in c. Raynaldus. col. 6 in fi. hoc latius posteà ac plenius tetigit. & in c. bonæ. ij. in pr. de post. præl. vbi pulchrè loquitur. & Alex. in l.
☞ Gallus. §. & quid si tantum. col. 4. ff. de lib. & posth. Videatis Bal. & Flor. in l. proinde. §. si quis hominem. & in
25 l. ita vulneratus. ff. ad l. Aq. dicentes, † quòd vbi fit mentio de morte, intelligitur etiam de violẽter illata. Ideo dicit Bal. in l. si tibi. C. de don. ante nu. & clarius in l. res vxoris. C. de don. int. vi. & vx. quòd donatio confirmatur donatoris morte, nedum naturali, sed violenta. Idẽ ergo erit in testamento, vt etiam morte violenta testatoris confirmetur. Prouiso tamen, quòd donatarius, vel hæres, vel alius in morte intentionem suam fundans talem mortem non intulerit, nec affectauerit, vt ibi per Bal. in l. hæreditas. C. de his quib. vt ind. in fi. idem dicitur in c. susceptum. de rescr. lib. 6. quando dicitur si vacat per mortem, conferes tali beneficium. Quo casu locus erit vacationi & collationi fiendę, etiam si violenta occisione perierit, dum tamen fundans se in alterius morte causam nõ dederit mortis. Quoniam aliàs esset indignus ad beneficium, & successionem, seu hereditatem, ac quodcunq; aliud lucrum, & prouenire debens ex morte illius l. si ab hostib. §. fi. ff. sol. ma. vbi bo. tex.
26 de quo plenè dixi s. in verb. *Condidit. ij.* † Mors. n. qualitercunq; contingat, dicitur casus fortuitus. l. interdum.
27 §. j. vbi gl. & doct. ff. de iudi. † Et semper ex dispositione Dei contingit, licet quis occidatur, vt dicit glo. sing. in §. j Inst. de cap. dim. quam sequitur Bal. in verb. diuina vocatione. in tit. de pace Const. super verb. diuina vocatione. & Pe. de An. in cle. 2. de pœ. & re. Idem sentit gl.

in d. l. proinde. in prin. ff. ad l. Aq. quam Bal. ibi põderat. & Fel. in c. fi. de hom. Nam Deus sępe mortem citius & contra naturam cõtingere permittit nostris exigentib. peccatis & demeritis, secundum glo. in c. quia fortè. de ap. & no. in c. qualiter & quando. ij. de accus. quod ego semper intellexi, sc. Deum semper permittere mortem violentam permissione tolerantię, sed non permissione approbationis respectu occidentis, & mortem inferentis. quia Deus nullum malum approbat: Cùm sit summum bonum, licet multa mala tolleret. & per hoc decidit sing. Bal. in c. j. de pace ten. col. 6. vbi casus enumerat, in quib. locum habet duellum ĩ l. j. C. de lat. lib. tol.
28 quòd † qui in duello occiditur, nõ per hoc seruus pœnę efficitur, vt eius testamentum rumpatur: imò tali morte confirmatur: quia in duello moribus militum ordinatè approbato potest licitè animaduerti, secundum Bal. in l. fi. C. de prob. Nec victus in duello pro crimine capitali ad purgationem indicto debet ex illa sola probatione mori, seu ad mortem damnari, nisi aliter & sufficientius constaret de delicto, secundum Bal. ibi, qui in 2. col. dicit, quòd licet putent milites & nobiles Deum auxiliatorem esse iustorum, cùm secundum Arist. non sit verosimile Deum habere curam malorum & prauorum, tamen vidimus plures sub iusto clypeo perire. Facit quod dicit idem Bal. in l. libertorum. C. de testi. Et hinc est quòd per ecclesiam duella sunt prohibita, per text. in c. 2. de purg. vulg. de duello & purgatione quæ fit per ipsum. Et de modo practicandi causam duelli tã in præsenti regno Franciæ, quã in patria Delphinatus, videatis p Guid. Pap. q. 617. cũ sex q. seq. & de tali purgatione p duellum scripsit magister Gul. de Brolhio in stylo curiæ parlamenti, tit. de causa duelli. & latius de duelli materia. Et an sit in foro cónscientię permissa, latè ponit Lyra, j. Reg. 17. & gl. in ver. torneamenta. in ex trauag. Ioan. 22. quæ incip. quia in futurum. & Bal. in l. ex hoc iure. col. 2. ver. nonò quæritur. ff. de iust. & iure.
29 † Nũquàm tamen etiam in casu permisso induci potest duellum nisi authoritate regia, vel curiæ Parlamenti in præsenti regno, secundum ordinationem Philippi iiij.
☞ senescallo Tolosæ directam, anno Dom. 1317. [Quam posuit dom. Aufr. in suo tract. ordinat. regiarum, tit. de guerris, bellis, & duellis. c. placet. de quo vide bonum exemplum, j. super verb. *Cuidam Petro tradiderunt.* vbi
30 fuit per curiam parlamenti duellum permissum.] † Hęc tamen regula, quòd testamentum naturali morte testatoris irreuocabiliter confirmetur. fallit in seq. casibus.
31 † Primò vt dictum est, si hæres qui morte testatoris testamentum confirmatum prætendit, mortis causam dederit. Putà, quia testatorem interfecit, vel eum occidi mandauit, & fecit. Quo casu indignus est successione, & hęreditate, & omni lucro sibi prouenire debente ex testatoris morte, vt plenè dixi in alleg. ver. *Condidit. ij.* Et ibi cui tunc applicabitur hæreditas, videatis. Nam tunc morte testatoris non cõfirmatur testamentũ, nec transit ad irreuocabilitatẽ: imò reuocatur, & pro non facto habetur, saltem quo ad hęredis institutionem. Et hoc tacita voluntate testatoris, qui in puncto mortis sibi illatæ per hæredem censetur testamẽtum reuocasse, & cas-
32 sasse. † ita quòd verisimiliter creditur, & iure præsumitur, quòd si nequitiam hæredis sciuisset, & spatium mutandi testamentum habuisset, ipsum mutasset, prout poterat. Cùm sua voluntas ambulatoria esset vsq; ad mortem, vt d. l. 4. in fi. ff. de adi. le. vbi idem est quo ad tacitam reuocationẽ legatorum. facit gl. in l. sororem. C. de his quib. vt ind. & in l. fideicommissum. C. de fideic. Et nedum occidens testatorem nõ potest ei succedere,
33 † imò nec hæredi testatoris in bonis, quæ hæres habuit

BIU Cujas

ab illo teſtatore occiſo, ſecũdum gl.& Bar.in l.Lucius Titius.ff.de iure fiſc.in fi.vt plenè §.habuiſtis in verbo, *Si abſq; lib.mor.ij.* in materia ſubſt.pupil.6.prin.art.tractando primum effectum illius ſubſt. Nam ſuccedendo hęredi teſtatoris, ſatis diceretur ſuccedere teſtator, cùm hæres hæredis ſit hæres teſtatoris.l.fi.C.de hær.inſt.ad præmiſſa facit tex.in d.l.ſi ab hoſtib.§.fi.ſol.ma.vbi ma
34 ritus † ex ſtatuto, cõſuetudine vel pacto lucrari debens dotem vxoris præmorientis, prout ſeruatur hîc Caturci, & in noſtra ciuitate Tholoſæ, vxorem occidens, vel occidi faciens, nihil lucratur: imò ipſo iure priuatur tali lucro. Et idem ſi eius non vindicaret mortem, ſi ab alio occiſa fuit.l.ei qui.ff.de his quib.vt ind. Et idem econtra in vxore maritum occidente, quæ non lucrabitur donationem propter nuptias. Quia ex malitia ſua & improbitate reportare non debet commodum. l.ſiue hæreditaria.ff.de neg.ge.l.itaq; fullo.ff.de fur. Nec
35 † ex eius delicto debet melioris eſſe conditionis.c.audiuimus.de col.deteg. Non enim iuſtum eſſet, minúſque æquum ſua malitia eum releuari.l.verum.§.tempus.ff. pro ſoc.cùm ex ſua culpa de iure punibili conſequi non debeat pœnam ſimul & præmium.22.q.2.ſi quemlibet.
36 † quia pœna nemini præſtat immunitatem. l.relegatorum. §.fi.ff.de interd.& rel.16.q.j.legi.& d.l.ſiue hęreditaria. Ex quo dicit Bal.in l.j.C.vnde vir & vx. Quòd
37 † maritus occidens vxorem perdit ius ſuccedendi eidẽ, quòd habebat in defectu parentum, per d.l.j. & in caſu paupertatis p auth.præterea.C.vnde vir & vx. ita quòd * ab eo tale ius ſuccedendi ipſo iure aufertur, ſecundum eum. Ex quib.infertur notabilius, quòd præbens alicui cauſam mortis, non ſolum priuatur lucro ei deferendo ex diſpoſitione occiſi, ſed etiam ei deferendo ex diſpoſitione legis ſcriptę, ſ.conſuetudinis, quo ad bona ipſius occiſi, ſiue etiam de bonis occiſi diſpoſitum fuerit per alium ab eo cauſam habentem ex ſucceſsione, vt dixi: Ita quòd ab occiſore vel cauſam mortis præbente tale lucrum ipſo iure aufertur, ſecundum Bal. vbi §. tamen Sal.quem ibi ſequitur Ale.& in d.l.ſi ab hoſtibus.tenet quòd non priuatur ipſo facto iure ſuccedendi, quia ſibi cõpetit iure cõi, ſed ab eo velut indigno hæreditas aufertur, per l.his conſequenter.ff.fam.er.licet aliud ſit in iure competenti pacto vel ſtatuto, vt d.l.ſi ab hoſtibus. quo ipſo iure priuatur. Et tale ius vbi ſit priuatio ipſo iure remanet penes hæredes teſtatoris. Sed quando per ſententiam aufertur tanquam ab indigno, applicatur fi-
38 ſco.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inof.teſt.† Et eodẽ modo priuatur hæres hæreditate, ſi vxorem teſtatoris interfecerit, vt d.l.his conſequenter.fa.er. cum ſit pars corporis mariti, & vna caro cum ipſo: iuxta illud Gen.
39 ij. & erunt duo in carne vna. † Et idem eſſet vbi hæres alimenta denegaſſet, vel medicinã ipſi teſtatori: ex quo repente mortuus eſt, aut aliâs teſtamẽtum mutare non potuit. Quo caſu ipſum teſtatorem occidiſſe cenſetur, per l.necare.ff.de lib.agn.& auth.ſi captiui.C.de epi.& cle. Sicut maritus priuaretur lucro dotis morte vxoris ſibi acquirendo, ſecundum Bal.in d.l.quod in vxorem. C.de neg.geſt. & in auth.dos data.C.de don.ante nup. Et facit quod decidit idem Bal.in l.j.§.ſed ſcimus.C.de lat.lib.tol. Idem ſi hæres non bonum medicum teſtatori adhibuiſſet: quia tunc perinde habetur, ac ſi malum medicum adhibuiſſet, p tex.meliorem de iure ĩ l.quòd ſi nolit.§.ſi mancipium.Ibi culpa.ff.de ædi.ed.vbi dicit gl.quòd ille qui malum medicum adhibet teſtatori, indignus eſt hæreditate illius, cui adhibuit: quam gl.dicit no.Ang.in l.ſi ſeruum.in pr.ff.de ver.ob.& tranſit cum ea Ale.in d.l.ſi ab hoſtibus.col.3.circa med. Sanè tamen intelligatis hæredem teſtatori adhibere debuiſſe medicum, & bonum medicum, vbi habere & ducere potuit medicum. putà, quia erat in loco vbi erat copia medicorum, vel ſatis faciliter habere poterat, & ducere de alio loco vicino ſecũdum Bal.in l.continuus.§.qui inſulam.ff.de ver.ob.per l.diuus.ff.de tu.& cur.da.ab his. quia tenetur ire, vel mittere pro medico, ſi in illo loco nullus eſſet, vel eſſet, ſed imperitus. Idem Ant.de Bu.& Im.in c.2.de conſt.& Lud.in l.ſi duo.per gl.ibi, dum dicit, ſi facilè erat.ff.de acq.hær. licet Bar.contrarium dixiſſet in d.l.ſi ab hoſtib.§.fi.& in l.idémque.ff.pro ſoc.
☞ [Et malè ſecundum Alex. vbi §.] † Prætercà intelliga-
40 tis, quòd hæres occidens teſtatorem priuatur hæreditate, ſi ipſum interfecerit iniuſtè. Secus ſi in caſu permiſſo à lege vel ſtatuto, putà defendendo ſe, vel quia ipſe reperit cum ſua vxore in adulterio. de quo plenè per Bart.Alex.& Doct.in d.l.ſi ab hoſtib.§.fi.ff.ſol.ma. Ad idem facit: quia licet vaſallus ſub pœna priuationis feudi non poſsit dominum quem habet, aut olim habuit, offendere: tamen non punitur ſi per eum aggreſſus ipſum offenderit, ſecundum gl.in c.j.hîc finitur lex.facit c.j.qual.dom.propr.priue. facit l.quid ergo.§.ſi hæres. ff.de leg.j. vbi licet debitor ſpeciei non liberetur interitu ipſius, ſi ipſe cauſam dederit, de quo plenè ĩ l.quod te dare.vbi Sal.ff.ſi cer.pet. tamen liberabitur ſi defendendo, vel in adulterio cum vxore, vel filia deprehenſum ſeruum legatum, vel aliâs debitum occiderit. Se-
41 cundò † fallit reg.noſtra, vbi teſtator ſeipſum interfeciſſet, & occidiſſet: * *Intellige in eo qui conſcientia ſceleris perpetrati & metu pœnæ ſeipſum interfecit: Cæterum ſi quis tædio vitæ, doloris impatientia, furore, aut morbo motus manus in ſe inferat, non punietur pœna corporali, nec confiſcatione bonorum, neq; eius teſtamentum irritatur: & in hoc omnes doct.conueniunt, teſte Ign.in l.1.§.ſi manus.n.17.ff.ad Sil.* quia tunc morte teſtatoris non confirmatur, imò infirmatur teſtamentum priùs factum, & bona ipſo facto confiſcantur, ſecundum Bar.in l.fi.ff.de his qui mor.ſibi conſc. quia eſt inteſtabilis.l.2.C.qui teſt.fa.poſſ.vbi
42 dicit Bal. † quòd in arbitrio iud. eſt talem ſic occiſum ſuſpendi facere, quod facere poſſet ſine dubio, ſi ſe interficiens erat famoſus latro. Quo caſu eius cadauer dari poſſet beſtiis, ſecundum gl.in l.2.ff.arb.fur.cæſ. Aliâs autem cùm delictum morte extinguatur, iudex talem ſuſpendere non poſſet, imò dicit Ang.in l.defuncto.ff. de publ.iu. quòd iudex qui hoc faceret, tenetur actione iniuriarum, cùm iniuria etiam cadaueri inferatur.l j.§.
43 quoties.ff.de iniur. † Et quòd teſtamẽtum ſeipſum occidentis morte non confirmetur, eſt verum: quia ſe occidendo efficitur inteſtabilis. Cùm nemini liceat in ſeipſum ſæuire, imò eſſet contra ordinem charitatis: non obſtante errore quorundam aſſerentium, quòd ex præcepto decalogi, vbi dicit: Non occides. Exod. xx. ſolùm prohibebatur occiſio proximi, ſed non ſui, putantium hoc licitum eſſe, ſc. ſeipſum interficere. Cùm cuilibet permiſſa ſit ſuiipſius diſpoſitio, iuxta illud ſapiẽtis, Reliquit Deus hominem in manu conſilij ſui, cui ſuarum etiam rerum commiſit liberam adminiſtrationem. Sed hoc intelligitur rectè & ordinatè diſponendo. Nam reſpectu ſui ad malè vtendum nemo eſt dominus membrorum ſuorum. l.liber homo.ff.ad l.Aqu. Nec permiſſum malè vti reb.ſuis, Inſt.de his qui ſunt ſui vel al.iu. Et errãt tales putãtes permiſſum eſſe ſe occidere, quod eſt falſum ſecundum B.Thom.in tract.de x.prec. Nam quod ſcriptum eſt Mat.x. Qui perdet vitam ſuam, ſaluabit animam: intelligitur de vita animali & ſenſuali, quam neceſſe eſt cuiq; perdere & annihilare in ſe eam ſubiiciendo rationi, ſi velit ſaluus fieri: & nõ quòd quis
44 debeat ſeu poſsit ſe occidere. † Vnde Plato duas mortes hom

BIU Cujas

tes hominis nouit: quarum vnam natura, & alteram virtutes præstant. Homo enim moritur, cùm anima relinquit corpus solutum lege naturæ. Mori etiam dicitur, cum & ipsa anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras (Philosophia docente) contemnit, & cupiditatum dulces insidias reliquásque eius passiones exuit: quam mortem dicit Plato sapientibus esse appetẽdam: cum sic mori nihil aliud sit, nisi voluptates, quæ animam occidunt, contemnere, & futuram vitam desiderare. Non quòd quis naturaliter seipsum occidere debeat, quod est prohibitum, vt plenè dixit B. Thom. in
45 2.2.q.64. art.5. † Nulli ergo licet ex quacunque causa occidere seipsum. Tamen omnium se occidentium testamenta infirmantur: nisi vbi testator conscientia alicuius criminis se occideret. quo casu testamentum tali morte non confirmaretur, sed extingueretur. Quod etiam locum habet in illo qui conscientia criminis se occidere voluit, tamen non potuit: quia fuit sibi occursum & obuiatum. l.fi. §.si autem. ff. de his qui mor. sibi consc. & l. omne delictum. §. qui vulnerauit. ff. de re mil. & bon. tex. in l.si quis aliquid. §. fi. de pœ. Et hoc verum, siue sit tale crimen, de quo potest quis etiam post mortem accusari, veluti de crimine læsæ maiestatis, vel hæresis. l.fi. C. ad l. Iul. maiest. vel aliis de quibus per gl. in l. ex iudiciorum. ff. de accus. siue esset tale crimen, quod morte rei extinguitur, vt sunt regulariter cætera alia delicta: dumtamen iam esset hoc vltimo casu testator accusatus vel captus pro illo delicto. Semper enim seipsum interficere intuitu suæ propriæ personæ, vt quis per hoc acerbiorem aut turpiorem mortem euadat, est illicitum, secundum Aug. in j. de ciuit. Dei, c.17. & bona confiscantur. De Caio Licinio illustris ingenij oratore refert Valer. libr.9.c.12. tit. de morte non vulgari. quòd cum repetundarum pecuniarum ab Asia prouincia subtractarum reus constitueretur, & sententia ad pronunciandum parata, cum Ciceronem vidisset ad iudicum sententiam prolaturum: vt genus, familiámque suam à turpitudine futuræ damnationis vendicaret, & domus sua tanta infamia notari non posset, nec sua bona hastę possent subiici, id est confiscari: protinus sudario, id est velamine quo sudorem abstergebat ore & faucibus suis coarctatis incluso spiritu pœnam morte præcurrit. Qua cognita re Cicero de eo nihil pronunciauit. & sic liberatus fuit ab inopia rei familiaris, & à crimine damnationis domesticæ. Sed hoc fuit de facto ex tolerantia iudicis: cum de iure bona rei se occiden-
46 tis sint applicanda fisco. Imo † in casu quo quis posset alium, putà bannitum ex statuto occidere, tamen non posset ipse bannitus seipsum occidere impunè, secundũ Bal. Saly. Ful. Paul. & Iaſ. in l.j. C. de ser. fug. Cum multo maior sit & existimetur crudelitas in seipsum quàm in alium, iuxta illud vulgare: Cui parceret qui sibiipsi non pepercit? l. fin. §. si quis autem tædio. ff. de his qui sibi mort. consc. Et qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Qui sibiipsi inuidet, nihil est illo nequius. Eccl.13. & Seneca in Agamennone: Rudis itaque tyrannus est, qui morte sibi pœnam exigit. De quo meminit Galterus in Alex.8. Non verosimile, inquit, est alieno cuiquam parcere, qui sibi non parcit. ac alibi: quem fidum inuenies, si tibi ac tuis hostis fueris? Ideo his casibus testamẽtum suum vitiatur, & perinde habetur ac si factum non fuis-
47 set: † quia se occidendo videtur de crimine confiteri. l. fi. ff. de bon. eo. qui mor. sibi consc. Ex qua confessione habetur pro condemnato, & ac si fuisset condemnatus fuit effectus seruus pœnæ. Et sic testamentum nullum. l. eius qui. §. j. ff. eo. & videbitis pleniùs in sequen. casu. Nam licet quo ad pœnam corporalem imponendam confessus non habetur pro condemnato, quia vt dixi, ex quo delictum morte extinctum est. l. defuncto. ff. de pub. iud. Pœna corporali non debet amplius affligi. l.1. & 2. C. si reus vel accus. mort. fuer. Tamen quantum ad hoc vt pœnæ seruus censeatur quo ad facultatem dispo nendi de bonis, talis qui (vt dictum est) habetur pro confesso, etiam habebitur pro cõdemnato, vt d.l.2. qui
48 test. fa. pos. in fi. † quę quo ad impotentiam testandi non est correcta per auth. bona damnatorum. C. de bo. dã. Sed tales sunt intestabiles, licet bona suis parentibus pertineant ab intestato succedentibus, secundum Bar. in d.l.fi. & *communem* opin. & Ale. in d.l.2. in fi. Hodie autem, cum in regno Franciæ capitalis aut membri vel banni perpetui condemnatio importet cõfiscationem bonorum, non est dubium, quòd sint intestabiles, vt j. videbitis. quia in regno quo ad confiscationes seruantur iura antiqua. l.fi. ff de bo. dam. & l.fi. C. si reus vel ac. mor. fue. Adeo, quòd etiam testari nõ possunt de bonis acquisitis post sententiam condemnatoriam. l.2. C. de bo. proscr. licet non veniant in confiscatione. l.si mandauero. §. is cuius bona. ff. man. vt plenè dixi in verb. *Et vxorem nomine Adelasiam.* in v.art. succes. ab intesta. licet de illis contrahere possunt, secundũ gl. in d.l.2. non
49 tamen testari: imò plus dicunt Doct. † quòd licet vxor teneatur per annum lugere maritum, atque vestes portare lugubres sub pœna infamiæ, tamen si maritus seipsum occiderit, luctu carebit. l. liberorum. §. non solent.
50 ff. de his qui no. infam. † Et (quod sibi deterius est) non debebit in ecclesia sepeliri, per text. iuncta gl. in c. placuit. 23.q.5. Attamen ecclesia in hoc detrimentum non patietur: Ita quòd si ecclesiæ certum quid reliquisset, quando eum sepelirent in tali loco in ecclesia, tale relictum debetur, ac si in ecclesia sepeliretur, secundum Bar. post Dy. per illum tex. in l. miles. §. reus. ff. de adul. Quia se occidendo fuit solus in causa, quòd sepultura ecclesiastica caruit. Vnde consuetudo inualuit in aliquibus partibus, quòd se occidẽs quoquo modo etiam citra conscientiam criminis omnino non sepelitur, sed super postello volatilibus cæli exponitur absque alia terrea sepultura. * *Refert Pract. Iod. c.88. n.6 quòd secundum consuetudinem quisquis seipsum interfecerit ex quacunque occasione & causa hoc euenerit, furcis suspenditur, & bona eius omnia confiscantur. Et n.8. dicit, quòd ex more & consuetudine cautum est, quòd nemo huiusmodi corpus damnatum & suspensum manibus attrectet & auferat, nisi ex iudicis mandato & iussu. Et n.9. dicit pariter consuetudine obseruatum vt quoties hoc scelus in domo commissum est, cadauer ipsum funibus à domo extrahatur, non per ostium, sed per foramen factum sub limine domus, quæ tamen omnia hodie apud nos non seruantur.* Et in aliis partibus in sterquilinio sepeliuntur, & postellum desuper ponitur in signum desperationis. Quæ pœna olim Romæ irrogabatur iis, qui rempublicam & eius libertatem inquietabant, prout irrogata fuit Tyberio, & Caio Gracchis, cùm legem Agrariam cõtra senatus authoritatem ferre molirentur, vt ager stellas qui bello & armis captus fuerat, inter omnes etiam populares æqualiter diuideretur, interempti fuerunt. Erat enim lex illa magnæ seditionis causa: quia nobiles de possessione cedere cogebantur & omnibus communicare. Ideo post mortem insepulti remãserunt, & supremo honori conditionis humanæ, sc. sepultura priuati fuerunt. De quibus Valer. lib.6.c.3.tit. de seueritate, sic dicit: Viguit in nostra ciuitate, s. Romana, Tyberij & Caij Gracchorum summa nobilitas, ac spes amplissima: sed quia statutum ciuitatis conati erant conuellere, insepulta cadauera iacuerunt, supremúsque humanę conditionis honos fi-

BIU Cujas

liis Gracchi, & nepotibus Aphricani defuit. Quin etiam familiares eorum, ne quis reipublicæ inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt. Hæc ille. Videatis quæ dixi vobis §. in verbo, *In eodem testamento relinquens.* in 18. lim. loquendo de naturali & positiua iustitia. Non est ergo modica pœna carere omnino sepultura, quæ dumtamen non fiat ad pompam, adfert
51 defuncto gloriam: † quia deuotæ sepulturę officium bonæ fidei, & vitæ quodammodo affert testimonium. 13.
52 q. 2. non existimemus gloriam. † Vnde licet Christus mortem acerbam & vilem pro nobis pati voluisset, tamen quia vas erat omnium virtutum, gloriosè sepultus fuit, vt impleretur illud Esa. xj. Et erit sepulchrum eius glorioſum, & Psal. dicit, Nec dabit Deus sanctum suum, id est Christum sepultum, videre corruptionem. Imò credunt gentiles carentiam sepulturę mortuis ob esse: Adeò, quòd dicit Poeta lib. 6. Æneid. quòd animę insepultorum donec sepeliantur, erunt centum annis circa fluuium infernalem, qui appellatur Cocitus, & circa Stygias paludes, de quibus aliqua dixi super verbo, *Catera bona.* Nec possunt infra centum annos ad sedes
53 transire optatas, secundum Poeticam fictionem. † De gloria autem & priuilegio sepulturæ quantum sit appetenda ostẽdit Inn. in c. cum liberum. de sepul. vbi dicit, quòd sacerdos spoliatus corpore iam sepulto non est ante omnia restituendus, vt vexatio euitetur corporis humati. Et idem si ageret per viam attentati, quod est remedium magis pingue, secundum Inn. & alios in c. dilecti. de ma. & ob. quod verum intelligunt Dom. de Rot. de æquitate, secùs de rigore iuris, secundum Host. in d. c. cùm liberum. de quo per Dom. in c. non solum. de appel. lib. 6. in fi. Et adeò vexari non debet corpus sepultum, quòd nec vexabitur corpus infidelis Iudæi. c. sicut deinde. facit l. 2. ff. de sep. viol. & l. fi. C. e. ti. vbi dicit Bal. quòd licet sepultus si vexetur hanc iniuriam reuocare non potest ad animum, tamen hæredes poterunt reuocare & agere. l. j. §. & si fortè. ff. de iniur.
54 & si negligãt, ipsa ecclesia reuocat. † Imò cadauera ipsa prius quàm sepeliantur, vexari non debent, nec impediri, quo minus sepeliantur ilico, per tex. in l. sunt personæ. ibi, ne insepulta cadauera iacerent. & l. si quis sepulchrum. in pr. & l. ne corpora. ff. de rel. & sum. fun. Quia cum corpora humana in vita saltem, quandoque templum fuerint spiritus sancti, iuxta illud Apost. j. Cor. 6. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo? Aug. lib. j. de ciuit. Dei, cap. 13. Non, inquit, contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximéque iustorum ac fidelium, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona apera sanctus vsus est spiritus, & c. Ideo
60 certè ipsis mortuis sunt humãda, ne Dei templum contaminetur, & illecebris fortè bestiarum subiiciatur. (Additio.) Hoc anno domini, 1514. fuit Tholosæ quidam hospes diuersorij Stellæ in carreria Sallini, & quędam iuuenis mulier cuidam furnerio nupta eius vicina, quam hospes ille ad pecunias mariti substrahendum solicitauerat, coram eorum domibus trabe affixa suspensi, & strangulati per sententiam iudicis criminum Arresto Parlamenti confirmatam Ionis ante Pentecostem, & in crastinum cadauera suspẽsorum fuerunt per Bernardum Gasquet lictorem seu spiculatorem altę iustitiæ executorem ad patibulum portata, & in ligando illa ita cõiunctim, quòd tenebant ora & femora & pudibunda vestibus reuolutis quasi coirent, & vnus manu sua alterius membrum naturæ generationis tangeret in derisum punitorum. Ob quem abusum fuit negotio auerato, per Arrestum dicti Parlamenti præfatus executor condemnatus ad cursum villæ & fustigationem vsque ad sanguinis effusionem inclusiuè, & in emenda centum librarum Turon. media parte regio fisco applicanda, & reliqua dimidia certis conuentibus pauperibus ad Deum orandum pro illis suspensis tradenda, & fuit vltrà bannitus perpetuò à tota Senescalia Tholosana in mense Iulij, anno prædicto. Per quod demonstratur cadauera defunctorum non esse deriden da, sed potiùs honoranda. Ex quo valde sunt detestabiles Parthi, apud quos sepultura vulgò aut auium aut canum laniatus est, nuda demum ossa terra obruunt, vt re
55 fert Iustinus. † Et Massagétæ populi senio confectos in frusta cedunt, & cum ouillis carnibus edunt eos, qui morbo moriuntur deuorandos feris obiiciuntur. Inde
56 dicit Specul. tit. de appel. §. in quibus. ver. 9. † quòd non auditur creditor appellans ne corpus debitoris sepeliatur. Quæ res est tempore corruptibilis, & citò peritura, & non capiens dilationem. l. fin. ff. de appel. reci. vel non. Quod est verum, etiam si creditor instrumentum haberet capiendi debitorem ad omnem sui instantiam & voluntatem: quia non valeret, secundum Fely. in d. c. sicut. licet Ang. contrarium voluisset in Authen.
57 vt defuncti seu funera, quod est rigorosum, † & priuilegium sepulturæ hæredes sepulti concomitatur, vt post sepulturam vexari pro debitis defuncti non possunt infra nouem dies, & hoc in honorem sepulti. C. de sepul. viol. Auth. item qui domum. & Auth. sed nec ante. Per quæ iura dicit Bar. in l. interdum. ff. de iudi. se plures defendisse viduas, quæ mortuo marito intra an-
58 num tutorem filiis non petierant dari: † quia vltra annum gaudent nouem diebus, quibus non tenentur exire domum. Facit quod voluit Bartol. in l. j. §. eleganter.
59 ff. de lib. agn. † Nec pariter sequentes funus quantumcunque extranei vexati, aut in ius vocari possunt. l. 2. ff. de in ius voc. & quantum sit mortuorum sepulturæ fauendum patenter nobis ostenditur in Ecclesiastico ibi, Noli mortuo denegare gratiam, i. sepulturam. 13. q. 2. in ecclesiastico. quæ etiam pro maleficio suspensis & occisis non est deneganda. can. quæsitum. eadem causa & quæstione. facit tex. in c. ad Apostolicam. de simo. vbi ex fermento hæreticæ prauitatis procedunt fictitia sepulturæ impedimenta. Expedit enim reipublicæ non minus mortuos humari, quàm viuentes conseruari, secundum Bald. in l. fin. C. de negot. gest. prout nobis exemplo tradiderunt Cyrus, Alexan. & Cæsar glorioſi Imperatores, qui se suis mandarunt in testamentis in nuda terra humari, vt refert Leonar. Aret. epistol. 94. Nam cadauer remanere non debet insepultum, imò tumulandum in memoriam humanæ conditionis. l.
60 quidam in suo. ff. de cond. instit. † Nec valeret dispositio testatoris in contrarium, vt ibi est text. not. & glo. in cap. nunc autem. 21. distinction. Refert Marcellinum iussu sancti Petri, qui in somnis Marcello Papæ apparuit, fuisse sepultum, non obstante quòd in pœnam peccati sui sepulturam cadaueris proprij vetuisset.
61 Narrat pariter Valerius lib. j. cap. 7. tit. † de somniis. de Simonide, qui cum naue ad litus descendisset, compertum in arenis cadauer ilico sepeliri mandauit, ob quod in tantæ charitatis retributione à spiritu defuncti monitus, ne die sequenti nauigaret, ipso in terra manente cæteri eius socij procellis perierunt maritimis. Hic pariter Simonides fuit à ruina seruatus, vt idem refert Valerius, eodem libro, cap. 8. titul. de miraculis, in hæc verba: Æquè Diis immortalibus acceptus Simonides, cuius salus ab imminenti exilio defensa, ruinæ quoque subtracta est. Cœnanti enim apud Scopam in Cranone, quod est in Thessalia oppidum, nunciatum est duos

iuuen

BIU Cujas

iuuenes ad ianuam veniſſe magnopere rogantes, vt continuò ad eos prodiret: ad quos egreſſus neminem reperit ibi. Cæterùm eo momento temporis triclinium, in quo Scopas dominus domus epulabatur collapſum, & ipſum & omnes conuiuas oppreſsit. Quid hac felicitate locupletius, quam nec mare, nec terra
62 ſæuiens extinguere valuit? Hæc ille. † Igitur non immeritò impedientes ſepulturam ſunt infames, vt dicta Authen. item. Quam ſcilicet infamiam non ſolum euitauit, ſed innatam ei charitatem non certè timore pœnæ, ſed virtutis amore exercens, imò ferè in toto regno die ſepulturæ, laudes prædicantur defunctorum. Quod à Solone ortum habuit, qui è ſeptem ſapientibus vnus vrbem Athenarum quaſi nouam ciuitatem moribus ac legibus condidit. Hic talis ac tantus Philoſophus inſtituit, vt clariſsimorum virorum laudes in funere prædicarentur, ſi defuncti fuerant virtuoſi: quia vitioſorum virtutes fingere, & contra veritatem laudes prædicare, eſſet peccatum, vt pulchrè Bart. Boſſus tertiæ partis, Epiſtola 64. licet hodie theologi, & malè, diuites laudent. Et ſicut ſunt defuncti honorificè ſepeliendi, ita decet ſemel ſepultos ibi perpetuò manere: nec poſſunt eorum reliquiæ de loco ad locum tranſferri. l. nemo. C. de religio. ſub pœna violatoribus ſepulchrorum indicta, & decem librarum auri vltra. l.
66 qui ſepulchra. in fine. C. de ſepulchro violato. Præſertim ſi beati exiſtant, de quibus vox ait: Nolite tangere Chriſtos meos. & in l. nemo. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Nemo, inquit Imperator, martyres diſtrahat.
63 † ob quod graui fuit vltione punitus Clodoueus ſecundus Francorum rex Chriſtianiſsimus, & bonorum operum optimus artifex, de quo Gaguin. lib. 3. cap. 4. ſic dicit: Huiuſmodi religioſis operibus cum maximè operam daret Clodoueus Dagoberti regis filius, neque vllis agitaretur bellis aperto beati Dionyſij feretro brachij partem inde abſtulit. Quod eam & ſi reuereter haberet, protinus tamen mente proſternatus humi concidit: ſecutæque ſunt per Dionyſium templum tenebræ & rerum omnium obſcuritas, vt qui illic aderant pauitantes citiſsimè inde aufugerent, rex etſi inſano non diſsimilis eſſet, brachij partem ablatam auro circundatam, & gemmis multis decoratam
67 beato corpori reſtituit, ſimúlque donaria monaſterio attribuit, quibus meliorem ſibi mentem recipere poſſet. Qui etſi paulo meliuſculus extiterit, præ ſe tamen tulit inſaniæ veſtigium, quo annos duos afflictus tandem interiit expleto regni ſui anno 16. Chriſti 662.
68 64 † Non ſic fecit Ioſias rex, qui oſſa tollens mortuorum certificatus de ſepulchro viri Dei, qui venerat de Iuda, ait: Dimitte eum, nemo commoueat oſſa eius. Et intacta manſerunt oſſa illius cum oſsibus Prophetæ, qui venerat de Samaria, 4. Regum, cap. vigeſimotertio. Etiam ſi non vt beati honorentur eorum reliquiæ prohibentur transferri, vt dicta l. qui ſepulchra. Quod
65 † exemplo nos docuit Ludouicus vndecimus, domini noſtri Francorum regis genitor, qui cadauer Agnetis (licet ei aduerſata fuiſſet) moueri non permiſit, quamuis impedimentum rei ſacræ foret, de quo Gaguin. libro decimo, cap. 1. & 2. ſic dicit: Fuit Agnes (quæ bella nuncupata eſt) Carolo vij. Ludouic. patri pellex, de qua conſtans fama fuit eam à Carolo adamatam fuiſſe, fuit namque admodum lepida & faceta, luxúque & veſtium cultu ſupra mulieris modeſtiam gloriabunda. Qui faſtus non niſi grandi ſumptu ducitur: eius pompæ impenſam ad amorum mercedem Carolus facere credebatur. Accedebat ad ſtupri ſuſpicionem propinquorum Agnetis ad dignitates eccleſiaſticas repentina promotio, ea in diuæ Mariæ templo, quod in caſtello Lociarum eſt, ſepeliri voluit, condito lx. millium aureorum teſtamento, datóque ſacerdotibus annuo prouentu in medio templi choro ſepulchrum ſibi extrui impetrauit. Ad eum locum aliquando diuertens Ludouicus, ſciſcitatus cuius hoc eſſet monumentum: Eſt, inquit vnus ex clero, Agnetis illius, quam propter formæ decorem bellam vulgus appellauit. Et quia nobis impedimento eſt ſepulchrum, vellemus cum tua venia alio aliquo ſacello reponere. Non æquum, inquit, rex poſtulatis, quamquàm enim illa dum vixit mihi fuit multum aduerſata, mulieris tamen buſtum contra leges non violabo. Sed nec vos arbitror illius cadauer ſine largo eius munere hîc collocaſſe, ſeruate bene facta quod viuenti promiſiſtis. Nefas vobis eſt hinc mouere ſepultam. Vt autem illius cauſa obnixiores Deum orare ſciatis, accipite donum ſex millia librarum, & hoc dicens nummos iuſsit ſacerdotibus tradi, quos in perpetuos templi reditus impenderent. Erat ſi quidem Ludouic. à pietate non alienus, quantum ex rebus à ſe geſtis liquet, & nedum reliquiæ defunctorum, imò quicquam eſt in vna eccleſia tranſferri non debet in aliam, etiam tegulæ, vel alia ſegmenta ædificij, vel ornamentorum: quia non eſt diſcooperiendum vnum altare pro cooperiendo aliud. † & hoc expreſsit Quintus Fuluius Flaccus cenſor Romanus, qui ſua durante cenſoria, tegulas ex Iunonis templo in ædem, ſeu templum Fortunæ, quod Romæ faciebat, tranſtulit, ob quod dementia percuſſus, & liberis orbatus interiit, de quo Valerius libro primo, tit. de neglecta religione, ſic dicit: Quintus autem Fuluius Flaccus impunè non tulit, quòd in cenſura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ templo in ædem Fortunæ equeſtris, quam Romæ faciebat tranſtulit, negatur enim poſt factum mente conſtitiſſe. Quinetiam per ſummam ægritudinem animi expirauit, cùm ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterum deceſſiſſe, alterum grauiter audiſſet affectum. Cuius caſu motus ſenatus tegulas Locros, id eſt, locum ſic vocatum, vbi Iuno colebatur, tegulas reportandas curauit, decretiſque circunſpectiſsima ſanctitate impium opus
67 cenſoris retexit. Hæc ille. † Punitus etiam fuit Dagobertus Francorum rex, ſupradicti Clodouei genitor, qui valuas eccleſiæ beati Hylarij tranſtulit, vt dixi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam.* in quarto & vltimo ſucceſsionum articulo, loquendo de venatio-
68 ne. † Vnde reſtat defunctis ſepulturam eſſe tradendam, & inuiolabiliter conſeruandam. Nam homo ille ſanctiſsimus Thobias, qui eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibuit, Thob. j. Imò Pyrrhus gentilis Epirotarum rex, vt Eutropius refert, quàm fauendum ſit ſepulturæ, licet paganus foret oſtendit, qui cùm mille octingentos ex Romanis in bello captos teneret, ſummo honore tractauit, multóſque defunctos licet hoſtes honorificè ſepeliuit. Sic & Cæſar caput Pompeij hoſtis ſui. Tales pulchrè commendauit propheta eximius. 2. Reg. 2. Vos benedicti à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. Non immeritò per illum textum eccleſia defunctos ſepelire inter opera miſericordiæ præcepta connumerauit. & leges per illationem mortui locum fieri religioſum decreuerunt, Inſt. de rerum diuiſione. ☞ §. religioſum. vt dixi. [Imò non valeret teſtator in
69 contrarium diſponere, vt d. l. quidam in ſuo. † Vbi obtemperari nō debet ei, ſi ſuum cadauer proiici in mare mandauit, ſicut non obtemperatum fuit dicto Soloni

Philo

Philoſopho ex vij. Græciæ ſapientibus ſecundo, qui Cypro moriens hæredibus mandauit oſſa ſua in cinerem diſſoluta per omnem prouinciam diſſeminari. De priuilegio & fauore, & quantum ſit accuratè fauendum ſepeliendis cadaueribus elegantiſsimè poſuit Ioan. And. multorum dicta præſertim Valerij recitans ſuper rub.
70 j. de ſepul. † Præterea ſanè intelligatis per illationem mortui locum religioſum fieri, & locus ille erat omnino ſanus, id eſt inſolidum, & à nullo dependens domino, vt quia allodialis erat, & aliis ſine conſenſu ſocij vel domini non poſſet dedicari. Inſt. de rer. diuiſ. §. religioſum. & l. ſi. ff. vt in poſ. leg. aliâs fauore religionis dedi-
71 cari poteſt ad libitum poſſeſſoris.] Et inde eſt, † quòd modus teſtandi ſaltem inter ſapientes inoleuit, vt priore loco teſtamenti diſpoſitio ſepulturæ teſtatoris deſcribatur ante bonorum ordinationem, quòd à Thobia habuerunt, Thob. 4. in princ. Quibus omnibus carent ſeipſos ſcienter occidentes, vt videtis, vt impleatur quod de peruerſo ſcribitur Hier. 22. Quòd ſepultu-
72 ra aſini ſepelietur, † quod locum non haberet in illo, qui furore aut phreneſi ſe occidit, ſecundum gl. in d. c. placuit. Idem crederem, ſi dormiendo, quia dormiens furioſo comparatur. cle. j. de hom. & idem ſi in ebrietate conſtitutus ſe interfecerit: quia dementi comparatur, cùm ebrietas mentis inducat exilium. c. à crapula.
73 de vi. & ho. cle. † & ebrius delinquens non punitur pro delicto commiſſo, ſed ſolùm pro culpa nimię potationis. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. vbi doct. Et eſt mirabile, quia licet additio peccati ad peccatũ ſemper faciat plura peccata, vt clarè dicit Apoſt. ad Rom. c. j. non tamen ſemper facit maiorem grauitatem, vt vnum propter aliud magis puniatur: imò cõtingit, quòd primum ſic diminuit ſecundum, quòd ambo ſimul iuncta non tantam habent grauitatem, nec tantam merentur punitionem, quantã haberet ſecundum per ſe acce-
74 ptum. † Nam homicidium perpetratum ab homine ſobrio grauius eſt quo ad Deum, & etiam quo ad pœnã fori contentioſi, quã ſi perpetraretur ab homine ebrio, ita quòd ꝓpõderat ebrietati & homicidio ex illa ſequenti, quãuis ſint duo peccata, ſecundum Lyram Ioan. 9. in fi. Quoniam in puniendis delictis ponderatur animus, & propoſitum delinquentis, cùm voluntas & propoſitum diſtinguant maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de fur. quæ voluntas ceſſat in homicidio per ebrium & mentis exulem commiſſo. Et relinquitur ſic impunitum, etiam ſi in principem fuiſſet commiſſum. l. j. C. ſi quis imp. mal. prout etiam nobis exemplo tradidit Pyrrhus Epirotarum rex, de quo Valer. lib. 5. c. j. tit. de humanit. & clementia, ſic dicens: Æquè mitis animus Pyrrhi regis, qui cùm audierat apud quoſdam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum, accerſitos qui & interfuerant percunctabatur, an ea quæ ad aures eius peruenerant dixiſſem? Tunc vnus ex his, inquit, niſi vobis vinum defeciſſet, iſta quæ tibi relata ſunt præ his, quę de te loquuturi eramus ludus ac iocus fuiſſet. Tam vrbana crapulæ excuſatio, támq; ſimplex veritatis confeſsio, iram regis conuertit in riſum. Qua quidem clementia, & moderatione aſſecutus eſt, vt & ſobrij ſibi Tarentini gratias agerent, & ebrij bene precarentur. Hæc ille. Videatis quæ dixi ſuper verb. *Duas habens filias.* loquendo de ſcuto regio, & triumpho liliorum. Et quæ dicam j. de ſententia iracundè lata, de Pyſiſtrato tyranno. Ad hos ebrios dicitur Ioel. j. Expergiſcimini ebrij, flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinũ in dulcedine: quoniam periit ab ore veſtro. Talibus enim duplices maledictiones ſeu punitiones dabuntur, vt habetur ij. Eth. Non intelligitur ſecundũ menſuram peccati, vt ibi declarat Lyra Ioan. 9. in fi. De vini intemperantia diuus ille Bern. ſic dicit in epiſto. de cura domus, & regimine rei familiaris. Qui in diuerſitate & abundantia vinorum ſobrius eſt, ille eſt æternus Deus. Ebrietas nil rectè agit, niſi cum cadit in lutũ. Sentis vinum, fuge conſortium. Sentis vinum, quære ſomnum plus quã colloquium. quĩ ſe ebrium verbis excuſat, ſuã ebrietatẽ apertè demõſtrat. Malè ſedet in iuuene vina bona cognoſcere. Fuge medicum ebrium, præſertim ĩ te volentem experiri. Videatis qualiter alios de ſimili
75 morbo curauerit. Hæc ille. † Et maximè in fœmina eſt deteſtandus vini vſus: quia vt dicit Valer. lib. 6. c. 3. tit. ſeuerit. quæcunq; fœmina vini vſum immoderatè appetit, & virtutib. omnibus ianuam claudit, & vitiis aperit. Vide quæ de ſomno, & ebrietate dixi in verbo, *Dotem*
76 *quam ei ded.* † [Vnum tamen notabitis, quòd ſeipſum ☞ occidens conſcium alicuius criminis, non ſolùm moritur inteſtatus, ſi realiter & actualiter ſe occiderit, ſed etiam ſi occidere ſe voluerit, taliter quòd per ipſum nõ ſtetit. Quia fortè fuit ſibi occurſum, & obuiatum. l. ſi. §. ſi autem. ff. de his qui mor. ſibi conſc. & l. omne delictũ. §. qui ſe vulnerauit. ff. de re mil. Et eſt tex. opt. ĩ l. ſi quis aliquid. §. fi. ff. de pœ.] Si autẽ teſtator ſe occiderit, non ob cõſcientiam criminis per eum perpetrati, ſed tædio vitæ, vt fecit Dido, vel ob impatientiam doloris, & in-
77 firmatis, vel aliàs, † vt fecit Cato poſterior Stoicus Philoſophus, quẽ aliqui Vticenſem appellant, eò quòd victoriam Cæſaris impatienter ferens voluntatiq; vnius à cætero rempub. Romanorum ſubiiciendam fore videret, Imperio Cæſaris fundato, eiq; ſubiici nolens, apud Vticam ciuitatem ſeipſum occidit, vt habetur in j. de ciuit. Dei, c. 24. Ipſe enim, qui in Vticam ciuitatem ſe receperat, vltima nocte vitæ ſuæ, dum Platonis librum de immortalitate animæ legeret, poſito ad caput gladio, duo hæc in rebus extremis inſtrumenta perſpexit, alterum, ſc. Platonis librum, vt mori vellet, alterum vt poſſet, ſc. gladium. Compoſitis ergo rebus ſuis ſtricto gladio, nihil, inquit, egiſti fortuna, omnibus conatibus meis, quibus dictis impreſsit collo gladium, & mortuus eſt. Ex quo Vticenſis Cato dictus eſt, de quo Valerius lib. 3. c. 2. titul. de fortitudine, ſic dicit: Tui quoque clariſsimi exceſſus Cato Vtica monumentum eſt, in qua ex fortiſsimis vulneribus tuis plus gloriæ, quàm ſanguinis manauit. Si quidem conſtantiſsimè in gladium incumbendo magnum hominibus documentum dediſti quanto potior eſſe debebat probis dignitas ſine vita, quam vita ſine dignitate. De his duobus, Cæſare ſcilicet & Catone, eadem tempeſtate concurrentibus pulchrè in Catilin. refert Salluſt. illorum cõtemporaneus. His, inquit, duobus genus, ætas, eloquentia propè æqualia fuere. Magnitudo animi, par etiam gloria, ſed alia alij: Cæſar beneficiis & munificentia magnus habebatur, integritate vitæ Cato. Ille manſuetudine & miſericordia clarus factus, huic ſeueritas dignitatem addiderat. Cæſar dando, ſubleuando, ignoſcendo: Cato nihil largiendo gloriam adeptus eſt. In altero miſeris profugiũ, in altero malis pernicies. Illius facilitas, huius conſtantia laudabatur. Poſtremò Cæſar in animum induxerat laborare, vigilare negotiis amicorum nouorum, ſua negligere, nihil denegare quod dono dignum eſſet, ſibi magnum imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, vbi victus enitеſcere poſſet. At Catoni ſtudium modeſtiæ, decoris, ſed maximè ſeueritatis erat. Non diuitiis cum diuite, neq; factione cum factioſo, ſed cũ ſtrenuo virtute, cum modeſtiæ pudore, cum ignoſcente abſtinentia certabat eſſe, quã videri bonus malebat. Itaque quo minus petebat gloriã, eo magis aſſequebatur.

Hæc

BIU Cujas

Hæc ille. De quo etiam meminit Valer. lib. 4. c. 3. tit. de abstin. & contin. in prin. dicens, quòd ex eodem naturę vtero, & continentia nata est, & Cato. super quo dicit commentator: hanc prouinciam, s. Hispaniæ Cato tam integro animo tanquam castis manibus exercuit, vt neque fides, neque religio, neque diligentia in ea administratione defuerit. Nam inter ipsas omnis generis voluptatum materias versatus ab omni cupiditate manus, oculos, animi cum summa laude & admiratione cohibuit, & velut aurum in fornace, sic est Catonis continentia in ea, & alia administratione probata. Nam inter auri & argenti cumulos, atque inter omnis generis delitias versari, quas abundè Asia refert, & ab his rebus quas mortales primas putant, manus & animum abstinentes habere, hic qui fecerit præstantissimæ integri- 81
tatis homo, Deóque proximus iudicari potest. Vnde meritò dici potest, cum ipso Catone natam esse continentiam, tamen (vt dixi) manu propria animi magni-
78 tudine se interfecit. † [Eodem mentis proposito vsus
☞ est Scipio, namque infeliciter Gn. Pompeij generi sui defensis in Africę partibus classe Hispaniam petens, cum animaduertisset, nauem in qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transuerberauit, ac deinde prostratus in puppi quærentibus Cæsarianis militibus, vbînam esset Imperator, s. nauis: Respondit, Imperator se bene habet: tantúmque eloqui valuit, quantum ad testandum animi magnitudinem æternæ laudi satis erat. Hæc Valer. maxim. lib. 3. c. 2. tit. de fortitud.] Sic & Saguntinorum ciuitate triennio postquam Annibal effectus fuit Imperator, fame oppressa, vt diuus refert Aug. Famis magnitudine diu pasta suorum cadauerib. deniq; omnium fessa rerum, ne saltem capti ua in Annibalis manus proueniret, ingentem rogum publicè struxit, in quem ardentem omnes se communi
79 consilio miserunt. † Et finaliter Annibal ipse cum in eam perductus fuisset necessitatem, ne à Romanis caperetur, confestim gustato veneno, quod in annulo more regio gerebat, animam expulit, eoq; genere mortis à Romanorum vinculis se liberans decessit. Qui nunquam (vt Trogus ait) sine bellis cubans cœnauit, nunquam inter innumeras captiuas miræ pulchritudinis puellas castitatem perdiderat: nunquam in insidiis suorum, aut etiam inimicorum proditus fuerat. Et idem Cymbrorum vxoribus viris captis vel occisis contigisse Orosius refert. Hi omnes non conscientia criminis, sed dolore perditionis reip. patrię sę sibi mortem consciuerunt, tamen testamenti factionẽ non perdiderunt. Idem si causa iactationis testator se occideret, prout fecerunt plures Philosophi, præsertim Empedocles, secundum gl. de ipso & Didone loquentem in l. si quis filio exhæredato. ff. de iniust. rup. test. Sed Lactantius dicit eum sibi mortem intulisse, eò quòd animas æternas suspicabatur, feliciter vt post mortem viueret, sicut Zenomanus fecit, vt refert idem Lactan. pariter Theobrotus Ambrochiota è muro se præcipitem dedit præ desyderio melioris vitæ, vt narrat Tul. libr. j. Tusc. quæst.
80 † Similiter si quis se occideret propter miserias huius vitæ fugiendas, prout fecerunt multi tempore Ægesiæ philosophi, qui tantæ fuit eloquentiæ, quòd politè narrando miserias huius seculi vi eloquentię multos traxit ad se occidendum. Tamen nimis creduli fuerunt, cum ipse non se interficeret, de quo Valer. lib. 8. c. 9. tit. de vi eloquentiæ. Quantum, inquit, eloquentia valuisse Ægesiam Cyrenaicum arbitramur & Philosophum, qui sic mala vitæ repræsentabat, vt eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta multis voluntariæ mortis appetendæ cupiditatem ingeneraret? ideóque à rege Ptolemæo vlterius hac de re differere prohibitus est. Hæc ille. Idem si quis se occidat causa pudoris æris alieni, vt fecit quidam aduocatus, secundum Ric. Mal. quem refert Io. Andr. in add. Spe. tit. de pœn. §. j. vers. 2. quæro an vulnerans seipsum, &c. vbi latè hæc omnia disputat, & Bal. in proœ. s. 8. col. de clerico seipsum percutiente, an sit excommunicatus. Idem si non sponte proiecit se in flumine, vel de fenestris, vel fugiens aliquem credens natando euadere, vt in c. ex parte. 2. de sepul. Tunc etiam testamentum non irritaretur, sed mortę confirmaretur, ac si naturaliter moreretur, vt est tex. iuncta glos. in l. si quis filio exhæredato. §. proinde. ff. de iniusto rup. test. facit tex. in l. quis sit fugitiuus. §. idem ait interrogatus. ver. nec eum quidem, qui eum. ff de ędil. edict. cum §. seq. † Et idem si testator se interficeret intuitu diuini honoris, ne, sc. vituperium exerceatur in proprio corpore redundans in Dei vituperium, sicut timebat Saul, j. Reg. vlt. ne in ipso, qui principalis erat in populo, fierent ludibria in contemptum Dei Israel. Et hoc modo Rasias videtur se interfecisse, 2. Machab. 14. Nec tamen propter hoc vituperatur in scriptura, imò
82 potiùs laudari videtur. † Hoc etiam modo Sampson se interfecisse legitur, vt habetur Iud. 16. Et tamen in epistola ad Hebr. xj. in Catalogo sanctorum connumeratur. Sic plures sanctæ mulieres, de quibus solennizat ecclesia, seipsas occiderunt, ne infideles luxurias exercendo eis abuterentur contra diuinum honorem. Quibus casibus secundum Hebræos nedum licet, imò meritorium est se interficere, & opprobrium cupiditate viuendi velle viuere, vt Marcus Aquilius Romanus fecit, de quo Valer. lib. 9. c. 13. tit. de cupiditate vitæ, sic dicit: Marcus Aquilius cùm sibi gloriosè mortem consciscere posset, Mitridati, sc. Romano hosti, maluit turpiter seruire, quem quis non immeritò dixerit Pontico supplicio, quàm Romano Imperio digniorem: Quoniam commisit vt priuatum opprobrium publicus rubor, id
83 est, verecundia, existeret. Hæc ille. † Tamen August. de ciuit. Dei, vbi s. tales non excusat, nisi hoc fecerint instinctu diuino nobis occulto. Quia indignum & iniquum est animam eiicere, quam nobis eius conditor deposito commisit, nemo sanæ mentis inficias ierit. Vnde Seneca ad Lucillum epist. 34. Quotidie, inquit, moriuntur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, ridiculum tamen est currere ad mortem tædio vitæ, vel alia occasione: quia vir fortis, & sapiens fugere vitam non debet, sed exire. Cùm idem dicat ad eundem epistola 77. Nec vita sit tædio, nec mors timori: imo non solùm si sponte, aut propter passiones seculi huius vitandas, seu vt perennem vitam citius consequatur. Sed
84 † etiam si metu tormentorum falsa confiteretur in iudicio crimina contra se, grauiter peccaret. Adeò quòd si confessionis huiusmodi prætextu ad mortem damnaretur, quam saltem in extremis non remaneret, certè in peccato mortali decederet & damnaretur. quoniam hæc omnia prohibuit Deus sub generali præcepto, Non occides. c. si non licet. 23. quæstio. 5. secundum Panorm. in d. cap. ex parte. ij. de sepul. Ideo debent esse cauti confessores, vt tales falsas confessiones faciant ipsis condemnatis reuocare priusquam executentur ad mortem. Et ideo summè videtur reprobum Massiliæ ciuitatis Græciæ institutum antiquum, quo cuique licebat seipsum occidere, quoties aliquo vehementi gaudio delibutus erat, & hylaris factus, ne fortuna mutaretur in deterius, cùm secundum Boetium in primo libro de consolat. summum sit infelicitatis genus fuisse felicem: vel quoties aduersa turbatus erat fortuna, ne perseueraret, permittebatur se occidere, saltem se

morti

BIU Cujas

morti offerre,& cauſam coram ſexcentis viris ad ciuitatis regimen inſtitutis,qui videntes cauſam illarum aliquam ſubeſſe,permittebant venenum cum cicuta, id eſt,herba illa venenoſa temperatum & mixtum, quod ibi publicè aſſeruabatur dari occidere ſe volenti. De quo Valer.lib.2.tit.de inſtit.antiq.ſic dicit: Venenum cicuta temperatum in illa ciuitate,ſc.Maſſilienſi publicè cuſtoditur,quod datur ei,qui cauſam ſexcentis(id.n.ſenatus eius nomen eſt) exhibuit, propter quas mors ſic illa expectanda cognitione virili beneuolentia temperata, quæ neq; egredi vita temerè patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet, vt vel aduerſa vel proſpera nimis vſi fortuna(vtraque.n.finiendi ſpiritus illa,ſc.aduerſa fortuna ne perſeueret,hęc,ſc.proſpera ne deſtituat,i.derelinquat,rationem præbue-
85 rit)probato exitu terminentur.Hæc ille.† Olim.n.venenum publica erat Athenien.pœna,qua hodie non vtimur,ne ars intereundi occulta & proditoria communicetur.Vnde dicit tex.in l.j.C.de malef.& math.quòd plus eſt veneno extinguere,quàm gladio occidere: tamẽ prohibitum eſt ſibi quoquomodo mortem inferre. Et hoc eſt, quod dicit gl.ord.alleg. 2.Mach.14.His,inquit,exceptis, quos lex iuſta generaliter & ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter occidi iubet,quiſquis hominem
90 vel ſeipſum,vel quemlibet alium occiderit, homicidij crimine innectetur.Vnde & ſcriptura lib.huius,quę ab eccleſia ad legendũ pro informatione recepta eſt,non videtur hic Raziam arguere, ſed magis commẽdare ex ſuiipſius interfectione: & ſi prædicta non ſufficiant ad
91 eius excuſationem, poſſet dici,quòd hoc fecit ſpeciali inſtinctu ſpiritus ſancti. Omnes.n.homines ſunt Deo mortis debitores,quod debitum poteſt, Deus quandocunq; vbicunq; & quomodocunq; vult repetere,vt patet per manum propriam vel alienam.Hæc ibi.Et ſunt
92 in effectu verba Aurel.Aug.lib.j.de ciuit.Dei. De quo plenè in d.c.ſi non licet. 23.q.5. Videatis etiam per Lyram & Burgen.in addi.alleg.j.Reg.vlt.Et quia ex quacunq; cauſa non licet ſæuire in ſeipſum, & quia ſi quis hoc fecerit diuino inſtinctu,aut diabolico ſuaſu,eſt no
93 bis occultum: videmus hodie ſeruari,quicunq; ſe interficiet,in ſterquilinio ſepelitur tanquam deſperatus,priuatus eccleſiaſtica ſepultura, velut excommunicatus.
86 Dicit etiam Bal.in d.proœm.†Quòd ſi monachus ſanguinolenter percutiat ſe in eccleſia, talis eccleſia erit polluta & interdicta. De Didone tamen qua de cauſa ſe occidit dicam vobis alibi,vt ponit Hieron.contra Iouin.lib.j.cui potiùs crederem,quã gl.3.d.5.proinde.& plus quã fabuloſo Poetæ in 4.Æneid.Vnum quòd ſ.tetigi notabitis pro fin.huius 2.fallen.quòd in dubio pręſumitur quis ſe occidiſſe alia de cauſa, quã conſcientia criminis per eum perpetrati, vbi de aliquo crimine nõ erat adhuc accuſatus, nec pro eo captus vel alio modo præuentus, ſecundum Bar.in d.l.ſi.de his qui mor.ſibi conſc.vbi dicit,quòd etiam ſi quis poſt præuentionem ſe occiderit,poſſent hæredes occiſi eum purgãdo,&bona conſeruãdo probare quòd alia de cauſa ſe occiderit quã timore pœnæ propter crimẽ ſimile inferẽdæ,quod
87 eſt not. † Tertiò fallit reg.noſtra,vbi teſtator moreretur & occideretur per ſententiam iudicis, iuxta illud Eccl.24. Teſtamentum huius mundi morte morietur. Et notanter dico per ſententiam iudicis, cum nemini priuato liceat etiam delinquentes occidere,iuxta illud Iudæorum dicentium,nobis non licet interficere quenquam,ſed ſoli iudici hoc permittitur: quia vindicta priuata,quãuis ſuã quis vel ſuorum proſequatur iniuriam, eſt interdicta.Et ſi quis pro iniuria præterita ſecus faceret, animi moderatione careret, & grauiter peccaret: nec teſtamentũ occiſi inſiti maretur tali morte,ſed con-
88 firmaretur.à iudice profectò eſt petenda vltio.† Vt exẽplo tradidit nobis Marcus Bibulus moderatiſsimus Romanus,qui propriorum filiorũ necem vindicare recuſauit,cum ei occiſores oblati fuiſſent.De quo Valer. lib.4.c.j.ti.de moderat.animi,ſic dicit: Qui,Bibulus,ſ. cum in Syria moraretur prouincia, duos egregiè indolis filios ſuos à Gabinianis militibus Ægypti occiſos cognouit,quorum interfectores ad eum vinctos regina,ſ. Ægypti Cleopatra,miſit,vt grauiſsimę cladis vltionem arbitrio ſuo exigeret.At ille oblato beneficio,quo nullum maius tribui lugẽti poterat,dolorem moderationi cedere coegit, carnificéſq; ſanguinis ſui intactos eueſtigio ad Cleopatram reduci iuſsit: dicendo poteſtatem huius vindictæ non ſuam,ſed ſenatus eſſe debere. Hæc ibi.Pro quo facit tex.in l.qui iuriſdictioni præſt.ff.de iur.om.iu.in ſolis ergo iudicib.permittitur vltio etiam ad mortem,quæ teſtamenta non firmat,ſed irritat. po-
89 teſt † enim iudex quem occidere ſine peccato propter eius publicã authoritatem,& rei flagitium,ſeu facinus, crimen aut delictum.Nã quicquid agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum,& corpus ſuum,flagitium eſt.Sed quicquid agit,vt noceat alteri,facinus eſt.
90 Et hęc ſunt duo genera omnium peccatorum.†Sed flagitia ſunt priora,quæ cum corruperunt animum ad facinora profilitur.Sunt.n.flagitia in dictis vel cogitationib.quę cogitationes nõ puniuntur cõiter iſto iure fori. l.cogitationis pœnam.ff.de pœ. Sed facinora ſunt in
91 factis. † Vnde illa dicuntur flagitia,à flagitando facere quod ſibi nocet,& ideo ſibi nocet,quia in foro cõſcientiæ talia flagitia puniuntur: vel à flagitando corruptelã libidinis, quæ etiam nocet ipſi cogitanti, ſi conſenſum adhibuerit,& per ipſum non ſteterit.Sed dicuntur faci
92 nora à facti commiſſo,quia facit quod alteri nocet:†aliquando tamen facinus ſonat in bonam partem, & in bona ſignificatione ratione adiũcti: quia diſcernitur ex adiuncto: vt quando dicitur pulchrum facinus,aut prę-clarum facinus, vt plenè per Arch.in c.flagitia.32.q.7.
93 Facinus aũt continet ſub ſe delictum & crimen.†Delictum eſt quod committitur ex animo delinquendi ſeu nocendi,vel quoties nocetur ſine animo,vt l.j.C.de ſic.
94 †Crimen eſt,quod animo & volũtate delinquendi cõmittitur,veluti furtum,ſecundum gl.l.j.C.ſi ad.del.poteſt ergo iudex reum occidere propter crimen & facinus,aut aliam iuſtã cãm,iuxta illud Aurel.Aug.de libe. arb.lib.j.homicidium eſt hominem occidere.Põt tamẽ alius alium aliquando occidere ſine peccato.Nã & miles hoſtem,&iudex malefactorem non obſtante errore aliquorum putantium ſub præcepto illo non occides, de quo dixi ſ.in pręced.caſu fall.in prin.occiſionem cuiuſcunq; hominis etiam malefactoris eſſe prohibitam, vnde iudices & officiales occidentes reos appellant homicidas,quòd eſt falſum, ſecundum Tho.in d.tract.de x.præceptis.Et plenius in 2.2.q.74.art.2.cõtra quos dicit Aug.Quòd Deus qui hoc præceptum dedit,non ſibi per hoc poteſtatem occidendi abſtulit,qui Deut.32. Ego occidã,& viuere faciam.& Gen.9.Quicunq; effuderit humanum ſanguinem,fundetur ſanguis illius.Iudices ergo iuridicè occidẽdo reos,mãdato Dei occidũt qui legẽ ſtatuit vt rei occiderentur,Moyſi dicens. Non permittes maleficos viuere ſuper terrã.& Pau.ad Rom. 13.non ſine cauſa gladium portat iudex: miniſter.n.Dei eſt,vindex in iram ei qui malum agit: nam intelligitur illud pręceptum de occidente hominẽ propria autho-
95 ritate,nõ de iudice procurãte.†Qui tamen pronus eſſe non debet ad occiſionem,cũ in ipſo pœnarũ capitalium debeat eſſe vltimũ recti iudicis remedium.debet enim

deuios

BIU Cujas

deuios ad viam reuocare, nunc per minas terrendo, nunc verberando, nunc incarcerando, & aliis leuiorib. remediis, ita quòd ad mortẽ properare non debet, nisi cùm alia remedia sunt consumpta, vt per Io. Fab. in l. j. C. de sum. Trin. & in rub. Inst. de pub. iu. dicit Iustinianum præclarè demonstrasse per situationem illius tit. in fi. vol. docendo iuuenes, quòd in ipso pœnarum capitalium debet esse vltimum iudicis remedium. Et quia mors est venenum, quod vt plurimum reperitur in cauda parte extrema animalis, & sic iudicium mor-
96 tis debet esse vltima intentio iudicis. † Antiquum. n. diuinæ iustitiæ, & proprium semper extitisse sacris memoratur in literis, reuocare peccatores ad vitam via ac ordine triplici, vocibus præconum & vatum, largitate quoq; benefica, flagello deniq;, si duo priora non corrigãt: Et hoc clarè Vlpianus edixit in l. j. ff. de iust. & iur. §. j. ibi, bonos non metu pœnarum, verùm præmiorum quoq; exhortatione efficere cupientes, &c. Debet. n. iudex subiectis paternã exhibere prouidentiam, in aut. de man. prin. §. festinabis. Et dolere, & qua
97 si inuitus trahi ad pœnas. † Nã si glorietur in morte hominis, sicut aliqui faciunt, homicida est. c. miles. & c. cum minister. 23. q. 5. Aliàs meretur percutiendo incorrigibiliter, de isto iustitiæ temperamento in recto iudice requisito diuinè admodum loquitur magnus ille Greg. in 4. part. xx. lib. Moral. c. xj. Omnis, inquit, qui rectè iudicat, staterã in manu gestat, in vtroq; penso iustitiã, & misericordiã portat. Sed per iustitiam reddit peccati sentẽtiam, per misericordiã peccati temperat pœnã, vt iusto libramine quædã per æquitatem corrigat, quædã verò per misericordiã indulgeat. Qui Dei iustitiã oculis suis præponit semper timens & tremens in omni negotio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians cadat. Et vnde non iustificabitur, inde protinus condemnetur. disciplina. n. sine misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Vnde circa subditos inesse debet iudicibus, & iustè consulens misericordia, & piè subueniens disciplina. Hinc est, quòd semiuiui illius vulnerib. qui à Samaritano in stabulum ductus est, Luc. x. adhibetur vinum & oleum, vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur quatenus vnusquisq;, qui sanãdis vulnerib. præest in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Per vinum mundantur putrida, per oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate & faciendum quoddam ex vtraq; temperamentum, vt neq; multa asperitate exulcerẽtur subditi, neq; nimia benignitate soluantur. Quod & illa tabernaculi arca signat, in qua cum tabulis virga simul & manna est, clarè demonstrans, quòd vbiq; in iudice est virga districtionis, sic & manna dulcedinis. Hoc etiã cognoscens rex regum, & eximius prophetarum Dauid Ps. 22. Virga, inquit, tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt: quia virga à domino percussus fuit, baculo sustentatus. Sit ergo in iudice districtio iustitiæ, quæ feriat. Sit & consolatio baculi, quæ sustentet. Sit itaq; amor, sed non emolliens. Sit rigor, sed non exasperans. Sit zelus, sc. iustitiæ, sed non immoderatè sæuiens. sit pietas, sed non plusquam expediat parcens. In regimine ergo debet vtrunq; iudex miscere, vt nec disciplinę desit misericordia, nec misericordiæ disciplina. Hæc ille. Et ad epm Constantinop. idem ait Greg. Quid autem de episcopis, qui verberibus tueri volunt canones, dicam? Bene enim nouit fraternitas vestra, pastores. n. facti sumus, non percussores. Vnde Apost. prædicator egregius, argue, inquit, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. 45. dist. per tot. Et ô igitur iudices (inquit Iacobus) magni clementiam vestris iudiciis assistricem facite: his indulgere acquiescatis, quorum conditio vestra est, quibus etiam similes fieri potestis, si vos sublimat fortuna, naturam quæso propriam non negligatis. Mementote vos cupere Deum propicium iudicem habere, & c. Hodie, proh dolor, curiosius quàm oporteat sunt iudices delictorum temerarij inquisitores. Qui vtinam diuum audirent Bernard. in canticorum sermonib. Caue, inquit, esse alienę conseruationis aut curiosus explorator, aut temerarius iudex, etiam si perperã actum quid deprehendis. Nec sic iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes. Puta ignorantiam, puta surreptionẽ, puta casum: qui si omnino omnem dissimilitudinem rei certitudo recusat: Suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temetipsum, vehemens fuit nimis tẽtatio. Quid de me illa feciſſet si in me accepisset similiter potestatem? Pręterea nemo fermè tam porrò inutilis est qui aliquantula bonitate non præest: neq; quispiam tam summę & cõsummatę virtutis, qui sine exceptione laudari possit ad vnguẽ. Ideo iis præcipuè indulgendum est, quib. adest syncera veniam petẽdo humilitas, vt pulchrè cecinit Ouid. ad Cæsarem, sic dicens:

His precor exemplis tua tunc fortissime Cæsar
Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Ira quidem iusta est, nec me meruisse negabo.
Sed nisi peccassem quid tu concedere posses?
Materiam veniæ sors tibi nostra dedit.
Si quoties peccant homines sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit, & c.

Quasi velit, quòd iustitia sine misericordia iustitia nõ
98 est, imò seueritatis speciem gerit. † Tunc igitur punienda sunt delicta, vbi spes conuersionis nulla habetur. In quorum punitione misericordia etiam exercetur: quæ. n. illa iustitia inimica bonitas palpare criminosos & vulnera eorum vsque in diem iudicij incurata seruare. c. § quis diaconus. 50. dist. imò iudex q crimen repertum non vindicat, tegere vt conscius crimi
99 na festinat. l. 2. C. de com. & mer. † Non. n. potest iudex maius bonum offerre Deo, quã iustitiam facere de criminosis: nec pinguior victima potest mactari, quàm homo iniquus, vt dicit Senec. in tragœd. secundũ Pau. in l. nemo deinceps. C. de epi. au. facit tex. in c. nec his. §. illud quoque. 16. q. 1. Nec olim Galli (Cæsare in suis comment. de bello Gallic. lib. 6. referente) alia gratiora diis immortalib. esse arbitrabantur, quam supplicia eorum, qui in latrocinio, aut aliqua alia noxa erant deprehensi: imò tantus (vt ibi dicitur) erat in Francia iustitiæ zelus: quòd cum eius generis copia deficeret, etiam ad innocentium supplicia deos malorum punitione placare cupientes descendebãt: malè tamen in hoc intelligentes rationem l. prouinciarum. C. de fer. cùm multo sanctius sit facinus nocentis impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare. l. absentem. ff. de pœ. Et solos nocentes tenere debet vindicta. l. sancimus. alleg. hîc. Tanta etiam cõtinentia vixerunt Romani priscis temporib. vt minutos & minimos excessus punirent, qui vt dicitur in §. placuit. Inst. de oblig. ex delict. excusari poterant, & sine scandalo reip. dissimulari. In quo eos Valer. laudat lib. 8. c. 2. tit. de priuatis iudiciis. Multus, inquit, sermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidam furti damnatus est, qui equo cuius vsus illi vsque Ariciam à Roma decem milibus passuum distantem commodatus fuerat vlteriore eius municipij cliuo vectus esset. Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius seculi laudemus, in quo tam minuti à pudore excessus puniebantur? Quinimò ex

delict

BIU Cujas

delicto alieno, putà serui, vel ancillę in dominum agitur, vt saltem pro noxa eum dedat, Inst. de noxal. act. per tot. Et quod acrius est, si meum animal damnum dederit contra naturã sui generis, teneor de pauperie, Inst. si qua. pau. fe. di. per tot. licet in bruto non cadat animus delinquendi: quia aliqua culpa domino animalis imputatur, qui negligẽter animal custodiuit. Adeò quòd si canis meus comedit carnes tuas, teneor actione vtili de pauperie, licet contra naturam suam canis non deliquerit: cùm satis sit de natura canis comedere carnes, tamen teneor. Quia sicut in actione legis Aquiliæ consideratur culpa hominis, ita in hac actione de pauperie culpa animalis, talis, sc. quæ cadere potest in eo. Ex quo dicit Io. Fab. in §. j. alleg. ti. si qua. pau. fe. di. quòd eo tunc tenebor, vbi canis fregit vas, aut cistam, vbi erant carnes, vel fortè terruit custodem ferociter rodendo, vel fortè euertit ollam bullientem, vbi erãt carnes: secùs si canis reperit carnem sine custode in loco patenti. quia tunc nõ tenebor propter culpã tuam in negligenter custodiendo carnes. Plus dico, quòd etiam crimina punienda sunt, licet casualiter bonus effectus reipub. sequeretur, secundum Pe. de An. in rep. c. j. de const. vbi dicit, quòd si ingressus domũ alicuius de nocte, scrinium surripuit, in quo erant literæ proditionis ciuitatis: hoc patefacto non euitat pœnã furti, quia intentionem habuit furãdi. Vnde fortuna quę felix fuit ciuitati nõ debet attẽdi, sed solus animus. Ideo si occiderem volentem prodere ciuitatem, non cõsidians bonum publicũ, sed propriam passionem, morte puniendus essem, acsi alium occidissem: secùs si intentio furantis aut occidentis esset hoc facere, vt reip. prodesset: vt fecit Cneus Flauius, qui lib. legum de secreto subtraxit, & pop. Rom. tradidit pro bono publico legendum, ob quod tribunus plebis creatus est. l. 2. §. postea. ff. de ori. iu. quia nõ propter suum lucrum, sed vt reip. prodesset, hoc fecit. Videatis Fel. in c. j. col. vlt. ver. & istum tex. amplia. de pręsum. Quod est not. pro iudicib. vt diligentes sint ad extirpandum malefactores. Inde videmus,† quòd capi potest asinus cuiuslibet de populo, aut currus pro portãdo malefactorem ad furcam condemnatum, secundum Bar. per illum tex. in l. iubemus nullam. C. de sa. san. ecc. Bal. & Sal. in l. fi. ff. de pign. act. in quo beatus fuit Simon Cyreneus, quem de villa venientem exeuntes milites inuenerũt, & angariauerunt, vt tolleret crucem Iesu, cùm iniustè duceretur ad supplicium, Mat. 27. & Mar. 15. Imò constitui potest de publico salarium, ac præmium ei, qui malefacientem ceperit, & iudici pręsentauerit puniendum. l. cùm Nauarchorum. in fi. vbi Bar. & Io. de Pla. per illum tex. C. ne quis lib. inui. act. reip. ger. cog. lib. xj. nisi esset vilis persona, quia cogi posset secundum Bal. in d. l. fi. & Christoph. Porc. Inst. de his qui sunt sui vel al. iu † Iudex enim qui malos percutit, in eo quòd mali sunt, minister Dei est, prout dicit ille barbatus Hieron. super Ezec. lib. 4. Et idem super Hierem. homicidas, inquit, sacrilegos, venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. & super Esa. dicit, Non est crudelis, qui crudeles iugulat: sed crudelis ideo vocatur, quia crudelis patientibus esse videtur. Nam suspensus latro patibulo crudelem semper iudicem putat. Nam pessimus quisque asperrimè rectorem patitur, vt dicitur in epistola j. ad Cæsarem senem de repub. contra illud Catonis:

Quod meritò pateris patienter ferre memento.

De quo etiam plenè 23. q. 5. per tot. Tamen nulla maior æquitas in natura, quam hominem exterminare crimi nosum, qui homo non est, sed bellua, quę se armat contra naturam, vt pulchrè dicit Bal. in c. super hoc. in fi. de ren. pro hoc est tex. in l. vt vim. in fi. ff. de iust. & iu. & clarior in l. probrum. ff. de ver. sig. Quoniam vt ait Senec. lib. 4. de benefic. hominem nõ faciunt vngues, neq; dentes terribiles, sed nudus datus est, vt nulli videatur inimicus. Et Boet. lib. 3. de consol. prof. 2. Insertа, inquit, est naturaliter mentibus hominum veri summiq; boni cupiditas. subiungens lib. 4. Et qui virtute deserta homo esse desinit, cùm in diuinam conditionem transire non possit, vertitur in beluam. & Tull. lib. Paradox. Tu cùm tibi siue dea siue mater (vt ita dicam) rex omnium natura dederit animum quo nihil est præstantius, neque diuinius: sic teipsum abiicies, atque prosternes, vt nihil inter te & quadrupedem putes interesse? Quid enim (inquit Valer. lib. 9. c. j. de Annibale loquens, vitiis fœdius? quid etiam damnosius? quib. virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam conuertitur? animiq; pariter & corporis vires expugnantur? Cùm igitur quilibet dicat hominem se velle fore, cur per delicta facit homo, vt bestiæ comparetur? Nunquid Lycaonem Archadiæ regem aduenas, & subditos deprædantem ac Deo Ioui de sanguinolenta cæde, & rapina cibum offerentem, thalamo eius flãma consumpto rabidum fuisse transformatum in lupum fingit Ouid. j. Metamorph.

Ego, inquit, vindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates,
Territus ipse fugit, nactusq; silentia ruris
Exululat, frustraq; loqui conatur. ab ipso
Colligit os rabiem, solitæq; cupidine cædis
Vtitur in pecudes, & nunc quoq; sanguine gaudet.
In pilos abeunt vestes tinctura lacerti,
Fit lupus, & veteris seruat vestigia formæ, &c.

Etiam Io luxuriata in vaccam ilico cõuersa fingitur, secundum eundem Ouid. in j. Met. Peior est enim quã bestia malus homo, & plus nocet, secundum Philos. 7. Eth. & j. Polit. Sic Nabuchodonosor in beluam propter peccatum à catholicis conuersus legitur, Dan. 4. Sunt enim delinquentes veluti pecora cõtra naturam agentes, vt animalia bruta, in auth. de incest. nup. col. 2. Quod satis demonstrat Psalmista Ps. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus; quibus non est intellectus. Et sequitur: Multa flagella peccatoris, & c. id est multę pœnæ ei infliguntur. His ergo homo, non bestia: non te voluptas vnius horę seruum faciat rei vilissimę, inquit Io. Fab. vbi s. Ait etiam Bal. in c. j. vt lit. pen. quòd influentia astrorum non excusat delicta reorum, nisi tollat sensum intellectus: quia scriptum est, Sapiens dominabitur astris. † Nã pœnas ob maleficia lui & solui magna ratio suadet. l. si reo. in fin. ff. de fideiuss. Cùm publicè interfit crimina puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aq. vt pœna vnius metus sit multorũ. l. j. C. ad l. Iul. rep. & ne per impunitatem audaces fiant, qui mali fuerant nequiores. c. vt famæ. de sent. exc. Vnde Aug. de ciuit. Dei, Non est, inquit, innocentiæ, id est boni viri parcendo sinere, vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentiæ officium non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere à peccato, vel punire peccantem, vt aut ipse qui prius odio habebatur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. Nam qui vitiis nutriendis parcit & fauet, peccatorem nutrit, & bonos inficit: quia impunitas aliquorum plures alios morti tradit: & exitio multos tradit, qui liberat multorum exitia cogitantem: & qui eum supplicio afficit, omnes saluos facit, in Auth. de mand. princip. §. non permittas. verſ. homicidia. vbi bona gl. in verbo, supplicium. Et idem August. eodem libr. de

ciuita

ciuita. Dei. xix. ca. xvij. circa finē. Pertinet, inquit, ad innocētis officium nō solum memini malum inferre, verum etiam cohibere à peccato vel punire peccatū vt aut ipse qui plectitur corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. Mali profecto homines, vt inquit Bal. in l. Cassius. ff. de senatorib. expelli debent ab omni honore, quia seruiūt diabolo, & sunt sine cōscientia: boni verò diligi debent, quia Deus eos deli-
103 †git, & semper vincūt. Et † maius in repub. facere nō potest ipse iudex etiam pro bono delinquentium, quàm non punitionem dissimulare peccatorū, sed in primordiis occurrere nec parcere, iuxta illud ij. Machab. vj. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere
104 magni beneficij est indicium. † Præterea omnis qui iustè iudicat, quanuis delinquentem occidendo, dicitur cum eo facere misericordiā in eo, q̄ inter flagella ad pœnitentiā eū inuitat, & à maioribus peccatis in futurū committendis eū præseruat, pro quibus fortè æternaliter puniretur: & peccato finē imponit, secūdū gl. in c. omnis qui iustè. xlv. dist. & hoc est quod Catilina in ij. responsione ad inuectiuā Ciceronis dicebat. Summa, inquit, est misericordia in parricidam subitū suppliciū animaduertere: q̄ vt dixi, is peccatis suis finē ponit, & de perpetrato satisfit: & si pœniteat, talis pœna mortis, si est sufficiens pro delicto prodest, vt in alio seculo amplius non puniatur pro eodē delicto. Cùm Deus non iudicet bis in idipsum. Imò Græci nec denegant ei sacramēta ecclesiæ, nec sepulturam etiam solennem. ca. fi. xiij. q. ij. & in cle. j. de pœnitē. & remis. & clariùs in cap. quid ergo. xxiij.
110 † Et maximè debent iudices occidere illos, qui enormia cōmiserunt delicta, quorum calamitate illa chri
mari non debent. l. obseruandū. ff. de offi. præsi. Cùm enim tales dimittuntur nec puniūtur, publicum gaudium & lætitia turbatur, vt d. l. nemo. vbi Bald. in iij. notabili. C. de epis. aud. Et ira Dei in nos prouocatur à quo per delictorum punitionem venia speratur, ac populi incolumitas procuratur, vt d. l. prouinciarum C. de feriis. præsertim quando assueti delinquere puniuntur, qui veloci executione à terra sunt exterminādi, nec gaudēt venia Paschali, vt d. l. nemo. per quē tex. dicit ibi Guliel. de Cun. quē sequitur Bald. Quòd
111 † qui geminat delictum, sperare non debet veniam. Adeò, q̄ non valet indultum principis super cōdemnatione secunda, nisi fiat mētio de prima: quia videtur surreptitium. † Ideo qui semel habuit gratiā de
112 vno homicidio, quod cōmiserat, deinde pro secundo homicidio vult gratiam impetrare, debet in hac secunda mentionem facere de prima, secūdum Guliel. ibi: inde dicit Barba. in cap. super literis. de rescript. vidisse Bononiæ quēdā decapitari, q̄ in secūda tacuerat primā gratiā. idē Iason in l. prę scriptione. in fi. C. si cōtra ius vel vtil. publi. facit optimè. cap. ij. de fil. pres by. lib. vj. Pariter si quis delinqueret, eo quia scit regē vel principē de proximo venturū, qui cōsueuit saltē in primo aduentu omnia delicta remittere, & delinquētes captos elargire, vel sciebat pacem inter principes de proximo promulgandam, cuius obtentu remittenda sunt damna hincinde & delicta perpetrata non cōprehenderetur talis sub dicta generali abolitione, quia natura æquum est eum non esse impunitū qui hac spe audacior factus est. l. j. §. j. ff. si quis test. liber esse iussus fuerit. quod facit contra plures gentes armorum guerræ Franciæ, vt dicit Masue. titul. de priuil. in princip. Et contra illos, qui delinquunt spe remissionis & abolitionis consequendæ: quoniam abolitio postea obtenta non prodest eis, nisi de hoc

mentio

105 † Sepulturæ tamē tradi nō possunt sine permissione principis cui est confiscatū cadauer. l. fi. ff. de cada. puni. quod fuit patēter in Christi passione seruatū: quia Ioseph ab Arimathia nobilis decurio petiit à Pilato, q̄ vice principis fungebat, corpus Iesu pendēs in patibulo, nec tradi possunt medicis ad anathomiā faciendā. quod Bar. ibi relinquit cogitandū, in d. l. fi. Et licet puniti per iustitiam perdāt omnia politica quo ad honores, vitā & bona: tamē in foro cōscientiæ nō
106 perdūt diuina ad salutē animæ necessaria. † Et possēt tāta esse contritio in eo, qui iustè pro delicto occiditur, q̄ mors in totum satisfaceret pro ipso. vnde Hieronym. Christus in paradisum de cruce latronē tulit, & homicidij pœnam fecit martyriū. de pœnit. dist. j. c. importuna. Quæ omnia arguunt iudicē solicitum esse in punitione delictorum. Præterea ex impunitate maior nasceretur peccandi licentia: ob quod Plato dicere solitus erat neminem prudētem punire
107 quia peccatū est, sed ne peccetur in posterū. † Ideo licet bonus iudex primò pacem tractare debeat inter litigantes. c. studendum. xc. dist. Tamen vbi agitur criminaliter ad pœnā, non debet partes ad concordiam reducere, ne faciat præiudicium fisco. Præterea quia expedit peccata nocētū nota esse vt no. l. eū qui. ff. de iniur. secundū gl. in dicto cap. studendū. quā sequitur Io. de Pla. in l. litibus. de agri. & cēsi. li. xj. C. & vt nota fiant, & in totius populi exemplū punitio eorum cedat, fieri debet executio palā & publicè, ac de die, & non nocturno tēpore: aliàs præsumeretur contra iudicē: quia q̄ malè agit, odit lucē, Ioā. iij. c. cōsuluit. de offi. deleg. Hos profectò qui ad suppliciū ducuntur, sequi solet populi multitudo, & maximè pueri, qui vt à talibus caueant maleficiis verberari solēt secundū gl. in l. addictos. C. de episc. aud. & de die fieri
108 debet executio, & publicè. † Vnde tempore Caroli vj. Francorum regis reprehensus valde fuit & emendat⁹ præpositus Parisiēs. qui de nocte duos patibulos suspenderat scholares. De quo Gagui. lib. ix. cap. iij. Quo, inquit, tēpore duos, ex schola Parisiana scholasticos propter cædē à se factā cùm Guliel. Tignōcillus Parisian⁹ prę ses ad patibulū nocte appositos strāgulari iussisset, ne si segnius fecisset, homicidę libera rentur, coactus est schola apud iudices suā ignominiā persequente scholasticos patibulo depositos osculo mortuis exhibito, & lecticæ impositos ecclesiæ restituere, aurigante carnifice, qui equo insidens lineam instar sacerdotis vestē induerat. Eorū scholasticorū etiam nunc sepulchrū in porticu diui Maturini Pari
109 †siens. cum epigrammatæ visitur. † In criminibus enim puniendis iudex esse debet conformis legibus, quæ appellantur inexorabiles, in l. fi. C. de tabula. lib. x. cōtra quarū authoritatē & dispositionem nō licet effundere preces: quia sunt res surdæ & cōstātes, quæ non mouentur precibus, quin cuilibet merenti dent præmia, & demerenti supplicia. l. j. ff. de iusti. & iure. secun. Io. de Pla. in d. l. fi. Ex quo ille Græcus Solon è septem sapientibus vnus putauit rempublicam duabus rebus contineri, scilicet præmio & pœna, vt hinc boni ad virtutes inuitentur: quia gloria maximè homines ad virtutem concitat, iuxta illud Ouidij: *laudatáque virtus Crescit, & immēsam gloria calcar habet.* Illinc, scilicet per pœnam mali à flagitiis arceantur, etiam pœna mortis si debeatur. de quo Horatius in epistola ad Quintum: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Videatis gl. in l. j. §. j. ff. de iustitia & iure.

mentionem in ea fecerint, & princeps eis remiserit.
113 † Cùm de qualibet qualitate delictum aggrauãte fit mentio fienda in cõfessione ad fines obtinẽdæ veniæ, per tex.in d.l.j.§.j.quẽ Bar.ibi notat cõtra prẽfectum vrbis Romæ,q coronat imperatorẽ,& imperator de cõsuetudine satisfacit oĩbus suis creditoribus. Vnde cùm præfectus sentit aduẽtũ principis audacior fact⁹ multa debita cõtrahit spe liberatiõis fiẽdæ à principe:ideo à talibus debitis liberari non debet. Nec ille à pœna delicti vel carcere, qui sciẽs principẽ venturũ,cuius aduẽtu rei liberant,deliquit, vel iã deliquerat,& vt liberarẽ in carcere se posuit. Et idem dicit cõtra eos q̃sub spe pacis fiẽdæ delinquũt,vt nõ cõsequãtur immunitatẽ, facit c.relatũ.de senten.excom.
Adde eundẽ Bened.in quæst.an occidere peccat.lic.nu.
114 *36.j.in ij.part.*†vbi seruus atrociter percutiẽs clericũ ea intentione,vt vadat Romã ꝓ absolutione, qua occasione liberẽ à seruitute & potestate domini, nõ reportabit illã cõmoditatẽ, vt ire teneat Romã: sed sub potestate domini remanẽs ab episcopo põt absolui:facit dictum Ange.in l.is qui bonis.ff.qui bo.cede.
115 pos.dicenti: † q̃ cõtrahẽs plura debita sub spe q̃ liberabitur cedẽdo bonis, nõ liberabitur cessione bonorum,si hoc appareat. Videatis Fely.in c.fi.de testi. Et tempore quo audiebam leges,vidi quẽdam decapitari Tolosæ,qui sub spe & cõfidentia habendi gratiam à rege,hominẽ occiderat:&de hoc ante delictũ se iactauerat,q̃eum occideret,quia pro decem scutis gratiã haberet,in qua hoc tacuit, ex quo tanquã surrep-
116 titia ei non profuit.†Cùm grauius sit peccatum sub confidentia veniæ perpetratum, vt patet ex prędictis. Vnde eo nõ obstãte per iudicem talis est occidendus, etiam si statutum pœnã corporalem conuerteret in pecuniariam: quia locum non haberet, nisi in semel delinquente:cui venia debetur.l.omnes.vbi Bar.C.de delatorib⁹.lib.x. quia humanũ est peccare, & diabolicũ perseuerare.l.alia causa. C.de his quib⁹ vt indig. Ideo delicta reiterata non veniunt in cõpositione priuilegio statuti. Imò in præsenti regno per ordinationem regiam prohibetur quibuscunq; iudicibus regiis & rectorib⁹ inferiorib⁹ recipere criminosos ad cõpositionem sub pœna priuationis iurisdictionis,sed puniri debent pœna delicti:&ita ordinauit Carolus filius Ioannis Francorum regis, anno domini M.cccl vj. tunc regnum in absentia patris regens. (Additio.) Quam ordinationem posuit domi. Auffrerij in tit.de accusa. Heu me quò abiit aurea illa prima ætas, quæ recta ratiõe viuens iudice aliquo non egebat,qui delicta puniret,quæ non erant. Cùm homines innocenter viuerent, ideo aurea fuit dicta, seu aureum seculum ab auro metallorum preciosissimo. Quo seculo regnante Saturno (vt ex Lactantio habetur) omnium rerũ erat plena tranquillitas: non furor sæuiebat armorum,non auaritia hominum fluctibus cõcusserat vitam:& cessantibus rastris inarata grauidas fruges terra promebat. Otiosa erat ac secura vita mortalibus,ac sine vicissitudine temporis cõtinua veris gratia fruebantur. De qua ætate meminit Boëtius in j.de consolatione ibi, Felix nimium prior ætas contenta fidelibus armis &c. Et pariter Ouid. lib.j Metamorph.sic dicens:

Aurea prima sata est ætas,quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectúmque colebat:
Pœna metúsque aberant,nec verba minantia fixo
Aere ligabantur,nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui:sed erant sine iudice tuti,
Nullaque mortales præter sua littora norant.
Non galeæ,non ensis erat,sine militis vsu
Mollia securè peragebant otia gentes.
Ipsa quoq; immunis,rastróq; intacta,nec vllis
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus.
Contentíq; cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus modò tantáque fraga legebant &c.

Deinde secundum seculum,seu secũda ætas, vt idem dicit Lactantius in argenteam ab aureo colore migrauit, cùm primum & æstus ardentior cœli & grauiora frigora incubuere mortalibus: tunc meditata domorum tutiora secreta fuerunt: antea aut in antris habitabant, aut incolebant fructeta syluarum. Semina etiam tũc primùm sulcis cœpere cõmittere. Cum iam terra solita hominibus denegaret alimenta. De hac secunda ætate, quam Saturno aurei seculi rectore cœli arce deiecto teneret Iuppiter,meminit idem Ouid.allegato Metamorph.lib.j.in hæc verba:

Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso
Sub Ioue mundus erat,subiitque argentea proles,
Aureo deterior,fuluo pretiosior ære,
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,&c.

Tertium seculum succesſit ærẽ argento iam durius, in quo cœperunt homines inuerecũdius viuere. Nã cupiditate habendi auaritia cum perfidia exorta est: inde mare peruium factum dum diuitiæ requiruntur. Terra quoq; antea cunctis communis,limitibus terminisq; discreta est, & in venis eius nõ solùm frumẽta quæsita sunt,sed etiam metalla inuenta crepuerũt. Quartum seculum ferreum à rigore dictũ est, quod in tãtam rabiem furoris erupit, vt omnia scelera cupiditatis excelleret. Nam,vt ipse dicit Lactantius, ab odiosa vita insanientis auaritiæ cessationibus ad parricidia vsque peruentum est. De quibus ambabus vltimis vbi suprà idem meminit Ouidius.

Tertia post illam successit ænea proles
Senior ingeniis,& ad horrida promptior arma,
Non scelerata tamen de duro est vltima ferro:
Protinus irrupit venæ peioris in ævum,
Omne nefas:fugere pudor verúmque fidésque.
In quarum subiere locum fraudésque dolíque,
Insidiæq; & vis & amor sceleratus habendi.
Vela dabant ventis:nec adhuc bene nouerat illos
Nauita,quæq; diu steterant in montibus altis
Fluctibus ignotis insultauere carinæ:
Nec tantùm segetes alimentáque debita diues
Poscebatur humus,sed itum est in viscera terræ:
Quáque recondiderat,stygiísque admouerat vmbris
Effodiuntur opes,irritamenta malorum.
Iámque nocens ferróque nocentius aurum
Prodierat,prodiit bellum,quod pugnat vtroque
Sanguineáque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto,non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero,fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis,illa mariti,
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas,& virgo cæde madentes
Vltima cœlestum terras Astræa relinquit,&c.

Postquã ergo in hac vltima ætate aut seculo ferreo,in quo sumus,vitia orta sũt,& delicta quæcũq; necesse fuit condere leges prẽmia bonis,& pœnas malis indicẽtes,etiã capitales&mortis,vbi qualitas debiti hęc suaderet,ac iudices creati à quib⁹ iudiciũ etiã capitis redderẽt: quod per antea incognitũ fuerat. Nã teste
117 Plinio naturalis historiæ,lib.vij.cir.fin.† Primum iudicium capitis Athenis in Areopago actũ est.quia nil æquius quã q̃ peccatũ puniatur morte, si eam exigat:

nec

BIU Cujas

nec consideratur solũ mẽbrũ, quod delictũ cõmisit: quia si hoc esset, sequeretur q̃ homicidiũ, aut furtum vel aliud delictũ cõmissum per manũ, nõ imputaret homini ad culpã, sed cõsideraretur manus, vt separata à corpore. Idẽ in adulterio si solũ cõsideretur mẽbrũ genitale separatũ à corpore. Et sic tot⁹ homo nõ occideretur ꝓpter delictũ ab vno mẽbro cõmissum. Sed in quibuscũque delictis puniendis cõsideratur totus homo, & mẽbrũ quod deliquit cõsideratur, prout est aliquid hominis motũ à volũtate ipsius: & sic act⁹ peccati exercitus per aliquod mẽbrũ, putà manũ vel pedẽ nõ est volũtarius volũtate manus vel pedis, sed voluntate totius hominis, qui manũ disposuit, & mouit ad delinquẽdum. Ideo totus homo punitur, & occidit ꝓ delicto per vnũ mẽbrũ executo volũtate hominis motũ ad hoc faciẽdũ. Quia sola volũtas & ꝓpositũ distinguunt maleficia à nõ maleficiis. l. qui iniu-
118 riæ. ff. de furt. † Et inde videm⁹ homicidia & cætera delicta per infantẽ vel furiosum cõmissa esse impunita propter defectũ volũtatis qua ipse caret. Quia vnũ scilicet infantẽ, tuet innocentia cõsilij, quia ætas illa quicquid videt ignorat. l. j. C. de fal. mone. Alterũ verò, scilicet furiosum, excusat infelicitas fati. l. infãs. ff. ad legẽ. Cor. de sica. l. diuus. ff. de offic. præsi. & in clei. si furiosus. de homidio. Idẽ in dormiẽte, vt ibi: & etiã in ebrio, qui etiã volũtate caret motus vini impetu, cũ ebrietas mentis exilũ inducat. c. à crapula. vbi Panor. & cæteri de vi. & ho. cle. Or, domini scire de-
119 betis. † q̃ iudex delinquẽti inferre potest triplicem mortẽ, scilicet naturalẽ, spiritualẽ, & ciuilẽ, secundũ gl. in §. si igitur. in Auth. de cõsang. & vterinis fratribus. col. vj. Primò potest inferre naturalẽ, per quã fit animæ & corporis separatio, quod multis crudele videtur, cùm mors sit vltimum terribilium. l. vlti. ff. de pœ. Sed ratio publici imperij prætorẽ nimis asperũ existimari non patitur, imò sicut se in viris puniẽdis seueritas exercuit, sic se in fœminis quidẽ supplicio afficiendis segniorẽ, id est tardiorem aut pigriorẽ nõ egit. dicit Val. li. vj. c. iij. tit. de seuerita. ꝓ quo facit l. quisquis. C. ad. legẽ. Iul. maie. Et (q̃ plus est) tãta cõscientia vixerũt homines pristinis tẽporibus, vt minimos excessus punirent, qui excusari poterãt, & cõsequenter sine scandalo reip. dissimulari, vt patet in §. placuit. Insti. de obli. quæ ex delicto. de quo veteres Ro. laudat idẽ Val. li. viij. c. ij. ti. de priuat. iudi. in hęc verba de quodã furti damnato: Multus, inquit, sermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidã furti dãnat⁹ est, qui equo cuius vsus illi vsq; Ariciam, id est, vrbẽ illã à Roma decẽ millibus passuum distantẽ cõmoda tus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus esset. Quid aliud hoc loci quã verecũdiã illius seculi laude mus, in quo tã minuti à pudore excessus puniebãtur? q. d. multũ profectò verecundi sicut dicendi & laudãdi sunt, qui puniebant excessus excusabiles & minimè turpes: & Galli pl⁹ fauebãt vt §. dixi nu. 99. forte
120 innocentes puniẽdo. Plus dico, † q̃ etiã crimina punienda sunt licet casualitur bonus effectus rẽpub. sequereꝫ, secũdum Pet. de Ancha. in repe. c. j. de cõsti. vbi dicit, q̃ si ingressus domũ alicuius de nocte surripuit scriniũ, in quo erant literæ proditionis ciuitatis: hoc patefacto nõ euitat pœnã furti. quia habuit animũ subtrahẽdi & furandi. Vnde fortuna, q̃ fœlix fuit ciuitati, nõ debet attendi, sed solus animus. l. diuus. ff. de sica. licet aliãs Cneus Flauius, qui librum legũ de secreto subtraxit, & populo Ro. exemplandum tradidit, nõ punitus: sed tribunus pleb. fuit factus. l. ij. §. postea. ff. de orig. iur. & dixi §. in prologo huius ope-

ris: quia intẽtio illius erat furari: vt prodesset reipub⁹ & hoc intendebat. Sed in casu nostro intentio delinquentis erat & animus ex toto ad dãnum alterius & lucrum suiipsius, secundũ Feli. in c. j. vlti. col. versic. & istum tex. amplia. de præsum. Ideo si prodere volentem rempub. quis propria passiõe occideret, nõ considerans nec aduertens ex hoc bonũ publicũ venturũ morte puniretur, acsi alium occidisset. Et ꝓpter illã mortẽ efficeretur quis intestabilis. Putà quia ꝓpter delictũ fuit dãnatus ad mortẽ naturalem. Nam tunc efficitur intestabilis per sententiam, imò testimoniũ antea factũ perit & irritatur, & tali morte cõfirmat, quãuis ante processum & inquisitionẽ criminalẽ cõ-
121 tra ipsum formatã fuisset cõditum. † Et quod fortius est periit tale testimoniũ, licet mors inducta per sententiã realiter nõ sequat: putà, quia testator post sententiã de carcere aufugit, vel in carcere aliquo casu naturaliter decessit, aliàs quã medio executionis sentẽtię: vel dũ ad suppliciũ duceret authoritate priuata arreptus fuit per vim de manibus familiæ. l. qui vltimo. & ibi Bar. ff. de pœ. pro quo est tex. in l. mulier in opus salinarum. ff. de capti. & postli. reuer. Nã tales post sentẽtiã in eos prolatã sunt ilico serui pœnæ, & sic intestabiles quocunque locorũ vadant, etiã extra territoriũ iudicis, secundũ Bal. in l. j. in vltim. q. C. de ssũ. Tri. & fid. catho. & d. l. si quis filio exhæredato. §. irritũ. ff. de iniust. rup. test. vbi Ang. & Raph. & Imol. Facit glo. & quod not. Doct. in Auth. sed hodie. C. de
122 don. inter vir. & vxo. † Sẽtentia enim per quã adimitur libertas, ciuitas, aut vita facit ilico damnatũ intestabilem. d. l. eius qui. ff. eo. tit. d. l. qui vltimo. & vtrobique Bar. & Doc. Nã posito q̃ hodie de iure nouissimo damnati ad mortẽ nõ perdãt bona, nec fisco applicentur, sed remanent legitimis hæredib⁹ ipsius dãnati, nisi in criminibus exceptis, in Auth. bona dãnatorũ. C. de bo. dã. Tamẽ illud intelligit ab intest. & non ex testõ: quia si testamentum fecisset in quo instituti essent hæredes per sentẽtiã mortis, tale testamentum irritaretur, & fierẽt intestabiles vt dictis iuribus quæ quo ad incapacitatẽ testãdi ipsius ad mortẽ dãnati nõ sunt correcta hodie per d. Auth. bona dãnatorũ. secũdũ Doct. maximè Bar. in d. l. ei⁹. §. fi. ff. eo. post gl. ibi. & in l. j. ff. de bo. dãn. & Alex. in l. ij. in fi. C. qui testa.
125 fac. pos. † Nec est inconueniens, quòd quis habeat hæredes ab intestato, & testamentũ facere nõ possit: quia & hoc etiã videmus in furioso, pupillo, aut filiofamilias: qui habẽt ab intestato hæredes, & tamen testari non possunt. Et multò magis sunt intestabiles, si tales cõdẽnati testamentũ fecerũt post sententiã capitalem in eos latam, quãuis ante executionem, cum
124 statim lata sentẽtia effecti sunt serui pœnæ. † Or cõdemnatus secũdum ius cõmune ad mortem bis moritur: primò moritur ore & verbo iudicis ipsum cõdemnantis tempore sententiæ. Sola enim sententia reddit damnatũ intestabilẽ, & testamentũ tollit prius factum, vt dicto §. irritum. & non delictum tantùm.
125 l. si quis post. ff. eo. † Et intelligatis per solã sentẽtiã iudicis damnatum reddi intestabilem, si fuerit perfecta, id est quo ad verba substãtialia integraliter facta per iudicem. Quia dum sententia vltimi supplicij legitur, ille quia damnatur mori nõ sencetur, nec serv⁹ pœnæ, donec verbum, condemnamus, fuit prolatum. Vnde excommunicatio non infertur per illa verba: Titium ex tali causa, donec iudex dixerit, excommunico: ideo si ante prolationem illius verbi appellaretur, talis excõmunicatio nihil operaretur, velut lata post appellationẽ: cum remediũ vulnus præuenerit.

BIU Cujas

Ita politè dicit Bal.in c.præterea requisisti.de appel
sed prolato verbo,cõdemnamus,ille dãnatus seruus
pœnæ illico dicitur factus,& cõsequẽter dicitur mor
tuus,& pro mortuo habetur. quod facit ꝑ decisione
Bal.in l.ex hoc iure.vlti.col.ver.sextò quæritur.ff.de
iusti.& iur.vbi dicit ꝙ ex sententia mortis nulla ori-
tur obligatio.Quia subiectum in quo cadere debet
obligatio,redditur per sententiã inhabile, & non ca-
pax. Præterea obligatio ad effectũ actionisquã parit
l.licet.§.ea obligatio,ff.de ꝓcu.semper post se expe
ctat sententiã: & sentẽtia mortis aliud non expectat,
nisi facti celeritatẽ.i.celerẽ mortisexecutionẽ.l.cum
reis.C.de pœ.vt dicã nũc.Ex sẽtẽtia cadere debet in
subiectos.& patiẽtię dispositio.l.hos accusare.§. om
nib⁹.ff.de accu.Secundò moritᵕ dãnatus realiter tẽpo-
re realis executionis,qñ fit separatio corporis & ani
mæ,secundum Bal.in l.fi.C.si.pẽd.appel.mors inter-
ue.post quã executionẽ frustra quæreretur,si occisus
testari possit,cùm velle nõ habeat neq; nolle.d.l.j.C.
de sacrosãc.eccl.Sed nec ante executionẽ testari po
test.tãquàm seruus. Et certum est seruũ testari non
posse.l.filiusfa.ff.eod.imò nec possunt illi,qui de sta-
tu suo dubitãt,an sint serui vel liberi.l.de statu.eo.tit.
126 & l.j.ff.de leg.iij.† Et idem esset,si quis ad mortẽ dã
naretur ex forma statuti:quia ex quo damnat⁹ est vl-
timo supplicio,efficitur seruus pœnę, sicut dictũ est
in dãnato de iure cõmuni,vt d.§.irritũ.tenet Io.And.
127 in c.ij.de vsu.† Ex forma statuti damnatᵕ qs in certa
quantitate,quã nisi soluat infra decẽ dies,decapitetᵕ:
quia nõ valebit ei⁹ testamentũ,nec tali morte cõfir-
mabitur,sed factũ infirmatur.videatis Bar.in d.l. ei⁹
§.fin.ff.eo.tit.Et sunt tales damnati ad mortem adeo
intestabiles,ꝙ si etiã in sententia iudex eis reseruasset
facultatem testandi,tñ ꝓpter hoc testamentum ante
vel postea ꝑ eos factum non valeret,cùm sit speciale
in milite,vt ei qñ dãnatur reseruari possit ius testãdi.
l.ex militari.ff.de test.mili.secundum Bar.in repe.l.j.
C.de sacrosan.eccle.quem sequitur Ang.& Imo.in d.
128 §.irritum.licet aliq in d.l.j. cõtrariũ voluerint.† Plᵒ
dico,ꝙ tales damnati testari non possunt etiã ad pias
causas,quia cùm tales non possunt de suis bonis dis-
ponere ꝓ liberis, quorum causa saltem in legitima
eis debita est fauorabilior.c.quicũque.xvij.q.vlti. &
glo.in l.si qs ad declinãdã.C.de episc.& cle.minᵒ po
terunt testari in fauorẽ ecclesiæ,vel alterius piæ cau
sæ,nisi,vt infrà dicam.& tenet Panor.in c. accedens.
de procu. & Io.And.in c.ij.de vsur.lib.vj. & in addi.
Specu.ti.de instru.edi.§.nunc aliqua.ver. xv. & Bal.
in l.j.C.de sacrosãct.eccle.& in iij.parte cõsi.cccxxx.
& ccclxxx.Io.Fab.& Ang.in §.fin.Insti.quib.nõ est ꝑ
129 mis.face.test.& Bal.in d.l.eius.§.si cui.ff.eo.ti.† Et
idem puta obseruãdum,vt scilicet sit intestabilis ille
qui ad perpetuum carcerem esset condemnatus:putà
clericus per iudicem ecclesiæ, qui potest ad carcerẽ
perpetuum damnare clericos.c.cũ episcopus, de of-
fi.ordi.c.tuæ.de pœ.& c.quanuis.illo eo.tit.lib.vj.vi-
deatis Panor.s.in rubr.Nam tales clerici sic perpetuo
carcere mancipati sunt quasi mortui : quia licet talis
carcer eis imponatur pro pœnitentia,tñ illa pœniten
tia est loco pœnæ,vt d.c.quanuis.secundum gl. in d.
c.cùm episcopus. & consequenter habebit effectum
pœnæ mortis , quæ damnatum reddit intestabilem,
vt subrogatum naturam sapiat ei⁹,in cuius loco sub-
rogatur.l.eum qui.§.qui iniuriarum. ff. si quis cau.&
l.j.vbi plenè Bar.ff.si quis testa. liber iussus esse fuer.
130 Et† sic tales efficiuntur serui pœnæ,cõsiderato ma
ximè ꝙ perpetuus carcer dicitur quędam seruitus,ad
quam laici per iudicem secularem vel ecclesiasticum
condemnari non possunt.l.incredibile. C. de pœnis.
131 †Cùm iure ciuili carcer solùm ad custodiam & non
ad pœnam indicatur, vt d.l.incredibile.etiam si corã
iudice ecclesiastico contra laicum ageretur de crimi
ne ecclesiastico,secũdum Io. And.singulariter in ad-
di.Spec.super tit.de offi.ordi. dicens potestatẽ iudi-
cis ecclesiastici condẽnandi ad perpetuum carcerem
habere locum duntaxat contra personas ecclesiasti-
cas,& non contra laicos, nisi in crimine hæresis.vt in
c.pen.de hæret.Ad præmissa facit glos.not.in c.quia
diuersitatem. de cõcess.præben.vbi bona clericorum
damnatorum applicãtur fisco ecclesiæ: ergo de ipsis
testari non possunt, postquàm perdunt bona & ciui-
tatem.d.l. eius qui.ff.eod. & est opi.quam *cõmuniter*
132 sequũtur doct.in d.c.quamuis.de pœn.lib.vj. †Ego
non facio dubium, quin damnati in perpetuum car-
cerem bona perdant,cùm talis condemnatio seu car-
cer perpetuus dicatur pœna capitalis,secundum Bar.
in l.j. ff.de publi.iudi. Et in præsenti regno est genera
lis cõsuetudo ꝙ ex quocunq. delicto pœna capitalis
confiscationem bonorum importat, quanuis in sen-
tentia nihil dicatur,vt dicit Masuer.tit.de pœ.§. item
in casibus. tamẽ bona talium temporalia immobilia
fisco ecclesiæ nõ pertinẽt,sed fisco regis, vel alterius
domini temporalis iuridici,in cuius sunt sita territo-
rio,& à quo tenentur, vt consuluit Oldr.consil.xvij.
& plenè dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adel.*in j.
principali articul. loquendo de descentibus qualiter
suis succedũt ascendẽtibus,& de monachis non suc-
cedẽdis.Et ꝙ bona talis ad perpetuum carcerem dã-
nati dicuntur eoipso confiscata, tenet expressè idem
Masuerus alleg.tit.de pœ.§.item si bona patris.bona
autem mobilia pertinẽt episcopo:& ita fuit aliàs de-
claratum per magnum consilium regis. & præmissa
133 militant in condemnatis.†Si autem accusati solùm,
vel de crimine capitali inquisiti decederent ante sen-
tentiam, testamentum eorum morte confirmaretur,
quanuis reperiatur in carcere factum,secundum Bal.
in l.si quid post.per illum text.ff.eod.& Bart.in l.qui
in carcerem.ff.quod met.caus.Cùm adhuc nõ essent
serui,nisi,vt dictum est,in criminibᵒ exceptis,de qui-
bus potest reus post mortem damnari. Nam cùm in
aliquibus delictis reos eoipso quòd delictũ perpetra
tur,ipso iure notatur,& à lege damnatur sine iudicis
ministerio, prout in crimine læsæ maiestatis.l. quis-
quis. C. ad legem Iul.maiest.& in crimine hæresis.
cap.cùm secundum leges.de hæretic.lib.vj. & in Au-
then.Gazaros.C.illo eod.tit. Pro quibus orãdum nõ
est post mortem, nec in vita: & in hoc reprehensum
fuit collegium doctorum Bononiæ,quoniam suppli
cabat pro domino Richardo Malumbre legum do-
ctore,qui fuerat damnatus de hęresi,secundum Bald.
in l.quicũque.C.de epis.& cler.post Iaco.But.ibi qui
fuit excellentior homo Italiæ, vt ibi dicit.Et nedum
potest memoria damnari in talibus exceptis crimini
bus,sed etiã executio fieri in persona mortua in de-
testationem criminis perpetrati, quod exẽplo nobis
tradidit Iosias rex Israel iustissimus, qui, vt legitur
iiij.Regum.xxiij.c.ossa hæreticorũ & idololatrarum
defunctorum occisis sacerdotibus colentibus Baal,
exumari & cremari fecit.Sic & Philippus huius no-
minis secundus rex Francorum Christianissimus, de
quo Gaguin.libro vj. cap.iiij. Eodem, inquit,anno
qui fuit Christianæ gratiæ M.ccvij. Almaricus Car-
nutẽn. literis apprimè eruditus, cùm apud Parisios
non paruam doctrinæ opinionem obtineret, palàm
docuit

BIU Cujas

docuit quosque Christianos mẽbra Christi corporis esse: & dum à Iudæis Christus pateretur, vnà cũ ipso dolorem atque afflictionem fuisse re vera perpessos: sed errorẽ cùm tueri non posset, damnatus est resipiscere & contrariã sententiã asserere. Ob hãc ignominiã cõtracta animi ægritudine paulo post tẽpore interiit. Fuere alij prętereà literati homines qui singulis diuinæ Trinitatis personis singula tempora per succesionẽ tribuebãt, asserentes patris omnipotẽtiã Christi aduentu desiisse. Christi verò doctrinã spiritus sancti accessu exoletã esse. Cuius hæreseos authores procurantibus Petro Parisiẽ. episcopo, atque Garino consulari viro, deprehensi honoribus & dignitate priuati sunt: laicos, id est qui extra cleri ordinẽ essent, ignis absumpsit. Fœminis verò parcitum est. At Almarici cadauer quod penes diui Martini Parisien. ecclesiã sepultum fuerat, exhumatum & crematum est. Et id idem tempore Caroli v. factũ fuisse Gagui. lib. ix. ca. ij. de quodam alio sic dicit, Superstitionis quoddam genus eodem tempore à Turlupinis, (hoc enim erat hæreticis nomen, qui se de societate pauperũm vocitari gaudebant) ortum finem cœpit, crematis eorũ vestibus & libris in foro suillo extra sancti Honorati portam. Ioanno autem de Bentona, & cum ea alter, cuius nomen historici nõ tradũt eiusdẽ sectæ in primis professores comburuntur. Hic autem quem sine nomine prætermisimus, cùm ante damnationis eius sententiam in carcere mortẽ obiisset, dies xv eius cadauer in aggere calcis ne putresceret asseruatus, & die ad supplicium prescripto crematus est. Hæc ille. [Similiter fieri vidi per arrestũ curię parlamẽti Tolosæ pronuntiatum die xix. mensis Nouẽbris anno domini M.ccccxj. de cadauere cuiusdã doctoris in medicina per iudices ecclesiasticos hęretici declarati & condemnati in carcere mortui. Cùm igitur in talibus exceptis criminibus reus in persona effectus sit & in bonis, certè talis delinquens qui eo ipso etiã ante accusationẽ est à lege damnatus, & iam per sententiam legis occisus, ilico est intestabilis, imò testamentũ prius factum rumpitur, sicut in aliis criminibus omnibus fieret per sententiã iudicis vt vidistis.

134 Et † idem puto in sodomita, vt ilico efficiat intestabilis, etiã ante omnem accusationem, vt d. ca. cùm secundum leges. Quia tales ilico dominum bonorum perdunt per sententiã iuris, licet ante declarationem iudicis de facto apprehẽdi nõ possint, vt ibi dicitur per tex. in l. defensionis facultas. C. de iure fisc. lib. x. Itẽ concluditur per gl. ex tex. illo in Auth. de incest. nup. & tenet Bal. in Auth. incestus. C. de incest. nup. quem sequitur Alexan. in l. si quęramus. in apostil. in fin. ff. eo. tit. & Bar. in l. post contractum. ff. de dona. & in l. imperator. ff. de iure fisci. & in l. cõmissa. ff. de

135 publi. & in d. Auth. de incest. nup. † vbi dicit, q committens crimen cõtra naturã amittit ipso iure dominium bonorũ suorũ. Quod dicit secus esse in cõmittente crimen læsæ maiest. qui non amittit dominium bonorũ suorũ, sed solã administrationẽ, vt etiam voluit Bal. in l. j. C. ex delic. defun. licet in vtroque memoria defuncti damnetur, prout dãnatus fuit Romæ Marcus Lectorius tribunus militum qui tali crimine accusatus se occiderat. de quo Val. lib. vj. c. j. ti. de pudicitia. sic dicit: Libidinosi centurionis supplicium Marci Lectorij Mergij tribuni militaris æquè fœdus exitus, q quominus tribunus plebis diem ad populũ dixit, quòd cornicularium suum stupri causa appellasset: nec sustinuit eius rei sententiam Lectorius, sed ipse ante iudicij tẽpus se fuga prius subtraxit: deinde etiã morte se puniuit: naturæ modũ expleuerat, fato tamẽ functus vniuersæ plebis sentẽtia crimine impudicitiæ dãnatus est. Signa autẽ illum militaria sacratę aquilæ, & certissima Romani imperij custos seuera castrorũ disciplina. [De castitate castrorũ vide quę plenè habẽtur infrà super verb. *Cuidam Petro tradi.*] quoniã cuius virtutis magister esse debuerat, sanctita

136 tis corruptor tentabat existere. Hęc ille. † Et in his criminibus exceptis, vbi etiã bona hodie confiscãtur, si liberi taliũ criminosorũ raperent, aut occaltarent bona paterna, tenerentur ad restitutionem, nisi aliãs indigentes raperẽt, vsq; ad legitimã eis iure naturali debitã: quia tunc non peccarent in foro conscictiæ, secundũ Gul. de Montelaudun in cle. pastoralis de re iud. post Henricũ hîc xv. col. vt plenè dixi super verbo, *& vxo. nomi. Adel.* in v. prin. arti. dum dixi de successione per cõfiscationẽ: aliàs si non agerẽt, tenerẽtur in foro conscientię fiscũ fraudãtes in his exceptis criminibus, quale est istud, & quædam alia. Hodie verò in pręsenti regno est generalis cõsuetudo, q omnis pœna capitalis (vt suprà dixi) importat bonorũ confiscationẽ. est .n. istud crimẽ summum nefas, & scelus pessimum, vt habetur Gen. xxxvij. Accusauit, inquit, eos Ioseph crimine pessimo: ideo licet per coitũ fornicariũ lege dãnatũ, contrahatur affinitas, vel impedimentum publicæ honestatis, secundum Innoc. & omnes in c. discretionem. & c. fraternitati. de eo qui

137 cog. consan. vxo. suę. † tamen per coitũ Sodomiticũ, scilicet extra vas naturæ debitũ vel cum masculo. l. cùm vir. C. de adul. nulla contrahitur affinitas cũ parentibus puellæ vel pueri nec viri. c. extraordinaria. xxxv. q. iij. iuncta gl. in verbo, sæpius. secundum Panor. in d. c. fraternitati. Facit quod Deo adiutore dicã

138 in verbo, *Cuidam Petro tradide.* † Præterea in hoc crimine si cũ bruto cõmittatur, punitur etiam pecus, & ambo comburuntur: quia pœna ignis huic crimini debetur, vt citius à memoria hominis scelus hoc deleatur: quod non fieret si corpora pro eo occisa in patibulo remanerẽt. de quo Leui. xx. Exo. xxij. in c. mulier. xv. q. j. & per Lyrã. Gen. xix. super verbo, ignẽ. & in c. flagitia. xxxij. q. vij. Nec huius pessimi criminis vllo tẽpore prescribitur accusatio, secundũ gl. in l. querelã. C. de fal. Imò tales vocãtur filij diffidẽtiæ. c. vt clericorũ mbres. de vi. & ho. cle. de quo in Auth. vt

139 non luxurię. contra naturã. † vbi propter hoc crimẽ veniunt pestilẽtiæ fames, & terræ motus. Et punitur pœna mortis: vt d. l. cũ vir. C. de adul. imò mũdus totus à Deo percussus, paucis exceptis psonis, diluuio interiit, Gẽ. vj. & vij. c. Et Sodoma & Gomorra igne & sulphure perierunt, Gen. xix. Et Cornelius Gallus prætorius, & Titius Aetherius eques Romanus inter vsum puerilis veneris consumpti sunt, vt Vale. refert li. ix. c. xij. ti. de morte nõ vul. qui tamẽ eorum excusare mortẽ satagit, & turpitudinẽ à catholicis reprehẽdit. De his Sodomitis, q sint eo ipso intestabiles, videatis plenè per dominum. Anastasium prelatum, in quadã q. per eum disputata incip. multos futuros esse arbitror hodie, impressa. in fi. primæ cõsiliorũ partis

140 And. Barbatię. † Sed cõmuniter alia crimina quę ad pœnam corporaliter vel bonorum cõfiscationẽ aut pœnã etiã pẽcuniariã secundũ Bart. in l. defuncto. ff. de publ. iud. morte txtinguũtur, & per consequẽs extinguitur accusatio, inquisitio, & denũtiatio criminiC. si reus vel accus. mor. fue. per totũ. & c. accusat'. §. si verò. in fine. de hæret. lib. vj. Etiã si pœna pro delicto debita foret pecuniaria, & non corporalis, secũdũ Bart. in l. defuncto. ff. de publi. iudi. Et inde videmus

BIU Cujas

q̃ vbi clericus contra clericũ agit, petens ipsum ab ecclesia remoueri,& beneficio priuari ꝓpter delictũ, põt ille accusatus omni tp̃e pẽdente accusatione beneficiũ resignare, sicut posset quidlibet de bonis suis testari & disponere.c. dudũ ij.in fin. de elec. & c. per tuas.le.j.in fi. de simo. Etiã si papa mãdasset in euẽtũ priuationis de illo beneficio ꝓuidere accusatori vel alteri:quia illi non debebitur,sed ei cui per renuntiationẽ accusati prouisum fuit.Et idẽ si morte naturali accusatus decederet, & accusatio finiretur:q̃a non deberetur ei cui papa in casu condemnationis ꝓuideri mãdabat,cũ casus nõ euenerit: sed debebitur ei cui ordinari⁹ collator prouidebit, an ei cui primũ vacãs debebatur. Nec locũ habebit hoc casu dispositio.c.si hi cõtra quos.vt lit.pen.li.vj.secundũ gl.ibi in verb. finita.quã sequitur Rota in nouis decis.cccxj.incip. si lite pẽd.&c.& decis.cccxcj.incip. Titius erat &c. Et intelligatis, q̃ extinguit instãtia, nisi hęredes pro purganda infamia ipsius defuncti accusati vel inquisiti vellent q̃ procederetur ad sententiã,q̃a tunc, vt ſ. dixi,hoc fieri posset & deberet, p̃tex. sing. in l.filios, §.Seia.ff.de adi.lega.secundũ Bal.in d.l.j. C.ex delidefun.inquantũ hęredes teneãtur.Sicut post obitum Ioannæ Dare(vulgariter la pucelle vocatæ.) cuius diuino auxilio regnum tempore Caroli huius nominis vij.Francorũ regis,occisis pro meliori parte & fugatis Anglis ereptũ, cuius victoriæ ac Franci nominis odio, & q̃ virili veste fœmina vsa esset, nec nõ de fide catholica malè sensisset,ea apud Cõpendiũ à Ioãne Luxẽburgo(qui eã Anglis venũdedit)capta à quibus hostiliter habita Rhotomagi de facto cremata in humanè fuerat.Isabel mater eius &duo sui fratres hę redes fuerunt, qui anno dominicæ incarnationis M. ccccl v.corã à sede apostolica delegatis iudicib⁹ memoriam nobilis ac virtuosæ suprà fœminæ vires canonicè purgarũt, ne fama eius tam glorioſa, & quæ tã validas nationes vicerat, posteris maculata relinqueretur.de qua &eius interitu plenè differit Gagui lib.j. c.iij. Cuius purgationis processum expost hoc anno domini M. ccccc vij. vidi in bibliotheca regia per Christianissimum regem dominum regem Lud. xij.benefactorem meum nouiter & magnificè Blesis erecta in æternam rei memoriã repositum,& in per-
141 gameno scriptum. † semper enim hæredis interest defuncti æstimationẽ purgare.dicit tex.in l.j.§. quo-
142 ties. ff. de iniur. †Præterea quo ad turpia lucra defuncti teneretur hæres ad exonerandum conscientiã defuncti,& restituere illis à quibus extorta sunt turpitudine ipsius defuncti,qui fortè furatus fuit,vel rapuit,habita tamen distinctione docto. in l.commissa.ff de publican.& in d.l.j.C.ex deli.defun.& clarius per Panor.in c.fin.de sepul. De quo videatis Io. Fab. singulariter loquentem. Instit.de perpe. & tempora. ac.§.pœnales.& tetigi super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*in iiij.arti.in fi. Vbi autem talia lucra defuncto peruenissẽt mixta turpitudine,scilicet dãtis &defuncti accipientis:tunc hęres solùm teneretur de eo, quod ad ipsum peruenisset. Veluti si propter falsum testimonium aut malè iudicando,vel occidendo qui ei datum fuisset. Quoniam hoc casu talia lucra ex vtriusque parte turpia sunt ab hæredibus auferenda, nec morte extinguũtur: imò sunt nõ his qui turpiter dederunt restituenda,sed fisco applicanda.l. in hære-
143 dem.ff.de calũ.vbi tex.not.†Est enim fiscus quidam saccus sine conscientia imbursans omnia malè acquisita,vt d.l.in hæredẽ.& l.Papinianus.§.meminisse.ff. de inoffi.testa.vt pulchrè dicit Bald. de pace iura.fir. §.ad hoc.iiij.col.in quo §.aliqui faciunt tit. de allod. Et alibi dicit idem Bal.in l.executionẽ. C. de execu. rei iud.q̃ fiscus est duræ ceruicis, rigorosus, nũq̃ vel rarò æquus.à suis ergo manib⁹ defendat nos dñs, cũ intrepidè & inuerecũdè recipiat,quod nõ capit Christus. Largũ profectò habet stomachũ, vt verbis vtar Bal.in tit.de feudo Marchiæ.§.j.vbi dicit q̃ fiscus est reipu.stomachus,saccus & firmitudo, qui licet olim sacratissimus diceretur.l.omnes.C.de quadrien.prę-
144 scri.hodie tamen sceleſtissimũ cẽsemus, dicit Lucas de Pen.sup̃ rub.in fi.C.de iur.fisci.li. x. † Pariter nõ sunt intestabiles,sed testari possunt, & testamẽta eorũ morte cõfirmãtur, vbi testatores essent dãnati ad mẽbri mutilationem. Nã licet quo ad pœnã irregularitatis mors & mẽbri mutilatio æquiparentur. cle. si furiosus.de homic. Tamen nõ æquiparãtur quod ad inhabilitatẽ testãdi,secundũ Bar. & Bal.in l.qui manus.ff.eo etiã si ex talis membri abscisione sequitur mors,vt semel vidi Tolosæ de quodam, qui abscissã manu per iustitiã postea decesit. Nã propter hoc nõ sunt tales intestabiles.Cùm mors nõ ex ordinatione sententię,sed casualiter ꝓcesserit.arg. tex.no. in l. q
145 cũ maior.si tñ.ff.de bo.lib.†Sicut seruatur econtra: quia intestabilis est ad mortẽ dãnatus,licet casualiter postea euadat,vt ſ. vidistis. Nã contrariorum eadem
146 est disciplina.Hodie† tñ in præsenti regno ex generali cõsuetudine cõdẽnatus ad mẽbri mutilationẽ perdit bona quę fisco applicãtur,vt dicit Masue.alle.tit. de pœ.§.item in casibus. Ideo de bonis stantibus tẽpore sententiæ,cùm fisco pertineant,testari non potest,quæ sola & non futura veniũt in cõfiscatione.l. si tibi mandauero.§.is cuius. ff. man. & dixi plenè super verbo,*& vxorem nomine Adel.*in v.prin.arti. suc-
147 cef.ab intest.†Prædicta regula, q̃ dãnatus ad mortem & occisus per sententiã iudicis cõpetentis sit de iure intestabilis, q̃ testamẽtũ prius factũ irritẽt,fallit
148 in sequentibus casib⁹.†Primò fallit vbi sentẽtia capitalis ferretur in absentẽ, si quo tempore veniret in fortiã condemnantis:quæ sententia sic lata valet.Nã licet sentẽtia capitalis mortẽ inferens ferri nõ possit in absentẽ.l.absentem.ff. de pœ. Cũ in talibus nõ admittatur ꝓcurator.l.reos. C.de accus.& plenè habetur in c.veniens.j.illo eo.tit. Et sententia lata nõ præsente principali vel suo procuratore fit nulla,vt plenè in l.j.C.de sent.quia illusoria esset,cùm assequi nõ posset sine præsentia condemnati:& sic esset cõtral.si prætor.ff.de iudic.vbi habetur q̃ prętorũ edicta esse
149 non debent illusoria.†tamen quãdo sentẽtia fertur ad mortẽ, si quo tẽpore dãnatus in fortiã iudicis venerit,talis sentẽtia valet,per text.in cle.pastoralis.de re iud.nec reddit damnatum intestabilẽ, nec testam. prius factũ irritat. Quia cum talis sententia videatur lata sub conditione, non sortitur effectũ donec conditione impleta, scilicet quia dãnatus venerit in fortiam & potestatẽ iudicis. Et sic non perdit interim, quod perderet purè condẽnatus, secundũ Bal.in d.l. eius. §. si cui.ff.eo. Et idẽ Bal.& Imo.in l.seruo legato.in fin.ff.de leg.j. Vnde interim testari potuit,vel si testam.anteà fecisset,& priusquã in fortiã & manum seu potestatẽ iudicis venerit & inciderit,decedat:tale testamẽ.vtroq; casu cõfirmat,morte, secũdũ Ang. in tractatu maleficiorũ sup̃ verbo,& caput à spatulis amputetur. Videatis Bal.in c.veniens.de iureiur. Tamẽ dubito,q̃ hoc non seruaretur in præsenti regno, propter generalem stylum & antiquam consuetudinem eiusdem, secundum quam reus accusatur, contumax habetur pro confesso. Et, vt quilibet vestrũm

in sua

BIU Cujas

in sua prouincia, dum iudex erit, sciat hoc practica-
150 re: scire debetis, † ꝙ quicũque fuerit de aliquo crimi
ne preuentus, & se ante iudicium inceptum seu litẽ
cõt. vel post absentauerit, etiã si debitè ad personali-
ter cõparendũ fuerit citatus, nũquàm de illo crimi-
ne venit cõdẽnandus: imò si secus fieret, sentẽtia esset
nulla. l. absentẽ. ff. de. pœ. Et ratio inter cæteras est du
plex. Prima quæ fauorẽ innocentię concernit, videli-
cet ne defectu defensionis absens feriatur, & innocẽs
puniatur, vt ibi dicit tex. Secũda honorem pulblicũ
respicit, ſne edicta & sententiæ iudicum remaneant
illusoria, inutilia & derisoria. l. si prætor. ff. de iud. qđ
fieret si ad condẽnationem procederetur cõtra absẽ-
tẽ, præsertim si capitaliter damnaretur, ꝙ nunquàm
cõpareret. Vnde sentẽtia illusoria remaneret in deri-
151 sionẽ & scandalum iustitiæ. † Ideo quoties quis accu-
satur, vel de capitali crimine inquiritur, citari debet
personaliter cõpariturus de crimine respõsurus nec
reputaretur cõtumax semel citatus non cõparẽs. Quin
imò citandus est tribus edictis debita tẽporũ inter-
ualla continẽtibus, iuxta stylũ & mores regionũ aut
ciuitatũ, in quibus causa tractãda venit. Quibus mori
bus standum est, secundum Bar. in l. j. § præsides. ff. de
req. rei. Ita ꝙ non sufficeret vnũ edictũ peremptoriũ
pro omnibus illis tribus, quæ iudex abbreuiare non
potest, sicut posset in pecuniariis & ciuilibus causis,
secundũ Cy. in l. j. C. de requi. rei. & est gl. super verb.
Tertiã in c. j. de mil. vas. qui cõtu. est. vbi plena gl. de
modo & forma faciendi tales citationes. & gl. super
super ver. tertiò. in cle. j. de vit. & ho. cle. vbi conclu-
152 ditur, † ꝙ quoties venit pœna alicui imponenda, nõ
potest iudex numerum abbreuiare citationũ de iure
requisitarũ, nec loco illarum subrogate vnum perem
ptoriũ. Communiniter tamẽ tenetur oppositũ, ꝙ imò
possit, per reg. d. l. absentẽ. vbi mãdatur in criminali-
bus procedi sicut in ciuilibus, in quibus vna sufficit
citatio perẽptoria, ꝓ omnibus, maximè si ab ipsomet
iudice reus semel citetur. l. ij. & l. tres denũtiationes.
C. quo & qñ iud. Ergo idem erit in criminalibus, vt
expressè deciditur in c. de illicita. §. de conuentione.
xxiij. q. iij. Et si reus debitè citatus non compareat, v-
tilitas pefectus erit, ꝙ bona eius describentur, & an-
notabuntur fisco. Quæ annotatio debet reo citato in
timari, notificari: qui postea facta bonorum annota-
tione cõpareat infrà annum, & personaliter se præ-
senter de crimine responsurus audietur, & bona sua
ac si annotata non fuissent, ei restituentur, secundũ
Bar. & alios in l. inter accusatorẽ. ff. de pub. iud. & l.
diuus. ff. de cust. re. & in d. l. j. ff. de req. rei. Et si crimẽ
ei impositũ non probetur ab accusatore vel procura-
tore regio non probante, reus cõparens delictũ ne-
gãs absoluetur. l. qui accusare. C. de edẽ. Et si crimen
probetur, punietur in corpore, aut in bonis, vel in v-
troq; simul, secundum qualitatẽ criminis: & onus ꝓ-
bandi incũbit accusatori, vel regio procuratori qui
cõtra reũ stat, & cõtra eũ partẽ facit, sicut cõpeteret
cuilibet alteri priuato in ciuilibus. l. qui accusare. C
153 de. eden. & l. ij. ff. de ꝓb. † quia quo ad onꝰ legitimæ
probationis agere & accusare sunt paris conditionis.
quæ fuit vna de cõclusi, quas tenui repetẽdo Tolosę.
l. j. C. qui accus. non pos. anno do. M. cccclxxvij. die. j.
Augusti, baccalarius ordinariè legendo existens. Et
est bene not. in præsẽti regno, in quo omnia crimina
promouentur ad instantiam procuratoris regij, vt
infrà dicam, ꝙ licet in causa ciuili teneatur contra se
reus fisco instrumenta edere ad fisci seu procur. regij
intentionem fundãdam, contra regulam d. l. qui accu
sare. per tex. in l. iij. secũdũ vnã lecturam. ff. de eden.
Tamen hoc priuilegiũ nõ habet fiscus in causa crimi
nali. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & l. ij. §. diu-
us. vbi clarè hoc tenet Bar. per illũ tex. ff. de iur. fisc.
Et Panor. in c. j. iiij. col. de proba. versi. Fallit in fisco.
Et hoc verum, siue sit pœna corporalis imponẽda, si-
ue pecuniaria, fisco tamẽ applicãda: quo etiã casu di-
cit etiã causa criminalis, secundũ Panor. super rubr.
de iudi. in anti. In qua reus non tenetur edere fisco ad
eius intentionẽ fundandã, vt clarè cõsuluit Alexand.
in j. parte consi. cxxxij. incip. Super primo dubio & c.
vlti. col. Si autem crimen clarè non probetur, vt quia
fortè non directè probatur, nisi per indicia & cõiec-
turas, tunc per quæstionẽ & torturã ab ore rei verita-
tem eruetur, vt infrà dicam in vij. fallẽtia quod est mi-
rabile: ꝙ ab ore rei accusator suam intẽtionẽ fundet
per confessionẽ, quã petere potest à reo faciẽdo posi
tiones, quibus petat respõderi. quod facere nõ posset
vt dixi, petendo instrumẽta vel testes à reo sibi edi, &
monstrari. Et ratio diuersitatis est secundũ Io. And.
in c. j. de confessis, lib. vj. quia procurator regius vel
accusator respectu cõfessionis partis nõ potuit veni-
re paratus, quia cõfessio partis non erat in potestate
sua, sed respectu instrumẽtorũ aut testiũ ꝓ fundãdo
suam intentionẽ potuit antequàm accusaret præca-
uere, & sibi prouidere: ꝙ si non fecerit, ei imputabi-
154 tur, vt ibi dicit, quem sequitur Panor. vbi s. † Si verò
reus contumax vltra annum in cõtumacia obturatus
persisteret, bona per lapsum anni cõfiscarẽtur: super
quibus postea etiam personaliter cõparẽdo nunquã
155 audiretur fisco semel quæsito. † quia quoties tẽpus
& pœna statuuntur, nunquã purgatio more termino
elapso admittitur, vt plenè dicitur in l. si insulam. ff.
de verb. obli. Bar. & Sali. in l. si pacto quo pœnam. C.
de pac. quæ fuit vna de cẽtum & decẽ cõclusionibus,
quas publicè tenui anno quo fui doctor regẽs in prę-
senti vniuersitate Caturcẽ. M. cccclxxxij. in mense
Decembri repetendo. c. cùm causa. de empt. & vendi.
Sed bene audiretur, & perpetuò reciperetur volẽs se
de crimine ei imposito purpare, & se defẽdere. Et pa
ri modo procedi debet contra accusatorẽ contuma-
citer absentem, & eius bona pariter, qui tenetur cum
accusato personaliter sistere, & parem carcerem aut
custódiam subire, vt de calumnia puniri possit, si defi
156 ciat in probatione, vt d. l. fi. C. de accusat. † Et (quod
plus est) accusatore contumace posset iudex instante
accusato vnũ de duobꝰ facere, vel accusatũ ab obser-
uatione seu instantia iudicij contra eũ per accusato-
rem instituta, & nõ contumaciter derelicta, relaxare
& absoluere. Quæ tamen absolutio siue relaxatio ab
instantia non impediret quominus alio tempore cõ-
parente accusatore, & contumaciã purgãte possit de
crimine quæri: aut possit iudex contra reum præsen-
tem si peteretur facere, & illo perfecto eum absolue-
re vel cõdẽnare de crimine imposito, prout eum re-
periret innocentẽ vel culpabilem. l. placet. ff. de publ.
iudi. secundũ Bart. in d. l. inter accusatorem. in fin. &
in l. libellorum. §. fin. ff. de accu. Sed quãtuncunq. ac-
cusatus vel inquisitus in contumacia perseuerauerit,
nũquã iure cõmuni de crimine capitali principaliter
intentato damnabitur, nec de illo inuestigabitur do-
nec cõtumax personaliter se præsẽtet, ꝓ ratiões quas
s. dixi, nisi in iiij. casibus, in quibus valet processus &
sententia contra absentẽ contumacẽ capitaliter lata.
Primò vbi processus fieret, & sentẽtia proferretur su
per tali crimine, in quo pœna relegationis seu ba nni
temporalis & perpetui, vel alia à relegatione seu bã-

BIU Cujas

no mitior esset imponenda. Nam in tali crimine in quo pœna relegationis seu banni est imponenda, iudex examinabit testes, & habita fide de maleficio procedet ad condẽnationem, vt d.l. absentẽ. Et ratio est,
157 † quia pœna relegationis & banni ita bene exercetur in absentem sicut in præsentẽ, inhibendo motã ei redeundi in patriã, nõ tamẽ sufficeret ad ipsum banniendũ sola cõtumacia secundũ Bar. in d.l. absentem sed iudex habere debet & examinare testes: & postq̃ cõstaret per legitimas probationes: poterit bãniri & relegari. Quia etiã in ciuilibus & pecuniariis sola cõtumacia non sufficit, vt contra absentem procedatur C. quo, &qñ iudex. in Authẽ. qui semel. ibi, perquisita veritate &c. Secundò procedi potest cõtra absentem in crimine capitali, etiã vbi pœna grauior banno venit imponenda, in casu. l. ne diu. C. de pœ. vbi quoties agitur de perfidia & crimine officiarij, qui in officio deliquit, proceditur cõtra eum absentẽ & cõtumacẽ etiã ad pœnã capitalem. Tertiò idẽ seruatur in casu l. lege Cornel. §. cõstitutũ. ff. ad legẽ Corne. de sica. de illo qui hominẽ castrauit. & eunuchum fecit: de quo plene j. super verb. *Qui cũ alia matrimoniũ contrahens* circa. fi. princ. Quarto idem practicatur contra reum criminis læsæ maiestatis absentẽ, cõtra quem procedetur ad sentẽtiam bonorũ etiã personæ inflictiuam, per extrauagantẽ Hẽrici Imperatoris incip. ad reprimendũ. xj. col. quẽ Bar. alto digito & egregio ac vtiliter cõmẽtauit & glossauit: quẽ etiam videatis in d.l. j. ff. de requir. reis. Et idem esset vbi papa vel imperator de crimine cognosceret, secũdum Ange. in l. reos. C. de accus. dicentẽ sic fecisse papam Bonifaciũ octauum contra Colonẽses, quos absentes deposuit, in c. j. de schismat. lib. vj. licet ferre nõ posset sentẽtiam cõtra omnino non citatũ, vel cõtra citatũ ad locum notoriè non tutum. c. j. de causa pos. & prop. vbi Panor. & cle. pastoralis. de re iud. quod sequitur Feli. in c. cũ olim. x. col. versi. processus papæ. in secundo declaratione. de re iudic. Vltra autem casus prædictos nullo modo proceditur cõtra absentẽ ad sententiam capitalẽ in causis criminalibus vltra bannũ & bonorũ ad notationẽ de iure cõi. Hodie tamẽ per oẽs ciuitates Italiæ vigent statuta, q̃ de quocunq; crimine agatur capitali, ex sola contumacia accusatus vel inquisitus de crimine habetur pro cõfessato: ita q̃ talis cõtumacia habetur ꝓ legitima & sufficiẽti cõfessione & ꝓbatione: quæ quidẽ statuta valent secundũ Bar. in d.l. absentẽ. ff. de pœ. Nam q̃ absens dãnari non possit de crimine, nõ est de iure naturali, sed ciuili & positiuo secundũ Bal. in d.l. ne diu. C. de pœ. cui iuri per statu
158 ta & consuetudinẽ derogari potest. † Cùm vnum iº ciuile per aliud tolli possit. l. nõ est nouũ. ff. delegi. & l. oẽs verò populi. vbi plenè Bart. ff de iust. & iure. & bonus tex. in §. ex non scripto. Instit. de iure natu. Innoc. & oẽs in c. quæ in eccleſiarũ. de constitu. Et talis confessio & probatio ex contumacia surgens non est vera, quia realiter & verè non fuit facta, sed ficta dicitur, & per statutum interpretata, ac si verè ex ore rei emanasset. Et ita etiam seruatur & quotidie practicatur in curia Franciæ, sicut etiã in Italia ex stylo & generali cõsuetu. reghi, vbi accusatus vel inquisitus de qualicunq; delicto capi debet in persona si apprehẽdi possit: aut in domicilio vel alio loco citari: ex quo citatio & adiornamẽtum verisimiliter ad sui notitiã peruenire possit, vt d.l. j. ff. de requi. reis. secũdũ Bar. in d.l. inter accusatorẽ. ij. col. Super hoc tamẽ cautus debet esse iudex, qui reũ ad corpus nunq̃ capiat, aut personaliter cõpariturũ adiornet, donec summariè ei constiterit de crimine. Ideo boni iudices ante omnia inquirũt secretè, & si per inquisitionẽ secretam reperiant aliquẽ de illo crimine suspectũ, decernunt contra illũ literas ad eum capiendũ & ducendũ ad carceres, vel ipsum adiornandũ personaliter cõpariturum & de crimine responsurũ. Quæ practica sumpta fuit ex tex. iuncta glo. interlineari in l. ij. C. de exhib. reis. & ex l. fina. eiusdem titu. secundum Salice. Et si iudex aliter procederet ad caprationem, vel adiornamentũ personale nulla præcedente informatione, reum grauaret: dum soli accusatori nõ credatur, vt reus in persona vexetur, nisi accusator parem teneret carcerem vt est tex. solẽnis in dicta l. fin. C. de accusat. & ab eo appellari posset. Or ad propositum reuertẽdo, si reus
159 primũ adiornamentũ citatus non cõpareat, † ilico procurator regius qui in præsenti regno Francię oĩa delicta promouet, & prosequitur quo ad vindictam publicã, similiter & pars læsa, si qua sit, suã in scriptis curiæ tradit petitionẽ cõtra reum deficientẽ, vtilitatem defectus seu contumaciæ continẽtẽ. Quæ quidẽ petitio vtilitatis defectus in sequenti adiornamento totaliter inseritur: ad quam respõsurus per illas literas petitionẽ continẽtes adiornatur reus. ita q̃ virtute illius primi defectus ilico q̃ iudex illud adiornamentũ sequẽs vtilitatẽ illius primi defectus continẽs decernit cõtra absentẽ, vt super illa petitione vtilitatis dicti primi defectus veniat responsurus, & illam procur. regio & parti adiudicati visurus. Et sic ordinat index super crimine procedendũ. Certè ex illo tẽpore dicitur nomen accusati sic deficientis esse receptum inter reos, & cõsequẽter videtur reº cecidisse ab omnibus suis exceptionibus tã indicij declinatoriis, q̃ dilatoriis: à quibus per primum defectũ fuit ex ipso excluſus: adeo q̃ etiã si virtute illius secundi adiornamẽti vtilitatẽ primi defectus continẽtis compareret, exceptionẽ aliquã fori declinatoriã aut iudicij dilatoriã opponere nõ posset, sed tantũ perẽptorias: quia semel data petitione, & à iudice accepta, quæ in isto secundo adiornamẽto est inserta, nomen rei fuit reos scriptũ, vt declinare nõ posset iudiciũ, nec differre, vt est de mente Barto. in l. is qui reus. iiij. col. versi. quare dico &c. ff. de publi. iudi. per text. in l. adulterij accusatione proposita. C. de adul. Et si virtute huiº secundi adiorn. vtilitatiẽ defectus continentis non appareat, decernetur contra eum tertium adiorna. & si illius virtute nõ cõpareat decernetur quartum. Quo debitè executato si in cõtumacia perseueret, nec cõpareat, habebitur crimen pro confessato, & probato de omnibus in petitione & libello in dicto secundo adiornamẽto contẽtis: ita q̃ ab omnibus declinatoriis & dilatoriis ex primo defectu & etiã perẽptoriis & exceptionibus ex sequẽtibus defectibus declarabitur ipse contumax excluſus, necnon de crimine ram capitaliter erga procuratorem regiũ quàm ciuilites erga partem læsam, vt in petitione, & in libello petitũ reperietur, cõdemnabitur in corpore & bonis Etiam si in termino, quo comparere citatus debuit, nõ sit præsẽs aduersarius qui contumaciam accuset. Nãm contumax habebitur pro confesso, ac si aduersarius præsens esset, & contumaciam accusaret: quia cùm ista confessio procedat ex dispositione legati ad eius effectum non requiritur præsentia personarum: quia talis ficta confessio æquiparatur confessioni soleniter in iudicio factę præsente parte, per text. ad hoc valde singularem in l. si tutor. C. de interdic. mat. inter tutorem & pupillum. quem ad hoc ibi põderat Bald. in secundo notabili dicens hoc alibi non

esse ita

esse ita bene expressum. Ad quem stylum & consuetudinem Frænciæ non modicum præbet adminicu-
decretalis Bonifacij papę olim episcopis Gallię missa, de qua in c. nullus. de præsum. Nullus, inquit, dubitat, ita iudiciũ nocẽs subterfugij, quemadmodum vi absoluatur, qui est innocẽs quærit. Cõfitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationis putat. Hęc ille. Vbi gl. dicit, ꝙ qui iudiciũ refugit, apparet eum de iustitia diffisum. Ad quod facit iij. q. ix. scripsit idem Bonifacius ad Gallos. Decernimus, inquit, vestrũ debere intra prouinciã esse iudicium: vt si adesse voluerit prẽsens, si confidit, ad obiecta respondeat. Si verò adesse neglexerit, dilationẽ sententiæ de absentia nõ lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto & totiens delegato iudicio purgandi se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine nõ omnia quæ dicta sunt probẽtur: cùm ipsa quoq; professio, id est, confessio ex procurata toties cõstat absentia. Hæc ille. Adeò ꝙ confiteri crimen censentur non verè vt dixi, sed interpretatiuè. † Cùm tripliciter quis dicatur confiteri, scilicet ore, rei euidẽtia, & contumacia, vt in casu nostro. Antequã tamen iudex ad sententiam procedat contra contumacem, & eum confessum & conuictum de crimine, & sic ab omnibus exceptionibus eum excluſum declarat, & pronũtiet, primò sup omnia aduertere debet, ꝙ rectè & bene fuerit ordo edictorum & adiornamentorũ obseruatus, & adiornamenta debitè executata. l. iiij. §. prætore. vbi Bar. ff. de dam. infec. & l. ad peremptorium. cum seq. ff. de iudic. aliàs sequi non posset condemnatio. Vnde ad propositum dicit tex. in d. l. diuus ꝙ nihil facile mutãdũ est ex solẽnibus. Et si deficiatur in syllaba, censetur defectum in tota causa, cùm ea quæ sunt formæ mutari aut diminui non possunt, vt plenè dixi super verbo, *In eodem testamento relinquẽs*. j. in iij. limita. Ideo sentẽtia tanquã ex confessione inordinata lata esset ipso iure nulla. † Nam licet inordinatus processus verã confessionem spõtè & expressè factã non vitiet, quando ex illa possit reus condemnari, secundũ Bar. in l. si confessus per illum tex. ff. de custo. reo. & Panor. in c. Pisanis. de resti. spo. per tex. in c. j. & c. ij. de accus. lib. vj. & in clẽ. constitutionem. in fi. de elec. † quia confessio telã nõ requirit iudiciariã. l. si debitori. ff. de iudic. tamen ex hac ficta, & interpretata confessione ex contumacia surgente per inordinatum processum nulla potest sequi sententia. Et si ferretur, esset nulla, secundum Bal. singulariter in add. Specu. tit. de accusa. §. & nota ꝙ accusatio. versi. & not. ꝙ ibi libellus &c. facit quod ipse dicit in l. error facti. in fi. C. de iur. & fac. ignorã. Secũdò aduertere debet iudex & certus esse, quòd crimẽ ꝓ quo reus contumax impetitur, & vocatus est, fuerit verè commissum: vt quia qui dicitur occisus visus est, & fuerit occisus, & mortuus: sed nescitur per quem. Si autem non constet de casu, non debet iudex ꝓcedere ad sententiam, etiam contra præsentem, & delictũ expressè confitentẽ. l. j. §. item illud sciendum est. ff ad Silleia. vt plenè dicam super verbo, *Mortuo itaque testatore*. ij. tractãdo de secũda effectuali perfectione testamenti, quæ fit per aditionem hæreditatis. Ideo si iudex cui fortè per testes constitit de morte eius, qui dicebatur mortuus tempore sententiæ ferendæ contra contumacẽ, videret illum viuũ, & non occisum, nunquam procederet ad condemnationẽ contra cõtumacem fictè confessum, cùm nec contra præsentẽ expressè confessum procedit possit. Quia per realem & occularem visionẽ quæ cæteras excedit probationes. Insti. de gradi. cog. §. fi. clarè cõstat de errore cõfitentis. l. inde Neratius. §. fi. cum l. seq. ff. ad. l. Aquil. ita ꝙ etiam si sententia cõdemnatoria hoc casu esset prolata executionẽ iudex differret, donec princeps consultus sententiam retractaret. l. j. §. fi. ff. de quæsti. quam iudex ex seipso qui functus fuit officio retractare non potest. vt d. §. fina. & l. iudex. ff. de re iudic.

163 Contumacia † enim non operatur certitudinem, nec cõfessionem inducit, ꝙ casus fuerit perpetratus: sed constito de casu ꝙ perpetratus fuit, tunc inducit cõfessionem, ꝙ absens de illo casu delatus & contumax casum illum perpetrauit, postquã tam sæpe citatus,

164 & in defectũ positus, comparere non curauit. † Ter tiò aduertere habet iudex, ꝙ tempore ferendæ sentẽtiæ sibi non liqueat absentem non esse culpabilem de casu illo. Quoniam si liqueret iudici absentem nõ esse de casu illo culpabilem, & non commisisse delictum, non posset eum condemnare: vt quia fortè cõstat occisum per alios fuisse vulneratum, qui communionem non habent cum isto contumace: imò fortè ipsum exonerant: vel aliàs constat de eius innocentia de qua iudex solicitè inquirere debet, etiam pro contumace secundum Bar. in d. l. absentem. per tex. in d. §. fi. dum dicitur, iudicem debere quærere defensionẽ rei ex quadam humanitate, & naturali æquitate. pro quo facit in materia ꝓpria text. optimus in d. l. diuus in prin. ff. de in integ. rest. ibi: & si nihil facilè mutãdũ est ex solennibus: sed vbi æquitas euidẽs poscit, subueniendum est. Etiam facit text. in l. properandum. §. finautem reus. C. de iudi. & in l. & post edictum. ff. de iud. ibi, sed & interdum vel absens si bonam causam habeat, vincet. Et idem consuluit ipsemet Barto. cõsi. xcviij. inci. do. Cy. de Bononia &c. in decis. quarti dubij. & consil. cu. incip. visis omnibus statutis &c.

165 † Quartò aduertere debet iudex, ꝙ reus citatus non cõpareus sit voluntariè absens timore delicti seu pœnæ: q a si aliàs coactus fuerit fugere ita ꝙ iustã habeat causam non reuertendi: certè non censetur cõtumax & consequenter damnari non potest ex ficta confessione, quæ ex absentia iustè excusabili nõ oritur: præsertim si accusator seu partem faciens, causam fugæ dedisset, vt singulariter consuluit Pet. de Anch. cons. cccix. incip. probata tanta viri sæuitia &c. loquens de quodam viro qui vxorẽ verberibus afficiens, vulneribus etiam cum cicatricibus dehonestans. & aliàs malè tractãs, dedit ei causam fugæ: quam cùm apud parentes suos retraxisset sæuitiam fingens, de furto, adulterio & aliis criminib⁹ accusauit: quæ finaliter ꝑ contumaciã condẽnata fuit. Vbi decidit sententiam illam ex contumacia & ficta confessione latam esse ipso iure nullam. Nam cùm à sæuitia viri fuerit non voluntariè arrepta fuga vxoris de ciuitate, & cum eo sua culpa inimicitia contracta, statutum disponẽs ꝙ contumax habeatur pro confesso, locum non habet: quia potius metu & timore mariti cẽsetur aufugisse, quàm propter delicta quæ ei post fugam fuerant imposita, potius ad lucrandũ dotem: quod faciliter præsumitur ꝙ ipse hoc affectauerit, quia causam fugæ præstitit. l. ij. §. fin. ff. si quis cau. ad hoc facit æquitas edicti. in l. j. ff. de eo per quẽ fact. erit. quo. in iud. sist.

166 † Vnde fuit obtentum semel, cùm quidam Bononię moram trahens, & vxorem suspectam habens misisse eã Ferrariã, fecit eã de furto Bononiæ accusari, & in banno per contumaciam poni: quam postea Bononiæ reuersam occidit, cosisus de statuto bannitos occidi permittẽte: fuit dictum talẽ maritum nõ gau-

BIU Cujas

dere priuilegio ſtatui: ſed vt homicidam eſſe puniendum, quia vxorem fugauerat, & fraude venundari fe
167 cerat, & odium cum vxore procurauerat. † Et ſic in premiis ſtatutorũ & legum nõ veniũt odioſi, nec qui procurauerunt impedimentũ litigantis ſecum ꝙ nõ veniant ad iudiciũ. Et idem puto, vbi citatus notoriè haberet locum iudicij ſuſpectum vel alias nõ tutum, timens per potentiã offendi in eo, per text. in d. cle. paſtoralis. §. Piſana de re iudi. Nec refert à quo inferatur metus, cùm in alterius præiudicium verti alienum metum non oporteat. l. ſi cum exceptione. §. Pe
168 dius quoq;. & l. metũ. §. fi. ff. quod met. cauſ. † Quinto aduertere debet iudex antequàm pronuntiet cõtra contumacẽ, ꝙ ſi in eo ſit aliqua qualitas delictum aggrauans, ꝙ de illa qualitate verè cõſtet. Quia licet ſtatutum fingat cõtumacẽ ꝓ confeſſo quo ad actum principalis criminis, putà homicidij vel fornicationis, non tamen fingit qualitates principale delictum aggrauãtes. imò opus eſt eas verè probare. Ideo ſi qs citatus debito modo fuerit ſuper parricidio reſpõſurus, vel ſuper adulterio, & cõtumax fuerit, licet condẽnari de homicidio, quod fictè per contumaciã cõfeſſus eſt, poſsit, tamẽ vt parricida nõ condẽnabitur, niſi quod occiſus fuerit pater eius verè ꝓbaretur eo modo, quo paternitas & filiatio probari debent. l. filiũ. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & in c. per tuas. vbi omnes de probatio. Pariter antequam mulier ex contumacia de adulterio puniatur. neceſſe eſt ipſam verè maritatã ꝓbare, ſecundum Pet. de Anch. ſingulariter in dicto conſi. in fi. aliâs nõ poſſet, niſi de actu fornicationis puniri ex ficta cõfeſsione, quæ nõ operatur quo ad qualitates aggrauantes, dicens Iaco. Butriũ ita conſuluiſſe argu. l. ſi vxor. ff. de adulter. quod
169 eſt nota. Sextò † aduertere debet iudex, ſi crimen de quo abſens cõtumax impetitur, cadere poſsit in perſonam illius: quia tunc contumax habetur pro confeſſo, & de illo condemnari poterit, ac ſi verè confeſſus fuiſſet. Si verò crimen cadere non poſſet in perſonã contumacis, vt quia vxori imponitur crimen furti, qui titulus criminis non cadit in vxorem. l. manifeſtiſsimi in fine. C. de fur. & ff. rerum amota. l. j. & per
170 totum. certè nulla poteſt fieri de furto cõdemnatio, quod vxor cõmittere non potuit: & ſi fieret, ſentẽtia eſſet nulla, ꝑ text. in d. clemẽ. paſtoralis. §. rurſus. vbi ſentẽtia cõtra Robertum regẽ Siciliæ velut criminis læſæ maieſtatis reum, & ex contumacia fictum cõfeſſum per Henricum imperatorẽ lata fuit nulla, ea ratione inter cæteras: quia ctimen ſibi impoſitum commitere non potuit, quod in non ſubdito cadere non poteſt. Idem vbi cõtumax ꝙ puellam defloravit, vel imprægnauit; apparuit eſſe mulier. Sicut de beata Marina habetur in ſua legenda, vel appareret caſtratus vel eunuchus, & ſic de ſimilibus. Præmiſsis autem ſex per iudicem conſideratis, videlicet, quòd edicta fuerunt ordine debiro perfecta, & delictum fuit cõ-
171 miſſum, non conſtet de ignorantia contumacis, nec data opera fugatus fecit ꝙ reuerti nõ audeat, vel honeſtè nõ poſsit. Prẽterea quòd qualitates aggrauãtes fuerint verè probatæ, & delictũ in ſui perſona cadere poſsit. Certè iudex ex tali contumacia ad ſententiam condemnatoriã prout in repetitione vtilitatis primi defectus requiſitũ erat, procedere poterit: & ꝓcedũt iudices in prẽſenti regno contra taliter contumaces. Etiã ſi conſtaret iudici pro reo, quòd poterat ſe tueri propter præſumptionem iuris & de iure. Qua non obſtãte iudex poterit eum condẽnare propter fictam confeſsionẽ, quæ talem præſumptionem tollit, ſicut expreſſa cõfeſsio, ſecundũ gl. in Auth. ſed iam neceſſe. C. de don. ante nup. ne tũc dicit admitti probatio contra præſumptionẽ iuris & de iure, quia confeſsio quæ contra talẽ prẽſumptionẽ recipitur, non dicitur propriè probatio, ſed à probatione releuatio, vt dicit Panor. ſuper rub. de confeſsis. & de prob. Et cõdẽnabitur talis cõtumax, quãtumcunq; poſsit ſe tueri aliqua exceptione, vt putà exceptione tẽporis ſeu præſcriptionis. Nã exceptio prẽſcriptionis nõ facit delictũ non eſſe cõmiſſum, & non eſſe punibile. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adult. Etiã ſi ſit armiger, nõ poſſet allegare, quòd prętextu militię occupatus ꝓ repu. cõparere nõ potuit: aut ꝙ literas ſtatus à rege obtinuit, vt certo tẽpe occupat' ꝓ negotiis publicis cõparere nõ teneretur. Quia nõ obſtãtibus talib9 literis eius cõtumacia puniretur, & ꝓ confeſſo habebitur: cũ in cauſis criminalibus locũ non habeãt literæ ſtatus. Imò tales literæ prohibitæ ſunt concedi in cancellaria. Et ſi de facto conceſſę fuerint etiã à rege, debẽt à iudicibus refutari, & procedi cõtra non cõparẽtẽ ac ſi literas nõ haberet, quę per ordinationes regis Caroli vij. & Caroli viij. eius nepotis regũ Frãciæ ſunt ꝓhibitę concedi: & ſi per cancellariã concederẽtur, prohiberẽtur interinari. Sed ſi vellet reus contumax ſponte cõparere ante ſententiã, vel reper tus in perſona duceretur ad iudicẽ inuitus. poſſet cõtra illã fictã confeſsionẽ ex cõtumacia ſurgẽtẽ ſe defendere & ꝓbare, quòd delictũ nõ cõmiſit. Quia etiã hoc poſſet poſt veram & expreſſam confeſsionẽ, quę vſq; ad ſentẽtiã poteſt de errore impugnari. l. error. C. de iur. & fac. igno. & c. fin. de confeſsis. Vnde ſi ad requeſtã ſolius ꝓcuratoris regij, dicti quatuor defectus fuerũt cõceſsi, certè audietur reus nũc cõparendo contumaciam purgãs in ſuis defenſionibus nullis refuſis expenſis, ꝙa cùm ꝓcurator regius ex ſtylo nũquàm in expenſis condemnetur, pariter à nulla parte petere poſſet expenſas, per tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Quod ſecùs eſſet, ſi ad requeſtã partis læſæ vel alterius particularis fuiſſent iam dicti defectus conceſsi. Cui ſemper deberentur expenſæ etiã ſi cum
170 parte eſſet procurator regius adiunctus. † Expenſæ enim cõtumaciales, bonam vel malã faciat cõtumax cauſam, ſemper debẽt. l. properãdũ. & l. ſancimus. C. de iudi. Si autem poſt ſententiã reus cõtumax vellet dicere non deliquiſſe, vel aliter ſe defendere, compareret, non audiret per iudicẽ, nec reciperetur, cũ poſt ſententiam non ſit opus nouo proceſſu, ſed ſola facti executionẽ: cõſtito ſolũ per ſuã cõfeſsionẽ vel aliãs ꝙ ipſe eſt ille qui citatus, & cõtumax damnatus fuit, vt clarè decidit Bar. in l. diuus. verſi. vlterius vos videtis & c. ff. de cuſto. reo. & in l. j. ff. de requi. reis. & in l. inter accuſatorem. ff. de public. iudi. in fi. nec poteſt iudex poſt ſententiã diffinitiuam procedere. dicta l. iudex. de re iudi. Etiã ſi eſſet iniuſta, & appareret ini-
171 qua, vt d. l. j. §. fi. de quæſt. † Quinimò ſi lata tali ſententia reus cõtumax moreretẽ, crimẽ illud nõ extingueretẽ, niſi quo ab pœnã corporis afflictiuã. ſed nõ quo ad bonorũ confiſcationẽ, aut emẽdã pecuniariã quæ defuncto reo exeq poſſet cõtra hæredes, acſi prę ſens & defenſus fuiſſet, & dãnatus, ſecundũ Bar. in l. ex iudiciorum. ff. de publ. iud. nec ille reus contumax poſſet ab ea appellare. l. & poſt edictũ. §. fi. ff. de iud. Facit d. l. diuus Ant. & l. fi. cũ glo. ff. de in integ. reſti. Sicut non poſſet expreſsè & ſponte cõfeſſus appellare. c. Romana. §. ſinautẽ de app. lib. vj. & c. cũ ſpeciali. §. porrò. de app. niſi appellando cauſam iuſtã & rationabilem allegaret, ſecundũ Panor. ibi, pro quo eſt

tex. ib

BIU Cujas

tex.ibi à solo Bal. pōderatus in l.minoribus.C.de his
172 qui.vt indig. † quia sicut expressè cōfessus allegādo in schedula appellatoria iustā causā, recipitur appellans, putà quia dicit, vi, metu, aut dolo, vel fraude se fuisse inductū ac sic confitendū: Sic etiā audiri debet fictè confessus, si appellando alleget se fuisse impedi tū quominus cōparere potuerit, quę causa fuerit sine sua culpa & illata, vel tut⁹ nō fuerit locus, in quo cōparitur⁹ citabatur. Et finaliter de qualibet sex cōsiderationū quas iudex habere debet antequam defectus iudicet & reū contumacem cōdēnet, pōt sumi iusta causa appellandi: si iudex illas considerationes non seruaret, vel alteram illarū omitteret. Sed illis seruatis non habet contumax remedium, nisi rex per suas literas patentes mādaret talem condemnatū audiri, & recipi in suis defensiōibus cōtumacia & cōdemnatione inde secuta non obstante. Quia tunc reciperetur per iudicem ad defendendū refusis expensis parti lęsæ, si quæ sint, vt §. dixi. Et supersederetur in executione sententiæ quo ad pœnam capitalē & aliā, nisi talis sentētia fuisset arresto parlamēti confirmata:
☞ quia tūc per ordinationem. [Quam hodie habem⁹ per dominū Auffrerij positā in suo tractatu ordinat. regiarū tit.de rescrip.circa fin.] domini nostri regis Caroli viij. nūc regnantis nouiter factam in numero lvij. Tale arrestū quatenus tāgit interesse ciuile partis lęsæ nō obstan. prædictis literis realiter executioni mandaretur data cautione per partē de restituēdo condemnationē ciuilē ei adiudicatā, si per finē causæ cognitū fuerit literas rescisionis sentētiæ arresto cōfirmatæ interinandas fore. Facit auth.quæ supplicatio.C.de precib.impe.offer. Nā si princeps posset talē cōdemnatū in totū abolere, & cōdemnationē misericorditer extinguere, prout potest, Inst.de iure naturali. §.sed quod principi placuit. vers. planè. & l.ad bestias. ff. de pœ. vbi post sententiam tollit pœnam. & l.j.ff. de consti.prin. Multo facilius dispensat, ꝙ in suis audiatur defensionibus, & se non criminosum ostendat. d.l.j.§.fin.ff. de quæst. & sicut nō potest princeps remittere interesse parti debitū, præsertim adiudicatum. l.ij. C.de in ius vocan. sic non potest in casu nostro executionem illius suspendere neque differre
173 vt patet in dicta ordinatiōe regia. † Ex quibus omnibus resultat reum contumacem ex ficta confessione esse condemnandum virtute statuti seu consuetudinis contūmacem pro confesso haberi volentis, & dicentis acsi verè & expressè crimen fuisset confessus: ita quòd valet sententia lata ex hac ficta confessione sicut ex vera & expressa: & similem effectum habet nisi in certis casib. in quibus differunt. Primò, quia ex vera & expressa confessione iudicialiter sponte facta etiam ex inordinato processu sequi potest sententia condemnatoria: quod non fieret ex ficta confessione, vt suprà dixi, secundum Bald. in addi, Spec. titu. de accusa. Secundò differunt, quia licet sententia lata contra verè & spontè confessum faciat illum inhabilem quo ad omnes, vt dicta l. si confessus. ff. de custo.reo. Tamen quando lata fuit propter cōtumaciam, ex illa ficta confessione sententia non præiudicat, nec damnatū inhabilitat, nisi quo ad illam personam, ad cuius instantiam fuit damnatus, secundum Bart. singulariter in l.eius qui delatorem. §.j. in fi.ff. de iure fisc. & per tex. in l.ij.ff. illo eod.tit. nec fidem
174 facit in aliis causis, vt ibi dicit. Ex quo decidit, † ꝙ licet vera cōfessio probet delictū verè esse cōmissum vt d.l.si confessus. & l.j. & l.iij. de confessis. Tamen hæc ficta confessio ex sola cōtumacia resultans nunquā probat delictū verè cōmissum, ideo si vnus notarius fuerit de vera cōfessione de falso condemnatus, quia deliquit in officio, nunquā poterit instrumenta recipere nec conficere, secundū Bart. plenè in l.eadē. §.j. in princ.ff. ad leg. Iul. repe. per text. in auth. de tabellio. §.fi. † Tamen si est dānatus ex ficta cōfessione 175 per contumaciam non perdit aliorū instrumentorū cōfectionem, vt singulariter decidit idem Bart. in l.si ideo. ff. de euict. & Bal. in l.transigere. circa mediū. C. de transact. quia tunc magis censeretur lata sententia propter absentiā & contumaciā, quàm ꝙ maleficium commiserit, vt ibi, & l. qui repudiantis. in fi. ff. de inoffi. testamen. Alibi tamen Bald. variādo tenuit contra Bar. in l. in exercendis. C. de fide. instru. & in addi. Spec. ti. de instru. edi. Tertiò differūt, quia licet sententia contra præsentem expressè confessum, aut veris probationibus conuictum lata, vel absentem verè conuictum, irroget infamiam, non tamen eam irrogat lata ex confessionibus & probationibus fictis ex sola contumacia resultantibus contra bannitum, qui ex forma statuti habetur pro confesso: quia cum tunc condemnatus grauetur in probatione, cùm sola absentia & contumacia habetur pro vera, & sufficienti probatione contra omnia iura canonica in l. diuus. ibi, non quasi pro cōdemnato. ff. de custo. reo. & ff. de publi. iudic. l. inter accusatorem. ibi, nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnetur, &c. Et consequenter grauetur in sententia, videtur cū infamia dispensatū. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notā infa. & l. si Posidonius. & l. & si seuerior. C. illo eo. tit. Et decidit expressè Bar. in l. ictus fustiū. in fi. alle. ti. de his qui not. infa. quem sequitur Paul. cōsi. cxcviij. incip. Super hoc puncto interrogatus, &c. per plures alias rationes & media. Nec obstat tex. no. in l. si tutor. C. de interdic. matr. inter tuto. & pup. vbi tutor ex ficta cōfessione, de qua ibi, ex dolo suo præsumpto efficitur infamis, quia ibi ficta confessio descendit ex facto, quod fieri nō debuit, vt quia tutor pupillā sibi aut filio suo vxorē copulauit. Sed in casu nostro cōtumax non deliquit in faciēdo, sed in omittēdo, id est, nō cōparādo. Et cōstat ꝙ minus delictū est omissionis, q̄ cōmissionis, vt not. in l. si mora. ff. solu. matri. secundū Bald. in d.l. si tutor. facit l.j. cum l.ij. C. si aduersus delictū. Præmissa intelligatis vera, vt dixi, quando ex sola simplici contumacia fuit quis condēnatus, nec aliqua specie probationis conuictus. Quia si iudex contra contumacem super crimine probationem recepisset vel fecisset, vt facere potest, & fieri vidi aliàs: tunc contumax contra quem probatum esset delictum damnatus esset infamis: quia cessant rationes d.l. si ideo. ff. de euict. & dicti §. pœna. grauior. Nec tunc sententia tenseretur lata propter solam contumaciam, sed quia delictum cōmisit. Quartò differunt: quia licet verè & expressè confessus de crimine debeat per iudicem condemnari: tamen criminaliter erga rempubl. & suum interesse publicū: quia talis cōfessio verè facta probat crimen quo ad interesse publicū & priuatum, vt in illis ambobus condēnetur. l. si cōfessus. ff. de cust. reo. Tamen hæc ficta cōfessio ex cōtumacia surgēs nō operatur condemnationē, nisi quo ad pœnam criminalem applicandā fisco pro interesse publico, vt ex illa fieri possit condēnatio, & nō quo ad pœnā ciuilē applicandā parti, vel quo ad eius interesse, vt sic statutum vel cōsuetudo patriæ, ꝙ contumax habetur pro confesso tanquam exorbitans à iure communi quo ad fictam confessionem contumacis, quātum possumus re-

BIU Cujas

mus restringamus, argu.c.odia. de reg.iur.l.vj. Sed hãc differentiã nõ tenẽt cõmuniter doct. Quinimò sicut contumacia operat fictã cõfessionẽ quo ad pœnã criminalẽ, quæ maioris est præiudicij.l. moris. in fi.ff.de pœ.Etiã operatur quo ad ciuilẽ applicandam parti. Verumtamen Petr.de Anch.in d.consil.ccccix. hanc differentiã saluat in vno casu singulari, scilicet vbi ageret de lucro dotis applicando marito propter adulteriũ vxoris: quia nunquã applicabit ex tali ficta cõfessione, quæ nõ sufficit ad lucrũ dotis: imò requiritur vera probatio adulterij. Allegat text.in auth.vt lice. ma.& auiæ. §. q̃a verò plurimas. coll.viij.vbi in hoc casu,& si marito insidiata,vel insidias parauerit,
176 est aliud speciale. † q̃ maritus accusans vxorem ad perditionem dotis, debet se inscribere in accusatione:aliàs accusatio non solẽnis esset,sed inepta. Vnde sententia super inepta accusatione esset nulla,secundum glo.singu.Insti.de obli.tit.generali.Idem tenet glo.in c.tuę.de procu.&facit c.cũ dilecti.de empt.& vẽdi.& l.libellorũ.§.q̃ si libelli.vbi Bart.ff.de accus. nec obstat q̃statutũ vel cõsuetudo regni nõ facit mẽtionẽ de solennitate inscriptionis, sed indistinctè, q̃ quatuor defectus habeant pro cõfessione. Quia imò per legẽ & ius cõmune supplẽdũ est, quod deficit in statuto l.ij. C.de noxa.actio. Præterea dispositio statuti est generalis ad omnẽ pœnã ex ficta confessione inferenda, cui derogatur per specialẽ legis prouisionẽ in hoc casu.l.sanctio legum.ff.de pœ.&c. generi. de reg.iur.lib.vj.vbi agitur de perditiõe dotis appli-
177 cãda marito, †quia statuta limitari debẽt secũdum ius cõmune in pœnis.vt dicit Bal.in l. data opera.C. qui accu.nõ pos.Et potuit fortè causa esse, ne mariti cupiditate lucrandæ dotis sint faciles,& proni ad accusandũ vxores. Quod fieri nõ cõsueuit, nec de hoc querela corã iudice fieri, nisi p̃ viles homines & impotentes, qui de verecũdia apud homines & vulgus non curant, secundũ quorũ scilicet vulgarium iudicium ex tali querela non parua sequitur verecundia. quia reputãtur viles & cornuti,qui propriis manibus de talibus non se vindicãt, sed expectant per iudices vindicari. Quinimò iudices de talibus non solẽt ius reddere,sed truffari,ridere,& cachinnari,ita singulariter dicit Pau.cons.cxcij. incip.in causa incarceratorum &c.iiij.col.versic.nũc ad propositũ &c. Et verè tales qui propter lucrũ dotis reputari volũt cucurbi
☞ tæ [De quorũ infamia & pœna plenè habetur j̃.super verbo, *Cuidam Petro tradid.*]infames sunt.&paucæ existimationis homines, nec immeritò grauãt in isto casu. Quę omnia sunt notãda in practicá. Ex qui
178 bus ad nostrũ p̃positũ videtur, † quòd ilico secuta sententia capitali contra habitum contumacem, quæ quo ad personæ inhabilitatem plenũ solo verbo iudicis sortitur effectum & personã afficit, secundum Barto. & omnes in l. qui vltimo. ff.de pœnis.Eoipso talis damnatus tãquam mortuus sit intestabilis, præsertim quia tales contumaces banniuntur, & consequenter bona confiscantur in Francia. Et sic cessat dubitatio,quæ oriri posset ex secunda & tertia differẽtiis inter veram & hanc fictam confessionem suprà positis,si nõ esset bannũ ex quo reus inhabilitaretur, secũdum Bal.in d.l.eius.§.si cui.versi. secũdò quæro. ff.eo.dummodo sententia purè, & nõ sub conditione si in fortiam iudicis venerit, feratur, vt fit quotidie. Nec vnquam vidi in sententia addi illã conditionem de qua in d.cle.pastoralis. Et posito q̃ subintelligatur, cùm sentẽtia exequi non possit,nisi damnatus in potestatem iudicis incidat: & sic inesse videtur, per regulã:ea quæ tacitè intelliguntur,inesse videtur, vt suspendãt,ac si exprimerent,l.ij. ff. de legatis primo. Quia respõdet, q̃ nõ eo.scilicet per modũ cõditionis subintelligit illa clausula. Vel meli⁹, illa clausula sub intelligit,non in sentẽtia quæ purè & simpliciter p̃fertur ex consuetudine regni,sed subintelligitur quo ad executionẽ realem. Et certũ est vt s.dixi, quòd sola sentẽtia purè lata facit dãnatũ intestabilẽ,qui verbo & ore iudicis iã occisus est, licet sentẽtia illa nunquam exequatur: quia fortè reus post sententiã malè custoditus aufugit, vt dixi. Sed si sententia capitalis ferretur sub illa cõditione,vt quia iudex diceret: Te condẽno ad trũcationẽ capitis,& declaro te,&c.si in fortiã nostram perueneris. Tunc quia sententia est cõditionalis,nõ efficeretur per eam reus intestabilis donec purificata cõditiõe. Et hoc modo vera manet
179 hæc prima fallẽtia.† Secũdò fallit,vbi taliter dãnatus à carcere eximeretur, vel de manibus familiæ authoritate principis, vt l.relegati.in fi.ff. pœn.secus si authoritate priuata eximeretur,vel ipse aufugeret,vt vidistis suprà,& tenet Panor.in cap.postulasti.v.col. de foro cõpeten.& Bart.in l.qui vltimo in prin.ff.de
180 pœ.†Imò condemnatũ eximens punit̃ pœna criminis læsæ maiest.Itẽ si eximat de crimine cõfessũ.l.iiij. ff.ad leg.Iul.maie. q̃d verũ intelligit Ioã. Fab.& singulariter in §.pœnales. versi. idẽ aduersus eum.in fi. Insti.de act.in captis authoritate Imperatoris. Secùs Si ab aliis iudicibus capti forent,quo casu eximẽs tales solũ puniretur pœna capitali, & vt reus læsæ maiestatis de cuius limitat. veritate videatis ibi Iaso. xxiij.col.in fi. Præterea nullo modo puniret cõdemnatũ eximẽs,vbi à condẽnatione fuisset appellatum p̃se,vel cõsanguineos,amicos, vel extraneos,iuxta l.
181 nõ tũ.ff.de appel. † Nã si iudex nõ obst.appel.vellet ad executionẽ mortis vel mẽbri quę irreparabilis est procedere, licitũ esset de facto resistere,secũdũ Inn. singulariter in c.si qñ.de offic.deleg.quẽ sequit̃ Bald. in l.addictos.C.de epi.aud.& l.addictos.C.de appel.
182 vbi tertiò limitat singu.& etiã Sal.ibi,in fi. † Vt non p̃cedat in Cardinalib⁹, q̃ si obuiãt cõdẽnato, cũ ducitur ad supplicium,habẽt ex priuilegio & cõsue.eũ eximendi potestatẽ & à morte liberãdi. Quos etiam sequitur Cæpola in suis cautelis. Quod an sit verum disputat plenè Barba.in j. parte tracta.de præstantia cardi.ix.quæst. Basilica. vbi huius decisionis veritate præsuppositа sic limitat sextupliciter,præsertim non habere locum in crimine atroci & horrendo. in quo etiã negatur delinquẽti aduocat⁹ &defensor.l.p̃ oẽs. C.de defen.ciui.imò dicit Bal.in l.j.C.ex deli.defun. q̃ isti tales possunt duci ad mortẽ imbauiagliati, vt loqui non possint, & nec per se nec per aliũ, scilicet aduocatũ.vnde non immeritò reprehensum fuit grauiter collegiũ Bononiẽse, quia supplicauerat pro Richardo Malũbre legũ doctore de hæresi damnato vt refert Bal.post Iac.But.in l.quicũq;.de episc.& cler.
183 Vnum tũ menti tenebitis,† q̃ si damnatus dũ ad supplicium ducitur,eximatur,si à familia occidatur,prius q̃ ad locum supplicij deueniat. talis occisor capitaliter punietur. Cùm ipsum occiderit vt priuatus, & nõ authoritate publica,etiam si eum occiderit timens, quod euaderet,secundum Bald.in dicta l. addictos, nisi commissionem habeat hoc faciendi. De qua materia scilicet eximendi condemnatum plenè per Barto.in dicta l.iiij.Bald. in dicta l. addictos. Ang. & Iaso,in cicto §.pœnales.post Ioan. Fabr. Iaso.in l. prima.ff.si quis ius dicen.non obtemp.vbi plenè decidit̃. de eximente captũ pro delicto vel ciuili debito,

nondum

BIU Cujas

nondum confessum nec cõdemnatum, & per Ioã. de
184 Plat. in l. quoties. C. de exacto. tribut. lib. x. † Tertiò fallit vbi talis sententia capitalis, quanuis lata indigeret confirmatione principis, vel alterius. Nam si damnatus interim ante cõfirmationem sentẽtiæ moritur naturaliter, testamentũ eius cõfirmatur morte, siue factum fuerit ante sententiam, siue post. vt dicta l. si quis filio exhæredato. §. eius qui deportatur. ff. de iniusto rup. testa. & tenet Ange. in l. j. C. de summa Trin. quẽ sequitur Aug. Arimin. in dicto tracta. malefi. vbi suprà in additio. incip. Tu autem in hac ma-
185 teria adde Bal. in l. fi. &c. † Quarto fallit, vbi talis ad mortem damnatus pœnam euaderet facto illius, cui executio sentẽtiæ capitalis pertinet, vtputà, quia sententiam sic latã exequi noluit. Nam licet damnatus capitaliter ante executionem sit vbiq; terrarũ intestabilis, vt d. §. irritum. etiam si pœnam euadat fugiẽdo. l. ex ea. ff. de postulan. tenent. Bar. xv. col. & Bald. vlt. col. in l. j. C. de sum. Trin. per l. qui vltimo. ff. de pœn. vel quia per vim eripiat̃ authoritate priuata, vt dicta l. mulier in opus salinarum. ff. de captiuis. Tamen si pœnam euadat, eo q; ille cui pertinet executio, condemnationẽ exequi nõ vult, talis nõ erit intestabilis, vt est tex. not. in l. fi. ff. de legat. quod qualiter intelli-
186 gatur, videatis ibi p. Doct. † Quintò fallit, vbi dãnatus ad mortem testatus fuisset, vel testaretur, p. malè ablatis restituẽdis in suæ conscientiæ exonerationẽ. Nam licet talis non posset ad pias causas voluntariè
187 disponere vt suprà fuit dictum: † Tamen si testetur pro malè ablatis restituendis iis, à quibus fuerint extracta, vel eorum hæredibus, & si sint incerti, testatur illa fore restituenda, vel conuertenda in opus pium secundum consilium sui prælati, iuxta plenè not. in cap. non remittitur peccatum. de regu. iur. lib. vj. & per Doct. in l. nulli. C. de episco. & cleri. & plenè Pan. in cap. cùm sit. de Iudæis. tale testamentum valebit. Et si non vt testamentum, tamen valebit vt quædam dispositio, secundum Ioan. And. in nouel. in cap. quanquã, de vsur. lib. vj. vbi intestabilis velut vsurarius manifestus validè disponit de malè ablatis restituendis, & ibi Petr. de Anch. pulchrè restringens dictum Ioan. Andr. videatis Bald. in l. fin. C. si à non compe. iudi. & Bart. in l. qui soluendo. ff. de hære. instit. vbi decidit, an quis post damnationem se obligare ad restitutionem malè ablatorum possit. Quod singulariter limitatur per Angel. & Imo. in l. si quis mihi bona. ff. de acqui. hære. §. j. Et quæ circa hoc dixi latissimè super verbo, *Si absq. libe. moreretur.* j. in xij. limitatione data, ad l. cùm acutissimi. C. de fideicommis. vbi dixi, quòd vt talis voluntas sortiatur effectum, necesse est quòd constet de malè ablatis aliter quàm per confessionem damnati, aliter fraudaretur fiscus, cui ius quæsitum est per sententiam in patria, vbi sententia capitalis trahit ad se cõfiscationem bonorum, vt in Francia. † Non enim tenetur fiscus credere, aut ille cui confiscatio quæsita est, nisi ex vrbanitate talia pia relicta implere vellet. Ad quod faciendum honestas cogeret & religio, si pro communi vtilitate relictũ fuisset, vt exemplo veteres olim Athenien. tradiderunt, qui votum Diomedõtis ducis, eo quòd contra decretum pugnauerat, quanuis vicisset, ad mortem damnati impleuerunt, de quo Vale. lib. j. tit. de neglecta religione. in fi. licet meliùs situaretur in tit. de seruata religione. Sic dicit Diomedon vnus ex decem ducibus, qui eadem pugna Athenien̄sibus victoriã, sibi verò damnationem perpererũt, cùm iam ad meritum supplicium duceretur, nihil aliud locutus est, quàm vt vota pro incolumitate exercit⁹ ab ipso nuncupata soluerentur. Hæc ille. † Sextò fallit
189 vbi quis ad tumultũ populi & furorẽ quãuis per iudicem occideret̃: qa tunc morte illius testamentum prius factum non infirmaretur, sed confirmaretur, necnon de nouo testari posset, secundum Angel. vbi suprà. Nam licet pœna delicti ritè imposita vel imponenda ad fauorem & tumultum populi aggrauari possit, secundum Imol. in l. si quis post. in fine. ff. eodem. Vel accelerari possit, vt celeriùs imponatur, vel acceleretur vbi aliter tumultus sedari non possit, nec scandalum euitari. l. qui cædem. in fine. ff. ad legem Corneliam de sicar. Tamen nunquã ad furorem populi seu tumultũ est aliquis sine debita causæ cognitione occidendus. Quia (vt respondebat Catilina ad inuectiuas Ciceronis contra eum in senatu propositas) omnes homines, qui in maximis principalibus vitam agũt, aut qui de rebus publicis, aut priuatis consultant, decet in primis animaduertere, ne cuiquam voluptati temere assentiant, néve liberum ingenium furore aut iracundia pessundent. Sed diligenter euitandum est, vt durent inuictis animis, vt omnium rationes æquè circũspiciant, nec in alterutram partem declinent, donec luce clariores in apertũ deductæ, & satis peroratæ videantur. Difficile est enim cõmotis animis, & concitatis ingeniis verũ cuiquã psuadere. Nõ enim cõmotis animis debent iudices procedere, sed Christum imitari rectissimum iudicẽ de quo dictum erat Psal. 92. Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur. & Psal. 95. Qui non commouebitur iudicabit populos in æquitate. Nec obstat quòd in ira & furore peccatoris corripit, Psal. 6. quia ibi loquit̃ de ira ex imperio rationis procedente & iusto libramine iustitiæ: secundum quã potest, imò debet moueri quilibet iudex rect⁹. Nã vt singulariter dicit Bal. per illum tex. in l. moueor. C. si seruus expor. veniat. animus iudicis rectè & iustè põt tripliciter moueri. Primò admiratiuè, cũ videt aliquod execrabile delictũ esse commissum, vt ibi est text. & in l. fœdissimæ. C. de postli. reuersis & redemp. Secundò moueri potest punitiuè, cùm motus admiratione procedit quodam feruore iustitiæ ad puniendum tale delictũ, vt ibi fecit, & l. cũ vir. ibi, iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore. C. de adult. & in auth. de manda. prin. §. homicidia autẽ. ibi, cum vehementia corrigere. collat. iij. Tertiò mouet̃ iudex præsumptiuè, quia cogimur apparentiam sequi, donec contrarium probetur, per text. in dicta l. moueor. hos tres motus notare, qui procedãt ex imperio rationis. Sed contra imperium rationis nullo modo debet iudex moueri proprio vel aliorum impetu. Præterea si impetu iræ abstractus iudex sæuire festinaret, admitteret magis scelus, quàm vindicaret, vt dicit Valer. lib. quinto c. ix. tit. de parentum moderatione in liberos.
190 † Et in hoc defecit Pilat⁹ volẽs populo Iudaico furore commoto credere, & satisfacere, ipsúmque placare. Quoniam corripere debuit, & cogitare paucorum scilicet pontificum inuidiam plerunque innocentes iure, aut iniuria suppeditari: quod Pilatus nõ fecit. Quoniam non solùm accelerauit pœnam, imò Christum innocentem interfecit ad clamorem populi inuidia Pharisæorum moti & excitati, vt patet Matth. xxviij. ibi, Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, accepta aqua lauit manus coram populo dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti
191 huius, &c. † Non sic fecit, domini, non sic fecit sapiens ille Iureconsultus Quintus Scæuola Metello Numid

BIU Cujas

Numidico meritò cõstantia & fortitudine cõparandus, de quibus li.iij.c.viij.tit.de cõstãtia, sic dicit Valer. Metellus autẽ Numidicus ꝓpter cõsimile perseuerantiæ genus, excepit quoq; indignã maiestatẽ, ac moribus suis ꝓcellã. cùm.n.animaduerteret quò tẽderẽt Saturnini tribunis pleb. funesti conatus: quãtóq; malo reipub. si non his occurreret, erupturi essent, in exiliũ quàm in legẽ ei⁹ ire maluit. Põt aliq̃s hoc viro dici cõstãtior? qui ne sententia sua pelleret patria, in qua summũ dignitatis gradũ obtinebat, carere sustinuit? Cæterũ vt neminẽ ei prætulerim, ita Quĩtũ Scę uolã Augurẽ meritò cõparauerim. Depulsis ꝓstratísque inimicorũ partibus, Sylla occupata vrbe, senatũ armatus coegerat, & sũma cupiditate ferebatur, vt Caius Marius, s. eius hostis ꝓ cũ vict⁹, q̃ celerrimè hostis iudicaret. Cuius volũtati nullis obuiã ire audẽtibus, solus Scæuola interrogat⁹ de hac re, sentẽtiã dicere noluit. Quinetiã truculẽtius sibi minitãti Syllæ, licet, inquit, mihi agmina militũ quibus curiã circũsedisti, ostẽtes, licet mortẽ identidẽ miniteris, nũquã efficies, vt propter exiguũ, senilémque sanguinem meũ, Mariũ, à quo vrbs & Italia conseruata est, hostem iudicem. Hæc ille. Minus ergo debuit Pilatus Christũ innocentẽ iudicare, qui non vrbẽ aut Italiã, sed vniuersum orbem redẽpturus & saluaturus venerat. Non enim interficere debebat eũ ad clamorẽ populi, maximè ei subditi, cui resistere poterat. Cùm in hoc vanæ voces populi non sunt audiẽdæ per iudicẽ, nec admittendæ. l. decurionũ. C. de pœ. quia plebs sæpe clamoribus, aut gratia vel pretio fortasse excitata moueri solet. c. si ergo. viij. q. j. Ideo nũquã lex ciuilis fecit populũ, & multitudinẽ diffinitorẽ causarũ. Nã prudẽtia quæ requirit in causarũ decisione, & terminatione est in paucis literatis, & solennibus viris. Cũ nihil sit honestũ horũ, quę tractat multitudo, vt dicit tex. in auth. de refer. Et leuitatis ac pessimi erroris author semper est turba. Et sapiens ait Arist. iij. Rheto. Quanto maior populus, tantò minor intellectus, & sic in iudicando non sequendus. c. ad nostrã. de consue.

192 †Licet enim voces populi sint admittẽdæ in collaudando aliquẽ, vt l. vna. C. de quęst. & mag. offi. lib. xij. nõ tñ in puniẽdo, sed requiritur causæ cognitio, vt ibi dicitur. & l. iustissimè. C. de off. rect. prouin. & d. l.

193 decurionũ. secundũ Io. de Pla. in d. l. j. †quia etiam libertas seruo data ad rumorẽ populi est nulla. l. si priuat⁹. ff. qui & à quib. qui text. est no. Sicut nec electio fienda est ad vocem populi. c. Osius. de ele. vbi dicit Bal. quòd semper contra vulgus sunt malæ præsumptiones: ꝙa clamor impedit animũ, ne possit discernere æquũ. l. si cõstat. ff. de app. & ff. qui & à quib. l. si priuatus. nihil enim recti geritur, si cũ clamore vincitur. l. fi. ff. de hær. inst. Præterea, qui placet populo, displicet Deo, cùm populus docẽdus sit, & nõ sequẽdus, secundum eum. l. xj. dist. c. miramur. & c. docẽdus est populus. xlij. dist. & gl. in d. c. Osius. Nã scriptum est Esa. xxxij. Quòd erit opus iusticiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. & in conci. xj. Toletano dicitur, ꝙ cultũ suum iustitia pdit, qñ silẽtia iudiciorũ obstrepẽtium turba cõfundit. v. q. iiij. c. in loco. & Io. Papa xxij. vt in suppleméto Chronicorum habet, aliquando interrogatus, qui foret à veritate remotus, respõdit, vulgi sententia. Nã quicquã laudat, qđ vituperio dignum est. Quicquam cogitat vanum, quicquam loquitur falsum. Quod improbat bonum est, & quod approbat malum, ac quicquid extollit infame, quod Iudęi patenter ostenderunt, qui à Pilato interrogati, Matth. xxij. Quem vultis dimittam vobis, Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus? responderunt, Barrabam. Erat autem Barrabas latro, qui homicidium fecerat in seditione, quẽ elegerunt, vt Iesum innocẽtẽ perderent. Circa quod Sallustius in Catilinario: Semper, inquit, in ciuitate, quibus pro maiori parte opes nullæ sunt, bonis inuidẽt, malos expellunt, vetera odere, noua exoptant, odio suarum rerum mutare omnia studẽt. Turba atq. seditionibus sine cura aluntur, quũ egestas facilè habetur sine dãno, & c. Et in Iugurtino ait: Vulgus vti pleruq. solet ingenio mobili seditiosum, atq. discordiosum cupidum nouarũ rerum quieti, & otio aduersum. Hæc ille. Vnde oratione prima ad Cæsarẽ Senem de repub. dicitur: Quòd multitudo vulgi more magis, quàm iudicio alius post aliũ, quasi prudentiorem secuti. & Seneca in prima Tragœdia: vulgus infidum bonis, fluctúque magis mobile vulgus, quemadmodum Iudæi clarè monstrarunt, qui Christum Curantẽ languidos, & suscitãtem mortuos, regem facere voluerunt Ioã. vj. Et die passionis suæ alta voce clamarunt: tolle tolle crucifige eum, vt impleretur quod dicit Poëta lib. ij. Aeneid.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

194 Ideo †non est sequenda imperitæ multitudinis simplex fides, quæ ꝓna est semper ad scandala. Vnde nõ abs re apud Valeriũ lib. v. c. ij. tit. de gratis. cõmendatur in hoc Mutius Equitum magister Ro. qui imprudẽtis vulgi errorẽ gratiæ mentis significatione corre

195 xit. † Quare non est in iudicando, & condemnando sequendus populus, sicut fecit Pilatus, qui vt habetur Lucæ xix. Tradidit Iesum volũtati eorum, quod facere nõ debuit. Ideo nõ licet populo interficere quẽquam, vt responderunt Iudæi eidem Pilato dicentes:

196 nobis nõ licet interficere quẽquã, Ioan. xviij. †Imò non valeret consuetudo, ꝙ iudex teneretur iudicare secundum voces, & opiniones populi attestantis coram eo, vt dicto c. ad nostram audien. de cõsue. Cùm vt plurimum non sint omnes sapientes, sed potiùs in maiori parte stulti, iuxta illud Eccles. j. Stultorum infinitus est numerus. Et stulti ac peruersi credunt, & existimant omnes sibi esse similes, iuxta illud Tullij in Parado. Stultorum sententia est, omnes insaniunt & Ecclesiast. x. In via stultus ambulans cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Vnde ne innocentes pro nocentibus puniantur, reprobatum est ad clamorem populi aliquem esse condemnandum, vt dictis iuribus: quia multò melius & sanctius esset facinus nocentis impunitum relinquere, quã innocentem cõdemnare. l. absentem. ff. de pœnis. Verè de Christo & ciuitate Ierusalem dicere possumus, quod Valer. lib. v. c. iij. tit. de ingra. inscribit, de Licurgo & Lacedæmoniis, sic dicẽs, Neminẽ Lycurgo aut maiorẽ, aut vtiliorẽ virũ Lacedæmõ genuit, vtpote cũ Apollo Pythius oraculũ petẽti respõdisse fertur, nescire se vtrũ illum hominũ aut Deorũ numero aggregaret. Huic tamen, scilicet Lycurgo, neque vitæ summa syncerítas, neque constantissimus erga patriam amor, neque leges salubriter excogitatæ auxilio esse potuerunt, quominus infestos ciues experiret. Sæpe enim lapidibus petitus, aliquãdo eiectus, publico furore etiã priuatus oculo, ad vltimum ipsa patria pulsus est. Quid aliæ facient vrbes, etiam vbi illa quæ constantiæ, & & moderationis sibi laudem eximiam vendicat, tam ingrata aduersus tam bene meritum extitit? Hæc ille

197 De hoc aliqua dicentur infrà. †Septimò fallit, vb sentẽtia capitaliter lata, esset nulla propter ordinem non seruatum iudiciarium, qui sicut seruari debet in ciuilibus. l. prolatam. C. de senten. ita etiam in criminalibus

BIU Cujas

nalib⁹, & multò magis, qñ agit̃ de maiori pręiudicio vt d.l. absentẽ. ff. de pœ. Nam licet hodie in criminalibus quædam solennia olim obseruata sint oblata. l. ordo. ff. de pub. iud. Tñ substantialis ordo iudiciari⁹ seruandus est, sicut in causis ciuilibus, vt d.l. absentẽ. Quinimò cũ in ciuilib⁹ plena sufficiat causæ cognitio, tñ in criminal. propter maioritatẽ præiudicij in agnoscendo requirit̃ plenissima cognitio. l. iudices. cũ sua gl. C. de iudi. & in ꝓbando requirit̃ luce meridiana clarior ꝓbatio. l. fi. C. de prob. Nõ enim accusatus ilico est æstimãdus reus. l. fi. C. de accu. Imò videmus, ꝙ q̃is procedat̃ in causa crimi. ꝑ viã inq̃sitionis ex officio, & sic summariè, vbi necesse nõ est vsquequaq; ordinẽ seruari: tñ aliqualis seruãdus est, ne
198 ex nimia ꝑcipitatiõe, † quæ nouerca dicitur iustitiæ, sentẽtia corruat, cle. pastoralis. de re iud. vbi text. no. quia sicut omissio iudiciarij ordinis in causis ordinis
199 reddit iudiciũ nullũ, vt d.l. ꝓlatã. † Sic etiã omissio talis qualis ordinis in istis extraordinariis, vt pulchrè consuluit Pe. de An. cõsi. clxvj. prope fi. adeo ꝙ Bar. in odiũ præcipitationis dicit ꝑ illũ text. in l. prolatã. C. de senten. ꝙ q̃is iudex in processu seruauerit ordinẽ debitũ, tñ si cõpleto ꝓcessu sentẽtiã ꝓtulerit, illo deliberante non viso, sentẽtia est ipso iure nulla, licet fuerit iuri cõformis, de quo latissimè disputat Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstit. Præcipitatio enim ferè iniquitati cõparatur: ideo iudices esse nõ debẽt præcipites, cũ iniq̃tas oĩa pręcipitet. c. nõ ĩperpetuũ vbi gl. in fi. xxiiij. q. iij. & tex. in c. inter hæc hircũ. de pœnitẽt. dist. iij. dicit, ꝙ virtus lenta est, & oĩm percũctatrix, iniq̃tas aũt oĩa præcipitat. Quia q̃ iudicat plus quã intelligat, in Labyrinthũ incidit erroris, dicit tex. in c. sciendum. xxix. dist. vnde Hiero. sup Ieremiã lib. xx. Nõ põt, inquit maturitas esse consilij, vbi nullus est ordo iudicij. & Stat. Thebai. lib. x. Da spatium, tenéque morã: malè cuncta ministrat Impetus. Facit tex. in d.c. ad nostrã. de consue. per quẽ Bal. ibi expressè inuehit cõtra iudices sentẽtiã fabricãtes nõ
20 pauca delicta punirentur. † Timet enim quisq; prudens solennem instituere etiam bono zelo, & ex charitate accusationẽ propter multa. Primò ne defectu probationis de calumnia púniatur, & ne inuidus, & æmulus prędicetur, vt prima facie præsumitur. Secũdo ne in accusationis prosecutione dẽpauperetur. Et pauci sunt, qui substãtiã propriã pro salute reipublicæ exponãt, & etiã plures cum accusatis colluderẽt, & quòd tristissimum est, sicut capitalis inimicitia oritur inter accusatorem & accusatum, sic etiam inter domesticos & amicos eorum. cap. repellantur. de accusat. & tex. not. in l. sciendum. §. ij. ff. de legat. secundum gl. in dicto c. decreto. Quod redundaret in reipublicę diuisionem ex tantorum inimicorum cumulatione, & regnum diuisum faciliter desolaretur. Pręterea hoc fit, ne facultas ꝓbandi augustẽt: qa instante ꝓcuratore regio ꝓ delicto offensus testis põt recipi & audiri, cui aliàs nõ crederẽt, & ipse pro sua iniuria delinquentem accusaret, vt plenè dixi super verbo, *in extremis positus*. Quibus & pluribus aliis considera tis consultissimi Christianissimi reges statuerunt ꝙ nulli priuato permittatur accusare de aliquo delicto etiam publico. Sed quòd omnia fiant ad requestam procuratoris regij vicem accusatorum pro bono publico sustinentis. Et expediuntur omnia per viam inquisitionis, quæ practica etiam iure isto canonico est approbata. capitu. inquisitionis. & ibi clarè Panor. de accusat. cum de iure ciuili nemo sine accusatore puniretur, nisi in casibus notatis per gl. & Docto. in l. ij. §. si publico. ff. de adulte. Ideo cùm hodie semper

per inquisi-

abolitus fuerit in dolo vel in culpa delinquẽdo, & sic cùm priuatus nõ admittatur ad accusandũ pro publica vindicta, certè in regno isto etiam locũ non habet senatusconsultum Turpillianum, quod factũ fuerat cõtra accusatores ab accusatione desistentes, nec tit. de aboli. generali. quia nemo necesse habet impetrare, vt desistere possit ab accusatione. ad quã in regno non admitteretur, sed oĩa crimina promouẽt, & persequuntur per procuratorem regiũ in qualibet Bayliuia, & Senescalia institutum, & de publico stipendiatum à rege, de quo dicit Io. Fab. in §. fi. Inst. de except. ꝙ in curia Franciæ procurator regius est magnus magister. Et ratio nõ recipiẽdi priuatos ad accusandum est, vt crimina efficacius puniantur. Et ne innocentes indebitè vexentur: nam vexarentur multoties pauperes & debiles per falsas, & calumnioſas potentũ accusationes, & eo modo qui potentes sunt & diuites opprimerent pauperes ex inuidia. Omnes enĩ accusatores vulgò dicunt æmuli, quia semper præsumitur causa inuidiæ accusatio fieri. can. decreto. ij. q. vj. vbi bona glo. Ob quod tex. in c. si quis episcopus, eadem causa q. vij. vocat accusationem illaudabilem intentionem, & ibi bona gl. pariter in l. ij. in princ. C. de exhib. reis. accusator vocatur insimulans, quasi simulet delictum non verum. Ideo iura tales accusatores reputant inimicos capitales, Institu. de excus. tut. §. item propter litem. etiam accusatio tendit ad vindictam, quam Deus sibi reseruauit. Pariter ex inimicitia ex accusatione orta sequitur rancor, & si rãcor, ergo peccator, nisi institueretur pro sua vel suorum iniuria, vel zelo iustitiæ, & propter bonum publicum aliàs est peccatũ, secundum Io. Fab. in §. j. in fi. Instit. de pub. iudi. & licet zelo iustitiæ sit meritoriũ, & laudabile propositum pro bono publico, vt dicit text. in l. si quis in hoc. & l. nulli. in fin. C. de episco & cle. l. iubem⁹. C. ad legem Iul. repetet. & l. fi. C. de malefi. & mathe. tamen si accusatio vnicuique permitteretur,

per inquisitionem procedatur loco accusationis subrogatam, sicut dānatus via accusationis erat infamis, ita nunc si dānetur via inquisitionis, secundū Panor. vbi suprà. & Bar. in l. infamē. ff. de publ. iudi. prouiso ꝙ damnatus tali pœna afficiatur, & facto ꝙ per sentētiam affligatur. l. ictus fustiū. ff. de his qui not. infa. vel si faceret emendā honorabilē. Si autem quis condēnet ad multā & pœnā pecuniariā ꝓ aliquo delicto & excessu, nō esset infamis, secundū tex. in l. j. vbi etiā Bart. C. de modo multarū. aliter & aliàs infiniti illustres viri essent infames, quod non est dicendum.

202 †Similiter in isto regno oīa crimina hodie puniuntur, & discutiūtur ꝓ processum extraordinariū summariè, & de plano: nec debet iudex facere criminosis processum ordinariū: qa ꝓhibitū est ꝙ ordinationes regias, & stylū totius curiæ Francorū. Et si secùs fieret, puniret iudex, cōtra quē hoc faciēdo presumetur ꝙ differre, & differendo dissimulare vellet, & tegere delicta, quæ abūdāt in regno. Vnde forma data est, ꝙ cōmisso delicto inquiritur generaliter qs illud cōmisit, vel si notoriè cōstaret, aut per famā, vel denuntiationē, aut ex inquisitione generali surgerent indicia, & cōiecturæ cōtra aliquē, tunc cōtra illum nominatim inquireretur ad requestrā procu. regij. Et si facta & visa informatione seu inquisitione cōstet verè, vel ex cōiecturis cōtra aliquē, iudex decernit illū capiēdum & incarcerandū, vel personaliter adiornādum, secūdum qualitatē delicti, vel efficaciā iudiciorum. Quod quidē decretū dicitur sentētia interlocutoria, quæ requiritur antequam quis realiter capīatur. l. fin. C. de exhib. reis. quæ prædicta etiā surgunt ex l. ij. C. de exhib. reis. iuncta gl. in princ. vbi capi potest quis quoties aliquali præsumptione constat de facto per illā secretā informationē, quæ cum facta sit parte nō vocata, nō sufficeret ad dānationē, neq. torturam, sed sufficit ad personæ captionem, & ilico ꝙ captus est, auditur per iudicē, & si neget, reaudiuntur testes, seu eorū recolūtur depositiones, & inde acarātur & confrontantur cū inquisito: quia vnus post alium in præsentia inquisiti, & etiam inquisitus in præsentia testis iurāt dicere veritatē, & interrogantur si est inter eos inimicitia, vel aliud ꝓpter quod testi nō debeat credi, & debet scribi responsio vtriusq;, & caueat inquisitus, ꝙ cōtra testes tūc dicat quicquid dicere, & obiicere intēdit. Quo facto legit depositio testis in præsentia inquisiti, quā testes auoare tenetur, vel negare, & inquisitus eam fateri, vel impugnare, & sic de singulis testibus, & collectis acaraminibus, si inquisitus negauerit & per testes in præsentia sui modo prædicto iuratos, & auditos constet de casu, vel per indicia sufficientia, dūmodo quodlibet illorū iudiciorū vrgentium probetur per duos testes. per glo. sing. in l. fin. C. famil. erciſc. reus subiiceretur torturæ, vt plenè per Bart. in l. fin. ff. de quæsti. Idem si de veritate delicti constaret per vnum testem, omni exceptione maiorem: qui sufficit ad torturam, secundum gl. in l. iij C. ad legē Iul. maie. quę qualiter intelligāt in presenti regno, dixi super verb. *adiecta impuberi*. loquendo de nobilitare hominis. Et per facta, quæstione, & torturtura iudex iudicabit secundū ea quæ per ꝓcessum reperiret, cōdemnando vel absoluendo, & si securè nō videret reum clarè esse damnandū, vel absoluendum, posset ei aperire processum ordinariū, quo pendēte multa pro vel cōtra reū occurrere poterūt,

203 Ex quibus iudex instrueretur. †Vnde ex præmissis dicere possumus. l. ordo. ff. de publi. iudi. verè seruari in regno, nec habuit Speculator, vbi suprà causam conquerendi de curia Franciæ, in qua si ita non fieret, regnū ꝓpter delicta impunita corrueret. Et hoc est, quod Celsus adolescens prudenter scripsit, videlicet hāc quæstionem esse de bono & æquo, in quo genere plerunque sub authoritate iuris scientiæ perniciosè erratur. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obl. & sapientissimus Scipio Nasica Mutio Sceuolæ consuli Romano seditionem Tyberij Gracchi tribuni pleb. iure ordinario punire volēti dixit. Quoniam, inquit, consul dum iuris ordinem sequitur, id agit, vt cum omnibus legibus Romānū imperium corruat, vt refert Val. li. iij. c. ij. tit. de fortitudine. Et alibi lib. vj. c. iij. ti. de seueritate. dicitur in euidētibus delictis lōgū quæstionis tempus non expectandū. Non, inquit, putauerunt scilicet criminū vltores, in tam euidēti scelere longum publicæ quæstionis tempus expectandum. Itaq; quorum innocentium defensores fuissent sontium maturi, id est, festini, & tempestiui vindices extiterunt. Videatis omnino quæ dixi super verbo, *Si absq; liberis moreretur*. in materia fideicommissariæ substitut. tractando regulam, quem honoro onerare possum, in iij. casu fallentiæ, vbi habetur ꝙ in præsenti regno ineptitudo non vitiat processum. Ideo tales via inquisitionis ex processu extraordinario damnādi, mitius sunt per iudices puniendi, quàm si via accusatiōis per solemnē processum dānandi essent, vt plenè Panor. super ti. de iudiciis. in fin. & in c. qualiter &

204 quādo, & c. inquisitionis. de accusa. † Vnum tamē notabitis, ꝙ procuratot regius accusans nō tenet depræsumpta calumnia, quæ surgit ex defectu probationis, dummodo cōtenta in inquisitione non fuerit transgressus. Si autē vltra inquisitione reum grauare de alio delicto, vel acrius quàm in iure caueatur, & sit fundatum per inquisitionē, certè tūc teneretur de illa euidenti calūnia, sicut tutor accusans pro pupillo. l. ij. C. qui accu. non pos. Præterea licet pars damnificata accusare non possit ad pœnam: tamen pro sua iniuria & interesse ciuili, & ne ꝓcurator regius colludat cum inquisito, potest ei assistere. Vnde restat

205 quòd† sententia capitalis nulla propter ordinem iuris communis nō seruatum, vbi ius commune seruatur, vel propter talem qualem ordinem extraordinarium (qui sufficit in præsenti regno) non seruatum, non reddit condemnatum intestabilem. Ex quibus domini videtis, quātis erroribus & cæcitatibus subiecta sunt humana iudicia, cùm veritas criminū latet, & aliter nisi quæstione, & tormēto probari non possunt, quæ quidem tortio periculosa est, & quādoque fallax veritatis testimonij, vt pulchrè deducit Aurelius ipse Augusti. lib. xix. de ciuita. Dei. c. vj. ex cuius dictis, quæ forsam recitata apud multos obscura essent, quatuor in effectu legalia documenta nobis re-

206 stant in effectu. † Primum est, quòd ad regendum remp. necessariæ sunt hæ tortiones, quas iura nostra ciuilia vocāt quæstiones, ad quas compellit humana

207 societas, cuius cōseruationē intendit ius ciuile. † Secūdum documentum, ꝙ talia supplicia exercere, siue in nocentes & culpabiles, siue in innocentes, secundum modum à iure præfixū, non est peccatum, quia iudex sapiens ista non facit nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi: quia nescit si obiectum crimen verum sit, tamen si illud est verum ex indiciis credit. Vnde excusatur ex intentione. Nec obstat si quispiam diceret, ꝙ iudex ad iudicandum moueri debet solùm ex probatione necessariò concludente sic esse & nō alio modo nec aliter. cap. in præsentia, de ꝓbationi. vbi quoties probatio est dubia, non releuat

in ali-

BIU Cujas

in aliquo probantē, nec capit in illa specie, quæ probanti prodesse pōt, sed in illa, quæ nullo modo iuuat
208 probantē, secundum Pan. ibi. † Et sic probatio quæ pōt significare hoc vel illud, nullatenus probat, cùm aliquid de necessitate nō probet, quia nō probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legiti. adeò ꝙ dicit Bal. in l. ad probationē. la ij. C. de
209 proba. †ꝙ probatio nunquā cōcludit per possibile, imò cōcludere debet per necesse, ita ꝙ probatio necessariò, tale quid esse non concludēs, nedū non eleuat, vt d. l. nō hoc. sed nec facit aliqualiter rem dubiā de iure, vel de facto, secundū Bal. in l. ij. C. de bo. pos. secundū tabu. Et sic quia confitens crimē in tortura pōt dicere falsum metu tormētorū, quæ sustinere nō potuit, sicut verum, talis ꝓbatio quæ pōt concludere falsum sicut verum, prodesse nō debet accusatori, cui onus incumbit probandi. Præsertim quia indicium, ratione cuius ille torquet, pōt esse fallax: imò testes poterūt corrupti pecunia, odio & fauore dicere falsum, vel notarius scribere falsum, aut etiā spōte cōfitēs potuit confiteri contra veritatē ex errore. c. fi. de confes. & c. licet. de proba. & per totū tit. de crimine falsi. Vnde sequitur, ꝙ cū quælibet probatio sit dubia quæ cōcludere potest verū, aut falsum, vt videtis: certè omnia iudicia deberent esse absolutoria, maximè criminalia, & vero & indubitato Dei iudicio reseruāda, qui fallere non potest, neq. falli. Sed, domini, non obstantibus præmissis, tenete documenta Augustini esse verissima. Nec obstat dum dicit, ꝙ omnis probatio debet concludere necessariò sic esse, & non aliter: quia illud intelligitur, ꝙ cōcludere debet de necessitate præsumptiōis, sufficit etiam ꝙ probatio necessitet, & inclinet iudicem ad credēdum sic esse, sicut testes dixerūt, vt est tex. aureus in c. in presentia. de renun. vel sicut continetur in instrumēto vel cōfessiōe,
210 cùm præsumendū non sit testes iuratos, & notarium publicum suæ salutis falsum dicēdo fuisse immemores. l. fi. C. ad legē Iul. repe. & idem præsumēdū est de parte confitente (ꝙ verum dixerit) quoniā aliàs nulla probatio cōcludere posset de necessitate veritatis. & ita intelliguntur cōtraria superius allegata. † Nam iudices vix aut nunquā iudicarent, si necessitatē veritatis in probatione requirerēt. Sed satis est, quòd sequunt ꝓbationē de necessitate præsumptionis cōcludentē, nec est necesse, quòd sciāt hoc esse verum: imò sufficit quòd hoc esse verū præsumāt, vt singulariter consuluit Paul. de Castr. consil. incip. Iudex minister Dei est. aliàs sequeret, quòd iudices iudicare nō pos-
211 sent, nisi de his quę ꝓpriis oculis vidissent. † Ex quo sequitur Augustini tertium documētū, quòd iudicās secundum allegata & probata, & non secundum ꝓpriā conscientiā, scilicet certam, non peccat: quia ad illud cōpellit ista societas humana. Vnde iudex procedens secundū instituta iuris, scilicet præcedentib⁹ indiciis non peccat torquēdo innocentē, quamuis in quæstione deficiat, & debilitate moriatur, vel confessus per iudicem occidatur, vel accusator deficiens in probatione veri criminis tāquā calūniator puniatur, dūmodo iudex hoc faciat cū displicentia non odiēs personā, sed personæ malū. Ideo hæc tot & tāta mala nō putat Augu. esse peccata: nō enim hęc facit sapiēs iudex nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi: & tū quia cogit humana societas, necessitate etiam iudicādi. Vnde cōcluditur in fine, quòd parū esset, vt iudex hoc faciēs sit solùm excusatus, si nō sit etiā beat⁹, q. d. quòd iudices torquēdo etiā innocētes, vel occidēdo, dū tamē ordine iuris seruato, nedum excusantur ex bona intētione, sed beatificantur, tanquā societatē humanā in pace cōseruantes. Et crūt tales sic cōdēnati intestabiles, ac si nocētes dānati fuissent, cum sententia ꝓ veritate accipiatur. l. ingenuū. ff. de stat. ho. Quod non esset, si damnati fuissent nō seruato ordine iuris cōis, vel illius regionis: quia testamenta eorū non cassarentur. Octauò fallit regula, vt capitaliter damnatus non sit intestabilis, qñ sentētia foret nulla propter errorē expressum in sententia. c. j. de re iudi. & l. cū prolatio. ff. illō eo. tit. & l. ij. C. qñ prouocare non est necesse: vel propter euidentē & notoriā iniquitatē ex processu notoriè resultantē: quæ sententiā reddit nullā, ac si fuisset expres⁹ error in ea, vt plenè per Panor. in c. cùm Bertoldus. & ca. inter cæteras. de re iud. & l. si pars vbi Ang. ff. de inoffi. testamen. adeo ꝙ dicit glo. sing. in c. ex conquæstione. de restit. spoli.
212 † ꝙ clausula appellatione remota non tollit euidentem iniquitatē, quū sententia sit ipso iure nulla: etiā si esset sententia excōicationis. c. per tuas, vbi not. de sentent. excōi. & in c. venerabilibus. §. pōt. illo eo. tit. lib. vj. Et tenet gl. pragmaticæ sanctionis, tit. de agnatis. in verbo censuræ. nec etiā sententiarū pluralitas operat, vbi sententia est nulla, clemētina prima, de re iudi. tamen operat, quòd in ciuilibus contra tres sentētias opponi nō potest de nullitate, vt executio differatur, sed post executionem cognosci debet de nullitate, & cum die illa constiterit retractabitur executio, vt ibi. In capitalibus autem, & vbicunque executio esset intractabilis, prius esset cognoscendum de nullitate, quæ executionem differre debet, etiā stantibus tribus sententiis cōformibus, secundum Imol. & Zabar. ibi. Et multò magis esset sententia nulla, si lata fuerit à iudice incompetenti. l. fi. C. si à nō compe. iudi. quia in mundo nō posset esse maior nullitas,
213 quām incōpetentia iudicis. † Nā licet cōtra tres sententias conformes ad differendū executionē non admittatur exceptio nullitatis sentētiæ, dicta clem. j. de re iudi. Tamen illa nullitas quæ surgit & procedit ex incompetentia iudicis, admittitur in quacunq; causa etiā ciuili: & recipitur antequam tres sententiæ conformes executentur: imò impedit illarū trium sentētiarum conformium executionem, secundum gl. singul. in cle. j. in fin. de sequestra. Pro qua multum facit tex. in l. scire oportet. in fin. ff. de excu. tut. & l. fin. C. si à nō cōpe. iudi. & tenet Bal. in l. eius. §. si cui. ff. eod. vbi dicit, ꝙ si potestas pro delicto occidi faceret cleri cum, nō esset intestabilis: imò tali morte testamentū cōfirmaret prius factū. Et idē si occisus ꝓ sententiam reperiret innocēs: quia nō fuit ipse q occidit, sed ali⁹, putà Sēpronius, qui nō obstāte accusati punitiōe decapitabitur: cū per iniustā punitionē nō fuerit solutū id quod debetur. Præterea res contra aliū iudicata sicut Sēpronio vero homicidæ nocere nō poterat, sic etiā ꝓdesse ei nō pōt: vt decidit Bal. per illū tex. in l. ij. C. quib⁹ res iudi. nō nocet. in fi. Et sic quo ad bona in quibus sentētia cōtra innocētē executata retractari pōt, retractabit saltē per principē. l. j. §. si qs vltro. ff. de quæst. & l. inde Neratius. §. fi. ff. ad le. Aquil. His ꝓfecto casib⁹ & aliis, de quib⁹ sentētia capitalis esset nulla, talis sētētia nō rūpit testamētū pri⁹ factū, quin cōfirmet per mortē ex tali sententia illatā: nec reddit ipsum cōdemnatū intestabilem. Quinimò si à iudice talē sententiā de facto exequente condēnatus occideret, testamentū prius factū non irritaretur, sed cōfirmaret, ac si nunquā dānatus fuisset, Quod puto habere locū, etiam vbi occideretur per sentētia qualitercunq. nullam. Quia sententia quæ non tenet, nō dicitur senten-

tur ſententia.l.iiij.§.condemnatũ. ff.de re iudic. ideo nõ facit damnatum eſſe ſeruum pœnæ.l.ij.ff. de pœn.

214 †Adeò q̃ clericus per iudicẽ ſecularem ad mortem dãnatus & ſic per iudicẽ incompetentẽ,non efficere tur ſeruus pœnæ,nec inteſtabilis:imò occiſus p̃ iudicem decederet teſtatus,ita q̃ teſtamentũ prius factũ morte confirmaretur, ſecundum Bal.& Ange.in d.l.

215 eius qui. †Nonò fallit, vbi dãnatus vel bãnitus,non à iudice,ſed ab aliquo priuato occideretur impunè,vt q̃ ſtatutũ hoc p̃mittit,quod qualiter intelligat,latiſſimè decidit Feli.in c.quæ in eccleſiarũ. de cõſtit.Pã. & Doct.in c.fi.de cõſuet. Certè talis occiſus (cũ occiſus fuerit ab eo qui nõ eſt miniſter legis,cũ lex priuato nõ præcipiat occidere talẽ, licet occidere permittat & toleret,vt voluit gl.in l.accuſationis.in fi. C.qđ met.cau.) decedit teſtatus,& ei⁹ teſtimoniũ tali morte cõfirmatur. Quoniã iſte lõgè diſtat ab occiſo per iudicem,cui à lege p̃cipit̃ malos occidere,quod& facit tanq̃ legis miniſter habens præceptũ & poteſtatem à lege.Sed priuat⁹ poteſtatẽ nõ habet à lege occidendi bannitũ,& ſic nõ eſt legis miniſter: licet hoc faciẽdo toleretur in locis vbi talia vigẽt ſtatuta.quæ tuta nõ ſunt in foro conſcientiæ ſecundũ doct. vbi ſ.

216 †Decimò fallit,vbi quis damnatus eſſet ad mortem inſolitã,& de iure prohibitã. Quo caſu,non eſſe cenſetur pœna iuſta,ſed potius fera crudelitas.Putà ſi iudex fecerit aliquẽ occidi nõ gladio, vel alio ferro cõſueto,ſed cũ alio nõ cõſueto,putà cũ ſecuri,id eſt ſerra, ſicut occiſi fuerunt plures ſancti per mediũ ſciſſi: qualis fuit Eſaias propheta diuinus:de quo meminit barbatus ille Hier.poſt prolog.in Eſaiã. Eſaias,inquit in Ieruſalẽ nobili genere ortus eſt, ibiq̃ pphetauit, ſub Manaſſe rege ſect⁹ in duas partes occubuit:ſepultúſque eſt ſub quercu Rogel iuxta tranſitũ aquarum: quas olĩ Ezechias rex iacto obſtruxerat puluere.hæc ille.Similiter Thraces crudelitate p̃ſtare dicunt̃,q̃b⁹ nec viuos hoĩes medios ſecare, nec parẽtes liberorũ veſci corporib⁹ nephas fuit,vt refert Vale.lib.ix.c.ij. tit.de crudelit.Pariter Hetruſci viuorũ corpora cadaueribus aduerſa aduerſis alligata atq; cõſtricta, ita vt ſingulæ membrorũ partes ſingulis eſſent accõmodatæ,tabeſcere,id eſt putrefieri ſimul patiebãtur.Amari vitæ pariter ac mortis tortores,q̃ dũ viuos necarẽt, nec mortuis parcebãt : quos in ſepulchris & ſedibus ſuis cõquieſcere nõ patiebant̃, ſepulchra quodã modo violãtes.Sicut illi barbari , quos ferũt mactatarũ pecudũ inteſtinis & viſcerib⁹ egeſtis homines inſerere,ita vt capitib⁹ tantũmodo emineãt , quõq; diutius pœnæ ſufficiant,cibo & potione infelicẽ ſpiritũ p̃grant: donec intus putrefacti laniati ſint ab aũalibus, q̃ tabidis , id eſt putridis in corporibus naſci ſolent. Queramur nũc cũ natura rerũ , q̃ nos multis & aſperis aduerſæ valetudinis incõmodis obnoxios eſſe voluerit, habitúmq; cæleſtis roboris humanę cõditioni denegatũ moleſtè feramus, cũ tot cruciatus ſibimet ipſa mortalitas impulſu crudelitatis excogitauit.hęc ille.Quaſi dicat,queramur,id eſt faciamus querelas, poſtq̃ tã crudeles inueniãtur hoĩes,cũ natura rerum, ſcilicet De⁹, q̃ voluerit nos eſſe obnoxios & ſubiectos multis & aſperis incõmodis aduerſæ valetudinis : & feram⁹ moleſtè habitũ , id eſt diſpoſitionẽ roboris & fortitudinis cęleſtis eſſe denegatũ cõditioni humanę cũ ipſa mortalitas, ſ.homo mortalis ſibimet excogitauit tot cruciatus , impulſu crudelitatis, q.d.id nos iniuſtè facturos. Sicut olim vſus erat apud Gallos,vt Cæſar de bello Gal.cõmẽ.ſuorũ.lib.vj. refert in hæc verba,Alij immani magnitudine ſimulachra habent, quorũ contexta viminibus mẽbra viuis hoĩbus complẽt, quibus ſuccenſis circũuenti flãma exanimantur hoĩes,& c.nec dicunt̃ tales iuſtæ ſententiæ , ſed plena crudelitas,q̃ tales dãnatos nõ reddit inteſtabiles.facit l.q̃d ergo.§.pœna grauior.ff.de his q̃ no.infa.& l. & ſi ſeuerior.C.illo eo.tit. Et idẽ ſi quis dãnatus fuerit,vt p̃iciatur & præcipitet̃ de feneſtris,vel vt occidatur malleo,cõtra text.in l.aut dãnum.§.j.ff.de pœ. Nã tales pœnæ potiùs inferũtur furore belli,q̃ diſcretiõe fori,vt fecit Antiochus rex in perſonã Menelai ſacrilegi:quẽ precipitari fecit de turri in cineres ſubtus.ij.Mach.xiij.c.Id idẽ legitur factũ fuiſſe ij. Para. xxv.ibi.Et alia x.millia virorũ ceperũt filij Iuda,quæ duxerũt ad preruptũ cuiuſdã petrę,p̃cipitauerũtque eos de ſũmo in præceps:q̃ vniuerſi crepuerũt.Alia exẽpla plura refert Val.lib.vj.c.iij.ti.de ſeueritate quorũ vnũ habuiſti ſ.dũ loquebar de illo, q̃ ſeipſum occidit.Aliud verò recitaui vobis ſuper ver.*domũ.* in princ.Et de Perillo noui tormẽti fabricatore dixi ſuper verb.*Si abſq.libe.moreretur.*In materia vulga.ſubſti.in iiij.prin.arti.in fi.Et aliud recitat idẽ Val.lib.vj. c.v.ti.de iuſtitia.de Lucio Sylla tyranno Rom.q̃ quẽdã de ſaxo Tarpeio præcipitari iuſſit. Idẽ ſi laicus ad perpetuũ carcerẽ dãnaret̃: q̃a illa pœna de iure ciuili nõ fuit cõſueta:imò p̃hibita inferri eis de iure ciuili.l.incredibile.C.de pœ.Et idẽ ſi q̃s muro aut carcere includeret̃ dãnatus ad patiendũ famem vſq.ad interitũ.Sicut fuit Ioſeph ab Arimathæa nobilis decurio,q̃ pro eo q̃ Chriſtũ à diris Iudæis occiſum,petiit à Pilato ſepeliendum,vt habetur Ioã. xix.fuit ab eis, ſpiſſo quodã muro intercluſus, vt ibi fame moreret. Sed per Angelum diuinitus fuit paſtus & cõſeruatus, donec fuit ciuitas deleta per Titum & Veſpaſianum, ipſéq.ibi repertus viuus, vt habetur in legenda beati Iacobi Minoris.Vnde tali morte damnatus nõ fit inteſtabilis,imò teſtamentũ ſi quod fecerit, cõfirmatur per talem mortẽ,quæ quidẽ mors eſt alia morte crudelior,vt habetur Threnorũ iiij.ibi,melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame. Et idẽ ſi occidi q̃s præciperetur veneno , ſecundum Ang. & Doc.in l.ſi quis mihi bona.§.j.ff. de acqui.hære.& in d.l. eius. ff. eod. Pœnæ enim imponendæ ſecundum morem regionis.l.ſaccularij.ff.de extraordi.crimini. non quòd quis veneno extinguatur,cùm plus ſit illud,quã gladio occidere.l.j.C.de maleſi.& mathema. †Sicut p̃ Athenienſes Socrates , & per Neronẽ fuit ſecundum aliquos Seneca interfectus venenoſa potione: licet ſuus fuiſſet ab infantia , & eſſet eo tunc magiſter & præceptor:& poſt adeptũ imperiũ cancellarius ſanctiſſimus ac in omni genere ſapientiæ perſpicu⁹. Vel ſecundum alios in balneo poſitus , venas omnes ſibi aperiri facere coactus fuit:& inde dictus fuit Seneca, quaſi ſeipſum necans. Hîc enim erat ille Seneca, qui inter cætera gratiarũ ſuarũ beneficia ſibi à Deo collata,tantæ fuit memoriæ,vt duo millia nominum recitata, eo quo dicta ordine erant mox recitabat , & ducẽtos verſus à ducẽtis ſcholaribus recitatos ab vltimo incipiẽs ad primum vſque integerrimè recitaret.

217

218 De † hoc autem Seneca viro doctiſſimo diuus Hieronimus, in libr.de viris illuſtribus meminit dicens: Quòd fuit vir catholicus,& cõtinẽtiſſimè vitę:quem in catalogo ſanctorum aliàs non poſuiſſet , niſi eum illæ epiſtolæ prouocaſſent , quæ leguntur à plurimis Pauli ad Senecam , & Senecæ ad Paulum, inter quas vnius verba ſic habent:Pauſus Senecę ſalutẽ.Perpendenti tibi ea ſunt reuelata quæ paucis diuinitas conceſſit.Certus igitur ego in agro iam fertili ſemẽ fortiſſimum

BIU Cujas

tissimum fero. Nõ quidem materiam, quæ corrumpi videtur, sed verbũ stabile Dei deriuamentũ crescentis & manẽtis in æternũ: quod prudentia tua assecuta est ideficiẽs fore debebit: & Ethnicorũ Israelitarũq; obseruationes censeri vitãdas. Nouũ te authorẽ fecerís Christi Iesu præconiis, ostendo rhetoricis irreprehensibilẽ sophistam: quã propemodum adeptus regi tẽporali eiusq; domesticis atq; fidis amicis, insinuabis, quib⁹ aspera & incaptabilis erit persuasio. Cùm pleriq; eorũ minimè flectantur insinuationibus tuis quibus vitale cõmodum sermo Dei instillatus nouũ hominem sine corruptela perpetuã animam parit ad Deum isthinc properantem. Vale Seneca charissime nobis, data Kalendis Augusti Leone & Samnio cõsulibus. hæc ibi. De eodem Seneca nonnulla bene dicta ab Aurelio Augustino libro de ciuitate Dei, cupidissimè disseruntur. †Quem tandẽ ante bienniũ, quàm 219 Petrus & Paulus martyrio coronarentur à Nerone sæuissimo eius discipulo retributionis gratia interfectum fuisse legimus. Nam cùm senex admodũ esset Seneca, Pisonianæ coniurationis labe falsò notatus: imò ob innatum in virtutes odium à Nerone, per centurionem dictũ Senecæ fuit, vt sibi ipsi mortẽ deligeret. quod fuit contra tex. in d. l. aut damnũ. §. proinde ff. de pœnis. vbi iudex dare non potest condemnato electionẽ mortis. Qui tandẽ cognita imperatoris voluntate petiit, vt in tepenti aqua poneretur, & ibidẽ omnes venę eidẽ aperirẽt, donec spiritum exhalaret, 220 quod & factũ est. †Nero ille hominum sceleratissimus fuit, adeò vt nomen eius vsque hodie pro aliquo pessimo poni soleat: quia cùm imperiũ adeptus fuisset, felicitatis magnitudine abusus est, & virorũ otium leuissimus, omniúmq; flagitiorũ genere inquinatissimus, & auũculo Calligulæ in rebus sceleratior & deterior esse cœpit. Magnã námq; senatus partẽ, quasi ei insidias tetẽdissent, interfecit. Post quos in omnes etiã vir nequissimus immanitatẽ suã cõuertit: & primò in Senecã præceptorẽ & cancellariũ suum virum senem, postmodũ in Lucanũ poetã eiusdem Senecæ nepotem, & secundum alios patruum: deinde in Pisonem & Cornutũ Philosophũ quem in exiliũ egit. In Agripinã quoq; matrẽ suam sæuit, quam pro muneris retributione interimere fecit, nõ solùm ꝓ matris officio hoc ei impendens, sed etiã vt Iosephus ait, ꝙ ei suis machinamentis præbuerit Romanũ principatum. In Octauiã præterea vxorem, & Britannicũ cognatũ, ac in omnes deniq; qui aliquo in pretio apud 224 ciues essent, vsus est crudelitate. Præter incendiũ vrbis, ac Petrum & Paulum apostolos, innumeros interfecit christianos, & primã cõtra optimã Christi legẽ susceitauit persecutionẽ. Meritò Antichristi figuram tenuisse describitur. de quo etiã in Policratõ dicitur, quòd Romanũ imperium exhaustum & diuisum est Nerone imperante: cuius gula omnia deuorauit, maculauit libido, & superbia exinaniuit. Tandẽ à senatu hostis pronũtiatus, cùm turpissimè fugeret, seipsum occidit anno ætatis suæ xxxj. Et lætata est Roma, quasi victoriam obtinuisset cõtra aliquẽ pessimũ inimicũ, cultioribusq; vestibus se induẽtes epulati sunt, iuxta illud Nehemiæ viij. Comedite pinguia, bibite mulsum, dies enim Domini sanctus est. Cuius sæuitiã & pessimã vitã Boetius lib. ij. de consolatione, metro sexto, lamẽtabiliter commemarat, dicens: Nouimus quãtas dederit ruinas Vrbe flãmata patribúsq; cæsis, Fratre q quondã ferus interẽpto, Matris effuso ma- 221 duit cruore &c. †Restat ergo, ꝙ illa sola capitalis sentẽtia damnatũ reddit intestabilem, per quã mors consueta infertur: putà suspendij in personis plebeiis aut decapitationis in nobilib⁹, cũ nobiles & in dignitate constituti & diuites honestiores populi pati non debeant pœnas viles suspẽdij. l. desertorẽ. §. j. vbi gl. hoc dicit ff. de re milit. & Bar. in l. capitaliũ. §. serui. ff. de pœnis. & Bal. in §. si rustic⁹. in fine. in titu. de pace tenẽ. in vsibus feud. Imò multoties pœna corporalis ☞ mutatur [Vt plenè habetur. j. super verbo, *cuidã Petro tradiderunt.*] in eis in pecuniariã ratione nobilitatis, secũdũ plenè nota. in l. Pedius. ff. de incẽd. ruina, naufra. &c. cùm quidã. de iureiur. vbi dicit Bal. in fi. illud esse verũ, ꝙ nobiles vili pœna suspendij & strãgulationis affici non debent, nisi pro crimine proditionis: quia tunc suspẽdi furca possunt, & suspendi debẽt in altioribus furcis, id est, in altiori trabe furcarũ. Et ita refert seruari in Frãcia: & verum dicit vt experimento videmus ferè omnia patibula regia habere trabẽ vnam cæteris altiorem pro nobilibus. & ita seruatur, vt dicit Bar. in d. l. desertorem. dicens: in Francia etiã etiam nobiles suspendi. Nec ibi habetur illa mors sic 222 ignominiosa, vt in Italia. †Maximè in militibus, decurionibus, & baronibus, & Doctoribus, qui etiam de iure nõ possunt torturę subiici. l. diuo Marco. C. de quęstio. nec valet cõsuetudo in contrariũ per tex. singularẽ in l. oẽs iudices. C. de decurio. lib. x. tamen hæc omnia de tortura in præsenti regno Franciæ non seruantur: imò nobiles & quicunque sicut plebeij tor- ☞ quẽtur. [De quo meminit dominus Auffrerij in suo tractatu arrestorũ c. xvj. incip. Item in Parlamento] Vnde cũ semel anno Domini M. ccclxxxv. quidã Aduocatus in Parlamẽto Parisiis allegaret, ꝙ baro non debebat subiici torturę, fuit ei publicè per præsidentem inhibitũ hoc decætero allegare. Et ꝙ comes in tortura poneretur casu requirente, nec curia illo iure ciuili vtebat, sed quòd oẽs ponetẽt indistinctè casu exigẽte. Cũ reatus omnẽ honorẽ excludat. l. j. C. vbi 223 sena. vel clariss. †Vndecimò fallit regula nostra. vbi quis occisus esset per sentẽtiã iudicis non diffinitiuã sed interlocutoriã: quia talis nõ efficeretur intestabilis, nec testamẽtũ antè factũ rũpetur: imò tali morte cõfirmaretẽ, secundũ Bal. in l. j. C. ex delictis defunct. in quantum hæredes teneantur, versi. sed incidenter dubitatur de bãnito. Ex quo infert ibi, quòd illi qui simpliciter iubentur suspendi, & duci ad furcam per bari sellum seu officialem, qui de facto exequitur huiusmodi iussum, cũ talis sine causę cognitione iussus 224 sit interlocutoria, tales nõ moriũt serui pœnę. †q a interlocutoria nõ mutat statũ. l. quid ergo. §. quantũ. ff. de his qui not. infa. & hoc est quod voluit fons eloquentiæ Cicero in oratione sua pridie quã iret in exiliũ. Nemo, inquit, tam facinorosus inuentus est vita, vt nõ tã iudicum priùs sententiis conuinceretur, quã suppliciis adiceret & c. quasi dicat, quòd iudex repente pœnas infligere nõ debet, nisi per sententiã diffinitiuã, quã prędcedere habet plena causæ cognitio: quia secundum Ouid. lib. ij. fine titulo. Culpa nec ex facili quãuis manifesta probatur. & Seneca. ad Lucillũ epistola. Nihil ordinatum est quod præcipitat & ꝓpe- 225 rat. Prętereà dicit tex. in l. fi. ff. de pœnis. †quòd pœna per iudicem interloquẽdo sine causæ cognitione indicta censet non perpetua, sed tẽporalis: Adeo quod si aliquẽ interdiceret exercitio artis suæ, morte talis iudicis finiretur, & extingueret interdictio: quæ nõ durat nisi quãdiu durabit iudex, vt per Innocen. in c. quod translationem. de officio legati. & Panor. in c. ex literis. de cõstitutio. Secùs sicum causæ cognitione & seruato ordine, vt l. j. C. de postul. Et hoc verũ, vbi

BIU Cujas

ſimpliciter interdicitur, vel alia pœna reo infligitur: quia ſi ad aliquã pœnã expreſsè condemnaretur quis diffinitiuè ad tẽpus, abſque alia tẽporis præfinitione tunc in decenniũ videretur condemnatus. l. ſine præfinito. ff. de pœnis. Nec obſtat tex. in cap. j. de re iudi. vbi iurgantium cauſas celeri ſententia diffinire non ſuadetur, imò præcipitur: quia id intelligit, vbi cauſa eſt iam inſtructa per debitã & ordinatã à iure cognitionem, ita ꝙ nõ reſtat niſi proferre ſententiam, quæ renunciato & concluſo in proceſſu eſt celeriter ꝓferenda, nec aliquo modo differẽda. Et hoc eſt quod dicit etiam tex. in l. cũ reis. C. de pœnis, ꝙ poſtquam cognitum eſt ſufficienter de crimine, velox pœna reos ſubducat. Quod facit cõtra aliquos iudices, qui proceſſu inſtructo, & quod plus eſt, eo viſo, & in cõſilio reportato, & concluſa illius diffinitione differunt ꝑ plures dies aut menſes ſententiam proferre, quia fortè non ſunt ad eorum libitum per concilium deciſæ.

226 †Antequàm ergo occiſus ꝑ iudicem efficiatur inteſtabilis, requiritur ꝙ damnatus fuerit diffinitiuè, & ꝙ talis ſententia diffinitiua fuerit valida, aliquã nõ patiens nullitatẽ. Quia ſola ſententia eſt, quæ occiſum reddit inteſtabilem: & non delictum, vel executio facti ſimplex. l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam. vt patet ex ſupradictis. Nam ſententia ſuper delicto verificato eſt cauſa executionis facti, propter quã dãnatus infamatur & inhabilitatur, vt ibi dicit tex. qui ſic intelligitur. Ideo dixi vobis, ꝙ reo etiam vero delinquente ante ſentẽtiam decedẽte crimen extinguitur quoad omnẽ pœnã perſonæ afflictiuã, & teſtamentũ ſuum morte cõfirmat. Sed ꝑ ſententiam infirmatur, ſi diffinitiuè & ordinatè cõdemnatus fuerit, aliàs non. Tamen in aliquibus partibus eſt conſuetudo, ꝙ cùm proceſſus criminales omnes in præſenti regno fiant hodie extraordinariè, imò ita fieri debẽt ſecundũ ordinationes regias, reus interrogatus ſi ad iudicẽ ductus in confeſſione perſeueret, & de delicto conſtet, ſtatim reducitur ad carcerem, & ſecundum opinionẽ conſilij iudex ſine alia ſententia ipſum tradit, ſeu tradi facit lictori ſeu ſpiculatori & carnifici, indicãdo ei quid de eo agere debeat, nullã ſuper hoc proferendo ſententiã, vt refert Maſuerus titulo de quæſtionibus. §. item ſi delatus vltro. Et ad iuſtificationẽ huius, allegat no. in l. ij. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & in l. fi. ff. de his qui mortẽ ſibi cõſciuerunt. & text. & glo. in cap. j. de cõfeſſis. & l. prouinciarũ. C. de feriis. & l. j. C. de falſa moneta. Sed hoc intelligendũ eſt, vbi reꝰ conuictus eſt & confeſſus: & ita loquit vbi ſuprà, & clarius hoc dicit titulo de appellationibus. §. item in cauſa criminali. Quo caſu etiam non auditur appellans. l. ij. C. quorum appellatio nõ recipi. Sicut in crimine ita notorio, quod aliqua non poteſt tergiuerſatione celari, cap. veſtra. & c. fi. de cohabita. clerico. & mulierũ. Or vbi ex cõſuetudine fiũt proceſſus criminales extraordinariè, perinde valent, ac ſi ſolẽnis ordo fuiſſet ſeruatus, vt ſuprà dixi in ſeptima ſallentia. Sed cauere debent tales iudices poteſtatẽ extraordinariè procedendi habentes, ꝙ odio non moueantur, nec fauore, timore, prece vel precio. Quia maius periculũ feriendi innocentiã verſatur in his proceſſibꝰ extraordinariis, quæ inter iudicẽ & ſolum delatũ ſecretè fiũt, ſemotis aduocato, procuratore & quocũq; inſtructore, quàm in ordinariis: Ideo vbi maius periculum, ibi cautius agẽdum. c. vbi maius. de elect. lib. vj. & l. j. ff. de carbo. edict. Et ſuper omnia ꝙ in talibꝰ maximè proceſſibus ceſſet iracundia & cuiuſcunque vindictæ perſonalis ſcintilla: quia ira impedit animũ, ne poſſit cernere verum. Sed cum omni moderatione ꝓcedant in punitione delictorum. Et conſiderẽt Architam Tarentinum philoſophum illum doctiſſimum à ſtudio reuerſum, qui rura ſua videns deſerta & perdita, motus iracundia villicum reliquit impunitum, quem intuens malè meritum, Sumpſiſſem, inquit, à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem, Maluit enim impunitũ relinquere quã propter iram grauius iuſto punire. vt refert Valer. lib. iiij. c. j. tit. de moderatione animi. Et lib. v. c. j. tit. de humanitate & clementia refert de Piſiſtrato Atheniẽſi tyranno, qui licet in conuiuio inter epulas. verbis & ſputo in faciem iniecto laceſſitus à Traſippo valde fuiſſet, linguam tenuit & manũ: nec pœnam per ſe aut filios ab illo exegit. Quinimò Traſippum timore cõcuſſum recedere volẽtem benignè retinuit. Et cũ deinde ſe occidere vellet, in eodem gradu amicitiæ eum retinendo, ne ſe occideret impediuit, ne iratus vlciſci videretur. Si nihil aliud dignũ honore memoriæ geſſiſſet, his tamen factis abundè ſe poſteritati commendaſſet. Hæc ille. Non tamen intelligatis, iudicẽ eò ꝙ iratus eſt, relinquere debere omnino delictũ impunitũ, vt Architas fecit. Sed debet differre vindictam & dare locum iræ, quia tunc moderatio rectè dici poteſt, ſi iratus det iræ ſuæ ſpacium, vt reſidente per interuallum temporis animi tumore modũ habeat caſtigatio. l. ſi vindicati. C. de pœnis. & c. cũ apud. vbi tex. aureus. xj. q. iij. Vnde idem Valer. vbi ſuprà, de Platone loquens ſic dicit. Nimis liberalis Architæ moderatio: tẽperatior Platonis. Nam cùm aduerſus delictum ſerui vehementius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictæ diſpicere nõ poſſet, Speuſippo amico caſtigatiõis negotium mandauit: deforme ſibi futurum exiſtimans ſi cõmiſiſſet, vt parem reprehenſionem culpa ſerui & animaduerſio Platonis mereretur. Hæc ille. Quia animi moderatione vix vti poſſunt, qui breuiter inter loquendo reos morti tradunt, vt fecit infelix Pilatus: de quo legitur Ioan. xix. ꝙ Iudæis tradidit illũ, ſcilicet Chriſtum creatorẽ ſuum, vt crucifigeretur. Et ſic non fuit ſeruus pœnæ factus, vt ſuprà dictum eſt de illo quem ad furcas iudex ſimpliciter mitti mandauit per bariſellum ſine forma ſententiæ. ſecundum Bald. in d. l. j. C. ex delic. defun. Et finaliter ſpiculatores partiti ſibi fuerunt veſtimenta eius, & ſuper veſtẽ incõſutilem miſerunt fortem. contra tex. in l. diuus. §. pãnicularia. ibi: itaq; neque ſpiculatores vltro ſibi vẽdicent, neque optiones ea ſibi deſiderẽt, quibus ſpoliatur quo momento quis eſt punitus. ff. de bonis dãnatorũ. †Quæ omnia clariſſimè demonſtrant Chriſtũ 227 redemptorem & ſaluatorem noſtrum non deceſſiſſe inteſtatum: imò valuit & valet eius teſtamentũ, ita ꝙ non fuit per iniquiſſimi Pilati ſententiam, ſeu illius executionẽ ruptum: de quo ſalutifero & ineffabili teſtamento diuus Ambroſius in quodam ſermone de paſſione ſic dicit: Author pietatis in cruce pendens, teſtamentũ condidit, ſingulis opera charitatis diſtribuens, apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, patri ſpiritum, virgini paranymphum, latroni paradiſum, peccatori infernum, pœnitentibus crucem. Hæc ille. Nam etiã paulò ante eius ſalutiferam paſſionẽ, mundo pacem reliquerat, vt habetur Ioan. xiiij. & Matth. x. ibi, Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. Pacem ſuam relinquit nobis, quæ eſt vinculũ charitatis 228 c. nouit de iudic. †Sine qua (ſcilicet charitate) ſaluari nõ poſſumus. iuxta illud Apoſtoli j. ad Corinth. xiij. Si linguis hominum loquar & Angelorum, ſi habeã prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem

ſcientiam

scientiam & fidem,& si tradam corpus meũ vt ardeã, charitatem autẽ non habeã,nihil sum. Prætereà dicit tex.in clemen.dudum.de sepult.q̃ nisi pacis tempore non bene colitur pacis author, nec iustitia virtutum mater (sine qua secundum Augusti. regna aliud non sunt quàm latrocinia) suã facere potest operationem quia fructus iustitiæ in pace seminatur, Iacobi iij.ca. in fine.de quo plusquã propheta Psal.lxxxiij.iustitia, inquit,& pax osculatæ sunt,quasi dicat, q̃ à Deo cõiunctæ sunt, q̃ vna sine altera esse non potest. Vnde Christ⁹ in sua passione satisfecit pro nobis per viam iustitiæ, quã statim pax fuit osculata: quia per suum sanguinẽ pacificauit ea quę sunt in cœlis & in terris, vt dicit Apostolus ad Colloscns.j.secundũ Lyrã. vbi suprà. Et sic pax est nobis summè necessaria, adeò q̃ non est iuramẽtum in mundo,quod pacem impedire possit.sed illo non obstante fieri poterit,& conclusio pacis valebit.c.qui sacramẽto.xxij.qõ.iiij. Et nedum petenda est pax, imò roganda, Psal.cxxj. Rogate, inquit,quæ ad pacem sunt. Cùm dissẽtiones & scãdala prauis actibus aditum præparẽt,rumores & odia suscitent,& illicitis moribus ausum præbeãt.Ob quod de pace loquẽs Aurelius August.libro xix. de ciuita. Dei.cap.xj.in fin.tantum est,inquit,pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis atq; mortalibus nihil gratius soleat audiri,nihil desiderabilius concupisci,nihil post remò possit melius inueniri. De quo si aliquuantò diutius loqui voluerimus,non erimus,(quãtum arbi tror)onerosi legentibus,propter finem ciuitatis hui⁹ de qua nobis sermo est, & propter ipsam dulcedinẽ pacis,quæ omnibus clara est.Hæc ille.Vnde non abs re seraphicus ille Bal.de pace tenẽd.in prin.per illũ tex.dicit pacẽ desiderãdã velut necessarium bonum. & Cassiodorus: Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas,in qua & populi proficiũt, & vtilitas gentiũ custoditur.hæc scilicet pax est bonarũ artium mater decora,hæc mortalium gen⁹ multiplicat,facultates protendit,& mores extollit.& Oldra. consi.xciiij.incip. Eleganter circa negotium.ix.colũ. in fine.Pax,inquit,desideranda est, in qua bonum, & salus multitudinis cõsistit.ob quod dicit tex.in l.cõgruit.ff.de offi.præsi. q̃ bono & graui cõgruit præsidi curare pacãtã atq; quietam esse quã regit,puinciã Nam pace remota socialis vitæ perdit vtilitas:quinimò multitudo dissentiens sibiipsi fit onerosa, nihilque habet honesti, in auth.de referen. in princ.col. 1a.v.Sicut enim caseum vermiculus corrodit,sic dissensio rem publicã, secundũ Bal.de caducis tollẽdis. l.vnica.Vnde poëta Buco.j.Eu inquit,quo discordia ciues perducit miseros.Adeamus hereditatẽ nobis à Christo relictã fratres,scilicet pacẽ habendo ad Deũ eius præcepta seruando,iuxta illud Esaiæ xlviij.Vtinã attẽdisses mãdata mea,& facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris apud nos sensualitatẽ rationi subiiciẽdo.quia secundũ August. de ciuit.Dei:Pax vera nõ est quãdiu pugnat cũ vitiis & erga proximũ,ipsum sicut nosipsos diligendo: quia nõ est hæres Christi, qui pacẽ eius testamẽto relictã nõ habet,dicit glo.in verbo,pacẽ, in c.ad apostolicę. de re iudi.lib.vj.Quantũ enim sit pax desiderãda,maximè bello sæuiente,docet tex.in d.l.vnica.in princ. C.de caduc.tollẽd.ibi,vt quod belli calamitas introduxit,hoc pacis lenitas sopiat.Ad quam nos possetenus exhortatur Valer.lib.iiij.c.ij.in princip.titul.de reconciliatis. Transgrediamur ad egregiũ humani animi affectum,quem ab odio ad gratiam deflexũ,& quidẽ cum lęto stylo prosequamur.Nam sicut placidum mare ex aspero, cœlúmq; ex nubilo serenũ hilari aspectu sentitur,sic bellum pace mutatũ plurimum gaudij affert. Offensarum etiam acerbitas deposita, candida relatione celebranda est. quia vt dicit Salustius in Iugurthino.Cõcordia paruæ res crescũt, discordia verò maximè dilabuntur.& Cato:

Ira odium generat,concordia nutrit amorem.

229 Ob † quod sapientes Romani conuiuia adpam semel in anno celebrabãt,vt maximus ille refert Vale.lib.ij.c.j.tit.de instit.antiquis.Conuiuiũ ctiã solẽne maiores (vt dicit) instituerunt:idq; christiani appellauerunt.Cui præter cognatos &affines nemo interponebat, vt si qua inter necessarias personas querela esset exorta,apud sacra mensæ & inter hilaritatẽ animorũ fautoribus cõcordiæ adhibitis tolleretur.Hæc ille.hinc est qđ Cicero in lib.de amicitia: Nulla,inquit, ciuitas tã firma,támq; stabilis, quæ nõ odiis ciuiũ labefactetur,nec vllũ tã grãde imperiũ, quod ciuilis discordia nõ euertat.Quia vt dicitur in secunda Catilinæ responsiua in Cicero. Nihil est tã periculosum ciuitatibus,quã cũ delecti ciues inter se dissidẽt. Inimica nãq; est rerum maximarũ discordia. Ea res fortè dissipat & demolitur. Quod prudenter considerãs Marcus Aemilius Lepidus cum Fuluio Flacco eius inimico censor ratione creatus,eo momẽto inimicitiã corde syncero deposuit,quã nocitura reipublicæ videbat.De quo Valer.allegat,titu.de reconci-
230 liatis. †Marcus,inquit,Aemilius Lepidus bis cõsul & pontifex maximus, diuturnas ac vehemẽtes inimicitias cũ Fuluio Flacco eiusdẽ amplitudinis viro gessit:quas vt simul cẽsores renuntiati sunt, in cãpo deposuit, existimãs nõ oportere eos priuatis odiis dissidere,qui publicè summa iuncti essent potestate.Id iudiciũ animi ei⁹ & præsens ætas cõprobauit, & nobis veteres annaliũ scriptores laudandum tradiderunt: subiungens postea,idem Sextũ Liuiũ Salinatorẽ Neroni sibi odioso publicè iũctũ fecisse:quę quidẽ mẽtis ad tranquilliorẽ habitũ inclinatio,in aspero ac difficili tẽporũ articulo plurimũ salutis vrbi atq; Italię attulit:quia pari virtutis impetu connixi,Punicas vires contuderunt.hæc ille,sicut refert à simili Augusti nus lib.i.de ciuit.Dei,capi.xxxiiij.Scipionem dixisse nullã censere rempublicam felicẽ stãtibus mœnibus & ruẽtib⁹ moribus. Ob quod nõ immeritò dicit tex.
231 in c.ij.de desponsa.impub.q̃ †mãtrimoniũ aliàs ratione personarũ interdictũ tolerat,fauore pacis:quia pax vt seruetur moderamẽ iuris habetur,secũdũ gl. ibi similiter dicit Bal.in tit de pace Constan.ix.col.q̃ si bona rebelliũ tẽpore guerræ aliis sint cõcessa personis,sunt facta pace priorib⁹ reddẽda dominis: quia pax non solũ habet vim simplicis indulgentiæ,sed in integrũ restitutionis, vt quod clade bellica turbatũ est,pacis remedio reformet.c.cũ per bellicã. xxxiiij.
232 q.ij.†Et adeò q̃ si sententiæ sunt latæ cõtra rebelles occasione rebellionis, rescinduntur facta pace. Imò posset princeps pro bono pacis (vbi aliàs haberi non posset)generalẽ legẽ faciẽdo,tollere actiões quęsitas singulis in bello in dãnum pacis.l.Antiochensium.ff. de priuilegiis creditorũ.l.vẽditor.§.si cõstat.ff.cõmunia prędi.& plenè not.in c.in nostra.de iniuriis.facit tex.in c.hoc quippe.iij. q.vj. vbi propter bonũ pacis episcoporũ depositio,&aliorũ subrogatio etiã cõtra cõscientiã facta,fuit per papã tolerata. Quo etiã casu posset papa ecclesiæ electiuæ inhibita electiõ authoritate sua prouidere:quia bonum pacis est iusta causa dummodo sit in literis prouisionis expressa secũdum Ludo. Roma.cõsi.cccxxij. inci.quo ad primũ cõsul-

BIU Cujas

tationis articulū &c.iiij. col.cùm ſeq. vt plenius dixi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* in j.arti.ſucceſſionū ab inteſtato ij.deciſione. Vnde etiā arbitrator poſſet,nō ſolū ī caſu dubio, ſed etiā in caſu certo dare pro bono pacis de iure vnius alteri parti,vt per illum tex. decidit Pano.in c.niſi eſſent. ij. col de prębē. Nec immeritò: quia vbi nō eſt pax,ſed guerra & diſ-
233 ſenſio in patria vel loco,turbata ſunt omnia.†Etiam ſi treuga interponatur,quę ad tēpus eſt:adeo ꝙ ſicut obligatus ad ſoluendū, & debitū portandū, excuſatur ſi ſit guerrā, ita etiā ſi ſciat treugā. Caſus eſt ſing. ſecūdū Bal.in c.j.§.vaſalli de pace Cōſt.& ſic treuga plus accedit guerræ q̄ paci. Non enim ſolidat treuga timentē,ſicut nec ſaluus cōductus.c.accedēs.vt licet nō cōteſt. videatis Ioā. And.ſuper rubr.de treuga & pace. Ideo ſpeciale eſt in publica pace facta vt rūpēs eā ꝓ furto quinq; ſolidorū laqueo ſuſpēdat, ſi minus ſcopis,& forcipe excorietur & tūdatur. in vſib. feud de pace tenē. & ei⁹ viola.c.j.§. ſi quinque ſolidos. vbi aliàs ꝓ primo furto ſi nō eſſet nimis egregiū trib⁹ æquipollēs,pœna mortis nō puniret:in auth.ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit. ſecundū Bal. ibi,& plenè Guido Papæ,q.dlxxxix.Prætereà fauore pacis & pro illius ſumma vtilitate. quę ꝑ tranſactiones procurāt ꝑ quas cōtrouerſię,lites,& quęſtiones ſedāt,&pacificāt fuit cōſultiſsimè proſpectū, & lege diffinitum, in tranſactione locum non habere remedium. l. ij.C. de reſcin. vend. Quia in ea prætendi non poteſt læſio, cum eo ſolo ꝙ à lite diſcedit, ſummū bonum & ſic inæſtimabile cuilibet parti acquiratē.l.Lucius.§.fi. ff.ad Trebel.Similiter ſi ꝓmiſſum cauſa trāſactionis nō ſeruet aut datū euincat,controuerſia ſemel tranſactione ſopita nō inſtaurat, nec pax ſemel inter partes ꝑ trāſactionē facta perditur,ſed ad promiſſum agitur.l. ſi ꝓ feud.ibi inſtaurari deciſam litem ꝓhibēt iura &c.quā ibi ſingulariter ad hoc cōmendat Bar.in prin.C.de tranſactio.nec locum habet regula,frangē ti fidē &c.quæ ſolum militat in ſimplici pacto.l.cum proponas.C.de pactis.Pariter decidit & ſingulariter
234 Bal.in additio.Specu.ti. de homicid.prope finē,†ꝙ licet mandatū morte extinguatur mandatoris.l.mandatum. C.manda. tamen nō finitur etiā re integra, ſi mandatū fuerit ad faciendum pacem:ideo ſi vulneratus mandauerit alicui vt faceret pacem, & re integra mādator moriatur, nihilominus fieri poterit pax vigore mādati.alleg.l.ij.ff.ad Sylleia.& l. ſi verò nō remunerandi.§.fin.ff. manda. quod ſequitur Iaſon, in l.eius.§.placebat.ff.ſi cer.pet.dicens hoc alibi nō legiſſe.Ad hoc facit ſingularis deciſio gl.in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndū.ff.de mino. vbi Bar. Bal.& Alber.
235 †vbi ſi minor xxv.annis potuerat habere concordiā & pacē cū aduerſario in mille ducatis, & noluit, ſed eam refutauit,& poſteà fuit condemnatus in duobus milibus,nō nocet ei talis ſententia, licet trāſiuerit in rē iudicatam:imò habebitur ꝓ cōcordato fauore cōcordię. Et quod magis cōcludit,qa ex ſequēti ſentētia apparet de euidenti læſione: ꝓpter quam reſtituit aduerſus cōcordiam omiſſam.& idē tenuit Bal.in repetitione l.ij. C.de reſcin.vendi.quia relinquēs concordiā læſus videtur.quaſi Deum reliquiſſet, qui nō eſt diſſenſionis De⁹,ſed pacis.j.Cor.xiij. Quę omnia ꝓ pacis cōmendatione ſunt notanda: quia inducunt ad pacē,quę interbonos ſeruāda eſt,vt pupilla oculi, ſi angelico præcepto parere velimus,vt tenemur,qui vt habetur Lucæ ij.Gloria,inquit, in excelſis Deo,& in terra pax,hominibus bona voluntas.quanuis inter malos procurāda ſit diuiſio & diſſenſio: quia vt dicit Saluſtius in Iugurthino,Inter bonos amicitia, cui fauendum eſt, inter malos factio eſt,quę poſſetenus diſ-
236 ſolui debēt.†Nā vt dicit Greg.in moralibus, Sicut noxium eſt,ſi vnitas deſit bonis, ſic eſt perniciosum, ſi non deſit malis.Peruerſos quippe vnitas corroborat,dum concordat. Et tanto magis incorrigibiles, quanto vnanimes facit. Ideo Paulus ſe Phariſæū dicens.diuiſionem ſeminauit inter Phariſæos & Saduceos,& liberationē cōſecutus eſt,Actorum xxij. vbi dicit glo.ꝙ ſicut vnitas bonorū vtilis eſt, ſic malorū ſēper bonis nociua eſt.Et hoc eſt quod dicebat Saluator, Lucæ xij.Non veni pacē mittere in terrā, ſed ſeparationē.& Eſaias lviij.cap.dicit: Diſſolue colligationes impietatis,& faſciculos deprimentes.Vnde & inter hoſtes diſcordias procurare ſapientis eſt ducis,ſecundū Vegetiū de re mili.c.x.cui cōcordat Iſidor.in li.de ſummo bono lviij.c.de malorū cōcordia. & Oldrad.conſil.lxxj.incipiē. Nunquid Chriſtianus poſcit ſine peccato.De laudibus & effectu pacis, videatis Lud.Ro.conſi.vlti.incip. Vos eſtis lux mundi. vj.col.Et vnde procedit pacis & concordiæ exilium, videatis tex.ſuprà in proœmio huius voluminis Decretaliū.Poſtq̄ ergo Chriſtus tam ſaluberrimam nobis reliquit hæreditatē,debemus ſuum poſſetenus teſtamentum ſuſtinere,vt ex eo fructum conſequamur tanquā omnium iure valido,non obſtante funeſta &
237 execrabili contra eum lata ſentētia,†quæ peccauit in multis:quæ ad ipſius detegendā iniquitatē & iniuſtitiam notoriā glomeratè concurrunt. Primò, quia ad fauorē populi & clamorē lata fuit,& ideo ſeueriter,iuxta illud Pœtæ j.Aeneid. Sæuitq̄; animis ignobile vulgus.& habetur Lucæ xxiij.ibi.At illi ſuccla-
238 mabant dicentes,Crucifige crucifige eū.Et inſtabāt vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur. Et inualeſcabant voces eorum.Et Pilatus non aduertens, †ꝙ ſicut fauore populi liberari nō debet damnat⁹.l. ad beſtias.ff.de pœn. ita nec ipſius furore Innocens erat damnandus:imò multo minus ꝑ rationē.l.abſētē.ff.de pœ.adiudicauit fieri petitionē eorum dicentiū,ſi hunc dimittis,nō es amicus Cęſaris.Et ſic timore,iuxta illud:Quatuor iſta timor,odiū dilectio,cenſus,Sæpe ſolent hominū rectos peruertere ſenſus.Et alibi,nō hunc ſed Barrabā,ſecundū quod ſpiritu, ꝓphetico dixerat loco Chriſti eximius prophetarū ille Dauid pſalmo xxj. Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obſederūt me. Aperuerūt ſuper me os ſuū,ſicut leo rapiēs & rugiēs.Quonia circūdederunt me canes multi,cōſiliū malignātiū obſedit me. & alibi Pſal.ij.Aſtiterūt reges terre & principes cōuenerunt in vnū aduerſus dominū, & aduerſus Chriſtum eius.Non ergo iracundè,ſed cū animi moderatione ꝓcedi debet in punitione delictorum:quia ira impe-
239 dit animum,ne poſſit cernere verū†Ideo Tarētinus Architas à ſtudio reuerſus videns rura ſua deſerta & perdita,motus iracundia villicū reliquit impunitū quē intuens malè meritum,Sumpſiſſem,inquit, à te ſuppliciū,niſi tibi iratus eſſem.Maluit enim impunitū dimittere,quā propter irā grauius iuſto punire vt refert Val.li.iiij.cap.j. ti. de moderatione animi.& lib.
240 v.c.j.ti.de humani.& clemē. † refert de Piſiſtrato Atheniēſi tyrāno,q licet in conuiuio inter epulas verbis&ſputo in faciē iniecto à Thraſippo laceſſit' valde fuiſſet,linguā tenuit,& manū,nec pœnam ꝑ ſe aut filios ab illo exegit.Quinimo Thraſippū timore concuſſum recedere volentē benignè retinuit:& cum de inde vellet ſe occidere,in eodē gradu amicitiæ eū retinēdo,ne ſe occideret impediui:ne iratus vlciſci videretur.

BIU Cujas

deretur. de quo Valer. vbi ſ. pulchrè ſic dicit, A Thraſippo amico inter cœnã ſine fine laceratus, ita & animũ & vocẽ ab ira cohibuit, vt putares ſatellitẽ à tyranno malè audire: abeuntẽ quoq; verit⁹ ne ꝓpter metũ maturius, id eſt citius ſe conuiuio ſubtraheret inuitatione familiari cœpit retinere: Thraſippus concitatę temulẽtiæ impetu euect', id eſt tranſportatus, os eius ſputo reſperſit, nec tamen in vindictam ſui valuit aſcẽdere. Ille verò ſcilicet Piſiſtratus etiam filios ſuos violatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes retraxit

Poſtero quoque die Thraſippo ſuppliciũ à ſe volũtaria exigere volente morte, venit ad eũ ſcilicet Piſiſtratus, datá ꝺ; fide in eodẽ gradu amicitiæ mãſurum ab incepto reuocauit. Si nihil aliud dignũ honore memoriæ geſſiſſet, his tamẽ factis abundè ſe poſteritati cõmendaſſet. hęc ille. Non tamẽ intelligatis iudicẽ eo ꝙ iratus eſt, relinquere debere omnino delictũ impunitũ ſicut architas fecit. Sed debet differre vindictã, & dare locum irę: quia túc moderatio rectè dici poteſt, ſi cũ iratus deciſſet irę ſuæ ſpatiũ, vt reſidẽte per interualliũ tẽporis animi tumore modũ habeat caſtigatio. l. ſi vindicari. C. de pœn. & c. cũ apud xj. q. iij. Vnde melius, vt loco priùs alleg. Valer. feciſſe videt Plato, ꝙ nõ remittẽdũ ſeruo ſuppliciũ, ſed ab altero minimè perturbato inferendũ eſſe iudicauit, dicẽs in hæc verba: Nimis liberalis Architæ moderatio, tẽperatio Platonis. Nã cùm aduerſus delictũ ſerui vehementius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictæ deſpicere non poſſet, Speuſippo amico caſtigationis arbitriũ mãdauit, deforme ſibi futurum exiſtimãs, ſi cõmiſiſſet, vt parẽ reprehenſionẽ culpa ſerui, & animaduerſio Platonis mereretur. Hęc ille. Qua animi moderatione caruerũt põtifices Iudęorũ vt ſuperius dixi, de hac ſententia tumultu populi lata loquendo. Sed quia in leges diuinas impiè agere impunè nõ cedit, ij. Mac. iiij. Et pręterea, quia vt li. iiij. c. vij. ti. de amicitia, in fine dicit Val. Optima vindex inſolẽtię eſt
241 varietas humanæ cõditionis. † Cõtingit paulò poſt ꝙ in foribus templi ipſo feſto Paſchali, vt Faſciculus refert tẽporum, triginta millia hominũ necata ſunt. Et continuè durauit inter eos ſeditio, furor & tumultus, donec vt dictum fuerat Moyſi Deut. xxviij. penitus per Titum & Veſpaſianũ deleti fuerũt. Et nõ abre: Barabbã enim petierũt nequiſsimũ & ſeditioſum, & non mitẽ & humilem Ieſum. Imò ante faciẽ Pilati ipſum negauerunt dicẽtes: nõ habemus Regem, niſi
242 Cæſarẽ. † De quo nullã pœnitẽtiã egerunt: nec tanquam de præterito cogitarunt, ob quod peſsimi facti ſũt, iuxta illud Senecæ, ad Lucil. epiſtol. lxxxiij. Hoc nos, inquit, peſsimos facit, ꝙ nemo reſpicit vitã ſuã. Quid facturi ſumus, cogitamus, & id rarò. Quid fecerimus nõ cogitamus, ſicut cogitabat propheta Eſaias xxxviij. dicens: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. & Sextus (vt narat Seneca. li. iij. de ira.) omni die ſeipſum interrogabat qualiter vixiſſet. vnde Hugo de clauſtro animæ. Sicut, inquit, cõuentus hora ſtatuta ad capitulum confluit vt mala corrigat, ſic ratio ad ſecreta cordis conuenire debet, & quod nephas eſt corrigere: iuxta illud Eſa. xvlj. Redite præuaricatores ad cor, & recordamini prioris ſeculi. In frõte enim tẽpli Apollinis olim (vt Macrob. lib. j. narrat) ſcriptũ erat: Hęcvia eſt ad beatitudinẽ: ſi teipſum cognoueris, vt etiã tradit Policr. lib. iij. c. ij. cui cõcordat Iuuenalis, & Aug. iiij. de Tri. c. j. Scientiã (inquit) cœleſtiũ atq; terreſtriũ magnam exiſtimat genus humanũ: ſed profecto meliores ſunt qui ſcięntiis huiuſmodi, ſeipſos noſſe præponũt. Cùm laudabilior ſit anim⁹ cui ſua eſt nota infirmitas, quã
243 qui ea non reſpecta vias ſiderũ ſcrutatur. † Secundò peccauit dicta ſententia, & nulla apparet propter ornẽ ꝓceſſus nullo modo ſeruatũ per iudicẽ. Cõdẽnatus enim extitit ad funeſtã vocẽ ſaderdotũ ipſum accuſantium, cõtra l. fin. C. de accu. Nam licet ageretur de magno, tamen proceſſus fuit adeo præcipitatus ꝙ vix decẽ durauit horis, cõtra tex. in clemẽ. paſtoralis. de re iudic. vbi præcipitatio dicitur nouerca iuſtitiæ. In quibus verificatũ fuit illud Salluſtij in Iugurtino, vbi dicitur: Animo cupiẽti nihil ſatis feſtinatur, vt la
244 tius ſuprà fuit oſtẽſum. † Tertiò peccauit, quia ex proceſſu Pilati euidẽter apparet de ſentẽtię iniquitate, & notoria iniuſtitia: cũ ſępius dixiſſet Iudæis, Nullã cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eũ accuſatis. Et iterum. quid enim mali fecit iſte? Nullã cauſam mortis inuenio in eo, Lucę alle. xxiij. c. quod &cæteri euãgeliſtę teſtãtur: ꝙ ſæpe hoc dixit Pilatus ad demõſtrãdũ cõfeſsionẽ de Chriſti innocẽtia
245 non fuiſſe erroneã. Nõ enim præſumitur de errore alicuius cõfeſsionẽ reiterãtis: ideo valet cõfeſſio reiterata: etiã extra iudiciũ abſente parte facta, tãquam vera & ex certa ſciẽtia ꝓcedẽs, ſecundũ Bart. in l. cũ ſcimus. C. de agri & cẽſi. lib. xj. pro quo eſt tex. quem ipſe nõ allegat in l. j. C. de plus peti. ibi, & ſecũdis cõfeſsionidus. &c. Et ſi ꝓfidi Iudæi Euãgeliſtis credere nolint, ſaltẽ credẽdũ eſt ipſi Pilato iudici per eos electo: qui poſt Chriſti paſsionem de ipſius ſanctitate & innocẽtia Tyberio Cęſari epiſtolã ſcripſit, in hęc ver
246 ba. † Tyberio Auguſto Põtius Pilat⁹ ſalutẽ. Nuper accidit, quod ipſe ꝓbaui, Iudęos ꝓ inuidiã ſe ſuóſq; poſteros crudeli damnatione peremiſſe: cũ enim promiſsũ haberẽt patres eorũ, ꝙ Deus mitteret illis per Virginẽ ſanctũ ſuũ: qui rex ipſorũ meritò diceretur, hunc me præſente miſit in Iudæã. Quẽ cum vidiſſent cæcos illuminaſſe, leproſos mũdaſſe, paralyticos curaſſe, dęmones effugaſſe, mortuos ſuſcitaſſe, vẽtis imperaſſe, pedibúſq; ſiccis ſuꝑ vndas maris ambulaſſe, & alia multa miracula feciſſe, & omnis populus Iudæorũ diceret eũ eſſe Dei filiũ: Prĩcipes ſacerdotũ in uidia cõtra eũ moti mihi eũ tradiderunt, & alia proaliis mentiẽtes hunc magũ eſſe, & cõtra legẽ eorum agere dixerũt. Ego autẽ ita eſſe dicẽs, ipſũ flagellatũ eorũ arbitrio tradidi, qui eũ crucifixerunt, & ſepulchro cuſtodes adhibuerũt. Ille quoq; militibus meis cuſtodiẽtibus, die tertia reſurrexit. In tantũ verò nequitia Iudęorũ cõtra eũ exarſit, vt ipſis cuſtodib⁹ pecuniã darẽt quatenus diſcipulos ei⁹ corpus rapuiſſe dicerẽt. Sed illi quod factũ fuerat tacere nõ valẽtes, teſtati ſunt eũ reſurrexiſſe, ſeq; viſionẽ Angelorũ vidiſſe, & à Iudęis pecuniã accepiſſe. Hoc autẽ ideo ſcripſi, ne quis aliter æſtimet factum eſſe, vel credẽdum mẽdaciis Iudęo. hęc ille. Tũc Tyberius cũ ſuffragio magni fauoris retulit ad Senatum, & poſtulauit vt Chriſtus Deus haberetur. at ſenatus recuſauit, indignatus ꝙ nõ ſibi ſecundũ morẽ epiſtola primò fuiſſet delata. Cùm eſſet mos Romanis, vt prouinciarum iudices ſenatui ſcripto renuntiarent, ſi quid noui in his quas regebãt, prouinciis accidiſſet. Et iterum ei ſcripſit, Pilatus Tyberio Cæſari ſalutẽ. De Ieſu Chriſto quẽ tibi planè poſtremis meis declarauerã, nutu tandem populi acerbum (me quaſi inuito & ſuſtinente) ſuppliciũ ſumptum eſt. Virum herclè ita pium & ſeuerum nulla vnquã ætas habuit, nec habitura eſt: ſed mirus extitit ipſi⁹ populi conatus, omniúm q; ſcribarum principum & ſeniorum cõſenſus: ſuis ꝓphetis & more noſtro Sibyllis cõtrà præmonentibus: hunc

BIU Cujas

vēritatis legatū cruci (ſignis etiā ſupra naturā apparētibus) dū pēderet, & orbi vniuerſo Philoſophorum iudicio lapſum minitātib'. Vigēt illius diſcipuli opræ & vitæ cōtinētia magiſtrū nō mētiētes: imò in ei' nomine beneficētiſsimi: niſi ego ſeditionem populi æſtuantis exoriri pertimuiſſem, fortaſſe adhuc nobis vir ille viueret. Et ſi tuæ magis dignitatis fide cōpulſus, quā voluntate mea adductus ꝑ viribus nō reſtiterim ſanguinē iuſtum totius accuſationis immunē, verùm hominum malignitate iniquè, in eorū tñ (vt ſcripturę interpretātur) exitum pati & venundari. Val. v. Kalēdas Aprilis. O glorioſum & nobis ſalubre iudicis ſcripto reiteratum teſtimoniū, Chriſtum innocētem ꝑfitentis & ante mortē, vt vidiſtis, Et hora mortis qua ſcripſit titulum Pilatus: in quo ſcriptum erat, IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Pariter & poſt mortem, vt in prædictis epiſtolis continetur, ſententiæ iniquitatē euidenter demōſtrans, & Chriſtum redēptorem noſtrū ab infamia præſeruās. Non enim ſentētia, aut ictus fuſtiū, vel quæcunq; alia pœna infamiā irrogat: ſed cauſa propter quā id pati meruit. ff. de his qui not. infa. l. ictus fuſtiū. licet enim aliquādo quis ſine culpa, non tñ ſine cauſa puniat, tñ Chriſtus ſine culpa, imo ſecundum confeſsionem iudicis ſine cauſa punitiōe digna, fuit occiſus ad dictū falſorū teſtiū: quorū teſtimonia nō erāt cōueniētia, imò varia, cōtraria, & manifeſtè vacillātia, vt ſcribitur Marci xiiij. ad inſtar teſtium Suſannæ: De quibus habetur Daniel. xiij. & glo. in l. teſtium. C. de ſtibus.

247 † Quartò peccauit, quia iudex errorē in ſua ſentētia expreſsit, quia videns quòd nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manꝰ corā populo, & ſedendo pro tribunali dixit: Innocēs ego ſum à ſanguine iuſti huius. Ac protinus Ieſum flagellatū tradidit eis vt crucifigerēt. Matthęi xxvij. Or in mūdo maior iuris error in ſentētia nunquā fuit, quā in fatēdo aliquē fore innocentē ipſum condēnare ad

248 mortē, ſicut fecit Pilatus Chriſtū. † Nō aduertēs, ꝙ in mēte iudicis debent eſſe duo ſales, ſcilicet ſciētiæ, aliās eſt inſipida: & ſal ſecuræ conſciētię, aliās eſt diabolica, vt pulchrè dicit Bal. in l. ij. circa fi. C. de ſentē.

249 ex peri. reci. † Apices enī iuris in foro cōſciētię nō excuſant. quia forus cōſciētiæ forus boni & æqui ſimul coniuncti. Et eſt tribunal veritatis & fictionis. Nā qñ æquū bono opponitur, diuina iuſtitia potius amplectit̄ æquum, quā id quod ius ciuile vocat bonū Cū perfecta iuſtitia requirat hæc duo ſimul, ſecundū Bal. elegantiſsimè in l. vnica. C. de cōfeſ. Iſtos deniq; apices diſtinctionū iuris ciuilis ſimplicitas naturalis ignorat, ſecundū Bal. in c. fi. xij. col. de cōſuetudine, & dixi ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* in j. arti. & ſecunda deciſione, loquendo an executio fieri poſsit cōtra clericos in fructibus beneficiorū. Pariter Bal. in c. auditis. prope finē. de elect. cōſultiſsimè decidit

250 † ꝙ plus peccāt qui ſciēter indignū eligunt, quā qui eligunt cōtra formā eligēdi: quia primi cōtra cōſciētiā faciunt. Secundi verò ſolos canonū apices prętermittunt: quod nō eſt cōtra bonā fidē, nec naturalem æquitatē, ſed cōtra nimiā legum diligentiā, nulla ratione cogēte, ſed ſola authoritate veterū introductā. ff. de leg. ij. l. codicillis. §. fi. & ff. māda. l. fideiuſſor. §. quædā. Heu me, quia hodie homines parum curāt de cōſciētia quæ Deo debetur, ſed ſolū de cōſciētia quę debetur homini, id eſt de virtute legis poſitiuæ, quæ quantū ad Deū ꝑ nihilo reputāt, ſecundum Bal. in c. eccleſia S. Mariæ. iiij. col. vt lit. pend. ſimiliter idem Bal. in l. fi. C. de pœna iud. qui malè iudica. ſingulare

251 dicit, † ꝙ adeò eſt cōſcientia in iudicādo ſequēda, ꝙ iudex faciendo ſecundū cōſciētiā, licet faciat cōtra ſcriptā iuſtitiā, nō incidit in pœnā. c. cùm æterni tribun. de re iud. li. vj. iudex. n. vt ibi dicit Bal. ſequi potius debet conſcientiā ſuā, quàm conſcientiā partiū, maximè conſcientiā quæ nemini nocet. Quod ſi Pilatus feciſſet, i. conſcientiā ſuā ſecutus fuiſſet, & non Iudęorum latratum, crucifige clamantium rectè iu-

252 dicaſſet in foro cōſcientię ſuę. † Quæ ſecundū Bal. ibi eſt triplex, ſcilicet ligata reb⁹ viſis, & ligata rationibus legū, necnō eſt cōſciētia motiua & adhęrens quibuſdā imaginationibus intellecta. Prout alibi dicit idem Bal. in c. niſi cùm pridē. iiij. col. de renuntia. ꝙ cōſcientia eſt animi motus ſibiipſi ꝑſuadēs & ſeſe concernens, vt pariter dicit in c. j. §. ſacramētum. de cōſue. recti feudi. & dicā infrà dum decidet, an infa-

253 mis teſtari poſsit. † Vnde licet hæc vltima non obliget animā iudicis, cùm ſit conſciētia impulſiua & nō arctatiua: tñ infelix beſtia Pilatus ſciens Chriſtū innocentē, cōtra viſa illius miracula omni ratione legū poſtpoſita, & quod eſt deterius, cōtra motiua imaginationibus ſui intellectus adhærētia, ſciebat enim ꝙ ꝑ inuidiā tradidiſſent eum, cōtra veritatē & æquitatē iudicauit illum. Quod nō feciſſet Bal. qui in c. quoniā cōtra falſā. de proba. dicit veritatē & æquitatem eſſe duos lapides iuſtitiæ angulares, vt ꝑbat text. ibi, dū dicit: ne falſitas veritati præiudicet aut iniquitas prævaleat æquitati &c. facit l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſi. & l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo lo. & l. placuit. C. de iudic. Nā ſciētia eſt verorū dūtaxat ſecundū Bal. in d. c. fi. de cōſue. xj. col. Igitur ſentētia Pilati non fuit bona de iure ciuili, nec timuit in foro cōtentioſo, fuitq; minus æqua, nec valuit in foro conſcientiæ de iure diuino. Quinimò fuit nulla ex tali expreſsione erroris. c. j. de re iudic. & l. cùm prolatis. ff. illo eo. tit. & l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſſe.

254 † Quintò, peccauit in acerbitate pœnę inſolitæ. Nā crudeliſſima morte affecit eum, vt iam prophetatum erat Sapien. ij. Cicūueniamus iuſtum, quoniā inutilis eſt nobis, & cōtrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiā Dei habere, & filiū Dei ſe nominat. contumelia & tormēto interrogemus eū, vt ſciamus reuerentiā eius, & probemus patientiā illius: morte turpiſsima condemnemus eū. Deinde ſequitur: hęc cogitauerunt & errauerunt. Excæcauit enim illos malitia eorum, neq; mercedē ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorē animarū

255 ſanctarum. hęc ibi. † Sextò peccauit, quia dicta ſententia nō fuit in forma ſententię diffinitiuæ prolata, ſed in forma ſimplicis interlocutoriæ & nudi præcepti. nō enim condemnauit eū aliquo ordine ſeruato, ſed ſimpliciter ac præcipitāter Iudæis tradidit illum vt crucifigeretur, Ioā. xix. Et ſic nō fuit ſeruus pœnę effectus, vt ſ. dictum fuit de illo, quē ad furcas iudex ſimpliciter mitti mādauit per Bariſellum, ſecundum Bal. in d. l. j. C. ex delict. defun. Et finaliter ſpiculatores partiti fuerunt veſtimenta ſua, & ſuper veſtem in cōſutilē miſerunt ſortē, vt ibi dicitur cōtra tex. in l. diuus. §. pānicularia. ibi, Ita neque ſpiculatores vltrò ſibi vēdicent: neq; optiones eas ſibi deſiderēt, quibus ſpoliat quo momēto quis eſt punitus &c. ff. de bōis damnat. Malè enim Chriſtum perſequi cœperunt.

256 † quia nō zelo iuſtitiæ, ſed typo inuidiæ. ideo de malo in peius proceſſerunt, quia ſcriptum eſt per philoſophū in libro de cœlo & mūdo, ꝙ modicus error in principio, maximus fit in fine. ſecundum Baldū in d.

c. quo

c.quoniã cõtra. & in l.j.§.j.ff.de iusti. & iure. Et multoties vnum peccatũ est causa alterius. vt pulchrè dicit apost. ad Rom.j. Sicut enĩ mors inuidia diaboli, vt habẽt Sap.ij.in fi. mundũ intrauit, sic Christus Iudæorũ inuidia, præsertim Caiphæ põtificis arrogãtissimi & alienæ felicitatis inuidi suasione interfectus vitam nobis restituit. In isto Caipha verificatũ fuit quod dicit Sallustius in Iugurtino, q̃ homines superbissimi procul errãt. Profectò Christus virtuosus, imò (vt verius loquar) ipsamet virtus, cũ esset sola æmulorũ inuidia (quæ virtutis comes esse solet) in Aegyptũ profugus: tãdem morte vilissima, vt scitis, nos à vtilitate
257 peccati lauit. † De quo & eius excellẽtia corporis & animi præstantia vltra Sybillas reperit Eutropius in gestis Romanorũ hãc epistolã tp̃e Octauiani senatoribus Romæ scriptã fuisse p̃ Lentulũ se ad cãm certi officij sui reperiẽtẽ in partibus Iudææ Herodis regis. Cuius epistolæ verba sunt hæc: Apparuit tp̃ibus istis, & adhuc est homo magnæ virtutis noĩatus Christus Iesus, q̃ dicit à gẽtibus p̃pheta virtutis: quẽ ei⁹ discipuli vocãt filiũ Dei, suscitãs mortuos, & sanãs oẽs lãguores. Homo quidẽ staturæ p̃ceræ, mediocris & spectabilis, vultũ habẽs venerabilẽ: quẽ intuẽtes diligere possunt, & formidare: cap illos habẽs coloris nucis auellanæ prẽmaturæ, & planos ferè vsq; ad aures. Ab auribus verò cincinnos crispos aliquãtulũ ceruliores & fulgẽtiores ab humeris ventilãtes: discrines habẽs in medio capitis iuxta morẽ Nazareorũ, frõtẽ planã, & serenissimã cum facie sine ruga & macula aliqua: quam rubor moderatus venustat, nasi & oris nulla prorsus est reprehẽsio: barbã habẽs copiosam & impuberẽ capillis cõcolorẽ, nõ lõga, sed in medio bifurcatã, aspectũ habẽs simplicẽ & maturũ, oculis glaucis variis & claris existẽtib⁹: increptatione terribilis, in admonitione blãdus & amabilis: hilaris seruata grauitate, q̃ nunquã visus est ridere, flere autẽ sic: in statura corporis propagatus rectus, manus habẽs & brachia visu delectabilia: in colloquio grauis, rarus & modestus, speciosus inter filios hominũ. hæc ille. Cui sacra cõsonat litera, Psal.xliiij. Speciosus forma p̃ filiis hominũ &c. quod nõ legislator ignorauit, in l.si quis in metallũ. ibi, quo facies quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata. C. de pœnis. Qui tandẽ inuidia põtificũ & phariſæorũ fuit occisus pro
258 nobis vtiliter. † De hac execrabili inuidia os suum aperuit benignus ille noster præceptor Sali. in l. per diuersas. C. mãda. sic dicẽs, hæc, scilicet inuidia, virtuti cõtinuò detrahit, parẽ deprimit, maiorẽ nõ diligit minorẽ attrahit, attractũ conterit, suũmq; possessorẽ falsum testẽ sæpiùs fieri subegit. Hæc sæpius mundũ illustrãtibus pro meritis supplicia cõtulit. Nam illos multoties in carcere diu, vt legimus, tenuit, diutéſq; fecit inanes. & à propriis laribus plerumque exulare coegit, & interdũ occidit. Hęc pacis æmula Romã in partes diuisit: diuisámq; suo ardenti feruore ad intestina bella deduxit, & eã omni gaudio & honore priuauit. De his omniũ magistra rerum experientia nos
259 certiores reddit, cũ ad hoc opus nostrũ perficiẽdum nos illa Ferrariã cõtulit. hęc ille. De quo etiã dedi vobis exemplum, quod cõtingit in præsenti regno, s. in
260 verbo, *condidit* j. loquẽdo de fœuitia dominorũ erga subditos: quæ plerunq; incitatur inuidia Palatinorũ, qui si virtute satis valerent (vt habes in oratione ad Cęsarẽ senẽ de repub.) magis æmuli, id est, imitatores bonorũ quã inuidi essent: quia desidia & inertia, stupor eos atq; torpedo inuasit: strepũt, obiectãt: alienã famã bonã suũ dedecus æstimãt. Heu noui quoniam inuidia fera pessima est, suóq; veneno eo citiùs inficit & pungit, quo aliquẽ meliorẽ & virtuosiorẽ sẽtit. Et quãtò q̃s vilior videt, tãtò minùs ei inuidet. Quoniã inuidus nõ maiori aut minori statui inuidet, sed pari: cũ quo se stare nõ patit ad modũ actionis de dolo. l. ij. vbi hoc dicit gl. C. de dolo. vilibus. n. & nõ virtuosis nõ inuidet. Cùm inuidia ex virtute & opulẽtia orta sit, dicit Sallusti⁹ in Catilinario in principio. Quod clarè cognoscẽs Publius Scipio African⁹ cùm Luci⁹ Scipio eius frater de ratiõe Antiochẽsis pecuniæ sola inuidia impeteret, Aphricã, inquit, totã cùm potestati vestrę subiecerim, nihil ex ea q̃d meũ diceretur, præter cognomẽ, retuli. Nõ igitur me punicæ, nõ fratrẽ meũ Asiaticę gazę auarũ reddiderũt. Sed vterque nostrũ inuidia magis q̃ pecunia locupletior est. hæc Valer. lib. iij. ca. vij. tit. de fiducia sui. & lib. viij. c j. tit. infames rei quib. ex caus. &c. de Luc. Scipio agẽs Vir, inquit, syncerissimę vitę, scilicet Luci⁹ Scipio ab hac suspiciõe procul remot⁹, inuidiæ quæ tũc in duorum fratrũ inclitis cognominib⁹ habitabat, resistere non potuit. Quia teste Tullio in rhetorica secũda, virtutis comes est inuidia, quę placari nõ põt, nisi virtute relicta, vt dicit Horati⁹, quẽ sequit gl. in l. nec quicquã. §. obseruare. ff. de offi. p̃cõ. Ideo post morte pluſquã in vita relucet virtus: quia cessant detractores, vt pulchrè dicitur in eadẽ oratione ad Cæsarẽ senẽ de rep. in fi. ibi, Nam viuos interdũ fortuna, sæpe inuidia fatigat. Vbi aĩa naturæ cessit, dẽptis obtrectatorib⁹, ipsa se virt⁹ magis magísq; extollit. Quasi dicat, q̃ durãte vita, virtutẽ & inuidiã vix separare potes. Sicut Aphricano prædicto dedit industria virtutem, virtus gloriã, & gloria æmulos cõparauit: quia secundũ Vale. li. iiij. c. 7. tit. de amicitia. in fi. Nulla tã modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. Imò paucorũ inuidia plerunq; innocẽtes iure aut iniuria suppeditãtur, vt dicitur in secũda respõsiua Catilinę in Cicer. & dicit Sallustius in Iugurtino: Post gloriã memineris inuidiã sequi: iámq; inter mortales difficillimũ est gloria inuidiã vincere. q̃a diabolus illius fator est, cuius inuidia mors mundũ intrauit, Sapi. ij. Sed cõfidãt virtuosi, quia curæ Deo est hoĩum virt⁹. Præterea dicit Valer. lib. v. c. iiij. in princ. tit. de pietate, q̃ magno vbiq; pretio virt⁹ æstimat. Ideo oportet in maximis reb⁹, & rerũ publicarũ administratio nibus, nõ penitus inuidiã formidare, sed magno animo ad præclarissima quæque adniti, & virtutis ac potẽtiæ magnitudine inuidiã superare, dicit Plutarchus cõparationẽ Niciæ & Crassi enarrans. Quia multoties inuidi plus in seipsis torquent, q̃ aliis nocuerint, dum prauã eorũ voluntatẽ exequi nequeunt. Similes enim sunt mõti Aethnæ, qui aliis parum nocendo, se ipsum cõburit: de quo Alanus sic dicit. Nil aliud nisi se valet ardens Aethna cremare. Sic se non alios inuidus igne coquit. Et deinde subiungit, Fumũ nõ ignẽ iaculatur ab ore caminus. Colloquio nõ reliuor obesse põt. Cõtra quos exclamat Seneca: O vtinã inuidi in singulis ciuitatibus aures & oculos haberent, vt de
259 singulis hominũ prosperitatibus torquerẽtur. † Et differt inuidia ab obtrectatione, q̃a inuidia est inter impares, scilicet cũ minor inuidet maiori. Obtrectatio verò inter pares. † Ex quibus omnibus resultat,
260 q̃ malè cõclusit Ang. in d.l.q̃ cędem. ff. ad legẽ Cor. de sic. dũ dicit Christũ decessisse intestatum, velut capitaliter dãnatũ. quod est falsum secundũ Euãgelist. Cui quo ad Christi innocentiã & iniustitiam sibi factam licet Iudęi nõ credãt, tamen ex alio suę progentis confunduntur testimonio, scilicet Iosephi, excellẽtissimi Iudæorũ historiographi, q̃ de Christo redẽptore nostro & ei⁹ sãctitate & innocẽtia. xviij. an

BIU Cujas

tiquitatũ.li.ix.c. de illo tpe loquẽtis ſic ait. Fuit autẽ iiſdẽ tpib⁹ Ieſus vir ſapiẽs, ſi tñ virũ nominare fas eſt, erat enim mirabiliũ operũ effector, ac hominũ maximè q̃ quę vera ſunt libẽter audiuit: hãc ob rẽ multos tũ ex Iudæis tũ ex gẽtibus ſibi adiũxit. Chriſt⁹ hic erat: hũc autẽ cùm Pilatus à principibus noſtræ gẽtis inſtigatus in crucẽ agẽdũ cẽſuiſſet: nõ tñ hi deſeruêre, q̃ eũ ab initio dilexerãt. Eiſdẽ præterea die tertia poſt mortẽ viuus apparuit, quẽadmodũ diuinitus inſpirati prophetę & hæc, & alia de eo innumerabilia miracula futura eſſe prædixerãt. Perſeuerat & vſq; in hodiernũ diẽ celebre Chriſtianorũ nomẽ ab ipſo ſũptũ, perſeuerat & genus. hæc ille. Id idẽ ante Chriſti aduentum ccclxix. anno, prædixerat ille diuin⁹ Plato: quo in nuptiis diſcũbente mortuo, in eius tumba inuenta fuit lamina ſuper pectus ſuũ aurea, vt habetur in cõmẽto ſuper illo verbo Boetij de diſciplina ſcho
261 lariũ. † Platonis probata diuinitas in qua ſcriptum erat, Credo in Chriſtũ naſciturũ de Virgine, paſſurũ pro humano genere, & tertia die reſurrecturũ. Et de eodẽ refert Aurelius Augu. lib. vj. cõfeſſionum ſe legiſſe in quibuſdã Platonicorũ libris principiũ euangelij Ioan. In principio erat verbum. Non quidẽ his verbis. ſed hoc idẽ multis & multiplicib⁹ perſuaderi rationibus, q̃ in principio erat verbũ, & cætera quæ ſequuntur, adũſq;, & tenebræ eã nõ cõprehẽderunt. Et q̃ omnis anima quãuis teſtimonium perhibeat de lumine, nõ eſt ipſa lumẽ, ſed verbũ Dei De⁹, eſt enim lumẽ verũ, quod illuminat omnẽ hominẽ veniẽtem in hũc mundũ: & in mundo erat, & mũdus per eum factus eſt, & mundus eum nõ cognouit. Pariter dicit ibi legiſſe, q̃ verbũ De⁹, nõ ex carne, nõ ex ſanguine, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed 265 ex Deo natus eſt. Ex quibus videt, quod Plato ſciuit ſicut beatus Ioan. & ante ipſum, q̃ in principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Cuius contrariũ dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum. v. c. hoc ſcilicet euangeliũ doctus Plato neſciuit hoc Demoſthenes eloquẽs ignorauit &c. Sed intelligit hoc neſciuiſſe à puro ſpiritu, & puro aſpectu intelligentiæ ſicut ſciuit Ioannes. Sed quodã rationis diſcurſu & ęnigmate, quo intellecto credidit & lami-
262 nã illã aureã, credo in Chriſtũ & c. † Similis aurea lamina Conſtantinopoli, vt refert faſciculus temporũ, & reperta fuit ſuper corpus cuiuſdã defuncti in quodam veteri ſepulchro, in qua ſic erat ſcriptũ. Chriſt⁹ naſcetur de virgine Maria, & ego credo in eũ. O ſol iterũ videbis me. hæc ibi, fol. xlvij. Beatus Thomas in ij. ij. q. ij. artic. vij. in reſpõſione ad tertiũ argumentũ,
263 de iſto, vt puto loquitur. † Et fortè de alio dicẽs inuentum fuiſſe in hiſtoriis Romanorum, q̃ tempore Cõſtãtini imperatoris, & Helenæ eius matris in quo dã ſepulchro fuit inuentus homo habens in pectore ſcriptũ: Chriſtus naſcetur ex virgine, & ego credo in eum. O ſol ſub Helenæ & Cõſtantini tẽporibus iterũ
264 me videbis. & idẽ Faſciculus, † Iudæum quendam narrat in Hiſpania apud Toletum fodiendo ſub lapide librum vetuſtiſſimum inueniſſe hæc verba continentem: In tertio mũdo filius Dei naſcetur de Maria virgine, qui patietur pro hominum ſalute. Quo viſo Iudæus credidit. & cũ tota domo ſua baptizatus fuit. Pariter Philo Iudæus ex ſacerdotum genere natus, & Alexandriæ educatus, anno ante Chriſtum clxvj. In quodam eius libro Græca lingua in qua peritiſſimus erat eleganti ſtylo conſcripto, quẽ ideo ſapientiæ librum nominauit: quia in eo Chriſti domini noſtri laudes ſpiritualiter narrauit, vt barbarus Hieronymus in lib. de viris illuſtrib⁹ cõmemorat. Imo pſeudo propheta Mahumetus porcus ille ſpurciſſimus Chriſtum dicit omniũ prophetarũ maximũ diuina virtute nõ humano ſemine de virgine Maria ortũ, ſecundũ Lyrã ĩ quodã ſuo tractatu quẽ fecit cõtra Iudęos, ☞ nunc impreſſo in fine apocalypſis. [Vide quæ dixi de Iudæis ſuprà eo. nume. cxcvj.] Quid abeſt igitur ô Ieruſalem, quin publica dementia ſit exiſtimanda, ſummo conſenſu maximas virtutes, quaſi grauiſſima delicta punire, beneficiáq; iniuriis rependere? Quod cùm vbiq. tum præcipuè Ieroſolymę intolerabile videri debet, in qua vrbe aduerſus ingratos actio conſtituta eſt, & rectè. Quia dãdi & accipiendi beneficij cõmercium, ſine quo vix vita hominis conſtat, tollit & perdit, quiſque bene merito parem referre gratiã negligit. Quantã ergo reprehenſionẽ merentur ſcilicet Iudæi: qui cũ æquiſſima iura, ſed inæquiſſima haberent ingenia, moribus ſuis magis quàm legibus vti maluerunt? Quo euenit & Dei prouidẽtia effici poſſet, vt excellentiſſimi viri legẽ ingratorum vindicem retinentes patriã ſuam in ius ad alias ciuitates pertraxerunt, ingenioſum & garrulum populũ mutum atq. elinguẽ hac poſtulatione reddiderunt, diſcordes foci tui, pacíſq. diuidua tuguria facta ſunt incolumen. Et quia bene meritis debita reddere præmia noluiſti, læſis iuſta piacula exolue. At immemores beneficiorũ Iudæi reprehenſione lingua ſermone licenti ſoluta non vacent, id eſt non poterũt vacare, id eſt vacui & immunes eſſe à reprehẽſione, ſcilicet viuentiũ, & hoc lingua ſoluta, id eſt effuſa ad loquendũ ſermone licẽti Quia viuentes tantã Iudæorũ ingratitudinẽ liberius & licentius vituperabunt in æternũ, quibus propter hoc peccatũ cõtingit, quòd in caſu iſto ,ppheta
265 tum olim fuerat Deutero. xxviij. † Duodecimò fallit regula noſtra, vbi à ſententia capitali cõtra teſtatorem lata fuiſſet appellatũ, quia tunc per talem ſententiã non irritaret teſtamẽtum, imò poſt talem ſententiã interiecta appellatione teſtari poſſet, adeò q̃ vtroque caſu ſi dãnatus pendente appellatione interim moreretur aliquo caſu, tale teſtamentũ eius morte cõfirmaret, ac ſi ante ſententiã deceſſiſſet. l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autẽ omnes. ff. de iniuſto rup. te
266 ſtamento. & l. qui à latronibus. ff. hoc tit. † Idem ſi poſt appellationẽ iudex ipſum interficeret exequẽdo ſententiã. quia hoc faciendo nõ eſt iudex, imò cenſeretur occiſus à priuato. Et idem ſecundum aliquos, ſi per iudicẽ occideretur ante appellationẽ durãte tẽpore appellãdi, ſcilicet, decẽdio. Cùm illud tẽpus pari gaudeat priuilegio, cũ tẽpore poſt appellationem. c. non ſolùm. de appella. lib. vj. quo ad hoc vt nil noui interim fiat, donec decem diebus elapſis, & plenè de
267 cidit Bal. in l. iij. C. ſi pend. app. mors interue. † Sed hoc vltimũ nõ ſeruatur in hoc regno in criminalibus ſecundum Bart. in l. qui vltimo. ff. de pœ. in fin. imò ſi in caſu in quo appellatio admittitur, ſiue in quo non admittitur, ſemper ſententia ilico exequatur ſi non appellent, per tex. in l. non tantũ. ff. de appel. & l. addictos. C. de epiſ. aud. vbi dãnatus intra decẽniũ ducebatur ad ſupplicium, quod patet, quia datur facultas cuilibet appellãdi ,p eo: quod nõ fieret ſi tẽpus appellãdi fuiſſet elapſum. facit l. furti. §. j. ff. de his qui notã. infa. Sententia enim in cauſa criminali lata ilico eſt exequenda. ij. quęſt. j. ſicut. & l. cum reis. C. de pœnis.
268 † Niſi in ſequentibus caſibus. Primò, vbi princeps tuliſſet ex iracundia ſententiã, quia per triginta dies differenda eſſet illius executio, vt interim ratiõe corrigatur, quod furore promulgatũ eſt. c. cum apud xj. q. iij. & l. ſi vindicari. C. de pœnis. Secũdò, vbi ſententia lata eſſet contra mulierẽ prægnantẽ, quo caſu

executio

BIU Cujas

executio differri debet, donec peperit, vt plenè habuiſtis.ſ.in verb. *Et ſoboles quã geſtabat in vtero.* Tertiò differtur executio,ſi lata fuerit in ſeruum, donec reddiderit rõnes dño.l.j.C.de bo.proſc. Quartò differtur,quoties inſula eſt aſſignanda à principe : videatis bonã gloſ.in d.c.cùm apud.Et idẽ in quacũq; ſententia certo loco exequenda:qa differtur, donec ad locum deſtinatũ perueniatur.Quintò differtur, vbi damnatus eſſet ſummè peritus in aliqua arte valde neceſſaria reipublicæ:ob quod populus eſſet motus ad ſupplicãdum principi pro eo.l.ad beſtias.ff.de pœnis.Sextò differtur,vbi condemnatus accuſaretur de aliquo delicto,ex quo grauior pœna ei veniret imponenda.l.j.§.fin.ff.nil noua appel.pẽ.& ita Bar.in l. ij.in fi.ff.de cuſto.reo.Septimò differtur executio,vbi teſtes ad quorum dicta reus fuit condemnatus,& eos producens accuſãtur de falſo teſtimonio:q corrupti falſum depoſuerunt:ſecundũ Sali.in l.ſi docueris.C.de falſ.faciunt plenè nota.per glo. & Panor.in
269 c.licet causã.de probationibus.† Octauò differtur, in aliquibus partibus criminalis executio, ſi damnatus per aliquã puellam petatur in maritum:nã fauore matrimonij remittitur ei pœna capitalis, maximè ſi petatur per mulierem diſſolutã,vt ad frugẽ melioris vitæ peruenire poſſit medio talis matrimonij.c.commiſſum.de ſponſa.Nã ſicut ibi talibus datur omniũ peccatorũ indulgentia, & ita pœnæ capitalis remiſ-
* ſio,ſecundum Maſuerũ in tit.de pœnis. * *Adde Chaſſan.in conſuetud. Burg.tit.des iuſtices.§.5. verb. S'il n'a grace.nu.96.& 97. dicit illud admitti de generali totius Franciæ conſuetudine. Hæc tamen liberatio non eſt generalis:quia non præcederet in coniugato, ſed tantum in ſoluto.Vide etiam Parid.de Put.in tract.ſyndic.in verbo, pœna.verſ.an ſi iudex.nu.2.fol.mihi 356. Iul.Clar.lib.5. §.fin.quæſt.98.nu.6.*quod an iure ſuſtineri poſſit, dicã in verbo,*Cuidam Petro tradiderunt.* vbi decidetur, quòd non.Nonò differt,vbi damnato dum mittitur ad ſuppliciũ,obuiat aliquis cardinalis quo caſu habent cardinales ex priuilegio velconſuetudine,quòd damnatum liberent à morte,ſecundum Bal. in l. addictos.C.de appella.quod verum intelligit ibi Pau. 272 ci.impe.off.Quo errore reperto retractabitur.† Et
ſi pileum ponat in capite damnati qui ducitur ad mortẽ.idẽ Cæpolla de caute.aduocato. cautela ij. vt
270 ſuperius dictũ fuit.† Decimò differtur,vbi à ſententia capitali appellatũ fuit in caſu,in quo admitti debet appellatio.Nã interim differenda eſt executio,& ſententia remanet ſine effectu:quia per appellationẽ interim extinguitur pronuntiatũ.l.j.in fi.ff. ad Turpillia. In quo verificari poteſt quod eleganter dicit Bal.in l.j.in fi.C.ſi à momẽta.poſ.appel.fuerit. vbi dicit q contra venenũ iudicis data eſt tyriaca appellationis.volẽs innuere.q appellatio(quæ dicit tyriaca) extinguit pronũtiatũ,quod videtur iudicis venenũ. Adeò q dicit Bar.in d.l.ſi quis filio.§.hi autem. ff. de iniuſto rupto teſta.q etiã ſi iudex nõ receperit appellationẽ,tamẽ differẽda eſt corporalis executio ã qua fuit appellatũ.quod eſt not. Et ſic moriẽs poſt appellationẽ ſuã mori cenſetur in ſuo ſtatu integro, quem 273 † Et tempus proponẽdi errorem via ſupplicationis
habebat per antea:quod qualiter intelligatur,videatis Bar.elegãter loquentẽ in d.l.qui vltimo.ff.de pœnis. Et extincta ſententia per appellationẽ,mors dãnati cõtingens extinguit delictũ,& per conſequẽs quæ-
271 ſtionẽ perſonę & bonorũ. Nam per mortem eximitur de foro iudicis,& efficitur de foro Dei,qui de bonis non curat. Et ſic perinde habetur, ac ſi ante ſentẽtiam deceſsiſſet.Quo caſu vt ſ. in principio vidiſtis, teſtamentũ valet.Quod eſt verũ,vbi bona nõ fuerũt per ſententiam expreſsè confiſcata, quia tunc extincto crimine per mortem rei quo ad pœnam corporalem,in cõſequentiã cẽſetur eſſe extincta quæſtio bonorũ tanquã perſonæ acceſſoria,per regulã, acceſſorium.de reg.iur.lib.vj.Si autẽ in ſentẽtia bona dãnati eſſent expreſsim confiſcata,tunc quia adhuc quęſtio bonorũ remanet ſub iudice cõtẽtioſo,ſi crimen probetur poſt mortẽ rei,& ſic malę appellauit à ſentẽtia cõtra eũ lata, efficitur,imò redditur ſecũdũ aliquos retro inſtabilis:prout hæc omnia probantur per tex. in l.ij.C.ſi penden.applla.mors interuenerit. & in l. fi.C.ſi reus vel accuſator mor.fuerit. Nam hoc vltimo caſu,cum quæſtio ſit principaliter de bonis in ſẽtentia expreſſis,talis quæſtio velut acceſſoriè nõ veniens ad perſonã dãnati,quinimo expreſsè & principaliter,nõ ſequitur cõditionem perſonæ per mortẽ extinctæ,& à pœna corporali huius fori exemptę.Sicut è cõuerſo fieret, ſi ad mortẽ dãnatus non appelaſſet,& ſic executatus fuiſſet.Nam poſſet hæres in eius teſtamẽto inſtitutus illico appellare, & appellatione iuſtificata per innocentiã cõdemnati iam mortui fingeretur retro fuiſſe ante ſententiã appellatum,vt per mortẽ illius teſtamentũ eius dicatur confirmatũ tanquã nõ factum à ſeruo pœnæ:quia talis appellatio iuſtificata licet poſt ſententiæ executionem corporalẽ fingitur retrò ante ſententiã interiecta,ſecundũ Bal. ſingulariter in l.vna.C.ex delict.defunct.inquantum hæredes tene.per tex.in l.furti:§.j.ff.de his.qui no.infa.facit l.iij.præallegata.C.ſi penden.appel.imò plus dicit Alex.in addi.ad Bar.in l.eius.§.ſi. cui.ff. eodẽ.q etiã hoc operaretur appellatio iniuſta,quòd nõ videtur de mẽte Bal.vbi ſ. Nã eo ipſo quòd hæres fuit in teſtaments inſtitutus,iniereſt ſua,q teſtamentum habeat effectũ: & ſic pro ſuo intereſſe appellare poſſet. l.ſolẽt.ff.de appel.recipi. Et pari modo poſſet hæres poſt mortẽ damnati per ſentẽtiã capitalem executati,ſuã porrigere principi ſupplicationẽ ad fines ſententiã retractandi prætextu erroris, qui in iudicãdo interueniſſe dicitur,vbi à ſententia appellari nõ poſſet: ſicut ab arreſtis curiæ parlamenti in hoc regno nõ appellat,iuxta Authẽ.quæ ſupplicatio. C. de pre-
ci.impe.off.Quo errore reperto retractabitur.† Et
ſi non erratum apparet,duplici emẽda,quæ prę manibus deponi debet,ſupplicãs ipſe mulctaret fiſco regio applicãda ſecũdũ ordinationes regias,de quo dixi ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*in j. arti.& ſecũda deciſione loquẽdo de inſtitutione curiæ parlamenti in Francia. Et proderit hæc retrectatio quo ad famã defuncti reintegrãdã,& quo ad bona,ſiue retractetur ſentẽtia via appellationis aut arreſtũ via ſupplicationis. Et ita ad ſupplicandũ,& errorẽ proponẽdũ, recepti fuerũt per regẽ liberi principis illius qui arreſto Pariſiis damnatus fuit,Anno domini Milleſimo ccccl xxvij. menſe Auguſto,& in perſonã executatus.vbi adhuc pẽdet in curia proceſſus,neſcio quid iudicabitur.facit quod ſ.dixi,de Ioanna Dare pucella nominata in armis diuinitus edocta, cùm ſui natura pubulca fuiſſet,vt tetigi in verbo, *duas habẽs filias.*
in præſenti regno durat hodie biẽnnio à tẽpore prolationis arreſti, ſecundum ordinationem Ludouici Francorum regis xj. publicatam in curia parlamenti Pariſiis anno domini M.cccclxxix. quamuis olim duraret xxx.annis,ſecundum gloſ.pragmaticæ, circa finem in verbo,Parlamentum. Adde q ex poſt ordinatum fuit per Ludouicum xij.quòd à cætero nullus errorem proponere poſſit contra arreſta ſuper poſſeſſorio cauſarum beneficialium, quæ ordinatio publicata

BIU Cujas

274 blicata fuit anno domini M.ccccxcix.† Et præmissa intelligatis vera, quòd testamentum morte delati pendente appellatione defuncti, vbi bonorum mētio in sentētia facta non fuit, cōfirmatur, si de tali crimine agebatur, quod morte rei extinguitur, prout regulariter extinguuntur crimina, si verò ageretur de criminibus, quæ morte criminosi nō extinguūtur, & de quibus quis accusari potest post mortē, & eiꝰ memoria damnari, de quibus per glo. in l. ex iudiciorū. ff. de accus. prout est crimē læsæ maiestatis, & hæresis. l. fi. C. ad leg. Iul. maie. & in §. per cōtrariū. Inst. de hære. quæ ab intesta. deferūtur. vbi gl. singularis docēs formam damnādi memoria defuncti: Tunc etiā si in istis nō sit in sententia expressio bonorū facta, tamē si prima sententia lata per iudicē ad quē fuerat appellatū, cōfirmata fuerit post mortē rei pendēte appellatione defuncti, testamētū nō valebit. est tamē differētia secundū Bar. in d. l. fin. quia nunc testamentū irritatur per sententiā quæ post mortē criminosi sequitur quū est tale crimē, de quo memoria defuncti dānatur, vt in crimine læsæ maiestatis dictū est. secùs si esset crimē, de quo memoria defuncti non dānaretur, quamuis post mortē procedi posset, vt qū nō agitur de crimine priuilegiato, sed quia in sententia fuit expressē facta cōfiscatio bonorū, vt dixi s. quia tunc testamentum per sentētiā primò cōfirmatiuā non irritabitur: imò hæres institutus succedet testatori: tamen bona ab eo auferentur, & fisco applicabuntur, & ꝓderit talis testamenti validitas, & operabit validitatē pupillaris substitutionis, & dationis tutorū in eodē testamēto cōtētorū. de quo tū videatis ꝓ Ang. & Imo. ibi.

275† Vnū menti tenebitis, ꝙ sicut pendēte appellatione à sententia capitali interiecta non efficitur dānatus intestabilis. imò eius morte testamentū factum confirmatur, si pendente appellatione moriatur: sic etiā erit si moriatur post sententiam, antè quàm appellauerit pendēte tamen tēpore appellādi, veluti durāte decendio ad appellandū introducto, Auth. hodie. C. de appel. Nā hæc duo tēpora quo ad fauorem dānati parificātur, scilicet tempus post interiectā appellationem, tempus decem dierū ad appellandū introductum, quo durante dormit effectus sententiæ, & in suspenso manet, ac si appellatū esset: ideo interim testamentū valet, secundū glo. in d. l. ex iudiciorum. & est tex. clarus in c. nō solū. de appel. lib. vj & ponit glos. in l. j. ff. nil noua. pendē. appel. Et ita trāsit Ang. in d. l. fi. sed Bar. in d. l. ex iudiciorū. ff. de accs. dicit cōtrarium: ꝙ imò si in sentētia sit facta mētio bonorū, nisi reo mortuo infra decē dies hæres appellauerit, testamentū irritabitur: quia licet quo ad executionem facti illa duo tēpora æquiparātur. vt vtroq; tēpore cessare debeat, tū executio iuris non cessat, putà quo ad infamiā, quæ ilico ꝙ lata est sententia, irrogatur etiā durante decendio ad appellandū statuto, d. l. qui vltimo. vbi Barto. ff. de pœnis. & l. furti. vbi text. ff. de his qui notā. infa. Ergo idē erit quo ad validitatē, vel inualiditatē testamenti. de quo tamen plenius in d. l. ex iudiciorū. de accus. & in l. defuncto. ff. de publi. iudi. imò in præsenti regno sententia capitalis etiā quo ad executionē facti corporalē nō suspēditur durāte illo decēdio ad appellandū statuto. Sed eadē die qua promulgatur: executioni mādatur, nisi formaliter appelletur, vt est bonus tex. in l. nō tātum. ff. de appell. vbi permittitur cuilibet ad causā humanitatis appellare pro illo, qui ducitur ad supplicium, quamuis ipse appellare nolit. Ex quo datur intelligi, quòd ducebatur ad suppliciū pendēte decēdio, vltra quod non fuisset licitū etiā extraneo appellare. Prætereà videmus, ꝙ speciale est in certis casibꝰ, ꝙ executio sentētiæ capitalis differatur: de quibus per glos. in c. cùm apud. xj. q. iij. Ergo in cōtrariū est ius commune in cæteris, vt s. dixi. Quæ omnia vobis sufficere debent pro expeditione illius articuli de morte naturali & sententia, an per eam confirmetur vel irritetur testamentū iā

276 factū, vel impediatur fiēdum.† Et ꝙ mors naturalis inferri alicui non potest, nisi in quatuor casibus. Primò in bello iusto authoritate principis legitimè indicto. Secundò, ex potestate publica, sicut iudex occidit latronem. Tertiò ex diuino præcepto, sicut Abrahā voluit occidere Isaac, Genesis xxij. Quartò ex iudicio Dei occulto, scilicet per occultā spiritus sancti inspirationē. Sicut Samson & Rasias. Nec continentur isti casus sub generali præcepto, *Non occides.* vt patet ex supradictis. de quo plenè in c. si non licet.

277 & per totum. xiij. q. v. † Secundò principaliter (vt in principio dixi) pōt iudex pro delictis inferre mortem spiritualem, & pro contumacia, scilicet reum excōicando: excōicatio enim mors & pœna spiritualis dicitur, secundū Bar. in l. diuus. versi. secūdò quæro. ff. ad l. Corne. de sica. quia principaliter spiritum seu animā percutit, & dat eam sathanæ, vt pulchrè dicit Panor. Post Ioan. And. super rub. de senten. excō. &

278 Bal. in c. prætereà requisisti. de appell. † dicit excōmuuicationem esse talis naturę, ꝙ est penetrabilior omni gladio intellectuali. Sicut dānatio in suppliciū ilico penetrat solo verbo iudicis, vt s. vidistis secūdū Bald. in l. fi. C. si penden. appel. mors interue. ita etiā excōicatio. Vnde alibi vocatur debitæ vltionis acrimonia, in l. placet. iuncta glo. pen. C. de sacrosā. eccl. quasi excōicatos arcens & à gremio sāctæ matris ecclesiæ eiiciens, & repellens, sine cuius vbere impossibile est de gratia & dulci lacte, diuino sugere & potare. Et excōicati sunt quoddā mōstrum apud Deum: de quibus ceu iudæis eos figurātibꝰ & dicētibus, Nos semē Abrahæ sumus: respōdit Christus, Vos ex patre

279 diabolo estis, & opera patris vestri facitis & c. † Ideo excōicatio sūmè timēda est, quia nedū iusta, sed etiā iniusta ligat. c. ab excōicato. de reseri. & c. Romana. §. in vniuersitatē. de senten. excom. li. vj. Et si quispiā diceret, ꝙ hoc nō est speciale in sentētia excōicationis, cū quęlibet alia sententia iniusta cōtra ius litigatoris ꝓlata liget: quia dico, ꝙ hęc sentētia excōicationis hoc habet speciale, quia iniusta ligat, licet fue-

280 rit ab ea appellatū. c. pastoralis. de appel. † Vnde excōicatus nō obstāte, ꝙà sentētia excōicationis cōtra eū lata appellauerit, pōt tāquā excōicatus registrari & publicari, vt ibi tenet. quod nō est in aliis sentētiis, quas appellatio sequēs extinguit. l. j. ff. ad Turpil. Est etiam speciale in ea, quia iniustè lata, id est, sine ordine lata, ligat: ꝙ tū defectus ordinis vitiat cæteras sententias, & reddit eas nullas. l. prolatā. C. de sentē. & d. c. ab excōicato. & in c. sacro. de sentē. excom. vbi exmo-

281 cōicatio propter hoc nō est nulla. † Et in mūdo maior pœna esse non pōt, quàm conuersari inter homines, & suffragio hominum carere. dicit tex. singularis de iure ciuili, quē ad hoc summè pōderauit Ludo. in suis singularibꝰ in l. hi qui sanctā. C. de aposta. Vnde excōicati dicti inter homines viuūt, sed eorum suffragio carent. Sicut Tātalus filius Iouis ob culpā suā apud inferos semper sitit, & aquā habet vsque ad labium inferius: & dum bibere vult, semper aqua refugit. poma insuper pulcherrima in arbore pendentia ei descendunt vsque ad labium superius, sed quando vult ea apprehendere, similiter refugiunt. De qua Ouid. in iiij. Metamorph. tibi, inquit, Tātale mille de prehēduntur aquæ: quæq. imminet effugit arbor & c.

Vnde

BIU Cujas

Vnde non immeritò dicitur, ꝙ excõmunicatio iustissimum causat metum ad rescindẽdum gesta ꝑ metum excõicationis, secundum Panor. in c. olim. iij. de resti. ſpo. vt dixi super verbo, *Si absq. liberis moreretur.* ij. in materia fideicõmissariæ substitutio. declarando regulã, quem honoro, onerare possum. in iij. fallẽtia. Et hoc est qđ dicit text. in c. corripiã. xxiiij. qõ. iij. in ecclesia Dei nõ reperitur pœna excõicationis maior. Adeo qnod dicit Barto. in l. si quid ex famosa. per illum text. ff. de solu. omnẽ causam esse de grauioribus causis ꝓpter quã quis incidit in excõicationem. Ob quod glo. iij. §. minor super verbo, Interdictum. Inst.
282 de capi. dimi. singulariter dicit, † ꝙ excommunicati sunt loco illorũ quibus olim aquæ & igni interdicebatur. de quibus loquitur ille text. & ibi dicit glos. ꝙ æquiparãtur hodie deportatis. Et cõsequẽter excõicatio est pœna capitalis, quam glos. refert & sequitur Bal. in pluribus locis. Et agẽdo stare nõ potest in iudicio, si de excõicatiõe excipiatur. c. intelleximus. de iudi. & c. pia. de except. lib. vj. sed hoc nõ seruatur in curiis laicalibus huius regni Franciæ. secũdum Ioan. Fab. insti. de curato. §. si. vt per experientiã videmus: tamen nescio vnde tantus ꝓcesserit in hoc Christianissimo regno abusus, ꝙ exceptio excommunicationis in iudicio seculari, etiam in curia parlamenti nõ
283 admittatur. Ex quo multi illaqueantur, †& ipsemet iudices ac cæteri circũstantes, ꝙ excõmunicato sciẽter communicãtes minorem incurrunt excommunicationem: qua priuantur sacramentorum participatione. c. fi. de cleri. excom. mini. & c. nobis. de excep. secundum Panor. super rubr. de senten. excommuni.
284 † Quia licet praua cõsuetudo quem excusset à pœna fori contẽtiosi, secũdum glos. singularẽ, quam ibi no. Panor. in c. cùm venerabilis. de consue. ꝓ quo est text. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de ædi. edi. vbi nõ delinquit ille qui facit qđ publicè facere licere arbitratur. Et sic quod publicè consuetum est, excusat ne puniatur: facit tex. iuncta glos. penul. in c. sanè. de tempo. ordin. & in c. ea quæ. de simo. Non tñ excusat in foro conscientiæ à peccato mortali. secundum glos. in c. denique. iiij. dist. & l. in cõcubinatu. ff. de concubinis, vt dicit Panor. vbi s. Præterea in sacro christianissimi regis coronamento, dum de manu Rhemorũ põtificis rex ensem nudum quẽ dux Normaniæ illic officiãdo portat suscipit, seruare canonẽ pollicetur, & consequenter ꝓ canonẽ dãnatos: (quales excõmunicati sunt) repellere, & ecclesiam in sua authoritate sustinere. c. principes seculati. xxiij. qõ. v. Et si canoni & legibus s. allegatis ac præceptis eccle siæ obedire iudices laici nolint, discant saltem in hoc suorum more antiquorũ gẽtilium viuere, qui à Druidibus seu pontificibus idolorum in Francia excõmunicatos abiiciebãt, quod apud eos pœna grauissima reputabatur. De quo Iulius ille Caius Cęsar in cõmẽtariis suis de bello Gallico, lib. vj. sic dicit: In omni Gallia eorũ hominum qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo. sed de his duob⁹ generibus: alterũ est Druidũ, alterũ equitũ. Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretãtur. Magnóq. ij sunt apud eos honore. Nã ferè de omnib⁹ cõtrouersiis publicis priuatísque cõstituunt. Et si quod est admissum facinus, si cędes facta, si de hæreditate, de finibus cõtrouersia est: iidẽ discernũt, præmia pœnásque cõstituũt. Si ꝙs aut priuatus, aut publicus, eorũ decreto nõ stetit, sacrificiis interdicunt, hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, ij numero impiorum aç sceleratorũ habẽt: iis oões decedũt, aditũ sermonem que defugiunt. Ne quid ex cõtagione incõmodi accipiãt. Neq; iis petẽtibus ius redditur. Neque honor vll⁹ communicatur. hæc ille. Ecce ergo qualiter olim in Frãcia excõicatio pœna erat grauissima: quia scelerati excõicati reputabantur, quos quisque fugiebat, ne cõicando inficeretur: nec ad iudicia vel honores admittebãtur, aut publico officio fũgebãtur. Imò tales excõicati ab aliquo non salutãtur, vt habetur in secũda canonica Ioãnis de excõicato loquẽtis. qui dicit illi, Aue. cõicat operib⁹ eius malignis: facit cle. si sũmus pontifex. de sen. excõ. ita ꝙ dicit gl. in c. si aliqñ. eo. tit. ꝙ excõicatũ non debemus salutare, sed solùm
285 illi dicere possumus, Deus faciat te emẽdare. † Exutus enim est excõicatus, & durãte excõicatione suspẽsus omni potestate & authoritate: ita ꝙ si episcopus est, vel alter prælat⁹, etiã conferre non posset beneficia: imò nec eius vicarius quãuis non excõicatus cũ illi⁹ sit cũ episcopo idẽ consistoriũ. c. ij. de cõs. lib. vj. & sic à collatione suspensus est excõicatione episcopi, sicut reuocat⁹ esset ꝑ mortẽ illius, secũdũ glos. quã omnes ibi sequũtur in cle. fi. de proc. & tenet Panor. in c. quoniã abbas. vij. col. de offi. deleg. pro quib⁹ facit c. j. de offic. vica. lib. vj. Et idẽ in patrono excõicato, vt præsentare non possit quamuis toleratus sit, vt sentit Panor. in c. consultationibus. ij. col vers. sed dubitãt, quid in dubio. de iure patro. & Ioã. And. in c. nobis. in prin. illo eo. tit. & sunt pluresdecisiones
286 Rotæ. † Nec etiã eligere potest, quãuis eligere quoad validitatẽ suæ vocis, sit priuati officij, secundũ Panor, in c. veritatis. in fi. de dolo & contu. facit c. cum dilectus. de consue. & c. considerauimus. & c. cũ Vinto
287 nien sis. de elect. † Carẽt etiam ecclesiastica sepultura: & qui eos in ecclesia aut eius cemiterio sepelirẽt, consilium, consensum vel authoritatẽ præstarent, aut eos comitarentur, eoipso essent excõmunicati, cle. eos. de sepu. nisi in casu. c. fin. de sepulturis. Vnde non immerito nũc de iure cõi euitandi sunt ab omnibus. Ideo dicebat Hosti. ꝙ excommunicati sunt intestabiles: quia mortui spiritualiter, ac si damnati essent ad mortẽ naturalẽ patiendã. Nam per excommunicationem in qua excommunicatus perseuerat, fecit ꝓfessionem in antro & spelunca diaboli cuius est seruus effectus. l. fi. C. de senten. pas. adeo ꝙ diabolus vtitur excommunicato sicut rusticus vtitur asino suo, secũ-
288 dum doct. in c. ita quorũdam. de Iudæis. † Et sic ecclesia suum testamentum habere non potest ratum, nisi resipiscat. imò testamẽtum ante factũ rumpetur. l. j. §. exigit. ff. de secun. tabu. Talis enim mors testatoris non confirmat testamentum, sed prius factũ rumpit, sicut faceret mors naturalis illata per iudicẽ. vt s. vidistis. & ita tenet glos. in c. decernimus. de sent. excom. lib. vj. Sed aduertatis, quia Ioã. And. in eo. c. decernimus. in nouel. tenet contrarium, ꝙ imò potest testari, & minus per excõmunicationẽ rumpitur testamentũ prius factum, quia æquiparatur relegato, sẽcundum glo. in c. pastoralis. in fi. de appellatio. Vnde cùm relegatus dominium retineat bonorum suorum de quib⁹ contrahere potest, & testari. l. eius qui. ff. eo. certè idem poterit excõicatus ei comparatus, qui retinet ciuitatem, libertatem, & bona. l. j. §. hi quibus
289 ff. de lega. iij. † Præterea excõmunicatus nullo iure testari reperitur prohibitus, & edictũ de testamentis est prohibitorium. Ex quo ergo quis non reperitur expressè prohibitus, satis cẽsetur esse sibi testari permissum. Et ita tenent Bart. & Bal. in l. si quęramus. ff. eod. & Archid. in d. c. pia. de except. li. vj. Panorm. &

BIU Cujas

doct.in c.veritatis.de dolo & cõtu.vbi dicitur,q̃ ꝑsõt bona alienare. & Bal.in l.j. C.de sacr.san.eccles. Pro hac opiniõe facit:quia excõicatio quæ(vt dixi)ꝙ equi paratur relegationi, dicit pœna leuis & nõ grauis secũdũ Anto.de But.in c.post cessionẽ. de proba.quod patet. quia de excõicatione tãquã de re leui creditur solis literis episcopi sigillo simpliciter sigillatis, secũ dum Ioan.Calde.ibi. quod non fieret in grauioribus causis,secũdum doct. Etiã dicit Bar.in l.ij ff. de publ. iudi.q̃ excõicatio nõ est pœna capitalis: & sic testamenti factionẽ tollere nõ põt. Præsertim,quia sentẽtia excõicationis est interlocutoria ad nutũ proferẽtis reuocabilis,secundũ Imo.quẽ refert & sequit Domi.in c.ij.de cõsti.li.vj.iũcto tex.in c.sacro.de sentẽ. excõi.& ſ. vidistis:q̃ dãnatus per sententiã interlocutoriã non efficitur intestabilis, vt dixi ſ.in ix.fallẽtia data ad regulã, q̃ dãnatus capitaliter est intestabilis. Prætereà excõicatio est modici ꝓiudicij, cum tolli possit nutu proferẽtis.d.c.sacro.imò est medicinalis c.cum medicinalis.de sentẽ.excõi.lib.6.& sic excõicatum inhabilitare nõ potest quo ad actũ testãdi vel contrahendi: quã opinionẽ puto veriorẽ.Facit, quia speciale est in excõicato propter hæresim, vt testari non possit.c.excõicamus.§.credentes.de hereti.ergo in cõtrarium est ius cõmune in aliis.l.j.in fi.ff.ad munici. quod sequitur Iaco.de Bellouisu in Authen.de sanctiſ.episc.§.omnibus. vbi plenè hoc disputauit. & Pet.de Ancha. & Domi.post Ioan.Andr.in c. decernimus.de sentent.excõmun.li.vj.vbi dicit,q̃ etiã testari posset quãuis manifestè & publicè foret excõicatus. De quo quis dicatur publidè excommunicatus,ponit gl.melius,quàm alibi in verbo, Publicè.in cle.eos.de sepult.& clari⁹ gl.pragmaticæ in ti.de excõi.nõ vitã.ſ.p verbo, Publicata. & idẽ tenet Bar.in
290 l.fi.C.si à nõ cõpe.iudi.& in l.j.C.de hẽr.inst.†Hæc tamẽ cõclusio fallit in sequẽtib⁹ casib⁹. Primò,in excõmunicato ꝓpter hæresim.vt d.§.credentes. q̃ tenet Iaco.de Bellouisu in Auth.de sanct.epis.§.omnibus.vbi plenè hoc disputat. & Petr.de Ancha & Domi.post Ioan.Andræ.in d.c.decernimus. Tales enim ꝓpter hæresim excõmunicati nõ gaudẽt aliqua absolutione generali:qua quis à quacũque cẽsura absolui tur,qualis est absolutio quæ cõcedi solet oratoribus excõmunicatis,quousq; funguntur apud pontificẽ officio suo,secundum Hostiẽ. & idẽ si quis absolueretur pro ferendo testimonium.c. veniens.ij. vbi Pano.de testi.quia non gauderet si ꝓpter hæresim excommunicatus foret. Et idem si excommunicatus esset propter nõ paritionem literarum papæ executorialium. Et de absolutione quę apponitur in impetrationibus beneficiorum quo ad valitudinẽ impetrationis & effectum illius consequendum duntaxat, de quibus ꝓuisum fuit vtiliter per regulam apostolicam Innocẽtij viij. qui declarauit talem absolutionẽ nõ prodesse ob prædictas causas excommunicatis. Nec etiam ob aliã quãcunque causam,si impetrans vltra annum, & sic anno completo insorduerit in excõmunicatione, cùm isto casu perseuerans per annum, in quocunque mortali peccato notorio, quale est, pro quo ille per ecclesiã euitatur publicè,censeatur de fide malè sentire, secũdum glo.in c.si papa.xl.distinct.facit tex.in Authen.Gazaros.in fi.C.de hæreti.videatis Feli.in c. apostolicæ. de except.in princ.Pariter stans excommunicatus per annum,potest omnibus beneficiis priuari.xj.quæstio.iij.c.rursus.&c.quicunqne.Quæ quidem iura declarat glo.in c.cum contumacia.de hære. lib.vj. q̃ intelligatis verũ, vbi ille ꝑseuerãs excõicatus esset pro crimine: secùs si pro causa ciuili:quia tũc posset beneficiis priuari,etiã si mille annis steriſſet in excõicatione,glos. est sing. quam ibi magnifecit do.Anto.in c.cõtingit.super verbo,Nõ potest, de do.& cõtu.fructibus autem posset priuari.c.pastoralis.de appel.in fi.Et de istis induratis in excommunicatione sordentibus intelliguntur iura superius allegata,per quę fuit demonstratum nullam pœnam esse maiorem nec grauiorem excõicatione,quia excõicatio profertur & tendit ad bonum obedientiæ, quæ si nõ sequatur,sed in rebellione & inobedientia,& cõtẽptu perseueretur,excõicatio dicitur venenum nedum aspidum,sed basiliscum solo visu inficiens. Propter quã & sæpe anticipatur etiam mors naturalis.vt excõicatus citius moriatur.c.episcopi.xj.qõ.iij.quia etiã pro peccato mortali sæpe à Deo mors infert secundũ gl.in.qua fronte.de appel. Vbi autem excõicatio timet,& quatenus ad excõicatũ pertinet vult resipiscere & nõ potest: quia fortè nõ habet vnde satisfaciat,præsertim si angustiatus est tẽpore,& præuẽt⁹ morte,faciat quod in se est.iuxta,c.fin. de sepultu. aut resipiscit & obediẽdo absoluitur:tũc dicitur medicinalis,infamiam non irrogãs,neq; inhabiltatẽ, vt d.c.cùm medicinalis.Secũdò,fallit in excõicato pro aliquo tali crimine,quod tollit testamenti factionẽ, sicut si excõicatus esset pro manifesta vsura, vt in c. quanquã.de vsu.li.vj.vel pro libello famoso.l. is cui. §.fi.ff.eod.secundum Bald.in l.j.C. de secund.nupt.

Tertiò,fallit in anathematizato,seu solenniter excõicato,de quo quis sit.ponit Pano.in c. nouit.de iudi Nam talis dicitur intestabilis omnino, secundum Bal.in c.si is cui.de of.deleg.& in l.iij.C.si pẽ.appel. mors interue.& tetigi ſ. in verbo. *Et vxorem nomine Adelasiam.* in j.præludio circa medium.Et ratio est, quia talis tolerando talem & tam horribilem excõicationẽ,incidere videtur in suspicionem hæresis,se-
291 cũdum Bal.in d.c.decernimus.†Et certum est hęreticos testabiles nõ esse sicut reos diuinæ maiestatis lęsæ.Cùm multò potiùs sit diuinã quã tẽporalẽ lædere
292 maiestatẽ,in d.Auth.Gazaros.C.de hæreti.†Præter eà licet excõicatio nõ irroget infamiã, vt singulariter decidit Inno.in c.testimoniũ.de test.quẽ sequitur Archi.iiij.q.j. super glo.in summa, tũ anathematizatus aut propter hæresim excommunicatus : vel propter aliud delictum infamiã irrogãs:vel propter contumaciã circa illud commissam,est infamis, per text. singularẽ in c.infames.vj.q.j.& est gl.in c.j.quo tempore miles petere habeat inuestitu. & propter dictã suspicionẽ dicũt aliquid idẽ esse in quocunq; excõicato:qui per annũ excõicationẽ sustinuit: iuxta ea quæ dixi in j.fallẽtia.Vnde videmus q̃ in præsenti regno, maximè in hac patria,& Tolosæ cõmuniter obseruatur,q̃ excõicati lapso anno capiãtur per iniquisitores hęreticę prauitatis,qui per incarcerationẽ eos cogũt ad beneficium absolutionis obtinendum, aliãs cõtra eos ꝓcedũt velut de hæresi suspectos. Prætereà licet in foro seculari nõ repellat excõicatus à testimonio nec ab agendo,vt supra allegauimus,cõtra excõicatũ qui vltra annũ insorduit,recipitur obiectio de tali excõmunicatione.Et ita etiam seruatur in parlamento Tolosę,cum tales malè præsumantur sentire de fide. Bene verum est, secundũ Bald.quòd si episcopus tali excommunicato seu eius hæredibus indiceret purgationẽ,&hæredes purgare possent defunctum à suspicione hæresis,sustineretur testamẽtũ, nec itritare tur.Et de tali solẽniter excõmunicato (vt testari non possit)potest intelligi opi.Hosti.& glo.in dicto cap.

decerni

BIU Cujas

decernim⁹.secundū Bal.in d.l.iij. in fi.C. si pen.appel.
293 mors interue.†Nā talis ex cōmunicatio vocata anathema, est horrida excōmunicatio, quæ apud Syros vocatur,maranatha,quod est verbū latæ sentētię,importans,ꝙ taliter excōmunicatus, sit amaranatha,id est vsq; ad aduētum dñi sit excōicatus,scilicet donec pœniteat,secūdū gl.in c. Guilisarius.xxiij.quæst.iiij. & veraciter vocabatur ille non Guilisarius.sed Belisari⁹,qui Silueſtrū papā carceri tradidit, quē mox ad insulā Pontiā relegauit, & in bello Gothorū contra
Romanos mirāda fecit. Et de dicto verbo maranatha dicit Hiero.in epistola ad Marcellū.incip. Nuper
cū pariter essemus &c.quod est vocabulū magis Syrū,quā hebræū,& interpretat̄,dñs noster venit. vt sit sensus si q̄s non amat Iesum,anathema sit:quæ verba sunt expositiua verborum Aposto.j. ad Cor.xvj. c.in fi.vbi dicitur: Si quis non amat &c. vbi videatis Lyrā & Burgē.in addi.diuersa sentiētes:& satis clarè Feli.in c.Rodolphus.xx.colū.versi.sit anathema. de reseri.Quartò, fallit in excōmunicato, q̄ percussit vel cepit cardinalē,aut cōsiliū vel auxiliū præstitit: quoniā talis est intestabilis actiuè & passiuè: qui sicut nō pōt testamētū facere, sic nec pōt in testamēto hæres
294 institui.c.felicis.de pœnis.li.vj.†Sicut etiā excōicatus, quia hæreticus non posset hæres institui. in Authē.vt cū de appel.co.§.gñale.colla.viij. Cæteri verò excōicati ex alia causa possunt hæredes instituí & eis legata relinqui,maximè ad causas pias rōne paupertatis & alimentorū, secundum gl.in c.eos.de hæreti. Quintò, fallit in monacho, cui papa dedit licentiam testandi,qui si excōicatus sit,testari nō poterit: Ne in eodē subiecto sint duo specialia, secundū Bal.singulariter in c.intelleximus.de iudic.quem sequitur Feli.
295 in c.ad probandū.de re iud.†Et credo etiam ꝙ in casibus iam dictis,quib⁹ excōicatus testari nō pōt,posset ad pias causas disponere: quia licet à talibus eleemosynæ publicæ nō sint recipiēdæ.c. oblationes.xc. distin.tamē ecclesiæ possunt relinquere: quia quicq̄d piæ causæ relinquit̄,videtur pro anima relictū, secūdum gl.in l. si quis à Titio. ff. de leg.ij. Et ecclesia & quæcūque alia pia ꝑsona,cui relictum est,poterit talia relicta recipere: q̄a quo ad validitatē relictorum piorū plus attendit̄ fauor piæ causæ intuitu,cui⁹ lega ta interdū aliàs inutilia sustinentur,quā persona testatoris,nec eius odium.l j. vbi Bart.& Bal.& doc.C.de sacr.san.eccl.tū ecclesia recipiēdo talia relicta,nō debet se obligare ad orādum pro talibus quos cōstat in
peccato mortali decessisse,nec pro eis debet orare:imò habebit relicta,sine quocūq; onere,quia per eam nō stetit,quin pro talib⁹ oraret,sed stetit per eos:igitur ipsis solis imputādum erit.Et hīc est,ꝙ si testator reliquit decē ecclesiæ pro sua sepultura,& posteà decedit excōicatus, & sic habere nō pōt ecclesiasticā sepulturā,nec sit pro ipso orādum.c.sacris.de sepul.Cū
nō stet per ecclesiā,sed per ipsum testatorē, ecclesia cōsequetur legatum,secundū Bar.in l.miles.§.rea.ff. de adul.& Bal.in l.j. in fin.C.de his quæ pœnæ no.& fuit de mēte Inno.in c.in nostra.de sepul.Similiter puto,ꝙ vbi excōicat⁹ esset ꝓpter excōicationē intestabilis,si à tali sententia excōicationis appellatū fuerit testamentū pri⁹ factū interim pendente appellatiōe valebit,vel de nouo testari poterit:adeo ꝙ si interim moriatur appellatione pēdente testamentū morte illius cōfirmabitur,nōobstāte sententia excōicationis à qua est appellatū,prout habuistis.ſ.de illo, qui à sētentia pœnę capitalis appellauit.Nā licet excōicatio secū trahat executionē.c. prætereà requisisti. de appel.Tū pēdēte appellatiōe valebit testamētū.l. si q̄s filio exhæredato.§.hi aūt oēs.ff. de iniusto rup.testa.
quia ibi eodē modo seruari videm⁹ in cōdemnato ad mortē naturalē, quāuis sētētia vltimi supplicij trahat secū executionē l.qui vltimo.vbi Bar.ff.de pœnis. & ita tenet gl.& Bal.ibi,in d.l.fi C.si à nō cōpe.iudi. Et maximè est hoc verū,q̄a appellādo à sentētia excōicationis nō cēsēt quis eā cōtēnere, sed potiⁿ timere,vt
bonis mētibus & catholicis cōuenit, vt de hæresi & 296 obdurationę nō suspicet̄.†Tertiò dixi,ꝙ iudex ꝓpter delictū indicere potest reo pœnā mortis ciuilis.
297 tñ scire debetis,† ꝙ duplex est mors ciuilis. Prima est mors ciuilis voluntaria & meritoria quæ per iudicē alicui imponi nō pōt,nec quis ad eā aliquo mō cogi:& est illa, per quā quis volūtariè ad frugē cōuolat melioris vitæ:velut ingrediēdo religionē, & aliquā ꝓfitendo regulā approbatā.& si loquamur de ista, an cōfirmet testimoniū prius factū,dicatis,quòd si testator ꝓfiteat̄ talē religionē,quę ꝓpriū habere pōt saltē in cōi, & sic illa religio est capax bonorū acquirēdorū,& retinēdorū in cōi:tunc si quidē tēpore testamenti facti testator nō cogitabat religiosus fieri , sed posteà meliori cōsilio motus professus est regulā, ꝑ talē professionē nō cōfirmat̄ testamētum, imò infirmatur, si in tali testamēto nihil reliquit monasterio, nec illud instituit in aliquo.Nā cū monasteriū habeat̄ loco filij.c.in pūtia.de proba.& in Authen.de sāctis. epis.§. sed & hoc pūti. sicut per agnationē posthumi in aliquo nō instituti,rūpitur testamentū prius factū. Inst.quib.mod.testa.infir.§.j. sic etiā rūpitur per ingressū monasterij quod loco filij agnascitur testatori De quo dixi ſ.in verbo, *Et soboles quā gestabat in vtero.* Si aūt testator volēs ingredi religionē suū fecerit testamētū, & sic de religiōe profitēda cogitās, certè cū tūc testari potuerit,& sic filiū potuit præterire impunè,vt plenè habuistis in verbo,*Testamētū.*j.tale testimoniū nō infirmat̄,vt ibi dixi.& tenēt Panor.& Feli.in d.c.in pūtia. Et sicut tale testamētū nō infirmat̄ per ingressum religionis , pariter nō cōfirmat̄ donec testator ꝓfessus naturaliter moriatur.quo tēpore hę res instituⁿ habebit bona:quia nullibi reperitur hoc casa mortem ciuilē habere eundem effectū quem habet mors naturalis,& nisi in casib⁹ expressis nunquam habet eundē effectū.c.placuit.xvj.q.j. secundum glo. in c.susceptū.de reseri.li.vj.quā ibi sequuntur cōiter doc.& pulchrè Alex.in ij. par.cōſ cxl.inci. Viso the-
298 mate.vbi iij.col.etiā concludit,†per ingressum religionis nō finiri vsumfructū ingrediētis,aliàs ingressⁿ monasterij esset sibi nociuus: quod nō est dicēdū, cū quo ad naturalia(scilicet quo ad comedēdū & bibēdum) nō dicat̄ mortuⁿ, sed solū quo ad ciuilia. Ideo quādiu viuet testator professus,monasterium reget& gubernabit bona testatoris, & faciet fructus suos, q̄
299 ꝑ professionē dedicati videtur: †adeò ꝙ si talis testator haberet liberos hęredes institutos, petere non posset hęredita. imò nec legitimā patre viuēte,secūdum Pā.& doc.cōiter in c.cùm scimus.de regu. quos finaliter sequitur Feli.in d.c.in pūtia.antepe.col.vbi rūdet ad tex. qui cōtrarium dicere videbat̄ in d.c.cū scimus.Quia ibi pater testator erat mortuⁿ naturaliter,cùm filius legitimā petebat,vt dicit vidisse in integra.Et nihilominus pro hac opinione adducit tex. vnicū hoc formaliter decidētē iuncta gl.in c.j.xviiij. q.j.vbi monachⁿ factus episcopus debet vēdicare hæreditatē patris,quæ nō erit monasterij sed episcopat⁹ ꝙ nō esset,si legitima fuisset debita viuente patre ilico post ingressū & professionē,imò ꝑtineret monasterio

sterio, à quo fuit testator in episcopũ translatus. & ibi glo. dicit: q̃ ius succedẽdi nõ cõpetit, nisi post mortẽ professi testatoris, & quod spes monasterij euanescit ex quo monachus desinit esse filius monasterij. bene possent tñ liberi testatoris post professionẽ patris petere alimenta à monasterio de bonis paternis sibi decerni patre viuẽte, secũdũ Pau. in Auth. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. imò dicit, q̃ posset petere certa bo
300 na de hæreditate patris sibi assignari, de quibus possint sufficienter ali, quæ mortuo patre retinebunt pro Legitima: & residuũ restituent hæredi instituto, aut monasterio, si pater sine hærede testamentario decesserit. Et sic dicta bonorũ assignatio nõ est iuris sed facti in filios nõ trãsferens dominiũ. Ex quo clarè demõstrat, q̃ si hæres institutus in testamẽto talis, prius decederet, quã testator professus tunc hæreditas pertineret monasterio corruẽte testamẽto propter defe
300 ctũ hæredis præmortui. † Patet etiam quòd testator monasteriũ ingressus, quãdiu viuit, reuocare poterit testamentũ simpliciter, acsi in seculo remãsisset: quia
301 liiij. dist. multos. Ideo testari non potest. † Quinimò cõsuetudo aut papa eũ habilitare nõ posse ad testandum postquã est professus, secũdũ Bal. in d. Auth. ingressi. & plenè Henri. in c. si quis sanè. de pecu. clericorũ. Etiã si esset episcopus effectus secũdũ gl. in c. j. ſ. eo. posito, quod fortius est, q̃ esset cardinalis, cũ p̃pter hoc nõ liberetur à subst̃ialib⁹ regulæ, quæ sũt, paupertas & obedientia, secundũ Bal. in Auth. licentiã. C. de epis. & cle. secus si efficeretur papa secundũ Phil. Frã. super omnes do. in rub. eo. tit. li. vj. ver. xxvj. & vltimò prohibetur testari &c. Videatis glos. in ca. quia tua. xij. qõ. j. & xviij. q. i. c. j. in fi. & Imo. in l. si quis mihi bona. §. seruus. ff. de acqui. hære. De his videte Bar. in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fis. & in l. cũ pater. §. hæreditatẽ. ff. de leg. ij. & sentit idẽ Bar. in l. interdicit. ff. de cõdi. & demõst. & in dicta Authen. si qua mulier. Panor. & doct. in dicto. c. in præsentia.
Et hæc vera, vbi testator post testamentũ profitetur
302 religionẽ bonorum capacem, vt dictũ est. † Si verò profitetur religionẽ omnino bonorum tam in communi quàm in particulari incapacem, tunc quia testator quo ad bona cẽsetur omnino mortuus. putà, quia professus est regulã beati Francisci, & effectus frater minor, per talẽ mortẽ ciuilẽ testamentũ prius factũ irreuocabiliter cõfirmatur, adeo q̃ incõtinẽti hæredes scripti hæreditatẽ adire poterũt: & idẽ facere poterũt hęredes ab intestato, si professus sine testamẽto decesserit, secundum Sali. in d. Auth. si qua mulier. in fi. Nam cũ talis testator nõ possit testamentũ reuocare in fauorẽ conuentus, qui est omnino incapax, nec possit cõuentus nec religio succedere hęrede scripto præmortuo, sicut posset, vbi religio esse, capax bonorũ in cõmuni, vt ſ vidistis, certè frustra expectaretur mors naturalis ipsius testatoris. Et sic eo ipso q̃ ipse testator est profes⁹, testamẽtũ est irreuocabiliter cõfirmatũ. Circa quod videatis quæ dixi super verbo, *In eodem testamẽto relinquens.* j. in ix. limi. Sed quid de professis ordinem beati Dominici seu prædicatorũ: videatis Feli. latissimè & nõ min⁹ notabiliter loquẽtem in d. c. in præsentia. xxv. col. versi. septimò quęro vidimus suprà, cũ tribus colũnis sequẽtibus, vbi etiã decidit de carmelitis, & cæteris mẽdicantib⁹. De quo latè per Bal. in dicta Auth. si qua mulier. In isto autẽ regno Francię, quancunq; religionẽ quis profiteatur habetur pro mortuo: de quo plenè dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in j. arti. succesionũ ab
303 intestato. † Secunda mors ciuilis dicitur necessaria, quę nõ voluntariè suscipitur, sed necessariò, vel p̃ iudicẽ in inuitũ inducitur in pœnã criminis perpetrati & talis mors ciuilis est, per quã libertas perditur, veluti si quis ab hostibus capiatur, qui seruus hostiũ efficitur nec testari potest, quia seruitutẽ morti naturali cõparam⁹. l. seruitutẽ. ff. de regu. iur. Nã quod attinet ad ius ciuile, serui pro nihilo cõputantur. l. quod attinet. illo eo. titu. Quibus & quãtis modis efficit quis seruus, vt testamẽti factionẽ perdat, videatis Instit. de
304 iure perso. per totum. † Or testamẽti factio est a⁹ iuris ciuilis: quod qualiter intelligatur plenè habui-
305 stis ſ. in v. testamentũ. j. † Idẽ in deportatis per sentẽtiã iudicis: q̃ pariter testari nõ possunt. l. eius. §. fin. ff. eo. Quia licet nõ moriãt naturaliter, tñ ciuiliter mortui sunt, tanquã libertate & ciuilitate amissis. de quo
306 plenè ibi. & in l. j. C. de hære. insti. † De bannitis autem & exulibus debetis scire, q̃ multiplex est exiliũ, scilicet volũtariũ & summè meritoriũ, ac cõsequẽter laudabile, quod multi assumpserunt pro Deo & Christo eius, se in eremũ trãsferentes, prout de Ioãne Baptista legit Luc. j. in fi. & de Paulo primo eremita & pluribus aliis. Aliud est exilium, etiam volũtarium & laudabile virtutis amore. de quo in Authẽ. habita. C. ne filius pro patre, quod volũtariè subeũt scholares, qui pro acquirẽda scientę margarita de ciuibus fiunt exules. Et de quo exilio pulchrè meminit barbatus ille Hiero. in epistola ad Paulinũ. Legimus, inquit, in veterib⁹ historiis, quosdã lustrasse prouincias, nouos adiisse populos, maria transisse: vt eos quos ex libris nouerãt, corã quoq; viderẽt. Sic Pythagoras Mẽphiticos vates: sic Plato Aegyptũ & Architam Terẽtinũ, eámque orã Italię, quæ quõdã magna Gręcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: q̃ Athenis magister erat, & potẽs, fieret peregrinus atq; discipulus, malẽs aliena verecũdè discere, quã sua impudẽter ingerere &c. Et si de talibus exulibus loquamur, certè testari poterũt, & cęteros actus legitimos facere, cũ bannitũ nõ cẽseãtur, imò pro præsẽtibus reputãtur. c. licet de
307 prębẽ. & plenè in c. cũ ex eo, de elec. lib. vj. Et hæc duo exilia summè laudabilia subire voluit idem ille Hier. cognita suorũ monachorũ vesania, postquã ad Gregoriũ Naziãzenũ Cõstantinopolitanæ vrbis episcopũ peruenit, à quo sacras literas didicit, vbi quæ pro Christo & ecclesię vtilitate sustinuerit ipse in epistola ad Eustochiũ narrat dicẽs: quoties in cremo cõstitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardorib⁹ horribũ monachis præstat habitaculũ, putaui me Romanis deliciis interesse, horrebãt sacco mẽbra deformia, squalida cutis situ æthiopicæ carnis adduxerat: quotidie lachrymæ, quotidie gemitus. Et si qũ repugnantẽ somn⁹ imminẽs oppressisset, nuda humo vix ossa hęrẽtia collidebãtur. De cibis & potu taceo: cùm etiam lãguẽtes aqua frigida vtãtur, & coactum aliquid accepisse luxuria sit. & dum scorpionũ tãtum essem socius & ferarum, sæpe choreis intererã puellarũ, & in frigido corpore & carne præmortua libidinum incendia pullulabant. Itaq; continuò flebam, & repugnãtem carnem hebdomadarum inedia subigebam. Diem crebro cõiunxi cũ nocte: nec prius à pectoris

BIU Cujas

ctoris cessabam verberibus, quâ à domino tranquilli
tas redderetur. Ipsam quoque cellulam meam quasi
cogitationum cõscientia pertimescebã, & mihi iratus
solus deserta penetrabam, & vt mihi testis est domi-
nus post multas lachrymas nonnunquã videbar in-
teresse agminib⁹ angelorũ. Per quadrienniũ igitur i-
bidẽ pœnitentia sic peracta ad Bethlehẽ oppidum re-
meauit, vbi quasi domesticũ animal apud præsepe do-
mini sese obtulit permãsurũ. Bibliothecã autẽ suam
quã summo studio sibi cõdiderat clausam aliósque libi-
bros iterũ relegẽs, diẽ ieiunus ducebat ad vesperum
308 &c. † Aliud est exiliũ necessariũ: & hoc dupliciter.
Primò ꝓpter vtilitatẽ exulis, vt quis fugiat persecu-
tionẽ alicuius tyranni: quo exilio durãte exules nihil
perdunt. l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. Quoties
enĩ quis particulari odio sui ꝓsequitur. fugiẽdum est
ex doctrina Christi, Matth. x. Cùm autẽ persequẽtur
vos in ciuitate ista, fugite in aliã. Idem si persecutio
esset generalis, & ex fuga non sequeretur destructio
iustitiæ, & boni publici, secundum Lyrã ibi, & habe-
tur in c. nisi cum pridem. de renũ. Secundò indicitur
exilium necessarium alicui, ita ꝙ necesse habet rece-
dere, non propter sui delictum aut vitium, sed potius
ꝓpter virtutem & gloriã suam: vt de Aristide, The-
mistocle, & pluribus aliis refert Val. li. v. c. iij. titu. de
ingratis. loquendo de Athenienſium ingratitudine.
309 † Quod exiliũ ostraciſmus, exostraciſmus vel ostra-
cus Athenis olim vocabatur, procedens ex inuidia
quæ virtutem sequitur: quia virtutis comes inuidia
est: quasi tale exilium sit quædam inuidiæ consolatio,
ne peiora cõtra virtuosum machinẽtur: vel fiebat vt
potestatis esset & gloriæ moderatio, ne ex gloria vir
tutis nimis cresceret potẽtia, & verteretur in abusum
in detrimentũ aliorum, sicut vitis si nõ putaretur, &
ramis minueretur, racemos verteret in labruscas in
detrimentum cultoris. De quo ostraciſmo eiusque
forma, & quis fuit principium & finis ex Plutarcho
de vita Aristidis quoque habetur in hæc verba: Ciui-
tas, victoria iam insolens facta atque maximarum re-
rum auida ægrè ferebat cum quosdam authoritate &
gloria anteire ceteros audiret: itaq; postquã frequẽs
vndique in vrbẽ cõuenit, Aristidẽ ostraco in exiliũ
nõ affectati regni suspicione, cũ nihil sibi mali factũ
nec à se virum cognitũ esse, sed gloriæ illius inuidia
relegant. Non enim ostraciſmus improbitatis casti
gatio, erat, sed honestiore voce elationis ac grauioris
potestatis moderatio, & pœna dicebatur. Erat siqui-
dem humani liuoris consolatio, quæ cum haud. into-
lerabilis esset, mœrorem ac dolorẽ quem cuiuspiam
amplitudo peperisset, suis ex finibus decem annis de
terminaret. (& forma erat) Ostraci viritim in consi-
lio dabantur, & in eis quisque quẽ ex ciuibus vrbe ce
dere vellent literis indicabant, quem posteà in vnum
fori locum cãcellis circunseptũ deferebã. Magistra-
tus verò quibus negotiũ dabatur, primum quidẽ vni
uersos simul recẽsebãt, qui nisi sex milium numerum
excessissent, nihil cõfectum esset. Posteà vniuscuius-
que calculis sepositis eũ quẽ pluribus sentẽtiis dãna-
tũ cognoscerẽt, decẽ annos extorrẽ fore declarabãt:
ea tamen cõditione, vt fructus suos capere liberũ sibi
relinqueretur. De hac aũt relegatione, inquit, Plutar
ch⁹ vbi suprà, Quis dubitat eos qui vel gloria vel ge
neris nobilitate vel eloquentia, maximè præstarent,
ostraco, id est huiuscemodi exilio quã primũ eiectos
esse? Hoc tanquam purgandæ ciuitatis medicamẽto
ad cõstitutũ tempus vti populus consueuerat, atquẽ
illum qui supra reliquos ciues vel gloria, vel diuitiis,
vel potẽtia excelleret, ita vt suspectus in ciuitate ha-
beretur, in decẽnium extra ciuitatẽ relegabat. Quo
numero Damon Peridis cœptor est: qui cum plus sa-
pere videret quã oporteret, hunc in modũ vrbe exa-
ctus est. Et Hiperbolus vir nõ ex potentia sortitus au
daciam, sed ob impudentissimã audaciam factus po-
tens, propter eam quã in republica gloriã nactus est,
ciuitatem vniuersam ignominia afficiens ostraciſmo
damnatus est: qui scilicet ostraciſmus quum viris pri
matibus esse solebat potestatis moderatio, huic flagi
tioso fuit impudẽs vltio: & sic finis per ostraciſmum
puniendi quẽquam factus est, & nemo scilicet virtuo
sus post ipsum scilicet criminosum tali pœna damna
tus. Hæc ille. Et licet talia exilia honesta essent, nec
testamentũ factum inficerẽt, & minus fiẽdum impe-
dirent, tamẽ illa cõfutat Vale. vbi suprà in fi. & inue-
hit contra eos qui adeo ingrati extiterũt, vt in virtuo
sos sæuire nõ dubitarint: quos in primis Atheniẽses,
velut ingratissimos damnãdos esse dicit, cũ vbiq; gra
uis & intolerabilior eorũ dicatur ingratitudo, ꝙ ciui
tas illa bonarũ artium mater erat. Quid abest, inquit,
quin publicas dementia sit æstimãda, summo consen
su maximas virtutes, quasi grauissima delicta punire,
beneficiáque iniuriis repẽdere? quod cũ vbiq; tũ præ
cipuè Athenis intolerabile videri debet, in qua vrbe
aduersus ingratos actio cõstituta est, & rectè, quia dã
di & accipiendi beneficij cõmerciũ, sine quo vix vita
hominis cõstat, tollit & perdit quisquis bene merito
parẽ referre gratiã negligit. Quãtã enim reprehẽsio-
nẽ supplε Athenien. merẽtur, qui cũ æquissima iura,
sed iniquissima haberẽt ingenia, moribus suis quàm
310 legibus vti maluerũt? &c. † Aliud est exiliũ seu bãni
mentum dãnabile & sordidũ, quod inducit propter
delictum. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. & in §.
fi. Insti. de hæred. insti. Et de tali bannito dicit Bar. in
d. l. eius. ꝙ nõ potest testari. Cùm prodigo æquipare-
tur quicũque delinquens, & sic intestabilis. Inst. qui-
bus non est permiss. facere testamentũ. §. item prodi-
gus. nam vt elegãter dicit Bal. suprà in procemio, su-
311 per verbo, prodiga. † Triplex est prodigalitas. Prima
est rerum, in qua prouidetur per interdictionẽ admi
nistrationis. Secunda est morũ, in qua occurritur per
seueritatem punitionis, vt ꝛ. plenè vidistis. Tertia est
prodigalitas famæ, in qua prouidetur per subtractio
nem bonorum & honestorum virorum, prout hæc
omnia per tria iura ꝓbãtur. l. is qui bonis. ff. de verb.
obli. & l. licitatio. aliàs incip. locatio. §. quod illicitẽ.
ff. de publ. ac in l. quos ꝓhibet. ff. de postulã. Nec im-
meritò bannitus propter delictum testari nõ potest,
nec talis mors ciuilis testamentum antea factum cõ-
firmat: cùm reddat eum intestabilem: vt etiam testa-
ri nõ possit, scilicet secundũ iura & statuta ꝓpria ci-
uitatis, aut terræ de qua fuit bãnitus: & ad quã redire
non potest in vita nec post mortẽ, vt ibi sepeliatur, se
cundum Bar. in l. ij. ff. de cadaue. punitorũ. Sed testa-
menti factionem nõ perdit de iure cõmuni: ideo si in
illa ciuitate de qua banniti fuerunt, vigeret statutum
aut consuetudo, ꝙ quis testari posset cum duobus te
stibus, prout est in nostra ciuitate Tolosæ, & hîc Ca-
turci, talem facultatem testãdi perdũt: sed testari po-
terũt secundũ ius cõmune adhibita iuris communis
solẽnitate. De quo plenè per eundẽ Bart. in quadam
per ipsum disputata quæstione incipiẽte, Lucanæ ci-
uitatis statuto. & in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de
cap. dimi. vbi dicit, qualiter hoc intelligitur. videa-
tis quæ plenè circa hoc dixi super verbo, *In eodem te-
stamento relinquens*. j. xvij. limi. Hodie verò ex gene-
rali

rali huius regni consuetudine non est dubium bānitos esse intestabiles: dummodo fuerint perpetuò banniti: cùm tale bannum importat, vt sæpe dixi, confiscationem bonorū, & ita dicit seruari Masuerus, titulo de obligationi. & renuntiatio. §. j. circa finem ibi, idem in bannito. & §. item aliqui consiliarij. & clari⁹ in titulo de pœnis. §. in casib⁹. quod intelligatis, prout dixi super verbo, *In eodem testa. relinquens.* j. in di-
312 cta xij. limita. & Bald. in d. l. eius. § si cui. † De infamibus vidi sæpe dubitari, an perdant testamenti factionē, ita ꝙ eorū testamenta morte naturali nō confirmentur, quasi sint morte ciuili, scilicet per infamiā irritata, & videtur ꝙ per infamiam perdant testamēti factionem, quia infamibus interdicti sunt actus legitimi. c. fi. de reg. iur. lib. vj & l. ij. C. de dignitatibus lib. xij. vbi est bona glo. quatuor ponēs casus, in quibus etiā infamia facti repellit quem ab actibus. Melius enim esset alicui mori, quā dulcissimum famę honorē perdere, vt ita dicere Ludouicus grossus Frācorū rex Parisios repetēs solitus erat. Pulchrius, inquit esset crudeli morte si honesta esset, occumbere, quā cum dedecore vitā perducere, vt lib. vj. Gaguinus refert. & Sallu. in Catilinario: Emori per virtutem prę-stat, quā vitā miserā atq; inhonestā per dedecus amittere. Nam vt idē ait in Iugurthino: nihil metuere quis debet, nisi turpē famā. iuxta illud Apostoli j. ad Corint. ix. Expedit mihi, inquit, magis mori, quā vt quis gloriā, id est famam meam euacuet. Vnde Iuuena. grauissimè & sanctissimè dixit: Summum crede nephas animā preferre pudori, Et propter vitā viuendi perdere causas. Causæ autē viuēdi sunt, vt sanctè, iustè & honestè operemur quæ Deo & homini grata sunt: ꝓ quæ fama illæsa retinet, quæ vitę præferenda est. Vnde vbi sententia ferri potest ex pluribus causis, quarū aliquę infamant, & aliquæ nō: lata simpliciter sententia nō exprimēdo aliquam causam, præsumitur in dubio lata ex leuiori causa, & minus infamante, vt dicit glos. singu. in l. hę enim. ff. de suspect. tuto. Eleuet igitur quisq; præmia virtutis, cum animaduertat 316 fortes viros felicius sepeliri, quàm viuere ignauos,
313 dicit Vale. lib. v. cap. ij. titu. de gratis. † Cum ea scilicet gloria seu fama euacuata solius Dei sit eā restituere, dicit glos. in c. ex tuarū. de purga. cano. licet enim possit princeps effectum infamiæ tollere, qui est de iure positiuo & nō naturali, nō tamē infamiā tollere potest, secundū Bald. in l. Cassius. iiij. colum. ff. de sena. quia infamia facti quæ remanet, est irremediabilis, iuxta illud Gelasij papæ dicentis: quāquam animas per pœnitentiam saluare possimus, infamiam tamē abolere non possumus: scilicet illam infamiā de facto apud bonos & graues restantē, vt clarè decidit Tho. in secunda secundæ, quęstio. lxviij. arti. iiij. quia nō bene detergi sordida fama valet, etiā per baptismū. de quo videatis glos. super verbo, peccauit: in ca.
314 si quis. j. qō. vij. † Nam infamia est similis morti, secundū Hug. vt refert Bart. in l. trāsigere. C. de transa. cùm infames mortuorū loco habeātur. l. j. §. quidam filiū. ff. de bo. pos. cōtra tab. Vnde gl. in l. nec timore. ff. quod metus cau. dicit timorē infamiæ iustum causare metū. & est tex. in l. isti quidem. §. penul. eod. tit.
315 & Panor. in c. olim. iij. de resti. spo. iij. col. † Vnde licet accusatus de delicto extra suum officium cōmisso pēdente accusatione, nō sit ei interdicenda officij administratio. l. libertus. §. in quæstionibus. ff. ad muni. tū interdicitur, vbi tale crimen scandalum generaret propter publicā infamiam accusati. c. inter solicitudines. de purga. cano. perinde & acsi in suo officio deliquisset, ei interdiceretur administratio secūdum Bar. in d. §. in quæstionibus. & Ioan. Fab. in §. si quis autē. Inst. de suspe. tut. Ob quod in c. ij. de purg cano. dicitur, ꝙ qui suā famā negligit, videtur negligere vitā. Imò aliàs crudelis sibiipsi esse videretur. c. nolo. xij. q. j. vbi habetur, ꝙ crudelis dicitur, qui suam famā negligit: quę secundum glo. in c. veram. de cohabi. cleri. & mulie. aliud non est, quā illæsæ dignitatis status legibus & moribus comprobatus, vt l. pen. ff. de variis & extraor. cog. in prin. vnde non sine causa dicebat Eccl. vij. c. ꝙ melius est nomē bonū, quàm vnguenta pretiosa. & Bal. in l. j. C. de cōfes. Fama, inquit, bona quā multi populi amant, est thesaurus hominis inæstimabilis, & iucūdus, & sicut liliū dat suauitatē odoris. & in l. ingeniū. ij. col. ff. de sta. ho. dicit, ꝙ fama est pars status nostri magna. l. cognitionū. §. j. ff. de variis & extraor. cog. Et sic nō minor est amissio famæ, quā oculorum, iuxta illud Prouerb. xv. Lux oculorū lætificat animā, fama bona impinguat ossa: imò maior est famæ perditio, quā perditio oculorū. quod nobis patenter tradit doctrina Christi Matth. xviij. præcipiens, ꝙ si oculus scādalizet te, scilicet trahēdo te ad delictum quo bona fama perditur, eruas eū & proiice abs te. & Tullius in oratore de respōsis aruspicū. Miserior, inquit, es cum in omnē fraudem oculis caperis, quam si omnino oculos nō habueris. Nēpe illi fraudāt & fraudant. Quod cōsideràs quędā monialis virgo, cuius dulci aspectu cor regis captum fuerat, ita vt rex ipse eā stuprare cōclusisset: postquā hoc resciuit, ne diffamaretur, oculos proprios ipsa sibimet eruit, quos pro munere ad regē misit: & hoc modo famam seruauit. Pariter refert Tertulia. ꝙ Democritus Philosophus oculos sibi eruit, eo ꝙ mulieres sine cōcupiscētia nō valebat aspicere. Ad quod facit illud Ouid. ij. tristiū. Heu mihi cur vidi, cur noxia lumina flexi? Peccatúmq; oculos est habuisse meū. & Seneca de remediis infortuito. Intelligendū, inquit, est partē esse innocētiæ cæcitatē. Oculi. n. sunt irrita
316 mēta vitiorū, ducésq; scelerum. † Ob quod Valeri⁹ lib. iiij. c. v. tit. de verecūdia, aliud exemplū ponit, ꝙ si in Christiano adolescēte inueniretur, vna omniū voce plus quā præcedēs laudaret, cū Tuscus esset adolescēs de quo loquitur, Spurina vocatus, Hetruriæ ciuitatis oriūdus. qui antequam Tusci essent Romana ciuitate donati, Spurina præstantis formæ adolescēs matronarū. id est nuptarū & virginum oculis insidiosus erat quia non sine cupiditate aspici posse videbatur, tanta eius formæ venustas, vt iam vxores & filias habētibus suspectus admodū esset. Hic ergo cū videret se causam esse plerūq; dissidij inter virum, & vxorē, adeo molestè tulit, vt ingress⁹ cubiculū omnē vultus oríq; decorē illatis vulnerib⁹ cōfuderit, & secatricibus aspectu deformem reddiderit. Maluit deformitatē suæ sanctitatis seu castitatis esse fidē & testimoniū, quā formā alienæ libidinis irritamētum. De hac fama quantū sit diligenda, & infamia euitāda, & fugiēda, habet in l. infamia. C. de decurio. li. x. quia sicut corpus vmbrā facit illustratā à sole, sic fama est vmbra operū. Et beatus est qui possidet eam. Et ecōtra proximus est periculo, quē fama denigrat, in Authē. quomodo oporteat episcopos. in prin. colla. j. vt singulariter dicit Bal. in c. veniēs j. de testi. & alibi di
317 cit idē Bal. in c. j. de renū. † ꝙ fama vnius bono viri est vmbra gratissima, sub qua multi quiescunt, & quę mori nō pōt, nec extingui. iuxta illud Statij Thebaidos lib. vij. Ite, inquit, alacres vestri nunquā morientur honores. ideo sapiēter dicebat idē Bal. in c. j. §. si quis

318 quis hominē. de pace tenenda. † Quod pro saluando honore & fama cōseruanda, licitū est assumere duellum. Facit quod voluit idē Bal. in l. in eadē. ff. ex quibus causis maio. & in c. j. de proba. & text. singularis in l. pronūtiatio. §. j. ff. de verbo signif. & quod habetur in l. iusta. ff. de manu. vindic. & in l. Iulianus. ff. si quis omis. causa testa. & quod voluit Pet. de Anchar. in clemen. j. de homici. Imò non solùm nostra interest famā propriam seruare illæsam quādiu viuimus, sed etiā post mortē, adeò ꝙ si fama defuncti lacessatur, hęredes de iniuria agere possunt. l. j. §. & si fortè. ff. de iniur. & intelligo dixisse de fama, quæ est conscientię cōsentanea & cōformis, prout fama est, vt dixi, illæsæ dignitatis status, vita & moribus cōprobatus, vt d. c. vestra. Si autem fama esset conscientiæ repugnans, vt ꝙa malus reputaretur bonus in populo propter signa bonitatis, quæ habet extrinseca, vt habent hypocritæ: tunc fama parum prodesset, vbi conscientia veritatis repugnaret, quæ plus quā fama attē-
319 ditur apud Deum, qui est cordium scrutator. † Est enim cōscientia animi motus sibi ipsi persuadens, & sese concernens, secūdum Bal. in c. nisi cùm pridem. iiij. col. de renuntia. & in c. j§. sacramentum. de consuetu. recti feudi. ideo dicit Bar. per illum tex. in l. cū quidam. §. quod dicitur. in fi. ff. de acquirē. hæredi. ꝙ vbi communis opinio est de aliquo ꝙ pendeat ex facto meo, dēbeo attendere factum meum & veritatē non communem opinionem in bono vel malo: suffi cit ꝙ nesciam me malum. Vnde ſtāte ſtatuto loci, ꝙ syndicus teneatur omnia maleficia denuntiare etiam de seipso, licet fama sit ꝙ ipse deliquit, nō tenetur se denūtiare, si verè scit quia delictū nō cōmisit, secūdū Bar. ibi, quia vt dicit Valerius li. iij. cap. vij. tit. de fiducia sui. Omnis ꝓfecta ars fortunæ lenocinio defecta iusta fiducia, id est bona de se opinione nō exuitur. Quámq; scit se laudem meritā, eā & si ab aliis nō impetrat, domestico tū acceptam iudicio refert: qua si dicat. ꝙ quilibet bonus licet per famā ab aliis sibi merita non impetret, cōsequatur tū iudicio domesti co scilicet conscientiæ suæ, ea refert in sui gaudiū, & lętitiam, & innocentiam. Et hoc est quod dicitur in oratione ad Cæsarē senem de republica, circa fi. ibi, suus cuiusq; animus ex cōscientia spem præbet. Vide elegātia verba Bal. de cōsciētia loquētis, quæ refert Iason in §. sed istæ quidē. Insti. de actio. xxvj. colum. Et hoc est quod narrat Valerius Maximus lib. vij. c. ij. tit. de sapienter dictis & factis. Socratē dixisse cōscientiam plus quā famā attēdi debere. idem scilicet Socrates, expedita & compendiaria via eos ad gloriā peruenire dicebat, ꝙ id agerent, vt quales videri vellent, tales etiā essent. Qua quidē prædicatione apertè monebat, vt hoīes ipsam potiùs virtutem haurirent, quā vmbrā eius cōsectarēt. hęc ille. Sed vt dicit Boëti⁹ lib. ij. de cōsolatione. Nos nisi ad populares aures inanésq; rumores rectè facere nescimus, adeò ꝙ relicta cōscientia virtutisq; præstātia de alienis sermūculis laudē captamus. Horū etenī vita fictio est, & mores sunt imagines absq; vita. mox ideo delētur & decidūt, & nec immerito. quia vt habetur Ioannis xij. Dilexerūt magis gloriā hominū, quā Dei. Ob quod dicit apostol⁹ j. ad Corint. iij. Nemo vestrum glorietur in hominibus, id est secundū laudes hominū, sed glorieť in Deo qui est veritas omniū. Per famā enim falli poteris, ꝓ cōscientiā Dei & veritati cōsonā nunquā. Ideo remouendā esse existimationē hominū, cū dubia semper sit, & in partē vtranq; diuidatur. docebat Seneca ad Lucillū epistola xxvj. Nam cōscientia
320 cuius & Dei vnū & idē est cōsistoriū, vix falli potest. † Cū cōscientia dicatur quasi quædam consonantia animæ ad Deū ex cōcordia spiritus & voluntatis, secūdū Bal. in c. mulieri. de iureiur. vū Origenes dicit, ꝙ cōscientia est spiritus corrector & pedagogus animæ sociatus. Et sumit ibi spiritus ꝓ mentæ seu ratione. Et sic cōsciētia dicitur spiritus, inquātū est quoddam dictamen mentis: quia etiā habitus est principiū actus, ideo nomen cōsciētiæ attribuitur aliqū primo habitui naturaliter, scilicet synderesi, sicut Hyerony.
321 super Ezechiel. Cōscientiā synderesim vocat. † Habet autē ortum conscientia ex naturali iudicio rationis, quod dicit lex intellectus, & ab eo est deducta & deriuata, vt quædam cōclusio. verbi gratia. Fit in animo vel mēte hominis quasi quidā syllogismus, cuius maiorē ꝓmittit synderesis dicens: omne malū esse vitandum. Minorē verò huius syllogysmi assumit ratio superior, dicēs adulteriū esse malū, quia à Deo prohibitum. Ratio verò inferior dicit adulteriū esse malū, quia vel est iniustū vel inhonestū. Et tunc cōscientia infert cōclusionē dicens ex supradictis: ergo adulteriū est vitandū. Propterea dicitur cōsciētia quasi cōcludēs sciētia, eo quòd cōsciētia ratione supradictorū, videlicet synderesis rationis superioris & inferioris cōclusionē infert secundū Tho. in ij. sententiarū. dist. xxiiij. Vnde conscientia dicitur mater nostra, dē qua loquens propheta Oseæ. ij. Iudicate, inquit, matrē vestrā, id est conscientiā. Prætereà dicitur facies animæ, iuxta illud Matth. vj. Faciem tuam laua, id est cōscientiā maculis peccatorū fœdatā. Et dicitur cōsciētia facies ratiōe diuersificationis: quia sicut inter tot homines nō est dare duas facies omnimodo simi les, quod est mirū, ita nec duas cōsciētias omnino similes, id est in omnibus idē sentiētes. Secūdò ratione denudationis: quia sicut facies nūquā cooperiť, posito quòd cætera omnia aliqū cooperiātur, ita cōscien tia cooperiri nō pōt, quia liberi sunt aperti. Daniel. vij. Tertiò ratiōe dispositionis: quia sicut secundum quòd qs est, effigiat in facie, vel cōponit faciē cōpre hēdit de dispositiōe interiori, ita secundū opera cōuersationis alicuius cognoscit de ꝓbitate, vel malitia, Eccles. xix. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Ex quibus restat dictū Bal. verū, in d. c. mulieri. quò cōsciētia dicit quasi quædā cosonātiaanimæ ad Deū ex cōcordia spiritus & volūtatis, quæ clarè eū aperta Deo. quē nullum latet secretū. Ideo sequēda est potius quā fallax reputatio hominū. c. inter verba. xj. q. iij. Nec sunt veræ illæ, legitimæque virtutes, sed inanes vmbrę interpollatáq; simulachra, quasambitio excitat, & rumor alit popularis, q̄ surgūt atque tabescūt, his surgētib aut tabescentibus causis vnde sunt ortæ, vt nihil miserius sit, quā pēdere à degeneri opinione, atq; plebeia. Vū apud Gallos vulgò dicit, *Dieu me gard de la louange des vilains.* Quæ laus vt plurimū orit ex cōuiuiis, quæ popularibus ministrā tur ad interitū, & depauperationē conuiuātis, potius quā cōscientiæ suæ testimoniū. iuxta illud quoddicit
322 apostolus ij. ad Corinthios j. Gloria nostra hæc est, testimonium cōscientię nostræ. † Inde videm⁹ à iudicio cōscientiæ appellari nō posse: cū cōscientia, vt dixi, aliū nō habeat superiorū præter Deū, secundū gl. in versi. relinquat. in c. statutū. §. assessorē. de rescrip. lib. vj. fateor tū, ꝙ si appellaretur iudex ad quē ex officio repararet quod malè per iudicē à quo factū aut taxatū esset, secundùm gl. in verbo, oneramus. in clemen. j. de iure patro. quod verū puto si appareret partē appellantē nimis grauatā fuisse. Quoniā aliàs pro

BIU Cujas

modico nõ reciditur à cõscitia iudicis, vt d.§. assessorem, secũdũ Bal. in l. j. C. de rebus credit. pro quo est glo. no. in versi. an iure. in l. ab executore. ff. de appel. Sed imò non receditur, nisi in declarãdo conscientiã suam iurasset, ita sibi iustum & rectũ videri: quo casu omnino stari debet eius conscientiæ, vt pulchrè per Ale. in l. pupillo. §. qui opus. vlt. col. de no. ope. nun. & latè de S. Georg. super rub. de ap. xv. col. Si ergo nõ iurauerit, & nimis grauauerit, reformabitur, vt di
323 xi. † Conscientia enim iudicis patenter nimis grauãtis non præsumitur esse nec processisse de cõsistorio Dei, sed potius diaboli, cuius iniustitia sub velamine conscientiæ non est intoleranda, cum interdum sub simulata quadã sanctitatis specie posset iudex enormiter lædere partem, dicit tex. in cle. ad nostrũ. ver. nonnulla etiam alia. de hær. Ideo sub vmbra tali dormiendum non est. Quia vt præclarè ait Cic. lib. j. offic. Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quã eorum qui cum cum maximè fallant, id agunt vt boni viri videãtur, quorũ æquitas duplex est iniquitas, iuxta illud Bucolicorum: *Vos qui legitis flores & humi nascentia fraga, Fugite ô pueri, latet anguis in herba.* Vnde Plin. ad Catulũ. Magnitudo, inquit, animi, nihil ad ostentationem. sed omnia ad conscientiam refert, rectè facti nõ ex populi sermone mercedẽ, sed ex facto petit quia teste Senec. lib. j. de clemen. Nemo põt diu personã ferre fictã. citò enim in naturam suam recidunt quibus veritas nõ subest. hæc ille. Laudantib. tamen irascẽdum nõ est, nec grates agẽdum, irasci etenim ei qui coronã capiti ponit, hirsuti & rusticani ingenij videri põt. Agere verò gratias, fateri quoque me dignũ tantis laudibus esse, est apertum inuerecũdi ac insanientis animi signũ, cuius insolentiæ apud Deũ & sapientissimos viros nec est facilis venia, sed neq; leuis in bonis viris, qui ita laudãtur: intimæ cõscientiæ tremor. quid igitur agẽdũ mente ita suspensa? Neque tandẽ gratias accumulandũ, neque vltima cõfusione deficiẽdum. Per quæ omnia ad propositũ redeũdo videat, ꝙ sicut occisus per sentẽtiã, ita & infamis esset intestabilis. Sed cõtrarium tenetur, cùm infamis non perdat libertatẽ nec ciuitatẽ, nec vitã corporalẽ, quæ requiruntur ad perdendũ testamenti factionẽ, vt d. l. eius qui. ff. e. nisi esset talis infamia, quæ haberet secũ testãdi inhabilitatẽ sicut vidistis s. de infame propter libellũ famosum dãnato qui testari nõ põt, etiã antequã declaretur infamis Quia cũ infamia sit pœna quæ irrogatur ipso iure absq; expressa iudicis declaratiõne, ꝑ ea quæ dici Bar. in l. ꝙ vltimo. ff. de pœ. Nec de sui natura expectet aliã extrinsecã executionẽ post se: certè irrogata à iure statim infamia: ille est intestabilis absq; alia declaratione per ea quæ dicũt Im. & Dom. in c. felicis. de pœ. lib. vj. quos in hoc refert & sequitur Fel. in c. Rodolphus. xxvij. col. de reseri. ver. limita quartò, quod secus esset in pœna ipso iure inflicta, quæ aliã expectaret post se facti executionẽ & hominis ministeriũ, vt in cõfiscatione bonorũ: quæ licet aliqñ incurratur ipso iure, tñ non licet apponere manũ, nec bona apprehendere ante declarationẽ, c. cũ secundũ leges. in fi. de hær. lib. vj. Et sicut põt infames testari actiuè. si etiã habẽt testamẽti factionem passiuam: quia possunt hæredes instituere: nec priuãtur propter infamiã etiã paterna hæreditate, secundũ Bal. in d. l. Cassius. iiij. col. ff. de senat. nisi in casibus à iure expressis. l. in arenã. C. de inof. test. Et tunc etiã requiritur, ꝙ per patrem exhæredẽtur,
324 vt ibi. † Quartò principaliter fallit regula nostra, ꝙ testamentum morte testatoris irreuocabiliter confirmetur, vbi in testatore effectus mortis non duraret, putà quia post mortẽ miraculosè resurrexit. quod rarò contingit. l. ex his. cum l. sequenti iũcta glo. ff. de leg. licet enim Deus hoc possit miraculosè facere, vt factum fuit de Lazaro quatriduano iã fœtente, & filio viduæ extra ciuitatem Naim. de quibus habetur Ioan. xj. & Lucæ vij. Et de Pamphil. Phere ex illa ciuitate Graciæ nato: quẽ Plato scribit inter eos qui in acie ceciderãt, decẽ diebus iacuisse: biduóque postquam inde sublatus esset impositũ rogo reuexisse, ac mira quędã tẽpore mortis visa narrasse, vt lib. j. c. viij refert Valerius titul. de miraculis. Tamẽ facere talia nõ consueuit de lege cõmuni, sed si hoc faceret, testatorémq; resuscitaret, testamẽtũ quod morte videbatur cõfirmatũ, reuocaretur, etiã si ad pias causas esset factum, secundum Bar. in l. j. iiij. q. quintæ. q. princ. C. de sac. san. eccle. Et recuperaret bona & vxorẽ, si cõiugatus fuerat, aut beneficia quæ habuerat, si clericus erat, argu. c. si beneficia. de præben. lib. vj. de quo per glo. & Doct. in d. l. ex his. & glos. in c. licitè. xxxij. qõ. vij. quæ vult matrimonium morte naturali dissolui, cùm sit quædã societas, dissoluitur morte. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. Idem dicit, in prælatura. Sed baptismus non deletur morte, nec aliquid aliud in quo confertur gratia vel ordo. Vnde resuscitatus non est de nouo baptizãdus, nec ordinandus. Et ratio est, quia per baptismũ copulatur immortale, id est anima, immortali Deo: sed per matrimoniũ cõiungit corpus viri mortale corpori mulieris mortali, & sic soluitur sola morte. Videatis Bartol. in l. nam ad ea ff. de legi. & plenius Bal. in l. iura cõstitui oportet. cum legibus sequentibus. eo. titu. vbi dicũt, ꝙ resuscitatus bona recuperat, quasi à Deo restitutus prout facere condẽnatus ad mortẽ si per principem restitueretur. l. j. & l. fi. C. de senten. pas. dummodo nõ fuerint ante rescusitationẽ testatoris alienata c. quamuis. de reseri. lib. vj. secundum Bar. & Bal. vbi
125 s. † Ex quibus sequitur, ꝙ si propter crimen ad mortem dãnatus & executatus cum confiscatione bonorum, posteà à mortuis resuscitaretur, sicut à Deo miraculosè vitam recuperauit, sic etiam ad bona confiscata restitutus censetur si non fuerint alienata, quod est not. licet rarò cõtigerit. Et hæc de prima effectuali perfectione testamenti, quæ morte testatoris con-
126 tingit, vobis scripta sufficiant. † Venio ad secundam testamenti effectualem perfectionem, quæ est quando testamentum ita perficitur, vt ad causam intestati redigi non possit. quod cõtingit adita hæreditate ex testamento per hæredem institutum. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæredi. instit. & l. quandiu. ff. de acquir. hæredit. Nam sicut per mortem testatoris testamentũ ita perficitur, vt reuocari non possit, prout vidistis s. si per aditionẽ hæreditatis, quæ fit ꝑ hæredem testamentum illud irreuocabile suum plenũ sortitur effectũ, vt nũquam redigi possit ad causam intestati, postquam ex testamento adita est hæreditas: cùm regulam habeamus, ꝙ quãdiu locus est successioni, seu succeditur ex testamento, & sic secundum voluntatem testatoris expressam, cessat successio ab intestato, quæ prouenit solùm ex tacita mente defuncti: qui postquã testamentũ nõ fecit, præsumitur voluisse habere hæredes suos proximiores consanguineos. Qui quidem hæredes adita hæreditate fiunt domini & veri hæredes, prout hæres dicitur abhero, quod est dominus, secundum glo. Institut. de hæredum qualita. & differen. in fin. dicentem Theutonicos dicere *Her*, id est, domine: facit. l. j in princ. ff. si ceat. peta. Vnde adita hære-

BIU Cujas

ta hæreditate nõ dicitur amplius hęreditas, sed patrimoniũ efficit hæredis, & confunditur cum bonis hæredis, vt sit cũ priorib⁹ bonis vnũ patrimoniũ. l. j. §. ve-
330 teres. ff. de acqui. possess. Et ante aditionem hæres nullo modo repræsentat defunctũ: sed ipsa hæreditas eũ repræsentat, quamdiu est in adeundo tanquã persona ficta. l. hæreditas. ff. de acqui. rerũ domi. Postquã verò est adita, talis repręsentatio transfertur in vnã personã, scilicet hæredis, vt vna & eadẽ cẽseatur esse persona cũ defuncto, in Auth. de iureiur. à morien. præsti. §. j. ita ꝙ cessat illa prima repræsentatio, q̃ ficta dicitur iacente hæreditate introducta, nõ iure naturali aut gentiũ, sed iure ciuili Romanorũ. l. lege obuenire. ff. de verbo. signi. licet enim iure gentiũ introductum fuisset alterũ alteri succedere, nõ tñ fundat introductam, ꝙ hæreditas iacens ficta diceretur perso-
331 na defunctum repræsentans, ac omnia iura actiuè & passiuè cõplectens: imò hoc totũ fuit iure ciuili positiuo statutum. Ideo vt quis sit hæres, omnia defuncti iura actiuè & passiuè arripiẽs, necesse est ꝙ adeat hæreditatẽ, vt in omnibus & per omnia loco defuncti surrogetur. Et debet adiri hęreditas per ipsum hęredem, quia adiri nõ possunt per procuratorẽ, quãuis generalẽ, etiã si cũ libera administrationem haberet, nisi ad hoc faciendum haberet speciale mandatum. l. Paulus respondet, per procuratorẽ. vbi Bar. & Doct. ff. de acqui. here. vel nisi esset procurator Cæsaris, qui solus põt adire pro fisco hæreditatem, ex mãdato generali, quod habet à lege, vt est text. in l. j. vbi Bartol. Alex. & Iason. ff. de offic. procu. Cæsa. quæ dicit, ꝙ secùs esset in procuratore reipublicę, per l. prędses. C. de trãsactio. Quantuncũque enim perfectè fuerit factũ testamentum, & decesserit testator, tũ hæres nõ dicit
327 esse dominus hæreditatis. †Et inde dicit Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iuramen. firmã. ꝙ ius adeundi hæreditatẽ non est in bonis nostris, antequã adeamus hæreditatẽ. & in l. si quis prioris. §. talem. C. de secũdis nuptiis. in fi. dicit iura lucrorum non esse in aditione aut repudiatiõe hęreditatis posita, sed est quid segre-
328 gatum ab vniuersitate patrimonij. †Et sic cedi non põt, sicut nec ius petendi restitutionem fideicõmissi. l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dotiũ. secundum Bart. in l. si stipulatus fuerim. in prin. ff. de verb. obliga. & in l. qui ita. in prin. & l. restituta. ff. ad Treb. & Bald. in l. ij C. de pactis, nec est certũ, si ex testamento succedetur, donec hæreditas fuerit adita per hæredẽ testamento institutũ: ideo dicebat Bal. in l. omniũ. in fi.
329 C. hoc tit. †ꝙ aditio hæreditatis est illa, quæ vires tribuit testamentis, ac omnino ipsa confirmat, & singulas clausulas in eis contentas, secundũ Bal. in l. j. C. si quis omis. cau. testa. Necnon confirmat omnia & singula officia in testamento data. Et sic officia tam tutorum quàm executorũ ad testamenta exequẽda deputatorum. secundum Bar. in l. alio. ff. de alimen. leg. & Bal. in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. Quinimò iura dicẽtia dominium rerũ legatarum recta via transire in legatarios post mortẽ testatoris. l. si quis Titio. ff. de furtis. intelligũtur, prouiso, ꝙ mortuo testatore sequatur aditio hæreditatis. l. oĩa. ff. de leg. ij. Qua secuta, dominiũ fingitur in legatarios translatũ
333 à die & momẽto mortis testatoris, secundũ Doct. ibi. Cùm aditio fingat retrò à die mortis testatoris. l. nouatio. quæ est 24. in fi. de noua. & nũ solùm est necessaria aditio ad cõfirmandũ cõtenta in testamẽto, sed etiam ad validitatem relictorum in codicillis, secundũ gl. & Bar. in l. q filio. §. seruus. ff. de hær. inst. vt plenè habuistis, s̃. in verb. *testamentum*. iij. imò secũdum aliquos est necessaria ad petendum donationem causa mortis. de quo per Bal. in l. eam quam. v. q. C. de fi-
330 deicommiss. †Veruntamen antequam hæres in testamento institutus adire possit hæreditatem, plura requiruntur, quorum aliqua cõcernunt personam hæredis, & quædã versant circa alias qualitates, quæ interuenire debent. Primò enim requiritur, ꝙ hæres sit liber homo prout de iure præsumit esse, si est in possessione libertatis, nisi contrarium ex aduerso probaretur. l. moueor. C. de ser. expor. Si aũt hæres esset seruus, nõ posset adire hæreditatẽ, in qua est institutus, sine iussu domini præcedente: & tunc adibit in vtilitatẽ domini, cùm ipse sibi nihil acquirere possit, sed domino. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hęredi. Inde dicitur in l. aditio de acqui. hæredi. ꝙ adi-
331 tio hæreditatis nõ est in opere seruili. †Et idem dicitur ibi in filio qui sicut hęreditatem paternam, vel aliàs profectitiam sine iussu patris adire non poterat, vt dicto. §. iussum. ff. de acqui. hæredi. qui nõ est, quo ad hoc, hodie correctus per l. fi. C. de bonis quæ libe. Sic etiam hæreditatem extranei, & sic aduẽtitiam, in qua est institutus, adire non poterat, nisi iussu patris præcedente: quod hodie non requiritur. Imò sine patre potest adire talem aduentitiam, cùm sit capax bonorum aduentitiorum. l. cùm oportet. & l. fi. §. vbi autem. C. de bo. quæ libe. Quod est verum, siue pater ignoret hæreditatem filio delatã, siue sciat, & cõtradicat: quia etiam inuito patre eã adire posset, vt d. l. fi. §. finautem recusante. Et in hoc concordãt omnes ibi, & in l. j. post gl. C. qui admitti ad bonorum possessionẽ possunt. Excepto Ange. ibi, qui cõcedit patre cõtradicente filiũ posse sine ipso adire hæreditatem aduẽtitiam, sed non patre ignorante: quia text. qui ius antiquum corrigit in casu quo pater adire recusat, non debet extendi ad casum, qñ pater ignorat. Sed nõ recedatis à cõmuni opin. Et nedũ debet esse hæres sui iuris & liber homo, vt adire possit, sed etiã esse in plena libertate: ita ꝙ liberè & nõ coactè adeat hæreditatem: quia alter aditio per metum facta officio iudicis rescinderetur, l. si metus causa. ff. de acqui. hæredi. Cùm enim nihil ad inferentẽ metum peruenerit actio quod metus causa ad rescindẽdũ aditionẽ cõpetere nõ potest. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. cau. Ideo daẽ cautela, vt aditio sit ipso iure nulla, nec sit opus rescissione: ꝙ timẽs cogi adire hæreditatẽ protestetur de metu ante aditionem: & idem si cogi repudiare timeat: & aditio, aut repudiatio sequens protestationẽ erit ipso iure nulla, l. qui in aliena. §. Celsus, ff. de acqui. hære. Et tam potẽs erit talis protestatio in istis quæ dependent à mera voluntate protestantis, vt sunt aditio, & repudiatio, ꝙ nõ tenẽt ipso iure, etiam si protestatio clàm & secretè facta esset, nec ad partis notitiam peruenisset, secundũ gloss. ibi, super verbo, fallens. de quo ibi per Bal. & clarius
332 Pau. ibi. † Prætereà hæres vt adire possit, debet esse cõpos mentis, vt præsumit esse de iure, nisi probare tur demens aut furiosus. l. nec codicillos. C. de codicil. Et insuper debet esse maior xxv. annis, quæ ætas qualiter probetur plenè docet Bar. in l. de ætate. ff. de
333 mino. †Si autẽ esset infans, id est minor septem annis, pater pro illo adire posset hęreditatẽ, vel eius tutor sol⁹ si patrẽ nõ habeat. l. si infanti. C. de iure deli. Si verò sit maior infante, iam pupillus effectus, ipsemet adire poterit cũ tutoris authoritate, ita ꝙ actus ei⁹ est necessarius cũ tutoris authoritate. l. potuit. C. de iure deli. Et si tutorẽ nõ habeat, iudex in aditione pupilli suã interponet authoritatem. vt d. l. si infanti,

BIU Cujas

in fi. facit tex. Insti. de autho. tuto. circa mediũ & tex. solennis in l. fi. C. qui admitti ad bonorum possessionem possunt. quia iudex dicitur magnus tutor, vt ibi.

334 †Nec posset solus tutor nomine pupilli infante maioris adire hæreditatem sine pupillo: quia hæreditatis aditio in sola voluntate hęredis consistit. l. pro hærede, & l. gerit. ff. de acqui hæredi. Ideo illa quæ sic nuda volũtate explicãtur, est impossibile, quòd per alterius voluntatẽ aut organũ alienũ explicẽtur. Et sic cùm pupillus maior infante habeat velle, licet nõ per fectũ, requiritur eius voluntas, quæ perficitur cũ authoritate tutoris. Et inde est, ꝙ vbi pupillus esset infãs, q velle nõ habet, neq; nolle, sua volũtas residet totaliter in scrinio pectoris sui tutoris, qui sol⁹ tũc adire posset, vt d. l. si infãti. Et etiã põt sol⁹ tutor pupillo etiã maiore infante petere bonorũ possessionẽ, quia illa nõ cognoscitur sola volũtate hæredis abstracta à facto, cùm necesse sit, ꝙ agnoscat corã iudicẽ, vt d. l. fi. C. qui admitti ad bonorũ possessionẽ possunt. vnde talis agnitio bonorũ possessionis est in administratorũ potestate, sed nõ sic in aditione hæreditatis, vt vidistis secundũ Ang. in l. si bonorũ. C. qui admitti ad bonorũ possessionẽ posũt. & sicut sol⁹ tutor sine pupillo adire hæreditatẽ nõ potest, vt d. l. potuit. Ita etiã solus pupillus adire nõ posset sine tutore, nisi statutũ aut cõsuetudo patriæ eũ dispẽsaret: quo casu solus adire posset, secundũ Ange. in l. more. ff. de acqui. hæred. Et prædictis casibus, si minor per talẽ hæreditatis paternę vel extraneæ aditionẽ reperiatur læsus, poterit aduersus talẽ aditionẽ petere in integrũ restitutionẽ: qua mediãte permittetur ei aditã repudiare hæreditatẽ, quãuis maior factus intra quadriennium restitutiõis petendæ debita hæreditaria exegisset, tãquam hæres à debitoribus hæreditariis, tex. est singularis in l. iij. §. scio. ff. de mino. secundũ Ange. quẽ sequitur Ludo. in j. nota. in l. damni. §. Sabini. ff. de da-

335 mno infe. †Secundò principaliter requiruntur quædam alia, antequàm hæres adire posset hæreditatem. Primò requiritur, ꝙ testator sit mortuus. quia nemo potest se gerere pro hærede viuente testatore, in cui⁹ bonis gerendum sit. l. neminẽ. ff. de acqui. hære. Nam testamentũ dicit voluntatis testatoris iusta sententia, de eo quod post mortẽ fieri voluit. l. j. ff. e. Ergo ante

336 mortẽ testatoris hæres nihil facere potest. †Nec pręsumitur testator mortuus, nisi probetur saltẽ per famã, vel alias præsumptiones idoneas: vt quia consanguinei fecerunt luctũ: vel si probetur per vnũ testem, vel si hæres ostẽdit instrumentũ testamenti, secundũ Bar. Sal. & Pau. in l. fi C. de edi. diui Adriani tol. & Iasonẽ in l. publicati. C. eod. in iij. col. in fin. In his enim in quibus non agitur nisi de præiudicio hæredis hæreditatem adire volentis, sufficit leuis probatio mortis vbi non sufficeret, imò requireretur plena & clara, si ageretur de graui præiudicio. Putà si quis accusaretur de homicidio, quo casu mors occisi esset clarè & plenè probãda per testes, qui eum vidissent mortuũ: vt quia tetigerũt eũ frigidũ, pulsu carentẽ, aut sepeliri, vel similia: quæ de necessitate mortẽ concludunt, vt plenè dicit Bar. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemadmo-

337 dũ testamẽta aperi. †Nec sufficeret, quòd accusator confiteretur Titium occidisse, quoniam ex tali cõfessione, quantũcunq; spõte & liberè facta nõ cõdemnaretur: imò non torqueretur pro homicidio, vel alio quocũq; delicto, nisi prius fuerit delictũ verificatum id est ꝙ Titi⁹ fuerit occisus, & sit mortuus, vel res de quibus agitur fuerint & reperiantur subtractæ domino, per tex. notab. in l. j. §. item illud sciendũ est. ff. ad

338 Silleia. †Non enim sufficit cõfessio accusati, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæsti. facit l. inde Neratius. §. fi. ff. ad l. Aquil. Vnde prudentissimus Iosue noluit confitentem Acham, qui aliqua sustulerat de anathemate prius cõdemnare, quã ministros misisset in tabernaculũ illius, vbi cuncta repererũt abscondita simul & argẽtum, vt habẽt Iosue vij. Et si secus fieret, esset abusus, cum legamus aliquos occidisse confessos qui postea viui reperiebãtur, vt d. l. j. §. si quis vltro. ff. de qõ. & d. l. inde Neratius. §. fi. ff. ad l. Aquil. & glo. in c.

339 fi. de cõfes. †Ideo ad simplicẽ alicuius cofessionem non debet ferri sententia contra ipsum, donec verificato delicto, cùm non audiatur perire volens. l. non tantum. ff. de appellatio. Nec aliud tales cõfessiones quàm declarationem personæ delinquentis operant: sed non probant delictum esse cõmissum, vbi aliter non verificatur. & ita ad vnguem seruatur in Parlamento. Quando autem verificatum est delictum, & apparet, quod cõmissum fuit, vt quia Titi⁹ reperitur occisus, tũc confitens puniri potest de homicidio ex sua sola confessione absq. alia probatione: quia sufficit quẽ de crimine confiteri, aut testibus conuinci. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. ibi, in cõuictos seu confessos. Idem dicitur in l. qui sententiam. C. de pœnis. Ex consuetudine tamen generali & stylo huius regni nõ sufficit ꝙ delatus probatione testiũ fuerit superatus, nisi ore proprio sit crimẽ cõfessus, vbi agitur de vltimo supplicio, aut membri mutilatione si factum aliter notoriũ non esset, ꝙ aliqua tergiuersatione celari seu negari non posset. c. fi. de cohabita. clerico. & mulierum. Ideo videmus, ꝙ in causa capitali stãte plena probatione, quantũcunque clara, poni debet reus ad quæstionẽ, & torturæ subiici, vt ab eius ore cõfessio eruatur. & ita quotidie practicatur, vt dicit Masuerus titulo de probatio. §. item vt dela-

340 tus. †Sanè etiam intelligatis ex sua cõfessiõe quem puniri debere de delicto verificato, nisi iudici constaret crimen fuisse ab alio commissum, quàm per confitentẽ. Quia tunc non puniretur ex sua cõfessione, cùm, vt dictũ est, non audiatur perire volens, vt d.

341 l. non tãtum. †Nisi hoc mendaciter cõfiteretur, sperans ex tali mendacio impetrare gratiam & vtilitatem, sicut sperabat consequi filius Amalechitæ confitẽdo mendaciter Saulem interfecisse: qui loco gratiæ & vtilitatis reportauit mortem: quoniã ac si verè eum interfecisset, fuit mandato Dauid occisus. vt patet ij. Regum j. c. Cuius exẽplo nondum anni decem labuntur, ꝙ ad conuincendũ quoddã instrumentum de falso, licet verũ existeret, notari⁹ qui eum receperat in materia successionis Castri de Landorra, ac si ipsum falso scripsisset & signasset, præmio accepto tanquam falsarius abolitionẽ impetrauit à rege. Sed, cõperta fraude, per arrestũ curiæ parlamẽti Tholosæ prolatum xxij. Martij, anno domini Millesimo, ccccl xxxv. tanquam falsarius fuit punitus, & manus dextra amputata, licet instrumentũ non falsasset, visa eius falsa & simulata cõfessione, ex qua vtilitatem cõsecutus fuerat. Et quæ in præiudiciũ alterius partis cui dictum instrumentum pertinebat fraudulenter tẽdebat. Et ita expresè etiam decidit Bald. in l. j.

342 C. de pœna iudi. qui malè iudi. post glo. †Secundò, requiritur in aditione hæreditatis, ꝙ hæres sciat testatorẽ esse mortuũ, ita ꝙ nõ sufficeret ꝙ verè sit mortuus, sed vltra requirit, ꝙ hæres sciat eum mortuum: adeo ꝙ si putaret eum viuere, quãuis iam defunctus sit, nõ posset hæreditatem adire. l. hæres institutus. §.

j. ff. de

BIU Cujas

j ff. de acqui. hære, quia hominis viuentis non est hæreditas. l. j. ff. de hæredit. vel act. vēdit. Cert⁹ enim debet esse de morte testatoris. l. qui hæreditatē adire. ff. de acqui. hær. vbi refert Bar. ꝙ semel fuit sibi portatus vn⁹ processus, in quo dicebat, ꝙ mater talis erat mortua, & ꝙ talis fuit mater, & ꝙ talis fuit filia, & ꝙ talis fuit gerens pro hærede, non tamen fuerat positū ꝙ ista sciuerit matrem fuisse mortuam: cettè iudicauit processum non esse cōpletum, nec filiam potuisse maternam adire hæreditatem, nisi cōstaret, ꝙ sciuerit matrem mortuā, quod dicit esse mēti tenendum. Non tamen requiritur in hærede vera sciēria de morte testatoris, quæ ꝓcipitur per sensum: sed in eo sciētia (hæc est vehemens opinio) sufficit l. cū quidam. §. quod dicitur. & l. si quis extraneus. §. fi. ff. de acqui. hære. & no. glos. in l. fin. §. Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Imò dicit Bar. in l. is pōt. ff. de acquir. hæredi. v. col. ꝙ hæres qui adeūdo dixit testatorē mortuum, & nunc idem dicit ad validitatem suæ aditionis, præsumitur, ꝙ verè mortuū sciuerit, cùm nemo dixisse videatur quod mente nō cogitauerit. l. Labeo. ff. de supelle. legata. maximè præsumitur hoc sciuisse si erat consanguineus testatoris. arg. l. de tutela, vbi bonus tex. C. de in integ. restit. minorū. & in l. Octaui. ff. vnde cognati. Aut vicinus, aut multomagis in eadem, ciuitate habitans, pro quibus præsumitur scientia. l. regula. §. j. & §. supina ff. de iuris & fac. ign. & de præsumptio. c. quodam. & c. quanto. & qui matrimoniū accusare nō possunt. c. cùm in tua. Et sic statur dicto hæredis, nisi ex aduerso probaretur cōtrarium: quod qualiter fieri possit, plenè dicit Bart. in d. l. is potest.

343 †Tertiò requiritur in aditione hæreditatis, ꝙ hæres sciuerit testamentum esse factum: non quod interfuerit in testamenti factione, aut fieri viderit, audiuerit, & legerit: sed sufficit ꝙ ei sit dictum vel scriptum literis amicorū. l. de ætate. ff. de interroga. action. vel quod de hoc (scilicet de testamēto facto) sit communis opinio, & fama. Ex quo datur intelligi, ꝙ clausis tabulis testamēti hæreditas potest adiri. l. vnica. §. cū ergo. C. de cadu. tol. l. j. in fi. ff. de iur. & fac. ign. & l. j. §. j. ff. de bono. posses. secundum tabu. Et adeò sufficit talis fama de testamento facto tempore, quo aditur hæreditas, ꝙ si posteà adita hæreditate superueniat contraria fama, scilicet ꝙ testamentū non erat factū dum tamen verū sit, ꝙ factū fuerit: nō inualidatur talis aditio: ꝙa postquā quis semel effectus fuit hæres, opinio cōmunis cōtraria actū nō perimit, nec extinguit. l. cùm quidā. §. seruum. ff. de acqui. hæred. vbi habetur, ꝙ licet cōmunis opi. impediat aditionem, non tamen potest extinguere iam factā. Ideo cauti debēt esse aduocati, vt taliter aditionē hæreditatis articulent, ꝙ articuli concludant famā tali tempore, ꝙ sufficiat ad suam intentionē.

344 †Quartò requiritur, quòd hæres sciuerit hæreditatem sibi delatā: vt quia sciuit se purè hæredem institutum, vel conditionem institutionis extitisse, vel purificatam esse. Debet enim hęres scire, & certificatus esse: nā ex inspectiōe testamēti solùm, cùm clausis tabulis testamenti adiri possit hæreditas. l. si fratris. ibi, etiam clausis tabulis. C. de iure deli. & plenè Bart. in l. eius qui in prouincia in prin. ff. si cer. pe. Sed etiam sufficit, ꝙ certus sit ex opinione multorum & fama, vel literis amicorum, quòd institut⁹ fuit hęres in tali testamēto, vt declarat Bart. in d. l. is potest. ff. de acqui. hære. licet non dicatur si purè institutus est, vel sub conditione: quia assertio simplex (quòd talis est hæres institut⁹) sufficit ad præsumendum, quòd crediderit se purè institutum. l. j. ff. de condi. & demon. Ideo poterit adire: quia sua opin. cum veritate concordat, vt d. l. cùm quidam. §. quod dicitur. Si autē cōmunis opi. (scilicet ꝙ omnes diceret, nescire, vtrum purè vel sub conditione, quia tunc ex tali dicto gentium hæres certus esse non potest, an sit hæres, vel non: nisi interfuerit in testamento) adiri non posset hæreditas. l. cùm falsum. & l. nec is. ff. de acqui. hæredi. Si verò dubitatur qualiter fuit hæres certificatus: tunc in dubio hæres præsumitur scire quæ in testamento continentur. l. cum hæres. ff. de libe. leg. & l. quædam ita. §. si quis filium. ff. ad Trebel. & plenè Baat. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. Sed si poneremus hæredem in veritate institutum sub conditione: tunc si conditio non extitisset, sine dubio aditio non valeret. sed si poneremus conditionem extitisse, tunc potest esse conditio collata in talem euentum, quòd hæres præsumitur scire, putà mortem consanguinei, aut vicini, vel in euentū alicuius facti: de quo fama erat in ciuitate. Sed si prędictæ conditiones cessarent, restat regula, ꝙ præsumitur ignorantia. l. verius. de proba. & cap. præsumitur.

345 de regulis iuris lib. vj. †An autem dicta ignorantia vitiet aditionem, dicit Bart. quòd si hæres sciuit conditionem adiectā in institutione, vitiatur aditio. Si autem credit se purè institutū, licet fuerit sub conditione, quæ iā est purificata, aditio valet. l. sed & si de sua. in fin. & l. si quis extraneum. §. fina. ff. de acquirend. hæredi. imò si adhuc purificata non esset cum hæreditatem adiuit: tamē verè credebat eam esse purificatam, aut vehementi opinione sciebat, seu sperabat eam purificari, quæ posteà purificata est: sufficit ad validitatem aditionis vehemens opinio cum facto secuto, vt dicta l. si quis extraneus. §. sciendum. iuncta glos. fin. ibi: & l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæredi, quo casu aditio valebit non solùm ex nunc quo extitit conditio, sed etiam ex tunc, scilicet à tempore expeditæ aditionis vel effectum trāsmissionis eiusdem ad hæredes ex tunc, vt clarius dixi super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.* in fine. & idem in conditione iuris cuius ignorantia non habet vitiare aditionem, vt d. l. multum. ff. de conditio.

346 & demonstra. †Quintò requiritur, quòd sit certus hæres testatorem potuisse testari: aliàs dubitaretur de viribus testamenti: & sic impediretur aditio hæreditatis, & quòd testari poterit, faciliter sciri potest, scilicet si non habet aliquam de conditionibus tactis per gloss. in l. si quæramus. ff. eodem. Sed cui incumbat probatio, docet plenè Bartò. in dicta. l. is potest.

347 test. †Sextò requiritur, quòd hæres qui vult adire, sciat, quòd nullus ipsum prędecedat in illa successione: aliàs dubitaret de viribus testamenti, & sic tanquam dubitans acquirere non posset hæreditatem. l. cùm quidam. §. j. ff. de acquirend. hæredi.

348 †Septimò hæres adire volens scire debet ex qua causa ad ipsum pertineat hæreditas: vel ex testamento, vel ab intestato. l. si is ad quem. ff. de acquir. hæreditate.

349 † Et quòd sibi hæreditas pertineat ex testamento, faciliter scitur per inspectionem testamenti: & quòd testator decesserit ab intestato præsumitur, vt vidistis, suprà in verb. testamētū. j. & plenè per Bart. & Alex. in dicta l. is potest. Et si testator duo testamēta fecerit, eligere debet hæres ex quo testamēto adeat. quoniam non valeret aditio, si adeundo diceret: adeo ex primo testamento, vel ex secūdo, prout de iure valere potest, secundum pet. de Auchar. & Philipp. Frāc. in cap. j. per illum text. de postula. præla. libro vj.

350 † Nam illa clausula, prout de iure melius valere

BIU Cujas

potest,licet operetur in vltimis volũtatibus cõficiẽdis.l.fina. C.de codicil.tamen nihil operatur in aditione hæreditatis:imò neutro testamento valebit hę reditatis aditio,cùm de viribus vtriusq; videatur dubitasse,arg.l.eum qui duobus. ff.de acquiren.hæredi.

351 facit capit.vt qs duas.de elect.in vj.† Octauò requiritur,quòd hæres sciat se esse hæredem voluntarium vel necessarium,putà suum, quia si in hoc erraret,vitiaretur aditio.l. is qui putat. & l.seq.ff. de acquiren. hæredi.Qui autem sint hæredes voluntarij & necessarij, videbitis, infrà in verb. *Mortuo itaq; testatore*.ij.

352 † Vltimò requiritur,q̃ sciat pro qua parte est hæres, vel in totum, vt plenè per Bart.& docto.in dicta.l.is potest.Et adeò prædicta requiruntur ad validitatem aditionis, quòd si aditio fieret tempore incongruo, quo non esset de prædictis certificat', talis aditio nõ reconualesceret per sciẽtiam prædictorum, & sic per superuenientem potentiam adeundi, secundum Ange.in l.cùm quidam.§.quod dicitur. ff.de acqui.hær.

353 † Licet fieri possit die feriata,nisi statutum aut consuetudo hoc prohiberet,secundum Bal.in l.cretionũ. C.de iure delibere. Et fieri potest parte absente, secundum Bar.in Authen.sacramenta puberũ. C.si adu er.ven.& in l.generaliter. C.de nõ nume.pecu.imò fieri potest die qua hæres infirmatur: quæ dies vocatur cretica.d.l.cretionũ.vbi Sali.C.de iure delib.hoc declarat.Et in articulo mortis.l.si auia. C.de iure delib.iuncto q̃ in extremis positus testari potest,vt hîc

354 & testãdo adire hæreditatem,vt d.l.si auia. † Vnum tamen notabitis,quòd sicut non valeret aditio hæreditatis facta per hæredem,qui non est certus de prędictis qualitatibus & conditionibus,sic etiam nõ valebit repudiatio hæreditatis facta per hæredẽ de pręmissis non certificatum. l.in repudianda. ff.de acqui. hæredi. & l.mater. C.de inoffici.testa. Nam aditio & repudiatio eisdem regulis procedunt.Instit.de hęredũ.quali.& diffe.l.fina.& l.sicut. C.de repu.vel absti. hæred.secundum Bar.& docto.in l.gerit.de acquiren.

355 hæredi.vbi in j.col.dicit, † quòd adire hæreditatem nihil aliud est, quàm potentia adeundi non impedita per actum voluntatis declaratum deducere: sicut repudiare hæreditatem non est aliud, quàm potentia repudiandi non impedita per actum voluntatis

356 declaratum,& à se abdicare hæreditatem.† Licet enim secundum aliquos solus animus sufficiat ad hoc vt hæredi acquiratur hæreditas,scilicet eoipso quòd vult esse hæres: quia ilico est in veritate hæres,tamen quantum ad probationem requiritur,quòd interueniat aliquis actus extrinsecus,per quem anim' adeũdi probetur,secundum Barto.in l. pro hærede.§.j. ff. de acqui.hæred.Imò secundum communem opinionem oportet ad additionem hæreditatis, quòd anim' adeundi non remaneat in meris terminis voluntatis: sed requiritur quòd declaretur per effectũ,id est per aliquẽ actum hæredis extrinsecum, secundum Bart. & Alexan. & docto.in d.l. pro hærede. in princip.

357 † Et declararur animus adeundi duobus modis, vno modo per actum verbi,alio modo per actum facti. Per actum verbi aditur hæreditas sine aliqua bonorum defuncti apprehensione reali.l. cùm hæredes.ff. de acqui. posses.& l.si sorori.C.de iure delib.Et aditur solo verbo hæreditas aliam non requirens bonorum possessionem : quoties hæres institutus in testamento, vel veniẽs ab intestato exprimit verbo dispositiua aditionis:quę aliud importare non possunt, nisi aditionem hæredis,nec propter aliud, sed propter se principaliter proferũtur.putà si hęres dicat, adeo hæreditatem, vel gero me pro hærede, vel agnosco hanc hæreditatem,vel eam apprehendo,accipio, vel assumo.l.pro hærede.ff.de acquiren.hæredi.& l.apud

358 Aufidium.ff.de optio.leg.† Nam per talia verba sine dubio aditur & acquiritur hæreditas: quia sunt verba dispositiua de præsenti: quod requiritur ante, quàm efficaciter adeatur, & nihil aliud significant, nec significare possunt, nisi hæreditatis aditionem

359 † Vnde non sic esset,si hęres verba proferret suspensiua,quãuis dispositiua, id est prolata propter se ptincipaliter.veluti si diceret,volo adire. Quoniã per talia verba dispositiua,quia sunt suspensiua, non induceretur hæreditats aditio, secundum glos.in l. serui electione.§.j.ff.de lega.j. Hæres enim dicendo, volo adire,nõ propter hoc adit,nec de presenti acquirit: sicut si diceret, non mihi displicet hæreditas. Cùm dicta verba importent solùm qnoddam medium inter placere & displicere.l.j.§. is qui nauẽ. ff. de exer. actio.& l.j.§. scientiam. ff. de tribu.actio. & not.in l. qui se patris.C.vnde liber.Sic etiam hæc verba, volo adire,non inducunt aditionem:cùm dicta verba duplicem habeant sensum,scilicet de præsenti,volo adire nunc, vel suspensum in futurum : ideo ex illis non inducitur aditio de præsenti.Sicut dicimus nos canonistæ de voto, quòd non inducitur nisi ex verbis solenniter & deliberatè emissis.cap.ij.infrà de voto.& l.obligationum substantia.§. fin.ff. de actio. & obli.

360 † Et pari modo non inducitur repudiatio, si dicat, nolo adire.l.filij matrem. ad Tertyl. secundum Iaco. Butri,quem sequitur Bal.in dicta l.qui se patris,facit quod decidit Bal.qui feu.dare non pos.§. fina. quòd princeps dicendo,volo conferre tale castrum Titio, nihil confert:sic etiam nec fit per talia verba hęreditatis aditio, nisi certitudinaliter & deliberatè hæres dixisset se velle, aut nolle adire. quod demonstratur

361 tripliciter.† Primò ex precedentibus,putà si hæredi datus fuerit tetminus ad deliberandum,si adire velit, vel non: & postea respondet adire velle, vel respondet adire nolle.Nã tũc induceretur aditio:aut repudiatio.l.sed si alio.§.j. & l. omnes. ff. ad Trebelli.Secundò hoc demõstratur ex instãtibus tempore quo illa verba proferuntur. veluti si dicat se velle esse hæredem, aut se velle habere hæreditatem.l. iam dubitari.ff.de hæredibus instituendis. & l. apud Aufidiũ. ff.de optio.lega.Nam aliud est dicere,volo adire hæreditatem:quo casu (vt dictum est) verba sunt suspensiua:& aliud est dicere, volo esse hæres,vel volo hæreditatem: vt probant dicta iura. Quia ex instanti tempore significant animum adeundi de præsenti. Idem si dixerit, pro certo adire volo hæreditatem. Et idem si ab alio interrogat', si hæres esse velit, res-

362 pondeat quòd sic. † Quia hoc verbum volo,quandn profertur respondendo alteri, intelligitur, id est deliberatè volo.l.in ementis. C. de contrahen.emptio.videatis Bal.in l.j. C.de sum. Trini.& in dicta l. j. C.de Confes.Idẽ dicit Iason in dicta l. j.v. colũ.de sum. Trini.quando verbum volo, esset geminatum. Nam geminatio multùm operatur, & declarat enixam voluntatem.l.Balista.in prin.ff.ad Treb.vbicũque enim aliquid non operatur,semper operatur & dispositionem inducit, quando geminatur, secundum Barto.in l.scimus.in fine.C.de agri.& censi.lib.

363 xi.† quia qui verba geminat & reiterat,censetur deliberatè loqui.facit.l.j. C.de pl' peti.ibi:secũdis cõfessionibus. & Panormita. in capitu.si cautio. de fide instrumen.Plus dicit Bald.in dicta l.j.ff.ij. ff. de ver-

364 bonorum obligatio. † Quod si quis interrogatus si

velit

velit hæres esse, aut si velit hæreditatem: respondeat, cur non? videtur deliberatè respondisse, & sic hæreditatem adiuisse. Idem si hæres respondeat per verbum, credo. Putà, si respondendo positioni partis adversæ dicat, credo quòd sum hæres, secundum Bald.
365 in l. j. C. de fal. caus. adiect. lega. † Pariter inducitur aditio, si hæres exceptionem obiiciat contra creditorem hæreditarium, secundum Bald. in l. cũ in antiquioribus. C. de iure deliberan. Et idem si hæres procuratorem constituerit ad adeundam hæreditatem. Nam ex eo solo censetur hæreditatem adiuisse. l. per procuratorem. ff. de acquiren. hæred. Non enim censetur procuratorem constituisse, nisi deliberatè voluisset. Idem si hæres conuocatis ad hoc amicis suis & pluribus testibus dixit: volo adire hæreditatem, & sitis vos testes. Nam ex hac solennitate instãte, & adhibita tempore prolationis verborum, præsumitur, quòd deliberatè verba protulerit: & sic animo adeundi hæreditatem de præsenti. Et sic posset vno modo intelligi. l. Pamphilo. §. propositũ. ff. de legatis iij. secundum Bartolum in dicta l. gerit. & in l. fin. ff. eodẽ.
366 & l. j. §. si quis ita. ff. de verborum obli. † Tertiò hoc demonstratur ex sequentibus, putà si postquàm hæres dixit, volo adire hæreditatem, lapsi fuerunt tres menses. Quo casu lapsus tẽporis sequens demonstrat ipsum deliberatè hoc dixisse, postquàm verba nõ reuocauit, sed in eisdem tribus mensibus perseuerauit, casus est singularis in l. fin. §. simili modo. C. de iure delibe. qui licet loquatur in repudiatione, tamen idẽ dicunt omnes esse in aditione, cùm hæc duo, scilicet aditio & repudiatio, eisdem regulis procedunt, vt dicto §. fi Instit. de hære. quali. & diffe. & dicta l. sicut. de
367 repu. hær. † Pariter inducitur repudiatio, vbi verbo nolo, adiicitur dictio amplius, secundum Salic. in dicta l. qui se patris. per glo. in l. postquã liti. C. de pact. quam ibi ad hoc põderat, & in l. accusationem. C. de
368 accusatio. † Et sicut per verba dispositiua suspensiua regulariter nõ videtur adita hæreditas, vt vidistis: sic etiam nec videretur adiri per verba enuntiatiua: quæ propriè dicuntur, quoties non proferuntur propter se: id est propter id quod significant, & important: sed proferuntur propter aliud negotium, quod geritur, cui incidenter dicta verba proferuntur. Puta si diceret hæres, ego hæres Titij dono tibi librũ meũ propriũ. Certè illa verba, hæres Titij, non proferuntur principaliter propter hæreditatem Titij adeundam vel non: sed propter aliud scilicet propter donationem libri: quæ sine dictis verbis poterat fieri & valere: tamen incidenter prolata fuerunt absq; necessitate: nam talia verba enuntiatiua cõmuniter non disponunt, vt plenè per Bart. in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & Salic. in l. ex his. C. de testa. mili. vbi vide-
369 tur esse text. & in l. epistola. ff. de pactis. † Tamen in casu nostro subiecto aliquando verba enũtiatiua proferuntur conditionaliter, veluti si hæres dicat, do tibi librum, & codicem meum proprium, si sum hæres. Et tunc per illa verba nõ fit nec inducitur aditio, nec repudiatio, sicut si diceret, dono tibi codicẽ meum, si nõ sum hæres. Primò, quia talis actus aditionis aut repudiationis non recipit conditionẽ. l. eum qui. in fine. ff. de acquiren. hæredit. & ff. de regul. iuris. l. actus legitimi. Aditio enim hereditatis est actus legitimus, secundm Bald. vbi ponit causam quare in l. quinta. C. qui admit. ad bono. possess. pos. Secundò quia ista verba proferuntur dubitatiuè, & in aditione vel repudiatione requiritur animus certus, non dubitatiuus. l. is qui hæres. & l. si is ad quem. & l. hæres institu-
370 tus. ff. de acquirend. hæredita. † An autem valeat aditio hæreditatis hoc modo facta: adeo hereditatem si de iure possum, decidit Bald. in l. potuit. viij. quæstio. C. de iure deliber. Aliquando verba enũtiatiua proferuntur ab hærede per modum causæ, veluti do tibi codicem meum: vel tale quid facio, quia sum hæres Titij. Et tunc talia verba præsentis temporis sine dubio inducunt voluntatis probationem, quòd hæres esse voluit. l. emptor. in fi. de rei vendi. & ff. de colla. bonorũ. l. j. Aliquoties verba enuntiatiua proferũtur demonstratiuè, vt in exemplo suprà posito sic dicendo, Ego talis hęres Titij do tibi codicem meũ proprium, vel sic per epistolã scripsit, Titius hæres Caij salutem, &c. Nam illa verba, hæres Titij, ponuntur, non quòd sint necessaria ad validitatem donationis, vel sint de substantia epistolæ ante salutationem: sed ponuntur ad clarius demonstrandum personam donantis vel scribẽtis. Et certè per talia verba probatur aditio hæreditatis, & volũtas hęredis, quòd hæreditatem acquisiuit, vt dicta l. gerit. & l. pro hærede. §. j. & l. si quis extraneus. §. j. & l. Pantonius. in fine. ff. de acquirend. hæredita. Et hoc verum, vbi verba ab hærede prolata erant enuntiatiua facti proprij, vt in exẽplis iam dictis, quia tunc probauit aditionem hæreditatis: secùs autem si enuntiatiua forent facti alieni, quod poterat aliter esse inductum, quàm in voluntate proferentis consistat, vt dicta l. epistola. & l. ex his. Et præmissa existunt vera, vbi verba ab hęrede prolata siue dispositiua siue enuntiatiua erãt clara & certa. quia tunc inducitur vel non inducitur aditio hæ-
371 reditatis, prout dictum est. † Si autem hæres protulerit verba ambigua seu dubia, puta si ei dicenti, talis hęreditas sibi obuenit, responderit benè placet mihi, aut bene volo, vel bene contentor. Quæ quidem verba sunt dubia. Nam si referantur solùm ad hæreditatem, illa verba tantum important ac si hęres dixisset, placet mihi hæreditas, per quæ induceret aditio hęreditatis, vt vidistis suprà. Si autem referantur ad totam responsionem, & ad omnia verba illius integraliter sumpta, talia verba, bene placet mihi, important ac si hæres dixisset, placet, quòd mihi obuenit hæreditas. & tunc non induceretur aditio. quia aliud est & aliud importat dicere, placet mihi hæreditas. quo casu aditur: & aliud est dicere, placet quòd mihi obuenit. quia ex hoc non infertur, quòd propter hoc hæ-
372 reditatem delatam habere velim. † Vnde cùm dicta verba dubia, aut similia prolata reperiuntur ab hęrede, & dubitatur an hęres ea protulerit animo adeundi, vel non adeundi, stabitur interpretationi hæredis, qui dicta verba protulit, vt cuius est loqui eiusdem sit interpretari, argumen. l. final. C. de legi. facit l. si quis intentione. ff. de iudiciis. Et si hæres qui dicta verba dubia protulit, moriatur ante illorum interpretationem, stabitur declarationi sui hęredis, qui eius volũtatem melius nouit. l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de legatis j. secundum Bartolum in dicta l. gerit. de quolatius per eundem, l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verborum obligation. vbi latiùs decidit, An stetur declarationi hæredis de voluntate de-
373 functi. Et eisdem modis quibus probatur animus adeundi hæreditatẽ per verba ab hærede prolata, vt vidistis: eisdem modis probabitur per scripta sua, vt scilicet inspiciamus, an scriptura contineat verba dispositiua, vel enuntiatiua, aut suspensiua. Imò fortius operantur dicta verba, quando sunt in scriptis reposita: quia tunc magis deliberatè præsumuntur singula facta, quàm quando solo verbo proferuntur, ar-

BIU Cujas

gu.l.ij C.de senten.ex peri.recitã.facit quod decidit Panor.in cap.fin. de confessis,dum loquitur de confessione extraiudiciali absente parte facta, tamen in scriptis reposita, Plus dicit Barto.vbi suprà,quòd licet scriptura vbi continentur verba aditionem hæreditatis importantia,aliquo casu foret nulla,putà si filiusfamiliâs qui de iure testari non potest,in testamẽto suo nullo diceret & declararet se adire hæreditatẽ sibi delatam: vel quicunque alius in testamento suo nulliter facto hoc diceret: tamen aditio probãtur:
374 †quia imperfecta voluntas probat voluntatem l. fi. ff.de rebus eorum. & in l.in testamento. ff.de fideic.
375 liber.& l.j. & ij.C.de fideicommiss. † Et hoc modo per scripturam posset mutus indubitanter, si scribere sciat,adire hereditatẽ nutu:quo casu notarius qui instrumentum retinere habet,si nutum illius muti intelligat, scribere securè põt qualiter talis mutus nutu adiuit hereditatem,vt l.nutu.ff.de legatis.iij.Non enim habet notarius necesse scribere singula verba, actus contrahentium,sed sufficit,quòd scribat actus iuris. Nam satis est,quòd scribendo instrumẽtum fideiussionis scribat: Talis fideiussor pro tali. l. sciendum.ff.de verb.obli.licet ad illud multa verba requirantur,scilicet stipulationis.l. Blãditus.C.de fideiusso.facit l.j.C.de contrahen.& commit.stipul. Si verò per se non intelligat, adhibeat aliquem vicinum, vel consanguineum ipsius muti, qui ipsum intelligat.
376 †Et tũc notarius scribet in instrumẽto qualiter certificatus per talem consanguineum suum tanquã per interpretem, vidit talem mutum facientem signa & nutus:per quæ hæreditatem adire volebat.l.j. in fine ff.de verborum obligatio. vbi de hoc modo faciendi est text. singularis. Et si talis aditio probãnda esset per testes: si quidem testes forent consanguinei & parentes ipsius muti, vel aliâs domestici, sufficeret quòd deponerent vidisse talem mutum facientem signa, vel actus, per quæ & quos significabat se velle adire hæreditatem. Tales enim personæ præsumuntur scire,& intelligere actus & cõsuetudines muti. l. octaui.ff vnde cog.& l. de tutela.C.de in integ. restimino. Si autem essent testes extranei, tunc deberent nominatim deponere de illis signis per mutũ factis, & dicere: vidi talem mutum digito ostẽdere domũ, & res hereditarias, & posteà stringere brachia ad se, ꝓptor quod intelligimus eũ velle illas res ad se pertinere. Et esset hoc casu vtile,ꝙ iudex haberet alios testes consanguineos & domesticos muti, licet in actu non fuerint, qui dicerent, quòd cõsuetudo muti est, quòd talia signa vellent hoc significare. Ita singulariter & practicè locutus fuit Barto. in l.mutum.ff. de acquiren.hæredi.& in dicta l.nutu.quod est notãdum ad multa. Et aliâs lucratus fui aureũ de quodã abbate, qui catharro mutus effectus volebat, imò fecit procuratorium ad resignandum suam abbatiam in curia Romana secũdum meum consilium: quę resignatio fuit per summũ pontificem admissa,& pro-
377 uisum de abbatia cuidã suo nepoti. †Secundò principaliter dixi suprà,quòd de animo adeundi hereditatem apparere potest per actum facti:& tunc considerandum est, quòd quædam sunt facta præparatoria ad aliquid: Quædam verò sunt quæ principaliter
378 fiunt propter se. † Primo casu considerare debetis, quòd facta præparatoria sunt in duplici differentia: quia quædam sunt præparatoria ad aditionem hæreditatis necessaria,& per illa nõ inducitur aditio hæreditatis: vt putà hæres sub conditione institutus adimplet conditionem,sine cuius implemẽto adire nõ poterat.l.Antistius.ff.de acquiren. hæredi.l.j.§.si parendi.ff. de condi. ob cau. vel si exhæredatus filius agat querela testamenti inofficiosi. Cùm aliâs adire non posset: certè per hoc non inducitur hæreditatis aditio.l.quemadmodum.ff. de inoffic. testa. Idem si hæres petit sibi exhiberi tabulas testamẽti, vt instruatur de viribus, cùm antequam certũ habeat animum non possit adire.l.Aristo.de acqui.hęredi. Quædam sunt facta præparatoria, non tamen necessaria ad ditionẽ,putà si ab intestato succedẽs accuso testamentum falsum, vel dicam testamentum nullum, certè per tale factum præparatoriũ ad aditionem non necessariũ inducitur hereditatis aditio:quia cùm certus sim de hoc,scilicet quòd testamẽtũ sit nullum, quod ex sui ostensione constare potest,non est mihi ne adeam prohibitũ.l.nec is.& l.cùm falsum. ff. de acqui. hære.l.cùm quidam.vbi Bart.ff.de bono. pos. facit l. suus.C.de repudi.hæred. Et idem,& multo fortius inducitur aditio hæreditatis per actus præparatiuos petitionis hereditatis,putà si facerem formari libellum volens cõtra te agere petitione hæreditatis, vel si instarem apud iudicem, quòd interrogeris an tu qui occupas hæreditatem possideas pro hærede:quia intendo te conuenire petitione hæreditatis. Nã omnia ista & similia inducerent probationẽ voluntatis heredis adeuntis,vt dicta l. quemadmodum.ff. de inof-
379 fic.testamen.† Secundò dixi,quòd quædam sunt facta, quæ fiunt principaliter propter se:& ista sunt in
380 duplici differentia.† quia quædam sunt facta vniuoca,quæ non possunt significare, nisi vnum effectum, vt in casu nostro, quando sunt talia facta, quæ fieri & explicari non possunt citra ius & nomen hæredis. Putà si à statu libero vel à legatario hæres institutus pecuniam causa conditionis implendæ hæredi debitam acceperit: certè cùm talis pecunia non deberetur ex voluntate testatoris nisi hæredi,& sic capi non poterat citra ius & nomen hæredis: per hoc inducitur hæreditatis aditio. l. pro hærede. §. Papinianus. ff.de acquiren.hæredi. Nam capere talem pecuniam soli hæredi & nulli alteri debitam, fieri non potest citra ius & nomen hæredis: ideo per tale factum inducitur hæreditatis aditio: cum alium effectum importare,aut significare non possit,vt ibi. Et sic pecuniam accipiendo præsumitur animum adeundi habuisse,vt potius videatur factum incassum seu frustra nõ explicasse,& nihil fecisse.l.quoties.ff.de reb.dub. Idem si hæres rem hæreditariam quæ seruãdo seruari poterat alienauit, vel in testamento suo legauit: quia eo ipso videtur hereditatẽ adiuisse.l.si auia.C.de iure deli.Idem si seruum hereditariũ manumisit.l.j. C.de
381 iure delib.† Quædam sunt facta æquiuoca,quæ se habere possunt ad aditionem hæreditatis,& etiam ad aliũ effectũ, id est, qa fieri possunt animo non adeundi,& citra animũ, ius & nomẽ hæredis. Putà institutus intrauit domũ testatoris, in qua habitauit, quod facere potuit causa adeundi hereditatẽ,vel causa custodiæ, ꝓut quilibet vicinus faceret, aut negotiorũ gestor: vel sepeliuit testatorẽ,quod etiam esse potuit animo adeundi,vel causa pietatis. Et tunc ad præsumẽdũ de animo adeundi vel non adeundi, recurrere debemus ad cõiecturas. Nã ex qualitate rerũ & personarũ præsumemus,an institutus hoc fecerit animo
382 adeundi vel non. quia †de animo nullus põt prꝛeter Deum (qui solus est scrutator cordium) iudicare.c.j. vt ecclesia.bene. Nisi per cõiecturas,quę sunt legitima,imò euidens probatio eorum,quæ in animo cõsistunt. l. imperator. ff. de lega.j.& Panorm. in capi.

ad no-

ad nostram.in princ.de emp.& vendi.aliud appareat. ideo coniecturando animum hęredis in talibus factis æquinocis considerare debemus, quòd quædam sunt in quib⁹ causa pietatis cadit de facili, vt sepelire defunctum: hanc enim causam faceret vicinus vicino. Similiter pascere familiam expensa modica, maximè si essent paruuli, facere custodiri domum. Nam hęc omnia faceret vicinus vicino ex pietate. Et tunc
385 ex talibus factis & actibus non probatur, nec præsumitur aditio hæreditatis, nisi aliud probaretur. l.& si quis.§.plerique.ff.de religio. Quædam sunt facta, in quib⁹ nō cadit præsumptio pietatis ita de facili, nec
386 etiā præsumptio aditionis: veluti si hæres fructus hęreditatis recolligi & recōdi fecit, aut curā de iumentis habuit. l.pro hærede.§.seruos.ff.de acquir.hæred. & tunc si quidem viuit ipsemet hæres, qui hæc fecit, standum erit eius interpretationi cum iuramento: & si mortuus sit, stabitur interpretationi sui hæredis, secundū Iaco.de Are. Nam eorum quæ ex animo pendēt, & non plus trahi possunt ad vnum effectū quàm alium, legitima probatio est assertio facientis cū iuramento. secundum glo.§. aliæ. Instit. de actio. iuncto c.pastoralis.de except. Quædam sunt facta in quibus talis præsumptio pietatis & charitatis nullo modo cadit, vtputa si hæres rem hæreditariam vendidit tempore non perituram, aut vadit ad habitandum in domo hæreditaria cum familia & supellectilibus suis vel domum tenuit longo tempore, scilicet decem annorum. Nam ex cursu temporis, licet non inducatur, tamen præsumitur aditio. l. qui in aliena.§. sed & si non adierit. vbi Bart.ff.de acqui.hæred. & Bal.in l.ij. C.de legi.hæred.& l.j.C.qui admitti ad bo.pos.pos-
383 sunt. & idem si debita testatoris soluit. † Nam licet extraneus possit pro debitore etiam inuito soluere. l. solutionem. ff.de solu.& l. soluendo.ff.de neg.gest. tamen quia quando quis soluit, magis videtur soluere quod ipsemet debet, quam nomine alterius. l. & magis. ff.de solu. talis hæres soluendo videtur in dubio adiuisse hæreditatem, & sic proprium debitū soluisse. l.j.& ij.C.de iure deliberan.& l.gerit. vbi plenè Bar.ff. de acqui.hæred. quod tamen verum intelligatis, si ad debita defuncti non tenebatur, nisi vt hæres, si verò aliàs teneretur illa soluere, etiam si hæres non esset, putà quia est filius defuncti primipilarij: pro cuius administratione vxor &filius etiam non hæres tenetur. l.fina.C.de primipilo.libr.xij. Tunc quia ex necessitate potius quā volūtate soluit, non dicitur ex hoc paternam adiuisse hæreditatē, si aliàs non cōstet de animo adeundi, secūdum Ioan.de Plat.in d.l.fi. & idem esset, vbi filius teneretur pro debito patris ex statuto ciuitatis, vel vxor pro marito. quod fieri potest per d.l.fin. secūdum Panor.in c.ex parte. in fi.de consuet.& imo.ibi. De quo vidistis suprà in verb. *In eodem testamento relinquens*. in xxj.limitatione. Antequā ergo per debiti solutionē inducatur aditio, requirit ꝙ hæres non coactus, sed volūtariè debitū solverit ipsius defuncti. idem si accepta pecunia pacē fecit cum occisore defuncti stāre statuto, ꝙ pax habeatur ab hæredibus occisi: de quo per Bar. in d.l.pro hęrede.§.fi. & Ioan.de Pla.in d.l. fi. vbi hoc limitat. idē si testatoris domū se possidere dixit. & certè ex istis
384 animus adeundi præsumitur, nisi contrarium probetur. †Et idem erit si hæres institutus, vel ab intestato succedens eleemosynam de rebus defuncti fecerit non necessariam: quia tunc præsumetur aditio. l. indebitum. Ç. de condi.indebi. non enim potest quis licitè largiri de alieno. l. si pignore.§.j.ff. de furt. Ideo decidit elegāter Bart.in l.ex annuo.ff.de dona: inter vir.& vxor. ꝙ si maritus, qui pro filiis adire poterat hæreditatem, vel ipsi filij pannos mulieris mortuę distribuunt amore Dei, per hoc videtur adire hæreditatem, si erant panni seu vestimenta vilia, quæ sunt mulieris, vt ibi: & plenè per ipsum Bart.in l.in his rebus.§. seruus.ff. solu.matrimo. imò plus dicit in d.l.
385 ex annuo. † ꝙ maritus per annū retinendo dotē videtur hæreditatem adire, vt moriendo post annum hæreditatem transmittat tanquam aditam, dicens sic fuisse obtentum Tudorti, quod dicit nota.& mēti te-
386 nendum. †Et intelligo ꝙ retinendo dotā per annum intelligitur hæreditatem vxoris adiuisse: vbi esset ei delata ex testamento vel ab intestato, iuxta l.j. C. vnde vir & vxor. Quia tunc cùm si hæres esse nolet, teneatur infra annum dotem restituere hæredib⁹ vxoris ab intestato succedentibus, vt in primo casu: vel fisco vltimo successori, vt in ij.casu. certè tūc dotem retinendo per annum, satis censetur adire, vt ibi dicit Bar. Vnde tales actus non dicuntur, nec præsumuntur fieri citra ius & nomen hæredis. Quod secus esset in eleemosyna necessaria, quæ necesse fieri habet vt honor defuncti seruetur secundum consuetudinem ciuitatis: veluti si pecunia expendatur pro candelis cereis tempore funeris: quia ex hoc nō præsumitur aditio: Cùm fieri possit licitè citra ius & nomē hæredis, scilicet causa pietatis, sicut ipsum funus, vt suprà dictum est. Ex quibus omnib⁹ habetis, quòd tria sunt quorum vnum non est aliud: scilicet hæreditas, ius adeundi, & ipsa aditio. primum est ius quod acquirimus per aditionem. secūdum est ius per quod seu mediante quo hæreditatem acquirimus: tertium est ipsa acquisitio. Primum, scilicet hæreditas, cōsistit in iure. hæreditas. ff. de peti.hæred.in prin. secūdum similiter est quoddam ius, & non mera facultas. l.iij. in fi. C.de insti.& substi. ideo tollitur & præscribitur negligentia longissimi temporis, scilicet xxx.annorum. l.licet. C.de iure delib. quod nō tolleretur, si mera facultas esset. l.viam publicam. ff.de via publi. & plenè Panor.& Fely.in c.cùm accessissent. de consti. Tertium verò, id est ipsa aditio, est potius facti quàm iuris, quia consistit in declaratione animi. l.pro hæreditate.ff. de acquir.hæredi. quæ quidem declaratio facti est, sicut in simili dicitur in l.consilio.ff.de curato. fu-
387 rio. †Nam licet aditio hæreditatis in sola consistat volnntate, scilicet volendi esse hæres, tamen intelligitur ꝙ illa voluntas declarata sit aliquo facto aut verbo, vt plenè per Bar.in d.l.gerit. cùm sola voluntas & deliberatio in mente retenta aditionem hæreditatis non inducat, nec hæredem institutum vel ab intestato succedentem obliget etiam in foro conscientię, vt scilicet ilico quòd deliberauit in mente, & voluit hæres esse, peccet, si non soluat, quibus satisfaciēdū est pro defuncto. quod secus est in voto: quo sola voluntate obligatur volens, licet sola mente retēta si semel fuit deliberata. l.si rē.§. voto.ff.de pollicita. sed in aditione hæreditatis requiritur actus exterior à nuda intentione & voluntate adeundi: vt quia verbo aut facto declarat hæredē esse velle, & quòd illa verba fuerint cū aliis prolata vel facta gesta, ita quòd probari
388 possint. †Quoniā si in scipso diceret in camera ego adeo hęreditatem: talia verba aditionem ac si tacuisset non importarēt. Nam licet verbum propriè dicatur illud quo iuramentum concipitur, quanuis voce non exprimatur: Et inde filius in Trinitate diuina dicitur verbū patris, qui per os Prophetæ Psal.xliiij. dixit: Eructauit cor meum verbum bonum &c. quia

in

BIU Cujas

in mente Dei conceptum. Conceptus enim mentis dicitur propriè verbum, quod voce & loquela exprimitur, vt pulchrè declarat Lyra. super illud Ioannis j In principio erat verbum. Nos tamen iuristæ illam vocem & eloquium communi vsu loquẽdi dicimus verbum: & verba dicuntur voces quæ secundũ Philosophum. in lib. perierme. aliud non sunt, quàm notæ earum, quæ sunt in anima passionum. Et isto modo capiendo verbum pro voce & loquela dicimus q̃ verbo adiri potest hæreditas. i. voce & loquela mentis conceptum exprimente. Aliquando tamen non verbo adita, nec facto tali quę aditionem inducat (de quibus suprà plenè vidistis) præsumitur adita, si probetur longo tempore per hęredem simpliciter tenta & administrata. Quo casu ex diuturnitate temporis, præsumitur aditio & solennitas eiusdem, non quòd aditio hæreditatis inducatur ex tempore, cùm tẽpus non sit modus inducendæ aut tollendæ obligationis. l. obligationum ferè. ff. de act. & oblig. Sed aditio hæreditatis per creditores fortè allegata, vel alios, quorum interest q̃ adita fuerit, probatio illo tẽpore prę-
sumitur facta. vnde non sufficeret articulare hæredẽ
393 decennio tenuisse hæreditatem, nisi articuletur quòd hæreditatem adiuit: & tempus longum inducatur in vim probationis, quia ex eo præsumitur adita. l. qui in aliena. §. sed & si non adierit. ff. de acqui. hære. & l. si filius. C. de peti. hæred. facit l. penul. cum sua gl. C. communi diui. vbi diuisio præsumitur ex tempore.
389 quod est not. † Et sicut per factũ probatur animus & voluntas hæredis adeuntis, vt dictum est, sic etiam probabitur per non factum: quia sicut repudiatio hæreditatis probatur per non factum. l. recusari. secundum intellectum Iaco. de Are. ff. de acquir. hæred. ita etiam aditio quæ eisdem regulis procedit. Instit. de hæred. quali. & differ. §. fin. C. de repudi. hære. l. sicut. Pone ad petitionem creditorum hæreditariorũ fuisse hæredi assignatum terminũ ad adeundum, vel repudiandum: certè si infra terminum nihil facit, præsumitur adiuisse. C. de repu. vel absti. hæredit. l. fi. §. si autẽ hæc. & §. si quis verò temerario. de quo per Bar. in l. quãdiu. ff. de acqui. hære. & Iason in l. fi. C. de iu-
390 re deliberan. † Nam semper cõtumacia est in deteriorem partem interpretanda, vt scilicet hæres lapso termino adiuisse videatur, quãdo hæreditas est damnosa. ita nota. dicit Bald. in l. j. C. qui admitti ad bon. pos. possunt. Si autem terminus esset ei assignatus ad instãtiam substituti, aut venientium ab intestato, tũc lapso termino videtur hæreditatem repudiasse: quia hoc casu videtur hæc interpretatio magis esse ei dãnosa, vt dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* in iiij. præludio. vbi autem terminus non esset ei assignatus, nec ad instantiam creditorum, nec substituti sed ipse hæres motu proprio petiit tempus ad deliberandum, tunc lapso termino videtur adiuisse, secundum Cyn. & moder. in d. l. fin. C. de iure delibe. Dum tamẽ integer terminus, scilicet anni fuerit ei statutus aliâs secum secundum Pau. Alexan. & Iason. ibi in fine. Vel pone debitorẽ in diem, & sub pœna suo successisse creditori, in diémque debitum non soluisse: certè ex hoc non facto præsumitur & probatur aditio: quia si non præsumeretur, iste fuisset in mora nõ
391 soluendi, & incidisset in pœnam. † Or esse in mora est delictum, propter quod incurritur pœna. l. quod te. ff. si cert. pet. ergo debemus præsumere aditionem per quam in delictum non incidit. l. meritò. ff. pro socio. nisi expresse appareret hæredem delinquere voluisse: quia tunc pro delicto & non pro aditione iudicandum esset, cùm eo casu delictum cõtrariam voluntatem declaret, dicit tex. in l. si quis extraneus. §. j.
392 ff. de acquir. hære. Per quem dicebat Dyn. † quòd ab iniuria non excusatur ille qui dicit, tu mentiris saluo honore tuo. quia verbum iniuriosum præcedens declarat, quòd non habebat voluntatem saluandi sibi honorem. l. si non conuitij. C. de iniu. De his autem verbis tu mẽtiris, an sint indistinctè iniuriosa, videatis tex. & Docto. in l. quæ omnia. ff. de procurato. vbi Bart. & in l. itẽ apud Labeonẽ. ff. de iniur. Panor. in c. cùm te. de re iudi. Alex. & Iason plenè in l. fi. ff. quod quisque iuris in alterũ statuit. & Felic. in c. dilecti filij. de except. Restat ergo, quòd per verba & facta, vel non facta probatur hæreditatis aditio. de quo latissimè p̃ Bar. & Doct. in d. l. gerit. ff. de acquir. hære. Ioan. de Plat. Angel. & Docto. in §. penult. & fi. Insti. de hære. quali. & diffe. & idem est in immissione hæreditatis, quæ militat in suis hæredibus, in quibus nõ cadit propriè aditio, sed immissio, cùm viuente adhuc testatore censerentur esse quasi domini paternæ hæreditatis, vt plenissimè videbitis j. *Mortuo itaq; te-*
393 *sta.* ij. † Et quomodocunque adeatur hæreditas, siue verbo, siue facto, ex tali aditione hæres obligatur per petuò hæreditati, ita quòd tenebitur omnia subire in posterum onera hæreditaria, etiam valorem hæreditatis excedentia, quæ amplius non sequentur fundos, nec corpora hæreditaria, sed personam hæredis ex quasi contractu nunc personaliter obligati. Nam adeundo hæreditatem quasi contraxit cum defuncti creditoribus & legatariis, & eis promisisse videtur sustinere omnia hæreditaria onera. Inst. de obliga. quæ ex quasi contractu nascuntur. §. hæres quoque adeò quòd effectus est vna, & eadem persona cũ ipso defuncto, in Authen. de iureiuran. à morien. præsti. in princip. vt ab omnibus conueniri possit creditoribus hæreditariis, sicut posset defũctus si viueret. Per quã rationem & alias concludũt omnes, quòd si debitor hæres efficiatur creditoris, ilico quòd adita fuit hæreditas, confusæ sunt actiones, quibus defuncto tenebatur in totum vel pro parte, qua hęres est. Et è conuerso idem erit, si creditor hæres debitoris adita hæreditate fuerit, cùm idem non possit esse creditor & debitor. l. j. & l. si adulta. C. de hære. actio. & l. si vxor. C. de bonis authoritate iudic. pos. Non enim posset creditor hęres debitoris factus à seipso petere, & sibimet soluere, arg. c. fi. de insti. & c. debitũ. de baptis. quod est verum in creditore facto hærede debitoris, qui sibi erat obligatus, & tenebatur actione personali, quæ aditione hæreditatis confusa fuit & extincta, nisi in duobus casibus. Primò si grauatus de restituendo alteri hæreditatẽ adire coactus fuerit. l. debitor. ff. ad Trebel. Quia tunc cùm perdat Trebellianicam & nihil de hæreditate retinere possit, vt dixi super verbo, *Si absq; liberis moreretur.* ij. in materia fideicõmissariæ substitutionis: certè actionem suam per talem coactam aditionẽ nõ confusam, nec extinctam, intentare poterit contra fideicommissarium, qui loco hæredis est, vt d. l. debitor. vbi est tex. multum notabilis, secundum Docto. Secundo non censetur cõfusa actio per aditionem hæreditatis, vbi hæres inuentarium fecit: quia si hæreditas soluendo propter æs alienum non sit, ipse hæres in ordine aliorum creditorum sibi debitum retinebit, ne hæreditas bona fide adita sit ei damnosa. Quia hoc casu habetur pro non adita. l. fin. §. & si præfatam. C. de iure deliberan. secundum Bald. & clarius Alexand. in l. debitori. in princip. C. de pactis. & Paul. consi. cliiij. incipien. visa

facti

BIU Cujas

factl narratiua. & idem si tota hæreditas exhausta foret legatis, quo casu hæres, qui inuentarium fecit, retinere poterit debitum, in quo defunctus ei tenebatur, & quartam detrahere Falcidiam, nisi testator disposuisset eam cum debito compensari. l. si debitor. ff. ad legē Fal. Præterea per aditionem hæreditatis non cōfunditur actio realis, id est, rei vēdicatio, quæ contra defunctum pro dominio alicuius rei sibi competebat, secundum Bald. per rationes suas in dicta l. si vxor. Pariter non confunditur actio hypothecaria, quæ hæredi contra defunctum competebat, vt dicta l. debitor. ff. ad Trebellianum. & l. cùm quis. §. fin. ff. de solutio. etiam si his duobus casibus inuentarium non fecisset. Extra autem hos casus ilico per aditionem hæreditatis confusæ sunt actiones omnes actiuè & passiuè, quæ inter defunctum & hæredem competebant, propter identitatem personarum, quæ factæ
394 sunt vna & eadem, vt dictis iuribus. † Or, domini sicut ab initio adire hæreditatem est meræ voluntatis, ad quod faciendum nemo cogitur. l. nec emere nec donatū, C. de iure deliberan. Quia nemo cogitur eam adire: nisi seruus in testamento domini sui hæres institutus. Instit. de hæred. qualita. & differen. §. j & quicunque hæres dx restituendo hæreditatem gra 398 uatus, vt plenè habuistis in verbo, *Si absque liberis moreretur*. ij. in materia fideicōmissariæ substitutionis. & in casu l. quidam elogio. & l. cùm aliquis. C. de iure deliberandi, sic etiam ex postfacto dicitur esse necessitatis, vt scilicet hæres pœnitere non possit. l. sicut. C. de repudi. vel absti. hæredi. Imò, vt dictum est, tenebitur omnia onera subire hæreditaria. Et sic non immeritò pupillus non potest sine tutore adire, & tāto discrimini, & periculo se subiicere, nec repudiare. l. pupillorum. C. de repudiand. hæredi. & Instit. de authorita. tuto. circa medium. quia sine tutore cō-
395 trahere non potest, & sic nec quasi contrahere, † Sicut nec minor xxv. annis curatorem habens sine curatore adire potest. l. si curatorem. C. de in integrum restitutio. mino. nec mulier statuto, aut consuetudine prohibita contrahere hæreditatem adire poterit, sicut nec cōtrahere, secunduum Barto. in l. more. ff. de acquiren. hæredit. Vnde non immeritò iura concesserunt hæredi annum ad deliberandum, si adire velit, aut recusare hæreditatem: quam si adiuerit, perpetuò obligatus erit, vt dixi l. cum in antiquioribus. 399 C. de iure deliberan. de cuius intellectu videbitis infrà in verb. *Mortuo itaq; testatore*. ij. In materia transmissionis hæreditatis. † Et intelligatis q̄ obligatus
396 erit creditoribus etiā vltra vires hæreditatis. & tenebitur de suo proprio satisfacere, secūdum Doctores in rubrica. ff. de acquirēda hæreditate. Quo casu hæreditas dicitur magna paupertas, & sic hæreditas dicitur potius paupertas, quàm lucrum. Vnde si testator quantumcunque diues in testamento suo diceret, lego, vel relinquo dimidiam paupertatis meæ, in tali re licto venit dimidia hæreditatis suæ, vt singulariter decidit Bal. super rubri. C. de verb. signi. in fi. allegat l. Lucius. §. hæredum. ff. ad Treb. quia multoties propter occultum æs alienum dicitur paupertas, viso q̄ tenetur hęres creditoribus vltra vires hęreditatis. Legatariis autem pro legatis in testamento relictis non tenebitur vltra vires hæreditatis: quia si defunctus viueret, pro legatis conueniri nō posset. ideo licet ista obligatio originem sumat in persona hæredis ab aditione hæreditatis, tamen illa obligatio limitatur quatenus patiuntur vires hæreditas: quod sufficere debet legatariis, qui certāt de lucro. l. si. C. de codicil & sufficit hæredem puniri solùm perditione Falcidię. Authē. sed cùm testator. C. ad leg. Falc. Creditores autem hæreditarij certant de dāno euitādo, ideo hæredem cōueniunt insolidum, sicut defunctum, cōuenire possent, si viueret, aut incarcerare, aut bonis
197 cedēdum cogere. l. j. C. qui bon. cede. pos. † Idcirco si hęres ꝛelit hoc tantum, & eminēs periculum fugere, & euitare: quia interdum creditores hæreditatis tacent, & non se demonstrāt, donec adita hęreditate capiat cōsilium legis Iustinianeæ quā habemus in l. si. C. de iure delibe. vt scilicet hæres omissa quacunq; deliberatione, etiam dubius de viribus hæreditatis adeat intrepidè hæreditatē: dum tamen infrà tres mēses vocatis creditoribus, legatariis, & cæteris quorū interest, faciat inuentarium de omnibus bonis hæreditariis secūdū formam traditam in d. l. si. Quoniam eo tunc non tenebitur creditoribus hæreditariis, nec legatariis vltra vires hæreditatis. Quod intelligo verum vltra hæreditatis valorē: adeò q̄ si hæres hæreditatem valentē centum vendat pro mille, non tenebitur vltra centum. Quia illud plus non habet ex hereditate, sed ex fortuna & fatuitate emptoris, text. est not. in l. si hæres institutus. ff. ad legem Falc. secūdum
398 Ias. in l. quāuis. C. de legat. † Et in faciēdo tale inuētarium debet hæres obseruare sequētia. Primò, q̄ inuentarium inchoet infra triginta dies, qui secundum magis cōmunem opinionē currere incipiunt à tempore aditæ hæreditatis ilico postquàm hęres adiuit, secundum glo. in verbo, delatam. in d. l. si. Nam ante aditam hæreditatē non currunt illi triginta dies, nisi hæres malitiosè adire differret, secundū Bar. per tex. singularē in l. statuliberos. §. cùm hæres. ff. de statuliber. l. & cùm hæreditas. in princi. illo eod. ti. Et magis propriè hoc probatur in l. si in diem. in prin. vbi hoc not. Bar. ff. de condi. idebi. quem sequitur Lud. cons. lxxxiiij incip. Circa id quod quæritur. & est verum, q̄ ab adita hæreditate currit tempus faciendi inuentarium, vbi de hæreditate non est quæstio. Si autem hæres eam non possideret, sed petitione hæreditatis ageret, non sibi curreret tēpus, nec in pœnas iuris, de quibus infrà, incideret donec finita quæstione hæreditatis, qua finita tempus curreret, & non prius, secūdum Bal. in l. defensionis facultas. C. de iur e fisci. lib. x. arg. l. si. quis in graui. §. fin. & l. qui posthumos. ff. ad
399 Silleia. quod dicit esse notandum. † Vt autem inchoatum dicatur inuētarium infra trigintadies, non sufficeret quòd hæres vocasset notarium & testes, & in principio chartæ posuisset signum crucis, secundū Bal. in dicta l. si. Sed requiritur q̄ aliquæ res describi inceptę fuerint. Tamen licet inceptum non fuerit infra triginta dies, dū tamen infra alios lx. dies inchoatum fuerit & perfectū, sufficit, secūdum Bart. & Docto. in d. l. si. quia leuis solennitas est prius inchoare, & postea perficere, cuius omissio non vitiat. l. j. ff. de ven. inspi. & not. in l. cùm hi. §. si prętor. ff. de transa. Sufficit ergo, q̄ inuentarium perficiat infra tres menses, quando res sunt in eodem loco, nec posset iudex hoc tempus abbreuiare ex causa, vel prorogare, secūdum Bald. post. Nicol. de Matha. & Odofr. per tex. in d. l. finali. §. donec. Nec obstat l. qui pro tribunali, ff. de re iud. quia loquitur in actu per iudicem expediē do: qualis non est inuētarij confectio, & interim durante confectione inuētarij hæres conueniri non potest à creditoribus, nec à legatariis, nisi in casibus, de quibus in dicta l. si. per Alexā. & si conueniretur, excipere posset de inuentario non perfecto. Quæ quidem exceptio impedit omnem litis ingressum, secun

dum

BIU Cujas

dum Bart. & Doct. in d.l.fi.§.licentiam. quantumcũque instrumentũ paratam haberet executionẽ, secũ-
400 dum Bal. ibi. §. & si præfatã † Secundò requiritur in cõfectione inuẽtarij, ꝙ in eo describantur omnes res mobiles, & immobiles repertæ in hæreditate testatoris defuncti: adeò ꝙ describi debent etiã res alenę, veluti res depositę vel cõmodatæ penes testatorẽ, secundum Bald. & Paul. in d.l.fi. Quia hæres potest agere & cõueniri petitione hæred. ad tales res. l. & non tantùm. ff. de peti. hære. Et si perfecto inuentario aliæ res deuenirent ad notitiam hæredis. debet illas denouo addi facere inuẽtario: adeò ꝙ cautela est, vt hæres poni faciat protestationẽ, quod in inuẽtario describi fecit omnes res, quas sciuit esse defuncti. Et quod si aliquæ aliæ ad eius notitiã deuenerint, faciat addi in inuentario, secundum Bal. ibi in d.l. fi. & Angel. in l.j.§. hæc stipulatio. in fi. ff. si cui plꝰ quàm per
401 legẽ Fal. vbi plus dicit, † quod fructꝰ & accessiones etiam percepti ante aditam hęreditatem ponidebẽt in inuentario. sed non est hoc vltimum verum, secũdum Ange, quem sequitur Alex. & Iason in d.l. fin. quia satis quod in libro rationũ describãtur, vt probat text. ibi dum dicit, super his rebus, quas defũctus
402 tempore mortis habebat &c. † Si tamen hæres rẽ aliquam occultaret hæreditariam (quanuis dolosè) inuentarium valeret: tamẽ puniretur, & damnaretur in duplum illius rei, quam omisit describere, perderetq; Falcidiam & Trebellianicam, secuundum Bart. in d.§. licentiam. dicens ita consuluisse, prout idem Bar. tenet in l. beneficio. per illum text. ff. ad leg. Fal. & in rescriptum ff. de his quib. vt indig. non tamen tenebitur insolidũ creditoribus, prout teneretur, si inuentarium non fecisset, aut non valeret secundum
403 Doct. ibi. † Tertiò requiritur, ꝙ inuentarium manu publici notarij scribatur, vt d.l. fi. ibi. sub præsentia tabulariorũ. Nam licet in testamento quo ad eius validitatem (non dico quo ad probationem) non sit differentia an sit scriptum manu publici notarij, vel ipsiusmet & solius testatoris absq; tabellionibus, vel manu alicuius priuati. l. publicati. vbi. Docto. C. eod. tamen in inuentario ꝓ forma requiritur, ꝙ manu publici notarij scribatur, aliàs non voleret. Adeò ꝙ singulariter dicit Bal. in l. fi. C. de iure delibe. ꝙ etiam si defunctus dum viueret manu propria scripsisset omnes res suas per modum inuentarij, non sufficeret hæredi, quod etiam sequuntur ibi Paul. & Moderni. Quod est verum secundum eos, etiam si defunctus paulò antè mortem suam per paucos dies fecisset inuentarium. Quia in præiudicium creditorũ non crederetur tali scripturæ defuncti, sicut nec suæ confessioni, licet moriẽdo emanatæ in sui commodum vel hæredis, vt plenè habuistis in verbo, *In extremis posi-*
404 *tus.* † Vnum tamen est verum, secundum omnes, ꝙ licet tex. in d. l. fi. videatur requirere in inuentario præsentiam plurium tabulariorum: tamen sufficit vnus, secundum glos. & Docto. ibi, per regulam. vbi
405 numerus. ff. de testi. † Quod facit ad quęstionem, in qua hoc anno consului. Reperitur instrumentum donationis plures continens successiuas substitutiones iuxta l, quoties. C. de dona. quæ sub modo. in protho collis cuiusdam notarij defuncti registratum, in quo cauetur, ꝙ per illum notarium cum quodã alio etiã nunc defuncto fuerat receptum: tamen per illũ aliũ notariũ non est signatũ, nec in suis prothocollis. siue libris reperitur registratum, an tale instrumentum plenam faciat fidem, vt scilicet per collationariũ dicti notarij potuerit ingrossari. Et videbatur, ꝙ non cùm per ipsummet si viueret ingrossari non posset Primò per tex. in Auth. de hære. & Falci. §. si verò absunt. coll. j. vbi si tres tabularij fuerint in aliquo actu adhibiti, omnes tres requiruntur ad probãdum actũ. Secundò hoc tenẽt expresè casum nostrũ decidẽdo Bal. & post eum Salic. in l. iurisiurãdi. circa. fin. C. de testi. vbi dicũt, ꝙ si ad scribẽdum dicta testium, aut facta partium duo assumãtur notarij, nõ sufficeret, ꝙ vnus solus scripturã faceret, imò debẽt ambo scribere & signare, vel ad minus requiritur, ꝙ vnus scribat & alter signet, seu se subscribat. allegant, ff. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. ij. & not. in c. quoniã cõtra falsam, per Hosti. & Ioan. And. de ꝓba. & in d.§. si verò absunt. in Authen. de hære. & Falc. idem dicit Bald. in d.l.fi. C. de iure delibe. & Alb. in l.j. ff. de off. consul. per illum text. dicẽs ita obtinuisse in facto, &
406 decidit de Milis in suo repertorio super verbo, notarius. & latè hoc reperi decisum per Guidonem Papæ in decisionibus curiæ Parlamenti Delphinatus, decisione cxxij. incip. An instrumentũ in quo per partes &c. vbi post multa deciditur, quòd † sicut cõractus in scriptis celebrandus nunquàm censetur perfectus, donec scriptura perfecta. l. cõtractus. C. de fide instr. sic instrumẽtum per duos tabelliones receptum, nũquàm erit perfectum, donec per ambos reperietur signatum & authenticatũ. Et etiam ibi dicitur tenere Spec. tit. de instru. editio. §. instrumentum. versi. item quod non est signatũ ab eo, qui ad hoc deputatus est &c. Tertiò videtur de hoc esse text. in cle. Romani principes. §. dudum sanè. ibi, sed multis tabellionibꝰ accersitis & requisitis, de iureiu. & in clem. attendentes. §. ipsos autem. de statu mona. videntur enim contrahentes, ne qua falsitas cõmitteretur, plures notarios adhibuisse, sicut à simili de testi. dicit tex. in l. fin. ibi, lex etenim nequã falsitatis &c. C. de fideiuss. facit l. cum magistratus. C. quãdo prouo. nõ est necesse. & c. prudentiam. de offi. deleg. vbi vnus ex duobus iudicibus deputatis nihil potest validè sine altero: sic ergo erit in duobus notariis à partibus adhibitis, pro scheda illa in prothocollo vnius solius notarij registrata. In cõtrarium allegabam. ꝙ fidem plenã facere deberet, & per collationarium ingrossari posset, sicut posset ipsemet notariꝰ si viueret. primò quia tex. habemus apertũ, ꝙ vni soli notario creditur de scriptura sua. l. si qs decurio. in fi. C. de Fal. Et sic plures adhibere, quàm vnum nihil aliud est, quàm quædam superabũdãs cautela, vt in propriis terminis de duobus notariis in actu adhibitis, dicit Bal. ind. c. quoniã cõtra falsam. in verbo, duos, de prob. v. col. Quæ abũdans cautela si non impleatur, nõ solet nocere, C. de
407 test. l. testamentũ. † Superflua enim non nocẽt, sed solùm necessaria prætermissa minuunt contractus, & non abundãs cautela, vt ibi est tex. not. Secũdò facit ad hoc tex. notab. in l. iij ff. de testa. milit. vbi similes, qui habet ius testandi absq; debita & communi testamentorũ solẽnitate, testari disposuerit, & incœperit seruata cõmuni, & integra solẽnitate, quã tamen perficere nõ potuit: certè testamentũ nõ minus valebit, vt ibi est tex. singularis. Non enim credẽdus est quisquã genus disponẽdi difficilius elegisse ad sua iudicia impugnanda & subuertenda. Sic ergo erit in casu nostro, vbi donator donare poterat sine instrumẽto, vel si cum instrumẽto, sufficiebat vnum solum adhibere notariũ, cui cum debita testium solẽnitate soli creditur, vt d.l. si quis decurio, in fi. igitur si pro abũdanti cautela duos adhibuit notarios, quorum vnus haberi nõ possit, vel non appareat, tale instrumẽtum

non

BIU Cujas

non propter hoc corruit, nec illa vana, & superabun
dans cautela nocet, vt d.l. testamẽtum, cùm in dubio
nõ sit credendũ: quia non verosimile eo animo duos
adhibuisse, vt vnius defectu donatio subuerteretur,
vt d.l.iij. Tertiò facit tex. in l.j. C. si ex pluribus tuto.
vnus pro minore egerit, vbi licet fuerũt plures tuto-
res dati pupillo, sufficit quod alter ipsorũ authoritatẽ
præstet pupillo, & eius negotiũ. facit. l. fi. C. de auto.
præstan. Sic ergo erit in pluribus notariis de aliquo
negotio rogatis, vt vn' solus sufficiat in subscribẽdo
instrumentum. Quartò adducebam text. in d.l.j. ff. de
officio consu. vbi quoties sunt duo, aut plures parem
potestatẽ habentes: quilibet potest solus exercere, er
go idem erit in pluribus notariis ad scribẽdũ instru-
mentũ deputatis, quia creditur vni suam potestatem
exercenti. Quintò licet d.l.j. ff. de officio Consul. vi-
deatur dicerè cõtratium, vbi plures ordinarij parem
habentes potestatem, omnes de negotio cognoscere
cœperũt, omnes tenẽtur illud finire: adeò ꝙ vnus so-
lus nõ postet nisi solus incœpisset de negotio cogno
scere. l. si vni. secundum vnum intellectum glos. ff. de
re iudi. per quod videtur idem dicendum in casu no-
stro, vbi plures notarij rogati instrumentũ receperũt 1
omnes illud signare deberẽt. Tamẽ hoc est verũ, nisi 2
in altero iudicum cõtingeret impedimẽtum: quo ca- 3
su vnus solus negotiũ per omnes inceptum perficere 4
posset, vt est tex. singu. in d.l. si vni. secundũ Panor. ita 6
per illum tex. expresè decidentẽ in d.c. prudentiam. 7
§. j. col. v. de offi. dele. Or, sumus nos in his terminis, 8
ꝙ alter notarius mortuus est. Vnde attẽto impedimẽ 9
to notarij defuncti, qui instrumentũ signare nõ pos 11
set, credẽdũ est alteri notario. seu eius collationario, 20
in cuius registris nota dicti instrumenti reperitur re- 21
408. gistrata. † Sunt enim ipsi tabelliones iudices ordi- 24
narij voluntariæ iurisdictionis, secundum Inno. in c. 25
cùm à nobis. de testib. & tenet clarius Pau. cõsi. lxxiij 26
iiij. col. Sextò facit c. ij. iuncta g. j. de rescrip. vbi cum 27
crimen periurij sit de per se sufficiẽs ad remouendum 28
quẽ à suo beneficio. c querelã. de iureiurã. & pariter 29
renũtiatio est de per se sufficiẽs. c. super hoc. de renũ.
Si papa mãdet de illis duobus cõstare, sufficit ꝙ de al 31
tero cõstet, licet ambo fuerint copulatiuè mandata: 32
& impetrãs ad vtrũq; probandum se astrinxerint ex-
presè: sic à simili cùm quilibet notarius sufficiat ad 34
publicũ instrumẽtum scribendum, & quilibet habeat 35
de per se sufficientẽ potestatem, si plures requirẽtur, 37
poterit quilibet insolidum sua potestate vti: nam in 38
dubio videtur de quolibet mandatũ insolidũ. Septi- 39
mò facit elegans decisio Io. Fab. in §. possunt Insti. de 40
test. vbi dicit, ꝙ si litera cõtineat, ꝙ duo sigilla debeãt 41
apponi, & nõ fuerit appositũ nisi vnũ, quod tamẽ est 42
authenticum, talis litera plenã fidẽ facit: quia de alio 46
sigillo videtur esse dictũ ad abundantiorẽ cautelam, 47
quod nõ nocet, allegat d.l. testamẽtũ. C. detesta. ergo 48
idẽ erit in casu nostro vbi in instrumento sit mentio, 49
ꝙ duo erant notarij, & nõ reperitur subscriptus nisi 50
vnus. quia sicut notarij publicant scripturã, & sigilla, 51
quãdo sunt Authẽtica. prout sunt sigilla episcoporũ. 25
Octauò facit quod singulariter decidit Bal. per illum
tex. in l. si quis ex argẽtariis. §. ij. ff. de edẽ. vbi dicit, ꝙ 53
si duo notarij fuerint rogati de vno actu, & vn' sit ha
bilis, & alter inhabilis, valet scriptura. Ergo valebit 54
per vnũ notariũ facta altero nõ stãte, cùm paria sint, 55
quẽ non stare, vel inhabiliter stare: quia inhabilis in 56
officio habetur pro mortuo. Vnde si ex duobus no-
tariis in aliquo actu adhibitis alter dãnetur de falso, 57
alter solus signare poterit instrumẽtum, secũdũ Bal. 58
in l. Imperator. ff. de statu homi. quod sequitur Fely.
in c. j. de præscrip. & Iason in Auth. si verò cõtigerit.
C. de iud. vbi dicũt valere instrumentũ receptũ à no-
tario idoneo, licet illud confecerit cum notario non
idoneo. videatis Felyn. in c. nobis. in j. notab. de simo.
409 † Sicut à simili dictum testis infamis probat, si cum
alio teste idoneo, & probatæ vitæ concordet, secun-
dum gl. not. in l. iij. §. duæ sunt causæ. in verbo, eã-
dem fidem. ff. de Carb. edict. Sali. in l. in bonę fidei.
C. de reb. credi. Bal. in d.l. si quis ex argẽtariis. & An-
ge. cõsi. j. facit quod singulariter dicit Bald. in c. quia
propter. xij. col. de electio. vbi dicit, ꝙ canonico cri-
minoso in electione scrutatori, & suæ scripturæ cre-
ditur, ex quo habet socios bonæ famæ, per d.l. si quis
ex argentariis. §. ij. versi. aut certè.

Laus Iesu Christo saluatori nostro.

SVMMÆ SECTIONIS

Mortuo itaque testatore. II.

☞ *Aditio non est necessaria suis hæredibus.* 1
Hæredes sunt in triplici differentia. 2
Voluntarij hæredes quare dicantur. 3
Hæredes necessarij qui. & nu. 5. 4
Serui hæredes vel tutores facti libertatem acquirunt. 6
Suitas tollitur datione cohæredis extranei. 7
Filius & seruus hæredes differunt. 8
Heredes sui & necessarij qui. & nu. 10. 9
Suus hæres vt quis dicatur, quæ requirãtur. vsq. ad nu. 19. 11
Filij quare dicantur sui hæredes. 20
Suitas tantum operatur, quantum aditio. & nu. 22. & 23. 21
Mater quare filios plus diligit, quàm pater. 24
Filius dicitur de genere matris. 25
Fratris appellatione venit vterinus. 26
Mater plus laborat in prole, quàm pater. 27
Vipera quare sic dicta. 28
Matrimonium quare à matre, & patrimoniũ à patre. & nume. 30. 29
Matrimonio durante quæsita sunt communia in Gallia. 31
Conscientiæ patris commissum non extenditur ad filium vel nepotem. & nu. 33. 32
Adam in quo omnes fuimus, quomodo intelligatur. 34
Identitas patris & filij in diuinis & humanis. & nu. 36. 35
Simile & idem differunt. 37
Similitudo est triplex. 38
Verum aliquid dicitur quod habet aliquid veritatis. 39
Extare illud dicitur, de quo aliquid extat. 40
Nepos quare sic dicitur. 41
Patris & filij identitas in multis. & nu. 43 44. & 45. 42
Pater non tenetur pro delicto filij, nec econtrà. 46
Hæreditas iacens nulla est in suis hæredibus. 47
Regis filius etiam viuente patre dicitur rex. 48
Quodammodo dictio, quandam notat improprietatem. 49
Primogenitus in Gallia etiam viuente patre est dominus. 50
Hæreditas filio delata non dicitur titulus lucratiuus. 51
Gabella pro acquisitis debita non habet locum in hæreditate paterna. 25
Statutum quòd pro hæreditate quid soluatur, non habet locum in hæreditate paterna. 53
Vasallus non tenetur dominum iuuare contra filium. 54
Carcere non liberatur, qui filium obsidem relinquit. 55
Prohibitus alienare in potentiorem, poterit in filiũ etiam potentiorem alienare. 56
Nuptiæ patris & filij non censentur duæ. 57
Pater patronus potest filium præsentare. 58

Filius

BIU Cujas

59 *Filius quare debet institui, aut nominatim exhæredari.*
60 *Adire & repudiare est proprium extraneorum.*
61 *Emphiteuta mortuo an filius teneatur soluere acapita.*
62 *Suitatis ius non potest præscribi.*
63 *Beneficium abstinendi à paterna hæreditate locũ habet vbi est fauor.*
64 *Quinquennio excluditur querela inofficiosi testamenti.*
65 *Querela inofficiosæ donationis quinquennio excluditur.*
66 *Hæreditas patris an ipso iure continuetur in filium etiã quo ad possessionem.*
67 *Dominium transferentia iura non trãsferunt possessionẽ.*
68 *Allodium quid.*
69 *Possessio de patre ad filium, in quibus casibus cõtinuetur*
70 *Vasalli filius non censetur saysitus sine inuestitura.*
71 *Mortuus saysit viuum in Gallia.*
72 *Possessio an iure possit transferri sine aliquo actu.*
73 *Possessoria duo remedia in Gallia.*
74 *Fideicommissarius ante restitutionem non est hæres.*
75 *Possessio in feudi an in hæredẽ trãseat in Gallia.& n.77.*
76 *Priuilegium & consuetudo æquiparantur.*
78 *Possessio transfertur per clausulam constituti.*
79 *Possessio in ecclesiam ipso iure transfertur.*
80 *Ecclesia, fiscus & respub. æquiparantur.*
81 *Possessione in hæredem in Gallia translata nihilominus agit interdicto adipiscendæ.*
82 *Adipiscendæ hæreditatis remediũ solis hæredib. conuenit.*
83 *Dominiũ & possessio quomodo in hæredes omnes transeat.*
84 *Filius quare dicitur hæres necessarius.*
85 *Suitas est inducta patris fauore.*
86 *Abstinendi à paterna hæreditate ius est prætorium.*
87 *Filiũ se hæreditati immiscuisse debẽt creditores probare.*
88 *Notorium licet non indigeat probatione, tamen indiget allegatione, quomodo intelligatur.*
89 *Obtinere verbum quid importet.*
90 *Aditio filij retrotrahitur, & prius acta confirmat.*
91 *Abstinendi ius an iure ciuili, cuius hodie competat.*
92 *Suitas non incommodat filio nisi adeat.*
93 *Suitatis sola existentia confirmat tabulas pupillares.*
94 *Sui hæredis existentia confirmat tutorum pupillo intestamento datorum confirmationem.*
95 *Suitatis existentiã confirmet vniuersale fideicommissum.*
96 *Sui hæredis existentia triplex.*
97 *Suitas competit filio etiam inuito.*
98 *Suum hæredem esse, est prius, quàm abstinere.*
99 *Promissio præsumitur præcessisse refutationem.*
100 *Filius quando abstinere non possit ab hæred. patris.*
101 *Transmissio hæreditatis non aditæ in quos & à quibus fiat.& nu.102.103.& 104.*
105 *Transmissio est triplex.*
106 *Nobilitas transmititur, non tamen conscientia.*
107 *Transmissionis legalis tres sunt species.*
108 *Transmissio iure suitatis etiam fit in possessione in Gallia & nu.109.*
110 *Filius moriens trãsmittit legitimam Trebellianicam, & fideicommissum particulare, & nu.111.& 112.*
113 *Fideicommissum vniuersale an transmittatur.*
114 *Legitima arrogato debita transmittitur.*
115 *Dotis lucrum transmittitur.*
116 *Accrescendi ius transmittitur.& nu.117.*
118 *Transmissibile an sit ius ex statuto competens.*
119 *Statutum fœminas excludens an intelligatur stantibus masculis.& nu.120.& 121.*
122. *Transmissio an locum habeat in successione prætoria.& nu.123.& 124.*
125 *Transmissio quãdo locum non habeat in filio. & nu.126*
127 *Filius qui ab hæred. abstinuit, pœnitere quomodo possit.*
128 *Repudiationem reuocat filius, licet non aditionem.*
129 *Nepotes etiam reuocare possunt suam repudiationem.*
130 *Filiº etiã cohæredẽ habens repudiationẽ potest reuocare.*
131 *Filius à repudiatione pœnitere potest etiam tacitè.*
132 *Repudiationẽ etiã iudicialiter factã põt filius reuocare.*
133 *Filius intra triennium reuocare potest abstentionem.*
134 *Filius repudiationem hæreditatis maternæ non reuocat.*
135 *Emancipatus repudiationem non reuocat.*
136 *Pater repudians hæreditatem filij, non potest pœnitere.*
137 *Legitimam repudians filius non potest pœnitere.*
138 *Repudiationẽ lapsu tẽporis inductam non reuocat filius.*
139 *Filius habens substitutum non reuocat repudiationem.*
140 *Repudiatio erronea potest perpetuò reuocari.*
141 *Repudiationem reuocandi facultatem nõ transmittit filius ad suos.* (143.
142 *Suus transmittit hæreditatẽ & querelã inofficiosi.& nu.*
144 *Suº trãsmittit hæreditatẽ ad quoscũq;, querelã ad suos.*
145 *Querela inofficiosæ donationis transmittitur ad suos.*
146 *Querela contra testamentum fratris an transmittatur.*
147 *Querelã inofficiosi contra testamentũ filij an transmittat pater.*
148 *Filius vt transmittat querelam inoffieiosi testamẽti duo requiruntur.*
149 *Transmitti an possit facultas dicendi testamẽtum nullum præterito filio competens.*
150 *Episcopus & monachus transmittunt hæreditatem suorum parentum.*
151 *Transmissio secunda non rationis suitatis, sed sanguinis quid operetur.*
154 *Capita succedẽdi de iure prætorio ab intestato sunt tria.*
155 *Filius exclusus à paterna hereditate per xxx. annos an habeat ex alio capite alios triginta.& nu.156.*
157 *Filius an transmittat hæreditatem quo ad omnia tria capita succedendi.*
158 *Bonorum possessio contra tabul. an transmittatur.*
159 *Transmissio iuris deliberandi locum habet, in quibuscũque hæredibus & ad quoscunque & nu.160.161.162.*
163 *Transmissio quæ sit vtilior.& nu.164.*
165 *Ius deliberãdi vt transmittatur, quæ requirantur.& nu, 166.& 169.*
167 *Annus datus ad deliberandum est vtilis.*
168 *Aditio vnius quando alij prosit.*
170 *Infanti delatam hæreditatem potest solus pater adire.*
171 *Infantis hæreditas non transmittitur ad matrem.*
172 *Infans transmittit ad patrem.*
173 *Priuilegium in corpore iuris clausum reuocatur per ius nouum contrarium.*
174 *Infans transmittit hæreditatem non vt adeundam, sed velut aditam.*
175 *Patrem occupare bona filij iure hæredit. vel peculij, quid interfit.*
176 *Furiosus an in transmittendo æquiparetur infanti.*
177 *Tutor plus potestatis habet in pupillo, quàm curator in furioso.*
178 *Infans ad alios à patre non transmittit hæreditatem.*
179 *Infans, ad alios à patre transmittit beneficium restitutionis.*
180 *Beneficio restitutionis nũquam censetur per verba generalia derogatum, nisi de eo fiat specialis mentio.*
181 *Minor trãsmittit beneficiũ restitutionis etiam vbi hæreditas non transmittitur.& nu.182.*
183 *Ius deliberandi vt transmittatur, requiritur hæreditatẽ nec aditam nec repudiatam.*
184 *Ius deliberandi solum intra annum transmittitur.*
185 *Filius post annũ non trãsmittit vt filius, sed vt legitimus.*
186 *Transmissionis materia huic tractatui conuenit.*
187 *Hæreditas non adita non transmittitur, nisi in casibus.*
188 *Ius deliberandi, quando etiam post annũ transmittitur.*

BIU Cujas

189 *Suitas tollitur quinque modis.*
190 *Suitas an & quando tollatur datione substituti vulgaris & vsque ad nu.*204.
205 *Suitas tollitur filio instituto, si voluerit.*
206 *Suitas tollitur filio sub conditione potestatiua instituto.*
207 *Suitas tollitur filio in re certa instituto.*
208 *Suitas tollitur datione extranei cohæredis.*
209 *Suitas quando non tollitur datione extranei coheredis. & nu.*210.
211 *Suitas an tollatur filio renuntiante vel exhæredato.*

Mortuo itaque testatore. II.

1 HIC tex. non aperit, † an Adiecta pupilla filia Raynutij post mortem patris adierit hæreditatem, seu illi se immiscuerit cum tutorum authoritate, iuxta l. potuit. C. de iure deliberan. Quia attenta dictæ hæredis qualitate, non habuit necesse adire, nec illi se immiscere. Non enim fuit solùm hæres, sed testatoris filia erat. Nam speciale est in filiis testatoris vel ab intestato decedentis, & cæteris liberis descendẽtibus, quòd parẽte mortuo sint ipso iure hæredes sine aliquo facti ministerio. Et hoc est virtute suitatis, quia filij dicuntur sui hæredes. Nam hoc operatur in eis sola existẽtia suitatis, quod in aliis operatur aditio hæreditatis, vt quo ad acquirendum parentis hæreditatem opus non sit aditione verbali, aut reali, nec immissione: imò ipsi (quamuis ignorantes patrem mortuum) fiunt ilico sui hæredes iuxta illud Apostoli ad Gala. iiij. Si filius, ergo hæres. & Numer. xxvij. Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiã eius transibit hæreditas, &c. Et quia hic articulus suitatis est subtilis, & non minus vtilis ac
2 quotidianus, sciendum est, † quòd nos habemus hæredes in triplici differentia. Primò habemus hæredes voluntarios, & sunt illi, qui non sunt in seruitute, nec patria potestate morientis tempore mortis, & inde est, quòd tales etiam vocantur extranei, qui testatorem non contingunt aliquo de prædictis modis. Nã licet sint aliquando filij, aut fortè cõsanguinei, tamẽ quia nõ sunt in potestate, aut seruitute testatoris, vocantur extranei. Et idem si essent in potestate patris, 9
tamen paternæ renuntiarunt hæreditati cũ iuramẽto Quo casu quo ad succedendum habentur pro extraneis, secundũ ea quæ plenè habuistis in verbo, *duas habens filias*. Nec dicũtur eo tunc hæredes sui, sed voluntarij, vt plenè Bar. in l. sciendũ. p illũ tex. ff. de suis & legi. hæredi. quem sequitur Ange. in §. eadem hæc.
3 in fi. Insti. de here. quali. & diffe. † Voluntarij autem ideo vocantur: quia hæredes esse nullatenus coguntur, nisi velint hæredes esse: & fiunt hæredes sola voluntate verbis vel facto declarata, vt plenè vidisti. s. *Mortuo testa.* j. vnde hæreditatem, in qua sunt testamento hæredes instituti vel ab intestato eis delatam, possunt adire si velint, vel liberè repudiare. l. nec eme
4 re. C. de iure delib. † Secundò sunt alij hæredes, qui vocantur necessarij, & sunt illi qui tẽpore mortis testatoris reperiuntur in potestate ipsius non quidẽ patria, quę dicitur pietas, sed dominica, quę propriè vocatur seruitus, secundũ glo. no. §. rursus. Insti. de acti.
5 prout sunt serui. † Hi enim hæredes ideo vocantur necessarij, quia quãdo reperiũtur in testamẽto domini hæredes instituti siue velint, siue nolint, & sic necessariò, sunt hæredes: adeò q inuiti tenẽt dominicã acceptare hæreditatẽ licet onerosam. Quo etiã casu non 11
parceretur eius, si hæreditatẽ domini repudiare vellẽt, in cui⁹ dãni præmiũ, & quia non possent hæredes esse (cùm hæres dicatur quia domin⁹) cùm herus idẽ sit, q dominus secũdum gl. Insti. de hær. quali. prope fin. & plenè in l. j. ff. si cert. pet. per Doct. certè adeũdo hereditatẽ plenã nãciscũtur libertatẽ, sine qua dominiũ hæreditatis cadere nõ posset in seruos, q pro nihilo reputantur. l. qđ attinet ad ius ciuile. ff. de reg. iur. vndè hoc casu beneficiũ libertatis omni prępõderat oneri & damno pecuniario eis ex hæreditate contingente. Nã eo ipso, q serui sunt in testamẽto domini hæredes scripti, siue fuerint hęredes instituti cũ libertate, aut nulla libertatis facta mẽtione, illico efficiũ-
6 tur liberi & hæredes. † Et idem si dominus eos dederit testamẽto filiis suis tutores: quoniã eo ipso erũt liberi, & tutores cessante quacunq. excusatione. Quia dando eis tutelã, aut hæreditatẽ, satis videtur eis & libertatẽ dedisse, Insti. qui dari tuto. test. pos. §. j. cũ nõ sit verosimile dominũ voluisse habere hæredẽ seruũ, aut eum filiis suis tutorẽ dedisse. Ideo autẽ lex voluit seruũ in testamento domini hæredẽ institutũ, eo ipso fore hæredẽ, & cõpellendum capere hæreditatẽ, vt si dominus erat obnoxius aliquib⁹ creditoribus, bona ipsius vendantur potius nomine serui hęredis instituti, quàm nomine domini defuncti, ne domin⁹ defunctus ex tali bonorũ distractione afficiatur iniuria, vt elegãter dicit tex. in §. licet. Inst. qui. & ex quibus cau. manu. nõ pos. Ideo sunt illico hæredes de necessitate etiam ignorãtes, adeò quòd licet pater dando cohęredem extraneũ filio suo faciat eũ de suo, & necessa-
7 rio hæredẽ voluntariũ, † cũ p dationẽ cohæredis extranei tollat suitas in filio, secundũ cõmunẽ sententiam in l. apud Iulia. §. idẽ Iulia. ff. ad Treb. & infrà latius declarabit. tamen si dominus det seruo suo hęredi instituto extraneũ cohæredẽ, per dationẽ talis cohæredis nõ tollitur necessitas, quin seruus etiã ignorans efficiatur hæres, secundũ Bal. Lud. Alex. & Ias. in l. ei⁹ qui in prouincia. per illũ tex. ff. si cer. pet. quãuis Ang. in §. j. Insti. de hær. quali. & differẽ dixerit de hoc esse tex. singularẽ in l. ex parte. ff. de acqui. hęred.
8 † Et ratio differentiæ est inter filium suum hęredem, & seruum hæredem necessarium: quia filius est capax beneficij abstinendi, sed non seruus, secundum Bald.
in d. l. eius. ij. col. † Tertiò & vltimò habemus hæredes suos & necessarios, quibus ratio naturalis quasi lex quædam tacita parentũ successionẽ adiicit, velut ad debitam successionẽ eos vocãdo, propter quod in iure ciuili suorum hæredum nomẽ eis indultũ est, ita q nec iudicio quidem parentis, nisi certis de causis submoueri ab ea successione possunt, vt l. fin. in prin. ff. de bonis damna. & sunt illi, qui tẽpore mortis testatoris erant in eius patria potestate, id est pietate, cùm hoc casu potestas accipiatur pro pietate, secundum glo. in d. §. rursus. prout sunt filij testatoris ex legitimo matrimonio nati, siue sint filij primi gradus siue cæteri liberi gradus inferioris, quales sunt nepotes, pronepotes, & cætæri per rectã lineã descendẽtes: q omnes sunt in potestate stipitis, scilicet vetustioris ascendentis, quãdiu viuit. Insti. quib. mod. ius pa. pote. sol. §. j. ita q si Adã hodie viueret, nos omnes in sua potestate haberet. † Sanè tamen intelligatis verum. q stantes in patria potestate tẽpore mortis testatoris sunt sui hæredes, si tẽpore illo, quo testator decessit nemo proximior eos prędecederet. Ex quo datur intelligi, q nepos non esset suus auo, si tẽpore mortis aui filius eũ præcedebat, quãuis nepos sit in aui potes-
te. l. in suis. vbi Bart. ff. de libe. & posthu. † De essen-

tia ergo

BIU Cujas

tia ergo ſuitatis, vt in aliquo operetur ſua priuilegia integra, duo requiruntur. Primò, ꝙ quis teneat primũ locum, & nemo eum præcedat in gradu. Inſt. de hæred. quali. & differ. §. ſui. & l. j. §. & generaliter. ff. de ſuis & legi. hæredi. Quod indubitanter eſt verũ, quoties tractatur de ſuccedendo ab inteſtato, vel ſi teſtamentum fuerit factũ, tractatur de ſuccedendo cõtra voluntatem defuncti teſtatoris. Sed quantum ad ſuccedendum ex teſtamento ſecundũ volũtatẽ defũcti, & ſic ex inſtitutione ſcripta in teſtamẽto, nepos licet primus nõ exiſtat, tanquã ſuus & hæres auo ſuccedit. ſi filius fuerit exhæredatus, qui nepotem præcedebat in gradu, vt eleganter decidit Ioã. Fab. in d. §. ſui. per tex. in l. qui in aliena. §. interdum. vbi Bart. in iij. opp. rationem aſſignat. ff. de acqui. hær. qui tex. eſt ad hoc
12 valde ſingularis. † Secũdò eſt notabilis ad aliud: quia licet ad hoc, vt valeat exhæredatio filij, ſit neceſſe ꝙ hæreditas patris adeatur per hæredem teſtamẽto ſcriptum, per quam aditionem confirmetur illa exhæredatio, ſicut confirmant cętera in teſtamẽto relicta, vt plenè vidiſtis ſuprà, *Mortuo itaq; teſta.* j. & habetis in l. filium. §. j. ff. de contra tab. & l. Papinianus. §. ſi cõditioni. ff. de inoffi. teſt. tamen ibi eſt tex. ꝙ ſi nepos fuerit in teſtamẽto aui inſtitutus, cùm ſit ſuus & neceſſarius auo, illa ſuitas operatur confirmationem
13 exhæredationis filij abſque alia aditione. † Tertiò eſt ibi caſus not. ꝙ licet nepos, mortuo auo reincidat in poteſtatem ſui patris, & ſic adire non poſſit aliquam hæredit. ſine iuſſu patris, in cuiꝰ poteſtate eſt. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hære. tamen ſi nepos fuerit ab auo hæres inſtitutus filio exhæredato, talis nepos abſque alio ſui patris iuſſu efficitur auo ſuus
14 hæres, & neceſſarius. † Quartò eſt ille tex. valde not. ꝙ filius exhæredatus efficit ſuus & neceſſarius hæres patris exhæredãtis mediãte pſona nepotis. Ideo Bal. ibi dicit illũ text. eſſe ad hoc mirabilẽ, cui eſt ſimilis
15 in l. filius patroni. ff. de bo. libe. † Secũdò requiritur vt quis dicatur hæres ſuus, ꝙ ſit in poteſtate illius parẽtis, de cuius ſucceſſione agitur tempore ſuæ mortis, prout ſunt filij ex legitimo matrimonio nati, aut naturales tãtùm tẽpore mortis patris legitimati. Quia tales iura habent ſuitatis, & omnes effectus ſicut verè legitimi, ſecũdum Bal. ſingulariter in l. eam quam. j. col. C. de fideicom. Nam quantumcunque filius primum locum teneret, niſi eſſet in eius poteſtate, non diceretur ſuus, nec gaudere poſſet priuilegio ſuitatis niſi in quinque caſibus, in quibus hæc cõcluſio fallit,
16 † Primò fallit in Poſthumo, qui licet tẽpore mortis patris non eſſet in eius poteſtate, cùm tunc natus nõ eſſet, & in vtero exiſtens non ſit in patris poteſtate. l. fin. ff. de colla. bo. tamen naſcendo eſt ſuus, & habet iura ſuitatis. l. poſthumorum. ff. de iniuſto rupt. teſta. & l. Gallus. ff. de liberis & poſthum. & ratio eſt, quia qui in vtero eſt, quo ad ea quæ ſuum concernunt cõmodum, habetur pro iam nato. l. qui in vtero. ff. de ſtatu homi. Et dixi plenè in verbo, *Et ſoboles quam ge-*
17 *ſtabat in vtero.* † Secnndò fallit in monacho, qui licet nõ ſit in patris poteſtate, cùm ſit in poteſtate ſui abbatis, ſecundum glo. in l. ſi ex cauſa. §. j. ff. de minori tamen eſt ſuus. l. Deo nobis. ibi, nullo eis detrimẽto. C. de epiſc. & cler. vbi hoc not. Cy. & Bal. in l. ſub cõditione. ff. de liber. & poſthum. & plenè in l. apud hoſtes. circa fin. C. de ſuis & legiti. hær. Et inde eſt, quòd per ingreſſum religionis non perditur nobilitas, vt
18 plenè vidiſtis in verbo, *duas habens filias.* † Tertiò fallit in filio adoptiuo, qui licet non ſit in patris adoptiui poteſtate, Inſtit. de adopt. §. j. tamen eſt hæres ſuus patri adoptiuo. l. cũ in adoptiuis. §. j. in fi. C. de adopt. quod eſt mirabile, ſecũdũ Bal. ibi. Ex quo infert, quartam ſpeciem hæredum qui ſunt ſui, non tamen neceſſarij. in qua ſpecie dicit eſſe monachos & clericos per l. fin. C. de epiſc. & cleri. hi enim deſinunt eſſe in poteſtate patri, & tamen non deſinunt eſſe ſui. l. ſi ex
19 cauſa. §. Papinianus. ff. de minori. † Quartò fallit in filio pupillariter ſubſtituto fratri ſuo impuberi: quia efficitur ſuus hæres, & neceſſarius fratri ſuo impuberi, in cuius poteſtate certum eſt eũ non eſſe. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ff. de vul. & pupil. facit l. Iulianus. aliâs incipit, ſi pupillus. §. j. ibi, ſine dubio neceſſarius hæres exiſtet. ff. de acquir. hæred. Hoc fallit in exeũtibꝰ patriam poteſtatem per dignitatis apicem, de quibus in §. filiusfamil. Inſtit. quibus mod. ius pa. pote. fol. Quoniam nihilominus remanent ſui, per tex. in §. j. in Auth. conſti. quæ digni. libe. à patria po. quantũ ad ea, quæ eis ſunt vtilia. Ideo ex iure ſuitatis paternã tranſmittunt hæreditatem, ac ſi in patris poteſtate eſſent, vt infrà videbitis, & tenet Barba. ſuper rubr. de peculio. ij. col. videatis Ang. in §. emancipati Inſtit. de hæredi. quæ ab inteſta. defer. ij. col. His enim caſibus exceptis, niſi hæres primũ locũ deſcendentium tenẽs fuerit tẽpore mortis teſtatoris in eius poteſtate, non dicetur hæres ſuus & neceſſarius. ex quo ſequitur, ꝙ liberi emancipati vel aſcẽdentes aut collaterales, vel filij reſpectu matris non dicũtur ſui & neceſſarij, ſed ſunt voluntarij, ſecũdum Ang. in d. §. emancipati. cùm eos non habeant in poteſtate, niſi ſtatutum patriæ, aut conſuetudo aliud diſponeret, vt plenè vidiſtis ſuprà in verbo, *ſi abſque liberis moreretur.* in materia pupillaris ſubſtitutionis, in tertio requiſito. Idẽ vt dixi, in his qui ſunt in poteſtate, tamen
20 alius eos præcedit in gradu. † Et prædicti ideo dicũtur ſui hæredes, quia in poteſtate teſtatoris ſunt, ad cauſam cuius pater & filius eadem perſona reputantur. l. finale. C. de impube. & aliis ſubſti. Vocantur enim ſui, quia domeſtici hæredes ſunt, & viuo quoque patre domini paternæ hæreditatis quodãmodo exiſtimantur. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. & bene dicit quodammodo. ad demonſtrandum illud dominium quod viuente patre habet filius in paterna hæreditate, eſſe dominium interpretatiuum, & intellectuale. Quia ex quo lex interpretatur filium eſſe eandẽ perſona cũ patre, noſtro intellectui declaratur illũ, ſcilicet filium eſſe dominũ & patrem: ſecus quo ad dominiũ verũ & effectuale. Quia dominiũ eſt quædã plenitudo, quæ plures nõ capit inſolidũ. l. ſi vt certo. §. ſi duobꝰ vehiculũ. ff. cõmoda. & c. licet. de proba. Quã pleditudinẽ non habet filius viuẽte patre, cùm ei deſit adminiſtratio & facultas diſponendi: quã poſteà adipiſcitur, & in eum trãſit ipſo facto ex iure ſuitatis patre mortuo, taliter & intãtum, ꝙ ſi quis deceſſerit inteſtatus, prima cauſa eſt liberorũ ſuorũ hæredum, qui ipſo iure hæredes fiũt etiã ignorantes, qui quãuis furioſi ſint, tamẽ hæredes ipſo iure fiũt. Quia ex quibus cauſis nobis ignorãtibus acquirit, ex his & eiſdẽ furioſis acquiri poteſt, ita ꝙ ſtatim poſt mortẽ parẽ-
21 tis, quaſi continuatur dominiũ vſque adeò, † ꝙ illud quod operatur aditio hæreditatis in hæredibꝰ extraneis, quia operatur translationẽ dominij in eos. l. ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſ. & plenè vidiſtis ſuprà, *mortuo itaq; teſta.* j. id idẽ operatur in iſtis ius & potẽtia ſuitatis, cũ ipſo iure ſine aliquo actu, & quocũque ceſſante facti miniſterio fiant hæredes: ita quòd tuto
22 ris authoritate opꝰ nõ eſt in pupillis, † cùm etiã ignorantibus & furioſis acquiratur ſuis hæredibus hæreditas

BIU Cujas

reditas sine curatoris cõsesu, sed ipso iure, vt pulchrè dicit tex. in §. sui. Insti. de hære. quę ab intest. deferũt.
23 †Tales enim scilicet sui, portio sunt paterni corporis transfusa in liberorũ procreationem. ex quo dicit Philosophus in v. & vj. Ethic. ꝙ filius est aliquid patris, imò est pars eius, cui concordat tex. in l. cùm scimus. C. de agric. & censi. lib. xj. vbi habetur, quòd filius est portio paterni corporis. Quæ quidẽ portio, licet cõuersa sit in nouum hominem propter nouam & diuersam animam, negari tamen non potest quin in filio remanserit vera caro & corpus patris, qui, vt dicunt naturales, præbet formã in procuratione filij, & mater præbet materiam, secundum Philosophum in ij. de generatione animaliũ. Or certum est, quòd forma est, quæ dat esse rei & substantiam. ff. de acqu. rerum do. l. adeò §. insulã. in fin. & l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. ideo quia pater præbet formam, quę
24 nobilior est, filius cum eo censetur esse idẽ. †Tamen quia mater in procreatione liberorum, præbet materiam, & sic maiorem portionem, plus liberos diligit, quàm faciat pater: cùm naturaliter illam rem magis diligamus, in qua maius scimus nos habere ius. Et vt dictũ est, maior portio de substãtia matris est in corpore filij, quàm de substantia patris: quia vt Galen' ait, sperma hominis est velut fidas ad cerã, id est instrumẽtum ad materiã circa se coagulandã. Inde dicitur mater quasi materia in generatione, vel quasi mãma: quia mamillas terit. Propter quod cõfunditur opinio aliquorũ erroneè dicentiũ, ꝙ mulier non
28 dicitur generare filios, sed solus pater, habita nominatione ab agẽte, non à patiente, quod fatuũ est dicere, secũdũ Pau. in l. j. C. de cõd. inser. Vbi dicit, quòd ęquè principaliter generat mulier sicut masculus, cũ generatio fieri nõ possit sine vtroq; : quia cùm secũdũ naturales pater præbeat formã, & mater furniat materiã, in re generata æquè principalis est materia sicut forma: imò se habet per pri⁹, cùm sine materia imprimi non possit nec esse forma, sed ecõuerso sic. Et si aliud diceretur, sequeretur ꝙ Christus nõ fuit de generatione Dauid generatus ex fœmina, scilicet Virgine gloriosa, quæ fuit de stirpe Dauid, nõ autẽ ex masculo, cùm patrem nõ habuerit in terris, & tamen euãgelium testatur contrarium Matth. j. dũ dicit, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Quæ omnia patenter etiam dicit tex. in l. maximum. ibi, vt vnde generẽtur non fiant, scilicet mulieres, secũdum glos. ibi. C. de lib. præte. Etiã sequeretur, quòd Christus non fuisset homo, si mater non generasset, quod est hæreticũ. Paritérq; ecclesia erraret, virginẽ Mariam vocando Dei genitricẽ. Etiam saluator, Lucæ xxiij. dicit, Beatæ steriles & ventres quę non ge-
25 nuerunt. †loquit cũ mulieribus, quæ cum viris in actu generationis ad imparia non iudicantur, imò simul generãt, & proles inde genita dicitur de genere matris, sicut & patris, de quo plenè in l. j. ff. de proba. per doct. post gl. Ideo decidit in prima parte Maria.
26 cõsi. j. † ꝙ appellatione fratris carnalis venit frater vterinus. Nõ enim solis maribus inest semen, verum etiam fœminis. Vnde Varro: Nõ tantũ, inquit, maribus inest semen, verum etiã fœminis. Et inde plerũque matribus similes procreari, si earũ semẽ sanguine esset purgatũ, quòd si rectè cum virili mixtũ sit, vtraque cõcreta & simul coagulata informari, & primum quidẽ cor hominis confingi, ꝙ in eo sit & vita hominis & sapiẽtia, denique totũ corpus xl. die consummari, & semen, vt ait Lactan. in libr. de opificio Dei, cap. xij. ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibíque concrescere. Sed hoc humana mẽs quomodo fiat non potest comprehendere. Hæc ibi. Præterea illud plus diligimus, pro quo plus laboramus. †Mater autẽ plus laborat erga filios, quàm pater. Primò eos portando nouem mensibus in vtero, quod non leue dicitur onus, tãto tẽpore conceptum in vtero portare. Inde est secundum aliquos, ꝙ sicut ædificium latius & grossius est inferius, & magis subtile superius, ita mulieris corpus grossius est in partibus inferioribus ad portandum tale onus. [Ambrosius super Lucã. ij. c. tu matri debes pudoris iniuriã, virginitatis dispendium, partus periculum, vteri lõga discrimina, cui miseræ in ipsis natorum fructibus maius periculum est, & cũ dederit quod optauit partus absorbetur.] Et subtilius & gracilius est in superioribus. Tamen verior est alia ratio, quam assignat Rabi Salomon, quem sequitur de Lyra, super verbo, & ædificauit. Genesis ij. c. vbi dicit, hoc ideo esse ꝓpter debilitatẽ calidi naturalis in muliere, quæ naturaliter est frigida, ideo maior pars alimẽti, de qua fit nutritio & augmentũ remanet in inferioribus partibus, & minor pars superius eleuatur. [Videatis Lucã de Pẽna, in l. j. C. de agẽtibus in rebus. lib. xij.] Cõtrarium autem est in masculo propter fortitudinem calidi naturalis. Ob quod habet communiter pectus latius, scapulas, & caput. Secũdò magis laborat mater in liberos pariendo, ex quo multoties contingit sibi mors, Prout Lyra Act. vlt. refert de vipera serpẽte venenato, †qui ideo sic nominatur, quòd vi pariat.
Nam catuli in vtero existentes quando crescunt latera eius rodunt, & sic exeunt matrem interficiendo. Vnde multæ matres in puerperio moriuntur, vel mortuos pariunt. l. quæritur. ff. de ædil. edict. Tertiò magis laborat mater post partum eos lactando, & nutriendo, & eius officium magis apparet in muliere, ex hoc quòd est in conceptu grauida, in partu dolorosa, & in lactãdo laboriosa. Vnde Feli. in c. ex literis, de conuersio. infide. Similiter, quia illam rem plus diligimus, quam certitudinaliter nostrã esse scimus. Mater autẽ certitudinaliter scit, ꝙ filium de se genuit, vir autem & si credat, certus tamẽ non est, ꝙ de suo semine fuerit cõceptus. Vnde Philosoph. iiij. Ethico. Mater, inquit, plus diligit filios, quàm pater: quia certior est de eis, vt etiam dicit tex. in l. quia mater. ff. de in ius vocã. & Lyra Actu. xvj. in prin. Postremò quia vt dicit Augustinus, amicitia cõtrahitur ex consuetudine cohabitãdi, colloquẽdi, & cõuersandi. Mulieres autẽ cum filiis magis consueuerunt cohabitare, colloqui, & cõuersari, quã patres. Igitur plus diligunt eos, & è conuerso filij præsertim iuuenes durante pueritia plus matres diligũt, & familialiter sequuntur, quàm patres, vt l. quis sit fugitiuus. §. idẽ Iu-
29 lianus. ff. de ędil. edi. †Et inde est, ꝙ matrimoniũ nõ à patre sed à matre nomẽ assumpsit, vt d. ca. ex literis de conuersio. infid. secundũ Doct. in rub. de spon. &
30 Io. Fab. Inst. de patria pote. in prin. †Sicut quia pater plus, q̃ mater studet, & laborat ad bona acquirenda pro filiis, talis bonorũ acquisitio denominatur patrimoniũ à patre, & nõ à matre, q̃ præsumptione iuris, vt cesset præsumptio turpis quæst⁹, nihil præsumitur habere, imò omnia bona domi existẽtia præsumũtur mariti esse. l. Quintus. ff. de don. inter vir. & vxo. & l. etiã. C. illo eod. tit. & ideo vocatur patrimonium, quasi à patre quæsitũ. Et quod dixi, quòd omnia bona præsumuntur esse mariti, est verum, nisi vxor publicè negotiaretur, vt facere consueuerunt mulieres in Francia, secundum Bald. in l. j. C. de edend. quem

BIU Cujas

31 refert Barba.in c.j.de pecul.cler.in prin.†Inde est,q̃ in Francia ex consuetudine omnes conquestus facti matrimonio constante,sunt cõmunes inter virum & vxorẽ,secundum Io.Fab.in §.j.in fi.Insti.de acquisit. per arrog.& in rub.de nup.ideo in his optimè verificatur tex.in l.aduersus.C de crimine expila.hære.vbi dicit,q̃ cõiuges sunt socij diuinę & humanę domus. Or quod dixi s. quòd pater præbet formam in procreatione filij,est sanè intelligẽdum: quia non capio formã pro anima, quã solus Deus infundit, vt plenè dicit glo.in cle.j. de summa Trini. Licet ergo à patre mortuo residuum corporis quod apud patrẽ remansit,extinctũ sit,hæc tamen particula,quæ in filij procreatione fuit transfusa,non est extincta,sed aucta,& augmentata, noua anima ac nouo spiritu infusis adhuc viuit.Vnde ponit respectũ ad solũ corpus,corp' & caro filij. quãuis propter nouam animã ac nouum spiritũ verè dicatur nouus homo:cùm realiter anima filij non sit anima patris, nec illa quæ fuit patris mortui. Ob quod dicit Bal.in l.si quidẽ.in fi.C.de excep.

32 q̃ † scientia patris non est scientia filij. Pariter dicit in tit.de notis feudo.in fi.q̃ cõscientia filij nõ est cõsciętia patris defũcti,aut viuẽtis,nec è cõuerso,imò est diuersa.cap.quæris.de cõsecra.dist. iiij. quia cùm anima sit indiuidua , licet accidentia animæ possint esse cõmunia,tamen impossibile est in duobus corporibus eandem animã esse. Vnde,vt dictum est,sciẽtia aut ignorantia patris non est scientia filij, nec ignorãtia,secundũ Bal.in l.si quidẽ.in fi.C.de excep.Ideo ille cuius conscientiæ aliquid cõmittitur, non posset alium substituere,vt ibi per eum,& in l.nulli.versic. deinde not.C.de epis.& cle.vbipulchrè.Quia anima vnius,quãuis patris,non est anima nec cõscientia alterius,secundũ Panor.in c.fi.de offi.deleg. & in c.cũ in veteri.de elect.Alex.in l.à iudice.C.de iudi.& Ias. in l.j.x.col.ff.de offi. eius cui mãdata est iurisd.& dicetur.j. in materia transmissionis, quibus ista iungetis, & illa istis.Et in hoc errauit Auerrois dicens omniũ hominum eundem esse intellectum , quo falsum est: quia etiam in patre & filio non est idem.Vnde dicit Bal.in l.fi.§.sed & si quis.in fi. C.cõmu. de leg.quòd conscięntia mea apud alios nihil est,sed mihi sonat in mentẽ,& obligat me. Quia,vt ait Chrysostomus, cõscientia est lex intellectus nostri, & sic non alieni: & fides nostra à fide discrepat alteri': Adeo q̃ si cõmitteretur fidei meæ aliquod castrũ, cõmissio nõ transit ad alium:ideo de iure oẽs magistratus sunt personales,vt ibi per antea dixerat Bald. & iuramento hæredis à iuramento discrepat testatoris. Vnde restat,q̃ verè filius non est idem cũ patre.Tamẽ fictè filius dicitur idẽ cum patre,sicut si de radice vitis aliquis ramus propagaretur, deinde siccaretur vetus radix,nõ propterea siccaretur ramus propagatus: quia nouam emisit radicem, quæ in plantis loco animæ habetur, vt d.l.adeo.§.fi.& l.qua ratione.in prin. ff.de acqui. rerum do. Tamen dicetur eadem vitis cum illa,vnde processit,licet ad præsens renouata sit,& noua radice alita & nutrita,propter quã noua dicitur arbor.l.sed si ex meis.§.arbor.ff.de acqui.rerum do.inde dicebat Aposto.j.ad Corinth.vij. Habeat vnusquisque suam vxorẽ,non luxuriæ causa,sed posteritatis dilectione, vt qui permanere per se non potest,per filios permaneat. Thobiæ viij. Facit l.liberorum. ff. de verbor. sig.& in Auth.de nupt.post prin.sequitur Io.Fab.super rub. Insti.de nup.Et alibi dicit tex.xxxvij.distin. can. prius quàm. q̃ filius clerici est argumentũ incõtinentiæ paternæ ambulans super terram.Et ideo tales spurij clericorũ sunt serui ecclesiæ, c.cùm multis. xiiij.quæst. vlti. quod tamen hodie non seruatur de consuetudine secundum glo.ibi,& Panor.in c.j.in fi. de treuga & pace. †Et ea quæ dixi de patre ad filium intelligatis vera etiã in nepote ex filio , & de cæteris descendentibus: quia nepos licet habito respectu ad nouam animam, dicatur nouus homo,tamẽ respectu substantię corporalis est quasi idem homo cum filio eius patre,& sic cũ auo suo. Et hoc est,quod dicebat Aurelius Augustinus x. super Genesim ad literam,q̃ omnes fuimus in Adam, non solum secundum seminalem rationem, sed etiam secundum corpulentam

34 substantiam. Quòd non est intelligẽdum, †quòd in Adam actu fuerit , aut seminalis ratio huius hominis propinqua, vel corpulenta eius substantia,sed vtraq; fuit in Adam secundum originẽ.Nam & materia corporalis quæ ministratur à matre in generatione, quã vocat corpulẽtam substantiam, deriuatur originaliter ab Adam,& similiter virtus actiua existens in semine patris,quę est hominis generati ꝓpinqua ratio seminalis,secundũ beatũ Tho.in j.parte.q.vlt.arti.ij. & in iij.parte.q.xv.arti.j.in responsione ad secũdum argumẽtum.Et inde dicit Bal.in c.quę in ecclesiarũ. xix.col.de constit.q̃ filius nomen naturæ est,scilicet genituræ, caro ex carne parentis decisa, & ex lumbis eius transmissa per vias seminales,sicut natura manifestum est. † Ad quod clarius demonstrandum ad-

35 duco vobis,primò demonstrationes naturales. Nam secundum Philosophos , in semine hominis est quædã vis impressiua , & actiua deriuatiua ab anima generantis,& aliis suis parentibus remotis,& sic est idẽtitas particularis naturæ patris & filij,secundũ Tho. vbi suprà artic.j.ideo dicitur ij.de anima, q̃ quandiu viuunt filij remanet in eis pater defunctus quodammodo,& sic pater viuit in filio post suum obitũ. Vnde non abs re dicit & pulchrè Mercurius Trismegistus Moysi contemporaneus , in sermone vniuersali ad Aesculapium secundum orbis medicum. Quod præstãs id in vita cẽsetur studium, atque ipsum apud sapiẽtes pręcipuum,procreatio liberorum.Extrema verò omnium calamitas & impietas accidit illi , qui absque filiis è vita decedit. Qua de causa dæmonibus dat pœnas post obitum. Igitur ô Aesculapi,cùm homine qui nullos genuit filios, nullum habeto cõmercium,infelicitatis tamẽ eius miserere. Hæc ille.Melius tamen esset,& vtilius mori sine filiis.quàm relinquere impios.Ecclesiast.xvj.ad quod propositũ Gagui. lib.iiij.c.ij. de ingratitudine impiæ prolis cõtra Ludo. Pium Francorum regem post obitum Caroli magni eius patris imperatorẽ,loquẽs sic dicit:Huius rei indignitatẽ si quis diligẽter putet, malit mea sentẽtia cœlebs priuatúsq; viuere,quàm filiorum fœcũdissima sobole esse parẽtem. A quibus per summam ingratitudinem è supremo honoris culmine se deiectum aliquando queratur.Ludo.tanta calamitate accepta de sua flebili conditione epistolam edidit,qua posteros admoneret etiã summis quibusque principib' à domesticis, atq; ab ipsis liberis impẽdere pericula. Quod enim cõseruandis regibus firmius præsidiũ,quàm pietas,quàm mansuetudo,quàm clemẽtia & liberalitas esse potest? In has tamen virtutum tam firmas munitiones Ludouico irrupit filiorum aduersus pium & beneficum patrẽ inquitas & sæua ambitio dominandi.Hęc ille.Secundò hæc idẽtitas patris & filij demonstratur iure diuino. Primò authoritate veteris testamenti Genesis. xxj. ibi,in Isaac vocabitur tibi semen.& xxij.ibi,Multiplicabo semen tuum,

ficut

ſicut ſtellas cœli. Secundò hoc demonſtratur autoritate noui teſtamenti Ioan.x.ibi,Ego & pater vnum ſumus.& Luc.xv.ibi,Fili tu ſemper mecũ es, ſcilicet
36 per identitatem paternæ naturæ. † Tamẽ verum eſt, quòd minor eſt cõſubſtãtialitas patris & filij in diuinis:quia amborũ eadem eſt ſubſtãtia ſpecie & numero.cùm natura diuina non ſit multiplicabilis,nec diuiſibilis,vt clarè demonſtrat tex:. & ibi Nicolaus de Lyra,ſuper epiſt.ad Hebr.j. & idem de Lyra,in prẽludio ſuper Ioan.j.c.verſ.circa tertium ſciendũ eſt.in fi.vbi dicit, quòd in diuinis pater & filius idem ſunt in idẽtitate naturæ nõ ſolũ ſpecifica,ſed numerali. & hoc vult dicere tex.j.Ioã.v.Tres ſunt qui teſtimoniũ dãt in cœlo,pater,filius,& ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt, & alibi Io.xvij. Volo pater vt ſint vnum in nobis,ſcilicet per adoptionẽ,&mutuã dilectionẽ, ſicut amans eſt in amato & econtra, ſicut & nos vnũ ſumus,ſcilicet per naturam & eſſentiam.& Ioã.xiiij. Veritas dixit,quia ego in patre,& pater in me eſt,& qui videt me,videt & patrem meum,& Bal.de differentia patris & filij, qui numerali ſubſtantia differũt loquens allegato tit. de notis feud. in fi.eleganter dicit,æternum illum & ineffabilem filium ſemper exci pio, qui nouit omnia, quæ ſunt patris. c. ſaluator.de cõſecra.diſt.vlt.quaſi dicat, quòd pater & filius in diuinis ſunt vnũ & idem omnimoda idẽtitate ſubſtantiæ & naturæ ſpecifica &numerali.In filiatione autẽ humana, in qua pater & filius diſtinguũtur ſuppoſito,licet pater & filius vnũ ſint ſpecie & natura, non tamen numero,quia dicit Lyra j.ad Corint.xj.in generatione naturali generãs non coniungitur genito ſecundum ſubſtãtiam,ſed ſecundum virtutem.& ita intelligitur Eccleſiaſtici xxx.ibi, Mortuus eſt pater & quaſi non eſt mortuus. reliquit enim filium ſimilẽ
37 ſibi poſt ſe in vita ſua. † Or notanter dicit ſimilem, quia nullum ſimile eſt idem, ſaltem identitate ſubſtantiali & numerali. l.quod Nerua.ff.depoſiti. Nam antequam duo ſint idem,requiritur quòd in omnib' ſit conformitas, ſcilicet quo ad formam & effectum quo caſu vbi eſt omnimoda cõformitas, ibi erit idẽtitas,aliàs eſſet ſolùm ſimilitudo, quæ ſecundũ Philoſophos magis dicitur ſignificare propinquitatem, quàm identitatem,ſecundum Bar.Bal.Ang.& Alex. in l.qui liberis. in prin.ff.de vulg.& pupil. Inde dicit Boetius ſuper topica Tullij,lib.iiij. quẽ ſequitur Ioã. And.& Domini.in c. non poteſt,in fi. de præbẽ. lib. vj. Or ſimilitudo eſt rerum ſingularium vel differẽtium cõparatio : quia in illa nõ requiritur quòd res tota ſit rei toti ſimilis, ſed in eo ad quod confertur vt ibi dicit gl.iiij.in fi. & not.idem Ioan.And.in c.eum qui,illo eo.tit.lib.vj. & Bal.in l.curatoris.C.de neg. geſt.ad qđ facit gl. elegãs in c.ſi ſacerdos peccauerit. §. Deus quis ſimilis erit tibi. de pœn.diſtin.j.quæ ad
38 propoſitum dicit,quòd †triplex eſt imago ſeu ſimili-tudo. Prima eſt identitatis,ſecundum quam ſolus Dei filius ſimilis eſt patri,id eſt idem cum patre, ſcilicet per naturam & eſſentiã. Secũda eſt imitationis, ſecundũ quã dicitur quòd magna nauis eſt imago alicuius domus. Tertia eſt ſimilitudinis expreſſæ, vt ſigillũ in cera. De his identitate & ſimilitudine videatis Iaſo.pulchrè loquentẽ in d.l.qui liberis.&Feli.in c.capitulũ.ij.col.de reſcrip. Cui autẽ incumbat onus probãdi,an alleganti ſimilitudinẽ, an illam negãti,videatis Bal.ſ. in proœmio, Rex pacificus,xiiij. col. Tertiò hæc identitas patris & filij demonſtratur iure iſto canonico, per tex.not.in c. contradicimus. §.hac authoritate.ibi,cùm vna caro probentur pater & filius.xxxv.q.iiij. Quartò hoc probatur iure ciuili per tex.in d.l.fin. C.de impub. & aliis ſubſt. & per plura alia exempla legalia. Nã videmus,quòd ſi vna actio putà ex teſtamẽto transfundatur in aliam,ſcilicet ex ſtipulatu per ſtipulationem animo nouãdi factam,ſecundum ea quæ habentur in §. præterea.Inſt. quib. mod.toll.obl.licet prima extinguatur,non tamẽ cẽſetur extincta, ex quo ſupereſt alia loco ipſius ſurrogata, in quã fuit ſubſtãtia primæ trãſmiſſa. Ita quòd nõ eſſet falſum dicere, quòd illud debitũ nouatum ſit debitum ex teſtamento,licet actione ex teſtamento nõ debeatur, l.cùm filius.§.hæres meus. ff.de leg.ij.quia nõ titulus actiõis, ſed originalis cauſa eſt inſpicienda.l.tutor.ff.de fideiuſ. & l.qui id quod. ff.de
39 dona. † Et ad hoc,quòd aliquid dicatur verũ, ſufficit ꝙ habeat aliquid veritatis admixtũ.l.quid tamen. ff.
40 de contrah. emp.† Et ad hoc,quòd aliquid dicat extare,ſufficit quòd aliquid quantũcunq; modicũ de illo extet. l.domũ.verſ.ſi verò,illo eod.tit.& l. ſi cui vſusfructus inſulæ.ff.de vſufr. Ex quibus ſequit,quòd pater non dicitur mortuus,vel deſiiſſe ſtare, dum ſupereſt filius. Similiter filius non dicitur mortuus,ex quo ſupereſt nepos ex eo, in quem tranſfuſa fuit ſui patris ſubſtãtia,quæ erat vna & eadem cum ſubſtan-
41 tia aui. † Nepos enim dicit, quaſi natus ex auo & ex proprio aui corpore : adeo ꝙ illa conditio ſi abſque filiis deceſſerit, deficit ſi decedat relicto nepote ex filio defuncto,vt eſt caſus in l. Lucius.la ij. ff.de hære. inſt. facit l.j.C.de cõd.inſer. & no.gl.in c.in præſen-
42 tia.de prob. † Hæc omnia de idẽtitate patris & filij probãtur per tex. meliorẽ de iure in l.liberorũ. ff.de verb.ſig.facit l.ſcripto.ff.vnde liberi. Prętereà videmus, quòd ſi hęreditas deferatur primogenito ex cõſuetudine patrię,nepos ex filio primogenito prefertur patruo ſuo,quia cenſetur primogenit':cũ ſit ſubſtãtia patris ſui mortui, vt elegãter poſt longã diſputationẽ decidit Bal.in l.cũ in antiquiorib. C.de iure delib.Pan.in c.licet, de voto & voti redemp. & in ij. parte conſi.iij.col.iiij. & idem in feudo tranſuerſali. Nam mortuo vaſallo ſine deſcendentibus & aſcendentibus, ſuperſtitibus fratre & nepote ex primogenito fratre mortuo, ille nepos excludet patruum, & ei præfertur in feudo ſui patrui mortui,de quo plenẽ dixi ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquẽs.* xviij. limita.& videre poteſtis Franc.Are. conſi.clxiiij.vbi tangit, an poſſint parentes pacto nepoti præiudicare illud ius prelatiõisei tollẽdo.Ad predicta facit quod decidit in l.cùm legitimæ.ff.de ſtatu ho.& in l.j.& l. aſſumptio.ff.ad municipa.vbi dicitur inde oriũdus filius,vnde eſt pater,ita quòd paria ſeu patris ciuitas dicitur eſſe origo filij. Ex quo elegãter infert Bal. in c.quia propter.vij.col.de elect.ꝙ quia Deus æternus eſt pater noſter,ita paradiſus eſt naturalis patria noſtra, cùm patriã patris filius ſequatur de neceſſitate, ad quã cum ſorde nemo perducitur catholicè Deum obſecrãs,vt qui ſolus poteſt lauet nos : quia putredo paradiſum non ingreditur, quia habitatio patris habitatio filij dicitur,vt idẽ dicit Bal.in l.illud. C.com
43 munia de manu. Præterea facit, † quia æſtimum patris filio prodeſt etiã patre viuẽte, quia cenſetur æſtimum filij,ſecundũ gl.in l.ij. C.qui ætate ſe excuſant. lib.x.per quam dicit Bal.in l.j.§.illud. C.cõmunia de
44 ſucce. † ꝙ habitatio patris cẽſetur habitatio filij.& Bar.in l.j.§.domini. ff. ad Silleia. dicit quòd libra ſeu cataſtrũ patris prodeſt filio in poteſtate vel emãcipato,ſed nõ aliis de familia. Nec mirũ,quia quod vnus habet, alter videtur habere. l.cũ ſcimus.C.de agric.

BIU Cujas

& cenſi.li.xj. & quod vni placet alteri placere videtur,l.ſi operarum.ff.de oper.libe. Circa quod videatis Bal.in l. etiã. C.de execu.rei iudi.& in l. j. §. illud C.cõmu.de manu.& in l.ij.ad fin.C.de lib.& eor.lib. & in c.fili.de capit.qui curi.vend. Ideo dicebat idem Bal.in l.ij.in fin.C.de ſuis & legi.hære. ꝙ illud quod filiuspoſsidet,pater videtur poſsidere,& econtrà.idẽ
45 Bal.in l.prætor.§. ſed & fili⁹.ff.de edẽ.dicit,† ꝙ libra & æſtimum patris prodeſt filio,quãuis ſeorſum à patre habitanti, alleg. glo. in d.l.ij.quam dicit non eſſe alibi,de quo per Ang.in dicta l.fin.C.de impu.& aliis ſubſtit.& Bald.in d.l.j.§. domini.ff.ad Silleia. etiã ſi eſſent plures filij: putà mille,omnib⁹& cuilibet prodeſſet inſolidum, quandiu pater viueret, ſecundum Bal.ſingu.in c.quæ in eccleſiarũ.in fin.de cõſti.vnde nõ abs re dicit gl.in §. ſancimus.in Aut.vt hi q̃ obli. res minorũ.quòd ſi pater fuit debitor:ergo ſuus fili⁹ eſt debitor, quam gl.commẽdat Bal. vt ſingularem in l.apud hoſtes.C.de ſuis & legit.hære.quæ qualiter intelligatur infrà dicetur.Ad quod facit,quodvoluit Apoſt.ad Gala.iiij.ibi, eſt filius: ergo hæres.Pro cõmendatione dictæ gloſ.videatis Iaſo.in l.filius .C.de pactis.& in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogã. Sanè tamẽ intelligatis,quòd ſi pater fuit debitor, filius ſu⁹ hæres etiã cẽſetur eſſe debitor, ſcilicet ciuilis,non autẽ
46 criminalis. C. ne filius pro patre.per totum. † Non enim tenetur pater pro delicto filij, ſicut nec filius ꝓ delicto patris, vt ibi. Quod eſt verũ,ſcilicet ꝙ filius non tenetur ꝓ delicto patris actuali. & ratio eſt, q̃a homo generat ſibi idem in ſpecie,nõ autem ſecundum indiuiduum,vt vidiſtis.ideo ea quæ directè pertinent ad indiuiduum (qualia ſunt perſonales actus, & quæ ad eos pertinent,ſicut ſunt peccata actualia) non traducũtur à parentibus in filios.Non enim grãmaticus traducit in filium ſcientiã grãmaticæ,quam proprio ſtudio acquiſiuit,ſecundum Bal.in dicta l.ſi quidem in fin.C.de excep.ſic nec traducit peccatum actuale ſui volũtate cõtractum.Quia licet peccatum patris aggrauet delictum filij delinquentis, cùm delinquendo ſit imitator delicti paterni.l.ſi cohortalis ibi, cui maiorũ ſuorũ exẽpla preiudicant. C. de cohorta.lib.xij.& decidit pulchrè Bal.in c.niſi cùm pridem.vij.col.per illum text.de renuntiat. Tamen vbi filius non deliquit,delictum patris in eum nõ traducitur,vt ex eo puniatur.C.ne filius pro patre, per totũ. Facit quod dicam j. in materia tranſmiſſionis, ꝙ conſcientia patris non trãſmittitur ad filios hæredes. Inde dicit Bal.in d.c.quæ in eccleſiarũ. de cõſti. ꝙ ſi
47 filius propter delictũ mutauit parochiã,tamen pater eã non cenſetur mutaſſe,cùm pœnæ ſolis ſint delinquentibus affixæ.l.ſancimus.C.de pœnis.ſed ea quę pertinent ad naturam ſpeciei traducuntur à parentibus in filios: ideo culpa originalis traducitur ad oẽs illos, qui mouẽtur ab Adam motione generationis. Talia enim peccata deriuantur in poſteros etiã non obſtante baptiſmo parẽtum,per quod deletur originale peccatũ: quia licet per baptiſmũ auferatur reatus inquãtum anima recuperat gratiam quo ad mentem,tamen remanet quantũ ad fomitẽ,qui eſt inordinatio partium inferiorum animæ ipſius corporis, ſecundum quod homo generat, & non ſecundũ mẽtem,& inde eſt ꝙ parentes,licet baptizati,traducunt
☞ peccatum originale in poſteros [Nam peecatũ originale eſt in ſemine,ſecundũ Bal.in c.cùm in cũctis. iij.col.de elect.videatis Lyram ad Roma.v.in fin.Similiter ſicut Adam fuit prohibitus comedere de pomo,cenſebantur etiam eadem lege prohibiti omnes ſui in infinitum poſteri.quia prohibitio fuit Adæ facta, in qua tota humanæ naturæ maſſa tunc conſiſtebat:& ſic omnes ligabat,adeo quod ſi Adã ante peccatũ in paradiſo filios genuiſſet,ſub pœna mortis eadem lege ligati fuiſſent. Vide Bal.ſupra in proœmio c.Rex pacificus.x.col.] Parentes enim non eos generant,in quantũ ſunt renouati per baptiſmum, ſed in quantũ aliquid retinẽt adhuc devetuſtate primi peccati, vt poſteri cũ Pſalmiſta dicat Pſa.50. Ecce enim in iniquitatibus conceptusſum,& in peccatis concepit me mater mea.ob quod dicit Gre.ille magnus,libro xij.Moralium.c.xvj.in fine.Primam quippe viro iniuſtitiam mulier propinauit in paradiſo,quomodo ergo iuſtus apparebit,quid de illa natus eſt,quæ iniuſtitiæ propinatrix extitit, &c. Similiter à voluntate animæ per motionẽ membrorũ traducitur peccatũ actuale ad omnia membra, quæ nata ſunt moueri à volũtate peccãtis. Inde eſt,quòd ꝓ quolibet peccato putà blaſphemiæ cuncta peccantis alia membra vltra linguam quæ peccauit torquebuntur:ſed in poſteros deſcendẽtes liberos non deriuãtur, qui volũtate parentis peccantis non mouentur, ſecũdũ Tho. in j.parte.ij.q.lxxxj.ij.iij. & iiij.arti. & Ioã.Fab.in §. ſufficit.Inſti.de inge.Ad hoc faciũt ea quæ habuiſtis in verbo, *Raynutius de Clera.* in princi. quæ omnino videatis.Et ĩde eſt,quòd bon⁹ pater aliquãdo impiũ & peruerſum generat filiũ,& econtrà. Et ſi aliquando bonitas vel malitia per aliquos gradus cõtinuata fuerit, vix longè durat quin interrũpatur, quia nihil natura fert,quod tẽporis acceſſu à ſtirpe non degeneret. Reſtat ergo, quòd poſtquã fili⁹ in corpore eſt idem cum patre,quandiu manet in patris poteſtate, ſequitur quòd donũ bonorũ paternorum poſt patris obitum cõtinuat ipſo iure in filium,taliter quòd nulla videt ſibi de nouo acquiſita hæreditas,quaſi olim patre adhuc viuente dominus eſſet.Et quomodo dominus exiſtimaretur iure ſuitatis hoc operãte,quod non extinguitur in filio etiam per ingreſſum religionis,vt eſt caſus in l.ſi.C.de epiſ.& cler.& dixi plenè ſuprà in ij.caſu fallentiæ.& cõſuluit Pau. conſil.j.in fin. Vnde filius,viuo patre filiusfamiliãs appellatur, ſola hac nota adiecta, per quam diſtinguitur à genitore ille, qui genitus eſt, nõ quòd differẽtiã denotet perſonarum in ſubſtãtia, ita quòd poſt mortẽ patris nõ videtur hæreditatẽ percipere filius,ſed magis videtur ſimplicem,& nudam bonorum adminiſtrationẽ cõſequi.Quinimò dicit gl.ſing.in l.cũ hereditas.
47 C.depoſiti.† quòd vbi eſt ſu⁹,nõ eſt dare hęreditatẽ iacẽtẽ:neq; inſtãs in quo fili⁹nõ ſit heres patris cùm eo viuẽte eſſet iã dñs,quod aliud nõ ſonat, niſi quod mortuo patre filius nãſciſcit ſolã & nudã adminiſtrationẽ paternę hæreditatis.ita pulchrè dicit tex.in d. l.in ſuis.ff.de li.& poſth.Nõ dico tñ,quòd viuẽte patre fili⁹fit ꝓpriè dñs,ſed impropriè, ꝓpter ſpẽ ſucce
48 dẽdi quã habet in bonis patris.† ꝓpter quã filius regis etiã invita patrisvocat rex,licet regnũ nõ habeat in ſui diſpoſitiõe,nec adminiſtratione, ſecundũ glo. in c.Adrianus.ſuper verbo,Auguſtos.xiij.diſt.vbi filij Imperatoris vocantur viuo patre Auguſti.facit c. fi.xxiiij.q.j.& plenè dixi ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens.* in xviij.limita.tractando materiam primogenituræ. Facit etiã ad hoc qđ dixi de Adriano imperatore in verbo, *Condidit.* j.circa finẽ. Quæ omnia præſtãt argumentum pro nobilibus huius patriæ,qui etiã in vita patris vocantur domini domus, ac ſi de præſenti eſſent. Quorum loquendi vſus alia non eſt ratio,niſi ſpes ſucceſsionis paternæ, propter

quam

BIU Cujas

quam quodammodo dicuntur domini. vt d. l. in suis.
49 Vbi † ponitur dictio, quodammodo, quæ quandã denotat improprietatẽ. Quæ quidẽ improprietas locũ nõ habet in rebus, qua primogenito ex cõsuetudine
50 patrię deferũtur, prout est regnũ Frãciæ. † Quoniã in illo etiã viuẽte adhuc patre filius primogenitus propriè & verè dicitur dñs, cũ de illo regno pater disponere nõ possit in præiudiciũ: imò nec in fauorẽ filij, aliter quàm cõsutudo disponat: vt in propriis terminis singu. determinat Ioan. de terra rubea in lib. qui intitulat, vinea ecclesię, tract. iij. art. j. cõclusiõe xviij. cũ seq. & arti. ij. cõclusione x. Eo enim casu totũ regnũ est legitima primogeniti, in qua pater nõ posset
51 eũ grauare. l. quoniã in priorib⁹. C. de inoffi. testa. qa filius eã nõ habet beneficio patris, sed legis siue consuetudinis, secũdũ Dy. in c. indultũ. de reg. iur. lib. vj. de quo plenè videatis in d. xviij. limita in prin. sed in bonis patrimonialib. primogenito ex cõsuetud. non affectis, in quib. pater quandiu viuit, plenã habet dispositionẽ, & alienãdi facultatẽ, filius viuo patre dicit impropriè dñs. & in istis loquit tex. in d. l. in suis. dũ dicit, quodãmodo. Ex † quibus omnibus sequit, quòd licet in alio hærede quã suo filio hæreditas sibi obue
52 niẽs dicat titul⁹ lucratiu⁹, secundũ gl. in l. si duo ff. de acq. hære. & l. j C. de imponẽ. lucrati. descripti. lib. x. quãuis hæred. cõtineat tã debita quã credita. l. hæreditas & l. nihil aliud. ff. de ver. sig. Attamen. in filio & cæteris suis hæredib. nõ dicitur titul⁹ lucratiuus, sed dicitur solũ cõtinuari in eũ donũ paternæ hæreditatis sibi iure naturæ dubitæ. l. cùm ratio, in prin. ff. de bo. dãna. & l. scripto. ff. vnde libe. no. gl. Bar. & Bal. in l. iiij. C. de iur. & facti ign. Ex quo iustè deciditur per gl. Panor. & doc. super verbo. Quasi de lucro. in c. pastoralis. de deci. quòd filij⁹ de paterna hæredit. sibi obvẽta tanquã de lucro, cùm nihil de alio lucretur, nõ tenetur soluere decimã ecclesiæ de singulis lucris ac
53 quisitis debitã. Pariter deciditur, † quòd si ex ciuitatis statuto de acquisitiõe debeatur gabella, extraneus hæres ad illã tenebit, sed nõ filij⁹ suus hęres, per text. not. in d. l. j. de imponẽ. lucrati. descriptio. vbi hoc tenẽt Bar. Bal. Ang. & Io. de Pla. dicẽtes idẽ esse si ecõtra descendẽs ordine turbato hæredẽ reliquerit ascẽdentẽ, iuxta l. nã & si parẽtibus. ff de inoff. testa. Quoniã talis ascendẽs succedẽdo descendẽti non dicitur habere titulo lucratiuo, sed sibi dubito. ideo nõ soluet gabellã, per tex. in d. l. nã & si parẽtib. † Nec etiã
54 statuto disponẽte, quòd pro hæreditate soluatur solidus pro libra, tenebitur filius pro paterna hęreditate aliquid soluere, cũ respectu ipsius nõ dicatur propriè hæreditas: quia in suis locũ nõ habet titulus pro hærede. l. nihil. C. de vsuca. pro hærede. secundũ Christo. Porcũ in §. j. v. col. Inst. de hær. quali. & differẽ. facit gl. quam habẽt aliqui in c. iij. de pœnit. dist. iiij. volẽs quòd ieiuniũ filij liberat patrẽ obligatum ad illud. Inde dicit Inno. in c. cùm locum. de spõ. quòd si patri fit violentia corporalis, & filius aliquid fecit, vt liberet patrem, talis actus dicitur metu factus; ac si violẽtia fuisset illata filio. Hinc est, † quòd sicut vasallus non tenetur iuuare dominum contra seipsum, cùm illud nõ videatur cautũ in promissione facta domino, per glo. in c. petitio. de iureiuran. & quę dicit Cy. in l. cùm acutissimi. C. de fideicõ. Pariter nõ tenebitur eũ iuuare contra proprium filium, secundum Bal. in c. j. de noua forma inuesti. & in l. j. xxiij. q. ff. de rerum diui. & in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Quia pater & filius cẽsentur eadem caro. vt d. §. hac authoritate. xxxv. q. iij. & d. l. cùm scimus. C. de agri. & cẽsi.

ideo consuluit dominus Marianus consi. liij. inci. Magnifice capitanee. † ℘ non dicitur quis liberè relaxari de carcere, quando cogitur filium relinquere pro obside. Similiter dicit Ludo. in l. j. ff. in ius vocati vt eant ℘ etiam vbi est in aliquo actu electa industria personæ, põt quis seruire per filiũ, per casum notab. in l. sciẽdum. §. legati. ff. de legationib. quẽ Feli. in c. afferte. de prę̃sumptio. nõ credit ita extendendũ. Pariter decidit Bal. in l. ea lege. C. de cõdictio. ob causam.
56 ℘ † prohibitus alienare in potentiorem, poterit alienare in filium, quãuis potentiorẽ, per glos. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. & dicit Bar. in l. insi
57 ciando. in fin. ff. de fur. † ℘ statuto prohibitus inuitare ad suas nuptias vltra duodecim fœminas, non poterit in suis & filij nuptiis eadem die celebrãdis inuitare vltra xij. mulieres. cùm non censeantur duæ, sed vnicæ nuptiæ. de quo tamen ibi per Ange. quia pater & filius vna persona cẽsentur per quandã fictionem, secundum Panor. in c. consuluit, de iure patron. Hinc dicebat Albericus in l. eum qui probabilẽ. C. de episcop. & cleri. ℘ si filius verberat patrem, aut pater stuperat filiam, nec ille filius, nec ille pater præsumitur. Pro quo optimè facit tex. in dicto capit. afferte. Nam
58 licet re vera sint duæ personæ. & inde est † ℘ pater patronus potest filium, licet non seipsum, præsentare, secundũ gl. in d. c. consuluit tamen iuris fictione cẽsentur eadem persona. † Et ista fuit ratio fundamen-
59 talis quare iura voluerunt, ℘ pater filium si ingratus fuerit nominatim in testamento exhæredaret, vel in aliquo ipsum instituere: quoniam ipsum exhæredando impedit continuationem dominij paternæ hæreditatis in ipsum. Quæ quidem continuatio ipso iure fieret propter patris & filij fictam idẽtitatem, si in testamẽto patris præteriretẽ. Similiter pater eũ instituit in legitima vel aliquo, quãuis minus legitima, impedit continuationem integrę hæreditatis, quatenus excedit legitimam, quia quo ad legitimam inest ipso iure repletio, si quid desit. l. omnimodo. §. repletionem. C. de inoffic. testa. Ex hac enim continuatione hæreditatis de patre in filium dicunt legistę, ℘ filius mortuo patre non propriè dicitur adire hæreditatem paternam, sed dicitur illi se immiscere: nec pariter dici
60 tur eam repudiare, sed ab ea abstinere. † Nam adire & repudiare, est propriè extraneorum, immiscere verò & abstinere est suorum hæredum, secundum glos. in rub. C. de repudi. vel absti. hæredi. Quæ omnia fa-
61 ciunt pro opinione illorũ qui dicũt, † quòd mortuo emphyteuta filius eius non tenetur soluere domino feudali directo acapita quæ debentur in mutatione domini vel feudatarij pro renouatione: quia cũ pater & filius sint idem (vt dictum est) pater adhuc censetur viuere in filio, vt dicta l. liberorum. ff. de verborũ significat. Præterea patre innestito satis censetur esse filius inuestitus, vt videbitis infrà. Et hoc videtur expresè in propriis terminis decidere Bald. in ca. quæ in ecclesiarum. xvij. col. de constit. versi. extra quęro. vbi dicit ℘ quando renouatio feudi fit in persona filiorũ & descendentium, solui non debet laudimiũ, nisi feudum fuisset iam ad dominum reuersum & in corporatum. Quia ista non est noua acquisitio, secundum Iaso. post Sali. vbi in l. fina. xij. col. C. de iure emphyte. vbi in præceden. col. versi. ij. iuxta proximam quæstionem, tangit, ℘ tales filij mortuo patre non tenentur nouam inuestituram petere à domino de emphyteusi: secus de feudo: & ibi videatis per eũ. Idem tenet Ioan. Berberij in ij. parte sui viatorij vtriusque iuris, tit. de loca, & cõducto. paulò ante finem, versi.

vltimò ad breuem notitiã. dicens filiũ vel alium descendentẽ parenti ex testamento vel intestato succedentem nõ teneri soluere laudimiũ de emphyteutica hereditate seu emphyteusi hereditaria. Quia non fit alienatio in filiũ, sed quędã cõtinuatio, per l. in suis. sæpe allegatã: quod extẽdit ad alios hæredes, qui sũt quodãmodo sui, prout sunt omnes ab intesta. succedẽtes. p̃ l. hac cõsultissima. §. si quis autẽ. C. eo. Tamẽ in hac patria seruatur contrarium, vbi patre mortuo filij tenẽtur emphyteusim à dño recõgnoscere: qui licet nõ soluãt laudimia, soluũt tñ quædã acapita, secũ
62 dum quod fuit conuentũ aut consuetũ. † Et istud ius suitatis, quod filius est ipso iure patris hæres, nullo tẽpore p̃scribi potest. Nam licet iuri adeundi hereditatẽ extraneo cõpetẽti præscribi possit xxx. annis. l. licet. C. de iure delibe. attamen existentiæ sui hæredis nunquã p̃scribitur, adeò quòd licet suus hæres differret vltra xxx. annos se immiscere paternæ hæreditati tamẽ propter hoc facultatẽ se immiscẽdi nõ perderet, cùm incõtinenti patre mortuo cẽseatur fuisse hæres. l. j. §. q in potestate. ff. si quis omissa causa test. & d. l. in suis. & ita videtur velle glo. Bal. & Ange. in l. j. C. quãdo non peten. partes. licet idẽ Bal. Ang. & Pau. in l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. testa. dicant ius immiscendi ratiõe suitatis filio cõpetens non durare nisi xxx. annis, & ita intelligitur tex. iuncta glo. in d. l. licet. C. de iure delib. Tamẽ primum dictũ de iure est verius secundum Alex. in d. l. j. C. quando non peten. partes. de quo plenius per eundẽ in l. iij. ff. de acq.
63 hęre. † Nam beneficium abstinendi à paterna hæredita. nihil operatur nisi in his, in quib' est filio fauor, quòd operẽt. In aliis verò nõ habẽt in cõsideratione. l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pup. substi. ergo videtur, quòd habeatur pro hærede incontinenti, quantũ ad hoc, quòd nõ excludatur xxx. annis à facultate immiscẽdi. cùm habere potestatẽ immiscẽdi sine dubio sit fauor filio. fateor tñ quòd si hæreditas patris possideretur per aliquos, & filius differret per xxx. annos intentare contra hæreditatis possessores actionẽ petitionis hęreditatis, tunc exclusus foret ab ea petẽda. cùm tanto tempore tollatur illa actio, sicut quęlibet alia personalis. l. hæreditatem. C. de peti. hæredi. Vnde hoc casu quo ad effectum differentia non esset inter hęredem suum & extraneum, qui indubitanter excluditur dicto tempore, vt d. l. licet super quo Bal. ibi prope fiu. singulariter decidit, quẽ omnes moderni sequuntur, quòd licet filius à paterna successione tũc excludatur xxx. annis ex capite liberorũ, vt tanquã de liberis amplius non audiatur, tamen lapsis dictis xxx. ãnis audiretur veniẽs ex alio capite, scilicet legitimorum infra alios xxx. annos, vt statim infrà plenè dicam tractando materiã transmissionis hæreditatis. Sed quãdo hæreditas nõ possidetur per alios, est differentia: quia extraneus eam adire non potest
64 post xxx. annos: sed suus hæres bene poterit se immiscere etiam post illud tempus: quod verum intelligatis, si fuit à patre hæres institutus, aut ei ab intestato successit. † Quoniam si esset exhæredatus, deberet j. quinque annos testamẽtum rũpere per querelã testamenti inofficiosi. l. si quis filium. C. de inof. testa. & l. ij. C. de apostatis. Et idẽ esset secundũ aliquos, id est eodem tempore quinque annorũ excluderetur filius in aliquo modico institutus à iure petẽdi supplemẽtum legitimę, cum hoc ius petendi supplementum sit surrogatũ loco querelæ inofficiosi testamenti, & sic eodem tempore debet intentari, secundum Bar. in d. l. si quis filium. & consil. xiiij. sed in hoc non tenetur.
65 Quinimò cõcludũt oẽs Doc. q̃ sicut filius habet ius petendi hęrẽditate patris p̃ xxx. annos à possessorib. hæreditariis, sic etiã habet ius petẽdi supplemẽtum legitimæ, quod petitur condictione ex l. omnimodo C. de inoffi. testa. quæ condictio est actio personalis. l. j. ff. de condictio. ex lege. Et sic minori tẽpore xxx. annorũ nõ præscribit quàm cæteræ actiones personales. l. sicut. & l. oẽs. C. de p̃scrip. xxx. vel lx. annorũ. & ita in hoc puncto tenet Ange. in §. j. Insti. de inof. testa. & doct. in d. l. si quis filium. Et cõsuluit per plura motiua Alex. in prima parte consil. cxxviij. incip. consideratis verbi instrumẽti. iiij. col. † Subiungens
66 querelam inofficiosæ donationis quiquẽnio præscribi, sicut querela inofficiosi testamẽti. Si autem filius esset in testamento patris præteritus, id est in aliquo non institutus, nec exhæredatus, tunc necesse haberet etiam infra xxx. annos dicere testamẽtum patris nullum: aliter postea non audiretur, cùm facultas dicendi testamentũ nullum amplius non duret, secundum Bar. & doc. in d. l. filio prętcrito. ff. de iniusto rupto testa. & ita tenet Alex. in d. l. iij. ff. de acqui. hære. & l. j. C. quãdo non petẽ. partes. & d. l. licet. C. de iure delibe. † Cautè tamen intelligatis, cõtinuationẽ paternæ hæreditatis ipso iure fieri de patre in filium respectu dominij, vt dictum est: secus tamẽ est respectu possessionis. Quia cùm viuente patre filius domum & hæreditatem habitando eã non possideret, nisi iure familiaritatis, quo pater nutrire filium & intertenere tenetur, & cogitur. l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. possess. & l. si quis à liberis: & vtrobiq; Bar. ff. de liber. agnoscẽ. aliqua possessio post mortem patris dici non potest continuari in filiũ, cùm continuatio præsupponat originationem & principiũ possidendi, licet glos. & malè cõtrarium dixerit in l. cùm miles. in princ. ff. ex quibus cau. maio. pro qua videbatur esse ibi text. & in l. ij. §. filium. ff. de vsuca. pro emptore. vbi viuo patre naturalis possessio penes filiũ cẽsetur esse: & sic patre mortuo cõiunctim translata in filium, vt d. l. cùm miles. nisi saluando glo. diceremus, quòd loquit̃ de possessione interpretatiua & intellectuali, secundum glo. in verbo, quodammodo. in d. l. in suis. ff. de liber. & posthu. Secus autem in vera possessione & naturali, quam non habet filius mortuo patre donec eam corporaliter apprehenderit. Ideo videmus q̃ pro illa possessione apprehendẽda competit filio remedium adipiscendæ possessionis. per l. fina. C. de edic. diui Adria. tol. Quod tamen esset recuperandũ, si vera possessio de patre in filium cõtinuata fuisset. Licet enim ipso iure alia iura transeant in filiũ, tamen possessio cùm sit facti, nisi actualiter apprehẽdatur, nullatenus cõtinuatur, nec trãsit in filium hæredem suum, & minus in extraneum. l. cum hæredes. vbi Bart. ff. de acq. pos. & est bona gl. in
67 l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. † Nam iura dicentia dominium certis casibus acquiri sine traditione, prout est in l. fin. C. de sacrosan. eccl. non includũt, quòd propter hoc transferatur possessio sine actuali apprehensione, vt ibi plenè decidit̃ per doct. & in d. l. cùm hæredes. Vnde per simplicem collationem beneficij, licet trãsferatur ius, non tamẽ possessio secundum Panor. in c. ex literis. de consue. & in c. authoritate. de institu. & doct. in ca. si tibi absenti. de præb. lib. vj. videatis Bald. in l. j. in fin. C. de appel. vbi expressè cõcludit de patre mortuo in filium non fieri possessionis continuationem: quia cõtinuatio hæreditatis quæ fit de patre in filium, fit ex quadã fictione, quæ vt dictum est, locum nõ habet in possessione

quæ

BIU Cujas

quæ eſt facti. l. deniq; ff. ex quibus cauſ. maio. no. glo. & doc. in c. cum uoſtris. de cõceſ. preb. Nec obſt. tex. in d. l. cùm miles. & in d. l. ij. §. filiũ. Quia intelligitur quo ad conditionem cõplendi vſucapionẽ inceptam à patre, vt ibi, quę continuatur etiam per non poſſeſſorẽ, vt in ſimili deciditur in l. qui pignoris. ff. de acq. poſſeſ. Imò etiam filius iacente adhuc paterna hæreditate, priuſquã ſe immiſcuerit, & quilibet hæres vſucapionem à defuncto inceptam cõpleret, quę ei proderit ſecuta deinde hæreditatis agnitione ſeu aditione, vt ibi. Aliter autẽ filius & minus hæres extraneus ante realem poſſeſsionis adeptionem non eſt poſſeſſor, nec ſibi competunt remedia retinendæ aut recuperãdæ poſſeſſionis: cùm poſſeſſio vera etiam in ſuos non cõtinuetur hæredes. Sanè tamen intelligatis illã continuationem nihil operari reſpectu poſſeſſionis
68 bonorum allodialium id eſt non feudaliũ. † Eſt enim allodium res propria & libera. c. ij. ſi de feudo fuerit contro. inter dominum & agna. de quo dicit Bal. in l. penul. C. de inge. & manumiſ. ꝙ allodiũ eſt dominiũ directum & vtile ſub alio non conſtitutum. Et in d. c. ij. dicit quòd allodiũ dicit proprietas quæ à nullo recognoſcitur, & in l. ſi familiæ. ff. fami. erciſ. poſt glo. ibi dicit idẽ Bald. quòd illa bona dicũtur haberi iure allodij, quæ habẽtur iure plenæ proprietatis. quæ quidem plena proprietas licet rei denotet libertatẽ, non tamen alterius excludit ſuperioritatẽ reſpectu iuriſdictionis. c. j. §. fin. de pace iura, firman. qui hodie corruptè ſituatur ſub titulo de allodiis. ita dicit Hoſtien. in c. nimis. de iureiurã. quem refert & ſequitur Iaſo. in præludiis feudorũ. xlj. col. in fine. & dixi in verbo, *Et vxorem nomine Adel.* in ij. deciſione primi articuli. In his ergo bonis allodialibus continuatio paternæ hæreditatis de patre in filium nihil operatur quo ad
60 poſſeſſionem. † Secus autem eſſet in poſſeſsione bonorum feudaliũ. Nam licet poſſeſsio non conſueuerit tranſmitti ad ſuum hæredem, niſi vt ſuprà dixi, vt d. l. cùm miles. Tamen in feudis, quia filius viuo patre intelligitur vaſallus: imò dicit Bald. in Authen. defuncto. C. ad Tertyl. quòd feudũ in perſona patris & filij eſt vnũ & idem numero: & ſic filius iam videtur viuo patre inueſtitus: ac etiam intelligitur poſſidere: continuantur in eum dominium & poſſeſſio ſine alia inueſtitura, vt not. in c. j. de feud. cogn. adeo quòd viuo patre nõ deeſt filio iusin dominio & poſſeſſione, ſed ſola adminiſtratio. ita ſingulariter dicit Bar. in l. cum in antiquiorib. ver. decimò ſic, licet poſſeſſio &c. C. de iure deliber. Quid dictum magni facit & reputat mirabile Iaſon in l. quoties. C. de rei vẽdica. dicens hoc alibi nunquam legiſſe. Cui opinioni conſonat conſuetudo & ſtylus Frãciæ, ſecundũ quod refert magiſter Guliel. de Brolhio, ſtyli curiæ parlamenti tranſcriptor, in tit. de feud. §. item, de conſuetudine. cum §. ſeq. vbi dicit, quòd preximior. conſanguineus mortuo vaſallo ab inteſtato eoipſo efficitur verus poſſeſſor feudi, quòd intrare poteſt abſq; alia domini inueſtitura, quam prius petere non tenetur: ſed ſine illa tenere poterit feudũ etiã vltra decem annos, & donec de iuramẽto, & homagio per dominũ requiratur. Quod facit pro his quæ ſuprà dixi, quòd mortuo patre nõ habet neceſſe filiꝰ, ſecũdũ aliquos, petere inueſtituram à domino directo, nec ei ſoluere acapita, cùm perſona feudatarij non cenſeatur mutata. Sed aduertatis, quia licet hanc limitationẽ poſuerit Bal. vbi ſuprà, ſc. quòd in feudis fiat ipſo iure cõtinuatio poſſeſsionis de patre in filium: tamen idem Bal. in c. j. vl. co. in ti. an mutus vel aliàs imperf. videt contrariũ concludere, & fortè melius ſecundũ Iaſo. in l. ſi ſorori. C. de iure delib. in fi. & ſiue bona ſint allodialia, ſiue feudalia, licet dominium paternæ hæreditatis continuetur in filium, non tamen continuabitur poſſeſsio, niſi verè apprehendatur aut fictè, vt
70 dictum eſt. Vos autem dicatis, † ꝙ per mortem vaſalli non cenſetur hæres de feudo ſayſitus contra dominum feudi, nec in eius præiudiciũ, donec per eum fuerit inueſtitus. Imò cùm per mortem vaſalli cẽſeatur vtile dominium, quaſi cum directo cõſolidatum, dominus ante inueſtiturã hæredis capere poteſt feudum ad manum ſuam, & interdum facit fructus ſuos donec petita inueſtitura. Aliquando verò facit eos ſuos pro primo anno, & interdum pro tãto tempore quanto negligens fuit requirere dominum, & petere inueſtituram, ſecundum diuerſas regionum conſuetudines. Nec poſſet contra dominum ante inueſtituram aliquod intentari remedium poſſeſſorium, cùm poſſeſſor non ſit donec inueſtitus fuerit, & idem in emphyteuta ſecundum Bald. in c. ſi facta. in titu. ſi de feud. fuerit contro. Tamen contra quemlibet alium extraneum filius & hæres vaſalli ex morte ipſius cenſetur ſayſitus: adeo ꝙ ſi ante inueſtituram turbaretur per extraneũ, aut ſpoliaretẽ, certè cõpeteret ei remedium poſſeſſoriũ. & ſic intelligendo Bal. non eſt ſibi cõtrarius. Vel dicatis, ꝙ opi. Bal. tit. an mutus vel aliàs imperfectꝰ locũ habere poſſet in ſucceſſore ſingulari, qui fortè ex donatione vel legato, aut ꝙa in teſtamẽto fuit hęres inſtitutus, qui ſine domini inueſtitura effici nõ põt poſſeſſor per conſuetudinẽ regni. Sed prima eius opinio locũ habere poſſet in vniuerſali ſucceſſore ab inteſtato, de quo loquitur etiã ſtyc curiæ parlamenti, & ſic Bal. non eſſet ſibi contrarius. Nam ita etiã interpretatur dictã cõſuetudinẽ generalẽ, magnus ille cõſuetudinariꝰ Maſuerus ti. de feu. §. itẽ ſucceſſor ſingularis. cum §. ſeq. & in tit. de poſſ. §. itẽ hęres qui ſuccedit ab inteſta. volens hæredem teſtamentariũ aut ſingularẽ ſucceſſorẽ fore vi conſuetudinis ſayſitos cõtra omnes, præterquam contra dominum in pręiudiciũ ſuorũ iurium in vaſalli mutatione ei debitorũ. Sed ſucceſſor ab inteſt. iure proximitatis eoipſo ſayſitus eſt etiam contra dominum. & ita dicit ibi ſeruari ex generali conſue. Francię, ſecundum quam feuda ſicut allodia cõceduntur, & vaſalli inueſtiũtur pro ſe & hæredibus ordine ſuccedẽtibus, prout nũc videbitis, & tetigi in verbo *& vxorem nomine Adel.* in v. arti. præterea & ij. intelligatis hoc verum, ſcilicet in filium non fieri poſſeſſionis hę reditatis paternę continuationem de iure communi.
71 † Secùs autem eſſet, ſi ſtatuto aut cõſuetudine patriæ caueretur, ꝙ poſt mortẽ defuncti poſſeſſio fingatur cõtinuata in hæredẽ, ſicut eſt in præſenti regno Franciæ, in quo ex generali conſuetudine mortuus ſayſit viuũ proximiorẽ linageriũ. Quoniã tunc mortuo patre poſſeſsio hęreditatis allodialis, aut feudalis, vel emphyteuticarię trãſiret ipſo iure, ſeu cõtinuearet in filiũ. Idem in quẽlibet aliũ hęredem, licet extraneũ, vbi hoc haberet conſuetudo, quę valet. Quia poteſt lex, aut conſuetudo diſponere ꝙ in aliũ trãsferatur, nedũ dominiũ, ſeu etiã poſſeſſio abſq; aliqua corporali apprehẽſione, vt d. c. ex literis. & ibi Pan. de cõſue. & Io. Fab. in d. §. ſui. Inſtit. de hære. quali. & differ. veruntamẽ in d. c. ex literis. interuenit certum ſignum, ſcilicet ponendo modicũ terræ ad altare. & Ruth. iij. cap. Homo volens ius ſuũ trans ferre in alium, ſoluebat calciamentum ſuum, quod dabat propinquo ſuo: & hoc erat ſignum ceſſionis in Iſrael, ſicut de tradi-

BIU Cujas

tione annuli habetur in cap.ex ore.de his quæ fiunt à prælat.sine consensu.capituli,& de traditione instrumenti in l.j.C.de don.& de traditione clauiũ in l.clauib⁹.ff.de acq.pos.aut de traditione alterius rei, vt l. prędia.eod.tit.vel retentione.vt l.quisquis.C.de bo. Vnde per illos tex.iustificari non valet consuetudo. Francię,qua mortu⁹ sayſit viuũ ipso facto sine aliquo hominis,rei, aut signi ministerio.Propter quod Bal. in l.j.C.cõmunia deleg.in prin.& in l.licet.C.de acqui.pos.dicit statuto aut cõsuetudine introduci non posse, ꝙ possessio trãsferat sine aliquo actu corporali saltẽ ficto,sicut fiebat in d.c. in literis.& aliis iuri-
72 bus suprà allegatis. †Sed salua eius reuerentia inaduertẽter locut⁹ est:quia imò põt sine aliquo actu vero vel ficto hoc fieri ipso iure, vt est casus singularis & melior de iure in l.raptores.in fine.ibi, plenissima posseſsio.C.de episcop.& cleri.quem ibi Bar.ad hoc põderat dicens,ex iuris dispositione, aut vi consuetudinis,sine aliquo etiam ficto,possessionẽ transferri posse veram & plenissimã,scilicet naturalẽ & ciuilẽ: quã opinionẽ per illũ tex.sequitur ipsemet Bal.in l. fi.C.de sacrosan.eccle.& idem Bal. in rubr. de contentio. inter masculum & fœminam.in vsibus feud. & in c.contigit.per illum tex.ibi, verus possessor.de dol. & cont. vbi dicit esse mirabile, ꝙ vera possessio quæratur sine actu corporeo. Sed illud ideo est secũdum eum, quia canon hoc facit fingens actũ corporeum in possessione cõtinuatum: & si lex scripta aut canon hoc potest, & ita consuetudo quæ legem imitatur,Insti.de iure naturali.§.ex non scripto.& ita etiam tenet Barbatias in rub.de cau.pos.& prop.& Alex.in l.j.§.j.xxviij.col.& d.l.cùm hęredes.ff. de acq. pos.& Ias.in d.l.j.C.cõmunia de lega.dicens ita oẽs tenere cõtra Bal.ibi, cõtra quem etiã tenuit Alex.in iij.parte cõsi.xxiiij.incip.attentis his quæ in themate narrãtur. Et hãc possessionem legis dispositione vel cõsuetudinis sine actu corporali translatam ipse Bal. in d.l.fin.de sacrosan.eccle.appellat possessionẽ ciuilissimã.Et cum hac opinione transit Ange.in l.j.ff.de distractio.pig. Præterea hanc possessionem ciuilissimam idem Bald.in rubr.de cau.pos.& proprie.vocat artificialem, quia iuris aut cõsuetudinis artificio fuit ꝯta. quod fieri potest, vt d.l.raptores. & ita expressè tenet Ang.in l.qui vniuersas.§.j. ff. de acqui pos. vbi Imol.& fuit de mente Cyn. & Bal.in l. ea lege. C. de condi.ob causam.& Bal.in l.traditionibus.C.de pac. Et quæ est in tali possessione ficta est in vera l. apud Iulianum §.j.ff. ad Tertyl. Et taliter mortuus sayſit viuum,quòd nõ obstãte aliqua clausula huic consuetudini derrogatoria in testamento etiã cũ adiectione pœnæ per testatorẽ apposita est sayſitus de omnibus bonis ipsius defuncti: cùm dicta consuetudo habeatur pro lege, secundũ Io.Fab.in §. alteri. Institu. de inuti.stipu.iij.col.facit l.nemo.ff.de lega.j.& talis consuetudo sayſit viuum,si habilis sit ad succedẽdum: quia aliâs sayſiret in gradu sequentẽ. l. si qua pœna. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. secũdum Bal.in d.c. item cùm quis.& in dicta rub.de causa pos.& propr. vbi Barbatias in repetitione.Nam beneficia legũ capacibus scripta sunt, non autem odiosis & incapacibus.l.Lucia.§.Lucius Titius. ff. de leg.ij. & idẽ esset in filia quæ bonis paternis renuntiauit, vel statuto stante à masculo excluſa est, vt plenè dixi in verbo, *Duas habens filias*.Et sayſit talis cõsuetudo tam illos de recta linea,q̃ trãsuersali in bonis mobilibus & immobilibus,etiam hæredes episcoporũ qui ex consuetudine Franciæ de bonis disponũt,& ab intestato eis succeditur,vt sentit Io.Fab.in §.is verò.Insti.de rerũ diuis.Vnũ tamen non omitto. quòd dicta eõsuetudo Franciæ qua mortuus sayſit viuum hęredem, operatur suum effectum, nisi incontinenti mortuo testatore possessio hæreditatis fuisset per alium apprehẽsa. Quo casu possessio in hæredem non continuaretur, secundũ Rapha.singulariter in l. Pomponius.§.quæsitum.ff.de acpuir.pos.per illũ tex.quem refert,licet non firmet Alex.in d.l. cùm hęredes.in princip. Sed postea hanc limitationem firmauit in ij.parte,consi. lxxxij.inci.,pspectis his quę in themate.&cõs.lxxxiij. incip.visa facti narratione.ij.col. & est gl.in verbo. quasi coniunctim,in d.l.cùm miles.ff.ex quibus cau. maie.quam sequitur Ias.in d.l.si sorori.C.de iure deliber. dicens hoc esse tenendum menti pro exclusione dictæ consuetudinis statuti. Et verè menti esset tenendũ,si esset verum, prout non credo. Quinimò stante dicta consuetudine eo momento quo testator aut parẽs ab intestato moritur, possessio in hęredem continuatur,dilabitur, & trãsfunditur, adeo quòd si alius quàm feudi dominus possessionẽ occuparet,hęres etiam ante inuestituram à domino obtentã intẽtare posset remedium possessorium recuperãdę possessionis,vel retinẽdę: posito quòd ille eã occuparet pri⁹ q̃ hæres eam actualiter apprehenderit post mortem testatoris,vel eum possessionẽ actualiter apprehendere volentem prohiberet,impediret,au repelleret:& multo fortius si se possessorem diceret hęreditatem occupando. Quoniam tunc hęres remedium possessorium intentare posset,cùm saltem sit possessor ciuilis,quia spoliat eo ipso quòd repellit. l. clam possidere.§.qui ad nũdinas.ff de acqui.pos. Et idem si hęredem turbauerit, & inquietauerit, aliter ipsum nõ spoliando: quoniam primo casu intentare poterit remedium statuti quærelæ de nouis dissayſinis in patria iuris scripti,aut reintegrandæ : quo vt plurimum vtimur in patria consuetudinaria. Secũdo autem casu, scilicet si turbetur, intẽtare poterit remediũ querimoniæ, quod est retinendę possessionis secundum mores huius regni,vbi dicta remedia practicãtur loco interdictorũ vnde vi,& vti possidetis: & ita tenet expressè Io. Fab. Instit.de interdic.§. summa.dicens stylum Franciæ in hoc excusari posse,secundũ quem hæredes se dicũt sayſitos & turbari in possessione, & concludunt in casu nouitatis,quãuis nõ fuerint adepti realiter possessionem.& in §. retinendæ. eod.tit. iij.col.sic dicit,quòd licet quis agere hoc interdicto retinẽdæ nõ possit,nisi realem possessionẽ habuerit, quanuis prędecessor vel author suus habuisset:tñ hoc non seruat curia Franciæ in succedentibus vniuersaliter ratione sanguinis,quos possessores sine apprehẽsione reputat.Idem tenet in §. sui autẽ.Insti.de hæreq uali.& diffe.De his duobus remediis possessoriis,& eorũ practica in præsenti regno videatis plenè Guid. Papæ.q.ccccclij. vbi dicit hæc duo remedia, scilicet statuti querelæ & querimoniæ in casu sayſinæ & nouitatis fuisse inuenta & cõdita per beatũ Ludo.Franciæ regẽ.Plus dicit quidã solennis doctor in practica summè expertus, qui vtiliter per lv.quæstiones commẽtauit dictã legẽ regũ statuti querelæ,cõcludẽs †in
73 Francia continuari possessionẽ ipso iure de testatore aut intestato decedente in hæredẽ vi dictæ consuetudinis,non facta differẽtia inter suos & extraneos quã tũ ad hoc. Et sic maximè locũ habebit in suis & necessariis hęredibus, quibus de iure magis fauetur, q̃ extraneis,vt d.§.sui & d.l.in suis.ita eleganter, prout præfatus doctor determinat Bal.in ca. itẽ cùm quis.

de resti-

BIU Cujas

de resti. ſpol. Videatis Io. Fab. in d. §. ſui. & ita vidi ſæpe practicari. Licet Bal. in d. auth. defũcto. iij. q. in fi. teneat contrariũ, dicens ꝙ talis ficta poſſeſſio parere non poteſt interdictũ recuperãdæ, cùm pariat adipiſcendæ. Et ita etiã videtur pro Bal. in propriis terminis conſuluiſſe Alexan. in j. parte conſi. xxxvij. incip. in cauſa mota per Angel. l. iij. col. & conſi. lxxxiij. ij. partis. tamẽ ibi loquit in fideicõmiſſario, non autem in vero & directo hærede: inter quos eſt, quo ad hoc lata differẽtia. Quia fideicõmiſſarius ante reſtitutionem hæreditatis ſibi à directo hærede factã, vel eius ſucceſſore, caret omni iure in hæreditate ſibi reſtituẽda: nec ei cõpetit aliquod ius in re, ſed ſimplex & nudum ius ad rem, cùm ſolùm inſiſtere poſſit aduerſus directũ hæredẽ, vt ſibi reſtituatur hæreditas. iuxta l. reſtituta. & l. cogi. ff. ad Trebelli. & vidiſtis in verbo, *Si abſque liberis moreretur.* in materia fideicõmiſſariæ ſubſt. †Fideicõmiſſarius enim ante reſtitutionẽ hæreditatis ſibi factã nõ eſt hæres, nec loco hæredis, nec de per ſe auderet poſſeſſionem apprehẽdere hæreditatis ſine periculo perditionis eiuſdem. l. Paul°. ff. ad Trebel. & l. nõ eſt dubiũ. C. de leg. Cùm ergo non ſit hæres, nec ius habeat in hæreditate, nõ poſſet cõſuetudo vel ſtatutũ poſſeſſionẽ in ipſum tranferre, qui nullum ius habet, cùm poſſeſſio præcedere nõ poſſit ſuã cauſam. l. nunquã nuda. ff. de acq. rerum domi. nã omne agens vt effectualiter agat, requirit patiẽs iam diſpoſitum: iuxta illud Philoſoph. Actus actiuorum ſunt in patiẽte bene diſpoſito: prout nõ eſt fideicommiſſarius ante reſtitutionem hæreditatis ſibi factam. Et ita ſi bene intelligatur, loquitur Alexand. in dictis conſiliis. Et ſi Rapha, ita ſuam intellexiſſet limitationem (quam ſuprà retuli) ſuſtinẽdus eſſet. Nos autem loquimur in hærede ſuo directo, qui ilico mortuo patre efficitur ipſo iure hæres. Et ſic cùm ſit hæres, eſt patiẽs diſpoſitum ad poſſeſſionem hæreditatis ſuſcipiendam continuatam in ipſum vi dictæ conſuetudinis, & idem in quocunq; hærede animũ adeundi hæreditatẽ habente, qui cũ per animum adeũdi effectus ſit hæres, vt plenè vidiſtis ſuprà, in verb. *mortuo itaque teſtatore.* j. eſt patiens diſpoſitum poſſeſſionis ſuſcipiẽdæ. Et ſic in tales operatur conſuetudo, qui iam habẽt cauſam poſſidẽdi, quã non habet fideicõmiſſarius ante hæreditatẽ ſibi reſtitutã, vt videtis. Adde ꝙ curia parlamenti Toloſæ his diebus iudicauit, quòd etiam in fideiçõmiſſarium ante omnẽ reſtitutionem per hæredem factam transferatur poſſeſſio. Et obtinuit fideicommiſſarius in poſſeſſorio arreſtum ius fideicommiſſi habens contra hæredem, ſi abſq; liberis decederet, reſtituere grauatum, villam ſeu locum de Boffia præſentis ſentẽtiæ cautionem. Credo ꝙ curia hoc fecit propter regni cõſuetudinem, qua mortuus ſayſit viuũ, ac ſi ei rẽ traderet: vel hoc fecit ampliando l. ſancimus. §. cùm autem aliquis. C. ad Trebel. Et hoc fecit curia, licet nõ ageretur inter ſuos hæredes, ſed extraneos: quod cõuenit æquitati huius iuris canonici, quo nulla requiritur hæreditatis reſtitutio ꝙ hæredem fienda fideicommiſſario. Imò die reſtitutionis fideicommiſſi adueniẽte fideicommiſſum habetur pro reſtituto, per tex. ſingularẽ in c. in præſentia. quem ibi expreſsè põderauit ſolus Bal. de proba. xij. col. verſic. dubitatur modo. illum text. inducendo vt ibi per eum. Tamen Bal. ibi non decidit poſſeſſionem fideicõmiſſi tranſire, licet ius transferatur. Hoc ergo operatur regni conſuetudo ꝙ poſſeſſio trãſferatur ſine reſtitutione, cùm non ſit bona conſequẽtia ꝙ vbi ipſo iure trãſfertur ius, ꝙ etiã trãſferatur poſſeſſio. l. cùm hæredes. ff. de acqui. poſ. in prin. niſi conſuetudo aliter diſponat, vt ibi per Alexã. Vnde ex dictis legibus regni ſeu cõſuetudinibus maximum habemus hodie in præſenti regno Frãciæ antidotũ abbreuiandarum litium, intentando remedia legũ prędictarũ, ſcilicet querimoniæ, vel ſtatuti querelæ, quarũ ſtylus & praxis animos ruſticorum pulſauit: adeo ꝙ deſeruntur omnes viæ ordinariæ agendi pro hæreditatibus, ſubſtitutionibus, & fideicõmiſſis. Et intentãtur remedia poſſeſſoria perinde, ac ſi fuiſſent aditę, tranſmiſſæ, aut reſtitutæ hæreditates quæ practicæ (duntamen quis nõ abutatur) fuerunt ſummè vtiliter adinuentæ in fauorẽ pauperum & ruſticorum homi num: qui in decem diebus aſſequũtur, quod olim via ordinaria interdictorum in decẽ annis non aſſequebantur, vt dicit Ioan. Berberij in ſuo viatorio iuris, in quarta parte tit. de iudi. ſub rubricella, quando petiẽ hæreditas in vim ſubſtitutiõis, vbi plenè per eum de materia querimoniæ & ſtatuti querelæ, quæ in hoc regno practicantur. Ex quibus etiam remanet inutilis deciſio Bart. in l. ij. C. quando & quibus quarta pars lib. decimo. volentis filium nõ poſſe propria authoritate capere poſſeſſionẽ ſuæ legitimæ, nec ſibi competete remedia poſſeſſoria retinendæ aut recuperandæ, cùm de manu hęredis debeat eam habere, vt plenè conſuluit Alexan. in ſecunda parte cõſil. cxxxiiij. Nam in hoc regno poteſt impetrare querimoniã vel ſtatutum querelæ ilico mortuo patre, etiam ſi hæres ſit in poſſeſſione, & contra talem hæredem hęreditatem obtinebit pro modo ſuæ legitimæ: de quo ſtant plura arreſta in curia parlamẽti. Quapropter tacere debet Bartol. & Doct. in dicta l. ij. & Bal. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſta. Adde etiam quòd ex poſt annõ Domini M. ccccvj. ante Paſcha, die vltima Martij fuit adiudicata per arreſtum gaudẽtia hęreditatis fideicommiſſario recta via ſtatutum querelæ impetranti in ſucceſſione domus de Monte Betone diœceſis Montiſalbani, legitima & Trebellianica tantũ remanentibus penes hæredem reſtituere grauatum, qui tenebat. †Nec obſtat dum Alexand. in dicto cõſilio ſecundæ partis lxxxij. alleg. Cyn. & Bald. in l. ea lege. C. de cond. ob cauſam. vbi tenent poſſeſſionem nunquã trãsferri per actum fictum, quia ibi loquuntur in contractibus, in quibus non ita ſit continuatio poſſeſſionis, ſicut in vltimis voluntatibus, quæ plenius interpretantur. c. cùm dilecti. de dona. & ex quibus ius trãsfertur facilius. l. j. C. communia de legat. Vel dicatis & melius, ꝙ illud quod dicunt Cynus & Bald. in dicta l. ea lege. eſt ſpeciale in ipſis feudalib° conceſſionibus, vt ex eis ius nõ tranferatur, nec poſſeſsio ex actu ficto. Imò ſecundũ Bal. ibi ſingulariter in materia vſus feudorum quoties feudum nouiter conceditur, ſeu de nouo aliquod caſtrum infeudatur, nunquã trãsfertur ſine vera & corporali traditione, & reali inueſtitura. Et non ex ficta & abuſiua, quę locum non habet in feudis propter actus ſolennitatem & ſoliditatem. allegat capit. j. quid ſit inueſtitura. Videatis circa hoc eũdem Bal. pulchrè loquentẽ in l. j. in fine. C. de rerum permuta. vbi dicit in feudo requiri inueſtituram corporalẽ, nec ſufficeret inueſtitura ſignificatiua per anulũ, vel alias. Videatis Ioan. Fab. Inſtitut. de rer. diuiſio. §. interdũ. & in l. quoties. C. de rei vendi. Sed in regno Apuliæ vbi eſt priuilegiũ regis, quòd ex ſola conceſſione ſtatim eſt quæſitũ vtile feudi dominium ſecũdum eum. Ex quo vltimo ſatis videtur Bald. innuere, quòd vbi eſſet priuilegium, ſtatutum, vel conſuetudo, quòd etiam feudum acquiri poſſet

74

75

posset sine corporali traditione, quod sentit etiã Io. Fab.in dicta l.quoties. & latè Lucas de Penna in l.
76 prædia.C.de loca.prædio.ciuiliũ lib.xj. † Cùm priuilegium & consuetudo æquiparẽtur.c.j.de præscri. lib.vj.statim quẽreretur possessio. Et idẽ vbi non esset omnino noua cõcessio, vt quia ante fuerat alteri concessum:qui propter feloniã interuertẽdo possessionẽ domini fuit ipso iure priuatus, & feudũ alicui alteri à domino concessum: sed non traditum propter potentiã primi vasalli ipso iure priuati. Quia licet hæc secunda concessio sit noua,nõ tamen omnino fuit nouiter creatũ feudũ &separatum à proprietate:quo casu in hunc secundum uasallum acquiritur eius possessio ex nuda cõcessione dñi sine alia corporali institutura,secundũ Bal.sing.in c. inter dilectos, de fide instr.iiij.col.super verbo,comitis.& idem tenet Io.Fab.in d.§.interdum.Insti.de rer.diui.allegãdo d.cap.inter dilectos.&hoc est in odium primi vasalli,qui feloniã cum violentia,vel simili fraude cõmisit.Quod est mirabile secundum eum,ibi plura al-
77 legantẽ.pro quo facit tex.in d.c.contingit.† Etiã in præsenti patria, & toto ducatu Aquitaniæ obseruat ꝙ in feudis ꝙ mouẽtur &tenentur à rege duce Aquitaniæ nouus vasallus qui in feudo successit,vel alium titulũ vniuersalẽ, vel particularẽ acquisiuit in feudo licet inter viuos,ante inuestituram habitã à rege põt intrare possessionẽ,adeo ꝙ nunquã domino aperitur feudum propter deueria non facta dño, nisi vasallus illa facere denegauerit requisitus, aut plus debito di stulerit,quod facere debet. Et ita seruatur ꝓpter priuilegium patriæ à regibus concessũ:cuius causa fuit expulsio Anglorũ per nobiles præfati ducatus facta: quod secus esset de iure cõi & cõmuni vsu feudorũ, quia extraneus ex testamẽto vel aliâs inter viuos succedens in feudo,non posset illud intrare sine inuestitura dñi, nec etiã remotior cõsanguine⁹,etiã in Frãcia,vbi mortuus sayst viuũ,vt habetur in dicto stylo parlamẽti.s.alleg.Similiter nõ obstat aliud cõsilium Alex.scilicet lxxxiij.suprà relatum : quia ibi in casu per eũ cõsulto, ante mortẽ testatoris fuerat per aliũ possessio occupata, & penes ipsum existebat:ideo in puncto mortis ipsius testatoris nõ potuisset ꝙ cõsuetudinẽ possessio trãsferri,nec cõtinuari in hæredem: Cùm testator moriẽdo eã nõ haberet,sed alius.& sic de testatore nõ possidẽte cõtinuari nõ poterit in hæredem. l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.sicut videmus de iurisdictiõe delegata,quę si semel extincta fuerit, nõ põt amplius ꝓgari, secũdũ plenè no.in c.p.&
78 G.de offi.deleg.† Pariter videm⁹,ꝙ per clausulã cõstituti possessio transfertur de persona cõstituẽtis se nomine emptoris possidere in ipsum emptorẽ, scilicet si tẽpore cõstituti cõstituens possidebat aliâs nõ. l.quædã mulier.ff.de rei vẽdi.& l.quod meo.&vtrobiq; Doct.ff. de acq.possess.facit l.si adoptauero.ff.de precar.& Panor.in d.c.ex literis.de consue.Ex quib.
concludit in terminis nostris, ꝙ vi cõsuetudinis regni testator, vel intestatus moriẽdo sayst viuũ hæredem sine alia corporali apprehensione,vbi tempore mortis possidebat. secùs si alius iã possessionẽ occupauerat.& si hoc modo Rapha.in d.l.Pompon.loqui intelligebat,optimè dicebat. Et si testator possidens moriẽdo sayst hæredẽ, & eũ possessorẽ facit, multo magis sayst ecclesiã hæredem institutã:adeo ꝙ sicut dominiũ hæreditatis sine alia aditione vel apprehensione transit ipso iure in ecclesiã, per tex.sing.in d.l. fin. C.de sacrosan.eccl.ita etiã vi dictæ consue.regni transibit possessio in eam, etiam posito ꝙ cõsuetudo locum nõ haberet,nec possessiouis cõtinuatio fieret nisi in suos hæredes. Quia in talibus sui hæredes & ecclesia æquiparantur,ac paribus potiuntur priuilegiis per d.l. fin.sicut videmus in testamento imperfecto, ꝙ valet in fauorẽ ecclesiæ. c.relatã.suprà eo.& l.j.C.de sacrosanc.eccl.sicut valet inter liberos.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.eo.& dixi plenè in verbo,testamentũ.j.in xj.& xij. casibus fallentiæ, videatis Io. Fab.& Christo.Porcũ,cum quo ibi transit Iason.in addi.in d.§.interdum. Insti.de rerum diuisi.
79 prope fin.† Vbi plus decidit,ꝙ etiam de iure cõmuni in casibus quibus in ecclesiã transit dominiũ sine traditione,etiã trãsferatur possessio absq; corporali apprehensione.Quod probat porcus tali medio.Negari non potest, quin possessio sine reali apprehensione transferat,vbi res de cuius acquisitione agitur, est in præsentia acquirentis: quia tunc solo visu possessio acquiritur.l.j.§.si iusserim. & l.quod meo.§. si cũ per vẽditorẽ.ff.de acq.pos.Eo enim casu solus visus operatur corporalẽ apprehensionem.Sed quoties disponitur in fauorem ecclesiæ,talis dispositio fieri censetur ipsi Deo,qui est vbiq; præsens per essentiã,vidẽs & acceptans,cùm bonũ suum tunc agatur.omnia enim Dei præsentia replentur.l.properandũ.§.sin aũt C.de iudi.Igitur in Deũ & ecclesiã possessio trãsfertur cessante actu corporali.Idẽ post longam disputationẽ tenet idem Iason in d.l. fi. C.de sacrosan.eccl. per plures alias rationes, fortius concludẽs in fideicõmisso vniuersali relicto ecclesiæ possessionẽ trãsferri in eã ante omnẽ hæredis restitutionẽ realẽ aut verbalẽ.Quòd maximè puto verũ esse in præsẽti regno, ex cuius generali consue.mortuus sayst viuum ratione sanguinis,secundũ Io.Fab.vbi suprà, & quia ecclesia mater dicitur omnium fidelium,non est mirum si ratione coniunctionis spiritualis, quæ fortius ligat,possessio transferatur in eam ipso iure in hæreditatibus directis & fideicõm. ad præmissa facit text. in d.l.raptores.in fin. C.de epis.& cle.Nec obstat d. l.fi.C.de sacros.eccle.vbi datur ecclesiæ rei vendicatio,quæ præsupponit possessionẽ esse penes aduersariũ,& sic in ecclesiã nõ fuisse translatã.Nã illud præsuppositũ sumptũ ex d.l.fi. non concludit de necessitate, cùm rei vindicatio dari possit etiam contra non possidentem nudum rei detentorẽ.l. officiũ.ff. de rei vendic.Si ergo ex speciali priuilegio in corpore iuris clauso possessio trãsferatur in ecclesiã sine traditione,multo ergo magis vbi viget cõsuetudo in regno. Et idem forte esset in fisco de iure cõi:quia vbiq.cẽsetur esse præsens, stipulans, & acceptans quod sibi expedit, per gl.sing.in l.j. C. de quadrien.præscript.
80 facit text.in dicta.l. fin.C. de sacrosan.eccl. † Vbi ecclesia,fiscus, & respub.æquiparantur in priuilegio acquirẽdi. Et ꝙ in ecclesiã ipso iure trãsferat de iure cõmuni possessio, tenet Archidia.in c. moderamine.
81 xvj.q.j. post Vincen.& Hosti.† Postremò vnũ menti tenebitis,ꝙ licet ex dicta consuetudine de testatore defuncto possessio cõtinuetur in hæredẽ,vt dictũ est, tamen propter hoc non impeditur hæres intẽtare si velit remedia adipiscendæ possessionis, quale est remedium l.fin. C. de edicto diui Adria.tollen.secundũ Bal.singulariter in d.l.ea lege.& sentit in authen. defuncto.C.ad Tertyl.& in rubr.s. de consuet.v.col. & notabiliter Salice.in l.j.C. de donationib.quæ sub modo.& dixi suprà, *Mortuo itaq; testa.*j.dum tractaui materiam aditionis hæreditatis,& missionis hæredis in possessionem.Et hoc casu tale remedium habebit duplicem effectũ,scilicet adipiscendæ & recuperandæ

rendæ possessionis. Ideo contra talẽ hæredem modo prædicto agentẽ obiici nõ põt exceptio proprietatis aut dominij, quæ (vt scitis) contra petentẽ restitutio nẽ possessionis regulariter nõ admittit, cũ prædo spoliatus ante oĩa sit restituẽdus. c. ex literis. de resti. spolia iuncto c. fi. de ordi. cog. Ita in nostris terminis eleg̃anter decidit Bal. suprà de causa possess. & ꝓpriet. sup rubr. Et intelligatis sanè, ꝙ ꝓpter dictã regni cõsuetudine qua censẽt ipso iure hęres esse saysitus, nõ impedit intentare remedia adipiscendæ possess. (vt dictũ est) antequã adeptus fuerit corporalẽ possessionẽ ꝓ realẽ hæreditatis apprehensionẽ. Secus autẽ esset, si hæres semel apprehẽderit corporaliter hæreditatem: quia tũc nõ posset quouis modo intẽtare aliquod remediũ adipiscẽdæ possess. seu d. l. fi. nec petitionẽ hęreditatis: cùm adepta hęreditate & eius possessione realiter apprehensa hæres non dicatur, nec sit amplius hæres, sed domin⁹. l. j. §. veteres. iũcta glos. ff. de acq. poss. nec dicitur amplius hæreditas, sed patrimo-
82 nium hæredis, quasi cũ suis bonis confusa. † Et dicta remedia hæreditatis adipiscendæ solis hæredibus cõpetunt secundũ glo. sing. in c. j. in glo. magna. in fi. de confes. lib. vj quod multũ cõmendant Ioã. de Pla. & Ang. in §. actionũ. Insti. de actio. licet illã glo. nõ allegent. Fortius dicere ausus est Sali. in d. l. fi. de edicto diui Adria. ꝙ alibi ante eũ scriptũ non inuenitur, ꝙ si hæres de restituendo hæreditatẽ grauatus, postquã adeptus fuerat possessionẽ hæreditatis non realiter, sed verbo tamẽ fideicõmissario vniuersali hęreditatẽ restituerit, talis fideicõmissarius amplius vti non poterit remedio d. l. fi. pro nanciscenda hæreditatis possessione, quæ semel adepta fuit per hæredẽ. Quia non sunt amplius res hæreditariæ pro quibus solis dictũ remedium cõpetit. quod singu. esset notandũ, si esset verũ. Sed Iason in d. §. actionũ. pen. col. in hoc vltimo tenet contra Sali. per gl. in terminis, quam ibi sequuntur Bar. & cæteri in l. ita tũ. §. si ex Trebelliano. in verbo, accusationes. ad fi. ff. ad Trebel. Ad hoc faciũt magistralia Bar. verba in l. ij. ff. de fideicõ. hęreditati. Tamen fatẽt Iason, ꝙ ipsi hæredi nõ cõpeteret amplius illud remediũ, ex quo semel adept⁹ fuit possessionẽ, & hoc qđ decepit Sali. Sed ꝙ ipsi fideicom-
83 missario nõ cõpetat, cui nudo verbo facta fuit restitutio, nõ habet rationem secundum eum. † Ex quib⁹ omnibus cõcluditur, ꝙ in prẽsenti regno Frãcię dominium & possessio hæreditatũ ipso iure continuat in suos hæredes & necessarios. Dominũ de iure cõi ex priuilegio suitatis in corpore iuris clauso, possessio autẽ cõtinuat vi dictæ cõsuetudinis. Sed in hæredib⁹ extraneis, si quidẽ ecclesia fuit hæres instituta, dominiũ ipso iure ei quęritur de iure cõi, per text. in d. l. fi. C. de sacrosan. eccle. possessio autẽ vi dictæ cõsue. vel secundũ Christopho. Porcũ de iure cõi. In alio verò hærede extraneo, quã pia causa, dominiũ & possessio cõtinuãtur in hęredẽ vi dictæ cõsuetudinis. Quę omnia sunt notãda, ꝙa quotidiana, & perutilia, ac dietim practicabilia: de quo plenè per Alex. in d. l. cũ hæredes. & in l. si sorori. vbi Ias. C. de iure deliber. & Barba. in ij. parte cõs. lviij. xiij. col. vbi satis plenè loquit̃ de hac possessione cõtinuatione statuaria seu consuetudinaria. Quod vobis sufficere debet ad clarè cognoscendum quare filij & cæteri liberi vocãtur
84 hæredes sui. † Præterea dixi & secũdò principaliter quòd filij vocãt hæredes necessarij, & sic nedũ dicuntur sui, vt vidistis, sed etiã hæredes necessarij appellãtur, ex eo, ꝙa siue velint, siue nolint, cogũtur paternã acceptare hæreditatem: iuxta illud Apost. ad Gala. iiij. ibi, si filius, & hæres. & ibidem iij. c. Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semẽ estis, secundũ promissionẽ hæredes. pro cuius euidentia sciendum est, † quòd
85 existentia sui hæredis introducta fuit in patris fauorẽ ex lege xij. tab. veteri. Nã sicut lex illa patrem adstringit ad min⁹ relinquere, velit aut nolit, filio legitimã, vel aliquid loco legitimę, vt plenè vidistis sup verbo *in eo. testa. relinquens.* j. sic econtra lex illa voluit filiũ adstringere inuitũ ad paternã acceptandũ hæreditatem, vt correlatiuorũ eadem sit disciplina. l. fin. ff. de acceptila. ideo propter hãc necessitatẽ filio iure ciuili impositã, filius dicitur hæres necessarius, adeo ꝙ in puncto quo pater mortuus est, ilico est ipso iure ciuili hæres, etiã inuitus, taliter ꝙ iure ciuili nullũ habet remedium, quin sit hæres patris, velit an nolit. sed de iure prætorio æquitate quadã suadente datũ est filio
86 hæredi suo ius abstinẽdi à paterna hæreditate. † Cõsiderauit enim prætor æquitate motus, ꝙ rigorosum nimis existebat, filiũ cõpelli inuitũ ad paternã acceptandũ hæreditatẽ, quæ filio interdũ erat dãnosa, aut si lucrosa foret, nimius fauor esset filio inuito beneficium paternæ hæreditatis dari, cùm sano iure in inuitum nõ conferatur beneficium ad priuatã vtilitatẽ tendens. His etenim ac aliis rationibus ęquitatẽ prę-oculis habens motus prætor facultatem abstinendi concessit filiis, seu ius abstinendi à paterna hæreditate. Quod ius filio cõpetit etiã ipso iure quacunq; cessante impetratiõe, vel alio hominis ministerio. facit. l. quæ sub conditione. §. fi. vbi Bart. ff. de condi. instit & l. ei qui. ff. de acquir. hære. Num æquissimum fuit, vt quemadmodum patre mortuo filius iuris ciuilis rigore velit aut nolit cogi esse, & sit eo ipso hæres, sic etiã eo ipso cõcurrat & cõpetat ipsi filio ius abstinẽdi de iure prætorio. & in hoc fuit prętor superintendens medicus in puncto nascẽtis infirmitatis adhibẽdo medelã prius quã cõualuisset morbus. iuxta illud Ouid. Principiis obsta, sero medecina paratur, Cùm mala per longas conualuẽre moras. secundum quod refert gl. in c. scisitatus. de rescript. præterea melius & humani⁹ est intacta filiorum iura seruari, quã post causam vulneratã remediũ quærere. l. fi. C. in quibus
87 cau. in integ. restit. non est necessaria. † Taliter. n. cõpetit punctualiter filio ius abstinendi, vt necessitas suitatis, & ius istud simul concurrat: adeo quòd antequã hæreditati paternæ se facto immiscuerit, aut verbo nullaten⁹ hęreditariis obligatur creditorib⁹: imò est ipso iure tut⁹ aduersus oẽs, donec se immiscuerit, id est, verbo, aut facto velle esse hæres declarauerit. Quoniã existetia sui hæredis nihil operatur circa ea, quæ dãnũ filij & præiudiciũ concernunt, rigori iuris ciuilis obstãte beneficio prætoris. Ex quo concludũt oẽs, quòd intẽtio paternorũ creditorũ filiũ vt patris heredem corã iudice cõuenientium antequã paternę se immiscuerit hæreditati, nõ est fundata contra ipsum, qui adhuc nõ dixit, nec facto declarauit se hæredẽ esse, nec repudiasse, nisi ꝓ creditores filium hæredem conuenientiũ probaretur, quòd hæreditati se immiscuit. & ita tenet gl. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. vbi Dyn. Bart. Imo. & Rapha. ff. solu. matrimo. pro quibus est tex. in l. j. C. si vt se ab hære. absti. minor. vbi etiam hoc tenẽt glo. Cyn. Bart. Angel. & Salic. & not. in dicta l. ei qui. Qualiter autem probẽt, quòd hæreditati se immiscuit, & eam adiuit, vidistis plenè suprà, *mortuo itaque testatore. j.* dũ tractaui de vltima effectuali testamẽti perfectiõe, quæ inducitur per hæreditatis aditionẽ. Nec præmissis obstat si diceret, quòd postquã filius est ipso iure ciuili hæres

BIU Cujas

li hæres ſuus, allegare debuit, ſuum priuilegiũ ad abſtinendum ſibi indultũ à prætore, arg.l.ex quacunq; cauſa.ff.ſi quis in ius voc. nõ ierit. & l.fi qs ex aliena. ff.de iudi. Quia reſpondetur, q̃ cum tale beneficium abſtinẽdi ſimul cũ iure ſuitatis in filio cõcurrat ipſo iuræ, vt dictũ eſt, & exceptio illius beneficij notoriè filio cõpetat, velut clauſa ſit in corpore iuris communis, non eſt opus allegatione, vt d.l.ſub cõditione. §. fi. imò eſt ipſo iure tutus exceptione aduerſus creditores, vt pro debitis hæreditariis nõ teneatur, donec probetur ipſum ſe immiſcuiſſe hæreditati. Ob quod his in regionib⁹ inoleuit practica apud cautos aduocatos q̃ creditores hæreditarij anteq̃ iudiciũ incipiãt nec libellũ cõtra filiũ porrigãt, vel aliũ quẽcunq; hęredẽ, faciãt eum iudicialiter interrogari, ſi eſt hæres, & pro qua parte, ſeu ſi velit eſſe hæres: ſicut fit à ſimili in l.qui petitorio.de rei vend. Vnde creditoribus imputabitur, ſi talẽ facere omiſerint interrogationẽ, quia ſuccumbẽt, niſi filium ſe hæreditati paternæ expreſsè, vel tacitè immiſcuiſſe probauerint, etiã ſi fili⁹ cõuentus exceptionẽ iuris abſtinendi ſibi cõpetentẽ
88 nõ oppoſuerit. † Ex quo habemus mirabilẽ limitationẽ ad glo.in cle.appellãti.de app.in verbo, alias. & ad tex. in l.ſi adulteriũ.§.iidẽ Pollioni.ff.de adul.vbi habetur, q̃licet notoriũ nõ indigeat ꝓbationẽ, tamẽ indiget allegatione. Quia illud locũ non habet in notorio reſultante ex facto iuris, quod etiam nõ debet allegari, ſecundũ Inno.hîc: Imò iudex iudicare poterit ſecundũ illud notoriũ non allegatũ: de quo videtur tex.in c.peruenit.de empti. & vẽdi. ideo dicebãt Bal.in l.j.C. vt quæ deſunt aduo. q̃ iudex iudicare põt ſecundũ ſtatuta ciuitatis per partẽ nõ allegata, eũ dicãtur ius cõe notoriũ illi⁹ ciuitatis. Prętereà eo ipſo q̃ nata eſt obligatio filij deſcẽdẽs à patre iure ſuitatis hoc operãte, ſtatim etiã eſt nata exceptio & defenſio abſtinẽdi à prætore, vt nõ teneatur, niſi ſe immiſcuerit. Quæ quidẽ exceptio cũ ſit notoria (vt dictũ eſt) parte tacente opponi põt per iudicẽ.l.vbi pactũ. & ibi glo.& Doct.C.de tranſa. ſecundũ Bar.& Imol. in l.neceſſariis.& Bal.in l.more.in prin.ff.de acquir. hæred.& hæc omnia, ſcilicet q̃ ex ſola filiatione nõ ſit fundata intẽtio creditorũ, vt filiũ velut patris hæredẽ cõuenire poſſint, clarè probantur iure iſto per tex.meliorẽ de iure in c.ex præſentiũ.ibi, filium eius qui ex ſucceſſione ipſius patrimonij ius dicitur obtinere, ſupra de pign. † Quia verbũ obtinere, importat
89 ipſam acquiſitionẽ & effectũ ſucceſſionis.l. poſthumus. in verbo, obtinebit.ff. de iniuſto rup.teſta. vnde nõ cauillando literã in d.c.ex præſentiũ.eſt text. probãs, q̃ filius eo tũc tenetur efficaciter creditoribus, ſi ex ſucceſſione bona obtineat paterna: quod intelligitur ſi ſe immiſcuerit.& ad hoc põderauit ibi illum tex.Batba. de quo pulchrè per Bal.& Sali.in l. apud hoſtes. C.de ſuis & legiti.hære.& Alex.in d.l.ſi cùm dotẽ.§.tranſgrediamur.v.col.in fin.ff.ſolu.mat. & ſic gl.in d.§.ſancimus.in auth.vt obliga. res minorum.volens, q̃ ſi pater fuit debitor, ergo & filius, eſt per ſupradicta reprobata: quia filius non eſt effectualiter debitor donec ſe immiſcuerit. Ex quib.infert ad deciſionẽ cuiuſdã quęſt.quam Imo.in l.ſi filius.ff.
90 de vulga.& pupil.refert habuiſſe de facto. † Quidam procurator regit nomine filij tanquã hæredis ſui patris, qui filius ex poſtfacto paternæ hæreditati ſe immiſcuit: an validetur iudicium.& dicit q̃ ſic, per l. ſin autẽ.§.poſſidere.ff.de rei vẽd. Quia etiã ſi abſtinuiſſet, nunq̃ fuiſſe hæres diceretẽ, cõſiderato iure abſtinendi ſibi à prætore cõceſſo, ita etiã ſua aditio ad tẽpus mortis patris retrotrahit, vt ſemper fuiſſe hæres
91 cenſeatur. † Et hoc ius abſtinẽdi hodie cõpetẽs filio & cuilibet alteri ſuo hæredi, cõpetit ſecũdũ aliquos etiã iure ciuili. licet olim cõpeteret ſolũ iure prętorio. Inſtit de hæredũ quali.& differ.§. ſed his permittit prætor. Et q̃ cõpetat de iure ciuili, allegat text. in l.fi.§.& ſi quidem. ibi, prętentis legis authoritate. C. de iure delib. quem ad hoc ibi nouiter ponderauit Bal. quod ſcire nõ operatur de modico. quia ſi filius haberet priuilegium abſtinendi ſolo iure prætorio, neceſſe haberet abſtinere infra annũ. Si autẽ competeret iure ciuili, tale ius eſſet perpetuũ. Inſt. de perpetuis & temp.actio.§.j.& ita, ſcilicet q̃ ſit de iure ciuili, tenet Bal.in l.j.C.de his qui ante aper.tabu.& in l.j.iij.qõ.C.quãdo non petẽ.partes.& in l.ſi pater.C. de his qui à nõ domino manu. vbi dicit tex.in d.l.fi. ad hoc eſſe ſingularẽ.& ab ipſo ſolo ponderatũ. Sed Doct.cõmuniter tenẽt, quòd imò ius abſtinendi ſuis hæredibus cõpetẽs, etiã hodie non cõpeteret de iure ciuili: ſed ſolo iure prætorio. quod probat Alex. vltra alios tali ratione: q̃a ſi tale ius abſtinẽdi eſſet de iure ciuili, cũ ius ciuile facere poſſit ex toto quẽ deſinere eſſe hęredẽ, etiã quo ad nullũ nomẽ hęredis ſecundũ not.in l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.& pup.& dixi ſuprà in verb. *in eo.teſta.relinquens.* in ix.limita. ſequeretur, quòd filio à paterna hæreditate abſtinẽte, exiſtẽtia ſui hæredis nihil operaretẽ: quod eſt falſũ. Quia imò vt ſtatim videbitis, operatur cõfirmationẽ tabularum pupillarium, & alia plura. Et iſta eſt veritas: quã etiã ſequitur ipſemet Bald.in c.j. an agnatus vel filius dum vult, q̃ ibi ſit ſpecialis & ſing.caſus in quo filius de iure ciuili habet beneficium abſtinẽdi, ſcilicet, quando in hæreditate eſt annexum feudum, per illum tex.& nõ obſtante, q̃ ius abſtinendi ſit de iure prætorio, tamen eſt perpetuũ, cùm producat ius excipiẽdi, quod ſui natura dicitur perpetuũ, quia annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.l.pure. §.fi.ff.de doli excep. ſecũdum Imol.& Ludo. nec obſtat tex.in d.l. fin.C.de iure delib. per quẽ dicebat Bal. ius abſtinẽdi eſſe de iure ciuili. Quia authoritate illius legis inducit ius abſtinẽdi in vno caſu tantum, ſcilicet vbi fili⁹ crederet hæreditatẽ patris eſſe dãnoſãm, quã infra tres mẽſes vult dimittere. Fatẽtur tamẽ moderni, quòd vbi ſtatutũ ciuitatis diſponeret filiũ poſſe repudiare hæreditatẽ paternã, tunc filius haberet ius abſtinẽdi de iure ciuili: & ita fuit de mẽte
92 Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde liber. † Vnde concluditur, quòd quo ad ea quæ detrimentũ filij concernũt, ſola exiſtentia ſui hæredis eum nõ facit haberi ꝓ hęrede, facultate abſtinẽdi ipſum à tali incõmodo pręſeruãte donec ſe immiſcuerit. Quo caſu poſt immiſtionẽ dãna ſentiret & incõmoda: ita quòd à creditoribus efficaciter cõueniretur. Circa autem ea quæ eius commodum & vtilitatem concernunt, exiſtentia ſui hæredis ante omnẽ immiſtionẽ operatur ad eius profectum.l.ſi filius qui patri.ff.de vulga.& pupil.& ita intelligitur gloſ. in dicta l.cùm hæreditas. C.depoſiti. volens non eſſe dare hæreditatẽ iacentem, vbi eſt hæres ſuus. Et ratio iſtorum eſt, q̃a ius abſtinendi à paterna hæreditate iure prætorio cõpetẽs filio, introductum fuit in eius fauorẽ, vt ſcilicet nõ obſtante iuris ciuilis rigore poſſit abſtinere. Ergo retorqueri nõ debet in eius læſionẽ, vt interim obligetur, vel vt perdat ſua cõmoda ex illo iure ſuitatis ei competentia.argumen.l.quod fauore. C.de legib. Ideo exiſtẽtia ſui hæredis etiã ante omnẽ immiſtionẽ, eo ipſo q̃ mortuus eſt pater teſtator, operatur cõfirmationem

tabularum

BIU Cujas

tabularũ pupillariũ, ac si hæreditas esset adita: adeò ꝙ si pupillus suus hæres cui per patrẽ fuerat pupillariter substitutũ, post mortẽ patris moriatur in ætate pupillari, potius q̃ paternæ se immiscuerit hæreditati: talis substitutio suũ plenũ fortitur effectũ, ac si hæreditati se immiscuisset. Quia fauor est pupillo moriẽti, quod substitutio valeat, vt ipse testatus & nõ intestat⁹ decedat, vt dicta l. si fili⁹. Et taliter valebit d. substitutio, ꝙ etiã si postea mortuo patre testatore filius abstineret à paterna hæreditate, pupillaris substitutio nõ infirmaret, cùm filius post abstentionẽ adhuc
93 duret, & dicatur hæres nudo nomine, licet nõ re. † Vnde restat, ꝙ nudũ nomen hæredis tabulas confirmat pupillares, sed nõ exhæredationẽ, cùm sit odiosa filio: de quo tñ dicatis, vt per Alex. in d. l. si filius. iiij. & v. col. Et adeò est verũ, ꝙ sola existẽtia suitatis tabu-
96 las confirmat pupillares, ꝙ etiã adita hæreditate per substitutum pupillari hæredẽ debebuntur legata relicta in tabulis pupill. non virtute suitatis, sed vi additionis per substitutũ factæ. Et talis substitu. pupill. sola sui hæredis existentia confirmata, licet suus postea abstinuerit, operatur etiã contra matrem pupilli, vt per substitutũ excludatur à successione sui filij, secundum Bar. & Alex. in d. l. si filius. x v. col. ff. de vulg. &
94 pupil. † Prætereà existentia sui hæredis operatur tutorũ in testamẽto datorũ pupillo cõfirmationẽ, cùm fauorẽ pupilli respiciat, secundũ Dy. & Bart. in l. j. ff. de testa. tutel. Cy. & Sal. in l. iij. C. illo eo. tit. Circa verò ea quæ nec commodũ, nec dãnum ipsius hęredis respiciunt, prout sunt legata, vel fideicõmissa particularia, existentia sui hæredis nõ operatur cõfirmationem illorum, per tex. in l. j. fi. ff. vt in posses. leg. Ideo filio moriente antequã paternæ se immiscuerit hæreditati, legata nõ debentur, nisi vbi expressè cauere
tur in iure, ꝙ debeãtur, sicut est in legato libertatis. l. sciendũ. ff. de test. manumis. & l. cũ quasi. §. & si quis. ff. de fideicom. liber. Et idẽ puto in legatis piis, quæ legato libertatis æquiparantur in fauoribus: ita quòd de vno ad aliud procedit argumentũ. secũdũ Bart. in l. proximè. §. fi. ff. de his quæ in test. delen. Libertas. n. est quid pium. l. j. §. fina. C. de cõmuni seruo manu. & no. Bal. in l. si vnus. C. eo. quod sequuntur Ang. Imo. & Rapha. Paul. & cæteri in d. l. si filius. & Ludo. in l. apud Iulianum. ff. ad Trebel. & Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicõ. & ratio quare non cõfirmatur legata existẽtia suitatis, est, quia illa nõ operatur, nisi vbi est fauor filio, quòd operet. Or nullus fauor filij hæredis instituti versat, sed poti⁹ onus in solutione legatorũ, sicut nec in solutione debitorũ paternorum
95 vt vidistis suprà. † Sed dubium est an cõfirmet fideicommis. vniuersale. & certè sic, per text. in l. ita tamẽ. §. si pater. ff. ad Trebel. & ratio est, quia filius paternã hæreditatẽ restituere grauatus cogi potest adire, vt aditã hæreditatẽ restituat fideicõ. l. cogi. ff. ad Treb. Ideo nõ potest ipse prætendere interesse, si fideicom. vniuersale cõfirmetur per existẽtiã sui hæredis: cùm tantũ sit ei, imò magis, quòd tale fideicõmissum existentia sui hæredis cõfirmetur, sicut si ipse hæreditati se immiscere cogeretur. Nã beneficium abstinẽdi à prætore ei concessum, reducit eũ ad instar extranei
98 hæredis: & sic hoc casu debet filius posse cogi sicut extraneus. Quæ ratio cessat in legato particulari, pro quo cogi non põt hæres adire ad instantiã legatariorum. l. nam quod. §. nõ omnis. ff. ad Treb. & l. si quis omissa. ff. si quis omissa causa testa. ideo si pater testator voluit, & vetuit filiũ cogi posse adire hæreditatẽ, existentia suitatis non operatur confirmationẽ talis fideicom. sicut nec legatorum particulariũ, secũdum Ange. & Alex. in d. §. si pater. quia cessat ratio prædicta. Et idẽ esset si filius decessisset antequã adire iuss⁹ esset paternã hæreditatem: quo etiam casu, cùm cogi nõ possit adire, cessat ratio prædicta. Ideo suitas non confirmat fideicõ. imò peribit ac si esset hęres extraneus. l. ille à quo. §. j. ff. ad Treb. secundũ Ang. in d. l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pup. & Rapha. Cuma. in d. §. si pater. quod est verum secũdum Imo. si filius hæreditatem patris repudiasset, seu ab ea abstinuisset antequã decessisset: quia si ante mortẽ ab ea nõ abstinuisset, tunc cùm eam ad suum transmisisset hæredẽ, vt j. dicam. Eodem modo cogi posset hæres filij sicut ipse filius, si viueret, secudum gl. in fi. in l. eam quam. C. de fideicom. videatis Alex. in d. §. si pater. & d. l. si
96 filius qui patri † Ex his apparet doctrinam Bald. in l. cùm quidã. C. de iure delibe. esse veram. vbi elegãter didit, ꝙ existentia sui hęredis est triplex, scilicet plenissima: vt cùm suus hæres se immiscet paternæ hæreditati: quo casu immistio filij omnia cõplet, & eum teneri facit etiam ad damnosa & sibi odiosa, cùm indubitatus sit tunc hæres. Secunda est semiplena, quæ dicitur cùm suus hæres hæreditatem repudiat, seu ab illa abstinet: quia tũc nõ obstante repudiatione, substitutio, tutelæ datio, & cætera quæ tendũt in filij fauorẽ, sola existentia suitatis antequã abstineret, sunt confirmata, vt vidistis. Et si quispiam canonistarum diceret, ꝙ vbi filius à paterna hæreditate abstineret, declarãdo nolle hęres esse: quomodo ius suitatis operari potuit in filij fauorẽ, cũ suitas tolli videatur per talem declarationem? Ego respõdeo vltra Baldũ ꝙ eo momento quo pater decessit, filius fuit hęres suus & necessarius de iure ciuili: & sic semel militauit, & in esse producta fuit existẽtia sui hæredis: quã postea saltem quo ad oẽs effectus ipse filius abstinẽdo tollere nõ potuit, cum semel hæres desinere nõ possit esse hæres de iure prętorio: cuius beneficio cõpetit filio ius abstinẽdi. Nec obstat si replicetur, ꝙ eo ipso ꝙ mi
litat, ac in esse producitur existẽtia sui hæredis: & sic eo instanti quo pater expirauit, eodem etiam instãti militat, & in esse producitur ius abstinẽdi filio cõpetẽs, cùm illa duo simul nascãtur & cõcurrãt: ita quòd nũquã est dare instãs, in quo ius suitatis cõpetat filio quin simul eo ipso ei competat ius abstinendi: adeò quòd su⁹ hęres, cùm postea abstinet, nũquã videt hæres fuisse. Et sic videt impossibile, quòd suitas operetur cõfirmationẽ eorũ, quę filij fauorẽ respiciũt, cùm postea abstinet: sed respondeo, quòd hæc difficultas procedit ex defectu cõsiderandi originẽ & ordinem
97 istorum duorũ. † Vnde scire debetis: quòd esse suus hęres cõpetit semel filio in potestate existẽti etiã inuito. quia (vt vidistis suprà) existẽtia sui hęredis fuit principaliter à lege ciuili inuenta in fauorẽ patris, vt scilicet illũ habeat hæredẽ etiã inuitũ, cui ipse pater licet inuitus hæreditatẽ suã tenebatur relinquere, saltem vsq; ad legitimã. Et sic existẽtia sui hæredis filio cõpetit eo instãti, quo pater moritur etiã ignorãti ita quòd ad sui hęredis existentiã nõ requiritur volũtas filij, nec eius scientia, vt d. §. sui Inst. de hæredum
98 qualit. & diffe. † Abstinere verò à paterna hæreditate cõpetit filio si voluerit: ergo sequitur, quòd prius est esse suus hęres, q̃ ipsũ abstinere ab hæreditate. Credo quòd adhuc nõ satiatus intellectus videt: quia indubitãter est verũ dicere, quòd eo ipso quòd nascitur existẽtia sui hęredis, nascitur cũ facultate abstinẽdi, & sic videtur quòd vnũ nõ sit prius altero. Licet. n. ipsum abstinere sequatur existẽtiã sui hæredis, tamẽ facultas abstin-

BIU Cujas

tas abstinendi simul cũ ea concurrit. Et sic posteà abstinendo nunq̃ videtur fuisse suus hæres, cùm ipsum abstinere trahat ad facultatẽ abstinendi, quę semper filio cõpetiit: iuncto ꝙ si existentia sui hæredis filio ignoranti cõpetit, similiter & ius abstinẽdi, cùm vnũ non sit sine altero. Sed respõdeo, ꝙ imò esse suus hęres, est prius, q̃ facultas abstinendi: nõ ordine tẽporis, cùm ambo eodẽ tempore in filio concurrant, sed secundum ordinem naturæ. Nã in his quæ ordinẽ habet à natura, puta in priuatione & habitu, semper priuatio præsupponit posterior. Ideo dicebat Bal. in §.
99 quibus. C. de nouo Cod. cõponẽ. † ꝙ si eadẽ die reperitur promissio & refutatio, promissio præsumitur præcessisse: de quo videatis pulchra q̃ dixi de triplici præcessione secundũ Bal. s̃ in verb. *testamentũ*. ij. prope fin. Or cùm in casu nostro existẽtia suitatis sit habitus, ius verò abstinendi sit priuatio, semper ex ordi
ne naturæ habitus iudicatur præcessisse: vnde nõ immeritò existẽtia sui hęredis dicitur operata fuisse cõfirmationẽ eorum, quæ filij commodũ respiciũt, posito ꝙ postea ab hęreditate abstinuerit. Præterea ius prætorium nõ potest facere aliquẽ, qui semel iure ciuili fuit hæres, desinere hæredẽ esse, quin nomẽ hęredis retineat. quod sufficit ad cõfirmationẽ prædictorum. Quia ipsum abstinere iure prætorio competẽs filio non tollit funditus oẽs reliquias existentiæ sui hæredis, imò remanẽt reliquiæ nominales, cũ adhuc nominetur hæres: & nihilominus retineat in sui cõmodum tendentia: cætera verò tendẽtia in sui damnum vel neutralia perdit abstinendo. Vnũ menti te-
100 nebitis, † ꝙ licet filius nõ cogatur cõmuniter accẽptare hęreditatem paternã realiter, imò beneficicio prætoris ab illa abstinere, vt dictũ est, tamẽ fallit in filio legitimato per oblationẽ factã curiæ, iuxta §. fi. Insti. de nup. Nã talis filius cogitur inuit⁹ esse hęres patris, ita ꝙ nõ gaudet priuilegio abstinẽdi, per tex. in §. hæc quoniã. in auth. quib. modis naturales efficiũtur legit. Et pariter seruaretur ecõtrà, vt sicut hęreditas patris deuoluitur ad filiũ inuitũ, sic etiã hæreditas talis filij defert̃ patri inuito. casus est singul. in eadem auth. §. in quibus. Tertia existẽtia sui hæredis secundum Bald. vbi s̃. est media, quam ipse vocat plenam, quę est cũ filius non se immiscet hęreditati paternæ, nec ab illa abstinet, sed viuit, & demum moritur tacens antequã se immiscat, vel abstineat, & talis existẽtia sui hęredis operatur hęreditatis paternæ transmissionẽ ad quoscunq; filij hæredes, quãuis ex-
101 traneos. † Sed quia hanc materiam trãsmissionis hęreditatis Legistę habẽt ꝙ difficili, & quia quotidiana ac perutilis ab omnibus prædicatur, ꝙ vestrũ canoni starũ doctrina succinctè aliqua tractabo. Licet enĩ s̃. in verb. *& soboles quã gesta in vte.* circa medium, & in verbo, *si absque liberis more.* ij. expediendo primũ effe
102 ctum vulgaris subst it. aliqua lentè tetigerim quo ad illud propositũ sufficiebat: tñ quia hîc melius cadit, decreui breuius q̃ potero expedire per veras conclusiones procedendo: Vnde sciendum est, ꝙ licet hęreditas extranei defuncti nõ adita, hærede mortuo ante aditionem non transmittatur. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. † Etiã in proprios liberos hęredis aut parentes: etiã si hæres ante aditã hæreditatem decedẽs esset clericus: quo casu etiã locum habet d. §. in nouissimo, secũdũ Pan. in repe. c. ecclesia sanctæ Marię. quẽ ibi sequitur Feli. in xxiiij. col. de cõstit. tamen filius vel vterior descendens, primũ tñ locũ suitatis tenẽs, ex testamẽto vel ab intestato succedẽs ascendẽti in cui⁹ est potestate, etiã si infans sit, vel furios⁹, moriendo transmittit beneficio suitatis hęreditatẽ ascẽdentis defuncti non agnitã, siue sciret, siue ignoraret patrẽ decessisse, & hæred. sibi delatã fuisse: quam non solùm in liberos aut parentes, verumetiã in quoscũq; transmittit extraneos hæredes. l. fi. §. finautem. C. de cura. furio. & l. iij. C. de iure deli. & l. apud hostes. C. de suis & legi. hære. & l. ex militari. §. fin. vbi Bart. cũ l. sequẽti. ff. de testa. mili. & plenius decidit Bart. in l. ventre. ff. de acqu. hære. vbi elegãter loquitur. & idẽ Bar. & Bal. in l. si infanti. C. de iur. deli. & l. vnica. C. de his q̃ ante aper. tab. iuxta illud Leui. xxv. ibi, iure hæreditario trãsmittetis ad posteros. Et nume. xxvij. ibi, ad filiã eius trãsibit hæreditas. Quę quidem trãsmissio paternæ hæreditatis fit per filiũ monachũ ante agnitam hęred. decedentẽ in monasteriũ, vt plenè vidistis tractando primũ effectũ vulgaris subsți. vbi
103 suprà. † Et si filius hæres futurus patre adhuc viuẽte decederet, in suos transmitteret spẽ successionis: imò ius primogenituræ, si ei cõpeteret, ex priuilegio vel cõsuetudine patriæ, ita ꝙ nepos ex primogenito postea patre defuncto, excludet patruũ suum patris defuncti secũdò genitũ. De quo latissimè dixi s̃. in ver. *in eod. testa. relinquens.* j. in xviij. limi. vbi de Lycurgo datũ fuit vobis exemplum. Et si ille fili⁹ prædecedẽs patri nõ haberet iura prrmogenituræ, tunc partẽ quã habiturus erat post mortẽ patris, trãsmittit ad suos: ꝙ postea cum patruis succedẽt auo mortuo in stirpes non in capita, Insti. de hære. quæ ab intest. deferũ. §. cùm autẽ filius. Imò plus dicit Io. Fab. in l. fi. C. de epis. & cler. quòd filius monachus patri præmoriẽs ad monasteriũ transmittit paternã futuram successionem, vt monasteriũ patri postea morięti succedat, sicut ei succederet nepos ex filio præmortuo, cũ monasteriũ sit filio præmortuo loco liberorũ, & patre postea morienti sit loco nepotis. c. in præsentia. di prob. Per quod videtur ꝙ pater post filiũ monachũ moriẽs teneat monasterio ei loco nepotis superstiti aliquid relinquere iure institutionis, per eaquę dicta fuerũt plenè in verb. *in eod. testa. relinquẽs.* super quo cogitabitis, maximè in hoc regno Frãciæ, in quo generali cõsuetudine monachi suis ab intestato nõ succedunt parẽtibus, nec monasterium, vt refert & tenet magister. Io. Masuerij magnus Aruerniæ cõsuetudinarius in titu. de succes. & vltimis voluntatibus. dicens, ꝙ habẽtur pro mortuis, nec per eorũ professionem dedicantur tacitè bona, quę habent iure successionis, sed accrescunt proximioribus parentibus: quia fingũtur nunquã fuisse hęredes, nisi expressè sua bona dedicarẽt, vt plenè dixi s̃. in verb. *Et vxorẽ nomine Adel.* Si autẽ moriatur filius post mortẽ patris ante agnitã hæreditatẽ, tunc eam trãsmittit ad quoscũque hæredes etiã extraneos per iura superi⁹ alleg.
104 plus † dico, ꝙ nõ solùm suus hæres, id est in moriẽtis potestate cõstitutus, hæreditatẽ sibi delatam trãsmittit in quoscunq;: sed etiã ille qui non est in potestate, dum tñ iura suitatis habeat, secundũ Bald. post glo. in l. nepotes. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi decidit, ꝙ episcopus, qui non est in potestate patris, hæreditatẽ paternã trãsmittit ad quoscũque hæredes nõ aditã tamen ei delatã: cũ in his quibus versat̃ eius fauor & honor, non cẽseatur esse extra patriam potestatẽ: imò iura retinet suitatis, sicut ea retinet mo-
105 nachus, vt d. l. fi. C. de epis. & cler. † Pro latiori tamẽ horum terminorũ declaratione scire debetis, quòd tres sunt species transmissionis. Prima est transmissio naturalis, vt quando natiuus splendor seu nobilitas à progenitorib⁹ seminatur in posteros. l. nobiliores.

C. de com-

BIU Cujas

C.de commer.& mercato. Et talis nobilitas nõ trãsmittitur nisi per legitimã lineã etiã à matre honestè viuente: quia aliàs si mulier nobilis in corpus suum peccaret,efficeretur infamis,& splendorẽ dignitatis amitteret: & sic eã quã perdidit,trãsmittere nõ posset.l.si qua illustris.C.ad Orfic.ff.de sena.l.Cassius.& l.imperialis.C.de nup.Et præsertim si cõmisit incestũ,quibus casibus vilitas vitæ fecit eã deploratã & humilẽ.l.si quis incesti. & l.humilẽ. C.de ince.nupt.

106 Vnũ tamẽ mẽti tenebitis, † ꝙ licet nobilitas trãsmittatur in posteros, nõ tamẽ cõscientia trãsmittit, vt pulchrè dicit Bal.in c.j.§.sacramentũ.de cõsuetu. recti feudi. Quia cõsciẽtia patris mortui,aut viuẽtis nõ est cõscientia filij,vt s. vidistis.Ideo quantũcunq; defunctus de malitia iurauerit, tñ hæres de nouo iurare teneẽ,secũdum Bal.ibi, cùm iuramentũ hẽredis multum differat à iuramento testatoris, dicit tex. in l.generaliter.§.j. C.de reb.cred.& iureiur. Prætereà cõscientia est animi motus sibiipsi persuadẽs,& non alteri,& sese cõcernens, & nõ aliũ,secundũ Bal.no. in c.nisi cùm pridem.iiij col.de renuntia. & latius ti. de notis feudo.in fi. de triplici conscientia videatis Io.And.in nouel.in c.ij.de offi.ord.An autem filij & hæredes exonerare teneantur cõscientiam defuncti. habuistis in verbo, *Si absque liberis moreretur*.j. circa fi. Et finaliter declaratio cõscientiæ nõ trãsmittitur, nec alteri cõmitti põt,sed bene cõmittitur,& in aliũ putà hæredẽ,transmittit aliquod certũ à se prius declaratũ:putà,actus nudi ministerij, in quo nõ differt an fiat p se vel aliũ:arg.c.is cui. de offi.dele.lib.vj.secundũ Archi.& Io.And.in c.vlt.isto tit.de test.in vj. & ita intelligit c.tua.s.eod.tit.secundũ Bal.in l.nulli. super verbo,pro sua conscientia. C.de epis.& cle.de quo videatis Panor.& Doct.in c.fi.§.j.in fi.de of.deleg.& Barb.ibi,& in ij.parte tract.de præstã. card.q. ij. Secunda trãsmissio dicitur cõuentionalis, quæ fit virtute pacti & couentionis naturaliter ad hæredes trãsitoriæ.l.iurisgentiũ.§.pactorũ.ff de pac.& l.si pactũ.ff.de proba. Tertia est transmissio legalis,qualis est transmissio hæreditatũ, quæ sola iuris authoritate

107 fit:de qua nũc loquimur. †Et huiꝰ tres sũt species: quas licet Bal. cuius sunt hæc verba, vno modo tractet in l.iij.C.de hæred. instit.& aliter in l.cũ in antiquioribus.in viij.q.C.de iure delibe.Ego tamẽ insequẽdo cõmunes doctorũ theoricas, præsertim Bar.

108 in d.l.vẽtre.ff.de acquir.hæred.Taliter & clarius dico, ꝙ prima species trãsmissionis hẽreditatis est illa quæ fit ratiõe & beneficio suitatis:de qua loquimur. Nam si,patre defuncto,filius in potestate cõstitutus hæres suus moriatur ante aditã hæreditatẽ, siue sciat eã esse sibi delatã,siue ignoret: semper eã trãsmittit ad quoscunq; hæredes licet extraneos,qui eam adire poterunt,sicut posset filius si viueret,vt d.l.apud hostes.& l.ex militari.§.fi. secundũ Bar.in d.l.si infanti. dicentẽ ita cõmuniter teneri:& practicatũ esse pluries,& determinatũ in collegio Perusino,prout etiã cõsuluit Ludo.cõsi.lviij.incip. Visis narratis in puncto. Et fieret hęc trãsmissio non solùm per filium in potestate tẽpore mortis patris constitutum, sed etiã per filium qui odio patris non esset in patris potestate,vt sunt filij Iudæorum & aliorum infidelium,qui solo baptismo à patris nexu in infidelitate residentis, liberant,vt dicit gl.singularis in c.Iudæorum.xxviij. q.j.quoniam tales quatenus eis vtile est, iura patriæ potestatis retinent: & sic iure suitatis hæreditatẽ ad quoscunque hæredes etiã non agnitã transmittunt, secundum Barba.in rub.de pecu. clericorum. ij.col. quod etiam puto locum habere in aliis quinque casibus s. in principio positis,in quibus non existens in potestate patris habet iura suitatis quatenus sibi est

109 vtile,aut suo hæredi quanuis extraneo. † Et fit hæc trãsmissio nõ solùm quo ad ius, sed etiã quo ad possessionem in præsenti regno Frãcię ex generali consuetudine, qua mortuus sayst viuum. Nã sicut filius ipso iure efficitur hæres & possessor hæreditatis paternæ: sic etiã eam trãsmittit quo ad ius & possessionem,vi dictæ consuetudinis, de qua s. plenè dixi: & adeo quòd bona patris condemnati quæ hodie filiis reseruantur, per auth.bona damnatorum. C. de bonis damnat.non agnita per filium,transmittuntur ad quoscunque hæredes, secundum Salic.in d.auth.vlt. col. Et ratio est secundum Bar.quia beneficium abstinendi datum à prætore esset filio damnosum,si hę reditatem patris non agnitã nõ trãsmitteret:eo quia ita de facili non reperiret hæredem: nec mirum si hę reditas patris ita trãsmittatur ad quoscunque. Quoniam filius, aut quilibet vlterior suus hæres mortuo patre absque alia agnitione hæreditatis efficitur ipso iure hæres beneficio & iure suitatis. Insti.de hæredũ qualita.& differentia.§.sui. De quo plenè vidistis s. ideo transmittit hæreditatem indifferenter ad quoscunque,siue ipse filius decedat infra annum à tẽpore hæreditatis ei delatæ, siue post annum. Quia hæc facultas transmittendi iure suitatis filio competens durat perpetuò saltem triginta annis, per l. licet. C. de iure deliberãdi. & hæc est *communis opinio*, quam refert & sequitur Alex.in d.l.cuum in antiquioribus.j. & ij.col. quanuis Bar.& malè, in d.l.ex militari. §.fi. ff.de testamento milit. dixerit filium morientem infra annum, & sic durante tempore deliberandi, non transmittere hæreditatem, sed solùm ius deliberãdi, quo hæredes vti poterũt intra residuum illius anni: sicut statutum est in quolibet hærede extraneo, secundum terminos d.l.cum in antiquioribus. de qua

110 plenè dicam j.in tertia specie transmissionis. †Pari modo, si fuerit per patrem filio legitima aut minus legitima relictum, quo casu filius agere non potest, nisi ad supplementum legitimæ. l.omnimodo. C. de inoffi.testa. filius moriendo antequam agnouerit legitimam, vel supplementũ illius transmittit iure suitatis facultatem petendi ad quoscunque hæredes. Quia pro supplemento legitimæ cõpetit filio cõdictio ex lege omnimodo, & sic actio personalis, ergo transmittitur ad quoscunque hęredes,sicut quęlibet altera personalis actio,secundũ Sali. & Iaso. in l.scimus.§.j.C.de inoffi.test.& consuluit Alex.in ij.parte consil.lv.incip. Viso titulo quæstionis. iiij.col. & est de mente Bald.in l.si arrogator.in ij.oppositione. ff. de adop. vbi magis videtur inclinare in oppositum, Videatis eum in l.ij.in vlt. quæst. C.de liber. præteritis. adeo quòd si filius fuerit à patre hæres institutus sub conditione casuali vel mixta, etiam si conditio foret potestatiua,putà,si hæres esse voluerit:quo casu eo antequam declaret si voluerit moriente, hæreditatem non transmitteret. l. si ita legatum,§.illi si volet.ff.de leg.j.tamen cùm filij intersit, quòd hæreditatem transmittat, talis conditio reiicitur quo ad concurrentem legitimæ quantitatem. l.quoniam in prioribus.C.de inofficioso testamento. & sic legitimam transmittet,licet non agnitam, secundum Bal. Salicetum & Paulum: ibi,& in tantùm, quòd si filiæ fuerit relictum:quãdo nupserit,vel pro dote:quo casu relictum peti non potest, donec nubat, vt plenè per Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero. ff.de cõditio-

ditionibus & demõstrationibus. talis filia antequàm nubat moriendo transmittit ad hæredes, etiam trãsuersales rei & m à patre sibi factum, saltẽ quatenus suam concernit legitimam, secundum Alex. in dicto consi. lv. & pulchrè per eundem in prima parte, cõsi. cxxxj. incip. Transmissum est ad me. Et idem esset in facultate se dotandi de bonis paternis restitutioni subiectis, quam habet filius secũdum terminos auth. res quæ. C. cõmunia de lega. Nam si filia fideicõmisso grauata, alicui nupserit pauperi, quo casu etiam post nuptias poterat dotem dare de fideicommisso, vt ibi concludunt Docto. certè moriẽdo ante quàm dotem sibi cõstituat, ad hęredes transmittit illam facultatẽ se dotandi, secundum qualitatẽ viri, & quantitatẽ fideicommissi: quia si se prius dotasset, dos hęredibus pertineret, secundum Paulum singu. in dicta authen. res quæ. ergo & facultas petẽdi ad eos transmittitur, secũdum eum, quod est no. †Et idẽ erit in quarta Trebel. quæ non agnita per filium trãsmittitur. l. quanquã. C. ad legem Falc. Et idem in fideicõmisso vniuersali filio relicto, vt eo moriẽte transmitatur etiam ante aditam hæred. per hæredem, secundum Bar. & Doct. in l. cùm filio. v. quæst. ff. de lega. j. & probatur in l. quidam ita in testamento. ff. ad Trebellia. & per consequẽs ius seu facultas cogendi hæredem adire, & filio fideicõmissario hæreditatẽ restituere, sine quibus fideicom. esset inutile, trãsmittitur, vt ibi. †De fideicõmisso autẽ ꝑticulari seu legato nõ est dubiũ: quoniã illud trãsmittitur ad quoscũque hęredes, cũ mortuo testatore ilico recta via dominiũ rei legatæ transeat in legatariũ. Ideo morientе legatario priusquã legatũ ei tradatur: ipsum trãsmittit ad quoscunq; hæredes. l. cùm quidã. la ij. ff. de lega. ij. & l. quæ legata. ff. de reg. iur. Sanè tamẽ intelligatis, ꝙ trãsmittit rẽ legatã, nõ tamẽ trãsmittet ius petendi & exigẽdi pœnã legatario applicandã, si legatum ei non solueretur, tex. est not. in l. si penum. ff. qñ dies leg. cedit. Nec hoc casu locum habebit regula, accessoriũ naturã sequitur principalis. †De fideicõmisso autẽ vniuersali, an transmittatur fideicõmissario etiã extraneo ante aditã hæred. per hæredẽ morientẽ, vidistis plenè in verbo, *Si absq; liberis more.* ij. in materia fideicõ mis. substitu. versi. *Et hæc substitutio fideicommissario aliquando purè*, &c. De aliis verò substitutionibus, scilicet vulgari & pupillari qualiter transmitttantur substituto pręmoriẽte, vidistis super eodẽ verbo, in materia pupillaris substit. in j. prin. arti. & plenè in fine illius subst. De substitutione autẽ in donatione facta qualiter transmittat, in posteros, videatis in l. quoties. quam ibi ad hoc põderat Bal. in fi. C. de don. quæ sub modo fiũt. †Similiter legitima seu quarta, quæ filio debetur arrogato ex cõstit, diui Pij. transmittitur non agnita in quoscunque hæredes secundũ Bar. in repet. dict. l. si arrogator. in v. oppo. ff. de adop. quem ibi sequitur Bal. in ij. oppo. Nam filius arrogatus legitimã habet in bonis patris arrogatoris titulo singulari ex dispositione legis, & quasi quadã necessitate præcedẽtis cõtractus stipulationis, iuxta §. cũ autẽ impubes. Instit. de adop. Quo casu in his q̃ titulo acquiruntnr particulari facilius fit trãsmissio. d. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. sicut dixi in legatis. Sed in casibus transmissio non fit iure suitatis, quod etiam in sola legitima nõ fuit introductum, secũdum Doct. in d. l. si arrogator. †Ob quod decidunt ibi, quòd lucrum dotis marito proueniens ex statuto disponente, ꝙ vxore præmoriente vir lucretur dotem, vel partem dotis, sicut est hîc Caturci & Tolosæ: marito post vxorẽ moriente ante, quàm lucrum agnouerit, illud trãsmittit ad hæredes, secũdum Sali. Paul. & Alex. in d. l. cũ in antiquioribus. & Iaso. in dicta l. si arrogotor. ix. & x. col. †Vnum tamen menti tenebitis, ꝙ licet filius hæreditatem paternam non agnitam trãsmittat ad hæredes quoscunq;, vbi est certitudinaliter delata volũtate patris expres. se, vt quia hęres fuit ab eo institutus: vel tacita, putà, quia ei ab intestato successit, tamen hęreditas, de qua tempore suæ mortis est dubium, an ei deferretur vel nõ, putà quia eo in certa re instituto alius hęres vniuersalis fuerit institutus, & sic potest filio hæreditas deferri iure accrescẽdi, scilicet hærede vniuersali repudiante: vel potest ei hæreditas non deferri, scilicet si hæres non repudiet: certè si talis filius moriatur priusquam hæres vniuersalis hęreditatem repudiauerit, vel aliàs ab illa exclusus fuerit. talis filius, qui fuerat in re certa institutus, nõ transmittit ius accrescẽdi ab hærede: ad hoc vt hærede vniuersali postea repudiante possit hæres filij, sicut posset filiꝰ si viueret, hæreditatem adire, quasi iure accrescendi delatã: ita dicit Ange. in l. ex facto. ff. de hæredi. instit. quod verũ intelligit de iuris rigore: sed de æquitate subuenitur hæredi ipsius filij in re certa instituti præmortui, & subuenitur ei beneficio l. ventre. ff. de acq. hæredi. †Tamẽ Imo. in d. l. ex facto. tenet cõtrarium, dicẽs tale ius etiã de æquitate non cõpetere hęredi filij prę mortui, anteq̃ ius accrescendi operaretẽ: nec hoc casu locum habere beneficiũ d. l. vẽtre. vbi videatis ꝑ modernos, & Philippum Franchum, in repetitione cap. si pater. eod. tit. libr. vj. vbi transit cum Imo. in d. l. ex facto. Quoniam dicta l. ventre. procedit, qñ in omnẽ euentum prẽmoriens se successurum cognoscebat in hæreditate: quo casu eã transmittit nõ agnitam. Sed institutus in re certa non cognoscit certitudinaliter se successurum in omnem euẽtum: cùm successurus nõ sit, si hęres vniuersalis nõ acceptet hęreditatẽ, qđ est not. Ideo illud ius accrescendi, quod tẽpore mortis illius filij contingere poterat, vel non cõtingere, non transmittitur beneficio dictæ l. ventre. Videatis circa hoc & iungatis hîc ea quæ pulchrè habuistis in verbõ, *Si absque liberis moreretur.* ij. in materia subst. vulga. in iiij. prin. art. & in tertio casu fallentiæ, dum allegabam l. qui ex duabus. ff. de acquir. hære. vbi ius accrescendi in casu illo trãsmittitur, & etiam in casu nostro transmitteretur, si filius in re certa institutus illã rem acceptasset, priusquã decesserit, cum ius accrescendi sit sui natura transmissibile ad hæredes semel portione adita. l. hæc scriptura. §. fi. ff. de conditionibus & demõstra. Et hoc modo saluari posset opinio Angel. in dicta l. ex facto. Quia cum pars quæ nunc repudiatur, non accrescat personæ, sed portioni, vt plenè dixi super verbo, *Et vxorẽ nomine Adel.* in quarto præludio: semper transit ad hæredes ad quos transit portio cui accrescit. Et quia filius in re certa institutus, rem illam licet non agnitam trãsmittat ad hæredes, cùm in hoc loco legatarij habeatur, vt dixi super verbo, *In eodem testamento relinquẽs.* ij. circa finem, sustineri posset indistinctè opinio Angel. Plus dicit Alexander in prima parte, allegato consilio cxxxj. incipien. Transmissum est ad me nuper consilium, quòd filia dotata stantibus masculis exclusa, transmittet tanquã sua hæreditatem non aditam. De quo ibi per eum, & tangam infrà. † Sed pulchrum & disputabile, ac ad decidendum subtile dubium est: an ius cõsuetudinarium, vel statutariũ sit transmissibile, sicut ius cõpetens ex dispositione iuris communis, id est

nis, id est, an hæreditas paterna filio delata consuetudine vel statuto patriæ transmittatur iure suitatis ad quoscunq; hæredes non agnita, sicut transmitteretur hæreditas ei iure cõmuni delata. putà, statuto cauet, ꝙ patre mortuo ab intestato filij masculi, exclusis fœminis, succedãt: de quo plenè vidistis in verbo, *Duas habens filias*. pone, moritur pater relicto filio masculo & filia: non est dubium, ꝙ masculus filiã excludit: sed post mortẽ patris filius cum sorore stetit aliter hæreditatẽ paternã non agnoscẽdo. & postea moritur talis filius nullo masculo relicto: quia si masculũ relinqueret, nõ esset dubiũ, vt ibi dixi. sed moritur relicta filia parua quæ ei succedit, nunqd talis filius moriẽdo totam paternam transmittit hæreditatẽ ad filiam suã? Nõ quæro de parte hæreditatis. in qua patri successit de iure cõmuni, cùm de illa nõ sit dubiũ, quin ad filiã suam transmiserit eam per superiùs deducta. sed dubito de reliqua dimidia parte, quæ illi filio obuenit ex statuto vel cõsuetudine: & in qua virtute statuti sororẽ exclusit, an illã etiã non agnitã transmittat iure suitatis ad filiã, quam si agnouisset, dubiũ nõ esset eam esse transmissam. Et tota difficultas pẽdet: quia in hac trãsmissione cessare videtur ratio finalis ipsius statuti, quæ ratio alia non fuit, nisi fauor agnationis, vt scilicet bona cõseruentur in linea masculina, ne nomen familiæ pereat. l. j. §. penul. ff. de ventre inspici. Quia hîc vtraque est fœmina, ideo siue bona trãsmittãtur ad filiã siue nõ, vtroq; casu bona nõ remanebũt in agnatione masculorũ. Nec obstat si diceretur, ꝙ ista filia parua admittatur ex persona sui patris masculi, cũ subintret eius locũ, Instit. de hęredi. quæ ab intesta. deferunt. §. cũ filius. quia ad hoc respõdetur, ꝙ quãdo filia succedit in locum patris, nõ venit ex pſona patris, licet eius loco primò ponat. Sed postea succedit ex sua propria persona, ita ꝙ cõsiderãtur qualitates filiæ, vel neptis, & non ipsius patris, prout magistraliter docet Bar. in l. j. in §. si filius. ff. de coniũgen. cũ emãcipa. filiis. & in l. j. §. si sit. ff. de collatio. bono. & plenè ꝑ Modernos in l. qui se patris. C. vnde liberi. Or cũ ista filia paruula succedat in locum patris sui, erit in eodẽ gradu cũ amita: sed si cõsiderantur qualitates filiæ, & nõ patris, prout cõsiderari debent, ista filia non dicit habere qualitatẽ, ꝓpter quam excludat amitam. Passus iste est altus & summè disputabilis, veruntamẽ omissis ambagib⁹ ego in effectu duas reperio opiniones contrarias. Prima est opinio Sali. l. j. C. ad leg. Iul. de adult. volentis portionem delatã filio masculo virtute statuti, si non fuerit per eum viuentem agnita, nõ trãsmitti ad eius filiam, sed in eã sororẽ, scilicet amitã filiæ, esse potiorẽ. Mouetur duplici ratione principaliter. Primò, quia qũ aliqua portio defertur contra ius cõmune alicui ex iure speciali, ita demũ locum habet illud ius speciale contra ius cõmune, si portio delata sit expresse acceptata, aliãs nõ l. emãcipata. C. qui admitti ad bono. pos. possunt. l. j. §. ibidem. ff. de collat. bon. sed sic est in proposito, ergo &c. Secundò mouetur, quia quando filius transmittit ex potentia suitatis hæreditatem patris, illam transmittit non tanquam aditam, sed tãquã adeundã, vt l. j. C. de his qui ante apertas tabu. & bonus tex. in l. si quis filium. in prin. ff. de acquir. hæredi. Si ergo portio statutaria trãsmittitur tanquã adeunda & filia masculi non reperiatur illius qualitatis, per quã excludere possit amitam: ergo adire non poterit: & per consequens succedere nõ põt. Per quã rationẽ in eandẽ sententiã inclinat Ludo. in d. l. ventre. ff. de acquir. hære. † Subiungens, quia statutum excludens fœminas à successione patris propter masculos intelligitur stantibus masculis qui patri succedãt: aliãs fœminæ non excludũt, secundũ Bar. no. in l. ij. §. sed si sunt sui, per illũ tex. ff. ad Tertyl. & l. j. §. si filiũ. ff. de bono. possess. cõtra tabu. & Bal. in l. maximũ. C. de libe. prete. Præterea regulam habemus, ꝙ qñ aliqua portio alicui defertur de iure speciali, in ea locũ nõ habet beneficiũ iuris cõmunis, tex. est singularis in l. mulieri & Titio. ff. de cõdi. & demon. ergo cùm ad illã partẽ per statutum delatam non veniant masculi iure cõmuni, sed statutario, & sic iure speciali, nõ habebit locũ beneficiũ iuris, scilicet trãsmissio. Alia fuit opinio Bal. in c. j. in titul. episcopũ vel abbatem feu. dare nõ possit. vbi per illũ tex. eleganter dicit, ꝙ filia semel exclusa à successione paterna propter masculũ, sẽper intelligitur exclusa: adeo ꝙ mors masculi filiæ nõ prodesset, quod reputat not. propter statuta disponentia, ꝙ existentibus masculis fœmine non succedant: quia licet moriat masculus nõ relictis liberis, aut relictis nõ qualificatis: tñ propter hoc fœmina quæ sola existentia masculi semel fuit exclusa, ad successionẽ non admittetur paternã. Idem tenuit Bal. in Auth. sed & si quis. & in l. in quibus. C. de secũ. nup. & consuluit Fran. Are. cons. 50. incip. Copiosè & eleganter. penu. col. Ergo tota hæreditas penes filiã masculi, aut aliũ hæredẽ remanebit: & ita videtur sentire Bal. in suis verbis, licet specificè quæstionẽ nostrã nõ ponat ibidẽ. Sed in quodã ei⁹ cõsilio incip. Factũ ꝓponitur sub hac forma. quod formaliter refert Lud. in d. l. ventre. quæstionẽ nostrã decidit pro filia masculi dicens ad eam trãsmitti poetionẽ statutariã & penitus excludi amitã. Mouet ꝙ *cõmunis sententia* est, ꝙ filius hæreditatẽ patris transmittit ex potentia suitatis: ergo sicut trãsmittit illã partẽ, quæ sibi defertur de iure cõmuni, sic etiã transmittere debet aliam partẽ, quæ ei defertur iure statutario, ne aliãs sequat absurdũ, quòd iste filius pro parte dicatur suus, & in alia parte nõ: & sic in parte trãsmittat, & in parte nõ: contra cõmuniter no. in l. j. & ij. ff. de acqui. hæred. & quia eadem res non debet diuerso iure cẽseri. l. cum qui ædes. ff. de vsuc. Ita refert Ludo. vbi s. & Paul. de Cast. in l. fi. ff. de acqui. hære. Et hac partẽ consulẽdo in prima parte tenuit Alex. cõsi. xx. incip. Viso processu causæ vertẽtis inter Raymundũ. vbi inter cætera principaliter mouetur: quia cũ statutũ disponat, ꝙ stãtibus masculis fœmina nõ succedat patri, cùm eo casu fœmina per statutũ sit exclusa & priuata à successione paterna, desinit esse sua, ac si pater eã exhæredasset, vt singulariter dicit Bar. in l. j. §. sciẽdũ. in fi. per illũ tex. ff. de suis & leg. hære. & sequit Bal. in d. l. maximũ. & Imo. in d. l. vẽtre. & Lud. in l. apud Iulianũ. §. idẽ Iulian⁹. ff. ad Treb. Ergo cũ filia ꝑ existẽtiã masculi in successiõe patris desinat esse sua, filius masculus in tota successione dicitur esse suus: & sic totã debet posse trãsmittere ex potẽtia suitatis hæreditatẽ. Quid ergo nũc dicẽdũ in tãta difficultate? vbi Frãcis. Aret. cõsi. cxlij. incip. Viso statuto cõmunis Aretij. ij. col. punctũ nostrũ reliquit indecisum, honestè se excusans, quòd de illo casu nõ fuerat cõsult⁹. Similiter Iason in d. l. emancipata. ij. col. C. qui admitti ad bon. pos. possunt. dixit nihil velle decidere, quia plenè hoc disputauit in d. l. si arrogator. ff. de adopt. vbi in xij. col. finaliter in hæc verba cõclusit: Ego habeo hãc quæstionẽ pro dubitabili, & aliter pro nũc nõ determino: † quãuis aliqui opiniões cõcordare voluerint, dicẽtes ꝙ aut statutũ purè, simpliciter, & absolutè propter existẽtiã masculorũ excludit fœminas, & sic

119

120

BIU Cujas

& sic in totũ,& tũc est verũ dicere, ꝙ masculus moriẽdo ante agnitã hęreditatẽ,totã hęreditatẽ trãsmittat ad suã filiam,aut suos alios hęredes. Quia cũ virtute statuti fœmina in totũ excluſa nõ sit de ſuis,ac ſi esset exhæredata:Imò sola existentia masculi tẽpore mortis paternæ eã perpetuò excluserit:Ideo morientę postea masculo nihil potest ad eam peruenire quę semel excluſa fuit: sed tota hæreditas trãsmittitur ad liberos filij etiã non masculos: & ita saluari potest secunda opinio: scilicet Bald.Paul.de Cast. & Alex. & quod notat Bar.in d.l.sciendũ.Aut statutũ non excludit simpliciter filias propter existentiam masculorũ. sed iubet eas dotari: vel vult eas à patre esse dotatas, & tũc quia dos succedit loco legitimæ,vt plenè declarat Bar.in l.Titio centũ.§.Titio genero.ff.de cõdi.& demõst. Sequitur, ꝙ statutũ vult eo tunc ꝙ fœmina habeat legitimã suã:& sic eam in totũ non priuat,& per consequens nõ definit esse ſua propter existentiã masculi,vt pulchrè limitãdo opinio. Bar.in d.§. sciẽdum.cõsuluit in prima parte Alex.consi.cxxxj.incip. Trãsmissum est ad me. Ideo si filius ante agnitã portionẽ ei à statuto delatã decesserit, illã partẽ nõ trãsmittet ad filiã,nisi solùm partẽ hæreditatis ſibi de iure cõmuni cõtingentẽ. Aliã verò habebit eius soror filiæ ſuæ amita. Et ita saluareẽ prima opinio quæ fuit Salicet.in d.l.j.C.de adulter.post Iacob.de Are.& Vbertum de Bobio:quos idem tenuisse refert ibi Ang.

☞[Adde quòd hanc quęstionẽ videtur aliqualiter decidere idẽ Ias.in l.cũ mota.vj. col. in prin.C.de trãs-

121 act.]†Sed quia ecõtrà vos scitis,ꝙ aliqñ statutũ simpliciter seu perpetuò nõ excludit filias per existentiã masculorũ,sed eas tẽporaliter excludit.putà,quia dicit,ꝙ filia dotata nõ succedat patri quousque,seu donec masculus supererit.Quo casu masculo post mortẽ patris præmortuo succeſsio paterna, qua filia erat excluſa ab inteſtato ad filiũ reuertitur: vel ſi in testamẽto patris fuerat præterita,potest testamentũ dicere nullum,vt plenè dixi suprà in verb. *In eodem testamento relinquẽs*.in ix.limitatione.Sed quæro nunc, an filia post mortẽ patris præmoriente,& demũ masculo sine liberis masculis decedente, prædicta filia ad suos trãsmiserit spẽ succedẽdi,vel dicendi testamẽtũ patris nullũ, vt ſui liberi succeſsionẽ aui materni petere posſint,vel testamentũ aui dicere nullum. Sicut posset filia eorũ mater,ſi fratri masculo superuixisset sine masculis defũcto. Super hoc videatis Bar.in l. fi. ff.ad Tertyl.vbi decidit ꝙ non.Sed Bal. contrà, in l. ij. C. de libe. præter. & ibi Alex. plenè an saltem interim trans mittat legitimã,ſi adhuc viuente masculo decedat, ibi plenè per Bal. & plenius per Sebastianũ de monte sancti Sabini in repetitione Auth.nouisi-

122 ma.xxvij.fol.C.de inof.testam. †Restat ergo,quòd de iure cõmuni filius moriendo ante agnitã paternã hæreditatẽ ſibi iure cõmuni delatã transmittit perpetuò ad ad quoscũq; etiã extraneos hęredes.quod esse

123 verũ limitatur tripliciter. †Primò limitat hoc procedere quantũ ad ius succedendi de iure ciuili: nam illud bene transmittitur ad quoscunque ex potentia ſuitatis: secùs autem esset in iure succedendi de iure prætorio,putà in bono posſe.quã filius non agnitam in succeſsione ab inteſtato ad neminem trãsmittit ex potentia ſuitatis,secundũ Alex.in d.l.emancipata.penul.col.versi.non obstat tex.in d.§.ibidẽ. dicens hoc esse subtile,& nõ tactũ ab aliquo doctore in isto pũcto ſuitatis.Mouetur,quia transmiſsio ex potẽtia ſuitatis fit eo quia incõtinẽti filius in potestate mortuo tuo patre absq; alia paternæ hæreditatis aditiõe censetur iam hæres esse ipso iure, ac ſi adiuisset inſpecta diſpositiõe iuris ciuilis.l.j.§. qui sunt in potestate.ff. ſi qs omiſsa causa testa. & l. filiꝰ qui patri.ff.de vulg. & pupil.Ideo non mirum,ſi de facili talis transmiſsio fit. Sed hoc dici non posset in transmiſsione bonorũ posſeſs. Quia lex ex potentia ſuitatis nõ facit eũ ipso iure bonorũ posſeſſorẽ,cùm in bonorũ posſeſsio.acquirenda requiratur iudicialis agnitio. l. fi.C.qui ad mitti ad bonorũ pos.possunt. Et sic ꝓpter præsentiã iudicis quæ in ea requiritur,ſola ſuitas nõ habet effectum operari:quia secundum Bal. in d.l.emancipata. Cy. & Sali. ideo bonorum posſeſsio nõ agnita ex potentia ſuitatis, non trãsmittitur,quia requirit actum facti extrinsecũ,ſcilicet,quòd fiat in prẽsẽtia iudicis vt dictũ est. Et ea q̃ sunt facti non transmittũtur ipso iure ad hæredes.l.j. §.Scæuola.ff.ſi quis liber testamẽto iuſsus fuerit.& l.cũ hæredes. ff. de acqui posſeſsio.

124†Quod verũ intelligit Iason in præludiis d.l. emancipata.iij.col.in bo.poſſ. decretali:per quã tribuitur filio hæredi ius in re & paterna hæreditate. Quia cũ illa agnoſci non posſit sine iudice & eius decreto, vt d.l.fi.nõ agnita nõ trãsmittitur,vt ad hæredes ius hęreditatis transeat, sicut trãsit de iure ciuili ex potẽtia ſuitatis ſola quæ ipso iure efficit filiũ verum hæredem. non ergo mirũ,ſi trãsmittat quod iam habet,& ſibi verè competit,ſcilicet paternam hæreditatẽ.Sed hoc fieri non potest iure prætorio,vt dixi:quia bonorũ posſeſsio decretalis nunquã filio cõpetit, nec ius ei tribuit,donec à iudice petiẽ,& per iudicẽ decernitur,vt d.l.fi.& sic tanquã agnita cùm non sit,trãsmitti nõ potest. Sed bonorũ posſeſsionẽ edictalẽ quæ filio cõpetit ipso iure ex edicto prętoris ilico mortuo patre,quę aliud ius nõ tribuit filio de præsẽti,& ipso iure in paterna hæreditate, nisi quia ſolùm det ei facultatẽ petendi corã iudice, & gnoſcẽdi infra annũ bonorũ posſeſsionẽ decretalẽ, vt ſibi decernatur cõpetere paterna hæreditas,iuxta terminos d.l.fin.imò hodie ſufficit sola filij agnitio corã iudice sine decreto,vt ibi.Certè illã edictalẽ bonorũ posſeſſionem,id est facultatem agnoſcẽdi decretalem & paternã hæreditatẽ bene transmittit de iure prætorio,ſicut potestas illa transmittitur de iure ciuili, quo filius trãsmittit paternam hæreditatem, non tanquam agnitã: Imò eius hæres põt eam nõ agnoſcere, & repudiare. quod facere non posset,ſi semel filius eã agnouisset, cùm filius semel agnoſcẽdo paternã hęreditatẽ amplius eã repudiare nõ posſit. l.ſuus hæres. C.de repudianda hæredita.& minus potest eius hæres, ſed eam transmittit,vt agnoſcendã,prout videbimus in integrum restitutione, quæ licet factũ requirat extrinsecum,ſcilicet impetrationẽ à iudice:tamen ſi minor moriatur ante impetrationẽ,trãsmittitur ad hęredẽ. l.non ſolum.ff.de in integ.restit.& l.minor. §. fin. ff. de minori.Facit l.Panthonius.ff. de acquir.hære.& l. qui duos.ff.de rebus dubiis.& ita post longã disputationẽ concludit Iaſon post pręludia in d.l. emãcipa-

125 ta.j.ij.& iij.columnis.†Secũdò limitatur,quòd hæreditas patris nõ agnita transmittitur ꝓpetuò ad quoscunque hæredes filij, nam mortuo patre fuisset filio hæredi statutus terminus à ſuperiore ad deliberandũ an velit esse hæres patris vel non. Quoniam eo tũc ſi decedat filius infra talem terminum ſibi datũ ad deliberandũ, censetur esse tanquã extraneus, ita ꝙ non transmittet de potentia ſuitatis ad quoscũque,nisi reliquum temporis dati à iudice, secundũ Bart. in l. ex militari.§.fin. in fine.ff.de testamen.milit.per text. in l.cùm in antiquioribus.C.de iure deliberan.Et idem ſi statu-

BIU Cujas

si statuto aut consuetudine patriæ esset filia aut filius excluſus vel iuramento: quo casu non esset hæres patris suus, nec cõsequeretur effectũ suitatis, nec diceretur hæres necessarius, sed volũtarius, secundũ Bar. in l. sciendum. ff. de suis & legi. hæredib. & Ang. in §. eadẽ habet in fine. Institu. de hæredi. quæ ab intestat.
126 deferun. † Tertiò limitatur, ꝙ hæreditas patris non agnita trãsmittitur ad quoscũq;, nisi filiꝰ seu vlterior descendens primũ locum suitatis tenens cui hæreditas est delata, abstinuisset, seu eam repudiasset in vita sua. Quia eo tunc eam nõ transmitteret ad eundẽ, ne plus iuris in aliũ transferat, quàm in se habeat, secundum Bar. & *cõmuniter* Docto. in d. l. ventre. & l. fi. ff. de
127 testamen. milit. † Potest tamen in vita sua filius, qui semel hæreditate patris abstinuit, reuocare abstentionem seu repudiationem duobus concurrentibus.

Primò, quòd infra triẽnium eam reuocet. Secũdò, quòd res sit integra, id est quòd bona nõ sint alienata: quia vltra trienniũ, vel citra si bona essent alienata, vel per aliũ hæredẽ legitimũ sequentẽ in gradu esset hæreditas adita. cùm bona esset alienata, vel hæreditatẽ esse alteri quæsitã per additionem æquiparẽtur, secundũ. Bal. in l. ij. C. de iuris & facti. ignorã. non audiretur filius volens adire quod semel repudiauit, ꝙ nisi esset minor viginti quinque annis, qui vltra triennium infra tempus petendæ restitutionis in integrum, quod est quadrienniũ à die minoris ætatis finitæ cõputandum. l. fi. C. de tẽpo. in integrum restitutio. petẽ. potest per viam restitutionis, tanquam læsus facilitate minoris ætatis adire paternam hæreditatem semel repudiatã, etiã si bona forent alienata: prout de his omnibus est tex. solennis in l. fi. C. de repudian. vel abstinen. hære-
128 dita. † Licet enim filius reuocare non possit immistionem seu additionem paternæ hæreditatis, si semel in ea se immiscuerit, & adiuerit, vt l. suus hæres. ibi, cùm respuere quæsitam. C. titulo allegato, secundum veram opinionẽ, quicquid dixerit Bar. & quidam alij in l. si maior. eodem tit. Tamen abstentionem seu repudiationẽ reuocare potest, & paternæ hæreditati se immiscere prout supra dictũ est. Et ratio differentiæ est, (omissa ratione Saliceti) nã filius suus de iure ciuili velit aut nolit, est hæres. Et licet à prætore habeat beneficium abstinendi, & se abstineat: tamẽ adhuc remanent reliquæ antiquiæ iuris suitatis, quæ sufficiũt ad confirmandum testamentum, ac si hæreditas adita fuisset, & plures alios effectus operãtur, de quibus patet in l. cùm quasi. §. sed & si quis suus. ff. de fideicommissa. libertatibus. glo. in l. quidam elogio. in fine glo.
129 magnæ. C. de iure deliberã. & propter illas reliquias mediante suitate quæ durant, non obstante obstẽtione, lex permittit in filio suo tantũ, quòd possit abstensionem suam reuocare. & quia res de facili reuertitur ad sui naturã. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & hæc est ratio d. l. fin. quæ cessat in casu cõtrario, scilicet si filius reuocare vellet immistionẽ semel factã. † Et in tantum est hoc verum, videlicet quòd filius
130 possit suam abstentionem seu repudiationẽ reuocare, quòd non solũ habet hoc locũ in filio respectu paternæ hæreditatis, sed etiã habet locum in nepote ex filio, & alio quolibet descẽdẽte suo, qui potest esse hæres suus tenẽdo primũ locũ suitatis, aliis proximioribus subductis de medio, secundum Bart. in d. l. fi. & in l. si quis suus. ff. de iure deliber. gl. & Bar. in l. nonnunquam. ff. de collatione bonorũ. † Plus dico, quòd etiã
131 si suus hæres habeat coniunctum, seu cohæredem extraneum sibi datum in testamento patris, dummodo cohæres ille nõ adiuerit, antequã filius reuocet abstẽsionẽ, & sic res sit integra, poterit suus abstensionem reuocare, & paternã hæreditatem adire: ratio est, quia per dationem cohæredis extranei non tollitur suitas, quo ad ea quę testator in testamento disposuit secundum *communem doct. opinionem* in l. apud. Iul. §. idem Iulianus. ff. ad Treb. ita elegãter cõcludit Bar. in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acqu. hær. per illũ tex. ibi, si cohæres adiuit. à contrario sensu. Et ita concludunt Ange. & moderni contra glo. ibi, in d. l. fi. C. de repu. hære. quos ibi sequitur Iaso. † Plus dico, quòd filius
132 qui à paterna hæreditate abstinuit, nõ solùm reuocare potest abstensionẽ expressè hæreditatẽ adeundo, & declarato animo se immiscendo, sed etiam tacitè, puta, exercẽdo aliquẽ actum qui fieri non poterat citra ius, & nomẽ hæredis, putà seruum hæreditarium manumittendo, debita hæreditaria soluendo. De quibus actibus plenè in l. gerit. & l. pro hærede. ff. de acquir. hæredit. & dixi plenè suprà, *mortuo itaque testatore. j.* & ita tenet Alex. & Ias. in l. j. C. de iure delib. per textũ. in d. l. pro hærede. §. Papin. & l. j. C. de repud. hære. & est de mẽte Doct. in l. Iulianus. §. fin. ff. de iure deliberan. licet glo. Ang. & Paul. de Cast. contrariũ teneant, volentes reuocationem expressam esse necessariam:
132 & malè. † Fortius dico, quòd filius non solùm potest suam abstensionem & repudiationem reuocare infra tempus prædictum, si facta fuerit extra iudicium, sed etiam si à paterna hæreditate abstinuisset iudicialiter corã iudice, secundnm Bal. Rapha. Fulg. Alex. & Iaso. in d. l. fi. C. de repudian. hæredi. Quia nõ refert an repudiatio hæreditatis fiat in iudicio, vel extra: nec rigor iudiciorum aliquid operatur in hoc casu. l. siue apud acta. C. de transaction. ita dicit gl. in l. sicut. C. de repud. hæredi. licet Bald. sibi ipsi contrarius. tenuisset contrarium & male. in l. ij. C. de iuris & facti ignoran.
133 † Quæ omnia sunt notanda, pro extensione d. l. fi. C. de repu. hær. singulariter volentis filium infra triennium re integra posse reuocare abstentionem seu repudiationem paternæ hæreditatis per ipsum factam: quã nunc limitabitis procedere in hæreditate patris
134 vel aui & similiũ dũmodo ibi adsit suitas. † Secus in hęreditate matris vel lineæ maternæ: quia ibi cessat suitas super qua d. l. fundatur: posset enim filius qui hæreditatẽ maternã vel alterius de linea materna repudiasset. repudiationẽ reuocare infra annũ, non per d. l. fin. sed per l. filij mater. ff. ad Tert. de cuius intellectu, quia varia dicuntur, propter d. l. ij. C. de iuris & facti ignoran. videre potestis latè per Alex. & Ias. in l. quisę
135 patris. C. vnde liberi. † Secundò limitabitis. d. l. fi. nõ procedere in filio emancipato, quia in eo cessat suitas & licet hodie sublata sit differentia emãcipationis patriæ potestatis solùm quo ad succedẽdum ab intestato, tamen vbi aliquid fundatur in suitate, illud cadere non potest in filio emancipato. Ideo hodie emancipatus non transmitteret hęreditatẽ patris nõ aditam ex potentia suitatis. de qua transmisione loquimur, cùm in eo etiam hodie non est suitas, vt concludunt Doct. in d. l. ventre. Et ita concludunt Bar & Docto. *communiter* reprobata gl. ibi, in d. l. fi. & Ang. in §. emancipati. Institu. de hæred. quæ ab intesta. deferun. ij. col. Est tamen verum, quòd emancipatus qui paternam hęreditatem repudiauit, potest infra annum reuocare, & eam adire, per d. l. filij mater. qui non fundatur in suitate, vt etiã tenet Bal. in d. l. ij. C. de iuris & facti igno. licet contrariũ voluerint Salic. & Fulg. & malè secun-
136 dum Alex. & Ias. in d. l. fi. † Tertiò limitabitis d. l. fi. locum habere in filiis suis, qui repudiant hæreditatem patris, vel alterius ascendẽtis secus est econtrà, quia si

BIU Cujas

aſcendens, putà pater vel auus repudiaret hæreditatẽ filij vel nepotis, nõ poſſet ſuã reuocare repudiationẽ factã in hæredi. deſcendentiũ infra trienniũ: quia ratio d.l. ceſſat, ſcilicet ſuitas. Ita dicit gl. in fine, quam ſequitur ibi Bal. in l. non iuſtã. C. ad Trebel. & idem Bal. in d.l.fi. poſſet tamen aſcendens infra annũ reuocare per d.l. filij mater. ſecundũ Bal. in d.l.ij. C. de iur.
137 & facti ignora. † Quartò limitabitis d.l. finalẽ locum non habere, qñ filius ſuus renũtiaſſet ſuæ legitimæ ex teſtamento vel ab inteſtato ſibi cõpetenti, vel ſupplemento eiuſdẽ: quia tunc non poſſet ſuam reuocare repudiationẽ, ſicut nec quãdo renũtiauit querelę inofficioſi teſtamẽti. l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſtamen. Nã d.l.ſi. de repud. hæred. loquitur in ſuo qui eſt hæres vniuerſalis patris, non quando habet legitimã tãtùm cùm tũc æquiparetur legatio, qui repudiatione legati reuocare non poteſt. l. proinde. ff. ſi cer. peta. ita ſingulariter dicit Bal. in d.l.fi. quẽ ibi ſequuntur Alex. & Iaſ. Aliqui tamẽ tenuerũt cõtrarium, quod imò hoc caſu poſſit perpetuò renuntiationem reuocare, vt dixi in verbo, *Si abſque liberis morereturꝰ*. ij. verſ. ij. limitatur dicta regula, in materia vulg. ſubſt. tractando pri-
138 mũ effectũ illius ſubſtitutionis. † Quinto limita: d.l. procedere in repudiatione ſub abſtentione expreſſa. quæ reuocari poteſt expreſsè adeundo: aut tacitè, vt dictum eſt. ſecus tamen eſt in repudiatione ſeu abſtẽtione tacita ex lapſu tẽporis inducta. Nã ſi filius ſtat per triginta annos & tacet, excluditur à iure ſe immiſcendi paternæ hæreditati ſecundũ *communem opin.* in l. licet. C. de iure delib. Et plenè dixi ſ. in verb. *Mortuo itaque teſta.* j. Certè iſtã tantam repudiationem nõ poſſet ſuus reuocare infra triennium, ſecundum Bar. quẽ ibi ſequitur Iaſ. in l. iij. C. de iur. & facti igno. vbi reſpondẽdo ad tex. in d.l.fi. de repu. hære. dicit quòd loquitur in repudiatione expreſſa: quia prima reuocari nõ poteſt, ſecunda ſic. Idem tenent Paul. Alexan. & Iaſon. in d.l.fi. Bal. & Paul. in d.l.ſi quis ſuus. ff. de iure
139 deli. † Sexto limitabitis. d.l.fi. procedere, quãdo ſuus hæres nõ haberet ſubſtitutũ. Nã ſi ſubſtitutũ haberet, & paternã hæreditatem repudiaret, vel abſtineret, nõ poſſet abſtentionem reuocare, ſecundum gl. in d.l.fi. quã ibi ſequuntur Bal. Ang. Alex. Iaſon & *communiter* alij doct. quia per donationẽ vulgaris ſubſtituti, ſecũ-
dũ *cõmunem opi.* tollitur ſuitas, vt infrà latiùs dicetur. & ſic ceſſat ratio d.l. reuocationẽ permittẽtis. Septimò limitabitis d.l.fi. non procedere in filio, quẽ pater inſtituit ſub cõditione, ſi voluerit. Quia cũ talis cõditio ſuſpendat ſuitatem. l. ſi cũ Cornelius. & l. iam dubitari. ff. de hæredi. inſti. ſi ſemel repudiaret, non poſ
ſet reuocare, cum eo tunc ceſſet ſuitas. quæ ſaltem interim eſt ſuſpenſa. Ita elegãter decidit Ioan. de Imo. in d.l. iam dubitari. vbi reprobat in hoc Ange. tenen-
140 tem contrariũ. † Octauò limitabitis d.l.fi. vt procedat, quãdo abſtẽtio ſeu repudiatio fuit valida: quia in ea nullus error facti aut iuris interuenit. Si autẽ ſuus hæres abſtinuerit: dum ſe putat nõ eſſe ſuum, ſed voluntariũ: quia tunc talis repudiatio eſt inefficax, poteſt eam perpetuò reuocare: vt l. is qui putat. cũ l. ſeq. iuncta gl. quã ad hoc ibi not. Bart. ff. de acquir. hære.
141 † Nonò limitabitis d.l.fi. dum vult. quòd filius poſſit ſuam abſtentionẽ reuocare vſque ad trienniũ: quãdiu ipſe filius viuit, non tamen trãſmittit iſtã facultatem reuocandi ad hæredes, ſecundum Ang. Ioan. de Imo. & Ludo. in d.l. ventre. ff. de acquir. hære. licet in contrariũ faciat d.l.ſi quis filiũ. ſ. j. eod. tit. Tamen Alex. & Iaſon in xxj. col. tenent opinio. Ang. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. & in d.l.fi. & idem Iaſ. in l. emãcipa-
ta. C. qui admitti. ad bonorũ poſſeſ. poſſunt. in princi
pio. Quia in filio dũ viuit adeſt ſuitas: in qua fundatur d.l.fi. quæ ſuitas ceſſat in hærede, ad quem non tranſit. Quod intelligatis, niſi filius eſſet minor, & abſtinuiſſet, & res non eſſet integra: quia tunc cùm poſſet ſi vellet abſtentionẽ reuocare per reſtitutionẽ in integ. tanquam minor facultatẽ petendi reſtitutionẽ in hęredes tranſmitteret. Cùm reſtitutio ſit ſui natura trãſmiſsibilis, vt d.l. non ſolùm ff. de in integrum reſtit. ſecùs fortè eſſet ſi res eſſet integra: quo caſu cũ filius qui abſtinuit poſſit de iure cõmuni infra trienniũ ſuã reuocare abſtentionẽ, ſibi non cõpeteret reſtitutio, quæ dicitur remedium extraordinariũ, argu. l. in cauſæ. ff. de minoribus, & ſic facultatem abſtinendi ſibi competentẽ de iure cõmuni non tranſmitteret, niſi fortè in liberos ſuos hęredes, non in extraneos. videatis latè per Iaſ. in d.l. qui ſe patris. Vnde reſtat concluſio, † ꝙ ſuus hæres moriẽdo ante hæreditatẽ agnitã, eam perpetuò trãſmittit ad quoſcunque, niſi tempus ſibi ſtatutum fuerit à iudice, vel ei renũtiauerit. quod qualiter intelligatur. patet ex prædictis. Fortiùs dico ꝙ ſicut deſcendens ſuus ad hæreditatẽ aſcẽdentis vocatus, & ſic ei ſuccedens ex ſua voluntate expreſſa, vt putà, per eum in teſtamento inſtitutus, vel voluntate tacita veluti ei ſuccedens ab inteſtato, hæreditatẽ nõ
143 agnitã trãſmittit ad hæredes. † Sic etiã eã tranſmittit, ſi ei ſuccedat contra eius voluntatem per medium querelæ inofficioſi teſtamenti, tanquã exhæredatus. Quia eo tunc querelã teſtamenti inofficioſi ei cõpetentem ad teſtamentũ ſubuertendũ, etiã non agnitã, nec aliquo modo præparatã, trãſmittit. Et (quod eſt mirabilius,) eã trãſmittit ad ſuos liberos, ſiue ſit ſuus ſiue nõ: quia ſuitas in hoc nõ attẽditur: ita ꝙ filius cõtra teſtamentũ patris vel matris trãſmitteret querelã non præparatã ad ſuos liberos hæredes, nõ ad extraneos, vt d.l.ſi quis filiũ. C. de inoffi. teſta. & eſt tex. clarus in l. ſcimus. ſ. fi. eod. tit. & tenent glo. Bald. & Sali. in l. cùm mota. C. de tranſactio. Niſi querelã inchoaſſet, aut inchoare velle declaraſſet coram teſtibus, licet morte præuentus eam poſtea inchoare non potuerit: quo caſu hæres eam inchoare poterit, vt l. poſt humus. ſ. fi. cum l. ſeq. ff. de inof. teſta. ſecundum Gui-
144 do. Papæ, quæſt. ccxiiij. † Et in hoc eſt differentia an filius ſuccedat ex voluntate patris expreſſa vel tacita quia hæreditatem tranſmittit ad quoſcũque. Sed quãdo ſuccedere intendit contra voluntatem, quod fieri non poteſt niſi medio querelæ inofficioſi teſtamenti, eam non tranſmittit, niſi ad liberos, & non alios hæ-
145 redes, niſi prout ſuprà dixi. † Et idem eſt in querela inofficioſæ donationis. quę non præparata non tranſmittitur, niſi ad ſolos liberos ſecũdum Bal. in l. j. pen. quæſt. C. de inof. donatio. Sed facultas reuocandi donationem propter ingratitudinẽ donatarij, non tranſmittitur per donatorem in ſuos vel extraneos hæredes, niſi in vita ſua donator litem inchoauerit. l.fi. C. de reuocand. donatio. vel apertè declarauerit, quòd eam reuocare volebat: quod facere non potuit morte præuentus, argu. d.l. poſthumus. ſ. ſi cum l. ſeq. quod eſt verũ quãdo donator ſciẽs ingratitudinem non inchoauit litẽ. nec inchoare velle declarauit: ſecus ſi ingratitudinẽ ignorabat: quia tunc indiſtinctè eã tranſ
mittit. cùm nihil donatori tunc imputari poſſit, ſecundum Pan. in c.fi. de donatio. vbi per eum, & ſequitur Iaſon in d. l. cùm mota. v. col. C. de tranſaction.
146 † Querela autem quæ competeret trãſuerſali, putà, fratri contra teſtamentum inofficioſum ſui fratris. turpi perſona hærede inſtituta, iuxta l. fratres. C. de

inofficioſo

BIU Cujas

inofficioso testamẽto. non præparata non transmitteretur, sicut hæreditas fratris non adita nõ trãsmittitur. l. quoniã sororẽ. C. de iure delib. secũdum Cyn. & Bald. in d. l. scimus. §. fi. nisi in vno casu, putà, si pater habẽs plures liberos fecit testamẽtum, & pupillo habẽti bona aduentitia, substituit pupillariter alium suum filium fratrẽ pupilli. Nam isto casu sicut filius pubes moriendo transmitteret hæreditatẽ patris non agnitã ad quoscunq; iure suitatis, vt dictum est, ita etiam trãsmittet hereditatẽ sui fratris impuberis, cui erat pupillariter substitutus, non aditã per eandẽ potentiã suitatis. Quia quantũ ad hoc censetur hæreditas patris. l. sed si plures. §. quos possum. quã ibi Bart. & Doct. ad hoc not. ff. de vulg. & pupil. & idem Bar. in l. ij. in fine princip. eodem titul. Et idem esset si testator duos filios impuberes substituisset, scilicet, vnum alteri vltimo moriẽti. Nam mortuo primo impubere si postea decedat secundus non adita hereditate sui fratris, trãsmittet ad hæredẽ suum, scilicet, sibi substitutũ, nedum hæreditatẽ suam, sed etiã sui fratris præmortui adhuc nõ aditã, secundũ Ange. in d. l. quoniã sororẽ, per l. qui duos. & ibi hoc tenent idem Ang. Imol. & Paul. ff. de rebus dubiis. & Iason in l. si infanti. xj. col. C. de iure deliber. & Alexan. in d. l. quoniã sororẽ. & Bar. in d. l. qui duos. ff. de rebus dubiis, iij. col. & l. moribus. §. j. in fine. de vulg. & pupil. quẽ ibi cõmuniter sequuntur alij Docto. & Ange. in §. j. inst. de pupillari substitutione. & vidistis s. in verbo, *Si absq; liberis moreretur.* ij. in materia pupillaris substitutionis, tractando quartum effectum eiusdem.

147 †Similiter dico, quòd sicut querela testamẽti inofficiosi contra testamentum fratris nõ præparata non transmittitur, vt dictum est, sic etiã non transmittitur contra testamentum descendentiũ, in quo ascendentes fuerunt exhæredati. Quia illa non transmittitur etiã ad suos liberos, secundum Ang in l. nam & si is. ff. de inoffic. testa. & Fulgo. in d. l. scimus. §. fi. quanuis
148 Cyn. & Salicet. ibi dubitant. l. †Sanè tamen intelligatis, quòd descẽdentes sui vel non sui transmittũt querelam contra testamentũ ascendentium non præparatam, duobus concurrẽtibus. Primò, quòd descẽdẽs exhæredatus non potuerit in vita sua præparare querelam eo quia fortè hæres scriptus eam non adiuerat hæreditatem, vt dicit text. in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. Sed si hæres scriptus adiuisset hæreditatem, vt sic filius pręparasse potuerit querelam contra testamentum patris, & non fecit, nec præparare velle declarauit: tunc eam non præparatã non transmittet nunc, sicut nec olim. Nam cùm d. l. si quis filium. permittẽs querelæ non præparatæ trãsmissionẽ, non debet extẽdi vltra casum in ea expressum: ita dicit Sali. in ij. oppositione in d. l. cùm mota. C. de transactio. Secundò intelligatis, querelam non præparatã transmitti ad liberos, prouiso, q̃ sint hæredes exhæredati moriẽtis & transmittentis, cum ex eius persona tantùm venire possint, vt notatur in d. l. qui se patris. C. vnde liberi. & in l. si quis filium. ff. de acquir. hæred. Si autem liberi nõ essent hæredes, tũc filius exhæredatus ad eos non trãsmitteret querelam non præparatam, secundum Paul. de Castr. in d. l. si
149 quis filiũ. quem ibi sequitur Iason. †Pl⁹ dico, quod descendens suus non solùm transmittit ad suos liberos hæreditatẽ ascendentis contra eius voluntatẽ delatã per medium querelę inofficiosi testamẽti, vt dictũ est, sed etiã transmitit hæreditatẽ præter voluntatem ascẽdentis delatam per medium iuris dicendi testamẽtum nullum, si in testamẽto ascendentis fuerit præteritus. Quo casu ius seu facultatẽ dicendi testamentũ nullũ transmittit ad solos liberos, vt l j. C. de his qui ante apertas tabulas. sicut beneficio eiusdem legis trãsmittit ad solos liberos ius cõtra tabulã di de iure prætorio, secundum Bal. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. fa. testa. secundum quod ibi refert Imol. & Alex. in d. l. emãcipata. & plenè dicam in sequenti membro. Et ita q̃ ad solos liberos transmittat ius dicendi testamentum nullum, decidit Iason in d. l. cùm mota. C. de transact. & l. emancipata. C. qui admitti. & in l. si infanti. C. de iure deliber. ix. col. & plenè per eum in repetitione. l. si arrogator. vij. colum. ff. de adoptio. licet Bal. singulariter in loco peregrino, scilicet in c. sciscitatus penultima col. de rescriptis. tenuerit ius dicendi testamentum nullum durans triginta annis, sicut ius immiscendi, posse transmitti non agnitum ad quoscunque hæredes, ex potentia suitatis. Et in hanc opinionem sonant verba Bal. in d. l. filio præterito. in fine. quicquid ibi referat Imol. & Bal. sed non est verum secundum Iason. vbi suprà. tum quia iure non probatur, tum etiam quia transmissio quæ fit per filium ex potentia suitatis procedit quãdo pater est mortu⁹ ab intestato, vel ex testamento, filio hærede instituto. Quo casu lex ciuilis facit filium suum hæredem & necessarium, vt declarat Barto. in d. l. si infanti. & d. l. ventre. Quæ ratio cessat in casu nostro, vbi filius vellet transmittere contra testamentum patris, tanquam exhæredat⁹, vel præteritus, quia antè quàm possit patri succedere, oportet q̃ testamentũ querelet vel dicat nullum, quod
150 est not. †Vnum finaliter menti tenebitis, quòd sicut liberi in potestate constitui hæreditatem ascendentium non agnitã moriendo trãsmittunt ad quoscunque, sic etiam eam transmittet episcopus aut monachus, licet in potestate ascẽdẽtis nõ sit. Quia cùm in hoc casu eorũ interfit non esse à potestate liberatos, vt scilicet hæreditatẽ trãsmittãt, retinẽt iura suitatis, secundum Bar. & Bald. in l. item in potestate & l. ne-
151 potes. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. †Secunda species transmissionis est, quæ fit non ratione suitatis sed solùm ratione sanguinis, beneficio l. vnicæ. C. de his qui aute apertas tabulas hæreditatem transmittũt. Nam si moriatur aliquis descendens hæres ascẽdentis quisquis sit, & sic nõ suus hereditate ascẽdentis non adita nec repudiata, illam trãsmittit ad quoscunque descẽdentes, vt plenè declarat Bar. in d. l. ventre penult. colum. versi. quintus casus. ff. de acqui. hę-
152 red. † Nam siue ille moriens sciuerit hæreditatem sibi esse delatã, siue ignorauerit, semper eam transmittit. Et hæc species trãsmissionis se habet cũ præcedẽtitanquam excedẽs & excessum, quia transmissio ex potentia suitatis fit ad quoscunque etiam extraneos hæredes, vt suprà dictum est. Sed ista quæ fit beneficio d. l. vnicę. fit solùm ad liberos descendentes, & nõ ad extraneos hæredes. & vice versa, hæc secunda species excedit primã in alio: quia illa nõ habet locum, nisi in hæreditate patris filium in potestate habentis: sed ista locum habet generaliter in hæreditate cuiuscunque ascẽdentis, descẽdentẽ, putà, emancipatũ, aut aliàs in potestate non habentis: & consequenter etiã locum habet in hæreditate matris & lineæ maternæ. Cõueniunt tamẽ in vno: quia sicut prima species locum non habet in ascendentibus, qũ ordine turbato succedunt descendentibus, cùm nõ sunt in potestate descendentiũ, & sic cessat suitas, nec etiã locũ habet in collateralibus. l. quoniam. C. de iure delib. Sic etiã d. l. vnica. hanc secundam speciem inducẽs: locum nõ

BIU Cujas

habet in aſcendẽtibus vel collateralibus,quãdo ſuccedunt ex teſtamento,vbi teſtari poſſunt, vel ab inteſtato ipſis deſcendentibus, ſecundũ Bar.in d.l. vnica. vbi reprobat gloſ.quæ ibi cõtrariũ volebat.idẽ tenet Bal.quod locũ nõ habeat in l.ij.C.ad Orfitianũ. & in l.cum in antiquioribus.de iure delibe.Alex. & Iaſon in l.ſi infanti.eo.tit.& eſt communis opinio, licet in hac tranſmiſſione non curetur patria poteſtas, ſicut attenditur in prima.Et ſic ſuitas nõ eſt cauſa operãdi iſtã ſecundã trãſmiſſionem, ſed ſola qualitas ſanguinis illam operatur.Ideo communiter tenetur, ꝙ hæc trãſmiſſio quæ fit ſolùm ratione ſanguinis, quam ſolam prætor conſiderat,nõ curãdo de patria poteſtate, etiã locũ habet in ſucceſſionibus prætoriis, ſecũdum Docto.communiter, vt referunt Alex. & Iaſon in d. l.emancipata. C. qui admitti. cùm eadem ſit ratio in
153 vtraque ſucceſſione.† Prætereà, quia videmus dictã l.vnicam, locum habere in hæreditate, cuius appellatione venit bonorum poſſeſſio,in l.fi.titu.ſuprà allegnto.Ad hoc facit,quia ratio finalis d.l.vnicæ. per quam fit hæc tranſmiſſio,eſt proprer coniunctionem
156 ſanguinis : quæ quidem ratio etiã militat in bonorũ poſſeſſio.Nam quamuis prætor non curet de ſuitate, tamẽ ſemper curat de cõiunctione ſanguinis, ratione cuius fit hæc ſecunda trãſmiſſio : & ſic locum ha-
154 bet in ſucceſſione prætoria.† Sed quia capita ſuccedendi de iure prætorio ab inteſtato ſunt tria:primò, per bonorũ poſſeſſionem vnde liberi:quo capite ſuccedunt liberi parentibus infra annum:&econtrà ſuccedunt parentes ſuis liberis præmoriẽtibus in infinitum.Secũdo capite ſuccedunt per vnde legitimi bonorum poſſeſſio. Quo capite qñ nulli ſuperſunt deſcendentes,nec aſcendẽtes, ſuccedunt agnati omnes per lineã maſculinam tranſuerſalem venientes,& ali qui cognati qui vocantur de iure ciuili ad hæreditatẽ,qualis eſt mater in ſucceſſione filij, & econtrà.l.ij. §.fi.ff.vnde legitimi.Tertio capite ſucceditur per bonorũ poſſeſſionẽ. vnde cognati, qui cùm nõ veniant per lineam maſculinam,ſuccedere nõ poſſunt per legem ciuilem xij.tabularũ,vocantur de iure prætorio ad ſucceſſionẽ deficiẽtibus duobus primis capitibus. vt plenè vidiſtis in verbo, *Et vxorẽ nomine Adelaſiã.* in princip. Or filius reſpectu patris habet dictas tres qualitates, ſcilicet, quia eſt de liberis : & eſt agnatus
157 patri,cùm iungatur ei per lineã maſculinã.l. filius. ff. de ſuis & legitimis.Prętereà eſt cognatus,cùm quilibet agnatus ſit cognatus,&non econtrà,vt l.inter cognatos.ff.vnde cognati. Ideò cùm filius habeat tres qualitates trium capitũ prætoris,venire poteſt ex triplici capite:ita ꝙ ſi ſtaret per annũ, ꝙ nõ agnoſceret paternã hæreditatẽ petẽdo bonorum poſ.vnde liberi, & ſic excluderetur à primo capite : tamen venire poſſet per ſecundũ caput,ſcilicet,vnde legitimi infrà alium annũ. Et demum ipſo excluſo à ſecundo capite per lapſum anni adhuc venire poſſet ex tertio capite per bonorũ poſſeſſionẽ, vnde cognati infra alium annum: vt clarè dicit tex.in l.penul.§.filius.ff.quis ordo in bonorum poſ.ſeruetur. Et ſemper tractabitur, vt filius,vt integrum annũ habeat ex quocunq; capite veniat,licet agnatis aut cognatis nõ dẽtur niſi centũ dies.l.ij. C. qui admitti ad bonorum poſ.poſſunt.
155 † Plus decidit Baldus, & ſingulariſſimè in l.licet. in iiij.quæſt.C.de iure deliber. ꝙ ſi filius ſtaret non adire per triginta annos de iure ciuili paternam hæreditatem:& ſic eſſet excluſus ã primo capite,ſcilicet,liberorum,tñ ex ſecundo capite tanquã legitimus venire poſſet infra alios triginta annos integros. Quia tempus indultũ à lege ciuili ad adeundũ hęreditatem eſt ciuſdem naturæ, ſicut annus indultus à prætore, qui non variatur in aliquo capite. Similiter filius vel alius qui ab inteſtato ſuccedere poſſet inſtitutus per patrẽ,ſi infra triginta annos nõ adiuit ex teſtamento poterit infra alios triginta adire ab inteſtato ex capite vnde liberi,ſecũdum Bal.ibi, quẽ ſequitur Paulus in l.quandiu.ff.de acquir.hære.la ij.Et adhuc elapſis illis triginta annis,& ſic ſexaginta,quamuis ſit excluſus à capite vnde liberi,adhuc infra alios triginta annos venire poteſt ex ſequenti capite.Et ita refert ibi conſultũ fuiſſe per Bar. volentẽ filiã, quæ hereditatẽ matris adire poterat ex capite liberorũ,excluſis,trãſuerſalibus,poſſe infra alios xxx. annos eãdem hæreditatem adire ex generali capite legitimorum.Quia quod dictũ eſt in filiis quo ad paternã gæreditatẽ,locũ habet etiã in ſucceſſione materna, cũ ratio diſtinctionis.l.j.§.ſed videdũ.ff.de ſucceſſo.edi.vbi prędicta deciſio fundatur, locũ habeat etiã in filio aut filia matri ſuccedere volenti, vt venire poſſit ex pluribus
156 capitibus.† Quod eſt verũ ſecundum Alex.ibi in additione Bal.prouiſo, ꝙ nõ ſuperſit tunc aliquis alter de gradu primo liberorum,qui adire poſſet. Quoniã ſi aliquis ſupereſſet, filia iſta non faceret trãſitum ad gradũ legitimorũ:ſed ille alter in gradu liberorũ exiſtens ſuccederet omnino excludens caput legitimorum,ſecundum Bar.& Doct.in l.j.C.qñ nõ petẽ.partes.& ita cum Bald.tenent Ang.& Pau.de Caſt.in d. l.licet.Rapha.Cuma.Paul.& Alexã.in l.quandiu.la j. ff.de acqui.hæredit.vbi dicit Alex.bis ita conſuluiſſe prout reuera conſuluit in ij.parte,conſil.lxxxix.incipien.Viſo puncto & inſtrumentis.ij.& iij.col.& conſilio ſeq.& ſequitur Iaſon in l. ſi emancipata. in fine. C.de iuris & facti igno.Et hæc clarè vobis tradidi in verb. *Et vxorẽ nomine Adelaſiam.* in iiij.præſuppoſito in fine.licet Sali.contrarium voluerit & malè, ſecundum eos. Et ſic tacita renũtiatio hæreditatis quæ ex lapſu temporis præſcriptione inducitur,non trahitur niſi ad primũ caput:quod ſecus eſſet in expreſſa repudiatione,etiam ſimpliciter facta:quia trahitur ad oẽs gradus ſuccedẽdi,& ad cauſam inteſtati, per glo.ſingularem in l.j.§. ſed videdum. ff.de ſucceſ.edi.quam ſequitur Paulus in d.l.quãdiu.& hæc dicta ſunt notã
157 da,velut filiis vtilia. † Reſtat nũc pulchrũ & nouum dubiũ:an filius qui beneficio d.l. vnicæ. C.de his qui ante apertas tabulas.tranſmittit ſucceſſionem paternã,vel maternã,de iure prætorio ſibi cõpetẽtẽ,etiam eã tranſmittat quo ad omnia tria capita:vt ſicut ipſe viuens poteſt eam ſucceſſiuè adire, ita etiam poſſint ſui liberi hæredes, attẽto quòd materia eſt fauorabilis.& Iaſon in lectura d.l.emancipata.C.qui admitti ad bonorum poſ.poſſunt.penult.col.in fine, videtur dicere quòd nõ:quia textus in d.l.vnica.loquitur ꝙ priè in ſucceſſione ex teſtamento, vbi non cadit iſta multiplicatio capitũ.Tamen finaliter reliquit indeciſum,cogitando ꝙ gloſ.in d.l.vnica.eam extẽdit ad ſucceſſionẽ ab inteſtato: in qua dicta capitum multiplicatio cõſideratur. Ego reperio eundem Iaſonẽ in præludiis d.l.emancipata.in fine,clarè dicentẽ,ꝙ ius ſuccedendi de iure prætorio trãſmittitur per filium aut filiam virtute d.l.vnicæ.ad liberos quo ad omnia tria capita,quibus ille in quẽ ſucceſſio tranſmittitur, vti ſucceſſiuè poterit,ſicut poſſet filius vel filia tranſmittens ſe viueret.Prouiſo tamen,ꝙ filius cui ſucceſſio competebat,deceſſerit antequã eſſet à primo capite,ſcilicet liberorum excluſus,&ſic ante annum.Si verò decederet poſt annũ,& ſic excluſus à primo capite,

BIU Cujas

pite, nullū caput transmitteret. Non primū, quia eo erat iam filius transmittens exclusus: nec alia duo capita. & de hoc dicit esse tex. singularem in d.l. emancipata secundum suum intellectū, quem nouiter dat ad illum tex. vltra omnes Docto. Ex quibus videretur, ꝙ idem esset in suis, vt successionem trāsmittant de iure prætorio quo ad omnia capita ad quoscūque hæredes ex potentia suitatis, si opinio Iaso. vera existat, ꝙ filius facultatē agnoscendi bonorū poss. trāsmittat, quā superius retuli in prima specie transmissionis: sequitur etiā ꝙ filius siue suus, siue emancipatus successionē paternā, vel maternam, moriēdo infra triginta annos transmittat, scilicet, suus ex potētia suitatis ad quoscūq; hęredes, nedū quo ad primū caput liberorū, quinimò etiā quo ad secūdum caput legitimorū. Et idē in nō suis, vt beneficio d.l. vnicæ, illa duo capita transmittāt in solos liberos, ita ꝙ hæredes quicunque in suis, vel soli liberi in non suis ad quos facta est transmissio, si excludantur per lapsum triginta annorū, ꝙ nō adierint de iure ciuili, cēsebūtur solùm excluli à primo capite, scilicet, liberorum, & poterunt infra alios triginta annos, sicut posset filius vel filia transmittēs, si viueret, hęreditatem adire infra quadraginta annos, secundum Bal. in d.l. licet

158 † Postremò, intelligatis sanè verum quod dictū est, videlicet ꝙ transmissio, quæ fit beneficio d.l. vnicæ, habet etiam locū in prætoriis successionibus fauorabilibus: secùs autē esse in ea quæ non est fauorabilis, putà, in bonorū possessione cōtra tabulas: quæ competit filio emancipato præterito in testamēto patris: quia illa nō trāsmittitur beneficio d.l. vnicæ, secundū Bal. & Fulg. in d.l. emancipata, contra tamen hoc facit quod decidit idem Bal. in l. filio præterito. ff. de iniusto rupto & irri. testa. quem ibi refert & sequitur Io. de Imo. in penul. charta, vbi voluit, ꝙ beneficiū dicendi testamentum patris nullū, transmittitur beneficio d.l. vnicæ. sicut ius dicendi nullū transmittitur non agnitū ex potentia suitatis saltem ad liberos, vt suprà dictū fuit in prima specie transmissionis, in fine. sed Alex. in d.l. emancipata. concordat opiniones dicens, ꝙ quando præteritione filij emācipati in testamento patris, vel filij in testamento matris testamentum est ipso iure nullum. vt putà, quia filius emā cipatus sine causæ expressione, vel in testamento matris, sine causæ expressione fuit præteritus, vel fuit ex hæredatus à patre vel matre sine causæ expressione, iuxta §. illud. & §. sui autē hęc obseruata. in Auth. vt cùm de appellatio. cognos. & in Authen. nō licet. C. de liberis præteritis. & plenè Bar. in l. j. ff eod. & d.l. filio præterito. & Ange. in §. fi. Institut. de exhæredatio. liberorū. Tunc ius dicendi testamentum nullum transmittitur beneficio d.l. vnicæ. quia hoc casu agitur potius de transmittendo ius adeundo successionē ab intestato, & petēdi hæreditatem allegando testamentū nullū: quàm de transmittendo ius impugnandi testamentum, seu rumpendi. Et ita loquitur opin. Bal. in d.l. filio prętcrito, per id quod not. glo. in verbo, Liberos. in d. l. vnica. volens dispositionem d.l. quo ad transmissionem fiēdam locum habere, etiam in successionibus ab intestato, sed in casibus vbi testamentum patris, vel matris nō esset ipso iure nullum, putà, quando filius emancipatus hodie esset præteritus cum causę expressione, idem si filius à matre, quo casu testamētum ipso iure tenet, & necesse est ipsum contratabulare, tunc procedit opin. Bal. in d.l. emancipata. vt nō transmittatur. Quia bonorum possessio contra tabulas cùm sit odiosa, dilatari non debet, sed potius coartari. Cùm publicè interfit testamenta valere, & suum sortiri effectū. l. vel negare. ff. quemadmodum testamenta aperian. facit l. si pars iudicantiū. ff. de inof. testa. Nec obstat quòd querela testamenti inofficioſi transmittitur non præparata: quia illud est verum non beneficio d.l. vnicæ. sed beneficio l. si quis filiū. C. de inoffi. testa. quæ cùm sit odiosa testamentum rescindens, & ius rescindendi non agnitum transmittens via querelæ contra regulas iuris cōmunis, non est trahenda ad alium casum, scilicet bonorū possessio. contra tabulas, argumento l. quod verò. ff. de legibus. facit l. ij. iuncta gl. C. de patribus qui filios distraxerunt. & l. cùm quidam. ff de lib. & posth. hæc ille in d.l. emācipata. Ias. verò ibi tenet in distinctè, ꝙ siue testamentū patris, siue matris sit ipso iure nullum, siue contratabulandū, nunquàm ius cōtra abulandi, aut nullum dicendi, non præparatum non transmittitur etiā ad liberos beneficio d.l. vnicæ. Primò, quia verba d. l. non conueniunt. & ratio videtur refragari. Nam verba nō cōueniunt, nec hoc patiuntur, vt d.l. loquitur: qū trasmittens erat scriptus in testamēto hæres. sed in casu nostro præsupponimus, ꝙ fuerit præteritus. Prætereà ratio quare in d.l. fit transmissio, est propter auitum desiderium quod habent instituti hæredes, & non præteriti, qui potius venīat contra desiderium testatoris patris, vel matris subiungens, quòd qui succedit de iure prætorio cōtra testamentū, nō dicitur habere voluntatē defuncti, per tex. in l. sed & cum patrono. §. j. ff. de bonorū poss. tenet Bar. in l. j. §. vel maximè. ff. de collatio. bonorum. & Bal. in rubric. C. qui admitti ad bonorū possessio. possunt in vltima quæstione. Nec obstat secudum eū fundamentum Alex. dum dicebat, ꝙ ius dicendi testamentum nullum reducit nos ad ius succedendi ab intestato in effectu, quod ius transmittitur per d. l. vnicam sicut ius ex testamento, secundum glos. ibi. Quia etiam bonorum possessio cōtra tabulas reducit nos in effectu ad ius succedendi ab intestato contratabulato testamento. & sic oportet dicere, ꝙ vnū sit transmissibile sicut alterū, vel ꝙ neutrū transmittatur. Et ita ante Iasonem tenuerat Fran. Aret. in l. j. § j. penul. col. ff. de vulg. & pupil. mihi autē videtur opinionem domini Alexā. aliarum concordatiuam esse veriorē, attēto & cōsiderato, quòd dispositio d.l. vnicæ. secundum gl. ibi *cōmuniter* approbabam, locum habet in successionibus ab intestato transmittendis. Et quoties testamentum est nullum ipso iure, prima facie & recta via immediatè peti potest hęreditas defuncti tanquam ab intestato, ac si nullum fecisset testamentum. Quia testamentum quod ipso iure nullum est, nō præstat impedimentum, quando sine alio medio hæreditas ab intestato petatur. per regulam, Non præstat. de regu. iur. lib. vj. Nam licet testamentum nullū quando filius emancipatus esset præteritus sine causæ expressione contratabulari possit: hoc est verū, quod cōtratabulari potest faciēdo simpliciter ipsum declarari nullū: sed non requiritur contratabulatio ad ipsum rumpendū, cùm de seipso sit nullum, secundum Alexan. in l. posthumus. ix. col. in fin. versicu. Nunc est videndum. C. de bono. possess. contra tabulas. & sic opus non est remedio rescisiuo, sed recta via potest hęreditas peti ab intestato: & sic exciatur de testamento, replicabitur de nullitate ipsius. Sed quando testamentū tenet ipso iure, quantūcunq; cōtratabulari possit, nō potest peti immediatè recta via, & prima facie, hæreditas ab intestato: quinimo opus est, quòd testamentū prius rūpat per contrata-

bulas:quod est remediũ rescindens testamentũ:quod non transmittitur tãquam odiosum, per rationes superiùs deductas:iuncto quia hæreditas non debetur præterito,sed hæredi instituto in testamento, donec testamẽtum sit ruptum.Or cùm in d.l.vnica.nõ agatur nisi de hæreditate transmittenda ex testamento vel ab intestato,& neutra cõpeteret filio ꝓterito,donec rescisso testamento:sequitur ꝙ per d.l.nulla fieri potest transmisso. Nec videtur obstare motiuum Iasonis dicẽtis, ꝙ bonorum possessio cõtra tabulas reducit nos ad causam intestati.Quia hoc est verũ mediãte ipso remedio bonorũ possessio. quod est remedium rescindens, in quo nõ dicitur agi de causis successionis intestati,sed solùm de rumpendo testamentum,& donec illo rupto, peti non potest immediatè hæreditas ab intestato, sicut qũ testamentum est nullum ipso iure,aliquo nõ indigens remedio rescisiuo: cùm eo tũc peti possit hæreditas intestati,ac si defunctus sine testamento decessisset, quo ad hæredis insti-
159 tutionem. † Tertia species transmissionis est,quæ fit beneficio l.cũ in antiquioribus. C. de iure delibe. & locum habet,quando aliquis sciẽs hæreditatem alicui sibi delatam esse , & infra annũ sibi datum à iure ac deliberandum an adire velit vel non , moritur : & sic pẽdẽte adhuc deliberatione nõ adita,neque repudiata hæreditate, transmittit illud ius deliberandi ad quoscunq; hęredes etiã extraneos,infra illum annum tantum : non ꝙ transmittat hæreditatem quæ adhuc sua nõ erat ; sicut transmitteret in supradictis duabus speciebus trãsmissionis,sed solùm transmittit ius deliberandi & potestatem adeundi hæreditatem,vt d.l. cũ in antiquioribus.& declarat Bar.ibi,& d.l.vẽtre. vlt.col.versi.Septimus casus est.Et habet locum hæc transmissio non solùm in succedentibus de iure ciuili,sed etiã in succedentibus de iure præturio,vt communiter tenetur.& ibi Alexã.& Iasõ in d.l.cũ in an-
160 tiquiorib⁹. † Et non solùm procedit hæc transmissio in hærede directo iure directo succedẽte,etiã via substitutionis,prout de vulgari est casus in l.cohęredi.& de pupillari in l.paterfamilias primis tabulis.& vtrobiq; Bar.& Docto. ff.de vulgari & pupillari. sed etiã in fideicommissario vniuersali,cui per fideicom
161 missum hæreditas est restituenda.Quia si die fideicõmissi cedente moriatur infra annum deliberandi, ius illud deliberandi trãsmittit beneficio d.l. secundum gl.in l.cum filio.super verbo,Retẽturam. ff.de leg.j. quem sequuntur ibi Bar.& Ange. & Bald.in l. filium quem habentem.C.familiæ erciscundæ. & Moderni in d.l.cùm in antiquioribus. vbi Ias.in iij.col. † Plus dico,ꝙ fideicommissum vniuersale, si est purum vel purificatũ,transmittitur ad hæredem fideicommissarij ante restitutionem fideicõmissi decedẽtis.l. sed si ad tẽpus.iuncta glo.ff.ad Trebel.vbi Alex.dicit hanc
162 esse cõmunem opinionem. Videatis Bar.& alios in l. cum filio.ff.de legat.j.qui dicit, quòd etiã si moriatur antè quàm hæres rogatus adiuerit hæreditatẽ, transmittit fideicõmissum seu actionẽ , vt tenet ibi x.col. & Lud.Rom.consil. xvij. † Sanè tamen intelligatis ꝙ ius deliberandi transmittitur ad quoscunque hæredes,non ꝙ hæredes habeant integrum annum ed deliberandum: sed solùm habẽt residuum anni indulti à lege, quod restabat ipsi hæredi defuncto deliberanti : ita ꝙ si hæredes permitterent labi illud residuum anni,postea adire non possent,etiã si hæres defunctus qui ius deliberandi transmisit,impetrasset à principe alium nouum annũ,vel nouem mẽses à iudice, prout facere poterat,per l.fi.§.& hæc quidem. C.de iure deliberandi. Quia illud tempus impetratum non est transmissibile,nec prodest hæredibus.secundum Rapha.Fulg.& Alex.in d.l.fi.§. fi. per glo. ibi super verbo,Miuimè.& Iason.in d.l.cũ in antiquioribus.per illum tex.ibi,ita tamen, vt vnius anni spatiis eadẽ trãsmissio fuit concluſa.iuncto text.præcedenti,vbi Imperator loquitur, quando nouum spatium erat impetratum:& ita teneatis,licet Bal.ibi teneat cõtrarium.
163 † Et est aduertendum,quia ista transmissio est longè plenior & vtilior quo ad quid,quàm sint duę præcedentes.Nam ista transmissio non solùm habet locum in hæreditate patris, vt prima: & in successione cuiuscunque ascendentis,prout secũda:imò habet locum generalissimè in quacũque successione cuiuscunque alterius etiã penitus extranei , & tã ab intestato, quàm ex testamento.Et ex hoc resultat alia vtilitas, quia ad hoc vt competant duæ præcedentes,oportet probare, aut hæredem defunctum hæreditatem trãsmittentẽ esse filiũ in potestate : vel talẽ, qui primum locum suitatis tenet,vt in prima:aut fuisse ex descendentibus emãcipatis,aut primũ locũ suitatis non tenentibus illius de cuius hæreditate agit̃,vt in secũda. Hic verò, scilicet, in hac tertia specie, nõ est necesse probare de hoc:sed solùm,ꝙ hæres defunctus hæreditatem transmittens decesserit, sciens hæreditatem esse sibi delatam infra annum deliberandi,vt declarat Bal.in d.l.cũ in antiquioribus.j.col. Ex quo sequitur quòd transmissio quæ fit beneficio huius l. habet locum,nõ solùm in extraneis,sed etiam in filiis.Et posito, quòd filij transmittere possint hæreditatẽ patris nõ aditã ex potẽtia suitatis,tamẽ vtile est, quòd possint etiam transmittere ius deliberandi beneficio d.l. cũ in antiquioribus. Et vtilitas est, quam suprà dixi: quia in transmittendo beneficio d.l.cũ in antiquioribus,nõ est necesse probare eum esse filium,vel in potestate,quod est difficile.l.Lucius. ff.de cõdit.& demonstra.& plenè dixi suprà eodem, in verb. *Et vxorem nomine Adelasiam.* quæ probatio requirit̃ in trãsmissione ex potentia suitatis.Et hęc vtilitas quam dixi,procedit condito testamento: quia ab intestato nõ admitteretur,nisi probaret se filium, vel aliàs proxi-
164 miorem,cui de iure hæreditas debeatur.† Sed in aliis tribus duæ præcedentes transmissiones sunt vtiliores. Primò, quia illæ trãsmissiones fiunt perpetuò vsque ad triginta annos.Sed ista tertia non transmittit,nisi residuũ illius anni quod supererat hæredi defuncto ad deliberandum. Præterea vt locum habeat hæc tertia transmissio, requiritur ꝙ hæres defunctus sciuerit hæreditatem sibi esse delatam ex testamento vel ab intestato : cùm aliàs non posset dici mortuus deliberans,si nesciret hæreditatẽ esse delatam, vt d.l. cũ in antiquioribus. Sed duæ præcedẽtes locũ habẽt siue hæres transmittẽs sciret hæreditatẽ sibi delatam siue non. Postremò per duas primas species trãsmissionis,hæreditas transmittitur:sed per hanc tertiã so-
165 lùm transmittitur ius deliberandi.† Scire tamẽ debetis,quòd quatuor copulatiuè requirũtur,vt hæc trãsmissio seu dispositio d.l.cùm in antiquioribus.locum habeat.Primò requirit̃, quòd hæreditas sit alicui delata, vt ibi dicit text.in verbo, Delatam. Hinc dicit Barto.in l.ventre.iij.col.ff.de acquirenda hæreditate quòd si moriatur aliquis proximior agnatus prædefuncti præcedente dubio , an vxor illius defuncti sit prægnans vel non , & sic an possit nasci posthumus: ille talis agnatus non transmittit hæreditatem non aditam,nec ius deliberãdi beneficio dict̨ę l. cũ in antiquioribus. eo quia hæreditas non dicitur sibi esse

delata

BIU Cujas

delata propter pendentiam dubij. Et ita dicit esse tex. no. quẽ ad hoc etiam not. Rapha. Cuma. ibi. in j.
166 col,† Secũdò requiritur, ꝙ iste cui delata est hæreditas, sciat eã sibi esse delatã, vt expresse dicit ibi tex in verbo, Sciens, & in verbo, Cognitũ. Quia si ignoraret non posset dici deliberare. ideo ad aliũ trãsmittere nõ posset ius deliberãdi, quòd nõ habet. Et ideo dicit Bar. in l. quis duos. ff. de reb. dub. iiij. col. circa 169
167 mediũ, † ꝙ annus qui datur hæredi ad deliberãdũ est vtilis ab initio, cùm à tẽpore scientiæ incipiat curere: posteà est cõtinuus, vt d. l. cum in antiquioribus. & per scientã hæredis efficit hæreditariũ, & cõsequẽter trãsmissibile ad heredes deliberãtis, si moriatur infra illũ annũ, postquã scire cœpit hæreditatẽ sibi delatã. Debet enim hæres ab intestato succedens, vt ius deliberãdi trãsmittat ad hæredes, scire aliquẽ de suis parentibus & proximioribus esse defunctũ: cuius hereditas sibi pertinet. Et si fortè esset mortuus in eadẽ ciuitate, præsumeretur scire ratione cõsanguinitatis, arg. l. de tutela. B. de in integ. resti. mino. Nam ex hoc cõcluditur, ꝙ sciuerit hereditatẽ sibi delatã esse, cùm nemo præsumatur ius ignorare. C. de legi. leges. cõsuluit tamen Bar. quòd de hoc fiat articulus, & etiã sufficeret ad hanc transmissionẽ fiendã vehemẽs opinio quę tãtum operatur sicut certitudo, cui cõparatur, vt no. in l. si is ad quẽ. ff. de iure delibe. & l. cùm quidã. §. quod dicitur. ff. de acqui. hæredi. secũdum Bal. in d. l. cũ in antiquioribus. versi. Tertiò quæritur. de quo plenius dixi in verbo, *Et soboles quã gestabat in vtero.* in fine. Si verò hæreditas defertur ex testamẽto, est necesse. ꝙ sciat defunctum esse testatorẽ, & se hæredẽ stitutũ: ꝙa ei qui ignorat vires testamẽti, non potest dici esse hæreditas delata. l. sed & si de sua, ff. de acq. hæredi. nisi statutum aut consuetudo patriæ eã transmitti posse diceret: quia tunc non delata transmitteretur, vt sentit Bar. in tertio membro, quẽ ad hoc põderauit ibi Io. de Imo. & sequitur Ale. in l. is potest. ff. de acqui. hæredit. Videatis Bar. in dicta. l. qui duos. iiij. col. ff. de reb. dubiiis. Et sufficit, ꝙ iste primus hęres in vita sua sciuerat hæreditatẽ sibi delatã: quia eo ꝙ semel sciuit, illud ius deliberandi est effectũ bæreditariũ, ita quòd trãsmittitur ad hæredes etiã ignorãtes illud ius deliberandi cõpetere. l. item videndum. in fi. de peti. hære Vnde illius primi hæredis defuncti infra annũ hæreditas cũ illo iure deliberãdi trãsmittitur, & durat durante anno, quãuis hæredes ignorent illud ius eis cõpetere: prouiso tamẽ, quòd sciant hæreditatẽ propriã hæredis defuncti eis delatã, secundum Bart. in dicta l. qui duos. ff. de rebus dubiis. iiij. col. Et si plurium hæredum ad quos transmissum est ius deliberãdi, vnus repudiet, accrescet alteri. l. si. seruus communis ab extero. ff. de acqui. hæredi. Subiungens Bar. in d. l. qui duos. v. col. ꝙ si plurium hæredũ ad quos ius deliberandi fuit transmissum, vnus infra annũ adierit virtute illius iuris deliberandi pro parte sua, alius verò permisit annum labi: eo tunc adeunti accrescit pars non adeuntis, & habebit hæreditatem transmissam insolidum. Si autem adiuisset virtute illius iuris deliberandi totam illam hæreditatem, tunc aditio illius non solùm sibi prodest, sed etiam proderit alteri adeunti hæreditatem principalem hæredis transmittentis defuncti: quo ad quam adeundam nõ erat exclusus anno, argumẽ l. cogi. §. item Mætianus. ff. ad Trebellianum. vbi coactio facta ab vno prodest
168 aliis, etiam inuito adeunte. vel cogẽte. † Nec obstat tit. C. quando non peten. partes peten. accrescant. quia ille titulus loquitur in hæreditate delata pluribus principaliter: quo casu aditio vnius non prodest alteri tempore excluso, vt ibi. Sed hîc vna hæreditas, scilicet propria hæredis transmittẽtis defuncti defertur principaliter. Alia verò, scilicet, hæredi transmissa defertur in consequentiã. Vnde dum tamen duret tempus adeundi hæreditatem principalem, factum vnius cohæredum proderit alteri, vt d. §. item Mætia
nus. † Sícque restat ꝙ ad transmittendũ istud ius deliberandi, requiritur scientia hæredis transmittentis, vt dictum est. Et si hæres esset pupillus, sufficeret sciẽtia solius hęredis vel solius patris, si patrẽ habeat vel solius tutoris, vt talish æres hæreditatẽ, seu ius deliberãd trãsmittat beneficio dictæ l. cũ in antiquioribus. per tex. expressum in l. sed si seruus. §. fina. cum l. sequenti. ff. de tributo. & in l. non solùm. §. in eum. ff. de liberali causa. Quod est verum, ꝙ scientia tutoris sufficiat ad transmittẽdum hæreditatem pupillo delatam, etiam si tutor adhuc nõ satisdedisset, vel inuẽtarium nondum fecisset: quibus casibus de iure admi nistrare nõ potest. l. tutor qui repertoriũ, in princ. ff. de admi. tuto. tamen eius scientia sufficeret secundũ Bar. & Bal. in l. fin. C. de tuto. & cura. qui nõ satisde. & idem Bar. in l. j. ff. de tute. & d. l. qui duos. quẽ sequuntur Fulgo. & Alexan. in d. l. cũ in antiquioribus. & ibi Iason in fine tenet cum eis. Idem cõcluditur de sciẽtia pupilli, vt sola sufficiat ad transmittẽdum ius deliberandi. Idem erit in scientia prodigi, cui bonis est interdictum, secundum Bal. in d. l. si infanti. C. de iure delibe. Nã licet solus tutor, aut solus pupillus hæreditatẽ adire nõ possit, vt l. potuit. C. de iure delibe. quinimò necesse est, quòd ipse pupill' cũ cõsensu vel patris, si patrẽ habeat, vel tutoris, si patre caret, adeat hęreditatẽ: vel cũ authoritate iudicis, si careat vtroq; vt l. si infanti. C. de iure delibe. in fi. tamẽ solus tutor potest deliberare, & tempus ad deliberandũ petere. ff. de iure delibe. l. ait prætor. in prin. secundum Bart. in d. l. qui duos. ff. de rebus dubiis. sed Bal. cõtra in d. l. si infanti. quod imò requiritur scientia pupilli Prętereà sicut sufficit solius tutoris scientia, vt pupillus maior infante hæres ius deliberãdi transmittat, vt dictum est, sic etiam sufficeret ipsius tutoris scientia, si hæres esset infans, sicut posset solus tutor hæreditatẽ adire. l. si infanti. allegata. C. de iure delib. & bonorũ possessionẽ petere, vt l. bonorum. de bonorũ possessione secundũ tabu. Et hoc verũ quòd hoc casu sufficiat solius tutoris scientia ad transmittendum hæreditatem infanti delatam, seu ius deliberãdi, si infans præmoriatur. Si autem tutor qui sciebat hęreditatem infanti delatam prædecessit relicto infante hærede, qui posteà decescit sine tutore, tũc ius deliberãdi nõ trãsmittit. Quia tex. in d. l. cũ in antiquioribus. requirit, ꝙ hæres sciens hæreditatem sibi delatam decesserit, & sic scientia hæredis tempore mortis requiritur. vt l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. actio. & l. si Titius. ff. de mili. testa. iste autẽ infans licet per tutorem fingatur scire viuente tutore, tamen eo tempore quo tutor decessit, nõ potest fingi eum sciuisse, cùm in veritate ignoraret: nec tẽpore suę mortis, cum illa ætas quicquid videt, ignoret. l. j. C. de falsa mone. Et sic ius deliberãdi nõ trãsmittit, ad cuius trãsmissionẽ requiritur sciẽtia hæredis, quę hîc deficit tã ex se quã ex persona tutoris tẽpore trãsmissionis, secũdũ Bart. in d. l. qui duos. pl° decidit quòd licet tutor pupilli hę redis non possit solus hæreditatẽ pupillo delatã adire, vt dictum est per dictam. l. potuit. de iure deliber.
170 † Attamen hæreditatẽ infanti delatã, id est minori septẽ annis, à quocũq; etiam extraneo ex testamẽto vel

vel ab inteſtato poteſt ſolus pater etiã filiũ infantẽ in poteſtate non habens adire: & ſi patrem non habeat, hoc põt ſolꝰ tutor. Et hoc ſi quidẽ poteſt ſolus pater viuo infante, nomine ipſius infãtis: ſed eo mortuo eã adire põt nomine ſuo proprio, tanquã ad ipſum trãſmiſſam, prout hodie eſt caſus elegãs in d.l. ſi infanti. C. de iure delibe. Nam hodie infans hæreditatẽ non aditã ſibi delatã ad partẽ ſuũ trãſmittit, vt ibi. Et idẽ ſi nõ haberet patrẽ, ſed auum paternum: quia ad eum tranſmitteretur hæreditas infãti mortuo delata, ſicut tranſmitteretur ad patrẽ ſi viueret: prouiſo tamen ꝙ ille auus, aut aliꝰ immediatus aſcẽdens debuiſſet tali infanti de iure cõmuni ſuccedere. Sed vbi non deberet talis aſcẽdens infanti ſuccedere, vt quia alius (putà mater) præcederet in gradu ipſum aſcendẽtem paternũ, iuxta terminos authenticæ, defuncto. C. ad Tertyllianũ: tũc hæreditas infãti delata & non adita per infantẽ non trãſmitteretur ad auũ paternũ, ſicut non tranſmitteretur ſi verè fuiſſet adita per infantẽ, ſecũdum Ioannẽ de Imo. in d.l. vẽtre. in ſexta regula. quã ibi ponit, quem ſequitur Alex. in d.l. ſi infanti. iij. col. non tñ intelligit, ꝙ per hoc tranſmittatur ad matrẽ: quia d.l. loquẽs in patre in tali caſu exorbitanti, non debet extẽdi ad matrẽ, nec lineã maternã, per regulã, quæ à iure. de regulis iuris. lib. vj. ſed hoc caſu ad neutrum tranſit talis hæreditas, ac ſi nunquã infanti delata fuiſſet. Ad auum enim non tranſit obſtãte matre quæ proximiorẽ gradũ tenet, vt dicta Authẽ. defuncto. & ſic à ſucceſſione infantis eum excludit, & per conſequens ab hæreditate infanti delata, per ea quæ dicerentur infra verſiculum tertium, quod inducit.

171 †Similiter ad matrẽ non tranſmittitur, cum in ea locũ non habeat diſpoſitio dictæ l. ſi infanti. quæ quidẽ lex eſt valde ſingularis, nec habet concordantem in iure, per quã imperator quinq; inducit de nouo, quę ante illã l. non erant diſpoſita. nec iure Digeſtorum, nec iure Cod. Primò ſtatuit de nouo, ꝙ pater ſolus adire poſſit hæreditatem delatã infanti nomine ipſius infantis. & dicũt Bar. & Sali. ibi, ꝙ pater debet in hoc eſſe cautus, vt expreſsè dicat ſe adire nomine infantis: aliàs vitiaretur aditio. Bene eſt verum, ꝙ de iure Digeſt. erat ſtatutum, ꝙ pater ſolus poſſet agnoſcere bonorum poſſeſſionem nomine infantis. l. j. ff. de bõ. poſ. fur. infan. dela. Sed non poterat adire hæreditatẽ, donec fuit inductũ per d.l. ſi infanti. Quod habet locum non ſolùm in hæreditate matris infanti delata, ſed in hæreditate cuiuſcunq; etiam extranei, vt ibi eſt

172 text. dum dicit, vel aliis quibuſcũque. † Secundum inducitur de nouo in verſi. ſed ſi parens. contra regulam quæ habet, ꝙ hæreditas non adita non tranſmititur. l. quoniam ſororẽ. C. de iu. deli. & l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. Hoc tamẽ ſingulariter diſponit cõtra hãc regulam, quòd ſi hęreditas ſit delata infanti, & infans ſit mortuus antequã pater eius nomine adierit: tamen talis hæreditas tranſmittitur adi ipſum patrem. Et ſic reſultat aliud ſingulare: quòd licet pater fuerit in negligẽtia adeũdi hereditatẽ filio infãti delatã, tamẽ talis negligẽtia ſibi patri non noceat, quo minus hæreditas infanti delata, quã ipſe pater adire debuerat, ad ipſũ patrẽ trãſmittatur. Quinimò fortius dicit text. in dicta l. ſi infanti. verſicul. ea verò. quòd iſtud habet locum nedum in infante qui ſit in poteſtate patris, ſed etiam locũ habet in infante emancipato, quod lõgè ſingularius eſt. Hodie verò in caſu iſto, ſi infans cui delata eſt hæreditas, decederet ea non adita, ſuperſtitibus patre, matre, & fratribus, ad ſolum patrem non tranſmitteretur hæreditas, iuxta dictam l. ſi infanti. Sed tranſmitteretur ad oẽs ſupradictos æqualiter, ſcilicet ad patrẽ, matrem, & fratres infantis in patri gradu exiſtẽtes, per tex. in Auth. defuncto. C. ad Tertyl. ſecundũ Bar. in d.l. ventre. penul. col. de acquirẽda hæreditate. quem ibi ſequuntur Ange. & Ioan. de Imo. quam opinionẽ dicit eſſe cõmunem Albericus in d.l. ſi infanti. vbi idem tenet Bal. in iiij. & v. oppoſitione. & Iaſ. in vj. col. Nam licet priuilegiũ trãſmittendi eſſet perſonale de iure Codicis, qa ſoli patri eo iure indulgetur, vt d.l. ſi infanti. Tamẽ iure authẽticorũ effectũ eſt cõmune omnibus iã dictis perſonis, vt dicta Authent. defuncto. Quia pater cui ſoli cõpetit, aperit ex ſui perſona viã aliis: ſicut dicimus in filio præterito, qui ex perſona ſua aperit viam inſtitutis contratabulandi teſtamentum, vt plenè dixi ſ. ſuper verbo, *In eodem teſta. relinquens.* in vij. limit. Et ita videtur mihi tenendum, licet Ang. Sali. Pau. & Alex. in tertio notabili, & etiam iiij. col. teneant in eadem l. ſi infanti. vt ſ. dixi. ſoli patri cõpetere dictã hæreditatẽ, & nõ alteri: quod non puto verũ. Quia priuilegium competẽs patri infãtis, vt ad eum tranſmittatur hæreditas non adita infanti delata, eſt clauſum in corpore iuris, vt d.l. ſi infanti. ergo per nouellã conſtitutionẽ quatenus erat de iure C. perſonale cenſetur reuocatum, & ad omnes ſupradictas perſonas extenſum per dictã Auth. defuncto. Quia ſicut reuocatur ius cõmune per ius nouũ cõtrarium, licet nullã faciat mẽtionem de illo, c. j. de cõſti

173 tutio. li. vj. †Ita & priuilegiũ in corpore iuris clauſũ reuocatur per ius nouũ cõmune cõtrariũ, licet nullã faciat mentionẽ de illo, ſecundũ gl. ſuper verbo, corporali. quã ibi ſequitur & cõmẽdat de ſancto Geminiano, in c. vt circa. de election. lib. vj. & in c. fina. in fine, de ſenten. excommu. eodem lib. quod nota vltra Iaſonẽ & cæteros. Et ita teneatis, niſi velletis cõcordare opiniões, videlicet ꝙ vbi aſcendẽs paternus ſtaret cum aſcendẽte materno in pari gradu, vt putà pater cũ matre, vel auus paternus cum auo, vel auia maternæ lineæ: tunc quia aſcendẽs paternus ſuccedẽdo ſimul filio, vel nepoti infanti aperire poteſt viã etiã ſuccedẽdi eidẽ infanti quo ad hæreditatẽ ei delatam non aditam: eo tunc ſimul ſuccedãt ſecundũ dictam Auth. defũcto. Quia ſuccedẽdo ſimul in hæreditate propria infantis, ſuccedunt etiã in hæreditate delata trãſmiſſa ratione adiũcti paterni, qui viã maternis aperuit: vt dictũ eſt. Sed quãdo aſcendẽs paternus cui ſoli priuilegiũ ſuccedẽdi in hęreditate infanti delata erat datũ nõ cõcurrit cũ pari, ſed inæquali, putà auꝰ paternus cũ matre infantis: quia ſola mater ſuccedit in hæreditate ꝓpria infantis; & ſic auum paternũ excludit, per dictam Auth. defuncto. vt ſuprà dictũ fuit. ſequit ꝙ etiã erit excluſus à ſucceſſione infanti delata, quã habiturus erat in quendã cõſequentia ꝓpriæ hæreditatis. Quia (vt nũc vidiſtis) pater adeũdo hæreditatẽ propriã infantis, quando ei ſuccedere poteſt, cõſequitur hæreditatẽ ei delatã ad eum tranſmiſſam abſq; eo ꝙ eam expreſsè adire teneatur: & etiam mater erit excluſa tãquam non comprehenſa in diſpoſitione d.l. ſi infãti. Nam hoc caſu nõ eſt æquum, quòd mater ex perſona aui paterni quem excludit ſuccedendi lucrũ conſequatur, argumento l. litigatores. ff. de arbitris. Quia nõ ſe habẽt vt pares, ſed vt maius & minus. Et ita verificari poſſet opinio vltimo loco relata, quam ſequũtur Agel. Salice. Paul & Alexan. volentes dictum priuilegium lineæ paterne conceſſum nullo modo communicari poſſe lineæ maternæ, vel collateralium. Sed quãdo parentes cõcurrunt in pari gra-

BIU Cujas

ri gradu,tunc priuilegium transmissionis huius datum lineæ paternæ etiam censetur datũ lineæ maternæ & collateralium eiusdẽ gradus & prærogatiuæ:& ita stabit prima opi.priore loco s.relata, quam tenẽt Bar.Bald.Albe.Imo. & Ias.Nec est nouum,q priuilegiũ vni ex sociis competẽs alteri in pari gradu societatis existẽti cõmunicetur,prout videre potestis plura elegãtia exempla,quæ tradit Barba.in c.verum de foro competẽti. per l.si cõmunem. ff. quemadmodũ serui.amit.vbi est optimus text.de hoc. de quo vltra omnes videatis Fely.in c.j.de præscri.iij. &iiij.col.& Ias.in l.si emãcipati.C.de coll.super hoc cogitabitis. Circa præmissa videatis Bal.in l.nõ pro numero superstitũ.in fi.C.ad Orfitia.vbi post Iac. de Bellouisu singulariter decidit,q si matre mortua relicto marito,& quatuor filiis ex eo relictis,quorũ duo erant infantes,alij verò emãcipati:si duo infantes sinthæreditate nõ adita mortui,tota hæreditas materna pertinebit aliis duobus emancipatis,& nihil trãsmittetur ad patrẽ Et ratio est,quia trãsmissio hęreditatis non aditæ ad patrẽ prouenit ex priuilegio,in corpore tamen iuris clauso,vt d.l.si infanti.Sed ius accrescendi pluribus hæredibus cõpetens.eis pertinet de iure cõmuni vt vidistis plenè in verbo,*Et vxorem nomine Adel.*in iiij.præludio.ideo accrescit eis inuitis.l.j.§.his itaque. & §.vbi autẽ.C.de cad.tol. Quia ius cõmune absorbet & tollit priuilegiũ,licet in corpore iuris clausũ, secũdũ eũ.Sup quo cogitabitis ,ppter tex.ind.Auth. defuncto.qui hæreditatẽ defert patri & fratribus de-
174 functi.† Tertium quod inducit de nouo d. l. si infãti.per tex.ibi,quasi iã infanti quęsita: quia talis hæreditas delata infanti trãsmittitur ad patrẽ tãquam adita & quæsita,nõ tanquam adeũda: ita q nõ erit opus q pater adeat duas hæreditates,sed satis est,q adeat hæreditatẽ propriã ipsi9 infãtis, in qua inueniet hæreditatẽ alterius sibi per mediũ infantis quæsitam quod est singulare secũdum Ang.Pau.& Alex. ibi, imò plus secũdum aliquos,nõ requiritur q pater hæreditatẽ infãtis,sed omnia occupat iure peculij.ideo tex.ibi dicit patrẽ venire iure patrio.Quod si verum sit maior esset vtilitas patri ista occupare iure pecu-
145 lij,quã iure hęreditario.† Quia si occuparet iure peculij bona infantis,nõ esset op9 alia aditione etiã prĩ palis & propriæ hæreditatis filij,sed trãsmitteret hæreditatẽ infantis sui aliter nõ aditã. Secus si eã caperet tãquã hæres:nam vt audiuistis s.in secũda specie trãsmissionis in prin.ascẽdentes nõ ita trãsmittũt hęreditates descendentiũ,sicut faciũt cõtra descendentes hæreditates ascẽdentium non aditas. Alia vtilitas esset,quia si pater veniret tãquã hæres filij,t eneretur creditoribus insolidũ,etiã vltra vires hæreditarias.l. j.§.si is qui quadringenta.ff.ad Treb.Hodie autẽ non cõfecto inuẽtario teneretur etiã insolidũ.§.si verò.in Authen.de hęredib.& Falci. & plenè vidistis suprà, *Mortuo itaq; testatore.*j.sed quãdo pater occupat iure peculij, nunquã tenetur in plus quàm sit in peculio. Et ratio est secũdũ Bal.quia hoc casu pater est magis successor bonorũ quã filius.Alia vtilitas esset.q si pater veniat tanquã hæres filij,tenebitur perpetuò creditoribus.Si autẽ bona occupet iure peculij. nõ tenebitur nisi vsq; ad annũ vnũ post mortẽ filij.ff. quãdo actio de peculio est annalis, per totũ. Alia vtilitas & vltima esset: quia pater veniens iure hæreditario tanquã hæres filij,tenetur cõficere inuẽtariũ: aliàs insolidũ obligatur,vt dictũ est,& plenè deciditur in l.fi.C. 179
de iure delib.vt dixi vbi s.secus si veniat iure peculij. Sed an hoc sit verũ,q pater possit isto casu occupare bona infantis iure peculij,vel teneatur illa adire tanquã hæres,dubitatur. Tamẽ veritas est,vt tenet gl. in d.l.si infãti.quod de iure Codicis cùm filius f.etiã habẽs bona castrẽsia vel quasi,non posset habere hæredẽ.quia pater omnia post mortẽ filij occupabat iure peculij,vt ibi est te.dũ dicit, patrẽ venire iure patrio. Hodie tamen de iure nouissimo authẽticorũ hoc est immutatũ.Quia hodie filius f.habet ab intestato hæredẽ:ideo hodie pater venit tanquã hæres,& iure hęreditario.& ita cõmuniter tenẽt omnes doctores, & Bar.etiã refert in d.l.si infanti. in ij.col.ita in facto cõ suluisse.Ideo non est mirũ:si pater in hoc casu succedat infanti secundum dispositionẽ dictæ authenticæ, defuncto.C.ad Tertyl.solus,vel cũ aliis, vt ibi est te.
176 nota.vt s.dictum est.† Et quod dictum est in filio infante,cui delata est hæreditas,vt eã trãsmittat ad patrẽ non aditã p dictã l.si infanti. etiã locum habet in filio furioso habente patrem: quia ad eum trãsmittet hæreditatẽ sibi delatã nondũ aditã, cùm infans & furiosus æquiparentur.l.in negotiis.ff. de regu. iuris. & ita tenuit Ange.in lectura Florentina ij.col.in d.l. si infanti:Sed Bart.ibi,Fulgosius,Alex.& Iason tenẽt contrariũ,scilicet, q furiosus ad patrẽ nõ trãsmittat hæreditatem sibi delatã non aditam,cùm in hac materia sit lata differentia inter infantẽ & furiosum:q a videmus in furioso cuius curator hæreditatẽ adiuit, q eam non transmittit ad hæredes:quod secus est in
177 infante,cuius tutor adiuit.† Quia maiorẽ potestatẽ habet tutor in infante, cùm detur personæ,Insti. qui dari tutores testa.possunt.circa medium, quàm curator furiosi in furioso,qui nõ datur personæ principaliter,sed bonis,secundũ Bar.in d.l.si infanti. & l.j. ff de bono.possess.infan.furioso ve delata.De quo plenè Bal.ege.Ludo.Alexan.& Iason in l.infantis.C.qui admitti ad bonorum possessionem possunt. Præterea dicta l.si infanti.statuens hoc specialepriuilegium in infante,vt hæreditatem etiam extranei trãsmittat ad patrem non aditam,contra regulas iuris communis,extẽdi nõ debet ad furiosum & eius patrem,licet sibi similem, per not. in l.si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio.facit l.ius singulare.ff.de legibus.& regula. quæ à iure communi. de regulis iuris.libr.vj
178 †Or nunc sequitur,q ea quæ dicta sunt,quòd si infans cui delata est hæreditas decederet ante aditã hæreditatem sine,patre, quãuis haberet matrem aut fratres,vel alios hæredes, nũquam dictam hæreditatem transmitteret,sed perinde haberetur,ac si ei non fuisset delata: & sic deuolueretur ad proximiores illius, qui infantem reliquerat hæredem. Ita dicit text. in d.l.si infanti.per quem textum dicunt Bald.Ange. & Salic.ibi,q etiam infans sicut ad hæredes alios quàm patrem non transmittit hæreditatem extranei sibi delatam non aditam,sic non transmittit ad eos in integrum restitutionem , tanquam fuerit læsus in non adeundo. Et refert Angel.quòd vidit consilium Bald. fratris sui & aliorum duorum illustrium doctorum idem tenentium:& itã etiam consuluit Petrus de Ancha.consi.cccl xiij.incipiẽte,De viribus aditionis. & Francis.Aretin.in cõsilio clxj.incipiente , In præsenti consultatione vidẽdum est.iij.col.& v.in fine.cum duabus sequentibus.& inter cætera principaliter põderat textu,in eadem l.si infanti,dum dicit,quòd hæreditas ad alias personas perueniat &c.Nam verbum perueniat,denotat cum effectu.l.ij.§.peruenisse.ff.de
179 hære.vel actio.vendi.propter dictionem,per,† quæ denotat perfectionẽ actus.l.vrbana.§.pernoctare.ff. de verborũ significatione.quod non esset, si hæres in

fantis

fantis haberet in integrū restitutionē. Prætereà quia in d.l.si infanti.vers.vel si nō sit tutor.dicitur, ꝙ quādo infās moritur sine patre,vel sine tutore,vel cū tutore,qui adire negligit hæreditatē infanti delatā:talis hæreditas habetur pro nō delata, & ad illos debet peruenire,ad quos esset delata,si infans hæres relict' nō fuisset. Ergo in illo casu peti nō pōt restitutio:qa minor nō restituitur,nisi aduersus damnū, aut aduersus lucrum amissū,vt l.ait prętor. §.fi.cū l.seq. & l.nō omnia.ff.de mino. Or cū hæreditas eo casu fingatur nō delata,sequitur ꝙ nullum lucrū amisit, quod non fuerat debitū, & consequenter nō videtur posse restituui.sed Bart.in d.l.si infanti.& d.l.qui duos. de rebus dubiis.iij col.tenet oppositū,tam in pupillo quàm in infante,vt scilicet quilibet eorū licet non trāsmittat hæreditatē non aditā ad hæredes : tamen trasmittit beneficiū restitutionis in integrū aduersus additionē hæreditatis omissā,prout etiam tenuit ipsemet Bal. in l.vnica.§.in nouissimo.C.de cadu. tollen. & in l.ij C.ad Orfitia.& Io.de Imol.in d.l. vētre.& Ioā And. in c.in præsentia.de probationibus, quos sequuntur Alexan.v.col.& Ias.xj.col.in d. l. si infanti. dicentes hanc esse communem opinionem , secundum quam consuluit Pe.de Ancha.sibi contrarius consi.ciiij.incip.,p declaratione quæsitorū in tertio puncto, similiter Ludo.secundum hanc vltimam opinio.Bart.eā sequendo tanquam communem cōsuluit consi.lviij. incip. Visis narratis in puncto. & respondent ad tex. qui videtur contrarius in d.l.si infanti.dum dicit,acsi ab initio non essent delatæ,debent hæreditates ad alias personas peruenire.Nam dicunt,ꝙ tex. ille procedit cōsiderato iure cōmuni,quasi dicat ꝙ secundū ius commune dictæ hæreditates eo casu perinde habeantur,ac si nunquā infantibus delatæ fuissent, post quam nō sunt aditæ,nec pater supereſt:sed nō consiſderato priuilegio speciali in integrum restitutionis, quo hæredes infantis vel pupilli restituentur aduersus hæreditatis omissam additionem:quia regulam ha
180 bemus † ꝙ per verba quantūcunque generalissima legis vel statuti,nunquā intelligitur derogatū beneficio in integrū restitutionis,nisi de eo fiat mentio specialis,prout non fit in d.l.si infanti.vt probat text:in c.coram.iuncta glo.fi.de in integ.resti.glo.in l.postquam liti.in glo.fi.C.de pact.Et ab hac cōmuni opinione non esset ritè recedendum , nisi dicere velletis ad pacificandum omnes opiniones,prout pulchrè distinguit Bald.in d.§.in nouissimo. Aut hæres cui delata est hæreditas moriendo ante additionem est adultus: & sic talis,in quo potest aliqua facilitas & simplicitas notari:& tunc restitutionem in integrum propter omissam additionem trāsmittit ad hæredes: & ita verificari potest opinio Bart.quæ est cōmunis suprà secundo loco recitata. Aut hæres moriēdo est infans & tunc aut decesit casu fortuito: & tunc idem. quia non est in alium,scilicet in tutorem regressus.cùm ei culpa imputari non possit,quare nō adiuit vt d.l. qui duos.vbi infās in nauigatione decesit,& sic casu fortuito:vnde mixta ratione scilicet ætatis & casus fortuiti restituitur hæres eius.Idem si per alium casum, putà propter absentiam habere non potuit tutorem quo casu æquitas dictat succurri,vt l.cùm quidam.& l.Pāthonius.ff de acqui.hęre.Aut hęres infans naturaliter decesit,& non cōpetit hæredi suo in integrū restitutionis beneficiū & ita verificari potest prima opinio superius relata contra Bart. per rationes eam tenētium & cōsulentiū:quas per vos videre potestis Et hoc verū, ꝙ in isto vltimo casu nō cōpetit hæredi restitutio,nisi propter culpam tutoris hęreditas non fuisset adita:quo casu propter culpam tutoris restitutio cōpeteret,si tutor non esset soluendo : & ita etiā tenet Bar.in d.l.si infanti.& d.l.qui duos.ij. col.in fi. quē videatis. Quia pulchrè loquitur inter cætera dicens, ꝙ culpa potest imputari tutori, si infans decesit post cētum dies. hæc Bal.in d. §. in nouissimo ver. Sed tunc remanet quæstio multum ardua.vbi elegan
181 tissimis mediis mouetur.† Plus decidit Bart.in eadē l.qui duos.ij.col.in vltimo cōtrario, quòd quicūque minor.xxv.annis qui omissa aditiōe hæreditatis moriē, transmittat in integrum restitutionem ad hæredes:quam ipse si viueret, & hæreditatē omisisset, intentare posset , secundum Iac.de Are. Et idem putat Bart.ibi,in quocunq; etiam maiore xxv.annis impedito adire hæreditatem ei delatā , vt in integrum restitutionem ad hæredes transmittat sicut sibi competeret,si viueret ex clausula generali,si qua mihi iusta causa videatur, argumento dictæ l.Panthonius. ff. de acqui.hære. vbi tex.notatur: nam in integrum restitutio sui natura est transmissibilis ad hæredes.l.non solū.ff.de in integ.resti.Et quę sint iustę causę restituēdi maiorē,videatis in l.j.& per totū.ff.ex quib' caus. maio.& per hæc quæ dicta sunt,datur argu.ad dubiū
182 summè necessarium. †Ponamus,quòd hæres ignorans delatam sibi hæreditatem decessit infra annum, clarū est,quòd hæreditatem non aditam nō trāsmittit,nec etiam tunc locum habet transmissio iuris deliberādi,quę nō cadit in ignorāte,vt dictum est:nunquam saltem occasione talis ignorantiæ concedetur hæredi restitutio in integrum ex dicta clausula generali ex persona defuncti hæredis,ita vt hęres hæredis beneficio restitutionis in integ.consequatur beneficium deliberandi in effectu. Et Bald.in l.j.xxiiij. oppo. C.qui admitti ad bono.poss.possunt , tenet quòd nō.quē sequitur Raph.Cuma.in l.cùm filius.§.in hac ff.de verbo.obli.& cōsuluit Pet.de Ancha.cōsi.clxix. inci.principaliter contra istos legatarios. & Alex.in ij.parte, consil.clxiij.incip.Viso processu causæ vertentis inter dictum Frāc.vbi dicit , quòd non reperit aliquē contradicentē idoneum.Sed Iason in d.l.cum in antiquioribus.ij. colum. refert. Ange. & Paul.de Castr.in d.l.ventre.Ioan.de Imo.& Paul.in d.l.Panthonius. ff.de acqui.hære.per illum tex.cum ibi not. per Bart. & eundem Alex.sibi contrarium in eadem ij.parte,cōsi.clxix.incipien.Viso themate suprascripto.tenere contrarium:videlicet quòd imò in terminis nostris si hæres ignorās hæreditatem sibi esse delatā,decesserit ea nō adita, hæres eius ex persona defuncti ignorantis mortui posset,non de iure cōmuni sed impetrata in integrū restitutione à iudice ex clausula generali idem in effectu cōsequi, scilicet annum ad deliberandum,ac si prius hęres ignorans defectus fuisset sciens.Quod si esset verū,maxima esset amplia tio ad l. cum in antiquioribus. Tamen finaliter neutrā dictarū opinionum firmat.Adde eundē Alex.in j. parte, consi.xx. incip.Viso processu causæ vertentis. penul.col.in fin.vbi dicit competere in integrum restitutionē, vbi ignorātia causatur ex absentia hæredis,& non ex ignorantia simplici.& sic possent concordari præmissa. & hæc de secundo principali re-
183 quisito sufficiant. †Tertiò principaliter requiritur, vt d.l.cū in antiquioribus.locū habeat, & ius deliberādi ad hæredes trāsmittat, quòd hæres cui ex testamēto vel ab intestato delata est hęreditas,talē hęreditatē sibi delatā non adiuerit,neq; repudiauerit,sed sit in deliberatiōe qd facturus sit.si enim eā adiuerit,nō

esset

BIU Cujas

esset opus transmissione iuris deliberãdi, quia hæreditas ad hæredes trãsiret tanquam patrimonium hæredis: & etiã si hæreditatẽ repudiasset, priuaretur be-
184 neficio transmissionis. † Quartò & vltimò requiritur, ꝙ talis hæres decesserit infra annũ cõcessum à iure ad deliberandũ. Nã residuũ talis animi trãsmittit sed non transmittit tempus ad latius deliberandũ à principe obtentũ, vel iudice. vt dixi supra in prin. huius trãsmissionis. Et hoc verũ, ꝙ hæres moriẽdo trãsmittit residuũ anni à iure præfixi in d.l. cum in antiquioribus. non facta differẽtia an hæres transmittẽs sit de ascendentibus, vel descendentibus, aut collateralib. vel penitus extraneis. Quia tex. in d.l. cũ in antiquiorib. loquitur in distinctè cõcedẽdo annũ integrũ ad deliberandũ. Et hæc est veritas: licet Ange. in repetitione l. qui se patris. C. vnde liber. tenuerit dicẽtũ annũ deliberãdi solùm cõcedi ascẽdentibus vel descẽdẽtib. hæredib. quibus de iure prætorio ad succedendũ indulgẽt annus: sed in trãsuersalibus & aliis extraneis dicit nõ durare ius deliberãdi, nisi cẽtũ diebus, quib. de iure prætorio eis succedere permittit.
185 † Vnũ tamẽ menti tenebitis perpetuò, ꝙ si filio cui hæreditas erat delata, fuerit elapsus annus deliberãdi quẽ habebat vt filius: adhuc transmittere poterit secundũ annũ deliberãdi, vt & tanquã legitimus: & idẽ in filio emancipato quod post primũ annum & infra secundum moriens transmittit ius deliberandi quasi agnatus. Ita singulariter decidit Bal. in l. licet. prope finẽ. C. de iure deli. tũ filius post annũ primum volẽs deliberare seu adire, vel hæres eius prætẽdẽs habere secundũ annũ ex persona filij defuncti tanquã agnati legitimi, debet hoc specificare, scilicet qualitatẽ medio cuius prætẽdit ius deliberãdi sibi adhuc pertinere, cuius virtute dicit se velle hæreditatẽ adire, argumẽto eius quod singulariter decidit Bal. l. imitãdo. l. nihil. C. de vsuca. pro hære in rubri. §. de præscrip. vj. col. versi. quæro, pater possedit decẽ annis. vbi dicit ꝙ licet filio vt filio cõpetere nõ possit titulus ꝓ hærede, vt d.l. nihil. & sic virtute illius tituli prætẽdere non posset præscriptionẽ lõgi tẽporis; attamẽ si dicat se lõgo tempore pro hærede possedisse vt agnatũ, audietur. Ita dicamus in proposito, ꝙ si filius post annum vt filius adiret hæreditatẽ, nõ dico beneficio suitatis, nec l. vnicæ. C. de his qui ante apertas tabulas. sed virtute iuris deliberãdi per dictã l. cũ in antiquioribus ei cõpetentis, nihil ageret, cum annus sit elapsus. Sed adire debet eam expressè vt agnatus, cui
186 in illa qualitate cõpetit secundus annus tanquã legitimo hære. & ita sentit Alex. in d.l. licet. in addi. Bal. dũ ipsum simpliciter allegat super d. rub. de præscri.
186 † Et præmissa de triplici trãsmissione ideo hîc cumulaui, tum quia prima species suitati conuenit, de qua hîc tractamus. & cæteræ duæ species sunt illi cõnexæ, quæ melius declarãtur simul cũ illa, quę si vobis sparsim fuissent traditæ, cum intellectus vnius ex
187 altera resultet. Ex quibus omnibus restat † ꝙ hęreditas per hæredẽ non adita non trãsmittitur: quia cùm ante aditionem expressam veluti verbo, seu nuda voluntate factam, aut tacitè, putà facto declaratã, scilicet gerendo se pro hærede, iuxta l. pro hęrede. & gerit. ff. de acquir. hęre. & Instit. de hæredũm qualit. & differen. §. pro hærede. hæres si non sit dominus hæreditatis, nõ potest eam trãsmittere ad alios, quia nemo dat ꝙ nõ habet. Fallit tamẽ in plurib. casibus & primò in suis hæredibus, in potestate constitutis, qui hæreditatẽ paternã, & interdũ fraternã transmittũt nõ aditã etiã ad quoscunq;, vt plenè vidistis §. in prima specie trãsmissionis. Secundò etiã fallit in descẽdẽtibus non suis, vt scilicet hæreditatẽ ascẽdentium in quorũ potestate non sunt, transmittãt beneficio l. vnicæ. C. de his qui ante apertab. Nõ dico ad omnes sed solũ, & dũtaxat ad descẽdentes. de quo plenè vidistis. §. in secũda specie transmissionis. Tertiò fallit in infante patrẽ habẽte, qui si moriatur ante cõpletam infantiã, & hęreditatẽ aditam, illã transmittit ad patrẽ suũ, cui hæreditati aliquoties cõcurrunt mater & fratres infantis. Quartò fallit etiam in infante patre carẽte & pupillo, ac minore viginti quinq; annis, & maiore iusta de causa & legitimè impedito: ꝙ licet hęreditatẽ eis delatã non transmittãt ad hæredes: verũtamẽ ad eos quoscunq; trãsmittũt in integrũ restitutionẽ: cuius medio illa obtẽta à iudice adire poterũt hæreditatẽ per defunctum adire omissam facilitate ætatis, vel iusto impedimẽto, aut ignorãtia facti, secũ dũ aliquos. Quintò fallit, ꝙ omnes hæredes quãtumcunq; extranei ante aditã hæreditatẽ, dũ tamen infra annũ sciẽtes hęreditatẽ eis delatã moriẽtes, trãsmittũt ad quoscũq. hæredes ius deliberãdi infra residuũ anni quod eis supererat. De quib. tribus vltimis cõclusionibus plenè habuistis §. in tertia specie trãsmis-
188 sionis. † Sed post annũ à die delatæ hæreditatis non trãsmittitur ius deliberãdi. nisi hæres ex causa distulisset infra annũ adire, putà propter vindicandã mortẽ defuncti. ff. ad Silla. l. si quis in graui. §. elegãter. vel distulit adire propter eũ qui est in vẽtre, vel propter quæstionẽ falsi motã contra testamẽtum, in quo fuit hæres scriptus, vel aliã causam rationabilẽ, secũdum Bal. in d. l. cũ in antiquioribus. in fi. C. de iure deli. Et laus Christo sit & gloria ꝙ materia trãsmissionis hęreditatis tã subtilis & non minùs vtilis & quotidiana ita compendiosè sit vobis nũc expedita: quæ tamẽ in præsenti regno Frãciæ non est multũ necessaria, vbi agit̃ de hæreditate parentũ proximorũ ascendẽtium, descendẽtiũ, aut collateraliũ: de qua ex gñali cõsuetudine mortuus ipso iure sayst viuũ proximũ linageriũ, etiã quo ad possessionẽ. ideo non mirũ si ante aliã expressam hæreditatis aditionẽ hæres per mortẽ sui prædecessoris ipso iure per consuetudinẽ effect' possessor & dominus, eam trãsmittat etiã in extraneum hæredẽ, vt §. dixi tractãdo de cõtinuatione possessionis de patre in filiũ ex iure suitatis, sicut trãsmitteret alia bona ꝑ ipsũ lõgo tẽpore possessa. Et sic hæ subtilitates ferè in hoc regno remanẽt inter parẽtes super
189 vacuæ, vt ibi plenè dixi. † Verũtamẽ, vt materia suitatis penit' euacuetur, quia post habitũ sequitur priuatio illius: scire debetis, ꝙ suitas cũ supradictis suis priuilegiis tollitur quinq. modis. Primò tollitur per dationẽ substituti vulgaris, vt l. si filius hæres. ff. de libe. & posth. Nã pater substituẽdo filio, si nõ sit hæres de necessario videtur eũ facere voluntariũ. ita dicit Bart. in d.l. j. ff. de vulg. & pup. & plenius per eũ in l. si filius qui patri. ff. illo eo. tit. Sed an hoc sit verum, scilicet ꝙ per dationẽ substituti vulgaris tollatur suitas, hactenus dubitatũ fuit: & quidẽ in hoc passu quatuor reperiuntur Doctorum opiniones principales.
190 † Prima opinio est, ꝙ per dationẽ substituti vulgaris filio factã tollat̃ existẽtia & potentia suitatis: quia per ipsam substitutionẽ videtur pater dedisse licentiã filio abstinendi: & sic videtur eum de necessario fecisse voluntarium. Nam (vt suprà dixi) existẽtia sui hæredis à lege duodecim tabularum inducta fuit fauore patris. Sicut igitur filius potest suo fauori renũtiare, scilicet abstinendo à paterna hæreditate. l. filio præterito. ff. de iniust. testamẽ. sic potest & pater. l. si

quis

quis in conscribendo.C. de pact.Modo eoipso ꝙ pater dedit filio substitutum vulgarē, videtur suo fauori renuntiare: cùm illa substitutio concipiatur in casum in quem filius nolit hæres esse, vel non possit. l. cùm proponas.C.de hære.inst. Et fuit satis plenè declaratum.s.in primo effectu vulgaris substitutionis. Cùm igitur pater sciat ipsum filium necessarium hęredem, velit aut nolit,dādo ei substitutum in casu quo hæres esse nolit,ex hoc videtur pater vellenō habere filium hęredē necessarium.aliàs frustra ei substitueret,si vellet ipsum remanere necessariū : quia institutione hæredis effectum sortiente,cessat substitutio. l. post aditam.C de impu.& aliis substit. & hanc opinio. ponit glos.in l.Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff.de inof.testa.circa medium magnæ glo.quam sequuntur Dy.& Bart.dicentes de hoc esse casum in d. l. si filius qui patri.ff.de vul.& pup.& Cyn. in l. precibus. C. de impu. & aliis subst. Et est hæc cōis opinio Doctorū, multis & non minus pulchris rationibus roborata.

191 †Secunda opinio fuit tota cōtraria primæ, videlicet quòd per substitutiouem vulgarē nō tollatur existentia sui hæredis,etiā quātuncunque filius à paterna hęreditate abstinuerit. Quinimò per existentiā sui hæredis,etiam si filius abstineret,tollitur & euacuatur ipsa substitutio. quo casu effectus suitatis erit mirabilis,ꝙ filius hęres institutus eo momēto quo pater erit mortuus,& sic reperietur suus hæres, excludet substitutū in perpetuū sola existentia & potētia suitatis,taliter ꝙ si filius posteà abstineat à paterna hæreditate, substitutio nō quā recōualesceret,cū fuerit semel extincta sola existētia sui hæredis, & hanc opinionē tangit gl.arguendo in l.si pater.§.fi. ff. de vul.& pupil. quod qualiter intelligatur, videatis ibi Bart. & hæc opinio similiter multis per ipsam tenentes roboratur fundamentis. † Tertia fuit opinio, vt distinguamus, quòd aut substitutus adiuit ex substitutione hęreditatem,& tūc sublata est suitas:aut nō adiuit,& tūc secus.& hāc opinionē refert gl.in verb.& nunquid.in d. §. quoniā autē quarta.in prin.gl.quę opinio nō habet fundamētū.Nā si ab initio nō fuisset sublata suitas,sed expectaretur aditio substituti,tunc per talē additionē nō tolleretur,cum semel filius effectus fuerit suus hæres , ipso iure non desinit esse hæres,quātuncunq; posteà repu-

192

193 diet,vt l.ei qui.ff.de hær.insti. † Quarta opinio fuit Paul.de Cast.in repet.dictæ.l.si filius hæres.ff. de libe. & posth.& Ang.Are.in d.§.sui. Inst.de hæredū qual. & diffe.cōcordare satagentiū duas primas opiniones superius relatas sic dicentiū,ꝙ per substitutionem nō tollitur suitas,nec per solā suitatē tollitur substitutio nisi sequatur filij immistio, scilicet ꝙ filius se immisceat paternæ hæreditati,vt d.l.post aditam.C. de impu.& aliis substi.vnde concludūt præfati patres,quorū cōclusio est ipsa rei veritas,ꝙ patre mortuo statim hæreditas acquiritur filio iure suitatis , licet habeat substitutum,perinde ac si non haberet. Posteà verò si quidē filius se immisceat,& nō est dubium,quòd substitutio eo tūc tollatur,vt d.l.post aditā.iūcta l.cū bonis.ff.de acqui.hær.Si verò abstineat,tūc adhuc remanet hæres nomine,nō effectu : & ideo substitutus admittitur,vt l.ex cō tractu.ibi,& ita bona defuncti.ff.de re iudi.Aut adhuc nō se immiscuit,neque abstinuit,& tūc filiꝰ interim est hęres ipso iure ciuili,cū beneficio abstinendi sibi à prætore cōcesso,ita quòd est euentu apparebit,vtrū substitutus admittetur vel nō.Quoniā si filius se immisceat,substitutus excludetur:sed si abstineat,admittetur substitutus, & erit hæres testatoris re ipsa,solo nomine hæredis apud filium remanente.

Hæc opinio si bene pōderetur,in effectu habet,ꝙ per datione substituti vulgaris non tollitur suitas. Sed quia prima opinio est cōmunis,vt dixi,ꝙ imò per datione vulgaris substituti tollatur potentia suitatis, in dubio nō est ab ea recedēdum: idcirco cūipsa trāseo cōcludēs per datione substituti tolli existētiam suitatis,secundum Bar.cum quo transit Alex.in d.l.j.ff. de vulg.& pupil. & plenè in d.l.si filius hæres.ff. de libe. & posth.vt plenissimè hunc passum difficilem disputat.Finaliter tamen concludit cum Dy.& Bart.ꝙ talis substitutio tollit potentiā suitatis,dicens istū esse vnū de effectibus vulgaris substitutionis.Quod sanè intelligatis verū,ꝙ tollit suitatē quo ad perpetuā trāsmissionē,non autē quo ad transmissionē iuris deliberandi,quod est annale:cum ipsum etiā non tollat in hærede extraneo,secūdū Bal.in l.apud hostes.C. de suis & legi.hære.vt plenè vidistis in verbo,*Si absque liberis mororetur.* ij.tractando articulum vulgaris substitutio-

194 nis.†Hanc tamē cōmunem opinionē limitabitis locū nō habere in sequētibus casibus. Et primò nō procedit , nec locū habet in vulgari tacita, per l.filius qui se paterna.cum l.seq.ff.de acqui.hær. & l. si filius qui patri.ff.de vulga.& pupil.Et ita videtur tenere Bal.in l.cum proponas.C.de hær.insti.versi.Item aduerte an substitutus &c. vbi eleganter dicit, quòd licet substitutio vulgaris facta filio distinctè & expressè in vtroque casu,veluti si hæres noluerit,vel non potuerit,aut indistinctè,putà si hæres non fuerit:impediat trāsmissionem iure necessario fiendā ex potētia existentiæ sui hæredis,cùm substitutio vulgaris expressa tollat potentiam suitatis: attamen substitutio vulgaris in vno casu distincta & expressa,in alio autem tacita:vt si hæres esse non potuerit,quo casu comprehēditur casus, si hæres esse noluerit:ius transmittendi ex potētia suitatis nō impedit,si filius noluit esse hæres,& sic in casu tacito.Ideo si filius cum hæres esse non posset, hæreditati paternæ se immiscuerit, & sic noluit hæreditatem transmitti excluso substituto : quia substitutio vulgaris tunc impedit potentiam suitatis & ius transmittendi quoties contigit in casu expresso, secus si in tacito. Quot modis dicitur tacita , videatis suprà in verbo,*Si absque liberis mororetur.* ij. in materia vulgaris substitutionis,& ibi plenè dixi in iiij.artic.principali.Hoc eaiam est de mēte Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantum. iiij.col.ff.de lib.& posth.& firmat Ioan. de Imo.in l.paterfamilias.& l.iā dubitare.ff.de hær.insti. Alia exempla huius limitationis ponatis per dictam l. filius.& l.si pupillus.ff.de acqui.hæc.& per l.Iulianus. ff.si quis omissa cau.testa.Prætereà videmus,quòd licet filio sit substitutū pupillariter,in qua substitutione cōtinetur tacita vulgaris,tamē non obstante illa vulgari substitutione tacita in pupillari comprehensa, existentia sui hæredis operatur,quòd per ipsam cōfirmantur tabulæ pupillares,vt s. dictum fuit per l. si filius qui patri.de vulg.& pupil.& d.l.si pupillus. ff. de acquir.hære.& l.pater.ff.de priui.credi.vnde concluditur,quòd tacita vulgaris siue sit tacita,quo ad verba, siue quo ad casus,nō tollit potentiam existētiæ suita-

195 tis.†Secundò limitatur dicta communis opinio non procedere, vbi filio per patrē esset facta vulgaris substitutio in suitate,hoc est secundum consilium Galli, aut legis Velleiæ,per dictam l.Gallus.§. nunc de lege Velleia.& firmat Bart.in d.§.& quid si tantum.in iiij. col.& in d.l.j.in v.q.ff.de vulg.& pupil.de quo videatis plenè Alexand.in l.si mater.§.si filius.ff. de vulg.&

196 pupil. † Tertio limitatur non procedere , quando quo ad partem eius,in quo filius fuit institutus,nō au-

tem

tem quo ad totum, fuit datus vulgaris substitutus, vt est casus in dicta l. si filius qui patri. in princ. aliàs est est l. si solus. ff. de acqui. here. quẽ ad hoc reputat singularẽ Ioan. de Imol. in l. apud Iulianũ. §. idẽ Iulianus. ff. ad Trebel. † Quartò limitatur non procedere, vbi vltra vulgarem substitutum fuit insuper datus fideicommissarius substitutus. Quia tunc institutus cogi possit inuitus ad instantiam fideicommissarij adire, vt l. non iustam. cum glos. sua. C. ad Trebel. ide non videtur à testatore concessa licentia abstinendi, secuudum Bal. ibi. quod reputat not. dignum. Pro quo facit, quia isto casu cessat ratio, de qua per Bart. in d. l. si filius qui patri. Hanc determinationem approbant etiam Bal. in repetitione l. in suis. ff. de libe. & posthu. Angel. & Ioan. de Imo. in dicta l. j. ff. de vulga. & pupil. & Alex. in ij. parte cons. iiij. v. col. & l. si filius hæres. xiiij. col. ff. de libe. & posthum. & Iason in dicta l. j. ff. de vulga. & pupil. vt declaraui tractando primum vulgaris substitutionis effectũ, licet Bal. in l. Papinianus. §. quarta autẽ. ff. de inof. testa. hoc co
198 gitandum reliquerit. † Quintò limitatur non procedere, vbi testator filio suo instituto nepotẽ ex eo sibi vulgariter substituisset. Quoniam eo casu nõ videtur data licentia abstinẽdi à testatore, cùm legata ab intestato debeantur, secundum Bald. & Ange. in d. l. j. ff. de vulga. & pupil. per tex. in l. Iulianus. in prin. ff. si quis omissa cau. testa. sed Ioan. de Imo. in dicta l. j. tenet contrarium per casum in dicta l. si filius hæres. de libe. & posthu. secundum intellectum Bar. & cõmunem. Nec obstat. d. l. Iulianus. secundũ Bat. in penul. & vlt. oppo. Quia illud est ibi ideo, quia fuerat hæres institutus extraneus, & substitutus filius hæredis: sed nos loquimur in filio instituto: quo casu videtur testator cogitasse de casu quo nolit, nõ de eo casu, quo filius esse non posset. Nec aliàs testator cogitasse videatur de casu aduerso filij aduersam fortunã cõcernẽte, quod cogitare repugnat voto parẽtum, vt l. isti q. dẽ. ff. quod me. cau. Vel respõderi potest, & meliùs secundum Alex. q secundũ tempora antiqua iure digestorum, quicquid acquirebat filius acquirebat patri, vt l. placet. ff. de acqui. hære. ideo si filius instituti hæredis substitutus adiret in casu dictæ l. Iulianus. & legata non debeantur repudiãte hærede instituto, videretur iuris præsumptione, q hæres institus repudiaret in fraudem legatorum, cum sciret sibi hæreditatem acquirendã per medium filij substituti. Et hũc intellectũ videtur tenere Bald. in l. j. C. si quis omissa
199 cau. test. † Sextò limitatur non procedere, vbi si suitas sublata intelligeretur, inualidarẽtur legata ab instituto relicta, quæ regulariter nõ censentur à substituto repetita, iuxta l. licet imperator. ff. de lega. j. Ita notabiliter dicit Bal. in d. l. j. C. si quis omissa cau. testa. dicẽs hoc esse suum nouũ dictum: tamen vt suprà retuli, posset ad aliã l. responderi, q non facit ad istud propositum: quoniã loquitur quando institutus erat extraneus, & aliàs, prout dixi supra in proxima limitatione. Tamẽ in hoc magna est authoritas Bal. secũ-
200 dum Alex. † Septimò limitatur non procedere, vbi filius institutus sibiipsi fuisset substitutus: quia cũ per repudiationem purificata sit cõditio tacita, quæ substitutioni inest: ideo quamprimum excluditur à primo gradu, fit suus hæres ex secundo. Ita notãter dicit Bal. in d. l. j. C. si quis omissa cau. testa. per l. conditionibus pupillus. in ratione sui. ff. de condi. & demon.
201 & l. fina. §. j. ff. de vulga. & pupil. † Octauò limitabitur non habere locum, quando ista vulgaris caduca efficeretur: vt quia viuẽte testatore deficeret. Ita singulariter dicit Bal. in l. si mater. §. si filio. ff. de vul. & pupil. per ibi not. in glo. magna. Sed Ioan. de Imo. ibi tenet contrarium. quia satis est, q ab initio videatur per talem substitutionem à testatore data licẽtia abstinendi: quod confirmatur per l. sed si plures. §. si filio. ff. de vul. & Pup. Præterea sequeretur etiam, q si substitutus vulgaris esset extraneus, qui decederet viuo testatore, & sic substitutio efficeretur caduca, nõ tolleretur suitas, quod est falsum. Quia adhec militãt rationes, propter quas censetur sublata suitas. arg. l. verba. ff. de condi. insti. scilicet licentia, quę censetur data filio instituto à testatore, vt s. dictum fuit. Nam datio cohæredis extranei tollit existentiam suitatis, etiam si talis datio efficiatur caduca, vt d. §. filio. & ita tenuit Alex. reprehẽdendo Bal. in l. si fratris. C. de iure deli. & d. l. si mater. §. si filio. in fi. ad hoc faciũt not. per Bart. in l. Papinianus. §. quarta autẽ. ff. de inof. te-
202 sta. † Nonò limitatur non procedere in substitutione vulgari facta, quod non est respectu legitimæ. Quoniã eo casu si reperiretur sublata suitas, nõ posset filius ius petendi legitimam trãsmittere ad hæredes, nisi priùs declarasset se velle, arg. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. j. Sed auferre facultatem trãsmittendi est onus, vt l. Panthonius. ff. de acqui. hære. Legitima autẽ debetur sine grauamine vt l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. ergo sequitur, q eatenus per dationẽ substituti vulgaris non tollitur existẽtia suitatis. Verbum fuit mirabile & magni effectus Iac. Bu. vt refert Bal. in l. si arrogator. in vj. op. ff. de adop. & idẽ Bal. in repe. l. in suis. in ij. q. ff. de libe. & posthu. & licet Bal. in dictis locis hoc impugnet, per not. in d. l. Papinianus. §. quarta. Attamen pro Iaco. Bu. facit: quia licet per dationem talis substituti videatur filius institutus sub illa cõditione, si hæres esse voluerit: tamen talis conditio reiicitur quo ad legitimã, vt firmãt ipsemet Bal. & Sali. in d. l. quoniam in prioribus. & Ioan. de Imo. in d. l. iam dubitari. ff. de hæred.
203 insti. & in d. l. fi. ff. de condi. insti. † Decimò limitatur non procedere in vulgari substitutione comprehensa sub breuiloqua, vel cõpendiosa. Quia cũ dicatur compẽdiosa, non tollit suitatem, vt expresè not. Angel. in d. l. Papinianus. §. quarta. per l. Lucius. ff. de vulga. & pupil. quem referunt & sequuntur Rapha. & Paul. de Castro in d. l. si filius hæres. ff. de liber. & posthu. Et secundum hanc limitationem in compendiosa consuluit Alex. apud Burgum sancti sepulchri. Nam per dictam l. Lucius. quæ hoc non bene probat nec etiam per rationem suam, sed per aliam, videlicet quòd talis compendiosa comprehendit nedum vulgarem, sed etiam fideicommissariam, vt tenent omnes in l. precibus. C. de impub. & aliis substitutioni. & vidistis in materia compendiosæ substitutionis. Ideo tunc succedit quod dictũ fuit supra in quarta limitatione dum allegaui l. non iustam. C. de fideicommis. & ibi Bal. Et sic in compendiosa putat opinionem Ange. & sequacium procedere, secus in vulgari contenta in breuiloqua: quoniam tunc cessat ratio dictæ l. non iustam. quòd in breuiloqua nulla cõtinetur fideicõmissaria, nisi secum admixta sit compendiosa, vt quia testator dixit: quandocunq; decesserint, eos adinuicem substituo: vt not. Bartol. in dicta l. Lucius circa fin. col. & ibi omnes & Bal. in repetitione cap. si pater. in materia reciprocæ. eodem tit. lib. vj. Et hãc puto esse veritatem, licet Ioan. de Imo. in dicta l. si filius hæres. ff. de liberis & posthumis. voluerit contrarium, motus tali ratione: quia vulgaris comprehensa sub compendiosa aut breuiloqua satis

est

est expressa, cùm dicatur expressa verbis generalibus aptis comprehendere etiam casum volũtatis, sed adhuc obstet ratio supradicta, & in dicta quarta limitatione. De hoc an datione substituti tollatur existentia suitatis, videatis plenè Bart. in d.l. si filius, qui patri. ff. de vulg. & pupil. & alios in locis superius allegatis: plenissimè tamen per Alex. in l. si filius hæres. ff. de libe. & posth. & post Ludo. in l. apud Iulianum
204 §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. † Vnum tamen mẽti tenebitis, quòd testator disponere potest, quòd datione sustituti non tollatur suitas, secundum Bal. singulariter in c. Cumana de elec. per text. in l. in cõditionibus primum locum. in prin. ff. de condi. & demon. quem sequitur Iason in l. in pupillari. j. col. ff. de vulga. & pupil. quod est not. pro xj. limitatione ad hanc
205 regulã, dicens in paucis locis hoc reperiri. † Secundò principaliter tollitur suitas, si filius ipse fuerit hæres institutus sub illa conditione potestatiua, si hæres esse voluerit, vt est casus in l. Cornelius. & l. iam dubitari. ff. de hæredi. institu. & l. verba. ff. de condi. instit.
206 † Tertiò tollitur, quando filius est institutus sub alia conditione potestatiua, vt l. in conditionibus, pupillus. ff. de condi. & demon. Quod intelligatis verũ, quãdo erat talis cõditio quæ vltimo vitæ spiritu adimpleri poterat, puta si x. dederit: quia tũc nunquam efficitur suus, donec conditione expleta adiuerit, per l. fin. ff. de condi. insti. & l. suus quoq; ff. de hære. inst. secùs si vltimo vitæ spiritu impleri non poterat: veluti, quia fuerat institutus, si capitoliũ ascẽderet. Quoniam eo tunc quàm primum deuenit ad vltimum vitæ spiritũ, venire potest substitutus vel cohæres: quibus deficientibus ipse filius ab intestato efficitur hęres, quamprimum constet amplius conditionem impleri non posse. Si autem cõditio impleretur, statim efficeretur suus, vt dicta l. in conditionibus. & hęc vera existunt secundum iura antiqua: hodie verò secus fortè esset per l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. vbi Sali. post glo. & Bar. concludit, quòd cùm saltem quo ad legitimam per illum text. tollatur omnis conditio, dilatio, ac quodcunq; grauamen: ita quòd conditiones in institutione filij habentur pro nõ adiectis, vt ibi. & l. scimus. §. cùm autem. illo eodem titu. si hodie pater filium instituerit hæredem sub conditione, si voluerit, aut si decem dederit, vel si capitolium ascenderit, aut si Romã iuerit, aut nauis ex Asia venerit: quo ad legitimã filius habetur pro purè instituto dictis cõditionibus ipso iure habitis pro nõ adiectis: & sic adiectio qualiscũq; cõditionis hodie non tolleret suitatem. Videatis plenè Bar. Bald. & Sali. in dicta l. quoniam in prioribus. Ioan. de Imo. in l. fi. ff. de condi. insti. & Alex. in l. si pater. C. de instit. & substi. sub cõditione factis. & in fine decidit quid seruãdum sit hodie, si filius instituatur sub talibus cõditionibus. & in l. si mater. §. j. ff. de vulg. & pupil de quo dixi suprà, super verbo, *In eodem testamento relinquẽs.* j. versi. plus dico quòd ipsemet pater. & ibi plenè vi-
207 deatis. † Quartò tollitur existentia suitatis, si filius est institutus in re certa, alio vniuersaliter instituto. Nam eo casu donec vniuersaliter institut' repudiet, institutus in re certa habetur loco legatarij. vt l. j. §. si ex fundo. & l. ex facto. la grande. ff. de hære. instit. facit tex. no. in l. quoties. C. de hære. instit. ideo fili' taliter institutus non dicitur interim suus. ita dicit Bald. in l. apud hostes. vers. circa prædicta. C. de suis & legiti. hæred. & clarius in dicta l. quoties. versicu. vlterius quæro. vbi dicit quòd talis singularis hæres etiam filius non erit suus & necessarius: quia illa qualitas introducta est fauore creditorum: sed ipse non tenetur creditoribus ratione legitimæ: ergo nõ est suus & necessarius, sed voluntarius. Ideo si decedit antequam agnoscat, non transmittit iure existentiæ sui hæredis sed trãsmittit per l. si quis filium. C. de inof. testamẽ. Idem tenent Angel. & Ioan. de Imo. in dicta l. si filius qui patri. & hæc est veritas secundum Alex. ibi, licet Ludo. Roma, in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. contrarium voluerit, motus ea ratione: quia filius in re certa institutus habetur loco hæredis secundum glo. in cap. si pater. in verbo, Certa re. eod. titu. lib. vj. sed Bar. damnat illam glo. in dicta l. ex facto, de quo dicatis vt plenè dixi suprà eo. in verbo, *In eodem testa. relinquens. j.* per duas chartas ante fin.
208 versicu. ad declarationem præmissorum. † Quintò tollitur existentia suitatis per dationẽ cohæredis extranei, per text. in dicta. l. apud Iulianũ. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellia. secundum Barto. in dicta l. si filius qui patri. ff. de vulga. & pupil. Nam quoties pater dat filio hæredi instituto cohæredem extraneum, ex hoc videtur ipsum filium facere hæredem voluntarium: & ratio est, quia pater dãdo filio cohæredem videtur recedere à prouisione legali, quæ habet quòd sola existentia sui hæredis sufficiat ad confirmationem eorum quæ in testamento continentur. Pariter autem dando cohæredẽ, velle videtur quòd fiat confirmatio eorum per expressam aditionem: quasi dando cohæredem non fuerit confisus de prouisione legis: ideo lex sibi non prouidet, argu. l. fina. §. sed quia quidam. C. de iure deliberan. Et pro hoc Bart & eius sequaces allegãt casum in dicto §. idem Iulianus. sed super huc est aduertendum, quia Paul. de Castro in repetitione dictæ l. si filius hæres. ff. de liberis & posthu. quem sequitur de puncto ad punctum Angel. in d. §. sui Institu. de hæred. quali. & differen. tenent cõtrarium. dicentes eis videri durum, quòd præsupposita suitate in esse debeamus sibi effectum denegare. Nam effectus sequitur suam causam de necessitate, vt l. non potest. C. de furt. Quinimò etiam si pater hoc voluerit, quòd suitas duret, sed caret effectu sibi inhærente, non videtur quòd hoc possit, arg. l. iij. §. si loci. ff. de adimen. lega. & l. nemo potest. ff. de legat. j. Et quod per dationem cohæredis recedi videatur à prouisione legis, non videtur bene dictum: quia per hoc etiam posset dici quòd tolleretur etiam ipsa suitas, quæ est de legis prouisione. quod tamẽ est falsum nec pater potest ei renuntiare, vt l. cùm de hæreditate. ff. de acquiren. hæredita. Nec videtur etiam bene dictum, quia pater dando cohæredem non videatur de lege confisus. Quoniam istud, scilicet adire, consistit in voluntate ipsius cohæredis, cùm adire cogi nõ possit: imõ põt repudiare. Et sic prouisio patris frustrabitur. igitur non est credendum, quòd per prouisionem suam semiplenam & incertam voluerit recedere à plena prouisione legis & certa. argu. l. hæres à debitore. §. j. ff. de fideiusso. & l. si te solum. de hæredi. insti. Nec etiã videtur de illa diffisus, cùm filius possit se immiscere expresè, sicut ipse extraneus posset adire. Vnde nõ est dare rationem cur magis confisus fuerit de aditione extranei, quàm immistione filij. Quapropter prætextu illius confidentiæ suitas non tollitur, quæ dicitur prouisio legis. Præmissa corroborantur iuncto nigro. Insti. de fiducia. tut. vbi clarè probatur, quod maior & securior fiducia est de coniuncto ad cõiunctum, quàm de extraneo, & lex plus confidit. Quare fundamentum Bart. & aliorum prædicta ratione dicentium per dationem cohæredis extranei

BIU Cujas

tranei tolli existentiã sui hæredis,nõ valet, pręsertim qa cohęres loco substituti habetur,vt l. Titio & Męuio.ff.de leg.ij.sed per donationẽ substituti suitas nõ tollit, vt s.per eos cõclusum fuit:ergo multò minus per dationẽ cohęredis. Nec obst.l.apud Iulia. §. idẽ Iulianus.ff.ad Treb.in qua se fundat Bar.cum suis se quacibus. Nã illud quod ibi dicitur,scilicet ꝙ vnus cohæredũ cogitur adire,vt firmẽtur tabulæ pupillares:hoc non fit ex necessitate, quia per solã exist̃tiã sui hæredis filij instituti iam cõfirmatę sunt:sed fit ex voluntate,& ad cautelã, quia posset negari patria potestas,& de facili probari nõ posset, & sic suitas non patrocinaretur.Vnde vtilius est, ꝙ expresse adeatur hæreditas:quia tunc de facili ꝓbabitur tabularũ cõfirmatio.Et hoc videmus in simili : quia ꝓ existentiã sui hęredis cõfirmatur fideicõmissum vniuersale, & trãseunt actiones absq; alia expressa aditione seu immistione filij,vt l.ita tamẽ.§.si pater.ff.ad Treb.& tamen filius cogi potest se immiscere expresse ad fines v si negaretur existẽtia sui hæredis & suitatis,seu patria potestas, quę faciliùs non ꝓbaretur,saltẽ probari posit aditio,vt est tex.in d.§.si pater.& l.recusare. §.meminisse.illo eodẽ tit. Nam non probata suitate videtur facta cõfirmatio per aditionẽ.Quare concludunt prefati patres per dationem cohęredis nõ tolli existẽtiã suitatis. Sed *cõmuniter* tenetur opinio Bart. ꝙ tollatur suitas per dationem cohęredis. quam tenuit Iac.de Ar.Ang.Io.de Im.Paul.de Cast.& Alex. in d.l.si filius qui patri.ff.de vulga.& pupil.& Bal.in d.l.si fratris. & l.quidam eulogio.C.de iure delib.& ibi hoc tenent Cyn.&Sali.in l.j.C.de testa.tute.& in l.precibus. in materia vulgaris. C. de impub.& aliis substitu. licet in seruo hærede instituto non tollatur necessitas ꝓ dationem cohęredis liberi,vt s. vidistis
209 in principio huius notulæ.†Hanc tamẽ opinionem limitetis non habere locũ in sequentibus casibus: & primò non procedit quo ad ea quæ non depẽdẽt immediatè ex testamento,vt patet in iure transmittẽdi hęreditatẽ non aditam ad quoscunq;, per l.si fratris. C.de iure deli.similis tex.est in l.ij.§.ibidẽ.ff.de col. la.bo.idem probatur in l. Lucius.ff.de vulg.& pupil. secundũ intellectũ Ang.ibi.& sic si filius à patre hęres institutus,antequã abstineat à paterna hęreditate decesserit,hæreditatẽ transmittit ad quoscunq; hęredes suos, quãtũcunq; cohęres fuerit sibi per patrem
210 datus:ita cõcludit Bar.in d.l.si filius qui patri.†Nã ius transmittendi non dependet immediatè ex testamento,sed à lege.Similiter nõ impedit datio cohęredis extranei,nec tollit suitatẽ quo ad effectũ.l.fin.C. de repu.vel absti.hæredi.vt dixi s.declarando primã speciem transmissionis. Secundò limitatur non procedere in cohęrede suo:quoniam per illum nõ tollitur existentia suitatis,sed dũtaxat per dationẽ cohęredis extranei, vt d.l.si filius qui patri.& d.l. Lucius. ff.de vulga. & pupil.iuncta l. apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad Trebel. Tertiò limitabitis dictã communem opinionẽ non procedere,vbi pater suo cohęredi vltra dationẽ cohęredis extranei dedisset substitutum fideicommissarium. Quoniam per hoc testator videtur voluisse,ꝙ filius institutus non habeat licentiã abstinẽdi,sed posset cogi inuitus adire per fideicommissariũ,iuxta l.quia poterat.& quasi per totum titulũm. ff. ad Treb. ita notabiliter dicit Bal.in l.non iustam.per illum tex.cum gl.C. ad Trebellia. pro quo facit,licet ipse non alleget,tex.in dicta l. ita tamen.§.si pater.ff.ad Trebellia. iuncta ratione illius tex. ibi assignata per Bar. & doctor. Hanc etiam limitationem tenuit idem Bal.in dicta l.in suis.ff.de liberis & posthumis. Sed Alexã.eam reprehendit dicens,ipsam nõ posse ꝓcedere de iure: quia ratio qua datio cohæredis extranei tollit suitatem, non est ex eo,ꝙ videatur filio data licentia à testatore abstinendi:quinimo durat necessitas,vt dicta l.cum hæreditate.ff.de acquirenda hæredit.sed est ratio, quia testator dando cohæredem extraneum non videtur confisus de prouidentia legali faciente filium hæredem suum &necessarium.Ideo per prouisionem hominis debet cessare prouisio legis, vt l.fi.C.de pact. cõuen. & l.fi.C.de iure delibera.Et hanc rationem approbãt doct.communiter,quia ratio locũ habet etiam dato fideicommissario substituto, ergo &c. Nam in d.§.si pater. testator non ostendit se tam parum confidere de prouidentia legali. Quartò limitatur dicta communis opinio non procedere, vbi filio vniuersaliter hęredi instituto datus esset cohæres extraneus in re certa institutus : quo mortuo filius abstinuit: Nam existẽtia sui hęredis bene operabitur confirmationẽ tabularum pupillarium:ex quo non habuit filius cohęredem, cuius aditione potuerit testamentum confirmari. Quia tempore mortis talis cohæredis in re certa instituti nondum filius vniuersaliter institutus omnino desierat adire posse,ideo semper talis cohęres in re certa datus loco legatarij fuit, vt l. quoties C. de hęredi. insti. non autem fuit loco hęredis, nec esse potuit viuente filio vniuersaliter hęrede instituto adhuc non repudiante. Ita eleganter dicit Angel. in l.ex facto.la grande. ff. de hęredibus insti. & prius hanc limitationem tenuerat Bald.in repetitione l.in suis.in vij.quæstio.cum hac tamen modificatione,vt non procedat quando talis cohæres extraneus in re certa institutus esset filius emãcipatꝰ testatoris: quia cùm hoc casu habeat illam certam loco legitimæ,iuxta l.etiam.§.fina.ff. de bon.liber. & l.omnimodo. C. de inofficioso testamen.&in legitima locum habeat ius accrescendi quo ad residuum hæreditatis paternæ,per §.cæterùm. in Authen. vt cùm de appel.cog. ergo tunc non habetur loco legatarij,sed hęredis: & per consequens tolleret existentiam suitatis.Sed aduertatis,quia contra hanc limitationem Angel.facit ratio Dyn. Bart.& aliorum communem opinionem tenentium,per quam fuit præcedens limitatio reprobata. Nam satis videtur testator à prouidentia legis recessisse, dando cohæredem extraneum, licet posteà non adierit, cùm adire potuisset, si ante eiꝰ mortẽ filius vniuersaliter institutus à paterna hæreditate abstinuisset. Nec refert quo ad hoc an esset institutus in quota, an in re certa : quia vtroq; casu locũ habet ius accrescendi hęrede vniuersali repudiãte,vt plenè dixi s.eodẽ in verbo, *In eodem testamento relinquens.* prope finem.Similiter modificatio Bal. non videtur vera de iure : quia per donationẽ cohęredis emancipati non tollitur suitas,vt tenent Ange.Io.de Imo.& communiter alij Doctor.in dicta l. si filius qui patri. licet Bart.ibi indecisum relinquat. Et mouentur rationabiliter: quia quando est filio datus cohæres alter filius emancipatus,attento quòd pater eum instituendo videtur hoc ex necessitate legis fecisse,quàm vt recederet à prouidentia legis: cũ tenentur eũ quãuis emancipatum instituere in aliquo, iuxta l. inter cætera.ff.de libe.& posthumis. quare ratio non militat in penitus extraneo. Et sic ex hoc possetis assumere nunc quintam limitationem ad dictam communem opinionem, quod datio cohæredis extranei tollit suitatem, quando ille cohæres est omnino extra-

neus: secùs tamen si non esset omnino extraneus, sed esset qui de necessitate foret per testatorẽ instituendus, vt est filius emancipatus. Et idem in aliis descẽdentibus, qui sunt de necessitate instituendi vel exhęredandi, vt est nepos ex filia, vt l. fi. C. de libe. preteri. & hæc est veritas: licet Sali. in l. quidã eulogio. C. de iure delib. videatur velle per dationẽ cohæredis emãcipati tolli suitatem. quod est falsum secundum Ale.

Sextò limitatur dicta communis opinio nõ procedere, vbi cohęres extraneus non adiret, quoniam eo tunc non tolleretur suitas. ita eleganter dicit Bal. per illum tex. in d. l. si fratris. C. de iure delib. idem tenet Pau. de Cast. in d. l. cum hæreditate. vbi hoc multùm commendat. Idem tenuit Bal. in repetitione l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in l. ex duobus. §. fin. cum l. sequenti. ff. de vulg. & pupil. Sed aduertatis, quia cõtra Bald. tenet Rapha. Cuma. in d. l. si filius qui patri. per text. in d. §. idem Iulianus. vbi secundum eum illi cohæredes repudiarunt, & tamẽ fuit sublata suitas. Sed ille textus hoc non bene probat: quoniã ibi hæredes non repudiarunt, sed solùm adiret recusarunt: ex qua recusatione non inducitur repudiatio, vt l. ita tamen. §. si patronus. ff. ad Trebellia. & ibi hoc tenet Bar. sed cõtra Bald. est tex. secundũ Alex. in l. sed & si plures. §. filio. in fin. ff. de vulg. & pupil. vbi extraneus cohæres venire nõ potest ex pupillari substitutione ad bona impuberis: quia substitutio non valuit ex eo quia repudiauit paternam. Quod dicere nõ potuisset ille tex. nisi sublata fuisset suitas. Et hanc opinionem contra semetipsum tenet ipse Bald. in d. l. quidã eulogio. versi. sed oppo. & videtur quòd pupillus &c. vbi recedit ab eo quod dixerat in d. l. si fratris. Septimò limitatur non procedere, vbi donatio cohęredis extranei rupta fuerit per bonorum possessionẽ cõtra tab. Ita singulariter decidit Bal. in d. l. ex duobus. §. fi. mouetur ex vna responsione, quam ibi tradit ad vnum contrarium, vt ibi per eum nihil aliud allegantem. Idem tenet Ang. in l. etiam si contra. ff. de vulga. & pupil. & Pau. de Cast. in d. l. cũ hęreditate. idem in simili pulchrè not. Bald. in l. si mater. §. j. ff. de vulg. & pup. Sed aduertatis quia contrariũ tenuit Ioan. de Imo. in d. l. ex duobus. §. fin. quia etiam isto casu locum habet ratio Dy. per quam datio cohæredis extranei tollit suitatem, de qua dixi suprà in princip. huius articuli. sed quid si cohæres tempore testamenti facti erat extraneus, sed tẽpore mortis testatoris erat suus, vt putà, quia fuit legitimatus, an per dationẽ talis cohæredis tollatur existentia suitatis, videatis per Bal. in repetitione dictæ l. in suis. in vltima charta. ff. de libertis & posthum. Octauò limitatur regula nostra non procedere, vbi testator disposuisset per dationem cohæredis extranei non tolli suitatem filij hęredis instituti: quia testator hoc potest secundũ Bal. singulariter in cap. Cumana. de elect. per text. in l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. quem sequitur Iason. in l. in pupillari. j. col. ff. de vulgar. & pup. Sed an suitas tollatur, si filius renuntiet hęreditati paternæ. Cy. Bald. & Sali. in d. l. quidam eulogio. dicunt cp non, vt ibi per eos. Quod intelligatis verum, præterquàm quo ad effectus concernẽtes commodum hęreditatis ipsi filio acquirendum, putà quo ad ius transmittendi, quod per renuntiationem impeditur: secùs quo ad effectus resultantes post filij abstentionẽ. An autem per exhæredationem tollatur existentia suitatis, satis vidistis suprà, vt patet ex prædictis: quia tollitur seu suspẽditur donec exhæredatio fuerit rescisa per querelã testamenti inofficiosi. & hæc de iure suitatis, & trãsmissionis dicta sufficiant. Vnũ postremò notabitis, cp vltra seruos & liberos testatoris, est alia species necessariorũ hæredum, de qua cõmuniter nõ dicitur. Et est ille necessarius hæres qui quocũq; modo nõ potest hæreditatẽ repudiare, sicut est extraneus hæres filio testatoris pupillariter substitutus, qui nec cesse habet filij ante pubertatẽ defuncti hæreditatẽ adire, nec eam potest quouismodo euitare etiã per remediũ l. cum hæreditate. ff. de acqu. hær. vt dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adela.* in quarto præludio, loquendo de iure accrescẽdi. & plenè Alex. & Doct. in l. qui patri. ff. de acqui. hæredi. Veruntamen ille dicitur impropriè necessarius, cùm sit pupillo extraneus: quia propriè necessarius est ratione potestatis, vt l. necessariis. in fin. ff. de acqui. hæredi.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

SVMMÆ SECTIONIS

Cuidam Petro tradiderunt.

1 *Hæres instituti potest sub conditione matrimonij.*
2 *Legitima excepta, grauari potest hæres.*
3 *Stare quando per hæredẽ non dicatur, quominus impleat*
4 *Triennio debet hæres grauatus nubere. & nu. 5.*
6 *Nubere debens mulier viro certo iurisdictionis, sat habet si extraneus vir ad eam iurisdictionem transeat.*
7 *Pœna quæ propriè dicatur.*
8 *Matrimonium sub pœna iudici non potest, sed præmij spe quis allici potest.*
9 *Præmio quis inuitari potest ad matrimonium carnale & spirituale.*
10 *Pœna lucri cessantis quis ad matrimoniũ cogi potest. & numero 11.*
12 *Spiritualis matrimonij conditione quis potest instituj.*
13 *Monasterium potest institui, si quem monachum recipiat.*
14 *Matrimonium dicitur magnum sacramentum propter quinque. & num. 15. & 16.*
17 *Affinitas causatur etiam si mulier semen non emittat.*
18 *Maritus quãre quis dicatur.*
19 *Matrimonium quid.*
20 *Matrimonium triduo post solennizationem consummandum.*
21 *Matrimonij institutionis duplex causa.*
22 *Legtimitas est titulus decoris.*
23 *Nubendum pati.*
24 *Matrimonium pacis causa sæpe fit.*
25 *Matrimonium propter diuitias non contrahendum.*
26 *Pulchritudo mulieris est interdum causa matrimonij.*
27 *Turpis an canstior quàm pulchra præsumantur. & nu. 8.*
29 *Peccatum minus est fornicari cum pulchra.*
30 *Pulchritudo vxoris quibus noceat.*
31 *Pellex quæ propriè dicatur.*
32 *Mulieribus an se ornare liceat.*
33 *Mulieribus an interdici possit excessus ornamentorum.*
34 *Mulieres qualiter se ornare possint, vt maritis placeant.*
35 *Mulieres faciem pingentes peccant. & nu. 36. & 37.*
38 *Mulier semper cupit laudari & ornari.*
39 *Mulierum causa multæ domus corruunt.*
40 *Mulieribus quando lice se fucare.*
41 *Vxor non potest inuito marito comam præscindere.*
42 *Mulier semper cogitare debet, vt suo placeat marito.*
43 *Episcopus an prohibere possit mulieres ubera monstrantes ecclesiam ingredi. & nu. 44.*
45 *Vxor nec ieiunare potest, nec cum camisia dormire inuito marito.*

BIU Cujas

46 *Castitas est triplex.*
47 *Castitas vidualis parum abest à virginitate.*
48 *Vidua quæ dicatur.*
49 *Castitas coniugalis quæ.*
50 *Christus triplicem castitatis statum approbauit.*
51 *Luxuriæ peccatum post idololatriã affectat maximè diabolus.*
52 *Sodomitæ omnes in puncto natalis Christi perierunt.*
53 *Adulterium vxoris abominabilius & acrius puniendum & nu.54.*
55 *Fœminis conuiuia interdicenda.*
56 *Mulieribus turpis est vini vsus.*
57 *Conuiuia sunt in triplici differentia.*
58 *Adulteria etiamà beluis puniri.*
59 *Semiramis à proprio filio interfecta.*
60 *Fidelitatis vxorum ad viros exempla.*
61 *Fidelitatis virorum ad vxores exempla.*
62 *Mariti interim causam dant adulterio, ideo puniũturpro cucurbitatione.*
63 *Adulteria malè in Gallia puniri.*
64 *Pœna corporalis in pecuniariam statuto conuersa quomodo intelligatur.*
65 *Adultera non dicitur quæ violenter oppressa est.*
66 *Adulteria violenter commissa etiam in Gallia puniri*
67 *Mulierem esse violenter oppressam qualiter constare debeat.*
68 *Adulterata à tyranno præsumitur violenter oppressa.*
69 *Libido in potente & honorato est deterior.*
70 *Nobilitas aggrauat delictum.*
71 *Libido procedit ex affluentia bonorum.*
72 *Castitas Abimelech & Hannibalis.*
73 *Castra à castitate dicuntur.*
74 *Principes & curiales cogere non possunt puellas ad coreas & conuiuia.*
75 *Amor inter coniuges seruandus.*
76 *Anulus matrimonialis quid significet.*
77 *Occidens parentẽ plus punitur, quàm occidens coniugẽ*
78 *Parentes plus venerandi & vxor plus diligenda.*
79 *Vxorem ducens gaudet immunitate huius anni.*
80 *Anulas matrimonialis quare rotundus.*
81 *Matrimonium quid secundum legistas.*
82 *Coniugum neque confessio neque trãsactio valet in matrimonij dissolutionem.*
83 *Anulus matrimonialis debet quarto digito apponi, & quare.*
84 *Matrimonium etiam propter adulteriũ non dissoluitur.*
85 *Venalis concordia inter coniuges est prohibita.*
86 *Donationem inter virum & vxorem valere impedit amor coniugalis.*
87 *Furti actio locum non habet inter coniuges.*
88 *Maritus in Gallia præstat homagium pro feudo vxoris*
89 *Vxor virum sequi tenetur licet vagabundum.*
90 *Mulier nubens efficitur de familia viri.*
91 *Amicitiæ vxorum erga viros exempla.*
92 *Amicitiæ virorum erga vxores exempla.*
93 *Amor coniugalis in beluis.*
94 *Patientia in coniugio necessaria.*
95 *Mulieres patienter tolerandæ.*
96 *Maledicto triplici mulieres subijciuntur.*
97 *Vxor tenetur viro nedum ad patientiam, sed reuerẽtiam*
98 *Vxor an sit in mariti potestate. & nu.99.*
100 *Vxor acquirens præsumitur de bonis mariti.*
101 *Patientiæ mulierum ad viros exempla.*
102 *Grisilidis pattentia.*
103 *Patientia vxorum nostri seculi degenerat.*
104 *Steriles sunt plus garrulæ quàm fecundæ.*
105 *Adoptandi modus per mulieres olim vsitatus.*
106 *Fœminæ quare dominentur maritis.*
107 *Maritus non debet ostendere amorem quem habet ad vxorem.*
108 *Patientia coniugum sit citra fidei honorisque lasionem.*
109 *Cucurbitare alsquem est maior offensa, quàm eius filiũ occidere.*
110 *Iniuria magna est quem vocare cucurbitam.*
111 *Vxor quid agere debeat contra virum adulterum.*
112 *Viri quibus rationibus fœminas coercent.*
113 *Adulterium adulterio non debet compensari.*
114 *Compensatio an locum habeat in delictis.*
115 *Inuadens plus punitur.*
116 *Matrimonium contrahere an expediat.*
117 *Nubere est reipublicæ vtile.*

Cuidam Petro tradiderunt.

SCilicet liberè & voluntariè in vxorem. Non† quod expresse per testatorem astricti fuissent tutores illi Petro plusquam alteri eam tradere. Fuit enim hæc Adiecta ipsius Raynutij filia & hæres, illi Petro in vxorem tradita per tutores: licet à patre suo sub conditione nuptiarum hæres instituta non fuisset, sicut potuisset pater eam sub conditione nuptiarum instituere si voluisset: & tenuisset talis hæredis institutio sub conditione nuptiarum facta, quatenus vltra legitimam fuisset instituta: quia quatenus suam concernebat legitimam, & vsque ad illius concurrentem quantitatem, talis conditio & quæcunque alia fuisset ipso iure reiecta, & ipsa filia habita fuisset pro purè instituta: cùm liberi testatoris grauari non possint in eorum legitima conditione vel temporis dilatione. l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. & vidistis s. in verbo, *Reliquit.* † Sed in eo quod excedit legitimã liberi possunt hæredes instituti sub cõditione, præsertim matrimonij: sicut posset quilibet alter extraneus etiam cum certa & determinata persona contrahendi. l. j. & ij. C. de instit. & subst. sub conditione factis. Et tenebit institutio conditionalis, adeò q; si hæres taliter institutus velit hæres fieri. necesse habet matrimonium contrahere: vel
3 quod per eũ non steterit, vt ibi dixi. † Et per eũ stare nõ dicitur, quãdo ille vel illa cũ quo vel qua cõtrahi iubetur matrimoniũ, cõsentire non vult expresse cõtrahere recusando: vel tacitè, putà cũ alio vel alia cõtrahendo. Vel ille aut illa cũ quo vel qua cõtrahi debet, est indignus vel indigna tali matrimonio: seu honestè cũ illo vel illa cõtrahere nõ põt: vt quia diffamata de meretricio, quanuis per violentiã commisso ipsa non consentiente. xxvij. quæst. ij. cano. raptor. secũdum gl. super verbo, oculos. in c. quemadmodũ. de iureiur. vel est affectus vel affecta alio vitio, putà sanguinis, vergẽte ad ignominia vel inhonestatẽ, aut impeditiuo effectus matrimonij, de quibus plura habetis exẽpla in d. c. quẽadmodũ. Nam his casibus & similibus conditio matrimonij habetur pro non adiecta, tanquam viduitatem inducẽs: quia iussa cõtrahere cum aliquo certo homine, satis prohibita censetur contrahere cum aliis. Ideo si cum illo contrahere nõ possit, quia non vult, vel est indignus, vt quia nõ conuenit statui puellæ, aut puella statui viri cui conditio indicta est: cogeretur hæres taliter institutꝰ sẽper in viduitate remanere, quod non est dicendum. l. ij. & ☞ Authen. cui relictum. C. de indict. vidui. [Et plenè habetur infrà super verbo, *Qui cum alia contrahens.*] Si enim verum amamus, durior est conditio nubere

BIU Cujas

indigno,aut cũ quo honestè nubere non potest, quã nunquam nubere: vnde talis cõditio reiicitur.l. cùm ita legatum sit.§.videamus.ff.de condi. & demon.secundum glos.in fin.& Doct.in dicta.l.j.& ij.C.de insti. & substi.sub condi.fact.† Tenet ergo cõditio matrimonij hæredi indicta,vbi est ei possibilis & honesta,vt ibi.Quam teneatur hæres eo tunc implere,infra triennium,quatenus in eo est,& legitimæ ætatis,& si impubes esset, eam implere debet infra triẽniũ post pubertatẽ,quo elapso non audiretur nubere volens, cùm sit tũc perdita hæreditas absque remedio purgationis moræ,per text. singularẽ in l.ij.§.ad filiorum. C.quando & quibus quarta pars debe.ex bo.decuri. lib.x. quem ad hoc ponderant ibi Barto.& Doct. Ex quo etiam infert ibi Ioan.de Pla.† quod si pater emphyteusim acquireret pro se & filiis masculis, & fœminis infra territorium concedentis nubẽtibus:mortuo patre filiæ puberes nubere debent in territorio infra triennium:aliàs non admitterentur ad emphyteusim,per illum tex.notabi.Ad hoc facit quod decidit Bar.& Ang.ibi in addi.per illum text.in l.murileguli.C.de murileg.lib.xj.volens,† quòd stante pacto vel statuto,quòd emphyteusis transeat etiam ad fœminas nubentes subditis iurisdictioni cõcedentis,& non aliter:sufficit mulieri extraneo nubenti,si ille efficivelit de iurisdictione ipsius cõcedentis,& ibi suũ à cætero facere domicilium.Videati Ioan. Fab. in l. j.C de nup.& Ang.consil.xcij,& consi.lxx. vbi ponitur ratio quare hoc statuitur,& Feli.in.cap.j.de spon sa.& Iason.in l.j.§.huius ff.de iustitia & iure.†. Licet enim metu pœnæ,quæ propriè dicitur diminutio patrimonij.quis cogi non possit ad contrahendum matrimonium,cùm matrimonia,esse debeant ab omni pœna,& coactione libera.l. Titia ff. de verb. obliga. & ca.Gemma.de sponsa.† Tamen spe præmij potest quis ad matrimonium carnale contrahendum inuitari.l.Litio centũ.ff.de condi.& demon. dum tamen talis inuitatio fiat per tertium, vt in terminis nostris. Secus si fieret ab altero coniugũ:quia nõ valeret eo, quia tunc lex suspicatur, quòd præmium illud offeratur potius occasione libidinis quàm aliter,secundũ Barto.in l.si ita stipulatus fuero te sisti.§.fi. ff.de verborum oblig.quem sequuntur Ange. Fulgo. Alexan. & Iason in dicta l.j.C.de insti.& substi.† Et tale præmium inuitans ad matrimonium nedum debebitur, si matrimonium carnale,vt testator dixit,cõtrahatur sed etiam si spirituale, putà religionem profitendo, ☞ secundum Felin. [Vide quæ dixi super verbo, *Qui cum alia contrahens*.circa princ.] plenè in cap.in præsentia.xvij.col.de probatio. De quo aliquid dixi super verbo. *Dotẽ quamei dederat*.in princip.nec.est nouum,quòd quis præmiorũ exhortatione ad bonũ inuitetur,& inducatur.l.j.ff de instit.& iure. † Imò cogi quis posset ad matrimonium contrahendũ sub pœna lucri cessantis à testatore vel statuto imposita. Nam valet statutum & quæcũque alia dispositio pœnam lucrj cessantis imponens: vt quia dat partem bonorum paternorum nubenti cum consensu patris,vel nubenti cum certa persona,quam partẽ dari nõ vult si cùm alia vel sine patris consensu nuberet.Certè illo præmio & lucro potest quis,si non nubat, priuari, cùm pœna illa nihil de patrimonio nubentis auferat, & sic non dicitur propriè pœna.Ex quo inferunt Doct. & Feli.in capi.j.de sponsali:& capi.fina. de secũ. nup.† quòd statutum vel testator mulierem non posset aliter contrahentẽ nec virũ priuare dote nec legitima, quæ suum dicitur patrimoniũ.l.iij.§.sed vtrum. ff.de minorib.& sic diceretur propriè pœna, ex quo patrimonium diminuit.† Etidem quod, in matrimonio carnali seruaretur in matrimonio spirituali, putà si mulier hæres institueretur, aut ei aliquid relinqueretur,si monasterium intrauerit. Quoniã valeret talis dispositio,nec ei vtroq; casu aliquid deberetur, donec conditionem impleret, scilicet monasterium intrando,vel quòd per eam non staret,vt dicta l.j. & ij.secundum Bald. Paul. & Iasonem in dicta Authen. cui relictum.licet Barto.contrarium consuluisset secundum eos.† Similiter posset monasteriũ hæres instituisub cõditione,si quem in monachum receperit aut fœminam in monialem, secundum Barto. in dicta l. ij. & valeret institutio vel relictum tali reiecta conditione tanquã turpi & simoniaca,& sic impossibili de iure,quæ habetur pro non adiecta secundum eum,vt plenè vidistis super verbo,*Reliquit*. idem tenuit in l.vxorem.§.hæres.ff.de leg.iij.licet in d. l. Titio centum,quem ibi sequitur Imo.tenuisset talẽ institutionem,aut relictum vitiari propter talem conditionem.sed Bal.in dicta l.j.C.de insti.& substi.voluit talem institutionem non fore simoniacam: imò dicit eam esse piam,velut pro anima testatoris factã. Quem ibi sequũtur Angel.Paul.& vterque Rapha.in dicta l.Titio centum.vbi Paul.in lectura Paduana dicit hanc esse *Communem opinionem* , quam sequuntur Alexan.& Iason in dicta l.ij.C. de institu. & substitu.Alibi tamen dicit Bal.in l.fina.C.de sponsa.honestius esse,quòd testator hoc disponeret via supplicationis dicens:supplico vobis , quòd filiam meam, aut talem recipiatis in vestra religione,& prouidebo sibi de victu,hæreditatem meam vobis relinquendo seu vestrum monasterium hæredẽ instituendo. Hinc est , quòd videmus monasteria recipere moniales cũ protestatione , quòd aliquid recipiant , quod facere non possent,vi pacti sine labe simoniæ.Et quod recipiunt , excusatur hodie causa victus, per generalem monialium cõsuetudinem, olim generaliter via simplicis oblationis introductã:cui lex non resistit.Imò fortè posset talis consuetudo in pactum hodie deduci ratione principii, quod præsumitur fuisse bonum, per latè decisa in ca.ad Apostolicã.de simo.vbi plenè Panormi.in cap. cùm M.prope. fin. de constitu. iuncta summi pontificis & ecclesiæ vniuersalis tolerantia:quæ tacitam inducit dispensationem , secundum glo. & Docto.in cap.j. de treuga & pace. & in capi. dilecto.de consangui.& affinita.facit text.in §.leges. iiij.distinc. & decidit Feli.in cap.quoniam. in fin.de simo.Ex quibus restat, quem inuitari posse ad matrimonium , tam spirituale quàm carnale , non pœna, sed præmiorum exhortatione : nec immeritò: quoniam eius laudes & priuilegia non modica existunt. † Matrimonium enim inter sacramenta ecclesiæ magnum dicitur sacramentum propter quinque. Primò ratione instituentis:quia à Deo institutionem suscepit.cap.fina.de frigidis & malefici.& glos.super verbo,ampliori.in §.j.in Authen.de nuptiis.Nec est homo,qui ligat,sed ipsemet Deus.Secundò ratione loci in quo institutum fuit:quia in paradiso delitiarum Tertiò ratione personarum, inter quas fuit ab initio institutum:quia inter primos parentes, tunc in statu innocentiæ constitutos, iuxta illud: coniugium primò fecit Deus in paradiso.facit cap.j. de voto & voti redemptio.lib.vj.Et inde mos inoleuit inter catholicos,quòd corde contrito &ore confesso sacramento pœnitentiæ præuio , sua in statu gratiæ celebrant atque solennizant matrimonia.† Quartò dicitur magnum

BIU Cujas

gnum ſacramentum ratione ſignificationis. Nam in eo duo ſunt, ſcilicet coniunctio animorum vtriuſque coniugum per mutuum conſenſum, qui vnionem ſignificat inter Deum & iuſtam animam, iuxta illud Apoſtoli j. ad Corinthios vj. Qui adhęret Deo, vnus eſt ſpiritus cum eo, quæ quidem vnio matrimonium ſola perficit aliquo cōcubitu nō ſecuto: quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. ff. de regulis iur. l. nuptias, & c. matrimonium. xxvj. quæſt. ij. Ex qua publica oritur honeſtas, ſeu publicæ honeſtatis iuſtitia impediens inter eos, & vlteriores parentes matrimonium ac diſſoluens iam contractum. Videatis tex. & bonam glo. in c. debitum. de biga. & in §. j. Inſti. de patria pote. quas pulchrè declarat dominus Anto. archiepiſcopus florentinus in iij. parte tit. j. dicens triplex eſſe matrimonium ſpirituale figuratum per carnale. Primum eſt coniugium anagogicum, cuius deſponſatio fit in baptiſmo vel pœnitentia per charitatem. Et dicitur anagogicum, id eſt cæleſte, modo ſpiritualiſsimo & puriſsimo contractum, quo in ſuperna patria anima Chriſtiana Deo coniungitur, intellectu clarè ipſum cognoſcendo ineffabiliter, & affectu ardentiſsimo eum diligēdo inſeparabiliter. Vnde ſequitur ſumma fruitio & maximum gaudium, quod vincit omnem mundi delectationem. De quo coniugio gaudent omnes Angeli & ſancti Amici ſponſæ, iuxta illud Apoca. xix. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quoniā venerunt nuptiæ agni, ſcilicet Chriſti cū qualibet anima beata. Tales nuptiæ in veteri teſtamento nōdum venerāt, quia nulla anima fruebatur Deo, ſed Chriſto mortuo & aſcendēte & ianuā aperiēte. Ideo ſequitur ibi: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni ſunt vocati. Quæ figuratæ ſunt per nuptias Aſſueri regis cū ſibi deſpōſauit Eſter pulcherrimā, quæ interpretatur humilis. quia ſine humilitate ad eū nō peruenitur, Eſter. ij. Et tale coniugiū frangi poteſt, ſicut carnale. Nam per peccatū mortale frangitur, ſed per pœnitentiā reintegrāt. Sed poſtquā conſūmatū eſt in gloria frangi nō poteſt. Secundū coniugiū dicit allegoricū, per quod procuratur primū cæleſte: & eſt illud qđ inter Chriſtū & eccleſiā extitit celebratū, quādo Dei filius noſtrā aſſūpſit humanitatē, cum verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. Io. j. Hoc matrimoniū initiatū eſt in patriarchis & prophetis. Vnde Oſeæ. ij. ꝓmiſit Deus, deſpōſabo te mihi in fide. & ratificatū fuit in incarnatione verbi, in quo mediator fuit archangelus Gabriel, & quaſi notarius exigens cōſenſum virginis pro natura humana, quem ipſa præſtitit dicēs: fiat mihi ſecundū verbum tuum. Et ſubitò eſt verbum Dei noſtræ humanitati vnitum inſolubiliter, vt nunquam alter alterum dimiſerit, etiam in morte. Et tale coniugium figuratum fuit in matrim. Rebeccę, quę per Eliezer procuratorē ipſius Abrahę deſponſata fuit ipſi Iſaac, qui Chriſtum ſignificat, Geneſ. xxiiij. qui poſtquā expreſsit cōſenſum ſuū, alteram nunquā cognouit, ſed valde eā dilexit. Iſtud profectò allegoricū matrimonium conſummatū eſt in cruce, vbi ſpōſus clamauit, cōſummatū eſt, Ioan. xix. & tunc oſtenſa eſt pleniſsimè dilectio eius, ex qua per ſacramenta quæ per eam habent virtutem, perfectè vnita eſt Chriſto eccleſia ſponſa, vnde filij eccleſiæ naſcuntur. De quo loquitur Apoſt. Epheſ. v. Hoc autem inquit, dico, ſcilicet coniugium naturale, magnum in Chriſto & eccleſia ſacramentum. Ad cuius coniugij nuptias omnes vocantur, vt parabolicè habetur Marci xxij. de rege qui fecit nuptias filio ſuo, & vocauit multos. Tertium coniugium eſt tropologicum ſeu morale, & dicitur eſſe inter appetitū rationalē ſeu ſpiritum vt virum, & ſenſualitatem vt vxorem, quæ frequenter contrariantur adinuicem, iuxta illud ad Galat. v. caro concupiſcit aduerſum ſpiritum, ſicut mulier cōtrariatur viro. Debet tamen ſenſualitas ſubiici viro, id eſt ſpiritui, vt dicitur Gen. iij. ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Vel etiam matrimonium morale dicitur inter intellectum & ſapientiam, ſumendo ſapientiam pro vera notitia cum rectitudine vitæ, prout ſumunt ſtoici, & etiam ſcriptura ſacra in libris ſapientialibus frequēter. Vnde Sapien. viij. dicitur, hāc ſcilicet ſapientiam amaui, & exquiſiui eā à iuuentute mea, & quæſiui ſponſam eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius &c. Ex hac generantur filij bonorum operum quamplures. Et figuratur tale matrimonium per deſponſationem factam Iacob. quæ erat virgo pulcherrima & aſpectu venuſta: & hoc ad fontem aquarum. Quia maximè fit tale coniugium per lectionem ſacrarum literarum: Gene. xxix. Poteſt etiam hoc coniugiū adaptari ad quamlibet religionem, vt ipſa dicatur vxor, & ingreſſus maritus eius. Aut etiam ad eccleſiam quamlibet, cuius ſponſus dicitur prælatus: quæ alteri viro, id eſt prælato, adhærere nō pōt, niſi eo naturaliter aut ciuiliter, putà priuatione vel renuntiatione mortuo. Nec ipſe alteri eccleſiæ adhærere ſine debita licentia & ſeparatione. xxj. quæſtio. j. capit. clericus. & in cap. inter corporalia. de tranſla. epiſ. Et per tale coniugiū tropologicū primū adipiſcitur beatitudo. Per allegoricū procuratur. Et ad ipſum, id eſt primum, hæc duo terminantur, ſcilicet in æternam beatitudinem. Quæ omnia tria matrimonia ſpiritualia per coniugium naturale & carnale deſignantur, ſecundū gl. in dicto cap. debitum. & Inſtit. de patria poteſta. quæ ſic intellecta eſt not. quo ad primum quod in carnali matrimonio requiritur, ſcilicet conſenſus amborum contrahen-
16 tium. †Secundum quod in eo requiritur eſt coniunctio corporum, quam carnalis copula operatur ex qua affinitas progreditur, ſi copula fuerit perfecta, ſcilicet ſi vir intra naturam vxoris ſemen virile immiſerit, licet mulier nō emittat. Sufficit enim virum
17 ſemen emittere infrà clauſtra pudoris. †Nec ad cauſandum affinitatem requiritur, quòd mulier emittat, cum etiam ſi ſola emitteret, nihil generaret: quia ſecundum medicos ſemen mulieris neceſſariò non cōcurrit etiam ad generationem: imò ſatis eſt, quòd ſemen viri intrauerit, vt exinde, & non ante dicatur
18 maritus verus: †qui ex eo dicitur, quòd in eam geſſit maris ritus, eam carnaliter cognoſcendo ſecundum gloſ. in canone vidua. xxiiij. diſtinct. & ſæpe viſum fuit partum in vtero mulierum etiam virginum generari ſine coitu viri per dæmones incubos. Non tamen ſine ſemine virili. de quo Auguſtinus lib. xv. de ciuitate Dei, capit. xxiij. Homines inquit, dæmonum miniſterio interdum naſcuntur, non per ſemen ab ipſis dæmonibus deciſum ſed per ſemen alicuius hominis ad hoc acceptum: vt pote quòd idem dæmon, qui eſt ſuccubus ad virum, ſit incubus ad mulierem: quia dæmon ſuccubus ad virum capit eius ſemen pollutione fortè nocturna demiſſum, & ſui agilitate ilico durante adhuc caliditate ſeminis ſit incubus ad mulierem aliquam, quæ per naturam & matricem, quæ de ſe attractiua eſt ſicut ſpongia, Adeo ꝙ vt dicit Auerroys, vna puella ſedens in balneo, vbi vir prius ſpermatizauerat, concepit ac impregnata fuit ex contractione ſeminis. recipit etiam dormien-

BIU Cujas

do ſemen illud: ex quo fœtus in matrice concipitur, & deinde naſcitur: tamen non eſt filius dæmonis, ſed filius hominis illius cuius fuit ſemen acceptũ, vt per Thom. in j. parte, quæſtio. lij. arti. vltimo in reſponſione ad vltimum argumentum. Pariter Valerius in quadam ſua epiſtola matrimonij diſſuaſoria hodie inter epiſtolas diui Hier. parte. iij. tracta. xv. impreſſa incip. loqui prohibeor eis. nume lxxix Licia, inquit, virgo vergens in ſenium, & fama priuilegiata conſtanter, tandem oppreſſa Apollinis phantaſmate concepit, peperítque Platonem. Et quam illibatam ſeruauerant vigiliæ, deflorauit illuſio per ſomnium: vt ſemper omne roſarium aliquo turbine ſua purpura ſpolietur. Sed bene: quia baptizauit patri Plato in ſapientia, ſimilis factus nominis & numinis prę cipui. Hæc ille. Et tales concubitus exercentes, vulgus vocat incubos. Et quoniam creberrima fama eſt, multíque ſe expertos vel ab eis, qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiſſe confirmant, ex quo quidem talem commixtionem concubitúmque negare imprudentia videtur eſſe, eò ꝙ à multis expertis confirmatur. argu. l. eo quòd à multis. C. ſi certum petatur. & tales fœminæ, quæ ſic concipiunt & pariunt ſine coitu, non remanent virgines, ſaltẽ poſt partum: quia hoc habet præcipuum glorioſa ſemper virgo Maria, vt ſine coitu & ſemine viri conceperit, & poſt partum virgo permanſerit. Filij verò ſic geniti per incubos, vt plurimũ in aliqua virtute cæteros excedunt communiter genitos, prout exemplũ habetis de Gigantibus, de quibus loquitur tex. Gene. vj. c. Qui ſecundum vnam expoſitionem fuerant per incubos geniti, qui erant proceri excedentes homines in ſtatura, & robuſti viribus, & incompoſiti moribus, ſecundum Lyram ibi. Pariter cùm Merlinus, vt tradit Faſciculus temporum de incubo eſſet genitus, in Britannia ſpiritu Prophetiæ, circa annum domini ccccxxx. vltra cæteros illius tẽporis homines claruit: cuius inſtinctu Fortigonus Britonum rex ſummè dilatauit fidem Chriſti, circa tamẽ & contra intentionem dæmonis. Et hoc fit Deo permittẽte virtute dæmonum, qui ſecundum eundem Auguſt. xiij. de Trinitate, poſſunt adhibere ſemina corporalia ad aliquos mirabiles effectus producẽdos. vnde cum non omnis virtus naturæ creatæ ſit nobis nota, poſsibile eſt, ꝙ dæmones illi cum ſemine virili adhibeant quędam alia ſeminales rationes habentia, per quæ commixtio complexionalis talium prædicto modo genitorum apta foret ad hoc, vt tales cæteros homines multum excederent in ſtatura & aliis viribus, quas Gigantes illi in malum conuerterunt, & Merlinus in bonum videatis Paulum Burgenſem epiſcopum in j. addi ad Lyram, allegato Gene. vj. c. Quare reſtat ſemen ſolius viri introgreſſum ſufficere ad generationem, & contrahendum affinitatẽ, quæ matrimonium inter virum, & parentes vxoris, & ecõtrà, impedit, & ſi de facto eſſet attentatum diſſoluit, c. non debet, & per totum titu. de conſang. & affini. & hoc ſi copula perfecta fuerit: quia non ſufficeret, ſi vir in circultu palpitando ſemen emitteret, & intus non intraret, ſecundum glo. in capi. nullum. & in capi. extraordinaria pollutio. xxxv. quæſtio. iij & Hoſtien. quem refert & ſequitur Panormita. in cap. fraternitati. de eo qui cog. conſang. vxoris ſuæ. & Fede. conſil. ccxc. Et hæc cõiunctio corporum in matrimonio conformitatem ſignificat inter Chriſtum in carne & ſanctã eccleſiam, iuxta illud Ioan. j. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. De quibus loquitur dicta gloſ. Inſtitu. de patria poteſtate. in principio. & capitu. debitum, de biga. vnde ipſum ſic diffinit magiſter libro iiij. ſententiarum, diſtinctio. xxxvij. Matrimo-
19 nium † eſt legitima coniunctio maris & fœminæ, vnionem Chriſti, & eccleſiæ repræſentans. Quoniam in Chriſto omnia matrimonia firmari debent, in cuius tam religioſę coniunctionis honorem, tanquam
20 mirabilium myſteriorum ſignificatiuæ † in aliquibus locis coniuges nouiter coniuncti copulam differunt, & matrimonij conſummationem tribus diebus poſt illius ſolennizationem in eccleſia, quod à Thobia iuſto habuerunt, qui triduo copulam, diſtulit, & bene ei ſucceſſit, vt patet Thobiæ vj. & xxx. quæſtione v. capitu. aliter. Ad minus abſtinere debent illa tota die naturali, ſed prò dolor hodie multi etiam illuſtres viri, qui populo præſunt, & certè dati ſunt, vt ſignum ad ſagittam, vix eo ſolennizato ſeu completo ſacramento, intermiſsáque interdum crapula, & ebrietate veneri non parcunt: imò nec prandium opportunum expectant, in tanti ſacramenti contemptum. Ex quo forſan prouenit, quòd prole carẽt, præſertim maſculina, aut talem gignunt ſibi & populo inutilem. Quia iuſtum eſt, quòd ſacramenti fructu careant, qui ipſum non venerando contempſerunt, argumen. l. litigatores. ff. de arbi. vbi quis auxilium, aut fructum ſperare non debet ab eo quem contempſit, non aduertentes quòd diuina quædam religio ad conſeruandum hominum genus eſt coniugalis, cùm virtute amor copulatus, ſecundum Bonatum-ſium Piſtorienſem, in quadam de nobilitate per eum diſputata quæſtione, quæ incipit, Magna mihi gratia eſt. circa finem. & in Authent. de nuptiis. in principio. iiij. colum. Non ſic profectò fecit Childericus Francorum rex illuſtriſsimus, licet paganus Pharamundi primi Franciæ regis pronepos, ex quo ei bene quo ad prolem ſucceſſit. De quo Gaguinus libro primo. cap. vij. Childericus, inquit, Baſinam vxorem nondum Chriſto initiatus accepit. Primo itaque nuptiarum cõcubitu Baſina Childericum admonet noctem ſine re voluptuaria prætereat, & quæ viderit ad ſe perferat. Credulus mulieri vir ad Baſinam, quæ viſa videri defert, quæ non ſecus ac futuri præſcia vates, cuncta interpretatur, prodituram ſcilicet ex eorum concubitu ſobolem, quæ generoſa natura foret. His Baſinæ præſagiis gauiſus rex in maximam ſpem rapitur venturæ ex præſentibus nuptiis nobilioris familiæ, per cóſque dies ſanguinis riuus Toloſæ, quam Gothi occuparant, die toto fluxiſſe viſus eſt. Multis tandẽ geſtis per annos quatuor & viginti clarus moriens filio ſuo Clodòueo ex his nuptiis ſuſcepto regnum reliquit. Cui Chriſti fides primo infuſa fuit, ſa croſanctum oleum, quo Francorum reges liniuntur, hoc agente Deo allatum, liliáque aurea loco buffonum, & aurea flãma, vt vidiſtis in verbo, *duas habens filias*. decidendo an filia in feudo ſuccedere poſſit.

Quintò & vltimò matrimonium dicitur magnum ſacramentum propter bona quæ ab eo procedunt, quæ magna ſunt, imò quodammodo diuina. Præſer-
21 tim illa quæ fuerunt cauſa inſtitutionis illius. † Quæ cauſa eſt duplex, Principalis eſt, ſeu eſſe debet, ſuſceptio prolis educandę ad cultum Dei, qui primis coniugibus dixit, Gene. j. *Creſcite & multiplicamini*. & Apoſtolus j. ad Corin. vij. Habeat, inquit, vnuſquiſque ſuam non luxuriæ cauſa: ſed poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen domini, vt qui permanere Per ſe non poteſt, per filios maneat. Thobiæ viij. Quia ſecundum Philoſophum in ſecundo de Anima,

BIU Cujas

ma quandiu viuunt filij, remanet in eis quodam modo pater defunctus. & Ecclesiastici xxx. dicitur: mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. reliquit enim filium similem sibi post se in vita. facit l. liberorum. ff. de verborũ significa. Prætereà etiam habere debet vnusquisq; vxorem suam, vt habeat cui credat Eccles. xxxvj. Et sequitur ibi, Qui possidet mulierem bonam inchoat possessionem, vbi non est sepes diripietur possessio, & vbi non est mulier, ingemiscit egens. & Ecclesiastes ix. Perfruere vita cum vxore, quam diligis cunctis diebus vitæ tuæ. Hæc est enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras sub sole.

22 † Licet enim citra matrimonium proles suscipi possit, non tamen legitima, neque decora: quia sola legitimitas dicitur titulus decorus, quẽ debent parentes filiis procurare per legitimum matrimonium, cùm proles naturalis detur per familiam. lvj. distinct. c. si gẽs Anglorum. Vnde Bonifacius martyr ad regem Anglorum. De tali, inquit, commixtione meretricũ æstimandum est degeneres populos, ignobiles & furẽtes libidine fore procreandos &c. Et Sapientiæ iij. Filij adulterorum in consummatione erunt. Et ab iniquo toro semen exterminabitur. & si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. Et sine honore erit nouissima senectus eorum. & sequitur ibi. iiij. capitul. O quàm pulchra est casta generatio: immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Imò, quod mirabilius est, apud bruta animalia nota est. Refert enĩ Plin. l. 7. c. 2. quòd Psylli populi sunt in Africa, quorũ corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus. & vt Solinus ait, soli morsibus anguiũ non interibant. Hi liberos protinus genitos serpentibus offerebant. Si partus adulter esset, mox paruuli interibant: si pudici, à morte paterni sanguinis priuilegium tuebatur. facit glos. in Authent. de nuptiis. in princip. colla. iiij. volẽs per solos legitimos filio genus perpetuari humanum. Faciunt quæ dixi in verb. *Raynutius de Clera.* versicu. tertiò fallit. Nam licet in rudi olim seculo omnes legitimi nascerentur, quia tunc matrimonia non erant nominata nec cognoscebantur, tamen statim quòd fuerunt cognita, duplex hominum genus esse cœpit. legitimorum & non legitimorum: posteà tertium legitimatorum: tamẽ legitimi nobiliores dicuntur, quos matrimonium produxit, non sine cau-

23 sa appetendum. Caueatis tamen vos, secundum Ioannem Fab. Instit. de nuptiis. super rubrica, quòd nubatis pari. Primò quo ad sectam, vt cum muliere Christiana: quia disparitas conditionis, & sectæ matrimonium impedit. infrà de conuersion. infidelium. per totum. Secundò quo ad ætatem, iuxta illud prouerb. v. Sit vera tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter &c. nõ intelligatis tamen, quòd sint eiusdem ætatis punctualiter, vt dixi in verbo, eam nuptui. Tertiò requiritur paritas inter coniuges quo ad statum & genus, de quo ait Cleobolus è septem Græciæ sapientibus sextus, Vxorem de paribus ducito: quia si ex maioribus duxeris, cognatos habebis dominos. Ideo dicit textus in ca. non omnis. xxx. j. quæstion. ij. quòd nuptiarum fœdera inter coæquales legitima sunt, & Socrates vt Valerius li. vij c. ij. ti de sapienter dictis & factis. Splendidis. inquit, coniugiis iniicis manus: at hæc. vt aliquando. illustrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt. † Secundaria causa institutionis matrimonij multiplex fuit, veluti pacis reformatio, vt præ oculis nunc factum videmus, quòd rex noster Francorum Christianissimus Carolus octauus post plura Bellorum discrimina illustrissimam dominam Annam ducissam Britanniæ de illustrissima Fuxensi domo, quæ semper Tolasanorum tutrix extitit matris ex parte ortam in dulcem pacis reformationem feliciter duxit vxorem. Pariter causa institutionis matrimonij sunt diuitiarum vtriusque parentum cumulatio, seu potẽtatuum vnio, prout est nunc ducatus Britanniæ dicti medio matrimonij regno Frãciæ vnitus pro bono reipublicæ, acquiete subditorum: non quòd velim intelligatis sola temporalia bona iustam esse causam

25 contrahendi matrimonij. † Cùm sola bonorum cupiditas non veniat apud sapientes principaliter in cõsideratione, quia diuitiis proponendæ sunt virtutes. Nam illi profectò, qui diuitias in matrimonio principaliter considerant, similes sunt fatuo, quem Seneca deridet ad Lucillum epist. xlj. Qui equum emptu rus non ipsum, sed stratum & frænum inspicit, non considerãs, quòd meliorem non faciunt equum aurei fræni. Tales enim sæpe Punicas desponsant mulieres, apud quas mos olim erat turpi quæstu amplas dotes acquirere, quò facilius nubere possent. De quibus Valerius lib. ij. titul. de institutis. in fine. Cui, inquit, gloriæ Punicarum fœminarum, vt ex comparatione scilicet virtuosarum mulierum, turpius appareat dedecus subnectã. Sicæ enim, id est in ea vrbe Aphricæ, fanum Veneris est, in quo matronæ, scilicet nubere volentes, se conferebant, atque inde procedẽtes quæstum dotis corporis iniuria contrahebant, honesta, nimirum tam inhonesto vinculo, coniugia iunctura. Hæc ille. Et sicut in muliere non principaliter considerandæ diuitiæ sed virtutes, sic nec in viro. vnde legitur Ecclesiasti. vij Trade filiam, & grande opus feceris, si homini sensato dederis illam. refert etiã Valerius allegato lib. vij. c. ij. tit. de sapienter dictis & factis. de quodã qui vnicã filiam habens cõsuluit Themistoclem: vtrum bono viro pauperi & sapienti, aut minus probato diuiti filiam collocaret. Ego, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quàm pecuniam egẽtem viro: vt quia fortè est diues fatuus, vel locuples mulier, tamẽ est insensata: de quibus habetur Sapiẽtiæ iij. Mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum. Quamobrem Paulus Aemilius tunc Romanorum princeps, Quinto Aelio Tuberoni viro pauperi, sed virtuoso filiam suam iuniorem tradidit, de quo dicit Valerius lib. iiij. c. iiij. tit. de paupertate. Taceo enim quòd princeps ciuitatis filiam ei nuptui dedit, cuius pecunia tam ieiunos penates videbat: vnde vt pecunia, aut diuitiis matrimonia nõ redimerẽtur. Quamobrem Lycurgus gentis Lacedæmoniorũ facilè princeps, ac legum lator discretus, vir sanè clarissimus ac inter Philosophos admirandus & inclytus Põpeio referente lib. iij. perpetua lege constituit Virgines sine dote nubere, vt scilicet amore vxores, non pecuniæ causa eligerẽtur. Seueriúsque matrimonia sui viri coercerent, cùm nullis dotis frænis tenerẽtur, & prætereà ne defectu pecuniæ iam cõtracta discuterentur & separarentur. l. ij. ff. de donat. inter virum & vxorem. quia sicut dignitates non debent esse venales, sicut nec matrimonia, vt dicta l. ij. secũdũ gl. in c. sancimus. j. quæ. ij. Non enim dotibus, sed affectu matrimonia contrahuntur. l. fi. C. de repudi. nec per concupiscentiam est assumenda vxor, vt honorabile sit coniugium, & torus immaculatus, secundum Apostolum ad Hebræos xiij. Fœminæ profectò sunt adeò inanis gloriæ cupidæ & infatuatæ, & quod de-

BIU Cujas

terius est, ipsemet viri malus cum diuitibus, quã cum sapientibus copulari, non aduertantes, ꝙ decipi possunt, prout fuit decepta quædam puella, de qua dicit Hosti. in summa tit. de commo. quæ cũ adamaretur à quodam paupere quẽ ipsa respuebat, pecuniam infinitã cõmodato ille ad põpam receptã, & in arca posita ostẽdit amicis illius puellæ, & sic puellã acquisiuit, cũ crederetur diues. Sępius enim ad hoc cõmodantur pecuniæ, vt quis diues appareat. l. iij. §. fi. cum l. seq. ff. de cõmo. Prætereà non cõsiderãt puellæ homines diuites in multis vitiosos esse. Primò sunt elati nam cùm diuites sint, omnia bona habere credunt, putantes nũmismate omnia mensurari. Secundò cõtumelioſi faciliter moti ad irrogandũ iniurias in eorum diuitiis confidẽtes, de quibus dicit Hieronymus ad Edibiam: Illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima: diues aut iniquus, aut hæres iniqui. Tertiò sunt molles & intẽperati, qui cùm assueti sunt in delitiis viuere, passionibus resistere nequeunt. Quartò sunt iactatores, & despectores aliorũm, quod potissimè contingit ex eo, quòd vident sapientes bonis eorum aliquando indigere, secundum Philosophum secundo Rhetoricorum, vbi ad propositum recitat de quadam muliere, quæ interrogata, verũ melius foret hominem diuitem esse, quàm sapientem? Respondit quòd magis videbat sapientes frequẽtare ianuas diuitum, quàm diuites ianuas sapientum. Non sic fecit non sic filia Pauli Aemilij triumphantissimi Romani in paupere domo: tamẽ virtuosa ac decora honestate cõiugata, vt dixi. de qua sic dicit Plutarchus: filiam Pauli Aemilij iuniorẽ Aelius Tubero vxorem accepit. Erat autem Tubero vir optimus, magnæque in Republica authoritatis: sed ita tenui patrimonio, vt sex & decẽ viri ex Tuberonum Familia omnes simul in vnis ædibus, & quidẽ modicis cum cõiugibus & liberis habitarent. In has ædes Pauli Aẽmilij bis consularis, & triumphalis filia deducta est. in eísque habitauit, nec puduit eam paupertatis viri, sed virtutem admirata est, per quam pauper erat. Hæc ille. Ex his tamen propter hoc non damnator cum diuite viro, aut fœmina contrahere, si sapiẽtes fuerint & virtuosi: imò duplex bonũ succedit: Scilicet virtutẽ cõsequi, & bonorũ subsidia in consequentiã, cùm ecõtrà multoties cõtingat puellas pauperes plus esse indomitas, quàm diuites, vt Hieronymus refert de vxore Marci Catonis humili loco nata, quæ tamen importuna fuit, rebellis, & superba. Ob quod dicit ibi contra Iouinianum: Non putet aliquis si pauperem duxerit, sibi de cõcordia satis prouidisse. Vnde emendæ potius essent virtuosæ mulieres, & non ab eis dotes petendæ. Nã de Isaac legimus, quòd Rebeccam omni sapientia repletam, de remotis partibus adductam multis per eũ ad eam directis muneribus, vxorem accepit, Genesis xxv. & capi. honorantur. xxxij.
26 quæstio. ij. †Prætereà viri, aut mulieris pulchritudo interdum est causa matrimonij, proprer quam matrimonia sæpe fiunt, prout habetur iij. Regum lib. j. Vbi Dauid Abisac Sunamitem decoram nimis duxit in vxorem, non spe prolis, vel causa euitandæ fornicationis: quia eam non cognouit, cùm senex esset, & diu antè calorem perdiderat naturalem, sed eam accepit vt ipsum calefaceret, cùm interdum contrahatur matrimonium in humanitatis solatium in senibus. secundum Augu. xxvij. quæstio. j. cap. nuptiarum bonum. Sicut fecit Dauid, vt eum calefaceret & iucundum teneret, iuxta illud Ecclesia. xxxvj. Species mulieris exhilarat faciem viri sui. & capit. xxvj. dicitur Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius, lucerna splendens super cãdelabrũ sanctum. Ideo cõtrahere cum muliere pulchra, diuite, & virtuosa triplex bonum esset, & summè laudandũ matrimoniũ. Sed mulierem fortem, id est taliter cõditionatam, quis inueniet? Prouer. xxxix. Vt Clodoueus supradicti Childerici filius fecisse legitur rex Francorum protochristianus, qui Clotildem regis quondam Burgundiæ filiam pulchram, sapientissimam, & cui etiam regnum debebatur, licet per eius patruum teneretur occupatum, de quo Gaguinus lib. j. Erat, inquit, per id tempus Gondobaldo Burgundorum regi neptis ex fratre Clotildis, cuius speciem prudẽtiámq; cum per legatos occultè explorasset Clodoueus, ad Gondobaldum ex suis Aurelium mittit, qui sibi vxorẽ cõciliet, ratus vnà cum puella Burgundia quoq; potiri posse &c. cuius suasu Christianus factus est. vt dixi super
27 verbo, *duas habens filias.* †Nec sunt fœminæ turpes magis pudicæ seu castæ, quàm pulchrè. Nisi ea castitate, de qua loquitur Ouidius:

Casta est, quam nemo rogauit.

Vnde nõ dicitur nolle, qui facere non potuit. l. pater Seuerinã. ff. de condi. & demõ. super quo Seneca. li. ij. declamationũ. Quæ, inquit, malã faciẽ habent, sæpe impudicæ sũt. Nõ enim deest animus, sed corruptor, quẽ interdũ sibi redimũt de bonis mariti, de quibus adulteros suos nutriunt, quod facit ad decisionẽ quæstionis. Duo mariti quorum vni vxor formosa, alteri verò difformis erat, se absentarũt: demũ vtroq; reuerso, ille cui formosa erat vxor, domũ opulentissimam cõperit: alter autẽ bonis vacuã. Vnde quærebat, contra quam mulierẽ finistra esset suspicio habẽda. Cõtra formosam faciebat, ꝙ ex turpi quęstu bona cumulasset, ex quo artem exercere nesciebat. l. Quintus. ff. de dona. inter virum & vxo. & l. etiã, C. illo eo. tit. Cõtra dlformẽ arguebatur, vt domũ bonis euacuasset: quia quos ad libidinẽ pulchritudine non prouocauerat, munere incitasset & redemisset. Profectò vndiq; sunt angustiæ, secundũ Christoforum Porcum. Insti. ad Tertyl. penul. col. in fi. Sed præstat formosam mulierem, vt ita dicam, plus quàm deformẽ habere vxorem. Vnde legitur Constantinum seniorem sibi beatam Helenam, quæ posteà crucem domini (vt chronica testantur) inuenit, propter eius pulchritudinem & virtutes, licet stabularia humili plebe foret, despõsasse vxorem. De qua diuus ille Ambrosius in hæc verba prorupit: Stabulariam hanc fuisse asserunt, sed iuncta fuit Constantino seniori, qui postea regnum adeptus est. Bona stabularia, quę tam diligenter prę sepe domini requisiuit: bona stabularia, quæ illum non ignorauit stabularium, qui vulnera curauit à latronibus vulnerati: bona stabularia, quæ omnia maluit æstimare stercora, vt Christum lucrifaceret. Ob quod eam Christus de stercore leuauit ad regnum. Hæc ille. Pariter Iacob propter Rachelis pulchritudinem socero suo seruiuit septẽ annis, Genesis xxix. Ac plures alij campum disputationis vsque etiam ad conuicia propter Virginis desponsandę pulchritudinem ingressi maiorum suorum gloriam, ac infelicitatem propalarunt: prout Romæ in publico senatu Publium Cornelium Scipionem ex illustri Scipionum familia ortum contra Caium Flaminium, & econtra, ob eximiam Lucretiæ ex Fulgentio, & Claudiæ clarissimis ortæ parentibus pulchritudinem fecisse legimus. De quo illa adhuc stat familiaris super nobilitate per dictum dominum Bonartusium

BIU Cujas

sium de monte magno ad illustrẽ montis Ferrati comitem dictata oratio quæ incipit: Apud maiores nostros &c. & de tempore meo adhuc cùm infans essem nec fari possem, Ioannes Galhier Gallus custos monetæ sapiens & ditissimus, & Ioãnes de la Gaya Maria iuuenis Tolosæ oriundus campsor, pariter sapiẽs & ditissimus, pro quadam pulcherrima virgine Tolosana in vxorẽ habenda duellũ sibi indixerũt, & cõflictum inierunt, & duelli fortuna dicta campsori indulsit, quẽ tãquam iuniorẽ ac pulchriorẽ virgo (vt vulgò dicebatur) prædiligebat: qui adhuc vita fruuntur prole pulcherrima ditati, ac bonis fortunæ abundantes. Ad hæc facit quod habetur Deuter. xxj. Si videris mulierem pulchram & adamaueris eam, volue
28 risque habere vxorem &c. † Imò videmus fornicationem minus peccatũ esse cum pulcha muliere, quam cum deformi, secũdũ gl. in c. fi. xiiij. q. vltima, & in c. j. de pœnit. dist. v. Quia licet fornicatio cum pulchra sit maioris voluptatis & complacẽtiæ, est tamen facilioris excusationis ꝓpter vehemẽtiorem naturæ inclinationẽ viros trahentem ad plus amandũ pulchrã quã deformẽ. Cui quidẽ inclinationi & pronitati resistere esset difficillimũ, vt Apostolus ipse testatur ad Ro. vij. Video, inquit, aliam legem repugnãtem legimentis meæ, captiuantẽ me in lege peccati. Vnde minus puniretur habẽs rem carnalem cum muliere pulcherrima, quàm cũ deformi, ꝓut exẽplo nos docuit Tiberius Cæsar, qui cùm Mũdus princeps in ministerio sacerdotum templi Deæ Isidis abusus fuisset Paulina nobilissima, & pulcherrima muliere romana per eos decepta, vt infrà dicã allegando Iosephũ in libro antiquitatum, sacerdotes occidi fecit: & imaginẽ Isidis in Tyberim proiici. Mũdum autẽ adulterum tantum bãniri fecit, velut maxima & excellenti pulchritudine mulieris deceptum & excæcatum, & sic mente quasi alienatũ: quę pulchritudo aliqualiter excusat à pœna, & pœnę diminutionem meretur, cũ nihil amoris feruore vehementius, vt dixi super verbo, *Duasha habens filias*. Ob qđ Salomõ ad Deum clamans: Sapientiæ octauo. Non possum, inquit, esse cõtinens, nisi tu dederis: quia nemo est, qui in mulieris pulchritudine non delectetur. Ideo consuluit Io. Fab. vbi suprà, matrimonium contrahere cum muliere formosa magnitudine & pulchritudine decora, quia vt plurimum pueri matrizant in forma corporis, secundum Philosophos, vt clarè ostendit Poëta in primo Aeneidos apud quem Iuno Aeolum si alloquitur,

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ.
Quarum quæ pulcherrima forma Deiopeiam
Connubio iungam stabili propriámque dicabo:
Omnino vterum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra te faciat prole parentem &c.

Similiter mulieri pulchræ copulati debet iuuenis ei in pulchritudine similis, alter succedere posset scandalum. Nam cùm Vulcanus Veneris maritus turpis esset, & deformis, cõcubuit ipsa cum Anchise, ex quo adulterio Aeneas fuit genitus secũdum Poëtas, àquo Romani processere Aeneades vocati. in Auth. vt præponatur nomẽ Imperato. in prin. coll. v. vt dixi super
29 verbo, *Raynutius de Clera*. † Sanè tamen intelligatis nubendũ esse cũ pulchra muliere pulchritudine competẽti, nõ autẽ mira & nimis excelẽti: quoniam tales nimis, & excellẽter pulchræ vendi patiuntur, de quibus dicitur Prouerb. xj. Est pulchra, ergo fatua. Nam vt dicit Hier. contra Iouinianum li. j. c. vlt. Amor formæ, rationis obliuio est, & insaniæ proximus, fœdũ miniméq; conuenies animo sospiti vitiũ: turbat consilia, altos & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humilimas detrahit. Nam cũ fruendi cupiditate insatiabili flagrat, plura tẽpora suspicionibus, lachrimis, cõquestionib⁹ perdit, odiũ sui facit, & ipse nouissimè odium est. Prętera mulier nimis pulchra est ad custodiendũ difficilis: quia vænalis est mulierũ pulchritudo, quę pecunia sępe redemit, cui ipsę faciliter obediũt naturaliter auaræ. l. sed si ego. in fin. ff. ad Velleia. Præterea dicit Ouid. in primo de Fastis:

Fastus ineſt pulchris, ſequitúrque ſuperbia formam.

Et Pamphilus Poeta.

Concipit ingentes animos fiducia formæ,
Inq; modum dominam non sinit esse suam.

Quia formositas est causa luxuriæ, iuxta illud Iuuenalis li. iiij. Rara est cõcordia formæ, atque pudicitię. Vnde Ouid. in epist. ait, lis est cũ forma magna pudicitiæ. Ergo formosa est ad custodiẽdũ difficilior, nisi vxoris pulchritudini grauissim⁹ custos accubet. Dicit insuper Theophrast. Philosoph. in li. quẽ fecit de nuptiis. Sicut molestũ est possidere, quod nemo habere dignat, qualis est turpis mulier & deformis, sic etiam nimis difficile esset custodire qđ plures amãt, qualis est formosa mulier, quæ ab omnibus ferè adamatur. Quia, vt ait Augu. vj. musicæ, nihil amamus nisi pulchrũ. Pariter inquit Diony. in lib. de diuinis nominibus, ꝙ bonũ & pulchrũ secundũ omnẽ rationẽ cũcta desiderãt intueri. Quib⁹ per vnũ, scilicet maritũ esset impossibile resistere, cùm regula dicat: Potẽtiorib. pares esse nõ possumus, iũcto ꝙ multitudini vix resisti potest, ꝙa pulchra mulier faciliter adamãt, turpis verò magis cõcupiscit, secũdũ Hie. Sed qđ amãt magis cõcupiscit ab omnib⁹: ideo ꝓpter cõcursum tantorũ tẽpestas sæpe sequit. In signũ cui⁹ Poetę Venerẽ pulcherrimã fingũt fuisse Vulcano nuptã, qui est fulgurũ Deus & tẽpestatũ: eo modo clarè mõstrãtes pulchritudinẽ mulieris esse nõ posse sine multorũ tẽpestate caloris. † Prætereà nimia vxoris pulchritudo est interdũ mariti demẽtia & infatuatio. Ob quod sapiẽtissimè scribitur Eccle. xxv. Ne respicias in mulieris speciẽ, nec cõcupiscas mulierẽ in specie. & Prouerb. vj. Nec cõcupiscat pulchritudinẽ ei⁹ cor tuũ, ne capiaris nutibus illius. Nã sæpissime viri licet prudẽtissimi in illicitis obediũt vxorib⁹ suis ob earũ nimiam pulchritudinẽ, sicut Adã de ligno vetito comedit ad ꝓsuasionẽ vxoris, Genes. iij. Et ꝙ seduct⁹ fuerit à dæmone, secũdũ Aug. lib. xiiij. de ciuitate Dei, c. xj. Illũ ꝓfecto tãquã fortiorẽ tẽtare primo loco Satã noluit, sed mulierẽ magis fragilẽ & debiliorẽ more cauti iudicis torquere cœpit. ff. de quæst. l. j. §. j. & l. vnius facinoris in princ. vt eius medio virũ deciperet, & conuinceret, qui peccauit, non ꝙ crederet Deus fieri secundum verba Serpẽtis: vt Eua credebat, Eritis sicut Dij sciẽtes bonũ & malũ, sed solũ hoc fecit Adã infelix ne contristaret delitias suas, scilicet Euam eius vxorẽ, in cuius pulchritudine delectabatur & periit, vt dicit Aurel. Aug. super Genes. lib. xj. & Lyra alleg.
☞ c. iij. & Tho. in j. parte. q. xcv. arti. iiij. [Mirandũ profectò est, ꝙ Adam, qui dormiẽdo in formatione Euę secreta cœlestia, sicut Ioannes in cœna supra pectus domini cubans viderat, vt habetur infrà dum loquitur de anulo matrimoniali, in quarto digito ponendo: tanta sapiẽtia repletus suggestione mulieris ceciderit.] De quo magnus ille Greg. lib. xij. Moral. c. xvj. in fi. sic dicit. Primam quippe viro iniustitiã mulier propinauit in paradiso. & Tit. Liu. in prima deca de. Initium. inquit, turbandi omnia à muliere incœpit. & Ecclesiastici ix. Virginẽ ne cõcupiscas, ne fortè scan-

tè ſcãdalizeris in decore illius. Propter ſpeciẽ mulieris multi perierũt,& inter cæteros Catilina,ciuis Romæ nequiſſimus,amore Aureliæ Oreſtillę pulcherrimæ captus attentauit.De quo Salluſtius in Catilinario:Catilina,inqt, multa nefanda ſtupra fecerat cum virgine nobili contra ius fáſq; poſtremò captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cuius ꝓter formã nihil vnquam bonus laudauit: ꝙ illa nubere illi dubitabat, timens priuignum adultũ ętate,pro certo credit,necato filio domũ ſceleſtis nuptiis vacuam feciſſe.Hæc ille. Pariter Chilpericũ Frãcorũ regem nihil mulieri negare aſſuetũ,id idẽ feciſſe recitat lib.ij.Gaguin.qui Clodoueum,quem habebat ex præcedẽti vxore filium pulcherrimæ Fredegondæ vxori tradidit occidendũ:cuius necẽ perfacilè Chilpericus tulit. Demũ cõſilio & opera eiuſdẽ interfectę vera nouerca Clodoueo priuigno Fredegonda fuit arcus nocens dicta, ſecũdum gl.in §.affinitatis. Inſtit.de nuptiis. Et Dauid pulchritudine Berſabeæ captus homicidiũ cõmiſit,ij. Regũ xj. Sic & Salomon propter vxores paganas phanæ ædificauit,& finaliter idololatrauit cõtra legẽ Dei.iij. Reg.xj.& Similiter Ariſtoteles,Virgilius,& Samſon fortiſſimus, niſi fallor, decepti fuerũt quaſi fabula apud oẽs effecti, Iudicũ xvj. Tales profecto mulieres ita pulchræ dicũtur pellices,à pellis formoſitate,qua incautos alliciũt.Sicut enim pelliciunt hæretici animas inſtabiles variorũ dogmatum erroneis ſertis,ſic etiã mulieres pulchræ cõſtuprãtes luxibus ſubdendo quos pelliciũt & alliciunt.Ob quod cõmuni eloquio meretrices dicũtur pellices à pollutiõe,ſecundũ Auguſt.ſuper ij.epiſt.Petri, & per gl.ſuper verbo, pelli-
31 ciũt.in c.ſi enim inquit.de pœni.diſt.ij.†Tamen pellex propriè dicitur,quæ cũ marito alterius cõcubuit. l. Maſſurius.§. Caius. ff. de verb.ſig.& dicitur pellex vxoris:vt de Fredegonda dixi ſuper verbo, *Et vxorẽ nomine Adel.*in iij.princip.artic.de ſpirituali cognatione loquendo:quæ virũ ſuum infatuauit vt j. diceẽt. Vnde nõ ineleganter dicitur iij.Eſdr.iiij. Accepit homo gladiũ ſuum,& vadit in viã facere furta, & homicidia,mare nauigare & flumina:leonẽ videt,& in tenebris ingreditur.& cũ furtũ fecerit, fraudes & rapinas amabili ſui affert: adeò enim nihil videntẽ hominẽ reddit cæca libido,& petulans viuendi licentia,ꝙ nec vno ſolo crimine irretit eũ quẽ deprauauit, iuxta illud Ouidij vj.Metam.Nihil eſt,inquit, quod non effreno captus amore auſit.nec capiunt mẽtis incluſas pectore flammas.Ideo prohibuit lex iudices, ſuas ꝑ territoriũ ſecũ ducere vxores.l.obſeruare. in princip.de offi.procon.vt dixi ſuper verbo, *Duas habens filias.*in j. caſu,quo filiæ non ſuccedũt loquẽdo de cõditionibus mulierũ. Quoniã diligit homo vxorẽ ſuã forma excellentẽ, plus quã patrẽ & matrẽ: & vtinam nõ plus quã Deũ. Et multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas:imò ſerui facti ſunt propter illas, & multi perierũt,iugulati ſunt,& peccauerunt propter mulieres.iuxta illud Eccleſia.xix.Vinum & mulieres apoſtatare faciũt ſapiẽtes. Et quod deterius eſt,propter earũ ſolã pulchritudinẽ honeſti &præſtantes viri ſæpe matrimonia cõtraxerũt cũ mulieribꝰ diſſolutis,vt habeẽ Gen.vj.ibi,Videntes filij Dei(ſcilicet homines iuſti deſcendentes de ſemine Seth) filias hominũ ꝙ eſſent pulchræ, quãuis deſcendiſſent de ſemine Cain,quæ lubricæ erant,curioſæ,& diſſolutæ,tñ acceperunt eas propter ſolã earũ pulchritudinẽ, Sapiẽtis dictũ non aduertẽtes.Eſt pulchra,ergo fatua.Ex qua cõmixtione multiplicata fuerunt mala,& crimen inoleuit peſſimum,ita ꝙ finaliter cõtigit diluuiũ ſuper vniuerſa terra. Plus videtis, ꝙ aliqui adeò infatuati ſunt propter vxorum pulchritudinem,ꝙ ab eis, imò quod vilius eſt, à ſuis fœditis cõcubinis ſe permittũt publicè iniuriari,cõuiciis laceſſiri,ac etiã verberari prout feciſſe legimus Dariũ Perſarũ regẽ,de quo legitur allegato iij. Eſdræ iiij.c. Quòd Apemene filia Bezacis eius cõcubina à dextera eius ſedẽte,& diadema de capite ſuo tollẽte,&demũ reponẽte palmis cedebatur de ſiniſtra manu ipſius:quam ipſe ore aperto intuebaẽ:Et ſi arridebat ei,ridebat & ipſe: & ſi indignata erat,blandiebatur ei,donec reconciliaretur in gratiam.Sic magnus ille Hercules ſapiẽtia, potentia omníque virtute ac Deianira vxore ꝑtergatis, Iolã amaſiã ſuã pulcherrimã adeo timuit,ꝙeam reſpicere nõ audebat,quin tremeret.Et quotidie illa eũ reſpiciebat,fuſum ei leuabat,ac ſæpe veſtẽ Iolæ induebat, teſte Ouid.metamor.lib.ix.Et deus Apollo,poſtquã Daphnes pulcherrima fuit in laurũ trãsfigurata, adhuc eam oſculabatur,vt fingit Quid.lib.j. Metamor. ibi Hãc quoq; Phœbus amat poſitáque in ſtipite dextra, Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus, Cõplexúſq; ſuis ramos vt mẽbra lacertis Oſcula dat ligno,refugit tamẽ oſcula lignũ,&c.Pariter duo fuerũt tempore Sigiſmũdi imperatoris amantes,ſcilicet Eurialꝰ dicti Imperatoris curialis præcipuus : altera verò Lucretia ex Senẽſi vrbe oriunda : ambo decori: ambo ſpecioſiſſimi,fatuo amore cõglobati: qui cùm per aliquod tẽpus in bonis dies ſuos deduxiſſent, & imperatoris receſſu neceſſe ſeparari haberẽt,tantam vterque cõtraxit triſtitiã,ꝙ Lucretia poſt lõgas&implacabiles lachrymas in maximã cecidit ægritudinẽ ex qua poſt dies mœſtã exalauit animam. Eurialꝰ verò poſtquã ab oculis amantis euaſit, nunquam ridere viſus eſt,nec vllis iocis aut facetiis ad lætitiã reuocari potuit,víxque imperiũ mortis euaſit. Quorũ hiſtoriã eloquẽtiſſimã Pius pontifex ante pontificatũ Aeneas Siluius nuncupatus, pulchrè deſcripſit. Ex quo apparet quantũ ſit hoc malũ vitandũ,quod nullo cõſilio acquieſcere poteſt, cũ grauior nimis ſit morbus cui medela nõ ſuccurrit, qualis eſt amor,qui ordinẽ neſcit.de quo Ouid.lib.j.Metamor.Hei mihi,ꝙ nullis amor eſt medicabilis herbis.Vt duo alij amore infatuati oſtenderũt, videlicet Tisbes virgo babylonica amore Pirami bacchata à domo parentũ intẽpeſta nocte aufugit,& luna mõſtrante viã in nemus ciuitati propinquũ abiit intrepida. Hæc igiẽ dũ ſecus fontẽ expectaret Piramũ, ad cuiuſcunq; rei motũ ſolicita,dũ caput extolleret, leenã vidit venientẽ aduerſus eã,& relicto inaduertẽter pallio fugit in buſtũ. Leena autẽ paſta ſitiens veniebat ad fontẽ. Cõperto autẽ pallio aliquandiu ad illud cruẽto ore exfricato ac exterſo,vnguibus laceratũ reliqt,& abiit.Interim Piramus deuenit in ſyluã:& dũ cõperiſſet laceratũ cruentũq; palliũ,credidit Tisbẽ à belua deuoratã,itaq;poſt miſeras voces ac lamẽta plurima ſe miſerũ incuſans quoniam dilectiſſimę virgini ſuę mortis cauſam ipſe dediſſet, & aſpernãs de cætero viuere, extracto, quẽ geſſerat gladio, moribũdus ſecus fontem pectori ingeſſit ſuo.At Tisbes credens leenam potatã abiiſſe, ne decepiſſe videretur amantẽ,aut diu expectatione teneret ſuſpenſum,ad fontẽ regredi cœpit, cúmque adhuc palpitantẽ Piramũ & ſanguinẽ omnem effundentẽ cerneret, feſtina in oſcula ruit. Sed non valens amãti præſtare præſidia,animam eius retinere oſculis & amplexu aliquandiu conata eſt.Verũ cũ nec verba audire poſſet,& amantem in mortẽ feſtinare videret, arrepto gladio cũ gemitu ploratúq; maximo nomen

inuocauit

BIU Cujas

inuocauit Pirami, orauítq. vt saltem Tisbem suã morientem aspiceret, & exeuntẽ expectaret animã. Mira res, dum sensit intellectus moriẽtis amatę virginis nomẽ, oculos in mortẽ grauatos aperuit, & inuocan tẽ aspexit, quæ cõfestim pectori adolescẽtis cultróque supincubuit, & effuso sanguine secuta est animã iam defuncti. In quibus verificatũ fuit quòd à Theodoro scriptũ est: Mẽs robusta viri lenitate cadit muliebri. Nec est homo adeo fortis, qui amans volũtati mulieris quantumcũque vilis & turpis nõ annuat. Et in hoc superãt fœminæ viros, secundũ Cy. in l. j. q. ij. C. de rapt. virg. Nõne pulchritudo Medeæ, Helenæ, & Polixenæ, Iasonẽ, Paridẽ. & fortissimũ Achillem ad raptũ traxit & finalẽ interitum, & regnum Troiæ famosissimũ in æternã perniciẽ & totalẽ desolationẽ? Vtinã tales, qui simplici mulierum pulchritudine trahuntur, & excæcati penitus infatuãtur exemplum cogitarẽt, & sequerentᵉ Demosthenis doctissimi, qui Thaidi pulcherrimæ meretrici mãmas eius ioco palpitans, atq. ab ea quærẽs quanti hoc est: eidem dicenti mille denariis, respõdit: Ego pretio tãto dolorem non emo. Nam stultũ est magno pretio id emere, cui dolor succedit. Quod etiã Horatius nõ omisit. Experire, inqt, voluptates, nocet empta dolore voluptas. Saltẽ vterẽtur tales prudẽtia, & humanitate Pisistrati Atheniẽsis, qui licet tyrannus esset crudelis, tamen hortatu pulcherrimæ vxoris contra quendã etiã malè meritũ moneri noluit. De quo Valer. lib. v. c. j. tit. de humaniate & clemen. sic dicit. Nõ tam robusti generis humanitas, sed & ipsa tamẽ memoria prosequẽda Pisistrati Athenien sis tyranni narrabitur, qui cùm adolescẽs quidam amore filiæ eius virginis accensus, in publico obuiam sibi factã osculatus esset, hortãte vxore, vt ab eo capitale supplicium sumeretur, respondit, si eos qui nos amãt, interficiemus, quid his faciemus quibus odio sumus? hæc ille. Quæ omnia vobis adduxi, vt de nimia vxorũ pulchritudine non curetis sed de earũ modestia & sola virtute: & ex quibus parẽtibus sint natæ, cùm filia leuiter sequatur parẽtum
32 presertim matris iter. † Nã licet naturaliter pulchræ nõ sint, tamen de ꝑ accidens, putà, ornatu satis demõstrãtur formosæ: nec reprobatur de iure honestus & pretiosus mulierum ornatus, quia dicit Sallust. in Iugurtino. Mundicias mulieribus, id est curiosas exornationes, & viris laborẽ conuenire, quod intelligatis, vbi ideo se ornant, vt maritis placeant. Sicut Noemi illã Ruth sanctissimã, maritũ desponsaturam hortata fuit. Lauare, inquit, & vngere, & induere cultioribꝰ vestimentis, & descende in areã. Ruth. iij. Sicut enim vocẽ aptare & linire etiam electuario, vt melius quis cantet & cantũ pronũtiet, vt Deo placeat, & nõ gratia laudẽ consequendi ab hominibus, nõ est peccatũ, secundũ gl. in c. cantantes. xcij. dist. Pariter se ornare vt marito placeat mulier, nõ est vitiũ. Hoc profectò facere possunt mulieres, vt ad plus diligẽdũ eas suos inclinent maritos. quod maximè olim eis permittebatur, quo tẽpore sui copiã passim omnibus nõ præstabãt, sed solis maritis. l. optimã. C. de cõtrah. stipulati. Nec cũ aliis cõmunicabãt nec loquebãtur, imò nec videbanᵗ, solo maritorũ visu cõtẽtæ: quo fiebat vt turbãtium matrimonia oculi nõ metuebãt, in quarũ solatiũ indulgebatur eis pretiosus ornatus, ne tristitia afficerẽtur, & vt seipsas delectarent, & maritos in mutuo & secreto aspectu, vt pulchrè tradit Valer. lib. ij. tit. de institutis antiquis. Cæterũ, inquit, vt non tristis earũ & horrida pudicitia, sed honestæ comitatis genere tẽperata esset, indulgẽtibus maritis, & auro abundãti, & multa purpura vsæ sunt: & quò formã suã cõcinniorẽ efficerẽt, summa cũ diligẽtia capillos cinere scilicet ad lixiuiũ faciẽdũ cõparato rutilarunt Et sequiᵗ ratio talis ornatᵒ. Nulli enī tunc subsessorũ (id est insidiatorũ alienorũ matrimoniorũ) oculi metuebãt, sed pariter & videre sãctè & aspici metuò pudore custodiebãt. Hęc ille. Vnde Sulpitiᵒ Gallus, teste eodẽ Valer. li. vj. c. iij. ti. de seueritate, vxorẽ suã dimisit, eo ꝙ ipsã capite aperto foris versatã cognouerat. Publius etiã Sẽpronius Sophus cõiugem repudij nota affecit, nihil aliud quã se ignorante ludos ausam spectare prætendens: vt dicit tex. in l. consensu. §. vir quoq. ibi, nisi Circẽsib. vel theatralibus ludis, &c. C. de repud. Hac ergo intẽtione ornare se possũt, vt cũ lætitia maritis placeãt, & nõ vt aliorum oculos ad se trahant. Quia hoc esset illicitũ & mortale peccatum. xxxij. qõ. v. nec solo affectu. cũ c. sequẽ. De quo Chrysostomus in lib. de cõpunctione. Mulier, inquit, si se decorauerit, & ad se oculos prouocauerit hominũ, etiã si plagã non intulerit, vindictã sustinebit extremã. Venenum profectò obtulit, & si nullus qui bibat inuentus sit. Vnde barbatus ille Hieron. in epistola ad matrẽ & filiã. Palliolũ, inquit, interdũ cadit, vt cãdidos nudet humeros. Talib. certè mulierib. sufficit ꝙ lingua iustificenᵗ, & castas se prædicent, cõtra quas ipse idẽ scribit Hierony. in epistola ad Furiam. Aut loquẽ dũ, inquit, nobis, vt vestiti sumus, aut vestiendũ vt loquimur. Lingua ꝓsonæ castitatẽ, & totũ corpus profert impudicitiã. Imò qđ peius est, hodie veste scissa & nõ clausa, vt habilior sit & magis parata ad meretricãdũ, sicut viri vtunᵗ. Ob quod excõmunicari possent. c. si qua mulier. cũ glo. xxx. dist. qua ratione iure diuino prohibitũ legitur Deuter. xxij. Quòd mulier veste virili, aut vir veste fœminea vtatur: imò apud Deũ abominabilis est qui hoc facit. & in l. vestis. ff. auro & argen. lega. dicitur hoc fieri nõ posse sine vituperatiõe. ob quod olim rectè Lycij cũ dies luctus incidebat, muliebrẽ vestẽ induebant, vt deformitate cultus, id est vestitus cõmoti, maturius, id est celerius stultũ proiicere mærorẽ vellẽt, vt refert Vale. lib. ij. tit. de institutis antiquis: quasi reputarent turpissimũ esse viris muliebri veste indui, & econtrà. Cũ hactenus hoc fecerint idolatræ gẽtiles mulieres, q̃ in sacris Martis ornamẽta portabãt virorum, & viri in sacris Veneris portabãt ornamẽta mulierum, & instrumẽta earũ, vt puta, colũ, fusum, & similia. Præterea hoc fieri esset occasio libidinis, quia mulieri in veste virili licet licentius cum hominibus luxuriã exercere. Et similiter vir in veste mulieris liberius posset secreta mulierũ loca ingredi, secũdũ Lyrã ibi. De quo apud veteres derisus fuit Achilles: quia cũ cõiurassẽt Græci in Troianos, & rñsum accepissẽt absq. Achille capi Troiã nõ posse, ab Vlixe ꝙquisitus, & tãdẽ in habitu muliebri inter fœminas inuentus, in Græcorũ præsidium peruenit. Sic Põpo. de quodã senatore, q̃ veste fœminea induebaᵗ, narrat. in l. inter vestem. allegato tit. de auro & arg. leg. nõ sic Ioãna Dare nobilis puella diuinitus Carolo septimo Francorũ regi in Anglorũ à regno Frãciæ expulsionem directa: sed sola belli necessitate virilibus veste vtebaᵗ & armis. Qua occasione & verius odio Franci nominis, cũ apud Cõpendiũ (vt Gagui. lib. x. c. j. testaᵗ) capta fuisset, & Anglis à Ioãne Luxemburgo venũdata, ab eis hostiliter habita Rotomagi cremata est. Prius tñ, quã sentẽtiam diceret hostis, frequẽti foro & crebris consultationibus puellam tentat, de fide ac Christi religione multa, scrutatus. Arbitrabatur enim mulierẽ magia aliqua

edoctam

edoctã à Carolo rege assumptã esse, & ꝓpterea à catholica veritate aberrasse. Sed s. fœminę vires fuit, se & quæq; gessisset apostolicæ sedis examini submittẽs, virgo intacta decessit. Post mortẽ tamẽ canonicè purgata fuit falsitate & iniquitate impositorũ detectis, vt dixi in verbo, *Mortuo itaq; testato*. j. Paucis tñ pòst Diebus Angli deleti penitus fuerunt, & à regno Frãciæ expulsi. De quo plenè dixi in verb. *Duas habens filias*. Et meritò electi fuerũt, qa ius in regno nõ habebãt: & fortè quia puellã in bello captã extra cõflictũ nequiter occiderũt. Cũ captꝰ in bello postquàm à cõflictu electus semel extitit, occidi non possit, sed tanquã seruus custodiri & seruari: qa à seruãdo plus quã à seruiendo appellati sunt serui: & si occiderent, lege Cornel. de sicariis. occidẽs teneretur, ac si liberũ occidisset, Instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris. §. serui. & l. j. ff. illo eod. tit. iuncta gl. ibi, in verboꝰ, occiderit. Vnde ex humanitate Angli magna sũt reprehensione digni, quibus ex tẽpore illo malè succesit. Vtinã Valeriũ vidissent Maximũ. lib. v. c. j. tit. de humanitate & clemẽtia in fine dicẽtẽ: Humilitatis dulcedo etiã inefferata Barbarorũ ingenia penetrat, orbósq; & truces hostiũ mollit oculos, ac victoriæ insolẽtissimos spiritus flectit. Nec illi arduũ ac difficile est inter arma cõtraria inter districtos cominus mucrones placidũ iter reperire. Vincit iram, prosternit odiũ, hostilémq; sanguinẽ hostilibus lachrymis permiscet. hæc ille. Hãnibalẽ etiã, quẽ Titius Liuiꝰ plurimis virtutibus præditũ dixit, multis tamẽ impietatibus respersum fuisse nemo ambigit, vt pote in quo nil veri, nil sancti, nullus Dei metus, nullũ iusiurãdũ, nulla religio, sed crudelissimus imperator fuit. Nihilominus tantũ humanitatis in pectore barbaro inueniri potuit, vt militibus ac ducibus Romanis hostib. suis captiuatis honorem fecerit, plerũq; etiã pias exequias celebrauerit. Prẽterea Æmiliũ Paulũ apud Cumas trucidatũ, & quæsitũ corpus, quãtum in eo fuit, iacere inhumatũ passus nõ est. Etiã Tiberiũ Gracchũ summo cum honore sepulturæ mandauit, & ossa eius in patriã portandã militibꝰ Romanis tradidit. Marci quoque Marcelli in agro Brutio interẽpti cum omni reuerẽtia exequias celebrauit. Cui (vt valerius ibi dicit) aliquãto plus gloriæ Paulus & Gracchus & Marcellus sepulti, quã oppressi attulerũt. Si quidem illos Punico astu decepit, & Romana mansuetudine honorauit. Sic Romani fecere, qui Syphacem opulẽtissimũ Numidiæ regẽ victũ & captiuũ in custodia Tiburi mortuũ, publico funere cẽsuerunt efferendũ, vt vitæ dono honorẽ sepulturæ adiicerẽt. Cõsimili clemẽtia in Persa vsi fuerũt: nã cùm Albæ, in quã custodiæ causa relegatus erat, decessisset, quæstorẽ miserũt, qui eum publico funere efferret, ne reliquias regias iacere inhonoratas paterentur. Hostibus hæc & miseris & fato functis officia regibus erogata, quæ amicis & felicibꝰ tributa sunt, beneficiũ diis atq; hominibus pariter acceptũ: cõsiderante, ꝙ etsi egregiũ est hostẽ abiicere, nõ minus tñ laudabile infelicis scire misereri, vt idẽ dicit Valer. vbi s. Ex hoc cõcludẽs munificẽtiam gentis Romanæ Deorum benignitati æquandã. Prima igitur & optima rerũ natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo vsu literarũ indigẽs, ꝓpriis ac tacitis viribus, hostium ꝑsertim defunctorũ pietatẽ barbaris pectoribus infundit. Sæpe enim flectit pietas, qđ nec virtus potuit superare, nec ratio. Nã leones prostratis parcũt, & in viros potius quã in fœminas sæuiũt, nec infantes non nisi magna fame perimunt, vt inquit Solinus. Vnde maxima detestatione culpatur Achilles, qui in Hectorem mortuum sæuiit dicente Virg. lib. j. Aeneid. *Ter circum Iliacos raptauerat. Hectora muros, Exanimúmq; auro corpus vendebat Achilles*. Magna etiam reprehẽsione sunt digni Galatæ, qui capita hostiũ occisorum in bello, equorũ collo alligãt, & ꝓ rostris sicut capita ferarũ affigunt, & illa deridẽt, nec auro quocunq; redimi possunt. De quibꝰ Diodor. Siculus lib. vj. de gestis antiquis sic ait: Cũ quis strenuè in acie pugnauit, tum maiorum, tũ suas laudes ac virtutes decãtant, res hostium deprimunt, tanquam vituperatione dignas. Capita hostiũ in acie cadẽtiũ abscisa, equorũ alligãt collo, in foribus domorũ, cũ cãtu atque hymnis affigenda: quemadmodum feras solẽt venatu captas. hostiũ nobiliorũ capita aromatibus vncta in tectis, cõdunt summa diligẽtia ostẽdentes ea hospitibus, nullóque pretio ea vel petẽtibꝰ vel aliis reddũt. Tradũt eorũ rideri nõnullos, ꝙ ꝓ capite tantundẽ pensi auri barbarã magnificentiã ostentantes nequaquã velint accipere. Nõ enim bellicæ virtutis insignia non vẽdere nobile est, sed cum mortuis pugnare ferum habẽt, atq; agreste. hæc ille. Sic pariter malè fuit tractata tã insignis puella cõtra debitũ rationis & honorẽ Anglicæ nationis. Verũ quia malè agẽtibus occasio aliqua peccãdi in promptu suffragatur: causam occidendi eam esse dicebãt magicã artem & vestiũ mutationẽ, quę fœminis nõ bene cõuenit, scilicet vbi voluntaria fit. Nã cum causa potest vestis mutari sine vitio falsitatis: nec diceretur quis apostata. cap. clerici officia. vbi etiã gl. in c. si quis ex clericis. de vita & honestate clericorum. in glo. Solæ ergo illæ detestandæ sunt fœminæ sine causa rationabili veste viri vtentes quia sapiẽti nõ conuenit. Et prætera præsumitur, ꝙ hoc faciãt libidinẽ sequẽtes. Vidi plures fatuissimos viros tolerare suas vxores vestibus ecclesiasticis, & quod turpius est monachalibus tempore carnispriuij indui, & per villã currere, & sicut buffones saltare. c. j. de vita & honesta. cleric. lib. vj. nõ cõsiderantes, ꝙ pœna corporalis & exilij debeatur. in Auth. de sanctissimis episcopis. §. penul. coll. ix. Et ꝙ propter eas, & nõ gratia eorũ, religiosi ad tam detestabilia cõmodata libẽter prosiliũt. De quo per Lucã de Penna in l. j. C. de maiuma. lib. xj. Nec possunt etiã vestes semel diuinis vsibus applicatæ ad ornatũ secularium præsertim mulierũ cõuerti. Nec ecõtra debẽt de vestibꝰ dominarũ fieri vestimẽta ecclesiastica, secũdum Panor. in c. ad hæc. de reli. domi. licet contrariũ seruetur & malè. Vnde restat, ꝙ signũ incõtinentiæ est in mulieribus siue cũ vestibus vti virilibꝰ vel aliàs indecentibus. Tu ergo qui cõiugari cupis audi Hieron. in epistola ad Demetrialẽ virginẽ. Illa, inquit, tibi sit pulchra, illa amabilis, illa habẽda ꝓ socia, quæ se nescit pulchrã, quæ negligit formæ bonũ, & procedẽs in publicũ, nõ pectꝰ & colla denudat, nec reuocato pallio ceruices aperit, sed vno oculo (ꝙ viæ est necessarius) patenter graditur: aliter fornicatio in ea timetur. iuxta illud Ecclesiastes xxvj. Fornicatio mulieris in extollentia oculorũ, & in palpebris eius agnoscẽt. Ab omni irreuerẽtia oculorũ eius caue, nec mireris si te neglexerit. Vnde narrat Valer. lib. vj. c. iij. tit. de seueritate, ꝙ Sulpitius Gallus vxorẽ suã dimisit, eo ꝙ ipsã capite aperto foris versatã cognouerat. Idẽ Hieron. ad sacras virgines de continentia virginali sic dicit: Impudicissimus mulierum affectus semper in lapidibus, semper in gẽmis, semper in ornamẽtis extrinsecis gloriã ponit, nec sufficit eis libido innata naturæ, sed occasionẽ quærunt explendæ libidinis: affectant

procul-

BIU Cujas

proculdubio, vt oculi virorum aurum contẽplantes & gemmas, tandem figantur in faciem, vt furtiuis oculorum suorum nutibus facilius incitẽt ad libidinosum incendium, iuxta illud Ouidij j. de remed iis.

Decipiunt cultu, auro gemmísque teguntur
Omnia: pars minima est ipsa puella sui.

Quia, scilicet, puellæ interdũ plus ferunt in ornatu, quã in proprio corpore toto. Ob quod dicit Fulgentius ad Probam: Talis sit vestis mulieris, quę testis sit intimæ castitatis, vt refert glo. in Clemẽ. attẽdentes. de statu monacho. & Tullius lib. j. de officiis. Nõ nimis ornanda est domus, nõ nimis corporalis forma. Sufficit enim, ꝙ inhumanã fugiat negligẽtiã, in vesti
33 bus autẽ mediocritas optima est. † Et hinc est, ꝙ possunt iudices, imò episcopi sub pœna excõmunicationis ꝓhibere mulieres portare vestes insolitas superfluas, aut nimis sumptuosas, præsertim incitantes ad libidinẽ & immunditiã, secundũ Bal. s. in proœmio, xij. col. p l. j. C. de vesti. oloberis. lib. xj. & l. cũ supra. de re milita. lib. xij. Imò illas lib. vij. Ethicorũ, reprehẽdit Philosophus, qui vestimenta nimia lõgitudine notãda trahũt per terram & paludes. Tales profecto vestes & exquisita ornamẽta mulieres incitãt pariter & viros ad libidinẽ. Qua de causa Bragmanæ (vt Didimus ait ad Alex.) nõ habẽt amictũ pretiosum, nec colore fucatum, sed papyri tegmine mẽbra velãtur, nec in augẽda pulchritudine plus affectãt ipsi vel eorũ mulieres, quã nati sunt, sanè intelligentes neminẽ posse naturæ opus corrigere. Vnde ornamẽtorũ cultũ magis deputãt oneri, quã honori. Ex quo nõ sunt apud eos fornicatio, incestus, adulteriũ, nec aliqs cõcubitus, nisi gignendæ prolis amore. hæc ille. Ideo super his excessib' factæ hactenus fuerunt plures regiæ cõstitutiones, quæ malè obseruãtur. Quibus tũ ordinationibus & præceptis mulieres nõ nuptæ obedire tenent. Et etiã nuptæ, nisi maritus cõtrariũ eis præci-
34 peret ex causa, vt j. dicetur. † Sane tũ intelligatis mulieres se ornare posse vt maritis placeãt, scilicet fuco seu pictura facici cessante, vt fecit Iudith castissima: nõ ex libidinis, sed generosi animi virtute Holofernẽ idololatrã vt vinceret. Illa ꝓfecto viduarũ pulcherrima pulchritudini ornatũ addidit licitũ sine fuco & pictura, vt Deo placeret ludẽdo tyrannum, vt legitur Iudith x. Induit, se, inquit, vestimẽtis iucũditatis sue, tulit sandalia in pedib', assumpsítque dextrariola & lilia, inaures & anulos, & oĩbus ornamentis suis ornauit se. Et hoc est quod dicit Apost. ad Timoth. ij. in fin ibi, similiter & mulieres in habitu & ornatu cum verecũdia & sobrietate ornãtes se, secũdum quod de-
35 cet mulieres, &c. † Nã mulier quæ fucis vtitur ad fingendũ pulchritudinẽ, quã nõ habet, grauiter peccat, imò ligaretur statuto hoc prohibente, ne deberet in hoc obedire viro. xj. q. iij. nõ enim semper. & de cõsecra. dist. v. c. fucare. Debet enim cuiq; sufficere & placere naturalis color datus à Deo, cum vix alius citra Dei iniuriã supponi possit. de cõsecra. dist. iiij. osten-
36 ditur. Quod † maximè faciunt vetulæ præsertim viduæ remaritari cupiẽtes, aut meretricari: de quibus dicit angelicus ille Bernardus in epistola de cura & regimine domus. in c. de fœminis. Quod si fœmina senex est meretrix, si lex permitteret viua sepelienda esset. de quibus Hieron. epistola xviij. sic loquitur. Ipsas enim nec annorũ numerus, nec alia vetustas docere potest, ꝙ vetulæ sint: & capillos cũ perdiderint, alienis verticẽ ornant ac præteritã iuuẽtutem in rugis anilibus polluunt: neq; placẽt cui placere desiderant, imò quod deterius est, suo displicent creatori, dum suũ videt opus deletũ. Indignatur profectò artifex, si opus suũ deleatur, cũ iniuria ei inferatur, secundum Io. Andr. in rubr. ne cleri. vel monachi. Et latiùs in c. ea quæ fient à iudice. de reg. iur. lib. vj. in mercuria. Vnde Cyprianꝰ de disciplina & habitu virginũ. Opus Dei, inquit, est quod nascitur: & diaboli quod mutatur. qua dicat, ꝙ magnã iniuriã Deo inferunt. Cùm id qđ ipse formauit reformare præsumũt. xxvj.
37 q. v. c. episcopi. in fi. † Nam legitur Ecclesiastici iiij. Nõ accipies faciẽ aduersus faciẽ tuã, quoniã dñs talibꝰ minat sic se colorãtibus, ꝙ in futuro denigrabũtur. iuxta illud Esa. xiij. Facies cõbustæ vultus earũm. Et Naũ ij. Facies omniũ sicut nigredo ollæ. similiter Iohelis ij. dicitur. Oẽs vultus redigentur in ollã, id est in colorẽ ollæ nigræ. Nõne Iezabel introitu Iehu regis audito depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput respiciẽs ꝑ feneſtrã? Sed ilico iusta fuit per regẽ præcipitari deorsum, aspersúsq; est sanguine eius paries, & equorũ vngulæ conculcauerũt eã, fuerúntq. carnes Iezabel sicut stercus sup faciẽ terræ, vt habetur iiij. Reg. ix. c. & de vtroq; tã fuco quã ornamẽtis concludit Esaiæ iij. pro eo ꝙ eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extenso collo, & nutibus oculorum ibãt, & plaudebãt, & pedibus suis cõposito gradu incedebant: decaluabit dñs verticẽ filiarũ Sion, & dñs crinẽ earũ nudabit. In die illa auferet dñs ornamentũ calceamentorũ, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelides, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, as gẽmas in frõte pẽdentes, & mutatoria, & palliola. & erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & crispanti crine caluiciũ, pro fascia pectorali ciliciũ. hæc ibi. Cui concordat Ouidius iij. Tristium.

Ista decens facies longis vitiabitur annis,
Rugáque in antiqua fronte senilis erit.
Cúmque aliquis dicet, fuit hæc formosa, dolebis,
Et speculum mendax esse querêre tuum.
Non hîc semper eris, quia
Non violæ semper nec lilia candida florent.
Perdunt & gramina flores,
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent, &c.

Et Seneca, Res, inquit, est forma fuga, nec species sua cuique manet. dicit Ouid. xv. Metamorphoi. ideo Vergilius ait in Bucolicis.

O formose puer nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

& Ouidius in libro de medicamine faciei.

Formam populabitur ætas,
Et placidus rugis vultus aratus erit.

& idem in ij. de arte amandi dicit.

Forma bonum fragile est, quantúmq; accedit ad annos
Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

Quæ oĩa inuehũtur contra fœminas in talibus multũ excedẽtes, & nõ sine causa, licet iniusta, quia habet
38 mulier duo. † Nã cupit primò laudari, quẽadmodũ cũ sit animal imperfectũ respectu viri, & ferè in omnib' defectuosũ, volẽs suã imperfectionẽ viros latere, cùm appetẽtes laudẽ sint cõiter modici valoris, specialiter cupit laudari ab eis. Quia secundũ Greg. lib. xviij. Moraliũ. c. xxvij. circa mediũ. Tantò quisque amplius intus stultus fit, quãto conatur exterius sapiẽs videri, sicut mulier laudari cupit, vt sciat aut saltẽ ei videat ꝙ ab oĩbus pulchra, bona, vtilis, sapiens, ac in omnibus ꝑfecta & sufficiens reputetur. & hoc ipsa credit, cũ laudat à viris quia laus est sermo elucidans virtutẽ, secundũ Philosophũ in rhetoricis. Ex quo semper & vt plurimũ cõtingit, ꝙ falsis virorũ adulationibus

mulieres

mulieres decipiunt. Sicut de coruo fabulosè legitur, qꝓstro caseū portans deceptus fuit vulpis blanditia in falsa credulitate albedinis: ita ēt mulier falsis credēs adulatorū deceptionibus, credēs se sapientē verè est coruus: ipsi autē adulatores sunt vulpes, sua blādi tia gloriosas decipiēdo mulieres, iuxta illud Terentij quod ipse reassumpsit Apost. j. ad Corin. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua, & Menander comicus: Corrumpunt, inquit, bonos mores con fabulationes pessimæ: sine quibus vix aut nunquàm committitur adulterium. l. & si amicis. in fine. ff. de adulte. & hoc intendit Ouid. lib. j. sine titul.

Impia sub dulci melle venena latent.

& in Bucolicis dicit Poeta:

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Et post lapsum cū decipiant, aliud nō habēt respōsum, nisi qꝓ à demone deceptæ fuerunt aut homine. Quod habuerunt ab Eua, quę post peccatū cū à Deo increparetur, dixit Gen. iij. Serpēs decepit me, & comedi. Et Adā: Socia, inquit, quā mihi dedisti, hoc fecit, id est me decepit. Nō igitur vult mulier increpari, sed oīo & supoīa laudari de pulchritudine. Non sic de Noemi pulcherrima legit Ruth. j. c. in fi. Quæ cū à matronis publicè sic laudarēt: hæc est illa Noemi: clamauit: Ne vocetis me Noemi, id est pulchram, sed vocate me Mara, id est amarā. Secūdò habet mulier, qꝓ semper affectat extrinsecè ornari ad suā semꝓ tegendū imperfectionē, & interdū quod est deterius ad virorū incendendū libidinē, secūdū Hierony. vbi s. Vnde Vale. li. ix. c. j. tit. de luxuria & libidine: Quid de fœminis, inquit, amplius loquor? quas & imbecillitas mentis, & grauiū operū negata affectatio, omne studiū ad curiosiorē sui cultū hortatur conferre? & c. Est verò muliebris luxuriæ seu cupiditatis aliqualis excusatio. Nā cū sint ferè natura molles & ociosę nullius grauioris rei studio intentæ, nō est mirū si cogitationes suas in parando exquisitiores cultus fixerint atq; locauerint: cū negotiosi hoies & excellētes grauioribus studiis occupati, in luxū fuerint aliqū libidinēq; prolapsi. de quibus ibi consequēter loquitur Valer. Ex quo videmus, qꝓ vix aut nunquam speculo incōsulto prodire volunt in publicū: imò cōtinuè super speculo quiescunt. Non sic Semiramis Assyriorū regina fecit: cū ei circa cultū capitis occupatæ nūtia tū esset Babylona defecisse, altera iam parte crinium adhuc soluta protinus ad eam expugnādam cucurrit, nec prius decorē capillorū in ordinē, quā tantā vrbē in potestatē suā redegit. Quocirca statua eiꝰ Babylone posita est illo habitu quo ad vltionē exigendā celeritate præcipiti tetēdit. Hæc Valer. eo. li. c. iij. tit. de ira & odio, in fi. Nō ergo fuerūt inclytæ mulieres speculo & ornamentis intētæ, sicut sunt modernæ super speculo quiescētes, in quo se mirari, in illo vultū, crines, togā mq. cōponere cōsueuerūt, nō cogitantes, qꝓ nō est in speculo res, quæ speculatur in illo, secundū Alanū de parabolis. Nō tn ita crudè intelligatis speculū esse prohibitū: imò à sapientibus aliqū persuasum, vt qs ꝓ oībus in republica prudēter agēdis discretè cōponat ante oīa vultū suū, q liber est, & litera mentis. Ad hoc autē vtile est aduocato & oratori seipsum in speculo persæpe respicere, & iuxta rerū explicādarū qualitates aut suauē, aut sęuū, aut mitē, aut asperū, reuerēdū, aut rigidū, docēs se, à speculo exhibeat vultū suū. Hoc enim fecisse legit Demosthenes Græcorū rex Oratorū, vt refert Apuleiꝰ j. de magia, in hæc verba: Demosthenē primariū dicendi artificē quis est q nō sciat? Sēper ante speculū quasi ante magistrū causas meditatū, vt ille summus orator, cùm à Platone Philosopho facundiam audisset, ab Aulide dialecticorū argumētationes didicisset, nouissimum pronūtiādi argumentū à speculo petiuit. hæc ille, vt refert Lucas de Penna sup tit. C. de legatio. lib. x. Or dicunt fœminæ, ad hunc finem se super speculo sæpe quiescere, vt cultiores in ecclesias ad Dei laudē & honorē, q in creaturis relucet, ꝓgrediātur. Sed ille qui scrutator est cordiū scit si ad hunc finē, aut si solus in Ecclesia esset crucifixus, vel soli Apostoli discurrerēt carrerias tādiu in speculo insistētes fœminę, sic se ornarent: sed ad sui solā gloriā summè inanē. † Et inde 39
cōtingit (vt dictum videtis) domos nobiliū Burgēsiū mercatorū, & cæterorū indifferenter ꝓsterni, eorūq. substātias dilabi, & eos in vilē & miserandā paupertatē deduci, captiuari, excommunicari: & tandē vltra pœnas diuinas extra ecclesiā sepeliri. Quod aliunde nō procedit, quā ex temerario & arrogāti vestiū excessu, & ornamētorū pśertim in muliebribꝰ. O vtinā diuum illum vidissent Bernardū in epistola de cura & regimine Domus. De vestibꝰ, inquit, scias, qꝓ vestis sumptuosa est probatio pauci sēsus. Vestis nimis apparēs cito viri odiū parit. Stude bonitate placere, nō veste. Mulieris petitio vestes habētis, & vestes quęrētis nō indicat firmitatē, sed domus turbationē, vt verificetur quod de muliere ait Hesiodus. Talis in humanis prius de Ione fœmina rebus Est data, flagitiis hominē quę lædat iniquis. Similiter lacteus eloquētiæ riuus Titius Liuius in j. Deca. prædixerat, Quòd initiū turbandi oīa à fœmina ortū est. Sunt profectò mulieres hodie luxu & vestiū cultu supra mulierum modestiā gloriabundæ: q fastus nō nisi grādi sumptu ducitur, quē vt plurimū rapina nutrit. & inde dicitur qꝓ excessus expensarum abyssum denotat rapinarum, De qua rapina maritorū vxores sciēter de ipsa viuētes, se ornātas, ad restitutionē tenent in foro cōscientiæ, sicut mariti: vt clarè habetur in summa Antonij Florētini parte ij. tit. xij. §. xviij. Ideo dixi vobis super verb. *In eod. testa. relinquens.* j. in xxij. limita. valere statutum, qꝓ vxor teneatur pro suo marito, si cedat foro, & banchū ruptū faciat, vt plures facere coguntur ꝓpter vxorum gloriā: quæ sine domus depauperatiōe aut ruina & ꝑda cōtinuari non pōt, vt clarè cognouit Antoninꝰ ille pius Imperator, q nulli volēs esse molestus, magis elegit vasa aurea, & ornamēta vxoris vendere, quā senatum vel ꝓuincias prægrauare, vt Fasciculus tradit temporū de illo Imperatore loquēs. Sic Numa Pōpilius secundus Roma. rex (vt Plutarchus ait) à domo delicias simul ac magnificos apparatꝰ expulit. Vū in epistola j. ad Cæsarē senem de republica. In principio sui nascentis imperij, nescit à quo missa sit, ei cōsulit, vt lōgè regnare posset. Prouideas oportet, vti plebs sua habeat negotia, quibus à malo publico detineatur. Iuuētus probitati & industriæ, non sumptibus neq. diuitiis, aut ornatibus studeat. Id ita eueniet, si pecuniæ (quæ maxima oīum pernicies est) vsum atq. dedecus dēpserit: neq. aliter qsquā extollere sese, & diuina mortalis attingere pōt, nisi omissis pecuniæ & corporis gaudiis, animo indulgēs, vt reipublicę votū dedicās, vt aliàs Romanæ mulieres, pariter & Occitanæ: vt vidistis super verb. *Et vxorem nomine Adel.* in fi. † Ex quibꝰ restat talia ornamenta fore tēperanda, & mulierū fucationes esse prohibitas. Bene verū est, qꝓ si faciei fucatio vel ornamentorum adiectio, nō solū fieret ad pulchritudinē fingēdā, sed ad turpitudinē tollendā, aut cooperiendā, quā fortè

haberet

BIU Cujas

haberet mulier de per accidẽs ex aliqua cauſa extrin
ſeca, puta ex infirmitate, vel alio caſu: tũc licitũ eſſet
faciẽ fucare, vel aliud membrũ: quia dicit Apoſt. j. ad
Corin. xij. Quæ putam⁹ ignobiliora eſſe membra, his
honorẽ abundatiorẽ circundamus. Vnguento enim
nardino fœminæ vngi poſſunt, ex quo fiunt elegãtio-
res ac mũdiores in cõſpectu maritorũ. l. in argẽto. §.
vnguentis. ff. de auro. & ar. lega. Quo oleo vncti fue-
runt pedes Chriſti, ſecundum gl. ibi. quo etiã vſa eſt
Eſter. c. ij. Et in his ornatib⁹ licitis mulier magis obe
dire debet marito ſuo, quã ſtatuto. xxxiij. q. v. quod
Deo pari. & c. manifeſtum. & c. hæc imago. ſecũdum
Ioã. de Plat. in l. Vellera. C. de veſtibus olobe. lib. xj.
41 † Ideo dixit tex. no. & ſingularis in c. quæcunq. xxx.
diſt. ꝙ mulier ſibi comã præſcindens inuito marito,
licet hoc faciat cauſa deuotiõis, anathematizatur: cũ
coma illã reddat pulchriorẽ, & magis placidã viro.
Cuius etiã aliàs intereſt, ꝙ vxor crines portet lõgos,
quia ſunt ſignũ ſubiectiõis: & ꝗbus ne vagando adul-
teretur, ligari poſſet ꝑ maritũ, ſecundũ not. in c. pla-
cuit, xxxiij. q. ij. vbi bonus tex. Ob quam cauſam mu-
lieres lõgos portant crines, ſecundũ Guliel. de Mõte
laudu. in cle. cũ ex eo. vbi etiã Zabarel. de ſent. excõ.
Videatis Io. Fab. in §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel
42 alie. iur. † Sẽper enim mulier cogitare debet ſuo pla
cere marito, vt dicit Apoſt. j. ad Cor. vij. Sicut vir co-
gitat placere vxori. c. diuerſis fallacis. de clericis con
43 iugatis. † Vnde nõ poſſet epiſcopus ſtatuto prohibe-
re mulieribus in publicum ire pectore diſcooperto,
vbera mõſtrãdo: poſtquã ſic per vxores fieri, incautis
fortè maritis placet, niſi eo modo intrarẽt eccleſiam
clericos epiſcopo ſubditos alliciendo, & à Dei ſerui-
tio & eccleſiæ diuertendo. de quo plenè per Io. And.
in d. c. ea quæ fiunt. in mercuriali. & Petr. de Anch. in
repeti. c. j. de cõſtitu. Heu me quid dicẽdũ de mulie-
rib⁹ tẽporis huius, quæ ferè nudatæ à parte antè vſq.
ad femur, & de retrò ferè vſq. ad renes per ciuitatem
currũt iuuenes incitando ad amorẽ, luxuriã, & peſſi-
ma deſideria, quæ tales infatuatæ gignunt? cæcis ma-
ritis poſtpoſitis theatra ſectant: in cuius tanti abuſus
ſignũ Poetæ hoc clarè reprehẽdere timẽtes propter
magnates, figurã Veneris pingebãt mulierẽ nudam
iucundi & placidi aſpectus, crines habentẽ pẽdentes
ſupra ſpatulas, coronã myrti geſtãtẽ in capite cũ ru-
beis miſtã roſis, ridentem, & roſam ſimilis coloris in
ore tenentẽ: habentẽ in corde faculã paruam arden-
tem, & vnã ſagittã tria capita acuta in manu ſiniſtra
tenẽtẽ, mundũ tripertitũ in cœlũ, terrã, & mare pcu-
tientem: & in dextera tria poma: currum in quo ſede
bat, trahebãt colũbi, & cygni albi, Cupidinem filium
genuit, qui De⁹ amoris, luxuriæ. peſſimorũmque deſi
deriorum eſt. De qua Venere aliqua dixi ſuper ver-
bo, *Duas habens filias*. Loquẽdo de bonis, & malis nu
44 lierum cõditionibus. † Vnde non immeritò tales in-
fatuatas tanquam venenũ portãtes poteſt epiſcopus
ꝓhibere eccleſiã intrare. Sed nõ plateas frequẽtare, ſi
eo modo fieri placeat maritis cæcis & orbatis, nõ co-
gitantibus Venerẽ planetã eſſe lucidiorẽ aliis poſt ſo
lẽ & lunã: quæ ſecundũ aſtrologos quotidie oſtendi-
tur de mane ante ſolẽ, quo tempore appellat lucifer:
& de ſero in occaſu ſolis, & tunc vocat heſperus, aut
veſperus. Sic faciũt mulieres prædictæ, quia de ſero
oſtenduntur maritis ſuis, & à ſolis ortu ſic nudatæ &
ornatæ tota die cũctis exhibẽtur populis, poſtquàm
ſic placet maritis: quia vt dictũ eſt, mulier ſemper co-
gitare tenet qualiter placeat marito, & ſe conforma-
45 re moribus & conditioni illius. † Adeò ꝙ ieiunare
inuito marito nõ tenet: minúſq. ſe obligare ſine con-
ſẽſu mariti ſub aliquo rigoroſo ſigillo ad ſoluendum
aliquid per arreſtationẽ ꝑſonæ: ne fruſtretur maritus
ea, quam habet in ipſam, ſeruitute. Et ita dicit ſeruari
Maſuerus in titulo, de executione & ſubſtan. §. j. imò
iudex qui talẽ rigorẽ exequeretur, etiam pro debito
fiſcali, pœnã capitalem incurreret. l. j. cũ Auth. ibi po
ſita. C. de officio diuerſorum iudic. Nec vouere poſ-
ſet ſine licentia mariti, dormire cũ camiſia, aut ſingu
lis noctibus ire ad matutinas, ſecundũ glo. in d. c. ma-
nifeſtum xxxij. q. v. pro qua facit text. numeri xxx. c.
Imò iure ciuili mulierẽ marito ignoráte ſine iuſta &
probabilis cauſa foris pnoctãtẽ licebat repudiare. l.
cõſenſu. §. vir quoq. C. de repud. Heu me, vbi ſenſum
habent brutales mariti, qui ſicut equus & mulus qui-
bus nõ eſt intellect⁹, dormiẽtes in lecto, vxores iuue-
nes ire permittũt ad matutinas, & Sanctorũ vigilias
ferè ſingulis noctibus, non conſiderantes pericula ex
præteritis patentia? Solebant enim ſacerdotes idolo-
rum abuti volentes aliqua puella. fingere ꝙ Deus qui
colebatur in templo, illa vti volebat: & parẽtes cre-
dẽtes ſacrificiũ Deo facere, mittebant eã de nocte ad
fanũ, vbi ſacerdotes ea abutebãtur in tenebris & cre
debant ſe à diis cognitã, ſecundum Lyrã, Leuiti. xix.
circa finẽ. Et filij Heli ſummi ſacerdotis nonne dor-
miebant cũ mulieribus, quæ purificaturæ poſt partũ
obſeruabãt ad oſtiũ tabernaculi? j. Reg. ij. c. imò nar-
rat Ioſephus lib. xx. antiquit. Factũ ſimile tẽpore Ti-
berij Cæſaris contigiſſe, ſcilicet Paulinam pulcherri-
mam fœminã per ſacerdotes deæ Iſidis deceptã, qui
in Fano Iſidis quendã iuuenem eius amore accenſum
loco Mercurij numinis de nocte ad ſuum concubitũ
propter pecuniã eis datã admiſerũt: propter quod i-
dem. Imperator fanũ dirui fecit, & ſacerdotes cruciſi
gi. Pariter refert Lyra ſuper verbo, Ediculas. iiij Re-
gũ. xxxiij. c. ꝙ ſub colore honoris idoli ſe proſtitue-
bant mulieres, & in tali luxuria credebant ſacerdoti-
bus. Ob ꝙ Ioſias rex ibi ædiculas deſtruxit effœmina
torũ, quæ erãt in domo domini. Dicit etiã Iac. Bergo
in ſuo chronicorũ ſupplemẽto, li. xiij. tẽpore Ioannis
Papæ xxij. hui⁹ vrbis oriundi, quoſdam fuiſſe fratri-
cellos, de opinione vulgariter nũcupatos, qui præter
ſtupra & adulteria quę paſſim vnuſquiſque abditis in
locis ad hoc occulte paratis cõmittebantur, aliud pu
blicis eorũ ceremoniis ſcelus faciebant, vt vocatæ, &
de induſtria ſeductæ ſpecioſiores quæque viduæ, aut
virgines cũ in antris eorũ noctu venirent, ſacerdotes
& ſectæ illius clerici diuinas ꝙdẽ laudes ad cõparan-
dam fidẽ ex Chriſtiano ritu cantabant: quibus nocte
media finitis, & luminibus ilico extinctis quiſq; viro
rũ proximã mulierem ſibi proſternebat. eas alta voce
admonẽtes, binos debere maſculũ & fœminã ſancto
ſpiritu inuocato in cõplexũ carnalémque copulam
cõmiſcere &c. Plus refert practic⁹ doctor ille Roffr.
Beneuentanus in ij. parte ſui operis: in tract. de libel.
iu. cano. tit. de deci. & primi. De quodã ſacerdote, ad
cuius confeſſionẽ quædã dña acceſſit: quã interroga-
uit, ſi de coitu cum marito habito decimã ſoluerat: ꝙ
cũ nũ quã reſpõdiſſet, ſacerdos oẽs præteriti tẽporis
debitas decimas ꝑ ſeptẽ vicibus remiſit: & ita ſacer-
dos ſepties in die cognouit dñam, precipiẽs vt quod-
libet decimum actum ei pro decima reſeruaret. Vnde
domina ſeptem vicibus à marito cognita, cùm venit
ad octauã, dare eam marito recuſauit, dicẽs, hiſtoria
recitata eam ſacerdoti deberi. Maritus ſagax turpitu
dinem celans vxori, ſacerdotẽ ſagaciter eccleſia pri-
uauit, Hæc ille. Or domini, non fuit malum quod re-

nouari

BIU Cujas

nouari non possit. in ætate præsertim nostri tẽporis, qua nedum corpora, sed etiam merita defecerunt, vt dicit text. in c. fraternitatis. xxxiiij. distinct. Ob quæ euitãda adulteria & scãdala consilium ecclesiæ vigilias sanctorum mutauit in ieiunia, quæ adhuc vigiliæ vocãtur solo retento nomine, & loco vigilandi tota nocte ieiunamus vesperas sanctorũ, vt habetur ex legenda beati Laurẽtij. in fine. Hęc iam de ornatu mulierũ sufficiant. Quæ omnia notabitis ad mulieres in his (vt pulchriores videãtur plurimũ delyrantes) aliqualiter excusandas, quę aliàs honestè viuunt in matrimonio: in quo si cõiuges mutuo fideliter versant,
46 longè nõ distant à castitate. † Quæ secundũ Bal. suprà in proœmio, & in l. fi. C. de sacrosan. eccl. est triplex, (De triplici castitate vide Lyrã sup Matthæũ, c. xiij.) scilicet, virginalis quæ propriè virginitas appellatur: de cuius laude & priuilegio pulchra dicunt gl. Panor. & cæteri in c. causam matrimonij. de proba. & Lud. cõsi. ccccc. incip. Vos estis lux mundi. vbi est oratio per eum facta in generali cõcilio Basilien. Quæ q dẽ virginitas (si semel amissa fuerit) amplius reparari nõ potest, etiã à Deo, secundũ Aug. vt dicit gl. in l. j. C. de rap. virg. cui cõcordat Ouid. lib. epistolarũ: Nulla, inquit, reparabilis arte læsa pudicitia est. Est enim hæc castitas virginalis nobilior cæteris. in signũ cuius laureolã virgines portãt. xxxij. q. v. si Paulus. imò pro virginate sua conseruãda, Daphnes Penei filia tota in laurũ cõuersa fingitur. li. j. Metam. vt ex ea laurea corona triumphantes imperatores Ioui ꝓ victoria in capitolio sacrificaturi in posterũ ornarent. Cui Deus, At quoniã cõiunx mea nõ potes esse, Arbor eris certè dixit mea: semper habebũt Te comatæ cytharæ, te nostræ laure pharetræ: Tu ducibus lætis aderis, cũ læta triumphũ Vox canet, & longas visent capitolia põpas: Tu quoq; perpetuos semper gere frondis honores, & c. De hac virginitate barbat⁹ ille loquitur Hiero. in quodã sermone de assumptione beatæ Virginis, sic dicẽs, Profecto in carne præter carnẽ viuere, non terrena vita est, sed cœlestis. Vnde in terris angelicã gloriã acqrere maioris est meriti, q̃ habere. Esse enim angelũ felicitatis est, esse virginem virtutis est: dũ hoc obtinere virib⁹ nititur cũ gratia, quod habet angelus à natura. hæc ille. De hac castitate virginali dicã plenius in verb. *Qui cũ alia matrimo-*
47 *niũ contrahens.* in fi. † Secunda castitas est cõtinentialis, q̃ propriè nominatur viduitas: quæ si longo tempore continuet, procul nõ distat à virginitate, vt in Authẽ. de nõ eligen. secũdo nubẽ. §. optimũ itaq; est. collat. j. de qua tradit nobis pulchra Nicol. de Lyra Matth. xiij. ibi, Et dabãt fructum. Et adeò nõ distat à virginitate, ꝙ si priuilegiũ detur alicui & suis descendẽtib⁹ tã masculi: q̃ fœminis, sicut filiæ virgines tali gaudent priuilegio, sic pariter eo gaudebũt filię viduæ. Secus si essent maritatæ: qa ꝑ cõiugiũ mutãt statũ, & forũ viri sortiunt. l. mulieres. ff. ad municip. secundũ Bar. singulariter in l. quoties. per illũ text. quẽ ibi sequuntur Ang. & Io. de Pla. C. de priuile. schola. lib. xij. & Ias. in l. j. in fin. ff. de cõsti. prin. & in l. cũ q̃dã puella. post Lud. ff. de iur. om. iudi. licet Alexã. ibi
48 cõtrà. † Et dicit vidua, quæ maritũ habuit: tũ decessit. c. vidua. xxxiiij. di. vel quæ maritũ habet, sed inutilẽ, secũdũ gl. in l. fi. C. ad leg. Fauiã de plagia: ita ꝙ secundũ Bal. ibi, priuilegia viduis cõcessa locũ habẽt in maritatis inutiliter. Facit tex. in c. inter corporalia. §. sed neq. de trãsl. i. episc. vbi ecclesia dicit viduata, qñ prælatũ habet inutilẽ: & mulier aut vir dicit carere instrumẽto generatiõis naturalis, quoties tale instrumẽtũ est inutile, secundũ gl. in verbo, Deerat. ꝑ illum tex. in c. fraternitatis. de frig. & male. Tamẽ magis cõiter dicitur vidua, iuxta cõem vsum loquendi, cuius vir decessit. Vidua enĩ dicit quasi viro idua, id est, diuisa, vel separata: ab iduo, iduas, quod idem est, quod separare: vel dicitur ab idus, quod est separatio secundũ gl. in d. c. vidua. Aliàs autẽ propriè dicit vidua, quæ maritũ nunquã habuit. Et dicit tunc vidua, quasi sine duitate. Sicut dicitur veeors sine corde. l. malũ. §. viduã. ff. de ver. sig. secundũ Pan. in iij. not. in c. ne pro defectu. de elec. de qua castitate seu viduitate plenè videbitis super verb. *Qui cum alia matrimo-*
49 *nium contrahens.* † Tertia castitas est quę propriè appellat pudicitia: quæ est in legitimè cõiugatis. c. Nicena. xxxj. di. facit l. mulier. §. cũ ꝓponeret. ff. ad Trebel. Qui pudicè seruata lege matrimonij ac semota meretricali insolẽtia viuere debẽt: nec q̃rere viri in suis vxoribus, nec ecõtrà, meretricales in tactu aut verbis blãditias: sed magis vti vxorib⁹ suis in honestate & castitate maritali: exẽplo Prophetę & patriarchæ Iacob, q Lyã secũ iacẽtẽ, nõ illã esse cognouit, putãs tenere Rachelẽ, Gen. xxix. secundũ Lyram ibi. Cogitẽt talẽ in coitu honestatẽ humanitati præsertim deberi, quæ etiã in beluis seruat. q a legitur lib. xviij. de proprieta. rerũ, ꝙ vrsa tẽpore luxuriæ se abscõdit, & videri amoris tẽpore erubescit. Filiorũ quippe procreationi operã dare, nõ turpiloquio nec canino more ꝑ vsum promiscuũ fœminarũ: sed ordine honesto cõiugali nũc est in homine probãdus affectus. xxvij. qõ. j. c. nuptiarũ bonũ. De qua castitate Aurel. loquit Augu. lib. ij. contra aduersariũ legũ & Prophetarum. Deus, inquit, masculũ & fœminã propagãdi generis cũ nuptiali castitate cõiunxit, & c. Ad quod facit doctrina Bedæ sic dicẽtis: Bona est castiras coniugalis. Melior cõtinẽtia vidualis. Et optima perfectio virgi
50 nalis. † Quæ tria Xps patẽter approbauit. Primò, statũ virginalẽ, in eo ꝙ de virgine nasci voluit. Statũ vidualẽ, in eo ꝙ ab Anna vidua benedici dignatus est. Luc. ij. Et statũ coniugalẽ, in eo ꝙ in Chana Galilææ nuptiis interfuit: quarũ honore aquã in vinũ cõuertẽ do primũ miraculũ inter cætera inchoauit, Ioã. ij. Similiter vt ab omni gradu mulieris opprobriũ tolleret. s. à cõiugatis virginibus & viduis, matrẽ eius gloriosã in hoc triplici statu esse voluit. s. virginẽ, cõiugatã, & viduã post ei⁹ mortẽ. Nescit tñ si tẽpore passionis Xpi Ioseph mortuus esset, & Virgo vidua, vel an decesseri post passionẽ. Videatis text. qui innuere videt eũ viuere tẽpore passionis Christi, in c. quod autẽ. §. itẽ si cõiuges. xxvij. q. ij. quod nõ est verosimile, nec tex. ibi hoc dicit. Nõ enim cõmisisset Xps in passione matrẽ suã Ioãni, si maritũ, cui cõmissa erat, habuisset superstitẽ. Ex q bus necessariò sequit, & cõclusit sacrosanctũ generale cõciliũ, nõ solũ virgines cõtinẽtes & viduas, sed etiã cõiugatas per rectã fidẽ & bonã opationẽ Deo placentes ad æternã beatitudinẽ ꝑuenire. c. j. de sum. tri. & fide Catho. Ex quo fuerũt Taciani & Marciani hæretici dãnati, falsò asserẽtes in statu cõiugali existẽtes saluari non posse. Cũ enim Deus fuerit author & institutor cõiugij, vt pater Gene. ij. Dicere cõiugiũ esse peccatũ, esset asserere Deũ authorẽ peccati. quod esset magna blasphemia. Quia videmus oẽs ferè patres veteris testamẽti cõiugatos fuisse, nõ solũ Adã patrẽ nostrũ, sed Enoch translatũ in paradisum terrestrẽ: Noe q præseruatus fuit in diluuio: & illi tres patriarchæ glorioſi, Abrahã, Isaac, & Iacob: prudẽtissimus & sanctissim⁹ Ioseph, Moyses etiã ille legislator, qui Deũ ꝑ essentiã videre meruit

in hac

BIU Cujas

in hac vita. Cantor ſpiritus ſancti Dauid, propheta Ezechias, qui ſolem redire fecit in cælo x. lineis, optimus ille Ioſias, denique & ipſa domini mater Maria deſponſata fuit Ioſeph, de ſemine Dauid, Matth. 1. Hanc ſiquidem caſtitatem ſeu pudicitiam coniugalem, in quanta fuerit hactenus venerata, & obſeruata fidelitate, amore, ſeu ſociali amicitia, & concordi patientia, & fortius nunc inter catholicos obſeruari debeat, & honorari: docent nedum authoritas diuinæq; rationes, verum etiam antiquorum exempla: necnon beluarum inſtinctus naturales. Primò certè de huiuſ- 53
modi coniugũ fidelitate ſeu fideli pudicitia, ait Hug. in tract. de ſacram. lib. j. part. 5. c. 7. Quòd quilibet ipſorum tenere debet fidem alteri firmiter: & conſiderare vir, quòd poteſtatem non habet ſui corporis, ſed mulier: & econtrà, vt inquit Apoſt. j. ad Cor. 7. & j. ad Theſ. 4. Hæc eſt voluntas Dei, vt abſtineatis à fornicatione: & ſciat vnuſquiſque ſuum vas poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij. vnde Ambr. in ſuo exameron. Nolite, inquit, viri alienum quærere torum, nolite alienæ inſidiari copulæ: quoniam graue peccatum eſt adulterium, imò grauius omnib. 32. q. 7 c. quid in omnibus. & Prouerb. 7. dicitur: Non grandis eſt culpa, cùm quis furatus fuerit: qui autẽ adulter eſt propter cordis inopiam, per- 51
det animã ſuam: imò †maximè gaudet diabolus poſt idololatriam de peccato luxuriæ, ſecundum Aug. ſuper Leuitic. quia vt dicit Philoſ. 7. Ethic. Incontinens concupiſcentiæ turpior eſt, quàm incõtinens iræ. de quo per Tho. in j. par. 2. q. 73. art. v. Duo enim adulterando, vel aliàs luxuriosè viuendo ſimul damnantur, præſertim hac vltima ætate, qua propter vnionem diuini verbi cum humana natura talia peccata carnalia ſunt plus quã olim grauia. c. in eo fornicator. 32. q. 4. 52
vbi Hierony. pulchrè loquitur.† In ſignum cuius nocte qua natus fuit Chriſtus de Virgine verus Deus & homo, omnes totius orbis Sodomitę ſubitò in glorioſæ natiuitatis puncto interierunt, diuo teſte Hierony. ſuper illud, Lux orta eſt eis. Eſa. 9. Dè quo Aurelius ſic dicit Auguſt. Deo adueniente in carne, omnes hoſtes naturæ reproba morte ac ſubita periere, &c. qua nocte dicunt quidã Virgilium qui vitio tali infectus erat, mortuum eſſe: quos Dei filius eradicari fecit, ne in natura quam aſſumpſerat, tanta immunditia inueniretur. Propter quod abominabile ſcelus Deus mittit fames, peſtilentias, terræmotus, in auth. vt non lux. contra nat. col. 7. & gl. in c. flagitia. 31. q. 7. Quod peccatum propter ſui turpitudinẽ appellatur nephanda libido, in §. item lex Iulia, inſt. de pub. iud. Et fœdiſſima nequitia. C. de adul. l. fœdiſſimam. Et tam horrendum eſt vitium contra naturam, quòd, vt ait Auguſt. Deus videns humanam naturam eo vitio contamina- 54
tam, ferè deſit incarnari: nec per talem coitum contrahitur affinitas, vt vidiſtis in verb. *mortuo itaq; teſt.* j. Licet contrahatur per naturam quamuis illicitum coitum, ſecũdum gl. d. c. in eo. vnde Ioſeph. de antiq. lib. 18. de Ioan. Bapt. loquens ait, baptiſmum tunc acceptabilem fore, ſi non ſolùm ad abluenda peccata ſumatur, verumetiam ad caſtimoniam corporis, atque ad animæ iuſtitiam purificationemq; ſeruetur. Deus enim Euam fecit de coſta Adæ atq; ambos eſſe iuſſit in vno corpore, & eodem ſpiritu viuere. Cur ergo (inquit Ambr. vbi ſ.) vnũ corpus ſeparas? aut cur vnum ſpiritum diuidis? adulterium ſiquidem naturę vitium eſt, id eſt contra inſtinctum naturæ peccatum, cùm primum & principale bonum matrimonij ſit fides, & deinde proles, & ſacramentum. c. omne itaq; 27. q. 2.

Ob quod non ſine cauſa veteres leges coniugum inſidelitatem gladio vltore ſæuiſſimè puniebant. l. quãuis. C. de adul. imò permiſſum erat marito propria authoritate adulterum occidere. l. Gracchus. eo. tit. Et præterea adeo in alio damnantur ſeculo, iuxta illud Apoſt. j. ad Cor. 6. Adulteri regnum Dei non poſſidebunt. & Apoc. 21. Erit pars eorum in ſtagno ſulphure & igne vrenti. & Oſeæ 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus. Peſſimum eſt enim vitium alterius vxorem adulterari, ſecundum Ang. per illum tex. in §. 2. in auth. de monac. col. j. Et †præſertim eſt abo- 53
minabile peccatum in muliere, pluſquã in viro: quia maior caſtitas etiam ſecundum mores hominum exigitur à fœminis. l. palam. §. quæ in adulterio. vbi glo. hoc ponderat. ff. de rit. nupt. & l. pen. C. ad Orfi. & dixi ſuper verb. *dotem quam ei ded.* Adeò quòd in ſacra ſcriptura Deut. 22. Adulterium dicitur in muliere nomen peſſimum, ideo eam maritus criminaliter accuſare poteſt vltra dotis lucrum. Sed econtrà vxori non permitteretur, niſi ciuiliter ad tori ſeparationem, & donationis propter nupt. lucrũ, cũ dotis repetitione. l. j. iũcta gl. C. de adult. Poſuit certè Deus naturaliter in muliere verecundiam, vt ipſa ad peccatum prouocari & prouocare formidet: viroq; vt famuletur condita eſt, non quidem vt ſibi inſidietur. Ipſæ tamen & fœminę ſui ſtatus neglecto more fictis blandimentis, adulationib. & nutibus virorum excidium procurant, & ſcandalum ignominioſum iugiter gignere ſolicitantur. Hæc Iac. Magn. tit. de mulierib. Vnde cùm ſic peccãt, ſunt plus reprehẽdendæ. Et ſi falsò contra eas vitiũ carnis improperetur, eſt talis iniuria acrius vindicanda, etiam poſt mulieris obitum. Adeò quòd dicit Bal. in §. j. col. 6. de pace ten. quòd pro improperio fornicationis aduerſus liberam mulierem quæ in altero mundo eſt, poteſt improperãti duellum, aliàs iure prohibitum, indici. Alleg. legem Lombardam. tit. de iniur. mulie. l. 2. de qua aliquid dicam j. Nec eſt inconueniens legem Lombardam allegare in Francia, cum id idem fecerit Io. Papa 29. ad regem Franciæ ſcribens, in c. cum deuotiſsimam. & c. ſeq. 12. q. 2. Præſertim poſt Carolũ Magnum, in cuius perſona regnum Franciæ & Lombardorum concurrerunt cum impe.. rio, vt dixi ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* Ex quo tempore multa amborum regnorum iura ſunt promiſcua. Ex quo demonſtratur adulterium maius eſſe vitium in muliere, quã viro: & in eo præſertim, quòd concipere de alieno ſemine poſſet, & dare marito hę redem non ſuum: cuius latrocinij impoſsibilis ferè eſſet reſtitutio. de quo plenè Pe. de Anc. in c. peccatũ non remittitur. de reg. iu. lib. 6. & Panor. in c. veniens. de eo qui du. in mat. quam pol. per adult. & videbitis latius in verb. *Quæ filium ex eo ſuſcip.*† Mulier profectò adultera nedum contra legem Dei & naturæ, ſed etiam contra maritum, cum quo vna caro erat, deliquit: cuius torum violauit, & totam eius ſubſtantiam interuertit. iuxta illud Eccl. 23. Omnis mulier relinquens virum ſuum, primò in lege altiſsimi incredibilis fuit. Secundò virum ſuum dereliquit. Tertiò in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ei: hæc in eccleſiam adducetur, & in filios eius reſpicietur: non tradent filij radices, & rami eius non dabunt fructum, & relinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur, &c. Nuncquid & Io luxuriata in vaccam ilico conuerſa fingitur per Ouid. j. Metam. Ideo non ſine cauſa in veteri teſtamento talis mulier lapidabatur: & iure ciuili pater filiam & adulterum ſimul occidere poterat. l. quod ait lex.

BIU Cujas

ff. de adul. & ſtup. cum tribus ll. præced. dummodo in domo patris, aut mariti adulterando reperiantur: quia maiorem iniuriam putauit legiſlator, quòd in domo patris, aut mariti auſa fuerit filia adulterum inducere, vt d. l. quod ait lex. & potuit hoc pater credens & rectè, caſtitatem filiæ ſuæ præferendam eſſe vitæ, & vt eius morte contumeliam ſtupri vel adulterij arceret, vt dicit tex. ſing. in l. 2. §. initium. ff. de ori. iur. imò Parthi, qui dulcedine libidinis plures tenent vxores, nulla adulterio crimina grauius puniunt: pro-
55 pter† quod fœminis virorum conuiuium nedum interdicunt, ſed etiam conſpectum. l. optimam. C. de contrah. ſtip. & l. fi. C. de arb. & inſuper vini vſum, in
56 quo eſt luxuria. c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Mulier†enim ebrioſa ira magna, & contumelia, cuius turpitudo non tegetur, Eccleſ. 26. Ob quod (vt refert Valer. lib. 2. tit. de inſtit. antiq.) Vini vſus olim Romanis fœ 57
minis ignotus fuit, ne in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à libero, id eſt, Baccho patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit. hæc ille. Quoniam vinum bibere, & adulterari parificantur in muliere. Et vtrumque morte multari conceſsit Romulus. Et Metellus, quia vxorem vinum bibiſſe deprehendit, eam interemit, vt idem dicit Valer. libr. 6. c. 3. tit. de ſeuerit. Magno, inquit, ſcelere horum ſeueritas ad exigẽdam vindictam concitata eſt. Egnatij autem Metelli longe minori de cauſa. Qui vxorem quòd vinum bibiſſet, fuſte percuſſam interemit: idq; factum non accuſatore tãtum, ſed etiam reprehenſore caruit. Vnoquoque exiſtimante optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe. Et ſanè quæcunque fœmina vini vſum immoderatè appetit, & virtutib. omnibus ianuam claudit, & delictis aperit: quoniam ex frequenti & immoderata potatione vini luxuria generatur. c. & ſi Chriſtus. de iureiur. iuxta illud Apoſt. ad Epheſ. v. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Vnde refert Cæſar in ſuis commen. de bello Gallico, lib. 4. in prin. quòd Sueuorum gens longè maxima, & Germanorum omnium bellicoſiſsima, vinum ad ſe omnino importari non ſinunt, nec ephippiatis, id eſt deauratis & ornatis equis vtuntur, quòd ea ad laborem ferendum remolleſcere homines atque effœminari arbitrantur. Ideo olim ex lege Solonis, princeps ebrius damnabatur ad mortem, velut nihil plus valens, tanquã remolleſcens & effœminatus. vt de Holoferne patens habetur exẽplum, Iudith x. Nunquid Medea Oetis regis filia ornatu toto refulgens, & deaurata in conuiuio à Iaſone in inſula Colchos, ac paterna domo, & Helena regina in Cytherea inſula templo Veneris à Paride in tripudio fuerunt intoxicatæ libidine, & finaliter raptæ? Non enim debent pudicæ mulieres talia frequentare ſolatia, ſed cogitare aſsiduè, quòd in talibus non poſſent membrorum ſuorum eſſe dominę. l. liber homo. ff. ad l. Aq. Et ſexus fragilitatem ſemper prę oculis habere terminos ſuæ domus, modumq; honeſtum ſeruare, iuxta illud Pſal. 128. Vxor tua ſicut vitis abundans in laterib. domus tuæ. Et ſic non extra domum, quia Eua non in domo, ſed delitiarum horto tentata fuit à diabolo. Gen. 3. & Suſanna in pomerio (quod vicinum domui ſuæ erat) fuit per duos ſenes de concupiſcentia inuaſa, Dan. 13. & Bethſabee patenter in ſolario ſe lauãs fuit à Dauide cõcupita & rapta, 2. Reg. xj. Stet ergo vxor, vt vitis abundans in lateribus domus tuæ. Cùm ſequenda non ſit immoderata cuiuſq; 58
luxuria, dicit tex. in l. ex damni. ff. de dam. infe. Nauis enim diſſuta, vix aut nunquam ſentiret naufragium, ſi ſuo cõtinuè remaneret in portu. Sic nec mulier ſi domi inſiſteret inuagabunda, ſedulò conſiderans, quòd conuiuia, tripudia, & adulteria ſe inuicem ſunt oſculata: & qui vnum attentat, ſit certus de reliquo, ſc. de horrẽdo adulterio in viro vel vxore: quia vt magnus ille dicit Greg. lib. j. moral. c. 5. Vix ſine culpa celebrari poſſunt conuiuia: imò nõnulla ſunt vitia quæ à conuiuiis aut ſeparari vix poſſunt, aut certè nequaquam poſſunt. Penè enim ſemper epulans comitatur voluptas: nã cùm corpus in refectionis delectatione reſoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde ſcriptũ eſt, Exo. 33. ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexit ludere. Penè ſemper epulas loquacitas ſequitur. Cumq; venter reficitur, lingua defrenatur: Hæc ille. Ideo non ſine cauſa dicit Cato ſapientiſsimus, Pauca loquere in conuiuio. Vlteriùs dicit: Conuiua rarò. ſuper quo Philip. de Pergamo refert†tria eſſe conuiuia. Primum dicitur plebeium & vulgare, ad quod inuitat diabolus: & in eo tria propinat fercula venenoſa, ſ. perdices iniuſtitię, venationes iracundię, & pauones ſuperbię. & ſic non fit cauſa refectionis, ſed perditionis. Et tale conuiuium parauit Abſalon fratri ſuo, in quo interfecit eundem, 2. Reg. 13. Sic diabolus prouocat talia fieri conuiuia, in quibus non regnant niſi vanitas & voluptas. de iſto dicitur Eccleſ. 7. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, in qua frequenter committitur peccatum gulæ, & conſequenter luxuriæ, ſecundum Lyram ibi. Secundum conuiuium dicitur modeſtum & ciuile, ad quod inuitat mundus, qui in eo propinat fercula, ſ. diuitias, delitias, & honores: in quo quanquam regnent ſocialitas & honeſtas, tamen difficile eſt à peccato ſaltem veniali abſtinere, & hoc eſt quod ſcribitur Eſa. 5. Cithara & lyra in conuiuiis veſtris, &c. Ideo vir ſanctiſsimus Iob cùm dies conuiuij filiorum, qui ibant & conuiuium per domos faciebant, quiſque in die ſuo tranſiſſent, ſurgens diluculo dicens: Ne fortè peccauerint filij mei, offerebat holocauſta per ſingulos, vt habetur Iob j. ſuper quo dicit s. Greg. Quòd peractis diebus conuiuij purgationem per ſingulos adhibebat holocauſti. Vnde non abs re Aurelius Auguſtinus ad conuiuia inuitatus non ire ab Ambroſio inter cætera didiciſſe refert. Ne fortè temperantiæ modum perderet, vt habetur in eius legenda. Tertium conuiuium dicitur philoſophicum, in quo apud philoſophos regnabat ſobrietas, & apud ſanctos veritas & charitas: ad quod inuitat nos Chriſtus, de quo loquitur tex. in c. conuiuia. 44. diſtin. Ad tale certè conuiuium hodie non vocantur mulieres pulchræ & iuuenes per prælatos & principes, ſed ad primum in quo procuratur, nutritur, & perficitur adulterium: & cuius exordium & finis alius non eſt quam voluptas, & loquacitas, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Audi, o adulter, ſiue ſis vir, aut mulier, quid dixit Nathan propheta ad Dauid, 2. Reg. 12. Poſtquam adulterium commiſiſti, non recedet plaga de domo tua vſque in ſempiternum, eo quòd deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Ethei, &c. De pulchro etiam Clodij equitis Romani & Fuluiæ coniugum filio, refert Valer. lib. 3. c. 5. tit. de his qui à maio. degener. Perdito amore vulgatiſsimæ genitricis infamis fuit, mortiſque erubeſcendo genere conſumpto, fœdè ac ſordidè intemperantiæ ſpiritum reddidit. Quæ pœnæ adulterij ſupradictæ etiam in beluis ratione carentibus naturaliter ſeruantur. † Nam tradit pro vero Alexander nequam. in libr. de natura rerum. Quòd ciconia, alio nomine dicta Ibis, licet ſit auis immunda & vitupera-

bilis

bilis,ad instar cuius Ouid.lib.suo in Ibim,volens inimicum vituperare,sic dicit:in terris ibidis tu quoque nomen habes. Tamen est auis commendabilis in multis:quia pia in parẽtes senes:quod prosequitur Amb. in suo præall.exameron v.vt gl.refert in cle.j.de reg. Necnon abhorret adulterium taliter, quòd si femella alteri ciconiæ iuncta fuerit,suus tunc compar,pluribus aliis tunc conuocatis ciconiis,ciconiam adulteram interimit,subiungens ibidem,qualiter miles quidam ciconiam adulteram viderat,quæ ad suum comparem rediens se lauabat in aqua:& demum cùm rediisset ad adulteriũ miles ille impediuit,ne post adulterium lauaretur:itaq; multis aduenientibus ciconiis ipso vidente adultera ciconia fuit interempta,vt pariter refert Hentic.in c.j.de const.Sic mulier adultera,vt plurimum omnib.ilico patet infamis & fœdissima:in signum cuius fingit Ouid.lib.4.Metam.quòd stante Venere cum Marte Deo belli in coitu,Vulcanus eius maritus de hoc certificatus,subtilem cathenam fecit adamantinam & inuisibilem,qua ambos in coitu ligauit, donec diis omnib.congregatis crimen videretur,in eorum maximam confusionem.Ideo instinctus naturę refugit tam grauia contra fidem coniugij committere delicta,licet carnalia,& præsertim inter sanguine vel affinitate coniunctos,quod beluæ detestentur.Prout legitur de quodam Elephante,qui ad matrem ductus,vt per eius coitum cum ea habere tur fœtus,talẽ coitum omnino renuit.posteà verò ad matrem reductus parte anteriori cooperta pallio,coiuit cum ea: quam postea discoopertam cognoscens, suum interfecit ductorem.Est autem elephas inter cętera animalia multum disciplinabile,secundum Phil. in lib.de animal.quem refert & sequitur Lyra j Cor. 5.Pariter refert Phil.lib.8.de animal.quendã equum, cui cooperti fuerant oculi ad coeundum cum matre prout fecit, seipsum propter horrorem præcipitasse & occidisse, quam primum oculis discoopertis vidit matrẽ carnaliter cognouisse. Est enim inter matrem & filium,& patrem ac filiam & cęteros descendentes reuerentia quædam naturalis, coitum inter eos non permittens, nec permittit fœdus naturale inter tam coniunctos aliquid sæui criminis suspicari.l.cum qui
59 probabilem.C.de epi.& cle.† De Semiramide Nini primi Assyr.regis vxore etiam legitur,quæ cum proprium filium ad illicitum concubitũ nisa fuisset prouocare, ab eo interfecta fuit, vt Aurel.refert Aug.18. de ciuit.Dei.de qua Oros.Semiramis,inquit,libidine ardens,sanguinem sitiens, cũ omnes quos concubitu oblectasset occideret,tandem à filio proprio interfecta est.Pariter Minerua de quinque Mineruis vltima Pallantem eius patrem virginitatem suam violare satagentem interemit. Qui enim talia cõmittunt,brutis peiores existũt,imò beluæ brutales fiunt:ideo vbi ꝫ. fingit Ouid. quòd Io luxuriata ilico fuit in vaccam conuersa.Et hoc est quod scribitur Ps.31 Nolite fieri sicut equus & mulus,quib.non est intellectus.Omnis enim adulter non est homo sed belua, quæ se armat contra naturam,secũdum Bal.in c.super hoc.in fi.de ren.& tex.in l.vt vim.in fi.ff.de iust.& iu.vnde Boet. lib.4.de conso.Qui,inquit,virtute deserta homo esse desinit,cum in diuinã conditionem transire non possit,vertitur in beluam. Et Tul.lib.2.de paradoxis.Tu cùm tibi siue Deus,siue mater,vt ita dicam,rerũ omnium natura dederit animũ, quo nihil est præstãtius, neq; diuinius,sic teipsum abiicies,atq; prosternes,vt nihil inter te & quadrupedem putes interesse. Vide quæ plenè dixi in ver.*mortuo itaq; test.* j.ver.tertiò fallit regula,& c.† Quę omnia mente reuoluens matrona illa nobilis Lucretia,totius pudicitiæ & castitatis gẽma,à Tarquinio Superbo,licet vi oppressa:proximis & Collatino eius marito cum dignitatẽ toro violato fœdare noluit,simul cõuocatis,gladio se trãsfixit. De Penelope Vlysis regis pulcherrima cõiuge legitur,quòd ob suã tutãdã pudicitiã,& marito seruandã fidelitatẽ, multas à suis procis pertulit iniurias,tamẽ nulla vnquã molestia à proposito fidei mariti diuelli potuit. Quo factum est, vt Penelopes hæc venusta & iuuenis, solatio viri in Troiano decennali bello persistẽtis destituta illibati decoris atq; intemeratæ pudicitię,matronis oĩb.semper exẽplum sanctissimũ fuit. In qua plus laudatur mẽtis fidelitas,q̃ pudicitiæ effectus,iuxta illud:Oderunt peccare boni virtutis amore:Oderunt peccare mali formidine pœnę.dicit gl.in l.j.ff.de iust.& iu.Et Tibul.Casta precor cõiunx maneas,sanctisque pudoris,nec sis casta metu quæso,sed mẽte fideli.Sed nunquid etiã viri pudicitiã & fidelitatem hãc seruauerunt? Certè sic.† Narrat.n.Valer.li.4.
61 c.3.ti.de abstin.& contin.de Xenocr.philos.Quòd cũ esset apud Athenas Phryne pulcherrima puella nobilium vsui deputata,sibi nobiles iuuenes promiserunt pretium argẽti dare,si posset cõtinentiã Xenocr.corrumpere:at illa promisit,& si nõ posset,pretium duplicatum reddere cõsentiit. Nocte igitur ad Xenocr. accessit quẽ mutare nõ potuit.Mane sequẽti nobilib. petentib. promissum respõdit: Non,inquit,de statua pignus posueram,sed de homine.iudicans Xenocrat. ratione suæ immobilitatis quasi statuam esse. Pariter cum Indi & Æthiopes christiani presbytero Iano subditi summè coli iustitiã velint,nullæ fraudes, nullaq; periuria vel adulteria apud eos rarò inueniuntur, se-
62 cũdum Ia.Berg.lib.15.† Sed hodie,proh dolor,quia licet vir debeat esse mulieri author colẽdi bonos mores.l.si vxor.§.si iudex.ff.de adul.iuxta illud Soer.dicentis viros ciuitatis legib.coerceri debere:fœminas verò virorum cohabitãtium disciplina.Ob quod Hesiod.suadebat virginem ducendam,quam morib.instituere posset maritus, vt ait Philos.lib.j.œcon.c.4. tamen multi etsi vxor casta sit,eam negligenter custo diunt,& (quod deterius est)interdum eã incitant,vel occasionem dãt ad libidinem cum aliis explendã.De quib.sic dicit Bar.in quadã lect.antiqua hodie nõ impressa in l.si lenones.C.de epi.aud. Vidi semel quendam,qui suarum vxoris & filię leno fuerat,qui cõbustus fuit,& meritò: debuit.n.vxori quoq; irasci,quæ matrimonium eius violauit,dicit tex.in l.mariti.§.j. ff.de adul.Et tunc puniẽdus est,cũ excusare ignorantiã suã non potest:vel aduerbiare patientiã prętextu incredulitatis,vt ibi.Et postea sequitur in §.qui quęstum.Nec mediocriter deliquit,qui lenocinium in vxorem exercuit,& sic summè deliquit. Vnde nõ sine causa in tota Cathalonia & aliis multis partib.vir per vxorem concurbitatus xl.solidos soluit domino temporali. Parisiis verò ducitur super asinum facie versa ad caudã,& sic per totam villã vxore asinum trahẽte, & pręcone ante eos clamãte,Qui sic faciet,sic capiet, vituperosè ducitur,vt referunt Gul.de monte Laud. & Zab. in d. cle.cùm ex eo.de sent.exc. Præterea vir cucurbitatus apud bonos & graues est notatus,& cõsequenter infamis de facto.l.j.C.de adul.Et si vxorem adulteram retineret, & carnaliter cognosceret,efficeretur ipso iure irregularis,ac si in principio cũ corrupta contraxisset: ita quòd propter defectum sacramenti etiam illa mortua, promoueri nõ posset ad ordines,per text.& gl.in c.si cuius.34.dist.& c.2.de big.

BIU Cujas

gl.in c.ius generale.j.dist.& sequitur Pan.in c.consti tutus.col.2.de conuer.coniu.Licet enim talis non sit bigamus,si ab initio fuerit cum vnica & virgine coniugatus:imò gaudet priuilegio clericali canonis& fo ri in causa criminali.c.j.de big.lib.6.tamen irregularis est quo ad legem promotionis:nedum quo ad ordines suscipiendos,sed etiam susceptos,vt in illis ministrare non possit.Etiam secundum aliquos,si ignorans eam adulteram,eam retineret. De quo per Arc. Dom.&Fel.in d.c.ius generale.& de monte Laud.in d.cle.cum ex eo.& Pan.in c.si vir.de adult. Videatis quæ dixi super verb. *mortuo itaq; test.*j.in j.casu,in quo sententia capitalis non facit quem intestabilem.in fi. secundum Paul.cons.92.col.4. inc.in causa incarceratorum.Et præsertim sunt irregulares Græci,si cum vnica & virgine coniugati(prout esse possunt.c.cum olim.de cle.coniu.)cucurbitati fuerint. Quia si eorũ vxores in adulterio reperiantur,non tãguntur ab eis. Et si eas post adulterium cognoscerẽt,ecclesiam perderent & officium.Quod optimè seruant Armeni in terra sancta habitantes, vt habetur in mari historiarum loquendo de gestis in tertia ætate,& moribus ha bitantium in terra sancta. Nec immeritò sic puniun tur cucurbitę:quia sicut incendium,sic etiam adulterium,vix sine culpa & negligentia in domo habitantium committitur.l.2.ff.de offic.præf.vig.iuxta illud Ioel.3.Et posuerũt puerum in prostibulo,& puellam vendiderunt pro vino,vt biberent.fac.l.mariti.§.qui quæstum.ff.de adul.vt aliquid statim dicam loquendo de patientia mulierũ,vbi dicetur maritum cucurbitatum esse quo ad legem promotionis irregularẽ. Non sic profecto fecit Publius Attilius Philiscus Romanus,qui licet impubes à domino coactus stuprum ac quæstum sui corporis feciſſet,tamẽ quamprimum libertati donatus ex matrimonio filiam suscepiſſet, eam eo quòd stupri se crimine coinquinasset interemit.Ob cuius factum Valer.lib.6.c.j.tit.de pudicitia. Quàm sanctam,inquit,in ciuitate nostra,s.Romana, pudicitiam existimare debemus,in qua etiam institores libidinis tã seueros eius iudices euasisse animaduertimus? Postea de Titio Veturio loquens: Senatus,inquit,in qualicunq; statu positam Romano sanguini pudicitiam tutam esse voluit.Ideo talia lenocinia vltimo puniebantur supplicio,in auth.de leno.§. sancimus.col.3.vt dixi in verb. *Raynut.de Clera.*in fin.

63 † Quæ pœnæ maximè adulterij malè in præsenti regno Franciæ seruantur:imò adulteria cessante violentia commissa criminaliter non puniuntur,secundum Io.Fab.in §.ex non scripto.Inst.de iur.nat.& in l.j.C. quę sit long.cons.vbi dicit quòd de consuet.in regno Franciæ adulteria non puniuntur,& malè secundum Io.Berb.in suo vtriusq; iuris viat.tit.de adul.in prin. Imò fuit arresto Parlam.Paris.dictum,quòd procedi non possit contra adulterum, nisi maritus vel vxor conqueratur,secundum gl.pragm.ti.de concub.in fi. & §.itẽ lex Iulia.de adul.Inst.de pub.iud.dicit idem Io.Fab. quòd adulterium in præsenti regno Franciæ pro industria reputatur.Imò quòd plus est,in quibus dam Siciliæ partib.die nuptiarum, vltimus qui sponsam cognoscebat,erat ipse sponsus, de quo libr.6.de antiq.gestis sic ait Diodorus Siculus:Mirãdum verò, quòd in nuptiis de more seruant. In epulis enim,quæ cum domesticis amicisque in nuptiis fiunt,primus se cundusque & deinceps secundum ætatem reliqui nuptam magno numero cognoscunt, vltimus sponso locus ad vxorem datur,&c. Nam consuetudo illa quamuis pessima excusat à pœna fori contentiosi,secundũ gl.in c.cùm venerabilis.vbi Pan.de consue.vt dicam latius super verb. *qui cum alia matr.contrah.*loquendo de calinario,an sit licitũ. Et inde processit,quòd per statuta huius ciuit.Caturci adulter nisi pœna lx.solid. nõ punitur:vel quòd nudus in camisia per ciuitatem absq; verberib.ducatur.Quod quidem statutum valet,secundum Bar.in l.j.ff.vi bon.rap.per tex.in §.pœna.Inst.de iniur.Quod est sanè intelligendũ,si imponat pœnam non paruam,nec contemptibilem,ne detur occasio delinquendi secundum Bal. in c.j.§.iniu-
64 ria.de pa.iur.fir.pro quo est tex.in d.§.pœna.† Ideo putarem non valere consuetudinem castri noui de Arrio iudicaturæ Lau.regesij, volentem, vt fertur,adulterum non teneri pro adulterio,nisi ad vnum modium,seu putiheriam furfuris:quod esset derisorium & ferè inuitatiuum ad delinquendum.Prætereà eam pœnam sic à statuto alteratam,& conuersam in pecuniariam crederem locum habere in semel delinquente,cùm humanũ sit delinquere. Sed si correctus adulterium reiteraret, non liberaretur pœna pecuniaria, imò puniretur pœna illius criminis ordinaria. Statuta enim & consuetudines pœnam corporalem in pecuniariam transmutantia, non patrocinantur reiteranti delictum,secundum Bar.per illum tex.in l.omnes.C.de delat.& l.j.C.de superexa.lib.x. & vtrobiq; per Io.de Pla.& Bar.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de his qui no.inf.& Sal.in l.& si seuerior.C.illo eo. tit.Ad hoc fac.tex.in l.nemo deinceps.C.de epi.aud. vbi delictum reiterãs non gaudet priuilegio d.l.& di-
65 xi plenius super verb. *mortuo itaq; test.*j.Et † præmissa intelligatis vera,s.adulterium fore adulteræ imputandum & puniendum,nisi mulier per vim traheretur ad peccandum.Non dico per vim inductiuam vel attractatiuam, puta, per paupertatem, aut verborum arte inducta fuerit ad fornicandum: cùm ad hoc faciendum paupertas aut blandiloquium plures trahat,quæ propter hoc non excusantur. l.palam. ff.de rit.nupt. Sed intelligo per violentiam prœcisè coactiuam:quia tunc excusaretur,nec contra fidelem pudicitiam coniugalem veniſſe iudicaretur, nec præmium perderet etiam à testatore relictum, per text. quem ibi ad hoc ponderat Bal.in l.fœdissimè.C.de capt.& postl.re.facit l.fœdissimum. C.de adult. Nec prohiberetur soboli ex tali coitu genitæ de bonis suis relinquere, cùm spuria non censeatur, vt dixi in verb. *Et vxorem nomine Adelasiam.* in ij.princ. art. Illa enim quæ vim patitur non est in ea causa,vt adulterij vel stupri damnetur.l.si vxor.§.si quis planè.ff.de adulte. licet iniuriam sibi factam causa pudicitiæ tacuerit, vel denunciari prohibuerit.l.vim passam.§.j.illo eo.tit.Quamuis enim vir eam opprimens pœna capitis puniatur. l.j. C.de rapt.virgin. tamen mulier quæ vim patitur, impunita est: quia licet pœna vnius correlatiuorum sit alteri debita, hoc est verum, nisi inter ea sit dispar causa, vt hîc. Ideo sententia lata in crimine adulterij contra adulterum, non præiudicat mulieri non auditæ nec defensæ, secundum Panor.in c.quamuis. col. 13.de re iud. Cùm potuit mulier ad adulterium trahi violenter. quo casu esset impunita, & idem econtrà: quoniam potuit etiam vir trahi etiam inuitus. Nec eo tunc castitatis perdit præmium:nam pudicitia vir tus est animi, quæ violentiam non sentit. Animus enim neque vinci,nec pudicitia capi potest, dicit Valer.lib.6.c.j.tit.de pudicitia. Vnde Gratianus 32.q.5. in princip. Licet, inquit, corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis seruetur illæsa, castitas duplicatur. Sicut beatam Luciam Paschasio tyranno dixisse

BIU Cujas

dixisse fertur. Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabit ad coronã. Cũ non inquinet corpus, nisi de cõsensu mẽtis, vt diuus clarè ostẽdit Amb. lib. v. de virg. Tolerabilius, inquit, est mẽte virginitatẽ, q̃ carne habere: vtrunq; bonum si liceat, si nõ liceat, saltem nõ homini, id est in corpore, sed Deo simus: scilicet in mẽte. Mulier certè prostitui potest, sed nõ adulterari: nec lupinaria infamãt castitatẽ. Sicut ictus fustiũ nudũ non infamat, sed causa ꝓpter quã id pati meruit. l. ict°. ff. de his qui not. infa. Imò castitas abolet loci infamiam. quia reuera non põt caro corrũpi, nisi fuerit mens antè corrupta, prout Aurelius docet Augu. lib. ij. de ciui. Dei. Nemo, inquit, magnanimus & pudicus in potestate habet, quid de sua carne fiat, sed tñ quid annuat mente vel renuat: subiungẽs post ea. Quis tandẽ sana mente putauerit se perdere pudicitiã, si fortè in apprehẽsa vel oppressa carne sua exerceat ur & expleatur libido non sua, ꝓposito animi manente? Sicut ibi de Lucretia à Tarquinio superbo oppressa idẽ declamans ait: Mirabile dictu: duo fuerunt, & adulterium vnus solus cõmisit: non quidem Lucretia mente cõtinens, sed Tarquinius mente cõcupiscens, & corpore opprimẽs. Tamen quia fuit in ea crimẽ alienũ, alterius sceleri addidit suũ. Hęc ille. q.d. ꝙ Lucretia adultera non fuit, licet carne corrupta: cùm animo non delinqueret, sed vi opprimeretur: tamen qui se interfecit, inculpatur, propriũ crimen alterius sceleri addendo. Eodem modo Orgiagontis Gallogræcorum reguli vxor à Romanis capta, & à cẽturione, cui custodienda cõmissa erat stuprũ pati coacta, eum postea interemit, vt refert Valerius lib. vj. ca. ti. de pudicitia. Cùm aũt in prẽsenti regno factũ simile cõtigisset, prudẽs vxor melius fecit, & maritus adulterium vindicauit tẽpore Caroli vj. Franc. regis de quo Gagui. lib. ix. c. iij. Per eam, inquit, tempestatẽ duo ex familia Petri Alenconij ducis ꝓceres Iaquetus Grisus, & Ioãnes Carongius singulari certamine Parisiis dimicarũt. Dimicandi hæc causa fuit. Erat Ioannes eques multa cognoscendi auidus: ob id incidit illi animus aliquorsum peregrinãdi. Relicta igitur Argẽtolij in Parisiaco vxore, vt constituerat abiit. Iaquetus autem Grisus, vel ꝙ mulierẽ quæ formosa erat amabat, vel ꝙ Ioanni nocuisse aliquãdo gauderet diluculo surgens Argẽtolium mira festinatione contendit: vbi liberaliter exceptus dicit videndæ arcis causa aduenisse, quam longè speciosam esse acceperat. Ioannis vxor amicum viro suo hominẽ rese rato hostio in arcem sola intromittit. At Grisus solitudine loci audacior factus renitentẽ fœminã stupra uit. Statímq; libidine expleta abeũri Griso, tu, inquit vxor, fœdissimè adulter stupri pœnã aliquando lues. Flagitium autem in aduentum mariti celauit mulier. Cui tandẽ reuerso Iaqueti violentiã mœrẽs detexit. Qua re turbatus Ioãnes, assumptis secum aliquot ex suis & vxoris amicis ad ducẽ Alẽconium rẽ omnem defert. Petitq;, aut adulterium corripi, aut in certamẽ descendere, pugnę sortẽ experturus. Id vbi dux non admittit ad regium parlamentum querelam retulit. Diem certamini senatus edicit, Carolus rex ex edito solio duellum spectauit. Venerat quoq; Ioannis vxor curru vecta: ad quam vir accedẽs. Tu, inquit mulier, vnica testis ades illati in te stupri, cuiꝰ gratia duellũ hoc ipse assumo. Dic palàm si iustè depugnare aduleterũ aggredior. Mi vir, ait vxor, meæ in te fidei securus accede, nihil tibi mẽtita sum. Ad hæc verba oscu lo vxori dato Carongius in duellũ procedit: q̃ equestri cõgressu mox in femore vulneratus, ne propterea segnior factus, in pedes desiliẽs, adulterum humo prosternit atq; occidit. Quẽ carnifex ad patibulum tractũ sublime illaqueat. Carogium autẽ mille francis & annuo ducentorũ francorũ stipendio Carolus donat. hac sorte interiit fœdꝰ adultus. Hæc ille. † Nã licet in hoc regno adulteria nõ puniantur vt s. dixi: tamen hoc intelligitur vbi cõmissa fuerunt sine violentia, & cõiuges non cõqueruntur. Sed vbi violẽter fuisset cõmissum adulteriũ, puniretur: imò duellum hoc casu cadit, si aliter probari non possit: & ita fuit aliàs arresto parlamenti Parisiis decisum, vt videtis. (Additio.) De hoc arresto vel alio simili meminit dominus Aufrerij in suo arrestorum tracta. c. xl. Contra quod arrestum fuerunt errores propositi, tñ nõ fuerunt admissi. Idem seruatur in Lombardia iuxta eorum leges, ti. de adul. l. iij. quas Bal. dicit bonas & iustas hoc casu in § j. vj. col. de pace tenẽ. licet aliàs duellum sit ꝓhibitum, nedũ clericis. in c. j. de cleri. pug. in duello. sed etiã laicis. c. j. & per totũ, de purg. vulg. Tamen vbi agitur de adulterio, fit pugna. Cũ itaque mulier oppressa adulterium non cõmittat, sed solus vir: statutum puniens crimen adulterij virum solum cõprehendit, & non oppressam mulierem, secundum Imo. in c. debitores. de iureiur. licet aliàs pœna alteri ex correlatiuis debita locũ habeat in alio. l. j. vbi oẽs, C. de cupressis. lib. xj. quia secundũ philoso. in vj. Topicorum, In definitione vnius correlatiui semper poni debeat reliquũ, cum sit impossibile vnũ cognosci, & esse sine reliquo. Sed in casu nostro hoc ideo est, q̃a nõ est eadẽ ratio puniẽdi in vtroq;, vt plenè decidit Pan. in c. j. ij. col. de loca. Cùm in muliere deficiat ciat peccandi voluntas, iuxta illud Hiero. in lib. Hebraica. quæst. Corpꝰ mulieris nõ vis maculat, sed volũtas: quia animus & propositum distingunt malefi- cia. l. qui iniuriæ. ff. de furt. † Tamen ante q̃ dicens se oppressam excusetur ab adulterio, necessariò requirit, ꝙ quatenus inest, etiã vsque ad atrocissima verbe ra, restitisse vsque ad mortẽ reperiatur. l. j. §. excusantur autem serui. ff. ad Sillan. Maximè vbi in ciuitate, vel alio loco iustitiæ, aut populoso, mulier oppressa dicitur, per tex. in d. l. j. & Deuter. xxij. c. vbi mulier corrupta lapidari prẽcipit, nisi pro violentia clamasset: si autem obmutuerit in eo loco vbi ad clamorem succursum habere potuisset à coniunctis vicinis, & amicis. l. si quis in seruitute. ff. de fur. Non præsumitur oppressa, sed voluntariè adulterata, nisi clarè cõstaret de violẽtia præcisa. l. nõ est verisimile. ff. quod met. cau. Et ideo in rure facto adulterio nõ requireretur tam stricta probatio violentiæ, vt d. l. j. §. si quis in villa agens. ff. ad Sillania. & d. c. xxij. In rure enim facilius quis intimidatur, & leuius propter defectum vicinorũ & succursus, q̃ in ciuitate, iuxta illud: Non effundas sermonem, nec clamorem vbi non est auditus. Et idem esset, vbi mulier maioris opprobrij timore ignominiam suam permisisse contestetur. l. isti quidem. §. ꝙ si dederit. ff. quod met. cau. vt fecisse Lucretiã legimus, quę plꝰ stuprũ, quàm mortem timuit. Nec violatorẽ ei dicentẽ: te occidã, formidauit. Sed tunc in eam tremor irruit, cùm ille subiunxit, vnum ex garciferis tuis te occisa iuxta occisum in lecticulo ponam: & dicã præ dolore tui stupri hanc necem me peregisse. Quibus auditis nimirum sic fragilis mulier pauit. Opprobriũ enim plus morte timuit, prout ostẽdit: quia postmodum honore restituto mortem vita præelegit. hęc August. Lucretia opprobrium mundi & hominum plus morte timuit: & Susanna ingemiscens & angustiis vndiq; vidẽs, peccare in Deũ plus quàm

BIU Cujas

quàm esse in opprobrio hominum erubuit. ita quòd Deum opprobrio seculi & morte tẽperali præelegit ad senes in eius concupiscentia ardẽtes & pudicitiam tentátes sic dicens. Dan.xiij. Angustiæ sunt mihi vndiq; si.n.hoc egero, mors mihi est: si autẽ non egero, non effugiã manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus hominum, q̃ peccare in cõspectu domini. In quo Susanna Lucretiã excellit: qa Deum plꝰ timuit. Ad hanc tamen Lucretiã notabilẽ matronã excusandã tria cõcurrerunt. Primò, quia nõ in vrbe, sed in villa & rure, eo tunc erat, vbi eo ipso satis præsumit̃ oppressa, quæ semper pudicè vixerat, quod multũ ad sui innocentiã cõferebat. c. cum in iuuentute. de prẽsu. cùm superi⁹ alleg. Secundò timore nedũ mortis, sed ignominię perterrita. quod satis a-
68 pertè cõprobauit: quia seipsam interfecit. † Tertiò, quia à potente & tyrãno, scilicet Tarquinio Rom. rege vltimo cõpressa fuit. Ex quo Romanũ regnum simul cũ nomine regio tunc finẽ suscepit. l. ij. §. exactis deinde regibus. ff. de orig. iur. Quod vltimum sufficeret ad prẽsumendum violentiã & metum. secundum 71 Bal. in l. eam quam C. de fideic. vbi decidit, ꝙ metus tyrãni excusat, ne mulier de adulterio cum eo cõmisso accusetur. ꝓ quo facit tex. in d.l. si vxor. §. si quis planè. ff. de adul. Et in dubio prẽsumitur, ꝙ metu fecerit, secũdum eum ibi. ꝓ quo facit tex. Deut. alleg. xxj. c. ꝓpe finem, ibi sicut latro consurgit cõtra fratrẽ suum, & occidit animã eius, sic & puella perpessa esse prẽsumitur. Ad hoc faciunt quę dixi in verbo, *Condidit.* j. prope finem. O vtinã moderni principes & cæteri potentes virginum, & honestarum mulierum oppressores, sursum corda leuãtes, Fulgentium
69 legerẽt, lib. ij mithologiarũ, sic dicentẽ. † Quanuis omnibus libidinis amor turpis sit, nunquã tamẽ deterior q̃ in honorato: quia quãto nobilior tãto nocibilior, secundum Alber. magnum. Licet enim in serico & lana eadem libido versetur, dignitas tamen personæ habet libidinis aggrauare delictum. c. cum quidã. de iureiu. & l. presbyteri. C. de epis. & cler. l. si qua illustris. C. ad Orficia. Vnde Ioã. Chryso. Homo, inquit, Christianus fortiter cadit in peccatum ꝓpter magnitudinẽ peccati, aut propter altitudinẽ suę dignitatis. xl. distin. c. homo. & Iuuenalis. Omne, inquit, animi vitium tãto cõspectius in se crimen habet, quãto maior q̃ peccat habetur: ita virtus quoq; plausibilior & maior videtur in claro quã ignobili viro. & in l. omne delictũ. ff. de re milit. dicitur crimen augeri dignitate præpositi. Illustribus enim castitatis obseruatio præcipuum debitum est. imò Imperator pudicitiam semper esse colendam consuit. d. l. si qua illustris. C. ad Orfic. ꝓ quã decidit Ioan. And. in c. fi. de fil. presbyt. ꝙ non valeret dispensatio facta per papam cum nato ex coniugato nobili, & soluta nobili, nisi de nobilitate materna fuerit facta mẽtio, vt plenè per Fe-
70 lin. in c. postulasti. iiij. col. de rescrip. † quia nobilitas aggrauat delictũ, vt videtis. Et prętereà filius spurius nõ succedit matri illustri stãtibus legitimis, vt plenè dixi in verbo. *Et vxorem nomine Adela.* in iij. princip. arti. Ob hoc certè vitium Sardanapalus Assyriorum rex, qui primus vsum inuenerat culcitrorũ & lectorum pluma repletorum ad voluptuosè dormiendum summè luxuriosus, cùm ab Arbace pręposito suo, qui eum visitans inter meretrices repertum populo nuntiasset & principibus, fuit per eos in propria aula cõbustus: & sic in eo regnum Assyriorum quod à Nyno rege primo tanto tempore durauerat, finem suscepit: & translatum fuit ad Medos in personam dicti Arbacis. secundum Iustinum, & Aug. lib. ij. de ciu. Dei. ca. xx. De Nerone etiã legimus, ꝙ tantæ fuit luxuriæ & libidinis, vt frigidis lauaretur vnguentis. Sed tandem hæc belua insignis seipsum interfecit, senatu & populo eũ persequentibus. de quo aliqua dixi super verbo *Mortuo itaq; testa.* j. Et quidam reges Franciæ regno ob causam illam pulsi fuere, vt vidistis, super verbo, *Condidit.* j. & super verbo, *dotẽ quam ei dederat.* prope finem. Fingunt pro vero ingenioſi poetæ Iouem in Cygnũ cõuersum cum Lęda cõcubuisse, quę peperit geminũ ouũ. Vnde tres nati sunt, scilicet Castor, Pollux & Helena. Nomine enim Iouis principes & cæteri potentes intelliguuntur: & Lęda à lædẽdo dicitur, & immundiciam designat, quasi omnis principatus immundicia maculetur. Vnde ferunt ipsi poetæ in huius rei testimoniũ, Cygnum esse plenum in conuitiis, ipso quoque clamante aues tacent. Helena etiam discordiæ seminarium fuit, propter quã monarchia Troianorum periit: Castor malum exemplum nuncupatur. Pollux verò à prodendo dicitur. itaque om-
nis mali in principe libido occasio est. † Et ꝓcedit talis libido ex potentatu & affluẽtia diuitiarum: Teste Ouid. lib. ij. de reme. amoris. Diuitiis, inquit, alitur luxuriosus amor. Nec habet suum paupertas pascat amorẽ. Et in libr. de Ponto dicit: Veneris damnoso libido non solet in mœstos sæpe venire toros, sed potius quieta coniugia rũpit, luxuriatq́ toris animo-
72 sum pectus. dicit Poeta iij. Geor. † Non sic Abimelech Palæstinorum regem fecisse legimus, qui visa pulchritudine Rebeccæ iocantis cum Isaac viro suo præcepit omni populo dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. Genes. xxvj. Et Hannibal Carthaginensium dux inuictissimus, qui (vt Trogus refert) nũquã inter innumeras captiuas miræ pulchritudinis puellas castitatem perdidit. Et Marcus Claudius Marcellus Roma. consul (teste Augusti. li. j. de ciui. Dei. c. vj.) ante captã vrbẽ Syracusanam eius ruinã fleuit, & prius quàm ciuitas inuaderetur edicto perpetuo cõstituit, nequis corpus liberum violaret. Etiam Alexander (vt Vegetius lib. ij. de cõtinẽtia Alexãdri narrat) licet diues & potentissimus rex esset, cũ pulcherrima virgo oblata fuisset, cuidã tamen nobili desponsata, illam non aspexit. sed cum dono ad virum suũ remisit. Sic & Scipio Aphricanus alterius Scipionis filius (vt Valerius tradit, li. iiij. ca. iij. tit. de abstinẽtia & cõtinentia.) cùm Hispanias profectus esset, capta Carthagine virginẽ quandam speciosam captiuã (vt etiam Liuius dicit) sponso generoso cõcessit, puellæq́; prætiũ redemptionis dotis nomine condonauit, vbi prius omnem carnis voluptatẽ è castis amouerat. Ita ꝙ duo scortorũ millia legũt̃ ab eius tũc exercitu abiisse, vt idẽ refert Valer. li. ij. c. ji. ti. de disciplina militari. in prin. Id idem Totilam ferocissimũ Gothorum regẽ fecisse, cùm Romam vastaret, vt nulla ingenua mulier, virgo, vel nupta aut vidua foret, violaretur præcepisse, idq; seuerè custodiuisse, Antonius historialis in ij parte tit.
73 xij. c. v. recitare non omisit. † Et inde dicuntur castra à castitate, quæ sunt loca vbi milites steterunt, sic dicta, quia ibi castratur libido, secundum Papiã, vel licentia vagandi, secundum Hugo. Castratur enim ibi voluptas, vel licentia inhabitantiũ, ne passim vagari liceat, & pateant hostibus. Ideo casti debent ibi viuere, cũ luxuria vires eneruet. vnde meretrices ab exercitu submouẽtur, quibus castra militum intrare non licet, vt est tex. not. Deut. xxiij. ibi. Quando egressus fueris ad pugnam, &c. & glo. in l. qui cum vno. ff. de re mili-

BIU Cujas

re milita. Hodiè verò castra militum scortis repleta sunt contra disciplinam Metelli & minoris Africani: adeo ꝙ facilius & frequentius Thaidis castra, q̃ Hannibalis videmus euerti, secũdum Lucam de Penna in l.j.C.de castrẽ.oĩm pala.pecu.& in l.sicut.C.de erog.mili.ann.lib.xij. Non certè fuerũt diui illi principes mulierũ impudici oppressores, sciẽtes talia facinora sibiipsis & non oppressis mulieribus, vt dictũ est, im-
74putari.† Hodie verò quid dicemus? Nescio. Nisi cũ propheta concludamus, Psal.cxlv. Nolite confidere in principibus, nec in filiis hominũ, in quibus nõ est salus. Sunt enim vt plurimũ petulãtes, & multa libidine famosi ac leuitate notati: quia leui momẽto adducti, nunc hunc, nunc illũ tollunt, deiiciuntq;. Ex quo propterea scitum est Gallicũ prouerbiũ: Principib⁹ obsequi hæreditarium nõ esse: q̃a faciles motus mẽs generosa capit. Vnde Sal.in Iugur. Plerunq;, inquit, regiæ volũtates vt vehemẽtes, sic mobiles sæpe ipsæ sibi aduersæ. Inde dicebat Bar. in l. ad splendidioris, C.de diuer.offi.& appa.libr.xij. Abusum maximum videre in mundo, ꝙ delicta magnatũ & potentũ non puniuntur: propter quod bella contingunt, & guerre mortales, vt in belli furore cruciẽtur qui iustitia cõprimi non possunt, secundũ gl.in c.apostolicæ. de re. iudi.lib. vj. videatis quæ dixi super verbo, *Condidit.* j.circa fi. Et quales sunt ferè oẽs, tales sunt eorũ aulici, Palatini, & curiales in deliciis & cordis desiderio viuentes, rationem à capite sumẽtes: quia quod committur à prælatis faciliter trahitur per subditos in exemplũ.c.magnę:de voto & voti redẽpt. Ex quorũ lasciuia & incontinentia, decidit Ioã.de Pla.in l.j.C.
75de maiu.libro xj. ꝙ principes & curiales cogere non possunt puellas ciuiũ virgines, nec cõiugatas ad choreas, & tripudia curiæ, in qua sit inhonestatis suspicio: nec debẽt eas inuitare, secundũ eũ in l.fi.C.ne fiscrem quam vendi.euin.libr.x. Dauid rex & propheta sanctissimus cantando & pulsando cithará dæmones fugabat, & spiritũ Saulis regis ab immundis spiritib⁹ liberabat.j.Reg.xvj.c.in fin. quos moderni principes instrumentis musicalibus hodie alliciunt & inuitant melodiá cytharæ naturaliter dæmones expellentem, vt ibi dicit Lyr.in eorũ refocillationẽ in conuiuiis & suis dãnatis choreis conuertentes: ideo de Dauid dixit dñs Deus: Inueni virum secundũ cor meum. sed de istis, iniqui sunt cœtus vestri, Kalendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea, & facta sunt mihi molesta. Esa.j. Ex quo dicit Bal.per illũ text.in l.quod ex liberta.C.de oper.liber. ꝙ subditæ cogi hodie nõ possunt ire ad choreas & tripudia curiæ, cùm ius honestatis sit exemptum ab omni superioritate. Sicut libera cõiugata ire nõ tenetur ad domũ patroni sui: imò quo ad hoc est à iure patronatus exempta. vt d.l.quod ex liberta. Nec tenetur nisi ad honesta obsequia, veluti associare patronã eundo ad ecclesiã: patiter & subditæ dominã suam honestã, & non ire cum viris, nec sequi eorum cõuiuia, in quibus mimi & histriones reperiuntur cõmuniter, qui sunt incẽtiua inhonestatis & luxuriæ. Cõtra quos & chorearum inuentores insurrexit Guido de colũna, excidj Troiani historiagraphus, de raptu Helenæ loquens. Pereat, inquit ille, q̃ primas inuenit choreas, quæ causa fuerũt tãti dedecoris, & secutæ dissolutionis, ac illati
76doloris. Vnde non immeritò tales choreatores & tripudiatores ꝓhibenẽ clericari: in quorũ detestationẽ buffones appellãtur. Et si clerici tales debitè moniti non destiterint, perdunt priuilegium clericale. c.j.de vita & ho.cle.lib.vj. Ob quod apud Romanos institutũ Massiliæ ciuitatis summè veneratum fuit, quo in scenã nullus mimis aditus dabatur. De quo meminit Valer.ille maxi.lib.ij.ti.de insti.antiquis. Vbi eadem inq̃t, ciuitas, scilicet Massiliæ, seueritatis custos acerrima est: nullum aditum in scena mimis dando, quorum argumenta maiori ex parte stuprorum cõtinent actus, ne talia spectandi cõsuetudo etiã imitandi licẽtiam sumat. hæc ille. Heu me proculdubio mulieres hodie multæ viros potiùs ad choreas incitãt, quàm ꝓ eos inuitẽtur. Adeo ꝙ viuere adhuc, nec mortua creditr Sẽpronia. de qua in Catilinario meminit Sallust. quę multa sæpe virilis audacię facinora commiserat. Hæc mulier genere atq; forma, præterea viro atq; liberis satis fortunata fuit. Literis Græcis & Latinis docta, psallere & saltare elegãtius, quã necesse est ꝓbæ. scilicet mulieri. Sciebat & multa alia quę instrumẽta luxuria sũt, sed ei chariora semꝑ cia, quã decus aut pudicitia fuere. Libidine sic accẽsa, vt sæpius peteret viros quã peterẽt. hæc ille. quod longè distabat à probitate & pudicitia. Cùm mulieres potius rẽ familiarẽ quã choreas discũt, id est, olim in aurea ætate discere cõsueuerant: quod contra nostri seculi mores est, quo nulla chorearum rudis commẽdatur. Sed illa tamẽ quæ exquisitius & accuratius publicè choreare didicit in maximũ periculũ castitatis: quia secũdum Grego. homil.xij. Deprædari desiderat, qui thẽsaurum in via publicè portat. Ideo debent solitarie in domo manere mulieres aliquid semper operando cõsiderantes quod scribitur Iob.xxiiij. Oculus adulteri obseruat caliginẽ, &c. Et hæc de fideli cõiugum
75pudicitia vobis sufficiãt.† Secundò dixi suprà, quòd veneranda sunt cõiugia summo amore & insolubili amicitia, iuxta illud Apostо. ad Ephe.v. Viri, inquit, diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiã. Et alibi dicit ad Colossen.iij. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas, imò viri quãtò sunt nobiliores, tantò vxores magis diligunt. l. si vxor. §. planè. ff. de adult. secundum Old. consil. cv. Cogitare enim debet quicũq; maritus cũ honesta muliere cõiugatus illud quod scribitur Prouerb.xix. Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à domino autẽ vxor prudens. & Philosophus secundo œconomic. vxor. m venire ex ara Deorũ dixit. Et sũt duo in carne vna. Genesis ij. & in c.j. de coniugio lepro. Adeò ꝙ eorũ quilibet contra iuris regulas illum possidet à quo possidetur. Præterea liber homo possidens à libero homine possesso possidetur. quod in alia re locum habere nõ posset, quã in matrimonio, secundũ Inn. & Doct. in c.ex transmissa. &c.ex con questione. de restit. spoliato. ita ꝙ pro tali possessione vicissim remedia cõpetunt possessoria, Prouiso, ꝙ semel fuerint in actuali possessione per carnalem copulam, vt ibi. quia non sufficeret copula vocalis. secundum Bal. post Inn. in c.de causis. xvj. col. de offi. de le. Idcirco dilectio viri ad vxorẽ, & ecõtrà, excedere debet oẽm huius seculi amorẽ & dilectionẽ, q̃a cæteris aliis moribꝰ est ꝑstãtior, secundũ Lucã de Pen. in l. quicũq;. C.de cohort lib.xij. Ait tn Hiero. ꝙ vir debet vxorẽ suã diligere, sed non timere. Vxor autẽ debet virũ suũ diligere & timere, secũdũ Cy. in l. curatorẽ. C.de interdic. matr. inter pup, & tut. Im amore verò & dilectione sunt pa
76res.† Vt etiam significaẽ in matrimonialis anuli sub arraione. Demonstrat ꝓfectò ille anulus viri & mulieris coniunctionẽ, amorẽ & dilectionẽ eorundem. Ob quod anulus ille debet esse aureus, rotũdus, & in quarto digito positus. Aureus ideo debet esse, quia sicut aurum omne aliud excedit metallũ, sic amor ille

BIU Cujas

cæteros mundi huius habet excedere amores. quod patenter ostendit Isaac, Geneſis xxiiij. in fin. qui Rebeccã eius vxorẽ tamẽ dilexit, vt doloris qui ex obitu matris ei acciderat, ferè obliuiſceretur. Vnde Gẽ. ij. legitur Adam poſt Euæ creationem dixiſſe: Hoc nunc os ex oſſibus meis. quamobrẽ relinquet homo patrẽ & matrem, & ſuæ adhęrebit vxori, Ephe. v. Et Deus in perſona virginis glorioſæ Chriſti futuræſpõſæ cuilibet virgini nubẽti, Pſal. xliiij. dixit, Audi filia & vide: & inclina aurem tuã, & obliuiſcere populũ tuum, & domũ patris tui, ſcilicet ad diligẽdũ maritũ tuũ, qui aliud quàm decorẽ tuũ nõ cõcupiſcit. In quo oſtẽditur etiã ꝙ oĩbus relictis, vir amare debet vxorem. Nõ quidẽ tãtum, vt vxoris præſentia carere nõ poſſit, aut vxor præſentia viri, ſicut effœminati faciunt, & narrat de quodã Hiero. contra Iouinia. Sunt profectò nõnullæ præſertim mulieres, quæ vt plurimum cor molle habent, in abſentia cõiugis niſi flere aliud neſciunt. Quod non omiſit Poëta iiij. Aeneid.

Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & ſupplex animos ſubmittere amori.

De furore amoris in Didone, & cõſequenter in cæteris mulieribus, tetigi ſuper verb. *Duas habẽs filias.* in j. princip. fallẽ. Et latè diſcernit prudẽs & cõmodus Poëta allegato libr. iiij. Aenei. Quo mortales animos ab amorum illecebris auertat: cùm nemo ſit à Venereis laqueis tutus, niſi qui omne obiectum procul habuerit, & carnis luxum domuerit. Vſque adeò autẽ iucunda eſt prędicti libri iiij. lectio, vt diuus Auguſtin. ſeſe ad lachrymas compulſum Didonis querela confiteatur. Nihil enim prætermiſſum eſt, quod ad amantis miſeræ officium pertineat. Hæc Aſtenſis clariſſimus ibi in princ. Solùm igitur diligere ſe debẽt cõiuges zelo & amore ordinato, & diſcreto, vt docet Apoſtolus c. quo ſ. vbi dicit, ſufficere viro vxorem diligere, vt ſeipſum, & non zelo nimio & exceſsiuo, qui zelotypia dicitur, quæ reprehenſibilis eſt, tam in viro ꝙ̃ muliere. Et hoc eſt quod dicitur Eccleſi. ix. Non zeles mulierem ſinus tui: quia vt dicit Hierõ. vbi ſuprà, Inter cõiuges origo amoris honeſta, ſed magnitudo difformis, quaſi dicat, quod matrimonium honeſtũ eſt, ſed talis amor vilis. Vnde Sextus Pythagoricus. Adulter, inquit. eſt in ſuam vxorẽ amator ardentior, cùm ſpeciem adulterij ſapere videatur, qui ſua vxore ex nimio ardore abutitur. Nam (vt ſcribit Ioſephus) Beronice Herodis tertij relicta licet impudica & inceſtuoſa foret, Polemonem Lycię regẽ, cui mortuo Herode nupſerat, propter nimietatem coitus dimiſit quia nil fœdius eſt, quã vxorẽ diligere ſicut adulterã aut meretricem. Vnde Hieron. Sapiens, inquit, iudicio amare debet coniugẽ, non affectu. quem refert & ſequitur Io. And. in c. diuerſis fallaciis. de cler. cõiug. Imò lupus quantũcunq; ferus toto anno nõ amplius ꝙ duodecim dies coit, vt dicitur de proprieta. rerũ li. xviij. ca. Lupus. in princi. Coitiua enim & multi ſpermatis citò ſeneſcunt. Spermatis profectò ſuperfluum nocet, & amplius demiſſum deſiccat ſecundum Philoſoph. in lib. de longit. & breuit. vitæ. imò vt Plutarchus dicit, vir φιλοσώματος. id eſt corporis amator laſciuã reddit vxorem ac voluptariã. Et fortè incẽdit ignẽ, quẽ poſtea extinguere nõ poteſt. Satis ergo eſt,
77 ꝙ vxor diligatur ſupra omnes diligẽdos.† Ex quib⁹ demonſtratur, ꝙ licet vir aut vxor honorare plus debeat parẽtes, & ĩc pl⁹ puniretur ſi eos occideret. aut contriſtaret. ſecundum Barthol. Cæpollam conſil. v.
78 colum. iiij.† Tamẽ plus tenetur diligere vxorem, & vxor virum. iij. Eſdræ. iiij. c. quod etiam apertè ſentit Poëta ex ordine literæ dum in ij. Aenei. dicit,

Partoq; ibit regina triumpho,
Coniugiúmq; domúmq; patres, natóſq; videbis,

Imò dicit Ioan. Fab. in §. alia. Inſtitu. de public. iud. ꝙ plus puniretur occidẽs ſuã cõiugem, quàm patrẽ, vel matrem, ſecundum glo. in c. decenter. lxxxix. diſtinct. & in c. admonere. vbi bonus tex. cum gl. xxxiij. q. ij. & ibi in c. placuit. per gloſ. ponitur pœna maritorũ ſine cauſa verberantium vxores. Credo tamen Cæpollam verius & iuſtius cõſuluiſſe, attenta grauitate parricidij, cuius pœna ſtatuta fuit ſeuerior & grauior ff. ad legẽ Põpe. de parrici. per totum. facit tex. in §. cauſas. in auth. vt cùm de app. cog. vbi filius impias manus iniiciens contra patrẽ vel matrem citra mortem, priuari poteſt eius ſucceſſionẽ etiã legitima portione: quod non ſtatutũ reperitur in coniugibus, ꝙ propter hoc ꝑdatur dotis vel donationis ꝓpternuptias lucrũ ſecundũ glo. in d. ca. placuit. xxiij. q. ij. Niſi. occidere tur vnus ab altero. l. ſi ab hoſtibus. §. fi. ff. ſol. mat. Tamen communiter tenetur, ꝙ plus peccet marituscui permittitur filiam in adulterio deprehenſam occidere, ſed non vxorẽ. l. nec ei permittitur. §. fi. ff. de adult.
79 vt dixi ſuprà.† Et vt liberi⁹ gaudere poſſent cõiuges illo eximio amore, & ipſum effectualiter explicare: cum quis olim capiebat vxorem, ab omni munere, & officio vacatione gaudebat vno anno integro, vt habetur Deuter. xxiiij. ibi, cùm acceperit homo vxorẽ, nõ procedet ad bellum, nec ei quippiam neceſſitatis iniungetur publicè. Sed vacabit abſque culpa domui ſuæ, vt vno anno lætetur cũ vxore ſua, &c. Et ad talẽ amorem & cõiugalem dilectionem exhortandi ſunt in principio nouiter coniugati, vt dicit Apoſtolus ad Timothe. ij. ibi. adoleſcentulas hortare, vt viros ſuos ament. & filios diligant: Sicut fecerunt Raguel & ei⁹ vxor, qui ſuam apprehendentes filiam Saram recenter Thobiæ nuptã, & oſculando dimittẽtes eam monuerunt honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehen
80 ſibilem exhibere, vt legitur Thob. x. in fin.† Secũdò debet anulus ille eſſe rotundus ad demonſtrandum amorem illum coniugalem habere debere perpetuitatem, vt nunquã finiatur, donec ad mortẽ, quod appa-
81 ret ex ipſius matrimonij legali diffinitione:† Quod eſt viri & mulieris coniunctio indiuiduã vitæ cõſuetudinem retinens. Inſtit. de patria poteſtate. in princi & in c. illud. de præſump. Nam licet ſocietas cõtrahi non poſſit, vt perpetuò duret. l. ſi cõuenerit. vbi Bart. ff. ꝓ ſocio. & l. in hoc iudicio. §. ſi cõuenerit. ff. cõmuni diuidun. tamẽ diuina hæc ſocietas perpetuò durat quandiu coniuges viuunt. Adeò ꝙ olim repudia leuiter attentata ſine cauſa & iure, amicorũ conſilio grauiter puniebãtur. Quamobrem Lucius Antonius ſenator Romanus fuit per cẽſores à ſenatu remotus, ꝙ virginẽ deſponſatam repudiauerat, exiſtimantes pl⁹ iniuriæ hoc eſſe, quàm in cœlibatu permanere: quo caſu ſola bona fiſco applicabantur, vt dicã ſuper verbo, *Qui cũ alia matrimoniũ contrahens.* de quo, ſcilicet repudio ſummè odioſo Valer. lib. ij. tit. de cenſoria nota. circa princi. ſic dicit, Horum, ſcilicet cenſorum cœlibatũ punientiũ, ſeueritatẽ Marcus Valerius maximus, & Caius Iunius Brutus cenſores in conſimili genere animaduerſionis imitari, Luciũ Antoniũ ſenatu amouerunt, quòd quã virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in cõſilio adhibito. At hoc crimẽ, ſcilicet repudij, neſcio an ſuperiore, ſcilicet cœlibatu ſit maius: illo nãq. ſcilicet cœlibatu

BIU Cujas

batu cõiugalia ſacra teſtimonia ſpreta: hoc etiã ſcilicet repudij, iniuriosè tractata sũt: optimo ergo iudicio cẽſores indignũ eũ auditu curiæ exiſtimauerunt. quia ſupple maius delictũ fuit in repudio, q̃ in cœlibatu. cũ turbius eiicitur, q̃ non admittitur hoſpes. c. quẽmadodũ. de iureiu. Præſertim vbi amor ſui natu-
82 ra eſt ad vitã. †Ideo nõ valet cõfeſsio coniugũ: neque actio in matrimonij direptionẽ: & diſſolutionẽ: ſed bene in matrimonij validitatẽ & durationẽ tendens, vt plenè decidit in fi. de tranſac. & in c. ſuper eo. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ. quod qualiter intelligatur, videatis per gl. ſing. in c. ex literis. de diuor. & in c. atteſtationes. in glo. ij. de deſpon. impub. Quinimò paribus ſtãtibus ſententiis pro matrimonio, & cõtra eum, firmari debet matrimonium. c. fi. de re iudic. Et hoc in fauorẽ perpetuæ durationis & amoris matrimonij. Imò vt exẽplo videbitis in verbo, *Qui cũ alia muliere.* etiã amor ille cõtinuatu poſt mortem alterius & amborum. Vnde refert Poeta in vj. Aeneid. de Didone, quæ ad tartara poſtquam deſcendit, Pigmalionẽ fratrẽ ſuum ibi repertum fugiens ad Sicheum eius virũ prædefunctum ſe contulit: ideo ſi vxor marito p̃decederet, ſepeliẽda eſſet vbi maritus poſt mortem ſuam tumulari præparaſſet, vel tunc declararet, ſecundum Panor. in c. de vxore. iij. col. de ſepul. iuxta illud Aurelij Augu. in c. vnaquæq; mulier virum ſequatur ſuum, ſiue in vita ſiue in morte. xiij. q. ij. facit tex. in l. medico. §. fi. ff. de auro & argẽ. l. p̃ bona mulier funerari debet arbitrio mariti. Et altero præmoriente ſuperſtes ei ſubuenire tenetur p̃ ſuffragia, vt
83 latius dicam vbi ſuprà loquendo de viduitate. †Tertiò debet ille anulus in quarto digito poni, vt amorẽ illum cõiugalem oſtendat debere habere p̃cordialitatem. Prometheus enim Athlantis frater primò anulum inuenit, in quo gemmas incluſit, & in quarto digito portari iuſsit, propter venã cordis, quæ illuc tendit. Tempore hinc procedente apud Romanos (Iſydoro xix. etymolo. lib. referente) ſtatutum emanauit, vt liberi ciuéſque Romani anulo vterentur aureo, libertini argẽteo, & ſerui ferreo tãtùm. quod facit ad intellectũ rub. de iure anulorũ aureo. Id idẽ de anulo in quarto digito ponẽdo dicunt Phyſici, quod quædam vena à corde procedit in quartum digitum Quapropter anulus in quarto ponitur digito, vt ſcilicet amor cõiugum ſit fidelis & cordialis. c. fœminę.
84 xxx. q. v. †Et adeò cordialis & perpetuus, vt ſemel cõſummatum matrimonium non poſsit etiã amore Dei per religionis ingreſſum diſſolui. c. commiſſum. de ſponſa. Lepra, ingratitudine vel quocũq; alio crimine etiã de conſenſu ipſorum, vt patet infra de cõiug. leproſorum. p̃ totum. licet enim proter adulterium vnius ipſorũ fieri poſsit thori ſeparatio, non tamen fœderis matrimonij ſolutio. c. licet. xxxij. q. vij. & c. j. vt lite non conteſt. Non enim eſt homo, qui ligauit, ſed Deus. Ideo, quos Deꝰ coniunxit, homo nõ ſeparet, Geneſis ij. & inde dicitur ſingulariter in c. ij. de cognatio. ſpirituali, vbi clarè Hoſtien. p̃ vbi doctores & magiſtri per ſuas gl. matrimoniũ ſeparant, nec aſsignant cauſum in iure expreſſum, ſi reperitur vnus doctor vel magiſter matrimoniũ ſuſtinẽs, tunc illius ſolius opinio eſt ſequenda. Ex quo ſingulariter infert Hoſtien. p̃ vbi agitur de matrimonio ſuſtinendo, ſingularis opinio eſt præferẽda cõmuni, niſi communis opinio haberet quaſi tex. pro ſe. quod ſequit ibi Panor. in ij. nota. Lex profectò ciuilis hunc amorem cõſiderans atq; coniunctionem, dixit coniuges ſocios eſſe diuinæ & humanæ domꝰ. l. aduerſus. C. de crimine expila. hæredi. Ita quòd bona vnius cenſentẽ eſſe alterius, adeò p̃ ſeruus vxoris eam relinquendo opem ferens marito, & econtrà, ſatis videtur dominę aut ſuo domino opẽ tuliſſe, ne Silleiano teneatur. l. ſi quis in graui. §. ſi. cũ omnes. ff. ad Silleian. Nec quo ad debitum carnis ac ſobolis propagationẽ iudicãtur ad imperia. c. gaudemus. de diuortiis. Cùm in eo vnus ſine altero nihil poſsit. l. maximum. C. de libe. præteri. & pulchrè Paul. in l. j. C. de cõditio inſer. & Panor. in dicto c. illud. viij. col. cum ſeq. de præſum. Non certè Deus Euam formauit de pede Adæ, ne omnino videretur famula. Nec etiam de capite, ne videretur domina: ſed eam formauit de coſta, vt eſſet viro collateralis. In qua mulieris formatione miraculum cõtingit non modicum: quia vt dicit Auguſtinus ſuper ix. ca. Geneſis. ſpeciali prouidentia Dei Adam obdormiuit, dum de coſta lateris ſui fit Eua formata: in qua profectò dormitione raptus fuit ad cælos, vbi mirabilia vidit, ſicut Ioan. Euang. dormiendo in cœna ſuper pectus domini. Ob quod vt dicit Tho. in j. parte. quæſt. lxxxiiij. art. j. habuit Adam omnem ſapientiam neceſſariam ad ſe regendũ, & omnes creaturas ei ſublitas: quibus nomen impoſuit ſecundum naturã cuiuſlibet, Geneſis ij. Et vtrunq;, ſcilicet fœminã, ſicut virũ fecit Deus ad imaginem ſuam, Geneſis j. & v. c. vbi ſecundũ aliquos licet dicatur, q̃ hominem creauit ad imaginẽ ſuã. c. hæc imago. xxxiij. q. v. & Apoſt. j. Corint. xj. Ex quo videbatur ſatis eſſe comprehenſa mulier, tamen ad maiorem expreſsionem ſequitur in tex. Maſculum & fœminam creauit eos: vt etiam intellegatur mulier ad imaginem Dei creata ſicut vir. vide text. in contrariũ in c. hæc imago. xxxiij. q. v. Vnde inter eos tanquã pares inſtitutũ fuit matrimonium, vt inter homines honeſta concordia habeatur, & inſuper amor & fides obſeruetur, ſecundum Auguſt. ij. de ciuit. Dei. ca. xvij. Fœdus enim cõiugij & mutuo amore inchoatur, & amore manu-
85 tenetur & conſeruatur. †Nam licet in dotem aut p̃pter nuptias donationẽ acceſſoriè bona temporalia dentur, & tranſactiones ſemper aliquo dato vel retẽto celebrentur, tamẽ venalis concordia eſt omnino (cùm ſolus amor ſufficiat) inter eos prohibita, adeo q̃ vigente ſtatuto prout eſt hîc, & Toloſæ, q̃ vxore prædecedente, vel à marito ſine cauſa recedente vir lucretur dotẽ. & vxor propter diſcordiam ad domum parentis ſe tranſtulerit, vel amici, ita q̃ ad maritum redire nolit, pacem cum ipſa habere deſiderantẽ, niſi maritus ei reſtituat dotem viro ex ſtatuto pertinentem, aut per mortem mulieris competiturã, qui hoc facere contentatur, vt pacem habeat cum vxore: certè talis remiſſio lucri dotalis non valebit: imò nulla erit, per tex. ſingu. in l. ſi liberis. ff. de pact. dota. quem ſummè extollit Lud. Rom. in ſingul. 582. incipien. Pone caſum quotidianum. Et in aliquibus libris eſt ſuper litera v. prope finem. hinc dicit tex. in l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. & ſubſtit. ſub condi. factis. q̃ vxor omni lucro tẽporali & præcepto cuicunque paterno & materno, ſi in contrarium fieret, præferre debuit concordiam maritalem, & redire ad maritum. Quæ ſi redeat, donatio quæ fortè inter eos facta fuerat, & quæ per diuortium vſque poſt mortem duraturum extincta fuiſſet, morte donatoris nullatenus cõfirmanda recõualeſceret. l. cũ hic ſtatus. §. ſi diuortium. ff. de dona. inter vir. & vxo. & gloſſ. in c. diuortium. de pœniten. diſtinct. j. Pariter ſi à marito vel ſocero ſuo, vxor cautionẽ pro dote conſeruanda peteret, ceſſante mariti ſæuitia & bonorum dilapida-

tione: quia nō vergit ad inopiam iuxta plenè nota. in l. si constante. ff. solu. mat. Non audiretur, nec cautio exacta teneret: quia postquā seipsam marito credendam existimauit, etiam de dote cōfidere debet. ca. per vestras. in fi. de dona. inter vir. & vxo. Ne per cautionem à marito extorquendam causa perfidiæ in coniugio generetur, quod amore & sociali dilectione ligatum fuit l. j. & ij. C. ne fideiusso. doti. dentur. Libera enim esse debēt omnino matrimonia: & tot' stat' eorū. l. Titia. ff. de verb. obl. c. gemma. de spōsa. & l. ij. C. de inuti. stipul. Dotes insuper & donationes propter nuptias, quibus nullum potest onus imponi. Imò non optimi sed puersi iuris esset matrimoniū, cū tot tantisq; suis difficultatibus opprimatur, aduētitiis cumulare pōderibus, dicit tex. in l. j. §. si verò. C. de impon.
86 lucra. descrip. lib. x. † Et inde est, q̄ non valet donatio inter cōiuges: quia præsumeret illo feruentissimo amore potius q̄ liberali cōsensu facta: aut quod propter bona amorem inter ipsos debitum redimerent. l. j. ff. de dona. inter vir. & vxo. Quinimò si pro vxore cui maritus donauerat lata esset sentētia, quam poterat maritus exceptiōe repellere, licet valeat sentētia quæ aliàs soluti repetitionem impediret. l. Iulian⁹. ff. de cōdict. indeb. tamē hoc casu eam nō impedit, nec locum habebit d. l. Iulianus, nec similia iura, quia nō procedūt in ea sentētia, quæ lata fuit pro eo, cui alter ex litigatorib⁹ donare prohibetur, per casum singul. in l. si sponsus. §. si vxor. ij. ff. de dona. inter vir. & vxo. quem habuisse Ludo. dicit à Bal. in l. cùm allegas. C. de vsuris. Ideo talis donatio nō valet: nec ex ea transfertur dominium, donec morte donatoris fuerit cōfirmata. l. donationes. C. illo eo. tit. Tamē interim rei donatæ & traditæ, licet ex inutili cōtractu trāsit possessio in donatariū. l. j. §. si vir vxori. ff. de acq. possess. Quod verū intelligatis, vbi solus amor fuit causa donationis. Si autē donans motus fuerit ad donandū & tradendū rem ex frequēti petitione cōiugis, cui donauit, & sic p̄ importunitatē illius, ex quibus præsumitur illa donatio præcessisse ex quodam calore iracundiæ & tædio, molestia aut metu: cū obtenta per importunitatē vel metū æquiparētur, secundū Inno. in c. petitio. de iureiur. talis donatio morte donantis non cōfirmaretur, nec possessio saltē habēs iuris effectū, cùm non trahat, nec sit apta nata trahere ad se dominium: per mortē donatoris, dicto casu nō trāsferretur in donatarium, secundū Bal. singu per illum tex. in l. j. C. de petitio. bo. subla. lib. x. quem sequitur Iason in d. §. si vir vxori. iij. col. ideo si in tali donatione interceſſisset iuramētum, quod de iure regulariter firmat inter cōiuges donationem, talis metus seu importunitas donatarij est iusta causa dispēsandi & relaxādi iuramentū per episcopū, vt singu. decidit Guido Pap. q. ccxxiiij. Pari ratione credere idē esse in donatione per alterū ex coniugibus alteri facta, vbi donatarius donatori in passiōe desiderij carnalis cōstituto, carnis debitū denegasset: & vt ei tunc obediret, talem donationē extorsisset, vt à simili dicitur de medico donationē ab infirmo extorquente vt eū sanet. ff. de va. & extraor. cogn. l. medicus. vel aduocato pactū de quota litis cū suo clientulo faciente. l. si qui aduocatorū. C. de postu. aut iudice iustitiā vēdēte. c. cū æterni tribunal. de re iudi. li. vj. cū ex iustitia sit inter cōiuges debitū carnis persoluēdū. Nec sine causa vocatur debitū. & fortè idē si aliud seruitium cōiugale negasset, quod fuisset causa donationis: tales certè cōparātur meretricibus, de quib⁹ dicit: Carnes carnifices, carnes vendunt meretrices. Pro quibus facit quod s. dixi, q̄ sicut venalis concordia est inter cōiuges prohibita, sic etiā lucra importuna sunt inter eos reprobata. Credere tñ, q̄ coniuges sine fraude blādiloquio dulci & honesto ad beneficiū se mutuo attrahere possunt. & ita limitarē decis. Bal. per l. fi. C. & ff. si quis aliquē testa. ꝓhib. quod est not. quod qualiter intelligat ponit pulchrè Bald. in j. parte cons. ccxxiij. incip. Pūctus infrascripti consilij. vel si hoc fieret causa remuneratiōis, vt quia plebeius nupsit nobili mulieri, in cuius nobilitatis recōpēsam recognouit ab ea dotē recepisse, quā ei sup̄ bonis suis assignauit, secūdum Bart. in l. si diuortio. ff. de verb. obli. quia hoc faciendo videtur eā sibi donasse, nec eam reuocare posset. Idem esset vbi esset æqualitas personarū, quia reuocari non posset vsq. ad mortē. vt singu. decidit Io. And. in addi. Spec. in rub. de don. inter vir. & vxo. Nā si fieret propter cōcordiā aliter inter cōiuges nō habendā, nō valeret. Cōiugiū enim, vt dixi, amore & sociali dilectione debet initiari, & inchoari, cōtinuari, & obseruari, ac interruptū (vt ita loquar) reconciliari: nō importunitate, aut venalitate p̄tij, nec amore voluptatis sed gratificæ societatis sub spe obtinēdę prolis. Ideo licet proles deficiat, & ex matrim. nō sequat, ꝓpter hoc matrimoniū nō dissoluit, nec repudiū tolerat. Cū solū nō dicat causa prolis factū, sed vt fornicatio euitet, & sufficit vnā de pluribus rationib⁹ manere. Instit. de nupt. §. affinitatis. Ideo Spurius Carbilius, q̄ sterilē repudiauit vxorē, & primus Romæ repudiū introduxit, reprehēsione non caruit, vt ait Valerius lib. ij. titu. de insti. antiq. Nam institutio matrimonij ante peccatū fuit tū ad officiū, vt scilicet natura multiplicaretur, sed nunc post peccatū est ad officiū, vt proles habeat, & ad remediū, vt fornicatio euitetur, secundum gloss. in c. j. xxxij. q. ij. Quia, teste Lactantio in lib. de vero cultu, tradunt ingenioſi poētæ tres furias, quæ hominū mētes exagitāt: quē admodū ira vltionē desiderat, cupiditas opes, & libido voluptates, tū Deus limites statuit, quos transcendere nō licet. Nā in remediū iræ data est iustitia: in remediū cupiditatis data sunt nobis necessaria: & in remediū libidinis coniugiū ꝓ sobole propaganda. Vnde non immeritò in tam sanctæ & indiuiduæ societatis honorē, & ne tantus amor inter eos vertat in odiū, prohibuit lex turpē seu famosam actionē inter tam coniunctos & amore cōglutinatos competere, qualis est actio iniuriarū, vt plenè Alex. in l. diuortio. §. si fun-
87 dum. ff. sol. matr. † Et idem in actione furti: quod est cōtectatio rei alienæ. l. j. & ij. ff. de fur. Et quilibet cōiugum dicitur bonorū alterius quodāmodo dns. l. j. & ij. ff. rerum amota. Ex quo dicit ibi Bar. q̄ pōt vxor de bonis mariti & econtrà, moderatā facere eleemosynā. quem sequit Pan. in c. si quis. de furtis. Et ea quę ab ipsis actibus promiscuis cōsumuntur, nō subiacēt repetitiōi: quæ cōpēsatio inter nullos alios fit socios, nisi de cōcurrētib⁹ quātitatibus. Sed hîc etiā de exce dētibus. l. fi. C. de pact. conuent. tā super dote, quàm propter nuptias dona. Vnde pro his & dotibus vir & vxor secundum Franciæ consuet. simul agunt & cōueniuntur, vt dicit Io. Fab. in §. fuerat. Insti. de actio. Imò oēs actiones personales vxori cōpetētes etiam cōpetūt marito secūdū cōsuetudinē: ꝓ quibus solus maritus expetitur. facit l. j. in fi. cum l. seq. ff. de iniur. & l. j. vbi Io. Fab. C. de bo. mater. Imò dicit Io. Fab. in
88 §. prædicto. fuerat. insti. de actio. † q̄ maritus in Francia facit & præstat homagium dño pro feudo vxoris. Et homagium & cætera vxori debita recipit, sed cui tenetur vasallus obedire & seruire, an vxori eius domi-

næ

minæ, vel marito ſuo, videatis Aluaro. in c. j. an maritus ſuccedat vxori in feudo. Nec etiã repetitur quod in alterius ægritudinem erogatũ eſt. l. quod in vxorẽ C. de nego. geſt. vbi dicit Bal. Maritũ lucro dotis forę priuandũ, ſi vxori alimenta negauerit, aut medicinã ac ſi eam interfeciſſet. l. ſi ab hoſtibus. §. fi. ff. ſol. matr. Et ſi ei medicum adhibuiſſet, ſed non bonũ, vt plenè pixi in verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Quia ſecundũ Apoſt. ij. ad Corinth. j. Coniuges ſicut ſunt ſocij cõſolationũ, ita eſſe debẽt & paſſionũ, vt impleatur quod ſcribitur Eccleſiaſt. xxv. In tribus placitũ eſt ſpiritui meo, quæ probata ſunt corã Deo & hominibus, concordia fratrũ, amor proximorũ, & vir ac mulier ſibi
89 bene conſentientes. † Tenetur enim vxor virũ ſequi licet vagabundũ, quocunque vadat. l. Mæuia. in fi. ff. de annis lega. Si tẽpore quo contraxit cum eo, vagabundus erat: & nunc ex honeſta & iuſta cauſa vagari vult. c. ſi quis neceſſitate. xxxiiij. q. ij. gl. & doct. in c. j de cõiugio lepro. & Bal. in l. qui manumittitur. ff. de
90 oper. libe. † Nam mulier nubens efficitur de familia viri, ſecundũ Bar. per illũ tex. in l. ſi. C. de verb. ſigni. & illius ſortitur forum. l. cùm quædã puella. ff. de iuriſd. om. iud. Amborúmq; idem eſt domicilium. l. fin. C. de incolis lib. x. Coruſcant pariter fœminæ radiis maritorum. l. fœminæ. ff. de ſenatori. ita quòd ſi plebeia. nubat no bili. efficitur nobilis. l. quicunque vbi Bar. C. de re mili. lib. xij. Et ecõtrà nobilis nubẽs plebeio, nobilitatẽ perdit. l. j. C. de digni. eo. lib. Vnde videmus, quòd ſibi inuicẽ coniuges ſingulari tã diuina quàm humana ſocietate iuncti ſuccedunt in defectu parentum, quacũque alia poſtpoſita ſocietate, qualiſcunque prærogatiuæ & priuilegij exiſtat: adeo quod etiam fiſcus excluditur, vt plenè dixi in dicto verbo, *Et vxo. nomine Adel.* in iiij. arti. De hac ꝑfectò ſocietate & indiuiduo amore, ſic dicit tex. in l. penul. C. cõmunia vtriuſque iud. Quis enim ferat liberos à parentibus, vel à fratribus ſorores: aut viris coniuges ſeparari? q. d. nemo. facit l. plerũque. ff. de ædili. edic. in fi. quinimo nulla iuriſdictionis authoritas hoc põt, vt ibi. Ideo videmus ſeruos mariti cõtra vxorẽ non torqueri ſecundũ Bar. in d. l. j. §. ſi vir. ff. ad Sillana. Quia ſi hoc fieret, cõtra ſemetipſum torquerẽtur, cùm ſint duo in carne vna, vt vidiſtis. Et pro tanto hæc omnia dixi. quia natura, ratio, & lex coniugij fidelitatẽ poſtulant, necnon amorẽ & cordialem ac inſolubilem, ſocietatem, & amicitiã: quæ præcipua eſſe debet in-
91 ter cõiuges, vt nobis exẽplo veteres oſtẽderũt. † Narrat profectò Val. li. vj. c. vij. ti. de fide vxorũ erga viros. Quòd eũ Sulpitia Lentuli vxor à matre ſua Iulia diligentiſsimè cuſtodiretur, ne Lẽtulũ virũ ſuum à duumuiris proſcriptũ in Siciliam ſequeretur: ipſa tũ familiari veſte cum duabus ancillis & totidẽ ſeruis clãdeſtinè fugiẽs ad ſuũ virum peruenit, nec ſeipſam proſcribere erubuit, vt ei fides, amor, & amicitia in cõiuge ꝑſcripto cõſtarẽt: adimplẽs hæc optima mulier, quod ſuprà dictum eſt: Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, econtrà vxor viro ſuo, Epheſ. v. Refert pariter ibidem, q̃ Turia Quintũ Lucretium virũ ſuum proſcriptũ inter cameram & tectum cubili abditum, vna cõſcia ancillula ab imminẽti exitio: nõ tamẽ abſque ſui magno periculo tutũ prẽſtitit: ſingularíque fide & amore id egit, vt cùm cę teri ꝑſcripti in hoſtilibus alienis regionibus per ſummos animi & corporis cruciatus vix euaderẽt: ille in cubiculo & coniugis ſinu ſalutẽ retineret. Portia Bruti in Cæſarem coniuratoris vxor plus fecit: quæ cùm poſt mortem Cæſaris audiſſet ſubtractum eſſe ſibi virum, & fugitiuũ exiſtere, nil ſibi lætum amplius exiſtimans, cùm cultrũ nullũ haberet quo ſe perimeret, ſtatim ignitos carbones (quos ſibi propinquos habebat) guturi iniectos exhauſit. A quib⁹ præcordia exurentibus ſpiritũ exalauit. Et Carthagine per Scipionem deleta, Aſdrubale ibi tunc regnante transfugæ dato, eius vxor ſe ſuoſque liberos in medium iecit in cẽdium, vidẽs mariti ſui amiſiſſe conſortium, ac ſuæ caſtitatis inter hoſtes proſpiciens labyrinthũ. Et nurus Heli ſummi ſacerdotis vxor Phinees prægnãs audito, q̃ mortuus eſſet in bello vir ſuus, incuruauit ſe, & prę dolore ſubito peperit. j. Regum iiij. quia, vt ibi dicit Lyra, Dolor magnus & repẽtinus accelerat partum. De Hipſicratea vxore Mitridatis regis per Valeriũ li. iiij. c. vj. ti. de amore coniugali habetur, q̃ virum ſuum eo vſque dilexit, vt ſeipſam in habitũ virilem transformans, tonſiſq; capillis, decorẽ ſuũ ex toto ſpreuit, vt ſui cõiugis periculis intereſſe poſſet: & cum Mitridates fuiſſet à Pompeio deuictus, ipſeq; fugeret, eum ſemper vxor inſecuta fuit, ſuíq; viri perſecutionẽ alleuiãs, per omnia conſolata eſt. adeo q̃ (vt dicit Valerius vbi ſuprà) Mitridates cũ domo & penatibus vagari ſe credidit vxore ſimul exulante. Fertur inſuper in Aquileiana obſidione tempore Maximini imperatoris, fœminas Aquileiẽſes tãtæ magnanimitatis fuiſſe amoris & amicitiæ ad viros, vt cùm nerui & funes ad ſagittas emittẽdas maritis ſuis deeſſent, ſibiipſis capillos capitis præcidiſſe, & ex ipſis funes arcuum feciſſe, vt poſtea in earũ gloriã templum Veneri caluæ ſenat⁹ dedicauerit. Sic pudiciſsimę mulieres Romanæ interdũ feciſſe legũtur, quæ maluerũt capite deformato maritis conuenire, q̃ integris crinibus hoſtibus ſeruire, ſecundũ Vegetium in lib. de re mili. quẽ gl. refert. in clem. attẽdentes. de ſtatu monacho. In nullo prætermittẽtes memorandæ illæ mulieres, quod dicitur in l. ſi cum dotẽ. §. ſi maritus. ff. ſolumat. ibi. Quid enim tã humanũ eſt, q̃ vt fortuitis caſibus mulieris maritũ vel vxorem viri eſſe participẽ? quia eo modo plus alleuiatur dolor. Refert etiã Valerius eod. lib. iiij. & tit. alleg. q̃ Myniæ cũ publicę cuſtodiæ incluſi capitali aſſeruarentur ſupplicio, & veteri ſtatuto Lacedæmoniorũ, nocturna tẽpore paſſuri eſſent, ꝑ fideles eorũ cõiuges, quę velut allocuturę perituros viros impetrando à cuſtodibus aditũ intrauerũt, cõmutatáq; veſte ꝑ ſimulationẽ doloris velatis capitibus liberati fuerũt. Ad hoc facit quod ſingulariter decidit Floria. in quadã per eũ diſputata quæſtione incipiente. Inquiſitus de crimine capitali. vbi quandam quę de mariro ſuo capitaliter accuſato, ſic fecerat, excuſat mulierem dicẽs, quòd licet tale factũ non fuerit commendabile, cùm non ſit illudendum iuſtitiæ l. ſi ꝓtor. ff. de iudi. tamẽ moraliter loquẽdo maximè propter rem boni exẽpli, & vt mulieres ad maiorem coniugum dilectionem atq; amicitiam viriliter excitẽtur, talis mulier nedum excuſanda, imò præmianda erat. Et adeo quòd licet non poſſet aliàs maritus conſtãte matrimonio donare vxori, vt dicta l. j. ff. de donatio. inter virum & vxorẽ, tamen valebit hoc caſu donatio, quæ non propriè eſt donatio, ſed meritoria retributio, ſecundum eum, vbi ſuprà. In his profectò mulieribus verificari poteſt, quod De⁹ in primi parentis creatione dixit, Gene. ij. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Verè enim fuerũt mulieres iſtæ adiutorium maritis ſuis, quibus adaptari poteſt, quòd ſapientiſſimè ſcribitur, Prouerbio. xviij. in fin. Qui inuenit mulierem bonã, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à domino. & Eccleſiaſt. xxxvj. Qui poſſi-

BIU Cujas

posſidet mulierem bonam, id eſt humilem, & modeſtam, inchoat poſſeſſionẽ, id eſt incipit eſſe diues: poſito ꝙ nihil plus haberet: & adiutorium ſecundũ eum eſt, id eſt ſecũdum voluntatẽ viri ad bona multa procuranda. Et colomna, vt requies, ſcilicet ad ſuſtentationẽ domus cum viro. Ex quo dicebat Heſiodus ille Philoſophus: Nil melius eſſe viro, quã cum vxorẽ nactus fuerit bonã. Nam olim, vt refert Catholicõ puellæ nubentes inungebantur ſuaui & odorifera vnctione: & inde dicitur vxor quaſi vnxor, quia vnctio deſignat lenitatem. Et odor bonã famam quæ debet eſſe in vxore. Debet enim eſſe mitis & lenis, cõſolãs virũ in tribulationibus & afflictionibus ſuis: ſicut fecerũt
92 mulieres præfatæ. † Sed nunquid econtrà viri vxores dilexerunt? Certè ſic. Vnde narrat Valer. vbi ſ. ꝙ Caius Gracchus Corneliam vxorem ſuam eatenus dilexit, ꝙ pro ipſa à morte liberanda mori voluit, atque ſeipſum interitu ſerpentis occidi ſuſtinuit. Cum ſibi aruſpex dixiſſet, aliter vxorem à morte liberare non poſſe. Similiter Quintus Plautius (cùm eius vxor Oreſtilla deceſſiſſet) ea funerata & in rogum poſita inter officium vngẽdi & oſculãdi diſtricto ferro incubuit.
95 Quem amici (ſicut erat) togatum & calciatũ corpo-
96 ri cõiugis iũxerũt, erat deinde ſubiectis faſcib⁹ vtrũque cremauerũt. Ecce quãta cõiugũ dilectio, amor
93 & amicitia: quæ in beluis etiã demõſtratã. † Nã vt legit lib. xij. de propri. rerũ. Gallus & paſſer maſculus valde zelet pro ſua vxore, pro qua pugnare cõſueuit ſecundũ Philoſ. Et ſimiliter facit aper, qui pro vxore atrociter pugnat, vt ibi dicitur li. xviij. c. aper. ij. col. Nec immeritò, ꝙa cõiũx eſt pars corporis: vnde ipm cõiugẽ ſicut ſeipſum defendere tenet. Et qui cõtrariũ facit, crudelior eſt omni beſtia, vt d. c. admonere. xxxiij. q. ij. facit tex. in §. patitur. Inſti. de iniu. Pariter bos & equus ſuos cõpares diligũt, ita ꝙ ſi vnus mutetur, alius trahere iugũ neſcit. xxxij. q. v. horrẽdus eſt. & inſti. de l. Aqui. §. itẽ ſi ex pari mularũ. Nã ſecundũ Aug. ij. de ciui. Dei xvij. c. Matrimoniũ fit inter hoĩes vt honeſta cõcordia inter eos habeat, & inſuper fidelitas obſeruetur, ac dulcis amicitia. q̃ ſecundũ Philoſo. viij. Ethic. Inter virũ & vxorẽ cõſiſtẽs dicit̃ naturalis claudẽs in ſe honeſtũ, vtile, & delectabile. Si igit̃ gẽtiles & Bruta in cõiugio amore tamẽ & amicitiã ſeruauerũt: nũq̃d fidelibus eſt opportunũ, vt amicitia in eis cõperiatur, cũ amicitia ſit mater proſperitatis? facit tex. not. in l. Titię. in prin. ff do auro arg. leg. vbi dr̃, ꝙ maritus abſque ſimulatione & mẽdacio cũ vxore viuere debet. Quia vt dicit Aeſopus in fabula de mure & rana: Omne gen⁹ peſtis ſuperat mens diſſona
94 verbis. † Tertiò dixi, ꝙ coniuges patienter viuere debẽt. Patientia enim matrimo. ſeruari & honorari debet ſine qua lõgo tpe durare ſaltẽ honeſtẽ nõ põt tanquã ſine pace, quæ dat̃ vinculũ charitatis. c. nouit. de iudic. Nõ certè debet q̃ſquã eorũ turbare alterũ iniuſtè facto, neq. verbo, vt dicit̃ j. Pe. iij. ibi, Viri ſimiliter cohabitãtes ſecũdũ ſciẽtiã, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartiẽtes honorẽ tanquã cohæredib⁹ gratiæ & vitæ, vt nõ impediatur orationes veſtræ. Sed in fide vnanimiter compatiẽtes &c. Inde dicit tex. in l. medico. §. vxori. tit. præall. ff. de aur. & arg. leg. ꝙ maritus verbo & facto vxorẽ honorare debet. Sicut fecit
97 ibi teſtator, qui vocauit eam dominã. & l. Titia. §. qui Marco. ff. de ann. leg. Et ſi alter ipſorũ aliquo defectu prę occupatus fuerit, reliquus eum inſtruere debet in ſpititu lænitatis, cõſiderãs ſeipſum ne & ipſe tẽtetur. Nam alter alterius debet onera portare, dirigere, benignè reducere, & cõſolari, ſic adimplẽtes legẽ Chriſti. Cùm enim vni⁹ ipſorũ exiſtimat ſe aliq̃d eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, dicit Apoſto. ad Gala. vlt. Quẽadmodũ ſi dixerim⁹ ꝙ peccatũ nõ habemus, noſmetipſos ſeducimus, & in nobis veritas nõ eſt. j. Io. j. Ideo nõ debet alter ipſorum de his quæ fidẽ cõiugij nõ cõcernunt, contẽdere cũ altero: quia ſæpe ex contẽtione immodeſta excitãtur iurgia: ex quibus ſecreta ſæpius reuelant̃. Vnde cõtendere nulli ſapienti cõgruit, neque rei perfectę: potius enim experimur res quantò imperfectiores, tantò ad cõtentionẽ prõptiores eſſe: cõtra quos clamat idẽ Apoſt. Fugite cõtẽtiones. Re vera videmus dietim plurimos coniuges eſſe impatientes, potius opinione propria, quàm vexatione extrinſeca, vel occaſione aliqua, non cõſiderantes honorẽ matrimonij, nec cõmunium liberorũ fidem: de quib⁹ loquitur tex. aureus in l. vnũ ex familia. §. fi. ff. de leg. ij. Honor enim, inquit, bene tranſacti matrimonij, necnon fides cõmunium liberorũ patrẽ inducunt, id eſt inducere debent, vt de matre, ſcilicet eius vxore, ſecus nihil præſumat. Licet eũ ſæpe contingat mulieres eſſe duræ ceruicis, tamẽ aliàs pudicę marito
95 vtiles domũ & familiã ſufficienter regẽtes. † Certè in
96 his quæ domi fiunt, ſunt patienter tolerãdæ. † Cùm triplici maledicto mulieres ſubiectę ſint, ſcilicet maledicto opprobrij, quo ad nõ concipiẽtes: vnde dixit poſt conceptum Rachel, Abſtulit Deus opprobrium meum. Secũdò, ſubiectæ ſunt maledicto peccati, quo ad concipiẽtes. vnde in Pſal. 50. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum. Tertiò, ſubiectæ ſunt maledicto ſupplicij quo ad parturiẽtes: vnde Gen. iij In dolore paries &c. Vnde cùm virgo Maria quo ad hæc omnia fuerit ſola inter mulieres benedicta, cui⁹ virginitatis fœcunditas, & fœcunditati in conceptu ſanctita, & in partu ſanctitati iucunditas, adeo ſingulariter collata fuerint, meritò ſunt fœminæ patiẽter tolerandæ: imò interdum conſulendæ. Exemplo imperatoris Iuſtiniani qui dominã eius vxorem Dorotheam in negotiis etiã foraneis conſuluit, à qua cõſilium ſalubre obtinuit. Meritò cuius eã reuerendiſſimam nominauit in §. hæc autem omnia. in Authẽ. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. colla. v. vt dixi ſuper verbo, *Duas habens filias.* in j. fallẽ. Pariter legitur de Philippo Macedonum rege, qui vxorẽ habuit, quę ipſum in cubiculũ intrantẽ excluſit: tamen excluſus iniuriam tolerauit, atq. verſu tragœdico ſeipſum cõſolari ſtuduit. De gorgia etiam traditur, cui eius vxor eo ꝙ caſtus erat, ſibi iniuriabatur: & ancillæ quia pulchrior erat inimicabat̃: ex quo forſan cõſuetudo orta eſt pro pace habẽda, quòd vxores tenere nolunt ancillas eis pulchriores. Et Socrates ſecundũ Hieron. duas ſimul habuit vxores, quę cũ crebro inter ſe iurgarẽt & ille eas irridere erat ſolitus, quòd ꝓpter ſe fœdiſſimũ hominẽ, ſimis naribus, recaluato frõte, piloſis humeris, & repãdis cruribus diſceptarẽt: nouiſſimè verterũt in cũ impetũ: cúmq. autẽ reſiſteret, aquam immundã ſuper ipſum proiecerũt, qui terſo capite patienter reſpõdit: Sciebã quòd hæc tonitrua imber ſequeretur. Ecce quãta antiquorũ virorũ patientia fuit erga vxores. Calor enim mariti & impetus facilè ſæuientis eſt profectò refrenandus. l. nec in ea. ff. de adulteriis.
97 † Sic econuerſo fœminæ, nedum patientiam, imò & reuerentiã ſuis debent & tenentur exhibere maritis: quòd maior dignitas eſt in ſexu virili. l. j. ff. de ſana. Vnde Sara prudẽs Gene. xvij. virũ ſuũ vocauit dñm, in ſignũ reuerẽtiæ ei debitæ. Et ĩ l. ea q̃ ff. de do. inter vir. & vxo. eũ vocauit dñm chariſſimũ. Et vxor Philonis Philoſ. in cœtu matronarũ interrogata cur au-

ream

BIU Cujas

ream coronã sicut cæteræ nõ ferret? respõdit q̃ vxor satis habet ornamenti viri virtutẽ & honorẽ: iuxta illud Euripidis philos. Vxor, inquit, quæ sapit, serua est viri: q̃ nõ sapit, eũ spernit. Bonæ enim mulieri sẽper videri debet facies mariti reuerenda: ita q̃ nullũ alterũ existimare debet marito suo pulchriorẽ, digniorẽ, sapientiorẽ, nec fortiorẽ, magis pudicũ, aut dulciorẽ. Vir et iã de pudicitia vxoris secus suspicari nõ debet l. vnũ ex familio. §. fi. ff. de le. ij. ſ. alle. vnde Bernard. sanctissimus in epist. de cura & regi. domus. de fœminis, inquit, tuis suspectis quid agant, ignorantiã non scientiã quæras: quia postq̃ sciueris crimẽ malæ vxoris à nullo medico curaberis. Dolorẽ de mala vxore tunc mitigabis, qñ idem aut peiora de aliorũ vxoribus audieris. Cor nobile & altũ non inquirit de operibus mulierũ. Malã vxorẽ potius risu, q̃ baculo castigabis. Hæc ille. † Et q̃ vxor debeat marito reuerẽtiã, docet text. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. Præsertim in hoc regno Franciæ: vbi ex cõsuet. mulieres in potestatem transeunt maritorũ, secundum Io. Fab. in §. j. Instit. ad Tertyl. & in l. non sine. C. de bo. quæ liber. facit quod dicit in l. j. C. de bon. mat. Idẽ dicit Masue. in tit. de possessorio. §. item maritus. vbi de cõsuetu. inquit. Vxor dicitur esse in viri potestate, si vir sit sui iuris. Idem de iure Lombardo & iure canonico, secũdum Bal. in ti. si maritus succedat vxori in beneficio. circa fi. sed viro mortuo ipso facto vxor remanet saysita, & in possessione rei dotalis: nec opꝰ est de nouo apprehendere possessionem. hæc ille. Vide eundẽ in tit. de dote & matri. §. item de consuetudine vxor. Et in tit. de præscript. §. item & res dotalis. cum §. sequẽ. dicit potestatẽ coniugalẽ surrogatã esse loco patriæ potestatis, quæ præscriptionẽ impedit. l. j. C. de anna. exceptio. Viri eñ Galli in vxores (Cęsare lib. vj. cõm. de bello Gallico referente) vitę necisq; habebãt olim potestatẽ. Imò cùm pater familię illustriore loco natus decedebat, eiꝰ ꝓpinqui cõueniebãt, & de morte, si res in suspicionem cadebat, de vxoribꝰ in seruilem modum quæstionẽ habebant. Et si cõpertũ erat, igni atque omnibꝰ tormẽtis excruciatã interficiebãt. hæc ibi. Sed quicquid sit de iure aut Francorũ cõsuetudine, multos videas de facto esse in potestate vxorũ, nec mirũ: quẽadmodũ in Frãcia mulieres publicè negotiant, & plura acquirũt maritis bona & officia, vt dicit Barba. in c. j. de peculio cle. allegat. Bal. in l. j. C. de eden. & in l. cũ oportet. C. de bo. quæ libe. Et in omnibꝰ mobilibus, & acquestis immobilibus sunt socij, secũdũ Io. Fab. in §. j. in fi. Inst. de acquisi. per arroga. nisi vnus alteri ius illud renũtiasset, prout facere põt. Cùm ex hoc renũtiãs nõ efficiat pauperior: & sic locũ nõ habet ratio l. j. ff. de do. inter vir. & vxo. secundũ Rotã in antiquis decisio. dcccxliij. inci. Cõsuetudo est in quodã loco. de quo plenè dixi in verb. *Et vxorẽ nomine Adel.* in iiij. ar. Pro Io. Fab. q̃ vxor sit in potestate viri, facit tex. Gen. iij. vbi Deꝰ post hõis lapsũ ad fœminã. In dolore, inquit, paries filios, & sub viri potestate eris. Et j. Pet. iij. Mulieres subditæ sint viris suis. quia ordo est naturalis in oĩbus, vt seruiant fœminæ viris. xxxiij. q. v. c. est ordo. † Et in summa vxor est ĩ potestate mariti quo ad vẽdicationẽ: q̃a eã à scholari vel alio retẽtã vẽdicare põt. l. j. §. p̃ hãc. ff. de rei vend. Secũdò, quo ad forũ sortiẽdũ. d. l. cũ quædã puella. ff. de iurisd. omn. iud. quod secus est in cõcubina, vt not. in l. de iure. ff. ad municipia. Tertiò, quo ad operas: quia viro operari tenetur, secũdũ q̃ decet mulieres ad ornamẽta cõiugij, vt est suere, colos regere. l. sicut. iuncta gl. ff. de ope. lib. Quarũ operarũ cõmodum est mariti: secus de operis, quæ ꝓpriè nõ sunt ex officio & operis naturalib. mulierũ. vt q̃ sit bona medicatris: quia tũc quo ad illud cõmodũ iure cõmuni dicitur in potestate patris. l. si vxorẽ. C. de cõd. inser. † In dubio quicquid acquirit vxor, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti, vt euitetur suspicio turpis quæstus. l. Quintus. ff. de don. inter vir. & vxor. & l. etiã. C. illo eod. tit. quę p̃sumptio etiã locũ habet in cõcubina, vt oĩa acquisiuisse præsumat ex bonis amasij, secundũ Bal. sing. in l. j. C. de nat. libe. Sed in acquisitis per filiã de quibus cõstat eã acquisiuisse, cẽsetur in potestate patris. Et idem quo ad alia & actus iuris ciuilis, vnde filia maritata patre viuẽte testari nõ posset, nec sine eius cõsensu donare causa mortis. Prętera ea cẽsetur in potestate viri quo ad debitum carnis, & ecõuerso, vir in potestate vxoris: ex statuto tũ & consuetudine Tolosana filia maritata velut seorsum à patre habitãs, cẽsetur & habetur pro emãcipata, & pariter filiꝰ. Ideo nihil patri acquirũt. de quo vidistis super verbo, Matrẽ insuper Clerã. Nec in Frãcia ratiõe potestatis cõiugalis, qua soluta p̃ mortẽ viri nõ recidit in potestatẽ patris: q̃ secus foret in simplici spõsa, secũdũ Masue. alleg. tit. de dote & matrimonio. §. itẽ de cõsuet. vxor. † Vnde restat mulieres esse vbiq; subditas viris suis, adeo quòd viri eas leuiter castigare possunt, quoties expedierit. Nec posset ipsæ talẽ castigationẽ propulsare, sicut nec filius contra patrẽ cũ moderatè corrigentẽ, secundũ Bald. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & dixi super verb. *In eod. testa. relinquẽs.* ij. Nõ autẽ debẽt eas flagellis verberare: quod si facerẽt à vitis licitè diuertere possent, secundũ Bal. in l. cũ satis. C. de agri. & censi. li. xj. tex. in Auth. vt cũ de app. cog. §. q̃a verò plurimos. Facit text. in c. ex trãsmissa. &c. literas. in fi. de resti. spol. & bona glo. in c. j. vt lite nõ cõte. facit l. cõsensu. C. de repu. & in Aut. vt liceat matri & auiæ. §. causas. col. viij. Ergo in leui castigatione sunt viris subditæ, & cõsequẽter ad maiorẽ patientiã habendã tenẽtur, vt in omnibus sint dulces, & patiẽtes, prout fuisse legũtur antiquæ mulieres, quæ plꝰ q̃ viri propter eorũ reuerentiam patiẽtissimę fuerunt. Nam tradit nobis barbatus ille Hieron. contra Iouinianum, q̃ Diullius vxorẽ tantæ continentiæ & patientiæ habuit, vt omnibus posteris esset exẽplum, vt cũ iam senex & tremẽti corpore in quodã iurgio audisset sibi improperari, q̃ os fœtidum haberet, cõfestímque ad vxorem redisset, ipsam redarguens, cur tantis tẽporum lustris q̃ matrimoniũ durauerat, sibi nõ intimasset, respõdit, fecissem, nisi putassem oĩbus viris sic os olere. Ecce quanta mulieris pudicitia, quę nunquã alterius viri flatũ senserat. Et quanta patiẽtia tanto tempore, vitium copulationi coniugum valde onerosum subticuisse, & patienter tolerasse. Terẽtia Aemilia glorioſi Scipionis vxor, vt Valer. lib. vj. c. vij. tit. de fide vxorũ erga viros. in prin. Mulier siquidem sanctis etiã vsq. in cœlũ extollẽda laudibus, quæ præter morẽ vxorũ cùm iam senem vidisset suum virum in suæ ancillulæ cõcubitũ incidisse, quãtũcunq. ei videretur difficillimũ: id tamen constanti animo velut inclyta mulier pertulit, existimans discretæ mulieri nimiũ indecẽs, quòd vir suus qui sua ingenti virtute tot reges & validas nationes Romano subegerat imperio, dici & scribi quòd amore ancillulæ detineretẽ. Vnde quo ad vixit crimẽ silẽtio oppressit, vt nedũ alter, sed nec etiã vir ipse vnquã perpẽdere potuit eam sensisse q̃d ageret. Et nõ solùm hoc arcanũ Scipione ipso viuẽte seruauit: sed & eo defuncto ad tollẽdam eius infamiam statim ancillam liberali animo manumisit,

BIU Cujas

miſit,deinde eam cuidã liberto ſuo cõiugẽ dedit, ne
102 magnifici viri fama inclyta macularet. †Plus tradit
Franc.Petrac. de Griſilde fœmina nullius nobilitatis
genere inſignita,ſed aliqualis pulchritudine ineffabi
lis,tñ modeſtiæ,obedientiæ,patientiæ,& fidei ſplen-
dore erga maritum.Quæ cum Valtero Salutiarũ mar
chioni cõiugata foret,& filiam pulcherrimã, deinde
filium peperiſſet,& lactaſſet,Valterúſq.vt ſuæ vxoris
experiretur fidem & patientiã,finxiſſet ſe illos inter-
fici velle,& cuidam ſatellîti duos iuſſiſſet eos ſecreto
modoBononiã deferre ad ſororũ videlicet ſuã,q̃ illic
cuidam militi nupta erat: ex qua liberorũ amiſſione
Griſildis nunquã mutari animi demõſtrauit indiciũ.
Vnde Valterus vt acriùs Griſildim experiretur,è Ro
ma fingẽs itetum nubẽdi licẽtiã obtinuiſſe, imò pro
quiete populi præceptum,Griſildis,& ſi triſtis in cor
de incõcuſſa tñ ſtetit animo, publicè Valtero reſpon
dẽs:Nouę tuę cõiugi volẽs cedo:ac ſic veſte pręclara 104
ſe exuẽs,anulum quo eã ſubarrhauerat eidẽ reſtituit:
& cum ſola camiſia Valterus eã in domum paternam
abire fecit.Sed cùm filiã è Bononia iã ętatis xij. anno
rum & vltra venire feciſſet,& Griſildim ſimiliter pre
parãdi cõuinij cauſa mãdaſſet: q̃ cùm puellã eiꝰ filiã
vidiſſet,arbitrãs illã eſſe Valteri nouã vxorẽ,cúmque 105
ſereno vultu intrãti puellę obuiaſſet:eámque ſic(be-
ne venerit domina mea)ſalutaſſet. Atque ita tã ipſam
q̃ reliquos comites læta frõte & mira verborũ ſuaui-
tate recepiſſet,ac cum vidiſſetGriſildis nouã ſpõſam
pulcherrimã,nec minꝰ præclarã adeſſe,ad Valterũ ait:
Obſecro mi dñe, ne hãc tenellã ſponſam illis aculeis
agitare velis,quibus me agitaſti.Quod audiens Val-
terus, & talia dicentis alacritatẽ intuẽs,ipſius miſera
tus,& ferre eius patientiã & tolerãtiã diutius nõ va-
lens,dixit: Griſildis mea ſatis mihi cognita eſt fides
tua,Tu ait,mea ſola vxor es.Hæc autẽ quam tu ſpon
ſam meã exiſtimas,filia tua eſt. Et cùm hæc dixiſſet,
charã cõiugem læto ſtupore perfuſam cupidis vlnis
103 amplectitur.hæc ille. † Heu me vbi nunc temporis
huius mulierum modeſtia,dulcis amor,fidelitas &pa
tientia erga maritos,honor,humilitas,reuerentia,&
modeſta concordia? Reſpondet Eccleſiaſtici vij.c.in
fi. Virũ de mille vnũ reperi,mulierẽ ex omnibus non
inueni.Et Prouer.xxxj.Mulierem fortem(ſcilicet ad
reſiſtẽdum vitiis & virtuosè omnino viuẽdum) quis
inueniet? q.d.nullus. Et ſi vna reperiatur, pro miracu
lo reputatur, Vnde de filio Seſoſtris Aegypt.regis ſu-
perexcellentis rege poſt obitum patris effecto,q̃ niſi
vnam pauperculam reperire pro ſanitate oculorũ nõ
potuit.ſic refert Diodorus li.j.de antiqui.geſtis. De-
fũcto Seſoſtri,eius filiꝰ regnũ capiẽs aſſumpto patris
nomine,nulla in re gloriã paternã eſt imitatꝰ. Sed eo
dẽ quo pater caſu afflictꝰeſt: oculis enim captus,coa-
ctus eſt ad Deorum auxilium confugere. ac plurimo
tempore variis peractis ſacris ad placanda numina,
nulla ope adiutus eſt. Decimo poſt anno reſponſo ei
reddito,vt placato Deos,qui in Heliopoli coleretur,
faciẽ mulieris inſpiceret, quæ nullum niſi proprium
noſſet virũ: ab vxore propria incipiẽs cũ multas ex-
pertus eſſet,nullam reperit incorruptã,præter hortu
lani cuiuſdã:quã viſu reſtituto vxorẽ cepit.Reliquas
oẽs in villa quadã viuas cõbuſſit. Quem locum poſt
Aegyptij ſacra in glebã vocitarunt. Deo autem He-
liopolis gratias ſecundũ oraculum acceptũ reddens,
duos erexit vnius lapidis obeliſcos, latitudinis octo,
altituridis cubitorum centũ.hæc ille.Sũt profectò ali
quæ etſi caſtæ ſint, per latera domus furibundæ cur-
runt,maritos ſpernunt,familiã ſeditiosè concitãt,vt
ix in anno diẽ pacis celebrare permittãt. De quibus
vbi ſ.inueni,inquit, amariorẽ morte mulierem, quæ
laqueus venatorũ eſt,& ſagena cor eius, vincula ſunt
manus illius,qui placet Deo,effugiet illã: qui autem
peccator eſt,capietur ab illa.De qua dicit Aeneĩ.iiij.

Illa dolos dirúmque nefas in pectore verſat.

Vnde interrogatus Simonides quid erat vxor: Viri,
inquit,naufragiũ,domus tẽpeſtas,quietis impedimẽ-
tũ,vitę captiuitas,pœna quotidiana,pugna ſũptuoſa,
beſtia cõtubernalis,canis ornata,malũ neceſſarium.
Melius proculdubio eſſet habitare in terra deſerta,q̃
cum muliere rixoſa & iracunda, Prouer.xxj.Sed pro
dolor,aliæ ſunt adeò garrulæ, q̃ etſi reuera non ſint,
zelotypiã fingẽdo occaſionẽ quærunt quomodo vi-
ros cõtriſtare poſſint.iuxta illud Eccl.xxvj. in mulie
re zelotypa flagellum linguæ omnibus cõmunicans.
Dolor cordis & luctus mulier zelotypa, quæ aliud q̃
garrulare neſcit.†prout faciũt pręſertim ſteriles vt
d.l.ſi cũ dotem.§.maritus.§.ſol.mat. Nequaquam ad
uertentes ſanctiſſimam illã totius ſeculi exẽplar Sa-
ram cõſorti ſuo Abrahæ dixiſſe alegato Geneſis xvj.
c.Ecce concluſit me dñs ne parerẽ: ingredere ad an-
cillam meam, ſi fortè ſaltẽ ex illa ſuſcipiam liberos,
xxxij.q.iiij.dixit Sara. †Ex quo tex.ſumitur ſingula-
ris modus adoptandi liberos: quia licet de iure fœmi
næ non poſſint ſibi filios adoptare,niſi ex diſpenſatio
ne hoc eis permittatur in ſolatium liberorũ natura-
lium in acie principis amiſſorum.§. fœminæ. Inſti.de
adopt.tamen olim habuerũt poteſtatem mulieres,vt
de licentia vel poteſtate ipſarũ, viri poſſent accedere
ad ancillas ſuas, & filij ita nati dicebãtur potius filij
dominæ,quã ancillæ. Sed erat legalis filius dominæ,
& carnalis filius ancillæ. & ita ſecũdum legẽ Moſai-
cam fœminæ poterant adoptare:ſecundum glo.in c.
Iſmael.lvj. diſtinc.Raræ ſunt aut nullę, quæ tali mo-
do adoptionis vtãtur. Nec hoc dixi,q̃ ſuadere velim
adulteria:cũ tẽpore illo plura permitterentur ſimul-
tanea coniugia,quæ hodie ſunt lege Chriſti prohibi-
ta,&etiam lege ciuili punienda.l.eum qui duas.C.de
adult.imò quod plus eſt,poſſet eccleſia eos tales tam
virũ quàm mulierẽ adulteros dehoneſtare publicè,&
abſcindere pãnos ſeu veſtes ante & retro ad maiorẽ
ignominiã.xxxij.qõ.j.c.de benedicto.iũcta gl.ibi,ſu-
per verbo.caluatos. facit ca.epiſcopi.xxvj. quę.v.ita
q̃ in q̃buſdã locis mitrant in capite vel aliã ignomi-
niã patiunt ſecundũ Panor.in cap.cùm haberet.de eo
q̃ ducit in matrimo.quã priꝰ polluerat per adult. Et
ſunt infames,ſiue teneãt ſimul duas vxores,ſiue duas
cõcubinas,aut vnã vxorẽ & vnã cõcubinam,Et ſic fer
re nõ poſſunt teſtimoniũ,ſecundũ Bal.in l.j.C.de in-
ceſt.nupt.licet Bar.in l.j.circa fi.ff. de his qui not.in-
fa.dicat tenẽtes cõcubinas non eſſe infames. Tamen
pro Bal.facit tex.in Auth. de trien.& ſemiſ.col.iij. §.
conſideremus. verſi.ſi autem confuſa concupiſcẽtia.
ibi,odibilis quidẽ nobis eſt.vbi æquiparat habẽs plu
res cõcubinas,habenti plures vxores. Et q̃ tenens ſi-
mul duas cõcubinas ſit infamis,tenet idẽ Bal.in d.l.j.
in fi.de his qui not.infa. Ego ſępe vidi Tholoſæ viros
tales cõiugatos cũ aliis ignorãtibus cõtrahentes, per
ciuitatẽ nudos cũ duabus colis ad nedũ paratis, vna
in quolibet latere, acriter fuſtigari: in quos mulieres
aliquando lapides trahebãt in maiorẽ eorũ cõfuſio-
nẽ:cũ hodie vt dixi,ſunt talia prohibita. Sed mulierũ
illarum arguo impatientiã & malitiã proteruam,qua
domus non modicæ iampridẽ corruerunt, & dietim
proſternũtur,ſed nõ abs re:quia ſcriptũ eſt, Eccleſia.
xxv. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: Nec

eſt ira-

BIU Cujas

est ira super iram mulieris. Cõmorari leoni & draco
ni placebit, q̃ habitare cũ muliere nequam. Nequitia
eñ mulieris immutat faciẽ eius, & obcæcabit vultũ
suũ tanq̃ vrsus, & quasi saccum ostendet in medio ꝓ-
ximorũ: Mulieris ira, irreuerẽtia, & confusio magna,
ingemuit vir eius, & audiẽs suspirauit modicũ: Sicut
ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier lin-
guata homini quieto. ob quod dicit Chrysostomus,
q̃ qui vxoris tulerit improbitatẽ, mercedẽ à Deo ma
gnã velut martyr expectet. & subiũgitur alleg. xxv. c.
Breuis oĩs malitia sup̃ malitiã mulieris: sors peccato
106 rum cadat super illam. hæc ille. †Quorũ omniũ, vt
s. dixi, mariti sunt in causa: sunt enim plures ita mise
ri & tristes, q̃ nesciũt sibi extrahere sarabulas, nisi de
mãdato vxorũ, secundũ Cy. in l. curatorẽ. C. de inter-
dic. matri. inter pup. & tut. & Ang. in l. j. C. de his qui
parẽtes vel libe. occi. sicut legit̃ de Clodiõe pulchro
equite Romano, q̃ militare decus muliebri imperio,
scilicet Fuluiæ vxoris subiectũ habuit, vt refert Vale.
li. iij. c. v. ti. de his q̃ à maior. degẽ. Alij verò eas vltra
modũ ornantes, & in ocio exq̃sitis cibariis lasciuiosè
nutriẽtes, & copiã earũ passim oĩbus tolerãtes (cõtra
legalẽ doctrinã. l. optimã C. de cõtrahẽ. stip.) nõ co-
gitãtes q̃ Candaules rex Lydiæ vxoris suæ pulchritu
dinis eximiæ p̃ditio fuit: quã oĩb⁹ prædicare solebat:
nec cõtentus voluptatũ suarũ etiam matrimonij reti
cenda prædicabat, ac nudam sodali suo Gigi ostẽdit.
quo facto & amicũ ad adulteriũ vxoris solicitauit, &
hostem sibi fecit, vxorem quoq; veluti alteri tradito
amore à se alienauit: & breui post tpe cędes Cãdauli
nuptiarũ præmiũ fuit: & vxor mariti sanguine dotata
regnũ viri, & se pariter adultero tradidit. authorib.
Herodot. li. j. & Iust. no. li. j. Vrsus & leo vna sola ca-
thena vinciunt̃, mãsuescũt, & domantur: sed mulieres
hodie cathenis in collo tribus, cathenatæ in brachiis,
cathenatæ in lũbis, cathenatę in tibiis: & q̃d maritis
demẽtius est, cathenãtur nũc in frõte, & circuitu fim
briarũ capitis. vt cũ Ouidio dicãt lib. j. de remediis.
Decipimur cultu, gẽmis auró q; tegũtur oĩa. Tũ quã-
tò plus ligant̃, tãtò furiosius & ferocius sicut canes li-
gati eleuãt. l. hæc actio. iũcta gl. in fi. ff. si quadru. pau.
feci. dicãt. & viros cõtẽnunt: quorũ expẽsis sic ornant̃
q̃ si statũ cõtinuare nõ possint, aut nolint, periculum
est, q̃ alios quærãt ipsi dispẽsatores, quos mariti, hoc
faciẽdo incitarũt ad appetitũ & libidinẽ. vt factũ fuit
in c. ex literis. de diuor. Nõ cõsiderãtes q̃ ex inauri-
bus aureis quas vxores filiorũ Israël in aurib⁹ porta-
bant, formatus fuit opere furioso vitulus conflatilis,
principiũ idololatrię in Israël: ex quo xxiij. millia ho
minũ ceciderũt. Exo. xxxij. De talibus certè dici põt
quod Vale. lib. ix. c. j. tit. de luxuria recitat. Non pro-
uiderunt, inquit, seculi illius viri, ad quẽ cultũ ten-
deret insoliti cœtus pertinax studiũ, aut quò se vsq. effu
sura esset legũ victrix audacia. Quod si animi mulie-
bris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie ali
quid nouitatis sumptuosi⁹ adiectũ est, in ipso introi-
tu ruẽti luxuriæ obstitissent. hæc ille. Assimilat̃ enim
vxor viti, vt dicitur psal. cxxvij. vxor tua sicut vitis a-
bũdans: & sicut vitis ex se tendit ad terrã, nec ascen-
dit sicut cæteræ arbores, sed curuat̃ ad terrã: ita vxor
debet esse humilis in aspectu, vt non erigat ceruicem
vel oculos super homines. Humilis in vestitu, vt non
portet vestes cũ lõga cauda, & varios ornat⁹: humilis
in affatu, vt scilicet loquatur parũ non contendendo,
& verbis superbis marito respondẽdo, sed se ei humi
liando, sicut Sara, quę Abrahã maritũ vocabat domi-
num suũ, vt suprà dixi. vt habetur j. Pet. iij. Et econtrà
Vasthi regina propter superbiã, quia noluit obedire
Assuero regi marito suo, repulsa fuit ab eius cõiugio
& regno, vt dicitur Hester ij. Et vt vitis bonũ vinum
afferat. putari debet, & palmites eius amputari & re-
stringi, vt videtis per vsũ. Sic mulier strictè teneri, &
discretè verbo & exẽplo, ac si op⁹ fuerit facto castiga-
ri, vt prædictos fructus marito reddat, sicut vitis ma-
gistro suo. Si autẽ vitis nõ putaretur, nec palmites ab
breuiarẽtur, maximè si pergulis vel in arboribus tra-
heretur in altum, tũc non curuaretur in terrã, nec bo
nũ vinũ produceret soli magistro suo: sed vltra arbo
res altissimas eleuaretur, etiã suprà cedros libani, de
cui⁹ fructu & racemis comederẽt plura volatilia cœ
li, nec per magistrũ possent oĩes ꝓpter vitis altitudi-
nem colligi. Sic de vxore, si permittatur & toleretur
eleuari: certè sine mensura eleuabitur, nisi eius palmi
tes, id est appetitus muliebres putẽtur & tollãtur. Et
si ad pergulã vel arborem trahatur per alta & pretio
sa ornamẽta, quæ visionẽ sui copiam requirunt in pu
blico: supra oĩa orbis animalia quantũcũque indomi
ta eleuabitur, & volatilia cœli, id est viri lasciuiosi ad
instar volatiliũ de fructu vitis saturabuntur, nec à ma
rito solo vindemiari poterit propter cordis altitudi
nem. Nam vitis si permittatur eleuari, tendit semper
tangere cœlũ. Sunt igitur mariti soli causa elationis
& ruinę suiipsius & mulierũ, & sunt causa causæ secũ
dum Ang. consi. cxliiij. & sic fatui, & bestiæ, & inter-
dũ in domo garrulantes & iracũdi plusquàm vxores
se inuicẽ contristantes & velut regnũ diuisum conte
rentes, domum & familiã turbãtes & perdentes, vipe
rarum exẽplo. de quibus lib. xviij. de proprieta. rerũ
c. vipera. legitur, q̃ masculus suo ore inserto in os vi-
peræ cõsortis suæ semen expuat: illa autẽ ex volupta
te libidinis in rabiẽ versa caput maris præscindit: fœ-
mella verò cum vẽter eius apud partũ intumuerit, ac
ingemuerit, catuli nõ spectãtes maturã naturæ solu-
tionẽ, corrosis eius lateribus cũ matris interitu erũ-
punt. itaque fit, vt parẽs vterque pereat, mascul⁹ dum
coit, & fœmina dum parit, vt tetigi suprà in verbo,
In eodem. testa. relinquens. ij. loquẽdo de filiis ingratis
erga parẽtes. mascul⁹ tñ semper esse debet prudẽtior
vxore, vt animi sui motũ nõ propalet, sed ad tempus
retineat. Vxori quanquã bonæ semper cõfidere noli,
ne facilis referas verbũ quod noueris omne. Nam de
Vlysse ponit Homerus, Nunquã se Penelopę quan-
quã fidelissimæ nisi postremò manifestasse, in Theo-
gonia prudenter considerans, q̃ quisquis cõfidit mu-
107 lieri, fraudibus hæret, secundũ Hesiodũ. †Vnde ca-
uere debet super omnia maritus, ne adeo vxorẽ dili-
gat, seu ornando amoris signum & animum, aut pa-
tientiam indiscretam ostendat, vt coram ea (sicut ef-
fœminati & stulti faciunt) prosternatur. quoniã scri-
ptũ est alleg. Ecclesiastici xxv. cap. Mulier si primatũ
habeat, contraria erit viro: quod non esset inter me-
diocres plagas, vt legitur Esaiæ iij. Populum meum
exactores sui spoliauerunt. Sed mulieres dominatæ
sunt eis, scilicet in pœnam maximam. Mulieres enim
sunt (nisi ab initio regulẽtur) animalia indomita, ful
gur & tempestas super terram: de quarum bonis &
malis cõditionibus dixi in verbo, *Duas habens filias*.
Nam in tenera ætate domandæ sunt ab initio cõiu-
gij, prius quàm tauri aut boues effectæ intumescant,
iuxta illud Poetæ in Georgicis.

Iam, inquit, *vitulos hortare, viamque insiste domãdi,*
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas, &c.

& alibi dicit Ouidius, (quem glo. refert. in cap. susci-
tus, de rescript.)

BIU Cujas

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuêre moras.

108 Ideò † sanè intelligatis patientiã esse in cõiugio necessariam, vbi nõ agitur de fide Christi aut matrimonij: quoniã aliàs nõ debent se cõiuges adeo cõpati, vt ea quæ sunt fidei ad Deum, vel fidei matrimonij dissimulẽt vnus alteri: præsertim maritus vxori, cuius magis interest de pudicitia & castitate vxoris, vt s. vidistis loquẽdo de fidelitate matrimoniali quã tolerare nõ debet, si sciat eã esse fornicariã: imò debet ei quoque irasci, quę matrimoniũ ei⁹ violauit, vt d.l. mariti lenocinij. in prin. de adult. aliàs præsumeret leno, cũ duplex sit lenocinij. Vnũ manifestũ, vt qũ dat maritus operã ꝙ vxor sua adulteret, vt inde aliquid lucret. Aliud est, qũ vxorẽ sciẽs esse adulterã retinet. l. ij. §. lenocinij. vbi Bar. ff. de adul. Et nedũ irasci debuit vxori, sed & adultero, plus quã si filiũ eius occidisset.

109 † Cum deterior sit offensa aliquẽ cucurbitare, quàm eius filiũ occidere. l. codicillis. §. matre. secundũ intellectũ Bal. ibi. ff. de leg. ij. Adeò ꝙ dicit Bal. in c. j. col. vj. de pace tenẽ. ꝙ ꝓ opprobrio cucurbitationis põt alicui indici duellũ: quod aliàs est iure prohibitũ, vt vt s. vidistis. Tamẽ hoc casu permittit sicut in crimine læsæ maiest. Insti. de hær. ab intest. § interdũ. versi. per cõtrariũ. Prætereà dicit idẽ Bal. in l. ij. C. si contra ius vel vtil. publ. ꝙ virtute statuti bãnitũ occidere ꝓmittentis, nõ esset licitũ adulterari mulierem bannitã, cùm castitas præferatur vitæ, vt d.l. ij. §. initiũ. ff.

110 de origi iur. † Ob quod dicit Io. Fab. in §. patitur. Insti. de iniur. quòd magna fit marito iniuria, qũ vocat cucurbita: ꝓ qua iniuria põt nedũ ipse, sed etiã vxor cõtra regulã illius tex. agere actione iniuriarum. Et verè non est cõtra illũ tex. quia vxor tũc plus agit ꝓ sua iniuria: quia vocas maritum cucurbitã, satis dicit mulierẽ adulterã. Et sicut frangitur & violatur securitas alicui præstita, si occidatur, aut verberetur, vel aliàs offendatur, sic etiã si cucurbitetur tangendo vxorẽ, quæ pars corporis dicit, cũ sint duo in carne vna. Idem si talia fierent in filia vel sorore etiã ipsis volentibus. l. j. C. de rapt. virg. secundũ Io. Fab. in l. denũtiamus. C. de his qui ad eccles. confu. Ideo si sit adultera, põt eã maritus de adulterio accusare criminaliter, si nõ fuerit ipsius leno. vt d. §. lenocinij. quod facere non posset vxor, quæ ex adulterio mariti non tamen dãnificatur, sicut maritus ex adulterio vxoris, vt ibi dixi. Nec posset eũ in adulterio deprehensum impune occidere, nec criminaliter accusare, cùm to-

111 rum non habeat, vt d. l. j. † Non dico tamẽ, ꝙ eũ tolerare omnino & sustinere debeat, quem sit fornicatorẽ esse: quẽadmodũ talis patiẽtia nõ esset discreta, sed nociua: imò secundum Aug. in suis Homiliis. Debet virum fornicatorẽ quatuor modis coercere. Primò eũ charitatiuè monẽdo. Secundo, cũ obiurgãdo. Imò potest officiũ iudicis implorare cõtra maritum, quo cogetur cõcubinã dimittere, secundũ Paul. in l. iustitia in fi. ff. de iustit. & iur. & l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb. obl. Etiã cogi posset ad hoc censura ecclesiastica per iudicẽ ecclesię, vt ait gl. in c. j. de sentẽ. excõ lib. vj. Tertiò, ecclesiã interpellando. Quartò ad Deũ recurrẽdo. Solebant profectò olim in vrbe Romana fœminæ ad Deũ recurrere, & deam Viriplacã adire. de quo Vale. lib. ij. tit. de inst. antiquis sic dicit, Quoties verò inter virũ & vxorẽ aliquid iurgij intercesserat, in sacellũ deæ Viriplacæ, quod est in palatio, veniebant, & ibi inuicem locuti quæ voluerant, cõtentione animorum depositâ concordes reuertebantur. Dea nomen hoc à placandis viris assecuta fertur. Ve neranda quidem & nescio an præcipuis & exquisitis sacrificiis colenda, vtpote quotidianæ ac domesticæ pacis custos, in pari iugo charitatis: ipsa sui appellatione virorũ maiestati debitũ ac fœminis reddẽs ho-

112 norẽ. hæc ille. † Sed prô dolor, viri hodie trib⁹ rationibus vxores ad tacendũ inducere conantur. Prima, nos sumus viri, & vos fœminæ. Sed respondeant ipsę, Si vir es, vince libidinẽ tuam. Vnde Aurelius Aug. in li. de verbis Domini, tractatu xlviij. ad viros loquẽs: ducturi, inquit, estis vxores, seruate vos vxoribus vestris: quales vultis eas inuenire, tales & ipse inueniãt vos. Quis viuẽs est, quis non castã velit ducere & habere vxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactã desideret? Intactã quæris? Intactus esto. Purã quæris? purus esto. Non enim illa potest, & tu nõ potes? &c. Secũda ratio est, quia dicunt viri. Nos sumus domini, & vos ancillæ. Sed respondeãt ipsæ, secundũ Apost. j. ad Corinth. vij. Vir nõ habet potestatem sui corporis, sed mulier, & econtra. Ideo non posset vir causa fornicationis dimittere vxorẽ, si ipse fornicatus fuerit, vt eleganter dicit Aug. ipse in lib. de sermone domini in mõte. Nihil, inquit, iniquius est, quàm causa fornicationis dimittere vxorẽ, si & ipse cõuincitur fornicari. Occurrit. n. illud, In quo alterũ iudicas, te ipsum condemnas. Eadẽ enim agis quæ tu iudicas. Quapropter quisqs fornicationis causa vult abiicere vxorẽ suam, prior esse debet à fornicatione purgatus, & immunis. Quia iniquũ valde est, vti quisque de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit. secũdum eundem in epist. ad Parentium comitem Arrianum. Quia vt ait Cato, Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Et alibi, Patere legẽ quam tuipse tuleris. c. cùm omnes. de constitut. & ff. quod quisq. iuris in alterum statuit. per totum. Tertia ratio virorum est, quia dicunt, Nos sumus capita, & vos mẽbra. Sed respondeãt ipsæ: si caput es, duc: sed vide quò eas, vt te sequatur pedissequa tua. De quo idem Aug. in lib. de adulternis cõiugiis. indignantur, inquit, mariti si audiant adulteros viros pẽdere, id est sustinere similes adulteris fœminis pœnas. Cùm tãtò grauius eos puniri oportuerit, quãtò magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exẽplo regere fœminas, &c. quia, vt s. dixi, vir esse debet mulieri author colendi bonos mores. l. si vxor. §. si iudex. ff. de adul. Aliter enim nõ sunt

113 viri ab adulterio per vxores coercendi. † Nec excusaretur vxor, si ex vltima ratione sequendo mores viri ipsa adulteraretur dicendo: ex quo vir fidẽ mihi non seruat, nec ego ei seruabo. l. cũ proponas. C. de pact. audiat eũdẽ Aug. sic dicentẽ. Nolite pudicissimæ fœminæ imitari viros vestros: aut vobiscũ viuant scilicet continẽter, aut soli pereant scilicet adulterando. Nã impudico viro non debet mulier pudicitiã, sed Christo. Vnde propter mariti abusum nõ debet Christus pati iniuriã. cõcordat decisio Pañ. in c. peruenit. Lij.

114 in fi. de iureiur. † Licet enim quaten⁹ tãgit amborũ coniugũ priuatã vtilitatẽ, adulteria mutuo compẽsetur, vt scilicet vxor adultera dote non priuetur, nec vir donatione propter nuptias. l. viro. & l. cũ mulier. ff. sol. mat. vt ex vtraque parte seruet æqualitas & pœna æqualãce. l. fi. C. de repu. Cũ quo ad interesse partium priuatum locum habet etiam in delictis compensatio. l. si ambo. §. quoties. ff. de cõpensa. & tenet Panor. in cap. sicut. le. iij. vj. col. in fine de iureiurã. & Salicetus in l. fina. xiij. oppositione. C. de compensat. Pro quibus in propria nostra materia est text. in l. si vxor. §. si iudex. ff. de adulteriis. Tamen quo ad Deum & peccatum mortale incurrendum, vel pœnã corporalem

BIU Cujas

ralem aut pecuniariam criminalem putà fiſco applicandam etiam in foro contentioſo, nulla fit in delictis compenſatio: imò venit vterque puniendus, tamen magis eſt puniendus qui conflictum incepit, ad quem inuaſus dicere aliqualiter poteſt, quod Salluſt. contra Ciceronem inuehebat. Grauiter, inquit, & iniquo animo maledicta tua paterer, ſi te ſcirem iudicio magis quàm morbo animi, petulantia iſta vti. Sed cum in te neque modum, neque modeſtiam vllam animaduertero, reſpondebo tibi. Vt ſi quam malè dicendo voluptatem cepiſti, eam malè audiendo amit-
115 tas, &c. † Inuadens enim nullam occaſionem habet malè loquendi aut faciendi, ideo plus punitur ſecundum Pan. in d. c. ſicut. & clarè in c. olim. col. 2. de reſc. & in c. cum te. co. xj. de re iud. & c. intelleximus. in fi. de adul. & plenè Fel. in c. dilecti. col. 6. de exce. qui ſic debet intelligi. Super omnia tamen ſint cautæ mulieres, ne faciliter credant viros in lege matrimonij peccaſſe: ſed conſiderent, quòd primus adulterorum inſultus erga ipſas eſſe ſolet, quòd mariti adulterantur, vt vel ipſæ zelotipia motæ cum detractore ſimiliter adulterentur: vel in vindictam eas inducant ad cum aliis adulterandum in maritorum ignominiam, & no tam perpetuam, ſicut fecit Naulus ex regibus Græciæ vnus, qui, vt Guido de Columna refert. in c. de nece Agamennonis. In vindictam Agamennonis regis de bello Troiano redeuntis perſuadere fecit Clytemneſtræ reginæ eius vxori dictum Agamennonem maritum ſuum quandam de filiabus Priami regis Troiani vehementer diligere: ſecúmque deducere in regnum vt (amore ipſius Clytemneſtræ oblito) illam reginam conſtituat. Vnde hoc credens Clytemneſtra in matrimonij ſui fœdus irrumpens, eius pudore poſtpoſito matrimonialem torum cum quodam Ægiſto nomine, licet regiæ non eſſet originis, nec ducis, nec comitis nobilitate decorus, violauit. Per quem dictum virum ſuum prima nocte qua applicuerat in lecto dormientem iugulari & occidi fecit. Sed inulta non remanſit, quia poſtea per Oreſtem ipſius & dicti Agamennonis filium fruſtratim dilacerata vitam exhalauit, & Ægiſtus per ciuitatem tractus patibulo fuit
116 ſuſpenſus. † Ex ſupradictis ſi maturè conſiderentur, reſultat altum illud & probabile dubium, an nubere expediat, & matrimonium contrahere, vel non? Et videtur quòd nubere expediat, propter multa ipſius matrimonij bona, de quibus §. vidiſtis. Sed in contrarium, quòd non expediat, facit: quia maxima ſunt in matrimonio pericula, quæ pariter reſultant ex præmiſſis. Ob quod dicit tex. iuncta gloſſ. in c. nos nouimus. 17. q. 2. quòd ſicut nauigans ſubiicit ſe variis periculis, nec proprio motu regitur, ſed ventis. Sic habens vel habere volens vxorem, cùm dubium ſit an bona vel mala fuerit vxor. Nam refert Liuius primæ Deca. libr. 6. quòd cùm Metellus Numidicus ad matrimonium capeſſendum hortaretur in ea oratione quam ad populum de deducendis vxoribus dixerat, ita ſcriptum recitauit. Si ſine vxore poſſemus, Quirites eſſe, omnes ea moleſtia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis ſatis commodè, nec ſine illis vllo modo viui poſsit, ſaluti perpetuæ potius quàm breui voluptati conſulendum eſt: quaſi velit non eſſe expediens nubere. Pariter recitat Hieronym. quòd licet Epicurus voluptatis amator eſſet, cuidam tamen interroganti an vxorem duceret: reſpondit, quòd ſapienti coniugium non conuenit ſeu cõgruit, quia multa ſunt nuptiis miſta incommoda. Subiungens graue eſſe viro ſapienti venire aut cadere in dubium, vtrum bonam vel malam ducturus ſit vxorem. quia ſicut ſcribit Herodotus: Mulier cum veſte verecundiam deponit. Prætereà Melanthius vxorem licet caſtam repudiauit: & cùm argueretur ab amico, pedem à lecto tanquam læſus eſſet, depoſuit, ſic dicens: Lectus inquam quem cernis, nouus & elegans eſt: ſed nemo ſcit præter me, vbi me premit. Paulus Æmilius, Plutarcho referente. Cùm amici familiaréſque diuortium eius grauiter improbantes ei dicerent: Nónne hæc modeſta? Nónne formoſa? Nónne fœcunda? Porrexit ille pedem, & calceum oſtendens. Nónne pulcher hic calceus? Nónne nouus eſt inquit? Sed nec quiſquam veſtrum nouit, qua ex parte meum torquet pedem. quaſi diceret, quòd ſic erat de vxore. Cui conuenit illud Eccl. 25. Mulier aſcenſus arenoſus in pedibus veterani. Vnde Alexandrides, Nuptiarum diem dicit multorum malorum initium. Si pauper diuitem duxeris, dominam non vxorem acceperis. Si pauperem, onus vitæ ferre non poteris: cùm pro vno duos ſis nutriturus. Si turpem, dolebis: ſi pulchram, communem habebis. Ob quod Hipponaſtes duos dixit vxoris dulciſsimos dies, nuptiarum videlicet & mortis. Præterea Heſiodus ex Pandora ab Epimetheo ficta dicit peſsimum genus fœminarum fluxiſſe, felicémque vocat expertem coniugij. Nam fœmina omnium deorum dono eſt fulcita, cui Mercurius ingenium & aſtutiam dedit, Pallas artes muliebres, Venus ornamenta monilia. Cúmque homines felices & abſque malis vllis prius degiſſent, ex ea nata in mundo concupiſcentia, & omnium labes malorum: quæ mala Iupiter in dolio prius incluſerat, quo ab illa detecto irruerunt in orbem præter ſpem quæ in ſummo ore remanſit: quæ ſi quis animaduerterit, multam in hac fabula Euæ ſimilitudinem inueniet, à qua initium cœpiſſe peccati accepimus, iuxta illud Liuij §. relatum. Initium turbandi omnia à muliere cœpit. Idcirco Socrates, vt refert Valer. lib. 7. tit. de ſapienter dictis & factis, cuidam adoleſcenti vtrum vxorem duceret quærenti, reſpondit: Quodcunque feceris, noueris te pœnitentiam acturum. Nam continere carni pœnoſum eſt, ſolitudoque te affliget: & ſi vxorem duxeris ſolicitudo perpetua te concitabit. Coniugium profectò eſt ſimile ſenectuti: vtrumque enim aſſequi cupimus, adſecuti tandem dolemus atque angimus, vt Theodectes dicit. Ob quod Apoſt. j. ad Cor. 7. Alligatus es, inquit, vxori, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem: quia, vt ibi, dicitur bonum eſt homini mulierem non tangere. Cùm dicat Auguſt. in ij. ſoliloq. quòd nihil ſic deiicit ab actu veritatis cognoſcendę, ſicut tactus iſte corporum: ſine quo vxor haberi non poteſt, & cui tenetur vir carnis reddere debitum, in quo abſorbetur intellectus. Ob quod populo legem diuinam accepturo præceptum fuit Exo. 19. Ne appropinquetis vxoribus veſtris. Pariter Theophraſtus libro ſuo quem de nuptiis fecit, matrimonium diſſuadet: quia impedit ſtudium Philoſophiæ, & ſumptus exigit, variáque onera. Et vxori ſi domum regendam commiſeris, ſeruus eris. Si autem tuo arbitrio aliquid reſeruaueris, fidem ſibi haberi non putabit, & ſic iurgia quæret, & venena diffundet. Si pulchra ſit, cito adamabitur, vt vidiſtis, & difficiliter cuſtodietur. Si autem fœda, moleſtum eſt poſsidere, quod nemo habere dignatur. Ex quibus oſtendit moleſtias nuptiarum plures eſſe. Præterea per matrimonium ſubiicitur quis perpetuæ ſeruituti vxoris. Or ſeruitus eſt ſemper amara, præſertim hoc caſu, vbi non ſolum reſpe-

ctu

BIU Cujas

ctu corporum, sed etiam est respectu & ex parte bonorum exteriorum, quorum occupatione multum implicatur matrimonium tam pro se quàm etiam vxore & liberis, secundum Lyram super dicto Apost. ℣. alleg. Vnde non absre Cicero rogatus ab Hircio, vt sororem suam duceret in vxorem, respondit, se non posse vxori & Philosophię operam dare. Et propter alia plura incommoda quæ Hierony. in tota ferè illa ad Eustochium epistol. narrat, videtur expediens
117 non esse matrimonium contrahere. † Sed his non obstantibus semper putaui & opinor, matrimonia esse licita, & bonum esse contrahere illa, dummodò licitè, & cautè contrahantur. licet castitas sit præhonoranda. Et illa puto coniugia esse solum onerosa, quę decenti non contrahuntur amore, scilicet personarum ad finem prolis suscipiendæ & voluptatis euitandæ, sed causa tantum libidinis explendæ: ita quòd libido est vltimus finis. Videatis tex. & gl. in c. j. 32. q. 2. Tales enim qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & mente sua excutiant, & suæ libidini ita vacent sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos, Thob. 6. Idem si cupiditatis causa fiant, putà bonorum temporalium, vt ℣. in prin. plenè fuit demonstratum: quia non dotibus, sed affectu matrimonia contrahi debent, vt ibi dixi. Et si secus fiat, talia matrimonia tristes vt plurimum sortiuntur euentus, atque multa incommoda sequuntur, odij scilicet & oneris, & interdum carentia prolis, ac summa paupertas, iuxta illud Ouid. lib. de remedio amo. Turpe vir & mulier iuncti modò protinus hostes. Quia necesse est, quod malo principio seu intentione iunctum est, malo terminetur fine, plurimáque incommoda sequantur. Per quæ concluditur expediens esse matrimonium contrahere cum muliere sibi pari, sufficienter pulchra, bene morigera, & de honestis & bonis parentibus nata. Nam filia leuiter sequitur parentum mores, præsertim matris. l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edict. vnde Tul. lib. 2. de Offic. Prima, inquit, adolescentis commendatio proficiscitur à modestia & disciplina parentum suorum. Et de facili in bonum deflectitur, si cum bonis & honestis assiduus fuerit. Cùm ergo hoc modo matrimonium amore licito contrahitur, amicitiáque, fidelitate & patientia, non molli, sed discreta, vt vidistis, continetur, nihil in orbe delectabilius inuenitur, nec fœcundius, ac securius: quia secundum Euripidem nec diuitiæ, nec quicquam aliud tantum voluptatis habent, quantum vir & vxor boni. Coniuge autem proba nihil extat dulcius. Prętera, vt legitur Eccl. 4. Melius est duos esse simul, quàm vnum. habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cùm ceciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus autem quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. funiculus multiplex difficile rumpitur. Hæc ibi. Nam in hoc mundi naufragio nemo est sibi satis: sed mutua eget dum viuit alter alterius ope. quia secundum Philos. solitarius aut Deus, aut porrò bestia. Ideo Lacedemonij tres de coniugio leges tulere. Prima, damnabunt eum, qui vxorem non duceret. De quo dixi plenè super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens.* circa princ. vbi ponitur dictum Mercurij Trimegisti, & historia Valer. Maxim. Secunda, qui serò. Tertia, qui non bene. Contraria autem locum habent & verificantur in viris ecclesiasticis, & contemplatiuis: quibus matrimonium esset summè onerosum, imò statui eorum contrarium: pariter esset valde dubium non licitè contrahentibus, zelo scilicet inordinato, fastu superbiæ solo domum extollere cupientes: de quibus loquitur Valer. lib. 7. c. t. Splendidis coniugiis, inquit, manus iniicis ad hoc, vt aliquando illustrent ista nonnunquam quæ funditus domos euertunt, &c. Aut hoc faciunt euentu incauto & non præmeditato, potius intuitu bonorum quàm personarum, nimiæ pulchritudinis solius quàm morum. Et idem si matrimonium reiteraret ille qui cum prima vxore satis stetit, præsertim si ex ea prolem habeat: considerare enim debet discretus vir fœminas esse sicut nuces, quarum prima prodest, secunda nocet, & tertia mors est, secundum Physicos. Præterea licet quo ad indiuiduum, bonum sit homini mulierem non tangere, vt dicit Apost. vbi ℣. cùm per hoc melius conseruetur indiuiduum. Tamen bonum non esset quantum ad conseruationem speciei, quæ sine vi generatiua conseruari non posset, quę in tactu mulierum consistit. Ideo omnes rationes contrarias matrimonia dissuadentes, sciens Christus, atque futuros præuidens hæreticos, necnon alios fornicationibus & adulteriis vacaturos, qui matrimonia modis prædeductis dissuaderent, & posse tenus impedirent, de quibus loquitur Apost. j. ad Tim. 4. nuptiis in Cana Galileæ interesse voluit, & interfuit, Ioan. 2. Et tales sunt anathematizati per concilium generale in cap. si quis nuptias. 30. dist. Contra quos Aurel. dicit Augu. Nuptiarum bonum, semper bonum est, quod bonum in populo Dei semper fuit. Sed aliquando fuit legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium. In quibusdam verò humanitatis solatium. 27. quæ. j. nuptiarum. Et fortè hæc omnia considerantes tutores Adiectæ Raynutij filiæ, & quòd Apost. dixerat. j. ad Cor. 5. Volo adolescentulas nubere: absque eo quod testator hoc expresè disposuisset: Adiectam eius filiam quamuis impuberem dicto Petro cum omnibus bonis suis nuptui tradiderunt, vt hîc videtis. Quæ omnia vobis sufficiant pro nuptias ornando & matrimonia: de quorum materia & substantia nihil dico, quoniam textualiter & abundè eam habetis per discursum iiij. libri huius voluminis.

¶ Laus Christo Iesu Domino nostro.

Finit Secunda Pars Repetitionis Capituli, Raynutius, Gulielmi Benedicti, Iuris vtriusque Doctoris celeberrimi.

Lugduni.

BIU Cujas

REPETITIONIS

CAP. RAYNVTIVS,

EXTRA DE TESTAMENT.

PARS TERTIA,

Authore Guliel. Benedicto I. C. Clariſsimo.

Cui nunc recèns ſubiecta eſt Continuatio eiuſdem repetit. à verb. Cuius bona, &c. ad finem vſque, authore STEPHANO RANCHINO, Iurium in Academia Montiſpeſſulani publico profeſſore.

Particulas in hac parte declaratas proxima ſequens pagina indicat.

Omnia maiore quàm fieri potuit diligentia mendis & erroribus purgata.



LVGDVNI,

Apud Bartholomæum Vincentium.

CIↃ. IↃ. LXXXII.

Cum Priuilegio Regis.

BIU Cujas

SECTIONES CAP. RAYNVTIVS. QVAE IN hac Tertia parte declarantur.

Quæ filium ex eo ſuſcipiens. folio 2.
Qui cum alia matrimonium contrahens. folio 7.
Tutores impuberis. folio 19.

Tractatus adiecti.

Tractatus de Ducatu Normaniæ, Aquitaniæ, & comitatu Andegauiæ, &c. fol.20
Quæstio de Episcopatu, seu Tractatus qualiter & quando possit Episcopatus conferri. fol.27
Arrestum Parisiis habitum super Camerariatu Lugdunensis ecclesiæ. fol.31
Quæstio Guilielmi Benedicti breuissima super collatione dicti Camerariatus. fol.33.
Quæstio de Matrimonio, eiúsque contractibus. fol.34
Processus præuentionalis aduersus quenquam Presbyterum homicidam. fol.35
Quæstio de homicidio, qualiter scilicet debeat puniri dictus Presbyter homicida. fol.38
Quæstio de Canonicatu. fol.42
Quæstio de Thesauraria. fol.44
Quæstio de Legitima. fol.46
Matthæi Bossi epistola de causis & occasionibus delinquendi. fol.46
Quæstio Gulielmi Benedicti de pœnis delinquentium, scilicet, An occidere peccatores liceat. fol.47
Quæstio eiusdem de Venditione. fol.52

BIU Cujas



GVLIELMI BENEDICTI PONTIFICII, ET CIVILIS IVRIS, DOCTORIS FAMOSISSIMI, TOLOSANIQVE SENATORIS CLARISSIMI,

repetitionis Capituli Raynutius pars tertia, quæ quidem antehàc nondum excusa, nunc iam absolutissimis typis mandata est.

SUMMAE SECTIONIS.

Quæ filium ex eo suscipiens.

1 ☞ *Filius mariti præsumitur qui domi natus est.*
2 *Filius concubinarij quomodo quis probetur.*
3 *Generandi potentia in quouis præsumitur.*
4 *Generare infirmus potest, etiam ea nocte qua moritur.*
5 *Digestio cibi trina.*
6 *Fœlicitas vera in quibus consistat.*
7 *Testiculum vnum habens generare potest.*
8 *Filius non tenetur credere parentibus ipsum spurium esse rentibus.*
9 *Præsumptio iuris & de iure nullam in contrariũ admittit probationem, nisi per confessionem.*
10 *Filiatio extra domum quomodo probetur.*
11 *Filius præsumitur qui ita à parentibus nominatur, vel vt talis tractatur.*
12 *Filiatio à parentibus semel agnita non potest reuocari.*
13 *Filius quomodo intelligatur eò quòd vt talis tractetur.*
14 *Filiatio quibus actibus probetur, & nu.15.*
16 *Similitudo formæ an filiationem probet.*
17 *Filij quare aliquando non similes parentibus.*
18 *Alexandri figura ex planetis.*
19 *Monstra vnde, & quid significent.*
20 *Portenta quare dicantur, & nu.21.*
22 *Sagittarij cuiusdam Amazonum portentosa effigies.*
23 *Centaurorum monstra.*
24 *Scythæ vnde sumpserint nomen.*
25 *Mynotauri generatio.*
26 *Labyrinthi duplicis historia. & nu.27.*
28 *Portenta alia ratione dicta.*
29 *Filij an censeantur portenta omnino dissimilia.*
30 *Occidens monstruosum est homicida.*
31 *Monstrorum varia genera.*
32 *Monstruosas vbique gentes ab Adamo ducere originẽ.*
33 *Antipodas esse negauit Augustinus.*
34 *Faunorum & satyrorum natura.*
35 *Monstrorum generationis causæ, & nu.36.*
37 *Anima quid, & quomodo infundatur.*
38 *Fœmina à fœditate dicta.*
39 *Menstrui muliebris virus.*
40 *Monstra aliquando nasci ob peccata parentum.*
41 *Matrix mulieris habet receptacula septem.*
42 *Hermaphroditorum generationis causa.*
43 *Monstrum intelligitur esse duo homines si sint duo corda, non si sint duo capita.*
44 *Saturnini martyrium Tolosæ.*
45 *Bernardi de Rosergio Archiepiscopi Tolosani vita beata.*
46 *Gallia sola monstrorum semper nescia.*
47 *Similitudo fœtus ad patrem vel matrẽ quare maior vel minor.*
48 *Auis quare magis fœtus aliquando similis.*
49 *Similitudinis filiorum ad parentes non esse certam legem.*
50 *Fama sola an filiationem probet.*
51 *Partus semper præsumitur in meliorem partem.*
52 *Filius cuius duorum sit maritorum quomodo iudicetur.*
53 *Filius non potest duobus patribus tribui.*

BIU Cujas

Quæ filium ex eo suscipiens.

SCilicet Petro marito suo, cũ quo morabatur. † Natus enim ex vxore simul cum marito continuè stante præsumitur ex eo solo mariti filius, & non alterius, si duo concurrant, videlicet quòd tempore conceptionis maritus erat præsens, & ad copulam carnalem habilis. l. filium eum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & l. si vicinis scientibus. C. de nup. Et nedum præsumitur filius mariti, sed etiam eo ipso censetur esse legitimus. Quæ cohabitatio licet sola sufficiat ad præsumendum filiationem, & legitimitatem filiorum, tamen non satis præsumi facit matrimonium inter illos contractum, si alius titulus non probaretur, secundum Panorm. singulariter in cap. lator. vbi glo. qui filij sunt legitim. & plenè in cap. illud. de præsumptio. & gloss. not. in leg. j. §. si ea. ff. de ventre in possess. mitten. † Et pari modo probatur filiatio vbi ex concubina natus esset filius: quia ex supradictis solis præsumitur concubinarij filius, & non alterius vagabũdi. Et potius iudicatur filius naturalis bastardus ex concubinario, quàm spurius, aut vulgo conceptus ab alio, secundum gloss. in cap. Michael. de filiis presbyter. quam sequuntur Bald. Panorm. & *communiter omnes* in cap. per tuas. de proba. Nec audiretur pater contrarium asserens, imò nec mater dicens ex alio concepisse. l. pen. §. mulier. ff. de probat. Et minus audirentur cæteri parentes successionem prætendentes, & talem filium excludere volẽtes: etiam si vxorem meretricem, & impudicã probare vellent, & probarent: quia non minus præsumitur mariti filius etiam si probaretur eã nocte cõceptionis cum extraneo dormiuisse, & rem carnalem habuisse cum eo sicut cum marito. Quia postquam eo tempore erat cum marito, & secum habitabat, præsumitur fauore legitimationis esse mariti, & non illius extranei filius. Et idem in cõcubina, vt potiùs dicatur de concubinario concepisse, quàm de illo extraneo, vt d. c. Michael. per omnes. Pro quibus optimè facit text. in l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. vbi non admittitur talis consequentia: tẽpore cõceptionis mulier erat adultera, ergo filius natus est illegitimus: vel non est veri concubinarij filius, nisi probaretur absentia viri, vel impedimentũ ad copulã, putà, frigiditas, vel maleficium, aut defectus membrorum ad generationem necessariorũ: quia † in dubio præsumitur habilitas, & generãdi potentia in viro: adeò ꝙ si ei aut filio de impotẽtia coitus obiiceretur, & potẽtia negaretur, certè onus probandi incumberet neganti. Cùm præsumptio naturæ sit pro affirmante: quia sicut non præsumitur alicui abesse cerebrum, aut cor vel hepar, ita nec aliud membrum principale. Nam videmus non habentes sanum cerebrum, & furiosos prolem generale. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Natura enim semper plus studet generationi quàm intellectui. Quod patet: quia videmus etiam bruta penitus intellectu carentia generare: quia natura magis curat de esse rerũ, quã de substãtia earum, secundũ Bal. singulariter in d. l. filium. in princ. † Quinimò infirmus vsq; ad mortẽ etiã ea nocte qua moritur generare potest: vt sentit gl. super verbo, in decẽ mẽsibus. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posth. & dixi super verbo. *In extremis positus.* Quandiu enim cibũ quis sumere potest, ad generationẽ dispositus cẽsetur: quia humor ille sperma vocatus ex tertia digestione procedit. [De isto humore qualiter ex cibo & potu dietim generatur, loquitur Bald. suprà in proœmio super verbo, *pudicos.*] Et dixi j. super verbo, *qui cũ alia matrimoniũ cõtrahens.* loquẽdo de fœminis intra annũ luctus renubẽtibus.] † Prima certè digestio cibi fit in stomacho, vbi separatur purum ab impuro. Impurũ hoc à corpore expellitur per organa, & vias fæcales tanquã inutile & superfluũ. Et purum trãsmittitur ad hepar vbi fit secunda digestio, per quam separatur ibi purũ ab impuro. Impurũ hoc cõsistẽs in humoribus superfluis & inutilibus, mingẽdo, expuendo, & per sudores à corpore expellitur. Et purũ trãsmittitur ad cor, vbi fit tertia digestio, qua iterũ separatur purũ ab impuro. Hoc purũ retinetur & cõuertitur in substantiã aliti. Et impurũ sperma in masculo vocatũ, & in muliere menstruũ, descendit ad vasa generationis, scilicet ad testiculos, ex quibus per coitũ expellitur & in matrice mulieris recipitur, coagulatur, ex quo fœtus cõcipitur, iuxta illud Iob. x. Sicut lac mulsisti me, & sicut caseum coagulasti: pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis cõpegisti me, &c. vt plenè declaraui super verbo, *Et sobo les quã gestabat in vtero.* Vnde nõ sine causa sit tanta in emissione seminis delectatio in masculo, & plus in muliere, vt dixi super verbo, *duas habẽs filias.* quia talis humor cordialis est, & creatura Dei de se bona, licet malè vtentibus sit nociua, secundum Augustinũ, [vt habetur super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* in secundo principali articulo successionum, circa fi.] quoties demittitur extra vas mulieris ad hoc naturaliter dispositũ, vel aliud quam cõiugale: quũ omnis etiã simplex fornicatio sit mortale peccatũ. Cle. ad nostrũ. de hæretic. Cùm igitur omnia ferè animalia ex cibo & potu viuant naturaliter sicut homines, generare possunt mediãte motu cœli, qui operatur corruptionẽ, sine qua generatio nõ procederet: quæ tamẽ cessabit in fine mũdi post diẽ iudicij, quo tẽpore cessabit motus cœli: & consequẽter cessabit generatio & corruptio. Ex quo verè hæretica iudicatur Saracenorũ & quorũdã Iudæorũ peruersa opinio, dicentiũ beatos post iudiciũ existẽtes in gloria bibere, comedere, & cũ puellis cõmisceri: beatitudinẽ futuræ vitæ in delectationib⁹ & voluptatibus corporalibus ciborũ & venereorũ ponẽdo: quòd nõ solùm apud catholicos, sed etiã apud gẽtiles philosophos absurdũ reputatur, qui beatitudinẽ hominis ponũt in operibus intellectiuæ partis, asserentes vitã voluptuosam esse vitã pecudũ, vt habetur j. Ethicorũ. Ideo non est ibi ponẽda beatitudo: † quũ fœlicitas nullo modo pertineat ad bruta animalia, sed solũ ad intellectualẽ rationabilẽ creaturã, qua beatitudinẽ habebit in sola visione & fruitione Dei. A qua beatitudine animæ fiet post resurrectionẽ redundãtia ad corpus, ꝙ per eã fiet gloriosũ per quatuor dotes, inter quas est impassibilitas. Et sic resurrectio erit ad vitã immortalẽ operibus nutritiuè & generatiuè nõ indigentẽ: quia satiabitur quisque cùm apparuerit gloria Dei: iuxta illud Psalmistæ, Satiabor cũ apparuerit gloria tua. De quo plenè per Lyrã super verbo, Creauitq; De⁹ grãdia. Gen. j. Et pariter Philosophus dicit, ꝙ anima rationalis nũquã quietabitur donec suo iũgatur creatori. Ex quibus omnib⁹ resultat, ꝙ ex cohabitatione cõiugũ natus in domo ex vxore præsumitur mariti filius, etiã si mari-

7 ſi maritus ille altero careret teſticulo: quia† cum reliquo generare potuit. l. Pomponius. iuncta gl. ibi. ff. de ædil. edicto. & l. qui cum vno. ff. de re mili. vbi plures narrãtur valentiſsimi viri, etiã in armis, qui altero teſticulo caruerũt. Quod ſecus eſſet, ſi carerẽt ambobus, quia tunc generare non poſſent, tanquã virtute carentes. Nec tunc natus ex vxore in domo mariti caſtrati, vel ſpadonis, & eunuchi præſumeretur eius filius. Caſtrati enim animum & vocem puſillam habent, & ferè in omnibus ad muliebria declinant. Nec propter hoc meliores aliis exiſtunt, aut fideliores, & manſueti, quum ſecũdum Philoſophũ omne animal caſtratũ ſit melius, excepto homine, qui factus eunuchus, nò ꝓpter hoc eſt plus mãſuetus, imò magis ferox efficitur, vt dicimus de hominib' deſperatis, qui nõ curant pericula, vt pulchrè dicit Bal. in l. j. C. de Eunuchis. Pro quo facit quod ſcribitur Eccleſiaſt. xx. Cõcupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculã. Et talis præſumptio filiationis, quæ ex amborũ coniugum cohabitatione cõtinua reſultat, eſt prę ſumptio iuris, & de iure: cui adeò fixè ſtatur, quòd in contrariũ probatio nõ admittitur, ſi cum reſidẽtia non cõcurrat impotẽtia coeundi, & vxorẽ carnaliter cognoſcendi, etiamſi mulier diu ſterilis cum marito habitaſſet, & prolem non habuiſſet, tunc verò peperiſſet. per text. in d. c. per tuas. ſecundum Paul. allega. conſi. clxxv. Ex quo per Bart. & omnes in d. l. filium.
8 & in d. c. per tuas. †reputatur nimis credulus quidã
☞regis filius, qui ad dictũ ſolius matris [Etiam ei nõ crederetur ſi moriẽdo hoc dixiſſet, cũ mentiri potuerit in odium filij, velut irãta contra eum.] de adultero ipſum concepiſſe cõfitentis, ceſsit regno: quod facere non tenebatur, etiamſi ambo parentes hoc eſſe
9 verum declaraſſent: quia illa† præſumptio iuris & de iure nullam in contrarium recipit probationem, niſi pars fauore cuius hoc præſumitur, ſcilicet fili' ſic natus, confiteretur ſe nõ filium, vt fecit ille regis filius & hæres, in cuius poteſtate erat renunciare hæreditati paternæ, quacunq; ſtante filiatione. Nec tunc propriè dicitur contra præſumptionẽ admitti probatio: quia confeſsio partis, pro qua præſumitur, nõ eſt probatio, ſed à probatione releuatio, ſecundũ Panor. & oẽs ſuper Rubri. de probatio. Vel dicitur effectus & lucri ex tali præſumptione reſultantis renunciatio & repudiatio paternæ aut maternæ hæreditatis, quę cui libet permittitur de iure. l. j. C. de pactis. Et dixi plenè ſuper verbo, *duas habens filias*, in tertia principali 10 cto matri. † Similiter probatur filiatio, & præſumitur, quotiens quis ab aliquo tractatus fuit tanquã filius, etiamſi non fuerit nominatus filius, ſecundum Iaco. Butrig. in d. l. quidam. Panor. in d. c. tranſmiſſæ. & Bar. in d. l. ij. ff. de libe. agnoſc. & in l. j. §. ad quęſtionem. per illum tex. ff. de quæſtio. Ang. in l. vxorem. ff. de manumiſſ. teſta. & plenè Pau. in d. l. fi. ff. de probat.
fallentia, loquendo de filiis hæreditati paternę renũtiãtibus. Talis enim partis cõfeſsio, & nõ quæcunq; alia probatio contra talẽ admittitur præſentationẽ, ſecundũ gl. ab omnibus approbatã in l. in contractibus. C. de non nume. pecu. & in Auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nuptias. Plus dicunt aliqui, ꝙ talis præſumptio probat omnino natum ex vxore in domo mariti eſſe ſuum filium, etiamſi talis vxor non ſemper viro cohabitaſſet, ſed aliquando diuertiſſet, & ſe abſentaſſet. vt d. c. per tuas. Tamen hoc vltimo caſu putant aliqui ſolam cohabitationem tempore partus filio non ſufficere ad ſe probandũ filium, niſi fuerit à parẽtibus vt filius tractatus & nominatus, vt
☞ibi concludit Felynus. [Omnia iura de filiatione loquentia ponderãt locũ natiuitatis potius quàm conceptionis filij. Et ratio eſt: natiuitas certa eſt, & dies conceptionis eſt incertus, & certum trahit ad ſe incertũ. Et illa prima materia, ex qua puer concipitur, ex toto corrumpitur, ita, quòd aliqua pars formalis ipſius non remanet in embryone, ſicut nec aliquod ſimplex elementũ, quod eſt minima pars rei naturaliũ, remanet formaliter in iſto, ſecundũ Phyſicos: ergo tẽpus conceptionis, ſeu locus non inſpicitur: ex quo etiã dicunt iura, ꝙ origo facit domicilium, non conceptio, ſecundũ Bal. in d. c. per tuas. Similiter nõ conſideratur locus, in quo conceptus nutritur, dum tamen in domo mariti naſcatur, vt d. l. filium. ſed quã diu eſt in vtero, nõ dicitur homo, nec in eo habet pater poteſtatẽ, vt plenè habetur ſuper verbo, *& ſoboles quam geſtabat in vtero*. Igitur vt homo & filius iudicetur, locus natiuitatis conſideratur.] Si autem filius natus fuiſſet ex vxore, vel concubina extra domum mariti, vel concubinarij non ſufficeret, niſi filiatio probaretur aliis coniecturis & mediis, puta ſi natus communiter reputatus fuerit, & nominatus à parentibus filius. c. tranſmiſſæ. qui filij ſunt legiti. Nã talis nominatio & reputatio filiationem ſufficienter probat, etiamſi extra iudiciũ emanauerit, duobus tamẽ concurrentibus. Primò, quòd talis natus veraciter & non fictè per adulationem fuerit cõmuniter nominatus & reputatus filius à parentibus: non autem blandiendo, aut verbis communibus, extraneo ſicut filio conuenientibus, puta, ſi maritus dixerit: bene venerit filius meus. Quia talia dici ſolent etiam non filiis, ſecundum Panor. & alios in d. c. per tuas. Secũdò requiritur, ꝙ talis nominatio ſit à parẽtibus diſpoſitiuè facta, & principaliter propter ſe, & non enuntiatiuè propter aliud, id eſt, ob aliam cauſam, quàm ad fines probandi filiationẽ. Quia tunc non probaret, ſecundum glo. in d. c. per tuas. quæ ibi bona iura allegat. Niſi talia verba dicerentur filio præſenti, ſecundum Imo. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. pro quo facit tex. in l. quidã. ff. de probatio. per quem iuncta petitione cum reſpõſione, videtur hoc principaliter decidi. facit l. non epiſtolis. ibi, quaſi ad ſororẽ. C. de probat. Prætereà ſi nominatio aut confeſsio filiationis facta in epiſtola tertio miſſa, & directa probat ſemiplenè filiationem. l. fin. in princip. iuncta glo. ff. de probat. Certè plenè probabit, facta in præſentia filij, vt præſentia aliquid operetur. Et ſi tacita confeſsio ex contumacia mariti reſultans, qui vxori ſe prẽgnãtem dicenti cuſtodes non miſit, plenè probat filiationem. l. ij. vbi Bal. ff. de libe. agnoſ. fortius plenè probabit expreſſa cõfeſsio, licet ꝓpter aliud, & ſic enuntiatiuè emiſſa. l. ij. §. diuus. & Bar. in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fiſci. & Bald. in l. ſi tutor. C. de interdicto matri. † Similiter probatur filiatio, & præſumitur, quotiens quis ab aliquo tractatus fuit tanquã filius, etiamſi non fuerit nominatus filius, ſecundum Iaco. Butrig. in d. l. quidam. Panor. in d. c. tranſmiſſæ. & Bar. in d. l. ij. ff. de libe. agnoſc. & in l. j. §. ad quęſtionem. per illum tex. ff. de quæſtio. Ang. in l. vxorem. ff. de manumiſſ. teſta. & plenè Pau. in d. l. fi. ff. de probat.
☞[Quia licet per tractatum probetur filiatio: nõ tamen probatur matrimonium inter parẽtes filij, ſi aliter de illo non conſtaret. Et hoc propter periculum animæ ex cõcubinatu reſultans: vt plenè dixi in c. illud. de præſumptio. & Bald. in d. l. filium. in ſecunda lectura.] Ideo notanter dicit Bart. in d. §. ad quæſtionem quòd cautela articulandi per aduocatos in tali materia, eſt concipere articulum primũ de filiatione, ſcilicet ꝙ talis eſt fili' talis. Et poſtea dicãt, quòd pater ipſum habuit, & tenuit ac tractauit tanquã filium, quo probato præſumitur filius. Nec ſufficeret articulare, ꝙ ille ſe geſſerit pro filio talis: ſed oportet dicere, quod pro tali fuit habitus à patre, & tractatus ſciẽtibus vicinis, ſecũdũ gl. in d. c. Michael. de filiis

presbyt.& in c.accedẽs.de purga.cano. & in c.nihil. de electio.Ad quod faciunt notata in l.Barbarius. ff. de offic.præto.& consuluit Ange.consi.lxxxiij. incip. Spurius.vbi dicit hoc nõ solùm habere locum in naturalibus & legitimis,sed etiam in spuriis:vt illo probato resultet probata filiatio,saltem quo ad possessionẽ filiationis:vt concludit idem Angelus consilio clxxxiij.incip.in quęstione.&c.Et Prępositus in d.c. transmissæ.super glosspenul.& Paul.allegato consil. clxxv. Quod est verum,etiamsi parentes, postquam ipsum tractauerunt vt filium, negarent filiationem, quia certè huic negationi & nouæ cõtradictioni prę ferretur tractatus velut potentior,secundum gloss.in d.c.trãsmissæ.qui filij sunt legit.quam ibi ad hoc põderat Panor.& in d.c.per tuas.Quod est verum, siue vnus parẽtum nunc negaret filiationem, siue vterq;.

12 †Quia sicut ad præiudicium filij reuocari nõ posset confessio semel facta,vt dicit glo.in dicto c.per tuas. minus reuocari posset ille tractatus, qui fortior est simplici nominatione:vt dicit Bal. in l. non ignorat. C.qui accusa.nõ possunt.nisi filius consentiret huic sequenti contrariæ tractationi, quia tunc ei staretur contra se,quia vltima quasi possessio nõ turbata præiudicat præcedenti quo ad cognitionem status. l. si iure.C.ne de statu defuncto.post quinquenniũ quæratur. Etiam è conuerso, si quis prius fuerit tractatus tanquã nõ filius,& postea vt filius,primus tractatus vt quædam assertio reuocatur per secũdam à parentibus factam cõtra se,etiamsi primo tractatui filius consensisset,ductus fortè probabili assertione parentum.l.j.§.fi.& ibi no.ff.quãdo actio de pecul. est

13 annalis.† Or domini,non ita crudè intelligatis quod dixi,quòd quicunque tractatus probet filiationem, quia non sufficeret tractatus indifferens extraneo sicut filio conueniens:sed requiritur quòd à parentibus fuerit tractatus tanquã filius per tales actus, qui sint proportionabiles soli filiationi,secundum Bartol. in d.l.ij.ff.de libe.agnoscen.&Docto.in d.c.Michael.& d.c.per duas.& d.c.transmissæ. actus autem filiationi proportionabiles & non extraneæ cõditioni sunt, si pater quem exhæredat vel emancipat,vel hæredẽ instituit in legitima, quum soli filio, & non extraneo propriè conueniat, & necessaria sit exhæredatio vel emancipatio,aut legitimę assignatio,vt plenè dixi super verbo,*in eodem testamento relinquens*.Et idẽ esset, si eum hæredem instituerit, non simpliciter nomine suo proprio expresso,vel eum nominãdo filium : sed eum instituit nominando filium naturalem & legitimum. Quo casu sufficit ad probandum filiationem cõtra parentes testatoris ei ab intestato succedere volentes,etiamsi postea in alio sequenti testamento primam institutionem reuocaret, dicendo eum nõ filiũ suum. Quia per primam nominationem & tractationem remaneret in quasi possessione filiationis, per tex.in l.quidam cùm filium.ff.de verbo.obli.pro qua

14 in dubio iudicaretur.† Pariter probatur filiatio, si pater ipsum nominaret filium suum adijciẽdo pronomen meum,dicendo talem filium meum,&c.quia nominando eum suum,satis declarat & intendit,eum habere in potestate(licet Panor.videtur sentire contrarium in d.c.per tuas.)& sic vt legitimum,secundũ Bald.in c.innotuit.iiij.& v.col.de elect.Pro quo facit illud Apostoli ad Hebr.j.per hunc modũ diuinam filiationem probantis in Christo:Cui dixit aliquando Angelorum, scilicet Deus,Filius meus es tu, &c. quasi dicat,per talia verba à patre prolata sufficienter probari filiationem, quia de aliis non consuerunt dici.Similiter probatur,si quis vocet aliquem filium suum naturalem. Tales enim qualitates aliquid conferunt,& plus quàm simplex nominatio filij,quæ sola non sufficeret:vt dixi super verbo,*& vxorem nomine Adelasiam*.in primo successionũ articulo.Eodem modo probatur filiatio,si pater tenuit cũ in scholis, eum alendo,& vestiendo vestibus ab indumentis famulorum differentibus.Et idẽ si eo nato fecit eũ describi in libro natalium,in quo soli filij cõsueruntdescribi:sic, hodie est mihi natus talis filius ex tali vxore mea,vel cõcubina mea. Quæ descriptio est vera filiationis probatio.secundum gl.in §.fin. Instit. de ingenuis.Quã notat & sequitur Bal.in l.j. C.de confessis.& tenet in dicto c.per tuas. Et in filio naturali tãtùm plenè probaretur filiatio, si pater fecerit eum legitimare secũdum Petr. de Anchar.consi.ccxxj.incipiente,videtur prima facie.penulti.col. Et Bal. in l.vulgò.ff.de statu. homi. quia omnes præfati tractatus solis filiis,& non extraneis conueniunt. † Etiam 15 probatur filiatio per confessionẽ patris per se & principaliter, & non enunciatiuè propter aliud factam. Nec rumperetur per confessionem contrariam, quã uis iuratam à patre postea factam, secundum Panor. & omnes per illum tex.in dicto c.per tuas.quia durũ esset in potestate parentum fore,ius filio ex cõfessione semel quæsitum auferre,contra text.ibi,& in l.fin. ff.de proba.& l.ij.§.j.ff.de liber.agnoscen.vbi si maritus confessus fuit,aliquem esse filiũ suũ,semper præsumitur pro filio:licet maritus in iudicio postea negaret,etiam prius iurato de calumnia. Et posito etiã, quòd talem confessionem præcessisset negatio filiationis:tamen adhuc stabitur confessioni pro filiatione, quia negatio præcedens patris fauorem respicit negantis & præiudicium filij:confessio verò sequẽs respicit præiudicium confitentis.Et regula est, quòd in præiudicium tertij assertio alicuius nõ valet.l. qui seruum. ff.de interrog.actio. & l.inter chartulas. C. de conuenien,fisci debito.libro x. Confessio autem semper nocet cõfitenti,& operatur cõtra ipsum, per tex.in dicto c.per tuas.Et prædicta probatio filiationis per præsumptiones procedit in patre,pro quo haberi nõ potest vera probatio,nec certa, nisi per cõiecturas præcedentes.Sed in matre, quæ certa semper est,non est vagandũ per coniecturas.l. quia mater.ff. de in ius vocando.Præterea excepta prima cõiectura procedente ex natiuitate partus ex vxore in domo mariti ad coitum habilis, & tempore conceptionis simul cum vxore habitantis,quę præsumptionẽ inducit iuris,& de iure.vt dixi:cæteræ cõiecturæ nõ sunt nisi præsumptiones iuris,quibus statur,donec cõtrariũ probetur,quia si negans filiationem pertinenter probare vellet quòd non est filius,certè indirectò ad hoc probandum reciperetur.Veruntamen illo in pẽdenti,ille,qui vt filius tractatus est, pro filio tenebitur,& vt talis tractabitur,ac iure filiationis gaudebit propter iuris præsumptionẽ,quæ pro ipso facit : cui semper stabitur,donec cõtrariũ probetur.l.siue possidetis.vbi gloss.C.de probatio.& in l.ij ff. illo eodẽ titul.& in c.j.vbi bona gloss.vt eccleſiasti.benefi.sine diminutio.conferan. Et dabitur interim talis prouisio,quæ vero competeret filio solùm duratura quousq; de non filiatione aduersarius plenè docuerit.l. si iudex.vbi glossa & Doctores.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.Nam cùm per prædicta sit ipse in possessione filiationis, non debet pendente iudicio illa

16 priuari.c.j.de iudiciis.in fine. †Addunt nonnulli aliã coniecturam & præsumptionem, ad probandum filiationem,

liationem, scilicet quòd quis sit filius alicuius, puta per similitudinem, vt quia partus assimilatur marito, quod ex hoc præsumatur mariti filius. Et si adultero assimiletur, dicatur esse eius filius. Vel vbi mulier quæ peperit, duos habuerat successiuè maritos, siue nõ lõgo interuallo post mortẽ primi, puta, infra tres vel paucos dies: & nescitur cuius mariti, primi vel secundi sit filius: quia iudicabitur esse illius cui assimilatur, secũdum Iacobum de Bello visu, post Socratẽ: quem Baldus refert in dicto cap. per tuas. volentem quòd filius sit illius cui similis est in forma faciei. Pro quibus facit gloss. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ædilitio edict. dicens: sæpe solet similis filius esse patri. Sed non est verum secundum Bald. & omnes in l. Gallus. §. j. vlt. colum. ff. de libe. & posthu. dicentes, talem coniecturam filiationis esse multum fragilem, & periculosam: quum aliquando contingat etiã inter extraneos similitudinem reperiri. vnde libr. ix. c. xv. tit. de similitudine formæ, refert Valer. de Pompeio magno, cui Vibius ingenuæ stirpis. & Publicius libertinus adeò similes fuerũt, vt permutato statu, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio salutari poterãt. Et idẽ de plurib' aliis, quos ibi seriatim refert. Ideò talis coniectura non est vrgens ad probandum filiationem. Quinimò dicit Iacobus Butriga. in l. fina. ff. de Carbon. edict. quòd filij qui assimulantur patri, id est marito, non sunt propter hoc iudicandi legitimi, sed potius illegitimi. Et ratio est, quia quando mulier adulteratur, propter timorem mariti, semper habet cor ad eum: ex qua cogitatione filium generat marito similem. Et ita refert quendam suum
17 amicum summum medicum sibi dixisse. † Pariter dicit diuus ille Hieronymus in quæstionibus super Genesim scriptũ fuisse in libris Hippocratis, quòd cùm mulier quædam suspicione adulterij esset punienda, eo, quòd filium peperisset pulcherrimũ, vtrique parenti omninò dissimilem: Hypocrates ad hoc vocatus, monuit videri, ne fortè talis pictura esset in cubiculari camera, qua inuenta, fuit mulier à pœna adulterij liberata, pariter & suspicione. Et idem in effectu dicit gloss. in l. non sunt liberi. ff. de statu hominum. Similiter refert Fabius Quintilianus quandam liberasse matronam de adultario accusatam, quòd filium Æthiopem peperisset, quòd ex imagine nigri coloris in cubiculo depicta, iudicatum fuit contigisse. Prout etiã recitat Aurelius Augustinus lib. quinto contra Iulianum, quòd quidam rex Cypri deformis specie, cubiculum suum pulchris imaginibus depingi fecit, vt per talem aspectum vxor sua pulchrã conciperet prolem, prout fecit. Nec mirũ esse ait, libro vndecimo de ciuitate Dei, sobolem generari similem conspectæ imagini: quum diuus scribat Hieronymus, hoc ipsum in equorum gregibus apud Hispanos obseruari. per textum Genesis xxx. vbi Iacob nouam talem inuenit artem, vt ex varicoloribus gregibus varij nascerentur colores. Ex quibus omnibus resultat ex similitudine vel dissimilitudine non probari filiationem, nec iudicari posse legitimam vel illegitimam. Quod doctrinæ Christi cõuenit in Euangelio dicentis, Ioannis vij. Nolite iudicare secũdum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Præterea talis similitudo aut dissimilitudo secundum Galenum in libro de Spermate, etiam contingere potest propter debilitatem virtutis generatiuæ, quæ tunc facere nõ potest rem generatam patri vel matri, generantibus similem. Quo casu pro refugio capit partus figuram
18 vel naturam fortè alicuius planetæ. † Et ita Alexander ille magnus, Philippi Regis Macedonum filius, honoris & gloriæ supra modum appetens, quàm potuit diligentissimè per Philosophos figuram & naturam Planetarum tempore suæ conceptionis & natiuitatis regnantium exquisiuit. Quia in sua natiuitate Sol erat in signo Leonis: vnde crines habuit crispos. crocei coloris, aspectum mirabilem, iram magnam, nasum longum, & vim grandem. Et quia Saturnus tunc erat in signo Tauri, dentes habuit acutos, vnum oculum vt draco, alterum verò sicut aquila. Pariter quia Saturnus est altior cæteris Planetis, Alexander habuit cor altissimum, de quo per Augustinum de ciuitate Dei, libro decimosexto. capitulo octauo & nono, & Isidorum libro
19 vndecimo Etymologiarum, capitulo penulti. † Etiam interdum nascuntur tunc monstra (de quibus plenè diximus, & clariùs super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero*) contra formam humani generis, vt dicta lege, non sunt liberi. quæ aliquandò vocantur prodigia, per quæ Deus aliquotiens demonstrat & significat futura, veluti pestilentias, fames, guerras, ac Principatuum perniciem, vt contigit Regi Xerxi, qui Babyloniis interdixit, ne ferrent arma: cui Deus finem Regni sui ostendit per Iumentum, quod peperit vulpem. Etiam mors Alexandri ostensa fuit per mulierem, quæ partum enixa fuit, habentem in parte superiori figuram hominis mortui, & pars inferior viuebat, habens figuram diuersarum bestiarum. Aliquando dicuntur
20 † portenta propter excessiuam magnitudinem: vt dicit Homerus de Tityone, qui magnitudine corporis occupabat septem iugera terræ. Et verè homines olim erant grandiores. Nam recitat Philostratus libro tertio de vita Apollonij, quòd dictus Apollonius philosophus in arte magica expertus tempore Vespasiani Imperatoris viuens, sepulchrum Achillis adiuit in portu Sigæo. vbi institutum fuerat ei templum, cuius vmbra ei apparuit altitudinis septem, & postea duodecim cubitorum. Lacedæmonij Orestem filium Agamemnonis Regis longè post eius mortem repererunt. Qui. Heredoto libro octauo referente septem cubitorum altitudinis erat. Et tempore Henrici secundi Imperatoris, circa annum millesimum quadragesimum, vt Martinus in sua 15. Chronica refert: Pallas filius regis Euãdri, fuit prope Romam repertus integer, & adeò mirabilis altitudinis, quòd muros ciuitatis excedebat. Et vulnus, quo per Turnum pro querela Æncæ Troiani percussus fuerat, erat aperturæ quatuor pedum. Pariter fertur, quòd quidam Magicus Carolo Duci Burgundiæ vltimò ostendit simulachra & imagines Hectoris & Achillis, quorum staturæ enormis erant & stupendæ altitudinis. Cui conuenit, quod dicit Virgilius libro xij. Æneidos, quòd tempore Homeri poëtæ Græci, qui fuit circa annum centesimum post Troiam deletam, homines incipiebant decrescere, eo dicente: Nam genus hoc viuo iam de-
21 crescebat Homero, &c. † Etiam possunt homines ita dici propter excessiuam paruitatem, & exiguitatem, vt dicitur de Pygmæis, qui sunt homines cubitales, vnum solum in altitudine habentes cubitum. Et interdum ita vocãtur propter deformitatem speciei: quia, vt dixi, nascuntur contra formam humani generis: vt, quia nascitur partus, habens corpus hominis, & caput canis vel leonis. [De quibus habetur super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens*, dum loquor de ætate legitima contrahendi

22 matrimonium.] † Sicut legitur de Sagittario, quem Epistropus rex Liciniæ de finibus Amazonum in succursum Troianorum duxit, visu mirabilem: cuius medietas ab vmbilico superius erat homo: & ab vmbilico deorsum erat equus. Et medietas humana corio erit cooperta piloso, sicut corium equi: oculos tamen habebat flammeos velut igne rubentes: doctus in arcu & sagittatione, ac timorosi aspectus: qui aduersus Græcos pugnans, multos timores incussit, & damna quàm plurima eis dedit, dum multos ex Græcis letiferis vulneribus peremisset. tandem fuit per
23 Diomedem occisus in bello. † Huic similes centauri Thessaliæ populi secus montem Pelium habitãtes qui media parte viri, & media equi describuntur, qui à Lapithis originem traxere, & ipsi alpestres popu-
24 li in Thessalia fuerunt. † Pariter fabulantur Scythæ per natam apud eos ex terra virginem vmbilico tenus hominis forma, reliqua viperæ. Eam genuisse puerum cuius nomen fuerit Scytha. Hunc cùm omnium qui ante eum fuerant clarissimus euasisset, indidisse populis Scytharum nomen, Diodoro de anti-
25 quorum gestis libro tertio referente. † Etiam de Minotauro legitur, quem regina Pasiphae peperit in parte hominem, & in alia parte taurum. Pasiphae enim Minois Cretensium regis vxor inflammata tauri concupiscentia, Dædali freta artificio, se in ligneam vaccam includi fecerat, atque ita è Tauro & paulo pòst è Minoe marito suo, Minotaurum concepit monstrum biforme, id est, partim humana & partim taurina forma. Vnde Virgilius eam increpando, Bucolicorum Ecloga sexta carmẽ Sileni referens, sic dicit,

Et fortunatam, si nunquàm armenta fuissent,
Pasiphaen niuei solatur amore Iuuenci,

scilicet Tauri,

Ah virgo infœlix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est
Concubitus: quamuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsiuisset cornua fronte.
Ah virgo infœlix tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas, &c.

26 † Ad quod occultandum, Dædalus Labyrinthum constituxit, domum cæcis erroribus, multísque viarum ambagibus implicatam, in quibus exitus inueniri non poterat, donec Theseus ab Athenienſibus vt à Minotauro deuoraretur missus, Consilio Ariadnes, seu Ariadnidis filiæ regis antedicti, filo in foribus annexo rexit vestigia, de quo Labyrintho aliqua
27 tetigi super verbo, *domum*, in principio. † Alij dicunt Miridim regem Aegypti, quem nonnulli Maronem cognominant (vt Diodorus libro secundo refert, de antiquorum gestis) sepulchrum sibi constituxisse, quod Labyrinthus appellatur, quam rem mirandam dicit, non tantum operis magnitudine, quãtum arte ad imitandum difficili. Nam ingredientibus non facilè regressus datur, nisi duce itineris experto. Vnde ferunt quidam Dędalum ad Aegyptum penetrantem admiratum huius operis artem similem in Creta regnanti Minoi constituxisse: in quo fabulantur extitisse Minotaurum. Sed Cretensis Labyrinthus defecit sine opera hominum: tempore corruptus, Aegyptius verò vsque ad nostra tempora inte-
28 ger manet. Hæc ille. † Aliquando dicuntur portenta propter omnimodam dissimilitudinem, & diuersitatem, vt legimus de illa quæ perperit taurum pu-
29 rum. † Et tales omnino contra formam humani generis nascentes non censentur esse filij, nec appellatione liberorum veniunt, vt dicta l. non sunt liberi. Secus si aliquam effigiem humanam haberent, tamẽ deformem: quia tales dicerentur liberi, quantuncunque monstruosi: & dicuntur filij Adæ sicut nos: vt tenent communiter theologi secundum Ioãnem Fab. in §. ius autem gentium. in principio. Institutio. de
30 iure naturali. † Adeò, quòd si quis tale monstrum occideret, puniretur, ac si hominem perfectum & formosum occidisset, secundum Baldum in l. quod dicitur. ff de liberis & posthum. Etiam si haberent caput animalis bruti supra collum, vel transuersos humeros, vt dicit Felynus in capi. fina. de homicidio. & dixi super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.* Et plenè Alexand. in dicta l. quod dicitur. de monstruo
31 sis generibus hominum. † De quibus gentium historiæ narrant, dicit Augustinus libro xvj. de ciuitate Dei, cap. viij. & sequenti, quòd prohibentur quidam ☞ vnum oculum habere in fronte media. [Hi vt Iustinus scribit, cyclopes viri gigantes in Sicilia iuxta Ethnam habitantes.] Quibusdam plantas versas es- ☞ se post crura. [De quibus loquitur Plinius libr. vij.] Quibusdam vtriusque sexus esse naturam & dextrã mammam virilem, sinistram muliebrem, vicibúsque inter se coeundo & gignere, & parere. Aliis ora non ☞ esse, eósque per nares tãtùm halitum sumere. [De quibus idem Plinius vbi suprà, Astomorum gens sine ore, corpore toto frondium lanugine vestitur, halitu tantùm viuens, nullus illis cibus, nullus potus.] Alios statura esse cubitales, quos pygmæos Græci à cubitu vocant. Alibi infrà, quinquennis concipere fœminas, & octauum vitæ annum non excedere. Ferunt præterea esse gentes vbi singula crura in pedibus habent, nec poplitem flectunt: & sunt mirabilis celeritatis. Quosdam sciopodas vocant, qui per æstum in terra iacentes resupini, vm- ☞ bra se protegunt pedum. [Vt refert Solinus de Cynocephalis, de quibus loquitur idem Solinus, dicens eos vnguibus armatos.] Quosdam sine ceruice oculos habentes in humeris. Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atque ipse latratus magis bestias quàm homines confitetur? Sed omnia hominum genera quæ dicuntur esse, credere non est
32 necesse. † Verùm quisquis vspiam nascitur morituros homo, id est animal rationale mortale, quàmuis inusitatam nostris ingerat sensibus corporis formã seu colorem siue motum, siue sonum, siue quanlibet vim quanlibet partem: quanlibet qualitatem naturalem: tamen ex illo vno Protoplasto originem ducere nullus fidelium dubitet, & inde per cũ ex Noe post diluuium. Qualis autem ratio redditur de monstruosis apud nos hominum partubus, talis de monstruosis quibusdam gẽtibus reddi potest. Deus enim creator est omnium, qui vbi, & quando creari quid oporteat, vel oportuerit, ipse nouit, sciẽs vniuersitatis pulchritudinem: quarum partium, vel similitudinem, vel diuersitatem, ipse cõtexerat. Sed qui totum inspicere non potest, tãquam deformitate partis offenditur: quoniam cui congruat, & quo referatur, ignorat. Ponit exempla de monstruosis aliquibus suo tempore & patria, vt de habente plantas lunatas, & duos digitos tantùm in eis, & duos in manibus. Et de homine nato duplici in superioribus, membris, simplici in inferioribus, habente duo capita, duo pectora, quatuor manus, ventrem vnum, & pedes duos. Quid si præterea Deus sic voluit non-

nullas

BIU Cujas

nullas gentes ita creare, ne in his monstris quæ apud nos nasci oportet ex hominibus, eius sapientia quam natura fingit humana, cuiuspiã minus perfecti opifi-
33 cis putaremus errasse? † Antipodas autẽ esse, vt quidam fabulantur, id est homines à contraria parte terræ, vbi sol oritur quando occidit nobis, aduersa pedibus nostris calcare vestigia, nulla ratione credẽdum est. Hæc ille. Etiã Hippopodes populi sunt in Oceano Scythico, qui teste Solino, humanam vsque ad vestigiũ formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. cui concordat Plinius libro quarto. Carmanij (teste Pomponio) sine veste ac fruge, sine pectore ac sedibus, coriis piscium vestiuntur, præter capita toto corpore hirsuti. Satyri sunt in Aphrica, vt idẽ Pompo-
38 nius refert, in cõfinibus Aethiopiæ: quibus præter figuram nihil moris humani: qui, vt Plinius lib. vij. 39 scribit, sunt subsolanis Indorum mõtibus, pernicissimum animal, tanquam quadrupes tam rectè currentes humana effigie, vt propter velocitatem nisi se-
34 nes, aut ægri non capiantur. † De quibus Hieronymus in vita Pauli ita scribit: cùm beatus Antonius ad Paulum pergeret, vidit homunculum aduncis naribus, & fronte cornuta, cui extrema corporis in caprarum pedes deficiebant. Et cùm quisnam esset, interrogasset Antonius, respõdisse fertur, mortalis ego sum, vnus ex accolis Eremi, quos vano errore delusa gentilitas Faunos Satyrósque, & incubos colit. Pariter refert Plinius lib. secundo, in Aethiopia esse gentes diuerso modo mõstrosas. Aliæ sine naribus, quali totius corporis planitie informes habẽt vultus. Aliis concreta ora sunt, modicóque foramine calamis auenarum pastus hauriunt. Nonnulli linguis carent. sermonis loco nutibus vtentes. Blemmij populi sunt in Aphrica vltra deserta illius regionis, vt libro primo Pomponius refert, quibus capita absunt, & vul-
41 tus habent in pectore. Neutri populi Scythiæ Europeæ, qui æstatis temporibus in lupos transfiguran-
tur, deinde exacto spatio in pristinam formam reuertuntur, secundum eum, hominésque pro victimis
35 habent: lignorum egentes ignem ossibus alunt. † De quorum, vnde proueniant, difficili iudicio, sic vbi suprà concludit Valerius in primo titulo. De similitudine, inquit, oris & totius corporis altiore doctrina prædita subtilius disputãt, eorúmq; alij in ea sunt opinione, vt existiment illam origini & cõtextui sanguinis respondere. Nec paruum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ ferè giguentibus similia nascuntur. Alij negant certam hanc esse naturæ legem, sed species mortalium, prout fortuita sors conceptionis obtulit, attribui. Atque ideo plerũque
42 ex speciosis deformes, & ex robustis inualidos partus edi videmus. Hæc ille. Nã sæpe videmus pueros diuersæ dispositionis: quosdá magis duræ, & quosdam plus mollis propter dominium diuersorum elementorum. Et quia ossa fiunt ex parte mẽstrui magis terrestri, quod semper dominatur, Medulla verò & cerebrũ de parte eius magis aquea: sed spiritus vitalis naturalis & animalis ex parte fit magis aërea. Et ca-
36 lor naturalis ex parte plus ignita. † Organizato autem corpore Deus creat vnam animam in homine rationalem, sine macula, & creando, illam infundit. Non autem ante organizationem infundit: quia anima rationalis est actus primus corporis physici orga-
37 nici: vt dicit Philosophus secundo de Anima. † Aliquando procedit deformitas in partu ex coitu inordinato coniugum, scilicet laterali vel stationario: vt quando coniuges lateraliter aut stando coẽunt. Quo fit vt sæpius pueri generẽtur indispositi & mõstruosi, quia tunc semen ex inordinato modo inordinatè locatur in matrice: & consequenter inordinatè formantur: ita quòd aliquando generantur gibbosi, vel alios quàm plurimos defectus habẽtes. Pariter dicit Hieronymus super Ezechielem, quòd pueri tunc concipiuntur membris damnati, scilicet claudi, cæci, leprosi, elephantici, & huiusmodi, cùm vir sine modo vel loco aut debito tempore, putà, menstrui, cognoscit mulierem: quia tali tẽpore prohibetur etiam actus matrimonialis, vt habetur Leuitic. xx. & cano. ad eius verò concubitum. v. distin. Et summè cauendum est tempore menstrui ad vxorem accedere: quo tempore verè dicitur † fœmina à fœditate, eo quòd fœdas & enormes superfluitates mẽstruales emittit. Sola enim fœmina est animal menstruale, † cuius cruoris contactu fruges non germinant, arescunt herbæ, arbores amittunt fructus, ferrum rubigine corrumpitur. Et si quidem canes comedunt, rabiem
40 incurrunt: quæ in adamante verificantur. † Aliquando etiam permittit hoc Deus, in signum & pœnam exardescentis concupiscentiæ in muliere: sicut contigit supradictæ Pasiphaë. Quæ (quicquid fabulentur poetæ) non ex tauro animali bruto concepit, sed ex tauro pulcherrimo milite, qui Minois mariti sui magister militum, vel secũdum alios, secretarius seu notarius erat. Ex quo & rege marito gemellos summè deformes concepit in detectionem tanti criminis, dicente Virgilio. Aeneidos lib. vj. Hic crudelis amor Tauri, suppostá; furto Pasiphae: mixtúmq; genus prolésque biformis Minotaurus inest, veneris monumenta nefandæ. Et interdum duo generantur corpora, ab vmbilico suprà: quod fit cùm semen funditur ad cellulas per generationem duorum ge-
41 mellorum: † quia septem habet mulier receptacula ad semen virile recipiendum. l. si pater. ff. de solutio. & l. antiqui. ff. si pars hæredi. peta. & gloss. in l. sed si restituatur. §. fina. ff. de iudic. Et sic plures simul concipere potest postquam septem habet cellulas seu receptacula, secundum Philosophum in libro de humana natura. Vnde tot pueri cõcipi possunt, in quot cellulas peruenerit semẽ sic cellulatim diuisum. quarum cellularum tres sunt in dextro latere, in quibus tres masculi generari possunt: & tres aliæ sunt in sinistro latere, in quibus generari possunt tres filię seu femellæ. Ex quo dicit Albertus, quòd mulier iacens super latere dextro post coitum concipit masculum: & si super sinistro concipit fœminam. Alia verò cellula est in medio earum, in quam si semen intrauerit,
42 dicũt authẽtici † hermaphroditũ generari in vtroque sexu participantem. virgam virilem & vuluam fœmineam habẽtem. Et si mulier vltra septem pareret, esse potius miraculosum, quàm naturale: vt dixi super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.* Aliquãdo contingit, quòd interstitium & pellis media inter duas cellulas frangitur. Et sic semina confluunt: & ita in dorso ramificantur & coniunguntur, ex quo fiunt duo capita distincta. [Anno isto domini mille. ccccxiij. fuit litera aliquibus Tolosæ directa, circa principium mensis Ianuarij, de mirabilibus quæ tũc contigerãt. In cuius tertio & quarto articulis sic dicitur Tertium sibi delegit locum quod nuper Bononiæ accidit. Puella si quidem duplici corpore biceps, gemino tamen pede subfulta exorta est, quæ auribus nullis conspicua, earũ loco nasum sortita lõgissimũ. solum oculum infrontibus indepta est. Hanc vbi primum sacrosancta mundata est aspergine, suũ obiisse

BIU Cujas

diem accepimus. Quarto iam propria series dabitur. Romam veniſſe Hiſpanum quendam referunt qui fratrem duplici corpore inſignem bicipitémque deduxit. Vno ore ridente, ridet & alterum: altero naturæ præſidia obeunte, eadem corpus alterum init
43 negotia. Hæc ibi in litera prædicta.]† Quo caſu duo ſunt homines, ſi duo corda habeant. Aliàs eſt vnus ſolus homo, ſecũdum Philoſophum in v. Phyſicorum. Vnde refert Hieronymus in epiſtola ad Vitalem presbyterum, ætate ſua duplicem Lyddæ natum eſſe hominẽ duorum capitum, & quatuor manuum. Etiã recitat Faſciculus temporũ fuiſſe circa tempora Hẽrici ſecũdi Imperatoris, duas mulieres in Gallia vſq; ad vmbilicum ſingula membra habentes, quæ diuiſim operabantur, quarum vna mortua, alia triennio ſuperuixit mortuã portans circa annum Domini mil leſimum xliij. Pariter dicit Gulielmus in Chronica, quem Lyra refert ſuper verbo, maſculum, Geneſis primo, quòd tempore Philippi Francorum regis, qui ſecundum datam erat Philippi pulchri filius, anno domini milleſimo cccxxij. in confinio Normanniæ & Britanniæ natæ fuerunt duæ mulieres in eodẽ corpore, ita, quòd omnia ſuperiora ad vmbilicum vſque erant duplicia, inferiora autem erant ſimplicia. Et quòd verè eſſent duæ mulieres, apparuit, quia aliquando vna triſtabatur, & altera gaudebat. Et interdum vna dormiente, altera vigilabat. Et vna deceſſit plus quàm per annum ante aliam, quæ poſtea ex pon
44 dere & fœtore cadaueris etiam obiit. †Sic tempore beati Saturnini Toloſæ ciuitati noſtræ cõtigit: cùm omnium ſanctiſſimus ille proto epiſcopus Toloſanus per infideles pedibus ad caudam tauri indomiti ligatus à Capitolio Toloſæ traheretur per carreriã, puellæ duæ, vt dictum eſt, monſtruoſæ mulieres, tamen deuotæ eiuſdem Saturnini diſcipulæ eum ſequentes, cerebrũ de capite viri ſancti fruſtratim cadens, colligebant, quæ in virginitate & ſanctæ Chriſtianitatis religione perſeuerantes, obdormierunt in Domino, ſepultæ in mauſo ſanctarum puellarũ diœceſis ſancti Pauli, quæ villa ab illis ſanctis puellis no-
45 men ſumpſiſſe dicitur. † De qua oriundus fuerat reuerendiſsimus in Chriſto pater, dominus Bernardus de Roſergio, vtriuſque iuris doctor, ac in artibus & Theologia magiſter, qui ſui gratia cõfirmationis ſacramẽtum, & deinde clericalem tonſurã, anno Domini milleſ. ccccixiij. mihi contulit, Archiepiſcopus Toloſanus exiſtẽs: de quo dicere poſſum, quòd quicquid ſtabile fuit, non ignorauit, pulchra volumina compilauit, & inter cæteros in Eccleſia Toloſana metropolitana exiſtẽs regularis Canonicus, librum, in quo Abel iuſtus veteris teſtamenti, & beatus Stephanus, ſub Eccleſia iam dicta conſecrata eſt noui teſtamenti protomartyres, vitæ ſanctitate conueniant, & differant, culto admodum ſermone, anno domini milleſimo ccccl v. edidit, quem adhuc vita fruens in choro dictæ Eccleſiæ ligari fecit. vbi eum vidi & legi. Demum præpoſitus eiuſdem Eccleſiæ factus, tam in ſacra pagina, quàm in altero iurium legere & compilare nunquam ceſſauit, & à ſummo tunc Pontifice ire Romam mandatus, non fuit in Galliis aut Italia vniuerſitas, in qua & Romæ non diſputauerit. Tandem Epiſcopus Baſaren. factus, & deinde ad Montiſalbani Eccleſiam translatus, poſtremò in Archiepiſcopum fuit Toloſanum promotus: in cuius metropolitana Eccleſia de cuius gremio fuerat, & Archipræſul erat, Capellam in honorem Apoſtoli Bartholomæi lapideam magno ſumptu erexit. Organa magnifica, quæ ad præſens ſtant in chori introitu, veſtes, & ornamenta, quæcunque neceſſaria, & libros ad diuinum ſeruitium illuminatè ſcriptos ibi dedicauit, librariam fecit, in qua vltra numerum libro artis cuiuſcunque poſuit. Nec fuit domus pia, aut perſona in ciuitate & diœceſi miſeratione digna, cui in dote & alimenti exhibitione non ſuccurrerit. Non humilis, ſed ipſamet humilitas. Poſtquàm reliquias earundem ſanctarum puellarum, & Eccleſiam natiuitatis ſuæ donis plurimis muniuit, & vbique bona infinita largitus eſt, ætate plenus annos centũ circiter habens, omni virtute laudabilíque exẽplo viuẽdi replet⁹, anno domini milleſ. ccccixxiiij. die ſancti Grabielis tunc vigilia Ramiſpalmarum mẽſe Martio obdormiuit in domino: ſepultus ante altare maius
46 ſuæ eccleſiæ & ſponſæ, coruſcãs miraculis. †Vnũ eſt quo ſola Gallia gaudet, quia mõſtrorum fuit ſemper neſcia, vt diuus ſcribit Hieronymus contra Vigilantium hæreticum, parte j. tracta. ij. epiſtola x. incipien. Multa in orbe monſtra, inquit, generata ſunt. Centauros & Sirenas, Vlulas, & onocratulos in Eſaia legimus. Iob Leuiathã, & Behemoth myſtico ſermone deſcribit. Cerberum & Stymphalidas aprúmque Erimanthium, & leonem Nemæũ, chimerã atque hydrã multorum capitum narrant fabulæ poetarum. Cacũ deſcribit Virgilius triformem. Geryonem Hiſpanię prodiderunt. Sola Gallia monſtra nõ habuit, ſed viris ſemper fortibus & eloquẽtiſſimis abũdauit. Hæc
47 ille. †Vlterius dico, ꝙ ceſſante omnimoda parẽtum diſpoſitione & coitus inordinatione cõtingere poſſe interdũ, quòd partus aſſimilaretur patri totaliter, aliquando matri, aliquando vtrique ſcilicet partim genitori, & partim genitrici. Nam quoties ſemẽ matris ſuperat & vincit ſemẽ patris, tunc puer totaliter aſſimilatur matri, & ecõtrà. Et ſi ſemẽ in parte vincit, & in parte non; tũc puer in parte aſſimilatur patri, & in parte matri. Quia ſi menſtruũ & materia fœtus, quã mater præbet, trahit ad ſe ſemen operationis ſpermatis, quod pater præbet, tunc erit ſimilitudo ad matrẽ in corde & complexione, & in cæteris aſſimilabitur patri, aut econuerſo. Et tunc partus erit ſimilis patri in complexione & corde, & in cæteris erit ſimilis matri. Ex quo videmus fratres pueros, fratres aliquos multũ aſſimilari patri, & alios in totũ matri, alios verò partim patri, & partim matri. Frequentius tamen magis aſſimilantur patri q̃ matri ꝓpter imaginationẽ matris ad patrẽ in delectatione & bona diſpoſi-
48 tione patris in coitu. † Et interdũ aſſimilãtur auis & proauis magis quàm parẽtibus immediatis ſeu propinquioribus, quia ſecundum Philoſophum virtus auorũ eſt potẽtialiter in cordibus parentũ generãtiũ: aliquãdo ꝓpter ſimilitudinẽ nutrimẽti. Quibus cauſis fœtus formatur in ſimilitudinẽ aliquorũ auorũ. Quæ ſimilitudo ſecundũ eũ nõ excedit quatuor generationes. Cũ ſecũdũ Albertũ omnis virtus quatuor gradibus mẽſuretur, ergo & generatiua. Attamen, vt idẽ dicit Philoſophus, viſum fuit aliquando puerum aſſimilari tali aſcendẽti, cuius à populo & ſeculo non
49 eſt recordatio. †Quare reſtat viridicam eſſe concluſionem Valerij, vbi ſuprà, dicentis certam in his non eſſe naturæ legem. Sed ſpecies naturalium prout fortuita ſors cõceptionis obtulit, attribui. †Alij autem
50 dicere voluerunt per communem famam filiationẽ probari: quod non eſt verum, ſi alia non concurrant adminicula, ſecundum Salic. in l. j ff. de teſti. & plenè conſuluit Alexand. in quarta parte conſil. xxv. incipien. in cauſa vertente inter Antonium, &c. Ad quod

facit

BIU Cujas

facit quod decidit Bartol. in suo tractat. de Guelphis & Gebellinis. versic. circa quartum dico, quòd per fa-
mam non potest quis probari Guelphus aut Gebelli-
nus: imò est opus, quòd sit natus Guelpho aut Ge-
bellino. Quæ vobis sufficere debent de probatione
filiationis, quoties in tempore concurrunt maritus
51 & alius, vel concubinarius & vagabundus: quia † par-
tus semper præsumitur & iudicatur in meliorem par
52 tem. † Si autem esset quæstio de filiatione, vbi mu-
lier duos habuit successiuè maritos: vt quia mulier
mortuo primo marito accepisset secundum virum,
vel concubina secundum concubinarium, & pepe-
risset in septimo, nono, aut decimo mẽse, quibus par-
tus potest esse perfectus. l. septimo. ff. de statu homi-
num. iuncto §. mulier. & §. fina. in Authenti. de resti-
tut. & ea quæ parit in xj. mense. de quo plenè dixi su-
per dicto verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero.* ita,
quòd partus potest esse primi vel secundi viri. certè
putat Bartol. in dicta leg. Gallus. §. j. in fin. quòd in-
spicienda sunt signa conceptionis, quæ ponit Rofre
dus in suis libellis, titulo de edicto, si mulier ventris
nomine in posses. mittatur. Et si illa signa non appa-
rent, tunc standum esset consuetudini mulieris, in
quanto tempore consueuit parere, argu. l. nõ omnes.
§. à barbaris. ff. de re milita. & l. vel vniuersorum. ff. de
pignorati. actione, & l. j. §. bestias. ff. de postulan. & si
de his non appareret, negotium esse committendum
medicis decidendum, vel obstetricibus in arte illa
peritis. l. j. §. j. ff. de vẽtre inspiciendo. Et ex qualitate
& conditione personæ potest medico persuaderi. Et
si illud non appareret, recurrendum esset ad illud ꝙ
frequentiùs accidit, secundum Barto. vbi supra. quẽ
ibi sequuntur Bald. Nico. de Neapol. Alexand. & Ia-
53 son. & idem Bald. in dicta l. septimo mense. † licet ali-
qui dixerint & malè, inter quos fuit Angel. quòd ta-
lis filius iudicari posset esse vtriusque mariti: & sic
posse amborum vẽdicare hæreditatem, per tex. in le
ge, duo socij. ff. de hæredib' instituen. qui nõ obstat,
quia posito, quòd quis possit esse seruus duorum dõ
minorum, & ab vtroque consequi libertatem: nõ ta-
☞men est possibile quem esse filium duorum. [Et sic
quod suprà dictum fuit de Minotauro, est potius fa-
bula, quàm rei gestę veritas.] Nec hoc dicit ille text.
nec dicere potuit, quia lex nunquam fingit super eo,
quod est impossibile de natura: vt clarè dicit Barto.
in l. eandem rem. in prin. ff. de duob. re. & in l. si qui
pro emptore. in iij. quæstione. ff. de vsucapio. Videa-
tis gl. in capi. afferre. de præsumptio. Et cum his sint
vobis expedita præfata verba, *Quæ filium ex eo susci-
piens.* Et etiam alia æquipollentia infra posita ibi: *Et
filios suscipiens ex eadem*, &c.

Laus Christo Iesu domino nostro.

SVMMÆ.

Qui cum alia matrimonium contrahens.

1 ☞*Viduitas an & quando indici alicui possit.*
2 *Nuptiæ primæ prohiberi non possunt.*
3 *Mulierum munus præcipuum est concipere.*
4 *Ornamenta mulierum sunt liberi.*
5 *Nuptiarum ornamenta & diem appetunt fœminæ.*
6 *Virginibus maior est fames libidinis quàm aliis.*
7 *Luxuriam facilius est accusare quàm vitare.*
8 *Generare est naturalissimum homini.*
9 *Coeundi appetitus in puellis est furori similis.*
10 *Iephte filiæ historia.*
11 *Conditio nuptias prohibens est contra naturam.*
12 *Virginitas suaderi potest, non imperari.*
13 *Viduitas nec viro indici potest, nec mulieri.*
14 *Virilia cuiquã scindẽs tenetur lege Cornelia, de sicariis.*
15 *Circuncidens aliquem est reus lege Cornelia, de sicariis.*
16 *Facies & genitalia pro nullo delicto debẽt puniri aut de-
formari.*
17 *Castrans aliquẽ difficiliùs gratiã obtinet, quã homicida.*
18 *Castrari pro nullo delicto quis debet.*
19 *Castrans seipsum fit irregularis.*
20 *Eunuchorum triplex genus.*
21 *Matrimonij impeditiua habentur pro non adiectis.*
22 *Calamitas summa est decedere sine liberis.*
23 *Cœlibes olim puniebantur. & nume. 24.*
25 *Lacedæmoniorum tres de coniugio leges.* (gionis.
26 *Liberorum generationi plus studendum, quàm voto reli-*
27 *Matrimoniũ ad tempus valiturum facere potest Papa.*
28 *Cœlestinus cum monacha matrimonium dispensauit.*
29 *Constantia imperatrix decrepita peperit.*
30 *Papa cum subdiacono dispensat pro matrimonio cum ali
qua nobili.*
31 *Maritandis virginibus relictum, non potest dari religio-
nem intranti, etiam Papa dispensante. & nu. 32.*
33 *Mandatum de soluenda dote puellæ non expirat mortè
mandantis.*
34 *Annæ de sua sterilitate querelæ. nu. 35.*
36 *Viduitas nec masculo nec fœminæ indici potest. præsertim
virgini.*
37 *Mulieres partus dolorẽ nihil timentes appetunt nuptias.*
38 *Viduitatis conditioni parere volens puella non auditur.*
39 *Inachi de Io filia in vaccam versa, lamentatio.*
40 *Filias religiosas facientes, ne inferioribus nubant, malè
faciunt.*
41 *Liberi non solis parentibus, sed Reipublicæ nascuntur.*
42 *Donatio inter virũ & vxorẽ pro filia maritanda valet.*
43 *Viduitatem inducendi sunt quatuor iura considerandа.*
44 *Reipub. magis interest fieri matrimonia, quàm testamẽ-
ta seruari.*
45 *Iuramento quis astringi non potest ad non nubendum.*
46 *Iuramentum de non nubendo intelligitur de nuptiis illi-
citis.*
47 *Iuramentum remittens lex habet vim apostolicam.*
48 *Nubendi iuri tanquam publico renuntiari non potest.*
49 *Consuetudo quòd damnati ad mortem in matrimonium
à meretricibus petant: an valeat. & nu. 50 & 51.*
52 *Pœnæ in matrimoniis indici non debent.*
33 *Raptor mortis sententiam vitat, si cum eo rapta contra-
here velit.*
54 *Miscella lege quomodo tollatur viduitatis conditio.*
55 *Mutianæ cautionis forma.*
56 *Viduitatis conditio penitus reijcitur iure Codicis.*
57 *Viduitatis conditio quomodo admittatur iure nouissimo.*
58 *Viduitatem seruanti relinquens ducenta, & non seruan-
ti, centum, an valeat.*
59 *Matrimonio primo plus fauent iura, quàm aliis.*
60 *Ætas nubendi.*
61 *Fœtus imperfecti ex immaturo matrimonio.*
62 *Germani ante vicesimũ annũ nõ contrahũt matrimoniũ.*
63 *Frisones castitatis amatores.*
64 *Castitas plurimum confert ad fortitudinem.*
65 *Nupta non censetur quæ nondum est viripotens.*
66 *Maria virgo ante decimumquintum annum concepit.*
67 *Pygmæi anno ætatis quarto generant.*
68 *Salomon & Achaz anno vndecimo genuerunt.*
69 *Vita hominum quare olim diuturnior.*
70 *Sal quare aspergatur super ciuitatibus ob delictũ diruti-*
71 *Nuptiæ hodie quare magis, quàm olim accelerentur.*
72 *Gentes variæ diutissimè viuentes.*
73 *Dies vnus sex mensium.*

BIU Cujas

74 *Taprobanæ insulæ homines quales.*
75 *Ioannes de temporibus vixit annos* CCCLXI.
76 *Concupiscentiæ motus naturales an essent in primis parentibus.*
77 *Concupiscentiæ primus motus in genitalibus membris.*
78 *Filiæ domini maritandæ quid debens vasallus, intelligitur de primo matrimonio.*
79 *Dotandis mulieribus bona relicta non debent dari viduis nubentibus.*
80 *Secundi matrimonij vxori aut liberis non potest plus relinqui quàm vni ex primis.*
81 *Mulier eum prædiligit qui eam defloravit.*
82 *Viduam ducens iurgia quærit.*
83 *Virginem etiam vetulam ducere præstat, quàm viduum adolescentem.*
84 *Britannorum olim in coniugijs consuetudo.*
85 *Viduitas indici non potest maritæ, si non fuit cognita.*
86 *Vidua non censetur, quæ non fuit cognita.*
87 *Viduitatis conditio in quibus casibus non reijcitur.*
88 *Filia instituta si nubat ad consilium Titij, an valeat.*
89 *Nubere debens de consilio vel consensu Titij, quomodo intelligatur.*
90 *Consensus alterius requisitus impedit libertatem matrimonij non tamen consilium.*
91 *Cõsensu cuiuspiam ad matrimonium requisito, si sine causa consentire recuset, compelli potest.*
92 *Conditio, si vsq; ad sexagesimũ annũ nõ nubat, reijcitur.*
93 *Testator præcipere nõ potest, vt hæredes perpetuò in communione maneant, sed bene ad tempus.*
94 *Relictum si non nubat cum tali, an valeat.*
95 *Viduitatis conditio non reijcitur fauore piæ causæ.*
96 *Libertas est fauorabilior matrimonio.*
97 *Viduitatis conditio, si tertius quidam non nubat, non reijcitur. & nu.* 98.
99 *Paria sunt quid fieri contra aliquem, aut contra suos.*
100 *Relictum alicui quando vidua erit, valet.*
101 *Legatum puellæ factum dum nupta erit, primis nuptijs validatur.*
102 *Legatum si vidua remanebit, quomodo intelligatur.*
103 *Legatum filijs quæ viduæ fuerint, intelligitur de futuris.*
104 *Testamenta sicut & leges verificantur in futuris.*
105 *Viduitas indicta ei qui semel contraxit, non est nulla.*
106 *Viduitatem ob quatuor causas honestum est seruare.*
107 *Viduitatem non seruans præsumitur minus casta.*
108 *Viduitatem olim seruantes, vt virgines coronabantur.*
109 *Viduitatem seruans præsumitur plus dilexisse virum.*
110 *Viduitas ob securitatẽ & libertatẽ seruanda. & nu.* 111.
112 *Orationis tempore abstinendum à matrimoniali copula.*
113 *Sacerdotes olim tẽpore ministerij abstinebant ab vxorib.*
114 *Eucharistiã recepturi solent triduo antè & pòst ab vxoribus abstinere.*
115 *Diebus festis olim à Venere abstinebant.*
116 *Venerei actus contemplationem impediunt.*
117 *Cygnus post coitum se lauat.*
118 *Amazones tribus tantum mensibus miscentur viris.*
119 *Brachmanæ fœminæ tãtum quadraginta diebus iũguntur viris.*
120 *Amazonum gesta & origo. num.* 121.
122 *Nuptiæ secundæ sunt quasi fornicatio, nec benedicũtur.*
123 *Viduas non nubere interest Reip.*
124 *Viduitatis seruandæ exempla varia.*
125 *Iudith viduæ encomium. & nu.* 126.
127 *Viduarum causæ priuilegium.*
128 *Viduæ propter tria sunt tristes.*
129 *Traiani pietas, & ab inferis reuocatio. & nu.* 130.
131 *Lecto viduæ legato, peti nõ põt lectus põposius. & nu.* 132.
133 *Accessorium pretiosius sequitur ad minus pretiosum.*
134 *Viduæ priuilegio adeundi principem non possunt renuntiare.*
135 *Arthemisiæ reginæ ad virũ defunctũ admirandus amor.*
136 *Mausoli sepulchrũ, vnum de septem mundi miraculis.*
137 *Mausolea quare sint dicta sepulchra.*
138 *Vidua vtitur iure mariti, vbi est eius fauor, aliàs secus. & nume.* 141.
139 *Fundus dotalis etiã sol. matr. nõ alienatur, fauore viduæ.*
140 *Viduæ doctorum non soluunt tallias. & nu.* 141.
142 *Homagium à marito factum prodest viduæ.*
143 *Viduam à testatore relictam tenẽtur hæredes alere, etiã post annum luctus.*
144 *Acquisita per viduam an cẽseantur de bonis defuncti acquisita. & nu.* 145.
146 *Vidua est in sepulchro mariti sepelienda. &* 147.
148 *Vidua tenetur laborare hæredibus eam alentibus.*
149 *Viduæ quid hæredes debeant.*
150 *Indorum vxores sepeliri cum viris petunt & cremari. & nume.* 151. & 152.
153 *Oenones in Paridem fidelis amor. & nu.* 154.
155 *Didonis castitas.*
156 *Cymbricarum mulierum facinus.*
157 *Viduitatem seruant belluæ & aues.*
158 *Turturis natura.*
159 *Brachmanæ viduitatem inchoant viuente viro.*
160 *Armeniorum presbyterorum vxores non renubunt.*
161 *Cariuarium an sit licitum.*
162 *Consuetudo excusat in foro contentioso, nõ in foro conscientiæ.*
163 *Multitudo delinquentium facit mitiorem pœnam.*
164 *Multitudinis maior pars sunt stulti.*
165 *Multitudine delinquente soli principales puniuntur.*
166 *Multitudo quando facilius erret, quàm vnus.*
167 *Priuilegium alicui & liberis concessum, competit etiam filiæ viduæ.*
168 *Iurare debet quis de nõ nubendo, vt habeat relictũ sub conditione viduitatis relictum.*
169 *Continentia mulieri indicta, idem est, quod viduitas.*
170 *Relictũ mulieri si cũ liberis maneat, viduitatẽ inducit.*
171 *Relictum mulieri si castè & honestè viuat, an inducat viduitatem.*
172 *Castitas viduæ indicta licet nuptias impediat, nõ tamen ingressum religionis.*
173 *Habitus non facit monachum.*
174 *Titij Liuij fama.*
175 *Honor ex veste non æstimandus.*
176 *Vidua non est ex vestibus iudicanda.*
177 *Vidua secundum morem patriæ vestiri debet.*
178 *Aestiua vestis mense Aprilis debetur, & hyemalis mẽse Septembris.*
179 *Vestem æstiuam & hyemalem quo tempore sumant Frãcorum reges.*
180 *Vestiũ honestas aliquid confert quo ad vulgi opiniones.*
181 *Hypocrita præsumitur, qui honesto vestitu vti negligit.*
182 *Vidua debet vestiri expensis hæreditatis.*
183 *Vestes quæ sint viduæ, & quæ hæredis.*
184 *Vidua lugere non debet virum qui seipsum occidit.*
185 *Castè, & honestè, dictiones, viduitatẽ quando induçant, & num.* 186.
187 *Iniuria fit defuncto per secundas nuptias.*
188 *Viduæ nõ habẽtes prolẽ honestius possunt secũdò nubere.*
189 *Matrimonium secundò contrahens videtur facere contra naturam.*
190 *Bigamiam primus induxit Lamech.*
191 *Viduæ annum luctus pudicè non seruantes puniuntur.*
192 *Vidua intra annum luctus nubens non est infamis iure Canonico.*

Vir non

BIU Cujas

193 *Vir non potest remittere mulieri pœnas intra annũ luctus nubenti.*
194 *Vidua nubens relictum non perdit onerosum.*
195 *Excommunicato licet prohibeantur omnes actus ecclesiastici, nihilominus tenetur horas dicere.*
196 *Honestè & castè viuere quomodo intelligatur mulier.*
197 *Viduitatis conditio iure ciuili probata nõ corrigitur iure canonico.*
198 *Relictum mulieri purè factum an perdatur per transitũ ad secunda vota.*
199 *Mulier trãsiens ad secũda vota habet solùm vsumfructum relictorum sibi à priore marito.*
200 *Vidua fornicans perdit relictum à marito.*
201 *Vidua an dote priuetur, & parafernis ob stuprum.*
202 *Vidua luxuriose viuens non retinet domicilium primi mariti.*
203 *Vidua fornicans an perdat tutelã, filiorum, successionem, & testamenti executionem. & nu.204.*
205 *Mulier renubẽs an perdat lucrũ à statuto ei delatum.*
206 *Mulier renubẽs nihil perdit, si maritus hoc ei permisit expresse vel tacitè, & nu.207.208. & 209.*
210 *Vidua renubens de licentia filiorum nõ perdit proprietatem relicti.*
211 *Relictũ filiæ vel extraneæ sub cõditione viduitatis expressa vel tacita, an perdatur per secunda vota. & nume.212.*
213 *Castè & honestè non viuit, quæ nubit ignominiosè.*
214 *Statuta, quòd agnati matrẽ excludat, quare introducta.*
215 *Tentigo Deus quid.*
216 *Mulieres cum vilioribus semper adulterant.*
217 *Matrimonium iuuenis cum vetula periculosus.*
218 *Vetulæ coitus venenosus.*
219 *Mulier tertiò nubens perdit relictum.*
220 *Mulier tertiò nubẽs nõ dicitur castè viuere: cùm tertiũ matrimonium sit vituperosum. & nu.221. & 222.*
223 *Matrimoniũ quartũ, quintũ, & vlterius si cõtrahitur, non est detestandum, neque à Deo reprobatum.*
224 *Mulier ius vltimi mariti retinet.*
225 *Anna beatissima gloriosæ virginis mater, post Ioachin duos viros habuit.*
Matrimonium secundum nõ esse bonum quomodo intelligat diuus Thomas super quarto sententiarum. sub. nu. 225.
Nuptiæ secundæ sunt quodãmodo incõtinẽtiæ signũ.
226 *Abraha post obitũ Saræ, Cethuram duxit in vxorem.*
227 *Conditio, si castè & honestè vixerit, infringitur transeundo ad secundum vel vlterius matrimonium.*
228 *Mulier si fornicetur perdit relictum.*
229 *Virgines semper reseruandæ, & nunquã interficiendæ.*
230 *Chilperici Francorum regis iniquitas.*
231 *Cadurci populi vnde sic appellati.*
232 *Carnificum Caturci vrbis in episcopũ sæuitia. Deo cùm sit dicata virginitas, ideo nusquã virgines occidi debent. sub num. 232.*
233 *Virgines si pudicitiam seruare velint non stent otiosæ. Fœmina naui dissutæ comparatur.*
234 *Virgines nonnunquam se vi violatas dicũt, quæ modicis tamen verbis obedierunt. & nu.235.*
236 *Publij Mœuij in conseruanda filiæ suæ virginitate diligentia.*
237 *Romani pudicitiam omnibus rebus prætulerunt.*
Causæ viuendi quæ sint.
238 *Virgines oppressionis causam si dederint, virginitatis priuilegium non retinent.* (retur.
239 *Saxonũ lex fuit, vt virgo sponte deflorata, viua sepeli-*
240 *Daphnes Penei filia, in Laurum maluit transfigurari, quàm virginitatem perdere.*
241 *Corona laurea virgines ornari solebant.*
242 *Filiæ Cedasæ, cùm violenter patre absente oppressæ essent, mutuò se occiderunt.*
243 *Minerua vltima vt virginitatem seruaret, Pallantem eius patrem occidit.*
244 *Via violenter corrupta vt virgo suscipitur.*
245 *Testimonium virginum prævalet testimonio viduarum.*
246 *Testimoniũ viduarũ aliquando præfertur testimonio virginum, vt in causis criminalibus, &c. & nu.247.*
248 *Testes deponentes per verbũ, credit, an sufficiẽter probent.*
249 *Mulieres si deponãt pro accusato, earum testimonium præfertur testimonio masculorum.*
250 *Hæretico creditur si deponat pro accusato.*
251 *Testimonium domestici cum quando probet.*
252 *Paucis affirmantibus plus creditur, quàm pluribus negantibus.*
253 *Semiplena probatio, quòd accusatus hominẽ nõ occidit, cõfundit plenã probationẽ accusatoris de homicidio.*
254 *Præsumptio debilior pro accusato cõfundit maiorẽ præsumptionem pro accusatore. & nu. 255.*
256 *Testimonium fratris iuuat fratrem in causa hæresis.*
257 *Frater fratrem suum in testem adducere potest contra procuratorem fiscalem.*
358 *Innocẽtia vel excusatio vt probetur, nõ requiritur quòd testes sint omnino integri.*
259 *Accusatus de homicidio quando ex confessione puniẽdus est pœna mortis.*
260 *Secundæ literæ in regno Frãciæ cõceduntur impetrãti, si casum in prioribus positum non posset probare, &c. & num.261.*
262 *Confitens hominem occidisse, sed ad sui defensionẽ, euitat saltem pœnam mortis.*
263 *Vulnerati duo si reperiãtur, vnus viuus, alter mortuus, si nõ constet quis fuerit aggressor, viuus videtur absoluendus.*
264 *Mulier rapta si sit meretrix, raptor nõ tenebitur pœna capitis.*
265 *Puella semel tantùm à viro cognita comparatur meretrici: cuius raptor puniri debet non pœna raptus, sed crimine iniuriarum arbitrio iudicis. & nu.266.*
267 *Concubinã rapiens quæ nomen matronæ non perdidit, punitur.*
268 *Raptoribus etiam meretricum quando sit imponenda pœna mortis. & nu.269.*
270 *Pœna mortis arbitrari potest in pœnis arbitrarijs.*
271 *Meretricem rapiens iam pœnitentem, punitur, ac si raperet mulierem quæ nunquam peccauit.*
272 *Raptus maritatæ meretricis etiam publicæ factus in domo mariti criminaliter est puniendus.*
273 *Meretrix præsumitur reducta ad melioris vitæ frugẽ, si cum honestis parentibus se retraxerit.*
274 *Malus non præsumitur malus, si post delictum honestè triennio vixerit.*

Qui cum alia matrimonium cõtrahens.

DEtrus iste Adiecta eius vxore prẽmortua, secũdum matrimonium cum alia contrahendo, non perdidit hæreditatem, in qua vxor sua purè & simpliciter ipsum hæredem instituerat: nulla conditione aut modo seu causa viduitatis adiecta.

1 †Si autem ipsum, si non nuberet, hæredem instituisset, certè nubens postea hæreditatẽ perdidisset, viso quòd aliam habuerat vxorem, nec talis conditio viduitatis reiecta fuisset ab hæredis institutione aut legato

BIU Cujas

☞gato. Secùs [illa quæ nũquã nupſit verè & propriè dicitur vidua, quaſi ſine duitate fœmina, vt habetur ſuper verbo. *Cuidam Petro tradiderunt.*] ſi nunquam nupſiſſet. Quo caſu viduitas viro aut mulieri, indici non poſſet: quinimò indicta haberetur ipſo iure pro non indicta & adiecta: inſtitutióq; remaneret pura & etiã legatũ. Eſt enim conditio indicens viduitatẽ talis naturæ, vt vitietur, & non vitiet: & ſic ſemper reiiciat̃ ſiue tacita ſit, ſiue expreſſa, directo vel per obliquũ. l. hæres meus. §. fin. & l. hoc modo, vbi ſunt
9 tex. optimi ſecũdum Ang. ff. de cõdi. & demõ. ita q̃ ipſe hæres haberetur pro purè inſtituto: nec nubẽdo
2 hereditatẽ perderet aut legatũ: † Cùm primę nuptiæ prohiberi nõ poſſint. l. ij. & Auth. cui relictũ. C. de indicta viduita. Felix quidẽ, & beatũ vtriq; contrahẽti primũ matrimoniũ. In Auth. de nuptiis §. ſoluto igitur matrimonio. iiij. coll. maximè mulierib. quas natura produxit ad cõcipiendũ generationẽ: quib⁹ infixit cõcupiſcentiã & matrimonij deſideriũ,
☞ſecũdũ Bal. in dicta l. ij. [Idẽ clarè mõſtrauit Deus redẽptor noſter, qui de virgine ex primo nata Annę cõiugio naſci voluit, & nõ de ſecundo cũ Cleopha, nec tertio cũ Solome contractis matrimoniis: vt infrà habetur.] Vnde dixit tex. in l. quęritur. ff. de ædil.
3 edi. † q̃ mulierũ munus maximũ & præcipiuũ eſt cõcipere, & tueri cõceptũ. Et Valerius lib. iiij. cap. iiij. titu. de paupertate, maxima ornamẽta eſſe matronis liberos educare: imò res nuda dicitur mulier ſine partu. Cui poſſet iure dici illud iiij. Aeneid.

Nec dulces natos Veneris, nec præmia noris.

Vnde refert vbi ſuprà Valerius apud Põpeium Ruf
11 fum, collectorum libro ſic inuẽtum: Cornelia Gracchorũ mater cùm Cãpana matrona apud illã hoſpita ornamẽta ſua pulcherrima ſeculi illius oſtẽderet, traxit eã ſermone quouſque è ſchola redirẽt liberi.
4 Et hæc, inquit, ornamẽta mea ſunt. † Pia & recta illa mulier quibuſcũq; liberos prætulit ornamẽtis atq; diuitiis: rectè cõſideras mulierẽ ſe nudã ſine partu.
12 5 † Prætereà puellas videmus veſtibus, ornamentis, ac iocalibus lætari, illaq̃; naturaliter appetere, quibus
☞die nuptiarũ maximè ornãtur. [Vt plenè dixi ſuper verbo, *Cuidã Petro tradiderunt.* ibi rationẽ ponẽs.] Adeò q̃ diem illã velut præclarã & celebrẽ ſummè deſiderãt: vt etiam in choreis & tripudiis tũc fieri ſolitis cum ſodalibus lętentur, maritorúmque dignitate, quæ in eas eo ipſo trãsfunditur, decorẽtur, & dominæ vocẽtur. l. fœminæ. ff. de ſenatoribus. Nec non mutuo amore & coitu eis naturaliter inſito ſatiẽtur,
13 & effectum matrimonij cõſequantur, quia ſecundũ Hieronymũ in epiſtola ad Oceanum de vita clericorũ: Ferreas mentes libido domat, † quæ maiorẽ in virginibus patitur famẽ, dũ dulcius putant omne quod neſciũt. volũt enim fœminæ, imò cupiũt naturaliter matres fieri, & ſic filios procreare. capit. j. de frigi. & malefi. Præſertim Italicæ, & inter cæteras puellæ Senenſes amplexũ ſponſi appetunt. Et Papiẽſes nõ re-
14 futãt eũ, vt dicit Bal. in cap. pen. vlti. col. de probat.
7 † Blandum enim malum eſt luxuria, quã accuſare alio quãtò faciliùs eſt q̃ vitare, dicit Valeri⁹ lib. ix. cap. j. titu. de luxuria. Et nõ ſine cauſa, quia ſecũdũ naturã
8 eſt: imò dicit Philoſophus in ij. de anima, q̃ † generare eſt opus naturaliſsimũ: quo ceſſante recedunt ſæpe à viris fœminæ. Ita q̃ multoties cupidine ſobolis procreãdæ, cùm liberos ſuſcipere nõ poſſunt, velut
15 furibũdæ obſequia maritis præſtare denegãt, & viri vxoribus, ac plerũque dato libello repudij ab eis recedũt. l. ſi cùm dotẽ. §. ſin autẽ. & §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimonio. Et fuit hæc olim in vrbe Romana primi repudij cauſa, nõ tamẽ laudanda, vt Valerius refert lib. ij. tit. de inſtitutis antiq. cuius hiſtoriã habuiſtis ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* tractando de amore coniugũ indiuiduo. Quamobrem dicit Apoſtolus. j. ad Timotheũ v. Volo iuniores nubere filios ꝓcreare, & matres familiàs eſſe. Nõ igitur ſine cauſa Senenſes cupiũt nubere: ſed Deo gratias, ſunt hodie oẽs fœminæ Senenſes virum appetẽtes & conceptũ. Nã † tãtus eſt in eis appetitus naturalis amplexus, cùm pubertas creſcit in puellis, vt ſit furori ſimilis, ſecundũ Cynũ poſt Ariſtotelẽ in l. curatorem. C. de interdict. matrimonio inter pupil. & tut. Quę fuit ratio ꝓpter quã, tam in fœminis quàm in maſculis acceleratur matrimoniũ, vt citius nubere debeant: quũ aliud nõ cogitent die ac nocte, maximè virgines, quibus plus infixa eſt cupido nubendi, quàm aliis amore ſuſcipiẽdæ prolis † Ex quo filia
10 Iephte per patrẽ (vt voto ſatisfaceret) ſacrificanda, ſuã virginitatẽ quã perdere, & dulcia guſtare matrimonialiter vt cæterę, cupiebat, & occidẽda nõ poterat, bino mẽſe mõtes cũ ſodalib. circũeundo defleuit: vt habetur Iudicũ xj ꝓpe fin. Cui cõuenit poẽticum illud dictum allegato Aeneidos libro quarto.

Cogitur & ſupplex animos ſubmittere amori.
Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat.

Et inde videmus puellas vix annales inſtinctu quodam naturę quàm primum brachia mouere poſſunt, de pãniculis infantulos facere, ac ſi eos peperiſſent, paſcere, in cunabulo reponere, ac tætera nutricis of
11 ficia exercere † Ex quibus clarè videtis conditionem nuptiarum negatiuã eſſe contra naturã: quũ per matrimonium præſtetur humano generi immortalitas, & cõſeruetur elegãs genus humanũ, in Auth. de nuptiis. §. j. vt dixi ſuper dicto verbo, *Cuidã Petro tradiderunt.* Et ſic cõditio nuptiarũ prohibitiua eſt naturæ humanæ deſtructiua. Et cõſequẽter habetur ꝓ
12 nõ adiecta: præſertim virginibus. † Nã virginitas ſola eſt quæ ſuaderi põt: ſed imperari non poteſt: quia res eſt plus voti q̃ præcepti. xxxij. q. j. integritas. iuxta illud Apoſtoli primæ ad Corin. vij. De virginib⁹, inquit, præceptũ nõ habeo: cõſilium autẽ do. Vnde ſic ait de virginitate Hierony. Ideo plus aliis amat virgines Chriſtus, quia ei ſponte tribuunt quod ſibi non fuerat imperatũ: maioris enim eſt gratiæ offerre quod nõ debes, q̃ reddere quod teneris: quaſi velit virginitatẽ nõ ligari quocunq; præcepto matri-
13 monij excluſiuo, ſi virgo ipſa nõ ſe excluſerit. † Et ſicut cõditio viduitatis fœminæ adiecta reiicitur, ita etiã ſi maſculo indiceretur, vt dicta Authẽ. cui relictum. cũ maſculi pariter naturali affectu dignitatẽ nuptiarũ filios habere deſiderẽt legitimos. l. ſi is qui. C. de capti. & poſtlim. reuerſis. quod eſſe nõ poteſt ſine nuptiis. Inſtit. de patria poteſta. in prin. Iupiter profectò, vt Seneca in Tragœdiis inquit, hac arte,
14 ſcilicet nubendi, genus reparauit humanũ: † idcirco graui pœna, ſcilicet legis Corneliæ de ſicariis, Lex ciuilis punire voluit, abſciſsis virilibus faciẽtes eunuchos, qui inimici dicũtur ac naturæ deſtructores: quũ ſic matrimonia impediãt, & liberorũ procreatione cõtra naturã homines priuẽt, bonis cõfiſcatis & pœna capitali, ac ſi hominẽ occidiſſent, plectẽdi. l. iij. §. qui hominẽ. & l. lege Cornelia. §. cõſtitutũ. ff.
15 ad legẽ Corn. de ſica. † Qua pœna etiã punitur ille qui nõ caſtrauit, ſed puerum aut virũ præputio virgæ virilis circuncidit, vt faciunt Iudæi in pueris ſuis. text. eſt ſingularis in l. circuncidere. illo eodem titu.

clar

BIU Cujas

clarè demonſtrans genitalia membra non eſſe quouiſmodo lædenda:in quo crimine ſicut in læſa maieſtate, proçedi poteſt etiam capitaliter contra abſen-
16 tem.l.j.& ij.C.de Eunuchis.†Imò ſicut quis pro delicto non poteſt puniri in facie ad inſtar cœleſtis pulchritudinis figurata. l. in metallum. C. de pœnis. ſic nec genitalium abſciſione eſt torquendus, quia non reperitur in iure permiſſa talis punitio, ſed prohibi-
17 ta:†ita,quòd difficilius diſpenſaret princeps cum caſtrantibus, quàm cum occiſoribus:vt exemplo vidimus in curia Seneſcali Caturcēſis, anno domini milleſimo quadringenteſimo lxxxij. Ex quibus ſummè deteſtatur mos & cōſuetudo quarundam regionum, de quibus habetur in mari hiſtoriarum,narrādo geſta tertiæ ætatis,& terræ ſanctæ:in quibus pro latrocinio morte non digno caſtratur latro:etiamſi coniu
☞gatus exiſtat. [Sic factum fuiſſe de Carbone, Actio &Pontio in adulterio deprehenſis refert Valerius libro ſexto,titulo de Pudicitia:tamen illi caſtrati de facto propria & priuata authoritate fuerunt, & non ordinatione iuſtitiæ.] Ex quo fit, quòd ſunt ibi tantæ meretrices : quia caſtratis maritis, alteri nubere
18 non poſſunt, nec etiam cōtinere:† ideò non fuit hoc ſine cauſa prohibitum.de quo per Thomam in ij. ſe-
19 cundæ,quæſtione lxv.articulo primo. † Quinimò ſi quis etiā voluntariè ſe caſtraret,& teſticulos abſcinderet, vt lubricum carnis pro bono virginitatis aut caſtitatis vitaret,efficeretur irregularis,nec ad ſacros promoueri poſſet. quinguageſimaquinta diſtinctione capitul. Eunuchus. cum capitu. ſequentibus. & in capitulo, ſignificauit.de corpore vitia. Nec obſtat quod dicitur xxxij. quæſtione ſeptima. can. omnes. in fi. Beati qui ſe caſtrauerunt : quia intelligitur de ſe caſtrantibus ſola mente & voluntate, totaliter ſe ad
20 caſtitatem dedicando, vt faciunt religioſi : † quum Eunuchorū triplex ſit genus,Primum eſt Eunuchorum naturaliū,qui naturaliter nati ſunt frigidi,& ad coitum impotentes,qui propriè dicuntur caſtrati,id eſt, caſtè nati.Alij ſunt Eunuchi per ſectionem, quibus virilia fuerunt abſciſſa ferro vel ſpata,qui ſpadones dicuntur.Inſtitu.de adoptio. §.ſed & illud. Alij verò ſunt de quibus dixi, qui voluntariè ſe caſtrarūt id eſt, caſtitatem vouerunt,de quo latiùs per Lucam de Penna,in l.iubem°.C.de prępoſi.ſacri cubiculi.libro duodecimo. & gl.ſuper prologo in Euangelium
21 ſecundum Marcum,in fi. † Omne ergo & quodcunque impedimentum quo matrimonium tollitur vel impeditur,pro nō adiecto habetur : quum ſit contra
22 votum & naturam hominum.† Nec maior poteſt calamitas accedere viro aut mulieri , quàm ſine liberis
☞mori. Vnde ſummus ille Mercurius [Sic ex ſeptem ſapiētibus Græciæ fuit vnus de primis,qui Ægyptiis leges tradidit.vij.diſtinct.capitu.Moyſes.] Trimegiſtus in quodam ſermone ad Æſculapium medicum. Præſtās,inquit,in vita cenſetur id ſtudiū, atq; ipſum apud ſapientes præcipuum, procreatio liberorum. Extrema verò omnium calamitas &impietas accidit ei,qui abſque liberis è vita decedit.Qua de cauſa dęmonibus dat pœnas poſt obitū.Hæc ille.In ſignū cuius & Babylonem iratus Deus propter peccata: Sterilitas,inquit,& viduitas venerunt tibi, id eſt,carentia liberorum, & priuatio dominij. Eſaiæ xlvij. Nec obſtat, quod dicit Apoſtolus ad Galatas iiij. Lætare ſterilis,quæ non paris. Eſaiæ liiij. qa nō facit ad propoſitum,non loquitur de muliete ſterili:vt litera ſonat, ſed de Eccleſia gentilium tunc ſterili, quæ per aduentum Chriſti facta fuit fœcunda,ſecundum alle
23 goriam, qua ibi vtitur. † Imò lege antiqua, [Benè ☞dixit antiqua, quia hodie iure nouo illæ pœnæ ceſſant.per l.j.& ij. infrà allegatas] ciuili in cœlibatu viuentes,id eſt, non nubentes, nec prolem ſuſcipientes, qui cœlibes quaſi cœleſtem vitam ducētes dicūtur,puniebantur,quia capere nō poterant ex mortis cauſa donatione,&de relictis mulieri liberis carenti, fiſcus decimam capiebat.l.j.& ij. C. de infirman.pœnis cœliba. Et cenſores Romani. Valerio lib.ij.titulo de cenſoria nota,referente, bona ſeu æra eorum, qui ad ſenectutem cœlibes peruenerant, fiſco tradebant Reipublicæ, quam continendo & liberos non procreando offenderant,profutura. Et ſi conquerebantur,pœna duplicabatur, & vlterius ſummè increpabantur.Camillus(inquit vbi ſuprà)& Poſthumius cenſores,æra pœnæ nomine, eos qui ad ſenectutem cœlibes peruenerant,in ærarium deferri inſſerunt,iterum puniri dignos, ſi quo modo de tam iuſta con-
24 ſtitutione queri ſunt auſi. † Cùm in hunc modum increparētur videlicet cœlibes,Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit. Parentéſque vos alendo,nepotum nutriendorum debito(ſi quis eſt pudor)alligauerunt. Accedit etiam his, quòd in fortuna longam præſtandi huiuſce muneris vacationem eſtis aſſecuti , cùm interim conſumpti ſunt anni veſtri,& mariti & patris nomine vacui. Ite igitur,& nodoſam exoluite ſtipem,id eſt, pecuniam multis nodis in veſtro ſacculo clauſam,vtilem poſteritati numeroſæ, id eſt, poſteris multi numeri alienis,poſtquam de veſtris Reipublicæ non prouidiſtis.
25 Hæc ille.Ideo non abs re† Lacedæmonij tres de cōiugio leges tulere. Prima damnabat eum, qui vxorem non duceret : quam legem Romana vetus prudentia imitari voluit,& pœnam cenſoriam triplicibus ingeſſit, vt videtis. Secunda damnabat illum, qui ſerò nubebat. Tertia, qui non bene nubebat: quod quando fit, habuiſtis plenè ſuper verbo , *Cuidam Petro tradiderunt*.Ex quibus omnibus non inelegante decidit Bal. in l.ſi pater. §. in arrogationibus.
26 ff.de adoptionibus.†quòd magis ſtudendum eſt generationi filiorum, quàm voto & ingreſſui religionis: ſicut natura plus ſtudet generationi,quàm intellectui:quia magis curat de eſſe rerum, quàm de ſubſtantia ipſarum,vt dicit idem Baldus in leg.filium.in principio.ff.de his,qui ſunt ſui vel alieni iuris. Adeò quòd filius Regis vnicus monaſteriū intrando peccaret,nec mereretur apud Deū.Imò Papa cū eo tunc ſi iam ingreſſus fuiſſet,diſpenſare poſſet, quòd vxo-
27 rem caperet, ne Regium nomen pereat:† quum de plenitudine poteſtatis facere poſsit matrimonium durare ad tempus, donec monachus prolem habuerit,vt plenè per Ioannem Andræam, in regula,actus legitimi.& capitulo,ſemel Deo dedicatum. de regu-
28 lis iuris,libro ſexto. in mercurialibus. † Prout fecit Celeſtinus tertius, Pontifex Romanus, circa annū Domini milleſimum cēteſimum nonageſimūquartum,qui vir fuit per omnia bonus & optimus:&qui ſuſcepto Pontificatu Henricum Imperatorum coronauit, atque ei Conſtantiam monacham Gulielmi Siciliæ Regis,tunc ſine liberis defuncti,filiā deſponſauit.Hæc autem patre ſanctiſsimo, & optimo Rege mortuo,nemine pręter ſe legitimo regni hærede ſupreſtite,cùm iuuentutem omnem peregiſſet,iámque facta videbatur anus,ſumpſiſsétque poſt patris obitum Tancredus quidam Regium dyadema, eò itum

eſt,vt

BIU Cujas

est,vt facinoribus procerum omne regnum in exterminium traheretur.Quamobrem quibusdam regno & populis compatientibus menti incidit Constantiam istam alicui magno Principi in coniugem dari, vt eius ope atq; potentia pestiferi tumultus sedarentur.Ita obtentum est, Celestino Pontifice cõsentiente,videlicet vt Constantia nuberet, licet in professionis proposito immobilis staret, & ætas annosa obsistere videretur. Sed cùm adeò res processisset, Henrico prædicto Imperatori tandem desponsata
29 est,& imperatrix facta nuptialẽ conscendit † totum quinquagesimum & quintum agens annum rugosa concepit,& iam quasi decrepita infantem peperit,videlicet Federicum secundũ. Vt propterea hæc Constantia,si aliquo alio merito vnquam esset extollenda,isto tamen vnico præter naturã partu, per vniuersum orbem conspicua & commemoranda facta est. Hæc Bergomensis,libr.xij. Ad præmissa facit, quòd
30 si †Papa cum subdiacono dispensaret contemplatione alicuius nobilissimæ dominæ, quòd possit eam in vxorem ducere, compelletur præcisè cum ea matrimonium contrahere, vel abstinere. l.matrimonij causa.ff.de ritu nupt. facit l. matrimonij causa. ff.qui & à quibus manumissi libe.accip.secundum Ludou. Roma.singulari.596. incipi.an subdiaconos. Et hoc est ne remaneat innupta.Nec posset ille diaconus alteri nubere.per ea quæ notat Bald.in l.ij.circa fin. C. de ædilit.action.quia dispensatio hoc casu iudicatur personalis.Quæ omnia tolerantur religione postposita fauore procreationis liberorum. Ad quod facit quod decidit idem Bald.in Authent. nisi rogati.vers.
31 Et per hoc soluitur quæstio.C.ad Trebel.†quòd executores deputati ad virgines maritãdas, non possent pecunias ad illum actum dedicatas dare virgini Deo
35 profitenti,& monasteriũ intranti.Quia virgines maritare est pia causa,quæ per alium pium vsum excludi non potest, nec in alium vsum quantumcunque pium potest tale relictum conuerti:quia legitima voluntas non pertinet ad arbitrium alicuius, vt tenet Bald.in l.j.in fin.C.de his, quæ pœnæ nomine. dicẽs sic fuisse aliàs consultum per collegium Bononiense, tam decretistarum,quàm legistarum, secundum Iac. Butriga.in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis
32 & cleri. † Vnde per rationem per eum expressam, sentit Bald.tale relictum non posse etiam per Papam alterari nec commutari:quia intẽdit in fauorẽ maximè procreandæ,& longe forsan duraturæ ac gignendæ sobolis : quæ quocunque alio actu æstimari non posset etiam pio : Imò vita hominum,qui matrimonio producuntur, est rebus quibuscunq; licet sacris præferenda.l.sancimus.C.de sacrosan.eccl.Et sic Papa nihil hoc casu potest, quicquid dicat generaliter loquẽdo,Cle.quia contingit.de religio. domibus, vt plenè dixi super verbo, *Reliquit*. Præterea si filiam quis in mille ducatis instituerit,si nuberet,& in quingentis si monasterium intret: postea monasterium intrando non habebit mille ducatos,quos habuisset si carnaliter nupsisset, sed solùm quingentos secundum communem obseruantiam,& naturalem æquitatem:vt dicit Bald.in dicta Authen.nisi rogati.Nam eo tunc ex verbis testatoris clarè constat patrem noluisse dare filię monasterium intranti mille ducatos, sed quingentos tantùm.Et vbi testator seipsum glossat,non recurritur ad glossam legis,quæ dotem simpliciter filiæ relictam, si nuberet, extendit ad spirituales nuptias : vt dixi super verbo, *Et dotem quam ei dederat*. in principio. ad fauorem matrimonij, & li-
33 berorum inde procreandorum. †Facit text.nota.in l. si ego.§.j.ff. de iure dotium.vbi dicit,quòd licet mandatum morte finiatur mandatoris. l. mandatum. C. manda.tamen si suo quis procuratori mandauerit dare & soluere dotem alicui puellæ,poterit procurator ille mandatum exequi, etiam mortuo mandatore, ☞[Idem in procuratore ad faciendum pacem constituto : vt habetur super verb. *Mortuo itaque testatore.*] per illum text.quem Bald.in dicta leg.mandatum,ad omnem piam causam extendit.Cùm igitur tanta sint nuptiarum prępmia,pudor est fœminis illa nõ habere quibus hæc sola causa est nubendi: vt diuus ait Ambrosius super Lucã ca.j.Imò est eis,& vtrique sexui præmio tali carere,propter quod nuptię celebrantur & carnalis coitus excusatur secundum eum. Addi-
34 tio.† Vnde non est sine causa illa sanctissima gloriosæ semper virginis genitrix Anna, suam & consortis sui Ioachin considerans sterilitatem,& se opprobrio affectos publico,quòd tãto tempore in sacro nuptiarum fœdere vixissent,& prolem non suscepissent, à qua posteritas seu prosapia, quę ferè sepulta iã erat, repleretur:& per quam post obitum sepelirentur,ac Deo pro ipsis munera offerrentur, dolens sine prole domum desertam,& opes in exteros venturas hæredes,noménque cognationis in seipsis perire & arma. Et insuper virum aspiciens profugum,& exulantem velut maledictum inter infœcundos infœcundum, & qui populum Dei non auxerat, continuè plorans orabat.Cuius orationem metricè complectens Baptista Mantuanus, Poëta nouissimus, Parthenices Marianæ libro primo,sic dicit:

†*Anna diu vanos,secum plorauerat vsus*
Connubij:sterilémque torum,tristémque hymenæum.
Propterea duplicéque manus,fontémque supinam
Attollens, humili superos ita voce precata est:
Numina,quæ regitis,cælósque & voluitis astra:
Vos penes est genus omne boni : vos omnia rerum
Semina seruatis:gremium telluris inane est,
Et sine fruge solum,nisi sumat ab æthere vires,
Siue perastrorum cursus radiósque calentes,
Siue Dei solo(qui temperat omnia) nutu.
Venimus ad canos frigescentémque senectam,
Et nostræ sine prole dies abiere iuuentæ.
Longa infœlicis thalami consortia fine
Claudimus infausto.Vir pluribus exulat annis,
Conspectus hominum fugiens:domus orba magistro
Fluctuat amisso ceu nauis in æquora clauo.
Currimus in fatum tacitísque recedimus annis,
Mortuáque ætatis pars est iam maxima nostræ.
Pallida præteriti spacium mors occupat æui,
Quod superest expectat hyems:iam plena meorum est
Terra cadaueribus,consanguineósque sepulchra
Vix capiunt:soli steriles seruamur in omne
Dedecus:& certè breuis est fœlicior æui
Conditio:primò Deus indulsisse parenti
Creditur:& fragili bene consuluisse senectæ:
Quum vetuit primos iterum decerpere fructus,
Et fruges gustare quibus produceret annos.
Nam quid longa dies homini,nisi longa dolorum
Colluuies,longi patientia carceris ætas?
Longior est cursus vitæ Labyrinthus,in ipsum
Ex vtero ingredimur:per limina mortis abimus.
Progenies nec erit nostris,qui marmora signet
Nominibus,deserta domus tabescet,& istas
Longæui sudoris opes,quas legimus ambo

Pluribus

BIU Cujas

Pluribus obſequijs, hæres ignotus habebit:
Nobiſcum eadem noſtri monimenta laboris.
Cernite communes amborum numina curas,
Et ſeruate genus: ſeruent ſe in ſtirpe parentes,
Et ſua natorum videant in vultibus ora.
Sint qui nos facie referant geſtúque nepotes,
Progeniémque ſuam noſtro de nomine dicant:
Sint qui nos proauos numerent: & ſtemmata longo
Limite deducant: iteratáque nomina ponant.
Pignora longæue concedite numina matri,
Quæ celebres ad veſtra ferant altaria cultu.
Talibus orabat ſterilis: ge mitúque ſonoro
Crebra dabat longos inter ſuſpiria planctus.
Audiit omnipotens, animúmque in vota preceſque
Flexit, & in fuco caluerunt viſcera fœtu:
Cœpit & humanos paulatim ſumere vultus
Semen: ſenſim tranſire figuram, &c.

☞ Ex precedenti quærela clarè reſultant præmia ſobolis, & etiã triſtia incõmoda carentiæ illius.] Vnde reſtat tantùm eſſe nuptiarum & liberorum inde pro
36 creandorum fauorem, † quòd indici viduitas alicui non poteſt maſculo nec fœminæ, præſertim virginibus, quas vt dixi, natura produxit ad concipiendum generationem, & quibus infixit concupiſcentiam & matrimonij deſideriũ: & in quibus libido maiorem patitur famem: cùm dulcius putant omne quod neſciunt, ſecundum Bald. & Hieronymum vbi ſuprà.
37 †Nec timent quod eis in perſona primæ matris cõminatum eſt. Geneſ. iij. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Nam reſpondent, & confidenter, per tex. eodem cap. Ipſa conteret caput tuum. &c. Et ſic futura non timẽt pericula cupidine nubendi excæcatæ. Sicut carnales libidine furentes vel auaritia orbati, non timẽt, imò nec aduertunt futura pericula inferni. Pariter videmus coniugatas mulieres etiam, quæ prolem habuerunt non memores antè dolorum, ſed ad plus concipiendum velociter currentes, iuxta illud Ioan. xvj. Mulier cùm parit triſtitiam habet, quia venit hora eius. Cùm autem peperit puerum, iam nõ meminit preſſuræ propter gaudium: quia natus eſt homo in mun-
38 dum. † Plus dico, quòd ſi mulieres, quarũ genus eſt auariſſimum. l. ſed ſi ego. iuncta gl. ff. ad Velleia. parere vellent cõditioni viduitatis timore perdẽdi re-
☞ lictum: [An iuri nubendi renuntiare filia poſſit ꝯ. dicitur, declarando circa hoc ius antiquum digeſtorum.] Certè adhuc intereſſet parentum, ꝙ nubant, iuxta illud Ouidij lib. j. Metamorph. vbi Peneus cõtra Daphnẽ filiã ſuã Deo Apollini nubere recuſantẽ Sæpe pater dixit, Generum mihi filia debes: Sæpe pa-
39 ter dixit, debes mihi nata nepotes, &c. † Et eodem lib. Inachus ad Io filiam à Dea Iunone zelotypa in vaccam cõuerſam: videns quòd homini nubere non poterat, dolendo triſtis dicebat:

At tibi ego ignarus thalamos tædáſque parabam.

Scilicet nuptiales.

Speſq́, fuit generi mihi prima, ſecunda nepotum.
De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus:
Nec finire licet tantos mihi morte dolores, &c.

Quaſi dicat, quòd malebat filiæ in vaccam conuerſæ dare maritum de grege, quã ſi innupta maneret: & ipſe ſine genero & nepote viueret, & ſine poſteri-
☞ tate dolenter moreretur. [Imò etiã intereſt mulierum potiùs portentoſos & monſtroſos contra formam humani generis concipere & parere filios, quàm infœcundas remanere, & prole carere. l. quæret aliquis. ff. de verborum ſignific. pe' quam vot um Inachi fundatur.] Quod facit contra aliquos, qui mâlunt filias tenere longiſſimo tempore innuptas,
40 eáſque in perpetuo cœlibatu permanere. † Et multoties eas cogũt indeuotè ꝓfiteri, & religioſas fieri, quàm ſi eas nuptui darent viris conditionis inferioris: quod fuit ſæpe cauſa ſcandali, & damnũ Reipublicæ: cuius intereſt liberos procreari, & ciuitates
41 prole legitima repleri. l. j. ff. ſolu. matrimonio. † quia ſolis paretibus nõ naſcuntur liberi: ſed naſcuntur etiã Reipublicæ. ff. de vẽtre in poſ. mitten. l. j. §. & generaliter. Et hoc eſt, quod fons eloquẽtiæ: Cic. j. Offic. Ortus, inquit, noſtri parẽtes, partẽ amici, partem patria vendicat. Ob quod fuit ſingulariter deciſum, quòd licet inter virum & vxorẽm non valeat dona-
42 tio, ne mutuo amore ſe ſpolient: † tamen valebit, vbi vxor donaret marito, vt filia communis maritetur: per tex. quem ibi Bartol. dicit ſingulariſſimum, in l. ſiue vxor. ff. de donatio. inter virum & vxo. quia tũc non tẽdit donatio in depauperationem donatricis, ſed ad votum ſuum pariter & mariti exequendum, quorum intereſt & Reipublicæ ex filia habere nepotes: vt videtis, & dixi plenè ſuper verbo, *Cuidã Petro tradiderunt*. Vnde non immeritò cõditio viduitatis,
43 & cœlibatus reiicitur àquocũque relicto, † Sed quia ex varietate legum ciuilium de viduitate indicenda promulgatarũ vos canoniſtæ turbari poteſtis: Sciẽdum eſt in hoc puncto eſſe quatuor iura conſideranda. Primum fuit ius antiquum Digeſtorum, quo cauebatur, quòd ſi relictum fieret virgini aut viduæ, quæ maritum habuit ſub conditione, ſi nõ nuberet, & ſic ſub conditione viduitatis, talis cõditio reiiciebatur, & pro non ſcripta habebatur: adeòquòd hęre dis inſtitutio vel relictum remanebat purum: nec illud perdebat vir aut mulier, datoquòd nuberet. l. cũ
44 tale. in princip. de conditio. & demõſtra. † Et ratio erat, quia licet publicè interſit, quòd volũtates vltimæ ſuum plenum ſortiantur effectum. l. vel negare. ff. quemadmodum teſtamenta aperian. tamen illius magis intereſt, ꝙ viri & mulieres liberè matrimoniũ contrahant, & liberos (vt dixi) procreent, ad replendum ciuitates liberis hominibus: vt dict. l. ij. C. de indicta viduitate. Vnde ſtatutum fuerat eo iure conditionem viduitatis de vltimis voluntatibus tollendam, vt potiùs in hoc derogetur teſtatoris volũtati, quàm pię liberorum procreationi. Partus enim, vt dixi, non ſolùm parenti, ſed Reipublicæ naſcitur:
45 vt d. l. j. §. generaliter. ideo adſtringi † quis iuramẽto non poſſet ad non nubendũ, etiam libertus aut liberta: nec teneret tale iuramentũ. l. adigere. ff. de iure patrona. facit c. clericos. de cohabi. cler. & mulierũ.
46 †Quinimò ſi de non nubendo præſtaretur iuramẽtum, certè intelligeretur de nuptiis illicitis, ſecundũ gl. in c. veniẽs. de iureiuran. facit l. adoptiuũ. §. patronum. ff. de in ius vocan. ver. ſed & ſi. Et patronus tale iuramentũ extorquens puniretur, prout lege Iulia
47 de maritandis ordinibus cauetur: † quæ in remittẽdo iuramentum vim obtinet Apoſtolicã, gl. in l. adigere. §. ſi. in verb. remittitur. ff. de iur. pat. Niſi iurãtes eſſent ad matrimoniũ inhabiles: vt ꝙa caſtrat' vel caſtrata: vt ibi in §. quanuis. quia ceſſante ratione ceſ-
48 ſat lex. d. §. quãuis. † Ex quo videt huic iuri nubẽdi tanquã publico renũtiari nõ poſſe. l. ius publicũ. ff.
☞ de pac. [Maximè quia nõ ſolũ intereſt renuntiãtis, ſed etiã ipſius patris cuius voto cõgruit filiã nubere, vt l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. vt ꝛ dixi, & infra dicam.] Imò puniebantur cœlibatum colen-

BIU Cujas

49 colentes,vt ſuprà dixi.† Cui iuri nubẽdi adeò fauẽdum eſt, quòd in aliquibus locis cõſuetum eſt damnatos ad mortem liberari poſſe, ſi à mulieribus petãtur in maritos copulari,vt refert Maſuerus titulo,de pœnis.§. item in aliquibus partibus ſeruatur, &c. * *Ad hunc locum vide Iul. Clarũ in practic. criminal. quæſt.98.nu.6. vbi multos in hanc rem citat. vide quæ dixi ſuprà verb.mortuo itaq; teſtatore.j.num.269.* Præſertim ſi à tali fœmina damnatus peteretur in maritũ, quæ à peccato ad frugẽ melioris vitæ reduceretur, vt à cætero honeſtè viueret cum eodẽ: quia cùm eximens à peccato mulierẽ plenariam conſequatur peccaminũ ſuorũ indulgentiã, cap. inter opera.deſponſali. Sic remitti poſſe videbat pœna mortis tẽ-
50 poralis in foro contẽtioſo. † Sed non puto hoc ſuſtineri poſſe de iure: quia daretur per hoc delinquendi occaſio ſub ſpe ſic faciliter euadẽdi mortẽ. Prætereà videmus, quòd propter coniugiũ iam conſummatũ conſeruandũ, non euitant delinquẽtes coniugati pœnam criminum perpetratorũ. Igitur minus eã euitabunt propter matrimonium contrahendum, ꝙ facilius impeditur q̃ diſſoluatur iam contractũ. Sequeretur inſuper aliud, quod eſſet exemplo pernicioſiſſimũ, & periculoſum: quia ſępè ipſi ad mortẽ damnati, nõ liberè ſed coactè timore pœnæ talia matrimonia cũ ſibi ignotis, & minus dilectis contraherent: & ſic nulliter: quũ in matrimonio non ſufficiat conſenſus, niſi ſit liber omnino, cap.cùm locũ.de ſpõſa. Vnde cõſequuti liberationẽ vxores dimitterẽt, quibus adſtricti nõ eſſent in foro conſciẽtię, per ea, quę plenè decidunt in ca.is qui fidẽ.illo eodẽ titu.vbi in
51 foro conſcientię verba vel facta non ligãt, libro non intercedẽte conſenſu, & volũtate. Et inde eſt, quòd † pœnæ in matrimoniis indici non debent. l. Titia.ff.
52 de verborum oblig.& ca.Gemma.de ſpõſali. † Quibus cõſideratis tales in matrimonio metu pœnæ cõtracto non perſeuerarent: etiã quia fortè generi ſuo & ſtatui non conuenirẽt: quia vix aut nunquã nobiles fœminæ vel matronæ aliæ honeſtæ talibus damnatis, licet de domo excelſa forẽt, faciliter nuberẽt, ſed ſolùm humiles fœminæ aut meretrices, quibus illico, Pſalmũ cantantes, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, diſcederent, eáſq; penitus repudiarent, ſeu ab eis diuerterent. Et ſic illo exorbitãti medio pœnis ac iuſtitię, atq; matrimonio faciliter illuderetur: & ſacramentũ eccleſiæ derideretur, contra l. ſi
53 ptor.ff.de iud.vbi edicta prętorũ & iudicia ſapientũ eſſe nõ debent illuſoria. † Bene tamẽ crederẽ in vno caſu ptextu matrimonij poſſe pœnã mortis euitari ſc. vbi dãnat' quis eſſet ꝓpter raptũ, & mulier rapta contrahere vellet cũ ipſo. Nã eo caſu, vt tale matrimoniũ fiat, raptor mortẽ euitaret, ſecundũ Pau.in l. raptores. C.de epiſcopis & cler. volẽtẽ hoc caſu ius canonicũ mitigare potuiſſe pœnã legis ciuilis & illius rigorẽ. Et ita dixit aliâs cõſuluiſſe, & quendã ſic damnatũ liberaſſe. Facit ad hoc tex.in cap.pen.& ca.
54 fin.de rapto. † Secundũ fuit ius legis Iulię Miſcellæ: quæ ſic appellat' ab authoris nomine, qui Iulius Miſcellus vocabatur, conſiderãs ꝙ ratio, quare conditio viduitatis iure antiquo reiiciebatur de vltimis volũtatib', fuerat, vt viri & mulieres poſſent liberius nubere, ac liberos procreare. Sed non omnes mulieres nubũt ꝓpter liberorũ procreationẽ, prout ſunt fœminæ ſteriles, & decrepitæ, quæ potius nubunt propter incõtinẽtiã, vel alia ratione: Cùm plurima alia ſint bona matrimonij vltra bonũ ꝓlis: vt dixi ſuper verb. *Cuidã Petro tradiderũt.* Ideo cõſiderauit Iulius illę Miſcellus, ita demum conditionem viduitatis remitti debere mulieri, quando nuberet ad finem procreandæ ſobolis. Propter quod ſtatuit, quod mulier
55 iuraret ſe nubere cauſa ſobolis procreãdæ: † & propterea cautionem præſtaret Mutianam, ſecundum quod Mutius ille legifer ſuper conditionibus negatiuis induxit, ſcilicet quòd ſi poſteà appareret eam nõ propter ſobolem nupſiſſe, teneretur relictum vel hæreditatẽ cũ perceptis fructibus reſtituere ſucceſ-
56 ſoribus teſtatoris. † Tertium fuit ius nouum Codicis, per quod, quia conſiderauit imperator, quòd iſtud iuramentum eſſet viam aperire periuriis, præſertim mulieribus ad deierandum facilibus, dictam legem Iuliam Miſcellam ſuſtulit, ſimul & formam iuramenti & cautionis: atque diſpoſuit quòd indiſtinctè ſi relinqueretur mulieri ſub cõditione ſi non nupſerit: talis conditio viduitatis reiiciatur, & relictum purũ remaneat: & mulier illud purè cõſequatur, ac ſi nulla conditio adiecta fuiſſet: vt d.l.ij. C.de indicta viduita.quæ per l.fina.eiuſdem titu.extendebatur ad maſculos, quibus talis conditio adiecta foret. Facit dictum cap.clericos. de cohabita.cleri.& mulierum. vbi quo ad hæc carnalia deſideria, ꝓhibetur præſtari iuramẽtum propter præſumptam fa-
57 cilem deierationem. † Quartum fuit ius nouiſſimũ Authenticorũ quo vtimur, quòd in virgine ſeu muliere aut viro, quæ nunquam nupſit, conditio viduitatis reiicitur de vltima voluntate, & pro nõ adiecta habetur, & relictum purè debetur, nubat, vel nõ nubat: vt dicta Authent.cui relictum. C.de indicta vi-
58 duitate. † Adeo ꝙ decidit text.in l. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de conditio. & demonſtra. quòd ſi legata fuerint Titiæ ducenta, ſi non nupſerit, & centum ſi nupſerit, quanuis nubat, habebit ducenta, quia talis conditio, cùm retrahat à matrimonio carnali, reiicitur. Et multò magis ſi retraheret à matrimonio ſpirituali, ſecundum Felin.in capit. in præſentia. xviiij. colum.de probationi.ſuper quo vltimo cogitabitis, propter deciſionem Bald.in Authent. niſi rogati.C. ad Trebellia.ſuperiùs allegatam: quæ (vt opinor) nõ obſtat: quia locum habet vbi plus relinquebatur in caſu matrimonij carnalis, & minus in caſu ſpiritualis. Sed hîc illi duo caſus non concurrebant niſi vnus ſolus, ſcilicet caſus matrimonij carnalis tantùm, vel ſpiritualis tãtum: quia ſi plus relinquatur ſi non nubat, quàm ſi nubat: illud plus habebit nubẽdo carnaliter vel ſpiritualiter. Et idẽ erit in viro, qui nũ-
59 quam nupſerat. † Iura enim multum fauent primo matrimonio propter bonũ prolis, iuxta illud Apoſtoli primæ ad Corinthios. v. Volo adoleſcentulas, & ſic virgines nunquam cõiugatas, & iuniores, nu-
60 bere. † Iuniores quidem ætatis ſufficientis: vt fœminæ ætatis xij. & maſculi xiiij. annorum ſint. Inſtitut. de nuptiis. in principio. Tamen ſecundum Philoſophum in libr. Politicorum, maſculi ante xxvij. an-
61 num, aut fœminæ ante xviij. nõ nubant. † Aliàs fœtus imperfecitur: quia vt dicit Hieronymus in epiſtola [Quæ inter alias epiſtolas ponitur parte j. tractatu. j. Epiſto. ix. incipiens: Zenon nauclerus, &c.] ad Vitalem presbyterum. Perſpicuum eſt homines à parua ætate libidini deditos, in immatura eorum ſo-
62 bole demonſtrari. † Ob quod Germani, quos Alemanos vocamus, citra annum ſuæ ætatis viceſimum fœminæ notitiã maſculorũ habuiſſe in turpiſſimis habebãt rebus, Cæſare commentariorũ ſuorum de-
63 bello Gallico, libro vj. referente. † Et Friſones ſuper omnia caſtitatem amantes grauiter puniunt luxurioſos: &

BIU Cujas

sos & præseruant liberos vtriusque sexus in castitate, donec ad annos peruenerint nubiles, quòd eos ma
64 ritant. † Vnde sequitur quòd proles eorum fortis est
☞ & virilis: [Nam virginitas secum annexam habet fortitudinem: vt dixi super verbo, *Duas habens filias.* narrãdo mulieres, quæ strenuè se in bello habuerũt.] quia etiam non maritãtur nisi tẽpore debito. Etiam in materia alimentorum, impubes iudicatur masculus vsque ad xviij. annos, & fœmina vsque ad xiiij. l. mela. ff. de alimen. & ciba. lega. Ætas tamen illa in matrimonio præueniri posset, vbi de incontinentia timeretur: quia tunc matrimonium præcipitari potest, dummodo puella virum sustinere possit: quum ante non sit matrimonium. capi. puberes. de desponsatio impuber. Et dicit hostien. quem ibi sequitur Præpo. in capit. ex parte. de sponsa. quòd puella permittens supra se virum ascendere, censetur esse doli capax ad contrahendum matrimonium, aliâs non:
65 vt dicto capitu. puberes. † Adeò quòd dicit text. in l. quod puellæ. ff. quando dies leg. cedit. quòd legatum virgini relictum quando nupserit: non debetur, si ea minor quàm viripotens nupserit: quum nupta videri non possit, quæ virum pati non potest, vt ibi dicitur: ob quod cõmuniter requiruntur quindecim anni de consuetudine: vt in Authen. de tempore non solutæ pec. §. generaliter. col. vij. Nisi (vt dixi) in aliquibus citiori tempore inueniret perfectio naturæ. Et
66 multò magis vbi inuẽta fuit perfectio naturę & gratiæ: † sicut in virgine Maria, quæ ante decimum quintum annum Christum cõcepit, secundum cõmunem opinionem: quia in beata Virgine natura aderat, quã gratia perfecit: vt habetur in secundo sententiarum. distinct. xxvij. & per Alexandrum de Ales in tertia parte summæ tracta. de gratia. Vnde de ipsa dici potest quod dicit glos. super verbo, viri potentes. in dicto. §. j. Institu. de nuptiis. quòd felici diplomate vsa fuit. Nam si aliquæ hoc habent ex bonitate naturæ, seu naturalis complexionis, vt ante nubere possunt, multò magis beatissima virgo habens perfectionem naturæ & gratiæ potuit esse perfectè idonea conceptioni perfectissimæ filij Dei anno ætatis suæ decimoquarto completo in introitu quindecimi, quo Christum concepit. Quæ licet in duodecimo aut citeriori anno generare & concipere potuisset, sicut aliæ plures, & multo melius: tamen Deus noluit de-
73 sponsationem illius cum Iosepho fieri ita acceleratè, ratione maioris honestatis & grauitatis morum. Super hoc tamen habetur consideratio personarum, tẽ-
67 porum & regionũ. † Nam Pygmæi, qui sunt homines cubitales, altitudinis solùm vnius cubiti, cuius generant, cùm vitam breuem habeant: quia generãt anno quarto ætatis suæ, & in septimo senescunt, secundum Plinium & Isidorum. De quibus per Lyram ij.
68 Regum v. Et Ezechiel. xxvij. † De Salomone rege etiam refert Hieronymus in præallegata epistola, q in decimo aut vndecimo suæ ætatis anno genuit Roboam filium. Et Achaz etiam rex Israel in vndeci-
75 mo aut duodecimo anno genuit Ezechiam. Pariter olim antiqui patres non cito, sed longo tempore in ætate prouectiori solùm generabant propter eorum longissimam vitam, vt patet Genesis iiij. & v. cap. secundum Augustinum, lib. xv. de ciuitate Dei. cap. xx. Erat enim eis grandior corporis forma & vigor, vt dixi super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiẽs.* Ac etiam
69 erat eis longior vita propter multa. † Primò ex bonitate complexionis primorum parẽtum: qui à Deo fuerunt in integritate formati, & complexionati: & sic ad longiorem vitam dispositi. in qua bonitate magis participarũt homines eis propinqui, quàm remotiores. Secundò ex modo viuendi, quia plus temperatè viuebant, quàm hodie faciãt. Vnde propter crapulam multi perierunt. Ecclesiastici xxxvij. Tertiò ex bonitate nutrimenti: quia meliora fuerant terræ nascentia ante diluuium: quia inundatio aquarum super terrã pro magna parte facta fuit ex mari Oceano: aquæ autem salsæ inducunt sterilitatem, secun-
70 dum Lyram, Genesis capit. iij. † In signum cuius quando principes ciuitatem damnant propter delictum, ea demolita, & aratro suppositа, aspergunt sal super eam, in signum perpetuæ sterilitatis, & desertionis. Quartò hoc proueniebat ex scientia Adæ, qui omnium naturalium scientiam perfectam habuit, & consecutus fuit plus quàm alius. Dum obdormiuit in creatione Euæ consortis suæ, vt dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* Et sic perfectè Adam herbarum, necnon lapidum cognouit vires, quæ valent ad cõseruationem vitę, quas ipse posteà alios docuit: quam doctrinam non habemus. Quintò hoc proueniebat ex bono aspectu syderum: quoniam aspectus cœli multum facit ad vitæ prolongationẽ, ideo plus viuunt gentes in vno climate, quàm in alio. Sextò hoc procedebat ex diuina dispositione, quę vt genus humanum magis multiplicaretur, longos in princi-
71 pio dedit humano generi dies. † Vnde tunc necesse non erat nuptias & generationem præcipitare. Hodie verò quia vita hominis est breuis, nuptiæ accelerantur, & ferè præcipitãtur: quum pauci cẽtesimum annum attingant, & vix tempus illud excedi potest.
72 l. fina. C. de sacrosanctis ecclesiis † Tamen Solinus refert in India esse in quibusdã montibus gentẽ quæ in iuuenta sit cana, nigrescit in senectute, cuius vita vltra æuum est nostri temporis. Pariter in Erythrea insula in mari Gaditano sita (vt Dionysio placet) est tanta aëris benignitas: vt homines pariat cõtinentissimæ, ac penè immortalis vitæ. Idem refert Plinius, libro vij. de Pandora gente in conuallibus Indiæ annos ducentos viuente. Et Pomponius lib. iij. scribit de Hyperboreis montibus Scythiæ super aquilonem, Riphæósque montes sub ipso syderum cardine constitutis quasi vltra boream positi, vbi Sol non quotidie vt nobis, sed primum vterno æquinoctio e-
73 xortus, autumnali demum occidit. † Ideo apud illos sex mensibus dies, & totidem aliis nox vsque cõtinua. Terra Aphrica per se fertilis, cultores iustissimi & diutiùs, quàm vili mortalium, & beatius viuunt semper læti: non bella nouere, non iurgia. Habitant lucos syluásque. Et vbi viuendi satietas magis quàm tædium capit: hilares redimiti sertis semetipsos in pelago, ex certa rupe præcipites dant. Id eis fu-
74 nus eximium est. † Etiam in Taprobana insula mari Indico sita, homines corporum magnitudine alios antecedunt, cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis: viuũt vltra alios plenè vltra humanam fa-
75 gilitatem, vt Solinus dicit, † De quodam vocato Ioãne de Temporibus qui tempore Ludouici grossi Francorum regis vita adhuc fruebatur circa annum domini millesimum cxxxvij. vt refert Gaguinus, libro vj. historiarum Ludouici iunioris, exordiens in hęc verba: Accepta patris scilicet Ludouici Grossi morte, Ludouicus, scilicet Iunior, eius filius cùm res Aquitaniæ ordinasset, in Franciam properè reuertitur, dátque Alisiam reginæ sororem Arnulpho Veromanduensi vxorem. Per illud ferè tempus Ioannes de temporibus morte absumptus est: quem

BIU Cujas

pertinaci consensu Franci, atque Germani scriptores, à Caroli magni Imperio, ad hunc vsque Ludouicum vixisse tradunt. Quod si à fide non abhorret, trecentum sexaginta & vno anno superstes in terris fuisse credendus est. Hæc ille. Etiam si impubes foret, postquam virtutem coeundi habent: vt habue-
76 runt homines post peccatum. †Nam licet in primis parentibus naturales motus concupiscentiæ essent, tamen erant repressi & clausi in pueris vsque ad pubertatem: ita quòd dicere poterant illud Apostoli ad Roman. vij. Nam concupiscentiam nesciebam. Quiquidem motus tanquam riuuli post peccatum, aperti sunt, & cœperunt moueri & diffundi, quos cùm prius in se esse non sensissent, tunc aperti sunt & cognouerunt eos: quia sicut inobedientes fuerunt Deo superiori suo, sic & membra cœperunt moueri contra suum superius, id est rationem: adeo quòd clamare potuerunt illud Apostoli vbi suprà in fin. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, &c.
77 † Et primum motum concupiscentiæ contrariũ rationi, senserunt in membris genitalibus, quæ contra se moueri videntes erubuerunt. Vnde illa membra pudenda dicta sunt. Cætera quidem membra ad nutum hominis stant aut mouentur, pudenda autem non: Ideo erubuerunt ea videre: cúmque cognouissent se nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata: vt habetur Genesis iij. vbi Lyra super verbo. & fecerunt. & Achidia. in capitulo. offerebat. xxxij quæstione vij. Vnde quia tales motus cadunt in pupillis & sæpe, matrimonium etiam permittitur, & eis nubere licet. Sed de communi lege parum hodie viuũt homines: ideo citius nubunt. Imò quàm primum quis est viri potens, postposita ætatis consideratione nubere potest, & relictum debebitur: præsertim fauore primi matrimonij, cui iura fauent.
78 † Vnde decidit communis schola, quòd si statuto vel consuetudine subditi contribuere tenentur pro filia Domini maritanda, & semel maritata fuerit & viduata, non tenebuntur contribuere pro secundo matrimonio. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatio. de quo per Guido. Papæ. quæstio. lvij. in fine. Quia licet tale ius & onus contribuendi sit reiterabile in personis plurium filiorum: non tamen in persona vnius, si viro præmortuo remaritaretur. Et ita consuetudine seruari dicit Masuerus titulo, de Talliis. §. item quatuor casus sunt, & c. Similiter dicit Bal. suprà in procœmio. viij. columna super verbo, pu-
79 dicos. †quòd si testator bona sua distribui iusserit in dotandis mulieribus, non poterunt testamenti executores de illis bonis dotare viduas, id est, mulieres, quæ aliâs maritatæ fuerunt quanuis pauperes: sed solùm virgines. Cùm illa indistincta loquutio de primis nuptiis intelligatur, vt dicto §. hoc sermone. Hoc enim magis intelligitur esse de mente testatoris vel statuti, vt in dubio cõformetur intentioni iuris communis, quæ vt videtis, multum fauet primo matrimonio, necnon liberis ex illo descendẽtibus, quibus pater aut vni eorum suam totam præter legitimã aliorum potest relinquere successionem. l. cum quæritur.
80 Authent. nouissima. C. de inofficio. testamen. † Sed secundæ vxori aut liberis ex secundo matrimonio susceptis, non possunt relinquere plus, quàm vni liberorum primi matrimonij, cui minus reliquit. l. hac edictali, C. de secun. nup. Quod demonstrat multum esse fauẽdum primo matrimonio. Et rationabiliter:
81 †quia per illud tota mente is prædiligitur perpetuò & amatur, qui claustra virginitatis aperuit in muliere. Quiquidem amor adeò infixus est propter assecuta desideria, & initiatas voluptates & delitias: quia vix aut nunquam saltem faciliter, deleri potest, quinetiam mortuũ sequatur virum, vt dicat puella quod habetur Aeneidum iiij. vbi poeta,

Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum seruétque sepulchro, &c.

82 † Et cùm vidua matrimonium contrahens nõ aliud, quàm iurgium in suo lecto quærit: quia vidua vt plurimùm semper primum suspirat maritum, iuxta illud Iuuenalis: *semper habet rixas, alternáque iurgia lectus,*
83 *In quo nupta iacet,* &c. † Et sic cum virgine quantuncunque vetula, melius est contrahere, quàm cum vidua iuniore, propter primum amorem: quia talis amor valde operatur, ac multùm confert ad concepetum prolis. †Vnde refert vbi suprà, Cæsar Cõmẽtariorum suorum de bello Gallico, libro v. quòd in Britannia interiori, scilicet Anglia, tunc viri vxores habebant deni duodeníque inter se communes. Sed qui erant ex his nati eorum habebantur liberi, à quibus primum virgo quæque adducta esset. Quod clarè demonstrabat primum concubitum coniugalem esse considerandum, velut prædilectum. Cuius fauo-
85 re conditio viduitatis reiicitur. †Quod est verum siue mulier talis sit, quæ nunquam antè nupserit, siue nupserit, & virum habuerit quanuis de præsenti, à quo carnaliter cognita nõ fuit: quia fortè in domũ viri non transducta, nec ab eo cognita. Nam si talis maritus decesserit, & ipse vel alius ei sub conditione non nubendi reliquerit, talis conditio reiicitur, & relicto locus erit tanquam puro, nubat vel non nubat.
86 † Ita quòd de tali muliere iudicamus sicut de virgine, & non vt de vidua, secundum Bald. Ange. & Paul. in d. Authent. cui relictum. Et idẽ de viro, qui nun-
87 quam cognouerat suam vxorem. †Prædictam tamẽ conclusionem, quòd de relicto vel institutione conditio viduitatis reiicitur, limitabitis esse veram. Primò vbi conditio viduitatis adiecta fuit viro vel mulieri perpetuò aut simpliciter, quod idem est, Secus autem foret vbi talis cõditio adiecta esset temporaliter vsque ad certam ætatem: putà si non nupserit vsque ad ætatem viginti annorum: quia tunc necesse foret talem cõditionem impleri, ita quòd teneretur hæres vel legatarius tunc abstinere à nuptiis, donec ad ætatem determinatam à testatore: aliàs perderet relictum. l. si vir vxori §. fina. ff. de conditioni. & demonstrationi. vbi Bart. & cæteri. Ex quo dicit Feli.
88 in capitu. ex parte ij. colum. de constit. † quòd valet dispositio testatoris volentis, quòd filia domum habeat vel aliam rem, si nubat cum consilio Titij: quia licet teneatur requirere consilium, aliàs relictum nõ haberet donec consilio Titij requisito: & sic ad tempus nuptiæ differantur: Tamen quia sequi non tenetur consilium. capitu. j. de capel. mona. Bart. in l. j. §. si plures. ff. de exercito. & Panormita. in dicto capitu. ex parte. & plenius in capit. cùm in veteri. de electio. Certè talis conditio cum perpetuò matrimoniũ non impediat, non reiicitur: quinimò hæres in testamento grauatus maritare filiam testatoris cum consilio Titij, si eam maritauerit consilio irrequisito, perderet hæreditatem, secundũ Pau. Cast. cons. lxxxviij. incipiente, Videtur dicendum, quòd dicta filia. quem
89 sequitur Feli. in dicto capit. ex parte. †secùs, si nubere deberet arbitratu vel cum cõsensu Titij: quia tũc cùm necesse haberet sequi consensum, qui fortè nũquam præstaretur, reiiceretur conditio velut matrimonij

BIU Cujas

monij impeditiua: & valeret relictum tanquam purum. l.cum tale.§.arbitratu.aliàs incipit, rescriptum est,si arbitratu.ff.de condition.& demonstra. facit l. turpia.§.j. ff.de lega.j.secundum Paul.notabiliter in dicto consilio. Nã in matrimonio nõ solùm requiritur consensus,sed liber consensus.c.cùm locum.de
90 sponsa. † Et vbi consensus alterius requiritur, dici non potest cõtrahentium consensus libe. Facit quod decidit Panormita. in cap.quod Dei timorem.in fin.
91 de statu monacho. † vbi dicit, quòd si statuto cauetur,vt minor vigintiquinque annis non possit se maritare sine consensu duorum agnatorũ, & puella eligit sibi sponsum condignum: Si agnati nolint,& sine causa legitima cõsentire recusent, compelli possunt per superiorem ad consentiendum: vel superior ille licentiam dabit ad contrahendum. secundum Bart. in l.si cum dotem.ff.solu.matrimonio.& in l.non solùm. C.de bonis quæ liberis. & in l.in copulandis. C. de nuptiis. Et si non licentiam dare vellet, appellari
92 posset,& conditio reiiceretur. † Et idem esset vbi ita longum tempus adiiceretur, quòd in effectu matrimonium impediretur: putà,si non nupserit donec ad sexaginta annos peruenerit: quia hoc esset in fraudẽ legis: quo casu de illo tempore seu termino staretur arbitrio iudicis. Et residuum pro nõ adiecto habere tur, per text.in dicta l.cùm tale.in principio.vt notabiliter consuluit Francis.Aretinus consil.lxvij.incip. Diligenter & maturè.ij.colum. Pro quo facit:quia licet testator in testamento disponere possit, hæredes suos ad tempus stare in communione, vt interim sub certa pœna hæreditatem diuidere non possint, per text.in l.iiij.in princip. vbi Bal.& Angel.ff.de condi-
93 tio.institut. † Attamen non posset testator ordinare, quòd hæredes perpetuò in cõmunione stare teneantur,per text.in l.hoc iudicio.§.si conuenerit. ff. communi diuidun.& tenent Paul. & Iason in l.si non sortem.§.si centum. ff.de condi.indebiti.& Bartol. in l.si conuenerit.ff.pro socio.& in l.Quintus.ff.de annu.legat.gloss.in l.fin.ff.communi diuidund. & consuluit Alex.in tertia parte consi.cxj.incipien. circa primum 98
dubium.iij.colum.licet cõtrarium voluisset in dicto §.si cẽtum.Sed quid si relinquatur filiæ donec sit maritata, an tale legatum inducat viduitatem: ita quod
94 nubendo perdatur? Videatis Oldra. consi.clxij.† Secundò procedit dicta conclusio vbi legatum fuit alicui relictum sub conditione, si non nupserit cum aliquo vel aliqua de mundo: vel simpliciter & indefinitè:quòd idem est.secus si ei relinqueretur si nõ nuberet cum certa persona, putà Titio vel Seia: vel si nõ nupserit cũ pluribus certis personis viris aut mulieribus: putà, cum aliquo vel aliqua de tali genere vel parẽtela:quia cùm tunc nubere possit cæteris omnibus, talis conditio non reiicitur: imò impleri debet:
95 aliàs perderetur relictum, per tex.in dicta l.cùm ita. ff.de condi.& demõstra.† Tertio procedit dicta cõclusio, nisi ex defectu conditionis, si non impleatur, debeatur legatumvel fideicommissum magis fouorabile, quàm sit matrimonium: veluti si legetur seruus viro aut mulieri si non nupserit. Et si nupserit, relinquatur seruo libertas. Tunc enim cõditio viduitatis de tali legato non reiicitur, vel legatarius nubẽs cõsequatur legatum, id est, seruum sibi relictum, ac si non nupsisset. Quinimò si nubat & conditionem viduitatis nõ impleat,talis seruuserit liber,per tex.notabilem in l.Titio vsusfructus.§.serui.ff.de condit.&
96 demonstra. Et alia † ratio non est, nisi quia legatum libertatis seruo factũ in defectu conditionis est pium & fauorabilius matrimonio. Per quem text. dicunt ibi Guil.de Cug.& Bartol.tamen sub dubio fortè, & etiam vbi tale legatum in defectu viduitatis esset alteri piæ causæ applicandum,putà ecclesiæ,vel pro anima,vel alteri pio vsui: tunc de tali legato non reiiceretur conditio viduitatis.quod est singulariter notãdum:quia si sibi non reiiciatur fauore libertatis.ergo idem in alia quacunque pia causa: quum de libertate communiter arguamus ad piam causam, secundum eundem Bartol.singulariter in l.proximè.§.fina.ff.de
97 his quæ in test.delen. † Quartò procedit dicta cõclusio, quando esset in testamento relictum ipsi mulieri aut viro legatum sub conditione viduitatis seruãdę: vt dicta Authen.cui relictum. secùs si legatum alicui tertio esset factum: putà, Titio sub conditione,si aliqua mulier aut vir non nuberet: quia tunc cõditio viduitatis nõ reiicitur: imò si talis vir aut mulier nuberet,ille tertius scilicet Titius legatum perderet, per text.in dicta l.j. C.de indicta viduita. & sentit Paul.in dicto consil. lxxxviij. Et ratio est, quia ideo leges statuerunt cõditionem viduitatis ipso iure reiici de institutionibus & legatis: quia ille cui relictum est, ambitione lucri & timore perdẽdi illud, induceretur ad viduitatem, & cœlibatum contra publicam vtilitatem. Quæ ratio cessat vbi relictum foret tertio, & non ipsi mulieri aut viro: quia tũc illa mulier aut vir parum curaret si tertius ille legatum perdat vel non. Ideo si legatum esset mulieri & cuidam tertio: tunc cõditio viduitatis non reiiceretur in totũ: sed solùm pro parte mulieris,& nõ pro parte illius tertij extranei. Quinimò muliere nubente, extraneus ille legatum perderet quò ad suam partẽ,per tex. in l.mulieri & Titio.ff.de condit.& demonstr. Et si ille tertius extraneus partem suam repudiaret,non propter hoc accresceret mulieri: quum mulier tunc nõ admitteretur ad suam partem de iure communi, sed iure singulari & priuilegiato: cùm & inter succedentes iure diuerso locum non habet ius accrescẽdi: vt plenè dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* in iiij.præludio. † Et quod dictum est, quòd à legato alicui tertio facto non reiicitur conditio viduitatismulieri alteri adiecta, nisi ille tertius cui legatũ relictum est, esse pater, mater, frater, vel soror, vel aliter propinquus ipsius mulieris, cui viduitas indicta fuit. Ob quorum reuerentiam vel dilectionem verisimiliter præsumeretur, quòd mulier aut vir à matrimonio abstineret:ne parens suus legatum perderet,veluti si testator dixerit,relinquo Titio si eius filia aut soror nõ nupserit. Nam tunc cõditio viduitatis ita reiicitur ac si eidem mulieri legatum fuisset,per textum not.in l. hæres meus. §.fi.ff.de cond.& demõ. quia vtroq; casu mulier inuitatur ad viduitatem,ne propinquus le-
99 gatum perdat. † Paria enim sunt aliquid fieri contra personam alicuius, vel contra aliquos de sanguine suo.l.lex Cornelia.in prin.vbi Bart. ff.de iniuriis. Et idem Bal.in l.iij.§.si tutor inimicus.ff.de suspe. tutor. Et inde dicimus parem esse metum,qui committitur in se vel suis.l.isti quidem.ff. quod metus causa. Similiter si relictum fuisset cuidam tertio,qui grauatus esset illud restituere mulieri aut viro, si non nupserit: etiam conditio illa viduitatis reiicietur ac si immediatè fuisset mulieri relictum.l.auia.§.fi.ff.de cõdi.& demon.quia eo modo mulier ita inuitaretur ad viduitatem timore perdendi fideicommissum, sicut timore
100 perdẽdi relictum sibi immediatè factum. † Quintò procedit dicta conclusio quando mulieri aut viro factum esset legatum si non nupserit vel si viduitatem

seruauerit.secus si relictũ ei fuisset sub hac conditione si vel cùm vidua erit:quia tunc conditio non reiicitur:quum viduitatẽ non inducat. Imò sufficit eam semel impleri,quãuis implementum non duret.& ita loquitur tex.in ij.parte.in d.l.fi.C de indicta vidui.iũcta l.si quis hæredẽ.C.de insti. & substi.secundũ Iaso. in d.l.fi. Ideo quamprimum morte mariti vidua fiet, relictũ habebit,licet postea renupserit:vel si prius renubat, legatum petere poterit, quũ sufficiat q̃ semel vidua fuerit. Et ita fuisse Venetiis iudicatum refert Paul.in d.l. secundũ eius consiliũ, quod ab ipso Veneti habuerunt,licet prius iudicare decreuissent con-
101 trarium.†Ad hoc facit q̃ legatũ puellę factum dum nupta erit,primæ nuptiæ intelliguntur: adeò q̃ licet nuptiæ mariti morte soluantur,non requiritur ad legatum consequendum q̃ iterũ nubat,vt d.l. boues. §.
102 hoc sermone.ff.de verb.sig.†Et idem foret secundũ eum si relictũ fuisset sub cõditione, si vidua remanebit,aut si vidua permanebit:quia licet secũdò nubat, legatum habebit. Sufficit enim ei semel viduã fuisse, licet pluries valentes viri de Florentia contrariũ cõsuluissent:sed hoc vltimo casu Iason tenet cõtra Paulũ propter verbũ permanebit,perseuerantiã denotãs in viduitate.secundũ Ang.cõsi.xxxiiij.incip. Constãtius Herculani.& consi.clxvj.inc.Corradus.Sanè tamen intellexit q̃ si legatũ fuerit relictũ sub conditio
103 ne si,vel cùm vidua erit,sufficit dictam conditionem semel impleri,licet implementum non duret:tamen illud relictũ non debebitur nisi illis mulieribus quæ post testamentũ & mortẽ testatoris viduæ erũt: puta,si pater vel alius dixit: †Relinquo centũ cuilibet filiæ quæ vidua fuerit,vel cùm vidua erit. Nam filiabus quæ tẽpore testamenti & mortis testatoris erãt
104 viduę,tale legatũ non debebitur:†quia sicut lex,ita vltima voluntas verificãt,in futuro, non in præterito,vel præsenti tempore secundũ Bar.in l.hoc artic. ff. de hære. insti. & Ang. in §. j. in fi.Insti.de leg. Per quæ omnia habetis clarè,q̃ cõditio viduitatis perpetuæ in virgine,viro aut muliere,saltem in talibus qui nunquã nuptias aliquas effectualiter consecuti sunt,
105 reiicitur de legato,& hæredis institutione directa vel indirecta sibi aut suis propinquis facta, & ꝑ non adiecta habetur.†Aliquãdo & secũdò principaliter cõditio viduitatis nõ indicitur virgini, id est ei qui nuptias nunquã contraxerit:sed indicitur viduo aut viduæ,capiendo viduã secundũ communẽ vsum loquẽdi,scilicet pro illa quæ maritũ habuit,tamẽ mortuus est:& tunc cõditio viduitatis de institutione vel legato non reiicit,sed implẽda est:ita quòd ille cui indicitur,sit vir aut mulier,à sequẽti matrimonio abstinere tenetur:aliâs perdit relictum, vt dicta Auth.cui relictũ.C.de indi.viduit. Nec refert à quo fuerit viduitas indicta,aut à marito vxori,vel ecõtrà,vel ab extraneo aut parente: quoniã omni casu conditio viduitatis expressim indictæ implẽda est:adeò quòd si Adiecta Raynutij filia moriendo dictũ Petrũ eius maritũ
106 sub cõditione viduitatis heredẽ instituisset, ꝑ put non fecit: certẽ posteà cũ alia cõtrahẽdo, & nubẽdo,hæreditatẽ perdidisset:quã tamẽ nõ perdidit,quia viduitas ei indicta non fuit. Et ratio differẽtiæ inter virgines & viduas est: & idem de viris, quia in viduis exquo semel cõiugati fuerũt, honestius eis est amplius non nubere. Et præsertim honestũ est fœminis,vt in Auth.de non eligẽ.secũ.nub.§.oprimũ. secundũ Bal.
107 in j.opp.in dicta Auth.cui relictũ.†Et hoc propter quatuor causas,quæ nõ per iura nostra saltem ita explicitè sicut clarius per theologos assignãtur.†Prima est,quia quãdo vidua renubit, est indicium & aliqualis cõiectura minoris castitatis. Nam in mulieribus totiens nubere est signũ incõtinentiæ: cùm autẽ vidua manet,est vestigiũ magnæ cõtinentiæ,& q̃ per antea carnem suã non diuisit: imò diuidere in plures abhorruit, marito dum viueret fideliter adhærendo. Vnde Apost.j.ad Timo.v.vidua,inquit,eligatur,quę fuit vnius viri vxor. Et Iustinianus imperator in d.§. optimũ.sic dicit. Optimũ itaque est atque laudabile & dignũ oratiõe, vt mulieres ita se honestè tractent, quatenus quæ semel ad virũ venerũt seruẽt inuiolatũ morientiũ torũ. Et huiusmodi mulierẽ miramur pariter & laudamus,&nõ procul à virginitate ponim⁹. Et alibi in Auth.de nuptiis.§.soluto igitur matrimonio.iiij.coll. Felix,inquit,& beatũ est vtrique cõtrahentiũ perdurare in priori cõiugio,& non procreatã
108 sobolem sequẽtibus matrimoniis contristare. †Ob quod mulieres olim primã viduitatem seruãtes,tanquã virgines coronabantur: vt refert Valer.lib.ij.ti. de insti.antiquis. Quo vno,inquit,matrimonio contentæ fuerant,corona pudicitiæ honorabantur: existimabant enim eũ (præcipuæ matronæ) syncera fide incorruptum esse animũ,qui post depositæ virginitatis cubile in publicum egredi nesciret,multorũ matrimoniorum experiẽtiam quasi legitimæ cuiusdam
109 intemperãtiæ signũ esse credẽtes. Hæc ille. † Secũda causa viduitatẽ suadens est,quia viduitatem seruare, est signum maioris & constantis adhuc feruentis amoris ad primũ virum, quotiens vidua illius amore & honore nullum alium vult maritum. Cùm enim ambo fuerint vna caro, Genes.ij.mortuo viro remãsit mulier, quæ quasi mortua amplius nubere nõ de-
110 beret. †Tertia causa est propter securitatẽ maiorẽ. vidua enim suiipsius domina est in pace viuens, quæ si virum capiat,discrimini se exponit: quia fortè du-
111 rum & malignũ habebit,vt infrà videbitur. †Quarta causa est: quia ad Deo seruiẽdum maiorem habet libertatẽ constitutus in viduitate quã coniugatus: vt dicit Apostolus j.ad Cor.vij. Qui sine vxore est,solicitus est eorum quæ Dei sunt. Et econtrà,quæ sine viro est,eadem solicitudine tenetur. Nam vidua surgere potest,& dormitũ ire quando vult: Comedere, bibere,ac ieiunare quotiens sibi placet:pauperes hospites recipere,infirmos visitare, ecclesias & sermones frequentare die ac nocte,nuda aut vestita dormire,vel surgere: quæ facere ita libere nõ potest si maritũ haberet,nisi ipso cõsentiẽte,secundũ gl.in c.manifestũ,xxxiij.q.v. Prætereà rationi cõgruit vt voluptas & cõplacentia coniugalis, præterea oratione & cõtinẽtia reparetur viduali,iuxta illud Eccles.iij. Est tempus amplexandi, scilicet durante coniugio simul cũ iuuẽtute. Et est tẽpus orãdi, & longè fieri ab amplexibus,videlicet soluto matrimonio, tẽpore viduitatis aut senectutis, vel etiã durãte matrimonio causa fiẽdæ orationis, vt tradit Apostolus vbi suprà,ibi:
112 †Nolite fraudare inuicẽ, nisi fortè ex cõsensu vt vacetis orationi. Et Moyses Exodi xix. Populo à Deo cũ oratione legẽ suscepturo: Estote(inquit)parati in diem tertium:&ne appropinquetis vxoribus vestris.
113 † Imò priscis temporibus cùm sacerdotes coniugati essent, anno vicis suæ, quo in diuinis Deo ministrabant,non discedebant de tẽplo: prout legitur de Zacharia Luc j.& xxxj.dist. c.tenere debet. Et hoc non alia ratione, nisi vt durãte diuino ministerio nõ iun-
114 gerẽtur vxorib⁹ suis. †Ex quo soliti sunt fideles deuoti catholicè viuentes abstinere triduo ab vxoribus ante & post receptionẽ eucharistiæ, quo vacent oration-

BIU Cujas

tioni & contemplationi. [Vnde Baptista Mantuanus contra impudicè scribẽtes, Lex venerẽ festis vetat exercere diebus, Sacra ministrorũ corpora castra
115 volunt.] † Etiam olim apud Romanos alió sque veteris culturæ deorũ nõ licuit rem habere etiam cum coniuge festis diebus. Vnde Iuuenalis: *Ille petit veniam quoties non abstinet vxor Concubitu, sacris obser-*
116 *uandisque diebus.* † Actus enim venereus contẽplationem impedit. Exemplo Aeneæ qui contemplari non potuit præsente Venere: qua remota ilico prospexit deos, vt habetur lib. ij. Aeneid. Ideo à libidine tunc abstinendum: præsertim dum festiuatur glorio sa semper virgo dei genetrix Maria, dea, seu regina virginitatis. Nã licet (vt dictum est) Romani ab actu coniugali abstinerent dum festa colebant: maximè tamen in festis Isidis castitati mos gerebatur, quę dea castitatis colebatur. Vnde non sine causa apud Christianos mos inoleuit, nedum tempore orationis & communionis christianæ, sed certis diebus antè, prout communiter faciunt, volentes corporalem sumere medicinam: qui triduo antè suscipiunt præparamenta, vt die statuta sint dispositi. Et bonus ac iustus iudex priusquam sententiam proferat, tempore sufficienti antè processum visitat, vt sentẽtia recta feratur: quæ aliter & aliàs esset nulla, quanuis iusta, secundum Bar. in l. prolatam. C. de sentent. & latissimè
117 per Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. † Sic videmus de cygno qui instinctu quodã naturæ postquã coiuit cũ sua coniuge, se lauat priusquã comedat & cibum capiat, approbans naturæ instinctu doctrinam Apostoli j. ad Cor. xj. probet autem seipsum homo, antequã de pane illo edat, & de calice, &c. Licet autẽ actus matrimonialis sit licitus, tamen annexam habet quandam turpitudinem, quam excusari oportet per bona matrimonij: habet profecto annexã depressionem mentis propter vehemẽtiam delectationis carnalis, de qua loquitur magnus ille Gregorius. Tanto (inquit) mens à superiore amore disiungitur, quãto inferiùs delectatur. Ideo coitus etiã inter cõiuges tẽpore orationis per duos saltem dies antè fuit
118 prohibitus. † Vnde Amaxones fœminæ quãtuncũq; iuuenes tribus solùm mensibus scilicet Aprilis, Maij, & Iunij (secundum aliquos) amplexibus vacabant coniugalibus: & residuo temporis vacant militiæ & armis. Propter quod strenuitatis famam & bellandi
119 gloriã acquisiuẽre. † Refert pariter gl. super epistola Hieron. ad Paulinum, ꝙ mulieres Bragmanæ à viris seorsum manẽt interfluẽte Gehon, Græco fluuio: viri autem transfretãt ad eas mense Iulio & Augusto, cum quibus resident 40. diebus, & iterum remeant.
120 † De quibus pulchra dixit Diodorus de gestis antiquis libr. iij. & inter cætera, ꝙ homines ad texturam muliebriáque deputantur exercitia, lege autem statuerunt, vt solæ fœminæ in re militari erudirẽtur: viris interdicta essent arma, seruiliáq; officia permissa. Maribus, qui ex eis nascebantur, crura & brachia debilitabant, quò bello inutiles fierent: fœminis dextram inurebant mammam, ne pugnæ impedimento essent: ex quo & Amazonum est eis indictũ nomen. Virgines à primis annis venationibus exercitantes quotidie ad belli munia instruxerunt: Marti quoque & Dianæ sacrificia instituerunt, quæ Taurobolium appellãt, vltra Tanaim flumẽ exercitu traducto omnes eius orægẽtes ad Thraciã vsque deuicerũt. In regnũ deinde cum multis spoliis reuersæ magnifica eis diis templa construxere. Omniũ subditorũ beneuolentiam iusto æquoque imperio adeptæ: tũ ad alterã fluminis partem versis armis, Asiæ partẽ vsque ad Syriã bello subegerunt. Post obitũ reginę propinquior genere in regno succedebat iustè imperãs, ita vt Amazones magno imperio & gloria potirent multis post seculis, vulgata earũ per omnẽ orbẽ virtute. Hęc ille.
121 † Et est regnum earum antiquissimũ olim Massagetarum regnũ appellatũ inter Scythas & Albanos versus septentrionẽ sitũ, quasi de Scythis trahens originem circa tẽpora Nẽbroth inchoatũ, qui turrim Babel, id est Babylonię ædificauit: de quo habẽt Genes. x. & xj. c. Heu me & si iuuenes à coitu tẽperatè abstinent etiam coniuges: quanto fortius viduæ debent, præsertim vetulæ abstinere, & viduitatem seruare: vt fecit celebris vidua Noemi, Ruth j. c. Iam, inquit, senio confecta sum, nec apta vinculo cõiugali. Et Sara Gene. xviij. Non decet postquam consenui, & dominus meus vetulus est voluptati operã dare. His igitur causis viduitatem suadẽtibus cõsideratis, nõ mirum si de iure in viduis tam viris quã mulieribus cõditio
122 viduitatis non reiiciatur, vt suprà vidistis. † Hinc dicit Chrysost. vt habetur in c. hac ratione. xxxj. q. j. ꝙ secundam vxorem, vel secundũ virũ accipere fornicatio est. Ex quo prouenit, ꝙ secũdę nuptiæ nõ bene dicuntur. c. j. & c. vir autẽ. de secun. nup. Tamen quia fit lege permittẽte, honesta fornicatio est, vt mala fornicatio euitetur, iuxta illud Hier. cuidã viduæ loquẽtis, epistola xxv. Tolle (inquit) quod pei⁹, scilicet fornicari, & suscipe quod bonum nõ est videlicet secũdò nubere. Vidua enim quæ cõtinere nõ vult, aut nó
123 potest, maritũ potius capiat q̃ diabolũ. † Plus tñ expedit reipublicæ viduas perseuerare in viduitate, secundum quod bonis moribus congruit, quã nubere ac etiam viduis expedit: vidua si virum bonum habuerit, caueat ne mutet fortunam: Si autem prauum, consimilẽ inuenire timeat. Sed, prô dolor, viduas oppositæ conditionis plurimas dietim videmus, quæ & si virum pessimum habuerint, mox & post mortem illius ad alium currunt. Si autem bonũ habuerint, illius facillimè obliuiscũtur, & ad alium studiosissimè solicitantur, Vtinam tales antiquorum exempla aduerterent: quoniam narrat Hieronymus lib. j. contra
124 Iouinianum † de Martia Catonis vxore, à qua cũ virũ lugeret, matronę petierũt, quẽ diẽ haberet luctus vltimum. Quibus respondit quẽ & vitæ. De alio igitur viro non cogitabat. Pariter refert de Auinia quã cùm propinquus moneret vt alteri nuberet, quia eius ætas nuptui conueniebat: Respondit: nullatenus hoc faciam: quoniam si virum bonum inuenero vt ante habui, nolo amplius temere ne perdã. Si verò malũ, quid necesse est post bonum pẽssimũ sustinere? Nũquid vidua Sarreptana pro filiorum salute famem tolerauit, nec virum quæsiuit? vt patet iij. Regum xvij.
125 † Nunquid etiã celebris vidua fuit Iudith, quæ priꝙris cõiugij honore tenacissimóque amore, vlteriores viros adire noluit? Ob quod Iudith castissima quandiu vixit, pro regina apud Iudæos tẽta fuit (cũ olim vt vidistis viduæ coronarentur) & tali laude sacris literis decorata: Tu gloria Ierusalẽ, tu lętitia Israel, tu honorificentia populi nostri, eò ꝙ castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris: ideo benedicta eris in æternũ. Iudith. xv. De qua meminit Bar-
126 batus ille Hiero. in prologo Iudith in ũ. † Accipite (inquit) Iudith viduam castitatis exemplũ: & triumphali laude perpetuis eam præconiis decantate. Hãc enim non solùm fœminis, sed & viris imitabilẽ dedit, qui castitatis eius remunerator virtutẽ talem ei tribuit, vt inuictũ omnibus, scilicet Holofernẽ, vinceret

BIU Cujas

ceret,& insuperabilem superaret.Hæc certè sunt prę
conia viduitatis,nec immeritò,quoniam tales viduas
dominus suscipiet,& vias peccatorũ disperdet. Psal.
127 cxlv. † Et inde videmus quo ad earum protectio-
nem,eccesilam posse immediatè adiri.ca.ex parte.de
foro compet.& denique imperatorem omni alio,cõ
tra omnes iuris ciuilis regulas, omisso medio. l. j. C.
quando imperator inter viduas & miserabi. person.
cogn.& in cap.Regum officium. xxiij.quæstio.v. Ex
quibus fundatur stylus curiæ parlamenti regiæ. titu.
de minoribus. §. item causæ minorum. volentis cau-
sas minorum & viduarum ipsis volentibus in prima
instantia agitari in parlamento: nec aliqua ipsis inui-
tis fit remissio. Et non sine causa: quia miserabiles
sunt, & infortunatæ ab ipso deo afflictæ, iuxta illud
quod suprà retuli, Esaiæ xlvij. Sterilitas & viduitas
venerunt tibi,scilicet in afflictionẽ. Sunt enim viduę
penè omnes desolatæ & tristes, quantumcunque di-
128 uites sint:& hoc propter tria. † Primò quia sæpè de-
cipiuntur iniustè, eò quia sunt viro priuatæ, iuxta il-
lud Marci xij. Deuorant domos viduarum. quibus
maledixit saluator Matth. xxiij. Væ (inquit) vobis,
Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos
viduarum. Non sic fecit idem saluator Lucæ vij. qui
cùm appropinquasset portæ ciuitatis Naim, eíq; ob-
uiasset vidua , cuius filius vnicus ferebatur mortuus,
misericordia motus,eum à morte suscitauit,& matri
129 suæ dedit. † Sic Traianus Romanorũ imperator,li-
cet paganus foret,& ad bellum currens vehemẽtissi-
mè vrgeretur,viduæ ploranti iustitiam de filio occi-
so fecit,& sanguinem innocentẽ pietate viduæ mo-
tus,celeriter vindicauit. Et (quod mirabilius est) cũ
quidem Traiani filius per vrbem equitando nimis
lasciuè discurreret,& filium cuiusdam alterius viduæ
interemisset, viduáque hoc lachrymabiliter Traia-
no exposuisset : proprium filium qui hoc fecerat, vi-
duæ loco filij sui defuncti tradidit, & eam magni-
ficè dotauit : in maximam confusionem principum
& iudicum Christianorum, qui viduis nedum suc-
currere differunt, sed eas penitus deuorant. Hæc in
legẽda beati Gregorij, qui pro Traiano flebiliter o-
130 rauit,& eum ab inferis liberauit. † Secundò sint vi-
duæ tristes,quia sæpe molestantur, cùm sint viris de-
stitutæ,qui ipsarum erant defensores.Institu.de iniu.
§.patitur. Et Esaiæ j.Defendite viduam. Et Ieremiæ
xxij.Facite iudicium & iustitiam:liberate vi oppres-
sum de manu calumniatoris : aduenam, pupillum &
viduam nolite contristari , neque opprimatis iniquè.
131 † Tertiò sæpe sunt in tristitia viduæ: quia maritos nõ
habent eas consolantes : in signum cuius portant lu-
gubria,nec ornantur vt coniugatæ,sed solùm secun-
132 dum earum tristem conditionem. † Adeò quòd di-
cit Ang.in l.plenum.§.equitij.ff. de vsu, & hab.quòd
si testator legauerit lectum mulieri viduæ,non legas-
se videtur culcitram de serico: quia intelligitur de le
cto secundum conditionem mulieris viduæ, & non
de lecto pomposo:etiam si lectus fuisset per maritum
vxori legatus,secundum Bal.in l.j. circa fi.C.de leg.
Imò si testator præciperet filiis eam tractari prout i-
pse eam tractauerat, non tenentur filij ei emere ve-
stes pomposas, putà sericas vel auratas quas viuente
marito in honorem & lætitiam illius portauerat. de
quo tamen videatis Barto.in l.liberorum. §.fin.ff.de
lega.iij. & in l.fina.§.vxori. ff.de auro & argen.lega.
Nisi expressè ei legasset vestem quam ei fecerat,quo
casu,qualiscunque sit vestis pomposa vel communis,
debetur ei.Imò quod maius est, eo casu ornamenta
talis vestis argẽtea vel aurea cedunt legato, & vestẽ
licet nimis pretiosam accessoriè sequuntur. l. & si nõ
sint.§.perueniamus. vbi est casus.& l.cùm aurum. vbi
Barto.in fin.ff.de auro,& argen.lega.Per quas repro-
133 batur glo.in l.ij. ff.de peculio lega.quæ volebat† ac-
cessoria pretiosiora non accedere principali. quod
non est verum secundum Lud.dicentem de illis dua
bus legibus fuisse lucratum trecẽtos florenos. Tamẽ
restat compatiendum viduis, quæ iuxta stratam hu-
ius nequam seculi,sunt velut arbores quædã,de qui-
bus quilibet partem conatur deportare.Et sic nõ im
meritò papa & imperator adiri immediatè possunt
pro earum tuitione : ne sint viduæ præda raptorum.
134 allegato Esaiæ j.c. † Nec possunt illi priuilegio re-
nuntiare secundum Bal.in c.de causis.xiij.col.in fi.de
offic. delega. quia nedum earum,sed etiam superioris
cui ex priuilegio immediatè subsunt,interest eas esse
ab omni alia iurisdictione exemptas. Sicut commu-
niter de quolibet alio exempto dicitur per Ioan. An
dre.Panormita.& cæteros in cap. significati. de foro
135 competen. †De Arthemisia Halycarnasseorum regi-
na magnanimæ,integerrimæq; viduitatis, & sanctis-
simi amoris exemplo legitur, quòd adeò Mausolum
maritum sum dilexit,quòd(vt Valer.l.iiij.c.vj.tit. de
amore cõiug.tradit) celebratis illi exequiis regiis,ci
neres eius cũ diligẽtia colligẽs,nõ in vrna aurea illos
cõdi voluit, existimãs tam amantẽ virũ nõ posse alio
in vase congruè reponi,quã in pectus suũ,in quo ve-
teris amoris flãmæ longè plus solito eo defuncto fla-
grabant. Quamobrem omnes cineres collectos ipsa
bibere voluit,& residuum vitæ suę tempus in lachry
mis transmisit, donec læta in mortem ad virum de-
uenit: ac inter cætera ex amore , egregio & amabili
136 viro insigne sepulchrum erexit. †Quod quidẽ opus
137 inter septem mundi miracula vnum diu extitit.†Ex
quo omnia deinde sepulchra Mausoleola ab illo Mau-
soleo rege, & illius excelso sepulchro fuerunt appel-
lata,secundum glos. in cap. bene quidem. xcvj. di-
stin. Refert pariter Hiero. vbi suprà, quòd cùm Va-
leria viduavirum accipere rogaretur,respõdit se hoc
facere nõ posse,cùm vir suus adhuc viueret. Quibus
admirãtibus dixit quãdiu vixero, vir meus per amo-
rem semper viuet in corde meo. Quia vt diuus scri-
bit ipsemet alibi Hiero.Impatiẽs amor hoc inter cæ
tera præcipuum habet,vt quem desiderat semper in-
uenire se credat:sicut celebris vidua illa credebat,in
qua optimè verificari potuit quod dicit Bal. ℭ vidua
est præmortui viri imago, in qua maritus viuere cẽ-
setur.Et alibi dicit idem Bal.in l.voluntas.C.de fidei-
138 commis. †ℭ quandiu mulier vidua est lege mariti
139 viuit,si ita viuere sit eius fauor, †adeò quòd fundus
dotalis soluto matrimonio omnia retinet dotis pri-
uilegia,vt etiam alienari non possit, sicut non pote-
rat durãte matrimonio.l.etiam direptomatrimonio.
ff.de fundo dotali. quæ fortè est ad hoc singularis.
140 †Decidit etiam Guido Papa quæstione ccclxxix.
quòd viduæ doctorum, regentium, aut consiliariorũ
in parlamento contribuere non tenentur taliis, nec
cæteris patriæ subsidiis, sicut non tenebantur eorum
mariti in vita:quia hoc est earum fauor. Et ita seruari
dicit Masuerus titu. de taliis. §. item vxor militis.
Et fuit ita sæpe decisum in parlamento Tolosano.
141 †secùs si tenderet in odium ipsarum : nam si statu-
tum diceret quòd vxores rebellium sint perpetuò
bannitæ,certè statim quòd essent viduæ possent rema
nere in ciuitate, secundum Bald. in dicta l. voluntas.
Vnde videmus vnum mirabile.ℭ mulier quandiu vi-
uit,re-

BIU Cujas

uit, reſpondere tenetur coram iudice viri ſui, cuius forum ſortitur. l. cùm quædam puella. ff. de iuriſdict. omniũ iudi. tamen eo mortuo adire poteſt papã immediatè vel imperatorem, vt ſuprà dixi. Donec ergo mulier viduitatem ſeruat, durare cenſetur matrimo-
142 nium, ſi ſit eius fauor & honor defuncti: †Ita ꝙ nõ tenetur in Francorum regno poſt mortem mariti homagiũ facere pro ſuo proprio feudo, pro quo maritus ipſum fecerat, & iuramentum fidelitatis præſtiterat regi, vel alteri domino, ſecũdum Io. Fab. in §. fuerat. Inſti. de act. quia cùm vidua maritum repræſentet, durare cẽſetur homagiũ à marito factum, quem
143 repræſentat: † adeo ꝙ ſicut vir matrimonio durante tenebatur eam alimentare: ſic eo mortuo tenẽtur hæredes viri eam alere, etiam poſt annum luctus, ſecundũ Cynum, & Richardũ Malumbre, in l. omnes. C. de bonis maternis. & in l. j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. Cùm, durante viduitate, cenſeatur eſſe in ſeruitio mariti, ſecundum Bald. in l. diuortio. ff. ſolut. ma-
144 trimo. †ita quòd ſi aliquid acquiſierit poſt mortem mariti, præſumitur de bonis mariti acquiſiuiſſe, ac ſi maritus viueret. l. Quintus. ff. de dona. inter virum & vxo. quæ locum habet in vidua, ſicut in vxore, ſecundum Alber. ſingulariter in l. etiam. C. de donat. inter
145 virum & vxo. †quod verũ intelligit, ſi incontinenti poſt mortem mariti acquiſiuit: ſecùs ſi ex interuallo: vt etiam conſuluit Angel. conſilio (non recordor quoto) quia nunc venit in mentem cõſultatio. Nam ſicut intereſt mulieris pariter & honoris mariti, hoc præſumi in vita, vt ſcilicet euitetur præſumptio turpis quæſtus in vxore: Sic etiam intereſt honoris amborum, quòd talis præſumptio turpis euitetur mortuo marito: quum vt dixi, cenſeatur adhuc eſſe in ſer-
146 uitio mariti: †ita quòd ea demum mortua venit in tumulo prædefuncti mariti ſepelienda. cap. is qui. §. mulier. de ſepult. libr. vj. quod eſt verum ſecundum Ioan. And. vbi etiam ſi poſtquam fuit vidua, reuerſa fuiſſet in domum patris, niſi ſi ipſa aliam ſibi elegiſſet ſepulturam: quia hæc priuilegia non conferuntur loco ſed perſonæ. Ideo in ſepultura haberi nõ debet reſpectus ad locũ habitationis, quò minus vidua portetur cum marito ſepeliẽda: vt ſicut in vita fuit amborum vna domus, & idem cubiculum. l. j. §. ſi vir. ff. ad Sillania. Et quos coniunxit vnum coniugium, etiã decet, vt poſt mortem vnum & idem claudat ſepulchrum. xiij. q. ij. c. ebrij. Imò bonæ & pudicæ fœminę volunt ſemper arbitrio virorum ſepeliri, quãdo præmoriuntur. l. fin. a§. fin. ff. de auro & argen. lega. Hæc autem eſt præſumpta & veriſimilis voluntas mariti, vt quam in ſuo cubiculo & ſinu viuens tenuit, & quã nutriuit, etiam in ſuo recipiat ſepulchro poſt mortẽ. Quia mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorũ, ſecundum glo. in ca. vbicunque ſepeliantur. allegata xiij. q. ij. Ad quod facit illud poëticum ſuprà allegatum Aeneid. iiij. vbi Dido: *Ille* (inquit) *meos primus, qui me ſibi iunxit, amores Abſtulit: ille habeat ſecum, ſeruétque ſepulchro*, &c. Omni certè loco & tempore vidua conditionem, & domicilium, & honorem viri præmortui, ſi ſit eius fauor, retinet. l. filij. §. vidua. ff. ad muni. Niſi luxuriosè viueret, ſecundum Angel. in
147 l. cùm quædam puella. ff. de iuriſdict. omnium iudic. † An autem ſit verum, quòd poſt annum hæredes mariti alere teneantur vxorem viduam, plenè Alex. in dicta l. diuortio. §. j. viij. col. & ibi Iaſon Angel. & idem Iaſon in §. fuerat. Inſtitu. de actio. & in addi. ad Chriſtophorum Porcum. Inſtitu. ad Tertul. iij. col.
148 vbi concludit etiam † quòd vidua operari tenetur hæredibus viri infra annũ luctus: quo elapſo tenentur ei hęredes dare pro dote quam non reſtituunt, & alimentis ad cõputum octo pro cẽtenario, quouſque reſtituãt ei dotem, ſecundum Iacob. Butr. in d. §. ex-
149 actio. † Quod verum intelligit, vbi cum hæredibus mariti defuncti honeſtè aut commodè habitare non poſſet. Si autem honeſtè & commodè poſſet, ſed nollet, tunc de illis octo detrahi debet quantum ipſa operari potuiſſet hæredibus, videatis Barto. & alios in d. l. diuortio. Ex quibus reſtat viduitatem maximum eſſe decus mulierum. Melius profectò eſſet, & multò honorabilius mori quàm ſuorum quondam maritorum amoris, dilectionis, & tam cordialis amicitiæ obliuiſci. Quod clarè monſtrant inſignes fœminæ in India viduatæ, vt ponit Solinus lib. x. c. vj. & Tullius
150 lib. v. de Tuſculan. quæſt. † Quæ licet plures vnum habeant more patriæ virum, eſt tamẽ tantus amor & fidelitas ipſarum ad virum poſt mortẽ, quòd eo defuncto coram iudicibus cõtendunt, quæ ipſarum viua cum marito ſepeliatur: illáque ſe feliciorem eſſe putat, quæ cum viro ſepeliri meretur. Cæteræ verò cum nota infamiæ viuunt & præ triſtitia ſæpe dece-
151 dunt. †Et in India interiori vt Bergomẽ. in ſi. refert: Cùm maritos decedere cõtingit, vxores cum eis cõburuntur, alacríque animo in ignem proſilire dicuntur, vt verificetur quod pręclarè dixit lib. iiij. c. vj. tit. de amore cõiugali Valerius, ꝙ vbi idem & maximus & honeſtiſſimus amor eſt, aliquanto præſtat morte iungi, quã vita diſtrahi. Et lib. ij. tit. de inſtit. antiquis,
152 ſic dicit: † Quid ego fortiſsimos in hoc genere prudentiæ viros laudem? Reſpiciantur Indorũ fœminæ quæ cùm more patriæ cõplures eidem nuptæ eſſe ſoleant, mortuo marito, in certamen iudiciúmque veniunt, quã ex his maximè dilexerit. Victrix gaudio exultans, deductáque à neceſſariis, lætũ præferẽs vultum cõiugis ſe flãmis ſuperiacit, & cũ eo tanquã fœliciſſima crematur. ſuperatæ cum triſtitia & mœrore
153 in vita remanent. Hæc ille. † Quinimò Pegaſis Oenona vera Paridis alio nomine Alexãdri filij Priami regis Troiæ, vxor, cùm virũ ſuũ vidit portari mortuũ in Cebrina ciuitate ſepeliendũ, quãuis ab eo propter Helenã regis Menelai vxorẽ, repudiata fuiſſet, quod mulieres ægrè ferũt: & quia cõtra viros vindicta inſaniunt, tamen paſmo ſuper cadauere mariti mortua cecidit, cum quo ſepulta fuit, prout Ditis Cretenſis Troiani excidij vetuſtior hiſtoriographus lib. iiij. &
154 Strabo teſtãtur in hæc verba: † Sed fertur Oenone viſo Alexãdri cadauere, adeò commutata, vti amiſſa mẽte obſtupefieret, ac paulatim ꝑ mœrorẽ deficiẽte animo cõcideret. Itaq; hic eodẽmq; funere cũ Alexãdro cõtegitur. Nõ ergo curãt tales de ſecũdo ma-
155 trimonio. †Sicut de Didone Carthaginenſiũ regina legitur: quæ Sichæo eius marito à Pigmalione ipſius Didonis fratre interfecto, cũ ad Muſitanorũ aut Libyæ regis ſecundũ Seruium, nuptias à ſuis cogeretur ciuibus, flãmis ſe ingeſſit. De cuius cõtinentia diuus Hieronymus vbi ſ. meminit. Caſta inquit, Dido Carthaginẽ condidit, & pro caſtitate vitam finiuit: quia maluit ardere, quã ſecũdò nubere: ideo quãdiu Car-
156 thago ſtetit, Dido pro dea habita fuit. †Cõiuges inſuper quædam Cymbrorum & infinitus pene numerus, Oroſio in iiij. & Vale. lib. vj. tit. de pudicitia, in fi. referẽtibus, fuit miris, ob caſtitatis & viduitatis propoſitum, excolendus laudibus. Hæ quippe cũ vidiſſent Theutones & Cymbros maritos ſuos ad cc. vſq; millia interfectos, & lxxx. millia à Romanis captos, in vnum ſe colligentes animoſo conſilio libertatem

ſuam

BIU Cujas

suam & castimoniam tutare decreuerunt: factóq; ex multitudine plaustrorum sibi vallo diu & acriter pugnauere. Et cùm fustes lapidésque ac cætera armamenta in pugna consumpsissent, legatos miserunt, per quos Catum Marium cõsulem constantiore animo quam si vicissent, consuluere, nõ vt eas ad patriã redire permitteret, sed vt omnes Romanis virginibus Vestalibus iungerentur: cum quibus inuiolata castitate diis seruiendum esset. Quod tam honestum cùm non impetrassent, furore succensæ, ante omnia collisis in terram paruulis suis, ne in seruitutẽ traherentur, nocte vna, ne & ipsæ violarẽtur, exusta omni earum substantia, laqueis omnes sibi mortem constituere: nec prædæ aliquid ex se præter pendentia corpora auidis reliquere Romanis. hæc Bergomensis.

☞[Supradicti Cymbri populi fuerunt Germaniæ Septentrionalis, qui lingua Gallica (vt Festus tradit) latrones dicuntur, nunc Flamingos appellãt, qui olim Oceano inundante relictis sedibus Romanorum fines inuaserunt, ac magna clade primùm Romanos affecerunt. Tandem incredibili cæde à Caio Mario (vt Florus prodidit) in campo Randio deleti sunt, & (vt Eusebius de temporibus refert) viginti millia Cymbrorum iuxta Eridanũ Marius cecidit, & octoginta millia cepit. O inexhausti vigoris amor & viri coniugio tali perpetuò & meritò felices, æterníque seculis non sine causa memorandi, quorum vxo-
157 res exempla fuerũt sanctissimæ viduitatis: † quod na-
158 turaliter etiam in beluis & auibus prædicatur: vt di-
uus ille narrat Ambrosius in suo exameron † de turturæ, ꝙ si comparem perdiderit, iterare coniunctionem recusat: vt pariter refert Henricus in c.j. de cõstitution. & Hieronymus super illud cantici canticorum: Fusca sum, & formosa filia Ierusalem. Turturũ ferunt huiusmodi naturam esse, vt neque masculus præter vnam fœminam adeat aliam, nec fœmina plusquam vnum patiatur marem. Ita vt si accidat, altero intercepto superesse alterum, pariter cum cõiuge extinctus sit cõcubitus amor. Hæc ille. parte ij. tractatu iij. homilia ij. epistola xvj. Vnde ad propositũ
159 exclamat † Bernardus ille deuotissimus, Pudeat (inquit) ad negotium honestum rationem non posse in homine quod potest natura in volucre. Videant, cõtemplentur, & considerent, quòd mulieres Bragmanæ, vt suprà tetigi, & Didymus ait ad Alexandrum, inchoant durãte adhuc matrimonio viduitatem, quia cùm vxor duos genuerit pueros, non amplius accedit ad eam vir eius, nec illa alio viro approximat pro-
160 pter earum multam religiositatẽ. † Armeni profecto indeficienter obseruant, vt post mortem coniugati presbyteri (quia cũ vnica & virgine prius eis nupta viuere potest. c. cùm olim. de cleri. cõiug.) si vxor renubat, viua comburitur, vt refert mare historiarũ
161 tertiam narrans ætatem, & mores terræ sanctæ. † Ex quibus omnibus & nõ sine aliqua ratione, saltem ex cusabili occasione, mos in præsenti ciuitate Caturci inoleuit, ꝙ bigamis, id est renubẽtibus tã viris quam mulieribus fit (nisi componant) cum ingenti solennitate cariuarium, vt etiam sæpe vidi Tolosæ fieri. Præsertim cùm vetulæ honestatis lege postposita, adolescentibus nubebãt. Tales verè sunt aliquo modo reprehendendæ, saltem omnino non excusandæ, tanquã faciant contra leges & naturales bonos mores, quibus viduitas suadetur. Non quòd velim de iure cariuarium fore permissum, nec penitus consuetu-
☞ dine excusandum, quum sit contra bonos mores, secũndum Ioannẽ Fab. in §. iniuria. Institut. de iniuriis. Et esset deridere quod Apostolus expressè permisit cap. fin. de secundis nuptiis. Facit textus singularis in authen. habita. C. ne filius pro patre. Et decisio capellæ Tolosanæ cxl. Licet enim propter consuetudinẽ non teneatur quis fortè pro iniuria cariuarij pœna
162 fori cõtentiosi, † à qua, cõsuetudo etiam praua excusat, quãuis actum non validet, vt dicit glo. singularis quam ibi sequitur, & commendat Panor. in capit. cùm venerabilis. de consuetu. & in l. in concubinatu. in fi. ff. de concubi. Pro qua est tex. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict. Et iure ista est tex. iuncta gl. penul. in c. sanè. de tempo. ordi. & in cap. ea quæ. de simo. & clarè habetur in ca. obiiciantur. xxxij. quæst. iiij. ibi, quòd quãdo mos erat, crimẽ non erat. Facit glo. in l. ex consensu. §. fi. & quæ ibi remissiuè ponuntur. ff. de appel. Tamẽ talis consuetudo, quũ vt dictũ est, sit cõtra bonos mores, ac etiam esse posset causa maioris tumultus, nõ excusat à peccato in foro conscientiæ, & pœnitentiali secundum glos. in c. denique. iiij. dist. & in dicta l. in concubinatu. ff. de concubi. Facit text. not. in l. non est singulis. ff. de regul. iur. Sed aliqualiter cariuarium toleratur
163 & dissimulatur † per multitudinem, cui parcendum est de iure, vt d. cap. denique. & c. sanè. Præterea nũquam vidi processum contra chariuantes, nisi semel cùm eram Tolosæ in studio pro quodã ingenti chariuario cuidam sexagenariæ facto vocatæ *la Ligone*, quæ viro longe iuniori nupserat: ad causam cuius lis mota fuit, & aliquo modo deuoluta, & introducta in Parlamento, vbi facta fuerunt memoranda litigia, Anno Domini M. cccclxxix. Sed nihil fuit decisum. Et dicebatur quòd vetula, quæ diues erat, cum chariuantibus composuerat. facit c. cùm iamdudum. ibi, quia per patientiam multa toleramus. de præben. Quoties enim multitudo deliquit, temperãda est, & sæpe omittenda vindicta, vt d. cap. sanè. & in capi. ex parte. de transactio. Et vtrobique glos. & text. optimus in c. quoties. j. q. vij. & in c. dilectus. ij. vbi plenè Fely. de simo. & c. latores. de cle. excom. ministram. vbi gl. quæ dicatur multitudo. & ij. Reg. xviij. ibi, volens parcere multitudini, &c. Et hoc est quod dicit Valer. li. v. c. iij. tit. de ingratis, ꝙ populi mens in modum subitæ tempestatis concitata, leui querela prosequenda est. Singulorum autem ingrata facta, liberiore indignatione proscindenda sunt. Quia potentes consilij cùm vtrunque ratione perpẽdere liceret, scelus pietati prætulerũt. quasi dicat, quòd difficilius est multitudinem à delicto abstinere quàm singulos.
164 † Quia multitudo concitata, vt plurimum à maiori parte, quę stultorũ est, iuxta illud Ecclesiastes primo: Stultorum infinitus est numerus, non est potens consilij: quia vt tempestas citò mouetur. vt etiam dicitur in oratione prima ad Cæsarem senem de re publica. Multitudo vulgi, more magis q̃ iudicio, post alius alium quasi prudẽtiorem sequuti, vt plenè dixi super verbo, *Mortuo itaq; testatore.* j. loquẽdo de sentẽtia lata contra Christum ad tumultũ populi. Ideo multitudo delinquens leui querela vt dixi, prosequẽda est.
165 adeo quòd decidit Bald. in l. j. C. de seruis fugit. † ꝙ vbi multitudo deliquit, soli caporales factionis & criminis puniendi sunt pœna delicti perpetrati. Et dicuntur caporales principes delicti fautores & conductores. argumen. tex. l. in hoc iudicium ff. de seruo corrupto. quod est notan. & pœna cæterorum cõuer-
☞ ti debet in condemnationem pecuniariã. [Caporalis dicitur qui est caput & principium alicuius rei, vt dicit Ange. in authen. de hære. & falci. §. j. collat. j. per

l. ij. §. si

Lij. §. si quis. ff. vi. bo. rapto. Nam dicitur princeps factionis & tenetur pro tota familia.] Singuli verò quando delinquunt, sunt potentes cõsilij. Cùm deliberatè vtrunque scilicet bonum & malum perpẽdere possint, qui solùm ex seipsis mouentur. Ideo eis ita faciliter non parcitur, quotiens deliquendo scelus pietate prætulerũt. Præterea vbi multitudo quæ deliquit, puniretur, plures boni, qui faciliter non cognoscuntur, inter malos perirẽt propter delinquẽtes, inter quos latent, & à quibus humano iudicio seperari, aut humana cognitione videri non possunt, vt dicit Aurelius Augustinus contra Parmenianum. Vnde sinendi sunt mali viuere, & vltio differenda, & reseruanda Dei iudicio, qui solus cùm sit cordium scrutator, sciret eos seperare, quàm si boni simul cũ malis occiderẽtur. Et ita facere nos docuit *Christus*. Matth. xiij. vbi parabolicè loquens prohibuit extirpare zizaniam, id est, malam herbam, vt tritico parceretur. In multitudine enim plebis vbi communiter pauci
166 sunt boni & rectè sentiẽtes, †faciliùs est totã cõcionẽ errare. Sed extra cõcionẽ plebis, vbi essent sapiẽtes congregati, prout in senatu, difficilius est multitudinem errare, quàm vnum vel paucos in rectè iudicando: quia vnius iudicium facilè subuerti potest, multorum non potest: dummodo illi multi sapientes sint. Quocirca in iudicio patrum conscriptorum, licet vnus & alter non rectè senserit, quia tamen potioris partis prævalet sentẽtia, totus ordo rectè iudicare facillimè potest: iuxta illud, Vbi consilia, ibi salus multa: quia deliberatè omnia agunt, sed modò multitudo plebis in contrarium facit, tanquam leuiter mota, & multotiens citra intentionẽ. Quæ omnia ad nostrum propositum faciunt, quòd mala consuetudo excusat à pœna fori cõtentiosi. Sicut dixi à pœna adulterij super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* In regno Frãciæ inferri non cõsueta. Etiam (vt Salustius narrat in Iugurthino) certo tempore fuit inter socios furtum ex consuetudine impunitum. Per vim (inquit) sociis ereptæ pecuniæ: quanquam grauia hęc sint: tamen ex consuetudine iam pro nihilo habẽtur. Et de Germanis, lib. vj. commẽtariorũ de bello Gallico loquens Cæsar, sic dicit: Latrocinia nullam habent infamiã, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis fiunt: atque ea iuuentutis exercendæ, ac desidiæ minuendæ causa fieri prædicant. Hæc ille. Sic ergo à simili causa tolerãtię cariuarij in casu nostro esse potuit, vt vnusquisque ad colendũ & seruandum viduitatem magis inducatur, quæ ferè viginitati comparatur: adeò ꝙ
167 †priuilegium alicui & suis liberis etiã femellis cõcessum, nedum competit virginibus, sed etiam filiabus viduis, secundum Bart. in l. quotiens. C. de priuilegiis scholarum libr. xij. Nisi expressè exciperentur & excluderentur viduæ: quia tunc perderent priuilegium concessum. Ideo quotiens alicui viro aut mulieri viduæ, vel morte testatoris viduandæ relinquitur sub conditione viduitatis, vel si non nupserit, necesse habet cõditionẽ implere, & non nubere: aliàs
168 relictum perderet. vt dicta auth. cui relictum. †Imò talis cui indicta est viduitas, debet de non amplius nubendo iurare & cautionem præstare Mutianam, de restituendo relictum cum fructibus si nubat. Ita ꝙ si postea nuberet relictum perderet, quod restituere tenetur cum fructibus perceptis, & qui per aliũ percipi potuissent, & declararetur retro priuatus, nõ vt ex nũc, sed vt ex tunc. Ita ꝙ ex prima hora quòd hæ-
173 reditatem vel relictum habuit, censeatur prędo fuisse & malæ fidei possessor, quòd ad fructuũ restitutio nem. Quod pariter seruandum est in quolibet alio talem aut similem aliam conditionem non seruante appositam relicto, secundum Bald. per illum text. in
169 dicta auth. cui relictum. †Et quod dictum est de relicto mulieri viduæ facto, si nõ nupserit, etiam locum habet, si ei relinquatur sub conditione, si continẽter vixerit: quia cùm tunc continentia & viduitas sint idem, tenebitur mulier perpetuò continere, & in viduitate perseuerare, vt tenet Bald. in cj. in fi. de summa Trinita. vbi dicit, ꝙ nõ sufficeret ei triennio continere, sed perpetuò castè viuere debet. Non obstãte l. ij. §. ad filiorũ. C. quando & quibus quarta pars, ex bonis decurio. debeatur. lib. x. qui tex. hîc locum non habet, vt dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* in prin. Nã continentia differt à pudicitia, quæ est in coiugatis secundum Bald. vbi suprà. Et singulariter
170 in l. fi. C. de episcop. & cle. †Et satis videtur mulieri viduitas indici, si ei legetur, vel alio titulo relinquatur quandiu steterit cum filiis suis, quos & habet ex præcedenti matrimonio: quia tunc secũdò nubendo relictum perdit: quum sit impossibile secundò nubẽdo morari cum filiis primi mariti. l. j. vbi hoc notat Bal. C vbi pupil. educa. debe. per l. sed si hoc. §. fi ff. de condi. & demonstra. quos renubendo contristauit. in auth. de nuptiis. §. soluto igitur matrimonio. iiij. colla. Præsertim cõsiderato ꝙ fœminæ secundis maritis nedum bona filiorum primi mariti, sed etiam vitam sæpe addicunt. l. lex quę tutores. C. de administra. tuto. Et idem esse puto in qualibet alia conditione incompassibili cũ secundo matrimonio, non faciendo differentiam an cõditio apponatur viro aut mulieri.
171 †Sed maius est dubiũ, si quis hæres institutus fuerit, aut ei relictũ sub conditione castitatis & honestatis: putà si castè & honestè vixerit, aut si castè vel si honestè vixerit: & certè dicatis, quòd si dicta condictio indicatur mulieri à marito vel filio aut filiis: tunc dicta verba intelligũtur donec alteri non nupserit. Nã licet in dispositionem legis vel extranei sic relinquẽtis dicta verba nõ importent viduitatem, cùm nubẽdo satis quis dicatur castè & honestè viuere: attamen in vxore vel matre viduitatem continent, & perinde habentur, ac si dixisset, si continentiam & viduitatem seruauerit, vel fornicãdo corpus suum non corruperit, secundum glo. & docto. in §. cùm igitur. vbi text. Bartol. & Aug. in authent. de non eligen. secũd. nub. & in dicta l. fi. C. de indicta viduit. vnde talis mulier nedum abstinere debet à coitu fornicario, sed etiam coniugali: aliâs perderet relictum. Facit glos. in l. fideicommissum C. de fideicommis. & in l. si sororem.
172 C. de his quibus vt indig. †Tamen intrare monasterium posset, ac religionẽ ingredi. Nec propter hoc relictũ perderet, quia vidua esse non desinit, secundũ Bal. in dicta l. fi. C. de episcopis & cler. vbi dicit, ꝙ si eam maritus reliquerit dominam & vsufructuariam quandiu castè, & vidualiter vixerit, non perit relictũ si professa fuerit. quod faciendo honorem seruat testatoris: & plus in illo habitu monachali: quia solùm intellexit maritus, quòd non transiret ad secunda vota sufficit enim quòd mortuo marito, vel filio testatore, quòd mulier à coitu abstineat, & carnali matrimonio, Nec etiam requiritur quòd ploret, aut vocifere rando viulet de morte mariti: nec quòd vestes nigras induat. Quia fletus aut vestes lugubres mulierem castam non faciunt, neque viduam: sed sola continẽtia vidualis. Sicut † habitus non facit monachum, seipsa professio. cap. porrectum. de regulari. secundum Bald. in l. decreto. C. ex quibus causis infamia irrog.

Sicut

BIU Cujas

Sicut nec vestis pomposa facit doctorē prout exemplo monstrauit Io. de ligniano. qui iuxta illud Ecclesiasti. xj. In vestitu ne glorieris vnquam. Cùm semel inuitatus fuisset ad prandium in nuptiis, nec vestem portaret doctoralē, fuit ei ab architriclino improperatū, ac inter plures murmurabatur cur togā nō portasset nuptialem, id est pomposam nuptiis debitam & conuenientē, vnde statim misit pro veste, & de loco surgens vestem ibi posuit & recessit dicens vestē voluistis, & vestem habuistis. Et ita factum fuisse refert Barbatias in c. cùm M. Ferrarien. de constitutio. Refert pariter Host. in c. j. de priuileg. de quodam monacho qui cùm malè indutus fuisset, non fuit in monasterio benè receptus. Sed postea cum pomposa cappa rediens, gratias ei egit de honoribus sibi eius intuitu exhibitis. Nō profecto sic fecerunt Gallorum illi & Hispaniæ nobiles, qui non causa viuendi tam magnificā vrbē, sed Titum Liuium, non vestitū, sed loquentem, Romam adierunt. Dequibus meminit
174 barbatus ille Hieron. in epistola ad Paulinum. † Ad Titum (inquit) Liuium lacteo eloquētiæ fonte manantem de vltimis Hispaniæ Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Qui vrbem tantam ingressi aliud extra vrbem quærerent, scilicet prædictum oratorum du-
175 cem, & non vestes, nec loci ornatum. † Tales enim qui homines ex veste æstimant, deridet Seneca ad lucillum epistola. xlvij. Quemadmodum (inquit) stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius & frenos, sic insipiens est qui hominem ex veste, aut fortuna æstimat. Et epistola. xlj. Quid enim est stultius, quàm in homine aliena laudare: scilicet fortunæ bona? Quid denique eo dementius, qui ea miratur quæ ad alium transferri protinus possunt? Non faciunt meliorem equum aurei freni. Et epistola xliiij. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. vnde concludit idem in eundem, epistola. v. Qui domū intrauerit, nos potius miretur quàm
176 supellectilem nostram. † Quæ omnia arguunt viduā non esse ex vestibus iudicandam, nec ex fletu aut vlulatu: sed ex castimonia corporali à qua viduitas ipsa substantiam capit & honorem. Ex quo dicit Bald. per illum text. in l. res vxoris. C. de don. inter virum & vxorem. quòd donatio, & quæcunque alia gratuitas quæ fit vxori à marito, præsumitur in dubio fieri in præmium pudicitiæ, quod dicit non ita clarè alibi reperiri posse. Pro quo licet ipse non alleget, facit text. notab. in l. vnum ex familia. §. fi. ff. de legat. ij. vbi maritus omnia quæ benè facit vxori, censetur facere in honorē bene trāsacti matrimonij: quoniā honorandæ sunt viduæ, quæ veræ viduæ sunt. j. q. ij. viduas. Tamē bonū & honestū, imò expediēs est, quòd
177 † vidua viuat, fleat & vestiatur secundū morē regionis, vel prout maritus fortè disposuit. Putà, quia vestes lugubres ei reliquit æstiuā & hyemalem, quādiu
178 vidua moraretur. † Quo casu æstiua vestis ei dari debet in mense Aprili, & hyemalis in mense Septem-
179 bri. l. j. relata ad rub. C. de militari veste. lib. xij. † Ex quo text. singulari ita capere vestem æstiuā aut hyemalem consueuerunt christianismi Francorum Reges. Quæ consuetudo in his est seruanda iuxta qualitatem regionis, etiam in talibus viduis, prout cōmuniter dicitur: Si fueris Romæ, Romano viuito more. c. illa xij. dist. & melius in c. si quis virorum. xxx. distinc. vbi est bona gl. de illis moribus. secundū quos sunt verba testatoris interpretanda, & etiam mens ipsius. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo. vnde Apostolus ad Roma. xij. Gaudete (inquit) cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Et Ouidius in lib. de Ponto. *Læta quidem lætus cecini: cano tristia tristis. Conueniens operi tempus vtrique suum.* Quod maximè locum habet, si dictio, honestè apposita fuerit in relicto vel hæredis institutione. secundū Ange. in §. iuris præcepta. Instit. de iustitia & iure. & Alexand. in dicta l. mulieri. §. cùm proponeretur. ff.
180 ad Trebell. † Vestes enim honestæ in regione illa portari solitę, aliquid conferunt saltem quo ad vulgi opinionem. iuxta illud: vir bene vestitus pro vestib'
181 peritus reputatur à mille, quanuis idiota sit ille: † aliàs hypocrita prę̄sumeretur, secūdum gl. in c. clerici. de vita & honesta. cle. Nam sapientis est se cōfirmare ritui & habitui maioris partis. c. deus qui ecclesiā. de vita & honesta. cle. quoniam turpis est pars quæ suo non congruit vniuerso. c. quo iure. viij. distinct.
182 † Et eò tunc tales vestes lugubres, & cætera viduitatis ornamenta habere debet vidua expensis bonorū sui quondā mariti, secundum Bald. & Angel. in dicta l. decreto. quos sequitur Ang. in d. §. fuerat. Instit. de actio. Nisi à marito fuisset ei relictus omnium bonorum vsusfructus, eo casu, quo ipsa omnes fructus caperet: quod quando fit, vidistis super verbo, *Cætera bona*. Quia tunc teneretur de fructibus viuere: & cō-
sequenter se vestire. l. victus. ff. de verborum signific. cum talia sint onera hæreditaria, vt in dicta l. j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. ad quæ tenetur vsufructuarius omnium bonorū: vt ibi plenè dixi. & tenet Gui
183 do Pape. q. ccccxlj. incip. quidā testator. † Et vtroq; casu tales vestes lugubres sunt ipsius, vt de illis ad libitum disponere possit, secundum Ange. in l. si exire domini. ff. de stipula. seruorum, per glo. fin. Sicut decidit̄ de vestibus cotidianis sibi à marito factis in vita: quia sunt vxoris: secùs in preciosis ei ad pompam pro honore & lætitia mariti factis: quia illæ sunt hæredis vniuersalis mariti, si ipse aliter nō disposuerit, secundum Barto. in l. in his. ff. solut. matrimonio.
184 † Et intelligatis viduam debere lugere virum secūdū morē regionis, vbi vir honestè mortuus est. quia si seipsum occidisset, lugere non debet. l. liberorū. §. non solent. ff. de his qui notan. infamia. Necnon carebit sepultura. c. placuit. xxiij. q. v. vt plenè dixi su-
185 per verb. *Mortuo itaq; testatore*. j. nu. 41. & sequ. † Or nūc domini ad propositū reuertēdo, dictio castè, vel honestè, à marito prolata quòd filiis importet cōditionē viduitatis, tenet Ange. Aret. in d. §. iuris præcepta. & Ang. Perusinus in d. §. cùm proponeretur. Nā per secundum matrimonium anima mariti dicitur ☞ cōtristari. [Vt in auth. de nuptiis. §. quæ vero nunc sequitur. vers. nos igitur. coll. iiij.] Necnon fit ei & liberis iniuria, in auth. de nō eligen. secūd. nubē. §. Gregoria. vers. prospeximus. & §. cùm igitur. vbi bonus tex. per quem ita tenet ibi Ange. in §. optimum. eod. titu. & in auth. de nuptiis. §. soluto igitur matrimon. vbi Ange. Facit etiam ibi tex. in §. si autem tutela. Et certum est defunctos non esse iniuria afficiendos, Institu. qui & ex quibus causis manumitt. non possunt. §. iustæ autem causæ. Imo hodie iniuriantes eis grauiter puniūtur. l. fi. cū aut. ibi posita. C. de sepulchro viola. Et dixi plenè super verbo, *Mortuo itaque testa-*
186 † Vnde non est verisimile maritum testatorem disponendo quòd vxor castè viuat, intellexisse de castitate, seu coniugali pudicitia vel honestate per quam perderetur ipsius memoria. Cùm, vt suprà dixi, vidua sit durante viduitate præmortui mariti

imago

imago. secundū Bal. in dicta l. pignoris. C. de pignorat. action. Nec cogitasse præsumitur maritus tātam sibi inferri ab vxore iniuriam, quæ solet esse causa & occasio adēptionis legatorū. l. iij. in fi. cum l. sequenti. ff. de adim. lega. Et idē tenent Bal. & Fely. in dicta l. fi. C. de indicta viduita. & Bal. in l. j. in quinto notabili. C. de raptu virgi. & in dicta l. fin. C. de episcopis
187 & clericis. † Et maximè per trāsitum mulieris ad secunda vota, fit defuncto marito iniuria, vbi vidua satis annosa esset, & præsertim vbi supereſſent liberi ex illo matrimonio: qui præsumi faciunt patrem de suæ vxoris secūdo cōiugio non cogitasse: imò ipsum per dictionem castè vel honestè excluſisse, ac si expresè viduitatem ei indixisset, per tex. not. in dicta l. vnum ex familia. §. fina. ff. de lega. ij. Ad quod facit text. in dicto §. soluto igitur matrimonio. vbi fœlix est vtrique contrahentium ac beatum in priori perdurare cōiugio: & non procreatam sobolem sequen-
188 tibus matrimoniis contriſtare. † Vbi autem ex illo matrimonio non fuiſſent procreati, vel non supereſſent liberi, maiorem haberet tunc vidua occasionem conuolandi ad secunda vota: quum sit mulierum totale desiderium concipere, & conceptum tueri, vt dicta l. quæritur. ff. de ædil. edicto. Et hoc quod Anna soror Didoni reginæ vt iterum nuberet, quarto Aeneidum suāsit, ibi:

Anna refert, O luce magis dilecta sorori,
Solāne perpetua mœrens carpêre iuuenta,
Nec dulces natos, veneris nec præmia noris? &c.

Nam vnaquæque ipsarum mater fieri naturaliter appetit. cap. j. de frigi. & maleficia. Non tamen propter hoc renubendo excusaretur à perditione relicti per
194 maritum, aut filios, si castè & honestè viueret, facti. Licet enim mulier primum contrahendo matrimoniū dicatur castè & honestè viuere ac pudicè: Secus tamen si ad secunda transeat vota. l. fi. C. quando mulier tut. offic. fungi potest. secundum Ludo. in dicto §. cùm proponeretur. ex quo dicit Bald. in dicta l. fi. C. de indicta viduita. quòd si testator vxorem suam reliquerit dominam & vsufructuariam: & deinde superuiuens, secundam ducat vxorem: tale legatum secundam vxorem illam non comprehendit. De cuius dicti intellectu videatis Fely. in cap. innouamus. de
189 treug. & pace. in tertia fallentia. † Quinimò matrimonium secundū contrahens dicitur aliqualiter facere contra naturam, vt suprà fuit plenè demonstratum, & fatētur omnes, quod Lamec duabus acceptis vxoribus, Sella & Ada, Geneſis iiij. contra naturam
190 ſen præter bonos mores † primus in orbe bigamiam induxit. Et idem quod supradictum est, tenent Petrus de Ancha. & Imol. in c. quod à te de cleri. coniug. dicentes, quòd in casu nostro etiam ex communi vsu loquendi, mulier non dicitur castè nec pudicè viuere, quæ ad secunda transiuit vota. Idem tenet
196 Ange. in quadam sua disputatione incipien. Testator feudum reliquit mulieri, &c. Paul. & Alexand. in dicto §. cùm proponeretur. & Iason in dicta l. fi. de indicta viduita. maximè si nupserit infra annum luctus: quo indubitanter perdit gloriam matrimonialis pudoris. Est enim inter virum & vxorem quædam religio: cuius reliquiæ remanent infra annum luctus. l. j. quam ad hoc ponderat ibi Bal. in principio. C. de secundis nuptiis. quem annum summo studio debent
191 mulieres pudicè seruare: † aliàs puniuntur pœnis dictæ l. j. & authen. eisdem pœnis. eod. tit. maximè si infra illud tempus pariant ex secundo viro: & fortius si ex stupro: vt ibi dicit gloss. & plenè Bald. Necetiam permittitur iure isto canonico secūdo nubere, ea ratione quia honestum, quum honestum non sit: sed ea ratione quia necessarium. Nam cibus & potus
☞ [Quòd qualiter fiat habet plenè super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens.*] illum humorem cōtinuè gene rant & exacuunt, ob quod furor ille non tantum re-
192 cipit interuallum. † Ideo non incurrit vidua pœnam infamiæ nubendo luctu durante. cap. fin. de secun. nuptiis. Actus tamen non est honestus, nec laudabilis, nec sine rubore faciei detegentis maculam cordis, vt pulchrè dicit Bald. in verbo, pudicos, suprà in proœmio: quia vidua quæ sic velociter nubendo virum suum dehonestauit, clarè satis demōstrat, etiam eo viuente non castè vixisse: dicit tex. in §. fi. in auth. de restit. & ea quæ parit in xj. mense. colla. iiij. Præterea ita properè nubendo fit turbatio & commixtio sanguinis primi & secundi mariti inducens incertitudinem prolis cuius erit. Et inde decidit Bald. quem cæteri ibi sequuntur in l. filium quem habentem. C.
193 familiæ erciscun. † quòd licet maritus in testamento
☞ vxori remittere possit. [Facit quod infra dicitur versi. præterea aliud notabitis, & c.] pœnas cōtra mulieres secundò nubentes indictas, sicut lex hoc facere potuisset: tamen hoc est verum si post annum nubat: quia si infra annum nuberet, nihil operaretur dispositio, etiam si hoc expresè testator dixisset: quum sit contra bonos mores. & sic nō valeret. l. si quis inquilinos. §. fina. & l. turpia. ff. de legat. j. Et dicam infrà: quicquid dixerit Paul. in dicta l. filium. malè intelligens Bald. secundum Iasonem ibi, vj. col. de quo per Lud. consilio ccxix. incipiē. ex themate. vbi ita con-
194 cludit. † Subiungēs, quòd relictum onerosum non perderet per transitum ad secunda vota, secundum Bald. in authen. in donatione. C. de secundis nuptiis. quem etiam sequitur Præpositus in cap. fin. in fin. de
195 secundis nuptiis. † Sicut dicimus de presbytero excommunicato, cui de iure prohibentur omnes actus eccleſiastici ei fauorabiles & honorabiles. Sed non propter hoc prohibetur nec eximitur à dicendo horas priuatim singulis diebus extra eccleſiā: nec à cæteris ei onerosis actibus. infrà de clerico excōmunica. ministran. Vnde restat hæc veritas, quòd castitas, honestas, vel continentia per maritum vel filios mulieri indicta, perpetuam importat viduitatem, ac si expresè relictum esset sub conditione viduitatis: ita quòd secundò nubens, ac si meretricè viueret, legatum perdit: licet Bartolus (& malè) tenuisset tunc per transitum ad secunda vota non perdi relictum, nisi mulier coitu fornicario peccaret: imò secundum eum, secundò nubens dicitur castè & honestè viuere: per textum in dicto §. cùm proponeretur. Sed errauit secundum omnes: quia text. ille non loquitur in marito relinquente vxori, nec in filio re-
196 linquente matri, vt statim videbitis. † Nec obstat fundamentum suum, videlicet quòd mulier coniugata dicitur castè & honestè viuere: quia hoc verum est in primo matrimonio: vel dicitur castè viuere secundum se: quia rem sibi permissam fecit. tamen non dicitur castè nec honestè viuere ea castitate & honestate, qua decet primum maritum, qui legatum reliquit. Vnde tale legatum tunc subiacet defectui intentionis, & voluntatis mariti legatum vxori concedentis. Et sic ipso iure vitiatur, extinguitur, & censetur retrò nullū. Sicut dicimus de reſcripto subiacente defectui intentionis papæ, vel principis concedētis, secundum Pano. in cap. per inquisitionē. de elect. Et in hoc casu, scilicet quando à marito aut filiis

fuit

fuit sub conditione viduitatis expresim vel tacitè, puta sub cõditione castitatis vel honestatis relictum,
197 † nihil mutatum est de iure canonico. Imò si conditio non seruetur, vt quia vxor vel mater transit ad secunda vota, perit relictum, nec debetur propter defectum voluntatis in testante, qui talem cõditionem sibi honestam & gratam posuit. Et sic in contrarium euentum noluit deberi relictum. Et idem, si legatum relictum foret, vel hæreditas ab extraneo sub expressa conditione viduitatis: quoniã si tunc vidua secundò nubat, etiam iure isto canonico perdit relictum:
198 saltem in hoc ius ciuile non mutatur. † Ex quibus omnibus resultat maius dubium: videlicet, si maritus vxori simpliciter reliquerit, non adiecta conditione viduitatis, cõtinentiæ, castitatis, vel honestatis: quæ
203 † Satis est ergo, quòd vidua committens stuprum, priuetur legato ei per maritum relicto, & tutela filiorum si ei incumberet, iuxta Authenticam, matri. & auiæ. C. quando mulier tutel. offic. fungi potest, secundum glos. in authent. sacramentum, illo eod. titu. & Bald. in authentic. eisdem. C. de nuptiis. & in lege. his solis. C. de reuocan. donatio. & Angel. Institu. de legiti. patron. tutela. in fin. & in §. actionum. post Ioan. Fab. Institu. de actio. Et Lucam de Penna in dicta l. quoties. C. de priuil. scholarium. lib. xij. vbi per multas rationes cõcludit viduam in testamẽto sui mariti factam executricem, officio illo priuari per transitum ad secunda vota, sicut perderet tutelam. Non autem quòd dote priuetur ad ipsam morte mariti reuersa: & minus priuari debet bonis paraposteà ad secũda vota transiuit: an perdat relictum, ac si factum fuisset sub aliqua dictarum conditionũ. Et communiter dicitur, quòd si nubat infra annum luctus, priuatur legato, vel hæreditate in totum: si autem nubat post annum, perdit proprietatem rei legatæ, quæ filiis primi matrimonij applicatur: & ipsa vsufructu solo gaudebit vita eius durãte. l. ambiguitates. C. de indicta viduita. & clarius in l. j. & l. fœminæ & l. generaliter. C. de secũdis nuptiis. Quod sanè intelligatis de relictis à marito: secus autem de relictis ab alio cõtemplatione mariti: quia illis non priuatur quoquo modo, cùm lex puniens mulierem renubentem, sit pœnalis, in authentica de nuptiis. §. si verò. Quæ pœna locum habere debet in actu vero, & non ficto. Quia relictum contemplatione mariti factum,
199 est actus fictus l. si aditio. ff. de acquirenda hæreditate. Nec dicitur verè relictum à marito: ad quod facit glos. in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. quæ loquitur per verbum, videtur. Per quam rationem & plures alias ita cõsuluit Lud. Rom. consilio cccv. incipiente, Præsuppositis terminis, &c. † Sed vbi relictũ esset ab ipso marito, priuaretur proprietate, vt videtis. Quod an sit hodie correctum iure isto canonico, quum hæc pœna sit indicta non à testatore, sed à lege ciuili. Super quo diuersæ fuerunt opiniones, de quibus plenè Panormit. & doct. in capitulo, finali, de secundis nuptiis. Et Bart. clarè in l. liberorum. §. j. ff. de his qui notantur infamia. vt plenè dixi super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.* in quarto principali articulo. Et quatenus iure canonico correctum esset in vidua ad alia vota cõuolante, vt propter hoc relictum purè à marito vel filiis factum nõ
200 perderet. † Tamen secus esset si stuprandam se cõstituisset: quo casu talis vidua relictum perderet, secundum glos. in dicta l. fideicommissum. C. de fideicommis. & l. sororem. C. de his quibus vt indig. quia ratio & fauor matrimonij tunc cessat, super qua fun-
201 datur æquitas dicti capit. fin. de secundis nuptiis. † imò plus dicit Paulus in dicta lege fideicommissum. quòd sicut vxor, quæ viuente marito commisit adulterium, perdit dotem. cap. plerunque. de donationibus inter virum & vxorẽ. & & l. cõsensu. C. de repud. Necnon bona perdit parafernalia, secundum glos. in dicto capitulo, plerunque. Eodem modo vidua debet omnia illa perdere propter stuprũ in viduitate commissum. Quod etiam tenuit idem Paul. in dicta l. sororem. Nam fœmina quæ in deliciis viuit, mortua est. primæ ad Timotheum quinto. Et maritus seu parentes eius qui constante matrimonio offenduntur de adulterio, etiam offenduntur per stuprum in viduitate commissum. secundum Barto. per
202 illum text. in l. si mulier. C. de adulter. † Ad quod facit, quia vidua viuendo luxuriosè domicilium non retinet primi mariti, secundum Angelum in l. cùm quædam puella. ff. de iurisdictione omnium iudicũ. Sed hoc vltimum in dote & parafernalibus bonis, vt propter stuprum perdantur, communiter reprobatur, vt plenè per Alexandrum in dicta l. sororem. & Iasonem in dicta l. fideicommissum. quia iura loquẽtia de perditione dotis, loquuntur de incontinentia vxoris viuente marito commissa, non autem eo defuncto: & pœnæ non debent extendi. Facit textus in capitulo secundo, in verbo, Domino viuente. vbi hoc notat Bald. de feudo sine culpa non amittendo. Et idem Paul. plenè consilio centesimo vigesimoprimo, incipiente, Reuocatur in dubium, &c.
204 fernis. † Sed an priuetur successione filiorum ex primo matrimonio iam soluto descendentium? Semel cõsului de quadam pellice quę mortuo eius marito, duos ex fratre mariti susceperat liberos incestuosos. Nescio quid iudicabitur. Sed interim videatis de sancto Georgio Præpositum in dicto c. fin. viij. colũ. de secundis. nuptiis. & Bart. in §. cùm igitur. in fi. in authen. de nõ eligendo secundo nuben. versic. vlti. in §.
205 optimũ. † Vnũ tamen mẽti tenebitis, ꝙ licet mulier renubendo perdat relictum à marito sibi factum, nõ tamen perdit lucrum à statuto vel consuetudine marito præmoriente, sibi delatum. Nec econuerso maritus illud perdit, si vxore prædecedẽte ipse ad secũda vota transiret, secundum Bal. in l. fin. C. de bonis maternis. Sed idem Bald. in authen. ex testamento. l. fœminæ. C. de secund. nuptiis. quæstionem plenius tangens decidit cõtrarium: pro quo ibi videtur esse textus in dicta l. fœminæ, & in authen. vxore. illo eod. titul. vbi etiam idem Bal. ita firmat. Pro quo est melior text. de iure, in §. Gregoria. versic. prospeximus. in dicta authen. de non eligendo secundò nubẽ. tamen saluari consueuit Bald. in dicta l. fina. de bon. maternis. ꝙ vxor non priuatur dictis lucris, quo ad vsumfructum quandiu viuet. Idem sentit Bart. in l. j. C. de inoffi. dotibus. Et idem erit in antiphario quod ex conuentione vel statuto lucratur coniux superuiuens, puta decem pro centenario, vt in locis præallegatis concluditur. Videatis quæ dixi super verbo: *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo successionũ articulo: loquẽdo qualiter ascendentes sui succedunt descendentibus, in quarta conclusione. & in quarto
206 articulo, quarta conclusione. † Præterea illud notabitis ꝙ illud, quod suprà dixi, ꝙ mulier proprietatẽ relictorum sibi à marito purè & simpliciter factorũ, perdit transeundo ad secunda vota, quæ remanet liberis præcedentis matrimonij: est verum, nisi maritus expresè ei reliquisset, etiam si nuberet: quia
207 tunc renubẽdo relictum non perderet. † Et idem si mari-

BIU Cujas

maritus tacitè ei secũdas nuptias permisisset: vt quia forte sibi mille reliquit, si viduitatẽ teneret, & quingentos si renuberet: quia hoc dicendo videtur vxorem licentiare & congediare de se maritando, & ad secunda vota transeundo, secundum Bald. in dicta l. j. C. de secundis nuptiis. vbi videtur velle omnia illa mille, esse propria mulieri, dum tamen secundũ contrahat matrimonium post annum luctus. Si autem anno luctus non finito nuberet, non obstante licentia maritali de renubendo, perderet relictum. Quia licentia renubendi generalis nõ intelligitur de anno luctus, secundum gloss. super verbo, siue vir. in §. vnum itaque. in Authenti. de nuptiis. quam sequitur Bald. in dicta l. j. dicens aliàs sic obtinuisse pro quadam muliere, cui à marito plura fuerant relicta castra, etiam si nuberet. Idem tenet ipse Bald. in d. l. filium quem habentem. & clarius ibi Iason vij. col. C.
208 familiæ erciscun. Et Lud. allegato cõsi. ccxix. † Et ratio quare mulier renubens de licẽtia mariti post annum non perdit legatum, est, quia volenti non fit 213 iniuria. l. j. §. vsque adeo. ff. de iniur. & l. cùm donatio
209 nis, C. de transactio. † Quando autem nubit infra annum luctus vltra iniuriam quam marito irrogat, ipsa facit contra bonos mores, quod per maritũ re-
210 mitti non potest, secundum eos, vt suprà dixi. † Et idem si vidua de licẽtia filiorum transiret ad secunda vota, quia nõ perderet proprietatem relictorum à viro, secundum glos. super verbo, copulãtur, in dicta authentica, de non eligendo secundò nuben. & Ludouic. in dicto consilio. Sunt ergo viduæ cautè consulendæ, si ad secunda velint transire vota, vt scilicet faciant filios consentire, argumẽto l. quoties, & quod ibi decidit Iason. C. de fideicommis. vt dixi in verb. *Et soboles quam gestabat in vtero*, tractãdo de successorio edicto cõuentionis. Et an hoc sit etiam hodie iure canonico correctum, plenè habetur in dicto capitulo fina. de secundis nuptiis. Et dixi plenis- 214 simè in verb. *Et vxorem nomine Adelasiam.* in primo successionum articulo: & sexta conclusione secundi membri. Hæc iam domini, sufficere vobis possunt: quando à marito aut filiis fuit mulier instituta simpliciter & purè, vel si non nuberet, aut si castè & ho-
211 nestè vixerit, quod idem est. † Si autẽ à testatore aliquid relinqueretur filiæ aut mulieri extraneæ viduæ sub expressa viduitatis conditione: tunc non est dubium quia secundò nubens perdat legatum: quia
212 verè illud perdit. † Sed si ei relinqueretur sub tacita cõditione viduitatis: putà si castè & honestè vel donec castè & honestè vixerit. Certè hoc casu mulier renubens legatum non perderet: & minus illud perderet, si purè & simpliciter ei relictum fuisset: quia voto patris congruit filiam nubere propter pudicitiam conseruandam: ne toti generi per inquinationem vitæ suæ, iniuria fiat: de quó est verisimiliter dubitandum in iuuene muliere. Et iste est proprius casus dictæ l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebellian. facit l. si filiam, cum authentica ibi posita. C. de inoffic. testament. Vnde filia hæres instituta à patre, vel matre, aut extraneo, vel fideicõmisso substituta, aut legato honorata, si vel donec, aut quandiu castè & honestè vixerit, non priuaretur hæreditate vel relicto, si nuberet, dum tamen nubat pari aut maiori, & tali, quòd consortium mariti non sit denigratio famæ testatoris, & generis sui, argument. l. iij. §. si emancipati. ff. de bon. possess. contra tabul. & bonus text. in l. cùm ita. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & gl. in l. j. in fi. C. de institutio. & substitu. vt dixi super verbo, *Cuidã Petro tradiderunt.* in principio. [Vir enim aut mulier in coniugio viuens, dicitur castè viuere: secus si viueret in concubinatu quantuncunque secundũ formam iuris ciuilis, secũdum Ang. in §. consideremus. in authenti. de trien. & semisse. iij. colla. Nec obstat tex. ibi in fi. dum dicit. Sed castè viuentibus, &c. quia intelligitur cõcubinarius castè viuere, vt filij ex eo nati tanquam naturales ad successionem vocentur, ad differentiam vulgò conceptorum, vt plenè habetur super verbo, *Et vxorẽ nomine Adelasiam.* in ij. principali articulo successionum. Sed quò ad alia non dicuntur concubinarij castè viuere, cùm omnis luxuria vltra coniugium sit peccatum mortale, vt ibi dicitur.] Et idem in muliere penitus extranea vidua: renubendo non perderet legatum, dum tamẽ vt dixi, matrimonium non esset vituperosum: quia nõ interest extranei, nubat vel non nubat. Cùm vtroq; casu sit castitas, vt dicto §. cùm proponeretur. facit l. castitati tẽporũ. C. de adul. & l. fi. C. de legit. tut. † Si autem tale matrimoniũ esset ignominiosum ac denigratiuũ famæ generis, vel etiam ipsius solius mulieris, tũc perdere legatum. vnde dicit Ang. in dicta sua disputatione, quòd si sexagenaria nuberet adolescẽti, vel fœmina assumptis semel monachalibus vestimẽtis, postea nuberet tunc relictũ perderet: quia nõ diceretur castè & honestè viuere. Allegat tex. in §. hoc autem Deo amabilius. in authen. de nuptiis. Nõ enim dici potest aliquid honestè fieri, vbi est morum contemptio, in authen. quomodo oporteat episcopos. §. quanta igitur. quod est notandũ pro limitatione prædictę decisionis. Et etiã contra vetulas viduas, quæ primo soluto felice & honorabili matrimonio nuberent suis garciferis & seruitoribus, despecti aut penitus incogniti generis, quos vix maritus quondam aspexisset, in dedecus præcedẽtis matrimonij, & interdum totius
214 generis. † Quod fuit vna de causis, propter quas in omnibus ferè excelsis ciuitatib⁹ facta fuere statuta, & introductæ cõsuetudines, quibus mater per agnatos à successione filij intestati excluditur: ne succedendo filio. & posteà taliter nubendo, perdat & honorem, & substantiã domus prioris mariti, vt plenè dixi super verb. *Et vxorem nomine Adelas.* in primo præludio. Gaudent profectò sæpe mulieres de nece maritorum, secundum glos. in verb. quia morte. in l. Pater Seuerinã. §. socrus. in fi. ff. de cond. & demõst. & dominatu virorum caruisse lætantur, quęruntque alios, non quibus iuxta Dei sententiam seruiant, sed quibus imperent: ita quòd pauperes eligunt, vt nomen virorum tantùm habere videantur, qui patienter riuales sustineant: si musitauerint, ilico proiiciendi, vt diuus inquit Hieronymus ad Principiam virginem, de vita & obitu Marcellæ, secundum Lucam de penna, in dicta l. quoties. C. de priuil. scholarium lib. xij. Et tales interdum auro ferrum præferunt & præponunt: quoniam vt Iuuenalis dicit, ferrum est quod amẽt, id est ferreum membrum ab instar ferri rigidum. Propter cuius fortitudinem insignes etiam fœminæ seruis vilissimis se exponunt, secũdum Cynũ in l. j. C. de mulieribus quæ seruis propriis se iunxerunt. Sunt ferè omnes Tentigonæ, à Tentigone
215 Deo, quem accuratè colũt, eíque sacrificant: † quia Tentigo est Deus membra genitalia tendere faciẽs
216 & illa fortificare, vt ferunt. † Quia nil certius inter fœmineas voluptates, quã cùm in sui corporis deliramenta labuntur, nunquam appetunt cum aliquo commiscri qui marito suo sit melior aut æqualis, imò

BIU Cujas

imo ſemper ad viliora declinant. Et cùm ipſe honoris proprij factæ ſint prodigæ, non horrent in perſonis ſuis commitere vilitates: & quas niſi cum vilibus non committunt: quia ſi cum melioribus viris ſuis, aut maioribus eas committerent, ſcelus peſsimum eſſe putarent. Nec curant, quòd innocentem maritum afficiant nota riualis: nec quòd luxuria deteſta-
223 bilior ſit in ſenio, quàm iuuentute: iuxta illud Ciceronis lib. primo de officiis: Luxuria cùm omni ætati ſit turpis, ſenibus maximè fœdiſsima eſt. de quo Panor. in ca. cùm in iuuentute, de præſumptionibus. videatis de his vetulis, quæ dixi ſuper verb. *Et vxorem nomine Adelaſiã.* in principio de Septicia muliere: & ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* allegando diuum Bernard. dicentem vetulas coitum appetentes,
217 ſi lex permitteret, viuas eſſe ſepeliẽdas. † Et pariter viri iuuenes cum vetulis contrahere matrimonium non præſumant, à quibus ſecũdum medicos ſummè
218 cauendũ eſt: & nõ ſine ratione, † cùm venenoſæ ſint: quia mulier poſt quinquaginta annos nõ patitur mẽſtrua, quæ propter naturæ debilitatem expellere nõ poteſt. Ex quo vetulæ materiam malam in ſe cõgregant: adeò quòd efficiuntur immundæ, & ſuo anhelitu inficiunt pueros & iuuenes. Et inde eſt quòd in ipſis abundant catarrhus, tuſsis & alia multa mala. Quæ quædã melodia eſt, cum vetulis contrahẽtibus & iacẽtibus iuſtiſsimè debita. Vnde reſtat, quòd cõditio caſtè, pudicè, & honeſtè viuendi à patre vel matre, aut extraneo indicta ſatis obſeruata cẽſetur per tranſitum ad ſecunda vota honeſta, & non vitupero-
219 ſa. † Si autẽ mulier duos habuiſſet maritos iam defunctos, nõ poſſet cum tertio contrahere ſine perditione relicti. Et idẽ ſi poſt relictũ ei factum contraxiſſet cum ſecundo: quia ſi illo defuncto contraheret cum tertio, non diceretur caſtè viuere, nec pudice,
220 † quum tertiũ matrimoniũ ſit multo deteſtabilius, de quo non cenſetur pater nec alius quiſpiam extraneus cogitaſſe, ſecundũ Angelum ſingulariter in dicto §. cùm proponeretur. Allegat quod habetur in dicto §. hoc autem Deo amabilius. in authentico, de nuptiis, tamen Imola allegat eum in authentica de ſanctiſsimis epiſcopis. Sed nõ eſt hic nec ibi ſaltem quod faciat ad propoſitũ. Imo eſt ſecundum Alexandrũ, in Authentico, quomodo oporteat epiſcopos. vbi hoc idẽ tenet Angelus, quẽ in tranſcurſu lectionis ſequitur Felynus in cap. ſi cautio. de fide inſtrumen. dicẽs contrarium eſſe honeſtati tertias contrahere nuptias. Facit quod habetur xxxj. quęſtio. j. cap. quomodo virginibus. vbi dicitur, quòd primus vir ſolus appellatur maritus. Et Tobiæ tertio legitur, ꝙ Sara filia Raguelis improperiũ audiuit ab vna de ſuis ancillis, eò quia tradita fuerat ſeptẽ viris. Refert etiã diuus ille Hieronymus epiſtola nonageſimaſexta,
221 de quodam viro † qui viginti ſepelierat vxores: & demum vxorem deſponſauit, quæ totidem habuerat maritos. Cúmque matrimonialiter eſſent copulati, quaſi pro ſpectaculo populus Romanus iugiter adſtabat videre quis illorum vinceret: tamen maritus vicit: qui totius vrbis populo confluente, quaſi pro monſtro coronatus eſt, potius in deriſum quàm laudẽ. *Idem narrat Boer. deciſ. 186. ſub fin. allegans Hierõ. in 3. part. epiſtol. tract. 7. epiſt. 26.* Sed ſuper hoc aduertatis vos Domini: quia ſi hæc limitatio Angeli vera eſſet, ꝙ tertiò nubens relictum perderet, eſſet profecto ſingulariter notanda. Tamẽ Imola, & *communiter omnes* vbi ſuprà, tenent indiſtinctè quod relictum ab alio, quàm filio vel marito, mulieri factum, non perditur per tranſitum mulieris ad tertium vel vlterius matrimonium: quia non legitur tertium, quartum aut vlterius matrimonium eſſe plus deteſtabile quàm ſecundum: imò nec octogamus reprobatur. c. aperiant quæſo aures, xxxj. quæſtio. j. Licet enim Sara fuiſſet per ancillã de facto & iniuriosè laceſſi-
223 ta, quia ſeptem habuerat viros, † tamẽ propter hoc de iure vlteriora, & ſucceſsiuè multiplicata matrimonia non ſunt deteſtanda, nec ſunt à Deo repro-
☞ bata: quanuis duo ſimúltanea ſint damnata: [De quo plenius dixi ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de patientia mulierum ad viros.] vt illa contrahens ſit infamis, & grauiter puniẽdus exiſtat: & pariter qui concubinam cum vxore tenet. l. eum qui duas. C. de adulte. Bartol. & Alexand. in l. j. ff. de his qui notan. infamia: & Bald. in l. j. C. de ſpõſali. Præterea in tali matrimonio cùm pluribus fœminis ſimul contracto, non inueniretur amor mariti ad aliquam vxorem. vnde Salluſt. in Iugurthino: Ea (inquit) neceſsitudo, ſcilicet cum pluribus apud Numidas Mauróſque leuis dicitur, quòd ſinguli pro opibus quiſque quamplurimas vxores, alij denas, & alij plures habeant. Sed reges eò amplius: ita animus multitudine diſtrahitur, nullam pro ſocia obtinet: Pariter omnes ei viles ſunt. Hęc ille. Ob quod & pluribus aliis rationibus dãnata ſunt plura ſimultanea matrimonia. Igitur meritò dixi, multiplicata ſucceſsiuè matrimonia, quæ omni iure permittuntur impunè contrahi, vt dicto cap. fin. de ſecundis nuptiis. Quod etiam tacitè permittit text. in cap. is
224 qui. §. mulier. de ſepul. libro vj. volens † mulierem quæ plures ſucceſsiuè habuit maritos, ſi nulla electa ſepultura deceſſerit, in ſepulchro vltimi mariti, cuius honorem & domicilium retinet, fore ſepeliendã: cùm iuri canonico ſtandum erit in matrimonio & cæteris ſpiritualibus cauſis potius, quàm iuri ciuili, ſecundum gloſſ. in §. hactenus. Inſti. de gradi. Bart. & Bald. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſiis. & Pan. in cap. j. de noui. ope. nuntiatio. Quoniam Sara, etſi ſeptem habuerit viros, matrimonium octauum cum Tobia iuſto vtique approbato viro licitè con-
225 traxit, allegato Tobiæ tertio & ſequenti cap. † Sic legimus de Anna beatiſſima glorioſæ ſemper virginis matre, quæ mortuo Ioachim eius primo marito, ex quo Dei glorioſam ſuſcepit genitricẽ ſine reatus originalis cõtagione, vt plenè dixi ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*, nupſit Cleophæ: & deinde illo defuncto, nupſit Salomæ. Pariter Apoſtolus j. ad Corinthios vij. in fi. dat mulieri poſtquam morte mariti fuit à lege mariti ſoluta, licentiam cum alio nubendi, nullatenus diſtinguens cum quot contraxerit antea viris. Per quem text. Aurelius Auguſtinus ibi ſic dicit: Quòd ſi dormiuerit vir eius, non dicit primus, ſecundus, tertius, nec quartus. Nec nobis diſtinguendum eſt quod non definiuit Apoſtolus. Vnde nec damnare debeo nuptias, nec eis inferre verecundiam numeroſitatis: dominus autẽ ſeptemuiram non damnauit. Ioan. iiij. Hæc ille. Abrahã etiam binas legitur cõtraxiſſe nuptias, Geneſis xxv. Nam iura & exempla ſupradicta, quæ prima facie videntur contraria, viduitatem tantummodo ſuadẽt: ſed matrimonia non prohibent: quia ſecundũ Tho. in ſcripto ſuper quarto ſententiarum, diſtinct. q. vij. matrimoniũ ſecundum dicitur nõ eſſe bonum, non ꝙ ſit illicitũ, ſed quia caret illo honore ſignificatiõis, qui eſt in primis nuptiis, vt ſcilicet ſit vna vnius ſicut eſt in Chriſto eccleſia: vt vidiſtis in

verbo,

BIU Cujas

verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* secundum gl. in §. j. Instit. de patria potesta. & in c. debitũ. de biga. Præterea, quia secundum Lyram alleg. j. ad Corinth. vij. secundæ nuptiæ sunt quodammodo signum incõtinentiæ, vt ſ. dixi: nisi, vt dictum fuit de Abraham, sanctitas vitæ hoc excuset, aut concubitus præcedẽs
226 in coniugium transiret. †Qua ratione motus Abraham, post obitum Saræ vxoris suæ, Cethuram (quam Hebræi dicunt fuisse Agar) duxit in vxorem, ne si senex aliam quàm prius cognitam duceret, nouis nuptiis lasciuire videretur. De quo idem Augustinus lib. xvj. de ciuitate Dei. cap. xxxiiij. Quòd autem, inquit, Abraham post mortem Saræ, Cethuram duxit vxorem, absit à me vt incontinentiam suspicer in illa præsertim ætate, ac in illa fidei sanctitate. Hæc ille.
227 Vnde †restat cõclusio, quòd conditio, si castè vixerit & honestè, ab alio quàm marito vel filiis indicta mulieri: non infringitur si talis mulier ad secũda, vel vlteriora transierit vota cõiugalia: secùs autẽ, si corpus suum vltra, contra, vel præter matrimonium for
228 nicando & meretricando corrumperet: †quia tunc propter fornicationem vel adulterium inhonestè viuendo perderet relictum, l. iij. cum sequen. ff. de adimen. lega. secundum gloss. in d. l. fideicommissum. & d. l. sororem. Quod etiam est verum iure isto canoni co, vt ſ. dixi in alio articulo: nisi violenter tracta fuisset ad fornicationẽ, vt plenè dixi super dicto verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* loquendo de fidelitate cõiugum, à quarum viduarum raptu & oppressione.
☞ [Qualiter hoc intelligitur vide j. eo. in fine.] cauẽdum est, & fortius puellarum virginum: de quibus scriptum est, quòd vbi possunt mulieres in bello iustè occidi: quod quãdo sit, ponitur, & ibi Lyra, Nu-
229 meri xxxj. †semper debẽt virgines reseruari, & non interfici, iuxta illud Iudicum vlt. cap. Omne generis masculini, & mulieres quæ cognouerunt virum, in-
230 terficite: virgines autem reseruate. †Quod Chilpericus Francorum rex non seruauit: ☞ [Qui repudiata vxore sua Fredegodam pellicem desponsauit, cuius dolo posteà fuit occisus secundum Gaguinum vbi suprà: & habetur super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam.*] Quinimò hic Chilpericus (vt Caguinus libro secundo. capit. ij. refert) quadam iniuria prouocatus, Theodeberto eius filio mandauit, Neustriam hodie Normaniam appellatam, adoriatur, eam quia
234 Sigisberto fratri parebat, receptis in ea plerisque insignibus locis incursionibus vastat. Eodẽ quoque furore Turones, Pictones, Lemouices, Caturcos (vbi
235 nunc sumus (non clero, nõ monachis, non sacris vir-
231 ginibus parcens, perdidit. Hæc ille. †Ex quo tẽpore hæc ista, quæ adhuc visũtur, extra huius ciuitatis muros retro Cartusienses & minoritas vsque ad flumen Olti, antiqua ruinata fundamenta & prostrata ædificia etiã tempore isto ad Cadorce appellantur. de quibus pariter meminit Orosius: & expressè de Caturcis hodie post renouatam in loco vbi sumus ciuitatem, Caturcensibus vocatis, Loquitur Raymundus Marlianus orator doctissimus in commẽtaria Cæsaris addens in hæc verba: Caturci populi inter Celtas proximi Hebentetis, Gaballis, Bellaniis, Lemouicibus, & Aruernis. Quorum sub imperio esse cõsueuerat ciuitas episcopalis in prouincia Bituricen. ac regno Francorum sita: nomẽ retinẽt. hos pariter Cadurcos
232 nominat Iuuenalis prima satyra tertij libri. †Et notanter dixit, ꝙ esse consueuerat ciuitas episcopalis, sed tunc non erat: quia episcopum Carnifices vrbis illius occiderant: ob quod dignitatem cathedralem meritò perdiderant: qua ciuitas priuata erat: tamen expòst fuit per sedem Apostolicam ei restituta. In cuius sceleris memoriam tenentur laniones seu macellarij præsentis iam dictę vrbis Caturci tenere duas secures super altare maius, quolibet festo prothomartyris Stephani mẽsis Augusti & Decembris, quod hodie adhuc seruatur. Et subest ecclesia prædicta metropoli Bituricen. sicut olim. Vnde ad prodositũ reuertendo, nõ debent virgines in bello occidi: quia virginitas Deo dedicata dicitur. vt habetur Apocal. xiiij. Virgines enim sunt, & sequũtur agnũ, scilicet Christum, quocunq; ierit. Plures tamen earum dęmonem sequuntur & mũdum: & seipsas offerunt & exponũt,
233 & demum violatas se dicunt. †Quę vtinam audirent quod eas docet Apostolus alleg. j. ad Corinth. vij. Cogitet, inquit, virgo quæ Dei sunt, vt sancta sit corpore & spiritu, & nũquam stet otiosa. Sed discat (inquit Hierony. epistola lxxxix.) lanam facere, tenere colũ, rotare fusum, & facere filum. In quibus virginitas, pudicitia, & viduitas conseruantur, vt plenè dixi super verbo, *Dotem quam ei dede.* Non certè mulieres discurrere debẽt: quia teste Gregorio homilia xij. de prædari desiderat, qui thesaurum in via publicè portat. Ideo debent solitariè manere: tamẽ sine otio stare. Vnde Hiero. in quadam epistola ad Demetrium: Debet, inquit, virgo esse quieta, honestáque societate semper comitata: non vaga, discurrens per patriã: Exemplo virginis Mariæ, quam inuenit angelus solam in cubiculo, sed non ociosam. Et de quadam alia dicit idẽ Hierony. epistola xlv. quæ etiã à Beato Martino noluit videri, quum tamen eam visitare desideraret, tanquam moribus & charitate præcelsam. Cui per fenestriculam ipsa respondit: Ora pro me, quia nunquam à viro sum visitata. Sic Carilephus vir valde sanctus, qui nunquàm videri voluit à mulieribus, nec à Clotilde regina Franciæ deuotisma, cuius suasu Clodoueus rex vir eius, prior in Francia Christianus euasit, vt refert Fasciculus temporum. Fœmina profectò est sicut nauis dissuta: quæ vix aut nũquam sentiret naufragium, si suo cõtinuè maneret in portu, in alienas non nauigans partes, vt fecit Dina, de qua habetur Genesis xxxiiij. Egressa est Dina filia Liæ, vt mulieres videret regionis illius: quã cùm vidisset Sichem filius Emor adamauit eam, & rapuit, & dor-
234 miuit cum illa. †Cui verè similes sunt virgines hodiernæ, quibus sufficit oppressionis color. Et multæ se violaras dicunt, quæ modicis verbis obedierunt, vt
235 dixi super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* Et †vt plurimum parentes sui in causa sunt, qui eas virorũ colloquiis, choreis, tactibus, & osculis incauti offe-
236 runt. †Qui vtinam Publio Mæuio similes forent, qui tristi exemplo filiæ suæ præcepit, quòd non solùm virginitatem, sed etiam oscula syncera ad virum perferet. De quo Valerius libro vj. titu. de pudicitia, sic dicit: Quid Publius Mæuius, quàm seuerum pudicitiæ custodem egit? in libertum nanque gratum admodum sibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat: præsertim cùm non libidine, sed errore lapsus videri posset. Cæterum amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ sensibus castitatis disciplinam ingenerari magis existimauit, eíque tam tristi exemplo præcepit, vt non solùm virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum syncera perferret. Et Virginius vir tam optimus & honestus, filiam insignis decoris conspicuam, cùm Appius Claudius Decemuir impudicus sub colore iustitiæ reddendæ stuprare vellet, in con-

BIU Cujas

ſpectu curiæ ſumpto cultro, ac inquiens, dilectiſſima filia, qua poſſum via tuam libertatem vindico: ſtatim ſpectantibus omnibus iugulauit. l. ij. §. & cùm placuiſſet. ff. de orig. iur. Pudicæque interemptor, quàm corruptæ pater eſſe maluit, ſecundum Valeriũ vbi ſuprà eod. tit. ſubiungens, Nec alio robore animi præditus fuit Pontius Aufidianus eques Roma. qui poſtquam comperit filiæ ſuæ virginitatem à pædagôgo proditam Fannio Saturnio, non contentus ſceleratum ſeruum affeciſſe ſupplicio, etiam puellam ipſam necauit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit. Quinimò (vt ibi ait) Publius Attilius Phi liſtus Romanus, qui licet impubes à domino coactus ad ſtuprum ac quæſtum ſui corporis, filiam tamen ſuam eo quòd ſtupri ſe crimine coinquinauerat, in-
237 teremit. † Quam ſanctam igitur, inquit, in ciuitate noſtra pudicitiam æſtimare debemus, in qua etiã inſtitores libidinis tam ſeueros eius iudices euaſiſſe animaduertimus? Senatus etiã, inquit, in qualicunque ſtatu poſitã Romano ſanguini pudicitiam tutam eſſe voluit. Et multò magis parentes, quanuis ſcelerati, pudicitiam vitæ præferentes liberorum. Inſti. de noxali. actio. §. fin. Aliter & aliàs, vt dicit Iuuenalis, & grauiſsimè: Summum crede nefas animam præferre pudori: & propter vitã viuendi perdere cauſas. Cauſæ autẽ viuendi ſunt, vt ſanctè, iuſtè, & honeſtè operemur, quæ Deo & homini grata ſint. Sed hodie plus eſt, q̃ motu proprio virgines ipſæ ſolicito ornatu aut impudiciſſimis nutibus, ſuiſq; crinibus, furtiuis aſpectibus, ac riſu, voluptatis occaſionem tribuunt. [Et multoties quod cogitant, tactu produnt. Putà ſtringendo iuuenis manum, quod eſt dilectionis ſignum, ſecundum glo. in c. j. de ſponſa duorum, in fin.] Sicut Medea, cuius ſolicitudine Iaſon miles ille Græcus
238 clauſtra virginitatis aperuit in ea. † Tales enim licet oppreſſæ, tamen affectatæ priuilegiũ virginitatis non
239 retinent: imò puniendæ ſunt. † Nam apud Saxones lex olim fuit vt virgo ſponte deflorata viua ſepeliretur, & violator ſuper eam ſuſpendebatur. Et apud Barbaros virgo fornicaria, ſeu ſponte grauidata, de mõte altiſsimo præcipitabatur, eiúſq; violator capite truncabatur. Similiter in prologo hiſtoriæ Romanorum legitur de quadã quæ cùm genuiſſet filios ſecundũ legem, fuit viua ſepulta. Et Deuter. xxij. præcipitur virgo corrupta lapidari, niſi pro violẽtia clamaſſet. Nõ certè ſic Rebecca fecit virgo pudiciſſima, quæ faciem ſuam cooperuit dum primo vidit ſponſum ſuum Iſaac, Geneſis xxiij. Sic etiã olim fecerunt caſtiſſimæ virgines, nec libidini virorum ſe expoſue
240 runt. † Et inter cæteras, Daphne Penei filia, in arborem Laurum maluit transfigurari, quàm virginitatẽ perdere, & Deo Apollini eã vitiare volenti obedire. Ob quod eam ſuiſmet precibus in Laurum arborem conuerſam fingit Ouidius lib. j. Metamor. ibi.

Quæ facit, vt lædar, mutando, perde figuram.
Vix prece finita torpor grauis occupat artus,
Mollia cinguntur tenui præcordia libro,
In frondes crines, in ramos brachia creſcunt:
Pes modò tam velox pigris radicibus hæret,
Ora cacumen habent, remanet nitor vnus in illa, &c.

241 Et † inde eſt, q̃ virgines Laurea corona ornantur ab illa, quæ propter tuendam virginitatẽ fuit in Laurum conuerſa, nec patri, vt deo Apollini obediret, parere voluit, vt teſtatur ibi Ouidius.

Illa velut crimen tædas exoſa iugales,
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,
Da mihi perpetua genitor chariſſime dixit,
Virginitate frui: Dedit hoc pater ante Dianæ,
Scilicet filiæ ſuæ, &c.

242 † Plus legitur de quibuſdam filiabus, quarũ mater Cedaſa vocabatur. Quæ cùm patre abſente à duobus prætereuntibus iuuenculis hoſpitio ex charitate ſuſceptis noctu fuiſſent violenter oppreſſæ, mutuis mucronibus ſe conciderũt. Pariter Thebana virgo, quã hoſtis Macedo corruperat, aliquãtulum diſſimulauit violentiæ ſibi factæ deſolationem: ſed tãdem violatorem ſuum iugulauit, & mox gladio ſeipſam interfecit. † Minerua etiam vltima Pallãtem eius patrem
243 ſuam virginitatem violare conantem interemit, vt dixi ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt.* Quantis inſuper laboribus & periculis ad propriam tutandã virginitatem ſe expoſuerint Diana, Camilla, & Zenobia, vidiſtis ſuper verbo, *Duas habens filias.* Et de quadam Gallica diœceſis Turonen. videatis in cap. ex parte parẽtum. de ſepul. Quæ ſufficere vobis de-
244 bent pro commendatione virginitatis. † Cuius priuilegio vi verè oppreſſa ac violẽter corrupta, licet in Euangelio quo ad Deum, quia volũtariè non peccauit, virgo ſuſcipiatur: tamẽ in lege quaſi corrupta repudiatur, ſecundum Hierony. libro ij. ſuper Lucam. Nec ſunt tales intactis virginibus æquandæ: quum non ſint virgines. xxxij. quæſt. v. cap. qui viderit mulierem. §. quanuis. & not. Ang. in dicta l. fœdiſſimam. C. de adulte. Vnde dicit glo. in cap. Acutius. xxvj. diſtinctio. quòd licet vir corruptus in epiſcopum conſecretur: Nõ tamen corrupta inter virgines benedicitur, per rationem ibi poſitã. Ex quibus ſingulariter
245 decidit Bal. in cap. penult. de probatio. † quòd teſtimonium virginum præualet & præfertur teſtimonio viduarum, aut coniugatarum mulierum, quantumcunque honeſtarum. quod ſequitur Feli. in cap. in noſtra. de teſti. Et nõ immeritò: quia cùm ſint virgines, difficile cuiq; videtur credere, vt quippiã inhoneſtè agatur cum eis: vt dicit tex. ij. Reg. xiij. cap. in princ. Quod exemplo nobis eccleſia patenter oſtendit ex ordine literæ dum cantat: Omnes ſanctæ virgines, & viduæ Dei, orate pro nobis. Nec eſt hoc nouum: quoniam legitur in libello de virginibus, quòd apud Romanos virgines olim, quæ ſecundum carnem viuere contempſerant, maximæ reputationis apud eos fuerunt. Præterea Aurelius dicit Aug. lib. iiij. de doctrina Chriſtia. quòd virgines ſunt illuſtrior portio gregis Chriſti. Ergo non ſine cauſa in teſtimonio viduis præferuntur, & coniugatis mulieribus. Quod indubitãter credo verum, & locũ habere in cauſis pecuniariis, vt ſcilicet data paritate numeri teſtiũ vtriuſque partis, teſtimoniũ virginum præpõderaret teſti-
246 monio viduarum & coniugatarum. † Sed in criminalibus & capitalibus cauſis, in quibus etiam ſaltem de iure ciuili, muliebre teſtimonium non repellitur, ſi concurrerent virgines pro accuſatore, & viduæ aut nuptæ pro accuſato, & eius innocẽtia: eo tunc magis ſtaretur teſtimonio viduarum aut nuptarum mulierum, fauore innocentiæ, & ſic abſolutionis, quàm teſtimonio virginum de culpa & dolo deponentium.
247 Primò † per gloſſ. ſingularem in cap. clerici. lxxxj. diſtinct. vbi ſi pro accuſatore ſtant duo teſtes clerici, dicentes Petrum clericum tali die fuiſſe cum tali mulliere adulteratũ: & duo laici de illius deponant innocentia, q̃ illa die erat alibi: certè fauore innocẽtiæ & abſolutionis præualebit teſtimonium laicorũ contra teſtimoniũ clericorũ minus ſufficientiũ teſtium, quam glo. ſequitur Panor. in cap. ex literis. & in cap.
248 ad noſtram. de probat. † Secundò facit quod decidit

Felin

Feli. in cap. quoties. iiij. col. de testib. vbi post Barto. quem allegat in quodã suo cõsilio, dicit ꝙ licet testimoniũ de credulitate, excepto iuramento calumniæ, nõ valeat, cùm testis deponere debeat de his quæ certitudinaliter nouit, tamen testes pro accusato deponentes per verbum credit, vt quia dicunt credere, ꝙ hominem defendendo occidit, vel illa hora homicidij eum alibi vidisse, sufficienter probat innocentiã.
249 Allegat Panor. in c. j. de summa Trinit. † Tertiò facit quod decidit idem Feli. in c. quoniam. in fi. de testib. ꝙ licet testimonium masculorum prę feratur testimonio mulierum, per text. in ca. forus. vbi hoc tenet Panor. de verborum sign. Tamen prævalet testimonium mulierum deponentium pro accusato, per
250 glos. in d. capi. clerici. † Quartò facit quod decidit idem Felin. in cap. de cætero. iij. col. de testib. vbi plus dicit, ꝙ etiã hæretico & infideli creditur, si deponat
251 pro accusato. † Quintò facit quod decidit Florian⁹ in l. testis idoneus. ff. de testi. ꝙ licet testimonium domesticum nullam fidem faciat etiam quoad indiciũ faciendum, secundum Bald. in l. in testimonium. eod. tit. tamẽ domestici & cubicularij ipsius de homicidio accusati plenè probant eius innocentiam, si deponãt cum tota illa nocte, qua fuit delictum commissum, in suo lecto dormiuisse, vel alibi fuisse. Et idem esset de parentibus accusati hoc deponentibus, secundũ Feli. in c. in literis. iiij. col. de testib. & consuluit Alexã. in secũda parte consi. clxvj. incip. Animaduersis his, &c. xj. col. Pro quibus facit optimè tex. in l. penult. ff. de testi. vbi notãter sic dicitur, Testes eos, quos accusator de domo produxerit, interrogari nõ placuit,
252 quasi dicat, secus esse si eos accusatus de domo sua produxisset, pro sui iustificanda innocẽtia. † Sextò facit, quòd licet plus credatur paucis affirmantibus, q̃ multò pluribus negantibus. l. item si vnus. vbi glo. ff. de arbit. secundum Inno. in c. super hoc. de renuntia. tamen fallit in testibus super negatiua pro accusato deponentibus, per gl. in d. c. clerici. quam ad hoc põderat Lud. in l. in illa. ff. de verb. obl. & sentit Bald. in l. data opera. C. qui accusa. non possunt. & Felin. in c.
253 cùm Petrus, in fin. de accusa. † Septimò facit quod singulariter consuluit Pet. de Anch. cons. cclxxxv. in
254 fin. vbi dicit, ꝙ semiplena probatio, quòd accusatus hominem occidit ad sui defensionem, prævalet, atque confundit plenam probationem accusatoris de homicidio, per rationes, quas ibi deducit. Pro quo facit, quia videmus, ꝙ vnus solus testis de principali facto criminis deponens sufficit contra accusatum: vt torturæ subiiciatur, secundum gl. ab omnibus appro
☞ batam. in l. iij. C. ad legem Iuliam maiest.] Qualiter hoc intelligitur in præsenti regno Franciæ, iuxta ordinationem beati Ludouici habetur suprà in verbo, *Adiectæ impuberi.* dum loquitur de excellentia hominis.] Ergo facilius ei prodesse debet ad sui defensionem, & innocentiã probandã & præsumendã: quum iura sint prõptiora, & cõsequenter iudices ad absoluendum, quàm condemnandũ. l. absentem. ff. de pœnis. † Octauò facit, quia debilior præsumptio pro accusato elidit & confundit maiorẽ, & fortiorẽ præsumptionem facientem pro accusatore, per tex. iuncta glo. super verbo, ad plenum. in cap. ex literis. de in integr. rest. vbi per præsumptiuã probationem & minus plenam eliditur præsumptio contumaciæ. Ideo si plures præsumptiones & indicia facerent contra accusatum: vna sola faciens pro ipso obscurat, & obumbrat plures contra eum faciẽtes. sicut semiplena probatio obscurat plenam accusatoris probationem. Nõ dico ꝙ eam elidat, sed eam obscurat, vt nõ sit clara, lucida, & indubitata, quæ requiritur in crimi-
255 nibus puniẽdis. l. sciant. C. de probation. † Et ità aliâs in Senatu Romano iudicatũ fuisse refert Valerius, lib. viij. cap. j. titul. infames rei quib. ex caus. absoluti aut damnati sunt. Callidius, inquit, Bononiensis in cubiculo mariti nocte deprehensus, cùm ob id causam adulterij diceret, inter maximos & grauissimos infamię fluctus emersit, tanquã fragmentũ naufragij, leue admodum genus defensionis amplexus: affirmauit enim se ob amorẽ pueri sui, eò esse perductum. Suspectus erat locus, suspectũ tẽpus, suspecta matris familiæ persona, suspecta etiã adolescentia ipsius, scilicet Callidij. Sed crimen libidinis, sc. adulterinæ, cõfessio intemperantiæ, id est, ardentioris amoris in puerum, liberauit. Subiungens ibidẽ: Cùm parricidij causam duo fratres Cælij dicerent. quorũ pater Titus Cælius in cubiculo quiescens, filiis altero cubantibus lecto, erat interemptus, neq; aut seruus quisquam, aut liber inueniretur, ad quem suspicio ☞ cædis pertineret: [Nisi suppleat filios sub eodẽ tecto stantes. ff. ad Silleia. l. j. ꝧ j.] hoc vno nomine absoluti sunt: quia iudicibus planũ factũ est, illos aperto ostio inuentos esse dormientes. Somnus innoxiæ securitatis certissimus index, miseris opem tulit. Iudicatum est enim rerũ naturã non recipere, vt occiso patre, super vlnera & cruorẽ eius quietem capere potuerint. Hæc ille. Vnde sequitur prę sumptionem vnã quãuis leuem, fortiorem vincere. Et plures propter vnã in confuso remanere in accusati fauorem & li-
256 berationẽ. † Nonò & vltimò facit tex. aure⁹, in cap. literas. de præsumptio. vbi testimoniũ fratris iuuat fratrem etiã in causa hæresis ad sui defensionẽ, ne de
257 hæresi puniatur. † Ex quo infert ibi Bal. quòd frater adducere potest fratrem suũ in testem contra procuratorẽ fiscalẽ, ad probandum vulnus non esse letale, vel quòd fecit homicidiũ ad sui defensionẽ. Nec habet fiscus causam cõquerẽdi, qui certat de pœna, & odioso lucro cum iactura alterius. argu. l. si quis vxori. ꝧ j. ff. de furtis. secundũ Salic. in l. parentes. C. de testib. sequuntur Ioã. de Plat. & Angel. in §. j. Insti. de
258 gradi. cog. † Pro quib. facit quod decidit Specu. titul. de inquisitio. §. j. versi. & generaliter. cum sequẽ. vbi dicit ꝙ ad probandum innocentiã vel excusationem, nõ requiritur, quòd testes sint omnino integri, veluti domestici & familiares, qui nõ sufficerent ad condemnandum. Quod sequitur Alex. in secũda parte cõsi. xxiiij. incip. An si quis inuẽtus in domo. xj. col. allegãs Archid. in cap. manifestè. & cap. sequen. xij. q. j. Ex his omnibus sumpta occasione, iuncta etiam singulari decisiõe Panormi. in cap. audistis. xiiij. col.
259 de præscript. † dicentis, quòd vbi non constaret de homicidio nisi sola confessione accusati, qui nõ simpliciter occidisse confessus est, sed ad sui tutelam, & defensionẽ hoc fecisse: ex tali qualificata cõfessione, puniendus non est pœna mortis. Prout etiam ante Panorm. consuluerat Ange. consi. xxvij. in decisione
260 iij. quæst. † Certè in præsenti regno nõ est culpanda consuetudo, practica, & cõmunis obseruantia, ꝙ si abolitionẽ seu delicti remissionem impetrãs à rege, vel alio potestatẽ habẽte super homicidio per eũ perpetrato, & probare non potest casum prout narratur in litera, quia fortè expressit hoc fecisse ad sui defensionem: conceduntur ei secundæ literæ cum cauda simplici, per quas mãdatur iudici, ꝙ credat de hoc, & stet iuramẽto impetrantis: & stabit, vt dictim practicatur, secundum Masuerum titu. de probatio.

BIU Cujas

§.item si ille,qui obtinuit literas,&c. Auditur tamẽ procurator regis vel domini,si pro interesse publico probare vellet contrarium,ꝙ imò illud homicidium inuadendo perpetrauit. Sed ad hoc probandum, & iuramẽtum purgationis ipsius accusati impediendũ, filij ipsius occisi vel damnum passi,quorum ciuiliter duntaxat interest, non audirẽtur, nisi procurator regis vel domini interesse publicum prosequentis cum
261 eis iungeretur,secundum eum. † Vna talis litera nõ diu est,fuit Seneschallo Caturcẽsi præsentata per quẽdam Ioannem Barriera, aliàs Peyrolet pectinarium huius ciuitatis habitatorẽ, quam pro vxore & fratre occisi,quibus procurator regius erat iunctus, posse tenus impugnaui. Et finaliter causa ad Parlamentũ Tolosæ deuoluta per appellationem: quia constabat ex pluribus coniecturis parentibus,ꝙ homicidiũ defendendo non fecerat,sed inuadendo: attento quòd occisus homo senex erat & fragilis conditionis, dulcis agricultor,honestè viuere solitus, portans solùm baculum senectutis in manu, cũ quo ambulans se sustinebat, & quem senio confectus deferre cõsueuerat, & in itinere publico à præsenti ciuitate recedẽs, & ad locum de Auerro vbi domicilium habebat, rediẽs solus, dictus autem Peyrolet ætatis quadraginta annorum potens, robustus & altero corpulentior, ensem ad duas manus, in quo summè expertus erat, portans, vitæ inhonestæ, gentes verberare & molestare solitus, in iurgiis & violẽtiis cõmissis nutritus, & vias facti perpetrare solitus, præfata litera, vt suo staretur iuramento,gaudere non potuit, propter decisionem Barto.in d. l.Aurelius.§.idem quæsiit.ff.de libera.leg. quam sequitur Panor. in ca.bonæ memoriæ.ij.vlt.col.de postula.præla. Et ei inter cætera obstitit decis.Bart. in l.inter omnes.§.rectè. ff. de furtis. quinimo per arrestum dictæ curiæ literis suis priuatus fuit Tolosæ decapitatus, Anno domini 1487.
262 † Quia vsus & consuetudo regni, & decisio Panor. in d.c.auditis. & Ange.allega.consi.xxvij. locum haberent, data amborum tam occisoris quàm occisi omnimoda paritate, quia tunc confitens hominem occidisse ad sui defensionem saltem pœnam mortis euitaret, præstito dicto iuramẽto purgationis. Sed in casu prædicto non verisimile erat, hominem senem, tremebundum,dulcem, & mitem cum baculo senectutis in itinere,& campis talem ribaldum armatum inuasisse,de patria Bearnij pacis inquieta oriundum.
263 † Ad quod facit quod dicit Io.Fab. §.ius autem gentium.prope fin. Instit.de iure naturali. vbi si duo reperiantur eodẽ loco iacẽtes vulnerati: vnus viuus & alter mortuus, nec constat quis fuerit aggressor: certè viuus secundum aliquos est absoluẽdus. l.j.§.cùm arietes.ff.si quadru.paupe.fecisse dicatur. Tamẽ veritas est,quòd vitæ amborum considerandi sunt præcedentes actus.l.desertorem.§.is qui.ff.de re milit. vt ibi plenè probat. Sicut cõsiderati fuerunt in casu per me narrato per arrestum decisio. De duobus se inuicẽ percutiẽtibus: pro quo præsumendũ sit, videatis Lucam de Penna plenè in l. deuotum. C. de metatis, & epidimeticis,lib.xij.versicu.iij.quæritur. Quæ omnia dixi in honorem Bal. doctoris summi, volentis in d. cap.penul.de probat.testimonium virginum præferri testimonio viduarum, & cõiugatarum mulierum. & spero quòd tempore opportuno facient vobis honorem aureũ pro defendendo delatos à morte. Postremò tamen sanè, & prudenter intelligatis, dum dixi abstinendum fore à raptu virginum, viduarum,
264 & aliarum mulierum sub pœna capitis, & confiscationis bonorum, raptæ mulieri applicandorum. Et quòd raptores occidi possint in ipso actu.l.j.C.de raptu virginum. † Nisi mulier rapta esset meretrix: quia tunc raptor non teneretur pœna illius legis,per tex.in l.verum.ff.de furtis. Etiam si raperetur talis filia,quæ non fuit à viro alieno,nisi semel cognita. Cũ eo solo non dicatur casta nec honesta. l. stuprum. ff. de ritu nup.secundum Pau.singulariter consi.cccvij.
265 incip.Viso dicto statuto. † Quod vltimum an sit verum cogitabitis: quia crederem hoc verum in terminis dictæ l. stuprum. scilicet vbi puella ab alio viro semel tantùm cognita,pro illo coitu quæstum fecisset. Et ita puto Pau.intellexisse,allegando d.l.stuprũ. quæ in illis terminis loquitur. Et dictum Doctoris, secundum iura,quæ allegat,est intelligendum, vt dicit Bar.in l.non solùm. §. liberationis.ff.de liber.lega. Et ꝙ sic intelligatur, videtur concludere Angel. Are.in tracta.maleficior.super verbo, *Che me ay adulterato la mia donna.* xij. col. Talis enim puella semel cognita,si ex hoc quæstum fecerit, comparatur meretrici, vt eam rapiens pœna raptus non feriatur, vt
266 dicta l. † Verùm punietur extra ordinem crimine ☞iniuriarum arbitrio iudicis. [Idem tenet Bart.in l. si vxor. §.j. ff. de adulter. vbi violenter cognoscens concubinam alterius punitur.] Et idem in effectu refert Masuerus obseruari tit.de pœnis.§.Item est precipuè considerandum. vbi dicit in raptu considerari, an mulier rapta sit honestæ vitæ: quia si meretrix esset luxuriosè viuens & non maritata, casus de se non esset capitalis, saltem ad mortem. Alleg. Bart.in l.si vxor.in princip.ff.de adult. vbi dicit Bart. quòd coitus nedum meretricis,quæ multorum libidini se præbuit,sed etiam cum alterius cõcubina est impunitus.
267 † nisi concubina esset talis,quæ nomen matronæ,id est,honestæ mulieris non perdidisset: quia erat fortè concubina patroni sui: vel dico à simili alicuius principis,& magnatis in suo territorio, cui mulier reuerentiam debebat, & aliàs cum ipso solo viuebat.
268 † Plus dico,ꝙ posset esse ita atrox,& abusiua hęc iniuria, etiam publicæ meretrici illata,ꝙ etiam pœna mortis esset raptoribus imponẽda,si factio nimis grauis existeret secũdum Bal.singulariter in l.fi.ff.de rerum diuisi.& sentit Bart. in dicta l.si vxor.dum dicit: Nisi ponas,ꝙ violenter fuit factus coitus, &c. Vnde didit Ioan.Fab.in §.j. Instit.si quadrup.paupe.fecisse dicatur. quòd licet appetitus & feruor ille,qui commouetur ex præsentia fœmellæ,dici possit naturalis, tamen quòd rumpat quis ostia domus, videtur esse contra naturam: imò plus quàm bestiales sunt homines,qui frangunt ostia mulierum,& quasi verres spumantes,& tauri spiculantes fœtore hircino aërem inficiẽtes, villam circuiunt. quod enim est naturale in bestiis,est innaturale in homine, secundum eum ibi, per textum in l.probrum. ff.de verborum significat.
☞[Vt pleniùs declaraui suprà in verbo, *Mortuo itaq; testatore.* primo. dum decidi de damnato ad mor-
269 tem, si testari possit.] † Non ergo sine causa dixit Bald. quòd etiam cum meretrice potest coitus esse capitalis ex nimio & excessiuo abusu. Pro quo facit text. Iudicum xix.capitu.intelligendo, quòd mulier de qua ibi,non erat vxor illius senis,sed simplex concubina,qua filij Gabaa Beniamin abusi fuerũt. Propter quod delictũ fuerunt occisi & eorum vrbes vorax flamma consumpsit, vt ibi dicitur.& ca.sequenti. Ad quod facit glos.singularis in §. in summa. Instiutio. de iniur. † volens in pœnis arbitrariis iudi-
270 cem posse,si ei videatur, pœnã mortis arbitrari. De

cuius

cuius glos. intellectu videatis plenè Felin, in capi. ex
271 literis. x. colla. de constitutio. † Et sicut pœna capitis punitur rapiens mulierem, quæ nunquam in corpus suum peccauit, sic etiam punietur si meretricē rapiat iam pœnitentem, postquam fuerat ad frugem melioris vitæ reducta, secūdum Bal. in dicta l. j. C. de rapt. 1 virgi. Etiam si raptor eam sæpe carnaliter sponte cognouisset, secundum Ioā. Fab. in §. si autem per vim. 2 Instit. de publi. iud. Et idem si nupta, fuisset cum marito tempore raptus residens, secundum Pau. in l. raptores. C. de episc. & cler. & Bar in dicta l. si vxor. per
272 illum tex. † Meretrix enim etiā publica si fuerit maritata, & vitam ducat honestam, ita quòd pro mulie re honesta habeatur, raptus eo tempore commissus venit criminaliter puniendus: potissimè si fuerit factus in domo mariti, & contra suam & mulieris voluntatem, secundum Masuerum, & Bar. vbi suprà. Secùs si maritata pristinum continuaret meretricium: quia ad melioris vitæ frugem nō præsumitur trāsisse: Plus dico, quòd ad frugem melioris vitæ præsumitur reducta, si ante raptum se retraxerit in locum hone- 3 stum, maximè si cum honestis parentibus suis, cum vestibus honestis incedēdo, & castas, & pudicas mu-
273 lieres conuersando, & sequendo. † præsertim si triēnio ante raptū honestè viuere perseuerauit, per text. singularem in Auth. de monachis. ibi: triennalis temporis testimonium. per quem dicit ibi Angel. & licet
274 malus † semper præsumatur malus in eodē genere malitiæ: tamen fallit, si post delictum honestè triennio vixerit: quia ex hoc cessat prioris malitiæ præsumptio, quod singulariter est notandum, vt plenius dixi super verbo, *In eodem testamento relinquens.* ij. loquādo de filio patri ingrato penitēte: nisi ergo signa pœnitentiæ præcesserint, ea, quę semel fuit vulgaris, si postea stat innupta sine viro, accessus ad eam est impunitus, vt d. l. si vxor. in fine.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

SVMMÆ

1 *Tutela est naturali æquitati conueniens.*
2 *Tutelæ officium qui gerant.*
3 *Amicitia vetus præferenda.*
4 *Tutela quid.*
5 *Tutores quare ita appellentur.*
6 *Tutor pincipaliter datur personæ, deinde bonis.*
7 *Tutor in quo differt à curatore.*
8 *Tutores triplici ratione moueri ad defendendos pupillos.*
& nu 9. 10.
11 *Lycurgi Lacedæmoniorum principis integritas.*

Tutores impuberis.

HI tutores, vt opinor, fuerunt testamētarij per Raynutium patrem in testamento dati Adiectæ impuberi ab eo institutæ hæredi. Nam si eam instituēdo pariter & ei substituendo sibi, & bonis suis prouidit, opportunum est credere, quòd multò magis personæ hæredis suæ & filiæ impuberis (quanuis ex text. de tutela expressè non appareat) 8 prouidere voluerit. Cùm semper naturalis stimulus patrem hortetur ad cogitandum pro liberis, iuxta illud poeticum j. Aeneid.

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Et Tullius j. de offi. Vnicuique, inquit, nostrūm chari sunt liberi: quia paternus affectus omnē vincit affectū. l. fi. C. de cura. furio. Cōsiderauit profectò summus ille paterfamiliàs, quod scribitur. Insti. de Attiliano tutore. in fi. & impuberes in tutela esse, † naturali iuri conueniens est, seu æquitati, vt is qui perfectę ætatis non sit, alterius tutela regatur. † Ad quod officium vocandi sunt per testatorem fideliores amici, quos in vita sua acquisiuit, & quæsitos sibi esse amicos, & eorum fidem multis rerum argumentis cognouit, vt dicit tex. in §. cúmq; in proœmio Instit. Et nō amici mensę. vnde Seneca lib. de remediis fortuitorū, Quęre, inqt, amicos inter honesta officio: quęre in laboribus. Ad mēsam res ista nō quęritur: imò modicus amicus est, qui dūtaxat amicus est mensæ. De tali amico dicit sapiens, vinū nouum, amicus nouus. Expedit ergo sapienti œconomico amicum, vel amicos bonos conquestare. Nec de facili prætermittenda est incepta amicitia: quia teste Tullio in lib. de A micitia, † Veterrima amicitia, sicut vinū vetus dicit esse suauissima: maxima enim est vis vetustatis & cōsuetudinis. Vnde narrat Sueton. lib. ij. de duodecim Cęsaribus, & Augustus Cæsar amicitias non facilè admisit, sed constātissimè retinuit: Eligat ergo sapiēs vnusquisq; amicos saltem vnum in vita: quē semper custodiat, & cui sicut sibi ipsi credat, & bona ac filios post mortem committat. Aliàs non esset amicus, vt inquit Seneca, ad Lucillum epistola tertia. Sic fecit Raynutius testator noster, qui filię dando tutores, amicos prælegit, vt patuit per effectum: quia Adiectam pupillam de persona curantes diligenter, & honestè maritarunt, cū omnibus bonis, de quibus nihil rapuerunt, quinimò personam & bona optimè defenderunt, & integra custodierunt, vsque ad pupillæ maritagiū, prout boni tutores facere tenētur pro debito
4 eorum incumbente officio. † Est enim tutela (vt Seruius definit in l. j. ff. de tute.) Vis atque potestas in capite libero ad tuēdum eum qui propter ętatem se defendere nequit: iure ciuili data ac permissa, Instit. de tutel. in prin. Tutores autē sunt, qui eam vim ac protestatem habent, ex qua re ipsi nomen acceperunt.
5 Itaque † appellātur tutores quasi tuitores, atq; defensores. Sicut editui vel edictitij dicūtur, qui ædes tuētur, vt præfectus vigilum, qui cum eo de nocte vadunt. l. ij. §. sciendum, ff. de offi. præfe. vigi. Nam proprium tutoris officium est, semper vigilare ad instar prefecti vigilum: primò defendere pupillum, dein-
6 de eius bona. † Quia principaliter dantur personæ, & consequenter causæ & rebus. Insti. qui dari tut. testa. possunt. §. certæ. Ideo tenetur tutor principaliter pupillum instruere in bonis moribus: pro quo faciendo præbere tenetur salaria magistris eius. ff. de admini tuto. l. cùm plures. §. in primis. & C. de alimen. pupil. prestā. l. fi. Sic enim fecerunt tutores nostri, qui Adiectam eorum pupillam honestè nutriuerunt & eam vt perpetuò honestè viueret, matrimonio collocarunt: circa quod maxima versatur humani generis honestas. l. semper. ff. de ritu nuptia. vt videbitis in verbo,
7 *Cuidam Petro tradiderunt.* † Et in hoc differt tutor à curatore, qui principaliter datur rebus, & secundariò personæ. C. de nup. l. in copulandis. Et moueri debēt tutores, & confidenter incitari ad defendendum pupillos triplici ratione. † Primò, quia sciūt Deū omni potentē, cui nemo resistere potest, habere in officio illo coadiutorem: habet enim Deus pupillos in singulari custodia: & protectione, vt scribitur Psal. cxlv.

BIU Cujas

Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet, scilicet in sua speciali cura, secundum Lyram ibi: quia vt scribitur Deuteron.x.Ille est,qui facit iu-
9 dicium pupillo & viduæ. † Secundò habent iudicem terrenum in singularem protectorem : quum sit omnium pupillorum sui territorij magnus tutor, & particulares coadiuuans tutores: imò eorum defectus supplens.l. bonorum. C. qui admitti ad bon.pos.possunt.ibi,tex.no.qui in causis pupillorum etiam de facto supplere potest, vt ibi,& Bar.plenè in l.si curatorem habens.C.de in integr.restit.minorum.& in l.iiij. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.quem in hoc sequitur Panor. in cap. bonæ.j.v.col.de postula.præ-
10 la. † Tertiò quia si potentiam alicuius horrescunt, contra quem iudex loci,& præses prouinciæ nó prę-ualerent, habent imperatorem & regem in iudicem, & specialissimum contutorem, quem recta via adire possunt, omisso quocunque medio, & aduersarium coram ipso trahere, quocunque non obstante priuilegio. l.j. C. quando imperator inter pupillos & viduas vel miserabiles personas cogno.in fin. Non ergo excusari possunt tutores aliqua impotentia, vbi tot sunt suorum contutores,& potentissimorum cõsortum certissima, ac insuperabilia pro pupillis diuina,& humana suffragia. Et si ratione non moueantur ad defendendum pupillos, saltem ad hoc incitentur veterum exemplo, qui seipsis & propria substantia postpositis,imò damnum passis,& quod molestius videtur, iniuria lacessitis,pupillos quorum tutelam gerebant, incolumes prætulerunt. Et propter eorum bona salubrius regenda æternóque cõseruanda perpetuum non horruerunt, imò voluntariè susceperũt
11 exilium,& finaliter se occiderunt. † Legitur enim de Lycurgo Lacedæmoniorum principe,& legum latore clarissimo,atque inter Philosophos admirando,de quo Plutarchus & Valerius,libro de Ingratis. Et Iustinus in tertio Epitomatum, ac etiam Aristoteles in politicis multa scripsere. Qui (quo ad propositum sufficit) patre suo Spartiatarum rege, necnon & eius fratre natu maiore mortuis, cùm regnare potuisset, certior factus quòd fratris defuncti vxor prægnans esset, vt legitimus & pius tutor euestigiò declarauit regnum pueri esse debere,si mas foret. Sed cùm mulier verbà fecisset de perdendo puero, quò illi nubere posset,& Spartiatis imperaret, eius opinionẽ detestatus est.Natóque puero cùm aliquando ipse cum principibus cœnaret,eum Lycurgo detulerunt: quẽ ille suscipiens,ad discumbẽtes dixisse fertur,O Spartiatæ rex vobis est natus: impositóque in regio solio, omnes tum eius animi magnitudinem,tum iustitiam admirati sunt. Deinde leges eis instituit,quò felicius regnum nepotes regerent. Quæ quid contineant ex Plutarcho haberi potest. Cùm autem in legibus suis nullam diuitiarum vellet haberí curam,fertur locupletes aduersus Lycurgum exarsisse. A quibus multis iniuriis pulsatus etiam oculum amisit. Cupiens itaque eam suam institutionem reddere,eóque modo pupilli principatum facere immortalem , ad cõcionem omnibus conuocatis iuramentum exegit,vt nil remoueretur, vel immutarent, donec ex Delphis reuerteretur. Cúmque oraculum consuluisset, an piè leges , & satis ad felicitatem latæ essent : responsum habuit & leges piè latas esse, & ciuitatem illam clarissimam fore , vbi ipsius Lycurgi vterentur legibus. Quo audito vaticinium mox scripsit,& Spartã transmisit, & se illico interemit : quò Spartæ legibus perpetuò vterentur suis. Hæc ibi. Præmissorum omniũ obliti moderni tutores, non de personis pupillorum suorum quibus principaliter dati sunt,curãt,sed qualiter eos perdere possint, vt illorum bona sibi,& suis approprient,incessanter cogitant: ita quòd de tutoribus verso nomine curatores efficiuntur, domos pupillorum curando & euacuando,in sui honoris ac salutis æternæ dispendium.

Laus Iesu Christo Domino nostro.

GVLIELMI BENEDICTI DOCTORIS VTRIVSQVE IVRIS ERVDITISSIMI,

Cap. Raynutius, Repetitionum finis : quæ antehac rudioribus Typis editæ,nunc iam superaddita hac tertia parte (quæ nondum in lucem emissa fuerat) recentioribus perfectissimísque his Characteribus,in studiosorum maximam commoditatem, summa dexteritate excusæ sunt.

BIU Cujas

GVLIELMI BENEDICTI VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS FAMOSISSIMI,

TOLOSANIQVE SENATORIS CLARISSIMI DE DVCATV

Normaniæ, aquitaniæ, & Comitatu Andegauiæ, Cenomaniæ, Turonensi, de Ponthieu, Ebroicarum, & Pictauiæ, Tractatus, quo dictos Ducatus & Comitatus Illustrissimo Francorum Regi, Coronæque Franciæ pertinere apertissimè Lectoribus demonstratur.

Summæ totius Tractatus.

1 *Rollo saracenus ex dãnato coitu Gulielmũ habens filiũ, duxit posteà filiam regis Galliæ, Normaniam in dotẽ accipiens.*
2 *Matrimonium sectæ diuersitas impedit. & nu.3.*
4 *Normania quare dicatur, quæ prius Neustria.*
5 *Sigillam vxorem occidit Rollo.*
6 *Legitimari per sequens matrimoniũ non potest natus in diuersis sectis, & alio intermedio matrimonio.*
7 *Gulielmus Rollonis spurius pro Normaniæ duce se gerit.*
8 *Gulielmus rex Angliæ per conquestam factã quatuor habuit liberos.*
9 *Henricus Beau clerc vltimus filius, regnum & ducatũ occupauit.*
10 *Normaniæ ducatus tribus mediis coronæ Frãciæ vnitus.*
11 *Mahenlta vnica Henrici filia nubit bis. & nu.12.*
13 *Henricus secundus vnicus Mahenltæ, & patris hæres.*
14 *Adella Gulielmi regis & ducis filia, Tibaldum de Cãpania genuit, qui regnũ & ducatũ occupauit. & nu.15.*
16 *Ludouicus pius Franciæ rex Henrico secundo regnum Angliæ cum ducatu restitui fecit.*
17 *Ludouicus pius Alienorũ Tibaldi hostis ducit filiã, quæ ducissa tunc erat Aquitaniæ, & comitissa Pictauiæ.*
18 *Aquitaniæ ducatus tres tantùm continet senescalias.*
19 *Alienora in necem mariti conspirans repudiatur.*
20 *Aquitaniæ ducatus, & Pictauiæ comitatus ob Alienoræ crimen, regi Franciæ confiscantur.*
21 *Ioannes de temporibus vixit annos trecentum sexagin- & vnum.*
22 *Alienoram à rege Galliæ repudiatã ducit Henricus rex Angliæ.*
23 *Philippus à Deo datus Ludouici regis filius.*
24 *Aquitaniæ ducatũ cum comit. Picta. licet confiscatũ retinuit Henricus: & pro eo facit homagium Philippo.*
25 *Henricus secũdus ex Alienora quatuor suscepit liberos.*
26 *Thomas Cantuariensis quare occisus.*
27 *Ioannes sine terra, vltimus Henrici secundi filius facino rosè regnum, ducatum, & reliqua occupat.*
28 *Læsæ maiestatis crimẽ in regẽ Galliæ ab Anglo cõmissum.*
29 *Ioannis bona, quæ in Gallia tenebat confiscantur.*
30 *Normaniæ ducatus multis nominibus regi Galliæ cõfiscatus. & nu.31. & 32.*
33 *Aquitaniæ ducatus post confiscationem Anglo semel & iterum restitutus.*
34 *Beati Ludouici cum Anglis conuentio.*
35 *Edoardi primi felonia. & nu.36.*
37 *Edoardi secundi felonia. & nu.38.*
39 *Edoardi tertij felonia.*
40 *Angli quid pro se allegent, & ad eos respõsio. & num.41. 42. & 43.*
44 *Carolus quintus imperator Lutetiam venit, & num.45.*
46 *Henrici quinti & sexti feloniæ.*
47 *Felonia duplex Anglorum. & nu.48.*
49 *Renuntiatio superioritatis regni non valet. & nu.50.*
51 *Normanorum origo.*
52 *Rollo primus Normanorum dux contra Gallos.*
53 *Normanorum in Gallos crudelitas.*
54 *Rollo Gulielmum filium ex concubina suscepit.*
55 *Neustria de antiquo regũ Franciæ domainio Rolloni datur.*
56 *Sigilla regis filia datur Rolloni baptizato, vnà cum Neustria.*
57 *Normania vnde dicta, quæ prius Neustria.*
58 *Normani & Angli potatores egregij.*
59 *Angli & Scoti vinum plus appetunt, quo carent.*
60 *Rollo vxorẽ repudiat, necat, & ad cõcubinã reuertitur.*
61 *Confiscatio prima Normaniæ, ex Rollonis delicto, & liberorum defectu.*
62 *Legitimatio per subsequens matrimoniũ quãdo nõ fiat.*
63 *Gulielmus Rollonis filius optimus belli dux.*
64 *Gulielmus rex Angliæ per conquæstam factus quatuor habuit filios & vnam filiam.*
65 *Henricus vltimus Gulielmi filius regnũ & ducatum occupat.*
66 *Confiscatio secunda Normaniæ tẽpore Henrici primi, triplici medio.*
67 *Mahenlta Henrici vnica primum imperatori, deinde Gauffredo nupsit. & nu.68.*
69 *Henricus secundus hæres vniuersalis ex Mahenlta & Gauffredo.*
70 *Tibaldus de Campania Angliam innadit.*
71 *Alienora Aquitaniæ ducissa Ludouico Frãcorum regi (nupsit.*
72 *Alienoræ crimen in virum.*
73 *Tibaldum Angliam & Normaniam occupantem pellit Franciæ rex, & Henricũ secundũ restituit. & nu.74.*
75 *Aquitaniæ ducatus prima confiscatio.*
76 *Ludouicus rex, quare pius vocatus. & nu.77.*
78 *Alienoram à Gallo repudiatam ducit Anglus.*
79 *Philippus audax nascitur Ludouico.*
80 *Somnium Ludouici ante Philippi natiuitatem.*
81 *Philippus anno ætatis decimoquarto, & viuente patre coronatus.*
82 *Alienora peperit Anglo quatuor filios, & vnam filiam.*
83 *Confiscatio alia ob Henrici secundi felonias.*
84 *Philipp' cõfiscata ob Hẽricũ Richardo ei' filio restituit.*
85 *Confiscatio alia ob Richardi felonias.*
86 *Ioannes sine terra scelere fit rex.*
87 *Confiscatio alia contra Ioannem sine terra. & nu. 88.*
89 *Henricus tertius Ioanni succedit.*
90 *Aquitaniæ ducatus Henrico tertio à beato Ludonico restitutus. & nu.91.*
92 *Aquitaniæ ducatum quinque comitatibus auxit beatus Ludouicus.*
93 *Angliæ rex denuo factus vasallus regis Frãciæ. & nu.94.*
95 *Angli non steterunt pollicitis.*
96 *Beatus Ludouicus apud Thuniciũ defunctus. & n.97.*
98 *Edoardus primus Henrico tertio successit.*

BIU Cujas

99 *Edoardi rebellio,& confiscatio.*
100 *Philippo Perpigniani mortuo succedit Philipp⁹ pulcher.*
101 *Aquitaniæ ducatũ restituit Philippus pulcher Edoardo.*
102 *Edoardi eiusdem alia felonia,& confiscatio.& nu.*103.
104 *Philippus pulcher moritur tribus relictis filijs, & vna filia Edoardi secundi vxore.*
105 *Edoardi secundi rebellio,& confiscatio.& nu.*106.
107 *Edoardo tertio restituit Aquitaniam rex Galliæ. & numero* 108.
109 *Edoardi tertij insignis rebellio.*
110 *Aquitaniæ superioritatem alio tractatu prætendunt Angli,cui respondetur.& nu.*111.112.113.& 114.
115 *Carolus v.Imperator Gallorũ ius cõtra Anglos probauit.*
116 *Clemens vij.Pont.pro Gallis contra Anglos iudicauit.*
117 *Henrici quinti & sexti rebelliones.& nu* 118.& 119.
120 *Regnum totum Angliæ non sufficeret reparationi malorum Galliæ ab eis illatorum.*
121 *Confiscatio quando fiat ipso iure,siue facto hominis. & nume.*122.
123 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendũ.*
124 *Actioni contra tam potentem hostem non currit præscriptio.*
125 *Renũtiatio superioritatis in decolorationem publici status non valet.*

1 DVDVM fuit in humanis † Rollo *le Dannoys* saracenus, qui amore cuiusdam filiæ Comitis de Bessino, Deo fidelis,& christianæ, quæ Popa vocabatur, exardescens ex ea filium suscepit nomine Gulielmum *dict longue espee*: & sic damnato coitu genitum cùm illã eo tunc non desponsasset. Præterea quia ipse saracenus,& puella Christiana erat,
2 †inter quos ob sectæ diuersitatem matrimonium esse non poterat. Quo tempore Normania de antiquo domaynio, & hæreditate Francorum regis existens, Neustria secundum chronica vocabatur,cõtinuato nomine vsque ad tempora Caroli regis Franciæ *dict le Simple*:
3 †qui pro pace cum eo & Normanis Franciam deuastantibus habenda filiam suam nomine Sigillam dicto Rolloni eo pacto,quòd Christianus fiet,cum dicto ducatu Neustriæ,quem eidem Rolloni tradidit, & suis liberis ex dicto matrimonio in posterum descendẽtibus nascituris,dedit in vxorem. De quo Gaguinus lib.quinto,capit.iij.prope finem tantùm sequentia dicit:intercedẽtibus legatis res acta est.Rolo Sigillam Caroli filiam vxorem recipit, & in dotẽ Neustriam,quæ ab Epta fluento ad Britones terminatur,clauditúrque Gallico Oceano. Rebus vt maximè Carolus cupiebat,ordinatis, Rollo Rothomagum profectus initiatur sacris,& lauacro Christiano appellatus est Robertus,à Roberto Pictauorum comite, qui receptæ à Rollone fidei testis assistebat.
4 † Neustriam adeptus Rollo eam Normaniã appellauit,quòd eam homines à Septẽtrione profecti occupassent.North enim Danorum lingua Septentrionem,Man vero hominem signat.Inde vocabulo cõposito Normani, id est, Septẽtrionales. Et Normania ad hũc vsque diem vocitatur. Eius tam barbaræ & ferocis gentis dum originem quæro, eam ex Gothorũ feritate ortam accepi.Hæc ille.† Sed cùm primum Rollo possessionem ducatus habuit pacificam,
5 & prius quàm liberos ex Sigilla eius vxore aliquos suscepisset,eã à se repudiauit,& reiecit,& mori deinde miserabiliter fecit.Vnde etsi tam ex lege in matrimonio dicta,quàm ratione delicti perpetrati, ducatus ille ad regem,etiam iure communi si Galli vterẽtur,reuersus fuisset: Tamen Rollo ipsum propter regis,qui tunc guerris variis vndique agitabatur debilitatem de facto tenuit,& dictam Popam eius concubinam in vxotẽ duxit.† Sed nõ ex hoc Gulielmus
6 ille legitimatus fuit, nec legitimus esse potuit. Nec cap.tanta est vis matrimonij. qui filij sint legiti. Tũ propter sectæ diuersitatem tempore natiuitatis Gulielmi inter ipsos existentẽ, Tum etiam propter matrimonium inter ipsum Rollonem & Sigillam intermedium,locum habere potuit.Et si per obitũ Sigillæ absque liberis defunctæ, & per Rollonẽ occisæ ducatus ille ad regem non fuisset reuersus, prout fuit, quum limitata dispositio contractus matrimonij limitatum pariat effectum.Et non steterunt liberi, ad quos deferretur feudũ prædictum, quod culpa Rol-
7 lonis contigit. † Deinde successu temporis Rollone defuncto Gulielmus iam dictus eius filius pro duce Normaniæ,Aquitaniæ,necnon comite Pictauiæ Andegauen.du Maine,Turonen.de Ponthiu, & Ebroicarum,& plurium aliarum terrarum regni Franciæ se gerens,in quo Angli quo ad prædictas donationes
8 suum stipitem faciunt, † per cõquestam rex Angliæ effectus quatuor habuit liberos,scilicet Robertũ primò genitum, qui Normaniæ ducatum tenuit.Secundus fuit Gulielmus *dict le Roux*, in regno Angliæ succedens.Tertius nomine Rogerius, qui filiam vnicã Britanniæ hæredem desponsanit. Quartus fuit Henricus,studio Parisiensis,vt eccleiasticus fieret,deputatus. Cuius intuitu fuit ex hinc Henricus *Beau clerc* nominatus.Et prẽterea vnicam habuit præfatus Gulielmus filiam nomine Adellam, quæ nuptui tradita fuit Tibaldo comiti Carnotensi,& Blesensi: cui alterum Tibaldum,qui Campaniæ comes extitit, enixa fuit. Præfatus Robertus dicti quondã Gulielmi primò genitus Normaniæ dux, mare transfretauit pro Christo cõtra infideles pugnaturus.Gulielmus verò primi Gulielmi secundò genitus Anglorũ rex absq; liberis decessit: & pariter Rogerius tertiò genitus.
9 Quibus † defunctis, Henricus *Beau clerc*,postremò genitus regnum Angliæ occupauit, & contra Robertum eius fratrem primò genitum Normaniæ ducẽ, cui potius regnũ pertinebat,à Turcis in patriam reuersum guerram habuit.Qua tractatu amicorum pacificata se in Normaniam contulit:& suo fratre Roberto, & vnico eius filio cum Flandriæ comite eius auunculo, cui à patre in custodia traditus fuerat,cõmorante,interfectis,ducatum Normaniæ etiã occu-
10 pauit. † Et tũc tribus mediis fuit dictus Normaniæ ducatus coronæ Franciæ vnitus,& cõsolidatus. Primò propter feloniam, & fratricidiũ in persona dicti Roberti fratris primò geniti, & consequenter domini sui ac nepotis commissum.Secundò, quia dictum fratrem suum illiũsque filium,quibus in defectu prolis erat successurus,interfecit: & sic indignus successione,cùm necem eorum ab alio interfectorũ vindicare debuisset:vt infrà latius dicetur & probabitur: & tetigi suprà de cõiuge cõiugem interficiẽte,quarto principali arti.cõclusione iiij.versi.iij. fallit.Tertiò,quia dictum fratrem suum Normanum ducẽ, & Franciæ parem occidit,in contemptũ regis.Sed obstante regis impotẽtia & debilitate dux Normaniæ de facto perseuerauit Hẽricus *Beau clerc* antedictus.
11 Et † si prædictis mediis non fuisset ducatus Normaniæ cõfiscatus prout fuit,dico quòd demũ moriẽdo præfatus Henricus *Beau clerc*, huius nominis primus,vnicam nomine Mahenltam filiam, & hereden reliquit

BIU Cujas

reliquit, quæ Henrico quarto imperatori fuit cõiu-
12 gata.† Quo ab hac luce sine liberis ex illa subtracto,
fuit in secundis nuptiis maritata cum Gerfredo, seu
Gaufredo Martello filio Foulqueti, cui Foulqueto
rex Franciæ comitatum Andegauen. & Turonẽsem,
& Cenomaniæ simpliciter quo ad regimen, & nõ ali
ter in titulum commiserat. Qui Gerfredus seu Gau-
fredus tempore suo trans mare nauigauit, vltimúsq;
rex Ierosolymitanus fuit, & ꝑ dictorũ comitatuum
vero principe, licet eos Foulquetus pater à rege in
custodia, & simplici regimine habuisset, possessionẽ
13 illorũ interuertẽdo, se gessit. † Ex qua Mahẽlta eius
vxore vnicũ suscepit filium, videlicet Henricũ secun
dũ, qui ad causam & ex persona matris suæ Mahenl-
tæ rex Angliæ, & dux Normaniæ, & ex persona dicti
Gerfredi patris sui fuit comes Andegauensis & Ce-
14 nomaniæ, & Turonensis.† Ex matrimonio verò præ
fatæ Adellæ dicti primi Gulielmi quondã Angliæ re
gis, & Normanię ducis filiæ sororísque primi Henri-
ci, *beau clerc* nominati cũ dicto Tibaldo comite Car
noten. & Blesensi contracto descendit, vt dixi, co-
mes Theobaldus de Campania, qui secundũ aliquos
vocatus fuit Stephanus. Ex cuius matrimonio geni-
15 ta fuit Alienora eius vnica filia & hæres. † Qui quidẽ
comes Theobaldus de Cãpania manu potenti post
mortẽ dicti Henrici primi, *dict le beau clerc*, eius
auunculi regnũ Angliæ, ducatũ Aquitaniæ, Norma-
niæ & cætera ferè dominia, quæ dictus Gulielmus
primus eius auus paternus tenuerat, occupauit, & se
16 intrusit in ea contra dictũ Henricũ secundũ.† Vnde
Ludouicus Francorũ rex, qui postea dictus fuit pius,
filius ãlterius Ludouici *dict le Gros*, ac beati Ludoui-
ci proauus ægrè ferẽs, & cogitans regnũ Angliæ cæ-
teráque prædicta dominia potius proli masculinæ ex
dicta Mahenlta regis filia genitæ, & nũc Henrico se-
cundo in recta linea Henrici *beau clerc* existenti po-
tius deberi, quàm dicto comiti Theobaldo dictæ A-
dellæ filio in transuersali linea posito, aut aliis fortè
causis eũ mouentibus, succursum dicto Henrico se-
cũdo præbuit, cúmque regem Anglię coronari fecit.
In quorũ recõpensam beneficiorũ, Henricus ille se-
cundus, & Mahenlta mater eius comitatũ Ebroica-
rũ, & Vexinium seu patriã de Veulgueſin cũ pluri-
bus aliis circumadiacentibus terris dicto Ludouico
17 regi dederunt. † Exinde fuit dicta Alienora filia co-
mitis Theobaldi de Campania nuptui tradita Ludo
uico prædicto Francorũ regi filio dicti regis Ludo-
uici, *dict le Gros*. Quo tẽpore erat ipsa Aquitaniæ du-
18 cissa, & comitissa Pictauiæ: † nec refert quo titulo.
Eóque tũc & per antea ducatus Aquitaniæ nisi tres
cõtinebat prouincias, aut Senescallias, scilicet Burde
galensem, Lauarum, & Basatensem à rege Franciæ
sub homagio tẽtus. Ex quo matrimonio inter dictos
Ludouicum regẽ, & Alienorã ducissam, & comitis-
sam cõtracto, genitus fuit Philippus secundus, *dict le
conquerant*, aliàs, *le courageux*, secundum aliquos, qui
bꝰ quo ad hoc nõ assentit Gaguinus, vt in frã dicetur.
19 † Quo constante matrimonio dicta Alienora, quia
grauissimè contra dictũ Ludouicum eius maritũ, &
supremum dominũ deliquerat in multis, præsertim
stans cum ipso extra regnum, & vltra mare cõtra in-
fideles, machinata mortẽ sui mariti, & feudorũ suo-
rum domini, & cum Soldano Babyloniæ maritum di
mittere, eíque Soldano infideli nubere contra legem
Dei, & matrimonij sui, atq; in actu fugæ nauim in-
trare volẽs, reperta & deprehensa extiterat: fuit alio
honesto honore supposita per maritum eius regem
& dominum repudiata, sententia diuortij per Eu-
genium secundum põtificem maximum promulga-
20 ta inter eos.† Ex quo facinore feuda quæ ipsa Alie-
nora à rege tenebat, sicut ducatus Aquitaniæ, & co-
mitatus Pictauiæ, fuerunt ipso facto regi confiscata:
quum in tali crimine læsæ maiestatis confiscatio fiat
ipso iure. Et quia dictus Ludouicus de illa, seu eius
persona aliter se non vindicauit, fuit pius ex post no-
minatus. De dictis Ludouico, & Alienora cõiugibus
narrat solùm Gaguinus libr. vj. cap. tertio, iuncto cũ
21 fine principio, eo tunc † Ioannẽ de temporibus an-
nos trecentum sexaginta & vnum vita functum de-
cessisse. Ludouicum q; suppetias rei Christianæ latu-
rum (crucis insigni assumpto) promisisse: quẽ secu-
ta Alienora vxor cõcomitata est. Regresso in Galliã
Ludouico, Hẽricus, qui regnum Angliæ postea ade-
ptus est, regẽ orat vt suppetias illi ferat aduersus Ste
phanum Anglum, qui Normaniã iniustè occupabat.
Cõparato igitur exercitu rex in Stephanũ copias du-
cẽs non difficili negotio Normaniã recuperat. Qua
Henrico restituta Henricus Vexinium regi dat. Ea-
dẽ ferè tempestate Alienoram petulãtem quidẽ fœ-
minam rex dimisit, pleriſq; assẽuerãtibus cognatio-
22 nis gradu Ludouico attinere.† Quã à Ludouico di-
missam Hẽricus vxorem desponsat. Quæ res initium
fecit multis postea bellis. Nam ob eas nuptias Ande
gauia, Cenomania, & Turonensis comitatus Henri-
co aduenere: Quos principatus vnà cum Angliæ re-
gno suscepit potens aduersus Frãcos effectus. At rex
ne sine liberis masculis vita defungeretur, Constan-
tiam Alphonsi Castellæ regis filiam ducit, quæ dum
secũdo partu filiã alterã edit, moritur: huic superin-
duxit Alizam Theobaldi Blesensis filiam forma pu-
dicitiáq; laudatissimam. Postea subiungens cap. iiij:
Tam egregiis gestis Deo hominibúsque cõmenda-
tissimis cùm esset Ludouicus, liberis tamen infœcũ-
dus, præcipua illi cura erat suscipiendæ prolis. Eam
ob rem hanc vnam solicitudinem tantùm Deo com-
23 mittebat.† Ergo exauditus Philippum ex Aliza sus-
cepit: qui propterea, ꝙ Dei munere datus esse crede
retur, A deo datus cognominatus est. Verùm prius
quàm nasceretur quiescenti patri hoc insomniũ ap-
paruit, videre visus est filium calicẽ manu tenere hu-
mani cruoris plenũ, cúmq; suis proceribus propina-
re, ex quo ipsi biberẽt imperterriti. Quod visum pa-
ter vni tantùm Henrico Albano, qui legationẽ Apo-
stolicã apud Francos per id tempus regebat, retexit.
Sed defuncto Ludouico legatus rem propalat. Hæc
ille. Cuius autẽ fuit filius dictꝰ Philippus, dictæ Alie-
noræ vel Alizæ, quo ad propositũ non refert: quum
satis sit eum fuisse dicti regis Ludouici filium post
eum regẽ factum. Et si modo supra dicto confiscata
ob delicta Alienoræ nõ fuissent dominia supradicta:
reperi quòd executato diuortio Henricus secundus
antedictus Anglorum rex dictam Alienoram eius cõ
sanguineam duxit in vxorem: & ducatum Aquitaniæ
ac comitatum Pictauiæ, licet confiscati essent, re-
24 tinuit cum vxore. † Pro quibus terris ex post dicto
Philippo secundo Ludouici pij filio viuente adhuc
patre coronato, in eadem coronatione astitit, pro de-
bito subiectionis obsequens. De quo idem Gaguinus, vbi suprà cap. iiij. in princi. Anno, inquit, super-
iore q̃ Ludouicus mortem obiret, curat Philippum
regni consortem assumere. Quare Rhemis perductũ
magna pompa adolescẽtem sacrare iubet, annum vix
xiiij. agentẽ. Cui dum coronatur, Gulielmus nouelli
regis auunculus Rhemorũ primas, & sanctæ Sabinæ

Car-

BIU Cujas

Cardinalis Romanus legatus affuit. Henricus item Angliæ rex ob eas, quas à rege in Francia terras possidebat, obsequens pro debito subiectionis Philippo
25 astitit. Hæc illæ. † Ex qua Alienora quatuor suscepit liberos masculos: Et vnicã filiã nomine Alienoram, & secundum alios Margaritã, quæ Alphõso regi Hispaniæ nupsit. Ex quo filiã nomine Blancham suscepit. Quam posteà Ludouicus *debonnaire* Francorum rex, filius dicti Philippi *le conquerant*, duxit in vxorẽ. Ex qua natus fuit beatus Ludouicus Francorũ rex. Quatuor autem filiorum dictorũ Henrici secundi, & Alienoræ coniugum primus fuit Henricus, qui patre viuente fuit rex coronatus: & de sui consensu oc-
26 cidi fecit sanctissimum præsulem beatũ † Thomam Cantuarien. honorem Dei, & libertates ecclesiæ defendentem: de quo loquitur cap. sicut dignũ. de homicidio. Qui patri suo prædecessit, nec fuit in numero regũ Angliæ connumeratus, & meritò. Secundus ergo dicti Henrici filius fuit dictus Richardus *dict Cueur de lyon*, qui Henrico illi secundo patri suo successit in Angliæ regno, oblitus beneficiorũ per Ludouicum pium patri suo Henrico secundo in sua coronatione, & Normaniæ recuperatione impẽsorum, contra dictum Philippũ *le conquerant* Frãcorum regem dicti Ludouici filium, & suum supremum ratione terrarum & principatuum, quæ in Francia ex persona suorum, patris & matris tenebat, dominũ, bellum mouit, feloniã cõmittendo ac infidelẽ rebellionem, decessit & tandem sine liberis. Cui tertius succesit. Tertius ille filius fuit Gerfredus, qui comitissam Britanniæ despõsauit in vxorẽ. Ex qua Arturũ filium, & Alienorã filiã suscepit. Ad quos, saltem ad Arturum filium tota Hẽrici secundi aui sui successio medio Gerfredi sui patris deuoluta fuit. Quartus
27 † filius fuit Ioãnes sine terra nomen habens, qui dictis Arturo & Alienorę ex dicto Gerfredo fratre suo nepotibus in tenera ætate constitutis, fuit tutor datus & gubernator. Tamen ambitione permotus, cõsiderans potentiã & tam amplã excellentémque dominationẽ interitu nepotũ sibi obuenturã, in necẽ eorũ cõspirauit: & adeo ꝙ Arturũ prædictũ de summitate castri præcipitari fecit deorsum in villam, in qua fracta ceruice, & mẽbris dissolutis, protinus expirauit: & Alienorã in carcere vsque ad mortẽ detineri fecit, atq; successionẽ totã, & vniuersa quæ Hẽricus secũdus eius pater, & Alienora genitrix tenuerant, velut proximior occupauit & vsurpauit, & pro rege Angliæ, ac duce Nomaniæ, Aquitaniæ, & comite Pictauiensi, Andegauen. Cenomanensi, & Turonensi se gessi: ita ꝙ de omnibus bonis tam paternis quàm maternis se de facto saisiuit. Nec his contẽtus, sed superbia elatus, grauissimas rebelliones, in obe-
28 dientias, conspirationes, ac proditiones, † & cõsequẽter crimen læsæ maiestatis contra Philippum regem Frãciæ prædictũ suũ supremũ dominũ, à quo dictos ducatus, & comitatus tenebat in feudum, cõmisit &
29 perpetrauit. † ad causam quorũ, & etiã quia sanguinẽ proprium nece dicti Arturi nepotis sui, cui si absque liberis naturaliter decessisset, successurus erat, fundẽdo ingratissimus fuerat: & nũc successione indignus, fuit per pares Franciæ hoc casu iudices cõpetentes citatus personaliter cõpariturus in loco de Stãpis data ei regia securitate: & deinde Carnuti. In quibus locis in ꝓpria persona cõparuit, & in suis iustificationib. fuit auditus. Sed die altera ei ad comparẽdũ in Vindonicio asignata comparere noluit, imò mala malis acumulando cõtra regẽ se possetenus fortificauit. Cuius considerata contumacia & temeritatis audacia, ac cordis obduratione, & noua rebellione, fuit contra eũ cõfiscatio omniũ, quæ à rege tenebat per pares erga ipsum regem cõsultissimè declarata.
30 Ex † qua ducatus Normaniæ quatenus per mortẽ dictæ Sigillæ absq; liberis defunctæ per Rollonẽ eius maritũ occisæ nõ fuisset lege matrimonij sui ad regẽ reuersus prout fuit. Nec etiã ex persona dicti Henrici beau clerc fratrẽ suũ Robertum Normaniæ ducẽ & ex illo nepotem occidendo cõfiscatus, prout ipso iure fuit, vt suprà vidistis. Nũc ex persona dicti Ioãnis titulo declaratæ cõfiscationis regi clarissimè pertinuit, & respectu ducatus Aquitaniæ, & comitatus Pictauiæ, quæ dictæ Alienoræ matri suæ pertinuerant, quatenus non fuissent ex persona illius cõfiscatæ, prout fuerunt ex delictis cõtra maritũ regẽ, & do-
31 minum feudorum cõmissis, vt suprà vidistis. † Nunc indubitanter ex persona Ioãnis medio prædicto etiã regi pertinerent cum cæteris comitatibus supradictis per eũ vsurpatis & occupatis. Ita ꝙ rex si nõ fuisset dominus plenus, tamẽ nũc effectus fuit dux Normaniæ, Aquitaniæ, & comes Pictauiæ, Andegauiæ, Cenomaniæ, Carnoten. Blesensis, Campaniæ & Turonensis, medio dictæ confiscationis: necnon comes Ebroicarũ, & de Veulguesin, Vexinio seu de medio donationis remuneratorię per Henricũ secũdum & Mahenltam eius matrem Ludouico pio factæ, vt suprà dictũ est. In quibus sic confiscatis dictus Ioan. hæredẽ non habuit. Sed quo ad regnũ Angliæ ei succesit Henricus huius nominis tertius eius filius tertiò genius tẽpore mortis suæ solus superstes. De isto Ioanne ad propositũ vltra chronica Franciæ historia
32 Angliæ sic dicit. † Iste Ioãnes propter feloniam commissam in personas Arturi nepotis sui, quẽ proditoriè occidi fecit, & Alienoræ neptis suæ, rex Francorum abstulit ei oẽs terras, omniáque dominia, quę & quas possidebat in regno Frãciæ. Hęc ibi. Huic regi Philippo *le cõquerant* succesit Ludouicus *dict debonnaire*, eius filius: qui Blancham filiã regis Hispaniæ, vt suprà vidistis, duxit vxorẽ. Ex qua susceperat beatum Ludouicũ regem Franciæ: ideo cõtra huiusmodi cõfiscationes dicunt Angli & allegant tractatũ pacis factũ ex post & passatũ inter dictum beatum regem Ludouicum, & dictũ Henricum tertiũ præfati
33 Ioãnis filiũ Angliæ regẽ. † Cuius tenore beatus Ludouicus dedit ducatũ Aquitaniæ dicto Henrico tertio, vt succinctè in trãscursu lectionis suprà dixi. Sed vt tractatus ille clarè non obstet, scire debetis ꝙ beatus Ludouicus cupiens, & affectans apud infideles transfretare, eósq; debellare, quod facere securè non poterat, nisi pacem in regno Frãciæ ab Anglis persequutato poneret, & cum eorũ rege conueniret: ne eius absentia durante regnũ periclitaretur, cũ dicto Henrico cõsequẽtibus Eymundo, & Edoardo dicti Henrici filiis, ac principibus & gentibus trium sta-
34 tuum Angliæ apunctauit in hunc modũ. † Videlicet, quòd beatus Ludouicus dedit, & transportauit libera voluntate titulo donationis dicto Henrico tertio Angliæ regi, & suis successoribus ex legitimo matrimonio procreatis, dictum ducatũ Aquitaniæ, prout olim tres cõtinebat Senescallias, scilicet Burdegalẽ. Lauarum, & Basatensem. Quam donationem acceptauit Hẽricus prædictus pro se, & dictis suis successoribus, tacitè cõfitendo prius regi Ludouico pertinere medio dictarũ confiscationũ. Et in augmẽtum dictarũ donationũ idem beatus Ludouicus addidit dicto ducatui patriã Xanctonen. citra flumen Charante

BIU Cujas

rante ex hac parte, nec non comitatus Petragoricẽ. Agenen. Caturc. Aruerniæ, & Lemouicen. cũ eorum pertinẽtiis & depẽdentiis, quæ antea nunquã fuerunt de dicto ducatu: imò suos particulares habebant comites & dominos saluo sibi homagio ligio per reges Angliæ pro tẽpore existẽtes regibus Frãciæ, etiã ꝑ tẽpore existẽtibus fiendo tẽpore debito eorũ supremis dominis: & salua superioritate & resortio, ꝑut cæteri duces & pares Frãciæ. Et vltra dedit idẽ Ludo. eidẽ Henrico pagamẽtum ccccc. militũ, vt decet garnitorum pro vno anno integro, ascẽdens ad summã xj. mille scutorum monetæ tunc currẽtis, realiter eidẽ Henr. numeratũ & deliberatum. Quos milites ipse Hẽr. secũ ducere debebat & promisit in succursum dicti Ludo. contra infideles. Et cũ his renunciauit dictus Henri. de cõsensu quorũ suprà, ꝑ se & suis succes. in cõmodum & fauorẽ beati Lud. & suorũ in posterum successorũ omni iure per eũ, & suos prædecessores prætẽso in ducatu Normaniæ, & comitatib⁹ Pictauiensi, Cenomaniæ, & Turonen. & generaliter omnibus aliis terris & dominationibus quas ipse Henr. & sui prædecessores potuerunt, & possent in futurũ successores quocunq; medio aut titulo in quacunq; parte regni Frãcię. Cuius apunctamẽti medio fuit dictus Hẽricus iij. effectus verus, & indubitatus vasallus regis ꝑ dicto Aquitaniæ ducatu sic augmẽtato: ꝑ quo fecit regi homagiũ, & præstitit fidelitatis iuramentum. De quo apunctamento per beatũ Lud. sic passato plures domini, & alij diuersorũ statuũ regni Frãciæ, & dicti ducatus Aquitaniæ fuerũt malè contenti, maximè vasalli dictorũ comitatuum Petragoricen. Caturcẽ. & aliorũ circumuicinorum: adeo quòd licet dict⁹ rex Lud. fuerit, & sit per ecclesiã canonizatus sanctus, ipsum longo tẽpore non reputarũt sanctũ, nec diẽ ei⁹ festũ coluerũt, dolẽtes cecidisse, in manus Anglorũ, qui promissa in dicto apunctamento minimè tenuerunt. Nec Henri. ille iij. ad infideles cũ dictis militibus, vt promiserat, transfretauit, nec eos ad beatũ Lud. misit: ob quod malè eidẽ Lud.
35 in terra illa succesit: vt patet in eius chronica. †Præterea à post mortẽ dicti Henrici iij. Angliæ regis, Edo ardus huius noĩs primus ipsius Henrici secũdus filius ei succesit in regno Anglię, & ducatu Aquitanię. Pro quo ducatu homagium fecit ligium, & iuramentũ fidelitatis præstitit Philippo Frãcorum regi filio beati Ludouici, cuius filiã desponsauerat nomine Margaretã, cui fuit in dotẽ datus comitatus de Pontiniaco. Tamẽ respõdere dictus Edoardus nunquã voluit in Parlamento regio: & quod deteri⁹ est, multas fecit
36 cõtra Philippũ regẽ Frãcię beati Ludouici filiũ felonias, & graues inobediẽtias: ad causã quarũ maior pars dictorum ducatus, & comitatus sayita fuit sub manu regia, sub qua permansit †donec post mortem dicti Philippi, quòd fuit factũ apũctamẽtũ inter Philippũ pulchrũ dicti Philippi filiũ, & dicti beati Ludouici nepotẽ, & dictum Edoardũ Angliæ regẽ. Pro quo apunctamento melius & firmius tenendo, idem Philippus Pulcher filiã suã secundã nomine Isabellã tradidit Edoardo huius nominis secundo, *dict de Cauercion* filio dicti Edoar. primi in vxorẽ: ex qua sus-
37 cepit Edoardũ tertiũ eius filiũ. †Post quorũ Edoardi primi Angliæ, & Philippi Pulchri Franciæ regum mortem dictus secundus Edoardus, *dict de Cauercion* rex Angliæ effectus homagiũ facere, & cętera deueria præstare, ad quæ ratione ducatus Aquitaniæ, & comitatus de Ponthieu regibus Francorum tenebatur, recusauit, scilicet Ludouico Hutino primogenito: deinde post obitum Ludouici absque liberis masculis defuncti, Philippo longo: & postremò post Philippum sine liberis mortuum, Carolo pulchro dicti Philippi pulchri filiis successiuè regibus Franciæ. Ad causam cuius Carolus comes de Valesio, frater dicti quondam Philippi pulchri & patruus seu auunculus dictorum trium regũ, qui post mortẽ Philippi pulchri successiuè regnaret, missus fuit in Aquitaniã: & pariter Philippus Valesianus dicti Caroli comitis filius, qui demũ post dictos tres fratres fuit rex Frãciæ, vt vidistis in verb. *Duas habẽs filias*. Per quos Carolum & Philippum pãtrem & filium, fuerunt dicti ducatus & comitatus sub manu regia positi: & sayiti: præsertim propter multas & graues rebelliones factas per dictum Edoardũ de Cauerciõ sororiũ dictorum regũ, & suos officiarios. Vnde Angli videtes dicta feuda esse perdita, cõsuluerunt, quòd dictus Edoardus de Cauercion cederet & transportaret dictos ducatũ & comitatũ, illósq; donaret dicto Edoardo tertio eius filio primogenito de Vuandefore, ex dicta Isabella susceptо, atque nepoti dictorum trium regum, qui homagium pro eis offerret dicto Carolo pulchro eius auunculo tunc regnanti. Et ita factũ extitit, & in Franciã ad dictũ Carolum pulchrum regẽ eius auunculum, Edoardus ille tertius se cõtulit, vbi eo tempore dicta Isabella mater sua, propter aliquas discordias & partialitates in Anglia tunc vigẽtes, ve-
38 nerat, & cum dicto Carolo eius fratre erat. †Cuius intuitu & contemplatione Carolus pulcher rex dicto Edoardo eius nepoti omnia prędicta restituit, eiúsq; homagium & fidelitatis iuramẽtum, prodictis ducatu & comitatu susceptit in forma consueta, & cum rege stetit annointegro & vltrà: & demum in Angliam rediit cum matre sua. Nec longè post obiit Carolus pulcher sine liberis: ex quo illa grandis exorta fuit quæstio, cui regnũ Franciæ deberetur, vel dicto Philippo Valesiano filio dicti Caroli comitiis de Valesio tunc defuncti, dicti Caroli pulchri vltimi regis consobrino germano, ex linea masculina descendenti: aut dicto Edoardo tertio ex dicta Isabella eiusdem Caroli sorore nepoti, & sic linea fœminea existenti. Tamen perpares regni fuit iudicatũ in fauorem Philippi Valesiani, cui Edoardus ipse consensit, & ei homagium ligiũ pro dictis ducatu Aquitaniæ & comitatu spõte & liberè apud Ambianos præstitit, ipsúmque in regem & eius supremum dominum recognouit, vt plenè dixi in dicto verbo, *Duas habens filias*. Quæ omnia fuere per proceres Angliæ confirmata.
39 †Sed iis nõ abstantibus sine causa & occasione rationabili dictus Edoardus iij. contra suũ iuramẽtum veniendo, & fidem promissam violando, guerrã mouit asperrimã cõtra dictum Philippũ Frãciæ regem eius dñm: conatúsq; suos fecit ei coronã auferre, & totum regnum, ad hoc fines subditos regni commouẽdo & munitãdo cõtra regẽ: iterum terrã, scilicet ducatum Aquitaniæ & comitatũ prædictum, & cætera quæ in Francia tenebat cõfiscando. Cùm clarius nõ sit aliud in vasallo mediũ confiscationis, q̃ machinari in mortẽ & exhæredationẽ sui supremi dñi. Ex quo resultat & necessariò sequitur dictos ducatũ Aquitaniæ, & comitatũ de Põthieu regi ꝑtinuisse & pertinere, & tractatũ pacis & transportũ per beatũ Ludouicũ necnõ per Philippũ eius filiũ in cõtractu matrimonij dictę Margaritæ filiæ suæ cum Edoardo primo celebrati: & restitutionẽ eorundẽ ducatus & comitatus per Carolum pulchrũ eidem Edoardo iij. eius nepoti: cæteráque inde sequuta fuisse, & esse cooperta, & tincta

medio

medio dictarum multiplicatarũ cõfiscationũ postea
40 secutarũ.† Sed iterũ allegãt Angli, & in mediũ dedu
cũt aliũ pacis tractatũ inter eos & regẽ & Ioannẽ tũc
in Anglia detentũ, & Carolũ v. eius filiũ, Normaniæ
ducẽ, regnũ Frãciæ in absentia patris regentẽ, passa-
tum in loco Britigniaci. Cuius tenore tã pro delibe-
ratione dicti Ioãnis regis quàm ꝓ sopiendo & paci-
ficãdo oẽs querelas, quas dictus Edouardus iij. in re-
gno & corona Frãciæ pretendebat, saltem in multis
partibus regni, dictus ducatus Aquitaniæ modo prę-
dicto in tractatu per beatũ Ludouicũ facto, extensus
simul & comitatus Pictauien. de Ponthieu, Agenen.
Bigorræ, cũ resorto de Armaignaco, & aliarũ terra-
rum Vasconiæ, nec non comitatus Xantonen. vltra
Charãte flumen, cũ iã vsq; ad dictũ flumẽ fuisset idẽ
comitatus ducatui Aquitanię per beatũ Ludouicum
vnitus: etiã patria & terræ Daulius, Meronay, Calays
Genes, & plures aliæ terræ in dicto tractatu latius cõ
tentæ fuerunt purè & absolutè traditæ, nullo retento
41 resſorto nec superioritate, &c.† Tamẽ nõ obstat ille 45 † Quartò non obstat dictus tractatus: quoniam post
prætensus tractatus propter plura cõtra Anglos per- omnia præmissa: cùm dictus Edoardus tertius, quin-
emptoria. Primò quia dictus Edoardus Angliæ rex, que habuisset liberos, quorum primus fuit Edoardus
in dicto pacis tractatu principaliter renũtiare coro- princeps Galarum qui genuit Richardũ: postea An-
næ Frãciæ, & iuri in ea prætẽso promiserat: sed nunq̃ gliæ regem: quo sine liberis defuncto, Hẽricus quar
renuntiare voluit, quãuis sæpe per regẽ Franciæ, aut tus filius Ioãnis de Gand, sic nominati, quia in villa
ab eo deputatos potestatẽ renuntiandi dicto ducatui Gandensi natus fuerat, filij tertiò geniti dicti Edoar
Aquitaniæ, & eius superioritati, residuáque pacta te- di tertij, & tũc nepos eiusdem Edoardi in regno An-
nendũ specialiter habẽtes, debitè fuerit loco & tẽpo gliæ successit: ex quo Henrico genitus fuit Henricus
re debitis interpellatus. Vnde qa rex Angliæ præfa- quintus & post eum rex Angliæ: qui genuit Henri-
tus noluit ex parte sui renunciare iuri quod in regno 46 cum sextum. †Vnde mala malis accumulando dicti
& corona Franciæ prætendebat: semper rex Franciæ reges Angliæ, præsertim Henricus quintus & Henri-
dux saltẽ superior in Aquitania remansit: cuius supe- cus sextus tẽpore Caroli sexti & Caroli septimi Frã-
rioritati nũquam renuntiauit: quia non tenebatur pa ciæ regum de facto & vi armata ducatũ Normaniæ:
ctũ vicissitudinariũ seu reciprocum adimplere dicto cui ducatui Henricus tertius dictorũ regum Angliæ
regi Angliæ, qui ex parte sui recusauit ꝓmisso satis- prædecessor, in persona beati Ludouici mediãte du-
facere. l. cũ ꝓponas. C. de pac. facit l. Iulianus. §. offer catu Aquitaniæ renuntiauerat, vt dixi. Et sic venien-
ri. ff. de actio. emp. & vẽd. fuerũt enim renũtiationes do contra tractatum cum beato Ludouico passatum,
hincinde fiendæ mutuę & reciprocæ: & ex parte An- Aquitaniam iterũ perdidit, villam Parisiẽsem, & ma
glorum stetit, quominus cõpletę fuerint, & nec fides iorem regni partem occupatũt, possetenus reges an-
ei seruari non debuit, vt d. l. cũ proponas. Nec ad co- tedictos veros & naturales ac indubitatos hæredes
gendũ regẽ Frãcię actionẽ habuerũt, nec habent sal- 47 Franciæ à regno expellere satagendo. † Ex quo duæ
42 tem efficacẽ: vt d. §. offerri. †Secundò, quia promise- principales resultant feloniæ. Prima fuit perseueran-
rat rex Angliæ Frãciam euacuare, & quamlibet eius tia & obduratio in malitia semper suorũ prædeceſſo
partẽ purgare cohortibus, aciebus & turmis suorum rum feloniam, crimina, & rebelliones continuando.
armigerorũ, quos in Frãciam duxerat: quod non fe- Secunda est, quia eorum ambitio iniustè cõtra ius, &
cit, imò regnũ Frãcię, vt prius deuastare permisit: oc veritatem, fuit causa occisionis duorum milliũ per-
cisis post dictũ tractatũ xx. mille hominibus & vltra, sonarum, & vltra, ac destructionis & demolitionis
ex quibus & cæteris malis per Anglos perpetratis, & infinitarum ecclesiarum, conuentuum, monasterio-
pro dictos Anglos à regno aliter expellendo, fuit re- rum, ciuitatum, villarum & castrorum: necnon deflo
gnum Franciæ de summa sex millionũ auri & vltra rationis ac prostitutionis infinitarũ virginum & a-
43 damnificatũ.† Tertiò, qa non obstãte dicto tractatu, liarum honestarum mulierum, & perditionis ac rapi
& post illius passationẽ Edoardus princeps Galarum næ infinitorum bonorum mobilium etiam precioſo-
filius dicti regis Angliæ primogenitus, & pro tunc rum: & (quod plus est), sacrorum & Deo dedicato-
ducatum Aquitaniæ tenẽs, qui dicto tractatui inter- rum, bonis immobilibus desertis, & in eremo longiſ-
fuerat, & illi consenserat, bellum asperrimum mouit simis temporũ lustris in vastitate derelictis. Pro quo-
contra dictum Carolũ quintũ tũc regem factũ, q de rum damnorũ reparatione regnum Anglorũ totum
nouo cõmissum & confiscationẽ declarauit, tã con- nõ sufficeret. Quorum duorũ quodlibet iustissimam
tra dictum Angliæ regem, q̃ principem Galarum: & facultatem & causam regi dedit nedum se defenden-
omnes terras ad manum suã posuit: quem subditi in di, sed etiam Anglos, & eorum dominia inuadendi
suũ superiorẽ & dominũ recognouerunt, vt clarè de de facto: saltem vsque ad congruentẽ damnorũ repa-
iis omnibus & singulis constat per legitima docume- rationẽ & satisfactionẽ, per tex. & glo. in c. dominus
ta in thesauro chartarũ regiarum Parisius existentia. noster. xxiij. q. ij. Et nihilominus est plus quàm liqui-
44 Quæ† postea fuerunt Carolo quinto imperatori, cũ dum omnes terras, si quas Angli habuissent in Fran-
Parisios causa videndi dictũ Carolũ Franciæ regem, cia, fuisse & esse iterũ cõfiscatas: de qua cõfiscatione
cum rege Romanorũ eius filio aduenissent, ocularitèr posset rex qui omniũ est possessor, si per Anglos su-
ostẽsa. Quibus visis, & aliâs debitè & publicè infor- per iis impeteretur, se perpetuò defendere: quia quæ
matus de veritate rei gestæ, gaudio nõ mediocri ex- temporalia sunt ad agendum, sunt perpetua ad exci-
hilaratus, Carolo regi de iure suo sustinẽdo, & cõser- piendum
uãdo cõsuluit, eúmq; iuuare & succursum ei dare pol
licitus, necnõ regẽ Romanorũ charissimũ eius filiũ
ibi assistentẽ, ad quemcũque statũ peruenirẽt, ad idẽ
facere exhortatus est & præcepit. Qui votis annuen-
do paternis syncero corde ita facere ꝓmisit. de quo
Gaguinus, &c. dehinc Carolus rex ante dictus cer-
tos authoritatis viros spectatissimos cũ documẽtis ad
Clementẽ sextũ pontificẽ maximum tunc Auinioni
degentẽ, causa ipsum necnon cœtũ cardinaliũ infor
mandi de veritate, prout fecerũt, bis direxit, potesta-
te nõ carẽtes. Per quos beatissimus præsul cõsistoria-
liter in præsentia Anglorum de veritate informatus,
nil reprehẽsione dignũ ex parte regis Franciæ cõpe-
rit: imò iustissimã causam cõfiscationis dictarũ terra-
rũ liquidò intellexit. Et quo tẽpore tã ipse q̃ eius in
sancta sede successores, præfatum Carolũ v. vj. vij. &
deinde Francorũ reges ex eis procedentes, pro veris
regibus, & Aquitaniæ ducibus tenuerunt & tenent.

BIU Cujas

48 piendum. l. purè. in fin. ff. de doli excep. † Præterea & vltimò, quoniam & si dictæ feloniæ & rebelliones non fuissent, prout fuerunt cõmissæ: & quòd rex Anglorũ ex parte sui omnia in dicto tractatu & transactione cõtenta cõpleuisset, prout nõ fecit, vt vidistis:
49 † Tamen ille tractatus quo ad superioritatis renũtiationẽ de ducatu Aquitaniæ per regẽ Frãciæ fiendam, velut tendens in decolorationẽ status regni, nõ valuit, vt clarè suprà demõstraui in verb. *Et vxorem nomine Adelaſ.* in j. prin. art. in fi. ij. dec. vbi tractatus
50 iste pacis hac ratione fuit plenè cõfutatus. † postremò ꝓ vltimo refugio recursum habẽt Angli ad aliũ tractatũ, quẽ vocãt tractatũ finalis pacis inter Frãcos & Anglos, per quẽ Carol⁹ vj. Frãc. rex domini nostri regis nũc regnãtis ꝓauus, nõ obstãte quòd Carolum haberet filiũ sibi in regno succeſſurũ, tamẽ Henricũ v. sibi adoptauit in filiũ, post ipsius Caroli vj. mortem in regno succeſſurũ. Sed per quẽ tractatũ dicũt Angli oĩa prẽmissa esse cooperta & extincta, ita quòd nedũ
51 ducat⁹ Aquitanię, verũ etiã totũ regnũ eis pertinet. Ad quẽ tractatũ, nullũ, iniquũ & abusiuũ Deo duce, respõdebitur super verbo, *In eo. testa. relinq.* j. in xviij. limita. in materia primogenituræ, vbi peremptoria videbitis responsa. Hæc iam venerabiles viri de iure dictorũ ducatuũ & comitatuũ ex diuersis documentis & historiis posſetenus concordatis, præsertim ex Gaguino domino meo colendiſsimo, qui suam de Gallico in Latinũ quo ad gesta Frãciæ, translationẽ (quæ vtinã impressa foret) non mihi Pariſiis existẽti, & cũ eo conuersanti subticuit: imò cõmunicauit, recitata sufficiãt. Quibus tanquã ex historia excerptis, quo ad facta iam satis Antiquata fidem adhibere poteſtis, velut plenè probãtibus secundũ Bar. in l. j. ff. si cer. pet. & Panor. in c. cùm causam. de probat. Ad hoc enim historia operatur, vt ꝓ eã qui virtuoſi, quíve vicioſi, seu quibus dominia rerum, præmia, & flagella virtutum aut vitiorum debeantur, ac si de præsenti viderentur, & præ oculis gesta forent, cognoſcatur.

OVIA, Domini ac fratres mei chariſsimi, multoties, vt vobis qualiter & quibus mediis ducatus Normaniæ, Aquitaniæ, nec non comitatus Pictauiæ, Andegauiæ, Cenomaniæ, Turonen. & cætera quæ Angli in Francia habebant, ad coronam & Francorũ regem reuersa fuerint, magis latè & ſpecificè traderem, vſque ad tædiũ me infeſtare non ceſſatis, occasione sumpta, quòd de his succinctè aliqua dixerim, quæ vestros fortè, vt fingitis, nõ saturãt intellectus: ego certè vestra inſtãtia deuictus, ex chronicis veteribũsque documentis accepi quod tradidi,
51 & latius sum nunc traditurus vobis. † Quoniã à tempore quo Neuſtriã & plures alias Francię oras homines à ſeptẽtrione profecti qui Normani vocabantur, postquam annos xl. multis in locis Frãciã incurſauerant, ampliore multitudine contracta, manu potenti occuparunt Rothomagorum vrbe potiti, vbi tutiſsimum ſibi refugiũ esset, tempore Caroli Francorũ re
52 gis, cui ſimplicis cognomen inditũ est, † Rollonem ex suis (vt Gagui. lib. v. c. iij. refert) hominẽ ſtrenuũ, qui nullã domũ redeundi ſpem, propter à ſe cõmiſſum flagitium, haberet, ducem præficiunt. Hic imperandi apud suos poteſtate accepta animum in primis intendit vrbẽ Pariſiorũ perdere, & inde Christi eliminare pietatẽ. Vnde Ligerim nauigãtes Nanetẽ vrbem expugnãt, & pontificẽ Guymardũ inter ſacrificandum ad Christi arã iugulãt. Inde profecti Andegauiam incendunt, mox Turonũ adoriuntur: atq; ita per Aquitaniã prædas agẽtes, Rollone duce in Pariſios per Sequanã, delati, in Burgundos per Ararim, id est Sagonã nauigãtes, in Aruerniã tandem incurſant: nec mora interpoſita, Senones depopulati monaſteriũ Floriacẽſe occiſis cœnobitis, diripiũt, atque igne
53 cõsumunt. † Cũ tã crudeliter debaccharẽtur per Frãciã Normani, Carolus ſimplex Francũ Rothomagorum præſulẽ iã Rolloni notũ ad Rollonẽ mittit, qui trium menſiũ inducias firmet. Quibus exactis Stampas mouẽs Rollo Carnotum petit atq; oppugnat: & indignabundus suos iubet per omnẽ regionẽ populationes facere, & ea omnia in quæcunque irruiſſent perdere. Itaq; fera gens nihil ſibi obuiũ integrũ reliquerunt: adducuntur in ſeruitutẽ & ſtuprũ virgines: matres cũ liberis gladiis occumbũt. nulli tẽplo ignẽ nõ immiſerũt: flagrãt per agros atque vrbes omnia, clamoribus motibúsque æther replebatur. Hæc ille.
54 † Or domini præfatus Rollo *dict le dannoys*, adhuc ſaracenus exiſtẽs, amore cuiusdã filiæ comitis de Beſſino Deo fidelis & Chriſtianę, quæ Popa vocabatur, debacchatus, ex ea filiũ ſuſcepit nomine Gulielmum *dict longue eſpee*, & sic damnato coitu genitũ, cũ illam tunc nõ deſponſaſſet, propterea quia ipſe ſaracenus & illa Chriſtiana erat: inter quos ob ſectæ diuerſitatem matrimoniũ esse nõ poterat. † Quo tẽpore Nor-
55 mania de antiquo domainio & hæreditate Francorũ regis exiſtens, Neuſtria ſecundũ chronicas vocabatur, continuato nomine vſque ad dicti Caroli ſimpli-
56 cis tẽpora: † qui filiã suã nomine Sigillã seu Gillam, pro pace cum eo & Normanis Franciã deuaſtãtibus habẽda, dicto Rolloni eo pacto, ꝙ chriſtianus fieret, cum dicto ducatu Neuſtriæ, quẽ eidẽ Rolloni tradidit & suis ſolis ex dicto matrimonio liberis in poſterum naſcituris, dedit in vxorem. De quo Gaguin. alleg. iij. c. sic dicit: Tam diris afflictionibus vexatis Francis, regẽ cõueniunt, inertiã atque puſillanimitatẽ accuſant: perdi eius negligentia, puinciã, qui neq; hoſti per ſe, neq; ꝓ ductores belli occurrat. His queſtibus excitatus rex, Francũ Rothomagenſem iterum ad Rollonẽ proficiſci imperat, qui cũ ad Chriſtianã cõmunionẽ hortetur. Quam ſi fide integra recipiat, esse Carolo filiã Gillam, quam ille cũ omni Neuſtria nuptui det. His mãdatis per Francum cognitis Rollo à ferocia tẽperat, séq; (cõſilio cum ſuis habito) cum Carolo colloquiũ (deſignato quo volet die) habiturum ſpondet. Ad hæc trium menſiũ inducię firmantur apud flumen Epte, quod est Neuſtriæ ad orientẽ limes, fit cõuentio. Vnã fluminis ripam Carolus, alteram Rollo inſedit. Intercedentibus legatis res acta est: Rollo Gillam Caroli filiã vxorẽ recipit, & in dotem Neuſtriã, quæ ab Epta fluento ad Britones terminatur, clauditúrq; Gallico Oceano. Rebus vt maximè Carolus cupiebat ordinatis, Rollo Rothomagum profectus initiatur ſacris & lauacro Chriſtiano appellatúſq; est Robertus à Roberto Pictauorũ comite, qui receptæ à Rollone fidei teſtis aſsiſtebat.
57 † Neuſtriã adeptus Rollo, eam Normaniam appellauit, ꝙ eam homines à Septẽtrione profecti occupaſſent. North enim Danorum lingua ſeptentrionem, Man verò hominẽ ſignat: inde vocabulo compoſito Normani, id est ſeptẽtrinales: & Normania ad hunc vſq; diẽ vocitatur. Eius tam barbaræ & ferocis gẽtis dum originẽ quæro, eã ex Gothorũ feritate ortã accepi. hæc ille. De feritate autẽ horũ Normanorũ videatis tex. & glo. in c. lator. lv. diſt. & in c. ſciſcitaris,
58 vij. q. j. Et † quomodo fortiter bibũt & egregiè potãt,

sicut

BIU Cujas

ſicut Angli timentes ꝙ anima remaneat in ſicco, habetis tex. cũ gl. in c. Moyſes. xxxij. q. ij. de quibus Anglis, & etiã Scotis meminit Guli. de monte laudu. in cle. in pleriſq;. de elec. dicẽs ꝙ ſicut mẽdicãtes quãtò magis deſtitutos bonis ſentiunt, tantò magis ipſa appetunt, & honores quibus profitendo renũtiarunt, vt
59 ibi dicitur xlv. diſt. c. omnis. † Ita eſt naturaliter in Anglis & Scotis, qui plus aliis vinũ appetũt, quo penitus in partibus ſuis carẽt. Cõtra quos prouidit cõcilium generale in c. à crapulã. de vita & honeſta. cle. de quibus de his Normanis dicit gl. in l. ſequitur. §. j. ff. de vſuc. ꝙ ſunt etiam pupilli doli capaces. Hiſpani verò, nõ ſe, ſed alios vino decipiunt, dando vinum album quaſi aquã in rubeo mixtum, ſecundũ glo. in l. dolum. in fi. C de dolo. vt ſic inebriẽtur & decipiã-
60 tur. † Quia quamprimum Rollo poſſeſſionem ducatus pacificã habuit, & prius q̃ liberos ex Gilla vxore ſua aliquos ſuſcepiſſet, eã à ſe repudiauit & reiecit,
61 ac deinde mori eã miſerabiliter fecit. † Vnde etſi tam ex lege in matrimonio dicta, quàm ratione delicti perpetrati ducatus ille ad regem etiam iure cõmuni (ſi Galli vterentur) reuerſus fuiſſet: vt l. ex conuentione. C. de pact. vel legis diſpoſitione, vt l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iure dotiũ. & l. dos à patre profecta. C. illo tit. Et quo ad delictum in perſona vxoris perpetratum, eſt tex. bonus in l. ſi ab hoſtibus. §. fi. ff. ſolu. matr. vt dixi ſuprà in iiij. artic. & iiij. conclu. verſi. tertiò fallit. Tamen Rollo ꝓpter regis qui variis tũc vndiq; bellis agitabatur debilitatẽ, de facto retinuit: & cum dicta Popa eius concubina matrimoniũ con-
62 traxit. † Sed non ex hoc Gulielmus ille legitimatus fuit, nec legitimus, per c. tanta eſt vis. qui filij ſunt legiti. fieri potuit. Tum propter ſectæ diuerſitatẽ tempore natiuitatis dicti Gulielmi inter ipſos exiſtentẽ: tum etiã propter matrimoniũ inter ipſum Rollonẽ
63 & Sigillã intermedium. † Attamẽ licet ſpurius eſſet, optimus dux fuit, & Ludouico Francorum regi dicti Caroli ſimplicis filio domino ſuo, poſtq̃ apud Peronam idem Carolus ſimplex per Hebertũ Veromanduorũ comitẽ incarceratus fuerat, ſed nõ impunè & occiſus, multũ fauit: & adeò bene vixit, ꝙ vitã monaſticam in Gemetico cœnobio ab eo inſtaurato, ſi per aliquos retractus non fuiſſet, profiteri ante cõiugiũ ſtatuerat. Nam inter arcana eius eo defuncto inuẽtæ fuerunt religioſæ veſtes, quæ argumento fuerunt cõceptæ à ſe aliàs vitæ regularis, teſte Gaguino allega. lib. c. iiij. cũ quo plures alij cõcordant. Quorũ aliqui ob cõſcientiã, ꝙ legitimus nõ eſſet, hoc feciſſe aiũt, & ſi per obitũ dictæ Sigillę abſque liberis defunctæ, & per Rollonem perditæ, ducatus ille ad regem non fuiſſet reuerſus, prout fuit, cũ limitata diſpoſitio ducatum ad liberos tantùm deferens limitatum pariat effectũ. Et non ſteterunt liberi ad quos deferretur, quod culpa Rollonis cõtigit, dico ꝙ ſucceſſu tẽporis Rollone defuncto Gulielmus iã dictus eius filius pro
64 duce Normaniæ, Aquitaniæ, nec non comite Pictauiæ, Andegauiæ, Cenomaniæ, Turonenſis, Ebroicarum, & aliarum plurium terrarum regni Franciæ ſe gerens: & in quo Gulielmo Angli quo ad prædictas dominationes ſuum faciunt ſtipitem. † Per conqueſtam rex Angliæ effectus, quatuor habuit liberos, ſcilicet Robertũ primò genitũ, qui Normaniæ ducatũ tenuit. Secundus fuit Gulielmus, *dict le Roux* in regno Angliæ ſuccedẽs. Tertius nomine Rogerius q. filiam Britanniæ vnicã hæredẽ deſponſauit. Quartus fuit Henricus ſtudio pariſien. (vt eccleſiaſticus fieret) deputatus. Ob quod fuit Henricus *beau clerc* nominatus. & præterea vnicam habuit præfatus, Gulielmus filiã nomine Adellã, quæ nuptui tradita fuit Theobaldo comitti Carnotẽſi & Bleſenſi: cui alterũ Theobaldum, qui Cãpaniæ comes extitit, enixa fuit. Præfatus Robertus qui ſecundũ aliquos fuit vocatus Richardus dicti quondam Gulielmi primogenitus, poſtq̃ dictus Guliel. pater eius dolo Arnulphi Flandriæ comitis nequiſſimi ſub ſpecie charitatis in inſula quadã Sõmæ fluminis nõ procul à Pinquiniaco ſita occiſus fuiſſet, Normaniæ dux effect', mare trãſ. fretauit ꝓ Chriſto contra infideles pugnaturus, Gulielmus verò dicti quondam primi Gulielmi filius ſecũdò genit' Anglorũ rex abſq; liberis deceſſit. Et pa-
65 riter Rogerius tertiò genitus. † Quibus defũctis Hẽricus *beau clerc* poſtremò genitus Angliæ regnũ occupauit: & contra Robertum eius fratrem primò genitum Normaniæ ducem, cui potius per mortẽ dicti ſecundi Gulielmi fratris ſui ſine liberis defuncti Angliæ regnum pertinebat, à Turcis in patiã reuerſum guerram habuit. Qua tractatu amicorum pacificata ſe in Normaniã cõtulit, & ſuo fratre Roberto ac vni co illius filio cũ Flãdriæ comite eius auunculo, cui à patre in cuſtodia tradit' fuerat cõmorãte interfectis ducatũ Normanię etiam occupauit Henricus prædictus, quem Gaguinus li. vj. c. j. Gulielmum appellat, vel intelligit, ꝙ Gulielmus primi ſecũdò genitus antedictus dictum Robertum ducatu Normaniæ ſpoliauit. Tamẽ non refert quo ad effectum confiſcationis, Philippo primo illius nominis Francorum rege tunc regnãte, qui Biturigum comitatum, nunc tamẽ ducatũ ab Harpino comite titulo emptionis acquiſierat, & regno vniuerat Ludouicus eius filius ꝓpter corporis molem *dict le gros*, regni adminiſtrationem curioſiſſimè gerens, aduerſus Gulielmum vel Henricum prædictũ nouũ Angliæ regem qui Normaniam dicto Roberto fratri abſtulerat, præliis aliquot fœliciter geſtis, grandi ſemper animo ſe geſſit, ita vt deſperata victoria Anglus retrò ad ſuos ſe conuerterit: vbi dum venationi indulget, ſagitta incerto authore traiectus interiit. Hæc ille, in dicto c. j. ducatu Aquita-
66 niæ apud Ludouicum remanente confiſcato. † Et ſic tribus mediis fuit dictus Normaniæ ducatus coronæ Franciæ vnitus & conſolidatus. Primò propter feloniam & fratricidium in perſona dicti Roberti fratris ſui primò geniti, & cõſequenter domini ſui, ac in perſona nepotis commiſſum. Secundò quia dictum fratrem ſuũ illiuſque filiũ quibus in defectu prolis erat ſucceſſurus, interfecit: & nunc indignus ſucceſſione: quũ necẽ eorũ ſi fuiſſent ab alio interfecti, vindicare debuiſſet, vt infrà dicẽt, & tetigi ſuprà dicto iiij. arti. concluſio. iiij. verſi. iij. fallit, & c. Et dicã ſuper verb. *Condidit. ij.* Tertiò fuit dicto ducatu priuatus, qa dictum fratrẽ ſuum Normaniæ ducẽ, & ſic Francię parem occidit, in contemptum regis domini feudi. Sed quacunque priuatione ſeu cõfiſcatione intercedẽte, dictus Henricus qui fuit huius nominis primus rex Anglię, impotentia Francorũ regis obſtante & illius debilitate remanſit dux Normaniæ: & ſi prædictis mediis non fuiſſet ducatus Normaniæ cõfiſcatus prout
67 fuit, † dico ꝙ demum prefatus Henricus primus *dict beau clerc*, moriendo vnicã filiam nomine Mahenltã hæredem reliquit, quæ Henrico iiij. imperatori con-
68 iugata fuit. † Quo ab hac luce ſine liberis ſubtracto, fuit in ſecundis nuptiis maritata cum Gaufredo *dict martel*, Foulqueti filio: cui Foulqueto Francorũ rex comitatum Andegauenſem, Cenomaniæ, & Turonenſem, ſimpliciter quo ad regimen, & non aliter

commiſe-

BIU Cujas

commiserat. Qui Gaufredus tempore suo trans mare
navigauit, vltimúsq; rex Ierosolymitanus fuit, & pro
dictorum comitatum vero principe, licet eos Foul-
quetus pater à rege in custodia & simplici regimine
habuisset, possessionem illorum interuertẽdo, se ges-
69 sit. †Ex qua Mahenlta eius vxore vnicum susceptt fi-
lium, videlicet Henricum huius nominis secundum,
qui ad causam, & ex persona matris suæ Mahenltæ
rex Angliæ & dux Normaniæ, & ex persona Gaufre-
di patris sui, fuit comes Andegauen. Cenomaniæ &
Turonen. De quibus Gaufredo & Henrico eius filio
meminit Gaguinus dicto libro sexto, tertio cap. pro-
70 pe fi. Ex matrimonio autem præfatæ Adellæ dicti
primi Gulielmi quõdam Angliæ regis, Normaniæq;
ducis filiæ: atque primi Henrici *dict beau clerc* soro-
ris, cum dicto Tibaldo Carnotẽsi comite & Blesensi
cõtracto, descendit, vt dixi, comes Tibaldus de Cam
pania, qui secundum aliquo vocatus fuit Stephanus,
qui ex post regnum Angliæ inuasit, vt videbitis. Ex
cuius postea contracto matrimonio genita fuit Alie-
nora eius vnica filia & hæres futura, quæ ducissa fuit
Aquitaniæ & comitissa Pictauiæ, fortè ex persona
dictæ Adellæ eius auię paternę dicti primi Gulielmi
filiæ, qui dicta feuda tenuerat: vel alio nõ refert quo
71 titulo. †Quæ Alienora dictis comitis Tibaldi vel Ste
phani filia, fuit Ludouico dicti Ludouici viri Chri-
stianissimi, *dict le gros*, Francorum regis filio, quem
aliqui, quia viuo patre coronatus fuerat, iuniorẽ vo-
cant, & alij pium appellant, nuptui tradita domino
suo. A quo dictus comitatus & ducatus sub homagio
& fidelitatis iuramento tenebantur in feudum. Quo
tamen tempore ducatus Aquitaniæ, vt suprà dixi, &
antea, nisi tres nõ cõtinebat seneschallias: scilicet Bu-
degalensem, Lauarum, & Basatensem. Et secundum
Gaguinũ libro vj. c. ij. dicta Alienora filia Gulielmi
pij Aquitaniæ ducis fuit. Sed non refert, quia cuius-
cunque esset filia, mortuo patre remansit Aquitaniæ
ducissa, & dicto Ludouico iuniori nupta. Ex quo ma
trimonio inter dictos Ludouicũ & Alinorã contra-
cto secundũ aliquos genitus fuit Philippus huius no-
minis secundus, posteà rex Franciæ factus, *dict le con-
querant*, aliàs, *le courageux*, quibus quo ad hoc non as-
sentit Gaguinus, quod ex Alienora fuerit natus Phi-
72 lippus, vt infrà dicetur. †Quo cõstante matrimonio
Ludouicus præfatus, quem dicta Alienora sequuta
fuit, cõtra infideles transfretauit: vbi grauissima con-
tra suũ maritum commisit delicta: & præsertim ma-
chinata contra ipsum ad vitæ interitum, quem dimit
tere voluit, & Soldano Babyloniæ nubere contra le-
gem Dei, & honorem sui matrimonij: ita q; fuit actua
liter fugiens, & nauem intrare volens deprehensa.
73 Pariter †comes Theobaldus dictæ Alienoræ genitor
manu potenti post mortem dicti primi Henrici *dict
le beau clerc*, eiusauunculi, regnum Anglię, ducatum
Normaniæ, necnon cætera dominia quæ dictus Gu-
lielmus primus tenuerat in Francia, occupauit, & in
ea se intrusit contra dictum Henricum secundũ. Vn-
de dictus Ludouicus Francorum rex de terra infide-
lium reuersus, ægrè hoc ferẽs, & cõsiderans regnum
Angliæ cũ aliis supradictis dominiis potius masculi-
næ proli ex dicta Mahenlta regis Angliæ filia geni-
tæ: & sic Henrico secundo in recta linea Henrici pri-
mi *dict le beau clerc* existenti, legitimè deberi, quam
dicto comiti Tibaldo seu Stephano dictæ Adellæ fi-
lio in trãsuersa linea posito: præsertim quia in regno
Angliæ est notoria consuetudo propter existentiam
masculorum filias excludens, pluribúsque aliis causis
74 eum mouentibus, succursum dicto †Henrico secun-
do prębuit: eúmque regẽ coronari, & ducatu Norma
niæ potiri & gaudere fecit. In quorum recompẽsam
beneficiorũ Henricus ille secundus & Mahenlta ma-
ter eius comitatum Ebroicarum & Vexinium seu pa
triam de Veulguesin cũ certis aliis circũadiacẽtibus
terris dicto regi Ludouico dederunt. Et honesto co
lore quæsito, videlicet q; parentes erant, dictam Alie
noram Ludouicus repudiauit, sententia diuortij per
Eugenium põtificem maximum inter eos promulga-
75 ta. †Ex quo facinore, feuda quę Alienora à rege tene
bat, qualia ducatus Aquitaniæ, & comitatus Pictauię
erant: fuerunt ipso facto regi cõfiscata, cũ in tali cri-
76 mine maiestatis lęsæ fiat cõfiscatio ipso iure. †Et q a
Ludouicus prælibatus de illa seu eius persona aliter
nõ se vindicauit, fuit pius ex post nominatus. De eis-
dem Ludouico pio & Alienora cõiugibus narrat so-
lùm Gaguinus libr. vj. cap. iij. iuncto cum fine princi
pio. Eo tunc Ioãnem de temporibus annos tricẽtum
sexaginta & vnum vita functum decessisse, Ludoui-
cúmque suppetias rei christianæ laturum (crucis insi
gni assumpto) promisisse: quẽ secuta Alienora vxor
77 concomitata est. † Regresso in Galliam Ludouico
Henricus qui regnum Angliæ posteà adeptus est, re-
gem orat, vt suppetias illi ferat aduersus Stephanum
Anglum qui Normaniam iniustè occupabat. Compa
rato igitur exercitu, rex in Stephanum copias ducens
non difficili negotio Normaniã recuperat. qua Hẽ-
rico restituta, Hẽricus Vexinium regi dat. Eadẽ ferè
tẽpestate Alienorã petulantẽ quidem fœminã rex di-
misit plerisque asseuerãtibus cognationis gradu Lu-
78 douico attinere. †Quam à Ludouico dimissam Hen-
ricus scilicet secundus antedictus vxorem desponsat.
Quæ res initium fecit multis postea bellis: nã ob eas
nuptias etiam Andegauia, Cenomania, & Turonen.
comitatus quæ Alienorę ex paterna successione con-
tigerant, Hẽrico aduenere. Quos principatus vna cũ
Angliæ regno susceptt, potens aduersus Francos effe-
ctus. At rex scilicet Ludouicus ne sine liberis masculis
vita defungeretur, Constantiam Alphonsi Castel-
læ regis filiam ducit: quæ dum secundo partu filiã al-
teram edit, moritur. Huic superinduxit Alizã Theo-
baldi Blesensis filiã, forma pudicitiáq; laudatissimã.
Posteà subiungens idem Caguinus c. quarto. in prin-
cip. Tam egegiis gestis de hominibúsque commẽda-
tissimus cùm esset Ludouicus, liberis tamen infœcũ-
79 dus, præcipua illi cura erat suscipiẽdæ prolis. †Eam
ob rem hanc vnã solicitudinẽ tantùm Deo commit-
tebat. Ergo exauditus Philippum huius nominis se-
cundum, qui Philippus audax nominatus est, ex Ali-
za susceptt, cui propterea quòd Dei, munere datus
esse crederetur, à *Deo datus* cognominatus est: verũ
priusquã nasceretur, quiescẽti patri hoc insomnium
80 apparuit. †Videre visus est filium calicem manu te-
nere humani cruoris plenum: eúmq; suis proceribus
propinare, ex quo ipsi biberent imperterriti. Quod
visum pater vnitãtum Henrico Albano, qui legatio-
nem apostolicam apud Francos per id tempus gere-
bat, retexit. Sed defuncto Ludouico, legatus rem pro
palat. hæc ille. De quo Philippo & eius virtutibus di
xi in verbo, *Duas habens filias*. laudes sicuti regis tra-
ctando. Et si modo supradicto cõfiscata ob delictum
Alienoræ non fuissent dominia prædicta, prout fue-
runt, reperi vt vidistis, quòd diuortio inter Ludo-
uicum pium & Alienoram celebrato, dictus Henri-
cus secundus Anglorum rex, & Normaniæ dux, vt
dixi, dictam Alienoram duxit in vxorem eius con-
sangui-

BIU Cujas

sanguineam: cum qua ducatum Aquitaniæ ac comitatum Pictauiæ, licet confiscati essent, potenter retinuit. Pro quibus & certis supradictis terris, ex post dicto Phi ippo secundo, *le Courageux* nominato, & sic Augusto, aliter *dict le conquerant*, Ludouici Pij filio, ac Ludouici *le gros* nepoti, viuente adhuc patre coronato, in eadē coronatione astitit, pro debito sub iectionis obsequens. De quo Gaguinus allegato ca.
81 iiij. in princ. †Anno, inquit superiore, quàm Ludouicus mortem obiret, curat Philippum regni cōfortem assumere. Quare Rhemis perductum magna pompa adolescentem sacrare iubet, annū decimumquartum agentem. Cui dum coronatur, Gulielmus nouelli regis auunculus Rhemorū primas & sanctæ Sabinæ cardinalis Romanus legatus affuit. Henricus item Angliæ rex, ob eas quas à rege in Francia terras possidebat obsequēs, pro debito subiectionis Philip
82 po astitit. Hæc ille. †Ex dicta Alienora Henricus ille secundus Angliæ rex quatuor suscepit liberos masculos, & vnam filiam nomine Alienoram, & secundum alios Margaretam, quæ Alphonso regi Hispaniæ nupsit: ex quo filiam nomine Blancham concepit & genuit, quam postea Ludouicus *dict debonnaire*, filius dicti Philippi *le Conquerant*, duxit in vxorē, ex qua natus fuit beatus rex Ludouicus. Quatuor autem filiorum Henrici secundi & Alienoræ coniugum, Primus fuit Henricus, qui patre viuente fuit rex Angliæ coronatus: & de illius consensu occidi fecit sanctissimum præsulem beatum Thomam Cantuarien. honorem Dei & ecclesiæ suæ defendentem, de quo in cap. sicut dignum, de homicidio. Qui quidē Henricus homicida patri suo prædecessit: nec fuit in numero regum Angliæ connumeratus, & meritò.
83 †Post cuius obitum dictus Henricus pater eius post multas & execrabiles felonias & rebelliones in dictum Philippum Franciæ regem (postergatis quibuscunque sibi à Ludouico pio Philippi patre beneficiis tam in coronatione, quàm Normaniæ recuperatione impensis) cōmissas fugatus, apud Chinonem recipitur & moritur: teste Gaguino vbi suprà allegato, quarto cap. Interim, inquit, circiter xv. Calendas Iulias Henricus Anglus apud Chinonem defunctus est. Quo perse cutore, diuus Thomas Cantuariēsis dum vesperarum officio interesset, quatuor satellitum ministerio quinque vulneribus est trucidatus: quē beatorum martyrum collegio relatum ecclesia veneratur. Huius Henrici sepulchrū apud Frontemuallem
84 visitur. †Patri Richardus successit, atque paulo pòst pace cum Philippo icta, rex Philippus quæcunq; Hērico abstulisset, Richardo sponte sua restituit. Receptis à Richardo tribus castellis, ipséque liberalitate in Philippum vsus, Cresacum, Essaudunū & Dolonnam donat, quæ Philippo perpetua essent, anno salutis centesimo lxxxix. supra mille. Hæc ibi. Secundus ergo dicti Henrici filius fuit Richardus antedictus, *dict cœur de lyon*, qui Henrico secundo patri suo, vt videtis, successit in Angliæ regno. Qui pariter oblitus beneficiorum per Ludouicū Pium Henrico patri suo in coronatione, & Normaniæ recuperatione, nec non per Philippum hunc *dict le Conquerant*, in ducatuum Normaniæ, Aquitaniæ, ac comitatuum Pictauiæ, Andegauiæ, Turonensis, & Cenomaniæ, per patrem confiscatorū ei, facta restitutione, impēsorum contra eundem Philippum Augustum *dict le Conquerant*, regem & supremum eius, ratione dictarum cæterarum terrarum quæ in Francia tenebat, dominū:
85 †Post insignem perfidiam apud Turças Christicolarum hostes, in Aconensi Palestinæ regionis præsertim obsidione ostēsam, postea in Franciam reuersum bellum mouit feloniam committendo, ac infidelem rebellionem, quæ aliam peperit omniū quæ in Francia tenebat, confiscationem. Tandem cùm tantis animis, inquit Gaguinus, reges digladiantur, Innocentius tertius, qui Celestino tertio in sedem Romanam successerat, studiosus pacis, Petrum Capuanum cardinalē ad reges mittit, qui de pace quidem desperans, quinque vix annorum inducias impetrauit, nec Richardū adducere potuit, vt obsides daret atque reciperet: ipse autē ferox ac indomitus hostis non lōgo post interiecto tempore dum in Lemouicibus arcem Lemouicā obsideret, emissa ex arce sagitta ictus eo vulnere sine liberis interiit: cui successit dicti Hērici tertio genitus. Tertius ille Henrici filius fuit Geofredus, qui comitissam Britāniæ desponsauit in vxorē: ex qua Arturum filiū & Alienoram filiam suscepit, ad quos, saltem ad Arturum filium mortuo patre, tota Henrici aui sui prædicti successio deuoluta
86 fuit. †Quartus dicti secūdi Henrici filius fuit Ioannes *dict sans terre*, id est, Ioannes sine terra nominatus, qui dictis Arturo & Alienoræ, ex dicto Geofredo fratre suo defuncto nepotibus in tenera ætate cōstitutis, fuit tutor datus ac gubernator. Sed ambitione permotus, cōsiderans potentiā & tam amplam excellentémque dominationē, interitu nepotum sibi obuenturam, in necem eorum conspirauit, adeo quòd Arturum prædictum de summitate castri præcipitari fecit deorsum in villam: in qua fracta ceruice, & mēbris dissolutis, protinus expirauit. Ex Alienoram in carcere vsque ad mortē detinere facit: atque successionem totā, & vniuersa quæ Henricus secundus pater eius & Alienora genitrix tenuerant, velut proximior retinuit & occupauit. Ita quòd de simplici tutore & administratore factus dominus, pro rege Angliæ & duce Normaniæ, Aquitaniæ, & comite Pictauiæ, Andegauiæ, Cenomaniæ, & Turonensis se gessit: & de omnibus & singulis tā paternis quàm maternis bonis se de facto sayisiuit, de Ioanne sine terra, omniū
87 terrarum factus dominus. †Nec de his contentus, imò superbia elatus, grauissimas rebelliones, inobedientias, conspirationes, ac proditiones: & consequenter crimen læsæ maiestatis contra Philippum Franciæ regem eius supremum dominū, à quo præfatos ducatus & comitatus tenebat in feūdum, intrepidè commisit & perpetrauit: ad causam quorum & quia sanguinem proprium nece dictorum nepotum, quibus si absque liberis naturaliter decessissent, erat successurus, fundendo ingratissimus fuerat, & sic eorum successione indignus: fuit per Pares Frāciæ hoc casu iudices cōpetentes, cap. cæterùm. vbi clarè Pan. & omnes, de iudic. citatus personaliter cōpariturus in villa de Stampis, data ei regia securitate: & deinde Carnoti, in quibuslocis in propria persona cōparuit: & in suis iustificationibus fuit plenè auditus. Sed die altera ad comparendum in Vindonicio assignata,
88 cōparere noluit. † Et (quod peius erat,) mala malis accumulando, contra regē se possetenus fortificauit: cuius considerata proterui contumacia, & temeritatis audacia, ac cordis obduratione, necnon noua rebellione, fuit propter sua demerita contra eum confiscatio omnium, quæ in Francia tenebat bonorum, per dictos pares erga Philippū regem consultissimè declarata: ita quòd saltem per dictā confiscationem rex fuit dux Normaniæ, Aquitaniæ: comes Pictauiæ Andegauiæ, Cenomaniæ, Carnotensis, Blesensis

Camp

BIU Cujas

Cãpaniæ, & Turonen. In quibus sic cõfiscatis Ioannes antedictus hæredẽ nõ habuit alium quàm regẽ, à quo omnia dependebant, tanquã in regno sita. De isto Ioanne ad propositũ chronica Angliæ sic dicit, Iste Ioãnes propter feloniã commissam in personas Arturi nepotis sui, quem proditoriè occidi fecit, & Alienorę neptis suæ: rex Francorũ abstulit ei omnes terras, omniáq; dominia quæ & quas in regno Fran-
89 ciæ possidebat. Hæc ibi. †Quo autem ad regnũ Angliæ succesit ei Hẽricus huius nominis tertius, filius suus tertiò genitus, tẽpore mortis paternæ solus superstes. Pariter huic regi Philippo *le conquerãt*, aliàs *le courageux*, succesit Ludouicus *dict debonnaire* eius filius: qui Blanchã regis Hispaniæ filiã, ex Alienora seu Margarita dicti Hẽrici secũdi Angliæ quondã regis filia, & dicti Ioannis sorore, vt ſ. vidistis, susceptã, duxit vxorẽ: ex qua beatũ susscepit Ludouicũ Franciæ regẽ post eũ, ad quẽ hæc omnia sic cõfiscata per-
90 uenerũt. †Ob quod cõtra dictã cõfiscationem quò ad ducatũ Aquitaniæ dicũt Angli, & allegãt eũ pacis tractatũ ex post factũ & passatũ inter dictum beatũ Ludouicum Frãciæ regem, & dictum Henricum tertium præfati Ioannis filium, tunc Angliæ regem: cuius tractatus tenore beatus Ludouicus præfato Henrico tertio, ducatum Aquitaniæ dedit, vt succinctè in discursu lectionis ſ. dixi, in verb. *& vxorẽ nomine Adelaſ.* artic. j. in ij. decis. nu. 173. & sequen. loquẽdo de
91 allodiis in ecclesiã transferendis. † Sed vt tractatus ille clarè non obstet, scire debetis, ꝙ beatus Ludouicus cupiens & affectãs contra infideles transfretare, eósque debellare, & considerãs, ꝙ securè hoc facere non poterat, nisi pacem in regno suo haberet: præsertim cũ Anglis regnum Franciæ persequentibus & deuastantibus, cum dicto Henrico tertio de cõsensu Emundi & Edouardi filiorum dicti Henrici, ac triũ statuum regni Angliæ, appunctauit in modum qui sequitur, videlicet ꝙ beatus Ludouicus libera voluntate titulo donationis dicto Henrico tertio Angliæ regi & successoribus ex legitimo matrimonio descẽdentibus, dictum ducatum Aquitaniæ prout tres solùm continebat prouincias, scilicet Burdegalensem, Lauarum, & Basatensem dedit. Quam donationem acceptauit Henricus prædictus pro se & suis successoribus, ex hoc clarè consitendo, dictum ducatũ eidẽ Ludouico tũc competere, & pertinere medio dicta-
92 rum confiscationum. †Addidítque Ludouicus dicto ducatui patriam Xantonen. citra flumen Charante, necnon comitatus Petragoricen. Agenensem, Caturcen. Aruerniæ, & Lemouicensem, cum eorum pertinentiis & dependẽtiis quibuscunq;. Quæ feuda nunquam per antea de dicto ducatu fuerant, imò suos semper habuerãt comites alios, quàm duces Aquita-
93 niæ, & eo tunc regi pertinebant. † Quã donationem fecit & vnionẽ Ludouicus prædictus saluo sibi homagio ligio per reges Angliæ pro tempore existẽtes regibus Frãciæ fiendo, tanquam veris seu directis & supremis dominis: & salua etiã superioritate, & vltimo ressortio, prout cæteri duces & pares Franciæ ei subiiciuntur. Præterea idem beatus Ludouicus realiter tradidit & deliberauit Henrico iam dicto pagamentum seu solutionẽ quingẽtorum militũ vt decet garnitorũ, pro vno anno integro, ascendens ad summam vndecim mille scutorum tunc currentiũ. Quos milites ipse Henricus tertius secum ducere debebat & promisit in succursum dicti beati Ludouici cõtra infideles. Et cũ iis renũtiauit Henricus ille de cõsensu quorum suprà, pro se & suis successoribus in cõmodum & fauorẽ Ludouici & suorum in posterum successorum, omni iuri per eum scilicet Henricum & suos prædecessores hactenus prætenso, & quod tunc habere prętendebat, quanuis ius nullũ haberet, vt videtis in ducatu Normaniæ & comitatibus Pictauiæ, Cenomaniæ, & Turonensi, & generaliter omnibus aliis terris, & dominationibus quas ipse Henricus & sui prædecessores potuerunt quocunq; medio aut iu-
94 re habere in quacunque parte regni Frãciæ. †Cuius apunctamẽti medio, fuit dictus Henricus tertius effectus verus & indubitatus regis Franciæ vasallus, quò ad dictum Aquitaniæ ducatum: pro quo sic, vt dictũ est, augmentato, fecit eidem Ludouico regi homagium. & fidelitatis præstitit iuramentum, vt dixi in dicta ij. decis. De quo appunctamento per beatũ Ludouicum sic passato, plures Domini & alij diuersorũ statuum regni Franciæ, præsertim ducatus Aquitaniæ, fuerunt malè cõtenti, & super omnes vasalli comitatuum Petragoricensis, huius Caturcensis & aliorum. Adeo ꝙ licet dictus rex Ludouicus fuerit, & sit per ecclesiam canonizatus confessor, sanctus, ipsum longo tempore non reputauerunt sanctum, nec diem eius festum colere voluerunt, dolentes cecidisse in
95 manus Anglorum, †qui promissa in dicto appunctamento minimè tenuerunt: nec Henricus ille tertius ad infideles cum dictis quingentis militibus vt promiserat trãsfretauit, nec eos ad beatum Ludouicum misit. Ob quod malè eidem Ludouico propter lon-
96 giorem moram in terra illa succesit. † Et finaliter ventris profluuio apud Thunicium decessit. Quia vt refert lib. vij. c. ij. Gaguinus. Interfluentibus paucis diebus propter pestilentes aquas, & aëris intemperiem, morbus exercitum inuasit, mortuíque sunt in primis Ioannes Tristanus Niuernensis comes, & Romani pontificis legatus, & plebeij non pauci, & Ludouicus ipse ventris profluuio laborans, postquã ad se vocatum Philippũ filium salutari doctrina admonuit, sacris christianis multa religione ac pietate perceptis, cinericio strato decumbens, animam efflauit.
97 †De Ludouici obitu incertus mihi author hoc disti chon edidit, quod non tam ob carminis venustatem, quàm ad piissimi regis memoriã historiæ coniunxit:

Anno milleno bis centum septuageno,
Thunis catholicus decessit rex Ludouicus.

Mortui regis ossa carne nudata ad sanctum Dionysium delata sunt, & humo commẽdata. Dum autem à Parisiis funus effertur, fuere designatis locis, stationes, vbi pyramides cũ lapideis statuis & Christi cruce constructæ, quæ ad hãc vsque diem persistunt. hæc
98 ille. †Mortuo etiã Hẽrico tertio Angliæ rege, Edoardus huius nominis primus, ipsius Henrici secundus filius ei succesit in regno & ducatu Aquitaniæ. Pro quo ducatu homagium fecit ligium, & iuramentum fidelitatis præstitit dicto regi Philippo beati Ludouici filio: cuius Philippi ex secunda vxore filiam desponsauerat nomine Margaritã comitatu de Pon-
99 tiniaco in dotem recepto. † Tamẽ respõdere dictus Edouardus nunquam voluit in parlamento regio: imò quod est deterius, multas fecit contra dictũ Philippum beati Ludouici filium rebelliones. Propter quas maior pars dictorum ducatus Aquitaniæ & comitatus de Pontiniaco sayita fuit sub manu regia, sub qua permansit quandiu dictus Philippus vixit. Hic Philippus ex Isabella regis Aragonum filia, tres liberos susscepit, Ludouicũ, qui mortuus est infans: Philippum, qui pulcher appellatus est, & Carolum Valesiensem comitem de Valesio. Ex altera, cui Ma-

BIU Cujas

tia nomen fuit, Barbatini ducis filia, processit Ludouicus Ebroicensis comes, & dicta Margarita, quæ dicto Edouardo regi Anglo nupsit: & Blancha quam Austriæ dux Auberti Alemanorum regis filius duxit vxorem: prout videri potest per Gaguinũ alleg. l.
100 vij. in c. fi. † Et tãdem obiit dictus Philipphus in vil- Parpigniaci de Aragonia rediens atque ad Tholosates se conferre constituens: cuius execta præcordia Narbonæ sepulta sunt in sancta metropoli ecclesia. Ossa verò ad Dionysianum cœnobiũ delata. Post cuius Philippi mortẽ factum fuit appunctamentum inter Philippum pulchrum eius filium regem effectum
101 & dictũ Edouardum primum Angliæ regem. † Pro quo firmius tenendo, idem Philippus pulcher filiam suã secundã nomine Isabellã tradidit Edouardo huius nominis secundo, dict *de cauercion*, dicti primi Edouardi filio, in vxorẽ. Ex qua suscepit Edouardum tertium eius filium: eidémque Philippo, Edouardus pro ducatu Aquitaniæ, & dicto comitatu Pontiniaci homagium præstitit, & fidelitatis iuramentum.
102 † Quo non obstante, rebellat, & Normaniã inuasit. de quo Gaguinus alleg. lib. vij. c. iij. in princip. sic dicit: patris regnum Philippus pulcher anno gratię salutis ducentesimo octogesimo sexto supra mille suscepit. Ad quem Edouardus Anglus veniens Aquitaniã sub Philippi ditione atque potestate se possidere cognouit, pręstito iureiurãdo in fide, erga regẽ per-
103 manendi. † Quam tamen minimè obseruauit: nam magnis copiis Normaniã repente inuasit, regiæ classis occisis præfectis, & aliis plurimis, qui Normaniã Philippi nomine moderabantur. Quam rem postquã rex cognouit, ad Edouardũ & Normaniæ præfectos mittit, mandans eos qui huius rebellionis authores extitissent, cõprehensos Petragoricũ ducant, digna pro scelere pœna afficiendos. Sed contumax Anglus dicto audiẽs non fuit: ea propter per Arnulphũ de Vella cõnestabilem, Aquitaniam Philippus sibi vendicat. Et nihilominus Edouardo diem dicit ad iudicium suum veniendo. At Anglus debitæ Philippo fidei conscius, vt aliquam conceptæ à se fraudis viam aperiret, per nuntios Philippo significat se Aquitaniã & quicquid in Francia terræ sub imperiis eius tenuisset, remittere, eíque perpetuũ cedere. Hęc enim Edouardus dicẽs, spe magna ducebatur, armis possessionem repetẽdi, quasi iure belli atque gẽtium fortè postea comparatas, non aliena ditione astrictus
104 retineret. subiungens idem autor in fine, † Philippum morbus inuasit, mortuúsq; est apud Fontã Bleaudi, q vicus in Vastinio est, postquam annos octo & viginti regnasset. Priusquã tamen mortem obiret, filios tres, quos superstites sibi reliquerat, ad se vocãs, ad maiorẽ natu conuersus, Ludouice, inquit, regnaui hactenus plurimis vectigalibus & tributis meum populum vexans, nec mihi satis curæ fuit monetam cudere, quæ legitimi põderis esset: eam ob rem, multorũ in me odia concitaui. Ecce post me regnaturus es, miserere patris animæ, & quę perperam à me gesta sunt, ipse emendes, Deo satis meo nomine fac de his quæ tibi relinquo, & Ierosolymitano me voto absoluas: vos quoque filij seruate syncerã inter vos charitatem. His à Philippo pulchro pro temporis angustia breuissimè dictis, cùm Dauidis versiculum, In manus tuas domine cõmendo spiritum meum, religiosè pronuntiat, animã efflauit, mense Nouembri, pridie diui Andreæ, anno christiani natalis millesimo trecentesimo decimotertio. Huic Philippo quinque liberos Ioãna vxor peperit, Ludouicũ Hutinũ, Philippum longum Pictauorum comitem, Carolum pulchrum Marchiæ principẽ, filiam quam infantem mors abstulit: & alteram Isabellam quam Edouardo
105 Anglorum regi matrimonio iunxit. Hęc ille. † Post quorũ scilicet Philippi pulchri Franciæ, & Edouardi primi Angliæ regum mortem, dictus secundus Eduoardus dict *de cauercion*, rex Angliæ factus, dictæ Isabellæ maritus, homagiũ facere & cætera deueria præstare, ad quæ ratione ducatus Aquitaniæ & comitatus de Pontinio regibus Francorũ tenebatur, recusauit, scilicet Ludouico Hutino regis quondam Philippi pulchri primò genito regnãti. Deinde post obitum Ludouici absque liberis masculis defuncti Philippo lõgo, & etiã post eũ sine liberis mortuum, Carolo pulchro dicti quondã Philippi pulchri filiis in Francia successiuè regnantibus. Ad causam cuius denegationis Carolus comes de Valesio frater dicti quondam Philippi pulchri, & dictorũ trium fratrum & regum patruus, missus fuit in Aquitaniã: & pariter Philippus Valesianus dicti Caroli comitis filius, qui demum post dictos tres fratres fuit rex Franciæ factus, vt vidistis in verbo, *duas habens filias*. Per quos Carolum & Philippum patrem & filium fuerunt dicti Aquitaniæ ducatus & comitatus de Pontinio iterum fisco addicti, sub manu regia positi & sayisiti: præsertim propter multas & grauissimas rebelliones per dictũ Edouardum secundum, *dict de cauercion*, dictorum regum sororium, & suos officiarios factas.
106 De quo Gaguinus lib. viij. c. j. sic dicit, † Igitur rex misso cum Anglis iudicibus in Aquitaniam Ioanne Darblao, qui eius nomine satis de iniuriis factionem exciperet, postquam ad Aquitaniæ fines ventum est, & tu Ioannes (inquiunt Angli) si capiti tuo parcis, in Franciam reuertere. Quo verbo Ioannes dolum intelligens, regi nuntiat iudicum perfidiam: qua cognita, rex non ignarus, quia per Anglorum cõtumaciam ad sibi editam diem rem Anglus non venisset, Aquitaniam ad fiscum rediisset, Carolum Valesium cum exercitu, qui regionẽ vendicet, mittit. Is Agennum vrbem petens, eam dedentibus sese sponte ciuibus capit: infensi enim Aymero Anglo erãt, propter pecuniã quam ab eis supra paucos dies exegerat: & propter speciosissimæ cuiusdã puellæ stuprũ quam ille abduxisset. Profectus deinde Roilam Carolus vbi Aymerus se receperat, certis cõditionibus propositis, Aymerus relictis apud Carolum Valesium obsidibus viris proceribus, in Angliam ad regem ire permittitur, qui regis sentẽtiam de legibus pacis exquirat. At cùm nõ reuerteretur Aymerus, Riola Carolo deditur, & Mompesacus diruitur: restituit úrque propugnaculum quod hostis deiecerat. Riola recepta, reliqua Aquitania præter Burdegalã, Baionam, & Sanctum Seuerinum, Carolo obtemperat. Hæc ille,
107 † Vnde videntes Angli dicta feuda esse perdita, cõsuluerunt q; dictus Edoardus de cauercion cederet dicto Edouardo tertio, *dict de Vuandesore*, eius filio primò genito, ex dicta Isabella suscepto, & transportaret dictos ducatum Aquitaniæ & comitatum de Pontiniaco, qui homagiũ pro eis offerret dicto Carolo pulchro eius auunculo tunc regnanti: & ita factum extitit. Et in Franciã ad dictum Carolum pulchrum regem eius auũculum Edouardus ille tertius se contulit, vbi eo tempore dicta Isabella mater sua propter aliquas discordias & partialitates in Anglia tunc vigentes venerat, & cum dicto Carolo eius fratre erat. Vel secundum alios cum Edouardo filio ad eum venit: cuius intuitu & contemplatione Carolus

pulcher

BIU Cujas

pulcher rex Edouardo prædicto eius nepoti omnia prædicta restituit, eiúsque homagiũ & fidelitatis iuramentũ pro dictis ducatu & comitatu in forma cõ-
sueta susceptit, & cũ rege stetit anno integro & vltra: & demum in Angliã rediit cũ matre sua. De quo Ga-
108 guinus allegato cap. j. †Non intercedẽtibus, inquit, post hæc multis diebus regina Angliæ Isabella Caroli regis soror in Franciam veniens, inducias à fratre obtinet, spe (vt ipsa dicebat) componendæ firmioris pacis: atque interim ad virum suum regẽ mittit. Qui pollicitus post paucos dies Bellouacum conuenire, ibíque Franco regi debitã ob Aquitaniæ principatũ fidem præstare, per nuntios filio Edouardo, qui cum regina venerat, omnem Aquitaniam attribuit. Qua ex patris dono recepta, Edouardus in verba regis Franci iurat: & vt est in verbo gallico, homagiũ exhibet. At regina Edouardi mater, cùm aliquot dies in Francia mansisset, timẽs ne viro suspecta haberetur, in Angliã reuerti instituit, & recessit circa annũ Christianæ salutis millesimum tricẽtesimum vigesimumsextum. Hæc ille. Nec longè post Carolus pulcher sine liberis decessit, ex quo illa grandis exorta
112 fuit quæstio, cui regnum Frãcię deberetur, vel dicto Philippo Valesiano filio supradicti Caroli comitis de Valesio prædefuncti: & dicti Caroli pulchri vltimi regis consobrino germano ex linea masculina descendenti, aut dicto Edouardo tertio, dict *de Vuandefore*, ex dicta Isabella eiusdem Caroli sorore nepoti, & sic ex linea fœminea descendenti. Tamẽ perpares regni iudicatum fuit in fauorẽ Philippi Valesiani: cui Edouardus ipse cõsensit, & ei homagiũ ligiũ pro dictis ducatu Aquitaniæ & comitatu de Pontiniaco,
114 apud Ambianos, id est locum *Damyens* præstitit, ipsúmque in regem eiúsq; supremũ dominũ recognouit, vt plenius dixi in dicto verbo, *Duas habens filias*. Quæ omnia fuere per Angliæ proceres confirmata.
109 †Sed his non obstantibus sine causa & occasione rationabili dictus Edouardus tertius cõtra iuramẽtum suum veniendo, & fidẽ promissam violãdo, guerram mouita sperrimã cõtra dictum Philippũ Valesianum Franciæ regẽ, eiúsq; dominum supremũ, conatúsque suos fecit ei coronã auferre, & totum regnũ. Ad hos fines subditos regni commouendo & mutinãdo cõtra regẽ, iterum quicquid in Francia habebat: præsertim ducatum Aquitanię & comitatum prædictum de Pontinio confiscando: cùm clarius nõ sit aliud in va-
115 sallo cõfiscationis medium, quàm machinari in necẽ & exhæredationẽ sui imperatoris & supremi domini. Ex quo resultat, & necessariò sequitur dictas terras pertinuisse & pertinere regi Frãciæ, non obstante pacis tractatu per beatum Ludouicum facto, nec donatione per Philippum eius filium in dotũ facta de comitatu de Pontiniaco, Margaretæ filiæ suæ cum Edouardo primo Angliæ rege desponsatæ: aut restitutione eorundẽ ducatus & comitatus per Carolum pulchrũ Edouardo tertio eius nepoti facta: cęteráq; inde secuta fuisse & esse cooperta & extincta medio dictarum multiplicatarum confectionũ posteà secu-
110 tarum. †Sed iterũ allegant Angli, & in mediũ deducunt alium pacis tractatum inter eos & Ioannẽ Frãciæ regem tunc in Anglia detẽtum, necnon Carolũ quintum eius filium tunc Normanię ducem, regnũ Franciæ in absentia patris regẽtem, passatum in loco de Britigniaco, quem vobis suprà recitaui in primo articulo decisio. ij. loquendo de allodiis in ecclesiam tranferendis. Qui quidem prætensus tractatus auferebat regi Franciæ superioritatem Aquitaniæ, quam beatus Ludouicus in suo tractatu sibi & suis successoribus reseruauerat, & retinuerat: vnde non eos iuuare
111 potest propter plurima peremptoria. † Primò, quia Edouardus iste tertius, cũ quo tractatus ille prætẽditur passatus, principaliter in eo renuntiare coronæ Franciæ, & iuri in ea prætenso promiserat: sed nunquam renũtiare voluit, quãuis sæpe per regẽ Frãciæ, sed ab eo deputatos potestatem sufficientẽ habẽtes, debitè fuit loco & tempore cõgruis interpellatus. Vnde quia rex Angliæ præfatus noluit ex parte sui renũtiare iuri quod in regno & corona Franciæ prætendebat semper rex Franciæ, dux & superior in Aquitania remansit: cuius superioritati nunquam renuntiauit: cùm nõ teneretur pactum reciprocum dicto regi Angliæ adimplere, qui sui ex parte recusauit promissis satisfacere. l. cùm proponas. C. de pactis facit l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. Fuerunt enim renuntiationes hincinde fiendæ mutuæ & reciprocæ, & ex parte Anglorum stetit quominus cõpletæ fuerint. Et nunc fides eis seruari non debuit, vt d. l. cùm proponas. nec ad cogendum regẽ Frãciæ actionẽ ha-
112 buerunt, nec habẽt, vt dicto §. offerri. †Secũdò, quia promiserat rex Angliæ Frãciam euacuare, & quamlibet eius partẽ cohortibus, turmis, & aciebus suorum armigerorũ, quos in Franciã duxerat: quod nõ fecit: imò regnum Franciæ vt prius deuastare per eosdem suos armigeros infideliter permisit, occisis post di-
113 ctum tractatũ viginti mille hominibus & vltra. †Ex quibus & cæteris malis per Anglos perpetratis, & pro dictos Anglos à regno Franciæ aliter expellendo, fuit idẽ Frãciæ regnũ de summa sex millionũ au-
114 ri & vltra damnificatũ. †Tertiò, quia dicto non obstãte tractatu, & post illius passationem, Edouardus Galarum insulæ princeps, dicti Angliæ regis filius primogenitus pro tunc ducatum Aquitaniæ tenens, qui dicto tractatui interfuerat, & illi consenserat, bellum asperrimum mouit contra dictum Carolum v. post obitum Ioannis patris sui, regem Franciæ factũ. Qui de nouo quatenus seruare posset, & necesse foret commissum, & confiscationem incidisse declarauit, tam contra dictum Angliæ regem, quàm principem Galarum. Et omnes terras ad manum suam posuit: quem subditi in suum superiorem & dominum recognouerunt, vt clarè de his omnibus & singulis constat per processus & legitima documenta, in thesau-
115 ro chartarum regiarum Parisiis existentia. †Quę postea fuerunt Carolo v. imperatori, cùm Parisiis causa videndi dictum Carolum Franciæ regem, cum rege Romanorum eius filio veniisset, ocularitèr ostensa. Quibus visis & aliâs debitè & publicè de veritate rei gestæ informatus, gaudio non mediocri repletus, Carolo regi de iure suo sustinendo & conseruando consuluit, eumq; iuuare & succursum ei dare pollicitus, necnõ regem Romanorum charissimum eius filium ibi assistentem, ad quemcunque statum peruenirẽt, id idem facere, exhortatus est & præcepit: qui votis annuendo paternis, syncero corde, ita facere promisit. De cuius imperatoris aduentu Gaguinus pulchrà narrat, quæ ad aliud propositum dicenda reseruo j. super verb. *Si absq; liberis moreretur. ij.* in materia pup.
116 substit. & iij. requisito eiusdem. †Posteà idem Carolus certos authoritatis viros spectatissimos cum documentis ad Clementem vj. pontificem maximum, tunc Auinioni degentem, causa ipsum ac etiam cœtum cardinalium informandi de veritate prout fecerunt, bis dixerit, potestate non carẽtes. Per quos beatissimus prę̃sul cõsistorialiter in prę̃sentia Anglorũ de

BIU Cujas

veritate facti informatus, nil reprehensione dignum ex parte regis Franciæ competit: sed ꝙ per Anglos tota discordia processit, & iustissimã causam confiscãdi dictas terras regem habuisse liquido intellexit. Ex quo tempore tam ipse quàm cæteri eius in sancta sede successores, præfatũ Carolum quintum, sextum, septimũ, & deinceps Francorum reges ex his procedẽtes, pro veris regibus & Aquitaniæ ducibus tenue-
117 runt & tenent. †Quartò nõ obstat dictus tractatus, quia post omnia præmissa, scilicet post dictũ tractatũ de Bretigni, cùm dictus Edouardus tertius quinque habuisset liberos, quorũ primus fuit Edouardus princeps Galarum, qui genuit Richardũ huius nomi nis, secundũ, postea Edouardo patre & etiã Edouardo rege auo suo præmortuis Angliæ regem factum. Quo Richardo etiam sine liberis defuncto. Hẽricus quartus filius Ioannis de Gandauo sic nominati: quia in villa Gandensi natus fuerat, filij tertiò geniti dicti Edouardi tertij, & sic nepos eiusdẽ Edouardi, in regno Angliæ successit: ex quo Henrico genitus fuit Henricus quintus post eum rex Angliæ factus: qui genuit Henricum sextum. Vnde mala malis accumulando, & vt verificaretur commune illud & vulgare dictũ, Anglus est, cui nunquã cedere fas est: Dum ti-
124 bi dicit aue, tanquã ab hoste caue: dicunt enim prerogatiuã habere, & vsum non teneri ad promissa, quantuncunque iurata, quoties vident suum euidẽter cõsequi posse commodum: ideo dicti reges Angliæ successiuè regnantes, præsertim Hẽricus quintus, & Hẽricus sextus tempore Caroli sexti & Caroli septimi Franciæ regum, de facto & vi armata ducatum Normaniæ, cui ducatui Hẽricus tertius dictorum regum Angliæ prædecessor in persona beati Ludouici mediante ducatu Aquitaniæ renuntiauerat, vt dixi. Et veniẽdo cõtra tractatũ cum dicto Ludouico passatum, ipse iterum Aquitaniã perdidit, præfatũ Normaniæ ducatum inuadendo, necnon villam Parisiensem & maiorem regni partem occupando, & possetenus
125 reges Frãciæ antedictos veros & naturales dominos ac indubitatos hæredes Franciæ regno expellere sa-
119 tagendo. † Ex quo duæ principales resultant feloniæ. Prima fuit perseuerantia ac obduratio in malitia, semper suorum prædecessorum feloniam, crimina, & rebelliones cõtinuando. Secunda est, quia Anglorum ambitio post dictum tractatũ iniustè & contra veritatẽ fuit causa occisionis duarum milliũ personarũ & vltra, ac destructionis & demolitionis infinitarum ecclesiarum, conuentuum, monasteriorum, ciuitatum, villarum, & castrorũ, necnon defloratio-
nis ac prostitutionis infinitarum virginum, & aliarũ honestarũ mulierum: perditionis ac rapinæ infinitorum bonorũ mobiliũ etiã preciosorũ, & quod dãnabilius est, sacrorũ & Deo dedicatorum: bonis immobilibus desertis, & in eremo longissimis temporũ lu-
120 stris in vastitate derelictis. †Pro quorum damnorũ restitutione seu reparatione regnum Anglorum totum non sufficeret. Quorũ duorum damnorũ quodlibet causam iustissimã regi dat, nedum se defendendi, sed etiam Anglos & eorum dominia inuadẽdi de facto & super eos capiendi: saltem vsque ad concurrẽtem damnorum reparationẽ & satisfactionem, per tex. & gl. in c. dominus noster. xxiij. q. ij. Quod etiam est iuri diuino consentaneũ. per text. Exo. iij. c. in fin. Vbi Deus filiis Israel per Pharaonem & Aegyptios oppressis, à quibus via iuris reparatio & satisfactio haberi nõ poterat, mandauit bona Aegyptiorum rapere, & secum asportare, prout fecerũt: nec peccauerunt secundum Lyram ibi. Et nihilominus est plusquam liquidum omnes terras, si quas Angli in Francia habuissent, fuisse & esse iterum regi confiscatas: ita ꝙ de hac felonia & rebellione & cæteris supradictis similibus, non fuit necesse (cùm essent publicæ &
121 notoriæ) aliquã facere declarationem: † imò ex eis fuit ipso iure siue facto hominis facta confiscatio. Quicquid dicatur in c. cùm secundum leges. de hæreti. lib. vj. quod locum non habet vbi factum fuit notorium, vt clarè post omnes decidit Fely. in c. Rodolphus. xxij. col. versi. sed declaratoria sententia &c. in prima limitatione. de rescriptis. Tamen duo requi-
122 runtur quæ hoc casu contigerũt. † Primò quòd pœna inferatur ipso iure sine ministerio hominis, vt fit hîc rebellando contra supremum principem, secundum Bart. super rubrica qui sint rebelles. x. colla. Secundò, quòd factũ ex quo illa pœna de iure infertur, sit publicum & notorium, vt ibi dicitur. De qua confiscatione seu confiscationibus potest rex Franciæ, qui olim est possessor, si per Anglos super his impete-
123 retur, se perpetuò defendere: † quia quæ temporalia sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum & se defendendum. l. purè. §. fina. ff. de exceptio. doli.
124 † Imò ad agendum cõtra tam potentem, ei tempus nõ cucurrit. l. j. C. de annali exceptio. Sed quod plus est, experiri poterit semper remedio possessionis recuperandæ de iure vel via facti, pro occupatis per Anglos attenta ipsorum potentia. Nam regula volens vim vi repellere posse incontinenti, intelligitur nisi contra potentem: contra quem satis dicitur incontinenti, si post decẽnium, aut alio tempore quo fieri congruè poterit, fiat, secundum Hugutium singulariter in c. ius naturale. j. dist. Præterea & vltimò non obstat ille pacis tractatus, quoniam etsi dictæ feloniæ & rebelliones non fuissent, prout fuerunt, cõmissæ, & quòd rex Anglorum ex parte sui omnia in dicto tractatu & transactione cõtenta compleuisset,
125 prout non fecit, imò contrà venit, vt vidistis. † Tamen ille tractatus quo ad superioritatis renuntiationem, de ducatu Aquitaniæ per regem Franciæ fiendam vel factam, velut tendẽs in decolorationem publici ſtatus regni Francorum, nõ valuit, vt suprà clarè demõstraui, in dicto primo articulo, in fine, secundæ decisionis. Postremò pro vltimo refugio quanuis debili, recursum habent ad quendam alium finalem & vltimum tractatum, quem vocauit tractatum finalis pacis, inter Francos & Anglos firmatæ, in æternũ duraturæ. Per quem Carolus sextus quondam Francorum rex domini nostri regis Caroli octaui nunc regnantis proauus (non obstante, quòd filium haberet nomine Carolum, qui postea fuit rex Carolus septimus vocatus) tamen Henricum quintum Angliæ regem Catherinæ filiæ suæ maritum adoptauit sibi in filium, in regno Frãciæ post obitum ipsius Caroli sexti successurum. Cuius tractatus medio prætendunt Angli, ex morte dicti Caroli sexti, suum Angliæ regem, fuisse & esse regem Franciæ: & consequenter omnes supradictas confiscationes esse extinctas, imò confusas, & quòd nedum ducatus Aquitaniæ eis pertinet, sed totum regnum. Ad quem tractatum notoriè nullum, iniquum, & abusiuum Deo duce ad plenum respondebitur. super verbo, *In eodem testamento relinquens.* primò, in xviij. limitatione loquendo de primogenitura, vbi peremptoria videatis responsa.

Laus Iesu Christo domino nostro.

Guliel-

BIU Cujas

GVLIELMI BENEDICTI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS ERVDITISSIMI

Quæstio de Episcopatu, seu potius Tractatus, quo clarissimè qualiter & quando alteri posit Episcopatus conferri Lectoribus demonstratur.

SVMMAE.

1 ☞ *Episcopatus viuẽtis quibus modis põt alteri conferri.*
2 *Episcopus an in tẽpus mortis suæ alteri de episcopatu prouidere possit.*
3 *Episcopo seni coadiutor dari potest.*
4 *Papa omnia potest quæ sunt iuris positiui.*
5 *Prouisio in tempus mortis an valeat.*
6 *Augustinus fuit factus episcopus Hipponẽsis viuẽte alio.*
7 *Viuentis episcopatus alteri non potest conferri in tempus mortis, etiam de omnium consensu.*
8 *Iuramentum contra bonos mores non obligat.*
9 *Papa nihil potest contra bonos mores.*
10 *Votum captandæ mortis inducens dispositio est omni iure reprobata.*
11 *Ecclesia semper vtitur iure cõui, nisi vbi spãliter cauetur.*
12 *Beneficia non vacantia nec concedi nec promitti debent.*
13 *Papam de dignitatibus vacaturis prouideri posse quomodo intelligatur.*
14 *Episcopi duo insolidum in eadem prouincia esse nõ possunt & num.15.*
16 *Episcopatus viuentis non potest alicui in tempus mortis conferri.*
17 *Episcopus tractare potest cũ canonicis de suo successore, etiam eum nominando.*
18 *Pactum de hæreditate viuentis valet de eius consensu.*
19 *Pactum de successione viuẽtis vt valeat duo requirũtur.*
20 *Episcopo viuenti alius subrogari nõ potest etiã per papã.*
21 *Electio successoribus auferri non potest.*
22 *Papa nisi ex magna causa prouidere non potest contra cõmunes regulas.*
23 *Merita qualia esse debeant, vt quid contra ius toleretur.*
24 *Merita vel demerita vnius alteri nec prodesse nec obesse debent.*
25 *Episcopos duos in eadẽ diœcesi esse posse, quomodo intelligatur.*
26 *Resignatio cum regressu fieri non potest.*
27 *Regressus est reseruatio quædam iure reprobata.*
28 *Beneficia Romæ vacantia solus papa confert intra mẽsem.*
29 *Episcopatus prouisio ad capitulum nõ ad papam spectat, nisi in casibus. & num.30.*
31 *Prohibitio concily habet vim decreti irritantis.*
32 *Decretum irritans inficit titulum & possessionem.*
33 *Papa nec per mortẽ, nec per renuntiationẽ potest de episcopatu electiuo prouidere, etiã de cõsensu episcopi. & n.34.*
35 *Pensiones super beneficijs constituere solius est papæ.*
36 *Nuptiæ nec carnales nec spirituales rescripto possunt impetrari.*
37 *Papa an de episcopatu vacante prouidere possit de consensu capituli.*
38 *Consensus partiũ nihil operatur cõtra decretum irritans.*
39 *Iuri traditiuo certæ formæ non possunt partes renuntiare.*
40 *Forma actus est de iure publico, cui non potest renuntiari. & num.41.*
42 *Mulier si viuente viro alteri promittat, nõ poterit postea cum illo contrahere.*
43 *Matrimonia carnalia & spiritualia æquiparantur. & num.44. & 45.*
46 *Vocandi solùm sunt quorum interest.*
47 *Superior vocari non debet ad electionem capituli.*
48 *Consentire quis potest, vt alius pro se testetur, & matrimonium contrahat.*
49 *Consentire potest capitulum, vt alij eligant, seu quòd papa prouideat.*
50 *Capitulum remittere potest sedi apostolicæ totum negotiũ electionis.*
51 *Metropolitani consensus an requiratur, vbi capitulũ defert papæ ius eligendi.*
52 *Electiua dignitas sit collatiua.*
53 *Capituli metropolitanæ sedis consensus nõ requiritur, vbi ecclesiã episcopalis defert papæ ius eligendi.*
54 *Capitulũ non supplet negligentiam episcopi in deuolutis.*
55 *Papa potuit de episcopatu Albiensi prouidere de cõsensu capituli, retenta pensionẽ.*
56 *Papam de episcopatu non posse prouidere durante tempore electionis, est verum, sine consensu capituli.*
57 *Ecclesiæ dari non debet episcopus exosus.*
58 *Eligendi potestas quare ecclesiis data.*
59 *Papa quare per concilia prohibetur ecclesiis de episcopo prouidere.*
60 *Decretum irritans non operatur, vbi pars eo vti nõ vult.*
61 *Decreto irritanti renuntiari potest.*
62 *Actus fauore alicuius annullatus, nõ annullatur nisi ipso volente.*
63 *Emphyteuta delinquens non cadit à iure suo, nisi dominus ità velit.*
64 *Prouisio semel nulla, non validatur per superuenientem consensum.*
65 *Eligendi ius habẽt canonici, nõ vt collegiũ, sed vt singuli.*
66 *Eligendi facultati renuntiare in perpetuum non possunt canonici, sed bene pro vna vice.*
67 *Consentiens vt alius eligat, nõ debet seruare solennitates electionis. & nu.68.*
69 *Consentiens vt alius pro se testetur, non tenetur in eo consensu adhibere solennitates testamenti.*
70 *Electioni renuntians nõ debet formam electionis seruare.*
71 *Papa de consensu capituli prouidens non tenetur seruare formam capituli.*
72 *Papæ præsentia supplet defectum cuiuscunque solennitatis & num.73. & 74.*
75 *Collatio simplex quando habeat vim electionis, & confirmationis.*
76 *Resignatio cum retentione pẽsionis in episcopatu est via tutissima.*
77 *Episcopo remanente in suo integro non potest eius nepoti de episcopatu prouideri.*
78 *Prouisio de dignitate vacatura est nulla.*
79 *Reseruationes quando valeant.*
80 *Reseruatio quando erit secura. & nu. 81.*
82 *Causa magna reseruationem validans quæ dicatur.*

BIU Cujas

Reuerendus in Christo Pater, & dominus, Dominus Ludouicus de Amboysia miseratione diuina, & sanctæ sedis apostolicæ gratia Albiensis episcopus, glorioſam eius & laudabilẽ continuando circa eccleſiam ſuam intentionem, de dicto ſuo epiſcopatu cupit, & affectat incitatus per capitulum dictæ eccleſiæ prouideri per ſanctam ſedem apoſtolicam, nobili & generoſo viro domino Ludouico de Amboyſia eius nepoti. Cuius miniſterio confidit & ſperat geſta eius inclyta poſt ſui deceſſum in his, quæ remanebũt exequẽda, perfici. Sed petit modum ſibi ſalubrem & ſecurum hoc faciẽdi, taliter quòd dicto cuius nepoti poſsit prodeſſe, & ſibi non nocere.

1 VÆritur ergo qualiter prouidebitur dicto domino Albienſ. epiſcopo ad ſuam intentionem exequendam. † Pro cuius dubii deciſione conſiderandum eſt, quòd aut dictus epiſcopus remane re intendit epiſcopus dictæ eccleſiæ quandiu viuet: & quòd ex nunc vita ſibi comite prouideatur de cõſenſu capituli de ſuo epiſcopatu, præfato de Amboy ſia eius nepoti, vt poſt eiuſdem domini epiſcopi mor tem, & non ante, poſſeſsionem & plenam gauden- 6 tiam capiat, & durante ipſius domini epiſcopi vita penſionem duorum millium duçatorum annuatim percipiat, & aliâs, prout continetur in procuratorio ſuper hoc paſſato. Aut vult & intendit idem dominus epiſcopus ex nũc renuntiare ſuo epiſcopatui, vt de illo per papam de conſenſu capituli prouideatur dicto eius nepoti: cum retentione ſeu conſtitutione congruæ penſionis fienda dicto domino epiſcopo: & cum regreſſu in eum caſum, quòd dictus eius nepos cederet vel prædecederet. Aut vult ſimpliciter renuntiare retenta duntaxat congrua, & competen-
2 ti penſione. Veniendo ad primum membrum, † videtur quòd hoc fieri poſsit de conſenſu eccleſiæ, & canonicorũ Albien. per text. in l. fin. C. de pact. vbi valet pactũ de ſucceſsione & hæreditate viuentis, prouiſo quòd fiat de conſenſu cuius intereſt, id eſt, de cõſenſu illius de cuius ſucceſsione agitur. Quæ quidem lex licet loquatur de hæreditate & ſucceſsione prophana, tamen extenditur ad dignitates, & beneficia eccleſiaſtica, vt dicit ibi gloſſ. & eſt text. in cap. nulla. de conce. præ. Sed in caſu noſtro ſolius dicti epiſcopi, & capituli dictæ eccleſiæ intereſt, cùm de ipſorum tantum præiudicio agatur. Ergo de conſenſu eorum tractari poteſt & diſponi de dicto epiſcopatu in fauorem dicti ſui nepotis, etiam eius vita du-
3 rante. † Secundò hoc idem videtur textualiter decidi in c. petiſti. vij. qõ. j. vbi dicitur quòd epiſcopo ſenectute confecto coadiutor dari poteſt, vt ei poſtea morienti in epiſcopatu ſuccederet. Et hæc indubitanter videtur poſſe facere papa, qui omnia poteſt, maximè circa titulos beneficiorum, qui ſunt de iure poſitiuo, ſecundum Innoc. in c. niſi cum pridem. de renun. & ſentit Bald. in l. reſcripta. C. de precib. impe. offe.
4 † Supra quod ius papa plenitudinẽ habet poteſtatis. c. propoſuit. de conceſ. præben. Tertiò hoc fieri poſſe demonſtratur, quia vacante dicto epiſcopatu papa poſſet de conſenſu capituli de illo prouidere, cùm nullius interſit niſi ipſius capituli, vt infrà vide-
5 bitur. † Ergo & nunc viuente adhuc dicto epiſcopo prouidere poterit, vt effectus prouiſionis conferatur in tempus futuræ vacationis. Quia paria ſunt aliquid fieri tempore licito vel etiã illicito, & cõferri in tempus licitum. l. in tempus. ff. de hæred. inſtitut. & notant Bart. & Bald. in l. quod ſponſæ. C. de don. ante nup. Quartò hoc fieri poſſe formaliter in propriis noſtris terminis decidit Alber. de Roſ. in d. l. fin. C. de pact. vbi dicit, per illum text. quòd de conſenſu præſentis abbatis. & monachorum valet electio futuræ Abbatiæ. Ex quo videretur decidi, ꝙ de cõſenſu dicti domini epiſcopi & capituli Albien. ex nunc prouideri poſsit dicto eius nepoti de futuro epiſcopatu, vt ex nunc ius habeat: ſed gaudentia illius ſperet donec poſt mortem præſentis epiſcopi: quod maximè fieri poſſe debet ex cauſis magnis in inſtrumẽto procurationis, & cõſenſus capituli cõtentis. Cauſa enim magna tales prouiſiones ab ordine iuris exorbitãtes fouet & ſuſtinet, vt expreſsè cauetur in decreto de elec. in prag. vbi licet ſint certæ ſpeciales cauſæ expreſſæ: tamen idem fieri poſſet ex cauſis ſimilibus, vt cõſuluit Ludo. conſi. cccxxxij. Præterea gl. magna in l. vnica. C. de metro. Beryto. lib. xi. dicit, quòd in eadem dicœceſi eſſe poſſunt duo epiſcopi nõ æquè principales, ſicut erit in caſu noſtro, ſecundũ contenta in dicto inſtrumento: vbi nepos non erat æquè principalis viuente auũculo in dicta dicœceſi Albien. ergo &c. Ad hoc facit tex. notab. in c. ſicut vir. in fin. & c. non autẽ. & c. nihil. in fin. vij. q. j. vbi † Auguſtinus fuit datus epiſcopus eccleſiæ Hipponenſi viuente adhuc dictæ eceleſiæ epiſcopo. Et idem factum fuit Ariminenſi epiſcopo, vt ibi. & in c. qualiter. & c. quanuis ſit triſte. eadẽ cauſa & quæſt. ideo dicit Panor. in c. quoniã in pleriſque. de off. ord. ꝙ papa poteſt ex cauſa ☞ duos ponere epos. [Sed illud intelligas ꝓpter vrgentẽ neceſsitatẽ. tex. in d. c. quoniã in pleriſq;. alioquin contrà eſſet: argu. illius tex. à ceſſanti ratione.] Sed in
7 contrariũ opinor eſſe rei veritatẽ: & puto, ꝙ † ſtante dicto domino epiſcopo prælato dictæ eccleſiæ, prouideri non poſsit dicto eius nepoti etiã de conſenſu ſuo & dicti capituli: quod demonſtratur ſequentibus rationibus. Primò, quia ſi talia fierẽt, & permitterẽtur, ꝙ nepos eſſet epiſcopus, & gaudere non poſſet plenè de dicto epiſcopatu donec mortuo auunculo, ex hoc induceretur votũ captandæ mortis ſui auunculi, vt citius gaudere poſſet epiſcopatu ſuo. Et ſic talis diſpoſitio eſſet contra bonos mores, contra quos
8 papa nihil poteſt, nec † iuramentũ: imò Deus talia iuramenta turpia reſpuit. c. nõ eſt obligatorium. de reg. iu. in vj. & l. ſi quis inquilinos. ff. de leg. j. & ita cõcludũt Barto. & Doct. in d. l. ſi. & Bar. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obli. Nã licet papa multũ poſsit cõtra bonos mores ciuiles, nihil tamen põt contra bonos mores naturales diſponere. Nec immerito, qa Chriſtus licet per ſui aduentũ ſuſtulerit ceremonialia & legalia præcepta veteris teſtamenti: tamẽ mo-
9 ralia reliquit intacta, † euidenter demonſtrans papã aut partiũ cõſenſum etiã cũ iuramẽto nil poſſe in talib⁹, ſecundũ Panor. in c. fin. de cõſue. Facit l. generaliter. & l. ſi plagij. ff. de verbo. obl. & l. ex eo inſtrumẽto. C. de inutil. ſtip. & not. Bar. in l. j. ff. de don. in vir.
10 & vxo. & l. ſi quis pro eo. ff de fideiuſſ. † Vnde vnaquęq; diſpoſitio votum inducens captandæ mortis alienæ, velut contra bonos mores ſemp fuit, & eſt reprobata omni iure. Nec obſtat ſi diceretur nõ eſſe veriſimile nepotẽ cõſpirare in necẽ ſui auunculi, & benefactoris. Quia licet nõ ſit veriſimile, tamẽ eſt poſſibile: ideo lex de tali veriſimilitudine nõ cõfidit: nec propter eã actũ de ſe prohibitũ magis iuſtificat: vt l. lata iampridẽ. C. de don. Sæpe enim diabolo inſtigãte, aut aliâs cõtigit filios patrẽ aut alios parẽtes occidiſſe. ff. ad legem Pompe. de parri. per totum. Sicut à ſimili

BIU Cujas

simili legi in c.j. de coha. cle. & mulie. Et multi sunt qui suos dãnificãt benefactores, iuxta illud sacrę scripturæ: qui retribuũt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniã sequebar bonitatẽ. Ideo nõ est inhærendũ dictæ præsumptioni: quia licet casum aduersum non debemus expectare, nec esse debeat in consideratione l. inter stipulãtẽ. §. sacrã. ff. de verb. obl. tamẽ lex, ne talis casus cõtingat, voluit obuiare. l. in fundo. ff. de rei ven. Ideo cõciliũ generale tales dispositiones prohibẽs generaliter loquit̃, eas prohibẽdo, & parẽtes nõ excipiendo: & præsertim in casu nostro in terminis d. l. fi. quę locũ habet in filiis & parẽtib⁹, ita ꝙ in eis cadit suspiciovoti captãdę mortis, vt tibi tenet gl. super verbo, alienæ. cõmuniter approbata. Quinimo dispositio d. l. & cõsequẽter præsumptio voti captãdæ mortis locũ habet etiam in ecclesia, vt eius fauore tales dispositiones de futura successione nõ valeãt: quia cũ sint turpes, & cõtra bonos mores, nihil operãtur fauore eccleſiæ, quæ est cultrix iustitiæ. c. j. §. diuersum. de alie. feu. Et sic contra iustitiam nihil debet admittere. Et ita per multas rationes tenet Ia-
11 son in d. l. fi. † quia ecclesia semper vtitur iũre cõmuni, nisi quoniã in ea aliud speciale est statutũ, ca. j. de alien. feu. & gl. in c. peruenit. de censi. Et hoc maximè verũ attenta prohibitione successionis, seu iuris succedendi in beneficialibus, in quibus omnis prohibetur successio. c. j. de præb. Secundò de hoc est text. in d. c. nulla. de cõcess. præb. vbi textualiter deciditur, ꝙ
12 † beneficia nõ vacãtia cõcedi vel promitti nõ debẽt, & ibi papa suã fundat decisionẽ in d. l. fi. de pac. dicẽs, ꝙ cũ talia sint ꝓhibita ꝓ leges gẽtiliũ, multò magis fieri nõ debẽt secũdũ legẽ Dei, & Christianorũ. Quinimò Panor. ibi in quarto notabili videtur innuere, quòd etiã per papã hoc fieri nõ potest, dum dicit, Nota ꝙ ex promissione vel ꝓmissione beneficij vacaturi de facili causatur votũ captãdę mortis proximi: ideo quãtò superior est sanctior, tantò facilius debet abstinere à talibus promissionib⁹, & aliis prouisionibus beneficiorũ vacaturorũ. Cùm tanquã nõ vacãtia cõferri nõ possint, vt ibi. & tenet glo. in d. l. fi. quã sequũt omnes Doct. Idẽ tamẽ in l. j. C. vt act. ab hærede, & cõtra hæredẽ. & l. si certarũ. ff. de mili. testa. Et
13 licet gl. in c. quãuis. de reseri. in vj. dicat, ꝙ † papa prouidere põt de dignitatibus vacaturis, hoc intelligitur ꝙ ꝓuidere potest de vacatura incerti hominis, puta si prouideat de proximò vacatura, neminẽ nominando. Quo casu etiã valet pactum de futura successione incerti hominis: vt l. iij. §. de illo. ff. ꝓ soc. Sed prouidere nõ potest de dignitate vacatura certi hominis, vt in casu nostro: quia induceret votũ captãdæ mortis, secundũ Sali. & Doct. in d. l. fi. Tertiò hoc fieri nõ posse demõstratur: qa dictus domin⁹ Albiẽsis episcop⁹ vult & intẽdit, quòd de dicto episcopatu ex nũc ꝓuideat dicto ei⁹ nepoti: & hoc fieri nõ põt ipso domino remanente episcopo: quia eiusdẽ diœcesis duo
14 nõ possunt esse episcopi. † Nã licet in eadẽ prouincia duæ possint esse ciuitates metropolitanæ, & in eadẽ diœcesi duæ ciuitates: non tamẽ possunt esse in eadẽ prouincia, vel diœcesi duo archiepiscopi, vel episcopi insolidũ habẽtes dignitatẽ, & iurisdictionẽ põtificalẽ, vt l. vnica. C. de metropoli. Beryto. libr. xj. & ibi per illũ tex. ita decidunt Bar. & Ioã. de Pla. in j. notabili in effectu cõcludẽtes, quòd licet princeps supremⁿ qualis est papa, vel imperator, possit scidere ꝓuinciã vel diœcesim, vt de vna fiãt duæ, vt ibi fecit, & l. si eadẽ. ff. de off. assess. Et ꝙ duo sint episcopi vel præsides. vt quilibet suã habeat iurisdictionẽ, & præeminentiã in ciuitatibus vtriq; assignatis, ita ꝙ sint duo epi-
15 scopi, vel pręsides distincti, vel vnus ambarũ: † tamẽ facere nõ põt, ꝙ eiusdem prouinciæ vel diœcesis sint duo præsides vel episcopi insolidũ habẽtes præeminentiã, & iurisdictionẽ in tota prouincia vel diœcesi: quia esset monstrũ in natura, ꝙ in vno eodémq; corpore essent duo capita. l. ostentũ. ff. de verb. sig. & ca. quoniã in plerisq; de of. ord. ideo dicit gl. in d. l. vnic. ꝙ fieri nõ põt, quòd vnus episcopus vel archiepiscopus addatur alteri, vt sint ambo æquè principales in eodẽ episcopatu vel archiepiscopatu, vt d. c. quoniã in plerisq; & est casus in c. in apibus. ibi, singuli eccle siarũ episcopi. Et licet Pan. in d. c. quoniã in plerisq; dicat ꝙ papa facere põt, ꝙ in eadẽ diœcesi sint duo episcopi simul & semel: tũ hoc intelligi debet, vt ꝛ. dictũ est, scilicet diuidẽdo diœcesim in duas: quod facere põt solus papa, vt not. in ca. j. de trãsla. episc. Nã si aliter intelligeret, cõtineret absurditatẽ cõtra natu
16 rã, vt ductũ est. Prætereà induceretur votũ captãdæ mortis alterius, vt solus remaneat epꝰ. † Aut vult dictus dñs episcopus, ꝙ suo nepoti nõ ꝓuideatur de ꝑsenti, sed episcopatus reseruetur sibi, prouidẽdo ipso domino episcopo mortuo. Et similiter fieri nõ põt, nisi vt dicã ꝛ. in fine præsentis schedulæ: quia induceret votũ captãdæ mortis, vt d. l. fi. Propter quã rationẽ hodie ꝑ concilium generale ꝓhibitæ sunt cũ decreto irritãti omnes & quæcũque reseruationes generales & particulares, vt patet in decreto de reserua. Ex hoc infertur, quòd cũ visis verbis dicti instrumẽti, dictus dominus episcopus intẽdat duo fieri. Primò, ꝙ dicto nepoti suo, ex nũc prouideatur de dicto episcopatu. Secũdò, quòd plena gaudẽtia differatur donec post mortẽ suã naturalẽ vel ciuilẽ, sequitur quòd primũ fieri nõ põt, ne in eodẽ corpore reperiantur duo capita. Secundũ etiã fieri nõ põt: quia induceret votũ captãdæ mortis, vt citius gaudere posset plenariè de dicto episcopatu. Et sic militat ratio prohibitiõis d. l. fi. & d. c. nulla. & per cõsequens durat prohibitio. Similiter nõ valeret, si idẽ dominus episcopus cõsentiret, quòd de præsenti prouideretur dicto nepoti, & reseruaretur prouidendũ post eius mortẽ: quia hoc esset implicare contradictionẽ. Quartò hoc fieri nõ posse decidit tex. in c. petisti. vij. q. j. vbi papa permisit archiepiscopo Maguntino, sibi ordinare pro sua persona coadiutorẽ, necnõ tẽporę mortis nominare eligendũ: veruntamẽ prohibuit surrogari dicto archiepiscopo, & eligi successorẽ: quia hoc est contra ecclesiasticã regulã. Et in hac opinione resideo quòd hoc fieri nõ possit, scilicet prouideri dicto nepoti via coepiscopatiõis, cũ simul duo esse nõ possint episcopi in eodẽ episcopatu. Nec via reseruatiõis, cũ omnis reseruatio & ꝓuisio ad vacatura sit omni iure ꝓhibita. Nec iure coadiutionis aut coadministrationis, attẽta ætate dicti nepotis, in qua episcopari nõ potest, nec cõsultè administrare, cũ ætatẽ non excedat x. & viij. annorũ. Et sic coadiutor seu suffraganeus esse nõ posset. Prætereà nec prouideri põt via successionis:
17 † quia dictus dominus episcopus tempore mortis vel ante, licet tractare possit cũ suis canonicis de suo futuro successore, etiã nominando certã personã, tamẽ in fauorẽ illius de dignitate disponere non potest, nec habere successorẽ ex testamẽto vel ab intestato, c. apostolica. §. his omnibus. viij. q. j. nec papa ad petitionẽ episcopi nec proprio motu aut aliàs eo viuẽte disponere potest, nec dare ei successorem, per tex. in d. c. petisti. §. idem, de eo autẽ. Nec obstãt rationes
18 in contrariũ allegatæ: nã dum dicebatur, † quòd dis-

poni potest de hæreditate, & per consequens de beneficio viuentis intercedẽte cõsensu illorũ, de quorũ præiudicio agitur d.l.fi. de pac. &c. nam respõdetur, q̃ dicta lex in pũcto nostro nihil facit ad propositũ: quia per pactum futurę successionis paciscentes nullum ius acquirunt in hæreditate viuentis & consentientis, donec ipso mortuo in eodem consensu, vt ibi. Sed in casu nostro nos tractamus de acquirendo ex nũc dicto nepoti ius & titulum in dicto episcopatu, quod fieri non potest, ne in eodẽ corpore reperiãtur, duo capita. Præterea, si tractaretur tantum de futura prouisione fienda dicto nepoti post mortẽ dicti domini episcopi de cõsensu capituli, semper capitulum posset mutare consensum, & mortuo episcopo eligere, per tex. in d.l.fi. † Nam antequã dispositio de bonis viuentis valere possit, & sortiri effectũ, duo requiruntur, scilicet q̃ interueniat cõsensus illius, & q̃ perseueretur in cõsensu vsque ad mortẽ inclusiuè. Et sic periculosum esset cõfidere de mutabili hominũ volũtate, fortè in perditionẽ multarum pecuniarum, & status personæ dicti nepotis. Secũdò non obstat tex. in d.c. petisti. vij.q.j. quia ibi nõ dicitur, q̃ viuente episcopo alius successor possit eligi in titulum episcopatus, vt ibi patet in vers. idem. dum dicit. De eo autẽ quem tibi successorem cõstituere dixisti, vt te viuẽte in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione cõcedi patimur, quia contra omnem ecclesiasticam regulam vel statuta patrũ esse mõstratur, sed volumus, vt ministret tibi, & sit in euangelio Christi adiutor. Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, vt te viuente alium tibi substituamus, &c. Ecce tex. apertũ quòd viuente prælato, & eo permanente in prælatura non potest ei substitui successor. Bene verum est, q̃ episcopo non valenti ministrare dãdus est coadiutor: & ita intelligitur principium dicti capituli. Nec obstat si diceretur, q̃ ibi papa intendebat facere specialem gratiam illi archiepiscopo Maguntino, quod non faceret dando ei simpliciter coadiutorem, cùm illud de iure communi cõcedatur. Quia respondeo, q̃ imò fecit illi archiepiscopo gratiam in eo q̃ permisit ei habere coadiutorem quem volebat, & tempore mortis nominare eligendum. Et satis est, quòd ille tex. cõtinens priuilegiũ operetur in aliquo min' de iure reprobato, vt l. si quando. C. de inoffic. testa. Et nõ in alio regulas iuris peruertente, scilicet † q̃ viuẽte episcopo alius subrogetur episcopus, quod fieri nõ põt, etiã per papã, vt tenet gl. in c. apostolica. in fi. viij.qõ.j. Quia illud esset peruertere statũ ecclesię, vt ibi dicitur. Non obstat dum dicebatur, quod sustineri possunt prouisiones de consensu capituli, cuius interest, factæ viuente adhuc episcopo, & sic tempore illicito: dum tamen effectus cõferatur in tempus licitũ, scilicet vacationis, per l. in tempus. ff. de hære. instit. quia illa regula locum non haberet in casu nostro, vbi prouisio continet turpe votũ captandæ mortis, quia tunc nihil valet. Cùm lex resistat initio dispositionis, ita dicit Bar. in l. si cõstante. §. quoties. ff. soluto matrim. Et sequuntur Moderni in d.l.fin. de pact. vbi Iason ita concludit. Non obstat dum quarto loco adducebatur decisio formalis Alber. de Ros. in d.l.fi. quia præfatus doctor in hoc ab omnibus reprobatur: quia si de consensu Abbatis & monachorum fieri possit electio futuræ abbatiæ, vt ipse dicit, † auferret electionem successoribus, quod fieri non potest, in cap. ex parte. de offic. delega. & ita cõcludit Iason in d.l.fi. † Non obstat, quòd ex magnis & iustis causis, prout videntur esse causæ in dicto instrumento procurationis contẽtæ, tales prouisiones papæ exorbitantes tolerãtur & sustineri possunt, per decretum concilij generalis: prouiso, quòd tales causæ sint omnibus notæ, & in literis apostolicis exprimantur. Quia respondetur, quòd causæ in dicto instrumento numeratæ non sunt de causis enumeratis in dicto decreto, neque similes eisdem. Et sic medio illarum papa cõtra communes regulas prouidere nõ posset. † Prætereà ante quàm aliquæ causæ seu merita sint sufficientia ad sustinendum aliquam dispositionem à iure prohibitã, necessariò requiritur quòd talia merita sint supererogationis, ad quæ ille, cuius fauore dispositio fit, aliàs non teneretur. Quia si faceret solum ea, quæ facere tenetur, talia merita non corroborarent: neque fundarent dispositionem aliàs prohibitam, vt decidunt Bald. & Salice. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. decidendo similem quæstionẽ: quos sequuntur Alexan. & Iason in l. si donatione. C. de collat. Or merita dicti domini episcopi Albiensis descripta in dicto instrumento, quæ fecit in dicto suo episcopatu, & verisimiliter facturus est dictus eius nepos, dum dictæ ecclesiæ præsidebit, sunt talia, ad quæ de iure communi quilibet episcopus tenetur, qui vltra sibi necessaria tenetur residuum conuertere in pios vsus, & gratis visitare, & ordines ac beneficia conferre, sicut semper fecit, & laudabiliter dictus dominus episcopus. Ergo fundare non possunt dictam prouisionem de iure exorbitantem. Prætereà merita dicti domini episcopi inhęrent suæ personæ: & sic non essent causa legitima prouidendi dicto suo nepoti, ita exorbitanter contra generalia concilia, & sanctorum patrum decreta: † quia merita vnius esse non possunt causa præmij & sublimationis alterius, sicut econuerso demerita vnius non debent esse causa puniendi alium. Instit. de iure natu. §. sed quod principi, versicul. planè. Quinimò rectè iudicando tanta merita dicti domini episcopi potiùs sunt impeditiua dictæ prouisionis, quàm inductiua eiusdem: quia quanto sanctior est episcopus, & ecclesiæ suæ vtilis, tantò accuratiùs tolli debet votum captandæ suæ mortis, quod per dictam reseruationem episcopatus vel fructuum induceretur.

Nec obstat glos. in dicta l. vnica. C. de metropoli Beryto, † volens in eadẽ diœcesi duos episcopos esse posse, duntamen ambo non sunt æquè principales, sicut facere intendit dictus dominus episcopus: quia illa glos. intelligit duos posse esse episcopos in eadem diœcesi, non æquè principales, scilicet vnum verum titularem episcopum, & alium eius vicarium seu coadiutorem, iuxta tex. in dicto. c. petisti. vbi gl. ita expressè tenet in fin. Et ita intelliguntur etiam c. sicut vir, in fi. & c. non autẽ. & c. nihil. in fi. vij. q.j. vbi Augustinus datus fuit coepiscopus episcopo Hipponensi. Sed hoc intelligitur, vt vnus sit vicarius & coadiutor alterius: non autem quòd habeat titulum in episcopatu: aliàs esset mõstrum videre duo capita in eodem corpore: quod fieri non potest. secundum gl. in d. cap. non autem, in fin. Sic Petrus Linum, & Cletũ coadiutores habuit, sed non coapostolatus titulares. can. si Petrus. viij.q.j. in c. verò qualiter sedes vacabat per renuntiationẽ episcopi: qua non habita in scriptis papa noluit prouidere, nisi facta renũtiatione, & sic episcopatu vacante. Et in c. quanuis sit triste. vij.q.j. episcopo ægrotanti non fuit datus episcopus titularis, sed nudus administrator, quãdiu ipse viueret, aut infirmitate torqueretur, vt tenet ibi gl. in fin.

Aut vult & intendit dictus dominus episcopus,

ex nunc

26 ex nunc & de præsenti †renuntiare cum regressu scilicet, quòd cedēte vel decedēte dicto eius nepote sit episcop⁹. Certè nō potest hoc fieri: quia obstāt duo. Primò, quia induceretur successio in dicto episcopatu. Prætereà induceretur votum captādæ mortis, per iura superius allegata. Quibus rationibus in parlamēto proximè præterito per arrestum fuit per modum edicti generalis prohibitum, ne à cætero tales impetrationes cum clausula regressus fiant, sub pœna cadendi ab effectu bullarum, & emendæ arbitrariæ. Et fuit latum dictum arrestum Parisiis in Parlamento anno isto domini. M.cccxcvj. xix. mensis Aprilis, in causa camerariæ ecclesiæ Lugdunen. Inter dominum Franciscum de Stagno contra magistrum Antonium
27 Dars canonicos dictæ ecclesiæ. † Nam clausula regressus, aliud non est nisi quædam reseruatio, quæ, vt dictum est, de iure est reprobata, & per generalia cōcilia. Aut vult & intendit dictus dominus episcopus similiter resignare in manibus Papæ cum retentione certæ cōgruæ pensionis sine clausula regressus. Et si quæratur an facta dicta resignatione, Papa possit dicto eius nepoti prouidere de dicto episcopatu. Et vi
28 detur quòd non. † Nam licet beneficia & dignitates vacantes per mortem naturalē, vel ciuilem, puta renuntiationem in curia Romana, non possunt per alium conferri, quàm per Papam infra mensem, aliàs collatio, & quæuis alia dispositio esset ipso iure nulla, per tex. in c. ij. de præben. lib. vj. Tamen vbi agitur de episcopatu, sicut in casu nostro, prouisio pertinet
29 capitulo ecclesiæ cathedralis, & non papæ. † quia episcopatus, cum non dicitur beneficium neq; dignitas, sed dicitur culmen dignitatis, non comprehenditur in dispositione seu decreto dicti capit. ij. secundū glos. ibi, quam sequuntur omnes Docto. Pro qua est text. licet ipsi non dicāt, in cap. cùm post petitam. de elect. vbi archiepiscopus Lugdunē. resignauit ecclesiam suam in manibus Papæ, cùm alibi nō posset, per text. iuncta gl. in c. si electio. de elect. lib. vj. Et tamen prouisio etiam pro illa vice pertinuit capitulo dictæ ecclesiæ, ac si vacasset per mortem naturalem dicti archiepiscopi in partibus contingentem. Adeò, quòd si Papa in casu nostro prouideret de episcopatu, talis prouisio esset ipso iure nulla, tanquam durante tempore eligendi attēpata, donec tāto tempore vacasset,
30 quòd per negligentiam capituli, & immediatorum superiorum ius prouidēdi ad Papam fuisset deuolutum vel facta deuolutione per negligentiā, Papa immediatos superiores prēueniisset, vt infrà dicē † Aut capitulum in eligendo in forma peccasset, aut scienter in materia, vt plenè deciditur in c. quanquam de
31 elec. lib. vj. aliter & aliàs papa prouidendo nihil agit: neq; electionem futuram per talem funestam prouisionem impedit, obstante decreto generalium Constantien. & Basilien. cōciliorum. consideratio maximè, quòd dicta generalia concilia decretū continent irritans, si quid etiā per Papam cōtrà fiat. Et ita consulnit Ludou. Rom. consi. cccxlv. in fi. † Continent enim dicta cōcilia saltem perpetuā prohibitionem, quæ vim decreti irritantis habet secundū glo. in verbo, inhibentes, in cle. j. de iure patro. & tenet Bal. per illum text. in l. non dubiū, C. de legi. & Ludo. consi. cccclxxx. in fine. & cccclxxxiij. & clarius cccxcix. Vbi concluditur, quòd prouisio est nulla. Et prouisus contra electum coram confirmatore cōparens, non esset legitimus contradictor ad impediendū confirmationem electionis. Et sic ad opponendum nō admitteretur. Quinimò nec à confirmatione reciperetur appellans, cùm eius non interfit, eo quia etiam si electus non confirmaretur, ipse episcopatum nō haberet virtute suæ apostolicæ prouisionis. Et si de facto in episcopatu se intruderet, possessionem illius occupando, expelli posset, per tex. in c. j. de elec. Et expulsus remedium non haberet possessoriū ad recuperandam possessionem. Et minùs intentare posset interdi
32 ctum retinendæ vel adipiscendæ possessionis, †obstā te decreto irritanti concilij generalis: quod nō solū inficit titulum, sed etiam possessionem contra decretum obtētam & occupatam. Ita singulariter decidūt domini de Rota in nouis, decis. xvj. incipiē. Si contra agentem. & Dominicus in c. ij. vt lite penden. lib. vj.
33 † Nam siue Papa de dignitate Pontificali electiua prouideat post mortem prælati naturalē vel ciuilem, siue eo adhuc viuente, quantuncunq; prouiderit, etiā de consensu & voluntate ipsius prælati viuentis, talis prouisio est ipso iure nulla, vt plenè deciditur in præallegatis consiliis. Et est de hoc vltimo tex. in ca. episcop. cum duobus seq. viij. qō. j. Non enim tunc agitur de hæreditate prælati, qui consentit, vt suus consensus talem de futura prælatione dispositionem validare possit: sicut faceret in pacto futuræ successionis prophanæ, vt l. fi. C. de pac. & tenet gl. in c. nulla. de concess. prēben. & Docto. ibi & Salice. in dicta l. ff.
34 † Vnde Papa etiam de consensu prælati de prælatura prouidens nihil agit. Quinimò talis prouisio non præstat impedimētum electioni intra trimestre tempus celebrādæ, vel prouisioni iure deuoluto post trimestre per metropolitanum fiendæ. c. non prēstat. de
35 regu. iur. in vj. † Plus videtur, quòd licet constituere pensionem super episcopatibus, & aliis beneficiis ecclesiasticis soli Papæ pertineat, vt plenè no. in c. ad audientiam. ij. de rescrip. & in c. nisi essent viri prouidi. de præbē. & in c. quanuis. eo. tit. lib. vj. Tamen quamtuncunque resignetur episcopatus in manibus Papæ cum retentione pensionis pro resignāte, adhuc vacabit episcopatus nō in manibus Papæ, sed in partibus, vt prouideri debeat per electionem, vt est tex. rotūdus in c. quanuis sit triste. vij. q. j. versi. sed si interualla. Ideo si Papa prouideret, etiam cum constitutione pensionis, talis prouisio non impediret electionē per capitulum celebrandam, vel prouisionem in casu negligentiæ per metropolitanum fiēdam.
36 † Quia sicut nuptiæ carnales rescripto principis impetrari, aut cō cedi non debent, sic nec etiam nuptiæ spirituales inter prælatum & ecclesiam, vt l. j. & ij. C. si nuptiæ ex rescri. petan. Nam bonum est argumētum de carnali matrimonio ad spirituale. c. inter corporalia. de trās-
37 la. episp. † Prætereà & fortius videtur, quòd etiā papa de episcopatu vacāte prouidere nō possit, etiā de cō sensu capituli seu ecclesiæ vacantis, obstante decreto irritanti in cōcilio generali Basiliē. Quia vbicunque in aliqua dispositione per superiorē apponitur clausula decreti irritātis: tunc cōsensus partium nihil potest operari, secundum glo. in l. à diuo Pio. super verbo, actionem. ff. de rit. nup. quam ad hoc multum no. Bal. in dicta l. non dubium. C. de leg. & in l. iubemus. §. sanè. de sacrosan. eccle. & in l. ea quę. C. de don. ante nup. & in c. lator. de re iudi. Et idem tenet gl. in c. statutum. §. j. super verbo, committatur. & in c. dispēdia. in verbo, processus. de reseri. in vj. Et est tex. solēnis in c. dilecto. circa fi quem Doctor. & Panorm. ibi
38 multum notauit, de præben. Vbi per omnes concluditur, † quòd consensus partium nihil operari potest contra decretum irritās superioris. Et ratio est, quia vbi apponitur clausula decreti, tunc illud videtur

datum

datum pro forma. ſecundum Baldum & Ange. in l. j. ff. de liberis & poſthu. Sed vbi aliquid requiritur pro forma, conſenſus partium nihil operatur, ſecundum
39 Barto. in l. de his ff. de tranſactio. † Nam iuri traditi uo certæ formæ in actibus hominum renuntiari non poteſt, ne proprio motu, prout quiſque vellet, & nō prout debet, procedi poſſit. Ita elegāter in propriis terminis decidit Bal. in ſuo conſilio chiſmatis poſito ſuper rubrica. C. ſi quis aliquem teſt. prohibi. verſic. prædictis quoque accedat, &c. Et idem Bal. in l. Barbarius. in vj. colum. j. lectu. in fin. ff de officio præto.
40 & Barto. in l. Modeſtinus. ff. de donatio. † Et ratio rationis eſt, quia omnis ſolennitas ſeu forma actus eſt de iure publico, vt l. teſtamenti factio. ff. de teſtamē. Cui partes renuntiare non poſſunt: vt l. nemo poteſt. ff. de legatis j. Ideo dicit Baldus in ca. j. qui ſucceſ. teneantur. in vſib. feud. quòd quoties lex vel ſtatutum apponit formam, conſenſus priuatorum nihil operari poteſt, ſiue talis forma vtilitatem cōtinet publicā aut priuatam. Et alibi dicit idem Baldus in authent.
41 iubemus. ad fi. C. de iudic. † quòd vbi forma eſt tradita à iure, ſi actus introducatur ſine ea, nō poteſt poſteà conſenſu partium conualidari ſeu ratificari. Idem decidit in l. j. C. qui admitti ad bono. poſ. poſſunt. Cū igitur per ſanctorum patrum decreta & concilia generalia moderna epiſcopatibus vacantibus prouideri debeat per viam, & formam electionis aut poſtulationis, ita quòd ſi ſecus fiat, ſeu attentetur, etiam per Papam, irritum ſit & inane: Sequitur quod obſtante dicto decreto irritanti, partes quarum intereſt, & ſic capitulum eccleſiæ vacantis, vt contrarium fiat, nullatenus poſſunt cōſentire. Et præſertim ſi antequam eccleſia vacet, capitulum cōſenſerit cum alio matrimonium ſpirituale contrahere, ſcilicet conſentiendo
42 quòd alteri prouideatur dum vacabit. † Quia ſicut mulier, quæ viuente primo marito, fidem dedit alteri de matrimonio ſecum contrahendo, mortuo mari to non poteſt cum illo cōtrahere: Quinimò ſi de facto contrahat, matrimonium non tenet, vt concluditur in capi. j. & ibi Panormita & in cap. fin. de eo qui duxit in matrimō. quam priùs polluc. per adulter. & v. j. quæſtio. j. ſicut. Sic etiam ſi capitulum ſeu eccleſia cathedralis viuente ſuo marito, ſcilicet epiſcopo, cū alio contrahere conſenſerit, nihil agit, neque matri-
43 monium ſpirituale ſequi poteſt: † Conſiderato, vt dictum eſt, quòd matrimonia carnalia & ſpiritualia pari modo regulantur & æquiparantur: vt dicto ca. inter corporalia. ita dicit glo. pragmaticę, ſuper verbo,
44 violantes. in titu. de paciſ. poſ. in fi. † Per quæ omnia ſuperius deducta, videtur quòd Papa de dicto epiſcopatu Albien. prouidere non poterit, etiam de conſenſu dicti domini epiſcopi, etiam cum cōſtitutione pēſionis: neque cum conſenſu capituli eccleſiæ Albienſis. Præterea ſi cum penſione poſſet Papa de dignitate Pontificali prouidere, faciliter fieret fraus concilio generali, ſimpliciter & indiſtinctè ac generaliter loquēti, tales prouiſiones papales prohibendo, ne eligentibus fiat præiudiciū. Nec obſtat, q̄ ratione connexitates multa permittuntur quæ aliàs non permitterētur: quia hoc intelligitur in indiuiduis & inſeparabilibus, vt dicit Panor. in c. quāuis. de re iudi. Quia in caſu noſtro hęc duo ſunt ſui natura ſeparabilia, ſcilicet quòd Papa, qui ſolus poteſt, reſignationē admittat, & penſionem reſignanti reſeruet & conſtituat, & capitulū eccleſiæ cathedralis eligat, vt d. c. cùm poſtpetitam. & c. quanuis ſit triſte. Et hoc eſt, quod intēdit tex. decreti generalis cōcilij in dicto cap. licet in conſtruenda. verſicu. quia tamen. vbi concilium vult ſemper eccleſiis via electionis vel poſtulationis prouideri eccleſiæ vacanti ſine impedimēto quocunque & obſtaculo. Ex quo euidēter & neceſſariò ſequetur, quòd penſionis cōſtitutio, quæ obſtaculum electioni eſſe poſſet, prouiſionem Papæ in prę iudicium capituli validari non poteſt: Quinimò abſurdiſſimum foret, quòd penſionis cōſtitutio, quæ onus eſt, & ſeruitus odioſa eccleſiam grauans, & dignitatem, cap. j. vt eccleſ. benefi. ſine dimi. conferan. extenderetur ad validandum prouiſionem papalem decreto concilij damnatam. capi. odia. de regu. iuris lib. vj. Sed in cōtrarium opinor eſſe rei veritatē. Et puto, quòd imò
45 † Papa prouidere de dicto epiſcopatu poterit dicto de Amboiſia iuniori, aut alteri de conſenſu capituli eccleſiæ Albienſis cum conſtitutione certæ moderatæ penſionis, dum & quando vacabit per reſignationem dicti domini epiſcopi. Et ad hoc tenendum me mouet text. ita formaliter decidens in c. nullus inuitus. lxj. diſtin. vbi clarè deciditur, iuncta glo. ibidem, quòd epiſcopus dari poteſt eccleſiæ vacanti de conſenſu ipſius eccleſiæ ſeu capituli. Nam ibi non agebatur de prælato eligendo, aut aliàs aſſumēdo per capitulum: Sed agebatur de epiſcopo per alium dando ipſi capitulo, quo caſu alius eſt dans, alius verò eſt capitulum cui datur. arg. c. fin. de inſtitu. Et tamen ibidem deciditur, quòd epiſcopus per alium, quā capitulum dari nō poteſt capitulo inuito. Ergo bene dari poteſt capitulo volente & cōſentiente, ſeu maiori parte illius cap. ſanè. lxv. diſtin. Cum enim nullius alterius intereſſit, quàm capituli eccleſiæ cathedralis, cuius intereſt habere prælatum propitium, & ſuis moribus conuenientē, ac ſibi delictum, ſicut dicimus in matrimonio carnali, ſufficit quòd capitulum voce-
46 tur & conſentiat. † Cùm in quolibet actu celebrādo illi ſoli, & non alij vocandi ſint, quorū intereſt. l. nam ita diuus. ff. de ado. Aliàs ſequeretur abſurdū, ac proceſſus in infinitū, q̄ omnes de diœceſi vocandi eſſent, quod eſt falſum: quia ſicut in eligendo prælatum ſiue epiſcopum, ſiue abbatem, ſoli de collegio eccleſiæ cathedralis vel abbatialis vocādi ſunt, & non alij clerici etiam eccleſiarum, vel prioratuum à cathedrali vel abbatiali dependentiū: vt plenè deciditur in cap. cùm dilectus. de conſuet. & in ca. cùm eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſ. & proprie. & in cle. ne in agro. §.
47 ſanè. & ibi gl. de ſtatu mona. † Similiter non requiritur vocatio ſuperiorū, ſed ſolius capituli eccleſiæ cathedralis, vt in c. j. de electio. Sic etiam ſi per aliū quàm per capitulum detur eccleſiæ epiſcopus, illi ſoli de capitulo ſunt vocandi, & conſentire debent. Ita concluditur in dicto cap. nullus inuitus. Quoniam ita videmus ſeruari in matrimonio carnali, ad cuius perfectionem ſufficit cōſenſus amborum coniugum reiecta legali obſeruantia: quia aliorū non intereſt, igitur cōſentire neceſſe non habent. Præterea videmus, quòd nihil poſſumus per nos, cū poſſumus conſentire, quòd per alium fiat. l. j. ff. de procu. Præſertim in his, quę nobis pertinēt iure proprio, ſicut pertinet ſingulis canonicis vocē dare iure proprio, & non iure publico eccleſiæ, vt decidit Panor. de electio. c. cū Vintonen. Imò ſicut poteſt quis de rebus ſuis teſtari
48 ac diſponere, † ita etiā poteſt conſentire, quòd alius teſtetur, & diſponat: vt l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſolui. Præterea (quod eſt fortius) in matrimonio carnali permittitur, quòd per alium contrahatur intercedente expreſſo conſenſu contrahere volentium, vt in cap. fin. de procurato.

libro

BIU Cujas

49 libro vj.† Ita ergo erit,& in matrimonio spirituali, vt per aliũ scilicet per Papã contrahi possit intercedente expresso consensu ecclesiæ sponsæ, quæ per capitulum repræsentatur, & sponsi cui de dicta spõsa,& eius consensu prouidetur. Videmus insuper q̃ capitulum potest non eligere,consentiendo per cõpromissum,quòd alij etiam extranei eligant,seu ecclesiæ prouideant,vt in capit.causam.de electio, vbi potestas eligẽdi fuit collata in episcopum. & capitu. cum Vintonẽ.de electio. Quinimò quod est fortius, possunt iuri eligendi pro illa vice renuntiare expressè faciẽdo se alienos,per tex.in capi.cùm nobis olim. & ibi plenè no.de electio.Quia vt dictum est,vocem dare in electione eis pertinet iure proprio, & vt singulis:& sic ad libitũ disponere possunt, etiam renuntiando expresè aut tacitè, scilicet eligere negligendo infra tempus iuris:vt dicto capitu.quanquam. de electio.lib.vj.Ergo multò magis cõsentire possunt, quòd pro illa vice non eligant, sed Papa prouideat: quia si hoc possunt committere alteri inferiori,mul- 54 †quia in deuolutis nunquam capitulum supplet ne-
50 mo notabili,de postu.præla.vbi decidit† quòd capi- 55
51 compromissum.†Neque puto quòd de substantia talis matrimonij spiritualis seu prouisionis apostolicæ sit,seu requiratur consensus metropolitani,ad quem fortè per negligentiam capituli tempore debito eligere negligentis ius prouidendi deuolui potuisset: quia capitulum vacante episcopatu,per renuntiationem consentiendo,quòd Papa de episcopatu prouideat,videtur renuntiare:imò de facto renuntiat facultati eligendi pro illa vice.Et sic potestas prouidendi ab eis abdicatur,& ad superiorem deuoluitur. Quo casu aut deuoluitur ad Papam , & tunc indubitãter Papa prouidere potest , aut deuoluitur ad immediatum superiorem,scilicet ad metropolitanum:Et tũc quia potestas prouidendi pro illa vice postquam ad
52 superiorem deuoluitur,efficitur collatiua:† ita quòd dignitas,quæ prius erat electiua, nunc per deuolutionẽ effecta est collatiua, superior eam simpliciter cõferre posset cessante quacunque forma solennis electionis & confirmationis.Cùm talis collatio vim habeat electionis & confirmationis.secundum Panormitanum in capitu.cùm in cunctis.§. cùm verò. de electio.Et not.Innocẽ.in capitu. cùm olim. de causa possessio.& proprie.& ibi Panormit.in fi.Ioan. Andræas & Henri.in c.auditis.& in c.ne pro defectu.de elect.vbi concludunt,quòd si potestas eligendi quouis modo deuoluitur ad superiorẽ, poterit superior prouidere vnico actu per viam collationis.Idem tenet Panormita.in dicto c.ne pro defectu.quia dignitas medio deuolutionis effecta est collatiua,ita quòd vnico actu cõfertur.Et idem Panormi.in c.dilectus. in penult.notabili.de concess.præben.& in capi.cùm olim.de causa possess.& proprie.Et cùm in dignitatibus & beneficiis collatiuis tam de iure cõmuni , quã per tenorem generalis concilij Basilien.in pragmatica regrauati titu.de colla.§.non tamen intendit.versicu.neq; etiam. Papa prouidere possit ante quoscũque alios quibus ius prouidẽdi pertinere possit:quia tanquam generalis ordinarius concurrit cum eis in collationibus: Certè locus erit præuentioni,etiã nõ data negligentia aliorum immediatorũ collatorum. Ad hoc facit c.si à sede.cum ibi notatis,de prẽben.in vj.& c.quia diuersitatem.de concess.præben. vbi Papa citra desidiam immediatorum collatorũ confert beneficia, velut ille qui in eis habet plenarium potestatem,per tex.in clemen.j.in fi.vt lite penden. Neq; in hoc requiritur vocatio ordinariorũ collatorum.igitur nec in casu nostro requiritur vocatio vel consensus metropolitani, qui per Papam(vt dictum est)
53 præueniri potest. † Nec curandum etiam de consensu capituli ecclesiæ metropolitanæ,quia licet Metropolitano negligente conferre infra tempus iuris beneficia vacantia suæ ordinariæ collationi pertinẽtia, potestas cõferendi deuoluatur ad capitulũ. c. nulla. de concess.præben.Tamen in casu nostro si metropolitanus per Papã nõ præueniretur,neq; ipse cõferret dignitatem aut beneficium ad ipsum deuolutũ, non propter hoc capitulũ suæ ecclesiæ prouidere posset.
gligentiam episcopi vel archiepiscopi, secundũ Panormi.in dicto c.nulla.ij.col.versi. Ex his infertur.Si tamen habeatur consensus metropolitani,& sui capituli,non nocebit,cùm abundans cautela nocere non
soleat.l.testium.C.de testib. †Quare concludendum puto Papam posse de dicto episcopatu Albien, dum & quando vacabit per renuntiationem dicti domini episcopi,posse prouidere,intercedẽte tamen cõsensu capituli dictæ ecclesiæ: Et maximè sit fiat dicta prouisio cũ constitutione pensionis, quam cõstituere soli Papæ pertinet.Et sic cùm solùs possit vnum, scilicet,pensionem cõstituere:sequitur quòd hoc casu poterit & reliquum ei cõnexum, scilicet dicto de Amboysia iuniori prouidere.Et prouidẽdo reseruare pẽsionem dicto domino episcopo renuntianti.Nam ratione connexitatis actuum,personarum, aut rerũ, quæ multum adminiculat,quis potest, quod aliàs secundum regulas iuris communis non posset. l. si cõmunem.ff.quibus modis serui.amit.Et si semel dicto episcopatu actualiter vacante per resignationem domini episcopi,capitulũ consenserit,quòd de eo prouideatur dicto eius nepoti,& prouisum fuerit,nõ poterit capitulum amplius dissentire : quia contracto matrimonio nõ licet diuertere, nec ecclesiæ dimittere sponsum suum,cui semel cõsensit,can. sicut vir. vij.quæstio.j. Et primò non obstat, dum superius
56 allegabatur,quòd † Papa prouidere non potest, etiã cum constitutione pensionis de episcopatu vacante per resignationem,durante tempore eligendi quantumcunq; episcopus renuntians consentiat: quia hoc intelligitur,quòd Papa prouidere non potest, neque pensionem super fructibus episcopatus imponere in præiudicium capituli ecclesiæ vacãtis, vt eligere non possint si velint. Et ita loquuntur iura superius allegata.capi.quãuis sit triste.& ca.petisti.vij. quæstio.j. & cano.episcopo.viij.quęstio. j. quia absurdũ esset, quòd inuitis canonicis daretur ei pastor non gratus: imò fortè odiosus, & ecclesiæ sponsus non dilectus. quod si permitteretur,succedere posset in scãdalum ecclesiæ non modicum. Nam sicut spõsę inuitæ non datur maritus,etiã à principe:quia cum sint socij diuinæ & humanæ domus, tanta coniunctio fieri non potest,nec societas contrahi sine libero cõsensu amborũ.Nam aliàs malè,& discorditer viuerẽt, quod lex abhorret.l. vnũ ex familia.§.fi.ff.de lega.ij. Ideo matrimonia à principe impetrari prohibentur, vt d. l.j.& ij. C.si nup.ex rescrip.petan. Prætereà non pos-

sęt

set,etiam vxore inuita seu non iuridicè consentiente,dos sua distrahi,aut diminui, vel ei onus imponi,
57 Institu.quibus alie.licet vel nō.§.j. † Sic etiā dari nō potest,maximè cum dotis seu fructuum diminutione ecclesiæ inuitæ episcopus seu sponsus sibi nō gratus,nec acceptus,in quem non consensit,& quem tā quam incognitum nō diligit, sed fortè odit, vt dicto cano.nullus.lxj.distinct.Cuiuslibet enim de collegio ecclesiæ interest habere prelatum notum & gratum.
58 †Ob quam causam data fuit collegiis ecclesiarum. cathedralium potestas sibi eligendi prælatum. cap.j. de electio.ita dicit Panormita.in capi.quia propter. §.vel saltem.circa finem.eodem titulo. Et ponderādum est dictum cap.j.vbi textualiter deciditur, q̄ si aliàs q̄ per electionem, vel nisi cōsentiente capitulo detur,expelli pōst ab ecclesia impunè, velut raptor. Sicut à simili via facti resisti potest,& repelli rapiens puellam sub velamine matrimonij cū ea cōtrahendi, vt l.vnica.C.de raptu virgi.& notatur in l. si quis nō dicam rapere.C.de episco.& cleri.& l.raptores. eodē titulo. Sed in casu nostro capitulum, & canonici dictæ ecclesiæ Albiensis, quorum duntaxat interest, & quorū cōsensus solùm est necessarius, in assumptione prælati consentire libenter voluit, q̄ Papa dicto de Amboysia prouideat, & pensionem super dote, & fructibus ecclesiæ dicto domino episcopo reseruet, seu constituat. Vnde attento eorum consensu nō videtur eis irrogari prejudicium, iniuria, neq; damnū:cùm volēti & cōsentiēti nō fiat iniuria.Et sic cū cesset ratio,& causa inualiditatis apostolicæ prouisionis, cessare debet ipsa inualiditas.cap. cùm cessante.de appel.
59 †Sanctorum enim patrum antiqua decreta, ac moderna generalia concilia prouisiones apostolicas de dignitatibus pōtificalibus fiēdis prohibuerunt,ne odiosus aut malè conueniens ecclesiæ in episcopū præficeretur, vt patet ex mente iuriū in cōtrarium allegatorum. Sed in casu nostro cessat ratio dictæ prohibitionis, postquàm ecclesia suū præbet cōsensum. Præterea totalis intentio generalium conciliorū fuit reducere ecclesiam sanctam Dei ad ordinem & dispositionē antiquorum canonum, secundum quos prælati assumebantur per ecclesiā via electionis,vel dabantur ecclesiæ de consensu capituli & canonicorum,vt dicto capitu.nullus inuitis. Ergo sequitur,quòd de consensu capituli papa ecclesiæ vacanti prouidere potest de prælato secundū dictos canones antiquos. Secundò principaliter non obstat,dum superius dicebatur,quòd Papa prouidere non potest ecclesiæ vacanti etiam de consensu capituli, obstante decreto irritanti,seu perpetua prohibitione concilij Basilien.vim decreti habente. Cō tra quod decretum consensus partiū nihil potest o-
60 perari,per iura ibidem allegata.† Quia illud verum esset, si capitulum ecclesiæ Albien. in cuius fauorem decretum positum est,vti vellet dicto decreto irritāti,& ad electionem procedere. Quo casu indubitāter prouisio Papæ nulla esset, ita quòd ea non obstāte ad electionem procedi posset,vt superius fuit demonstratum. Sed in casu nostro capitulum ecclesiæ Albien. vti non vult dicto decreto irritanti, imò expresè consentit, quòd Papa prouideat effectualiter illi decreto renuntiando. Idcirco valebit prouisio
61 Papæ non obstante dicto decreto. † Quia cum fauore capituli fuerit appositum, potest capitulum illi renuntiare,sicut vnusquisque suis fauoribus renuntiare potest.l. si quis in conscribendo.C.de pactis.ita decidit Ioannes Mona.in capitulo,statutum.de præbendis,libro sexto.vbi dicit, quòd in quocunque rescripto beneficiali apposita sit clausula decreti, semper tamen subintelligitur conditio, si impetrans ea vti velit.Facit l.proinde.§. fina. ff. si certum petatur, vbi licet mortuo testatore dominium rei legatæ recta via transeat ad legatarium, tamen si legatarius
62 repudiet legatum,fingitur non transisse.†Nam quoties actus annullatur fauore alicuius, nunquam
63 annullatur nisi ipso volente. † Sicut in simili videmus quòd si emphyteuta ecclesiæ vel priuati non soluat canonem tempore congruo, vel alienet emphyteusim irrequisito domino, cadit à iure suo: Tamen hoc subintelligitur verum, domino volente, aliâs non, secundum gloss. in verbo, volenti, & in verbo, si modo voluerit. & ibi Bartol. & omnes in l.secūda.C.de iure emphyteuti. & ibi plenè Iason in quinto notabili,& Salice.in l.fina.eodem titu. & Bal.in l.fina.in fine.C.de reuocan.donatio.Cùm ergo capitulum dictæ ecclesiæ Albiensis nolit vti illo decreto:imò expresè illi renuntiat,consentiendo, q̄ Papa prouideat,tale decretum obstare non poterit. Ad hoc facit quod eleganter determinat glos. pragmaticæ in verbo,irritum.§.vt verò cæteri.tit.de collatio.vbi decidit,quòd decreto irritanti ibi apposito in fauorem graduatorum, potest renunciari per graduatum,qui eo vti posset,si vellet.Facit capitulū, ad Apostolicam.de regula.Nam potest quis quod fauore ipsius non valet,facere quod valeat,vt not. Innocen.in capitu.quia cunctis. de concessio. præbēd. in sexto.quod maximè est verum in casu nostro,vbi capitulum Albiense ante prouisionem Papæ consentit, quòd prouideat nolendo vti decreto irritanti, quo casu valebit prouisio. Secus esset si post prouisionem Papæ sine consensu capituli expeditam capitulum
64 consentiret. † Quia tunc prouisio Papæ nulla vi decreti irritantis non reconualesceret per sequentē capituli consensum, imò esset opus noua prouisione, per capitu.penulti.de præbēd.in sexto. Et notat Ioannes Andræas in nouel.in dicto capitu.statutum.& ibi Dominicus de sancto Geminia. Et quòd capitulum posit renuntiare decreto irritāti generalis con
65 cilij,patet,† quia ius eligendi & vocem dandi habēt canonici,non vt collegium,sed vt singuli,secundum Panormita.de electio.capitu.Cùm Vintonen.Et sic cùm non tractetur de iure ecclesiæ,sed de iure singulorum,possunt ipsi tali iuri singulorum eis pertinenti liberè renuntiare, vt dicta l.si quis in conscribendo. & plenè notatur in capi.cùm omnes.de constitu.De modico enim agitur,quando agitur de perdendo voces pro vna vice,vt hîc. Similiter videmus seruari in matrimonio carnali,cui spirituale comparatur. Nā licet non posit à principe per alterum ex cōiugibus impetrari, aliâs est nullum,vt supra dictū fuit: tamē si princeps mandet matrimonium contrahi,seu puellæ det maritum,cui puella liberè cōsentit,valet matrimonium non obstante clausula decreti annullatiua matrimonij,vt decidunt Docto.in dicta.l.j.C.si nup.ex rescript.petan.quia cùm annullatio sit fauore puellæ posita,tamē potest illi renuntiare, & marito sibi dato consentire. Quatenus autem decretum cōcernit fauorē ecclesiæ,tūc canonici nō possent illi renūtiare.Et ita intelligūtur ea,quæ dicūtur in c. di-
66 lecto.& ibi glo.Innocē.& Panor.de præben. †Ideo si perpetuò canonici renuntiare vellent facultati eligēdi prælatū,seu consentiendi, quòd Papa à cætero perpetuis temporibus de episcopo prouideret in ecclesia Albiensi :Certè non possent, obstante decreto irri-

BIU Cujas

irritanti, quod fauorem ecclesiæ respicit in hoc casu quia facultas perpetua eligendi ecclesię seu capitulo competit. Sed dare vocem in vna vacatione seu electione competit singulis vt singulis, & competit canonicis de præsenti in ecclesia existentibus quorum solùm interest, quo ad præsentem vacationem.

Tertiò non obstat, quòd in assumendo prælatum fuit per concilium data certa forma, scilicet quòd assumatur per viam electionis: cui formæ non potest de consensu partium renunciari, per iura superiùs in contrarium allegata. Cùm omnis forma dicatur de iure publico: cui consensu priuatorum renuntiari non potest. Quoniam respondetur, quòd illud verum esset, si capitulum Albiense de per se assumere vellet prælatum, & de prælatura disponere. Quo casu necesse haberet eum assumere seruata forma canonicæ electionis. Aliâs dispositio capituli esset nulla & irrita, propter defectum formæ non obseruatæ quantumcunque capitulum renuntiaret. Nam capitulum non potest prælatum ex se ipso habere, nisi secundum formam solennis electionis vel postulationis, quia nemo facere potest, quòd leges locũ non habeant in sua dispositione. l. nemo. ff. de legatis. j.

67 †Sed in casu nostro capitulum Albiense ex se ipso non vult disponere de prælatura, sed vult simpliciter consentire, quòd alius scilicet Papa disponat, & prælaturam conferat. Quo casu nullibi legitur, quòd seruari debeat aliqua forma. Quinimò sufficit simplex cõsensus qualitercunque declaratus. Quia sicut capitulum compromittendo actum electionis fiẽdæ in certas personas etiam extraneas non tenetur seruare aliquam formam, vt dicto capitu. causam. de electio. Imò sufficit, quòd simpliciter consentiat, ꝙ

68 compromissarij eligant, vice capituli. † Præterea si cut consentiens, quòd alius de suis rebus testetur, nõ tenetur seruare solennitatem testamentariam, vt dicta l. sicut. §. sed si permitteret. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca solui. Imò sufficit nudus cõsensus, duntamen sit expressus, vt ibi. & l. Caius. vbi glos. & Docto. ff. de pignorati. actio. & not. plenè Bart. in l. quæ dotis. ff. solu. matri. & Panormita. in capit. nonne. de

66 præsumptio. †Sic eniam capitulum consentiẽdo, ꝙ Papa de Prælatura prouideat, non tenetur seruare formam quam obseruare tenetur de per se prouidẽdo. Nam consentiendo, quòd Papa prouideat, capitulum nihil aliud facere videtur, nisi renuntiare pro

70 illa vice facultati eligendi sibi competẽti. †Or nulli bi cauetur, quòd in tali renuntiatione seruari debeat aliqua forma: Cùm etiam tali facultati eligendi tacitè renuntiari posset, negligendo intra tres menses eligere. Ergo multò magis expressè renuntiando, &

71 qualitercunque consentiendo. Nec obstat, si dicetur, quòd saltem ille alius, scilicet † Papa, de cõsensu capituli prouidens tenetur seruare formam solennis electionis, sicut ille qui de rebus alienis de cõsensu domini testatur, seruare tenetur solennitatem testamentariam, & compromissarij loco capituli eligentes seruare tenentur formam electionis: attento maximè, quòd forma eligendi & prouidẽdi est data per cõcilium generale. capit. quia propter, de electio. cui Papa subiicitur, per ea quę notantur in capit. significasti, de electio. Quoniam respondeo dupliciter. †Primò, quia forma eligendi data fuit per concilium solis collegiis ecclesiarum pontificalium: adiecta pœna nullitatis, si forma non seruetur. Or extendere illa iura ad summum pontificem, qui est omni lege positiua solutus. capit. proposuit. de concessio.

73 præbendæ. non habet apparentiam. † Nam præsentia Papæ supplet defectum cuiuscũque solennitatis, etiam in actibus aliorum in sui præsentia disponen-

74 tium. l. omnium. C. de testamen. †Secundò respõdetur & peremptoriè, quia (vt superius dictum fuit) capitulum consentiendo, quòd Papa prouideat de prælatura, videtur pro illa vice renuntiare iuri eligendi quod deuoluitur ad superiorem. Et siue deuoluatur ad Papam siue ad alium immediatum superiorem, Papa vel quicunque superior iure deuoluto prouidens, non tenetur seruare aliquam formam: imò vnico verbo, & actu potest prouidere, secundũ Ioannem Andræam & Panormitanum in ca. ne pro

75 defectu. de electio. in antiq. † Nam eo casu simplex collatio habet vim electionis & cõfirmationis, secũ dum Panormitanum in dicto capitulo, cùm in cunctis. §. cũ verò. de elect. Eo enim ipso, quòd Papa aliquẽ pronuntiat episcopum vel abbatem. habet talis pronuntiatio vim electionis & cõfirmationis, secundum Innocen. in cap. cùm olim. de causa possessio. & proprieta. & Ioannes And. in cap. j. & c. vt circa. de electio. libro sexto in nouella. & in capit. auditis. & ibi Henri. de electio. Ex præmissis resultant sequen-

76 tes conclusiones. † Prima est, quòd per viam actualis resignationis cum retentione moderatæ pensionis prouisio de dicto episcopatu in fauorem dicti nepotis fieri poterit per Papam: & posito, quòd constitueretur dicto domino episcopo immoderata pensio super fructibus dicti episcopatus, prouiso quod non esset de omnibus fructibus, & cum regressu, propter hoc prouisio Papæ non minùs valeret: sed duntaxat agi posset, vt dicta pensio ad debitum moderamen reduceretur. Et sic ista via prouidendi dicto nepoti præcedente actuali renuntiatione est tuta, &

77 securissima. Secunda conclusio est, quòd † remanente dicto domino episcopo in suo integro statu, vbi est, non potest nec per viam electionis & confirmationis, nec per viam prouisionis apostolicæ de dicto episcopatu prouideri dicto eius nepoti per viam coepiscopationis: tum quia non possunt esse duo capita in eodem corpore: tum quia dictus nepos non est ætatis in qua possit episcopari. Tertia conclusio est, quòd etiam per viam coadiutionis, & coadministrationis non potest eidem nepoti prouideri: quia (vt dictum est) non est in ætate in qua suffragari posset, seu adiuuare dictum dominum episcopum eius auunculum, cùm vt dictum est, episcopari non possit.

Quarta conclusio est, quòd prouideri non potest de dicto episcopatu præfato nepoti, vt ex nunc sibi conferatur, & gaudentia seu possessio illius differatur, donec mortuo dicto domino episcopo: quia talis prouisio induceret votum captandæ mortis ambitio ne fructuum citius habendorum. Quinta conclusio est, quòd dicto nepoti non posset nunc securè, & irreuocabiliter reseruari dictus episcopatus, etiam cũ collatione de præsenti in euentum vacationis: quia tales reseruationes sunt omni iure aut prohibitæ,

78 aut non securæ. † Quinimò prouisio facta, cùm fiat de dignitate vacatura, est nulla, quantumcunque fiat de consensu episcopi viuentis. can. episcopo. viij. quę stione j. Prohibitæ si quidem sunt, quando fiunt sine magna causa euidenti omnibus nota: vel si causa in literis apostolicis non inseratur expressè, vt patet per

79 decretum de reseruatione in pragmatica registratum. † Si autem fiant cum magna causa omnibus nota, & in literis reseruationis expressa: tunc reseruationes valent, & permittuntur per generale concilium, vt patet

tet per decretum, licet dudum. tit. de electio. Sed etiam eo casu non sunt securæ, nec valent irreuocabiliter, & nō sortiuntur effectum, nisi capitulum & cæteri, quorū interest, perseuerent in eodem cōsensu & volūtate vsque ad finem. Quia cùm tales reseruationes etiā cum prouisione de præsenti in euentum vacationis, nō conferāt ius in re, sed ad rē, donec vacatio cōtingat: semper durāte illa spe habētes interesse, de quorū preiudicio agitur, quales sunt episcopus & capitulū, possent pœnitere, & cōsensum præstitū reuocare: ita ꝙ posteà adueniente vacatione canonici possent eligere, vt d.l.fi.C.de pact. Et similiter papa reseruationē factā reuocare posset & cassare, cùm nō cōferat ius in re.c.penul.de præben.in vj. Ideo videtur, ꝙ si dictus dominus episcopꝰ nolit actualiter resignare dictū suum episcopatū, licet hoc facere esset
80 securius pro validitate prouisionis sui nepotis: † tamen dictus episcopatus in casu nostro poterit per papam reseruari dicto suo nepoti, ad petitionē seu postulationem capituli ecclesię Albien. cleri. & populi, & de cōsensu & libera voluntate dicti domini episcopi, domini nostri regis, & ex superabundanti de consensu metropolitani, & sui capituli. Et poterit fundari petitio seu postulatio capituli, cleri, & populi super meritis, & gestis laudabilibus dicti domini, quę verisimiliter per eius nepotem cōtinuabūtur. Et aliàs prout continetur in instrumēto iam per dictum dominum episcopū, & capitulū passato, vbi elegantissimè omnia disseruntur. † Nam his cōcurrentib. opinor, ꝙ dicta reseruatio erit fundata in magna & euidenti, & rationabili causa, attenta gratia regis, petitione capituli, cleri & populi, vt est tex. notabilis in cap. innotuit. de electio. vbi propter cōsensum & gratiam principis, capituli, cleri, & populi permittitur, & valet prouisio gratiosa de episcopatu facta contra regulas iuris cōmunis. Facit tex. in cano. apostolica. in fi. viij.q.j. & bonus tex. in c. factus. in princip. & c.
82 qualiter. vij.q.j. † Præterea, text. in dicto decreto, licet dudum. non specificat causas, propter quas tales reseruationes, & prouisiones permittuntur. Sed simpliciter dicit, ꝙ fieri possunt ex magna causa in literis exprimenda, nec arbitrari causæ magnitudinem videtur relinqui arbitrio papæ & iudicis, argum. l.j. ff. de iure deliberan. Or non potest videri maior, neque difficilior causa: quinimò videtur quasi diuina, habere gratiam & consensum regis, episcopi viuentis, capituli, cleri, & populi, necnon metropolitani, & sui capituli. Non est in mundo iudex, qui non arbitraretur hanc causam esse summè magnam attenta naturali hominum inclinatione ad dissentiendum. l. quia poterat. ff. ad Treb. cap. quia diuersitatē. de concess. præben. Præterea ex hoc cōseruatur pax & tranquillitas ecclesiæ, & euitatur discordia & scādalum, quæ fortè, eueniente vacatione, cum maximis litium anfractibus contingere possent, sicut hactenus fuit, ꝙ lis ferè durauit xl. annis. Quæ omnia multum conferunt ad tolerandum huiusmodi reseruationem, secundum Lud. in dicto consi. cccxxxij. vbi concludit, ꝙ positio pacis, euitatio guerrarum & scandali sunt causa sufficiens derogandi decretis generalis concilij. Igitur cum præmissa magna causa, prouiso quòd in literis exprimatur, opinor reseruationem de dicto episcopatu fiendam esse sufficientissimè fundatam, & valere, vt reseruationem sui natura reuocabilem, vt dictum est: nisi perseueretur in eadem voluntate vsque ad finem.

ARRESTVM PARISIIS IN PARLAMENTO HABITVM SVPER Camerariatu Lugdunensis Ecclesiæ, Extractum à suo originali, per dominum Gulielmum Benedictum: cuius posteà sequitur Quæstio, siue Tractatus, quomodo, aut quando conferri possit dictus Camerariatus.

CArolus Dei gratia Francorum rex, Vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Notum facimus, quòd cùm constitutis in nostra Parlamenti curia dilecto, & fideli nostro magistro Francisco Destaing summi pontificis protonotario, & nostro in magno consilio consiliario, ecclesiæque Lugdu. canonico à magistro Clemente Mulat Senescali Lugduni locumtenen. se dicente, & aliis appellante ex vna parte, & dilectis etiam nostris canonicis & capitulo, & magistro Antonio Dars, etiam canonico eiusdem ecclesiæ Lugdunen. intimatis, paritérque à magistro Petro de Bastida ecclesiæ sancti Nicetij Lugduni sacrista appellantibus ratione dignitatis Camerariatus in eadē ecclesia Lugdu. ex altera, vel earundem partium procuratoribus, præliba tus Destaing appellans dici, & proponi fecisset, quòd defunctus magister Ioannes Destaing dum viueret de nobili & Baronum genere procreatus, canonicatu, præbend. & Camerariatu dictæ ecclesiæ Lugdu. prouisus, & illis longo tēpore vsus & gauisus fuerat. Quiquidē Destaing eius senectutē, prædictíq; appellantis eius nepotis ab eodē nobili, & Baronū genere oriundi, ac Doctorū & literarū sciētia pręditi, canonicíque eiusdem Lugdunen. ecclesiæ, mores laudabiles, & merita perpendens, & ad dictā Camerariatus dignitatē obtinendā, ipsum appellantē idoneum & capacem esse cognoscens, vtque illi de eodē Camerariatu prouideretur, rescriptum apostolicū in forma mādati de prouidēdo obtinuerat: cuius medio dict' appellās de dicto Camerariatu prouisus, & illius possessionē, qualē de iure potuerat, adeptus extiterat. Verùm ad prælibati magistri Antonij Dars instigationem dictus appellans quo minus per capitulum reciperetur, necnon in gaudentia dicti Camerariatus, licet decanus, & notabiliores canonici eiusdem capituli eum voluissent recipere, impeditus fuerat, prædictíque intimati super bullis eiusdē appellantis per Arrestum procedi, ac medio nonnullius prętensæ electionis in dicto capitulo via exquisita factæ dicto Dars de eodem Camerariatu de facto collationem fecerant, à quibus si quidem impedimentis, & aliis

BIU Cujas

aliis viis facti, idem magister Franciscus Destaing ad prædictam curiam nostram appellauerat. Verùm dicti de capitulo per formã monopolij à diuinis cessauerant. Super quibus informatio facta, ac penes curiam nostram reportata fuerat. Quare ex præmissis cõcludendo petiissent idem appellãs, quòd per ipsius curiæ nostræ Arrestum diceretur malè Arrestatum & processum fuisse, ipsum verò appellãtem bene appellasse: quódque si dictus Dars in eodem Camerariatu ius vellet prætẽdere, ipse & dictus appellãs eorum titulos, vt apparentius ius in eodẽ habenti, illius gaudentia adiudicaretur, exhiberent, & dicti intimati in suis expensis cõdemnarentur. Prænominati verò canonici, capitulum & Dars intimati duobus primitus factis præsuppositionibus, videlicet ꝙ in beneficiis per simplicem resignationem vacantibus duo erant simul coniuncta & inseparabilia extrema, resignatio scilicet & collatio. Et sicut in profanis principali destructo, quia cõtra legem vel canonem, accessorium erat nullum. Ita cessione siue resignatione in forma resignationis vel alterius illiciti pacti vitio sa subsistente, expectatiua collatio, quæ tanquam accessorium, resignatio autẽ vt principale habebantur, nullius extabãt momẽti. Quia actus indiuiduus specie, cuiusmodi erant resignatio & collatio, in parte approbari, & in parte reprobari nequaquã poterant. Expeditiones verò in forma reseruationis, vel reseruationem, seu expectationem ad vacatura sapientes, & per quas votum alienæ mortis ingerebatur, nullę, & per sacra decreta, ordinationes nostras, & pragmaticam sanctionem prohibitæ erant: necnon quòd appellatione beneficiorum, maximè in dispositione ꝓhibitiua, fructus cõtinebãtur, ex aduerso dici & proponi fecissent, quòd per antiquam fundationem & statuta ipsius ecclesiæ Lugdunen. iure & authoritate apostolica vallata, & quæ ecclesia veteris, notabilis, & magnæ fundationis, in eáque triginta duo canonicatus, complures dignitates militariæ & alij habituati extabant, quotiescunque aliquam in eadem ecclesia dignitatem vel canonicatum, per cessum, decessum, seu aliàs vacare contingebat, fructus illius inter cæteras dignitates & canonicatus, adeo quòd nouo canonico viginti, aut triginta franci pro liberatione duntaxat remanebant, & absque eo, quòd talis dignitatis seu canonicatus vacantis fructus, quouis quæsito colore, reseruari cuipiam possent, aut valerent, diuidebantur. Prædictæ autem dignitates, & potissimùm Camerariatus, qui clauium portarum claustra, ecclesiæ custodiam habebant, magni oneris erant ipsis quoque & cæteris canonicis comites Lugduni existentibus, complures famulos stipendiare, & alere, ac expensas non modicas, ne tantæ ecclesiæ vilesceret dignitas supportare: & ob hoc dictos fructus inter seipsos diuidere oportebat: dixissent insuper prælibati intimati, quòd sub prætextu cuiusdam procurationis per defunctũ magistrum Ioãnem Destaing, dum viueret in dicta ecclesia Camerarium, eo valetudine aduersa laborante, ad dictum Camerariatum cũ omnium fructuũ reseruatione, retentione, ac regressu resignandum, ad inductionem, & instigationem dicti appellantis passatæ: idem appellans mandatum apostolicum de prouidendo clausulam retentionis siue reseruationis omnium fructuum eiusdem Camerariatus, & quòd eodem appellante cedente vel decedente, aut aliàs ipsum quomodolibet dimittente, idem resignãs virtute prioris tituli, perinde ac si minimè resignasset, ad illam dignitatẽ haberet regressum, continens, obtinuerat, & illud prædicto de Bastida præsentauerat executioni demandandum. Qui Qui quidem de Bastida dicto appellanti de eodem Camerariatu cum illis clausulis reseruationis, & regressus sub vnico actu expressis, duos simul & semel in eadem ecclesia Camerarios & superuiuentes illorum introducendo, & rem etiã in profanis prohibitã, cùm pactum de futura successione & inuicem succedendo extaret reprobatũ, faciendo collationẽ, quæ potiùs vera reseruatio censeri debebat, fecerat. Dixissent postmodũ iidem intimati, quòd à præsentatione bullarũ ipsis de capitulo per dictum appellantem, & fulminationẽ censurarũ factarũ ad illum seu illos, primò & ex inde, quia bullæ & processus desuper fulminatus cẽsuras & excõmunicationes latæ sententiæ continebãt, tãquam ab abusu ad dictam curiam nostram appellauerãt. & quãquam dicto appellanti ipsi de capitulo, si ꝙ suis bullis, tãquam decretis ordinationibus nostris, & pragmaticæ sanctioni contrariis renuntiare, & prædictam resignationem simpliciter vel causa permutationis in dicti capituli manibus fieri facere vellet, ad hoc eum recipere obtulissent: Attamen spreta dicta oblatione, contra dictos de capitulo in generali, & particulariter per censuras & excõmunicationes procedi fecerat. Vnde iidem intimati rursum appellauerant, & nihilominus in capacitate eiusdẽ Destaing appellantis ad causam prædictæ resignationis simoniacæ cum retentione omnium fructuum contra decreta & statuta dictæ ecclesiæ, & attentando contra illa factæ, & mãdato de prouidendo prædictis decretis derogantibus. Attentis, & quòd prouidendi potestas ad ordinarium deuenerat de dicto Camerariatu tanquã vacante dicto Dars illius ecclesiæ canonico, & sufficiẽti collationem facerent. Qui quidem Dars medio dictæ collationis possessionem cũm protestatione acceperat. Procurator autem noster in dicta villa Lugduni de iam dictis bullis certificatus, super illis per Arrestũ procedi fecerat: & super his partibus prædictis corã dicto Senescallo Lugduni, aut eius locumtenen. auditis, idẽ Destaing à prædicta dictarum suarũ bullarũ arrestatione se pro appellante gesserat, & literas à nobis, per quas dictas bullas sic Arrestatas penes iam dictã curiam nostram afferri mãdabatur, obtinuerat. Consequenter dixissent antedicti intimati, ꝙ cum aliquis medio aliquarum bullarũ sacris conciliis, ordinationibus nostris, & pragmaticæ sanctioni derogantium cuiusmodi illi prædicti appellantes erant, recipi requirebat, capitulum illis minimè obtemperare: cùm potius talũ impetrantes toto posse reiicere tenebatur, neque beneficiorũ cũ fructuũ retẽtione resignatio fieri poterat, valebat, cũ beneficia sine diminutione, & diuisione debeãt resignari & cõferri: & si collationem faciendo, collatio de fructibus paciscceretur, resignatio illa tãquam simoniaca nullius extaret effectus. Et ab hoc, si dictus Destaing à denegatiõe de eũ recipiẽdo se diceret appellasse, nequaquam veniebat admittendus, minúsque ab Arrestatione dictarum bullarum, cùm essent contra concilia generalia, & fundationem ecclesiæ prædictæ: etiam si dictæ bullæ dictis ordinationibus nostris contrariæ non fuissent. Attamen cùm à nobis beneplacitum, aut à iudice alio competenti mandatum, seu permissionem illas exequi faciendo minimè obtinuisset, iunctis inhibitionibus per nos, ne quis Romam iret, factis, illarum bullarum executio, abusus, & interprisia extabat. nec obstabat mandatum de prouidendo per

appellan-

appellantem prætenſum: quoniam quoties tale mãdatum ſurreptitium vel contra concilia, & decreta impetrantium, collatio verò indigno, aut criminoſo facta, cuiuſmodi dictum mandatum, & idem appellans exiſtebat, reperiebantur, poteſtas conferendi ad ordinarium redibat. Ex quibus præmiſſis, & aliis cõ pluribus rationibus, & cauſis dicti intimati vt appellantes concludendo requiſiuiſſent, per prædictæ curię noſtrę Arreſtum dici & declarari, dictũ Deſtaing malè & abuſiuè contra ordinationes noſtras, & pragmaticam ſanctionem prædictas impetraſſe, dictum de Baſtida malè proceſſiſſe & fulminaſſe, ipſos verò intimatos & appellantes bene appellaſſe. Inquantum autem idem Deſtaing appellans extabat, illum vt appellantem in admiſſibilem eſſe, & ſi admittebatur malè & ſine grauamine appellaſſe, prędictæque dicti appellantis bullæ tanquam damnatæ, ac ſacris decretis contrariæ in eadem curia noſtra detineri & lacerari, ac eidem Deſtaing & cæteris generaliter, ne cõſimiles bullas de cætero impetrare auderẽt, inhiberi & defendi. Et inſuper monitiones & cẽſuras per prę libatum de Baſtida latas ſeu factas caſſari & annullari: excommunicatos verò ad cautelam abſolui: necnon pro præmẽtionatis abuſibus eundẽ Deſtaing in duarum mille librarum emẽda: atque omnia prędmiſſa reuocari faciendi, ac abſolutionem & certificationem dictarum reuocationem ſuis ſumptibus afferẽdi: quouſque omne idem feciſſet, priſionem tenendã, & in eorundem intimatorum damnis, intereſſe, & expenſis condemnari, dictúmq; de Baſtida, & quendam Pocachart nuncupatum in eadem curia noſtra perſonaliter comparituros adiornari. Supradicto defuncto magiſtro Ioanne Deſtaing, dum viueret, ſeu eius procuratore iudicialiter declarante, ꝙ licet medio reſignationis per eũ de dicto camerariatu factæ ac prædicti mandati à ſummo pontifice cum reſeruatione fructuum & regreſſu obtenti, eidem Deſtaing appellanti ſuo nepoti merito & idoneo de eodem camerariatu, iuxta eiuſdem mandati & clauſularum deſiunctiuarum in eo expreſſarum ſeriem prouiſum extitiſſet, indubitantérque in huiuſmodi gratioſis, dictus ſummus pontifex pluſquam in eiſdem mandato & prouiſione contineretur, ſignanter cauſis & perſonarum qualitatibus cõſideratis poſſet, nulliq; alteri quàm dicto ſummo pontifici de eodem camerariatu prouidere liceret. Attamen idem defunctus Deſtaing contra prouiſionẽ ſuo prædicto nepoti factã venire regreſſum habere, nec alios fructus eidem camerariatui pertinẽtes, quàm dicta reſignatione ſimplici exiſtente percepiſſet, necnõ ac ſi prædictæ vltimæ clauſulæ in eiſdem mandato & prouiſione ſubſequuta expreſſę non eſſent, capere, dictis tamẽ reſignatione & prouiſione tenentibus, minimè intendebat. Procurator autẽ noſter generalis prædictarum dicti Deſtaing appellantis bullarum & proceſſuum inde fulminatorum tenore recitato, illas prohibitas & damnatas, ſacríſque cõciliis, decretis, pragmaticæ ſanctioni, & ordinationibus noſtris iamdictis cõtrarias eſſe: quoniam per eas reſignãs, cui omnes fructus loco penſionis quanquam ſuo nepoti fieret prouiſio, reſeruabãtur, Camerarius extabat cedentéque vel de cedente, aut quoquo modo dimittente prædicto appellante in eodem camerariatu, dictus reſignãs perinde ac ſi nunquam reſignaſſet, redibat. Et per omnia ſacra concilia pluralitas titulariorum in eodem beneficio, ſucceſſio in beneficiis, diuiſio beneficij, prouiſio alicuius beneficij antequàm vacaret, & reſeruationes prohibebantur, allegaſſet, dixiſſétque dictum defunctum Deſtaing duo procuratoria ad reuũtiandum prædictis fructibus, & regreſſum produxiſſe. Et idcirco requiſiuiſſet pereandem curiam noſtram aduocatis eiuſdem, ne ſummum pontificem tales reſeruationes facere poſſe, deinceps allegarent, inhiberi. Necnõ impetrationes, executiones, excommunicationes, ceſſationes à diuinis, & interdicta abuſiua declarari, eũdémque de Stagno appellantẽ ad omne id caſſari, reuocari, excommunicatos abſolui, ceſſationémque à diuinis, & omnes pœnas tolli, omniáq; in priſtinum ſtatum, ac ſi nunquam proceſſiſſent, & prout ante dictarum bullarum impetrationem reponi faciẽdam, ac ceſſationem & reuocationem in forma afferri, paritérque in emenda mille librarum cõdemnari: & ſuper dicti beneficij prouiſionem, viſis dictis procurationibus per dictam curiam noſtram ſuum arreſtũ breui manu pronuntiari, præfato Deſtaing appellante, replicante, & prælibatis intimatis duplicantibus, & vt ſuprà concludẽtibus. Super quibus, dictis partibus ad plenum auditis, eadem curia noſtra ipſas ad quicquid vellent penes eam tradendum & producẽdum abſque contradictis, & ad conſilium: quòdque dictus Deſtaing ſuas bullas penes eam poneret, quæ ibidẽ quouſque aliter foret ordinatum remanerent: & per eoſdem intimatos per manus grafarij eiusdem viderentur. Excommunicati verò, ſi qui eſſent, ad cautelam abſoluerentur, ac ceſſatio à diuinis, & interdicta leuarentur, & amouerẽtur, appunctaſſet: & poſtmodum dicta curia noſtra per ſuum arreſtum viceſimaoctaua die menſis Martij, anno Domini milleſimo quadrigenteſimo nonageſimoquarto ante Paſcha datum, quòd partes prædictæ in dicta materia magis amplè producerent, contradictáque & ſaluationes hinc inde traderent. Quo facto ipſis partibus ius faceret, ordinaſſet.

Tandem viſis per eandem curiam noſtram, litigato in cauſa inter antedictas partes, viceſimaſecunda die Ianuarij, anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquarto, facto: & cæteris per ipſas partes penes dictam curiam noſtram poſitis, & productis vnà cum ipſarum contradictis & ſaluationibus: ac audito ſuper hoc procuratore noſtro generali requirente, ꝙ abſque bullis & prouiſionibus apoſtolicis per præfatum magiſtrum Franciſcum Deſtaing decimoquarto Calendas Iulij, anno prædicto milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquarto impetratis, & aliis collationibus medio dictarum bullarum, & proceſſuum apoſtolicorum, reſeruationem omnium fructuum dicti camerariatus & regreſſus ſuperuiuenti continentium factis & interuentis, tanquam ſacris decretis ordinationibus noſtris & pragmaticæ ſanctioni contrariis, & derogantibus reſpectum habendo ipſa curia noſtra, ipſis partibus ius faceret. Viſis itaque literis procurationis per præfatũ defunctum magiſtrum Ioannem Deſtaing antedicti magiſtri Franciſci auunculum, viceſimanona die Decembris, eodem anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquarto pro prædictis reſeruationi & regreſſibus renuntiando paſſatis: paritérque renuntiatione dictorum reſeruationi & regreſſibus in eadem curia noſtra per dictum vita functũ magiſtrum Ioannem Deſtaing eiúſve procuratorem viceſimaſecunda die Ianuarij, anno prædicto milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquarto facta: atque cõſideratis conſiderandis, & quæ curiam ipſam in hac parte mouere poterant, aut debebant: memorata curia no-

BIU Cujas

ria noſtra per ſuum arreſtum appellationes vtriuſq; partis abſque emenda, fructibus, & expẽſis annullauit & annullat, & ex cauſa, & nihilominus, quòd abſque iam dictis bullis, & prouiſionibꝰ apoſtolicis decimo quarto Calendas Iulij, prædicto anno milleſimo quadringẽteſimo nonageſimoquarto datis, & aliis collationibus, medio earundem bullarũ & prouiſionũ apoſtolicarum factis, & interuentis, tanquam ſacris decretis ordinationibus noſtris, & pragmaticę ſanctioni contrariis, & derogantibus reſpectum habendo: præfatus magiſter Franciſcus Deſtaing virtute bullarum & prouiſionum apoſtolicarum per eum ſeptimo Calendas Iãuarij prædicto anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquarto obtentarũ pꝰ Decanum & capitulum prædictæ eccleſiæ Lugdunẽſis ad iam dictam camerariatus dignitatem, fructus quoque, profigua, reuenutas, & emolumẽta eiuſdẽ, recipietur: eadémq; camerariatus dignitate ac fructibus eiuſdem, idem Deſtaing propoſitis per dictos canonicos, capitulum, & magiſtrum Antoniũ Dars non obſtã. gaudebit: necnon quòd ceſſatio à diuinis interdicta, excõmunicationes, & aliæ cenſuræ eccleſiaſticæ in eadem curia Lugdunen. immiſſæ, & appoſitæ leuabuntur, & amouebuntur, & excommunicati ſi qui ſint, abſoluentur, ſi factum non fuerit, quódq; ad omnia præmiſſa facienda & patienda, prælibati decanus capitulum, Dars & Deſtaing, quilibet in ſuo reſpectu, ac omnes alij propter hoc cõpellendi omnibus viis, & modis debitis, & rationibus, oppoſitionibúſque aut appellationibus factis aut faciendis quibuſcũque non obſtãtibus, cogentur & cõpellentur, ondinauit & ordinat: & vlterius omnibus perſonis cuiuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtant, ne de cætero prouiſiones, & bullas apoſtolicas omnium fructuum reſeruationem & regreſſus continentes, tanquam prædictis ſacris decretis & ordinationibus noſtris, & pragmaticæ ſanctioni contrarias & derogantes, ſub pœna & effectu illarũ cadendi, & emendæ arbitrariæ impetrent, inhibuit, & defendit, inhibétque atque defendit per idem arreſtum. In cuius rei teſtimonium, noſtrũ præſentibus literis iuſſimus apponi ſigillatum. Datum Pariſiis in palamento noſtro decimanona die Aprilis, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimoſexto, poſt paſcha: & Regni noſtri decimotertio, Per arreſtum curiæ, de Ceriſay.

¶ Cameraria, quæ dignitas eſt in eccleſia cathedrali Lugdunen. contentioſa, & litigioſa extitit in parlamento Pariſiis, ſuper poſſeſſorio eiuſdem inter magiſtrum Antonium Dars ex vna, & nobilem & egregium virum dominum Franciſcum de Stagno, domini noſtri regis conſiliarium in eius magno cõſilio partibus ex altera. Qua quidem lite pendente, cùm ex ſtatuto ſeu conſuetudine dictæ eccleſiæ, aliqua præbenda vacante, facultas optandi poſſeſſiones & iura præbendæ vacantis pertineat canonicis comitibus eiuſdem eccleſiæ: & primo loco dignitates tenentibus, in eadem plures prębẽdæ vacauerũt, quarum poſſeſſiones & iura in optione dignitatum, & canonicorum prædictorum ceciderunt: & quia dictus Dars, cui capitulum, & canonici dictæ eccleſiæ fauebant tanquam electo & recepto ab eis: & ipſum dicta dignitate gaudere faciebant, ſemper dictum de Stagno poſſetenus repellentes tanquam camerarius plures de poſſeſſionibus vacantibus aptauit. Et ſimiliter dictus de Stagno, licet effectualiter rebus optatis gaudere non poſſet, finaliter tamẽ in cauſa obtinuit: & per arreſtum dictum extitit quòd per capitulum reciperetur, & ſine expenſis & reſtitutione fructuum.

SVMMÆ.

1 *Poſſeſſiones, iura & reditus canonicatui poſteà obueniẽtes, an cenſeatur vt fructus. vel vt pars dictæ dignitatis.*

2 *Beneficia dignitatis nemo cõferre poteſt, niſi qui eius fructus facit ſuos.*

3 *Vſufructuario debetur omnis vtilitas.*

4 *Confiſcationes cedunt fructuario.*

5 *Feudi incrementum induſtria vaſalli factum pertinet vaſallo, non domino.*

6 *Dignitate perdita perduntur eius acceſſoria,*

7 *Intentio non præſumitur alia, niſi quæ ex verbis demonſtratur.*

8 *Emphyteuſis cadens in commiſſum cedit fructuario pro tempore vſus fructus, & non vltra.*

9 *Fructus appellatione quid veniat:*

10 *Vſusfructus quid.*

11 *Vox eligendi eſt in fructu, non tamen proprietates rei electæ.*

12 *Optio duos parit effectus.*

QVAERITVR nũc, an dictus Dars dimittere teneatur dicto de Stagno non ſolùm dignitatem prædictam, ſeu poſſeſsionem illius, ſed etiam dictas † poſſeſsiones, iura, & reditus optata, tanquam de pertinentiis dictæ dignitatis exiſtentia. Vel ſit dicendum, quòd debeant remanere dicta magiſtro Antonio Dars, tanquam de fructibus præteritis, à quorum reſtitutione per arreſtum eſt abſolutus exiſtentia. Et videtur primò, quòd dictas poſſeſsiones, iura & reditus optata cedere debeant lucro dicti Dars. Nam certum eſt, qꝰ à tempore, quo per capitulum electus fuit & receptus vſque ad diem arreſti, per quod à fructibus fuit abſolutus, haberi debet tanquam fructuarius, & omnes fructus facere ſuos: tum quia eccleſiæ in diuinis deſeruiebat, ad cauſam cuius ſeruitij fructus debentur: quia os bouis triturantis ligari non debet Et lex naturæ habet, quod qui onus ſentit, fructum etiam conſequi debet. Tum etiam, quia per arreſtũ à fructuum perceptorum reſtitutione abſolutus eſt, quod aliud importare non videtur, niſi quòd omnes fructus fecit ſuos. Igitur ad reſtitutionem dictarum poſſeſsionum & redituum optatorum, tãquam ſibi pertinentium non tenetur: quia optare, id eſt eligere, & conferre inter fructus dignitatis computantur. Ideo videmus quòd capitulum, ſede vacante, conferre non poteſt beneficia: quia non facit fructus ſuos capi. cùm olim. de maioritate & obedientia. & in clemen. ſtatutum: de electi. & ele. poteſta. notatur in capitulo tranſmiſſam. de electio. † Talia enim alteri non pertinent, niſi ei, qui fructus dignitatis facit ſuos, vt ibi deciditur, ſicut fecit dictus Dars, durante lite, in parlamento. Si enim curia à fructibus eum abſoluendo, omnes fructus & conſequẽter res optatas habere non intellexiſſet, eas expreſſè excepiſſet,

BIU Cujas

pisset, quod non fecit: ideo eas sibi concessisse seu adiudicasse videtur, arg. l. iij. ff. de offi. præsi. & l. data alias incip. lata. C. de donatio. facit. Instit. de hæred. instituen. §. hæreditas. vbi minus dictum plus cõprehendit. facit l. vnum ex familia. §. fi. ff. de lega. ij. Ad hoc facit tex. in l. vsufructu legato. §. j. & ij. & l. itẽ si fundi. in princip. ff. de vsufru. vbi domus vicini obueniens ex secũdo decreto in cõtumaciam nõ cauẽtis de dãno infecto, applicatur vsufructuario. Prętereà fructus est vtilitas ex re vel propter rem proueniẽs. l. fructus. & ibi no. ff. de reg. iur. Et nõ immeritò, quia
3 videmus quòd †vsufructuario debetur omnis vtilitas, etiam ex incorporalibus proueniẽs, siue cõtinuè siue per interualla. l. diuortio. §. quod in anno. ff. soluto matrim. & ibi plenè notat. ad prę̃missa facit quod singulariter decidit Bar. in l. fin. ff. solu. matrimo. vbi
4 dicit, †quòd si dato castro iurisdictionali in dotẽ, cõstante matrimonio, bona aliquorum subditorũ fuerunt confiscata, tale lucrum confiscationis etiam bonorum immobilium, cedit lucro mariti, qui fructus dotis durãte matrimonio facit suos: ita quòd postea matrimonio soluto, & per cõsequens die restituendæ dotis cedente, maritus non tenetur talia bona cõfiscata restituere, licet propter dotẽ sibi obuenerint, vt ibi tenet Bar. quem sequuntur doctores. Sic ergo videtur dicẽdum in casu nostro, vbi dictæ res optatæ prouenerũt propter dignitatem camerariæ: & sic cõputãtur in fructu: ita quòd cedere debẽt lucro dicti Dars fructuarij, & maximè quia dictæ res nõ prouenerũt simpliciter ex dicta dignitate: sed propter dignitatẽ acquisitæ fuerũt, partim ex industria dicti Dars qui illas elegit. capit. si vasallus. in titulo, hic finit lex in vsi. feudo. †vbi incremẽtum cõtingens feu-
5 do facto & solicitudine vasalli, pertinet vasallo, & nõ domino feudi: quia talia magis cõueniũt fructui quã 8
proprietati. Per quæ omnia videretur malè fuisse iudicatum per locum tenentem seneschalli Lugdunensis dicti arresti executorem, qui dictum Dars condẽnauit ad restitutionem dictarum rerum optatarum contra mentem & tenorem dicti arresti. Sed in contrarium opinor esse rei veritatem, & puto, quòd non obstante dicta absolutione & fructibus, dictus Dars dimittere tenetur dictas terras, reditus, & bona optata prædicto de Stagno secundum tenorem sententiæ exequutorialis dicti locum tenentis. Quod verum esse demonstratur ex pluribus. Primò, quia cessante causa cessat effectus. capitu. cum cessante. de appellationibus: sed causa acquisitionis dictarum possessionum, & redituum fuit dignitas dictæ camerariæ, quę nunc cessat in persona dicti Dars: igitur retinere nõ potest dictas acquisitiones, intuitu dignitatis factas. Tum quia cessat dignitas, tum etiam quia dictæ acquisitiones velut accessorium sequi debent dignitatem principalem, cui accedunt quocũque vadat. capitu. accessorium. de regulis iuris in vj. Tum etiam quia sicut perdita vxore propter matrimoniũ & iuris defectum, vel per diuortium aut aliàs non potest maritus retinere dotem, cùm dos non possit esse sine
6 matrimonio. §. si aduersus. Instit. de nuptiis. † Sic dictus Dars perdita dignitate camerariæ, retinere nõ potest dotẽ: cùm dictæ acquisitiones aliud non sint, quàm dos dignitatis, ex qua sustineri debent onera dignitatis. Nam aliâs sequeretur absurdum, videlicet quòd dictus Dars non seruiret dignitati, & tamẽ fructus caperet eiusdem, quod non est dicendum. Et huic decisioni optimè congruit intentio & voluntas dicti Dars, qui optando dictas possessiones, & reditus semper declarabat optionẽ facere, pro dicta dignitate, & loco camerarij, vnde non intendebat dictas retinere acquisitiones, nisi quandiu retineret dignitatem, & non vltra. Ideo perdita dignitate velle nũc retinere dictas acquisitiones, nõ habet apparentiam: quia actus agentium non possunt operari vltra intentionem eorum. l. non omnis. §. j. ff. si certum petatur. † Et non præsumitur alia intentio, nisi quæ ex verbis demonstratur. l. Labeo. ff. de supelle. leg. Nec prætẽdere potest dictus Dars quòd dictę acquisitiones optatæ eius lucro cedant tanquam fructuario, quia immobilia non sunt in fructu qui prouenit ex re immobili vel mobili, aut se mouente. ff. de vsufr. lega. l. j. & iij. & d. l. item si fundi. Prætereà tales optiones seu acquisitiones obueniunt extra rem vel rei fructum, licet occasione rei seu dignitatis contingant. Ergo sicut incrementum alluuionis vel insulæ, quo ad proprietatem cõpetit proprietario, vt dicta l. item si fundi. §. j. & ij. Sic etiã proprietario seu titulario dictæ dignitatis, præfatæ opiniones accrescere debẽt, quo ad proprietatẽ: maximè quia negari non potest, quin in dictis optionibus sit dare proprietatẽ & fructum, qui ex eis annis singulis percipitur: & sic dictus Dars absolutus ab eo, scilicet à fructuum restitutione, non censetur absolutus ab alio, scilicet restitutione proprietatis dictarum optionũ: quia in separatis non fit illatio de vno ad reliquum. l. finali. ff. de calumnia. & dubitanter separata sunt, & diuersæ naturæ existunt, scilicet vsusfructus, & proprietas. l. naturaliter, in principio, & ibi notatur. ff. de acquiren. possessio. Ad hoc facit elegans decisio, Ioan. Andrę. in additio. Specu. tit. de emphyt. §. nunc aliqua, versicu. xciij. quæritur, super verbo, tribuas.
8 vbi eleganter decidit, †quòd si emphyteosis in commissum ceciderit, tale commissum, quo ad lucrum fructuum applicatur vsufructuario, ita quòd faciat fructus suos, quandiu durabit vsusfructus: sed eo finito proprietas commissi cedit domino proprietario. Ita decidit, in fine dictæ additionis, & prius sic consuluerat Oldra. si bene meminerim, consil. ccxl. incipiente, super eo quo quæritur. & sequitur Iason de Mayno in l. finali. v. quæstione. C. de iure emphyteu. referens Alberi. ita tenuisse super rubrica. C. de vsufructu. Sic ergo erit in casu nostro, quia dictus Dars vsque ad diem arresti fecit fructus dictarum optionum suos, quandiu sibi durauit facultas fructuum percipiendorum. Sed finita dicta facultate, scilicet post arrestum seu illius executionem, proprietas dictarum optionum cedere debet domino de Stagno seu titulario dictæ dignitatis, cuius intuitu præfatæ optiones accreuerunt. Et ita videtur mihi, nõ obstãtibus quibuscunque suprà in contrarium allegatis. Quia hæc decisiua interpretatio satisfacit & dignitati & arresto supradicto: dignitati siquidem, vt à cętero cum dictis optionibus eius onera vlterius supportentur: & arresto, vt dictus Dars fructibus dictarũ optionum præteritis & perceptis potiatur. Et sic primò non obstat dictum arrestum, quia per tenorẽ illius dictus Dars fuit absolutus à restitutione fructuũ perceptorum, nedum ex dignitate, sed etiam ex rebus optatis: quia cùm dictum arrestum nihil exceperit, quo ad fructuum restitutionem, omnes fructus comprehẽdit, vndecũque perceptos, à quibus indefinitè fuit absolutus. Sed non à restitutione proprietatis optionum, ex quibus fructus percipiũtur (vt dictum

BIU Cujas

ctum est) quia aliud est proprietas, aliud sunt fructus
9 eiusdem. Nam verum est,† quod appellatione fructuum venit quæcunque vtilitas ex re proueniēs, vel propter rem: prouiso tamen quòd sui natura sit cōsumptibilis (vt sunt, fructus, quisui natura consumi possunt.) Ideo dicit Ioan. Andræ. in dicta additi. quòd laudimia, ac capita, seu reuocationes rerū emphyteuticarum fructuario pertinent, quia vtēdo cōsumuntur. Sed proprietas rei nunquam venit appellatione fructuum, imò per eorum positionem exclu
10 ditur:† cùm vsusfructus sit ius vtendi & fruendi alienis rebus salua rerum substantia. l. j. ff. de vsufructu. Ex quo in casu nostro datur intelligi, quòd dictus Dars vti potuit, & frui dictis rebus optatis, capiēdo & consumēdo fructus eorūdem, salua dictarum rerum substantia, ipsi vero domino, id est, dicto de Stagno vero dictæ dignitatis titulario, cui restitui debet substantia rerū optatarū non deteriorata. Prętereà aut vult dicere dictus Dars, quòd per arrestum sibi competit retentio rerum optatarum omnino, & non potest: quia non est absolutus, nisi à restitutione fructuum duntaxat. Aut vult dicere quòd fructus retinendo dictæ dignitatis, retinere potest dictas o-
11 ptiones, quia veniunt in fructu, & nihil est. † Nam licet vox eligendi vel conferendi sit in fructu per iura in contrarium allegata, tamen effectus vltimus vocis (id est proprietas seu titulus qui per vocē acquiritur in beneficiis optatis aut collatis) non dicitur in fructu, aliàs sequeretur absurdū quòd beneficia electiua aut collatiua, quo ad proprietatem & titulum, pertinerent, & emolumētum pertineret eligenti aut conferenti, contra tex. in cap. fina. de institu. Sic erit in casu nostro, vbi dictus Dars eligendo & optando res vacantes, quod facere poterat, ratione possessionis dictæ dignitatis, quia cū titulo colorato detinebat, consequutus fuit fructum suæ vocis (qui fructus aliud non est, nisi quòd electio suum sortiatur effectum) & valet prout valuit. Sed propter hoc nō sequitur, quòd retinere possit pro se res per eum optatas & acquisitas dictæ dignitati; quinimo pertinent
12 dignitati, & non sibi: † quia optio duos parit effectus seu fructus. Vnum videlicet in persona eligentis, & alium in persona eius cuius fauore electio fit. Primꝰ fructus optionis est, quòd suum sortiatur effectum quo ad eius validitatē, vt scilicet is cuius fauore facta est optio seu electio, rem optatam consequatur. Et certè hūc effectum seu fructum fecit suum dictus Dars: ita quòd mutata persona camerarij, nō perhoc perimitur optio, quæ per ipsum fieri potuit ratione detentionis possessionis. Alius effectus seu fructus optionis est respiciens personam eius fauore cuius facta est, vt scilicet vtatur & fruatur re optata seu collata: sicut in casu nostro dictus Dars optauit nō sibi, sed alteri, scilicet dignitati: camerariæ: & iste fructꝰ non pertinet optanti, sed dignitati: ideo is qui dignitatem tenet, talem fructum percipit. Sed si à possessione cadat, sicut fecit dictus Dars, is ad quem trāsit & vadit dignitas, talem fructum habebit, qualis est nūc dictus de Stagno: maximè quia vt dictū est ſ. per tenorem optionis per dictum Dars expeditæ, clarè cōstat quòd pro dignitate percepit dictas res optauit, & non sibi, sed loco camemarij. Non obstat dum dicebatur quòd fructū in causa damni infecti ex cōtumacia proueniens pertinet fructuario pleno iure, quia hoc ideo est, quia cautio de damno infecto præstari debet vsufructuario. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. quæ si non præstetur, in pœnam contumaciæ domus applicatur vsufructuario ex secundo decreto iudicis: & sic authoritate superioris. Et aliàs potest responderi prout latius respondet Ioan. Andræ. in dicta additio. circa finem. Pariter non obstat decisio Barto. in l. fina. ff. soluto matrimo. quia pinguius ius habet maritus in re dotali, cùm eiusdē dicatur dominus. l. doce ancillam. C. de rei vendicat. quā haberet dictus Dars in præfata dignitate. Ideo non mirum si confiscationes constante matrimonio factæ cedāt eius lucro, vt eas nō teneatur restituere. Prætera maritus verum titulum habet in dote, & verum ius durante matrimonio: sed dictus Dars carebat titulo in dicto cameraria: & licet haberet titulū coloratū, tamen non præbuit ei ius, saltē ante triennium per decretū de pacifi. possessor. in pragm. vnde nō potest fieri necessaria illatio de marito ad casum nostrum, per ea quę plenè dicuntur, in dicta l. diuortio. ff. soluto matrimonio. Nam si titulum canonicū non habet in principali dignitate, nec habere potest in rebus optatis dignitati acquisitis: & per hunc modum etiam non obstat textus in dicto capitu. si vasallus. quia loquitur in vasallo qui est dominus vtilis feudi, secundum gl. in l. si vt certo. §. si duobus. commoda. & Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirenda possessione. Ideo omnis vtilitas sibi acquiritur, & non domino proprietatis. Prætereà ibi vasallus acquisiuerat aliqua feuda solicitudine & sumptibus suis. Sed in casu nostro secùs. Guliel-
mus Benedictus.

GVLIELMI BENEDICTI
DE MATRIMONIO, EIVSQVE contractibus quæstio breuissima, iuris studiosis tum vtilis, tum necessaria.

***

ANNO domini Millesimo quadringentesimo sexagesimonono, & die decimasexta Nouembris fuit celebratũ matrimoniũ [De matrimonio cõsimili, vide And. Barbatiam, in j. parte, cõsil. xxix.] inter dominum Gilibertũ de Chabanes militem, dominũ de Curtõ, ac gubernatorẽ Lemouicen. ex vna: & nobilẽ dominã Franceſiã de Turre, filiã naturalem & legitimam nobilis & potentis domini Bertrãdi de Turre comitis Boloniæ, & Aluerniæ, ac dominæ Ludouicæ de la Tremouille coniugum. In cuius matrimonij cõtractu fuit inter cætera cõcordatũ & pactisatum, quòd casu quo comes præfatus sine liberis masculis decederet, aut eius liberi sine masculis, idẽ comes dedit dictæ dominæ Franceſiæ & ab ea descendentibus ex dicto matrimonio in aduantagium, & pro præcipuo vltra alias suas dicti comitis filias, castra sua, terras, & dominationes de Rion, Rignat, Clamers, & sainct Christofle, cum suis pertinentiis & dependentiis, & in residuo bonorum dicta Franceſia, casu illo aduenient,& ex ea descendentes venirent ad partagium cum cæteris aliis filiabus suis. 1

¶ Sequitur tenor pacti.

Item, *a esté plus dit, & accordé entre lesdictz contrahans, que au cas que mondict seigneur de Bouloigne iroit de vie à treſpas sans enfãs masles, ou ſesdictz enfãs masles sans masles descendãs d'eux en loyal mariage, in iceluy cas ledict monſieur de Bouloigne a donné & donne à ladicte damoiſelle Frãçoyſe ſa fille, & aux ſiẽs en preciputé & auãtage de ses autres heritiers les chaſtelz &c.* Or decesit dictus comes Bertrandus, relicto domino Ioanne de Turre eius filio naturali & legitimo, qui ex post sine liberis decesit masculis, & sic veniente conditione substitutionis in dicto contractu matrimoniali appositæ, dicta domina Franceſia, seu dominus Ioannes de Chabanes eius ex suo matrimonio filius, petit dicta castra sibi præcipua. Sed ei obiicitur, quòd postquàm dictus dominus Bertrandus comes reliquit filium masculum, quòd dicta substitutio expirauit. 2

SVMMÆ.

1 *Intentio ſpectanda potiùs quàm series verborum.*
2 *Verba non præualent ſenſui.*
3 *Substitutio etiam in contractu fieri poteſt.*
4 *Primogenituræ fauent omnia iura.*
5 *Substitutio habetur pro facta, vbi veriſimiliter apparet teſtatorem ita voluiſſe.*
6 *Dubia voluntas interpretanda eſt ex congruitate verborum præcedentium, vel ſequentium.*

VIso instrumento matrimoniali, cuius tenore constat ipsum solùm fuisse si absque masculis decederet, substitutione grauatum, & non eius liberos, si absque masculis morerentur. Nam tenor instrumenti matrimonialis nunc reperti per tres notarios recepti, sic habet, &c.

Item, *a esté plus accordé que au cas que mõdict ſeigneur de Bouloigne iroit de vie à treſpas ſans enfans, ou enfans masles deſcendans d'eux en loyal mariage, en iceluy cas mondict ſeigneur de Bouloigne a donné, &c.*

Or quicquid scriptum in dicto instrumento reperiatur, alter ex notariis qui supereſt, necnon tres aut quatuor teſtes dicunt etiã liberos dicti comitis fuisse dicta substitutione grauatos. Quæritur quid iuris,

Pro fundamento dicendorum præsuppono vnum quod est veriſſimum, quòd in iudicandis actibus humanis præsertim hominum iam defunctorũ posse tenus sequenda & inspicienda venit intentio eorum siue teſtatores fuerint, siue cõtrahentes. † Nam actus agentium interpretandi sunt & iudicandi secundum intentionem eorum, & non secũdum seriem verborum, vbi præsertim dubitatur de defectu errore scribentis contingente. l. non omnis. ff. ſi certum petatur. † Cùm enim manifeſtiſſimus est sensus teſtatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valet, vt melior sensu existat. dicit text. in l. ſi quis filium C. de libe. præte. Quoniam volũtas plus, quàm verba inspicienda est, atque sequenda. l. cùm virum. C. de fideicommiſ. Ideo scribitur Prouerb. xix. qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, bona reportabit. Pariter dicit apostolus ij. ad Corinth. iij. c. Litera occidit, ſpiritus viuificat. Ex quibus clarè resultat, de tenore vel qualitate verborum non esse curandum, vbi constat de mente ac intentione loquentis: maximè cùm verba contrahentium non repugnant intentioni eorũ, quãuis defectum patiantur, cùm hoc esse potuerit aut imperitia loquentis, vel errore scribentis, aut inaduertentia, quod nocere partibus non debet. l. errore. C. de teſtamen. Quo casu defectus literæ suppletur per sensum, voluntatem & intentionem contrahentium, vt liquet ex prædictis: & est verus vtriusque iuris sensus. Cùm igitur, vt ex facto præcedenti clarè resultat, iuncto tenore pactorum matrimonialiũ initorum interdictos dominos quõdam comitem Bolonien. & de Chabanes dominum de Curton in cõtractu matrimonij inter eundẽ de Chabanes & Franceſiam de Turre filiam dicti comitis celebrato: dict' comes voluerit & semel cõsenserit, quòd casu quo ipse sine liberis masculis, aut eius liberi sine masculis decesserint, dicta Franceſia eius filia, & ex ea descẽdentes haberent sibi præcipua dicta quatuor castra.

Talis

BIU Cujas

Talis voluntas est nunc exequenda, postquàm conditio substitutionis cõtingit, videlicet quòd Ioânes
3 filius dicti comitis sine masculis decessit. † Quę quidem substitutio valuit & valet, quanuis in contractu apposita fuerit, per tex. in l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. iũcto quòd liberis nascituris ex cõtractu aut alia dispositione acquiri potest. l. quod dicitur. vbi plenè Alexan. ff. de verb. obligati. Nec obstat, q in instrumento matrimoniali à tribus notariis recepto, non reperitur scripta aliqua substitutio liberis dicti comitis donatoris facta, sed sola substitutio ei soli adicta, quæ videtur eo ipso expirasse, quod idẽ comes donator dicto Ioanne eius filio superstite decessit. l. j. C. de conditio. insertis. Quia ad hoc respõdetur, q licet in dicto instrumento expressa substitutio non reperiatur scripta, liberis dicti comitis facta: tamen quia facta fuit & illam fecisse dictus donator intellexit & voluit: certè eius voluntas & intẽtio sequenda est: adeo, quòd iudices eam pedetẽtim sequi debent, sicut canis leporem, vt verbis vtar Bal. in l. fin. C. de necessa. seruis hæredi. instituen.

Et quòd dictus comes donator dictam substitionem fecisse intenderit, ac eam fecerit, demonstratur ex multis. Primò ex cõiectura valde vrgente, quę ex eo surgit, quòd postquam donator seipsum substitutione onerauit, si absque masculis moreretur, multò magis, saltẽ à simili, eius liberos & posteros onerare voluisse præsumitur, dicta cõditione adueniẽte, scilicet, si decederent sine masculis. Cùm non sit verisimile seipsũ plus onerare voluisse quàm eius filios & posteros: considerato, quòd nulla charior libertas, quàm in seipso à quo charitatis ordo incipit. l. prę ses iuncta glos. C. de seruitu. Prætereà si dictam Francesiam eius filiam primogenitã & posteros ex ea descendentes, in dictis quatuor castris præferri cæteris suis ipsius donatoriis filiabus, vt scriptũ reperitur in 6
4 dicto instrumento: † Et hoc fauore primogenitæ, cui omni iure diuino, canonico, & ciuili fauendum est in his maximè feudis nobilib⁹: vt patet Gen. xxv. & in capit. licet. de voto & voti redẽptio. vbi ad hoc Panormit. pulchrè diuum allegat Bernardũ sic consuluisse cuidam bono militi, fortiùs præsumitur voluisse eam præferre neptibus ex Ioanne filio & quibuscunque vlterioribus posteris. Quæ quidem prę sumptio sequẽda est, vt scilicet dicamus substitutionem etiam factam fuisse liberis dicti donatoris, per tex. in l. quoties. §. sed si nõ in corpore, ibi: quasi plus nuncupatum sit, minus scriptum. ff. de hæred. instit. & deciditur magis clarè in l. cùm proponebatur, ibi per errorẽ omissam mutuã substitutionẽ. ff. de le. ij.
5 Ex quibus concludunt docto. quòd † vbi per cõiectu ram & verisimilitudinem apparet donatorẽ vel testatorem facere voluisse substitutionẽ: certè eo casu substitutio haberi debet pro facta, & perinde habetur ac si expressè fuisset scripta in instrumento.

Secũdò principaliter dictam substitutionem etiam liberis donatoriis factam fuisse, dico apparere etiam ex litera & tenore dicti instrumenti matrimonialis, ibi dum dicit: Item, *fut accordé que au cas que mondict seigneur de Bouloigne iroit de vie à trespas sans enfans, ou enfans masles descẽdans d'eux en loyal mariage, &c.* Quæ verba, eorum bene considerato tenore, clarissimè ostendunt dictum donatorẽ præfatam Francesiam & ex ea descendentes, nedum sibiipsi, sed etiam liberis suis substituisse, si absq; liberis masculis morerentur, & hoc duplici ratione. Primò propter euitãdam verborum superfluitatem, quę de nihilo operaretur: esset enim euidens superfluitas si donator sibi soli substituendo his dixisset, seu verba hæc potuisset: *Sans enfans, ou enfans masles*, cũ satis abundè sufficeret semel dixisse, *Sans enfans*. Oportet ergo ad euitandum superfluitatem verborum (quæ in viris præsertim sapientibus, quales erant dicti contrahẽtes, non præsumitur) præsumere & iudicare, quòd sibiipsi per illa verba, *Sans enfans*, priore loco prolata substituit. Et per sequẽtia verba, *Ou sans enfans*. substituere voluerit, & intellexerit, filiis & liberis suis si absque masculis morerentur, prout verè eis substituit. Sed notarius qui instrumentum dictauit, errore substitutionem liberis factam scribere omisit: deindéque cæteri duo tabelliones inaduertenter instrumentum sic defectuosum signarũt. Nam errore scribæ fuit omissum, *Ou ses enfans*. Post quæ verba cõgruè adaptantur verba sequentia, *Sans enfans masles*, & ita iudicandum est, vt notoria euitetur superfluitas, quam ars sicut natura respuit. capitul. sicut consuetudo. vbi Panormita. de probatio. Secũdò ita iudicandum forè demonstratur. ex verbis sequentibus dum dicit, *descendans d'eux*, in numero plurali: quoniam si donator sibi soli substituere voluisset, & nõ aliis suis posteris, illa verba expressisset in numero singulari, sic dicendo, *descendans de luy*. Sed quia in substitutione comprehendere intendebat posteros, & eis sicut sibiipsi dictam Frãcesiam & eius descendentes substituere, vsus fuit verbis pluralis numeri, quasi diceret quòd si ipse aut eius liberi morerentur sine masculis ex licito matrimonio descendentibus, substituebat Francesiam eiúsque sobolem: & iste est rectus sensus, & cõgrua verborum prędictorum intelligentia. † Nam quoties voluntas est dubita, semper venit interpretanda ex congruitate verborũ prę cedentium vel sequentium, vt dicit tex. in l. si seruus plurium. §. finali. ff. de lega. j. & l. nummis. ff. de legat. iij. facit l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testa. Tertiò & vltimò, substitutionem fuisse factam, nedũ soli donatori, sed etiam suis liberis, dico clarissimè apparere perteſtes quatuor, inter quos est alter ex tribus notariis, qui dictũ matrimoniale instrumentum receperunt. Qui clarè deponũt de hac substitutione, vnde eis standum est, & plenè creditur considerato maximè, quòd agitur de probando contractum, quo casu duo testes sufficiunt. l. vbi numerus. ff. de testi. Nam per eos probari potest, quòd per notarios fuit omissum, vel aliter scriptum, quàm dictum fuerit per cõtrahentes, vt plenè decidũt omnes in dicta l. errore. C. de testamen. glos. & doct. in ij. C. de bono posses. secundum tabulas. & in dicta l. quoties. & l. cùm proponebatur. & Bartol. in l. si librarius. ff. de regulis iuris. Panormita. in capitu. cùm Ioannes. de fide instrumentorum. Salice. & docto. in l. in exercẽdis. illo eodem titu. C. maximè in casu nostro, vbi pro depositione dictorum testium, quòd veritatem dixerint, facit præsumpta & cõiecturata intentio & volũtas donatoris. Nec eis repugnat tenor instrumenti matrimonialis: imò si rectè & congruè intelligatur, conuenit & cõcordat cum dictis & depositionibus testium: vt patet ex præmissis, & ita videtur mihi G. Benecti.

BIU Cujas

PROCESSVS PRÆVENTIONALIS, CORAM INFRA DICTIS REuerendiſsimis agitatus in quendam Ioannem presbyterum homicidam, variiſque criminibus præuentum. Quem poſteà ſequitur ſuccincta admodum GVLIELMI BENEDICTI Quæſtio de homicidio, qualiter ſcilicet, & quo medio puniendus ſit dictus presbyter homicida.

***

¶ Initium, & contextura proceſſus præuentionalis nouiter agitati & finiti coram reuerendis in Chriſto patribus dominis Iohanne Montiſalbani, Matthæo Appamiarum, Ludouico Vabren. Petro Vauren. Galhardo Conuenarum, Ioanne Tiryano, & Sauarico Lumbarien. miſeratione diuina, & ſãctæ ſedis apoſtolicæ gratia epiſcopis, & iudicibus in ea parte, inter procuratorem fiſcalem in prædicti domini Montiſalbani epiſcopi, præueniẽtem & accuſantem ex vna, & dominum Ioannem Caſcanelli preſbyterum de Merlato dictæ diœceſis Mõtiſalbani habitatorem, de quodã horribili homicidio & aliis diuerſis criminibus præuẽtum, & accuſatum partibus ex alia. Fuit in prima figura vſque ad prolationẽ ſententiæ expedita, & tradita venerabili viro Domino iudici appellationum curiæ Archiepiſcopalis & Metropolitanæ Toloſæ, ſeu eius locum tenenti, per me Galhardum de Cruce notariũ, eiuſdẽ proceſſus ſcribam, obtemperando certis præceptis & iniunctionibus mihi factis, excepta dicta reportus, cuius & ſentẽtiæ inde ſequutæ ac realis exequutionis, & actualis degradationis dicti Caſcanelli in vim dictæ ſententiæ factæ tenores ſeriatim ſequuntur, velut infrà.

IN NOMINE Domini amen. Nouerint vniuerſi moderni & futuri, q̃ in dicto proceſſu præuentionali corã præfatis dominis Epiſcopis & iudicibus in eadem cauſa in vnum congregatis apud Toloſam, territorio eiuſdem per Reuerendum in Chriſto patrem dominum archiepiſcopum Toloſanum ſeu eius vicarios conceſſo, in menſe Februarij anno domini milleſimo quingenteſimo vndecimo, taliter proceſſum fuit, quòd ipſo Caſcanelli ad longum audito, & de ſui conſenſu fuit renuntiatum & concluſum in cauſa, & ad ſentẽtiam & ius dicendum clauſus proceſſus. Et exinde quadam die veneris, viceſimaſeptima mẽſis prædicti Februarij intitulata, apud intra domum archiepiſcopalem ſiue officialatum Toloſæ, circa horam ſeptimam de mane coram reuerendis dominis epiſcopis ſuprà nominatis, egregius & venerabilis vir dominus Ioãnes de Badeto iurium doctor, officialis Mõtiſalbani pro dicto domino Montiſalbani epiſcopo, de mandato ipſorum dominorum Epiſcoporũ reportauit ſupra dictum proceſſum ad longum, & meritum, & caſum eiuſdem declarauit, & ipſis dominis epiſcopis ad intelligendum dedit, in conſpectu & præſentia egregiorum & venerabilium virorum dominorum Petri Buxi, Antonij Capelleõ, & fratris Mathurini Pauleti iurium profeſſorum, Petri Roſsinholi, & dominorum officialium Vabren. & Vauren. licentiatorũ, & plurium aliorum dominorum licentiatorum, & bac callariorum ibidem exiſtentium. Poſt quam quidem relationem, ipſe idem dominus officialis Montiſalbani relator, fuit opinionis ſupra nominatum Caſcanelli delatum, pro reparatione & pœna homicidij, & aliorum exceſſuum per eundem perpetratorum, fore degradandum, & deponendum officio & beneficio clericalibus & presbyteralibus. Et hoc pluribus ex cauſis & rationibus iuris priùs per eundem deductis, in ſcriptis redactis, & per eundem lectis, in fine præſentis proceſſus deſcriptis: cuius quidẽ opinionis fuêre memorati domini Capelleõ, Buxi, Pauleti, Roſsinholi & officialis Vauren. Dictus autem dominus officialis Vabren. fuit opinionis prędictum Caſcanelli fore deponendum, & condemnãdum ad carceres perpetuos. Sed demum inter eoſdem dominos epiſcopos fuit cõcluſum iuxta opinionem dicti relatoris, & aliorum iuriſperitorum pænominatorum, iam dictũ Caſcanelli præuẽtum & delatum fore realiter & actualiter deponendum, degradandum officio & beneficio presbyteralibus, pro pœna & reparatione exceſſuum, & delictorum prædictorũ. Et ſubſequenter eadem die, & circa horam primam poſt meridiem, intra conſiſtorium curiæ archiepiſcopalis Toloſæ, vbi ipſa curia eſt teneri ſolita, ſuprà nominati domini epiſcopi & iudices ibidẽ more maiorum pro tribunali ſedentes, & prout conſueuerant in expeditione dictæ cauſę eorũ audientiam publicè tenentes, comparente dicto Caſcanelli priſonerio ibi adiuncto ex vna, & procuratore fiſcali dicti domini Montiſalbani epiſcopi partibus ex alia. & ſententiam in cauſa prædicta fieri petente, eandem ſententiam in ſcriptis protulerunt, & dederunt in hunc qui ſequitur modum. Et nos Ioannes Montiſalbani, Matthæus Appamiarum, Ludouicus Vabren. & Petrus Vauren. Galhardus Conuenarum, Ioannes Troianus, & Sauaricus Lumbarien. epiſcopi & iudices pro hac cauſa ſpecialiter congregati, ſacroſanctis quatuor Dei euangeliis coram nobis propoſitis & oſtenſis, vt de vultu Dei noſtrum prodeat iudicium, & oculi noſtri ſemper videant æquitatem, ſignantes nos ſigno venerabili ſanctæ crucis, ſic dicendo: In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen. Ad ſententiam diffinitiuam procedimus in hunc qui ſequitur, modum. Quia viſis

BIU Cujas

visis & diligẽter inspectis totius præsentis causæ p̃uentionalis meritis, habitáque super his natura cõsilij deliberatione cũ peritis, cõstat nobis episcopis & iudicibus prædictis, te dominum Ioannem Cascanelli presbyterum diœcesis Ruthenẽ oriundum, & à triginta annis citra loci de Merlato diœcesis Mõtisalbani habitatorem, hic coram nobis personaliter comparentem & præuentum, tam per confessionem tuam, quàm per plures testes cõtra te in eadem causa productos, & tibi acaratos, per vnum annũ in festo omnium sanctorum vltimatè prẽterito, seu circa fuisse diffamatum de quadam muliere vocata la Vigniera loci de Borno dictæ diœcesis: & illã pluries pendente illo tempore carnaliter cognouisse, & illã circa dictum festum omnium sanctorum grauidam repertam fuisse, & quòd tu illam grauideras ipsam solenniter iurasse: & ob illam causam te dubitantem capi, vel personaliter citari, ad quẽdam fratrem Bertrandum de Campis religiosum sancti Ioãnis, & cõmendatorem de Albiasio in commẽdataria de Bellouidere, dictæ parochiæ de Merlato commorantẽ, tuum amicum & benefactorem cõfugisse, & vt te iuuaret tam erga dictam mulierem, quàm erga iustitiã pluribus vicibus requisiuisse: & inter alias anno p̃senti domini millesimo quingẽtesimo vndecimo, in vespere beatæ Catharinæ paulo ante auroram ad dictam commendatariam accessisse, & ad portam clausam pulsasse, & eundem commendatorem adhuc in lecto existentem tibi aperiri fecisse, & circa suum lectulum recepisse, & te querimonias de dicta muliere & de compositione cum eadem fienda, & de timore captionis & citationis tuæ eidem commendatori fecisse, & ipsũ tibi exuberãtes oblationes & benignas consolationes fecisse, ac tandem tuo languori compatiendo, certam refectionem parari per eius sororiam iussisse, & suis manibus parasse, & ad feruendũ certum ferculum seu brodium pro te refocillando & recreando versus ignem se cubasse: & te nulla rixa, nec minis, nec aliquibus verbis precedẽtibus, cõtra ipsum religiosum, & tuum filiũ confessionis, malitiosè & proditoriè à parte retrò irruisse. & cũ quodam gladio longo & acuto supra eius tergum lethaliter percussisse, & gladium ibidem remansisse plantatũ vltra quatuor digitos, donec per chirurgos fuit extractus, & te de dicto facinore per astantes reprehensum, quòd vtinam illum occidissesrespõdisse. Et cõsequenter paulo post, & ex interuallo eundẽ cõmendatorem prope quoddam altare eiusdem commendatariæ existẽtem cum alio gladio acuto in eius stomacho circa sinistram mamillam iterum percussisse, & acriter vulnerasse. Et te de vlterius illũ cædendo, & malè tractando conatus fecisse: ac ipsum commendatorem ad causam dictorũ ictuum exinde quandiu vixit, in lecto iacuisse, & infra decem dies ex eisdem ictibus mortuũ fuisse, nec opera chirurgorum, quæ cum maxima diligentia fuit adhibita, curari potuisse: téq; cùm propter dicta facinora esses in carceribus meritò detẽtus, per abstinentiã & cessationem à comedendo tibi mortem procurari fatigisse, & ad comedendum per metum & cõminationem fustigationis necessariò cõpulsum fuisse, téque etiam Iauleriam tibi in carceribus refectionem ministrantem verberasse, ac ibidẽ per diuersas vices & in pluribus diebus & noctibus dæmones in auxilium inuocasse, & pariter etiam per plures vices, & cum perseuerantia plurium dierum, Deum, virginem Mariam, & fidem christianam, ac baptismum tuum abnegasse. Sed dictas dæmonum inuocationes, & Dei & Virginis, ac baptismi abnegationes iudicialiter abiurasse, téque in tuis depositionibus variasse, vacillasse, & deieravisse, & aliàs deliquisse, prout latius in processu continetur. Et quia cõperimus dicta facinora, aut ex ipsis plura esse non solùm grandia, sed etiam damnabilia, & damnosa, & adeò enormia, quòd exinde non tantùm diuina maiestas est offensa, sed & vniuersa patria est commota, & ob hoc tu es redditus officio & beneficio indignus. Idcirco nos authoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & nostra, te præfatum Cascanelli omni huiusmodi officio & beneficio ecclesiastico sententialiter & perpetuò in his scriptis priuamus, téq; ab illis verbo deponimus, & pronuntiamus realiter & actualiter secundum traditionem canonũ te fore deponendum, & degradandum, hanc nostram sententiã diffinitiuam in his scriptis proferentes more maiorum pro tribunali sedentes, Ioannes episcopus Montisalbani, Matthæus episcopus Apparnien. Ludouicus episcopus Vabren. Petr⁹ episcopus Vauren. Galhardus episcopus Conuenarũ, Ioannes episcopus Troian. Sauaricus episcopus Lumbarien. A qua quidem sententia prædictus Cascanelli prouocauit, & appellauit ad curiam domini Iudicis appellationum curiæ archiepiscopalis & metropolitanæ Tolosæ, aut ad alios iudices, ad quos de iure & cõsuetudine prouocandum esset, petens & requirens acta & apostolos sibi dari, & de sua appellatione instrumentum retineri per me notarium infrà subsignatum p̃sentis processus scribam, Cui quidem Cascanelli dicti domini episcopi & iudices organo prædicti domini Montisalbani episcopi responderunt, quòd attẽto, quòd ipse erat confessus, superatúsque & conuictus testibus, quòd appellationem tanquam friuolam & inamen non tenebantur admittere: veruntamen ob reuerentiam supradicti domini Tolosani archiepiscopi, in cuius sede ipsi erant, ipsius Cascanelli appellationem, si & quatenus dominus iudex appellationum, ad quẽ ipse Cascanelli nititur appellare, illam duxerit admittendam, admiserũt & non aliter, eandem responsionem pro apostolis debitis sibi faciẽdo. De qua quidem respõsione & Apostolorum datione iam dictus Cascanelli petiit actũ, & instrumẽtum per me notarium infra scriptũ eidẽ tradi quod sibi concessi. Finaliter quidem in crastinum, quæ fuit sabbati visesimaoctaua mẽsis & anni prædictorum numerata, circa horam meridiej procurator fiscalis ipsius domini Montisalbani episcopi, eidem & aliis dominis episcopis suprà nominatis denuntiauit qualiter per dominum iudicem appellationẽ curiæ archiepiscopalis Tolosanæ, seu eius locum tenentẽ, viso processu dicti Cascanelli, fuerat sententialiter & diffinitiuè pronuntiatum, malè appellatum, & bene processum per ipsos dominos episcopos & iudices, à quibus fuerat appellatum, remittendo ipsum Cascanelli ipsis dominis episcopis pro demandãdo exequutioni prædictam eorum sententiam, prout ex tenore cuiusdam certificatoriæ à curia prædicta appellationum obtentæ edocuit, de eadem promptam fidem faciẽdo, mediantibus literis attestationis huiusmodi tenoris. Vniuersis & singulis iustitiariis & officiariis, quib⁹ p̃sentes literę peruenerint, aut eorum loca tenentes, Ioannes de Fraxino, vtriusque iuris doctor canonicus & archidiaconus veteris morisij, in ecclesia metropolitana Tolosona, iudex appellationum curię archiepiscopalis & metropolita-

BIU Cujas

næ Tolosanæ, salutem in Domino sempiternã. Notum vobis facimus, & tenore præsentiũ attestamur, quandam causam appellationis medio, coram nobis, & in curia nostra motam, & agitatam fuisse, per, & inter dominum Ioãnem Cascanelli presbyterum loci de Merlato, diœcesis Montisalbani appellantem ex vna, & discretum virum dominum procuratorem fiscalem, domini episcopi Montisalbani appellatum ex altera partibus, in eadémque tãtum extitisse processum, quòd per dictæ partis appellantis procuratorem traditus extitit libellus appellationis cui ex aduerso negatiuè responsum extitit, & lis super eodem legitimè contestata, productóque per dictæ partis appellatæ procuratorem processu iudicis, à quo, ad plures & diuersos alios actus extitit processum, tandémque clausus fuit processus, ad consiliũ. Et deinde anno domini millesimo quingẽtesimo vndecimo, & die penultima mensis Februarij cõparentibus coram nobis ambarum partium fundatis procuratorib⁹, & dicto Cascanelli principali, pro se sententiam ferri postulantibus, lata extitit in hunc qui sequitur, modum. Quia visis & diligenter inspectis totius præsentis causæ appellationis meritis, habitáque super his matura consilij deliberatione cum peritis, cõstat nobis locum tenenti & iudici antedicto, intentionem partis in præsenti causa appellantis, minus sufficienter fundatam fuisse: idcirco his attentis, & aliis circa talia attendendis, quæ nostrum mouent animum, moueréque possunt ac debent cuiuslibet alterius rectè iudicantis, sentẽtialiter & diffinitiuè pronuntiamus, decernimus, & declaramus, malè & indebitè fuisse & esse prouocatum & appellatum per dictam partẽ appellantem, benéque fuisse & esse sẽtentiatum & iudicatum per iudices à quibus extitit appellatum, causámque & partes iudicibus à quibus appellatum extitit, pro debita iustitia ipsis partibus ministranda remittenda, vnà cum omnibus expensis in præsenti causa legitimè factis, dandis, & soluẽdis prædictis expensis per dictam partem appellantem eidem parti appellatæ, infra xv. dierum spatium, terminum iuris, & ex causa abbreuianda, taxatione earundem expensarum, nobis & curiæ nostrę in posterum reseruatis. Hãc nostram per modum prædictum diffinitiuam sententiam in his scriptis proferen. pro tribunali seden. G Falgni locum tenẽs. Qua lata pro curator partis appellatæ eidẽ acquieuit: dictus verò Cascanelli vnà cum eius procuratore ab eadẽ appellauit: quæ quidem appellatio ex deliberatione consilij non fuit admissa, sed refutata, prout hæc & alia latius in actis curiæ nostræ dicuntur cõtineri. In quorum præmissorum fidem, & testimonium, has præsentes certificatorias literas signeto nostro signatas, & sigillo dictæ curiæ sigillatas duximus concedendas. Datum Tolosæ die penultima mensis Februarij anno Domini millesimo quingentesimo vndecimo. Cõstat de dictis sentẽtia & aliis assertis, prout Baussoneti Peyroti not. Quibus visis incontinenti dictus dominus Montisalbani episcopus mandauit fieri vnum scadafallum prout & fuit, in platea communi sancti Stephani Tolosæ, in quo quidem scadafallo ordinata fuêre duo scamna, vnũ videlicet à parte dextera, pro dicto domino Montisalbani episcopo, & aliis dominis episcopis suis collegis: & aliud à parte siniſtra pro dominis iustitiæ secularis, & ante scãnum dictorum dominorum episcoporum, apposita certa tabula, ad modum altaris munita, & decenter parata vestibus presbyteralibus, libris euangeliorũ, candelabris cum candelis extinctis, calice cum patena, & hostia de suprà posita, duabus canetis vino & aqua repletis. Et eadem die circa horam tertiam post meridiem, supra dictum scadafallum conuenerunt prædicti domini Montisalbani, Appamiarum Lumbarien. Conuenarum, & Vauren. episcopi, vestibus pontificalibus induti. & pariter venerabiles viri domini, domini Iudex maior seneschalliæ Tolosanę, Iudex villæ longæ, & nõnulli alij tẽporales iustitiarij, quibus loca & scamna suprà designata assignata extitêre. Et illis hîc sedentib⁹ fuit per Iaulerium carcerum dicti domini Tolosani archiepiscopi adductus suprà nominatus Cascanelli prisonerius supra prædictum scadafallum: vbi incõtinenti ad mãdatum præfati domini Montisalbani episcopi, fuit à compedibus ferreis solutus & liberatus, & per certos presbyteros, & viros ecclesiasticos ibidem existentes, coram omni populo ibidem in magno numero congregrato, ante tabulam seu altare prædictum, habitibus seu vestibus sacerdotalibus, cũ quibus missæ celebrantur, honestè indutus. Et factis his incontinenti coram omni populo prædicto, memoratus dominus Montisalbani episcopus, aliis dominis episcopis suprà vltimatè nominatis, sibi assistentibus, alta, & intelligibili voce declarauit, & exposuit, qualiter dictus Ioannes Cascanelli nuper presbyter. oriundus loci de Verneto diœcesis Ruthenẽsis, & à triginta annis citra habitator loci de Merlato, diœcesis suæ Montisalbani, fuerat intitulatus siue accusatus ingrauidasse quandam mulierem vocatam vulgariter la Vigniere, viduam, loci de Borno, prædictæ diœcesis Montisalbani habitatricem. Item de quodam horribili homicidio siue *meurtre*, commisso in personam fratris Bertrandi de Campis, religiosi sancti Ioannis Tolosani commendatoris de Albiasio, quem occidit insidiis pensatis. & per industriam in domo siue castro de Bellouidere dictæ religionis, & prope altare capellæ dicti castri. Item abnegasse Deum, virginem Mariam baptismum, & religionem christianitatis, casu quo degradaretur, dęmonum auxilium inuocando, & aliâs deliquisse, vt in sententia suprà inserta latius explanatur. Quo facta prædictam sententiam depositionis & degradationis fiendæ iam perantea prolatam, vt suprà descriptam exequendo, ad realem depositionem & degradationem ipsius Cascanelli, remouendo illi omnia insignia & ornamenta sibi, dum fuit ordinatus presbyter, collata, incipiendo ab vltimis, ordine mutato, verbísque sequentibus seu in effectu similibus vtẽdo processit in hũc, qui sequitur. modum.

Et primò sua verba dirigendo ipsi Cascanelli coram eodem existenti, & calicem cum patena & hostia suprà posita in manibus suis tenenti, dixit, ipsum calicem sibi fuisse traditum in signum ministerij passionis Christi, potestatémque fuisse eidem collatam gratia & illustratione sancti spiritus ad resistendum diabolo & operibus suis, audiendum confessiones fidelium, absoluendum & remittendum peccata confitentium, offerendum sacrificium Deo tam pro viuis quàm defunctis. Sed quia Christus dixit ex præcepto, *non occides*: & iussit homicidas à suo altari euelli: & quia contra præceptum decalogi & Dei, ac determinationem sanctæ matris ecclesiæ occiderat propriis manibus hominem religiosum, filium suum spiritualem, opera misericordiæ sibi impendẽtem, meritò à celebratione missarum

sarum tam pro viuis quàm pro defunctis amorũ esse ostendit, & potestatem audiẽdi confessiones, absoluendi, & remittendi peccata sibi abstulit, similia dicendo verba: Auferimus de manibus tuis calicem cum patena, & hostia suprà posita, tãquam indignus à participatione tanti sacramẽti. Item declarauit eidem Cascanelli in vnctione manuũ potestatem sibi collatam fuisse consecrandi, & benedicẽdi, qua potestate priuatum esse pariter ostendit, abradendo illi quatuor digitos inunctos siue consecratos, cũ certo frusto vitri leuiter, & absque sanguinis effusione. Itẽ & casulam vestem sacerdotalem & salutis, per quam radix omnium virtutum designatur, pariter dixit eidem Cascanelli concessum fuisse: attamen quia suadente diabolo charitatem à se abiecerat, & ingratũ erga filium suum spiritualem escas sibi præparãtem reddiderat: imò illum tanquàm parricida contra omnem charitatẽ & præcepta Dei siue decalogi necauerat, meritò dicta veste ipsũ expoliabat & denudabat. Item pariter libro euangeliorũ ipsum priuauit, dicẽdo per hæc verba: quia fuisti ordinat' ad sacros ordines, diaconatus, & subdiaconatus, & in illa collatione fuit tibi data potestas legẽdi euãgelia, & epistolas in ecclesia sancta Dei, in quibus continentur præcepta & mandata legis nostræ nouę & antiquæ. Sed quia illa quæ cãtasti & legisti non credidisti, & minus opere adimpleuisti: imò seruiẽdo diabolo homicidium, & stuprum perpetrasti, & deinde Deum virginem Mariam, christianitatem, & baptismum abnegasti, & dæmones inuocasti: quare meritò illa potestate te priuatum fore declaramus, & librum euangeliorum & epistolarum tollimus & amouemus: quia id non competit nisi dignis. Item veniendo ad stolam, & illam accipiendo, & in manibus suis tenendo dixit memoratus dominus Montisalbani episcopus, illam stolam candidam & immaculatam eidem Cascanelli fuisse traditam, vt adimpleret officium sibi iniũctum. Sed quia iugum domini per dictam stolam signatum turpiter abiecerat, ideo eandem stolam ab eodem amouebat, & ipsum inhabilem reddebat ad omne sacerdotale officiũ exercendum. Et tũc fuit eidem Cascanelli remota dicta stola. Item cõsequenter declarauit iam dictus dominus Montisalbani episcopus manipulũ dicto Cascanelli fuisse traditum, per quem designatur fructus omniũ bonorum operum, quæ per manus exercentur. Sed quia ipse Cascanelli manibus suis propriis execrabile homicidium commiserat, quare meritò indignũ ad deferendum manipulũ se constituerat, ideo illum sibi amouebat, & auferebat. Itẽ & pariter subsequutiuè albam, quam eidẽ Cascanelli vt memoratus dominus Montisalbani episcopus dixit, traditam fuisse pro puritate denotanda, tanquàm à lubrico & puritatis inimico abstulit & exuere fecit. Item & pariter explicauit iandictus dominus episcopus Montisalbani amictum, per quem designatur castigatio vocis, ad malum fuisse traditum ipsi Cascanelli, veruntamen quia non castigauerat suam vocem, imò Deũ virginem Mariam, baptismum, & religionem christianitatis abnegauerat, & in sui adiutorium diabolum inuocauerat, ideo illum ab eodẽ Cascanelli tanquam ab indigno auferebat, prout & realiter abstulit & generaliter amouit dicto Cascanelli potestatẽ intrandi sacrarium, tangendi pallas, vasa, & alia indumenta sacra, auferẽdo de manibus dicti Cascanelli duo cãdelabra ibidem asportata, & certas claues, pro clauibus ecclesiæ reputatas. Et vlterius amotis dicto Cascanelli omnibus habitibus, & indumentis presbyteralibus suprà descriptis, & ipso Cascanelli superpellicio duntaxat induto adhuc existente, iam dictus dominus Montisalbani episcopus, suam exequutionem continuans, suáque dirigendo verba, prout suprà prædictum est, ipsi Cascanelli, alta & intelligibili voce verba ista quæ sequuntur proposuit, sic dicendo: Ioannes Cascanelli, quia abiecisti ignominiã secularis habitus, & coronam in tuo capite, quod est regale signum sacerdotij, recepisti: ob quam causam in sortem domini fuisti electus, & successiuè ad ordinem presbyteratus assumptus. Sed quia non obseruasti sanctitatem, iustitiam, & minus charitatem: ideo authoritate Dei omnipotentis patris, & filij, & spiritus sancti, & nostra, auferimus à te habitum clericalem, & nudamus te religionis ornatu, atque deponimus, degradamus, & exuimus te omni ordine, priuilegio, & beneficio clericali, & tanquam à professione clericali indignum, reddimus te in ignominiam & seruitutem habitus & status secularis. Et dum illa verba dicebantur & proferebantur, fuit prædictus Cascanelli superpellicio exutus & expoliatus. Et illico hoc facto cum certis forcipibus iã dictus dominus Montisalbani episcopus cœpit abradere aliquos pilos de capite dicti Cascanelli, & postmodum cùm barbitonsor ipsius domini de sui mandato continuaret in totum radere coronã dicti Cascanelli, memoratus dominus Montisalbani episcopus dicebat & explicabat eidẽ Cascanelli verba sequentia: Te velut ingratum filium à sorte domini, ad quam vocatus fueras, abiicimus, & coronam tui capitis regale quidem signum sacerdotij de tuo capite amouemus, propter tui regiminis prauitatem. Et illo tunc incontinenti fuit exutus dictus Cascanelli veste clericali, & quadam alia veste laicali crocei coloris indutus. Et hoc acto per dictum dominum episcopum pronuntiatum extit, vt illum Cascanelli exutũ omni ordine ac priuilegio clericali, curia secularis in suũ forũ reciperet degradatũ. Et absq; aliquo interuallo dictus dominus Mõtisalbani episcopus, vnà cum aliis dominis episcopis suis assistentibus suprà nominatis, vertit se erga personas dictorum dominorũ iudicum maioris seneschalliæ Toloſæ, & Villæ longæ, supra dictũ scadafallum, prout præscriptum est existentium, quibus emisit deprecationem sub his verbis: Domini Iudices, rogamus vos cum omni affectu quo possumus, vt amore Dei, pietatis, & misericordiæ intuitu: & nostrorũ interuentu, miserrimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis. Et statim fuit prædictus Cascanelli per ministros dictorum dominorum Iudicum curiæ secularis captus, & à dicto loco separatus & adductus, à quo pariter recesserunt omnes domini episcopi, & alij qui ibidem cõuenerant. De quibus omnibus præmissis ego notarius prædictus & infrà subsignatus, requirente procuratore fiscali dicti domini Montisalbani episcopi in præfatione huiusmodi processus nominati, retinui actum & processum, & illum in meis libris & registris modo præmisso registraui. A quibus huiusmodi duplum in hanc formam per me in quindecim foliis papyri huiusmodi fermè redactum. prius etiam per me correctum, & collationatum cum suis veris registris & originalibus, signo meo authentico subsignaui in fidem & testimonium omnium præmissorum. De Cruce, notarius.

COL

COLLECTIO EORVM, QVÆ EX PRÆDICTIS PROBATA resultant.

¶ Ex processu agitato inter procuratorem fiscalem Montisalbani ex vna, & dominum Ioannẽ Cascanelli presbyterum resultat probatum. Primò, q̃ in loco Beluaco diœcesis Montisalbani, est commẽdataria sancti Ioannis, quæ est vna antiqua turris, in qua est altare beatæ Mariæ, & quòd ibi fecit moram frater Bertrandus de Campis, religiosus sancti Ioannis, & commendatarius de Albiasio per decem annos & vltrà, & quòd dictus Cascanelli morabatur ibi propè, & habebat maximam familiaritatem cum ipso de Campis qui eidem Cascanelli per vij. annos plures grauitates fecerat, præsertim sibi pluries vitã præbendo, & sibi consulendo, & erat filius confessionis ipsius Cascanelli. Et euenit, quòd anno præsenti Domini M. D. X I. in vespere beatæ Catharinæ ipse Cascanelli dubitans capi, ex eo quia quædam mulier dicebat se fuisse grauidatã per ipsum Cascanelli. Circa auroram accessit ad dictam cõmendatariam ad habendum consilium & auxilium à dicto de Campis, qui fecit sibi pulsanti aperiri portam, & venire ad se iacentẽ adhuc in lecto. Et eundẽ Cascanelli cõquerentem, & dicentẽ se dubitare capi, per bonas oblationes cõsolatus fuit. Et ex eo, quia videbat ipsum Cascanelli languidũ præ molestia, fecit sibi parari aliquod ferculũ seu potagium, quod ipsemet de Cãpis faciebat feruere, & propter hoc se curuauit erga ignẽ: & tunc ipse Cascanelli nulla rixa præcedente, nec aliquibus minis, nec verbis præcedẽtibus accessit ad ipsum de Cãpis de parte retrò, & cum quodam gladio acuto percussit ipsum lethaliter in tergo, ita quòd gladius remansit ibidẽ. Et cùm de hoc increparetur à præsentibus, respondebat, *Ia lagnesse ieu mort.* Et cùm exinde ipse percussus accessisset ad locum vbi erat altare, & non posset remouere gladiũ de tergo, prętatus Cascanelli sequutus fuit eundem: & cum vno alio gladio percussit ipsum de Campis supra stomachum, ex qua percussione fuit factum magnum vulnus & lethale, & exiuit magna sanguinis effusio, & satagebat magis percutere, sed fuit per assistentes impeditus. Et exinde præfatus percussus decessit ex illis ictibus infra ix. dies, & præmissa probantur tam per testes ipsi Cascanelli acaratos, quàm per eius confessionem sponte factam & sæpe repetitam.

Secundò resultat, quòd ipse Cascanelli sategit se interficere in carcere, recusando comedere, donec fuit compulsus per metum fustigationis, & etiam petiit realgal, & aliqua instrumenta pro se interficiendo, & finaliter declarauit, quòd si haberet gladium, se interficeret.

Tertiò resultat probatum, quòd dictus Cascanelli fuit diffamatus per annum & vltra, de dicta muliere vocata *la Vigniere*: & ipse confitetur pluries illam cognouisse carnaliter, & ipsa dicit & iurauit solenniter, quòd fuit ab ipso grauidata.

Quartò resultat, quòd percussit Iauleriam sibi victum ministrantem in ipso carcere,

Quintò resultat, quòd ibi inuocauit dæmones, vt irent illum quæsitum, & interficerent eundem.

Sextò resultat, quòd ibi abnegauit Deum, & virginem Mariam, baptismum, & fidem catholicam per plures vices, & diuersis diebus.

QVÆRITVR QVALITER SIT PVNIENDVS DICTVS PRESBYTER de dicto homicidio, & aliis prædictis criminibus.

SVMMÆ.

1 *Homicidij pœna in clerico.*
2 *Degradatio aliquando sumitur pro depositione verbali.*
3 *Degradatio in quibus casibus locum habeat.*
4 *Degradatio an fiat pro homicidio qualificato.*
5 *Homicidij qualificati exempla.*
6 *Pœnæ debent commensurari delictis.*
7 *Degradatio fit aliquando pro minore delicto, quàm sit homicidium qualificatum.*
8 *Homicidij qualificati grauissimæ pœnæ.*
9 *Ecclesia non habet pœnam degradatione maiorem.*
10 *Mors iure canonico intelligitur excommunicatio.*
11 *Ecclesiæ parrochialis appellatione non continetur ecclesia parrochialis collegiata.*
12 *Scholaris appellatione non continetur rector scholarium, qui etiam est scholaris,*
13 *Delicti atrocitas vel grauitas cognoscitur ex septem.*
14 *Homicidium quibus rationibus aggrauetur ex persona interfecti.*
15 *Religiosi professi, & in sacris, æquiparantur.*
16 *Hospitalarij religiosi gaudent priuilegio clericorum.*
17 *Adulterũ vilis conditionis occidens nõ punitur, aliàs secus.*
18 *Benefacienti malè facere aggrauat delictum.*
19 *Homicidiũ quibus rationibus grauetur ex parte occidentis.*
20 *Parricidij pœna qualis, & vbi locum habeat.*
21 *Fornicatio aggrauatur cum filia spirituali.*
22 *Parricidio spirituali debetur grauissima pœna sicut carnali.*
23 *Homicidium quibus rationibus grauetur ex loco.*
24 *Homicidium aggrauatur ratione temporis.*
25 *Homicidium aggrauatur ex quantitate percussionum.*
26 *Homicidium aggrauatur ex euentu.*
27 *Homicidium tripliciter aggrauatur ex iniusta causa percutiendi, & nu. 28. & 29.*
30 *Iracundiæ calore factum caret calumniæ vitio.*
31 *Homicidium aggrauantes causæ coniunctæ,*
32 *Ingratitudo est peccatum mortale.*
33 *Ingratitudo homicidium aggrauat.*
34 *Ingratitudo multis modis iure punitur.*
35 *Proditio aggrauat delictum.*
36 *Homicidium proditorie committens non gaudet immunitate ecclesiæ.*
37 *Dæmonem inuocans committit hæresim.*
38 *Hæreticus redire volens ad fidem, est in perpetuum carcerem detrudendus.*
39 *Blasphemi pœnæ.*

40 *Iura*

BIU Cujas

40 *Iuramentum ſceleratum, etiam verum, eſt vt blaſphemia capitaliter puniendum.*

41 *Degradationis exequutio fieri poteſt per ſolum ordinarium, licet ſententiæ aſſiſtant alij ſex epiſcopi.*

VIDERETVR dicendum, quòd †pro dicto homicidio dictus presbyter prima facie venit deponendus, & in monaſterium detrudendus, per text. in cap. cùm non ab homine. iuncto cap. tuæ. de pœnis. In dicto cap. cùm non ab homine. ponuntur verba ſequentia: Conſultationi tuæ taliter reſpondemus. quòd ſi clericus in quocunque ordine conſtitutus in furto vel homicidio, vel periurio, ſeu alio crimine fuerit deprehenſus, atque legitimè cõuictus, ab eccleſiaſtico iudice deponendus eſt, &c. & in dicto capitu. tuæ. dicitur vt ſequitur: Ad illud quod à nobis tertiò requiſiſti, qualiter clerici in latrociniis vel aliis magnis ſceleribus deprehenſi puniri debeant, reſpondemus, quòd à ſuis ordinibus degradati detrudi debent in arctis monaſteriis ad pœnitentiam peragendam. quod vt dicit ibi Ioan. And. ſuper verbo, degradati. intelligo de verbali degradatione, id eſt, de depoſitione nõ actuali, &c. Idem ſentit Panormitan. ibidem, cùm dicit notãter, quòd †degradatio aliquando ſumitur pro depoſitione verbali, &c. addens, quòd ſi non reperiretur monaſterium tutum, tales clerici poni debent in carceribus tutis, iuxta cap. vt famæ. de ſententia excommunicatio. facit cap. quanuis. de pœnis, libro vj.

Item, attingendo altiùs materiam poſſet quæri, an idem presbyter propter dictum homicidium ſaltem iunctis aliis criminibus prætactis, poſſit actualiter degradari. Super quo duæ principales opiniones reperiuntur. Prima eſt glo. in cap. ad abolendã. de hæret. in verbo, relinquatur. quæ dicit, quòd †degradatio habet locum ſolùm in tribus caſibus. Primus eſt in hæreſi, per dictum cap. ad abolendam. &c. excommunicamus. eodem titu. Secundus eſt in falſario literarum apoſtolicarum. per ca. ad falſariorum. de crimine falſi. Tertius eſt in faciente coniurationem contra epiſcopum, per cap. ſi quis ſacerdotum. xj. q. j. Aliter autẽ ſentit illa glo. quòd clericꝰ non debet pro aliquo crimine degradari, licet tradatur curiæ ſeculari, quando eſt incorrigibilis, iuxta dictum cap. cùm non ab homine. & ſeruata forma ibi poſita. Nam tũc primò criminoſus debet deponi, & ſi eſt incorrigibilis debet excõmunicari. Etſi etiam tũc perſeueret in ſua incorrigibilitate debet anathematizari. Et ſi etiam tunc ſit incorrigibilis, relinquitur curiæ ſeculari. Ita dicitur ibi. & dictam gl. ſequitur domi. Antonius in c. at ſi clerici. de iudi. dicens, quòd quantumcunque iura dicant aliquem degradãdum, ſemper intelligitur de verbali depoſitione, vel de incorrigibili. Idem videtur tenere ibi Henricus Bohic.

Alia, & ſecunda principalis opinio fuit Petri de Ancharan. in cap. ea quæ. de regu. iur. quã refert, defendit. & ſequitur Panormitan. in ca. at ſi clerici. de iudic. & dicũt ipſi in effectu, qꝙ † quando homicidiũ eſt qualificatum, tunc clericus homicida eſt degradandus, & curiæ ſeculari tradendus. Et ponuntur plura exempla. Primò in eo, qui interficit ſacerdotem proditoriè cum ſpoliatione bonorũ. † Secundò in committente parricidium. Tertiò in eo, qui eccleſiam incendit. Quartò in eo, qui eccleſiam rebus deputatis ad ſeruitiũ diuinũ ſpoliauit. Quintò in eo, qui ordinauit prodere patriam. Sextò in eo, qui occidit per aſſaſinamẽtum. Septimò in cõmittente plura homicidia, vel latrocinia, vel falſitates, vel plura crimina atrocia: quia dicunt, qꝙ tales ſunt per epiſcopũ degradandi, & tradẽdi curiæ ſeculari: cõcludentes, quod in iſtis grauiſſimis delictis non videtur vendicare ſibi locum. c. cùm non ab homine, nec communis theorica Doct. vt ſufficiat ſola depoſitio: imò reſtringitur d. c. & communis theorica. ad homicidiũ ſimplex, quod nõ tranſiit in aliã ſpeciẽ criminis grauiorem: ſed vbi econtra crimen eſt qualificatum, dicunt vt ſuprà, quòd homicida eſt degradandus, &c.

Item, & pro hac opinione ponunt plures rationes, de quibus aliquæ ſubiiciuntur. Prima ratio eſt, quia de iure † Pœnę debent cõmenſurari. & adæquari delictis, vt maiora crimina, maiori pœna, & minora crimina minori pœna puniantur, & in paribus delictis pares pœnæ applicentur, vt in cap. non afferamus. xxiiij. quæſt j. Sed ita eſt, quòd pro ſimplici homicidio imponitur pœna depoſitionis, & detruſionis in arctum monaſterium, vt in dicto cap. cùm nõ ab homine. & c. tuæ. ſuperius allegatis. Ergo ꝙ homicidio qualificato vel duplicato debet imponi maior pœna: cùm qualificatum & duplicatum homicidium ſit maius delictum, quàm ſimplex & vnicum, & tamen in iure canonico non reperitur maior pœna quàm ipſa depoſitio, niſi ſit ipſa degradatio, & curiæ ſeculari traditio: ergo illa pœna debet imponi pro ipſo homicidio qualificato, vel duplicato, aliâs non imponerentur maiores pœnæ maioribus delictis, vt fieri debet ſecundum præmiſſa.

Item, ſecunda ratio eſt, † quia illa pœna degradationis, & curię ſeculari traditionis ſit pro minoribus delictis, quàm ſit homicidium qualificatum, ſcilicet propter coniurationẽ & cõtumeliã factã epiſcopo, & propter falcificationẽ literarũ apoſtolicarum, vt dictũ eſt ſuprà. Ergo à fortiori debet imponi in homicidio qualificato. Nec in hoc fit extẽſio de caſu ad caſum, ſed tacitè videtur cautũ, idẽ eſſe in aliis grauioribus nõ expreſsè nominatis, vt dicit gloſſ. in c. j. de temp. ordi. lib. vj. Et ſic nõ obſtat regula, odia reſtringi. de regu. iur. Item tertia ratio, † quia in iure ciuili contra tales committẽtes homicidia qualificata, vt dicitur in exemplis ſuprà poſitis, imponũtur grauiſſimæ pœnæ, quia aliquando comburuntur, aliquando per fruſta diuiduntur, aliquando beſtiis traduntur: vt in l. capitalium. ff. de pœnis. & l. iij. §. legis Cornelię. ff. ad legem Cornel. de ſicar. & l. pœna parricidij. ff. ad legem Pompeiã de parricid. Ergo non eſt dicendũ quòd in illis caſibus ſufficiat depoſitio & incarceratio quo ad clericum, vbi fortè laicus ſocius eiuſdem criminis cõbureretur, vel per fruſta ſcinderetur, &c. imò eſſet abſurdum ponere tantam diſſimilitudinem inter clericum, & laicum.

Item adducunt pro noua doctrina, quòd in omnibus prædictis atrociſſimis delictis, in quibus de iure ciuili imponũtur dictę ſæuiſſimæ pœnę, debeat clericus degradari, & curiæ ſeculari tradi, cùm in iure canonico non reperiantur ſimiles, nec æquipollentes pœnæ. Et pro hoc etiam allegant rationem poſitam in dicto cap. cùm non ab homine. nam dicitur ibi, quòd in caſu illius capit. clericus relinquetur iudici ſeculari, ex eo quia † eccleſia non habet vltra quid faciat. Ergo idem eſt in dictis atrociſſimis delictis, cùm, quo ad illa, eccleſia non habeat quid faciat, id eſt, non habet pœnam condignam.

Item, pariter allegant ad idem cap. j. de homicid. ibi

BIU Cujas

ibi cùm dicit, Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euellas eum, vt moriatur, &c. Et dicunt, quòd per illum textũ diſponitur, quòd homicida voluntarius & ſtudioſus debet ab altari euelli, ita vt moriatur. Nam per illud verbũ, euellas, debet intelligi de clerico homicida: nam propriè ipſe debet euelli ab altari, cui ſeruit, & nõ laicus, qui nõ ſeruit, nec affixus eſt, ergo non poteſt euelli: quia priuatio præſupponit habitũ: L. decem. de verborum oblig. & c. ad diſſoluẽdum. de deſponſa. impuber. Nec obſtat, q̃ eccleſia non imponit pœnam mortis corporalis, &c. Nam reſpondetur, quòd lex Exodi canonizata in dicto cap. j. nõ dirigitur prælato eccleſiaſtico. Sed dicitur imperſonaliter moriatur, & intelligitur per miniſtrum iuſtitiæ ſecularis. Sed verbum, euellas, bene dirigitur prælato eccleſiaſtico: id eſt, amoueas, ſeu degrades.

Item, & hanc lectu. tenet ipſe Panormit. in dicto cap. j. & ſequitur ibi Ioan. de Anania. [Adde quòd duo ſunt genera degradationum, nempe verbalis, & actualis. c. degradatio. de pœn: lib. vj. & de forma huius vide ibidem]. Item, ſecundò pro dicta ſecunda opinione allegant Pan. & de Anchara. tex. in cap. j. de homicid. lib. vj. vbi habetur, quòd occidẽtes per aſſa ſinamentum nedum priuantur omni ordine, officio, & dignitate, ſed etiã permittũtur occidi, à quocunq; etiam ſine alia degradatione. ſecũdum Dominicum de ſancto Geminiano, ibidem: ergo non eſt veriſimile, quòd eccleſia velit retinere in ſuo foro dictos grauiſſimè delinquentes, de quibus ſuprà.

Item, allegant & tertio tex. in capitu. nouimus. de verborum ſignificatio. vbi loquendo de crimine falſi dicitur, quòd ſi propter illud crimen, vel aliud flagitium graue, non ſolùm damnabile, ſed etiam dãnandum clericus fuerit degradatus, tãquam exutus priuilegio clericali, ſeculari foro per conſequentiã applicetur. Et ſic ibi quo ad degradationem non ſe reſtringit ad crimen falſi vel aliud certum: imò videtur dare regulam generalem, quòd fiat degradatio, quando crimen eſt damnabile & damnoſum, vt quia eſt grauiſsimũ in ſe & damnoſum quo ad exemplũ aliorũ. Si enim intelligeretur ſolùm de crimine falſi, ille text. eſſet ſuperfluus: nec poteſt intelligi de incorrigibili, cùm crimen falſi & aliud damnabile, & damnoſum indicantur ibi à pari quo ad degradationem: ſed in crimine falſi nõ requiritur incorrigibilitas. Ergo illud crimen damnabile, & damnoſum nõ intelligitur de incorrigibili.

Item, & hunc intellectum ad dictum capitu. tenet etiam ipſe Panormitan. in dicto capit. nouimus. ibi cùm dicit, Nota tertiò text. valde ſingularem probantem, quòd pro delicto valde graui, & pernicioſo exemplo, debet fieri degradatio actualis: & videtur iſta litera apertè reprobare communẽ theoricã gloſſarum dicentiũ ſpeciale in tribus criminibus, vt clericus tradatur curiæ ſeculari. Sed in aliis requiritur incorrigibilitas, vt notatur in capit. ad abolendam, de hæret. Nam hæc litera videtur innuere, & dare regulam, vt citra incorrigibilitatem poſsit fieri traditio pro delicto valde graui & dãnoſo. & vide quod plenè dixi in cap. at ſi clerici. & cap. cùm non ab homine. de iudic.

Item, & in eadem ſententia videtur Innocen. in dicto cap. nouimus. ibi, cùm protulit verba ſequentia: Nota, q̃ pro quolibet crimine, dũmodò ſit damnabile, & damnoſum, poteſt aliquis tradi curiæ ſeculari.

Item, & dictam ſecundam principalem opinionẽ ſequitur Angel. in tractatu de maleſi. in verbo, caput à ſpatulis. Et dicit, quòd ita vidit ſeruari Ferrariæ in raptore, & adulterante quandam mulierem. Alleg. l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulter. idem & clarius ſequitur ibi Auguſtin. Arimin. in additio. & dicit, quòd ita tenet Bal. in d. cap. at ſi clerici. & in repetitione l. cunctos populos. de ſumma Trinita.

Item, idem tenet Panormit. in cap. j. de his qui fil. occid. vbi loquendo de pœna parricidij, id eſt, de pœna illius, qui occidit parentem vel filium, ponit verba ſequentia: vnde concluderẽ, quòd aut laicus cõmiſit hoc crimẽ, & eſt ſuppoſitus temporali iuriſdictioni eccleſiæ, & tũc mandabit prælatus eccleſiaſticus iuſtitiam facere: in cap. fin. ne cleri. vel monachi. lib. vj. & puto, quòd talis punitur pœna legali: quia de iure canonico non reperitur pœna talibus impoſita, Ergo recurrendum eſt ad ius ciuile, vt in ca. j. de noui operis nuntia. Aut eſt clericus, & tunc exiſtimo etiam, quòd deponi debeat, & ſine alia incorrigibilitate tradi curiæ ſeculari. Nam ſi pro ſimplici homicidio fit depoſitio, & detruſio in monaſterium, vt in cap. cùm non ab homine. de iudic. iũcto cap. tuæ. de pœnis. debet pro iſto homicidio qualificato imponi grauior pœna: Sed grauior prædicta non inuenitur. Ergo cùm nõ habeat eccleſia vltrà quid faciat, relinquit eum iudici ſeculari, argumen. præalleg. capit. cùm non ab homine. Et hoc quando doloſè & appẽſatè interfecit parentem vel filium, &c.

Item, idem ſentit Panormit. in dicto cap. j. de homicid. vbi cùm dicit ſecundò principaliter poteſt intelligi in clerico, qui propriè euellitur ab altari, cùm ipſe non ſit affixus & obligatus altari, & poteſt intelligi hodie dupliciter. Primò de depoſitione, quæ eſt mors ciuilis. Secundò de morte naturali, vt quando homicidium eſt ita qualificatũ, vt nõ videatur ſufficere ipſa depoſitio: tũc enim debet deponi, & tradi curiæ ſeculari, vt moriatur, vt dixi in capitu. j. de his qui fil. occi. & plenè in ca. at ſi clerici. de iudi. vbi allego iſtum tex. pro concordia. & capit. nouimus. de verborum ſignifi. & c. Et in eadem opinione eſt ipſe Panormit. in cap. ad abolendam. de hæreticis.

Item, Ioan. de Anan. refert, & ad vnguem ſequitur ipſum Panormit. in dicto cap. j de his qui fil. occid. & capit. j. de homicid. & dicit, quòd cùm dictum cap. loquatur de morte, & mors dicatur multis modis, quia aliqua eſt naturalis, aliqua eſt ciuilis, in dubio mors intelligitur de naturali, per l. ex ea parte. §. in inſulam. ff. de verborum oblig. cap. ſuſceptum. de reſcript. libr. vj. Non quòd illa mors imponatur per epiſcopum, ſed per iudicem ſecularem. Et ad c. cùm non ab homine. de iudic. vbi dicitur, quòd plura requiruntur antè quàm clericus puniatur morte naturali: reſpondet, quòd ibi loquitur de homicidio ſimplici: ſed dictum capit. j. de homicid. loquitur de homicidio proditoriè commiſſo ex eo, quia dicit text. per inſidias, & per induſtriam. inferẽs, quòd per hoc reſultat ſingularis limitatio ad dictum cap. cùm non ab homine. Et ſic non obſtat.

Item, tenendo hanc ſecũdam opinionem non obſtat, ſi dicatur, q̃ iura canonica loquentia de morte, debent intelligi de excommunicatione, per cap. per venerabilẽ. qui fil. ſint legit. nam illud procedit quando mors eſt imponẽda per iudicem eccleſiaſticum, qui non poteſt imponere ipſam mortẽ naturalem. per cap. ſententiã. nec cleri. vel mona. & ca. clericum. eodem titul. & per ca. ex his. de exceſſi. præla. & c. illud. xiij. quæſt. iiij. ſecus eſt. quando ipſa mors

venit

venit imponenda per iudicem secularẽ. vt est in casu dict.c.j.de homicid.vt superius fuit declaratum.

Item & licet plures aliæ lecturæ ponãtur ad d.c.j. quas nimis longum esset recitare,tamen Panorm.& Ioan.de Ana.tenẽt expresè dictam lecturam, videlicet quòd si homicidium est qualificatum, clericus euellitur ab altari, id est, degradatur, & traditur curiæ seculari, secundum dictam secundam opinionẽ.

Item, & pro eadem secunda opinio. Barbat. in dicto cap.at si clerici.adducit sequentia dicta doctorum & gloss. Et primò dictum Bald.in capitul. at si clerici.de iudic.vbi dicit expressè,quòd clericus deponitur, & non proceditur ad aliam pœnã nisi enormitas criminis aliud iudicaret.Et sic videtur sentire, quòd propter enormitatem criminis procedendum sit ad aliam pœnam depositione maiorem, quæ non reperitur nisi degradatio, & curiæ seculari traditio. Ergo videtur sentire, quòd ipsa degradatio veniet imponenda pro enormi crimine: Ad idem adducit etiam dictum Innocent.in ca. qualiter. de accus.vbi dicit, quòd in casu in quo de iure ciuili imponeretur pœna homicidij, de iure canonico esset degradatio. Et licet Panormita.in dicto cap.at si clerici.videatur illud dictum reprehendere,tamẽ ipse Barba. ibi dicit illud posse saluari in homicidio qualificato, vt in parricidio,& similibus,addens ipse Barba.quòd ipse allegat pro hac secunda opin.vltra alios dictum singulare Innocen.quod omnes sequuntur, in cap.j. de constit.vbi dixit, quòd propter horrẽdum delictum potest iudex transgredi leges, & imponere pœnam sæuiorem,quàm imponatur à lege:ideo in proposito non est mirũ,si episcopus ex se possit degradare clericum parricidam, qui episcopum vel sacerdotem occidit,dicẽs quòd pro certo nõ poterit adduci accommodatius dictum.Allegat etiam cap.mulier.xv. quæstio.j. vbi propter horrendum scelus cõburitur animal brutum,& sic alteratur iuris dispositio in animali bruto.Ergo multo fortius alterabitur in clerico propter horrendũ crimen.Adducit pariter ad idẽ tex.pro singulari in l.per omnes. C.de defenso.ciui. vbi non datur aduocatus facienti scelus horrendum. Si ergo nõ datur defensio:ergo multò fortius degradabitur,& tradetur iudici seculari. iungens l.fina.§. huiusmodi.C.de mo.mul.& gloss.singularem in l.ij. ff.arb.fur.cæsa.quæ voluit, quòd detur beſtiis ad comedendum quis propter horrendum crimẽ, subdẽs illud,quod notat Bald.in l.j. C. ex delic.defunc.. vbi dicit,quòd in vana gloriantur, vt non possint loqui. & gloss.singularis. Institut.de hæred.quæ ab intestat.defe.§.per contrarium. quæ dicit condemnãtur post mortem.& l.prouinciarum. C.de feriis.vbi puniuntur diebus feriatis.Addens talem rationem, accidens aduenies enti,illud qualificat, & reducit ad diuersam speciem. Ista est gloss. singularis in capit. statutum.iuncto cap.licet canon.de electio.libro vj.
11 vbi dicitur, † quòd dispositio capit.licet canon. loquens de ecclesia parochiali,non habet locum in ecclesia parochiali colegiata. Ideo dicit Aegidius in
12 procemio Gregoriano, quòd † statutum loquens de scholari non vendicat sibi locum in rectore, qui etiam scholaris est, propter illud accidens rectoriatus. ergo iura canonica loquentia de simplici homicidio non habent locum in homicidio qualificato, vt est parricidium, & similia. Eodem modo iura loquentia de furto non habent locum in furto qualificato,vt est robaria stratæ. Ita dicit ipse Barba. pro corroboratione dictæ secundæ opin. & exinde dicit quòd nõ reperit meliorem tex. de corpore iuris pro-
bantem opinio.de Ancharan.& Abba.quàm text. in cap.nouimus.de verborum significatio.

Item, & hanc secundam opinio. videtur tenere Felyn. in dicto cap.at si clerici. saltem tacitè. Nam recitat dictas ambas opini. & post illarum recitationem ponit verba sequentia.Opinionem tamen Petri de Ancharan.& Abba. tenet idẽ Petrus in repetitio. regulæ,ea.de regulis iuris,libro vj.column.lxv.versic.xix.quæro.Et in disputatione sua, laicus quidam propter homicidium.columna xvj.& Abbas in cap. primo.de his qui fil.occid.& Ioan.de Anan.in cap.j. de homicid.& Abbas in cap.tuæ.de pœnis.

Item, & sic ex dictis suis verbis apparet, quod ipse Felyn.tacitè approbat dictam secundam opinio. Tum primò ex eo, quia pro illa addunt concordantias, & corroborationes. Tum ex eo, quia illam secundam ponit vltimò. Et sic videtur ex hoc illam approbare, sicut in simili dicitur de gloss. ponente plures opiniones, nullam illarum expresè approbando.Nam tacitè intelligitur approbare vltimam, vt dicit Bald.in authent.ex testamento.C. de collat. per not.in glos.fin.l.qui filium.in fin.ff.ad S. C. Trebellian. melius in l. si idem. §. finali, in fin. ff.de iurisdictione omnium iudicum. Socinus in tractatu Fallentiarum.

Item, sed non obstantibus pluribus dictis superius per Barb.recitatis, ipse Barb.tenet primã opinio. dicens, quòd in re tam periculosa non videtur sibi recedendum ab opinio.glossarum propter dicta de Anchara.& Panormit.& Bald.& sequacium:quia debemus inhærere glosis, vt Bononienses carocio vt est gloss.singularis in l.omnis diffinitio.ff.de regulis iuris.Et idem tenet Salicet. in l.traditionibus. C. de pact.& ideo dixit idem Salicet.in l.ij.C.de senten. quæ sine certa quant. *che non sa caluacare,tegua se à l'arsono.Ita debet facere iudex,tenendo se à la glossa.*

Et pro ista parte adducit ipse Barbat. duodecim rationes, & respondet ad rationes positas, per Ancharan. & Panormitan. & finaliter ponit verba sequentia. Et per consequens malè & pessimè faciunt hodie episcopi degradando clericum, & tradendo eum curiæ seculari,&c. Et dicit, quòd hanc partem tenet ibidem Franc.de Aret.

Item pariter, licet Felyn. in cap. primo. de homicidio.referat ad longum opinio.de Ancharan.& Panormit.& pro illa secunda adducat concor.inferẽs, quòd secundum eos non est mirum,si non expectata incorrigibilitate deuenitur ad traditionem curiæ secularis contra cap. cùm ab homine. quia loquitur de homicidio simplici, nõ qualificato,puta proditorio,vel valde scãdaloso,quia omni iustitiæ repugnat quòd vbi laicus punitur supplicio atrocissimo, clerico sufficiat carcer, à quo sæpe fuga accipitur, &c. Attamen subdit idem Fely.quòd ipse non tenet illud pro constanti: quia cap. tuæ. de pœnis. pro magnis sceleribus contentatur perpetuo carcere,&c.

Item, quanuis etiam Philippus Decius in dicto capitulo,ac si clerici.referat dictam opinionem de Ancharan. & Panormitan. in contrariam opinionem. Franc. de Areti. & Andreæ Sicul. id est Barbat. & contra responsiones, & impugnationes eorundem de Areti. & Andreæ Barbat. saluet aliquas rationes, quas ponunt de Ancharan. & Panormitan. Et subdat, quòd eorum opinio habet maximam æquitatem, vt videlicet crimina puniantur debita pœna, & ita dicat vidisse seruari Florentiæ.

Attamen

BIU Cujas

Attamen exinde sentit, ꝙ alia opinio, quam sequitur de Aret. videtur esse verior, pro qua dicit, quòd Barbat. adducit plura, quæ sunt leuia. Sed dicit ipse Philippus, quòd probatur per dictum c. cùm non ab homine, quia ibi loquitur de atrocissimo delicto. Et tamen ibi requiritur incorrigibilitas, antequã Cle- 16 ricus relinquatur curiæ seculari.

Item, & per consequẽs remanet quęstio perplexa, an dictus presbyter in nostro casu debeat degradari iuxta secũdam opinionem: vel sufficiat, quòd deponatur, & intrudatur in arctum monasterium, iuxta primam opinionem. Item, sed antequã ego descendam ad aliquam earundem opinionũ, intendo discutere qualificationes ipsius homicidij, de quo agitur. Nam si bene percipio, per discussionem & examinationem earundem qualificationũ, informabitur animus iudicãtium: imò videtur iure cautũ, quòd ne iudiciũ possit fieri durius vel remissius, quàm ipsum delictum deposcit: ante omnia pẽsandæ sunt qualificationes, & circũstantiæ delictorum, & illis perpensis est pœna statuenda, prout ipsum delictum expo- 17 stulat. Ad hoc facit l. respiciendũ. ff. de pœnis. ibi, cũ dicit: respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituat, quàm causa deposcit: nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res postulat statuendum est. Ad idem facit doctrina Innocent. in c. cùm speciali. de appellat. de qua meminit Panormita. in c. j. de constitu. quæ habet, quòd iudices possunt interpretari iura in causis coram se vertẽtibus: quod intelligerem, consideratis qualitatibus ipsarũ causarum.

Item, ad demonstrandum, quòd dictum homicidium habet plures qualificationes, & circunstantias aggrauantes ipsum, prætermitto illa, quæ habentur in l. prætor edixit. §. fin. cum l. sequen. & in l. item apud Labeonem. §. quod ait prætor. & in l. sed si vnius. §. quædam. ff. de iniur. & latiùs in l. aut facta. §. sed hæc quatuor genera. ff. de pœnis. ex quibus legibus colli- 18 quòd † benefacientibus debet reddi bonum & non
13 gitur, ꝙ † atrocitas vel grauitas, vel etiam impunitas malum.
delictorũ cognoscitur ex septem. Primò ex causa, se cũdò ex persona, tertiò ex loco, quartò ex tempore, quintò ex qualitate, sextò ex quantitate, septimo ex euentu. Et intendo ponere causam vltimo loco, & expedirã cetera per ordinem,

14. Et primò dicerem, quòd dictum † homicidium, de quo agitur plurimũ aggrauatur ex persona interfecti propter tres ratiões. Prima, ex eo quia erat religiosus professus religionis sancti Ioãnis Hierosolymitani, quæ est religio approbata, & habet multa priuilegia, vt colligitur ex capitu. porro. de priuilegiis. quæ papa mandat seruari in cap. dilecti. eodem titu. & illis religiosis dat priuilegium se faciẽdi absoluere, quod habent canonici regulares vel monachi, vt habetur in capitul. canonica. de sententia excõmu-
15 nicatio. Et quia † religiosi professi, & cõstituti in sacris ordinibus ę quiparantur, vt est textus in cap. j. de voto. libro vj. Et ita firmat ibi glo. & Ioan. de Ana. in capitul. j. de his qui filios occi. & in capit. tuæ. de aposta. Ergo dictum homicidium est ita graue, sicut si clericus in sacris constitutus fuisset occisus. Pro hoc facit l. atrocem. C. de iniuriis vbi dicitur, 20
quòd iniuria aggratur ex eo, quòd infertur portanti habitum suum. Ita firmat ibi Baldus. & ne de hoc dubitetur, habeo textum ad manum in can. qui occiderit. xvij. quæstio. iiij. ibi, qui occiderit monachum vel clericum.

Item & si dicatur, quòd religiosi sancti Ioãnis originaliter vocabãtur hospitalarij sancti Ioannis Hierosolymitani, vt videtur dici in c. tuarũ. de priuileg. respondetur, quòd etiam ipsi hospitalarij erant religiosi. Et qui cquid esset de eorum statu, tamẽ illud etiam verum est, quòd † ipsi hospitalarij & tẽplarij, & similes gaudent priuilegiis clericorum, vt est tex. & ibi glo. expressa in canon. quisquis. xvij. quæst. iiij. quæ alleg. canon. vt lex xxvij. quæstio. j. & can. illud xj. quæstio. j. & ca. parochianos. de sententia excom. Et per cõsequens homicidiũ religiosi prædicti grauatur, sicut grauaretur, si clericus etiam in sacris ordinibus esset interfectus.

Secunda causa aggrauationis est ex eo, quia dictus interfectus nedum erat religiosus simplex: sed erat etiam constitutus in officio, & administratione, cũ esset cõmẽdatarius de Albiasio, & aliãs reuera erat diues & potens, & valde honestus, & non erat homo simplicis nec vilis cõditionis: & quòd ex hoc homicidiũ aggrauetur, probatur in l. Gracch'. C. de adul-
17 ter. vbi dicitur, ꝙ † occidẽs adulterũ vilis, & simplicis conditionis, non punitur: sed bene occidẽs adulterum honestæ conditionis. Ad idem facit l. si adulterium. §. imperatores, ff. eod. tit.

Tertia causa aggrauationis est ex eo, quia ipse interfectus, fuerat etiam per lõgos annos largus benefactor erga interficientẽ: cùm resultet probatũ per magnam partem septem annorum seu circa, interfectus dederat interfectori refectiones & cõsilia multa, & aliàs fecerat sibi gratuitates, quas continuauit etiã die homicidij consolando eum interfectorẽ in suis querimoniis, & multas, & vberrimas oblationes sibi faciendo, & etiam eidem fingenti se languidum escas suis manibus parãdo: & per consequẽs debuit pro dictis beneficiis bona, non mala recipere, per c. relatum. de testament. pro hoc l. sed si lege. §. consuluit. de petitio. hæredit. Ad idem can. illud. viij. quæstio. ij. Ex quibus omnibus colligitur illud vulgatũ,

19 Item, † pariter grauatur dictum homicidiũ ex parte interficiẽtis etiã ex trib' causis. Prima, ex eo, quia erat sacerdos, & sic eius officiũ erat multis prodesse, & nulli nocere, vt est tex. in ca. j. de postul. & non debuit esse ferus, & inhumanus: sed in mãsuetudine clericali permanere, vt eleganter dicit Panor. in ca. primo. de cleri. percusso. & facit c. j. & can. episcop'. xlv. distinc. & c. clericos. ne cle. vel mona. vbi habetur, quòd presbyteri non debent condemnare ad mortem etiam in casu, in quo de iure pœna mortis habet locum ergo minus debent homicidium iniurioſum, & prohibitum facere.

Secunda causa est ex eo, quia ipse interficiens erat familiaris ipsius interfecti, vt patet per prædicta: & de tali dicit gl. in l. j. ff. ad Sille. ꝙ nulla est efficacior pestis ad nocendũ, quàm familiaris inimicus. Et colligitur ibi ex ordine literę, quod grauius peccant familiares occidẽtes patremfamilias, quàm extranei.

Tertia causa aggrauationis est ex eo, quia interficiens erat pater spiritualis, videlicet pater confessionis interfecti. Et sic videtur commissum parrici-
20 dium saltem spirituale. † Super quo cõsidero, quòd pœna parricidij, habet locum, non solùm quando filius occidit patrem, sed etiam contrà, quando pater occidit filium, vt habetur l. j. ff. ad legem Pompeę de parri. Consídero etiam, quòd pro parricidio est introducta pœna sæuissimæ mortis, valde excedens

pœnam

BIU Cujas

pœnam ordinariam ſimplicis homicidij. Nã parricida ſuitur culeo, id eſt, ſacco corij, cum cane & vipera ac ſimia, & gallo gallinaceo, & proiicitur in mare, vel in amnem proximũ: alioquin beſtiis ſubiicitur: vt in l. penul. ff. eo. Et etiam conſidero quòd prædicta iura loquantur ad corticem literæ de occidẽtibus parẽtes vel filios carnales. Et ſic, quòd in illis aggrauetur homicidium, & debetur maior pœna: tamen idem videtur dicẽdum de filiis & parẽtibus ſpiritualibus. Pro hoc facit elegans doctrina Panormita. in dicto capit.
21 at ſi clerici. vbi dixit expreſsè, † quòd ſicut fornicatio aggrauatur, & tranſit in aliam ſpeciem criminis grauiorem quando committitur cum conſanguinea carnali, per can. ſi quis clericus. lxxxj. diſtin. Ita etiam aggrauatur ſi cõmittatur cum filia ſpirituali, videlicet cum ea, quam quis ad pœnitentiam recepit. xxx. qõ. j. can. nõ debet. Et idem dici. eſſe de qualibet alia filia ſpirituali. Item & nedum æquiparat ipſe Panormit. ibidem grauitatem inceſtus ſpiritualis & carnalis, vt dictum eſt, ſed etiam grauitatem adulterij ſpirtualis & carnalis. Et ſic ſi in præmiſsis eſt eadẽ grauitas pœ-
22 næ, † & per conſequẽs dicta grauiſſima pœna in noſtro caſu debetur pro dicto parricidio ſpirituali, ſicut deberetur pro parricidio carnali, ſaltem pœna parricidij ſpiritualis aggrauatur vltra pœnam ordinariam
23 homicidij ſimplicis. Item, † pariter aggrauatur idem homicidium ratione loci, etiã ex triplici cauſa. Prima, quæ fuit cõmiſſum in domo religioſa, ſcilicet in incommendataria, & etiã prope altare, in quibus locis iudicium ſanguinis à iure permiſſum non poſſet fieri per iudicem ſecularem. per c. ſententiam. ne cleri. vel monach. Ergo minus debuit fieri homicidium iniurioſum, & à iure damnatum.

Secũda cauſa aggrauationis eſt ex eo, quia interfect⁹ erat in domo ꝓprię habitationis, vbi debuit habere tutiſſimũ refugiũ l. plerique. ff. de in ius vocãdo hinc beliſſimè dicit Bald. in l. j. ff. ad Sylla. quod grauius eſt homicidiũ quando quis occiditur in domo propria, quàm ſi occideretur alibi.

Tertia cauſa aggrauationis eſt ratione loci vulnerũ, quia non fuerũt illata vulnera in brachiis vel coxis, vel tibiis: in quibus rarò vulnera ſunt lethalia, ſed in tergo & partibus pectoralib⁹, & circa cor, vel iecur, aut ſplenem, vbi cõmuniter vulnera ſunt lethalia. Et maximè quando intrant, vt in caſu ſubiecto. Nam ex hoc infertur, quòd habuit animum occidendi, attento loco dictorum vulnerum.

Item aggrauatur dictum homicidiũ ratione tempo-
24 ris. † Nam dicit dicta l. aut facta. quòd tempus facit diſcernere furem nocturnum à diurnũ. Et ſic ſecundũ hoc grauius peccat, & punitur delinquẽs de die, quàm de nocte. Sicut grauius delinquit, & punitur fur manifeſtus, quàm non manifeſtus. Sed in hoc non inſiſto: quia ſiue nox ſiue dies aggrauẽt delictum, vtroque caſu homicidium prædictum aggrauatur. Cùm dictus presbyter venerit de nocte ante diem, & percuſſerit de die, & pluribus præſentibus.

Item, quia dictum eſt, etiam in talibus conſiderandam qualitatem: Id eſt, diem. ibi text. atrocitatem vel leuitatem facti ex hac conſideratione aggrauatur delictum, quia non poſſet reperiri maior atrocitas, quàm illa, ex qua ſequuta eſt mors, quæ eſt vltimum terribilium, vt dicit Bal. in tract. ſchiſmatis.

Item, quo ad quantitatem, quæ vt dicit dicta lex diſ-
25 cernit furem ab abigeo. † Et ſic videtur conſiderandus numerus ictuum. Et hoc conſiderando in noſtro caſu homicidium aggrauatur cùm percutiens non fuerit cõtentus vno ictu: imò bina vice percuſſit per interuallum, & diuerſis in locis: & nõ cõtẽtus de percuſsionibus, addebat verba maligna, dicẽdo, *ie lãguis ie meurs*, & dicendo hoc, *ie te tueray*.

26 Item, † aggrauatur ratione euẽtus, ſaltẽ ex eo, quod euenire potuit, quia non ſtetit per ipſum percutiẽtẽ quòd ipſe religioſus nõ deceſſerit ſtatĩ illatis dictis ictibus. Et ſic, quòd non occiderit nedũ corpus, ſed etiam animam, quia dicit Barba. in d. c. at ſi clerici. ꝙ illi, qui occidũtur, niſi miſericordia diuina aliter ꝓuideat, ſolent occidi quo ad corpus & animã, ex eo quia decedũt ſine confeſsione: & periculũ eſt, quòd grauati ex infirmitate corporis non poſsint habere cõtritionem debitã. Et pariter aggrauatur ex alio euentu, ſcilicet mali exempli, vt dicetur.

27 Item, † Et nunc reuertor ad cauſam, quæ primo loco dicebatur conſideranda. vnde dicit dicta lex cõſiderandũ eſſe, ſi cauſa percutiẽdi eſt iuſta vel iniuſta, tollit vel attenuat pœnã, ſed cauſa iuſta aggrauat. Et primò ad demonſtrandũ, quòd non interuenit cauſa iuſta, conſidero, ꝙ plures ſunt cauſæ iuſtæ, ex quibus pœna homicidij vel alterius percuſsionis remittitur in toto, vel in tãto. Et inter alias deducam tres pluſquàm ſuccinctè. Prima eſt quando quis non poteſt mortem propriã aliter euadere, niſi occidat aduerſarium, vt clementi. j. de homi. & ratio eſt: quia vim vi repellere licet. l. j. C. vnde vi. & l. vt vim ff. de iuſt. & iure. Sed iſte caſus ceſſat in materia præſenti.

28 Secunda † cauſa eſt quãdo occidens mouetur iuſto dolore, vt eſt quãdo interfecit adulterum repertum cum vxore vel filia: quia tunc pœna in totũ tollitur, vel ſaltem minuitur ratione iuſti dolori, vt habetur in l. ſi adulteriũ. §. imperatores. ff. de adult. & l. Gracchus. C. eodẽ tit. Et idem eſſet de alio iuſto dolore. Sed in noſtro caſu nullus iuſtus dolor interuenit, vt de ſe patet: ergo &c.

29 † Tertia cauſa tollendi vel minuendi pœnam delicti eſt, quãdo percutiẽs fuit prouocatus, & irritatus ad iram per percuſſum verbo vel facto, vt ſolet fieri in rixa vel cõtentione. Vnde Spe. in tit. de accuſ. in §. j. in verbo, quid ſi te vocaui, ponit talẽ caſum, ꝙ ſi ego te prouocaui dicto vel facto ad iram, & ſic tu iratus mihi verbo vel facto iniuriaris, tu nõ debes propter iniuriam mihi factã cõdemnari. Et dat rationẽ,
30 † quia quod calore iracundiæ fit, non imputatur, id eſt, calumniæ vitio caret, vt in can. ſi quis iratus. ij. quæſt. iij. Et pro hoc dicto eſt caſus in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad legem Aquil. vbi habetur, ꝙ ille eſt puniendus, qui fuit initiũ rixæ: quod ego intelligerem dũmodo procedat cum moderatione inculpatæ tutelæ. Attamen Panor. in ca. j. de iniu. non admittit in totum illud dictum Specula. videlicet vt in totum tollatur pœna. Sed bene fatetur, ꝙ prouocatus minus puniretur.

Item, ſed applicando ad noſtrum caſum ſiue prouocatus, & irritatus excuſetur à toto vel à tãto. Tamen illud verum eſt, ꝙ etiã ille caſus non poteſt excuſare ipſum presbyterum in noſtro caſu, cùm nulla fuiſſet ſibi facta iniuria, nec verbo, nec facto: imò interfectus bonis oblationibus, & cõſolationibus vſus fuerat apud eundẽ. Et quod magis eſt, fuit percuſſus dum parabat percutiẽti refectionẽ: per quæ oſtenditur, ꝙ ipſe interficiens nullam habebat cauſam iuſtã, nec occaſionem interficiẽdi dictum religioſum, nec etiam ſibi nocẽdi verbo, nec facto. Et ſic ſupereſt, ꝙ dictum homicidium fuit ſine cauſa iuſta cõmiſſum.

31 Item, ſed bene econtrà † reperiuntur plures cauſæ

ſibi

BIU Cujas

sibi admixtæ, propter quas dictum homicidium fuit iniustum, & aggrauatur plurimum. Et inter alias referam breuiter tres, in quibus iunctis præmissis & sequentibus intendo fundare meam opinionem, plus quàm debilem. Prima causa est, damnabilis ingratitudo. Secunda, horrenda proditio. Tertia, damnosa exempli pernicies. Et veniendo ad primam causam
32 præmitto, quòd † ingratitudo committitur multis modis: & inter alios est, quãdo redditur malum pro bono: vt expressè dicit sanctus Thomas secunda secundæ quæst. cvj. & est text. in volumine aureo. xxiij. quæstio. iiij. in cap. sex differentiæ. ibi cùm dicit reddere malum pro bonis: vt dicitur ibi, quòd hoc pertinet ad malos homines, & hoc casu est peccatum mortale, vt dicit sanctus Thom. vbi suprà.

Item, & quòd ipse presbyter, de quo agitur, reddiderit religioso interfecto malum pro bono, imò mala pro bonis, patet, quia sicut in præcedentibus tactum est primò ipse interfectus per multos annos administrauerat victũ ipsi interficienti, aliásque plures gratuitates fecerat, pro magna parte temporis. Secundò in die commissi homicidij antedicti fecit aperiri portam illi luctuosè clamanti, *mon segne, mon segne fazés m'oubri, que iou son mort*: & dedit aditum vsque ad proprium lectum, & consequenter ipsum querimonias exponentem de eo, quod dubitabat citari vel capi ad causam ingrauidationis mulieris, idem interfectus consolabatur eundem benignè, & offerebat ire ad montem albanum, & fornire omnia Et tertiò ponens manum ad opus, volens prouidere languori interficientis, parabat ei opera propria refectionem, pro hoc se turbans erga ignem: sed idem presbiter pro dictis tribus beneficiis reddidit, primum ictum lethalem in tergo. Secundò verò verba malitiosa, dicendo: *Iou languessi, iou son mort*. Et tertiò secundũ ictum lethalẽ in patribus pectoralibus. Et sic apparet de dicta damnabili ingratitudine. I-
33 tem, † & quòd ipsa ingratitudo dictum homicidium aggrauet, patet manifestè ex odiosis pœnis contra ingratos proditis: Et maximè contra illos, qui manus impias ingesserunt contra parẽtes, vel alios benefactores. Nam de iure Digestorum propter ingratitudinem filius degradatur à militia, per text. in l. j. iuncta glo. not. in verbo, indignus. ff. de obse. à
34 liber. & liberis præstan. Et † pariter de iure Codicis reuocatur donatio propter ingratitudinem, in l. j. & fi. C. de reuoc. dona. in cap. fin. de dona. Et pariter reducitur libertus priuati in seruitutẽ, in l. ij. C. de libe. & eorum libe. Et ita firmat ibi Bald. & concor. c. diaconi. §. libertos. xij. quęst. ij. vbi idẽ fit in liberto ecclesię. & de iure nouissimo propter ingratitudinẽ pater potest exhæredare filium, in authen. vt cũ de appel. cog. §. causas. coll. viij. & notatur in cap. Quintauallis. de iureiur. & propter ingratitudinem cõmissam contra ecclesiam solùm in postulãdo contra illam, perdit quis beneficium, quod habet in illa, per dictum cap. fin. de postu. Si ergo propter ingratitudinem quis punitur ita communiter per iura prædicta, ergo oportet dicere, quòd propter admixtam ingratitudinem in nostro casu aggrauatur homici-
35 dium, de quo agitur. Item, † secunda causa aggrauans idem homicidium est admixta proditio. Vnde Butr. & Bald. in l. nemo. C. de summa Trinitate, expressè sentiunt, quòd delictum aggrauatur propter admixtam proditionem, inferentes, ꝙ homicidium commissum cũ veneno est grauius, quàm illud quod committitur sine veneno, ex eo quod homicidium cum veneno commissum habet admixtam proditionem, vt in l. j. C. de malefi. & mathe. Et idem sequitur Ioan. de Ana. in dicto c. j. de homici. Et in hoc casu dicit, quòd potest saluari lectura glossæ ad illum tex.
36 posita, quæ vult, ꝙ † homicida fugiens ad eccesiam nõ debet gaudere immunitate. Nam hoc debet intelligi & saluari quando proditoriè commisit homicidium. Et pro hoc dicit facere text. ibi cum dicit, per industriam, id est, per insidias, hoc est quando cõmittitur proditoriè, & ex proposito, & appẽsatè. Ad prędmissa facit quod de proditoribus dicitur in c. clericus. xlvj. distin. ibi cùm dicit: clericus qui proditionibus vacare deprehenditur, degradetur à beneficio.

Item, & quòd in nostro casu dictus presbyter processerit proditoriè, & ex proposito, & appẽsatè clarè patet, cùm absque quacunq; rixa, & absq; verbis cõtentiosis, & comminatoriis præcedentibus, nec interuenientibus de parte retro venerit, et suum benefactorem sibi tunc escas parantẽ lethaliter percusserit: & exinde iterum ex interuallo ad aliã lethalem percussionẽ similiter sine rixa, & sine minis processerit: quod vt de se patet, est horrendum & damnabile.

Item, tertia causa aggrauandi dictum homicidium est, vt prędicitur, damnosa exempli pernicies, id est, exemplum perniciosum vitandum, quod insurgeret ex dicto homicidio, nisi sequeretur debita punitio. Et quòd propter hoc aggrauatur ipsum homicidium, videtur tex. in l. aut facta. superiùs sæpe alleg. in §. final. vbi habetur, quòd delictum est grauius puniendum, quando ex illo potest oriri malum exemplum pluribus personis, & dicit ibi notabiliter glo. in verb. supplicia. ꝙ pœnę crescũt ex personis quorũdam malefactorum, vt alij terreantur. alleg. l. famosi. ff. ad legem Iuliam maiest. in fi. & l. iij. C. de epis. aud. & l. j. §. puniuntur. ff. de abigeis. ita dicit ipsa glo.

Item, ego adderem ad præmissa l. j. ff. de constitu. prin. & Instit. de iure natu. gen. & ciui. §. quod principi. In quibus iuribus dicitur, quòd princeps interdũ imponit maiorem pœnam alicui, quàm mereatur. & hoc facit vt dicit glo. vt pœna vnius sit metus multorum, allegando ad hoc d. l. aut facta. in §. fin. cui concordat l. j. C. ad legẽ Iuliam repetun. ibi cùm dicit, cùm pœna vnius debeat esse metus multorum.

Item, ad præmissa facit text. qui cauillari non potest, & est clauis in prędsenti materia, in d. c. nouimus. de verborum signifi. ex quo colligitur, ꝙ pro crimine damnabili, & damnoso proceditur ad degradationem, & traditionem curiæ seculari. & dicit ibi Ioan. And. crimen esse damnabile, id est, damnandum per sentiam, & damnosum quo ad exempli perniciem, scilicet quia ex illo potest oriri malũ exemplũ aliis: ideo ꝓceditur ibi ad degradationẽ, vt euitetur dicta exẽpli ꝓnicies, & vt pœna vnius sit metus multorũ.

Item, & quia in nostro casu vtrunq; cõcurrit, quia primò homicidium est damnabile, cùm habeat plus quàm duodecim qualificationes, ita ipsum aggrauãtes, vt dici possit casus nouus, & inexcogitatus, id est nouum genus homicidij. Ita ꝙ nunquam visum fuit aliud tam damnabile, & tam execrabile: & maximè nunquàm fuit visum nec auditum, quòd vnus sacerdos pater confessionis, & familiaris, & amicus alicuius honesti religiosi accesserit ad domum ilius ꝓ habendo succursum & auxilium, & illo sibi cõcesso & oblato sine rixa & contentione, & sine minis præcedẽtibus, à parte retro proditoriè ipsum religiosũ amicum, & filium cõfessionis escas sibi benignè parantem, lethaliter percusserit cũ gladio acuto supra

tergũ

BIU Cujas

tergum fixo: & deinde ex interuallo, & in alia parte domus, scilicet prope altare iterũ percussit supra stomachum lethaliter cum alio gladio, sicut factũ est in nostro casu. Ergo idem homicidium est, plus quàm damnabile, & pariter est damnosum, id est, habet vitandi exempli pernicieẽ: nam posset trahi in pernicio sam consequentiam, & in malum exemplum. Ita ꝙ posset quis esse in periculo mortis cũ amicis familia ribus, sicut cum inimicis: imò maius esset periculum cum amicis, quia ab inimicis quilibet præcauet: sed ab amicis, & familiaribus præcauerinon potest, nec cõsueuit. Ideo videtur, ꝙ dicto presbytero debet im poni ad literã pœna dicti c. nouim². vt si pœna rigida illa imposita faciat cessare, iuxta dispositionem illius cap. exempli pernicieẽ: id est, vt à cætero tales partes confessionis amici, & domestici ac familiares, & alij seruitores, vel quicũque homines perterreant cõmit 39 tere simile facinus: & ne ex defectu debitæ pœnę possit succedere malum exẽplum, per quod quis nõ sit in domo propria cũ domesticis securus: & maximè videretur cõtra eundem presbyterum modo prædicto procedendum, attẽtis aliis qualificationibus & iuris, & facti rationibus superius deductis, & inferius dedu cẽdis simul iunctis. Item, nam habeo respectum magnũ ad alia quinque facinora tam ante q̃ post dictũ homicidium p dictum presbyterum cõmissa, de quorum pœna fuit etiam superius facta quæstio: ad quæ descendo per ordinem. Item: quia dictum est suprà quòd secundo ex processu resultat probatum, ꝙ ipse presbyter fuerat diffamatus, de quadã viguiera, quæ iurauit solẽniter ab eodẽ presbytero se fuisse ingrauidatam, & ipse cõfitetur illam pluries carnaliter co 40 gnouisse, & sic videtur resultare fornicatio notoria & scandalosa. Item, propterea de iure ipse presbyter pro illa veniret deponendus, vt dicit Gofredus in summa de coha. cleri. & mulie. Et Pan. post dominũ Anchara. in cap. at si clerici. de iudi. per c. quàm fit. de excess. prælat. & c. ex parte ade. de testibus. Et aggrauatur ipsa fornicatio propter ordinem presbyteratus ipsius delati: imò dicit Panor. in dicto c. at si clerici. quòd sacerdos etiam cognoscendo solutam, commit tit adulterium spirituale ratione sui ordinis. Idem sequitur Paul. de Leza. in clemen. prima, de offi. ordin.

Item, ad tertium dum dicitur, quòd ipse presbyter fecit conatus de se interficiendo, ieiunando, & aliàs: dicerem, ꝙ licet ex quo conatus nõ habuerit effectũ, non debet sibi imponi pœna: Tamen potest notari eius malitia, ac propositum occidendi alios, ex quo se ipsum voluit occidere. Secũdò notatur periculum se interficiendi, si solùm condemnetur ad carceres.

Item ad quartum, quod verberauit Iauleriam sibi victum ministrantẽ: dicerẽ etiam, quòd ex hoc monstratur malitia obstinata ipsius delati. Primò in continuando ingratitudinẽ: quia sicut fuit ingratus erga interfectum, percutiendo ipsum refectionem sibi parantem, ita fuit ingratus erga dictam Iauleriam percutiendo illam sibi cibos afferentem. Secundò, quia in continuando verbera, assumit percutiones in consuetudinem. Et sic magis puniendus, secundum doctrinã Panor. in c. j. de cler. percusso. Item, ad quin-
37 tum, dum dicitur, †quòd inuocauit dæmones, dicerẽ quòd in illo videtur committere hæresim. Et maximè quia additur, quòd abnegauit Deum. Et sic pro hæresi est degradandus, & curiæ seculari tradendus, vt superiùs fuit tactum, & est tex. in c. ad abolendam. & cap. penult. de hæret. in anti. Et licet idem delatus abiurauerit ipsam hæresim, reuocando iudicialiter illas inuocationes dæmonum, tamẽ non minus venit intrudendus in arctum monasterium. Ita firmat Pa-
38 nor. in dicto c. penul. ibi dum dicit notanter, ꝙ † hæreticus volens redire ad fidem non euadit, nisi pœnã mortis: nam ad agendum pœnitentiam pro delicto commisso, debet detrudi in perpetuũ carcerem, & c. Adderem, ꝙ illa abiuratio nõ videtur prodesse, cùm non fuerit facta statim, imò ex magno interuallo: & etiam videtur facta metu pœnæ, & in his criminibus non iuuat abiurantẽ, vt dicit text. & ibi Panor. in d. c. ad abolendam. Item, ad sextũ, dum dicitur, ꝙ idem delatus abnegauit Deum, & virginem Mariam, & baptismum, dicerem ꝙ illud non caret hæretica prauitate, & licet iudicialiter abiurauerit, deberet puniri illo respectu. vt statim dictum est. Item, & si dicatur, quòd non sit commissa hæresis, saltem non potest negari, ꝙ non sit commissa † blasphemia, quæ requirit magnã pœnam: nam dicitur in Auth. vt non luxur. contra natura. ꝙ est pœna capitalis: sed de iure canonico est depositio ab ecclesiastico ordine, tex. in c. si quis per capillum. xxij. q. j. Et Hostiensis in summa dicit, ꝙ si clericus sæpius hoc delictũ cõmisit, debet degradari, argu. cap. j. de cleri. venat. Et sic quia sæpe illam blasphemiam cõmisit: ergo ex hoc capite deberet degradari. de iure verò diuino est mors, vt Leuitici xxiiij. ca. ibi, qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Et glos. super Psal. lxviij. dicit, ꝙ grauius peccat contemnens sedẽtem in cœlo, quàm qui crucifixit ambulãtem in terra. Et Bal. in l. ij. C. de iureiur. vers. modo reuoco, ꝙ isti, qui faciũt sacramẽta scelerata, etiam si verũ dicũt, debẽt decapitari. per
40 Auth. vt non luxu. cõtra naturã, quia tale †iuramentum est redactũ ad instar blasphemiæ Dei. Et idẽ Bal. in l. accusationẽ. C. qui accu. nõ possunt. ꝙ licet episcopus dicatur legatus Dei, vt no vij. q. j. c. sicut iuris. & xij. q. j. c. fi. & c. quęritur. Et licet sit iudex corporũ & animarum. xxxvj. distin. c. oportet. & xx. j. q. j. cap. quæritur, & xxiij. q. iiij. c. quid ergo. & quæst. viij. ca. conuenior. in vlti. glo. & c. pridem. in gl. j. tamẽ non potest facere pacem de maledictione Dei, vt notatur xxxiij. q. viij. c. vt pridem in gloss. ergo argu. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plãè. & ff. de pact. l. cõtra iuris. §. j. & ff mandati. l. si hominẽ. & ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Callimachus. & C. de episc. & cler. l. si quis in hoc. Et ꝙ pœna non debeat remitti eis, qui peccant contra Deum, habetur lxiij. distinctio. can. Salonitanæ. & xxiij. quæst. iij. can. si is qui.

Item, & per cõsequens descendendo ad meam opinionem protestando de me reducẽdo ad meliorem partem dicerẽ, quòd in nostro casu homicidium est ita mirabiliter qualificatũ, ꝙ tenendo opinionem de Anchar. & suorum sequacium delatus venit degradandus. Et moueor propter plura. Primò propterea quia proditoriè & appensatè, & sine causa, & occasione fuit cõmissum. Et sic meretur degradationem, per tex. in c. j. de homici. qui videtur pro casu nostro factus. Secundò moueor ex eo, quia habet vitãdam exempli perniciem, vt superiùs demonstratum est, & c. Et sic etiam meretur degradationem, per dictũ c. nouimus. Tertiò moueor propter quindecim qualificationes superius deductas, ipsum homicidiũ aggrauantes. Et maximè quia commissum est parricidium spiritule, qui est casus qualificatus, secũdum de Anchar. vbi s. Et quod magis est, quarto istud homicidium est grauius, quàm rapere bona ecclesiæ, in quo casu dicunt dicti doctores crimen esse qualificatum. Moueor quintò, quia hic cõcurrunt tria alia grauis-

BIU Cujas

sima crimina requirentia depositionem. Et sic est etiam de casibus positis in exemplis de Ancha. imò est vnus casus requirens degradationem, secundum Hostien. vbi s. Et sic ex quo sunt quatuor crimina atrocia: quorum quodlibet meretur depositionem: ergo vna depositio non esset sufficiens. Et per cõsequens propter dicta multiplicata atrocia crimina, debet ꝓcedi ad degradationem, secundum doctrinam traditam per ipsum de Anchar. & suos sequaces superius recitatam. Item, & pariter dicerem opinionem ipsius de Anch. in nostro casu esse tenendam, & non immeritò, quia illam sequuntur plures alij Doctores, vt patet ex præmissis, videlicet Panor. Anania, Bart. Socin. Ange. de malesi. & clarius Augustin. ibi, in additio. & Felin. in d.c. at si cleri. & Philip. Decius dicit ibidẽ, quòd hæc opinio habet maximam æquitatẽ. Et pro illa facit dictũ Bal. in d. ca. at si clerici. & dictum Innoc. in c. qualiter. de accus. & c. nouimus. vt superiùs fuit deductum. Et hoc idem comprobatur per plures Doctores. & glos. & tex. De quibus meminit Barba. in d.c. at si clerici. Et per plures rationes ibi positas per ipsum de Anchar. & suos sequaces. Et sic nõ restaret nisi respondere ad opinionem contrariam, & ad motiua Doctorum illam tenentium.

Item, & primò, quia ipsa prima opinio fundatur in d.c. cùm non ab homine. de iudi. & in c. tuæ de pœn. vbi colligitur, ꝙ pro homicidio non proceditur ad traditionem curiæ secularis, nisi data incorrigibilitate, &c. Respondetur breuiter, quòd ibi loquitur de homicidio simplici, & non qualificato, & c. Et ita dicunt debere limitari illud, c. cùm nõ ab homine. ipse de Anchar. Panor. & de Ana. & alij sequaces, vt patet per superius deducta. Et sic non obstat opi Doct. qui in d.c. cùm non ab homine. se fundant.

Item, sed ad id quod dictum est, ꝙ Barba. & Franc. de Aret. tenent primam opin. etiã in crimine qualificato, tradendo pro hoc duodecim motiua, &c. Et impugnando rationes ipsorum de Anch. & Panor. &c. Respondetur primò, ꝙ secundum Philip. Decium ibidẽ illa motiua sunt leuia: & sic non obstãt. Secundò respõdetur secundum eundem Philip. ꝙ rationes de Anch. possunt saluari non obstantibus dictis impugnationibus. Et ipse Philip. easdem saluat. Et sic nõ obstant impugnationes prædictæ. Et ad hoc magis demonstrandum considero, ꝙ ipse Barba. dicit, vt superius fuit tactum, quòd dictum cap. nouimus. facit magis pro opin. de Ancha. quàm alius tex. de corpore iuris. Et tamen ipse respondet ad illum tex. quòd loquitur in incorrigibili: cuius contrarium tenent ipse de Ancha. & Panor. vt superiùs fuit deductum in eorum rationibus. Et ita etiam tenent *omnes communiter*. Et si bene põderetur tex. ille non potest intelligi, ꝙ loquatur de incorrigibili. Et sic iterum nõ obstat opinio Barb. cùm cedat de directo contra dictũ tex. secundum præmissa. Item, sed in eo, quod ipse Philip. Decius addit ibi, ꝙ illa prima opinio videtur probari in c. cùm non ab homine. satis est respõsum suprà, quòd illud cap. loquitur in homicidio simplici. & non in qualificato, vel duplicato. Et sic nõ obstat in nostro casu, in quo sumus in homicidio qualificatissimo, & etiam sumus in casu, in quo homicida cõmisit alia crimina enormia. Et sic esset valde absurdũ quòd nõ puniretur, nisi ea pœna qua puniretur ꝓ homicidio simpl. Sed in eo, quod ipse Philip. Decius dicit, quòd opin. de Anch. habet maximã æquitatẽ, vt crimina puniãtur debita pœna, certũ est quòd hoc dictum facit pro eadem opin. de Anch. & sic nõ obstat. Et respectu Feli. non potest dici, quòd teneat contra opi. de Ancha. imò videtur tenere illã in d.c. at si clerici. licet in d.c. j. de homicid. dicat, quòd nõ teneat eam pro constãti. Et sic etiã non obstat. Et per consequens opinio de Anchar. remanet cõmunior. & si non esset cõmunior etiã videretur magis tenenda, ꝙ prima, ex eo, quia fulcitur textibus, & rationibus euidentibus. Pro hoc facit dictum Panor. in c. j. de constit. post Hostien. & Ioã. And. ibidem. vbi dicit, quòd recedendum ab opi. cõmuni, si potest cõuinci probabilibus rationibus. quod dicit esse perpetuò notandũ. Alleg. tex. sing. in l. j. C. de vete. iure enucl. vbi habetur, quòd ex multitudine autorũ nõ est iudicandũ, cùm possit vnius etiã deterioris sententia multos, & maiores in aliqua parte superare. Et sic nõ obstat prima opinio cõtraria. Sic dicerẽ salua vlteriori librorũ reuolutione, & melius sentiẽtis opinione. Badeto.

Adderem, quòd si videretur procedendum ad dictam degradationem, sentẽtia degradationis esset ferenda per episcopum ordinarium assistentibus sibi a-
41 liis sex episcopis, tanquã iudicibus. †Sed realis executio, & realis degradatio posset fieri per ipsum solum episcopum ordinariũ. Præmissa probãtur in ca. degradatio. de pœn. lib. vj. Et ita formãt Io. And. Domi. de sancto Geminia. Phil. Fran. Anch. & cõmuniter omnes scribẽtes. Adderẽ vlteriùs, quòd licet posset argui, ꝙ cùm ipse delatus cõfessus fuisset dicta facinora ante productionẽ testiũ, & sic spõte: ergo mitius esset agendũ cum illõ, per ea quæ habẽtur in ca. de hoc. de simo. Attamẽ hoc nõ potest suffragari ipsi delato. Nam secundũ gl. ibidem, cum sponte cõfessio mitiùs agitur. Sed non parcitur spõte confessio in iure, timore probationum: dicebat tamen Ouidius,

Non est confeßis venia danda reis.

Et ibi Panor. dicit illã gl. esse singu. notandam, quia quotidie solet allegari, & addit idem notari per glo. xv. q. vlti. in summa. Sed ita est, quòd in nostro casu, cõfessio delati fuit facta timore probationũ. quod sic probatur: quia subdit ibi Panor. ꝙ quis dicitur confiteri timore probationum, quãdo iam accersitus erat ad iudicium. secùs autem quãdo præcedente aliquo stimulo sponte iuit ad iudicium, & confessus est crimen, quia tunc hæc confessio dicitur omnino spontanea. Ita dicit ipse Panormit. Et sic cùm ipse delatus non accesserit sine aliquo stimulo ad iudicium, imò fuit accersitus, seu verius per realẽ captionẽ sui corporis adductus, ergo cõfessio per ipsum ibidẽ captũ, & maximè informationibus præcedentibus, forma censetur non spõtanea, sed metu probationum processisse, & sic non releuat: imò eo modo quo forma est, videretur nocere cõfitẽti, per l. obseruare. C. quorum appel. non admit. ibi dicitur, ꝙ cõfessus & conuictus non auditur appellans: & tamen certum est, quòd conuictus tantùm audiretur. Ergo, &c. Sic iterum dicerem saluis quibus suprà. I. Badeto.

GVL.

BIU Cujas

GVLIELMI BENEDICTI
QVÆSTIO DE CANONICATV,
IVRIS PONTIFICII STVDIOSIS admodum vtilis.

SVMMÆ.

1 *Clausula motus proprij quomodo facit prouisionem præualere. & nu.*15. *&* 16.
2 *Motus proprius Papæ quid operetur in bullis.*
3 *Signatura priore loco expedita, an alteri præferatur. & num.*5.
4 *Signatura simplex ante leuationem bullarum an aliquid operetur. & nu.*18.
6 *Prioritas supplicationum probari potest per testes.*
7 *Priori loco scriptus præsumitur tempore prior.*
8 *Instrumentis duobus eodem die confectis illud præfertur quod est prius scriptum in protocollo.*
9 *Ordo scripturæ ordinem prælationis arguit.*
10 *Ordo quid.*
11 *Scriptura semper loquitur.*
12 *Confessio in scriptis extra iudicium facta æquiualet iudiciali quando in iudicio producitur.*
13 *Registrum Papæ quare fiat.*
14 *Retentiones fructuum sunt contra bonos mores.*
17 *Supplicationum in eodem libro scriptarum prioritas probatur ex ordine scripturæ.*
19 *Bullæ semper referuntur ad datam signaturæ.*
20 *Papa ius alteri quæsitum nec motu proprio tollere potest.*
21 *Subdelegatus non totam causam, sed vnum articulum subdelegare potest.*

VIsis petiis mihi transmissis, videtur prima facie, magistrum Petrum de Puteo impetrantem, seu loco magistri Laurentij Algas Hispani querimoniã impetrãtis subrogatum melius ius habere, quàm magistrum Petrum Alamandi defensorem, seu loco magistri Ludouici de Thesio defensoris etiam subrogatum. Nam licet ambo canonicatum, & cancellariã Caturcen. eadem die impetrauerint: tamen dictus de Puteo debet in prærogatiua
1 prælationis prior censeri: † cùm propter clausulam motus proprij, gratiã habere videtur pinguiorem, vt hodie videmus clarè decisum per regulã Cãcellariæ apostolicæ incip. Itẽ voluit ℘ de cõcurrentibus, &c.
2 †Posito enim, quòd de iure cõmuni motus proprius Papæ nõ operetur, nisi quia tollit vitiũ subreptionis. c. si motu proprio. de præben. lib. vj. nec gratiam ampliet quouis modo, vt dicit gl. sing. in clem. si Romanus. de præb. Facit gl. in clem. per literas. eod. tit. Illud intelligitur hodie secundũ dictã regulã, ℘ gratiã non ampliat, vt alia comprehendat, quàm in literis gratiæ contenta. Sed bene extendit effectum gratiæ quo ad contẽta in eadem. Et sic quo ad contenta in literis gratiæ, motus proprius extẽdere debet, vt prerogatiuam prælationis, data concurrentia operetur, vt clarè sonant verba dictæ regulæ apostolicæ. Nec
3 †obstare videtur, quòd dictus Alamandi defensor nititur probasse, quòd eius signatura seu dicti de Thesio, cuius loco subrogatus est, fuit priore loco expedita, vt dicit apparere ex registro supplicationum signaturarum, in quo sua supplicatio per multa folia præcedit supplicationem dicti Algas, in cuius loco est dictus de Puteo. Quia ordo literalis attendi debet ex registro bullarum, & non ex registro supplicationum: cùm simplex signatura ante leuationem
4 † bullarum nihil operetur. Nam de gratia nihil doceri potest per signaturam, donec bullis confectis, vt plenè notatur super rubr. de consti. & in l. j. C. de mand. princip. Nec etiam videtur audiendus dictus Alamandi credens per testes probasse, se fuisse priorem in expeditione gratiæ suæ. Quoniam processus dictæ inquestæ multipliciter videtur nullus, & per consequens inquæsta nulla. Tum quia locumtenens Senatoris Romani, per dominum Auffreri principalem cõmissarium subrogatus, ab adiuncto nõ exegit iuramẽtum. Tum quia dictus locũtenens subrogatus cõmisit notario causæ receptionem iuramenti testiũ, quanuis ei soli absque alterius subrogatione inquesta esset cõmissa, & extractus à registris fiendus. Vnde cũ fecerit contra formam suæ commissionis, sequitur ℘ nulliter processit. c. cùm dilecta. de rescrip. & l. diligenter. ff. mand. Iuncto quòd ex processu inualido sequi non potest vtilis effectus. l. prolatam. C. de sententiis.

Sed in contrarium videtur mihi rei veritas: & opinor dictum Alamãdi defensorem fuisse, & esse in iuredictorum Canonicatus, & Cancellariæ portiorem considerato. † ℘ fuit prior in signatura, vt clarè probatum sperat, & confidit per testes, qui erant prẽsentes cùm datarius dixit dicto Algas suam signaturam portanti, ℘ iam prouisum fuerat dicto de Thesio. Or
6 certum est, ℘ prælatio supplicationum & †prioritas apostolicarum prouisionum indubitanter probari potest per testes, qui de hora aut momento deponũt secundum glo. ab omnibus approbatam in cap. duobus, super verbo, si non appareat. de rescript. lib. vj.

Prætereà hoc probatur plus quàm notoriè per tenorem registri apostolici, vbi fuerunt registratę supplicationes amborum: in quo secundum ordinem literę, & scripturę supplicatio signata dicti de Thesio, & Alamandi per multa folia præcedit supplicationẽ dicti Algas, seu de Puteo. Or in hoc omnes cõcordãt doctores, quòd quoties duo actus concurrũt de quo
7 rũ prioritate & posterioritate quæritur, †ille præsumitur priore loco expeditus, qui in ordine scripturæ reperitur prior descriptus, vt formaliter post Barto. decidit Bald. versicu. septimo not. per illum text. in §. quibus. C. de nouo Cod. facien. quem ibi sequitur Paulus de Castro dicens, quòd primus descriptus velut prior in ordine, etiam in tempore est præferẽdus, si ambo descripti fuerint in eodem libro. Sed nunc ambæ supplicationes, de quibus agitur in eodem registro sunt scriptæ & registratæ. secùs, si in diuersis libr. Hoc idem decidit Baldus in l. de rebus. C. de donationibus ante nuptias, vbi dicit, † quod
8 si duo instrumenta reperiantur eadem die confecta, ita quòd de hora aut momento non appareat, illud instrumentum dicitur præcessisse, quod priore loco reperitur scriptum in protocollo. Maximè vbi res in talibus instrumentis contenta non potest simul, nisi vni personæ competere, sicut in casu nostro non po-

BIU Cujas

test beneficium cõpetere, nisi alteri coimpetrãtium.
9 Nam † in talibus ordo scripturæ, vel nominationis titulũ cõfert prelationis: adeò vt qui primus reperitur in registro scriptus, etiã priore loco prouisus cẽseatur. Et quòd hęc decisio vera existat, scilicet q̃ ordo scripturæ arguat, & inducat ordinem prælationis in prouisionibus apostolicis, est tex. in cap. mandato. de præbent. lib. vj. Ad hoc facit quod dicit Bald. in l. penult. in tertia oppo. C. de verb. sign. vbi dicit, quòd ille dicitur esse maior & potior, qui primò reperitur descriptus. Et idem Baldus in l. j. per illum tex. C. de edicto diui Adria. tollen. Quæ omnia probãtur optimè per tex. no. in l. generaliter. §. proinde cõsequẽter. 11
ver. quis ergo statuet. ibi, ordinẽ scripturæ. ff. de fidei cõmiss. libe. vbi si testator nominãdo prouidit plures seruos manumittẽdo ex certo pretio hæredi relicto, quod nõ sufficit ad omnes, hoc casu inspicitur ordo, & series verborũ seu literę, vt scilicet primò scripti præferantur. Et non immeritò, quia (vt eleganter dicit Bal.) per illum tex. in casu nostro notabilem in l. 12
si duas. in prin. ff. de excusa. tut. ex ordine verborum vel scripturæ præsumitur ordo intellectus, & voluntatis ipsius loquentis vel scribentis: vt quod prius est in voce vel scriptura, prius fuisse præsumatur in intellectu, & voluntatis expeditione seu exequutione. Et ibi in d. l. si duas. est melior tex. totius iuris, casum nostrum de iure ciuili formaliter decidens, quòd in prouisionibus principis, veluti imperatoris, & similiter Papæ (de quibus ibi loquitur) ad cognoscẽdum prioritatem & posterioritatem duarum prouisionũ eadem die expeditarum. Si tales prouisiones sint descriptæ in eodem libro, iudicandum erit secundum ordinem scripturæ, vt scilicet prouisio illa iudicetur priori tempore fuisse expedita, quæ in libro & charta reperitur priore loco descripta. Illa enim priore loco scripta ordine scripturę ineuitabiliter iudicatur prior tempore, quia secũdum Bal. Philosophum referentem in l. Arethusa. ff. de statu hominũ. in princi-
10 Pio, † ordo est rerum gestarum, ac gerẽdarum series secundum prius & posterius. Ex quo necessariò concludo, quòd ex ordine probatur series successiua rerum gestarum: Et sic prioritas & posterioritas actuũ gestorũ. Si verò fuerint in diuersis libris vel chartis descriptæ, ita quòd clarè ex scriptura non potest cognosci prioritas vel posterioritas illarũ, tunc recurrendum est ad principem, qui hoc declaret, scilicet quã voluit prius facere. Or sumus nos in illis terminis, quòd duæ prouisiones ad præsens contentiosæ in eodem registro, & nõ in diuersis reperiuntur descriptæ, tamẽ priore loco est descripta supplicatio expedita dicti de Thesio. Ergo ineuitabiliter cõcluditur, quòd illa in dubio est iudicanda prior tempore. Ad hoc facit tex. nota. in l. j. & ij. ff. de albo scribend. vbi ille dicitur dignior, & per consequẽs priori tempore in dignitate adipiscenda præferendus, qui priore loco reperitur descriptus, vt tenet Dominicus in c. fin. in princip. de offic. deleg. lib. vj. Ideo secundum Bal. in Authen. hoc amplius. C. de fideicomm. primò descriptus in instrumento cõtractus censetur esse principalis: secundus verò iudicabitur fideiussor. Sicut à simili dicit text. in dicta l. j. C. de edicto diui Adriani tollen. quòd primò descriptus in testamento iudicatur hæres. Secundò autem scriptus censetur substitutus. Pariter dicit Ang. in §. etenim. in Authen. de hæredib. & Fal. quòd si quis in eodem instrumẽto obligatur Gulielmo, & Petro, Gulielmus tanquam priore loco scriptus erit in concursu hypothecæ potior, quasi sit prior tempore. Ad hoc facit tex. in ca. quorundam. de electio. lib. vj. vbi quia prædicatores sunt priore loco descripti. præferuntur cæteris mendicãtibus, velut tẽpore priores. Cùm igitur de prioritate prouisionis dicti de Thesio constare speretur per testes in inquesta examinatos, & notoriè per registri seriem, & scripturæ ordinem. Quę duo, imò quodlibet ipsorum de per se est probatio sufficiẽs ad plenè probandum prioritatem dicti de Thesio, de qua dominus registri, aut datarius, qui melius cæteris præmissa nouit, clarè deponit, & in conspectu curiæ hoc dixit, & attestatur per scripturam sui registri quotidie.
† Cùm scriptura semper loquatur pro & loco scribẽtis. Et perinde habẽda est, & credenda, ac si ipse scribens in curia præsens esset, & hoc attestaretur, quia vt dictum est, scriptura semper loquitur. l. Arriani. C. de hæret. Nam scriptura extraiudicialiter facta perinde habetur, quando producta est, ac si actus contẽtus in ea iudicialiter fieret. Ideo dicit Panormitanus in cap. fi. de confes. quòd † confessio in scriptis extra iudicium facta tantùm operatur, quoties in iudicio producitur, ac si iudicialiter & parte præsente esset facta: quia scriptura semper loquitur & in iudicio ad probandum efficaciam contentorũ in eadem. Maximè quia dicta scriptura registri apostolici est omnino de per se authentica. Tum quia à persona publica confecta expressum habente ad hoc faciendum officium. Tum quia de archiuis publicis apostolicis solenniter parte vocata extracta, & sic probat plenè. cap. ad audientiam, de rescriptis. Plus videtur mihi (consilio saniori semper saluo) quòd considerato quòd scriptura dicti registri est ita authentica, quòd de archiuo apostolico fuit sumpta: & quòd authoritate Papæ illud registrum per Papam est ordinatum fieri, recurrentes ad tale registrum, dicuntur ad Papam recurrere: ita quòd tale registrum perinde probat, ac si Papa interrogatus declararet prius prouidisse dicto de Thesio: cùm dicta scriptura & ordo illius pro ipso loquatur, cuius authoritate & mandato facta est: vt patet ex præmissis, & ex ordine literæ censetur Papa declarare dictum de Thesio fuisse priorem in data. Vnde succedit elegans decisio Ioannis Andreæ, quem ibi sequitur Dominicus in capitulo, si à sede. de præbẽdis, libro sexto. vbi dicit, quod vbi constare non potest iudicibus de pręualiditate literarum ab eodem collatore impetratarũ sub eadem data, debent tales iudices supersedere, & Papam cõsulere. Ex quibus infert Panormitanus in capitulo secundo, in primo notabili de offic. de lega. quòd cùm idem beneficium conferatur duobus sub eadem data, nec apparet cuius supplicatio prius fuerit signata, debet prius consuli Papa, qui vtrique fecit gratiam, & secundum eius responsum est procedendum. Idem concludit Dominicus in quarto notabili in dicto capitulo, si à sede apostolica: quod est intelligendum, scilicet, quòd princeps est consulendus, vbi non cõstat de ordine signaturarum per ordinem literæ in eodem registro contentæ & descriptæ, vt quia in diuersis libris reperiũtur registratę, vt est textus elegãs in dicta l. si duas. §. primo. Quoniam si in eodem libro essent registratę, tunc appareret de ordine signaturæ ex ordine eiusdem chartæ, & sic non esset princeps consulendus. Cum ergo in casu nostro tam per inquestam, vt speratur, quàm etiam per tenorem dicti registri clarè liqueat de prioritate gratiæ & signaturæ dicti de Thesio, sequitur quòd non est necesse alio modo Papam consulere. Et dato quòd cõsulendus fo-

dus foret, prout non, quia constat de prioritate, satis respondet Papa ex tenore registri, quòd loco ipsius semper loquitur, cum sit suis authoritate & mandato confectum: quia cum possibile non sit omnium habere memoriam, †dictum registrum fit, vt ex ordine 13 illius de prioritate & posteritate gratiarum appareat temporibus perpetuis. Nec Papa alio modo respondere posset, quàm contineatur in dicto registro. Ideo textus in l. fin. C. de inoffic. testa. appellat eos qui talia registra cõficiunt, deuotissimos memoriales, quasi dicat, quòd memoria principis in scripturis illorum efficaciter remanet: taliter quòd libri illi respõdent pro principe veritatem: qui quoties leguntur, princeps respondere videt. Et sic cum dictus de Thesio declarationem Papæ per tenorem sui registri habeat, quòd ipse est primus in data: non est dubium quin obtinere debeat in causa: iuncto quòd prouisio dicti Algas fuit & est ipso iure nulla. Tum quia non facta regnicolæ, cui obstat cõstitutio regia: & q̃ non sit regnicola, patet per literas habilitationis regis Caroli, quæ cùm tempore illarum iam dicto de Thesio fuissent prouisum, non potuerunt dictum Algas habilitare in præiudicium dicti de Thesio. l. nec auus. C. de emancipatione liberorum. Et præterea est pro- 16 uisio dicti Algas nulla, quia facta cum regressu & retentione omnium fructuum pro pensione, retinuit enim pro pensione id quod in suis bullis asseruit beneficium contentiosum valere, scilicet centum florenos. †Or talia pacta & retentiones sunt reseruatio- 14 nes & pacta de futura successione, & tanquam inducentes successionem in beneficiis ecclesiasticis, cõtinentésq; reseruationem indirectam, sunt contra bonos mores. l. fi. C. de pact. & cap. ij. de concess. prẽben. contra quos Papa nihil potest, nec Deus manum ponere voluit, quia licet ceremonialia legis, ac etiam legalia testamenti veteris extinxerit, tamen moralia non tetigit, aliquid contra mores permittẽdo, secũdum Panor. in cap. finali, de consuet. Vnde videmus quòd Deus, qui iuramentum suscepit, si contra bonos mores præstetur, ipsum respuit. cap. non est obligatorium. de regu. iuris, libro vj. Heu me. Et si Deus contra bonos mores aliquid præsertim quod votum captet mortis alienæ (sicut facit talis reseruatio) non permittit maximè illo non cõsentiente, de cuius bonis agitur. vt in dicta l. finali. C. de pactis. qualiter aut quomodo poterit hoc facere Papa eius vicarius? vellet enim de Puteo, quòd Algas esset mortuus, vt à pensione absolueretur: & vice versa Algas vellet de Puteo migrasse ad dominum vt ad pristinam reuerteretur dignitatem: & sic votum inducitur captandæ mortis, sine cõsensu ordinarij collatoris, de cuius bonis scilicet collatione agitur, quod fieri non potest, per dictam l. fin. C. de pact. & cap. ij. de concess. præb. Et præterea successio in illo beneficio inducitur, q̃ a dicto Algas de Puteo succedet, & deinde Algas di- 17 cto de Puteo succedere intendit. Quod aliud non sonat, nisi quòd Papa beneficium contentiosum reseruat dicto Algas in euentum quòd de Puteo præmoriatur: quod gentiles idolatræ nũquam permiserũt, vt ipse Papa non solus, sed in Lateranen. concilio existens clarè confitetur in dicto cap. nulla, de cõcessio. prẽb. Or nunc quæro, erũntne gentiles perfectiores, & nobis iustiores? putò q̃ non: quia me stante Pari- 18 siis curia suprema, vt cõcilij generalis executrix per modum edicti perpetui promulgauit arrestũ, omnes regressus cum retentione omniũ fructuum prohibẽs quod in præsenti causa, vt intelligo, fuit productum.

Tales enim indirectè reseruationes prohibitæ cẽsentur, sicut directæ, glo. pragmaticæ. tit. de reseruatio. in fine: quia talia non fiunt nisi in fraudem decreti reseruationes prohibentis. Quare videtur mihi, vt suprà, dictum Alamandi optimam fouere causam: non obstantibus suprà in contrarium allegatis. Et primò, nõ obstat clausula motus proprij in prouisione dicti Algas contenta, † quæ per regulam cancellariæ apostolicæ facit dictam prouisionem prævalere. Nam respondetur, quòd illud haberet verum, & locus esset dictæ regulæ, vbi esset dubium quæ supplicatio esset prior. Sed in casu nostro locum non habet dicta regula apostolica: quia certi sumus, quòd dictus de Thesio fuit priore loco prouisus, vt probatũ speratur per inquestam: & posito quòd prioritas per inquestam non probaretur clarè & notoriè, probatum resultat ex tenore & serie dicti registri, in quo reperitur prius descripta supplicatio signata dicti de Thesio, & vt suprà demonstratum est, ex ordine scripturæ iudicandum est, supplicationem seu signaturam prius scriptam etiam fuisse prius signatam & expeditam. Præsertim quia in eodẽ libro & volumine registri vtraq; reperitur descripta, quod est peremptorium in hac 16 causa. †Præterea, & secundò respondetur, quòd dicta regula cancellariæ non potest sibi locum vẽdicare in casu nostro, quę solùm habet locum, vbi militat plena cõcurrentia, qualis est vbi est cõcurrentia tam collatorum, quàm illorum quibus est facta collatio, prout est videre in casu dicti capituli, si à sede apostolica. de præbend. libro vj. vbi duo concurrebant, quorum vnus titulũ habebat à Papa, alter verò à legato Papæ, eadem die cõcessum. Quo casu cùm ibi sit cõcurrentia plena, scilicet à parte collatorũ, & à parte prouisorum, inspicitur quis habet pinguiorem gratiam propter clausulam motus proprij, vt ille præferatur: & ille est verus ixtellectus dictæ regulæ, quæ secundum glosam vbi suprà fuit facta ad declarationẽ dicti capituli, si à sede apostolica. Sed nos in casu nostro non sumus in his terminis, quia nõ sumus in casu plenæ concurrentiæ, sed semiplenæ, cùm dicti de Thesio & de Puteo non habeant titulum à diuersis collatoribus, sed ab vno & eodẽ, scilicet à Papa: quo casu cùm non sit concurrentia plena, sed diuersorum collatorum & prouisorum, non curatur de clausula, motu proprio, vt vna alteri præferatur: sed indistinctè hoc casu deciditur. quod si non constaret de prioritate tẽporis, prout constat hîc fortè per inquestam, & siue forte apparet de prioritate literarum dicti de Thesio ex ordine registri, ad Papam habendus est recursus pro declarando cui prius intendebat prouidere, quod satis iam per scripturam dicti registri est declaratum, quæ pro Papa, cuius authoritate fuit scripta, semper loquitur, ex ordine & serie sui euidenter demonstrans intentionem principis, vt est textus elegans in dicta l. si duas. †Si autem essent dictæ supplicationes in diuersis libris scriptæ, aliud esset: quia tũc princeps esset consulendus vt alteram eligeret, cùm tunc ex serie & ordine eiusdem scripturæ de sua intẽtione non appareret. Et ita intelligitur quod decidit Panormita. in dicto capitulo secundo, de officio delega. & Dominicus in dicto capitulo, si à sede, in prin.

Præterea nõ obstat, dum superius dicebatur, quòd ordo † scripturæ non attenditur ex registro supplicationum sed bullarum, cùm simplex signatura ante leuationem bullarũ nihil operetur &c. Nam respondetur q̃ simplex signatura nihil operatur, quo ad vim gratiæ probatiuã, cũ per eam, gratia probari nõ possit,

BIU Cujas

sit, nisi p bullas, & ita intelligũtur cõtraria. Sed simplex signatura plenissimè operatur pro ad vim iuris collatiuam quia per eam solam ius & titulus canonicatus cõfertur in beneficio prolatis verbis, fiat vt petitur, vel æquipollẽtibus, vt pulchrè decidit Bal. in l. humanum. C. de legibus. quem cõcludendo sequitur
19 Panor. & Feli. super rubrica de constitu. † Vnde non sunt causa bullę, quãdo leuãtur, semper temporisantur, & datantur de data signaturæ: quod non fieret, si simplex signatura ius seu verum titulum in beneficio non conferret, prout facit. Et ita formaliter sentit Panormi. in dicto cap. ij. de offic. delega. in primo notabili, dum dicit: Cùm idem beneficium confertur duobus, sub eadẽ data: nec apparet cuius supplicatio fuit prius signata, debet in hoc cõsuli papa q vtriq; fecit gratiam. Volẽs dicere, quòd ex signatura supplicationis ius confertur. Imò si bene intelligatur, expressè decidit, quòd ad ordinem signatarum inspiciẽdum est in iudicãdo, quæ illarum præcessit: non autem ad ordinem bullarum. Et si ex signaturis apparet, quæ illarũ præcessit, tunc illa potior erit, sicut in casu nostro apparet de illa de Thesio: & sic erit validior, non obstante clausula, motu proprio, in prouisione de Algas contenta, quæ ius dicto de Thesio iam quæsitum
20 in sua præambula signatura tollere nõ potuit. † Nam nũquam legi, nec etiam rationi congruit, q papa ius quæsitum alteri possit motu proprio, aut quacunque alia forma tollere. cap. fi. de concess. prẽben. Et quod est peremptorium, dicta regula apostolica locum nõ habet in casu nostro, nisi vbi plenè militat concurrẽtia, tam collatorum, quàm eorum, quibus prouisum est, iuxta dictum capitulum, si à sede apostolica: vt clarè decidit gl. dictæ regulæ sic dicẽs: Et antequàm veniam ad alias prærogatiuas, dico quòd ista regula venit ad declarationem capituli. si à sede. de prẽben. lib. vj. Ex quo sequitur, quòd si vnus habet prouisionem legati motu proprio, & alius eadem die à Papa, quòd præfertur habens motu proprio à legato, per hanc regulam. Hæc ille. Vnde si hęc omnia bene deducantur in saluationibus dicti Alamandi est in spe maxima victorię, iuncto q processus iudicabitur per curiam omni scientia & experientia circunspectam, quæ altiora intelligit. Similiter non obstat, dum allegabatur, quòd locum tenens senatoris subdelegatus nullum exegit ab adiuncto iuramentum: quia etiam in subdelegatione non cauebatur, quòd ab eo iuramentum exigeretur. Et præterea fuit per dictum de Puteo approbatus, saltem non recusatus: quapropter talia mendicata suffragia allegare non est honestum. Pariter nõ obstat, dum dicebatur, q dictus locum tenens subdelegatus fuit ad inquirẽdum absque surrogatione, & sic committendo receptionem iuramenti testium, & faciẽdo fieri extractum registri per alium fecit contra formam suæ commissionis nulliter procedendo &c. Nam respondetur, q in faciendo fieri extractũ à registro nihil mali fecit, cùm per tenorem suę subdelegationis hoc ei permitteretur, ac si formaliter diceretur, pro extrahendo seu extrahi faciendo. Et in eadem sequitur, copiam seu trãssumptum tradi & deliberari faciatis &c. Præterea committẽdo articulum, scilicet receptionis testium, non fecit contra commissionis formam: tum quia pars non contradixit, imò saltem tacitè consensit, non contradicendo nec appellando, quo casu valet delegatio non delegabilium, cap. fi. §. is autem. de offic. deleg. Prætera dominus Auffreri subdelegans causam, subdelegando absq; subrogatione, non videtur dedisse nouã formã ipsi subdelegato: & ratio est impromptu, quia etiam in dicta subdelegatione tacitè inerat de iure communi, q causa à subdelegato subdelegari non posset. l. à iudice. C. de iudic. Or certum est, q expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur, nec nouam formã tribuit rescripto. l. tertia. vbi plenè Barto. ff. de legatis primo. & Panorm. & Felinus in materia propria ita decidũt in cap. cùm dilecta. de rescriptis. Cùm igitur dicta expressio nihil aliud contineat, quàm dispo
21 sitionem iuris communis, secundum quam † subdelegatus licet totam causam subdelegare non possit, tamen vnum articulum potest, putà receptionem testium, secundum Panor. expressè in capitulo, super quæstionum. §. primo. versicu. ex prędictis deciditur. de offic. deleg. sequitur, quòd subdelegatus nihil cõtra formam fecit, præsertim attenta generali cõsuetudine, quòd notario causæ talia committantur secundum eum ibi. Et ita videtur mihi, consilio saniori semper saluo. G. Benedicti.

GVL.

BIU Cujas

GVLIELMI BENEDICTI
DE THESAVRARIA SANCTÆ CAPELLÆ CIVITATIS BITVRI-censis quæstio breuissima iuris vtriusque studiosis tum vtilis, tum admodum necessaria.

***

SVMMÆ.

1 ☞ *Vsufructuaria censetur, cui ad vitam quid donatur,*
2 *Vsufructuarius an habeat collationem officiorum & beneficiorum in ducatu.*
3 *Collatio officiorum an computetur inter fructus.*
4 *Collatio beneficiorum ipso iure prouenit sine fructuarij industria.*
5 *Proprietario & non vsufructuario obueniũt cõmissa, quæ ipso iure committuntur.*
6 *Præsentare clericũ ob ius patronatus rei dotalis non pertinet ad virum, sed ad vxorem.*
7 *Fructus rei dotalis non omnes sunt mariti.*
8 *Vxori proprietariæ pertinet officiorum creatio, non viro fructuario castri.*
9 *Ius præsentandi, & officia conferẽdi transit cum vniuersitate.*
10 *Donatio ad vitam an faciat vsufructuarium, aut verum dominum.*
11 *Donatio principis est latissimè interpretanda.*
12 *Spiritualia non possunt perse in pactum deduci, præsertim inter laicos.*

VIsis petiis nobis transmissis, thesaurariam sanctæ capellæ ciuitatis Bituricensis concernentibus, videretur primò prouisum de dicta thesauraria per Christianissimum dominum nostrũ regem fuisse & esse in dicta dignitate seu officio de iure potiorem: & quòd ad regem pertinuerit & pertineat prouisio seu collatio dicti officij thesaurariæ, quoties locus vacationis occurrit. Nam considerandum est, quòd rex solùm & duntaxat dedit illustri dominæ Ioannæ de Francia consobrinæ suæ ducatum Bituricen. eius vita durante, vt patet per tenorem literarum doni. † Et sic dicta domina Ioanna censetur esse vsufructuaria dicti ducatus postquam emolumentorum perceptio & fructuum finitura est per eius mortem. §. finitur. Institutio. de vsufruct. & C. eodem l. corruptionem. vbi cùm vsusfructus finiatur morte, videtur omnem fructuum perceptionem & gaudentiam vita solùm comite duraturam, esse vsumfructum, vt ibi: quia ad iudicandum aliquid, quid est, non inspicimus verba, sed effectum dispositionis, ne lex videatur facta verbis, cùm facta fuerit re & effectu. l. ij. C. communia de legat. Vnde cùm in casu nostro dictus ducatus fuerit per regem donatus dictæ dominæ Ioanne per eam tenendus, ac fructibus & emolumentis percipiendis ad vitam: & sic in hoc naturam sortitur vsusfructus, † sequitur, quòd dicta domina est simplex vsufructuaria, & per consequens ad eam nullo modo pertinuerit, neque pertinet collatio officiorum, nec beneficiorum. † Tum primò, quia licet collatio officiorum & beneficiorum computetur inter fructus domino rei conseruandos, secundum gloss. & Doctor. in capi. cùm olim. de maior. & de obed. tamen non pertinet vsufructuario, quia non computatur inter fructus consumendos per administratorem, & fructuum collectorem, vt ibi. Et sic cùm vsufructuarius conferendo talem fructum consumeret, collatio sibi non pertinet: quia vt dictum est, non dicitur propriè fructus, quia natura fructus est consumptiua. Sed collatio dicitur impropriè fructus non consumendus, sed vero domino regi conseruandus, quapropter fructuario non pertinet, sed solùm ei pertinent fructus consumendi, quum vsusfructus sit ius vtendi fruendi alienis rebus. l. j. & ij. ff. de vsufructu. † Præterea collatio beneficiorum ipso iure prouenit. Nam eo ipso quòd beneficiatus moritur, ilico collatio ordinario collatori pertinet, & competit ipso iure, sine aliquo hominis ministerio, licet tempus conferendi non currat, nisi à tempore vacationis notæ & scitæ in ecclesia vacante. clemen. j. in fin. de concess. præbend. & capitu. ij. de concessi. præbend. vnde cùm etiam in isto nulla interueniat in acquirendo cura, prouisio, aut diligentia vsufructuarij, certè talibus gaudere non debet: quod secùs esset in his, quæ per suam industriã quærerentur, argu. l. ilj. ff. ad legem Falci. & in talibus intelligitur lex, vsufructu legato. §. j. ff. de vsufruct. Nam domus cuius dominium per sententiam, id est per secundum decretum quæritur vsufructuario, acquiritur propter iudicis ministerium, & curam vsufructuarij ac diligentiam, quæ in acquirendo interuenit. † Ideo decidunt omnes, quòd commissa quæ fiunt in feudis, & rebus emphyteuticis propter deueria per vasallum non facta, non quæruntur vsufructuario regni, vel ducatus, sed cum ipso iure committantur, pertinent proprietario, vt pulchrè consuluit Oldra. consil. ccxxxix. incipien. super eo quo quæritur. Quinimò † plus videmus, quòd si vxor villam in dotem dederit marito suo, cui inhæret, & competit ius patronatus, quod transit cum vniuersitate. capit. ex literis. de iure patronat. & cap. cùm Bertoldus. de re iudic. Licet maritus dicatur quodammodo dominus rei dotalis. l. doce ancillam. C. de rei vendi. saltem dicitur plenus vsusfructuarius & administrator: attamen ei casu adueniente non competit clericum præsentare, sed pertinet vxori veræ dominæ rei dotalis, secundum Panormitanum &

BIU Cujas

doctores in capitulo finali. de conceſſion. præbend. quia licet fructus rei dotalis, & qui ex ea percipiuntur, pertineãt pleno iure ad maritum, † tamen hoc 7
eſt verum quando fructus ſunt tales, ex quibus percipitur reale commodum & emolumentum, quia tales percipiuntur in recompenſationem onerum matrimonij. Sed præſentare & conferre eſt ſolùm quidam honor, & ſimplex prærogatiua, ideo nõ ſpectat ad maritum, cùm tales honores & ſimplices prærogatiuæ nihil conferant ad onera matrimonij ſuppor tanda. Ita tenent moderni & Iaſon in l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſoluto matrimonio. Cùm igitur de caſu noſtro ducatus Bituricẽſis donatus fuerit dictæ dominæ Ioannæ ad vitam expreſſè, ad intertenendum ſtatum ſuum, & pro ſui prouiſione, ſequitur quòd ſibi pertinere nõ poteſt collatio beneficiorum, cùm talis honor & ſimplex prærerogatiua non ſit fructus aliquid conferens ad prouiſionem victus, aut intertenementum perſonæ ipſius dominæ Ioannæ. Prætereà rex donando dictum ducatũ, ſibi expreſſè reſeruauit gardiam eccleſiarum, quam commodè non poſſet exercere, niſi gardiatores ſibi propitios & fideles apponeret, ſcilicet officia dictarum eccleſiarũ perſonis idoneis conferendo, & ſibi fidelibus. Si autem tales officiarij quibus per regem erũt collata officia eccleſiaſtica, facerent annis ſingulis certam redibentiam aut penſionem fundatori duci, credo quòd talia emolumenta deberentur dictæ dominæ Ioannæ: ſicut à ſimili dicimus de laudimiis & accapitis, quæ percipiũtur ab emphyteutis, quando de nouo inueſtiuntur, aut emphyteuſes renouantur. quia debentur vſufructuariæ caſtri: veruntamen recognitiones, & renouationes, ac inueſtituræ ſunt fiendæ per dominum proprietarium, vt plenè per doctores in l. diuortio. §. ſi fundum. & l. finali. ff. ſoluto matrimonio, vbi Alexãder dicit, quòd emolumenta iuriſdictionis, ſcilicet pœnæ & mulctę, & cæteræ redibentię debentur marito rei dotalis vſufructuario. † Tamen vxori veræ 8
dominæ proprietariæ pertinet officiorum creatio, ſicut pertinet præſentatio & collatio beneficiorum ad cauſam rei dotalis, vt ſuprà allegatũ fuit per Panormitanum in dicto capitulo finali. de conceſſion. prębend. Creatio enim officiorum, pręſentatio, & collatio beneficiorum plus incumbit proprietario, tanquam illi qui maius habet intereſſe, & penes quem & ſuos exinde ſucceſſores officiarij habent magis cõuerſari, quàm circa vſufructuarium, qui non habet intereſſe niſi ſua vita durante. Ideo ſibi ſufficiant fructus reales & corporales rei, ex quibus vita ſuſtentatur. Per quæ omnia, videtur collationem officiorũ eccleſiaſticorum non pertinere dictę dominę tanquã vſufructuariæ, iuncto quòd eſt mulier, & ſic pluſquã vir incapax horum eccleſiaſticorum. multa enim poteſt rex ex ſacra vnctione ſecundum Dominicum in capitulo ſecundo, de præbendis, libro ſexto, quæ non poſſet mulier inuncta.

Sed in contrarium videtur, quòd imò collatio & prouiſio eccleſiaſticorum officiorum dictæ dominæ 9
Ioannæ pertineat, & non regi. † Non enim eſt dubiũ ius præſentandi ſeu beneficia conferendi ex priuilegio & fundatione competens ad cauſam regni, vt villæ, aut ducatus vel comitatus tranſire cum bonorum vniuerſitate, vt dicto capitulo, ex literis, de iure patronatus. & dict. cap. cùm Bertoldus. de re iudicata. ita quòd nulla eſt differentia, an vniuerſitas aliene tur in virum vel mulierem. vt ibi deciditur: quia cũ cauſa propter quam tale ius præſentandi, vel conferendi beneficia, ſcilicet fundatio, dotatio, aut priuilegium, ita bene cõueniat mulieribus ſicut viris, eadẽ erit iuris diſpoſitio in vtriſq;, vt ſcilicet cum vniuerſitate ducatus, tráſeat tale ius ad cauſam ducatus pertinens. Or in caſu noſtro rex motu proprio, & ex ſui certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine, donauit dictæ dominæ Ioannæ de Francia, ducatum Bituricenſem: ad cauſam cuius & etiam fundationis ac donationis ſanctæ capellæ, duces ius habent conferendi officia & beneficia eiuſdem: ex qua donatione reſultant duo. Primùm, quòd per dictam donationem dicta Ioanna effecta fuit domina ſaltem vtilis dicti ducatus: cùm donatio ſit titulus habilis ad dominium donatoris transferendum in donatarium, prout nemo dubitat, maximè quotiens ad transferẽdum dominium, concurrit voluntas, & intentio donatoris, ſicut in caſu in quo rex donator dedit eidem dominæ Ioãnæ dictum ducatum, & honores (quorum appellatione venit collatio beneficiorum, ſecundum Panormitanum in dicto capitulo finali, in fine, de conceſſio. præbend.) omnia iura in eum transferendo, & nihil ſibi retinendo, ſed eam creando veram duciſſam quandiu viueret, excepta ſuperioritate regali & homagio. Ex quo indubitanter dicta domina Ioanna dici poteſt vera duciſſa, domina plena vtilis dicti 10
ducatus. † Nec huic tranſlationi reali refragatur, quòd donatio vita eiuſdem dominæ Ioannæ limitatur. Exquo videbatur vſufructuaria, & nõ proprietaria: quoniam talia non impediunt dominij tranſlationem, cùm donatio dominij tranſlatiua fieri poſſit ad tempus certum vel incertum. Putà quandiu viuet donatarius, vt eſt caſus in materia propria, in l. ſecũda. C. de donationibus quæ ſub modo. Cùm ergo plenum dominium eſſet penes regem ante donationũ, & donãdo nihil ſibi retinuit de dominio ducatus paucis exceptis: imò expreſſit, quòd nihil retinebat: ſequitur quòd omne ius quod habebat, & ſic dominium in dictam dominam Ioannam tranſtulit, penes eam remanſurum quandiu viuet, vt dicta l. ſecunda. Ex quo reſultat ſecundum, ſcilicet quòd cum vniuerſitate ducatus tranſiuit collatio beneficiorum vt dicto ca. ex literis. Si enim reſeruare voluiſſes collationem beneficiorũ, hoc expreſſiſſet, ſicut fecit de collatione aliquorum, officiorum, quorum præſentationem dictæ dominæ pertinere voluit, ſibi reſeruans inſtitutionem. Vnde cętera, quæ nõ expreſſit, omnia tranſtuliſſe videtur, & donaſſe cùm ducatus vniuerſitate. Et ita eſt interpretãdum contra ipſum in fauorem dictæ dominæ Ioannæ: tum quia cùm poſſet legem apertiùs declarare, & non fecit, ſibi imputandũ venit. l. veteribus. ff. de pactis. & l. Labeo. ff. de cõtrahend. emption. † Tum etiam quia dicta donatio quæ 11
nemini alteri præiudicat, quàm principi donãti, tanquàm beneficium principis eſt latiſſimè interpretãda, ſicut verba ſonant, & pati poſſunt. l. penul. vbi gl. & Docto. plenè. ff. de conſti. princip. Præſertim, quia motu proprio, & ex certa ſciẽtia, ac de poteſtatis plenitudine facta: quæ omnia importunitatis partis ſuſpicionem tollunt & excludunt. l. ij. C. de petit. bon. ſubla. libr. x. Et hæc maximè vera in caſu noſtro, vbi fortè rex ſpecificè ſibi trãsferendo ducatum, ad cauſam cuius habebat collationem officiorum eccleſiaſticorum, reſeruare non potuiſſet talem collationem 12
ſine ducatu retinendam: † cùm talia de per ſe nõ poſſint, pręſertim inter laicos, in pactũ deduci. Sed oportet, quòd vniuerſitas rei, quę inter partes diſponitur, tranſlationem talium ſpiritualium, aut retentionem operetur,

BIU Cujas

operetur, vt plenè notatur in dicto capit. ex literis, iuncto, quòd priuilegium conferendi dicta officia & præbendas inductum fuit ducibus & suis successoribus, qualis est nunc dicta domina Ioanna, vt per tex. priuilegij clarissimè demonstratur. Or quòd regi sine ducatu competeret collatio talium, non videtur habere apparentiam, cùm potestati conferendi talia inhæreat certa qualitas, scilicet qualitas ducalis, quæ ad præsens est in persona dictæ dominæ Ioannæ, & erit vita sibi comite: & demum reuertetur ad regem cum potestate conferendi. Nec obstat, quòd rex in 13
dicta donatione sibi reseruauit gardiam ecclesiarum de fundatione regali existentium, vel simile priuilegium habentiũ, qualis est capella de qua agitur, quæ simili gaudet prærogatiua secundum priuilegium Clementis. &c. Quia videtur per illam reseruationem sibi tantum retinuisse conseruatoriam, & iurisdictionem conseruandi capellam ab iniuriis & molestiis. Quod patet per sequentem literam, dum ilico sibi reseruat authoritatem creandi iudicem, qui vocabitur iudex regalium & ecclesiarum de fundatione regali existentium. Nam propter hoc non videtur collationem beneficiorum reseruasse, cùm ita sint diuersa: quia gardia & conseruatoria concernit iurisdictionem contentiosam, & collatio beneficiorum est iurisdictionis voluntariæ secundum glos. & docto. in capitu. nouit. de offic. legat. Or inferre de vno ad aliud non haberet apparentiam, cùm ex separatis non fiat illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. & l. finali. ff. de calumnia. Postremò non videntur obstare superius in contrarium allegata, per quæ videbatur potestatem conferendi talia officia non competere dictæ dominæ Ioannæ. † Quia illa essent vera, vbi ipsa esset simplex vsufructuaria, quo casu sibi non pertineret collatio beneficiorum: & ad hos fines tendunt omnia ibi allegata. Sed ex nunc deductis apparet, quòd ipsa est proprietaria, ac vera Ducissa & domina dicti ducatus. Ideo non mirum si posit ea quæ poterat rex donator ante donationem ei factam, cùm omnia in eam transtulerit, nihil sibi in titulo ducatus retinendo, nisi certis rebus particularibus, quibus inhærere posset potestas conferendi secundum doctor. in capitul. ex literis.

GVLIELMI BENEDICTI
AD DOMINOS PRÆSIDENTES ET IVRISCONSVLTOS PARLAMENTI Burdegalæ præclara Oratio: qua in Senatu habita, receptus est in Consiliariũ die XXII. Aprilis.
1499.

Dictæ Orationi Guliel. Bened. hanc præposuit epistolam Gulielmo Benedicti. S. du Fau. S.

HAud ab re forte arbitror, si toto te terrarum orbe iam diutius virorum præstantissime, omnes scientia, prudentia, ac solertia clarum, ac gymnasios tui multo longè temporis excellere prædicarunt. Qui quocunque locorum existas, talem teipsum præbes, vt tuis virtutum coruscantibus radiis, tenebrarum obscuritates non tantum effugitas, verùm etiam tua luce infusa has in corpus diapason conuertis & illustras. Aenigmata quæcunque penitus hucúsque enodata, subtili ac mirando ingenio dissoluis, adeo vt te diuinum ambigat nemo. Quoties perlego illam quam ad senatum orationem destinaras, mihi in mentem venit, Homerum seu Maronem, aut elegantiæ patrem Tullium audire: qua nihil elegantius, sententiisque grauioribus, si hi vna loquerentur lingua, fari possent. Per quam beneuolum, attẽtum, docilem, non solùm senatum facis, sed viuere, vt suam dignitatẽ decet, scribis, & miro schemate doces & instruis. Et qualem in scribendo, te & arte dicendi & ingenio præbes, talem (si quid gnorit) accersire satagis. Quid lucidius? quid clarius? quid denique nitidius, quàm tua manu scripti codices? Nescio si alium te Praxitelem vocem, aut aliũ in prudentia Salomonem, cùm te subtilissimum Aristotelem nemo est qui ignoret. Quicquid diuini, pontificij, Cæsarei, poetici, philosophici, ac historici iuris est, haud aliter quàm legum & canonum cæterorúmque iurium conditores, in scrinio pectoris habere dignosceris. O felix Burdegala, quæ tanto meruit honorari municipe. Sed felicior curia, quæ forsan in meritò te meruit habere senatorem. Quid denique restat, nisi quòd te non tædeat supplicio hominum humanissime? Et si quid tuum forsitan quod animum & aures fastidiet, aut (quod absit) offendat, parce quæso, & vt assoles in meliorem partem accipito. Deus nanque, qui tantis decorauit te dotibus pretiosis, nõ sine honore summo diutius derelinquet: & tuum laudabile principium melior fortuna sequetur. Interea immortales obtestor deos, si quid de tuo hoc volueris Ladislao, sui erit officij tibi tanquam patrono præcipuo ad vsque necem obnixe inseruire, & quocunque locorum fuerit, seu ierit, semper honos, noménque tuum, laudésque manebunt, quò se vocabunt terræ, in freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ lustrabunt, connexa polus dum sidera pascet. Vale felix lumen & splendor senatus, valeántque qui te amant, & honorem tuum crescere & augmentari desiderant: raptim ex Burdegala scriptũ, tertio nonas Februarij.

Per illum qui te nõ amat quàm se minus. & supra omnes plurimum facit,

DV FAV.

BIU Cujas

Gulielmi Benedicti Oratio.

QVoties memoria repeto (patres conscripti) cuiuscunque ordinis & dignitatis viros, qui hactenus sub Apolline regnarunt, & qui ad præsens laude & gloria fruuntur, toties vos mihi præcipui estis, quos omnes in primis admirari, deinde colere & obseruare debent. Iustitia enim quæ his ex terris (bellorum clade in cœlum migrasse ferebatur) nunc rursum ex cœlo & astris ad vos profectò remigrauit. Vos benigni in audiendo, facundi respõdendo, & iudicando clementes. Vos inquam iustitiæ ferui di cultores, & æquitatis seduli obseruatores, iudicij stateram tanta rectitudine tenetis, vt nihil gratiæ, nihil fauori, aut potentiæ tributum velitis, adeo vt sub vestro glorioso nomine definiri rectè possit quic quid iusti, æqui, pij, ac sancti significare voluerimus. Et quæcunque ad vestram illustrandam dignitatem senatoriam spectant, in vobis glomeratè cõcurrunt. Laudarunt veteres Iudæorum Esseorum senatum, Deo fidem, subditis iustitiam, & principi obedientiam seruantem. Sed vos non duræ ceruicis (vt illa gens erat) imò tota humanitate diuinitus repletos, has cæteráſque omnes virtutes vobis adesse non sine causa admiramur. Excelsam dictatoris Romani authoritatem, cuius solius fixa manebant responsa, antiquitas extulit. Sed longè maiorem vestram, quorum decreta etiam immobilia, & plurimorum sententiis roborata existunt, nostra extollũt secula. Romanorum senatum ritu gentilitatis ac idololatriæ omnino sepultum, vetustas commendauit. Sed vestrũ illo magnificentia, omníque modestia non inferiorem, & præterea catholicum vniuersa veneratur Aquitania: mirantur, in vobis tanta literarũ cognitio: tanta è fonte illo manans & fulgurans vis eloquentiæ, tam admiranda sententiarum grauitas, tam rectũ & senile cõsilium, tenax memoria, velox ingenium, sermonis & eloquẽtiæ vbertas (vt per vos) cum mira celeritate complures res prius perfectæ cernuntur, quàm vix cœptæ credantur, vt in extrema qua sumus ætate ad vsque miraculum videtur: cùm etiam nihil exterius præter hæc ad vos exornandum desit. Non aduocati, quibus summa est dicẽdi facultas, sermo copiosus & ornatus, orationísque elegantia, qua priscũ dicendi genus omni ex parte æmulantur, non grafferius palatinorum characterũ memorialis, quo nemo vnquam celerius scripsit, nemo velocius legit. Est etiam in eo hoc insigne, imò potius admirandum q̃ scribere simul & legere, dictare & audire sæpius soleat. Qui & scribit, ac maximis de rebus librariis compluribus scribentibus dictat. Non ostiarij fideles, non procuratores vigilantissimi, nec seruitores cuncti. Vos autem primates nostri hæc omnia quodammodo doctrina vestra, humanitate, & in omnes liberalitate ac munificẽtia, superatis: quæ sola prẽter iam dicta & alia, me ad plus agendũ cogerent, si mihi non deficeret loquendi facultas. Quis enim animus quàm vester effici præstantior, & virtutibus clarior videri possit? Quis in orbe locus virtutum vestrarũ triumphalibus titulis vacuus? Quod templũ, quod vestro nõ reluceat ingressu? Quæ ciuitas in orbe, quę vestro aduẽtu (si liberet) non oblectaretur? Quæ curia principis, quæ vestrum cõsilia aut præsentia non luceret, ac in tuto locaretur? Quæ regio in terris vestræ non plena laudis? Tanta in vobis est vitæ moderatio, tanta morum honestas, tanta in vobis semper fuit, & est bene & rectè viuendi exercitatio, quantã hominis cuiusuis ętatis fas est optare supra quàm incredibile. Iure itaque beatam ac felicem hanc Burdegalensium vrbem, quinimò vniuersam Aquitaniæ regionem propter vos omnes prædicant: & fama veriloqua relatione cõtinua exclamat in remotis. Quã ob rem vobis principes iungũtur, prælati adhærent, cũcti denique nobiles, cum cætera vulgi caterua reuerenter obsequuntur, nec immeritò: cùm sicut soli viri olim honorati, curru vehebantur aureo, quibus secreta principis quantũcunque visceralia patebant: Sic & vobis bibere in auro, mulas equitare deauratas, priuilegiis potiri senatoriis: & quod altius existimo, regis Christianissimi corde spiritúq; eodem, velut idẽ corpus cũ eo pergere datum est. Ob quod legifer de alio quocũque non sic cõfidens: vos ob singularem industriã explorata fide & grauitate ad tanti officij magnitudinem adhibitos pro sapiẽtia ac luce dignitatis vestræ, nõ aliter iudicaturos esse, quàm ipse foret iudicaturus patenter edixit. Alibi intellexisse profitens, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem imperij, & reipublicæ gloriã redundare, si diui principes, iura & leges quas soli poterant ac esse volebant æternas: nisi prius senatui recitatæ placuissent, nullatenus diuulgauerint aut promouerint in publicum? Cogitanti mihi quonam pacto canonistas vltimarum voluntatum ferè inexpertes, legistis successionum materia onustis æquare possem: quod fieri facilè aliter non poterat: quàm si testamentum Raynutij, eiúsque elegãtia singula verba commentarentur, prout iampridem in transcursu ordinariæ lectionis factum extiterat, aliquibus post ex pharetra modernorum excerptis. Necesse restat, vt opus hoc tenue, támq; pueriliter editum, nullius autoritate fulcitum, vestris correctioni, determinationi, pedũ conculcationi, & si visum fuerit omnimodæ annihilationi submittere. Accipite igitur clementissimi patres, suscipite inquam, ea frontis hilaritate qua soletis, vltimum Raynutij eulogiũ, nouiter ampliori nomine, Testamentum canonistarum bantizatũ, sacro nomini vestro cordialiter dicatum. Cui lõgè maiora à me debẽtur, vt vestro auspicio, vestráque autoritate suffultum confidentius eat in publicum. Et si ex his quispiam instruatur, à cœtu tam glorioso, velut terrestri quodam numine vitam spiritúmque accepisse recognoscat. Sinautem, saltẽ magis is inuestigãdi veritatem studioso occasio prębeatur. Valete præstantissimi atque heroici patres, omne in æuum felices. Dixi.

BIU Cujas

SVMMÆ.

1 *Legitima aliorum liberorum detrahitur etiam de rebus primogenito donatis.*
2 *Collatio locum non habet inter succedentes iure diuerso.*
3 *Legitimam aut eius supplementum non tenentur filij capere in pecunia, sed in corporibus hæreditatis.*
4 *Legitima septem liberorũ est medietas totius hæreditatis.*
5 *Filiæ dotatæ quæ renuntiauit, portio legitimæ remanet penes hæredem.*
6 *Nepotes ex filia dotata quæ renuntiauit, petunt adhuc legitimam.*
7 *Dotem maternam an ex legitima computent nepotes. & numero 8.*
9 *Hæres vniuersalis habet solus medietatem, & alterius medietatis legitimam portionem. & nu. 10.*
11 *Donationes quid hæredi prosunt, si de illis etiam detrahitur legitima.*

1 RESpondendo primo dubio, videtur, quòd † legitima filiis Titij debita detrahi debet de vniuersis bonis quæ fuerunt Titij ante donationes factas primogenito, secundum gloss. quam ibi sequuntur communiter doct. in l.j. in vj. quæst. C. de inoffic. don. Ex quo sequitur, quòd de collatione dictarum donationum non est amplius disputandum: tum quia de ipsis sicut de residuis paternis bonis detrahi debet aliorum legitima: & sic satis conferũtur.
2 † Tum etiam quia in puncto impropriè quæritur de collatione, quæ locum non habet inter succedentes iure diuerso, quales sunt dicti fratres, quorũ primogenitus vniuersaliter succedit: cæteri verò titulo particulari: & sic propriè non est locus collationi. l. à patre. C. de colla. iuncta l. quoties. C. de hæredit. instit. Attento quòd particularia relicta cæteris liberis facta non æquipollent legitimæ, possunt ipsi petere supplementum illius de bonis prout suprà. Nec
3 †tenentur eam recipere in pecunia, sed eis debetur in corporibus hæreditariis secundum Bart. in l. suus. §. j. in fin. ff. de hæred. instit. & Bald. in l. scimus. C. de inoff. testa. & in l. cùm rem alienam. C. de legat. tex. apert. in §. prohibemus autem. vers. non licebit.
4 in auth. de trient. & semis. collat. iij. † Legitima dictorum liberorum, qui tempore mortis testatoris patris erant quinque filij, & vna filia, ac nepotes ex altera, quæ bonis renuntiauerat paternis, erit semis, id est, dimidia totius hæreditatis, præfatis donationibus non deductis. text. in authent. nouissima. C. de inoffic. testa. In quo semisse computabuntur omnes septem, ita quòd facient partem, sed non omnes ad-
5 mittentur ad partem: † quia filia dotata quæ bonis renuntiauit paternis, & viuit, licet computetur in numero ad diminuendum partem aliorum, tamen obstante renuntiatione iurata nihil petere potest. cap. quanuis. de pact. lib. vj. sed portio sua remanebit penes hæredem vniuersalem. qui repræsentat patrem, penes quem si viueret, portio illa remaneret, quia pater renuntiationem recipiendo, videtur sibi & demũ suo hæredi prospexisse, secũdum Paulum de Castro, consilio cv. in fin. † Nepotes verò ex alia filia, quæ pariter renuntiauit, & viuo patre decesserat, partem sibi facient, & legitimã petere possunt, seu illius supplementum, non obstante materna renũtiatione secundum Bald. in l. pactum. C. de collat. quem cæteri
7 *communiter* sequuntur in hoc puncto. † Sed dubitatur an teneantur dotem maternam computare in legitimam. In hoc sunt duæ principales opiniones. Prima est opinio Bar. in l. in quartam. ff. ad l. Fal. & in l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. dicentis, quòd dotem computant maternam in legitimam. & idem tenet consulendo consilio cxc. incip. Gilbertus lib. j. Sed Bal. tenet contrarium, quòd non tenentur dotem maternam computare in legitimam, prout firmat in l. illam. C. de colla. quem sequitur Paul. de Castro consilio lxij. & ccl. †
8 Tamen moderni, scilicet Ange. Aret. in §. fin. Instit. de inoffic. testa. & Alex. in d. l. illam. C. de colla. vj. colum. dicunt, quòd si dicti nepotes veniant post mortem aut ad successionẽ cum patruis seu auunculis, sicut faciunt in casu nostro, tunc si habent dotem maternam, vt hæredes matris, quod est si auus dotando filiam stipulatus fuit dotem reddi filiæ in casu restitutionis: quia tunc eam videtur dedisse filiæ & demum filia moriendo videtur eam ad filios transmisisse: tunc erit vera opinio Bal. & sequacium, vt nepotes eam non teneantur computare. Si verò auus dotando filiam, non fuit illam stipulatus reddi filiæ: tunc quia dos remanens penes liberos, emanare censetur de substantia aui, nepotes tenebuntur eam computare in legitimam, secundum opin. Bar. Idem sentit Salic. in l. scimus. §. repletionem. & l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. Et hæc concordia opinionum fuit ipsiusmet Barto. in l. post dotem. penul. col.
9 ff. sol. matr. Ex † præmissis resultat, q̃ in dicta hæreditate non habebunt legitimam, nisi quatuor liberi & nepotes ex filia præmortua, qui omnes in portione matris succedunt, ac etiam partem habebit hæres vniuersalis. Et sic ad legitimam concurrent sex personæ ad faciendum sex partes: ita quòd legitima omnium est semis, id est, dimidia hæreditatis ære alieno deducto cũ funeris impensa, sed non deductis prę-
10 fatis donationibus, vt dictum est s. in princ. Vnde legitima singulorũ erit de duodecim partibus in quas hæreditas iure diuiditur, vna pars, ita quòd quilibet de dictis duodecim partibus habebit vnam, †taliter quòd hæredi vniuersali remanebit dimidia totius hæreditatis, & sic sex vnciæ seu partes. Et pro sua legitima de reliqua media parte, id est, de reliquis sex vnciis habebit vnam. Et sic in totum habebit septẽ par-
11 tes de duodecim. † Nec obstat si dicatur: ergo suæ donationes de nihilo ei proderũt. Videtur q̃ imò de aliquo ei prodesse possunt: quia si de certis rebus fuerunt factæ, & illas res velit, in illis integris ei sua portio assignabitur, ex æquitate l. filium quem habentẽ, secundum vnum intellectum. C. famil. erciscund. Ita q̃ cæteri fratres tenebuntur in aliis rebus, & non in illis legitimam detrahere.

BIU Cujas

Habes lector hoc in Tractatu Matthæi Bosi Veronensis, Canonici regularis ad Archuanum Buzacharinum elegantissimam Epistolam de Causis & occasionibus delinquendi. Quam subsequitur Gulielmi Benedicti de pœnis delinquentium Quæstio, an scilicet peccatores occidere liceat. Qui hac in re materiã susceptam ea dexteritate prosequuntur, vt vbi tum Epistolam, tum dictam Quæstionem perlegeris, te subinde relegere non pigebit.

Tertiæ partis Epistolarum Matthæi Bossi
Nonagesimaoctaua.

ARCHVANO BVZACHARINO

Iuueni virtute præstantissimo, Matthæus Bossus Veronensis, Canonicus regularis.

S. P. D.

VIx lætitia vlla maiore afficior vnquã, quàm cùm ingenuos & mihi charos cõspicio iuuenes, animos sacrasse virtutibus, a primam barbam honestasse artibus optimis. Extitere quàm plurimi, qui iuuentam totam sponte atque cõsultè b fœdauere sceleribus, quiidem virilem & annosam extulere ad dignitatem & laudem. Cuius rei innumera priscorum memorantur exempla, & nos quotidiana colligimus oculis: quod est Dei donum in his, & mutatio (vt Psalmus habet) dexteræ excelsi. Sunt qui nunquam destiterunt à scelere: & hi quidem pessimi, infensi Deo, atque mortalibus: si non & ipsi quoque humanitati, cuius exurgere est quandocunque ceciderint. Tu verò cùm eo in genere hominum mihi esse videaris, qui omnẽ per ætatem se moribus candidis & castigatissimis ornauit (quod deprehendere eo vno sermone, quo me primùm salutasti, & ex epistola postea, quam grauem & perornatam ad me dedisti, mihi facilè licuit) suprà quàm exprimi potest, factus es mihi charus & peramandus. In quo reminiscitur mihi Archuani aui, & Francisci patrui clara memoria: à quibus dum viuerent, non modo vt mortalis adamabar, cæterum veluti angelus excolebar in domino. Ad primos amplexus (verum quidem fateor) eos tu mihi visus es reddidisse: sic oculos, sic ipse manus sic ora tulisti. Quos tametsi nostris iamdudum ab oculis excesserunt, in te tamen rursus sum habiturus Archuano meo secundo: & præter illos aliquid tuum: quod auitam præclari ipsius tui generis vel superet gloriam. Tu suaui facundia, tu bonis literis, tu ciuilis iuris præmatura peritia, tu humanitate, ac dexteritate mirabili, tu amica omnibus bonitate, & quæ ista peruenustat pulcherrimo corpore sic præditus es, vt desiderari tibi nihil iam melius possit, quàm in his perpetuitas atque constantia. Ita nanque comperta est vita nostra, vt nunquam tam firma quidem sit, atque munita: vt non statim possit de gradu cedere, labi quoque & euanescere: nisi tuẽte Deo, & vigili nostra cura seruetur. Quam vt tu custodias, hęc time iuuenilis c ætatis naufragia tibi vehementer. c In primis otium: quod cunctarum virtutum, continentiæ præsertim, atque munditiæ venenum dici, ac parricidium meritò potest: institutum perspicax omne, sanctúmque propositum deneruans, atque effœminans. Intendisti enim animum literis: qua susceptione nihil beati atque libero homine dignius. Quoniam tamen non perpetim libris & pugillaribus incumbere sine fastidio, valetudiníque periculo possumus: actuosa neque vita & exercitatio non sordida corporis tripudianda erit. Nam remissio indulta animo interdũ, & per quã venatione, pila, iaculo, cursu, rusticatione se corpus exercet mirum quidem prodest in modũ magnis ingeniis, & liberalibus animis: quæ omnia siue quidem singula, sine detrimento, aut iniuria studiorũ suscipi queunt. Quum venabere, suũ ad amicũ scribit quadam in epistola Plinius iunior, vt panariũ & lagunculam, sic etiam pugillares feras. Experieris nõ Dianam magis mõtibus, quàm Mineruã inerrare. Memoriæ traditũ est de philosophis, regibúsque nõ paucis, alios musicam suauem iunxisse cũ literis: alios picturam & designatiuã effinxisse perquã figuratè, atque præclarè: agiliter alios pila lusisse: nõnullos certatim ad signum positũ tela iactasse: alios incursasse apros, vexasse equos, remis stringere, impelleréque faselũ, nec exhorruisse. Quibus actitationibus duo ista assequebãtur percõmoda: animi quietẽ, corporis vegetationẽ: quibus hac in vita quid potest expeti melius? proferat quisq; si quid honestius aut sanctius habet, quã ꝙ mens sana sit in corpore sano. Sic & turpissima quoque videtur, mollis, & elũbata segnities: quia in æternum dedecus Margitem, Sardanapalum, Domitianum, Neronem, historiarum monumenta taxarunt. d serpũt & in primam istam ętatem, iuuenilémque feruorem grauiora quandoque quàm extermina ri radicitus possint irritamenta libidinum: quibus incendi se suspirabat Apostolus ille, qui iam beatus à tertio cœlo redierat, paradisíque delitiis sentiens in carnalibus membris (vt ipse dicebat) legẽ voluntati suæ omnino contrariam. Tunc tibi si fortè ita vexabere, honorabiles nuptias & torum immaculatum, mi Archuane, suadeo, à memorato nostro Apostolo ducens, nubere satius esse quàm vri. Quod cùm feceris, noua tamen adhuc lucta nõ deerit (est quidẽ vita hominis tota, militia super terrã) quo semper habeat generosus cuiusque animus vnde triumphũ glorioſũ de labore & certamine ducat. Nam vbi subit prouectior

BIU Cujas

uectior ætas, déque filiorum posteritate cogitatur, e ecce protinus insurgit cupiditas & e immodicus ardor habendi, quem qui non cohibet, aut non à radice succidit, omnem constantiam quatit, iustitiam lacerat, & ad seruitutem idolorum vsque (vt inquit ecclesiæ doctor) impellit hominem. Quæ pestis animorum & cunctarum ruina virtutum ita hodie serpit, & dominatur vbique, vt locus toto orbe sit nullus, gens nulla, professio nulla, quam non impetat & non mittat sæpe sub iugum improba & inexplebilis ditandi voracitas: vt hi quoque, qui eam criminantur, & sequuntur hostiliter, vix ab ea illæsos se præripiant: hæc venalia iam fecit omnia. Etenim laus, dignitas, honor, magistratus, potestas, his deferuntur, qui pluris emunt. Taceo sacerdotia, & ecclesiastici qualiter dispensantur apices, ne os ponam in cœlum. Sed quæ res publica? quis princeps? quod tribunal? quis iudex? qui ius sententiáque non vendicet? Non veritatem innoxiam, albúmque iustitiam violet, inductis legibus, non ad conscientiam & honestatem quam ignorant, sed raptatis & intortis ad lucrum atque perfidiam quam sitiunt. Quis in commerciis & contractibus rerum pro lucro non fallit? non decipit? non prodit? non peierat? Præterea furta, proditiones, rapinas, lites, f insidias, f criminationes, venena, quæ intentant, quę putant inde ditari, aut hæredes scribi. Quæ cupiditas si non tantùm inualuisset, viuerent homines e g cum g natura beati: quæ ampla atque magnifica omnibúsque de se communis, necessaria nemini negat, f suos partus dulcius alens exiguo, quàm quidem plurimo Maximi illi philosophi qui philosophati sunt, g maximè Crates, Diogenes, Anaxagoras, Socrates, Zeno, Democritus, Aristides, & his plures diuitias omnino aut proiecerunt, aut contempserunt: vt vacuo & expedito à seruitute animo, propensius studio, & sapientiæ sese dicarent: existimantes (quod est) neminem tam quidem diuitem, quàm qui diuitias verè contemnit. Quanti Romæ, cùm virtutum omnium se præbuit specimen, paupertas stetehrit, declarant Curius, h Fabricius, vterque Attilius, Aemilius, Cincinatus, Publicola, Scipio, Scaurus. Quin & ciuitas vniuersa, quæ munera Pyrrhi vicatim perlata continentissimè repudiauit. Quæ frugalitas, diuitiarúmque contemptus, dum mansit, floruit ciuitas, propagatúmque est super omnes penè gentes imperium: sed vbi dominari pòst cœpit cupiditas, & priuatim habendi studium creuit, decora publica omnia, & augustissimum ipsum imperium decidit.

Tu Archuane mi, his honestis fortunis, patrimonióque nec infimo, cui assuesti, sedata sic cupiditate latiore vti debebis, ne ad opes immensas seruiliter ardeas, quæ maiorem quietem, & honestiorem voluptatem pariunt neglectæ, quàm certè quæsitæ: grauiorem denique per ætatem eas artes tuebere, quæ ciuilem & maturam consequuntur vitam. Quibus & maiores tui, viri clarissimi per omne tempus Buzacharinam familiam decorarunt: vitam ducentes cum laude magnanimam, & iniuriis querelísque vacantem. Suauitas fandi tua cùm me reuisisti, & epistola subinde ad me transmissa, effecere, vt hæc tibimi Archuane, responderim, optans vt ad maiora te euocet omnium parens, atque saluator Dominus Iesus; in quo vale faustissimè. E sacro viridario nostro Patauino pridie Nonas Apriles. 1502.

ANNOT. a Sacrasse virtutibus. Bona conuersatio in adolescentia facit præsumptionem bonitatis in senectute. c. ex studiis. de præsumpt.

b Fœdauere sceleribus. Scipio Aphricanus quem dii immortales nasci voluerunt vt esset in quo virtus se per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderet: solutioris vitæ primos adolescentiæ annos egisse fertur. Caius Valerius Flaccus secundi Punici belli temporibus luxu perditam adolescentiam inchoauit, qui quantum prius luxuriæ fuerat exemplum tantum postea modestiæ & sanctitatis specimen euasit. Nihil Quinto Fabio Maximo (qui Gallica victoria cognomen Allobrogi sibimet ac posteris peperit) adolescente magis infame: nihil eodem sene ornatius aut speciosus in seculo ciuitas Romana habuit. Et plures alij similes, quos memorat Valerius lib. 6. ti. de mutamorum. concludens in principio stultii esse perpetuæ infelicitatis se damnare, spemque, quæ etiam iuncta ratione fouetur, interdum certam in desperationem conuertere.

c In primis otium. De otio fugiendo vide per eundem eadem parte tertia epistola secunda, & epistola sexagesimaquinta. Et in sermone beati Ioannis per eum compilato, & plene per dominum meum in repetitione capituli Raynutius, super verbo, dotem quam ei dederat, circa finem. de testamen. quam fecit anno Domini M.cccc.xcii.

d Serpunt in primam. De luxuria & libidine libr. ix. sic dicit Valerius, blandum malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est quàm vitare. Iungitur illi libido, quæ ex hisdem vitiorum principiis oritur. neque autem à reprehensione aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexæ scilicet vitio malæ voluntatis, quæ est in libidine, & prauæ voluptatis, quæ est in luxuria, & nimio vsu aut potius abusu vestium, ædificiorum, ciborum, potionum, Veneris, & cæterarum illecebrarum aduersus quæ fugiendum à sexu est salubre remedium, vt idem Bossus eadem parte epistola sexagesimaquinta. Verterque, inquit, ignis, vterque stipula est luxus humanus, vt si se vir & mulier inspexerint solo vel oculorum nutu nedum contactu vulnerentur in mortem. Cui incendio ne ardeat, nullum ex quo esse cœpit humanitas, remedium, atque præsidium potuit maius inueniri, quàm recessus & fuga: quod qui non quæsierunt, tanquam subita vel combusti flamma, vel obruti, vnda periere. Hæc ille.

e Immondicus ardor habendi. De cupiditate & auaritia, vide plenè per dominum meum in repe. ca. Raynutius. de testa. super verbo cætera bona: quia radix est omnium malorum in seipso auaro & cæteris.

f Criminationes: quas omnes alto stylo cecinit Ouidius lib. primo Metamorpho. circa principium.

g Cum natura beati: ita quòd frustra essent leges, & processus criminales ad pœnas quæ nullæ essent, exularent, de quibus infrà dicetur.

h Fabritius, de cuius fide & paupertate habetur per dominum meum in dicta repetitione capituli. Raynutius. super verbo, duas habens filias, tertio casu principali quo filiæ non succedunt cum masculis, loquendo de pacto futura successionis conseruando.

¶ An occidere peccatores liceat.

SVMMÆ.

1 *Occidi hominem nullo crimine debere videtur, duodecim rationibus, & vsque ad num. 12.*
13 *Peccatores quòd liceat occidere.*
14 *Homo propter peccatum comparatur bestijs.*
15 *Homines in belluas transformati.*
16 *Homo dupliciter considerandus.*
17 *Nobilitas humanæ naturæ. & num. 20.*
18 *Fulmine non ita homo interit, vt reliqua animalia.*
19 *Fulmine non percutitur aquila, nec laurus.*
21 *Homo qua ratione consideratus occidi possit.*
22 *Influentia astrorum an excusset à delicto.*
23 *Innocentis est non solum non committere, sed cauere ne committatur.*
24 *Misericordiam facit cum peccatore, qui eum occidit.*
25 *Sepeliri non debet condemnatus sine permissu principis.*
26 *Anatomia an fiat sine licentia iudicis.*
27 *Iudex non debet procurare pacem inter litigantes in criminalibus.*
28 *Pœna corporalis non debet in pecuniariam verti.*
29 *Equus & currus cuiusuis capi possunt ad ducendum condemnatum ad furcam.*
30 *Iudex an cogere quẽ possit ad executandũ delinquẽtem.*
31 *Gratia secundi delicti non valet, nisi fiat mẽtio de primo.*
32 *Statutum vertens pœnam corporalem in pecuniariam, locum non habet in delicto geminato.*

Venia

33 *Venia non est dignus, qui spe veniæ delinquit.*
34 *Qualitatis cuiuslibet delictum aggrauantis est in gratia facienda mentio.*
35 *Carcerem intrans, vt intrante principe liberetur, non liberatur.*
36 *Seruus percutiens clericum, vt Romam eat, non ob id liberatur.*
37 *Cedendo bonis non liberatur, qui ea spe debita contraxit.*
38 *Gratiæ obtinendæ spe delinquens, non gaudeat ea.*
39 *Crimina etiam ex quibus magna sequitur vtilitas, debẽt puniri.*
40 *Dominus tenetur pro delicto serui vel iumenti.*
41 *Innocentem an cogatur iudex sciens condemnare.*
42 *Delicta quæ in patria certa frequentantur, sunt magis punienda.*
43 *Decendio ad appellandum nõdum finito potest sententia executioni mandari.*
44 *Executio sententiæ debet fieri de die,*
45 *Capitalis pœna vltimum remedium.*
46 *Peccatores reuocandi sunt triplici via.*
47 *Iudici qua inesse deceat.*
48 *Iudicium humanum quatuor modis peruertitur.*
49 *Pœna interlocutoriæ sententiæ non est perpetua.*
50 *Ira non debet moueri iudex.*
51 *Animus iudicis quibus rebus possit iustè moueri.*
52 *Pilati sententiæ iniquitas. & nu. 53.*
54 *Sales duo in quouis iudice esse debent.*
55 *Populi voces quatenus admittendæ.*
56 *Vulgi sententia vana.*
57 *Stulti alios stultos putant.*
58 *Multitudine peccante, minuitur pœna.*

QVAESTIO ardua apud aliquos semper fuit, Vtrum occidere peccatores sit licitum: & videtur quòd nõ, mediis sequentibus. † Et primò, Christus enim dominus, veritas & sapientia diuina, redẽptor noster Matth. xiij. prohibuit extirpare zizaniã, quæ significat filios nequam. Sed omne quod est prohibitum à Deo, est peccatum: ergo occidere peccatores est peccatum. † Secundò, iustitia humana cõformatur iustitiæ diuinę, quia omnis Christi actio, est nostra instructio c. significasti. de ele. sed secundũ diuinam iustitiam peccatores ad pœnitentiam reseruantur, iuxta illud Ezechielis xviij. Nolo mortem peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Ergo videtur omnino esse iniustũ, quòd peccatores occidantur. † Tertiò, illud quod est secundũ se mallum, nullo bono fine fieri licet, vt dicit Augustinus contra mendacium, & habetur per Philoso. ij. Ethic. Sed occidere hominem secundum se malũ est, quia erga omnes homines tenemur charitatem habere: amicos autem volumus viuere & esse, vt dicitur ix. Ethico. Ergo nullo modo licet hominem peccatorem occidere. † Quartò, scriptum est Matth. xviij. & in c. nouit. de Iudæis. Si frater tuus in te peccauerit, vade & corripe eum inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuũ: si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorũ vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus: id est ab aliis separatus per excommunicationẽ & censurã ecclesiasticã: non autem ꝙ realiter occidatur, & anima à corpore separetur. † Quintò, quia ꝙhibitũ est in lege Exodi xx. Non occides: quæ indistinctè & simpliciter prohibet omnem hominem occidi, igitur pro peccato & crimine occidi non poterit: quia ibi lex, non distringuit, nec nos distinguere debemus. l. iij. ff. de offi. præsid. l. de precio. ff. de publicia. in rem actio. † Sextò non debet quis velle in proximo suo, quod fieri est prohibitum in seipso: sed seipsum occidere est omnino prohibitum, & si fiat, est peccatum mortale: quia se occidẽdo sibi adimit necessarium pœnitentiæ tempus, & sic maximè sibi nocet. Præterea naturaliter vnaquæque res seipsam amat, adeò quod naturali inclinatione conseruat se in esse: & corrumpentibus resistit quãtum potest. Et sic quod aliquis seipsum occidat, est contra naturalem inclinationem, & contra charitatem, qua quis debet seipsum diligere. Etiam quia quælibet pars suo toto, & sic cõmunitati iniuriam & damnũ inferre non debet, prout facit seipsum interficiẽs, qui cõmunicati hominũ iniuriam & damnum infert, vt dicit Philoso. v. Ethi. & dicetur infrà, & habetur. ff. de his qui sibi mor. cõsciuerunt, per totum, & l. ij. C. qui testa. facere non possunt. Etiam non debet se occidere, si sit malefactor, secũdum Tho. in secunda secundæ q. lxiiij. articulo v. Præterea vita est quoddã donum diuinitus homini attributũ, eiúsque potestati subiectum, qui occidit & viuere facit, vt habetur Deuteron. xxxij. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam & sanabo. Ergo eisdem rationibus non debet homo pro peccato & delicto aliũ occidere, ne faciat alteri quod sibi fieri nõ vult. † Septimò, minor pœna corporalis maior est quacunque pecuniaria. l. in seruorum. in fin. ff. de pœnis. Et alibi dicitur, quod animæ hominum quibuscunque rebus præferendæ sunt. l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. Igitur pro quacunque causa mundana nõ debet peccator occidi, sed punitioni & emendationi diuinę reseruari, & remitti in diẽ iudicij. † Octauò, iniquum & iniustũ foret, ꝙ propter delictũ homo occidatur, quia delicta non debent afficere nisi suum auctorem l. sancimus. C. de pœ. Sed delicta secundũ sui cõditionem cõmittuntur per vnum membrũ: puta homicidium per solas manus, raptus & adulterium per sola genitalia membra, blasphemia per linguam, & sic de aliis. Ergo valde iniustũ foret, pro delicto vnius mẽbri totũ corpus occidi. Sufficit enim membrũ quod peccauit, abscindi, & vita priuari: & nõ quod totum corpus occidatur: ne pœna delictum excedat. † Nonò, quia prohibitum est propter peccata, & delicta rumpere domum delinquentium & destruere, ne domorum destructione vrbs difformetur. In Authẽ. de mand. princ. §. oportet. coll. iij. quia tunc respublica cui satisfaciendum est, per talem punitionem potiùs læderetur, quàm ei satisfieret: quod nõ est ferẽdũ, vt quod fauore ipsius decretum est, in eius læsionem retorqueatur. l. quod fauore. C. de legib. Ergo pari, imò fortiori ratione, non debet homo delinquẽs, qui nedũ est vna domus, quinimò microcosmus, id est, minor mundus, destrui, Cùm plus sit destruere mundũ, quàm particularem domum: quia homo non solùm sibi, & parentibus natus est, sed reipubl. patriæ suæ, l. j. §. & genelariter. ff. de ventre in poss. mitten. Vnde respubl. ex tali punitione læderetur: cùm tamen satisfaciendũ & non detrahendum est delictorum punitione. † Decimò, certũ est hominem propter delictũ non posse puniri in facie. l. in metallũ. C. de pœnis. Nec etiã abscindi ei possent membra præsertim genitalia, vt castretur, & eunuchus fiat. l. j. de eunuchis. Nam secundum Damascenũ lib. ij. peccatũ cõmittitur per hoc quod recedit ab eo, quod est secũdum naturam, in id quod est contra naturam. Et secundum

cundū naturā est, ꝙ corpus hoīs integrū sit mēbris: cōtrà naturā autē est, ꝙ sit membris diminutū. Ergo
11 maius peccatū est ꝙ quis occidatur. † Vndecimò, humana iustitia regulari debet ex diuina: quia vt dictū est, oīs Dei actio est nostra instructio. Sed Ecclesiast. xv. dicitur: Deus reliquit hominē in manu cōsilij sui. Ergo videtur, quòd nō est aliquis peccator coercēd⁹ morte: imò nec vinculis, nec carcere saltē ꝑpetuo. l. incredibile. C. de pœn. Sed in suo libero arbitrio re-
12 linquendus, quandiu cū viuere Deo placuerit. † Duodecimò & vltimò facit, quia per aduentū Christi lege gratiæ fuerunt oīa veteris legis, nedū ceremonialia, sed etiā legalia, & iudicialia correcta & abolita, vt plenè habetur, & ibi Pan. in c. fi. de cōsuet. Ergo oēs pœnæ delictorū sunt extinctæ: maximè crudelis pœna mortis, & in diē iudicij delatæ, & Dei iudicio re-
13 seruatæ. † Ecōtrà autē, quòd licitū sit, imò expediens peccatores occidere, habetur Exodi xxij. Maleficos non patieris viuere. Et per os Psal. dictū est, In matutino interficiebā oēs peccatores terræ. Et Exo. xxxij. præcepit Moyses: Occidat vnusquisque fratrē suum, & amicū, & proximū suum, pro peccato vituli con-
14 flatilis. † Præterea homo ꝓpter peccatum cōparatur bestiis, iuxta illud Psal. homo cū in honore esset non intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Facit l. j. C. vbi sena. vel clarissimi. vbi reatus omnē honorē excludit. Et Prouerb. x. dicitur: Qui stultus est, seruiet sapienti. Ideo quāuis hominē occidere in suo honore, & dignitate manentē sit secūdū se malū, tamē hominē peccatorē occidere pōt
16 esse bonū, sicut occidere bestiā. Peior. n. est malus homo, q̄ bestia, & plus nocet, vt dicit Philo. v j. Ethi. & lib. j. Politico. Nec vlla maior æquitas in natura, quā hoīem exterminare eriminosum, q homo nō est, sed beluā, quæ se armat cōtra naturam, vt pulchrè dicit Bal. in c. super hoc. in fi. de renuntia. Pro quo est rex. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & clarior in l. probrū ff. de verb. sig. Quoniā vt dicit Sene. lib. j. de benefi. hominē nō faciūt vngues, neq; dentes terribiles: sed nudus natus est vt nulli videatur inimicus. Et Boeti. lib. iij. de cōsola. Inserta est, inquit, naturaliter mentibus hominum veri summíque boni cupiditas. Et lib. iiij. Et qui virtute deserta homo esse desinit, cùm in diuinam cōditionē trāsire nō possit, vertitur in beluā. Et Tullius li. ij. de Paradoxis: Tu, inquit, cùm tibi siue De⁹, siue mater (vt ita dicā) rerum omniū natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neq; diuinius, sic teipsum abiicies, atq; prosternes, vt nihil inter te, & quadrupedem putes interesse? Quid enim (dicit Valerius li. ix) vitiis fœdius? quid etiā damnosius? quibus virtus atteritur: victoriæ langueſcunt, sopita gloria in infamiā cōuertitur: animíque pariter, & corporis vires expugnātur. Cū igitur quilibet dicat hoīem se velle fore, cur per delicta facit homo, vt bestiæ cō-
15 paretur? † Nunquid Lycaonē Archadiæ regem aduenas & subditos deprædantem, ac deo Ioui de sanguinolenta cæde & rapina cibum offerentem, thalamo eius flamma consumpto rabidū fuisse transformatū in lupum fingit Ouidius j. Metamor. Pariter Io. Luxuriata in vaccam ilico cōuersa, eodē libro fingitur. Sic Nabuchodonosor Babyloniorum rex in beluam propter peccatum conuersus à catholicis legitur Danielis iiij. Sunt enim pecatores veluti pecora contra naturam agētes, sicut animalia bruta, vt in tanta morum peruersitate iam non sit homo, sed iners & insciа pecus: qui non est pessimus in Authentica de incestis nuptiis. §. j. coll. ij. secundum Ioan. Fab. in §. j. Instit. si quadru. paupe. fecis. dicatur. Subiungentem, sis ergo homo non bestia. Non te voluptas vnius horæ seruū faciat corporis tui rei vilissimæ. Et Prophe ta Psalm. xxxj. Nolite, inquit, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et sequitur: Multa flagella peccatoris, &c. Nec potest iudex maius bonū offerre Deo, quām occidēdo, vel aliter puniēdo criminosos, nec pinguior victima mactari potest, quàm homo iniquus, vt dicit Seneca in tragœdiis, secūdū Pau. de castr. in l. nemo deinceps. C. de episc. audien. pro quo facit tex. in c. nec is. §. illud. xv. quæst. j. Vnde olim in Gallia (Cæsare de bello Gallico lib. vj. Commenta referente) alia gratiora diis immortalibus nō arbitrabantur, quàm supplicia eorum, qui in latrocinio aut aliqua alia noxa erant deprehensi. Iudex enim qui malos percutit, in eo quod mali sunt, minister est Dei: vt dicit Barbatus ille Hieronymus super Ezechielem lib. iiij. Et super Ieremiam: homicidas, inquit, sacrilegos, venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Et super Isaiam dicit. Non est crudelis qui crudeles iugulat: sed crudelis ideo vocatur, quia crudelis patientibus esse videtur. Nam suspensus latro patibulo crudelem semper iudicem putat: quia pessimus quisque asperrimè rectorem patitur, vt dicitur in epistola ad Cæsarem senem de repub. contra illud Catonis:

Quod meritò pateris, patienter ferre memento.

De quo plenius. xxiij. quęstio. v. per totū. Ex quibus vtrinq; allegatis remanet quæstio nostra dubia. Pro
16 † cuius vera decisione dicendum est, quòd homo potest considerari dupliciter: vno modo secundum se. Et hoc modo considerando eum, non licet aliquem interficere: quia in quolibet etiā peccatore debemus amare naturam, quam Deus fecit tam nobilem, quæ
17 per occisionem corrumpitur. † Nobilitatem hanc & excellentiam naturæ humanæ ostendit Hermes Trimegistus sic dicens: Magnum miraculum est homo, & animal honorandum. Sic anima intellectiua in naturam Dei transit, quasi ipse Deus sit: hic per naturā animæ diis est coniunctus: hic dæmonum genus nouit, terram colit, elementis commiscetur: acumine mentis in mari profunda descendit, cœlum quod videtur altissimum animi sagacitate metitur, intentionem animi eius nulla caligo aeris confundit. Nec terræ densitas eius operationem impedit. Non aquæ profunditas aspectum eius obtundit. Vnde Papias: Homo, inquit, est animal rationale mortale, disciplinæq; sensus capax. qui ingenio valet, artibus pollet, & cogitione rerum, aut quod agere debet eligit, aut animaduersione, quod inutile sit contemnit. Videatis Archid. in cap. in ecclesiastico. xiij. quæst. ij. vbi de hominis nobilitate pulchra addit. Est pariter nobilis ratione artificis, & admiratione artificij. De quo Mercurius ille Trimegistus Moysi contemporaneus sapientissimus ad Tancium filium. Age, inquit, fili, & circunspice humani corporis opificium: cuius admiratione perdisce, quis tam pulchræ imaginis conditor? Quis oculorū pictor? Quis nares aureſq; tornauit? Quis labia distendit oris? Quis neruos tetendit atq; ligauit? Quis irrigauit venas? Quis ossa cōgesit solida? Quis carnē pellicula tenui circumeunte cōtexit? Quis digitos articulis discreuit? Quis fundamenta pedum extendit? Quis perforauit poros, atque meatus aperuit? Quis splenē coegit atque compressit? Quis Pyramidem impressit cordis figuram? Quis pulmoni sculpsit fistulas? Quis hæc honoranda, & alia corporis membra in propatulo esse voluit?

luit? Quis obscœna in obscuris ꝓrsus abdidit? cáq; ab aspectu cernẽtiũ voluit secreta iacere? Vide quot diuinæ artis opera in vna eadémq; materia demõstrãtur singuláque pulchra rectéque dimensa, ac in suis ꝓpriis officiis differẽtia. Quisnã singula finxit? Quis tam pulchræ imaginis opifex? An vet' ille Demogorgon? an feliciter Saturnus? Cretẽsísne Iupiter ista cõpegit? an Iuno? an Promethe⁹ ille Ouidianus ex luto effinxerit? Si secundũ rectę ratiõis dictamẽ respondeamus, id certè dixerimus ipsum inuisibilem Deum prouidentiã ipsam æternã, quæ Promethæi noíe designatur, non solùm hominẽ, sed & cũcta esse participantia, propria volũtate fecisse. Ex quo bonitas Dei clarè cognoscitur à creatura mundi. præsertim ab homine, quẽ omnes microcosmũ vocãt, i. minorẽ mũdũ: velut omni creaturę cõmunicantẽ, scilicet cũ plãtis vegetãdo, cũ brutis sentiẽdo, cũ cęteris essendo, & cũ Deo intellectus acumine intelligẽdo, & bonum à malo discernẽdo. l. j. ff. de iust. & iur. Quamobrẽ Ouid. lib. j. Metam. hominẽ mundũ meliorem appellauit, & à solo Deo creatum cognouit, dicens: Ille opifex, rerum, mundi melioris origo, &c. Id idẽ etiã Poeta in suis Geor. sentit ibi: cœlestíque; illi origo est. Facit gl.
18 in §. fi. Inst. de iur. nat. † Et præcipuũ habet inter cætera animalia homo, ꝙ licet omne animal ictum fulmine intererat, homo tamẽ nõ sempꝫ interit: imò percussus euadit sæpissimè. Anchisen. n. Troianũ fulmine afflatum fuisse legimus, cùm apud Verg. de se dicat: me diuũm pater, atque hominũ rex fulminis afflauit ventis, & contigit igni, &c. & tamen longo post tẽpore vixisse, & superstitem mansisse. De cuius fulguris duplici specie tractat Philos. li. iij. Meteoro. viij.
19 c. Super † quo additũ est, ꝙ de auibus nũquã fulmine percutitur Aquila, quæ ales Iouis armiger dicitur, vt eius fulmine non feriatur: de quadrupedibus etiam nunquã fulmine ferit vitul⁹, seu bos marinus. nec de ramis Laurus. Hinc legitur, Tyberius Cæsar Lauro coronari solitus. Et tẽtoria ex vitulorũ marinorũ pellibus composita subire, vt illorũ præsidio discrimine tutus esset tẽpore tonitruorũ & fulminũ, quæ supra modũ formidabat, vt refert Antoninus archiepisc. in
20 prima parte Historiali. tit. vj. & xxj. c. §. j. † Maximæ ergo nobilitatis in natura sua est homo, qui masculũ cõprehẽdit & fœminã: de quibus dicitur Ecclesiast. xvij. Creauit illis (scilicet Deus) scientiã spiritus: sensu impleuit cor illorũ, & mala, & bona ostendit illis. Posuit oculũ ipsorum super corda illorũ, ostendere illis magnalia operũ suorum, &c. Et Sapien. ij. Creauit Deus hominẽ inexterminabilẽ, & ad imaginem similitudinis suę fecit illum. l. si quis in metallum. C. de pœn. & l. iustissimè. ff. de ædil. edicto. Et Propheta Psal. viij. de homine ad Deum loquens: Minuisti, inquit, tũ paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & cõstituisti eum super opera manuum tuarũ. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, vniuersa pecora campi. Volucres cœli, & pisces maris qui perambulãt semitas maris. Vnde considerando hominem secundum suam tam excellentẽ naturam, non debemus eum pro toto mundo occidere, quãuis peccatorẽ: & ita verificari & intelligi debẽt authoritates & rationes pro parte negatiua suprà in princi. adductæ, & vt latius respondendo ad singula dicetur: quia quo ad hoc considerata eius natura, quę de se bona est, & cõsequẽter amãda, verificari potest quod s. allegatũ est, ꝙ Deus creauit hominẽ inexter
21 minabilẽ, & sic nõ occidendũ quomodocũque. † Secundo modo cõsideratur homo per cõparationẽ ad bonũ cõmune, quod per peccatum corrũpitur. Qua cõsideratione, sicut licitũ est occidere plãtas, & animalia bruta, inquantũ ordinãtur naturaliter ad bonũ vsum hoís, sicut imperfectũ ordinatur ad perfectum. Et oĩs pars ordinatur ad totũ, vt imperfectũ ad perfectũ: quia oĩs pars naturaliter est propter totũ. Ex quo videmus, ꝙ si saluti totius corporis expediat prę cisio alicuius mẽbri, vt quia est putridũ vel corrupti uum aliorũ mẽbrorum (vt j. dicã) certè laudabiliter, & salubriter abscinditur. Ita etiã si aliquis homo sit cõmunitati periculosus, scãdalosus, & corruptiuus ipsius propter aliquod peccatum, tũc laudabiliter & salubriter occidi põt, vt bonũ cõe cõseruetur: modicum enim fermẽti totã massam corrũpit, vt dicitur j. ad Corinth. v. Vnde eo tũc pœnas ob maleficia luiꝭ pati magna ratio suadet. l. si à reo. in fin. ff. de fideiuss. Cùm publicè interfit crimina puniri. l. ita vulnerat⁹. ff. ad l. Aqu. vt pœna vnius sit metus multorũ. l j. C. ad l. Iul. repet. Et ne per impunitatis audaciam fiant, qui nunquã fuerãt audaciores & nequiores. ca. vt famæ.
22 de sent. excõ. † Nec eos excusat influẽtia astrorũ cœlestiũ, quibus forsan dicerẽt se ad malum inclinatos: quũ scriptũ sit: Sapiens dominabitur astris. Nisi tãta esset influentia, quæ tolleret sensum intellectus, sicut in furioso & dementi, secundũ Bal. in c. j. vt lit. pend. Facit l. diuus. ff. de offi. præsi. vbi delictũ furiosi in furore perpetratũ nõ punitur: quia voluntate peccãdi caruit, & afflicto dãda non est afflictio: de delicto autem ante furorẽ cõmisso tenetur, & puniri potest ad minus pœna bonorũ. l. fin. §. & si quidẽ. C. de cura. furio. & l. tã demẽtis. C. de episc. audi. quod iudices debẽt summè aduertere. Vnde Augusti. de ciuita. Dei: Nõ est, inquit, innocẽtiæ. i. boni viri, parcẽdo sinere vt in malũ grauius incidatur. pertinet ergo ad innocentiæ officiũ, nõ solùm nemini malũ inferre: verũetiã cohibere à peccato, vel punire peccatũ, vt aut ipse qui prius odio habebatur, corrigatur, experimento, aut alij terreãtur exẽplo. Qui enim vitiis nutriẽdis parcit & fauet, peccatorẽ nutrit, & bonos inficit: quia impunitas aliquorũ plures alios morti tradit. Et exitio multos tradit, ꝙ liberat multorũ exitia cogitantẽ, & qui cũ supplicio addicit, oẽs saluos fecit. in auth. de mand. princ. §. homicidia. vbi gl. Subiungens idẽ Aug. lib. xix. de ciuit. Dei. c. xvij. circa fi. Per
23 tinet † ad innocẽtis etiã officiũ, nõ solùm nemini malum inferre: verumetiã cohibere à peccato, vel punire peccatũ, vt aut ipse, ꝙ plectitur, corrigatur experimẽto, aut alij terreãtur exẽplo. Mali profectò homines, vt inquit Bal. in l. Cassius. ff. de senato. expelli debẽt ab omni honore: quia seruiũt diabolo, & sunt sine cõscientia. Boni autem diligi debent, quia Deus eos diligit, & semper vincunt. Et maius bonum non potest in republica facere iudex: etiam pro bono delinquẽtium, quàm non punitionem dissimulare peccatorum, maximè in primordiis occurrẽdo, vt habetur secundi Machabeo. xj. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sentẽtia agere, sed statim
24 vltiones adhibere, magni beneficij est indiciũ. † quia omnis qui iustè iudicat, etiam si delinquentem occidat, dicitur cum eo facere misericordiam, in eo quòd inter flagella ad pœnitentiam eum inuitat, & à maioribus peccatis in futurum committẽdis prẽseruat: pro quibus fortè moriendo impœnitens æternaliter damnaretur. Et iudex puniendo criminosum peccato finem imponit, secundum gloss. in cap. omnis qui iustè. xlv. distinct. Et sic misericordiam cum eo facit, vt ibi dicitur, potius quàm si punitionem differret,

aut dissi-

BIU Cujas

aut dissimularet. Quæ enim illa iustitia inimica boni
tatis palpare criminosos, & vulnera eorũ vsque in diẽ
iudicij incurata seruare? c. si quis diaconus. eadẽ di-
stinctio. Et est, quod Catilina in ij. respõsione ad in-
uectiuã Ciceronis dicebat: Summa, inquit, est miseri
cordia, in parricidã subitum supplicium animaduer
tere: quia (vt dixi) peccatis suis finem imponit, & de
perpetratis satisfacit taliter, ꝙ si pœna est sufficiens
pro crimine cõmisso, prodest, vt delinquens in alio
seculo amplius non puniatur nec crucietur: cũ Deus
nõ iudicet bis in idipsum. Ideo non denegãtur ei sa-
cramenta ecclesiæ: imò nec sepultura solẽnis. xiij. q.
ij. c. fi. & in cle. j. de pœ. & remis. & clariùs in ca. quid
ergo. xxiij. q. v. secundũ Panor. in c. ex parte. de sepul.
25 † Sepulturæ tamẽ tradi nõ possunt sine permissu prin
cipis, cui est confiscatum cadauer. l. fin. ff. de cadaue.
punito. quod fuit in passione Christi obseruatũ, vbi
Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio petiit à Pilato,
qui tunc Ierosolymis vice principis fungebatur, cor-
pus Iesu pendens in cruce, vt habetur Matthæi xxvij.
26 † Nec pariter tradi potest medicis ad anatomiã fa-
ciendam. quod tamen Bar. reliquit cogitandũ in d. l.
fi. Et sic licet puniti per iustitiã perdãt omnia politi-
ca, quo ad honores, vitam, & bona, & tamen in foro
conscientiæ non perdunt diuina ad salutẽ animæ ne-
cessaria: imò posset in eis tanta & talis esse contritio,
ꝙ mors (vt dixi) in totum satisfaceret pro eis. Vnde
Hieronymus: Christus in paradisum de cruce latro-
nem tulit, & homicidij pœnã fecit martyriũ. de pœn.
dist. j. cap. importuna. Præterea ex impunitate maior
nasceretur peccandi licentia. Ob quod Plato dicere
solitus erat: Neminẽ prudentem punire, quia pecca-
tum est: sed ne peccetur in posterũ. Et iudex qui cri-
men repertũ non vindicat, tegere vt cõscius crimina
festinat, dicit tex. in l. ij. C de cõmer. & merc. Et totã
rempub. scandalizat, cuius principaliter interest, ꝙ
27 delicta puniãtur. † Et inde est, ꝙ licet bonus iudex
primò pacem tractare debeat inter litigãtes, & lites
pace terminare. c. studendũ. xc. dist. & c. j. de mutuis
peti. tamen vbi agitur criminaliter, ad pœnã delicti,
nõ debet nec potest partes ad pacẽ & concordiã in-
uitare, ne fiat præiudicium fisco, & bono reipublicę,
cui expedit peccata nocentiũ esse nota. l. eum qui no-
centem ff. de iniur. secundũ gl. in d. ca. studẽdum. quã
sequitur Io. de pla. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib.
xj. Ex quo cõsultissimè & sanctè ordinauit Carolus
v. Frãcorum rex sapiẽs appellatus, anno domini 1356.
tunc regnum in absentia regis Ioannis patris sui re-
gens, ꝙ in quibuscunque delictis iudices regij nemi-
nem recipiãt ad cõpositionem. Et id idem prohibuit
inferiorum dominorum regni sui iudicibus, sub pœ-
na perditionis iurisdictionis: sed ꝙ delinquentes pu-
niant secundũ qualitatẽ delicti. Non enim deliquit
bursa, sed persona, quæ puniri debet, vt pœna suos se
quatur authores. l. sancimus. C. de pœnis. Vnde tales
28 cõpositiones sunt absurdæ. † quod malè seruant do-
mini episcopi, & cæteri ecclesiæ prælati, qui omnia
delicta cõuertunt in pecuniã propter auaritiam. Et
quod vilius est post sententiã personæ cõdemnato-
riam capiũt pro crimine pecuniã. Et vt honestius fa-
ciant, & eorum pallient innatã auaritiã, & illã excu-
sent, vt plurimũ in sententia sibi reseruant potestatẽ
faciendi gratiã, & minuendi pœnã: quod an fieri pos-
sit, decidit Bald. post Gul. de Cug. in Auth. interdici-
mus. C. de epis. & cle. & in l. j. C. de calum. ꝙ nõ: quia
esset implicatio contrariorũ, vbi pœna imposita est à
lege taxata. Attamẽ de facto omnẽ eorũ iurisdictio-

nem spiritualẽ, & temporalẽ cõuertunt in pecuniam.
l. cõsulta diualia. C. de test. Sicq; restat pro maleficio
imponi posse etiã pœnã mortis, vt satisfiat reipubl.
29 cuius interest. † & cuius fauore capi potest asinus vel
equus, aut currus cuiuslibet de populo pro portãdo
malefactorem ad furcã cõdemnatum, secundũ Bart.
per illũ tex. in l. iubemus nullã. C. de sacros. eccl. Bal.
& Sali. in l. fi. ff. de pig. act. in quo beatus fuit Symon
Cyreneus, quẽ de villa venientẽ exeuntes milites in-
uenerunt, & angariauerunt vt tolleret crucem Iesu,
dum pro nostra redẽptione duceretur ad suppliciũ,
allegato Matth. xxvij. Quinimò constitui posset de
publico salariũ, & dari præmiũ ei, qui malefactorem
repererit, & iudici præsentauerit puniendũ. l. cùm na
uarchorũ. in fi. vbi Bar. & Ioã. de Plat. C. de nauicula.
30 lib. xj. † Nõ tamẽ posset iudex cogere quẽ ad suspen
dendum aut decapitandũ, vel aliter in persona execu
tandũ delinquentẽ, secundũ Bart. in d. l. fi. ff. de pign.
acti. quẽ sequitur Ioã. de Pla. C. ne quis liber inuitus
actum reipubl. gerere cogatur. l. fi. lib. xj. nisi esset vi-
lis persona, vt dicit Bal. in d. l fi. quem sequitur Chri
stopho. Porcus. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur.
Et maximè debẽt iudices occidere illos, qui enormia
cõmiserunt delicta, quorũ calamitate illachrymari
nõ debent. l. obseruandũ. ff de offi. præsi. Imò cõstan-
tes esse ad instar legũ, quæ appellãtur inexorabiles. l.
fi. C. de tabu. lib. x. contra quas nemini licet effunde-
re preces, quia sunt res surdæ & cõstãtes, quæ nõ mo
uentur precibus, quin cuilibet merenti dẽt præmia,
& demerenti supplicia, vt dicit Ioã. de Plat. in d. l. fi.
Ex quo græcus ille Solon putauit rempublicam dua-
bus rebus cõtineri, videlicet præmio & pœna: vt hinc
boni ad virtutes inuitentur, quia gloria maximè ad
virtutem concitantur, iuxta illud Ouidij,

-laudataq; virt⁹ Crescit, & immẽsũ gloria calcar habet.

Et mali ꝑ pœnã à flagitiis arceant, etiã pœna mortis
si debeatur. Iuxta illud Horatij in epist. ad Quintum.

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Quem gl. refert in d. l. j. ff. de iusti. & iure. Cùm enim
tales rempub. delinquẽdo scãdalizent, ac publicum
gaudium & lætitiam, quæ in pace consistit, turbẽt, vt
d. l. nemo deinceps. vbi Bald. in tertio notabili. C. de
epis. aud. in iudices nõ puniẽtes prouocat, & in po-
pulũ ira Dei, à quo punitione delictorũ venia separa
tur, & populi incolumitas procuratur. l. ꝓuinciarum
C. de feriis. Præsertim quãdo assueti delinquere pu-
niũtur, qui veloci executione à terra veniũt extirpã-
di. Nec gaudent venia paschali, vt d. l. nemo. Per quẽ
tex. dicit ibi Gul. de Cug. quẽ ibi sequitur Bal. ꝙ qui
31 geminat delictũ, sperare nõ debet veniam. † Adeo ꝙ
non valeret indultũ principis super cõdẽnatione se-
cunda, nisi fiat mẽtio de prima, quia censetur esse sur-
reptitiũ. Vnde qui semel gratiã habuit de vno homi-
cidio, vel alio delicto, deinde super secũdo vult gra-
tiam impetrare, debet in hac secũda facere mẽtionẽ
de prima, secundũ Gul. ibi. Et deinde refert Barba. in
c. super literis. de rescri. vidisse Bononiæ quẽdam de-
capitari, qui in secũda tacuerat primã gratiã. Idẽ Ias.
in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publ. Pro
quibus optimè facit tex. in c. ij. de fil. presbyte. lib. vj.
32 † Pariter statuta pœnã corporalẽ in pecuniariã cõuer
tẽtia, quæ de iure valẽt, secundũ Bar. in l. j. ff. vj. bono.
rapt. per tex. in §. pœna. Instit. de iniuriis. prouiso, ꝙ
pœnã pecuniariã imponant non paruã, nec contẽpti-
bilẽ, sed rationabiliter taxatam, ne detur occasio de-
linquẽdi, secundũ Bal. singulariter in §. iniuria. de pa-

BIU Cujas

ce iuramen. firman. nõ habẽt locũ in reiterante delictũ, secundũ Bar. ꝓ illũ tex. in l. omnes. C. de delatorib. & in l. j. C. de super exactio lib. x. & vtrobiq; per Io. de Pla. & Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. & Sali. in l. & si seuerior. C. ex ꝙb. cau. infa. irrog. Pro quibus optimè tex. in d. l. nemo. de epis. audi. vbi reiterãs delictũ non gaudet priuilegio illius legis. Et ita fuit seruatũ in ciuitate Caturci, per curiã Seneſcalli Caturcen. ſtante iudice maiore magiſtro Antonio Trupignõ meo legũ præceptore, anno domini 1500. In perſona cuiusdã Gul. Musard. armurarij, qui peccatũ adulterij reiterauerat, & iuxta ſtatutũ ciuitatis lx. ſolidos ſoluere offerebat, ꝙ audit' nõ fuit: imò nudus in camiſia per ciuitatẽ fuit ductus, ita ꝙ ſtatutum dãs illi optionem illarũ duarum pœnarum nõ potuit ei opitulari, vt cũ pecunia
33 liberarẽtur. † Similiter ſi quis delinqueret ſub ſpe & cõfidentia futuræ veniæ, quia fortè ſcit regẽ vel principẽ loci de proximo venturũ, qui cõſueuit ſaltẽ in ſuo primo aduentu omnia delicta remittere, & delinquentes captos liberare, vel ſciebat pacẽ inter principes de ꝓximo promulgandã: Cuius obtẽtu remittenda erant dãna, & delicta hincinde perpetrata: nõ cõprehenderetur talis ſub dicta generali abolitione, quia natura æquũ eſt eum nõ eſſe impunitũ, qui hac ſpe audacior factus eſt. l j. §. j. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit. Quod facit cõtra plures gentes armorũ guerræ Frãciæ, vt dicit Maſuerus tit. de priuil. in prin. & cõtra illos, qui delinquũt ſpe remiſſionis & abolitionis conſequendæ. Nã abolitio poſtea cõceſſa eis nõ prodeſt, niſi de hoc in ea mentionẽ fe-
34 cerint, & princeps eis remiſerit. † Cùm de qualibet qualitate delictũ aggrauante ſit mẽtio fienda in confeſſione ad fines obtinendæ veniæ, per tex. in d. l. j. §. j. quem Bar. ibi not. cõtra præfectũ vrbis Romæ, qui coronat imperatorem, & imperator de cõſuetudine antiqua ſatisfacit omnibus ſuis creditoribus. Vnde ſi præfectus aduẽtum proximum Imperatoris ſentiẽs audacior factus multa debita cõtraxerit ſub ſpe liberationis fiendæ à principe: certè à talibus debitis liberari nõ debet. Sic nec ille à pœna delicti vel à carcere qui ſciens principem vẽturum, cuius aduẽtu rei
35 liberãtur, deliquit: † vel ſi iam deliquerat, vt liberare tur, in carcere ſe poſuit. Et idem dicit cõtra eos qui ſub ſpe pacis fiendæ delinquũt, quia non cõſequun-
36 tur immunitatẽ. Facit c. relatũ, de ſent. excom. † vbi ſeruus atrociter percutiẽs clericũ ea intẽtione, vt vadat Romã pro abſolutione, & ſic ea occaſiõe liberetur à ſeruitute, & dominica poteſtate, nõ reportabit illã cõmoditatem, vt Romã ire teneatur: ſed ſub poteſtate domini remanẽs poterit ab epiſcopo abſolui in partibus. Ad hoc facit quod decidit Angel. in l. is
37 qui bonis. ff. de ceſſio. bonor. dicens, † ꝙ contrahens plurima debita ſub ſpe, ꝙ liberabitur cedendo bonis, nõ gaudebit priuilegio ceſſiõis bonorũ ſi de hoc
38 appareat. Quẽ ſequitur Fely. in c. fin. de teſti. † Et me audiẽte leges Toloſæ, vidi quendã decapitari, q ſub ſpe, & cõfidentia obtinẽdi gratiã à rege hominẽ occiderat, & de hoc ante delictũ ſe iactauerat, ꝙ eũ occideret, quia pro decem ſcutis gratiã haberet, in qua dictã iactationem & ſuã intentionem tacuerat, quæ tanquã ſurrepritia ei nõ profuit. Ex quibus omnibus clarè videtis, quantũ ſuadet bonũ publicũ, ꝙ delicta puniãtur in correctionem delinquentiũ, & exemplũ cæterorũ. Qua cõſideratione moti tãta cõtinẽtia olĩ vixerũt Romani, vt etiã minimos exceſſus punirent: qui vt dicitur in §. placuit. Inſti. de oblig. ex delicto. excuſari poterãt, & ſine ſcãdalo reipubl. diſſimulari, in quo eos ſummè Valer. cõmendat lib. viij. c. ij. tit. de priuatis iudiciis. Multus, inquit, ſermo eo etiã iudicio manauit, in quo quidã furti dãnatus eſt, qui equo, cuius vſus illi vſque Aritiã, à Roma decem millibus paſſuũ diſtãtem, cõmodatus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus eſſet. Quid aliud hoc loci, q̃ vere cundiã illius ſeculi laudemus, in quo tam minuti à pu
39 dore exceſſus puniebantur? Hæc ille. † Plus dico, ꝙ crimina etiã puniẽda ſunt, licet caſualiter bonus effectus reipub. ſequeretur, ſecundũ Pet. de Anch. in repe. c. j. de cõſti. vbi dicit, ꝙ ſi ingreſſus domũ alicui' de nocte ſcrinium furripuit, in quo erãt literæ proditionis ciuitatis aut regni: certè hoc patefacto non euitabit pœnã furti, cũ intentionem habuerit furandi. Vnde fortuna, quæ felix ciuitati fuit, nõ cõſideratur, ſed ſolus animus. Ideo ſi occidere volentẽ ꝓdere ciuitatẽ, nõ conſiderãs bonũ publicũ, ſed propriã paſſionem & vindictã, morte puniẽdus eſſem, ac ſi aliũ occidiſſem. ſecùs ſi intẽtio furãtis, aut occidẽtis eſſet, vt reipub. prodeſſet: vt fecit Cneus Flauius, qui librũ actionũ ſecretò ſubſtraxit, & pop. Rom. tradidit pro bono publico legendum. Ob quod tribunus plebis creatus eſt. l. ij. §. poſteà. ff. de ori. iur. quia nõ propter ſui lucrum, ſed vt publico prodeſſet hoc fecit. Videtis Fely. in c. j. vlt. col. verſi. & iſtũ tex. amplia. de præſump. quod eſt notãdum pro iudicibus, vt diligentes ſint ad extirpãdum malefactores, quos iura humana tãto fauore reipub. mota, nõ ſolùm pro ſuo proprio delicto, ſed etiam pro alieno, putà ſerui, vel ancillæ, vt ſaltem pro noxa eum perdat, punire voluerũt. Inſtit. de noxali. actio. per totum. Et quòd grauius eſt, ſi meum animal dãnum dederit cõtra naturã ſui generis, tenebor de pauperie. Inſtitu. ſi quadru. paupe. feciſ. dicatur. licet in bruto non cadat animus delin-
40 quendi. † Tamen quia aliqua culpa domino animalis imputatur, qui negligenter animal ſuum brutum cuſtodiuit, tenebitur de dãno ab animali illato: adeò ꝙ ſi canis meus comedit carnes tuas, tenebor actione vtili de pauperie, licet cõtra naturã ſuã canis non deliquerit, cũ ſatis ſit de natura canis comedere carnes: tamẽ tenebor, quia ſicut in actione legis Aquilię cõſideratur culpa hominis: ſic etiã in hac actiõe de pauperie culpa animalis conſideratur, talis videlicet quę cadere poteſt in eo. Ex quo dicit Io. Fab. in §. j. allegato titu. ſi quadru. paupe. feciſ. dicatur. ꝙ eo tunc tenebor, vbi canis meus fregit vas aut ciſtã, vbi erãt carnes: vel fortè terruit ferociter cuſtodẽ, vel fortè euertit ollam bullientẽ, vbi erant carnes: ſecùs, ſi canis reperit carnes ſine cuſtode in loco patenti: quia tũc nõ tenebor, propter culpã tuã in negligẽter cuſtodiẽdo carnes. Ecce quãtus zelus Romanorũ in puniẽdo delicta etiã nõ ſua. Sed maior in Francia iuſtitiæ zelus, ꝙ cùm eius generis copia deficeret, etiã ad innocẽtũ ſupplicia deos maiorũ punitiõe placare cupiẽtes deſcẽdebãt, vt Cæſar refert de bello Gallico lib. Cõmẽtariorũ. vj. malè tamẽ in hoc intelligentes rationẽ. l. ꝓuinciarũ præſides. C. de feriis. Cùm multo ſanctius ſit facinus nocẽtis impunitũ relinquere, quã innocẽ-
41 tẽ condẽnare. l. abſentẽ. ff. de pœnis. † Nõ enim debẽt iudices, quẽ ſciũt innocentẽ, falſis tamẽ teſtibus cõuictum dãnare: ſed diligẽtius teſtes examinare vt occaſionẽ inueniat liberandi eũ. Sicut fecit Daniel, Danielis. c. vlt. Si autẽ hoc facere non poſſet, debet eum ſuperiori relinquere iudicãdũ. Si autẽ hoc nõ poteſt, nõ peccat ſecundũ allegata ſententiam ferens: quia nõ eſt ipſe qui occidit innocentẽ, ſed illi qui eũ aſſe-

runt

runt nocentē. Minister autē iudicis innocentē cōdemnātis si sentētia intolerabilē errorem cōtineat, nō debet obedire: aliàs excusarētur qui martyres occiderūt. Si verò non cōtineat manifestā iniustitiam, nō peccat præceptū exequēdo, cū ei nō pertineat discutere superioris sententiā. Nec ipse occidit innocētē, sed iudex, cui ministeriū adhibet, secundum Tho. in secunda ij. quæst. lxiiij. artic. vj. & Doct. in l. illicitas. §. veritas rerum. ff. de offi. præsi. & in c. pastoralis. de offi. deleg. Si ergo pro peccatis alienis quis puniatur, multò magis pro suis, quæ propria malitia cōmisit, vel quibus obuiare potuit & debuit, sed nō fecit: quia nō videtur carere scrupulo societatis occultæ, quia manifesto facinori desinit obuiare. ca. sicut dignū. de homicidio. † Et maximè punienda sunt delicta, quæ in patria & regione frequentātur, quia multis grassantibus est opus exēplo. l. aut facta. ff. de pœnis. Imò tunc exaggerādæ sunt pœnæ, secundum Innoc. in c. j. de constit. vbi dicit ex tali causa transgrediēdas esse leges cōmunes, & celeriter pœnas inferēdas, nec aliquo modo differendas. l. cū reis. C. de pœ. ibi, velox pœna subducat. † Adeo q̄ ea die, qua sentētia criminalis lata est, mādatur executioni, nō expectato decēdio ad appellandū indulto, secūdum Bart. in l qui vltimo. in fi. ff. de pœn. & ita seruatur in presenti regno in quo siue sit in casu quo appellādo de iure nō admittitur, siue in quo admitteretur, semper sentētia absq; mora exequitur, si ab ea citò nō appelletur, per tex. in l. non tantū. ff. de appel. & l. addictos supplicio. C. de epis. audien. vbi dānatus ante decendiū ducebatur ad suppliciū. Quod patet, quia datur cuilibet facultas appellandi pro eo, & executionem impediēdi, quod non fieret, si tēpus appellandi foret elapsum. l. furti. §. j. ff. de his qui notātur infamia. Videatis gl. notabilē in c. cùm apud. xj. q. iij. quæ ponit casus, in quibus differtur executio criminalis. Vnde cum cuilibet de populo detur ad causam humanitatis libera facultas appellādi pro cōdemnato etiā inuito, vt d. l. nō tātùm. Et quia etiā punitio delictorū tēdit in exemplū multorū, in satisfactionē reipubl. per maleficiū scādalizatæ, † fienda est de die executio palā & publicè, & nō clā, aut de nocte, aliàs præsumeretur cōtra iudicē, quia qui malè agit, odit lucē, Ioānis iij. & c. cōsuluit. de offi. deleg. Tales enim qui ad suppliciū dicuntur, sequi solet populi multitudo maximè puerorū, qui vt à talibus caueant maleficiis, solent à parētibus verberari, secundum gl. in d. l. addictos. Super quo fuit summè reprehēsus tēpore Caroli sexti Francorū regis Præpositus Parisiensis, qui de nocte duos suspēderat in patibulo scholares. De quo Gaguinus lib. ix. c. iij. Quo, inquit, tēpore duos ex schola Parisiaca scholasticos propter cædē à se factam cū Gulielmus Tignonuillus Parisianus præses ad patibulū noctu appēsos strangulare iussisset, ne si segnius fecisset, homicidæ liberarentur, coactus est (schola apud iudices suā ignominiā persequēte) scholasticos patibulo depositos, osculo mortuis exhibito, & lecticæ impositos ecclesiæ restituere, aurigāte carnifice, qui equo insidens lineam instar sacerdotis vestem induerat. Eorum scholasticorū etiā nunc sepulchrū in porticu diui Maturini Parisiensis, cū epigrāmate visitur. Hęc ille. Vnde restat delicta esse per iudices punienda, etiā pœna mortis, si grauitas delicti hāc pœnā requirat. Tamē pronus esse nō debet Iudex ad occisionē delinquentiū: † cùm impositio pœnarum capitaliū debeat esse vltimū recti iudicis remediū. Debet enim primo cōgressu deuios ad viam reuocare & reducere, nunc minaciter terrendo, nunc verberando, nunc incarcerādo & cæteris leuioribus remediis: ita q̄ ad mortē properare nō debet, nisi cū alia remedia sunt cōsumpta, secundū Io. Fab. in l. j. C. de summa Tri. Qui etiā super titulo Institut. de publi. iudi. dicit Iustinianū hoc clarè demōnstrasse per situationē illius tituli in fine voluminis, docendo in hoc iuuenes, q̄ quādo erunt iudices impositio pœnarum capitaliū sit eis vltimū remedium. Et quia mors est venenū, quod vt plurimū reperitur in cauda extrema parte animalis. Ex quo iudiciū mortis esse debet vltima intētio iudicis. Nā æternū diuinæ iustitiæ, & propriū semper extitisse sacris memoratur in literis, † reuocare peccatores ad vitā via ac ordine triplici, vocibus præconū & vatum, id est, prędicatorū: largitate quoque benefica: flagello denique, si duo priora non corrigāt. Quod clarè etiā Vlpi. edixit in d. l. j. ff. de iusti. & iur. ibi, bonos nō solùm metu pœnarum, verùm præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes. Sic iudices debent subiectis paternam exhibere prouidentiam, in Auth. de manda. princ. §. festinabis. & dolere, ac inuiti trahi ad pœnas. Quod sentit Poëta, lib. vj. Aeneid.

Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem:
Parcere subiectis & debellare superbos.

Et pro documento iniunctū Cæsari imperiū adepto, In epistola ad Cæsarē senē de republica. Neque quisquam te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inducat, quib⁹ ciuitas vastatur magis, quā corrigitur. Sed vt prauas artes, malásq; libidines ab iuuentute prohibeas. Ea vera clemētia erit pacē cōcordia stabiliuisse. Neque barbaro ritu cædē cæde, & sanguinē sanguine expiandū. Ego cuncta imperia crudelia magis acerba, quàm diuturna arbitror. Hæc ibi, quia si glorientur in morte hominū, prout aliqui faciūt, homicidæ sunt. cap. miles. & c. cùm minister. xxiij. q. v. De isto iustitiæ tēperamēto in bono, & recto iudice requisito diuinè admodū loquitur magnus ille Gregorius in quarta parte, & lib. xx. moralium. Omnis, inquit, qui rectè iudicat, stateram in manu gestat. In vtro que penso iustitiā, & misericordiā portat. Sed per iustitiā peccati sententiā, per misericordiā peccati temperat pœnā. Vt iusto libramine quædā per æquitatē corrigat, quędam verò per misericordiam indulgeat. Qui Dei iustitiā oculis suis pręponit, semper timens & tremens in omni negotio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians cadat. Et vnde non iustificatur, inde protinus condēnetur: disciplina enim vel misericordia multùm destruitur, si vna sine altera teneatur. Vnde circa subiectos inesse debet iudicibus, & iustè cōsulens misericordia, & piè sæuiēs disciplina. Hinc est, q̄ semiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in stabulū ductus est (Lucæ x.) adhibetur vinū & oleū: vt per vinū mordeātur vulnera, & per oleum foueantur: quatenus vnusquisque qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Per vinū mundantur putrida, per oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cū seueritate, & faciendū quoddā ex vtroque tēperamentū, vt neq; multa asperitate exulcerētur subditi, neque nimia benignitate soluātur. Quod & illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis, virga simul & manna est: clarè demōstrans, q̄ vbi (sicut in iudice) est virga districtionis: sic & manna dulcedinis. Hoc etiā cognoscens rex regum, & eximius Prophetarum Dauid Psal. xxij. Virga, inquit, tua, & baculus tuus ipsa mę cōsolata sunt: quia virga à domino per

47 no percussus, fuit baculo sustentatus. † Sit ergo in iudice districtio iustitiæ, quæ feriat: sit & cõsolatio baculi, quæ sustẽtet. Sit itaq; amor, sed non emolliens. Sit & rigor, sed non exasperans. Sit zelus (scilicet iustitiæ) sed nõ immoderatè sęuiens. Sit pietas, sed nõ plus quàm expediat parcens. In regimine ergo debet vtrũque iudex miscere, vt nec disciplinæ desit miseri cordia, nec misericordiæ disciplina. Hæc ille. Et ad episcopum Cõstantinopolitanum idẽ ait. Quid autẽ de episcopis, qui verberibus tueri volunt canones dicam? bene fraternitas vestra nouit. Pastores enim sumus, non percussores. Vnde apostolus prædicator egregius: Argue, inquit, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. xl. dist. per totũ. O igitur iudices (inquit Iacobus) magni clemẽtiã vestris iudiciis assistricẽ facite. His indulgere aquiescatis, quorũ conditio vestra est, quibus etiã similes fieri potestis. Si vos sublimauit fortuna, naturã quæso propriã non negligatis. Mementote vos cupere Deum ꝓprium iudicẽ habere, &c. Hodie, proh dolor, curiosus quàm oportet sunt iudices delictorũ temerarij inquisitores: qui vtinã diuũ audirent Bernardum in Canticorum sermonibus: Caue, inquit, alienæ cõuersationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Etiam si perperã actũ quid deprehẽderis, nec sic iudices proximũ: magis autẽ excusa. Excusa intentionẽ si opus non potes: puta ignorãtiam, puta surreptionẽ, puta casum. Qui si omnẽ omnino dissimulationẽ rei certitudo recusat: suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temetipsum: vehemẽs fuit nimis tẽtatio. Quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem? Præterea cõsiderent iudices, ꝙ nemo fermè tã porrò inutilis est, qui aliquãtula bonitate nõ præstet. Neque quispiã tã maximæ & cõsummatæ virtutis, q̃ sine exceptione laudari possit ad vnguem. Vnde his præcipuè indulgendũ est, quibus adest syncera veniã petendo humilitas, iuxta illud Ouidij ad Cæsarem:

His precor exemplis tua nunc fortissime Cæsar,
Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo.
Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses?
Materiam veniæ sors tibi nostra dedit.
Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit, &c.

Quasi velit iustitiã sine misericordia nõ esse iustitiã, sed potius seueritatẽ. Vbi autẽ iustitia dulcore misericordiæ tẽperata suadet delicta punire, certè licet, imò oportet etiã inferre mortẽ cessante omni humana lenitate, & iracũdia, præsertim odio, & vindicta. Quæ iura etiã canonica, & ciuilia abhorrent in iudice. xj. q. iij. c. illa præpositorũ. vbi sic dicit: illa præpositorũ solicitudo vtilis est, illa est cautela laudabilis, in qua totũ ratio agit, & furor sibi nihil vẽdicat. Restringẽda sub ratione potestas est. Nec quid agendũ prius, q̃ cõcitata ad tranquillitatẽ mẽs redeat. Nam cõmotionis tẽpore iustũ putat omne quod fecerit. Et sequitur: Ita sæpe etiã innocẽtes ad crimen adducit: quia dũ iusto amplius irascimur, & volumus aliena coẽrcere peccata, grauiora cõmittimus. Ideo Apostolus ait: Nõ vos vindicãtes charissimi: sed date locum iræ: hoc est, declinemus eã, ne nos illa corripiat. Vnde dominus Iesus mittẽs ad euãgelizandũ discipulos, misit eos sine auro, sine argẽto, sine pecunia, sine virga, vt incẽtiua litis & instrumẽta eriperet vltionis. Et sequitur: Sũmopere præcauendũ est, ne rectores ecclesiæ, & qui publica, id est, secularia iudicia exercẽt, in dictãdis sententiis nullatenus lenitate, aut furore ducti sint præcipites: sed causis prius diligẽter ventilatis, cũ res q̃ ignorabatur, ad notitiã pleniter venerit, tũc diuina & humana lex resoluatur. Et tunc secundũ quod ibi constitutũ est, remota personarũ acceptione, diffinitiua proferatur sentẽtia. Hinc est, ꝙ Moyses querelas populi semper ad dominũ tabernaculũ ingressus referebat: & iuxta quod dñs imperabat, iudicia ꝓponebat: Nimirũ nos instruẽs, vt nõ ex corde nostro, sed ex prẽcepto diuino condẽnationis & iustificatiõis sententiã ꝓferamus, nõ sensu nostro, 48 sed ratione iuribus informata dictãte. † Meminerint obsecro iudices, quatuor modis humanũ iudiciũ peruerti: Timore, dũ metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate, dũ præmio alicuius animũ corrũpimus. Odio, dũ cõtra quẽlibet aduersariũ molimur. Amore, dũ amico vel propinquo cõtendimus præstare auxiliũ. Quã verò graue sit vel odio, vel amicitia, vel metu, vel munere, vel quolibet modo iudiciũ peruertere, Augustinus testatur dicẽs: Quicunq; aut cõsanguinitate, aut amicitia, seu hostili odio vel inimicitiis in iudicãdo ducitur, peruertit iudiciũ Christi, qui est iustitia: & fructũ illius vertit in dãnationis amaritudinẽ. Et idẽ si iudex pauperib⁹ miseretur, aut per imprudentiã malè iudicat, secundũ gl. in c. quatuor. cũ seq. alleg. xj. q. iij. Et maxin è ab his cauere debẽt iudices in præsenti regno Frãciæ, in quo ex generali cõsuetudine, & regia ordinatione procedũt in criminalib⁹ extraordinariè, vt j. dicetur. Quia cũ in talibus extraordinariis processibus secretè proceedatur per solũ iudicẽ cõtra reũ, aduocato ꝓcuratore & quocunq; alio instructore semotis: maius vertitur periculũ, & sic cautius agendũ. c. vbi maius periculũ. de elec. lib. vj. & l. j. ff. de carbo. edicto. Et super omnia cesset in eo omnis subitaneus motus, quẽ odiũ & iracũdia, & quæcunq; præcipitatio, & lenitas gignũt: ratione cuius nouerca iustitiæ meritò appellatur. Vnde fons eloquentiæ Cicero in sua oratione pridie quã in exiliũ iret: nemo, inquit, tam facinorosus inuentus est vita, vt nõ tã iudicum prius sentẽtiis cõuinceretur, quã suppliciis afficeretur, &c. quasi dicat, ꝙ iudex repentè & leuiter pœnas infligere non debet, nisi per sententiã diffinitiuã, quã prẽcedere habet plenissima causæ cognitio. l. iudices. vbi bona gl. C. de iudi. quia secundũ Ouidiũ in lib. sine tit. *Culpa nec ex facili, quamuis manifesta probatur.* Et Seneca ad Lucillum epist. xl. Nihil ordinatum est, quod præcipitatur & properat. Inde dicit tex. in l. fi. ff. de pœn.
49 † ꝙ pœna per iudicẽ simpliciter interloquendo indicta, nõ cẽsetur perpetua, sed tẽporalis, vita durãte iudicis interloquẽtis, secundum Inno. in c. quod translationẽ. de offi. lega. & Panor. in c. ex literis. de cõsti. secùs si diffinitiuè eam indixisset. l. j. C. de postul. Nec obstat tex. in c. iurgãtium. de re iudi. vbi iurgantium causas celeri sentẽtia diffiniri prẽcipitur. Et in d. l. cũ reis. C. de pœn. præcipitur reos veloci pœna subduci, quia hoc intelligitur, vbi constat sufficienter de crimine. Non enim tunc est differenda: imò accele-
50 randa sententia, & pœna inferenda. † Non moueri debet iudex impetu iræ vel alterius passionis: quia si impetu iræ abstractus iudex sæuire festinaret, admitteret magis scelus, quàm vindicaret, vt dicit Valer. lib. v. c. ix. tit. de Parentũ moderatione in liberos. Qui lib. iiij. titul. de Animi moderatione Architã Tarentinũ contra omnẽ iram animo moderatũ cõmendans sic dicit, Tarẽtinus Architas dum se Pythagoræ præceptis Metaponti penitus immergit, magno labore, longoq; tempore solidum opus doctrinæ amplexus,

post

postquã in patriã reuertitur, ac rura sua reuisere cœpit, animaduertit negligẽtia villici corrupta, & perdita. Intuẽnsq; malè meritũ, Sumpsissem inquit, à te supplicium, nisi tibi iratus essem. Maluit enim impunitũ dimittere, quàm propter irã grauius iusto punire. Hæc ille. Non ergo cõmotis animis debẽt iudices procedere, sed cũ animi moderatione iudicib⁹ summè necessaria, quæ mẽtes nostras impotentiæ, & temeritatis incursu ferri non patitur. Quò euenit, vt reprehẽsionis morsu sit vacua, & laudis quæstu sit opulentissima, dicit ibi Valer. Christũ enim imitari debent rectissimũ iudicẽ, de quo dictum erat Psal. xcv. Qui nõ commouebitur, iudicabit populos in æquitate. Et Psal. xcij. Etenim firmabit orbem terrę, qui nõ commouebitur. Nec obstat, q̃ in furore, & ira Deus peccatores corripit. Psal. vj. quia ibi loquitur de ira ex imperio rationis procedẽte, & iusto libramine iu 54 stitię, secundum quã potest etiam, imò debet moueri quilibet rectus iudex. Nam vt singulariter dicit Bal. per illum text. in l. moueor. C. si seruus exportandus 51 væneat. †animus iudicis rectè & iustè potest tripliciter moueri. Primò admiratiuè, cũ videt aliquod execrabile delictũ esse commissum, vt ibi est tex. & in l. fœdissimè. C. de capti. & postli. reuersis. Secũdò moueri potest primitiuè, cũ motus admiratione procedit cum feruore, & zelo iustitiæ ad puniendum tale delictũ. vt ibi fecit imperator. Qui etiã in l. cùm vir. C. de adult. iubet insurgere leges, armari iura gladio vltore. Et in Authẽ. de mand. prin. §. homicidia autẽ. col. iij. ibi, ita cũ vehemẽtia corrigere, &c. Et ibidem in §. festinabis ad iudicẽ. Talem, inquit, præbebis temetipsum omnibus publicè & priuatim, vt terribilis quidẽ sis delinquentibus, & indeuotis circa fiscalia, mãsuetissimus autẽ & mitis omnibus placidis & deuotis, paternã eis exhibẽs prouidentiã. Per quẽ text. dicit Bal. in §. iniuria. de pace iuramen. firman. v. col. versi. quæro vtrum semel tortus, &c. q̃ iudex terribilẽ vultũ ostendere debet contra delinquẽtes, & est licitus metus, vt cæteri terreantur & caueãt à delicto, aliàs autẽ cõtra bonos, & innocẽtes terribilis vultus iudicis & cuiuslibet potẽtis iustũ, & sic reparabilem induceret & causaret metũ ad rescindendũ actum sic timore expeditũ: quia talis metus est illicitus, secundum Io. And. in cap. quia propter. penu. col. de elect. quẽ sequitur Bal. in d. §. iniuria. & Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nunc. Tertiò moueri põt iudex præsumptiuè aliquid præsumendo secundum apparentiam, quam cogimur sequi, donec contrarium probetur, per tex. in d. l. moueor. qui hos 55 tres iustos iudicum motus notat ex imperio rationis procedẽtes, quib⁹ moueri debet & potest. Sed cõtra imperium rationis nullo modo debet iudex moueri 52 proprio, nec aliorum maximè populi impetu. †Et in hoc defecit Pilatus volens populo Iudæorũ ignauo Pontificũ, & Pharisæorũ inuidia ad furorẽ, & rabiem cõtra Christũ cõmoto placere, & satisfacere, ipsúmque placare: quem potius corripere debuit: & cogitare causam authoresq; seditionis. Et præterea, q̃ licet pœna delicti ritè imposita, vel imponenda possit ad furorem, & tumultũ populi aggrauari, secundum Io. Imo. in l. si quis post. in fi. ff. de testa. Et etiam accelerari, vt celerius imponatur, vbi aliter tumultus sedari nõ posset, nec scandalũ euitari. l. qui cædem. in fin. ff. ad leg. Corn. de sica. Tamen nunquã ad furorẽ, & tumultum est aliquis sine debita causæ cognitione occidendus. vt pulchrè deduxit Catilina ad inuectiuas Cice. in senatu cõtra eum factas, respõdens: Omneis, inquit, homines qui in maximis principatibus vitam agũt, aut qui de rebus publicis, aut priuatis cõsultãt, decet in primis animaduertere, ne cuiquam voluptati temerè assentiant, néve liberũ ingeniũ furore, aut iracundia pessundẽt. Sed vigilanter enitendũ est, vt durẽt inuictis animis, vt omiũ rationes æquè circũspiciant: nec in alterutrã partẽ declinent, donec luce clariores in apertũ deductæ, & satis peroratę videãtur. Difficile est enim commotis animis, & cõcitatis 53 ingeniis, verũ cuiquã p̃suadere, &c. †Quæ tamẽ p̃dicta Pilatus non fecit: qui nõ solùm pœnam accelerauit, sed Christũ innocentẽ interfecit ad clamorem populi, vt habetur Matth. xxvj. Videns autem, q̃ nihil p̃ficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus corã populo: Innocẽs, ait, ego sum à sanguine iusti huius, &c. Et tradidit eis illum, vt crucifigeretur. †Non aduertens in recto iudice debere essẽ duos sales. Videlicet sal scientiæ, aliàs est insipida: & sal securæ conscientiæ, aliàs est diabolica, vt pulchrè dicit Bal. in l. ij. circa fi. C. de sentẽ. ex breuiculo recitã. Nõ sic fecit Quintus Scæuola, q̃ cũ Sylla occupata vrbe senatum armatus coëgisset, vt Caius Marius, quã celerrimè hostis iudicaretur: Cuius volũtati nullis obuiã ire audentibus, solus Scæuola interrogatus de hac re sententiã dicere noluit: quinetiã truculentius sibi minitanti Syllæ: Licet, inquit, mihi agmina militũ, quibus curiã circũsedisti ostẽtes: licet mortẽ identidẽ miniteris, nunquã tamẽ efficies, vt propter exiguũ senilémque sanguinẽ meum, Marium, à quo vrbs, & Italia cõseruata est, hostẽ iudicẽ. Hæc Valer. lib. iij. c. viij. tit. de Constantia. Minus ergo debuit Pilatus Christũ innocentẽ ad clamorẽ populi, q̃ nõ vrbẽ solã, aut Italiã, sed vniuersum orbẽ redempturus, & saluaturus venerat, quem occidere non debebat ad clamorem populi (timore ductus) clamantis: Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris. Cum in hoc vanę voces populi non sunt audiendę per iudicem, nec admittendæ, l. decurionum, C. de pœ. quia plebs sępe clamoribus aut gratia vel pretio fortasis excitata moueri solet. c. si ergo, 8. q. 1. Vnde lex ciuilis nunquam fecit populum & multitudinem diffinitorẽ causarum. Nam prudentia, quæ requiritur in causarum decisione, & terminatione, est in paucis literatis, & solennib. viris: quum nihil sit honestum horum, quę tractat multitudo, dicit text. in auth. de refer. Et leuitatis ac pessimi erroris author semper est turba. Et sapiens ait Arist. 3. Rheto. Quantò maior populus, tantò minor intellectus: & sic in iudicãdo non sequendus, c. ad nostram, 55 de consue. †Licet enim populi voces sint tolerandę & audiendę, & admittendę in collaudando aliquem, l. j. C. de quæst. & mag. of. lib. xij. non tamẽ in puniendo: sed requiritur causæ cognitio, vt ibi dicitur, & in l. iustissimè, C. de of. rect. prouin. & d. l. decurionum, secũdum Io. de Pla. in d. l. j. quia etiam libertas, quæ pia causa est, seruo data ad rumorem populi est nulla. l. si priuatus, ff. qui & à quib. man. lib. non accip. qui tex. est not. Et minus teneret matrimonium sic contractum, in quo consensus non sufficit, nisi sit consensus liber, c. cùm locum, de spon. & l. Titia, ff. de verb. ob. Sicut nec electio est fienda ad vocẽ populi, c. Osius, de ele. vbi dicit Bal. quòd semper contra vulgũ sunt malæ præsumptiones: quia clamor semper impedit animũ, ne possit cernere verũ, neq; æquum, l. si cõstat, ff. de ap. & d. l. si priuatus: Nihil. n. rectè geritur, si cum clamore vincitur, l. fi. ff. de hęr. inst. Præterea qui placet populo, displicet Deo, cum populus docendus sit, & non sequendus, secundum eum. lxj. di. miramur. &

BIU Cujas

c.docẽdus est populus.lxij.dist.secũdũ gl.in dicto c. Osius. Nam scriptũ est Isaiæ xxxij. ꝙ erit opus iustitiæ pax,& cultus iustitię silentium. Vnde in concilio Toletano xj.dicitur,ꝙ cultũ suum iustitia perdit,qñ silentia iudiciorũ obstrepentiũ turbo confundit. v.q. iiij.c.in loco. Et Ioannes papa xxij. ciuitatis Caturci oriundus (vt in supplemento chronicorum habetur)
56 aliquando interrogatus:†Qui foret à veritate remotus? Respondit vulgi sententia,quæ quicquid laudat, vituperio dignũ est:quicquid cogitat,vanũ:quicquid loquitur,falsum:quod improbat, bonũ est. Et quod approbat malũ, ac quicquid extollit, infame. Quod Iudæi patenter ostenderunt: qui à Pilato interrogati Matth. xxvij. Quẽ vultis dimittã vobis, Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus? Responderunt Barrabã. Erat autẽ Barrabas latro, q homicidiũ fecerat in seditione,quẽ elegerũt,vt Christũ perderent innocentẽ. Vnde Sallustius in Catilinario: Semper,inquit,in ciuitate,quibus pro maiori parte opes nullę sunt,bonis inuident, malos extollunt. Vetera odere, noua exoptant. Odio suarum rerum mutare omnia studẽt. Turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniã egestas facile habetur sine damno,&c. Et idem in Iugurthino ait: Vulgus vti plerunque solet ingenio mobili,seditiosum atq; discordiosum, cupidũ nouarum rerũ:quieti & otio aduersum. Hæc ille. Ideo oratione ad Cæsarẽ senẽ de Republica dicitur, ꝙ multitudo vulgi more magis, quam iudicio post alius alium quasi prudentiorem sequuti. Et Seneca in prima Tragœdia: Vulgus infidũ bonis, fluctuq; magis mobile vulgus. Quod Iudæi clarè mõstrarunt, qui Christum curantẽ languidos, & suscitantẽ mortuos regẽ facere voluerũt,Io.vj. Et die passionis suæ alta voce clamauerunt: Tolle,tolle, crucifige eum : vt impleretur quod dicit Poëta libro.ij. Aeneid. *Scinditur incertum studia in cõtraria vulgus.* Ideo non sequenda imperitæ multitudinis simplex fides, quæ prona est semper ad scandala. Ob quod non ab re commendatur apud Valer. lib.v.titul.de gratis, Minutius equitum magister Romanus,qui impudẽtis vulgi errorẽ gratę mẽtis significatione correxit. Nõ licet enim populo interficere quenquã,vt respõderunt põtifices Iudæorũ eidẽ Pilato,dicẽtes: Nobis nõ licet interficere quenquam,Ioan.xviij. Quinimò nõ valeret cõsuetudo,ꝙ iudex teneretur iudicare secundum voces, & opiniones populi astãtis corã eo,vt d.c.ad nostrã. de cõsue. Cũ vt dixi,nõ sint omnes sapiẽtes, sed potius in maiori parte stulti,iuxta illud Ecclesiast.j. Stultorũ infi-
57 nitus est numerus. Et†stulti ac peruersi,vt plurimum credunt,& extimãt omnes esse sibi similes,secundum Tulliũ in suis paradoxis,dicentẽ: Stultorum sentẽtia est:omnes insaniunt. Et in Ecclesiast.vbi suprà,in via stultus ambulãs,cum ipse insipiens sit,omnes stultos æstimat. Ideo ne innocẽtes pro nocentibus puniantẽ, reprobatũ est ad clamorẽ populi aliquẽ esse damnãdum: quia dicit Poëta lib.j.Aeneid. Sæuítq; animis ignobile vulgus. Et vt dixi,multitudo vulgi more magis, quã iudicio post alius alium quasi prudentiorem sequuti,excedit. Sequũtur profectò omnes cõmoto-
58 rẽ suum.†Et inde est,ꝙ quando multitudo delinquit tẽperãda est per iudicẽ, & sæpe omittenda vindicta. c. sanè.de tempo.ordi.& in c.ea quæ. de simo.& in c. ex parte.de trãslactio.& vtrobique gl.& text.optimus in c.quoties.j.q.vij.& in c. dilectus. ij. vbi plenè Fely.desimo.Facit c.latores.de cle.excõ.ministran. vbi glo.declarat,quãdo dicatur multitudo. Facit bonus tex.ij.Reg.xviij.ibi, volens parcere multitudini &c. Vnde Valer. allegato lib.v. titul.de ingratis. Populi, inquit,mens in modũ subitæ tẽpestatis concitata, leui querela prosequãda est. Singulorum autẽ ingrata facta liberiore indignatione proscindenda sunt, quia potẽtes consilij, cùm vtrũq; ratione perpendere licet.scelus pietati prætulerũt.quasi dicat,ꝙ difficilius est multitudinẽ à delicto abstinere, quàm singulos: quia multitudo cõcitata, vt plurimũ à maiori parte quæ stultorũ est,vt dixi,nõ est potẽs consilij, quia vt tẽpestas citò mouetur, & plus more, quàm iudicio: ideo leui querela prosequenda est. Adeò ꝙ decidit Bal.in l.j.C.de seruis fugi. ꝙ vbi multitudo hominũ deliquit.soli caporales factionis, & criminis puniendi sunt pœna delicti perpetrati. Et dicuntur caporales principales delicti fautores,incitatores & conductores.l.in hoc iudicio.ff.de seruo corrup.Caporalis enim dicitur,qui caput, & principiũ est alicuius rei, vt dicit Ang.in Authẽ.de hæred. & fal.§.j.coll.j.per l.ij. §.si quis.ff. vi bon. rap. Nam dicitur princeps factionis,& tenetur pro tota familia: quod est notandũ. Et si cæteri puniãtur leuius, puniũtur pœna pecuniaria. Singuli verò quãdo delinquunt,sunt potentes cõsilij, & deliberatè perpendere possunt vtrunq;, sci licet bonũ & malum: quia ex seipsis mouẽtur. Vnde eis nõ ita faciliter parcitur, quotiens delinquẽdo sce lus pietati prætulerunt. Cũ quibus supradictis tempe ramẽtis arbitror & concludo iudices iustè posse delinquentes etiã pœna mortis naturalis punire. Non obstãtibus,xij.rationibus, & mediis suprà in contrariũ allegatis. Et primò non obstat, ꝙ Christus iudex iustus Matth. xiij. prohibuit extirpare zizaniam, qui sunt filij nequã, à quorũ eradicatione,id est, occisione,abstinendum mandauit. Nam respondetur, quòd hoc intelligitur quando non possunt occidi mali, quin simul occidantur boni. Vel quia latent cum bonis. Quod potuit etiam esse ratio,quare vniuersitati, & multitudini delinquenti parcitur,vt ꝛ.dixi. Ne boni & innocentes propter malos, inter quos sunt morati, puniantur, vel quia mali habent multos sequaces: ita quòd sine bonorũ periculo interfici non possent,vt dicit Aurelius August. contra Parmenianum. Ideo Dominus docet magis esse sinendum malos viuere, & vltionem reseruandam vsque ad extremum Dei iudicium,quàm quòd boni simul occidãtur. Vbi verò ex occisione malorum non imminet periculum bonis,sed magis tutela & salus:tũc licitè possunt,imò debent mali occidi. Non obstat,dum secundò arguebatur,quòd iustitia diuina nõ occidit peccatores,sed eos ad pœnitentiam reseruat, iuxta illud Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris,& c.quam iudices sequi tenentur. Nam respondetur,quòd Deus secundum ordinem suæ sapientiæ, quandoque statim peccatores occidit ad liberationem bonorum: quandoq; autem eis tempus pœnitendi concedit,secundum quòd ipse nouit suis electis expedire. Sic etiam humana iustitia hoc facit imitãdo pro posse diuinam. Illos enim,qui sunt in alios pernicioſi,occidit. Eos verò qui peccãt, aliis grauiter non nocẽtes, ad pœnitentiam reseruat. Vel aliter, Deus qui ab æterno omnia futura nouit,& singulorũ conscientias & intẽtiones,dissimulat quandoque etiam grauia delicta punire eorum, quos scit ad pœnitẽtiam venturos: quoniam ipse est cui patent intentiones,& secreta cordium. Quod secus est in aliis iudicibus. Ideo cum ratio differentiæ sit manifesta, potest hinc ad alias rationes colligi responsio.

Laus Christo Iesu Domino nostro.

GVL

BIU Cujas

GVLIELMI BENEDICTI
QVÆSTIO DE VENDITIONE, QVÆ
Lectoribus iuri vtrique addictis maximam adferet commoditatem.

Dominus de Monteferrando patriæ Burdegalẽsis, vendidit domino Bastardo de Cardona, locũ & terrã de Veyrines cum suis pertinẽtiis & dependẽtiis quibuscunque, pretio xxij. millium Francorũ Burdegalen. Sed post dictã venditionem reperitur, quòd idẽ de Monteferrando priùs vẽdiderat Ioanni de Montecucquo mercatori Burdegalæ, parochiã de Pessaco, quæ semper esse consueuerat de pertinẽtiis dictæ terræ de Veyrines, pretio xiij. centum Francorũ Burdegalensium. Cum pacto recobrij, cuius virtute dictus de Monteferrando dictam parochiam ilico post venditionem de Veyrines, recuperauit.

SVMMÆ.

1 *Venditio an solùm comprehendat ius, quod tunc quis habet in re. & nu. 4. 5. 6. 7. & 20.*
2 *Venditio secunda an comprehendat vendita prius. & numero 21.*
3 *Venditio rei non cõtinet ea, quæ sunt tunc à solo separata.*
8 *Vendens rem censetur totam integraliter vendere.*
9 *Socius vendens rem, censetur totam vendere, non partem suam.*
10 *Correlatiua debent à pari iudicari.*
11 *Dependentiarum appellatione quid veniat.*
12 *Possidere non propriè dicitur quis id quod arbitrio alterius sibi facilè potest auferri.*
13 *Rẽ habere dicitur, qui actionẽ habet ad eã recuperandã.*
14 *Alienata nõ censetur res durãte pacto de retrò vendẽdo.*
15 *Venditor dicens se non totum possidere, debet partes sigillatim declarare.*
16 *Emptio eum astringit, qui sciebat, etiam si cautum sit, ne teneretur.*
17 *Sciens vitium, etiam si protestetur, tenebitur, nisi rem specificauerit.*
18 *Vitium rei venditæ specificatum non sufficit, si cum aliis non veris misceatur.*
19 *Sciens & confusè loquens præsumitur dolosus.*
22 *Ruta & caſa nõ veniunt in ædificij, aut fundi vẽditione.*

QVærebatur, An dicta parochia venire debeat in venditione de Veyrines, & tradi dicto Bastardo velut de pertinẽtiis loci de Veyrines existens, vel an remanere debeat penes dictum de Monteferrando venditorem, velut tempore venditionis de Veyrines de eius pertinentiis non existens, cùm vendita tunc foret, & à loco de Veyrines separata. Fuit in curia opinionum diuersitas, quæ olim etiam fuerat Tullio referente lib. iij. de officiis. c. viij. inter Diogenem Stoica ratione motum, & Antipatrum hominum consuetudine, & iure ciuili suffultum. Aliquibus firmiter tenentibus dictam parochiam tempore vẽditionis de Veyrines iampridem alienatam, non venisse in dicta venditione, & sic dicto Bastardo non pertinere: sed penes venditorem, qui postea illã recuperauit, remanere debere. Primò, quia †quicunque alienãs censetur in dubio alienare ius duntaxat, quod habet in re quam alienat: & nihil aliud velle dicitur alienare. l. ad res donatas. ff. de ædil. edic. & l. serui electione. §. Labeo. & §. fi. & l. si domus. §. fin. ff. de leg. j. l. si ita legatum. ff. de aur. & arg. & l. vxor patrui. C. de leg. Secundò, quotiens quis diuerso tẽpore duobus concedit, †nunquam in secunda concessione venit, nec cõprehenditur quod fuerat translatũ in prima. c. cùm ordinẽ. de rescr. & c. veniens. de præscri. Præsertim vbi in prima concessione versabatur particula seu spẽs aliqua: & in secunda cõcedebatur totum. Quo casu succedit regula volens, generi per speciẽ derogari. l. vxorem. §. codicillis. ff. de legat. iij. Tertiò, certum est †in venditione alicuius rei nõ venire, quæ iam fuerant à solo separata tempore vẽditionis. Et inde est, ꝙ ruta non veniunt, quia fundi nõ sunt. l. in vendendo. §. fi. ff. de contrah. empt. Nec in venditione syluæ venit glãs quæ antè ceciderat. l. cũ manu sata. §. fi. ff. eo. Quartò, †tex. habemus valde clarum in l. qui tabernas. ff. de contrah. empt. qui casum nostrũ punctualiter decidere videtur: vbi vendens rẽ cuius proprietas alteri pertinet, nõ dicitur proprietatẽ vendere, nec solũ. sed solũ ius quod habet, scilicet superficiem. Quintò, †habemus tex. illo eod. tit. l. Rutilia polla, vbi vendens rem, cẽsetur eam vendere prout est tẽpore venditionis, & nõ vt ante fuerat, aut ex post fuit. Sextò, †videtur de hoc esse casus apertus in l. ij. §. in hæreditate vendita. ff. de hær. vel acti. vendi. vbi in vẽditione venit omne id solũ quod tempore venditionis peruenit. Et sic cum tempore venditionis dicti loci de Veyrines, dicta parochia de Pessaco non esset de suis pertinentiis, cùm prius anno elapso fuisset alienata, nec fuit per dictum venditorem, donec quarta die post venditionem de Veyrines recuperata, videbatur dictam parochiam in dicta venditione non veniſſe.

Septimò, † & maximè viso instrumento venditionis de Veyrines, in quo expresè cautum reperitur, quòd dictus de Monteferrãdo venditor dictum locum de Veyrines vẽdidit eo modo, quo ipsum tenebat, & possidebat. Or tempore venditionis non tenebat, neque possidebat dictam parochiam, imò illã tenebat præfatus de Mõtecucquo mercator. Igitur, & c. quia oẽs cõtractus ex cõuentione legẽ accipiunt. l. j. ff. de positi. Iũcto, ꝙ emptor in culpa fuit, cur de viribus rei non se informauit, ideo damnum quod sua culpa sentit, sibi imputabimus. c. damnum. de reg. iur. lib. vj.

Sed in contrarium, ꝙ imò dictam parochiam de Pessaco, & cætera alia per prius alienata dictus de Monteferrando venditor vendidisse dicatur, vt de illa, & aliis præuẽditis dicto Bastardo teneatur, sequẽtibus probatur mediis. Primò, quia †vendens rem, nedum vendere censetur ius quod habet: quinimò totam rem integraliter vẽdidisse dicitur, secundũ Cyn. & Bald. in l. j. C. si pignus pig. datum sit. circa fin. & in l. ij. C. de remiſ. pig. & in l. si quis emptionis. §. ij. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. quos sequitur Alexan. in dicta l. si domus. §. fi. ff. de lega. j. Secundò, †facit quod decidit Bal. in l. j. C. qui testa. facere nõ possũt. dicens, ꝙ vendens aliquam rem si in ea sociũ habeat, videtur rem totã vendidisse, si emptor eã esse cõmunẽ ignorabat. Tertio, ꝙ dictus venditor teneat de parochia de Pessaco, vt dicatur eã dicto Bastardo vẽdisse,

BIU Cujas

dixe, patet argumẽto ſumpto à correlatiuis † quæ à pari debent iudicari. l.j. C. de cupreſ. lib. x. Cùm ſecũdum Philoſophum in vj. Topicorũ in diffinitione vnius correlatiui, ſemper poni debeat reliquum. Quia ſi emptor pretiũ ſolueret venditori in petiis auri anteà diminutis, non recti ſeu integri ponderis, non liberaretur: imò ſupplere teneretur quod diminutum de iuſto & recto põdere eſſet. l. elegãter. §. qui repro bos. ff. de pig. act. Cùm ſolui nõ videatur quod deterius ſoluitur aut defectuoſum. Ergo pariter tenebitur venditor, nec liberatur rem tradendo diminutã. Quartò, maximè in caſu noſtro, vbi vẽditor terrã de
11 Veyrines nedum ſimpliciter vendidit, ſed omne † id quod ab ea depẽdebat integraliter, vt dicũt verba inſtrumenti. Vnde poſtquã omne id quod depẽdebat, integraliter vẽdidit, de dicta parochia prealienata teneẽ, quæ ſolita fuerat à dicta terra depẽdere, & de ptinentiis eſſe: Cũ appellatiõe pertinentiarũ, & depẽdentiarũ veniãt omnia, q̃ dependere & pertinere cõſueuerunt, ſecundũ Inno. & Panor. in c. cum ad ſedẽ. de reſti. ſpolia. Quintò, etiã quãtuncunque venditor dixerit, ꝙ vendebat terrã de Veyrines, vt eã tunc tenebat & poſsidebat, licet eo tunc dictã parochiã de Peſſaco nõ teneret nec poſſideret actualiter ſeu realiter, tamen ſatis eã tenere videbatur & poſſidere, vt in generali venditione de Veyrines cõprehenſa dicatur, & incluſa: Attẽto quòd alienata fuerat dicto de Mõtecucquo mercatori, cũ pacto recobrij: ita ꝙ in poteſtate erat venditoris reddendo pretiũ, illã recuperare in momento. l.ij. C. de pact. inter emp. & vẽdi.
12 conuen. † Vnde nõ videbatur dictus de Montecucquo dictã parochiã poſſidere, nec in bonis ſuis habere, quæ ab eo poterat auferri, & auocari. l. nõ videtur. ff. de acqui. poſ. vbi dicitur, ꝙ nõ videtur ille poſſeſſionem adeptus, qui ita nactus eſt, vt eã retinere non poſſit. Per quod datur intelligi, ꝙ dictus vẽditor dictam parochiã ſatis dicebatur poſſidere, & nõ dictus de Montecucquo. Sextò, hoc iuſtificatur, viſo ꝙ dictus venditor actionem habebat ex pacto recobrij efficacem ad recuperandum dictã parochiã de Peſ-
13 ſaco, † quã ex hoc habere adhuc dicebatur in bonis ſuis, per tex. in l. rem in bonis noſtris. ff. de acqui. rer. domin. vbi dicitur: rem in bonis noſtris intelligimur habere, quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandã eam actionem habemus. gl. dicit rem ſcilicet corporalem. Facit tex. in l. qui actionem. ff. de reg. iur. Et rem habere videtur, qui actionem habet realem ſiue perſonalem ad rem recuperãdam, ſecundũ gl. ibi. Septimò facit, quia vt in inſtrumento dictæ venditionis de Veyrines cauetur, præfatus venditor nõ ſolũ dictũ locũ de Veyrines vẽdidit, ſed omnem eius cauſam, & actionem ſibi cõpetentẽ. Vnde dicta parochia, quæ eſt fructus & effectus actionis ad eam recuperandã cõpetentis, vendita videtur. Octauò facit, quod elegãter decidit Ioan. Fab. in §. j. Inſti. de emp. & ven. vbi dicit, ꝙ ſtãte conſuetudine, ꝙ proximior linagerius poſſit rem venditã pro pretio habere, & ab extraneo emptore recuperare: Eam petere non poterit, ſi alienata fuerint cũ pacto recobrij, quãdiu terminus recuperãdi durauit. Et alia ra-
14 tio nõ eſt, niſi ꝙ † res nõ cẽſetur alienata, quãdiu per venditorem recuperari poteſt. Quod etiã tenuit dominus Giraldus de Sabauaco doctor Toloſanus in repetitione. l. dudum. C. de contrah. empt. Et ſic dictus venditor, cùm tempore vẽditionis de Veyrines, ius recuperandi parochiam de Peſſaco haberet: quaſi termino recobrij adhuc durante, ſatis dicebatur eã in bonis habere & poſsidere, vt in vẽditione de Veyrines cõprehendantur. Nonò, etiam ſi dicta parochia ſine ſpe recuperandi fuiſſet alienata, in dicta venditione de Veyrines cõprehenderetur, vt dictus venditor ad intereſſe teneatur, ſaltem ad pretium ſeu valorẽ quod de dicta parochia habuiſſet, vt l. ij. §. ſed & ſi quid æris alieni. verſi. ſed & rerũ ante venditionem. ff. de hæred. vel actio. vendi. vbi expreſſè deciditur, ꝙ venditor tenetur ſaltem ad pretiũ de particularibus rebus antea alienatis: putà donatis. facit l. venditor. §. nominis. eod. tit. Decimò facit, quia quãtuncunque venditor dixit vendere ſolũ, & duntaxat quod tunc tenebat & poſſidebat tẽpore venditionis: tamen nõ obſtantibus dictis verbis tenebitur de dicta parochia de Peſſaco, quã prius alienauerat, poſito ꝙ ſine pacto recobrij eam alienaſſet, per tex. not. in l. cùm in lege venditionis. ff. de contrah. empti. vbi ſi quis domum vendens dixerit flumina & ſtillicidia, vti nunc ſunt ita ſint: nec aliter fuerint dicta verba generalia per venditorem declarata: id accipitur quod venditori nocet. Ideo ſecundum Bar. ibi intelligitur de fluminibus & ſtillicidiis dominantibus, & nõ de ſeruientibus, quaſi dicat, ꝙ illa verba intelliguntur de ſeruitutibus dominantibus acquiſitis in augmentũ domus, & non de ſeruientibus per venditorem alienatis in domus venditæ detrimentum & diminutionem, pro quibus venditor tenebitur emptori, non obſtantibus dictis verbis. Facit tex. in l. fin. §. fin. eod. tit. ibi, dum dicit: Quo iure, quáque conditione ea prædia hodie ſunt, ita væneunt, &c. † Vndecimò facit text. caſum noſtrũ punctualiter decidens in l. quæro. ff. de actio. empt. vbi ſi venditor fundum vendidit, ea lege, vt id venundatum videatur quod poſſidebat: Sciens tamẽ ſe aliquã partem non poſſidere, non certiorauit emptorẽ, certè tenetur, quia illã clauſula generalis, ſcilicet quòd ſolùm vẽdebat quod poſſidebat, pertinere nõ debet ad ea quæ ſpecialiter nouit qui vendidit, nec ſpecialiter excepit. Imò ſi venditor diceret ſe nõ totum poſſidere, tenebitur, niſi declarauit ſigillatim & ſpecialiter ea quæ non poſſidebat, vt ibi eſt tex. ſolennis. Nec alioquin emptor capiatur, qui fortaſſe ſi hoc cognouiſſet, vel empturus non eſſet, vel minoris emeret, vt ibi. Duodecimò facit, quia licet tex. ibi in principio vti videatur verbo præteriti temporis, vt quia venditor dicebat, quòd venundatum videatur quod poſſedit: tamen idem tex. in ea. l. verſ. cùm hoc & apud veteres. Idem decidit, ſi venditor vſus fuerit verbis præſentis temporis: putà dicendo: ſeruitutes ſi quæ debentur, debebũtur: nam intelligitur de ſeruitutibus dominantibus per venditorem acquiſitis in augmentum fundi, & non de ſeruientibus per eũ vẽditis in fundi nunc venditi diminutionem, quia hæc generalis exceptio ab eo ſcilicet vẽditore emanata, non ad ea pertinere debet, quæ ipſe nouit, quæ ſpecialiter excipere potuit, & debuit, ſed ad ea quæ ignorauit, & de quibus emptorẽ certiorari nequiuit. ad quod facit text. notabilis in l. j. §. venditor. ff. illo eodem titulo. Decimotertiò facit text. not. in l. tenetur. §. finali. ff. eodem titulo de action. empti. vbi plus deciditur, quòd ſi noſter venditor vltra illa verba generalia dixiſſet, & expreſſè conueniſſet, quòd non teneretur de euictione, niſi ſolùm de his quæ tẽpore venditionis tenebat & poſſidebat: tamen adhuc tenebitur de his quæ antea diſtraxerat & diminuerat, niſi ſpecialiter dixiſſet, ꝙ nõ teneretur de dicta paro
16 chia de Peſſaco, aut cæteris ab eo præalienatis. † Vnde dicit ibi Bar. per illũ tex. ꝙ pactũ, ne quis de eui

ction-

BIU Cujas

ctione teneatur, non prodest ei qui causam sciuit, ex
17 quia res euinceretur & tacnit. † Pariter dixit ibi Bal. ℘ venditores, qui adiiciũt, ℘ de euictione teneri nolunt de quocunque vitio aut deterioratone, nõ excusantur ab vllo, imò tenebũtur: non obstante illa protestatione, si illa sciebant tẽpore venditionis. Similiter creditor si cedendo iura dicet nolle teneri ad faciedũ bonũ ius cessum: Nihilominus tenebit, si sciebat se ius non habere. Idem secundum Bart. ibi, si vẽditor sciebat seruitutẽ deberi quãuis dixerit se nolle de seruitute teneri, quia nõ proderit ei, nisi seruitutẽ specificauerit. Decimoquartò facit quod singulariter decidit Spec. tit. de emptio. & ven. §. nũc dicendũ.
18 versi. quid si vendens equum. vbi plus dicit, † ℘ etiam tenebitur vẽditor de vitio & defectu rei vẽditæ specificato & declarato emptori, si in declarando illud vitium, alia adiunxerit vitia non vera, & patenter falsa: putà vendendo equũ in spatula patientẽ, nõ patẽter nisi post fatigationẽ dixit, equus iste effossa habet lumina, est lunaticus, patiẽs in spatula, & recalcitrosus: & sic inter multa expressit vitiũ spatulæ: certè tenebitur de illo vitio spatulæ expresso, postquam alia insidiosè expressit non vera. Allegat tex. notabilem in l. ea quæ cõmendãdi causa. §. fi. ff. de contta. empt. & vend. & similiter Ang. in §. actionum autem. Insti. de actio. Decimoquintò & vltimò præmissa esse vera demonstratur per rationem que in iure reperitur multiplex. Prima, quia per tales clausulas generales vbi venditor sciebat vitium, præsumitur dolus in eo, postquã sciebat, & non reuelauit. Eo enim ipso præsumitur illa verba protulisse ad decipiẽdum emptorem, vt non aduerteret de vitiis rei quæ vendebatur. Et talis est præsumptio iuris, per tex. in d. l. quæro. ff. de act. empt. Qui enim specificare potest, & nõ facit, sed obscurè loquitur, certè præsumitur insidiosè & causa fallẽdi emptorẽ, ita generaliter dixisse, vt dicta l. ea quę cõmendandi. §. fin. ff. de cõtrahẽ. empt. Ideo dicit Bar. in d. l. quæro. Nota hãc legẽ quod vẽditor vtẽdo dicta clausula generali, scilicet, vẽdo rem vt eã possideo & teneo, aut simili, videtur hoc facere causa circũueniendi emptorẽ, eo ipso quòd scit defectũ rei de qua venditio fit: vt ibi clarè demõstrat Pau. de Cast per illum tex. quia secundum Bal. ibi, exceptio cauillosa & obscura non patrocinatur excipiẽti. Nã qui aliquid scit debet clarè & specificè loqui, nõ sub verbis generalibus & confusis: sed in ignorante tolleratur generalitas, cũ nõ possit quis specificare quod nescit. Postquã ergo ex verborum generalitate præsumitur dolus in venditore sciente, & non specificã-
19 te, tenebitur, ex empto tãquã dolosus. † Nam eo ipso ℘ ipse sciebat, & confusè loquutus est, probatur dolus suus præsumptione iuris, cui statur, nisi cõtrariũ per vẽditorẽ probaretur. arg. l. siue possideris. C. de probat. quia iustum est eum puniri propter dolosam mentem & absconditam machinationem, cùm non emptori manifestauerit quod ipse sciebat, dicit text. in l. fi. C. ce litigio. Secunda ratio est, quia illa verba generalia, vendo sicut possideo, habent varium intellectum. Nam intelligi possunt, ℘ venditor locum de Veyrines vendebat, prout eũ tenebat & possidebat, scilicet cũ omnib⁹ per eũ acquisitis, & sic possũt capi illa verba includendo per eũ acquisita, si quę erãt. Pariter intelligi poterãt excludendo à vẽditione omnia illa quæ prius alienauerat, quia illa nõ tenebat. Vnde cùm dicta verba sint generalia & cõfusa, quia si capiãtur includendo, concernunt commodum emptoris: si autẽ excludendo, commodũ respiciunt venditoris. semper interpretabuntur contra vẽditorem in fauorem emptoris: vt scilicet exclusionem non importent prælienatorum, per tex. in l. veteribus. ff. de pact. & l. Labeo. la premiere. ff. de cõtrahẽ. emp. Et ratio huius rationis est, quia ei soli imputãdum est, qui apertè loqui potuit & debuit, & nõ fecit. Or in casu nostro solus venditor declarare poterat dictã parochiã fuisse venditã, cùm ipse hoc sciret, tãquam ille qui eã vendiderat, & sic de facto suo ignorantiam prætendere non poterat. l. fi. ff. pro suo. Si ergo nõ fecerit, ei imputabitur per dicta iura. prętereà ipse erat qui exprimẽdo dicta verba generalia loquebatur. Or indubitatũ est, quòd ad loquẽtem pertineat verba sua declarare, al âs ei imputabitur, & cõtra eum interpretabũtur l. si in emptione. §. j. ff. de cõtrah. emptio. Imò est vnũ mirabile in casu nostro, ℘ in odium vẽditoris rei vitium sciẽtis & defectum, licet prędicta verba generalia ab emptore dictã parochiã alienatã ignorante fuissent prolata, qui dixisset, Ego emo Veyrines prout eam de præsenti tenes & possides: certè adhuc interpretarentur cõtra venditorem sciẽtem dictam parochiã alienatam, aut aliud vitium in re, per text. singularem in dicta l. quæro. ver. cùm hoc & apud veteres sit relatum in eius persona, qui sic acceperat, seruitutes, si quæ debentur debẽbuntur &c. Nam intelligitur de seruitutibus dominantibus, & non seruientibus, quas venditor sciebat fundum qui vendebatur, debere fundo vicini. Tertia ratio principalis huius decisionis est: quia per dictã generalem exceptionem vẽditor noster probare satagit, ℘ dictam parochiam de Pessaco exceperit, quã tunc non possidebat. Cùm ergo illa exceptio sit generalis, obscura, & confusa, verba illa sunt ambigua, semper talis probatio interpretabitur cõtra probantem qui ea vtitur, per tex. in c. in præsentia. vbi glo. & Panor. de ꝓba. & Bar. in l. inter stipulantẽ. §. si Stichũ. ff. de verbo. obli. vbi verba tam instrumentorũ quàm testium productorum obscura & ambigua interpretantur cõtra producentẽ, id est, contra illũ qui vtitur tali probatione, vt scilicet non probet secundũ quod intẽdit. Si ergo quo ad vim probatiuã verba testium interpretantur contra illum qui vtitur probatione, quanto magis interpretari debẽt contra se verba sua propria, quæ non declarauit, cùm posset? postremò est vnum peremptorium, quia etiam posito ℘ verba de quibus agitur, interpretarẽtur exceptiuè & excludiuè, prout vẽditor prætẽdebat intelligere, & illa accipere, vt scilicet à venditione de Veyrines dictam parochiã & quædã alia per ipsum prælienata excluderet: tñ quia illa exceptio seu exclusio adhuc esset multipliter intelligibilis, videlicet ℘ exciperet quecũq; prælienata quantumcũque grauia, vel solũ excluderet quædã modica de quibus emptor parũ curasset: certè illa exceptio interpretaretur cõtra vẽditorẽ, vt scilicet cẽseatur tantũ à dicta venditione excluisse aliquod modicũ, de quo per emptorẽ discretũ non esset curandũ. l. si debitori. ff. de iu. & nõ dictã parochiã de Pessaco valẽtẽ in reditu annuo vltra cẽtũ libras. Vnde his rationib. & aliis plurib. dictã clausulã generalẽ atq; captiosã interpretatio prudentũ fregit, vt verbis vtar. Iurecõsulti in l. cũ Aquiliana. ff. de trãsact. ita ℘ per arrestũ curiæ parlamẽti Burdegalæ dicta terra de Veyrines fuit adiudicata dicto bastardo de Cardona emptori, cõprehensa dicta parochia de Pessaco & quibusdã aliis à dicto de Mõtcferrãdo vẽditore prælienatis: nũc p ipsũ recuperatis, q̃ ab antiquo esse cõsueuerant de pertinẽtiis & dependentiis

BIU Cujas

dentiis dicti loci de Veyrines, quæ præfatus vẽditor saluare non potuit prætextu dictæ clausulæ generalis & captiosæ: & fuit latum dictum arrestum die vicesima secunda Februarij anno dñi millesimo quingentesimo secũdo. Non obstantibus superiùs in cõ-
20 trarium allegatis. † Nam in primis non obstat dum primò dicebatur quòd in alienatione non veniũt nisi ea, quæ competebant alienanti tempore alienationis per iura ibi allegata. Quia illa iura loquuntur de alienationibus seu dispositionibus lucratiuis, vt sunt legata & donationes, in quib' nõ venit nisi ius quod habet alienans tẽpore alienationis. Et sic in illis non veniũt ea quæ donans aut legans præalienauerat, de quibus non tenetur donatario vel legatario aliqua actione nec de euictione: ne liberalitatis suæ donator pœnam patiatur au testator, vt dicit text. in d. l. ad res. ff. de edil. edict. Nos autem loquimur hîc in alienatione seu dispositione onerosa, qualis est venditio seu emptio, vbi pro re quæ venditur & emitur, datur æquipollens & interdum superabundans pretiũ, vt factum fuit in casu nostro: ideo de his ille qui vẽdit, censetur in dubio rem vẽdere integrã & liberã, nisi specificè aliquid excipiat: quod si non fecerit, tenebit vt dictũ fuit, nisi emptor sciuisset aliquid fuisse præalienatũ vel onus impositum: quem tũc, cum certus esset certiorare nõ oportuit. l. j. in fine. ff. de actio. empt. & c. cũ qui certus est. de reg. iur. l. vj. Premissa plenè habẽtur per doct. & Alex. in d. l. si domus. §. fi. ff. de lega. j. & ita etiam cõcludit Cicero disputationẽ Diogenis & Antipatris decidẽs, allegato li. iij. de officiis. c. nono. vt opinio Diogenis in emptore vitium rei sciẽte locũ habeat, & opinio Antipatris de empto
21 re vitiũ ignorãte loquatur, sicut in casu nostro, vt ibi plenè disseruit. † Secundò non obstat dum dicebatur, ꝙ in secunda concessione nũquam venit quod alteri fuerat prius concessum: quia illud est verũ in præiudicium illius tertij cui priore loco fuerat facta alienatio: quoniã eius acquisitio non reuocabitur persecũdam alteri factam. Sed in præiudiciũ concedentis, vt ad interesse teneatur secũdo de præalienatis, certè illa præalienata & concessa veniunt in secũda concessione, nisi ipse alienans qui hoc scit, expressè illa excepe rit, prout in casu nostro factum non fuit, imò in casu nostro ipsamet præalienata veniunt in propria specie, vt dicto bastardo debeantur, in quem fuit collata concessio secunda, viso, quòd per dictum de Monteferrando concedentẽ fuerunt recuperata, per doctrinam Bart. in l. cùm vir. ff. de vsucapio. quem sequitur Panor. in c. cùm ex officii. de præscriptio. vbi si non dominus alienauerit, sufficit quòd post alienationẽ dominium ei superueniat, ita quòd reconciliatur vẽditio prius facta, vt rex alienata competat emptori.

Tertiò non obstat tex. in dicta l. in vendendo. §. fi.
22 ff. de contrahent. emptio. vbi † ruta & cæsa non veniunt in fundi aut ædificij vẽditione, ex eo quia oculariter apparebãt separata à re vendita, ideo imputatur emptori, qui hoc videbat & sciebat, quare illa nominatim & expressè non emit: nec tenebatur venditor ipsum de hoc certiorare, cum oculariter illa ruta & cæsa viderẽtur. Nam eum qui certus est, certiorare non oportet, vt dicta l. j. §. fin. ff. de actio. emp. Præterea in l. cùm manu sata. §. fi. in contrarium allegata expressè fuit per venditorem actum, ne res ad emptorem transiret: quod nõ fuit factũ in casu nostro: quia dictus de Monteferrando nominatim non expressit, quòd parochia de Pessaco ad dictum Bastardum nõ transiret, quare non obstat. Quartò non obstat. l. qui tabernas. in cõtrariũ allegata: quia ibi tabernæ, quæ vendebantur, notoriè erant sitę in loco publico, quarum vsus solùm venditori pertinebat, ideo vẽdidisse censetur non ipsum solũ publicum reipublicæ pertinẽs: sed tantùm ius quod habebat, id est, vsum ipsarũ: nec emptor qui videbat eas in loco publico ciuitatis sitas, emisse voluisse videtur solum nõ venditori, sed ciuitati pertinens: Sed solũ vsum vẽditori pertinens, per rationem d. l. j. §. fi. Eadẽ ratione nõ obstat l. Rutilia polla. ff. de cõtrah. emptio. & vẽdi. quia ibi emptor lacum angularium quem emebat, & circa eũ pedes decem ocularitèr videbat quatenus illi decem pedes se extendebãt à ripa dicti lacus consueta. Ideo si lacus posteà creuerit, & terræ maius spatium occupauerit, in tali venditione venit lacus eatenus, quatenus tempore venditionis fuit. Sed in casu nostro est totum oppositum: quia parochia de Pessaco semper consueuerat esse de pertinentiis de Veyrinis: nõ immerito venditio loci de Veyrinis eam comprehẽdit tanquã de suis pertinentiis existentem. Et si tempore venditionis de pertinentiis non foret, hoc fuit facto occulto ipsius venditoris, de quo emptor ignorantiã prætendebat verisimilem, tanquã de facto alieno, argu. l. fi. ff. pro suo. Similiter non obstat l. ij. §. in hæreditate vendita. ff. de hęre. vel actio. vendi. quia totum appositum est veritas, ꝙ imò venditor tenetur de eo quòd tertio vendiderat aut prædonauerat, vt eadem l. §. sed & si quis æris alieni. vers. sed & rerũ. & §. non tantum. Postremò non obstat, quòd dictus bastardus emptor fuit in culpa, cùm de præalienatis non inquisiuit, imò se informare neglexit, quę negligentia culpæ adscribitur. l. si fideiussor. ff. mandati. Nam respõdetur, quòd si emptor negligẽdo inquirere fuerit in culpa: tamẽ quia venditor tacẽdo quod sciebat, imò ipsemet parochiam de Pessaco vẽdiderat, fuit in dolo, qui culpæ emptoris præponderat, vt plenè dicitur in l. quod Nerua. ff. depositi. Prætereà ad veritatẽ loquendo, dictus bastardus emptor non fuit in aliqua culpa per iura superius in decisione quãuis allegata. per quæ clarè demõstratur, ꝙ declarare & inuestigare vitia & defectus rei quę venditur, non incũbit emptori, sed venditori. Vnde si emptor nõ inquisiuit de his quæ sibi à venditore monstrari debebant, sibi culpa aliqua nõ est adscribẽda: sed ipsi venditori, cui declarare omnia incũdebat, si non fecit, imputabitur dolus ꝙ emptorẽ decipere voluerit: aut saltẽ imputabitur ei dissoluta negligentia, quæ prope dolũ est, vt d. l. si fideiussor. In casu autem nostro fuit verus dolus in d. de Monteferrando, qui alienationem dictæ parochiæ per ipsum præalienatæ tacuerat, emptorem decipiendo &c. Pariter non obstare posset l. cum vẽderes. ff. de contrah. empt. vbi nisi venditor dixerit, fundum quem vendedit esse optimum & maximum: si posteà reperiatur seruitus aut vitium, non tenetur. Or dictus de Monteferrando dum vendebat, hoc nõ dixit, ergo non tenetur. Nam respondetur, quod ille tex. non intelligitur sic vt de plano ad corticẽ literæ loquitur, prout quidã ruditer eũ intelligebãt, non aduertẽtes ꝙ scribitur per apostolũ ij. ad Corin. iij. Litera occidit, spiritus autẽ viuificat. Cõtra quos scribit prouer. xix. qui tãtũ verba sectatur, nihil habebit: qui aũt possessor est mẽtis, bona reportabit. ideo respõdetur, ꝙ verba dictę l. cõuerti debẽt hoc modo, vt sanè intelligantur. cũ vẽderes fundũ nõ dixisti vti optim' maximúsq; est, id est, cum vẽderes fundũ dixisti, vẽdo nõ vti optimus maximúsque est. Et sic non obstat.

Laus Iesu Christo Domino nostro.

Entre

BIU Cujas

Extraict des Regiſtres de Parlement.

ENtre meſſire Iean Baſtard de Cardonne cheualier, & dame Cayde ſa femme demãdeurs d'vne part: & meſſire Gaſton de Monferrant auſſi cheualier, & dame Ianne de Surgieres ſa femme defendeurs d'autre. Tout veu dit a eſté que la Cour a condãné & condamne leſdicts defendeurs à permettre, ſouffrir, & laiſſer iouyr paiſiblement à touſiourſmais leſdictz demandeurs de la place, chaſteau, terre & ſeigneurie de Veyrines, franche & quicte de ſix vingts francs Bourdelois de rente, qu'iceluy de Monferrant auoit vendus à feu Iaubert de Chicques ſur ladicte terre & ſeigneurie de Veyrines auec toute haute, moyenne, & baſſe ſeigneurie, iuſtice, & iuriſdiction, & toutes autres appartenances & dependences quelzconques, & tout ce qui en depend entierement. En ce comprins la paroiſſe de Peſſac auec ſes appartenances & dependences de trente liures Bourdel. de rente annuelle, à cauſe de la paroiſſe de Meignac, dont la iouiſſance pendãt le procez fut adiugee par ladicte cour auſdictz demandeur le ſixieme iour de Iuin, l'an mil cinq cens, comme eſtant des appartenãces de ladicte terre & ſeigneurie de Veyrines. Et a impoſé la cour & impoſe auſdicts defendeurs ſilence perpetuelle pour raiſon deſdictes choſes, tant en petitoire que en poſſeſſoire, & les a condamnez & condamne à porter bonne & ferme garentie d'icelles dictes choſes auſdicts demandeurs, & a faict & faict inhibition & defenſe audicts defendeurs à la paine de cẽt marcz d'or au Roy à appliquer, de ne troubler ne empeſcher d'ores-en-auant leſdicts demandeurs en la poſſeſſion, droit, & iouiſſance deſdites choſes, ains les en laiſſer iouyr pleinement & paiſiblement, ſans leur mettre ou donner, faire mettre, ou donner aucun trouble, deſtourbier, ou empeſchement. Et en outre ladicte cour à condamné & cõdamne ledict de Monferrãt à rendre & reſtituer auſdicts demandeurs les iſles, Aubaredes, moulin, auec la ſomme de ſept cens quinze frans Bourdel. & vingt arditz. Dont eſt faicte mention en certain inſtrument de permutation faicte du lieu & place de Suſpuch & Agennois auec leſdictes iſles, Aubaredes, moulin, & certaine ſomme de deniers contenuz audict inſtrument de permutation, daté du vingt & troiſieme iour d'Octobre, l'an mil quatre cents quatre vingtz dix neufs. Et a ordonné & ordonne ladicte cour, que là & au cas que ledict de Monferrant baillera & deliurera realement & de faict dedans deux ans prochainement venans auſdicts demandeurs, ladicte place, terre, & ſeigneurie de Suſpuch, & la poſſeſſion d'icelle, auec toute ſeigneurie, & tout ce qui en depend entierement & paiſiblement franche & quicte de toute charge, hypotheque, & tout autre empeſchement. Ce faict en iceluy cas iceux demandeurs ſeront tenuz laiſſer & quicter franchement & liberalement audict de Monferrant ladicte terre & ſeigneurie de Veyrines en la qualité, forme, & maniere qu'iceluy de Monferrant la leur a baillé, & par ladicte Cour & ce preſent arreſt leur eſt iugee, enſemble leſdictes iſles, Aubaredes, moulin, & ſept cens quinze frans Bourdelois, & vingt arditz, au cas que leſdictes iſles, Aubaredes, moulin, & ſomme ſuſdicte auroyent eſté rendues auſdicts demandeurs, autrement ſeront quictes iceux demandeurs en luy rendant & laiſſant ladicte terre & ſeigneurie de Veyrines tant ſeulement, & leſdicts deux ans paſſez demourera ladicte terre & ſeigneurie de Veyrines perpetuellement auſdicts demandeurs. Et pareillement ledict inſtrument de permutation demourera caſſé & cancellé, & de nulle valeur. Et a ladicte cour abſout & relaxé leſdicts demandeurs des concluſions & demandes du dict de Monferrant: lequel de Monferrant a condamné & condamne aux deſpens de ceſte cauſe. Leſquels a ladicte cour pour certaines cauſes & conſiderations à ce la mouuans, moderez & modere à la ſomme de ſoixante liures pariſis: & ſans preiudice du proces pendant en ladicte cour entre leſdictes parties à cauſe de douze deniers deſporle, & quatre liures Bourdel. de rente rachetez par ledit de Monferrant de feu dict de Fremin Perier recepueur des amendes de ladicte cour. Dit aux parties à Bourdeaux en Parlement, le xxij. iour de Feburier, l'an mil cinq cens & deux.

Lugduni.

BIU Cujas



INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM, AC SENTENTIARVM
IN TRIBVS TOMIS REPETITIONIS

CAPIT. RAYNVTIVS. EXTRA DE TESTAM. A GVLIELMO Benedicto Iuriſconſulto clariſſimo editæ contentarum, ordine alphabetur ita digeſtus, vt cuiuis facile ſit reperire, quicquid in illis ipſis Commentariis deſiderauerit.



LVGDVNI,
Apud Bartholomæum Vincentium.
CIↃ. IↃ. LXXXII.
Cum Priuilegio Regis.

BIU Cujas

INDEX

LOCVPLETISSIMVS

RERVM AC SENTENTIARVM

IN TRIBVS TOMIS REPETITIONIS

CAPIT. RAYNVTII, EXTRA DE TESTAM. A GVILELMO

Benedicto Iurisconsulto clarissimo editæ contentarum, ordine alphabetico digestus, vt cuncta facile ibi reperire, quicquid in illis ipsis Commentariis delitescat.

LVGDVNI.

Apud Bartholomæum Vincentium.

CIↃ. IↃ. LXXVI.

Cum Priuilegio Regis.

INDEX COPIOSISSIMVS EORVM OMNIVM, quæ in repetitione cap. Raynut. extra de teſtament. Gulielm. Benedicti, Iuris vtriuſque Doctoris celeberrimi explicata ſunt, reiectis ſuperuacaneis quibuſdam, additis verò, quæ maximè labores ſtudioſorum ſubleuabunt.

ABbatem non comprehendit diſpoſitio de Abbatiſſa. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*, nu. 59. fol. 220. parte j.

Abbreuiatura notarij recipit ſupplementum à iure vel conſuetudine. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, numero 50. folio 187 parte j

Abbreuiaturæ quibus modis extenſionem capiant. ſuper verbo, *Cætera bona*, nu. 59. folio 235 parte j

Ablatiui abſoluti diſpoſitionem indicant. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* nu. 59. fol. 47 parte j

Abortum cauſans punitur vt homicida. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*, nu. 32. fol. 8 parte ij

Abraham quare ſecundam duxit vxorem. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*. nu. 226. fol. 17 parte iij

Abſtinendi ius an iure ciuili cuiuis hodie competat. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* ij. n. 91. fo. 118 parte ij

Abſtinendi à paterna hæreditate ius eſt prętorium. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* ij. nu. 86. fol. 118 parte ij

¶ Acceſſorium pretioſius ſequitur ad minus pretioſum. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 133. folio 12 parte iij

Accreſcat, eſt verbum directum. ſuper verbo, *Eidem impuberi ſuccederent*, numero 10. folio 11 parte ij

Accreſcere eſt habitus, qui fundari non poteſt ſuper mera priuatione. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, numero 124. folio 52 parte j

Accreſcendi ius non ſecundum perſonas, ſed ſecundum portiones æſtimatur. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, numero 95. folio 50 parte j

Accreſcendi ius tranſmittitur. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*, ij. num. 116. & 117. folio 120 parte ij

Accuſationem inſtituere timet vir prudens. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* ij. numero 201. folio 95 parte ij

Acquiſita per viduam an cenſeatur de bonis defuncti acquiſita. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 144. & 145. folio 13 parte iij

Actiones ex donatione cauſa mortis ſunt inſtar actionum bonæ fidei, licet ſint ſtricti iuris. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iiij. numero 38. folio 170 parte j

Actiones ſunt iura incorporalia. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. n. 369. fol. 123 parte j

Actiones perſonales inter clericos non cognoſcit iudex laicus. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 118. folio 77 parte j

Actioni contra tam potentem hoſtem non currit præſcriptio. In tractatu de ducatu Normaniæ. numero 124. folio 26 parte iij

Actus fauore alicuius annullatus non annullatur, niſi ipſo volente. In quæſtio. de Epiſcopatu. numero 62 folio 30 parte iij

¶ Adam in quo omnes fuimus, quomodo intelligatur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, ij. numero 34 folio 113 parte ij

Adela Gulielmi regis, & ducis filia Tibaldum de Campania genuit, qui regnum & ducatum occupauit. In tractatu de ducatu Normaniæ. numero 14. & 15 folio 11 parte iij

Adelaſia fuit Raynutij vxor, Alterochæ & Adiectæ mater. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, numero 1. folio 42 parte j

Adiens hæreditatem debet eſſe compos mentis. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*, j. numero 332. folio 106 parte ij

Adiicio, Adiudico, ſunt verba directa. ſuper verbo, *Eidem impuberi ſuccederent*, nu. 6. & 7. folio 11 parte ij

Adipiſcendæ hæreditatis remedium ſolis hæredibus conuenit. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, ij. numero 82. folio 118 parte ij

Adire & repudiare eſt proprium extraneorum. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, ij. numero 60. folio 115 parte ij

Aditio vnius quando alij proſit. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, ij. numero 166. folio 125 parte ij

Aditio hæreditatis teſtamentum quomodo perficiat. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 325 & 326. folio 105 parte ij

Aditio hæreditatis non ſolùm fit voluntate, ſed facto. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur*, ij. numero 82 folio 25 parte ij

Aditio primò voluntatis eſt, poſteà neceſsitatis. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j. nu. 394. folio 110 parte ij

Aditio hæreditatis per quæ verba fieri debeat. ſuper verb. *Mortuo itaq; teſt.* j. nu. 358. 359. 361. 364. 365. 366 367. 368. 369. 370. & 371. folio 107. & 108 parte ij

Aditio quouis modo facta hæredem obligat. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j. nu. 393. fol. 109 parte ij

Aditio filij retrotrahitur, & prius acta confirmat. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore*, ij. numero 90. folio 118 parte ij

Aditio hæreditatis eſt res fauorabilis. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, nu. 104. folio 51 parte j

Aditio hæreditatis factis quomodo fiat. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 377. vſque 389 folio 108. & 109 parte ij

Aditio hæreditatis fieri poteſt die feriata, & in abſentia partis. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 353. folio 107 parte ij

Aditio non eſt neceſſaria ſuis hæredibus. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, ij. num. 1. folio 112 parte ij

Aditione hæredis quando non extinguatur vulgaris. ſuper verbo, *Si abſq; liberis moreretur*, ij. numero 125 folio 29 parte ij

Adhibere teſtes quid importet. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. numero 63. folio 154 parte j

Adminiſtrare non poteſt quis ante quatuordecimum annum. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*, numero 5 folio 215 parte j

Adminiſtratores eccleſiæ ſuos hęredes habent in Gallia. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 211. folio 111 parte j

Adoptare non poteſt mulier. ſuper verbo, *Et vxorem*

BIU Cujas

nomine Adelaſiam,deciſ.v.num.183.fol.84 parte 1
Adoptati vel arrogati ab hærede non excludunt ſubſtitutum.ſuper verbo,*Si abſq; liberis moreretur*,nu.10 folio 14 parte 2
Adoptandi modus per mulieres olim vſitatus. ſuper verb.*Cuidam Petro trad.*num.105.fol.14 parte 2
Adoptio quid.ſuper verb.*et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.num.174.fol.83 parte 1
Adoptio fit duobus modis. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.v.num.165.fol.82 parte 1
Adoptio in fraudem facta non valet.ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.187.fol.84 parte 1
Adoptionis definitio. ſuper verbo,*& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.num.182.fol.84 parte 1
Adoptiui non ſuccedunt in feudo. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.num.179.fol.84 parte 1
Adoptiui qualiter inter ſe, & cum naturalibus ſuccedant collateraliter. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*,deciſione v.numero 192.193.&194.fol.85 parte 1
Adoptiui non tranſeunt in poteſtatem adoptantis. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.num.176 fol.77 parte 1
Adoptiui in Gallia non ſuccedunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v. num.196.fol.78 parte 1
Adoptiuorum ex teſtamento ſucceſsio. ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v. num.184.fol.84 parte 1
Adoptiuorum ſucceſsio ab inteſtato. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.185.& 186.fol.84 parte 1
Adoptiuus pater an poſsit in ius vocari. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. num.180. folio 84 parte 1
Adoptiuus filiam non excludit.ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſio.v. numero 178. folio 126 parte 1
Adulatores principibus pernicioſi. ſuper verb.*Condidit*,j.num.49.fol.143 parte 1
Adultera non dicitur,quæ violenter oppreſſa eſt. ſuper verb.*Cuidam Petro tradiderunt*, nume.65.fol.138 parte 2
Adulterata à tyranno præſumitur violenter oppreſſa. ſuper verb.*cuidam Petro tradiderunt*,num.68.fol.139 parte 2
Adulterantem cum vxore ſua non poteſt occidere libertus patronum,nec filius patrem. ſuper verbo,*In eodem teſtam.relinq.ij.*num.30.fol.212 parte 1
Adulterij præſumptionem habet deprehenſus in domo,in qua eſt pulchra mulier. ſuper verb. *Duas habens filias*,num.209.folio 31 parte 1
Aditionem quando vitiet ignorantia adeuntis. ſuper verb.*Mortuo itaq; teſt.*j.num.345.fol.107 parte 2
Adulteria violenter commiſſa etiam in Gallia puniri. ſuper verb.*Cuidam Petro tradiderunt*, nu.66.fol.139 parte 2
Adulteria malè in Gallia puniri.ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*,num.63.fol.138 parte 2
Adulteria etiam à belluis puniri.ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*,num.58.fol.137 parte 2
Adulterium adulterio non debet compenſari. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, num.113.folio 144 parte 2
Adulterium vxoris abominabilius, & acrius puniendum.ſuper verbo,*Cuidam Petro tradiderunt*,num. 53 & 54.fol.137 parte 2
Adulterum vilis conditionis occidens non punitur,aliàs ſecùs.In quæſt.de homicidio. numero 17. fol.39 parte 3
Adulto non poteſt pupillariter ſubſtitui. ſuper verbo, *Si abſque lib.mor.ij.* de pup.ſubſt. numer.28.folio 34 parte 2
¶ Ædificantium hodie vanitas. ſuper verbo, *Domum*, num.8.fol.178 parte 1
Ægyptij periuros capite plectebant. ſuper verbo,*Teſtamentum,iij.*num.45.fol.164 parte 1
Ægyptij Dioſpolim primam ædificarunt.ſuper verbo, *Domum*,num.6.fol.178 parte 1
Æquitas burſalis.ſuper verbo,*In eodem teſtam,relinq.*j. num.63.fol.189 parte 1
Æquitatis prætextu non licet facere contra iuris formam.ſuper verbo,*In eodem teſtam.relinq.*j. nume.62 folio 189 parte 1
Æſtiua veſtis menſe Aprilis debetur,& hyemalis menſe Septembris. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 178. folio decimoquarto. parte 3
Ætas nubendi. ſuper verb. *Qui cum alia matr. contrah.* num.60.fol.9 parte 3
Ætas non in vtero,ſed à partu incipit. ſuper verb. *adiectæ impuberi*,num.7.fol.215 parte 1
¶ Affines qualiter ab inteſtato ſuccedant. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.v.num.111.folio 129 parte 1
Affines ex teſtamento ſuccedunt. ſuper verbo,*& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v. numero 213. folio 111 parte 2
Affinitas quid. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.num.212.fol.111 parte 1
Affinitas cauſatur etiam ſi mulier ſemel non euitat.ſuper verbo,*Cuidam Petro tradiderunt*,num.17.fol.131 parte 2
¶ Agnati matrem non excludunt,niſi eorum interſit. ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſ.* num.68.fol.48 parte 1
Agnati medio vxoris conſequuntur, quid per ſe non poſſent. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.*deciſ.v. num.138.fol.54 parte 1
Agnationis & cognationis differentia nouiſsimo iure ſublata. ſuper verbo,*& vxorem nomine Adelaſ.*nu.78 folio 49 parte 1
Agnationis & cognationis ſublata eſt hodie differentia:duo tamen ſunt capita.ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.*num.81.& 82.fol.49 parte 1
Agnatorum appellatione veniunt filij fratris, ſicut & fratres ipſi.ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſ.*n.65 folio 48 parte 1
Agricolę canes & aues ad venandum habere non poſſunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. num.351.folio 122 parte 1
Agricolæ naturaliter appetunt prædam. ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. numero 335. folio 121 parte 1
Agricolæ ad mercandum naturaliter inclinati. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. num.349 fol.121 parte 1
Agricolæ pecuniam tangere non debent. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.nu.348.fol.121 parte 1
Agricolarum Bellouacenſium inſultus contra nobiles. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. num.340.fol.121 parte 1
Agricolarum inſtrumẽta & beſtiæ in pignus capi non deb

debent, ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.num.343.folio 121 parte j
Agricolis pepercit Nabuchodonoſor. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.num.342.folio 121 parte j
Agricolis prohiberi poteſt venatio, ne diuertantur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.numero 338.folio 121 parte j
Agriculturæ laudes. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.num.356.folio 122 parte j
¶ Albana conſuetudo locum non habet Tholoſæ. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.nu. 497.folio 133 parte j
Albanagij ius vnde. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.num.481.folio 132 parte j
Alexander Magnus Pontificem Iudæorum veneratus eſt. ſuper verb *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.j. num.17.folio 43 parte j
Alexander iuramentum obſeruauit. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 42.folio 63 parte j
Alexander medico fidit. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num.49.folio 164 parte j
Alexandri figura ex planetis. ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*, num.18.folio 4 parte iij
Alienorę crimen in virum. In tractatu de ducatu Normaniæ, num.72.folio 24 parte iij
Alienari prohibita etiam ſi de conſenſu omnium de familia alienentur, retrahent ex illis naſcituri. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*, num.49.folio 9 parte ij
Alienata non cenſeturres durante pacto de retrò vendendo. In quæſt.de venditione, numero 14.folio 52 parte iij
Alienatio in Anglos facta irrita. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij.num.226.fol.88 parte j
Alienatio in Anglos facta non valuit. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij.num.178. fol.84 parte j
Alienigenæ in Gallia teſtari nequeunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.num.480.fol.132 parte j
Alienora Aquitaniæ ducisſa Ludouico Francorum regi nupſit. In tractatu de ducatu Normaniæ, num.71 folio 24 parte iij
Alienora in necem mariti conſpirans repudiatur. In tractatu de ducatu Normaniæ, numero 19. folio 21 parte iij
Alienora peperit Anglo quatuor filios & vnam filiam. In tractatu de ducatu Normaniæ, num. 82. folio 24 parte iij
Alienoram à Gallo repudiatam ducit Anglus. In tractatu de ducatu Normaniæ, nu.78.fol.24 parte iij
Alienoram à rege Galliæ repudiatam ducit Henricus rex Angliæ. In tractatu de ducatu Norman.num.22 fol.21 parte iij
Allodia tranſire poſſunt in eccleſiam. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij.num.172.& 173 folio 83 parte j
Allodia Tholoſæ per reges, & arreſtum confirmata. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.numero 227.folio 88 parte j
Allodia qualiter in eccleſias & monaſteria tranſire poſsint. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij.num.228.folio 88 parte j
Allodia quæ in eccleſiam tranſeant, ibi perpetuò manſura. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v.numero 3.folio 94 parte j
Allodia in Gallia ſunt Burgentium bona, in quibus nullum ius princeps habet, niſi protectionis. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.num.6.fol.67 parte j
Allodia non regalia poſſunt à rege eccleſiæ donari. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.numer.29 fol.69 parte j
Allodia nulla reperiuntur in eccleſiaſticis. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij.num.19.fol.68 parte j
Allodiali rei immobili pro derelicto habitæ quis ſuccedat. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. num.362.fol.123 parte j
Allodialia bona propriè dicuntur bona, in quibus nemo alius ius habet. ſuper verb. *& vxorem nom. Adel.* deciſ.ij.num.5.fol.67 parte j
Allodialia etiam in monachos à quocunque transferri poſſunt, & quoquo titulo. ſuper verb. *et vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.num.1. fol.67 parte j
Allodialia bona dicuntur domeſtica, & propria patrimonialia. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij. num.11.fol.68 parte j
Allodiorum appellatione largè veniunt feuda & emphyteuſes. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deci.ij. num.10.fol.68 parte j
Allodium & iuriſdictio ſunt diuerſa. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij. numero 16.folio 68 parte j
Allodium quid. ſuper verb. *Mortuo itaque teſtatore, ij.* num. 68.fol.116 Parte ij
Aluerniæ conſuetudine aſcendentes deſcendentibus nunquam ſuccedunt. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* num.49.fol.46 parte j
¶ Amaſia non poteſt inſtitui in præiudicium fratris. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.252 fol.115 parte 1
Amazonum geſta & origo. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens.* numero 120. & 121.folio 12 parte 3
Amazones tribus tantum menſibus miſcentur viris. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, nume.118.fol.12 parte 3
Ambana lex rex Galliæ vacantia omnia occupat. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.num.235 fol.115 parte 1
Ambaſiator acriter punitus. ſuper verb. *In eodem teſta. relinq.* j.num.70.fol.189 parte 1
Amicitia intima plus operatur, quàm conſanguinitas. ſuper verb. *Si abſque liberis moreretur*, num.6. fol.13 parte 2
Amicitia & parentela æquiparantur. ſuper verb. *Teſtamentum, ij.* num.50.& 51.fol.165 parte 1
Amicitia vetus præferenda. ſuper verb. *Tutores impuberis*, num.3.fol.19 parte 3
Amicitiæ vxorum erga viros exempla. ſuper verb. *cuidam Petro tradiderunt.* num.91.fol.142 parte 2
Amicitiæ perfectæ ſunt quatuor leges. ſuper verb. *Teſtamentum, ij.* num.48.fol.164 parte 1
Amicitiæ virorum erga vxores exempla. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.* num.92.fol.142 parte 2
Amicus admittitur ſine mandato, ſicut coniunctus. ſuper verb. *Teſtamentum, ij.* num.52.fol.165 parte 1
Amicus intimus eſt quaſi ſuus hæres. ſuper verbo, *Si abſque liberis morer.* num.4.fol.13 parte 2
Amor inter coniuges ſeruandus. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, num.75.fol.140 parte 2

BIU Cujas

Index

Amor coniugalis in beluis, ſuper verb. *Cuidam Petro trad.*num.93.fol.142 parte ij

Amor in principe erga ſubditos maximè requiritur, ſuper verb.*Duas habens filias*,numero 104 folio 19 parte j

Amortizatio bonorum eccleſiæ à iure communi ortum habet,ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.num.32.folio 96 parte j

Amplius dictio quid importet, ſuper verb.*Alterochæ filiæ*,num.3.folio 171 parte j

Ampulla cœlitus miſſa ad regis vnctionem,ſuper ver. *Duas habens filias*,num.81.folio 17 parte j

¶ Anatomia an fiat ſine licentia iudicis. In quæſtione, An occid. peccato. liceat, numero 26. folio 49 parte iij

Anaxagoræ dictum,nunciata ſibi filij morte,ſuper verbo,*Teſtamentum,iiij*.num.17.folio 168 parte j

Angeli reuelatio facta Carolo Caluo Franciæ regi, ſuper verb.*Condidit*,j.num.63.folio 144 parte j

Angelus cuique ad cuſtodiam deputatus, ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*,num.43.& 44.folio 218 parte j

Angli non ſteterunt pollicitis. In tractatu de ducatu Normaniæ,num.95.folio 25 parte iij

Angli exordia fidei à Gallis habuerunt, ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.numer.487.fol.132 parte j

Angli qua ratione ſe reges Galliæ putent, ſuper verb. *Duas habens filias*,num.120.& 121.folio 22 parte j

Angli in curiis Gallicè litigant, ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſio.v. numero 486.folio 132 parte j

Angli & Scoti vinum plus appetunt,quo carent.In tractatu de ducatu Normaniæ, numero 59. folio 23 parte iij

Angli quid pro ſe allegent,& ad eos reſponſio. In tractatu de ducatu Normaniæ, num.40.41.42.43.45 48 & 50.folio 23 parte iij

Angliæ rex ſacro regis Franciæ aſsiſtit & ſeruit, ſuper verb.*Adiectæ impuberi*,num.55.folio 219 parte j

Angliæ rex denuo factus vaſallus regis Franciæ.In tractatu de ducatu Normaniæ, num.93.& 94 folio 25 parte iij

Anglorum regi non potuit rex Galliæ regnum deferre,ſuper verb. *In eodem teſt.relinq.*j.numer.151.& 152 folio 190 parte j

Anglorum conuentionis forma,ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.ij.num.177.folio 83 parte j

Anima quid,& quomodo infundatur.ſuper verb.*Quæ filium ex eo ſuſcip.*num.36.folio 5 parte iij

Animalia omnia agreſtia licet occidere,ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſiam*,deciſ.v.num.315.fol.119 parte j

Animarum curam habere non poteſt,niſi presbyter & vigintiquinque anno.ſuper verb.*Adiectæ impuberi*, num.60.folio 220 parte j

Animæ dotes diuinæ, ſuper verbo,*Adiectæ impuberi*, num.48.folio 219 parte j

Animus iudicis quibus rebus poſsit iuſtè moueri. In quæſt.an occid.pec.liceat,num.51.folio 51 parte iij

Animus adeundi quomodo declaretur, ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*,j.num.357.folio 108 parte ij

Annagium in Gallia inter ſolos nobiles locum habet, ſuper verb. *In eod.teſtam.relinq.*j.num.175.folio 198 parte j

Anna mater Mariæ tres habuit viros, ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 225. folio 16 parte i j

Annæ de ſua ſterilitate querelæ. ſuper verb. *Qui cum alia matr.contrah.*num.34.& 35.folio 8 parte 3

Annibal ſeipſum interemit,ſuper verb. *Mortuo itaque teſtatore*,j.num.79.folio 86 parte 2

Annua præſtatio præſcribi nequit, ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.6.folio 95 parte 1

Annua præſtatio ſi ſit aſsiſa, habet annexum directum dominium.ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*deciſ. ij.num.35.fol.69 parte 1

Annuens capite non facit validum teſtamentum. ſuper verb.*In extremis poſitus*,num.29.fol.136 parte 1

Annullatio actus fauore alicuius introducta intelligitur ipſo volente. ſuper verb. *In eodem teſtam.relinq.* j.num.87.88.& 89.folio 190 parte 1

Anulus matrimonialis quare requirendus,ſuper verb. *Cuidam Petro trad.*num.80.folio 140 parte 2

Anulus matrimonialis debet quarto digito apponi.ſuper verb.*Cuidam Petro tradiderunt*,num.83.folio 141 parte 2

Anulus matrimonialis quid ſignificet.ſuper verb.*Cuidam Petro trad.*num.76.folio 140 parte 2

Annus datus ad deliberandum eſt vtilis. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.*1.num.167.fol.125 parte 2

Annus ſolus an ſufficiat ad hæreditatis additionem.ſuper verb.*Mortuo itaque teſtatore*, num.356.folio 107 parte 2

Annus à die monitionis labi debet antequam hæres priuetur.ſuper verb. *Si abſque liberis moreretur,ij.* de leg.& fideic.num.202.folio 77 parte 2

Antiochus plaga mortis percuſſus veniam quæſiuit & non inuenit. ſuper verb. *In extremis poſitus*, num.48 fol.138 parte 1

Antipodas eſſe negauit Auguſtinus.ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*,num.33.folio 5 parte 3

Antiquorum mores circa politiam. ſuper verb.*Condidit*,num.34.folio 141 parte 1

¶ Aper contra lupos dimicat. ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſiam*,deciſione v.numero 319.folio 119 parte 1

Aper vnde dicatur.ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.317.folio 119 parte 1

Appellari à Papa an poſsit ad futurum generale concilium.ſuper verb.*Si abſque liberis morer.ij.*de fideic. ſubſtit.num.45.folio 66 parte 2

Appellari non poteſt à iudicio conſcientię.ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*,1. numero 322.folio 105 parte 2

Appellatio à rege ad Papam nulla eſt. ſuper verbo,*& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.2. numero 28. folio 69 parte 1

Appellatio remota intelligitur de friuola.ſuper verb. *Si abſque liberis moreretur, ij.* numero 109. folio 28 parte 2

Appellatione temporalitatis eccleſiaſticorum non veniunt bona mobilia. ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.num.40.folio 70 parte 1

Appellatione pendente decedens non cenſetur inteſtabilis. ſuper verb. *Mortuo itaque teſtat.*1. num.270 folio 101 parte 2

Appellatione fructus redditus obuentionum ac emolumentorum quid veniat. ſuper verb. *Cætera bona*, num.32.folio 232 parte 1

Appellatione filiorum non veniunt baſtardi.ſuper verbo,*Raynutius*,num.221.folio 2 parte 1

Appellatur à temporali epiſcopi iudice non ad metropolitanum,ſed ad iudicem regium. ſuper verbo,*& vxorem nomine Adelaſiam*,deciſione 2.numer.25. folio

BIU Cujas

Alphabeticus.

lio 68 parte j

Aprum interficiens rusticus fuit crucifixus. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. n. 354, folio 122 parte j

¶ Aquitaniæ superioritatem alio tractatu prætendunt Angli, cui respondetur. in tractatu de ducatu Normaniæ, numero 110, 112, 113, & 114, 117, & 125, fol. 26 parte iij

Aquitaniæ dux est de principalibus Gallię paribus. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 184, fo. 84 parte j

Aquitaniæ ducatus quid olim continebat. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. n. 176, folio 83 parte j

Aquitaniæ ducatum quinque comitatibus auxit beatus Ludouicus. in tract. de duc. Norm. n. 92, folio 25 parte iij

Aquitanię ducatus non potuit Anglis in allodium concedi. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 233 folio 88 parte j

Aquitaniæ feuda non confiscantur nisi læsa maiestate. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 300 folio 118 parte j

Aquitaniæ ducatus tres tantùm continebat seneschalia. in tractatu de ducatu Norman. num. 18, folio 21 parte iij

Aquitaniæ ducatus post confiscationem Anglo semel & iterum restitutus. in tract. de duc. Norm. n. 33, 36 & 38, folio 21, & 22 parte iij

Aquitaniæ ducatum quare Angli perdiderint. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 225, folio 78 parte j

Aquitaniæ ducatus prima confiscatio. in tract. de duc. Norm. n. 75, folio 24 parte iij

Aquitaniæ ducatū restituit Philippus Pulcher Edoardo. in tract. de ducatu Normaniæ, num. 101, folio 25 parte iij

Aquitaniæ ducatum cum comitatu Picta. licet confiscatum, retinuit Henricus, & pro eo fecit homagium Philippo. in tract. de ducatu Norm. num. 24 folio 21 parte iij

Aquitaniæ ducatus & Pictauiæ comitatus ob Alienorę crimen regi Franciæ confiscantur. in tract. de duca. Norm. n. 20, folio 21 parte iij

Aquitaniæ ducatus Henrico tertio à beato Ludouico restitutus. in tract. de ducatu Norm. num. 90, & 91 folio 25 parte iij

¶ Arbitrariæ pœnæ sunt aliquando ad mortem. super verb. *Qui cum alia matr. contrahens*, nu. 270, folio 19 parte iij

Arbitrium boni viri, aut liberam voluntatem, quæ verba importent. super ver. *Condidit*, j. num. 9, folio 139 parte j

arbitrium licet non pariat actionem iure ciuili, tamen iure cap. propter iuramentum est locus officio iudicis. super verbo, *Testamentum, iij.* num. 35, folio 163 parte j

Archiepiscopus non cognoscit in diœcesi suffraganei nisi vbi excessus est notorius. super ver. *si absq; liberis mor. ij.* de fideicommis. substit. numero 48, folio 66 parte ij

Architæ Tarentini moderatio iræ. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 239, folio 98 parte ij

Argumentum à contrario sensu est fortissimum. super ver *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. nu. 47, fol. 71 parte j

Argumentum à contrario sensu non dicitur expressus intellectus. super verb. *Si absque liberis mor.* de pupill. substit. n. 10, folio 33 parte ij

Argumentum de re ad locum. super ver. *si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. n. 177, folio 76 parte ij

Argumentum de pacto ad statutum non procedit negatiuè. super ver. *& vxorem nomine Adel.* n. 55, fol. 47 parte j

Argumentum de feudo ad emphyteusim valet. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. iiij. n. 14, folio 91 parte j

Arma domus non transeunt in fideicommissarium, sed in directè substitutum. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de comp. subst. n. 25, folio 56 parte ij

Armenorum presbyterorum vxores non renubunt. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 160. folio 13 parte iij

Arrogati filij transeunt in potestatem arrogatoris. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 169, f. 108 parte j

Arrogatio quid. super verb. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 166, folio 108 parte j

Arrogatio an extinguat substitutionem. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 173, folio 108 parte j

Arrogatione qualiter extinguatur pupillaris substit. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 191, f. 110 parte j

arrogationem quando facilè concedat princeps. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. nu. 171, folio 108 parte j

Arrogatus omnia acquirit arrogatori pleno iure. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 168, fo. 108 parte j

Arthemisia Halicarnassæorum regina Rhodum subegit. super ver. *Duas habens filias*, n. 8, folio 8 parte j

Arthemisiæ reginæ ad virum defunctum admirandus amor. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 135, f. 12 parte iij

¶ Ascendentes adoptiui quomodo succedant descendentibus. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 190, folio 110 parte j

Ascendentes descendentibus quando succedant in feudis. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. nu. 94 folio 102 parte j

Ascendentes qualiter descendentibus succedant. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. nu. 70, fol. 100 parte j

Ascendentes quomodo naturalibus descendentibus succedant. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione quinta, numero 141, 142, & 143, folio 106 parte j

Ascendentes descendentibus non succedunt in feudis. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 92, f. 102 parte j

Ascriptitij parum differunt à seruis. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 413, folio 127 parte ij

Ascriptitij omnium colonorum deterrimi. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. n. 395, folio 125 parte j

Ascriptitij paganorum esse possunt christiani. super ver. *et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. n. 396, f. 125 parte j

Ascriptionum conditio vnde processit. super verb. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. numero 424 fol. 127 parte j

ascriptitium se confitentis possunt consanguinei confessionem reuocare. super verbo, *Et vxorem nomine*

BIU Cujas

Adelasiam, decis. v. numero 433, folio 128 parte j
Ascriptitium non facit simplex consensus sine scriptura. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. nu. 432 folio 128 parte j
Ascriptitius non potest pro domino testimonium ferre. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 410 folio 126 parte j
Ascriptitius quomodo quis fiat solo consensu. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. nu. 436, fol. 128 parte j
¶ Atys muti historia. super ver. *In eodem test. relinq. ij.* n. 31, folio 212 parte j
¶ Auari semper tristes. super verb. *Catera bona*, num. 5 folio 229 parte j
Aues pullos bene viuere docent. super verb. *In eodem test. relinquens, ij.* n. 34, folio 213 parte j
Augustinus fuit factus episcopus Hipponensis viuente alio. in quæstione de episcopatu, numero 6, fol. 27 parte iij
Augustus & Carolus Magnus filias laborare faciebãt. super ver. *Dotem*, n. 49, folio 175 parte j
Auis quare magis fœtus aliquando similis. super ver. *Quæ filium ex eo suscip.* n. 48, folio 5 parte iij
Aureæ coronæ Francorum regum. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. numero 64, folio 72 parte j
Aurelianenses doctores Gallicè loquuntur legendo. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 485, f. 132 parte j
Auro debet esse similis princeps. super verb. *Duas habens filias*, n. 105, folio 19 parte j
Authentica, bona damnatorum, an locum habeat in bannitis. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 276, folio 124 parte j

B

Balluæ episcopi insolens bestialitas. super verbo, *Si absque liberis moreretur, ij.* de fideic. subst. nu. 46 folio 66 parte j
Banniti post bannum contrahere & bona acquirere possunt. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 279, folio 117 parte j
Banniti & deportati non sunt de numero ciuium. super ver. *in eodem testamento relinq.* j. num. 141, fol. 195 parte j
Bannitum & si liceret interficere, non tamen seipsum. super ver. *Mortuo itaque test.* j. numero 46, folio 84 parte ij
Bannitus non potest aliorum more rem venditam retrahere. super ver. *In eodem test. relinq.* j. n. 142, f. 195 parte j
Bannitus à priuato impunè occisus non fit intestabilis. super ver. *Mortuo itaque test.* j. num. 215, folio 96 parte ij
Baptismus legitimat quo ad successiones & beneficia. super ver. *& vxorem nomine Adelas.* num. 201, fol. 59 parte j
Baptismo quando tollitur ius patriæ potestatis. super ver. *Raynutius*, n. 18, folio 2 parte j
Baptismus quid. super verb. *& sob. quam gest. in vtero*, n. 21, folio 7 parte ij
Baptizanti & leuanti debet baptizatus reuerentiam. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 203, f. 111 parte j
Barbatij laudes. super verbo, *Adiectæ impuberi*, num. 38 folio 218 parte j
Barones cogere non potest rex, vt titulum suę possessionis ostendant. super ver. *& vxorem nomine Adelas.* decis. ij. n. 21, folio 68 parte j
Barones an possint subditis venationem prohibere. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 336, f. 121 parte j
Barones hodie merum vsurpant imperium. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* dec. s. v. numero 293, fol. 118 parte j
Bastardi non veniunt appellatione filiorum, vbi agitur de honore vel commodo. super ver. *Si absque liberis mor.* n. 9, folio 13 parte ij
Bastardi an matri succedunt. super ver. *Et vxorem nomine Adelas.* decision. v. numero 135, & 136, folio 105 parte j
Bastardi tutores non habent legitimos nec testamentarios, nec habent inter se querelam inofficiosi testamenti. super verbo, *Raynutius*, numero 34, folio 3 parte j
Bastardi à cælesti hæreditate non excluduntur, per baptismum legitimati. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 152, folio 124, & 107 parte j
Bastardi sorores legitimas non excludunt. super verb. *Duas habens filias*, n. 146, folio 25, etiam si fuerint legitimati, n. 147, fol. eod. parte j
Bastardi in iis quæ dignitatis sunt aut nobilitatis, pro nihilo sicut serui reputantur. super verb. *Raynutius*, n. 30, folio 3 parte j
Bastardi an possint substitui. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. numero 119, & 120, folio 104 parte j
Bastardi sunt in triplici differentia. super ver. *Et vxorem nomine Adelas.* decision. v. numero 105, folio 103 parte j
Bastardi qualiter sibi inuicem succedant. super ver. *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. numero 144, fol. 106 parte j
Bastardi quamuis legitimati, infames sunt, turpesque personæ: ideo doctorari non possunt, nec esse consiliarij principis, nec tabelliones. super ver. *Raynutius*, n. 27, folio 3 parte j
Bastardi hæredis non excludunt substitutum. super verbo, *Si absque liberis mor.* n. 8, folio 13 parte ij
Bastardi matris conditionem sequuntur. super verbo, *Raynutius*, n. 21, folio 2 parte j
Bastardis in Gallia parentes non succedunt, nec econtra. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. nu. 151 folio 107 parte j
Bastardi non dicuntur esse de genere aut domo aut familia paterna. super ver. *Raynutius*, numer. 33, folio 3 parte j
Bastardi arma domus plana quare non possunt portare. super verbo, *Raynutius*, numero 35, folio tertio. parte j
Bastardi in Gallia non succedunt. super verb. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 147, fol. 107 parte j
Bastardi collateralibus etiam non succedunt, nisi legitimati. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione quinta, numero 148, & 149. folio 107 parte j
Bastardi de suis bonis in Gallia liberè disponunt. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 150, fol. 107 parte j
Bastardis an possit pupillariter & fideicommissariè substitui. super verbo, *Si absque liberis moreretur, ij.* de pup

BIU Cujas

de pupillari substitutione, num.22,23,& 24,fol.34 parte ij
Bastardo non debetur legitima, nec contra patris testamentum agere potest. super ver. *Raynutius,n.37* folio 3 parte j
Bastardorum susceptione non finitur pupillaris,sed fideicommiss.substitutio.super verbo,*si absque liberis moreretur,ij.* de pupil.substitut. numero 115,folio 43 parte ij
Bastardorum conditio in quibus casibus est deterior, quàm legitimorum. super ver.*Raynutius*,n.23,fol.2 parte j
Bastardum regis Galliæ nemo se asserit. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, numero 193, folio 58 parte j
Bastardus potest pupillariter substitui legitimo.super ver. *Si absque liberis mor.ij.*de pup.subst.n.74,fol.39 parte ij
Bastardus an portare possit arma sui generis,& sedere in mensa cum legitimè natis. super verb.*Raynutius*, n.31,folio 3 parte j
Bastardum non tenetur pater instituere. super verbo, *In eodem testamento relinquens*, j. num.32, folio 186 parte j parte j
Bastardus regis per matrimonium legitimatus an aliis præferatur.super ver.*In eodem test.relinq.*j.num.202 folio 201 parte j
Bastardus non dicitur coniuncta persona. super verb. *Raynutius*,n.36,folio 3 parte j
Bartoli laudes. super ver. *In eodem test.relinq.*j.nu.271 folio 208 parte j
¶ Beati Ludouici cum Anglis conuentio. in tractatu de ducatu Norm.n.34,folio 21 parte iij
Beatitudo quid. super ver. *Cætera bona*,num.3,fol.229 parte j
Beatus Ludouicus ad testandum non expectauit mortem.super ver.*In extremis positus*,num.46,folio 137 parte j
Beatus Ludouicus apud Thunicium defunctus. in tractatu de ducatu Normaniæ, num.96,& 97,folio 25 parte iij
Benedictionis iure relictum valet vt institutio. super ver.*In eodem testamen.relinq.*j.numero 213,folio 202 parte j
Benefacienti malè facere aggrauat delictum.in quæst. de homic.n.18,folio 39 parte iij
Beneficia dignitatis nemo conferre potest, nisi qui eius fructus facit suos. in tract.de camerariat.Lugd. n.2,folio 33 parte iij
Beneficia non vacantia nec concedi nec promitti debent.in quæstio.de Episcopatu,numero 12,folio 28 parte iij
Beneficia conferri debent sine diminutione.super ver. *Si absque liberis mor.ij.*de fideic.subst.num.33,fol.64 parte ij
Beneficio restitutionis nunquàm censetur per verba generalia derogatum, nisi de eo fiat specialis mentio.super ver.*Mortuo itaque test.ij.*num.180,fol.126 parte ij
Beneficium abstinendi à paterna hæreditate locum habet vbi est fauor. super ver.*mortuo itaque test.ij.*n.63 folio 115 parte ij
Beneficium principis data pecunia obtentum non posse renocari,quomodo intelligatur.super verbo, *Duas habens filias*,n.58,folio 14 parte j
Beneficia Romæ vacantia solus papa confert intra mensem. in quæstio.de Episcopatu, num.28,fol.29 parte tertia.
Beneficia ecclesiastica qua ætate obtinenda.super ver. *Adiecta impuberi*,n.58,folio 220 parte j
Beneficium mihi competens ex tua persona an competat te nolente. super ver.*In eodem test.relinquens*,j. n.98,folio 191 parte j
Benemeriti & bonum regni zelantes qui dicantur.super ver. *& vxorem nomine Adel.*decis.ij nu.93,& 94 folio 75 parte j
Benignior pars interpretanda,quoties dubium emergit. super verbo, *Condidit*,j. numero 24, folio 140 parte j
Bernardi de Rosergio, archiepiscopi Tholosani, vita beata.super ver.*Quæ filium ex eo suscipiens*,n.45,fol.5 parte iij
Bernardus propriis matris vberibus fuit nutritus. super ver.*Dotem quam*,n.46,folio 175 parte j
Bestiæ brutæ sepe sunt loquutæ.super ver.*Adiecta impuberi*,n.35,folio 217 parte j
¶ Biennalis præstatio probat quasi possessionem annuæ præstationis. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione quinta,numero 438,folio 128 parte j
Bigamiam primus induxit Lameth. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num.190, folio 15 parte iij
Bigorræ comitatus litigiosus. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione ij. numero 175, folio 83 parte j
¶ Blandè illectus ad testandum, validè testatur. super verbo, *Condidit,ij.* numero vigesimoquinto,fol.146 parte j
Blasphemi pœnæ. in quæst. de homic.num.39,folio 41 parte iij
Blasphemantium pœna, quæ Tholosæ seruatur. super verbo, *Duas habens filias*, numero 95 & 96,folio 18 parte j
¶ Bona incapacibus religiosis relicta, cui competant. super ver. *& vxorem nomine Adelas.*decis.ij.nu.229 folio 88 parte j
bonæ & honorabiles mulieres in testamento ad pias causas possunt esse testes. super ver. *Testamentum*,j. n.66,folio 154 parte j
bonorum appellatione non veniunt feuda & emphyteuses.super verbo,*Cætera bona*,numero 9,folio 230 parte j
bonorum appellatione continentur emphyteuses. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* numero 59,fol.23 parte ij
bonorum parte relicta quid intelligendum. super ver. *Cætera bona*,n.7,folio 230 parte j
bonorum possessio contra tabul.an transmittatur. super verbo,*Mortuo itaque test.ij.*numero 158,folio 124 parte ij
bonorum appellatione quid veniat. super ver. *Cætera bona*,n.1.& 2,folio 262,& 229 parte j
bonorum mobilium & immobilium substantia est diuisibilis,iurium verò indiuisibilis. super ver. *Cætera bona*,n.29,folio 232 parte j
bonorum mobilium& immobilium appellatione non veniunt iura & actiones. super verb.*Cætera bona*,n.8 folio 230 parte j
boriam legans an territorium ei iunctum leget. super ver.*& hortum*,n.12,folio 181 parte j
¶ Bragmanæ viduitatem inchoant viuente viro.super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, nu.159 folio 13 parte iij

BIU Cujas

Bragmanæ fœminæ tantùm quadraginta diebus iunguntur viris. super ver. *Qui cum alia mat.contrahens*, n.119,fol.12 parte iij
Brenni Senonensium Gallorum ducis gesta.super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis.j.num.11,folio 65 parte j
Breuiloqua quare dicatur.super ver. *Si absq; lib.mor.ij.* de breuil.subst.n.2,folio 49 parte ij
Breuiloqua inæqualib.facta non continet pupillarem. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst.n.33 folio 51 parte ij
Breuiloqua quando duas contineat exemplares. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst.n.22,fol.51 parte ij
Breuiloquá quando sex & octo contineat substitutiones. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst. n.27,folio 51 parte ij
Breuiloqua quando duas tantùm contineat pupillares. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst.n.21 folio 50 parte ij
Breuiloqua maioribus facta an contineat fideicommissariam.super ver. *si absque liberis mor.ij.* de breuil. subst.n.17,folio 50 parte ij
Breuiloqua continet duas vulgares.super ver. *si absque liberis morer.ij.* de breuil.subst. numero 16 folio 50 parte ij
Breuiloqua valet iure directo in codicillis inter liberos. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst. n.18,folio 50 parte ij
Breuiloqua substitutio quid super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst.n.4,folio 49 parte ij
Breuiloqua semper plures paris numeri continet. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst.nu.24 folio 51 parte ij
Breuiloqua continet plures substitutiones. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de breuil.subst.num 15,fol.50 parte ij
Britannorum olim in coniugiis consuetudo.super ver. *Qui cum alia matr.contrah.*n.84,folio 10 parte iij
Bruti in morte dedecus. super verb. *Testamentum,iiij.* n.12,folio 167 parte j
¶ Bullæ semper referuntur ad datam signaturæ. in quæst.de canonic.n.19,folio 43 parte iij
Burgenses qui propriè dicantur. super ver. *& vxorem nomine Adel.*decis.ij.n.8,folio 67 parte j

C

CAdauer est homo.super verbo, *In eodem testamento relinquens*,j.n.67,folio189 parte j
Cadauer suum in mare coniici mandans non est audiendus. super ver. *Mortuo itaque test.*j. n.69,f.85 parte ij
Cadauer puniri potest.super ver. *si absque liberis mor.ij.* de exempl.subst.n.24,folio 45 parte ij
Cadauera priusquàm sepeliantur vexari non debent. super verb. *Mortuo itaque test.*j.numero 54,folio 84 parte ij
Cæci testamentum minus solenne an valeat inter liberos. super verb. *Testamentum*,j.num.79,folio 155 parte j
Caij Viselij & concubinæ eius historia. super verb. *& vxorem nomine Adel.ist.*decis.v.num.162 folio 108 parte j
Caij Cæsaris verecundia.super verb. *Testamentum,iiij.* n.18,folio 168 parte j
Cain pondera & mensuras inuenit. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*,decis.v.numero 350,folio 111 parte j
Cain primus ædificator. super ver. *Domum*,n.4,fol.178 parte j
Calamitas summa est decedere sine liberis. super ver. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num.22, fol.8 parte iij
Callisthenes philosophus ab Alexandro interfectus. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*,n.199,fol.56 parte j
Camilli Romani egregium facinus.super ver. *Duas habens filias*,n.232,folio 32 parte j
Cancellarij Galliæ dignitas.super ver. *& vxorem nom. Adel.*decis.ij.n.193,folio 85 parte j
Cancellarius non est Romæ, sed vicecancellarius. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.203,fol.85 parte j
Cancellarius est supra omnes status regni. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.219,& 220,fol.87 parte j
Cancellarius est primus post regem.super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*,decis.ij.numero 197, folio 87 parte j
Cancellarius qualis esse debeat. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione ij.num.221, fol.87 parte j
Canones præferuntur legibus in concernentibus animæ periculum.super ver. *& vxorem nomine Adelas.* decis.v.n.269,folio 116 parte j
Capita succedendi de iure prætorio ab intestato sunt tria.super ver. *Mortuo itaque test.ij.*nu.154,folio 123 parte ij
Capita sunt quatuor successionis ab intestato. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, num.160, folio 55 parte j
Capitalis pœna vltimum remedium.in quæst.An occid.pec.liceat,n.45,folio 50 parte iij
Capitularij Tholosæ quid dicantur. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis.v.num.13,& 14,folio 95 parte j
Capituli metrop. sedis consensus non requiritur, vbi ecclesia episcopalis defert papæ ius eligendi. In q. de episc.n.53,folio 30 parte iij
Cap.ex rescripto, de iureiur. singulariter inducitur ad quatuor. super ver. *Testamentum,iij.*nu.26,folio 162 parte j
Capitulum remittere potest sedi apostolicę totum negotium electionis. in quæst. de episc.nu.50,folio 30 parte iij
Cap.Romana,§.debet autem,de app.lib.vj. non habet locum in Gallia. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.26,folio 68 parte j
Capitulum non supplet negligentiam episcopi in deuolutis. in quæstion.de episcop.numero 54,folio 30 parte iij
Captatoria ademptio legati prohibetur. super verbo, *Condidit*,j n.4,folio 138 parte j
Captatoria volùtas quando valeat.super ver. *Condidit*, j.n.5,& 6,folio 139 parte j
Captatoria voluntas non valet. super verb. *Condidit*,j. n.1,folio 138 parte j
Capti in bello hodie non fiunt serui. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis.v. num.261,& 262,folio 122 & 123 parte j
Captiui rem potest dominus alienare pro ipsius redemptione. super ver. *& vxorem nomine Adel.*decisio.v. n.266,folio 123 parte j

BIU Cujas

Captiuorum redemptio multa habet ſingularia. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. nu. 263. folio 123 parte 1
Captiuis non ſuccedunt conſanguinei, ſed redemptores. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. nu. 260. folio 122 parte 1
Caput & gradus quomodo differunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* num. 150. folio 55 parte 1
Carcer iure ciuili eſt ad cuſtodiam, non pœnam. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 131. folio 89 parte 2
Carcer perpetuus facit ſeruum pœnæ. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 130. folio 89 parte 2
Carcere non liberatur qui filium obſidem relinquit. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore, ij.* num. 55. fol. 115 parte 2
Carcerem intrans, vt intrante principe liberetur, non liberatur. In quæſt. An occid. pecca. lic. nu. 35 fol. 49 parte 3
Cardinales potiuntur militum priuilegio. ſuper verb. *Teſtamentum*, j. num. 52. folio 153 parte 1
Cardinales condemnato obuiantes eum ex priuilegio eximunt. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 182 folio 93 parte 2 fallit ibid.
Cariuarium an ſit licitum. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrah.* num 161. folio 13 parte 3
Carmelitas obſidet Vigerij Toloſani filius. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. j. n. 26. fol. 65 parte 1
Caro per alimentum reſtaurata impurior eſt priore. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. num. 7. fol. 81 parte 2
Caroli magni geſta pro eccleſia. ſuper verbo, *et vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. nu. 67. 68. 69. & 70. fol. 72 parte 1
Carolus Valeſianus Arteuellam prius famulum, deinde hoſtem habuit. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 123. folio 22 parte 1
Carolus magnus multa corpora ſanctorum Toloſam adduxit. ſuper verbo, *Duas habens filias*, nu. 93. fol. 18 parte 1
Carolus octauus ante pubertatem adminiſtrauit. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*, nu. 53. folio 219 parte 1
Carolus magnus templa plurima extruxit. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. n. 72. fol. 72 parte 1
Carolus magnus teſtari non diſtulit. ſuper verbo, *In extremis poſitus*, num. 45. fol. 137 parte 1
Carolus magnus ſecundò genitum prætulit filio primogeniti. ſuper verbo, *In eodem teſtam. relinq.* j. n. 195 folio 200 parte 1
Carolus magnus eloquentiæ fuit ſtudioſus, & linguarum peritus. ſuper verbo, *Raynutius*, num. 11. folio 2 parte 1
Carolus magnus Francorum rex quos habuit magiſtros. ſuper verbo, *Raynutius*, num. 9. fol. 2 parte 1
Carolus quintus imperator Lutetiam venit. in tracta. de ducatu Aquitaniæ, num. 44. folio 22 parte 3
Carolus Martellus vnde ſumpſit nomen. ſuper verbo, *Raynutius*, num. 56. folio 5 parte 1
Carolus quintus imperator Gallorum ius contra Anglos probauit. in tract. de ducatu Norm. numero 115 folio 26 parte 3
Carolus beneficia conferebat. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. num. 74. folio 73 parte 1
Carolus imperator creatur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. num. 71. folio 72 parte 1
Carolus rex Galliæ adoptare non potuit regem Angliæ. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 188. folio 109 parte 1
Carolus magnus in ſanctorum numerum relatus. ſuper verbo, *In eodem teſtam. relinq.* j. num. 196. fol. 200 parte 1
Caſtè & honeſtè non viuit, quæ nubit ignominioſè. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimon. contrah.* numer. 213 folio 16 parte 3
Caſtè & honeſtè dictiones viduitatem quando inducant. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrah.* num. 185. & 186. folio 14 parte 3
caſtitas plurimum confert ad fortitudinem. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 64. fol. 10 parte 3
Caſtitas Abimelech & Hannibalis. ſuper verbo, *Cuidam Petro trad.* num. 72. folio 139 parte 2
Caſtitas vidualis parum abeſt à virginitate. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.* num. 47. folio 136 parte 2
Caſtitas viduæ indicta licet nuptias impediat, non tamen ingreſſum religionis. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 172. folio 14 parte 3
Caſtitas eſt triplex. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradid.* num. 46. folio 136 parte 2
Caſtitas coniugalis quæ. ſuper verb. *cuidam Petro trad.* num. 49. folio 136 parte 2
Caſtra à caſtitate dicuntur. ſuper verbo, *Cuidam Petro trad.* num. 73. folio 139 parte 2
Caſtra in limitibus regni ſine conſenſu principis non licet emere. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. ij. num. 114. folio 76 parte 1
Caſtrans aliquem difficilius gratiam obtinet, quàm homicida. ſuper verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 17. folio 8 parte 3
Caſtrans ſeipſum fit irregularis. ſuper verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 19. folio 8 parte 3
Caſtrata animalia plus manſueſcunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 318. folio 119 parte 1
Caſtrari pro nullo delicto quis debet. ſuper verb. *Qui cum alia matr. contrah.* num. 18. folio 8 parte 3
Caſtrum auferri poteſt à domino colonos iniuſtè tractante. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 409. folio 126 parte 1
Cathedras doctorales vendi non poſſe. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num. 59. folio 14 parte 1
Cato ſeipſum occidit. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j. num. 77. folio 85 parte 2
Catonis conſtantia & innocentia. ſuper verbo, *Teſtamentum, iij.* num. 9. folio 167 parte 1
Caturcenſis ciuitas, quare olim epiſcopo priuata. ſuper verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 232. fol. 17 parte 3
Caturcenſis vniuerſitas à quo fundata. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 233 folio 113 parte 1
Caturcenſes priuilegiati ad tenenda feuda nobilia. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 11 folio 95 parte 1
Caturcenſium ruinæ. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 231. folio 17 parte 3
Caturci in collegio non recipiuntur niſi de diœceſi oriundi. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 484. folio 132 parte 1
Cauſa magna reſeruationem validans quæ dicatur. in quæſt. de Epiſcopatu, num. 82. folio 31 parte 3
Cautio Mutiana locum habet in donatione cauſa mortis. ſuper verbo, *Teſtamentum, iiij.* num. 40. folio 170 parte 1
Cautionem burgenſem promittens ad quid teneatur. ſup

BIU Cujas

ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. numero 7. folio 67 parte j

¶ Cedendo bonis non liberatur, qui ea ſpe debita contraxit. in quæſt. an occid. pecca. liceat. nu. 37. fol. 49 parte iij. & in ver. *Mort. itaq; teſt.* j. n. 115. fol. 88. par. ij

Celeſtinus cum monacha matrimonium diſpenſauit. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 28 parte iij

Cenſiti in quo ab aſcriptitiis differant. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 407 folio 126 parte j

Cenſitus acquirit domino ſicut ſeruus. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 419 folio 127 parte j

Centaurorum monſtra. ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*, numero 23. folio 4 parte iij

Cenſualem eſſe rem an ſola venditoris emptori facta declaratio probet. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. num. 444. folio 129 parte j

Cerui venatio bonum omen ſemper fuit Galliæ regibus. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 333. folio 120 parte j

Cerui natura. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſ.* deciſione v. numero 334. folio 120 parte j

Cerui miraculum. ſuper verbo, *et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 325. folio 120 parte j

Cerui quare ſcuto regio apponi ſolebant. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 332. folio 120 parte j

¶ Chilperici crudelitas. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 230. folio decimoſeptimo parte iij

Chriſti teſtimonia varia miraculosè inuenta. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 262. 263 & 264. folio 100 parte ij

Chriſti geſta ad ſenatum Ro. relata. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 257. folio 100 parte ij

Chriſtianiſsimi quare reges Galliæ ſunt dicti. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 73. folio 72 parte j

Chriſtus triplicem caſtitatis gradum approbauit. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 50 folio 136 parte ij

Chriſtus non deceſsit inteſtatus. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. num. 260. folio 100 parte ij

Chriſtus quare iniuſtè damnatus. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. num. 237. folio 98 parte ij

Chriſtus honorificè ſepultus. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. num. 52. folio 84 parte ij

Chriſtus ob inuidiam occiſus. ſuper verbo, *mortuo itaque teſtatore*, j. num. 256. folio 99 parte ij

Chriſtus ſententia nulla damnatus non fuit inteſtabilis. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 227. folio 97 parte ij

¶ Cicero ſe occiſoribus obtulit. ſuper verbo, *Teſtamentum, iij.* numero 13. folio 167 parte j

Circuncidens aliquem eſt reus lege Cornelia de ſicariis. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 15. folio 8 parte iij

Citandus quomodo ſit quis criminaliter. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 151. & 152. fol. 91 parte ij

Citato non comparente quid agat procurator regius. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 159 folio 91 parte ij

Ciuilis mors neceſſaria quæ dicatur, ſuper verbo, *mortuo itaque teſtatore*, j. num. 303. folio 103 parte ij

Ciuilis mors duplex. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. num. 296. & 297. folio 103 parte ij

Ciuilitas non perditur per meliorem ſtatum ſuperuenientem. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, num. 212. folio 59 parte j

Ciuitates in Gallia vocantur villæ. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ v. num. 464. fol. 130 parte j

Ciuitates habentes altam iuriſdictionem ſuccedunt in bonis vacantibus. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 292. folio 118 parte j

Ciuitates non ſuccedunt in bonis vacantibus. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. nu. 291 folio 117 parte j

¶ Clauſula inſtitutionis ſine conſenſu teſtatoris per notarium appoſita nihil operatur. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. numero 44. folio 187 parte j

Clauſula à teſtatore prolata & ſcribi omiſſa, probatur per duos teſtes. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. num. 42. folio 187 parte j

Clauſula codicillaris an teſtamentum filij de conſenſu patris factum valere faciat vt donationem cauſa mortis. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, nu. 47 folio 40 parte j

Clauſula, quòd teſtamentum valet omni meliori modo, idem operatur quod codicillaris. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 19. folio 162 parte j

Clauſula codicillaris ſtatuto vel conſuetudine inducitur. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 54. folio 165 parte j

Clauſula codicillaris tacitè inducitur ex magno teſtatoris amore. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 46 folio 164 parte j

Clauſula codicillaris quid operetur. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 17. folio 162 parte j

Clauſula appellatione remota non tollit euidentem iniquitatem. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. num. 212. folio 96 parte ij

Clauſula derogatoria poteſt in codicillis reuocari. ſuper verb. *Teſtamentum, ij.* num. 62. folio 166 parte j

Clauſula motus proprij quomodo facit prouiſionem præualere. in quæſt. de Canonicatu, nu. 1. & 15. & 16 folio 42 parte iij

Clauſula generalis quitantiæ ad ea non refertur, quæ ex teſtamento pendent. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur, ij.* de fideicommiſ. ſubſtit. num. 111. fol. 71 parte ij

Clauſula guarentigiæ an exequi poſsit contra quoſcunque debitoris ſucceſſores. ſuper verbo, *Si abſque liberis morer. ij.* de leg. & fideic. n. 156. fol. 74 parte ij

Clauſula codicillaris operatur validitatem legatorum inteſtamento imperfecto relictorum. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur, ij.* de leg. & fideic. num. 158 folio 74 parte ij

Clauſula, omnia pro expreſsis habentes, tantum operatur, ac ſi ſingula ſpecificarentur. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 23. folio 159 parte j

Clauſula inſtitutionis præſumitur de voluntate teſtatoris appoſita. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. num. 52. folio 187 parte j

Clauſula, quòd valeat omni meliori modo, & c. inſtitutionem non requirit. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. num. 59. folio 188 parte j

Clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis, quid operetur. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 11. folio 161 parte j

BIU Cujas

Clauſula codicillaris in teſtamento nullo quid operetur. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. numero 246. & 247. folio 106 parte 1
Clauſula, omni alio meliori modo, importat clauſulam codicillarem. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. numero 76. folio 190 parte 1
Clauſulæ quæ per notarios in inſtrumentis adduntur, quando valeant. ſuper verbo, *in eodem teſtamento relinquens*, j. numero 46. & 47. folio 187 parte 1
Clauſulæ tranſlationis dominij in feudis vel emphyteuſi nil operantur ſine conſenſu domini. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. iiij. nume. 6 folio 91 parte 1
Clauſulæ tranſlatiuæ dominij, id in ſolis allodialibus operantur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. numero 2. folio 67 parte 1
Clauſulas apponi ſolitas poteſt ſupplere notarius. ſuper verbo, *Condidit*, j. numero 13. folio 139 parte 1
Clementia principi neceſſaria. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 89. folio 18 parte 1
Clericatui qui actus ſint contrarij. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. numero 149. folio 80 parte 1
Clericatus non opitulatur iis, qui bello interfuerunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. numero 150. folio 80 parte 1
Clerici à ſuo epiſcopo malè puniti poſſunt bona per ſeculares iudices capi in caſibus. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* nu. 246. & 247. folio 62 parte 1
Clerici etiam matrem excludunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, numero 37. folio 45 parte 1
Clerici ſunt feudi capaces in caſibus in quibus fœminæ ſunt capaces. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 34. folio 12 parte 1
Clerici etiam per ſecularem poteſtatem cogi poſſunt domos ſuas & eccleſias reficere. ſuper verbo, *Domum*, numero 17. folio 179 parte 1
Clerici ad teſtandum priuilegiati. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, num. 266. folio 63 parte 1
Clerici fructus beneficiorum ab inteſtato ad ſuos tranſmittunt, & de eis diſponunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, num. 264. fol. 63 parte 1
Clerici trahi prohibẽtur ad forum ſecularem in actione reali. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 120. folio 77 parte 1
Clerici mulieres frequentare non debent, nec commatres facere. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 210. folio 31 parte 1
Clerici in actione reali prohibentur coram iudice eccleſiaſtico litigare. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. num. 139. folio 79 parte 1
Clerici non poſſunt conueniri coram iudice ſeculari actione perſonali, ſed bene reali. ſuper verbo, *& vxorem nom. Adel.* deciſ. ij. nu. 30. folio 69 parte 1
Clerici tenentur ad excubias. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 470. fol. 131 parte 1
Clericus à laico iudice bannitus pro crimine priuilegiato. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 161. folio 82 parte 1
Clerici fideles eſſe debent domino ciuitatis ſicut laici. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. numero 162. folio 82 parte 1
Clerici in teſtando vtuntur priuilegio militis. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 51. folio 153 parte 1
Clerici à iudice ſeculari poſſunt in emenda pecuniaria condemnari. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 41. folio 7 parte 1
Clericorum bona ſubſunt iudici temporali, licet non perſonæ. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 36. folio 70 parte 1
Clericorum bona mobilia capi non poſſunt per regis officiarios. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, numero 241. folio 62 parte 1
Clericorum exceſſus cognoſcunt & puniunt iudices ſeculares in caſibus. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. ij. num. 140. & 141. folio 79 parte 1
Clericorum bona cõfiſcata fiſco regis cedunt in Gallia. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, numero 240. folio 61 parte 1
Clericorum vacantia non fiſco Cæſaris, ſed eccleſiæ pertinent. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 271. folio 116 parte 1
Clericum coram ſe falſum deponentem punit iudex ſecularis. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſio ij. numero 142. folio 79 parte 1
Clericus poteſt filios præterire. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. num. 134. folio 294 parte 1
Clericus ſeculariter punitus adhuc ſuo iudici remittitur puniendus. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. numero 160. folio 82 parte 1
Clericus coram iudice ſeculari reſpondens punitur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 32. folio 69 parte 1
Clericus reſpondere cogatur ſuper actione perſonali coram iudice ſeculari in caſibus. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. num. 123. folio 77 parte 1
Clericus tutor vel curator coram iudice ſeculari reſpondet in actione perſonali. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. nu. 128. fol. 78 parte 1
Clericus de chirographo reſpondet coram iudice ſeculari. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 134. folio 78 parte 1
Clericus tenetur dotare ſororem etiam de ſuo beneficio. ſuper verbo, *Dotem quam*, numero 72. folio 177 parte 1
Clericus ſe ſubmittere non poteſt iudici ſeculari. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 121. folio 77 parte 1
Clericus tanquã officiarius ſecularis tenetur in actione perſonali coram iudice ſeculari reſpondere. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 127. folio 78 parte 1
Clericum condemnare poteſt iudex ſecularis in emenda erga regem, deinde eum tradere ſuo officiali puniendum. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 154. folio 81 parte 1
Clericum officium ſeculare gerentem iudicat ſecularis. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 155. folio 81 parte 1
Clericus trahitur coram iudice ſeculari ratione actionum à realitate pendentium. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. ij. num. 34. folio 69 parte 1
Clericus per iudicem ſecularem damnatus non efficitur inteſtabilis. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. num. 214. folio 96 parte 2
Clemens ſeptimus Pontifex pro Gallis contra Anglos iudicauit. In tractatu de ducatu Norm. numero 116 folio 26 parte 3
Clericus in patris poteſtate conſtitutus teſtari poteſt. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, numero 18 folio 38 parte 1
Clericus quando capite punitur à iudice ſeculari citra degradationem. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. ij. num. 148. folio 80 parte 1

BIU Cujas

Clericus officiarius quando à ſeculari domino puniatur. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.ij. num.166.folio 83 parte j

Clericus inſtrumentum ſuum defendendo reſpondere cogitur coram ſeculari iudice. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.nu.126.fol.77.parte j

Clericus ſecreta principis reuelans, ab eo punitur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.num.158 folio 82 parte j

Clodouei regis ad Chriſti fidem conuerſio de conſilio vxoris. ſuper verbo, *Duas habens filias*, nu.80.fol.17 parte j

Clodouei in Gothos victoriæ. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num.83.folio 17 parte j

Clodoueus templum diuæ Genouefæ Pariſiis extruxit. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num.82.folio 17 parte j

Clodoueus rex punitus ob ſepulchrum violatum. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j.nu.63.fol.85 parte ij

Cloelia virgo Romana inſignis. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num.13.folio 9 parte j

Clotarius de ſeipſo fecit iuſtitiam propter homicidium. ſuper verbo, *Condidit*, j.num.47.& 48.fol.143 parte j

Clotarius à bonis eccleſiæ abſtinuit. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.j.num.19.fol.65 parte j

¶ Cnei Carbonis mortem timentis hiſtoria. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iiij. numero vndecimo. folio 167 parte j

Cneus Pompilius Antiochum Syriæ regem audacia terruit. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j.num.41. fol.151 parte j

¶ Codicillaris clauſula quadrupliciter inducitur tacitè, licet non exprimatur. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.num.18.folio 162 parte j

Codicillaris clauſula tacitè inducitur quatuor modis. ſuper verb. *Si abſq; liberis moreretur*, ij. de fidei. ſubſt. num.18.folio 62 parte ij

Codicilli fieri ab eo qui poſt factum teſtamẽtum redditus eſt inteſtabilis. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij. num.69.folio 166 parte j

Codicilli in teſtamento fiunt tripliciter. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.num.10.folio 161 parte j

Codicilli plures ſi appareant eadem hora ab eodem facti, quis præferatur. ſuper verbo, *Teſtamentum*, ij. num.32.folio 160 parte j

Codicilli maiorem habent ſimilitudinem cum teſtamento, quàm donatio cauſa mortis. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, num.49.folio 40 parte j

Codicilli non veniunt appellatione teſtamenti, ſed vltimæ voluntatis. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.nu.1 folio 161 parte j

Codicilli quid, & vnde. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij. num.7.folio 161 parte j

Codicilli duobus modis fiunt. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.num.9.folio 161 parte j

Codicillis dari non poteſt hæreditas directè, niſi in caſibus. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.numer.56.& 57 folio 165 parte j

Codicillis quinque teſtes ſufficiunt. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.num.67.folio 166 parte j

Codicillis non poteſt hæreditas adimi, niſi in caſibus. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.numero 60.folio 165 parte j

Codicillis quare non ea fiant, quæ in teſtamentis. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.nu.66.folio 166 parte j

Codicillis pluribus non teſtamentis quis poteſt decedere. ſuper verbo, *Teſtamentum*, iij.nu.68.folio 166 parte j

Codicillo relicta non valent ſine aditione, niſi ad pias cauſas. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* nu.11.folio 161 parte j

Codicillorum ius ante Auguſti tempora in vſu non fuit. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num.8.folio 161 parte j

Codicillum ex teſtamento facit clauſula codicillaris. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* nu.6.folio 161 parte j

Codicillus largè eſt teſtamentum. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num.4.folio 161 parte j

Codicillus quid & qualiter confirmatur. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num.70.folio 66 parte j

Cœlibes olim puniebantur. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num.23.& 24.folio 8 parte iij

Coeundi appetitus in puellis eſt furori ſimilis. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n.9.fol.7 parte iij

Cognatio ſpiritualis impedit & dirimit matrimoniũ. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v. num.206.folio 111 parte j

Cognatio ſpiritualis maior eſt, quàm vinculum adoptionis. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.num.204.folio 111 parte j

Cognatio ſpiritualis ex baptiſmo & confirmatione ſolùm oritur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.num.202.folio 111 parte j

Cohæres cum iuramento quitans, ſi alter priuetur, petit. ſuper verbo, *Si abſq; liberis moreretur, ij.* de leg.& fidei.num.206.folio 78 parte ij

Cohæres iuri accreſcendi renunciare non poteſt. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* n.96.fol.50 parte j

Collatio beneficiorum ipſo iure prouenit ſine fructuarij induſtria. in quæſt. de Theſauraria. num.4 folio 44 parte iij

Collatio locum non habet inter ſuccedentes iure diuerſo. in quæſt. de legitima. num.2.folio 46 parte iij

Collatio bonorum quid. ſuper verb. *Si abſq; lib. morer. ij.* num.61.folio 23 parte ij

Collatio officiorum an computetur inter fructus. in quæſt. de Theſauraria. num.3.fol.44 parte iij

Collatio ſimplex quando habeat vim electionis & confirmationis. in quæſt. de Epiſcopatu. nume.75 fol.31 parte iij

Collator beneficij nihil oneris poteſt imponere. ſuper verb. *Si abſque liberis morere. ij.* de fideic. ſubſt. nu.32 fol.64 parte ij

Collaterales cum aſcendentibus quomodo ſuccedant. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v. num.76.& 77.fol.101 parte j

Collaterales vſque ad decimum gradum ſuccedunt, exceptis quatuor caſibus. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* num.88.fol.49 parte j

Collaterales ſuccedunt vſque ad decimum gradum. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.nu.95 fol.102 parte j

Collegium mechanicæ artis quando ſuccedat. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.nu.253.fol.115 parte j.

Collegium ſuccedit artifici mechanico prius quàm fiſcus. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. num.335.fol.121 parte j

Coloni cenſiti qui dicantur. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.num.406.fol.126 parte j

Coloni teſtari poſſunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.num.476.fol.132 parte j

Coloni originarij qui dicantur. ſuper verb. *& vxorem nom*

BIU Cujas

nomine Adelaſ. Deciſ. v. num. 411. fo. 127. parte j.
Coloni ſimplices qui dicantur. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* Deciſ. v. nu. 460. fol. 130. parte j.
Colonia ciuitas Germaniæ per Francos ędificata. ſuper verbo, *Duas habens filias.* nu. 77. fol. 16. parte j.
Color aureus, rubeus, vel azureus, ſunt reliquis nobiliores in armis, ſeu inſigniis. ſuper verbo, *Duas habens filias.* nu. 115. fo. 22. parte j.
Columbarum priuilegia. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adela.* Deciſ. v. nu. 309. fo. 118. parte j.
Columbæ proprietas adoptatę donis ſancti ſpiritus. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deciſio. v. num. 311. fo. 119. parte j.
Columbos an liceat venari. ſuper verbo., *Et vxorem nomine Adelaſ.* Deciſ. v. nu. 308. fo. 118. parte j.
Committens crimen contra naturam, perdit illico dominium rerum ſuarum. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtat.* j. nu. 135. fo. 90. parte ij.
Communia verba quomodo dignoſcãtur. ſuper verbo, *Eidem impuberi ſuccederent.* nu. 14. fo. 11. parte ij.
Communio bonorum inter coniuges ex conſuetudine locum habet. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* Deciſ. v. nu. 330. fo. 120. parte j.
Communis vſus loquendi præfertur proprio ſignificato. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deciſ. ij. nu. 9. fo. 69. parte j.
Compaternitas an faciat iudicem ſuſpectum. ſuper verbo, *In eodem teſt. relinq.* ij. nu. 20. fol. 211. parte j.
Compędioſa & breuiloqua qualiter differunt. ſuper verbo, *Si abſque liberis morere.* ij. de compen. ſubſtitu. nu. 4. fol. 54. parte ij.
Compendioſa directa quando ſemper maneat directa. ſuper verbo, *Si abſque liberis morereturij.* de Cõpen. ſubſtit. nu. 37. 38. & 39. fo. 57. & 58. parte ij.
Compendioſa verbis directis facta cum clauſula, ſi ſine lib. deceſſerit. ſuper verb. *Si abſque liberis more.* ij. de compen. ſubſtit. nu. 50. & 51. fol. 59. parte ij.
Compendioſa ſub compendio temporum plura cõtinet. ſuper verbo, *Si abſque liberis more.* de compen. ſubſt. nu. 3. fo. 54. parte ij.
Compendioſa impuberi per verba communia facta valet vt pupillaris. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more.* ij. de compen. ſubſtit. nu. 45. fol. 58. parte ij.
Compędioſa verbis cõmunibus facta poſt pubertatem valet iure fideicommiſſi. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more.* ij. de cõpen. ſubſtir. nu. 46. f. 59. parte ij.
Compendioſa obliqua. ſuper verbo, *Si abſque liberis more.* ij. de compen. ſubſti. nu. 42. fol. 58. parte ij.
Compendioſa à pagano directè facta quid. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more.* ij. de compen. ſubſti. nu. 31. 32. 33. 34. & 35. fol. 57. parte ij.
Compendioſa non comprehendit bona hęredis, donationes, aut prælegata ei facta. ſuper verb. *Si abſq; liberis more.* ij. de compen. ſubſti. nu. 8. fo. 54. parte ij.
Compendioſa per verba communia. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more.* ij. de compen. ſubſtitu. nu. 43. fol. 58. parte ij.
Compendioſa per verba mixta. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more.* ij. de compen. ſubſtitu. nu. 53. & 54. fol. 59. parte ij.
Compendioſa alias continens. ſuper verbo, *Si abſque liberis more.* ij. de compẽ. ſubſti. nu. 5. fo. 54. parte ij.
Compendioſa ſubſtit. qualiter fiat, & quare ita vocetur. ſuper verbo, *Si abſque libe. more.* ij. de compẽ. ſubſtit. nu. 1. fol. 54. parte ij.
Compendioſæ ſubſtit. effectus. ſuper verbo, *Si abſque liberis more.* ij. de cõpen. ſubſtit. nu. 7. fo. 54. parte ij.
Compendioſe & directò an ſubſtitui poſſit in certa portione. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more.* ij. de cõpen. ſubſti. nu. 41. fol. 58. parte ij.
Compenſare non eſt ſoluere. ſuper verbo, *Teſtamentum.* iij. nu. 34. fo. 163. parte j.
Compenſatio an locum habeat in delictis. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradidernnt.* numero. 114. fol. 144. parte ij.
Concedo verbum an ſit directum. ſuper verbo, *Eidẽ impuberi ſuccederent.* nu. 8. fo. 11. parte ij.
Conceptionis Chriſti quatuor miracula. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero.* nu. 29. f. 7. par. ij.
Conceptionis Mariæ & Chriſti differẽtia. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero.* nu. 30. f. 8. par. ij.
Conceptus poſt mortem aui ex ſua perſona non ſuccedit, ſed patris tranſmittentis. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero.* nu. 39. & 40. fo. 8. parte ij.
Conciliorum exequutores ſunt principes. ſuper verbo, *Si abſq; libe. more.* ij. de fideicom. ſubſti. nu. 47. fol. 66. parte ij.
Concubina teſtimonium ferre non poteſt pro amaſio. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* Deciſ. v. nu. 107. fo. 103. parte j.
Concubina quid. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deciſi. v. nu 106. fo. 103. parte j.
Concubina inſtitui non poteſt in præiudicium fratris. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deci. v. nu. 157. fo. 107. parte j.
Concubina ab inteſtato nõ ſuccedit, etiam mortuo ſine parentela. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deciſ. v. nu. 160. fo. 108. parte j.
Concubinam alterius polluẽs quomodo punitur. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 267. fo. 18. parte iij.
Concubinas plures habere non licet. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deciſi. v. nu. 112. fo. 103. part. j.
Concubinatus quicunque hodie dãnatur. ſuper verbo, *Et vxorẽ nomine Adel.* Deci. v. nu. 113. f. 103. par. j.
Concubinatus hodie reprobatur. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.* Deciſ. v. nu. 346. fo. 107. parte j.
Concubinæ ex iuſta cauſa donans miles non valet, niſi cauſæ veritas probetur. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deciſ. v. nu. 163. fol. 108. parte j.
Cõcubinæ an poſſit amaſius inter viuos donare, vel in teſtamento relinquere. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deciſ. v. num. 156. fo. 107. parte j.
Concubinis dare nõ poſſunt milites, nec presbyteri, nec doctores. ſuper verbo, *Teſtamentum* j. nu. 49. fol. 153. parte j.
Concupiſcentię motus naturales an eſſent in primis parentibus. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 76. fo. 10. parte iij.
Concupiſcentia oculorum eſt ſecunda radix peccati. ſuper verb. *Duas habens filias.* nu. 110. f. 20. part. j.
Concupiſcentiæ primus motus in genitalibus membris. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 77. fol. 10. parte iij.
Cõdemnatione facta tempore vnius arrẽdatoris & executionis tempore alterius, cui detur confiſcatio. ſuper verbo, *Cætera bona.* nu. 40. fo. 234. parte j.
Condemnatus ad mortem, bis moritur. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j. nu. 124. fol. 89. parte ij.
Condemnatus vt ad patibulum portetur, capi poteſt cuiuſuis aſinus vel currus. ſuper verbo. *Mortuo itaque teſt.* j. nu. 100. fol. 87. parte ij.
Conditio facit vltimas voluntates debiliores. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* Deciſione quinta. nu. 63.

BIU Cujas

numero 63. folio 99. parte prima.
Conditio de iure impossibilis quando vitiet actum. super verbo. *Reliquit.* nu. 16. fol. 225. parte j.
Conditio habetur pro impleta, quando non stat per eum. super verbo, *Reliquit.* nu. 45. fol. 229. parte j.
Conditio adiecta vni legato quando repetita censeatur in alio. super verbo, *Duas habens filias.* num. 165. fol. 26. parte j.
Conditio nuptias prohibens est contra naturam. super verbo, *Qui cum alia matrimo. contrah.* nu. 11. fol. 7. parte iij.
Conditio impossibilis an vitiet institutionem, super verbo, *Reliquit.* nu. 11. fol. 224. parte j.
Conditio & rerum natura sunt causæ approbandæ consuetudinis. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Decis. ij. num. 58. fo. 71. parte j.
Conditio portandi arma & nomẽ, primogenituram inducit. super verbo, *Raynutius.* nu. 46. fol. 4. parte prima.
Conditio si vsque ad sexagesimum annum non nubat, reiicitur. super verbo, *Qui cum alia matr. cõtrah.* nu. 92. fol. 11. parte iij.
Conditionalis institutio an pereat, si cõditio nõ extiterit. super verbo, *Reliquit.* nu. 44. fol. 228. parte j.
Conditionalia iura, vt substitutiones, non veniunt in confiscatione. super verbo, *Et vxorẽ nomine Adel.* Decis. v. nu. 281. fo. 117. parte j.
Conditionalia verba nullam inducunt institutionẽ vel substitutionem, secus in legatis. super verbo, *Adiciens vt Alterocha.* nu. 25. fo. 4. parte ij.
Conditionem implendi facultas non transit ad hæredes. super verbo, *Reliquit.* nu. 25. fo. 226. parte j.
Conductor vel emphyteuta, qui iurauit soluere annis singulis, si per annũ cesset, illico potest expelli. super verbo, *Testamentum* iij. nu. 27. fo. 162. parte j.
Conestabilis officium in Gallia. super verbo, *Et vxorem nomine Adela.* Decis. ij. nu. 218. fo. 87. parte j.
Confessio sola an quem esse ascriptitium probet. super verbo, *Et vxorem nomine Adela.* Decis. v. num. 425. fo. 127. parte j.
Confessio statũ non mutat confitentis. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Deci. v. nu. 437. fo. 128. par. j.
Confessio non sufficit, nisi appareat factũ esse delictũ. super verbo, *Mortuo itaq; testat.* j. nu. 337. 338. & 339. fo. 106. parte ij.
Confessio & contractus in articulo mortis valent. super verbo, *In extremis positus.* numero 14. & 15. fo. 135. parte j.
Confessio reiterata non præsumitur erronea. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. nu. 245. fo. 99. parte ij.
Confessio extra iudicialis geminata valet. super verbo, *Si absque liberis more.* ij. de fideicommis. substit. nu. 119. fo. 72. parte ij.
Confessio in scriptis extra iudicium facta æquiualet iudiciali, quãdo in iudicio producitur. in quæstio. de Canonicatu. nu. 12. fol. 42. parte iij.
Confessio etiã parte absente quãdo valeat. super verbo, *Si absque libe. more.* nu. 26. fo. 15. parte ij.
Confessio extra iudicialis etiam absente aduersario, valet, si sit iurata. super verbo, *Testamentum* iij. nu. 25. fol. 162. parte j.
Confessioni testatoris iuratę quando non stetur. super verbo, *Si absq; liberis more.* nu. 28. fo. 15. parte ij.
Confessionẽ non vitiat inordinatus processus. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. numero 161. & 162. fo. 92. parte ij.
Confessionem reuelandi sibi à moriente datam licẽtiam dicenti sacerdoti an credatur. super verbo, *Adiecta impuberi.* nu. 28. fo. 217. parte j.
Confessus quomodo appellans audiatur. super verbo, *Mortuo itaque testat.* j. nu. 172. fo. 93. parte ij.
Cõfiscatio alia ob Henrici secundi felonias, in tract. de ducatu Norm. nu. 83. fo. 24 parte iij.
Confiscatio quãdo fiat ipso iure, siue facto hominis, in tractatu, De ducatu Normaniæ. nu. 121. & 122. fol. 26. parte iij.
Confiscatio prima Normaniæ, ex Rollonis delicto & liberorum defectu. in tract. de ducatu Norman. num. 61. fo. 23. parte iij.
Confiscatio alia contra Ioannem sine rerra. in tract. de ducatu Norm. nu. 87. & 88. fo. 24. parte iij.
Confiscatio alia ob Richardi felonias. in tract. de ducatu Norman. nu. 85. fo. 24. parte iij.
Confiscatio an referatur ad tempus delicti vel condemnationis. super verbo, *Cætera bona.* num. 38. fo. 233. parte prima.
Confiscatio secunda Normaniæ tempore Henrici primi triplici medio. in tract. de ducatu Norman. nu. 66. fo. 23. parte iij.
Confiscationes cedunt fructuario. de camerariatu Lug. nu. 4. fo. 33. parte iij.
Confitens mater filium esse spurium, ei non præiudicat. super verbo, *In extremis positus.* nu. 24. fo. 136. parte prima.
Confitens hominem occidisse se defendendo, an cõdemnetur. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 259. 261. & 262. fol. 18. parte iij.
Confitens non punitur si iudici constet esse crimen ab alio commissum. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 340. fo. 106. parte ij.
Confiteri quis dicitur tripliciter. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 160. fo. 92. parte ij.
Coniuges in sibiinuicem succedendo præferuntur collegiis. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* Decis. v. nu. 234. fo. 120. parte j.
Coniuges qualiter sibi ab intestato succedant. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Decisio. v. nu. 220. fo. 112. parte j.
Coniuges quaddo sibi inuicem non succedãt. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* Decisio. v. nu. 338. fo. 121. parte prima.
Coniugum neque confessio neque transactio valet. super verb. *Cuidã Petro tradider.* n. 82. fo. 131. par. ij.
Coniunctorum appellatione non veniunt spurij. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* Decisione v. nu. 133. fo. 105. parte j.
Consanguinei qualiter ab intestato sibi inuicem succedant. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* nu. 176. fo. 57. parte j.
Consanguineus quando possit esse iudex in causa consanguinei. super verbo, *Adiecta impuberi.* nu. 21. & 22. fol. 216. parte j.
Consanguinitatis gradus iure canonico impropriè numerantur. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* nu. 86. fo. 49. parte j.
Conscientia est in iudicando sequenda. super verbo, *Mortuo iaque testat.* j. num. 248. 249. 250. & 251. fol. 99. parte ij.
Conscientia quid. super verbo, *Mortuo itaque testat.* j. nu. 319. 320. & 321. fol. 105. parte ij.
Conscientia iudicis partem grauantis nõ est à Deo. super verbo, *Mortuo itaque testat.* j. nu. 323. fo. 105. parte ij.
Conscientia est triplex. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. num.

BIU Cujas

numero 252,folio 99 parte ij
Conſcientiæ patris commiſſum non extenditur ad filium vel nepotem. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.ij.* n.32,& 33,folio 113 parte ij
Conſenſu cuiuſpiam ad matrimonium requiſito, ſi ſine cauſa conſentire recuſet, compelli poteſt. ſuper ver. *Qui cum alia matrim.contrahens*,num.91,folio 11 parte iij
conſenſus alterius requiſitus impedit libertatem mat. non tamen conſilium.ſuper ver. *Qui cum alia matr. contrah.*n.90,folio 11 parte iij
Conſenſus partium nihil operatur contra decretum irritans. in quæſtio. de epiſcop. numero 38 folio 29 parte iij
Conſentiens vt alius eligat, non debet ſeruare ſolennitates electionis.in quæſt.de epiſc.n.67,& 69,fol.31 parte iij
Conſentiens vt alius pro ſe teſtetur non tenetur in eo conſenſu adhibere ſolennitates teſtamenti.in quęſt. de epiſc.n.68,folio 31 parte iij
Conſentire poteſt capitulum,vt alij eligant, ſeu quòd papa prouideat.in quæſt.de epiſc.numero 49,fol.29 parte iij
Conſentire quis poteſt, vt alius pro ſe teſtetur, & matrimonium contrahat.in quæſt.de epiſc.n.48,fo.29 parte iij
Conſiliarij Tholoſæ partim eſſe debent Aquitani. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n 491,f.133 parte j
Conſtantia imperatrix decrepita peperit.ſuper verbo, *Qui cum alia matr.contrah.*n.29,folio 8 parte iij
Conſtitutio rationalis cenſetur eoipſo, quòd non eſt prohibita. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.*j. num.183 folio 198 parte j
Conſtitutus in extremis quos actus exerceat. ſuper ver.*In extremis poſitus*,n.10,folio 135 parte j
Conſtitutus in re certa quando ſit loco hæredis. ſuper verbo,*In eodem teſt.relinquens*,j.nu.258,& 259,f.207 parte j
Conſtitutus in extremis quòd nihil poſsit.ſuper verb. *In extremis poſitus*,n.17,folio 135 parte j
Conſuetudine an fieri poſsit monachus teſtabilis. ſuper ver.*Mortuo itaque teſt.*j.n.301,folio 103 parte ij
Conſuetudine an induci poſsit, vt clericus in actione reali coram iudice ſeculari conueniatur. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.ij.num.48,folio 71 parte j
Conſuetudine impeditur quis teſtari de antiquo patrimonio. ſuper ver.*& vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.v. n.479,folio 132 parte j
Conſuetudine ſtanti quòd primogenitus ſuccedat, an ingratus exhæredari poſsit. ſuper verbo, *In eodem teſt.relinq.*j.n.203,folio 201 parte j
Conſuetudinem notoriam princeps præſumitur ſcire. ſuper verbo,*& vxorem nomine Adel.*num.239,fol.32 parte j
Conſuetudo excuſat in foro contentioſo,non in foro conſcientiæ. ſuper verb. *Qui cum alia matr.contrah.* n.162,folio 13 parte iij
Conſuetudo leges interpretatur,& leges præeligit.ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.ij.n.56,fol.71 parte j
Conſuetudo vt aſcendentes deſcendentibus non ſuccedant.ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.v. n.72,folio 100 parte j
Conſuetudo contra ſubſtantialia actus nihil operatur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.iſiam*,deciſ.ij. n.107,fol.76 parte j
Conſuetudo loci inſtrumentum aliàs minus ſolenne facit authenticum.ſuper verb.*Teſtamentum*,j.nu.55 fol.153 parte j
Conſuetudo quòd primogenitus ſuccedat, etiam errore vel metu introducta valet.ſuper verb.*In eodem teſt.relinq.*j.n.170,fol.197 parte j
Conſuetudo collateralium ſucceſsionem mutat.ſuper ver.*& vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.v.num.96,f.102 parte j
Conſuetudo quòd primogenitus ſuccedat, eſt omni iure fundata.ſuper ver.*In eodem teſt.relinq.*j.num.158 fol.196 parte j
Conſuetudo titulum inducit.ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*n.237,fol.61 parte j
Conſuetudo monachos excludens approbatur. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, num.260,fol.63 parte j
Conſuetudo praua licet excuſet in foro contentioſo, non tamen à peccato.ſuper verb.*Mortuo itaq; teſt.*j. n.284,fol.102 parte ij
Conſuetudo filios alios excludens, facilius poteſt excludere monachos.ſuper ver.*& vxorem nom. Adel.* n.257,fol.63 parte j
Conſuetudo quòd damnati ad mortem in matrimonium à meretricibus petantur, an valeat. ſuper ver. *Qui cum alia matr.contrah.*num. 49,50,& 52,folio 9 parte iij
Conſuetudo, vt quis teſtari non poſsit, valet fauore agnationis. ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.*nu.34 & 35,fol.45 parte j
Conſuetudo in ſubſtitutionibus poteſt idem quod lex & canon. ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.* nu.265 fol.63 parte j
Conſuetudo non extendenda. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v. numero 167,folio 108 parte j
Conſuetudo non valet quòd iudicetur ſecundum opinionem populi.ſuper ver.*Mortuo itaque teſt.*j.n.196 fol.94 parte ij
Conſuetudo quòd dominus ſuccedat pageſio valet.ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.391,fol.125 parte j
Conſuetudo plus poteſt,quàm ſtatutum. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.*n.225,fol.60 parte j
Conſuetudo non ſcripta teſtibus debet probari. ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.*n.40,fol.45 parte j
Conſuetudo poteſt res omnes conditionare & qualificare. ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.nu.5 fol.95 parte j
Conſuetudo excludens monachos à ſucceſsione non eſt contra libertates eccleſiæ. ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*n.249,fol.62 parte j
Conſuetudo feudorum monachos repellit. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.*n.261,fol.63 parte j
Conſuetudo Galliæ roboratur ex tolerantia Papæ.ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.n.55,fol.71 parte j
Conſuetudo eſt optima interpres legum.ſuper verbo, *et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij,num.151, fol.80 parte j
Conſuetudo monachos excludens voto eorum conuenit & iuri diuino. ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.* n.258,fol.63 parte j
Conſuetum eſt quid innatum,& vim pacti habet. ſuper verbo, *& vxoren nomine Adelaſiam*, deciſione ij numero 171,folio 83 parte j

BIU Cujas

Conuentio inter regem & Tholosanos. super verb. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. numero 499, fol. 133 parte j
Conuentionales institutiones & substitutiones, in quibus casibus valeant. super verbo, *Duas habens filias*, n. 199. & 200, fol. 30 parte j
Conuiuia sunt in triplici differentia. super ver. *cuidam Petro trad.* n. 57, fol. 137 parte ij
Continentia mulieri indicta idem est, quòd viduitas. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 169, folio 14 parte iij
Contractu an quis fieri possit ascriptitius. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 427, folio 128 parte j
Contractus committi potest arbitrio alterius. super ver. *Condidit*, j. n. 16, fol. 139 parte j
Contractus in testamento factus est reuocabilis. super ver. *Testamentum, ij.* n. 5, fol. 158 parte j
Contritio tanta esse potest in damnato, quòd mors in totum satisfaciet pro delicto. super ver. *Mortuo itaq; test.* j. n. 196, fol. 88 parte ij
Contumace mortuo crimen non extinguitur quo ad bona. super ver. *Mortuo itaque test.* j. num. 171, fol. 92 parte ij
Contumace accusatore quid agat iudex. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 156, fol. 91 parte ij
Contumacem non facit qui impedit. super ver. *mortuo itaque test.* j. n. 166, & 167, fol. 92 parte ij
Contumacem non condemnet iudex, si sibi de opposito constet. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 164, f. 92 parte ij
Contumacem iudex non condemnet in qualitate delictum aggrauante, nisi de ea verè constet. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 168, fol. 92 parte ij
Contumacia non operatur certitudinem. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 163, fol. 92 parte ij
Contumacia est in deteriorem partem semper interpretanda. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 390, f. 109 parte ij
Contumacis bona quomodo confiscantur. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 154, fol. 91 parte ij
contumax non censetur, qui alia causa fugit. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 165, fol. 92 parte ij
Contumax & verè confessus differunt. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 173, 174, & 175, fol. 93 parte ij
Contumax antequam condemnetur quid perpendendum. super ver. *Mortuo itaque test.* j. num. 169, fol. 92 parte ij
Contumax semper debet expensas. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 170, fol. 92 parte ij
Copulæ natura est æqualiter distribuere. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. subst. num. 10, folio 49 parte ij
Cordigeris & aliis incapacibus relinqui non potest nisi ad alimenta. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 8, fol. 62 parte ij
Cordigeri non tenentur ad excubias. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 469, fol. 131 parte j
Coronam Christi spineam à Balduyno habuit rex Philippus. super ver. *Duas habeno filias*, num. 99, fol. 19 parte j
Correlatiua debent à pari iudicari. in quæst. de Vend. n. 10, fol. 52 parte iij
Correctoria iura licet extendere. super verb. *In eodem test. reling.* j. n. 251, fol. 206 parte j
¶ Creditor impedire non potest sepulturam debitoris. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 56, folio 84 parte secunda.
Crimen puniendum licet bonus sit inde effectus sequutus. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 120, fol. 89 parte ij
Crimen quid. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 94, f. 86 parte ij
Crimen extingui morte quomodo intelligatur. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 140, fol. 90 parte ij
Crimen priuilegiatum subiicit clericum iudici laico. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 143, f. 79 parte j
Crimina etiam ex quibus magna sequitur vtilitas, debent puniri. In quæst. An occid. pecc. lic. n. 39, fol. 49 parte iij
Crimina in Gallia extraordinariè puniri. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. numero 202, & 203, fol. 95 parte ij
Criminaliter litigantes non possunt transigere sine fisco. super verb. *mortuo itaque testatore*, j. n. 107, fol. 88 parte ij
Criminosus se ante litem cœptam absentans damnari non potest. super ver. *mortuo itaque test.* j. n. 150, fol. 91 parte ij
Crudelitas alicuius potentis iustum inducit timorem mortis. super ver. *Testamentum, iiij.* num. 21, folio 168 parte j
¶ Cucurbitare aliquem est maior offensa, quàm eius filium occidere. super ver. *Cuidam Petro trad.* nu. 109 fol. 144 parte ij
Curatorem quis habere non compellitur. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 42, fol. 218 parte j
Curia mercatorum iudicat sine apicibus iuris. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 51, fol. 67 parte ij
¶ Cymbricarum mulierum facinus. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numer. 156, folio 13 parte iij
Cygnus post coitum se lauat. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, n. 117, fol. 12 parte iij

D

DÆmonem inuocans committit hæresim. in quæst. de homic. n. 37, fol. 41 parte iij
Dagoberti regis venatio. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 331, folio 120 parte j
Dagobertus quare damnatus & saluatus. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 330, folio 120 parte j
Dagobertus rex punitus, quòd ecclesiæ valuas tulerit. super verbo, *mortuo itaque test.* j. numero 67, folio 85 parte ij
Dagobertus Francorum rex in infernum à dæmonibus actus ob violatam Pictauen. ecclesiam. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. j. num. 14, fol. 65 parte j
Dagobertus à Tartaris ereptus. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. num. 329, fol. 120 parte j
Damnati ad perpetuum carcerem an testari possint. super verbo, *mortuo itaque test.* j. numero 129, folio 89 parte 2
Damnati ad membri mutilationem confiscantur bona, nec testari de eis potest in Gallia. super verbo, *mortuo itaque test.* i. n. 146, fol. 90 parte 2
Damnati ad perpetuum carcerem perdunt bona. super verb

BIU Cujas

ver. *Mortuo itaque test.* j.n.132,fol.89 parte ij
Damnati testari non possunt etiam ad pias causas. super ver. *Mortuo itaque test.* j.n.128,fol.89 parte ij
Damnato seipsum occidente est in arbitrio iudicis ipsum suspendere. super ver. *Si absque lib. mor. ij.* de exempl. subst.n.25,fol.45 parte ij
Damnatorum filij non peccant occultando bona confiscata, si indigeant. super verb. *Mortuo itaque test.* j.n.136,fol.90 parte ij
Damnatum eximens est reus læsæ maiest. super verb. *Mortuo itaque test.* j.n. 180,fol.93 parte ij
Damnatum eximere aliquo cupiente, si ministri eum occidant, rei sunt capitis. super ver. *mortuo itaq; test.* j.n.183,fol.93 parte ij
Damnatus ad mortem testari potest pro malè ablatis restituendis. super verb. *Mortuo itaque test.* j.nu.186 & 187,fol.94 parte ij
Damnatus ex statuto an sit intestabilis. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j.n.126,& 127,fol.89 parte ij
Damnatus ad membri mutilationem potest testari. super ver. *Mortuo itaque test.* j.n.144,fol.90 parte ij
Damnatus vt fiat intestabilis quid requiratur. super verbo, *Mortuo itaque testatore,* j. num.226, folio 97 parte ij
Damnatus ad mortem est intestabilis. super verbo, *Mortuo itaque test.* j.n.145,fol.90 parte ij
fallit ibid. n.147,148,179,184,185,186,189,197,211.215 216,223,265,& seq.
Damnatus ad mortem insolitam non fit intestabilis. super ver. *Mortuo itaque test.* j.n.116,fol.96 parte ij
Damnatus ad populi tumultum non est intestabilis. super ver. *Mortuo itaque testatore,* j. num.189,fol.94 parte ij
Damnatus qui authoritate principis eximitur, an sit intestabilis. super ver. *Mortuo itaque test.* j.num.179 fol.39 parte ij
Daphnes quare in Laurum conuersa. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* n.240,fol.17 parte iij
Dare vel accipere pecunias pro officiis publicis an licitum sit. super ver. *Duas habens filias,* num.52,fo.14 parte j
¶ Debita contrahens spe cedendi bonis, non liberatur cedendo. super ver. *Mortuo itaque test.* j. num.115 fol.88. & in q.an occid.pec.lic.n.37,fol.49 parte ij
Debitor ad suæ domus destructionem non potest se obligare. super ver. *Domum,* n.29,fol.180 parte j
Decendio ad appellandum nondum finito potest sententia executioni mandari. in quæst. an occid. pecc. lic.n. 43,fol.50 parte iij
Decreto irritanti reuocari potest. in quæst. de episcop. n.61,fol.30 parte iij
Decreto irritanti etiam fauore partis apposita renunciari non potest. super ver. *In eodem test. relinquens,* j.n.110,fol.192 parte j
Decretum irritans non operatur, nisi eo volente, cuius fauore est appositum. super ver. *In eodem test. relinq.* j.n.106,fol.191 parte j
Decretum irritans non operatur, vbi pars eo vti non vult. In quæst. de episc. n.60,fol.30 parte iij
Decretum irritans afficit titulum & possessionem. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. nu.39 fol.65 parte ij
Decretum irritans est pro forma substantiali. super ver. *In eodem test. relinq.* j.n.26,fol.185 parte j
Decretum irritans inficit titulum & possessionem. In quæst. de episc. n.32,fol.29 parte iij
Degradatio aliquando sumitur pro depositione verbali. In quæst. de homic. n.2,fol.38 parte iij
Degradatio an fiat pro homicidio qualificato. in quæst. de homic. n. 4,fol.38 parte iij
Degradatio in quibus casibus locum habeat. In quæst. de homic. n.3,fol.38 parte iij
Degradatio fit aliquando pro minore delicto, quàm sit homicidium qualificatum. In quæst. de homicid. n.7,fol.38 parte iij
Degradationis exequutio fieri potest per solum ordinarium, licet sententiæ assistant alij sex Episcopi. in quæst. de homic. n.41,fol.41 parte iij
Delicta, quæ in patria certa frequentantur, sunt magis punienda. In quæst. An occid. pec. lic. n.42, folio 50 parte iij
Delicta tunc punienda, quando nulla est spes conuersionis. super ver. *Mortuo itaque test.* j.num.98,fol.87 parte ij
Delicti atrocitas vel grauitas cognoscitur ex septem. in quæst. de homic. n.13,fol.39 parte iij
Delicto nemo debet præmium consequi. super verb. *Mortuo itaque test.* j.n.35,fol.83 parte ij
Delictum quid. super ver. *Mortuo itaque test.* j.num.93 folio 86 parte ij
Delphinatus à manu mortua liber. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v.n.393,fol.125 parte j
Delphinus Galliæ, an propter ingratitudinem regno possit priuari. super ver. *In eodem test. relinq.* j.n.209 folio 202 parte j
Democritus sibi oculos effodit. super ver. *In extremis positus,* n.34,fol.136 parte j
Dentur verbum sui natura obliquum directam non impedit substitutionem. super ver. *Si absq; lib. mor. ij.* de compen. subst.n.57,fol.60 parte ij
Dependentiarum appellatione quid veniat. In quæst. de Vend.n.11,fol.52 parte iij
Deportatus testari non potest. super ver. *Mortuo itaq; test.* j.n.305,fol.103 parte ij
Depositio testis secunda, dicendo: depono, vt prius, an valeat. super verbo, *Alterochæ filiæ,* num.6, folio 171 parte j
Derelictum est quasi genus donationis. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam,* decis. v.num.367,fol.123 parte j
Descendentes soli excludunt substitutum in testamentaria substitutione. super ver. *& vxorem nom. Adel.* n.25,fol.44 parte j
Descendentes in infinitum vocantur. super ver. *& vxorem nomine Adel.* n.80,fol.49 parte j
Determinatio respicieus duo determinabilia, an debet æqualiter ea determinare. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. substit. num.34,& 35,folio 52 parte ij
Deus ridet differentes bonum vsque ad mortem. super ver. *In extremis positus,* n.47,fol.138 parte j
¶ Diana nemorum ac montium dea. super ver. *Duas habens filias,* n.7,fol.8 parte j
Dictum doctoris intelligi debet secundum iura quæ allegat. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* n.71,fol.24 parte ij
Didimi cæci historia. super ver. *In extremis positus,* n.32 fol.136 parte j
Didonis castitas. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n.155,fol.13 parte iij
Diebus festis olim à venere abstinebant. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n.115,fol.12 parte iij
Dies vnus sex mensium. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* n.73,fol.10 parte iij

BIU Cujas

Index

Differentia inter legitimos & naturales, ac legitimos tantùm in ſuccedendo. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.189,fol.110 parte j

Digeſtio cibi trina. ſuper verb. *Quæ filium ex eo ſuſcip.* n.5,fol.2 parte iij

Dignitate perdita perduntur eius acceſſoria. de Camerariatu Lugd.n.6,fol.33 parte iij

Dignitas efficit quem ſui iuris, vbi eſt ei commodum. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de pup.ſubſt.nu.52 fol.37 parte ij

Dignitas virilis ſexus maior quàm fœminei. ſuper ver. *Duas habens filias*, n.137, fol.24 parte j

Diogenes adulari noluit. ſuper ver. *Condidit*, j.num.50 fol.143 parte j

Diogenis domus dolium. ſuper verb. *Domum*, num.10 folio 178 parte j

Dionyſij eccleſia à Chriſto conſecrata. ſuper verbo, *et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.327, & 328, fol.120 parte j

Directa ſubſtitutio eſt dignior obliqua. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de compen.ſubſt.n.44, fol.58 parte ij

Directa ſubſtitutio impedit hæredem filij grauati tollere legitimam. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.* de compen.ſubſt.n.17, fol.55 parte ij

Directa ſubſtitutio impedit hæredem retinere ſibi naturaliter tantùm à teſtatore debita. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de compen.ſubſt.num.22, fol.56 parte ij

Directa ſubſtitutio quid efficiat vltra fideicommiſſariam. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de comp.ſub. n.23, fol.56 parte ij

Directa ſubſtitutio non remittitur ſolo pacto, ſecus in fideicommiſſaria. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.104, & 105, fol.71 parte ij

directam ſemper manere militis ſubſtitutionem quid faciat. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de compen. ſubſt.n.30, fol.57 parte ij

Directæ ſubſtitutionis vis. ſuper ver. *ſi abſq; lib. mor.ij.* de comp.ſubſt.n.12,14, & ſeq. fol.55 parte ij

Directè ſubſtitutus non ſoluit Trebellianicam. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de comp.ſubſt.n.16, fo.55 parte ij

Directè ſubſtitutus capit bona propria authoritate. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de comp.ſubſt.nu.14 & 15, fol.55 parte j

Directè ſubſtitutus habet iura patronatus & ſepulchrorum. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de comp. ſubſt.n.24, fol.56 parte ij

Directè maiori vel extraneo paganus non poteſt ſubſtituere, niſi ex conſuetudine vel ſtatuto. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de comp.ſubſt.n.40, folio 58 parte ij

Directum dominum ſe eſſe aſſerens id oſtendere tenetur. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.n.20 folio 68 parte j

Diſcordia in rebus publ. pernicioſa. ſuper ver. *in eodem teſt. relinq.* j.n.181, fol.198 parte j

Diſpenſare videtur Papa aliquid tolerando. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſiam*, numero 138, folio 61 parte j

Diſpenſatio à iuramento ſine cauſa facta, etiam in foro ſeculari non eſt tenenda. ſuper ver. *Duas habens filias*, n.275, fol.35 parte j

ſpoſitio generalis quomodo comprehendat particularia. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij. num.110, fol.76 parte j

Diſpoſitio ab initio inutilis non confirmatur poſtea. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de breuil.ſubſt.n.51 fol.53 parte ij

Diſpoſitio nulla valet ad quam ſequitur deformatio communis populi ſtatus. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.n.182, & 183, fol.84 parte j

Diſpoſitiones contra bonos mores ſunt impoſsibiles. ſuper ver. *Duas habens filias*, n.196, fol.29 parte j

Diues vel pauper quando quis dicatur. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.nu.247, & 248, fol.107 parte j

Diuiſio animum præparat, & memoriam confirmat. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* num.175, folio 57 parte j

Diuitiæ ſunt maximum adiumentum honeſtatis familiæ. ſuper ver. *Duas habens filias*, numero 132, folio 23 parte j

¶ Doctor dicitur perſona benemerita, vt eligatur. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.nu.95, fol.75 parte j

Doctor habet iuriſdictionem ordinariam inter ſuos ſcholares. ſuper ver. *Adiectæ impuberi*, num.12, fol.215 parte j

Doctor ob delictum priuatus non poteſt denuò doctorari. ſuper ver. *Duas habens filias*, num.222, fol.31 parte j

Doctorari qua ætate quis poſsit. ſuper verb. *Adiectæ impuberi*, n.16,17, & 18, fol.215 parte j

Doctorari poſſunt religioſi. ſuper ver. *& vxorem nom. Adel.* n.213, fol.59 parte j

Doctoratum malè petens peccat. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.28, fol.96 parte j

Doctoratus intra decimumoctauum annum iudex eſſe non poteſt. ſuper verb. *Adiectæ impuberi*, num.40 folio 218 parte j

Doctores actu docentes præſumuntur docti. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.num.97, folio 75 parte j

Doctores debent à iudicibus patres nominari. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.ij.nu.96, fol.75 parte j

Doctores militibus æquiparantur. ſuper ver. *Matrem inſuper Cleram*, n.8, fol.37 parte j

Doctores hodierni priuilegio non deberent gaudere. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.25, fol.96 parte j

Doctores quales hodie fiant. ſuper ver. *& vxorem nom. Adel.* deciſ.v.n.23, fol.96 parte j

Doctores & presbyteri qualiter gaudeant priuilegio militum. ſuper verb. *Teſtamentum*, j.num.46, fol.152 parte j

Doctores hodie fiunt, vt maius habeant ſalarium. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.26, fol.96 parte j

Doctores in teſtando ſunt, vt milites priuilegiati. ſuper ver. *In extremis poſitus*, n.43, fol.137 parte j

Doctores & clerici qualiter in teſtando gaudeant priuilegio militis. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.* de breuil.ſubſt.n.43, fol.52 parte ij

Doctori narranti quid creditur. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.41, fol.65 parte ij

Doctorum priuilegium intelligitur de actu docentibus in vniuerſitate approbata. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, n.9, fol.37 parte j

Dolo & delicto perdit quis alimenta. ſuper verbo, *In eodem teſt. relinq.* j.n.223, fol.203 parte j

Dolo inductus ad religionẽ tenetur in ea perſeuerare. ſup

BIU Cujas

ſuper ver. *Condidit, ij.* n. 26, fol. 146 parte j
Dolus præteritus remitti poteſt. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 227, fol. 31 parte j
Dolus tertij nocet hæredi. ſuper ver. *Condidit, ij.* num. 8 folio 145 parte j
Domicilium cuius attenditur in ſtatuto de lucrando dotem. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. n. 223, fol. 112 parte j
Dominandi cupidis nulla probitas, aut fides. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. nu. 160, fol. 196 parte j
Domini de capitulo Tholoſæ habent merum & mixtum imperium. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. n. 15, & 16, fol. 95 parte j
Domini ſimul eſſe poſſunt duo diuerſimodè. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, num. 163, folio 56 parte j
Domini cenſum pageſiis augentes incurrunt pœnam. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 422 folio 127 parte j
Domini eorundem bonorum duo. ſuper verb *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 414, & 415, fol. 127 parte j
Domini probatio quæ requirat. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 457 folio 130 parte j
Dominij probatio quando eſt facilis. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. n. 458, & 459, fol. 130 parte j
Dominium non probat, qui ait ſe emiſſe. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 454, fol. 129 parte j
Dominium non probo, eò quòd autor meus eſſe dominus putabatur. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. n. 436, fol. 130 parte j
Dominium transferentia iura non transferunt poſſeſſionem. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt. ij.* nu. 67, fol. 115 parte ij
Dominium non probatur per actus æquiuocos. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. n. 451, folio 129 parte j
Dominium & poſſeſsio quomodo in hæredes omnes tranſeat. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt. ij.* n. 83, fol. 118 parte ij
dominium alienæ rei legatæ non tranſit in legatarium ſine traditione. ſuper ver. *Si abſque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. n. 153, fol. 74 parte ij
Dominus non poteſt de rebus ſuis in ædificio poſitis liberè diſponere. ſuper ver. *Domum*, nu. 12, folio 178 parte j
Dominus materiam ſuam in alieno ædificio poſitam vendicare non poteſt. ſuper ver. *Domum*, n. 13, f. 174 parte j
Dominus propter offenſam vni ſubdito factam priuatur poteſtate in eum. ſuper ver. *Condidit*, j. num. 56 folio 143 parte j
Dominus ex eiſdem cauſis feudo priuatur, ex quibus dominus. ſuper verbo, *Condidit*, j. num. 43, folio 142 parte j
Dominus ad quem emphyteuſis eſt reuerſa, an onera emphytentæ ſubire debeat. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. iiij. n. 16, fol 92 parte j
Dominus priuat clericum officio à ſe dato, ſi in eo deliquerit. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* num. 165 folio 56 parte j
Dominus tenetur ſubdito, ſicut econtra, excepto honore. ſuper ver. *Condidit*, j. n. 42, fol. 142 parte j
Dominus tenetur pro delicto ſerui vel iumenti. In q. An occid. pec. lic. n. 40, fol. 49 parte iij
Dominus & hæres idem eſt. ſuper ver. *Reliquit*, num. 9 folio 324 parte j
Domo exiſtente feudali non propterea fit hortus feudalis. ſuper verbo, *Et hortum*, numero 16, folio 181 parte j
Domo legata an hortus contineatur. ſuper ver. *& hortum*, n. 1, fol. 181 parte j
Domo legata an contineatur ergaſterium. ſuper verb. *Et hortum*, n. 3, fol. 181 parte j
Domorum deſtructio odioſa & reprimenda. ſuper verbo, *Domum*, n. 22, fol. 179 parte j
Domos propter delictum deſtructas reædificare, non licet ſine principis indulgentia. ſuper verb. *Domum*, n. 26, fol. 180 parte j
Domos omnes quas inhabitat legans, quid comprehendat. ſuper verbo, *Domum*, numero 37, folio 180 parte j
Domum alterius ingredi non licet, quærendo rem furatam. ſuper ver. *Domum*, n. 30, fol. 180 parte j
Domum diſcooperire etiam pro debito publico non licet. ſuper ver. *Domum*, n. 23, fol. 179 parte j
Domum communem reficiens efficitur dominus, ſi alter ſit in ſoluendo contumax. ſuper verbo, *Domum*, n. 19, fol. 179 parte j
Domum deſtruere ob delictum ſolus princeps poteſt. ſuper ver. *Domum*, n. 24, fol. 179 parte j
Domum legans intelligit in loco, in quo habitat. ſuper ver. *Domum*, n. 35, fol. 180 parte j
Domum legans, an vnicam quam habebat legaſſe cenſeatur. ſuper ver. *Domum*, n. 36, fol. 180 parte j
domum multorum poteſt vnus inſolidum cogi ad reparandum. ſuper verbo, *Domum*, num. 16, folio 179 parte j
Domum relinquens, ſi nullam habeat, eſt inutile. ſuper ver. *Domum*, n. 39, fol. 180 parte j
domum reparare an quis cogi poſsit. ſuper ver. *domum*, n. 14, fol. 179 parte j
Domus vel habitationis legatum quomodo ſoluat hæres. ſuper ver. *Domum*, n. 32, fol. 180 parte j
Domus eſt in ea parochia ad quam ſpectat pars anterior. ſuper verbo, *Et hortum*, numero nono, folio 181 parte j
domus appellatione non veniunt vtenſilia, niſi domui affixa. ſuper verbo, *Et hortum*, numero 4, folio 181 parte j
Domus columnas vel trabes quis non poteſt alienare. ſuper ver. *Domum*, n. 11, fol. 178 parte j
Domus vnde dicatur. ſuper ver. *Domum*, nu. 2, fol. 178 parte j
Domus aliquando citra delictum poſſunt deſtrui. ſuper ver. *Domum*, n. 27, fol. 180 parte j
Domus clericorum nec conſuetudine nec generali mandato principis dirui poſſunt. ſuper ver. *Domum*, n. 25, fol. 179 parte j
Domus legatum non valet, ſi teſtator nullam habebat domum. ſuper verbo, *Domum*, numero 31, folio 180 parte j
Donandi cauſa ſtante nulla, donatio erit nulla. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. n. 115, fol. 103 parte j
donans quicquid habet in bonis an det vſumfructum. ſuper ver. *Cætera bona*, n. 18, fol. 231 parte j
Donatarius partem poteſt accipere, & partem repudiare. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, numero 111, folio 51 parte j

BIU Cujas

Donatarius omnium bonorum an teneatur soluere debita. super verb. *Cætera bona*, num. 46, & 47, fol. 234 parte j

Donatario secundò quæritur actio ex pacto donatoris cum primo. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 21, fol. 63 parte ij

Donatario causa mortis quando sit necessaria aditio hæreditatis. super ver. *Testamentum, iiij.* n. 37, fol. 170 parte j

Donatio causa mortis tribus modis ipso iure reuocatur. super verbo, *Testamentum, iiij.* num. 41, folio 171 parte j

Donatio causa mortis non dicitur, vbi mentio mortis non est causa donandi. super ver. *Duas habens filias*, n. 202, fol. 30 parte j.

Donationem propter nuptias cogitur pater filio assignare. super ver. *Dotem quam ei dederat*, n. 29, fol. 174 parte j

Donatio principis est latissimè interpretanda. In quæstio. de Thesauraria, n. 11, fol. 44 parte iij

Donatio causata reuocari non potest. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. numero 86, folio 74 parte j

Donatio causa mortis non venit appellatione testamenti. super verbo, *Testamentum, iiij.* num. 1. fol. 167 parte j

Donatio causa mortis, & codicilli quando valeant cum duobus testibus. super ver. *Testamentum, iiij.* n. 4 folio 167 parte j

Donatio per filium facta an valeat, si pater postea consentiat. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, num. 51 folio 40 parte j

Donatio causa mortis sola morte confirmatur. super verbo, *Testamentum, iiij.* n. 36, fol. 170 parte j

donatio per filium absenti facta de consensu patris an valeat. super ver. *Matrem insuper Cleram*, n. 54, f. 40 parte j

donatio ad vitam an faciat vsufructuarium, aut verum dominum. In quæst. de Thesauraria. num. 10, fol. 44 parte iij

Donatio causa mortis an fieri possit absenti. super ver. *Testamentum, iiij.* n. 31, & 32, fol. 170 parte j

Donatio causa mortis aliis fit modis. super ver. *Testamentum, iiij.* n. 20, fol. 168 parte j

Donatio facta à filiofamilias validatur superueniente libertate. super ver. *Matrem insuper Cleram*, n. 13, f. 38 parte j

Donatio causa mortis potest tripliciter considerari. super ver. *Testamentum, iiij.* n. 34, fol. 170 parte j

donatio ab agnatis facta, insinuatione non eget. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, num. 22, fol. 44 parte j

donatio causa mortis non requirit hæreditatis aditionem. super verbo, *Testamentum, iij.* num. 13, folio 161 parte j

Donatio iudicatur in dubio facta inter viuos. super ver. *Testamentum, iiij.* n. 22, fol. 168 parte j

Donatio causa mortis legatis æquiparatur. super ver. *Testamentum, iij.* n. 28, fol. 169 parte j

Donatio causa mortis, in quibus cum codicillo conueniat. super verbo, *Testamentum, iiij.* num. 3, folio 167 parte j

Donatio causa mortis an contractui magis accedat, quàm vltimæ voluntati. super ver. *Testamentum, iiij.* n. 33, fol. 170 parte j

Donatio causa mortis triplici ex causa fit. super verb. *Testamentum, iiij.* n. 7, fol. 167 parte j

Donatio absenti facta an valeat saltem iure codicilli, aut fideicommissi. super ver. *matrem insuper Cleram*, n. 55, fol. 40 parte j

Donatio causa mortis per filium de consensu prius facta, morte ipsius filij, non morte patris confirmatur. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, n. 45, folio 40 parte j

Donatio causa mortis quid, & quare dicatur. super verbo, *Testamentum, iiij.* n. 6, fol. 167 parte j

Donatio non valet inter coniuges. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 214, fol. 111 parte j

Donatio alicui facta, vt nomen donatoris portet, non est propriè donatio, quia est onerosa. super verbo, *Raynutius*, n. 50, fol. 4 parte j

Donationes regum ecclesiis factæ valent. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. num. 23, fol. 68 parte j

Donatio causa mortis per filium de consensu patris facta, an à solo patre possit reuocari. super ver. *matrem insuper Cleram*, n. 53, fol. 40 parte j

Donatio inter virum & vxorem pro filia maritanda valet. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 42, fol. 9 parte iij

Donatio causa mortis quando pariat actionem ex testamento. super verbo, *Testamentum, iiij.* n. 39, fo. 170 parte j

Donatio causa mortis non est propriè vltima voluntas. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, num. 149 folio 55 parte j

Donatio causa mortis largè dicitur vltima voluntas. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, n. 48, folio 40 parte j

Donatio regis etiam propriis filiis facta non includit supremam iurisdictionem. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 27, fol. 69 parte j

Donationem inter virum & vxorem valere impedit amor coniugalis. super ver. *Cuidam Petro trad.* nu. 86 folio 141 parte ij

Donationes quid hæredi prosunt, si de illis etiam detrahitur legitima. In quæst. de legitim. nu. 11. fol. 46 parte iij

Donationis causa mortis triplex forma. super verbo, *Testamentum, iiij.* n. 30, fol. 170 parte j

Donator præsumitur præmortuus, vt valeat donatio. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 222, f. 112 parte j

Donationes & prælegata non veniunt in fideicomm. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de compen. subst. n. 47, fol. 59 parte ij

Donatoris pœnitentia an reuocetur ius tertio quæsitum. super ver. *si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 23, fol. 63 parte ij

Dos & alimenta differunt. super verb. *Dotem quam ei dederat*, n. 16, fol. 173 parte j

Dos data pro matrimonio spirituali, scilicet moniali, an filiam excludat. super ver. *Duas habens filias*, n. 156 folio 26 parte j

Dos & peculium vniuersitatem notant. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 4, fol. 183 parte j

Dos data donationem propter nuptias requirit. super ver. *Dotem quam ei ded.* n. 3, fol. 173 parte j

Dos dicitur filiæ proprium patrimonium. super verb. *Alterochæ filiæ*, n. 10, fol. 171 parte j

Dos & donatio propter nuptias quomodo differant. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, num. 4, fol. 173 parte j

Dos propriè & strictè quid. super ver. *Dotem quam ei ded*

BIU Cujas

dederat,numero 12,folio 173 parte j
Dos quando eſt pia cauſa. ſuper verbo,*Et ſoboles quam geſtabat in vtero*,n.5,fol.5 parte ij
Dos multipliciter accipitur. ſuper verb.*Dotem quam ei dederat*,n.5,fol.173 parte j
Dos ſecundò conſtituta ſola petitur. ſuper ver.*Dotem quam ei dederat*,n.18,fol.174 parte j
Dos quando non computetur in legitimam. ſuper verbo,*Dotem quam ei dederat*,n.20,fol.174 parte j
Dotandis mulieribus bona relicta non debent dari viduis nubentibus.ſuper ver.*Qui cum alia mat.contra.* n.79,folio 10 parte iij
Dotare filiam præſumitur pater de ſuis propriis bonis.ſuper verbo,*Dotem quam ei dederat*,nu.22,& 23 folio 174 parte j
Dotare pater non tenetur filiam indigno nubentem. ſuper verbo,*Dotem quam ei dederat*,nu.33,folio 174 parte j
Dotare tenetur pater filiam,& filium dotalitiare. ſuper verbo,*Dotem quam ei dederat*,n.1,& 2,folio 172 parte j
Dotari à quibus debeat filia, vt excluſa cenſeatur. ſuper verbo,*Duas habens filias*,n.167,folio 26 parte j
Dotari à fratre non poteſt ſoror,vt à patris mortui hę reditate excludatur. ſuper verbo,*Duas habens filias*, n.170,fol.26 parte j
Dotata an intelligatur filia per ſolam dotis conſtitutionem, vt ſtatuto excludatur. ſuper verbo, *Duas habens filias*,n.157,158,& 159,fol.26 parte j
Dotata intelligitur filia,quando per eam ſtetit. ſuper verbo,*Duas habens filias*, num.168,& 169,folio 26 parte j
Dote prima perdita debet filia redotari. ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*,n.19,fol.174 parte j
Dotem filiæ relinquere an ſufficiat ſine alia inſtitutione. ſuper verb.*In eodem teſtamento relinquens*,j.n.56 folio 188 parte j
dotem maternam an in legitima computent nepotes. In quæſt.de legit.n.7,& 8,folio 46 parte iij
Dotem bis conſtituens,ſecundam tantùm ſoluit.ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*, numero 15,folio 173 parte j
Dotem ſpiritualem debet pater filiæ religioſæ. ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*, numero 6,folio 173 parte j
Dotem non lucratur,qui vxorem interficit.ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.*j.n.34,fol.83 parte ij
dotem congruam intelligunt iura de dote loquentia. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.243 folio 114 parte j
Dotis lucrum tranſmittitur. ſuper verbo,*Mortuo itaq; teſt.ij.*n.115,fol.120 parte ij
Dotis promiſsio filiam non excludit,vbi ſtatutum requirit dotem datam & traditam.ſuper verbo,*Duas habens filias*,n.162,fol.26 parte j
¶ Dubia voluntas interpretanda eſt ex congruitate verborum præcedentium vel ſequentium.In quæſt. de matrim.n.6,fol.35 parte iij
Duello victus non cenſetur damnatus criminis. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*,j. numero 28,folio 83 parte ij
Duellum non permittitur niſi auctoritate Regia, vel parlamenti.ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.*1.nu.29 folio 83 parte 2
Duellum pro honore & fama. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.*1.n.318,fol.104 parte 2
Duo reges erunt ſi eodem impetu naſcantur. ſuper verbo,*In eodem teſt.reling.*1.n.177,fol.189 parte 1
Duobus vulneratis inuentis, & altero mortuo, quid præſumendum.ſuper ver.*Qui cum alia matr.contrah.* n.263,fol.18 parte iij
¶ Dynus quare damnatus. ſuper verbo.*Teſtamentum*,j. numero 60,folio 153 parte j

E

EBrius delinquens quomodo puniatur. ſuper verb. *Mortuo itaque teſtatore*,j. numero 73, folio 85 parte ij
ebrius teſtari non poteſt, ſicut nec dormiens. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*,numero 84,& 85,folio 222 parte j
Ebutiæ filiam prætereuntis teſtamentum validum. ſuper verbo,*In eodem teſt.relinquens*,j.num.86,fol.190 parte j
¶ Eccleſia ſoluit tallias in caſu. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de fideicom.ſubſt.numero 26, folio 63 parte ij
Eccleſia initio nulla habebat bona. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.j.numero 1,folio 64 parte j
Eccleſia orientalis non eſt hæretica, etiamſi canones non receperit de continentia clericorum. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.*n.233,fol.61 parte j
eccleſia clericatum allegans tenetur id clarè probare. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.272 folio 166 parte j
Eccleſia nulla fiſcum habet excepta Romana. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.nu.294,f.118 parte j
Eccleſia nunquam moritur.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.iij.n.14,fol.90 parte j
Eccleſia,fiſcus & reſpub.æquiparantur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.ij.*n.80,fol.117 parte ij
Eccleſia Gallicana reſpuere potuit legem ciuilem, & canones illi ſimiles. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*n.235,fol.61 parte j
Eccleſia nunquam moritur.ſuper verbo,*Duas habens filias*,n.207,fol.30 parte j
Eccleſia cogitur rem dimittere propter onera ordinaria. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.4 folio 94 parte j
Eccleſia Romana mater eſt imperij,feudum tamen capiens efficitur vaſalla. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.iij.n.21,fol.90 parte j
Eccleſia feudum capiens facere tenetur id quod reliqui vaſalli. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.iij.n.19,fol.90 parte j
Eccleſia feudum capiens præſtat fidelitatis iuramentum. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.iij. n.22,fol.90 parte j
Eccleſia propter feudum quomodo laico ſubiiciatur. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*deciſ.iij.nu.20 folio 90 parte j
Eccleſia polluta polluitur cœmeterium. ſuper verbo, *Et hortum*,n.6,fol.181 parte j
Eccleſia in probando dominium non eſt priuilegiata. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.nu.455 folio 129 parte j
Eccleſia non habet pœnam degradatione maiorem.in quæſt.de homic.n.9,fol.38 parte iij
Eccleſia aut eius miniſtri nullam patiuntur ſuſpicionem malam. ſuper verbo,*Duas habens filias*,nu.208 folio 31 parte j

BIU Cujas

Ecclesiarum reparationem curare regum est. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de fideic. subst. n. 34, & 35, fol. 64 parte ij
Ecclesia contribuere tenetur, quando Princeps inuaditur. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 473, 474, & 475, fol. 131 parte j
Ecclesiis potest fideicommisso relinqui. super verbo, *si absq; lib. mor.ij* de fideic. subst. n. 7, fol. 62 parte j
Ecclesia semper vtitur iure communi, nisi vbi speciali ter cauetur. In quæst. de episc. n. 11. fol. 28 parte iij
Ecclesia reparans fit patronus, sicut ædificans. super verbo, *Domum*, n. 21. fol. 179 parte j
Ecclesiam diuitiis abundare an deceat. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. j. n. 4, & 5, f. 64 parte j
Ecclesiam in temporalibus abundare, sancti spiritus ordinatione factum est. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. j. n. 7, fol. 64 parte j
Ecclesias in feudis non succedere. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. 3. n. 23, fol. 90 parte j
Ecclesias reparare coguntur clerici etiam prælati per iudicem secularem. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 137, fol. 78 parte j
Ecclesiastica immunitate non gaudentes extrahuntur ab ecclesiis. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. ij n. 152, fol. 81 parte j
Ecclesiæ in temporalibus successurę vtiles deciſiones. super verbo, *& vxorem nom. Adel.* n. 267, f. 63 parte j
Ecclesiæ appellatione venit cœmeterium. super verb. *Et hortum*, n. 5, fol. 181 parte j
Ecclesiæ parochialis appellatione non continetur ecclesia parochialis collegiata. In quæst. de homic. n. 11 folio 39 parte iij
Ecclesiæ nondum ędificatæ relinqui potest. super ver. *Et soboles quam gestabat in vtero*, n. 51, 52, & 53, folio 9 parte ij
Ecclesię iurisdictionĕ & bona seruare consueuit Francorum rex, super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. j. n. 10, fol. 64 parte j
Ecclesiæ potest onus imponi per fundatorem. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de fideic. subst. num. 56 parte ij
Ecclesię in quibus casibus non teneantur manum euacuare de temporalibus quęsitis. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 33, & 34, fol. 96 parte j
Ecclesiæ limitrophæ nullus esse potest detentor, nisi quem Princeps decreuerit. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 113, fol. 76 parte j
Ecclesiæ consuetudine derogari non potest decreto aliquam formam inducenti. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 107, fol. 191 parte j
Ecclesiæ dari non debet episcopus exosus. In quæst. de episc. n. 57, fol. 30 parte iij
Ecclesiis Galliæ nullum onus imponi potest, etiam per Papam. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de fideic. subst. n. 36, fol. 64 parte ij
¶ Edium & domus appellatione quid contineatur. super verbo, *Domum*, n. 1, fol. 178 parte j
Edoardi tertij felonia. In tract. de ducatu Norm. n. 39 folio 22 parte iij
Edoardi secundi rebellio & confiscatio. In tract. de ducatu Norm. n. 105, & 106, fol. 25 parte iij
Edoardi eiusdem alia felonia & confiscatio. In tract. de ducatu Norm. n. 102, & 103, fol. 25 parte iij
Edoardi secundi felonia. In tractat. de ducatu Norm. n. 37, fol. 22 parte iij
Edoardi primi felonia. In tractatu de ducatu Norm. numero 35, folio 22 parte iij
Edoardi tertij insignis rebellio. In tractatu de ducatu Norm. n. 109, fol. 26 parte iij
Edoardo tertio restituit Aquitaniam rex Gallię. In tractatu de ducatu Aquitan. n. 107, & 108, fol. 25, & 26 parte iij
Edoardus rex Angliæ paruit sententiæ, qua est à regno Galliæ exclusus. super verbo, *duas habens filias*, n. 122 folio 22 parte j
Edoardus primus Henrico tertio succesit. In tract. de ducatu Norm. n. 98, fol. 25 parte iij
Edoardi rebellio & confiscatio. In tractatu de ducatu Norm. n. 99, fol. 25 parte iij
¶ Eleazarus volens ibat ad supplicium. super verbo, *Testamentum, iij.* n. 19, fol. 168 parte j
Electio successoribus auferri non potest. In quæst. de episc. n. 21, fol. 28 parte iij
Electio alterius, quàm de nominatis à rege, non valet. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. nu. 82 folio 73 parte j
Electiones princeps nec impedire, nec de eis se intromittere potest, nisi in casibus. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 116, fol. 76 parte j
Electioni renuncians non debet formam electionis seruare. In quæst. de episc. n. 70, fol. 31 parte j
Electiua dignitas fit collatiua. In quæst. de episc. nu. 52 folio 30 parte iij
Electo honorans non potest onerare. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de fideic. subst. num. 31, folio 64 parte ij
Eligendi facultati renunciare in perpetuum non possunt canonici, sed bene pro vna vice. In quæst. de episcop. n. 66, fol. 30 parte iij
Eligendi ius habent canonici, non vt collegium, sed vt singuli. In quæstio. de episcop. numer. 65, folio 30 parte iij
Eligendi potestas quare ecclesiis data. In quæst. de episc. n. 58, fol. 30 parte iij
Eligendus est potius, qui peccauit & pœnituit, quàm qui nunquam peccauit. super verbo, *In eodem testam. relinq.ij.* n. 39, fol. 213 parte j
eligenter nominatum per regem, si iuxta formam pragmaticæ non eligant, non tenet. super verbo, *& vxorem nom. Adel.* decis. ij. n. 80, fol. 73 parte 1
Eligere est aliquem ex pluribus ad prælaturam canonicè vocare. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. ij. n. 106, fol. 76 parte 1
¶ Emancipationis & patriæ potestatis sublata est hodie differentia. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 79, fol. 49 parte 1
Emancipatus præsumitur, qui seorsum à patre per decennium habitauit. super ver. *matrem insuper Cleram*, n. 5, fol. 37 parte 1
emancipatus repudiationem non reuocat. super verb. *Mortuo itaque testatore*, 1, numero 135, folio 122 parte 2
Empedoclis triplex felicitatis gradus. super verbo, *Cætera bona*, n. 6, fol. 230 parte 1
Emporium in campo de Laudi. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 326, folio 120 parte 1
emphyteusi ad dominum reuersa extinguuntur omnia onera. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. 4, n. 15, fol. 92 parte 1
emphyteusi in ecclesiam transeunte priuatur dominus suis iuribus. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. 4, num. 12, fol. 91 parte 1

Emph

Emphyteusis ecclesiastica non transit in fideicommissum. super ver. *Si absq; liberis mor.ij.* de comp.subst. n.29,fol.56 parte 2
Emphyteusis non rescinditur decepto domino vltra dimidiam iusti pretij. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis.v.n.420,fol.127 parte 1
Emphyteusis an sint fœminæ hæredes, & an veniant appellatione filiorum. super ver. *Duas habens filias*, n.125,fol.33 parte 1
Emphyteusis cadens in commissum cedit fructuario pro tempore vsusfructus,& non vltra. de camerar. Lugd.n.8,fol.33 parte 3
Emphyteusis pro se & legitimis hæredibus sumpta,illos solos intelligit,qui ab intestato succederent.super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*,n.75,fol.48 parte 1
Emphyteusis differt à feudo. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.4,n.3,fol.91 parte 1
Emphyteusis quid, & quod omni iure teneat. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* decis.4,num.2,fol.91 parte 1
Emphyteusis & feudum quare in ecclesias non transeant. super verbo,*Et vxorem nomine Adelas.* decis.4, n.8,fol.91 parte 1
Emphyteuta bonus expelli non potest,vt alius subrogetur. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.5, n.423,fol.127 parte 1
Emphyteuta mortuo an filius teneatur soluere capita. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.* num.61, folio 115 parte 2
Emphyteuta delinquens non cadit à iure suo, nisi dominus ita velit.In quæst.de episc.numero 63,fol.30 parte 3
Emphyteuticaria bona an in ecclesias transire possint. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.4,num.1 folio 91 parte 1
Emptor omnium bonorum an teneatur ad debita.super verbo,*Cætera bona*,n.48,fol.234 parte 1
Emptor secundus prius inuestitus prefertur.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.4,num.7,folio 91 parte 1
Emptoris portionis hæreditarię accedit ius accrescendi.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n.98,fol.50 parte 1
¶ Enormis læsio qualiter faciat relaxari iuramentum. super verbo,*Duas habens filias*,numero 265,folio 34 parte 1
Enormissima læsio est iusta causa relaxandi iuramentum. super verbo, *Duas habens filias*,num.264,f.34 parte 1
¶ Eoipso dictio facit substitutionem directam. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, num.15, folio 12 parte 2
¶ Episcopatus prouisio ad capitulum, non ad Papam spectat, nisi in casibus. In quæst.de episc.n.29,& 30 folio 29 parte 3
episcopatus viuentis non potest alicui in tempus mortis conferri.In quæstio.de episc.numero 16,folio 28 parte 3
Episcopatus viuentis quibus modis potest alteri conferri.In quæst.de episc.n.1,fol.27 parte 3
Episcopus extra septa sua existens, si actus iudiciales exercere vult,ecclesiam aliquam ingredi debet, vel iudices regios requirere.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* decis.2,n.133,fol.78 parte 1
Episcopi duo in solidum in eadem prouincia esse non possunt.In quęst.de episc.num.14,etiam de potestate Papæ,numero 15,folio 28 parte 3
Episcopi de bonis clericorum temporalibus facere non possunt inuentaria. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* decis.2,n.132,folio 78 parte 1
Episcopi sententias suas exequi non possunt.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.2,num.131,folio 78 parte 1
Episcopo remanente in suo integro non potest eius nepoti de episcopatu prouideri. In quæst.de episc. n.77,folio 31 parte 3
Episcopi seni coadiutor dari potest.In quæst.de episc. n.3,folio 27 parte 3
Episcopo viuenti alius subrogari non potest, etiam per Papam.In quæst.de episc.n.20,fol.28 parte 3
Episcopos duos in eadem diœcesi esse posse, quomodo intelligatur. In quæst.de episc. num.25,folio 28 parte 3
Episcopus, quasi pater pauperum, & legitimus administrator potest vendere res immobiles sine iudicis decreto. super verbo,*Duas habens filias*,n.256,fol.34 parte 1
Episcopus & monachus transmittunt hæreditatem suorum parentum.super verbo,*Mortuo itaque test.ij.* n.150,folio 123 parte 2
Episcopus Regi potius obedire debet, quàm suo metropolitano. super verbo,*Et vxorem nomine Adelas.* decis.2,n.50,folio 71 parte 1
Episcopus malè ablatorum est distributor. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* decis.5,num.287,fol.117 parte 1
Episcopus an relaxare possit iuramentum parte non vocata. super verbo,*Duas habens filias*,n.269,fol.37 parte 1
Episcopus tractare potest cum canonicis de suo successore,etiam eum nominando.In quæstio.de episc. n.17,folio 28 parte 3
Episcopus an in tempus mortis suæ alteri de episcopatu prouidere possit. In quæst.de episc. num.2,fol.27 parte 3
Episcopus prohibere an possit mulieres vbera monstrantes ecclesiam ingredi.super verbo,*Cuidam Petro trad.*n.43,& 44, folio 136 parte 2
episcopus de consensu fundatoris potest fundationem mutare.super verbo,*Reliquit*,n.20,folio 226, parte 1
Episcopus quo ad ius transmittendi paternam hęreditatem non censetur extra patriam potestatem.super verbo,*Si absque liberis mor.ij.*n.89,folio 26 parte 2
¶ Equus & currus cuiusuis capi possunt ad ducendum condemnatum ad furcam. In quæst.An occid.pecc. lic.n.29,fol.49,parte 3,& in verbo,*Mortuo itaq; test.* j.n.100,folio 87 parte 2
¶ Errans in sexu an baptizet.super verbo,*Cætera bona*, n.51,folio 234 parte 1
Errans non consentit. super verb.*In eodem test.relinq.* j.n.117,folio 193 parte 1
Error in nomine an vitiet rescriptum. super verbo, *Cætera bona*,n.50,folio 234 parte 1
Error in nomine an vitiet institutionem.super verbo, *Cætera bona*,n.49,folio 234 parte 1
Error in conditione personæ hæredis an vitiet institutionem. super verbo, *Cætera bona*,num.52,folio 234 parte 1
Error an excuset in delictis. super verbo, *Cætera bona*, n.55,folio 235 parte 1
Error an vitiet contractum. super verbo,*Cætera bona*, n.53,folio 235 parte 1
Erroris prętextu sententiam retractans,nisi probet,punitur

BIU Cujas

nitur, ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.* j.n.272, folio 101 parte ij
Error poteſt proponi vſque ad biennium à tempore arreſti, ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.* j.n.273, fol.101 parte ij
¶ Euacuare manus tenetur eccleſia, ſi emphyteuſim non præſcripſit, ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.7, fol.65 parte j
Euchariſtiam recepturi ſolent triduo antè & pòſt ab vxoribus abſtinere, ſuper ver. *Qui cum alia matrim. contrah.*n.114, fol.11 parte iij
Eudo Andegauenſis ex tutore factus rex, ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*n.194, fol.58 parte j
Euictio eum aſtringit, qui ſciebat, etiamſi cautum ſit, ne teneretur, In quæſt.de Vend.n.16, f.52 parte iij
Eunuchorum triplex genus. ſuper verbo, *Qui cum alia matr.contrah.*n.20, fol.8 parte iij
¶ Ex, dictio, cauſam notat immediatam, ſuper verbo, *Cætera bona*, n.28, fol.232 parte j
Excellentiæ viri deferendum, ſuper ver. *Adiectæ impu.* n.31, fol.217 parte j
Excellentiæ viri condonatur iuris rigor, ſuper verbo, *Adiectæ impub.*n.20, fol.216 parte j
Excluſus à ſucceſsione intelligitur etiam excluſus à legitima, ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.*nu.46 folio 46 parte j
Excommunicato licet prohibeantur omnes actus eccleſiaſtici, nihilominùs tenetur horas dicere, ſuper verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* num.195, folio 15 parte iij
Excommunicatio quando inferatur, & quid operetur, ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.*j.n.277, 278, 279, 281, & 282, fol.101 parte ij
Excommunicato communicans incurrit minorem excommunicationem, ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.*j. n.283, fol.102 parte ij
Excommunicatio dicta anathema & maranatha, ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.*j.n.293, fol.103 parte ij
Excommunicatio iuſtiſsimum inducit metum, ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.38, fo.65 parte ij
Excommunicatio an irroget infamiam, ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.*j.n.292, fol.102 parte ij
Excommunicationis ſententiam non tollit appellatio. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.*j.nu.280, folio 101 parte ij
Excommunicatus inteſtabilis an ſaltem ad pias cauſas teſtetur. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.*j.n.295, fol.103 parte ij
Excommunicatus epiſcopus conferre non poteſt, nec eius vicarius. ſuper ver. *mortuo itaq; teſt.*j.n.285, f.102 parte ij
Excommunicatus quando poſsit hæres inſtitui. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j.num.294, folio 103 parte ij
Excommunicatus caret ſepultura. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.*j.n.278, fol.102 parte ij
Excommunicatus eligere non poteſt. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.*j.n.286, fol.102 parte ij
Excommunicatus an teſtari poſsit. ſuper ver. *Mortuo itaque teſtatore*, j. numero 288, 289, & 290, folio 102 parte ij
Excubias tenentur ſubditi in caſtro facere. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.466, & 467, f.130 parte j
Excubias an agere debeant etiam nobiles & clerici. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.num.468 folio 131 parte j
Executio ſententiæ vel hypothecæ fit etiam contra monachum. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* deciſio.ij.n.43, fol.70 parte j
Exemplaris in quibus differat à vulgari. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de exempl.ſubſt.nu.53, fol.48 parte ij
Exemplaris an matrem excludat. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.*de exempl.ſubſt.n.45, fol.48 parte ij
Exemplaris an trahatur ad omnia bona furioſi & patris. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.*de exemp.ſubſt. n.39, fol.47 parte ij
Exemplaris ſubſtitutio quid & quare ita appelletur. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.n.1 & 2, fol.43, & 44 parte ij
Exemplaris ceſſat delicto eius cui fit. ſuper ver. *ſi abſq; liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.n.51, fol.48 parte ij
exemplaris tacita quando locum habeat. ſuper verbo, *ſi abſque liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.n.34, & 35, f.46 parte ij
exemplaris partim expreſſa & partim tacita. ſuper verbo, *ſi abſque liberis mor.*ij. de exempl.ſubſt.n.37, f.47 parte ij
Exemplaris tacita probata. ſuper ver. *ſi abſq; lib.mor.*ij. de exempl. ſubſt.n.36, fol.47 parte ij
Exemplariter ſubſtitui poteſt muto, ſurdo, & prodigo. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.*ij. de exempl.ſubſt.n.5 folio 44 parte ij
exemplaris non requirit eum, cui fit mortuo teſtatore effici ſui iuris, ſed quòd non ſit recaſurus in alterius poteſtatem. ſuper ver. *ſi abſque lib.mor.*ij.de exempl. ſubſt.n.18, & 19, fol.45 parte ij
Exemplaris an deſinat, vt pupillaris. ſuper ver. *ſi abſq; liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.n.46, fol.48 parte ij
Exemplaris ceſſat natis liberis. ſuper ver. *ſi abſq; liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.n.50, fol.48 parte ij
Exemplaris ceſſante furore ceſſat, & reuerſo reuertitur. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt. n.48, & 49, fol.48 parte ij
Exemplaris requirit aditionem hereditatis, ſicut & pupillaris. ſuper verb. *ſi abſque liberis mor.*ij.de exempl. ſubſt.n.27, fol.45 parte ij
Exemplaris an conueniat cum pupillari in effectu. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.*ij. de exempl.ſubſt.nu.38 folio 47 parte ij
Exemplaris an conueniat cum pupillari in modo procedendi. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.*ij. de exempl. ſubſt.n.28, fol.45 parte ij
Exemplaris ſubſtit.eſt ſpecies diſtincta. ſuper verbo, *ſi abſque liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.nu.52, folio 48 parte ij
Exemplaris ceſſat ceſſante cauſa. ſuper ver. *ſi abſq; lib. mor.*ij.de exempl.ſubſt.n.47, fol.48 parte ij
Exemplaris non requirit, quòd fiat impuberi. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.*ij.de exempl.ſubſtit.num.17 folio 45 parte ij
exemplaris ſicut & pup. requirit, quòd pater ſibi prius faciat teſtamentum. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.*ij. de exempl.ſubſt.n.20, fol.45 parte ij
Exemplaris in quibus differt à pupillari. ſuper verbo, *ſi abſque liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.nu.54, fol.48 parte ij
exemplaris fieri non poteſt filio exhæredato. ſuper verbo, *ſi abſque liberis mor.*ij. de exempl.ſubſt.n.21, fol.45 parte ij
Exemplaris differt à reciproca. ſuper ver. *ſi abſq; liberis mor.*ij.de exempl.ſubſt.n.55, fol.49 parte ij

BIU Cujas

Exemplaris differt à compendiosa. super ver. *Si absque lib. mor. ij.* de exempl. subst. n. 56, fol. 49 parte ij
Exemplaris subst. an pacto remitti possit. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 99, folio 71 parte ij
Exemplariter substitui potest furioso sicut & mente capto. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de exemplar. subst. n. 4, fol. 44 parte ij
Exemplariter substitui potest religioso mente capto. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de exempl. subst. n. 11, fol. 44 parte ij
Exemplariter substituitur iis, quib. pupillariter, si sint mente capti. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de exempl. subst. n. 10, fol. 44 parte ij
Exemplariter substitui potest minori per statutum testari prohibito. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de exempl. subst. n. 6, fol. 44 parte ij
Exemplariter substitui potest filio sanæ mentis in casum quo demens, aut prodigus fiat. super verbo, *Si absq; lib. mor. ij.* de exempl. subst. n. 7, fol. 44 parte ij
Exemplariter qui possint furioso substitui. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de exempl. subst. n. 29, fol. 46 parte ij
Exemptionis priuilegio renunciari non potest. super ver. *In eodem test. relinq. ij.* n. 6, fol. 210 parte j
Exequutio sententiæ capi. quando differenda. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 268, fol. 100 parte j
Exequutio sententiæ debet fieri de die. In quæst. An occid. pec. liceat, n. 44, fol. 50 parte iij
Exequutor testamen. pro pauperibus, potest spurio hęredis pauperi dare. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 77, fol. 39 parte ij
Exercitus incommoda cuipiam illata debent vicini pro quota soluere. super verb. *Domum*, n. 28, fol. 180 parte j
Exhæredari an possit filius solùm propter quatuordecim causas. super ver. *In eodem test. relinq. ij.* num. 19 folio 211 parte j
Exhæredari non potest ingratus, si ingratitudinem ei pater pacto remisit. super ver. *In eodem test. relinq. ij.* n. 41, fol. 213 parte j
Exhæredari sine causæ expressione potest ille, qui non tenet primum locum. super ver. *In eodem test. relin. ij.* n. 21, & 22, fol. 211 parte j
Exhæredari potest pater filiam statuto excluſam. super ver. *In eodem test. relinq. ij.* n. 25, fol. 211 parte j
Exhæredari potest filius bannitus, sine causæ expressione. super verbo, *In eodem testamento relinquens, ij.* n. 26, fol. 212 parte j
exhæredatio triplex. super ver. *Adiiciens vt Alterocha*, n. 12, 13, & 14, fol. 3 parte ij
Exhæredatio inconsultè facta non valet. super verbo, *In eodem test. relinquens, ij.* n. 10, fol. 210 parte j
Exhæredatio non fit in codicillis. super ver. *Testamentum, iij.* n. 64, fol. 166 parte j
Exhæredatio fieri potest, sine causæ expressione in casibus. super ver. *In eodem test. relinq. ij.* n. 18, folio 211 parte j
Exhæredatio filij præsumitur mala mente facta. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 61, fol. 38 parte ij
Exhæredatio etiam fit à iudice. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* n. 46, fol. 214 parte j
Exhæredatis filiabus an comprehendatur posthuma. super ver. *Et sob. quam gest. in vtero*, n. 36, f. 8 parte ij
Exhæredatis nulla debetur legitima, nec inter legitimos hæredes computantur. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, n. 53, fol. 46 parte j
Exhæredatus habetur pro mortuo ad sui commodum non alterius. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* nu. 21 folio 15 parte ij
Exhæredatus habetur pro mortuo. super ver. *Testamentum*, j. n. 73, fol. 155 parte j
Exilium est duplex. super ver. *Mortuo itaq; test.* j. n. 306 307, 308, & 310, fol. 103, & 104 parte ij
Experientia rerum magistra. super verb. *Duas habens filias*, n. 55, fol. 14 parte j
Expletorum appellatione non veniunt operæ. super verbo, *Condidit*, j. n. 19, folio 140 parte j
Expressum dicitur tribus modis. super verbo, *Si absq; liberis mor. ij.* n. 14, 15, 16, & 17, folio 17 parte ij
Expressum non dicitur quod à contrario sensu venit. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 9 folio 33 parte ij
Expressum an dicatur quod à contrario sensu venit. super verbo, *Si absq; liberis mor. ij.* de pup. subst. num. 12 folio 33 parte ij
Extare illud dicitur, de quo aliquid extat. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* n. 40, folio 114 parte ij
Extensio passiua habet etiam locum in statutis. super verbo, *Si absq; liberis mor. ij.* de pupil. subst. n. 34, fol. 35 parte ij
Extensio quando propriè fit. super verbo, *duas habens filias*, n. 151, & 152, folio 25 parte j
Extranei in Gallia nequeunt officia, aut beneficia tenere. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 482, folio 132 parte j
Extraneo non potest pupillariter substitui. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. num. 26, folio 34 parte ij
Extraneos parentibus præferens grauiter peccat. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 4, f. 50 parte j
Extremè laborare quis dicatur. super verb. *In extremis positus*, numero 2, folio 134 parte j

F

FAbius Maximus consulatum filij recusabat. super verbo, *Condidit*, j. numero 36, folio 142 parte j
Fabricij Romani consulis memoranda fidelitas. super verbo, *Duas habens filias*, n. 231, folio 32 parte j
Facies & genitalia pro nullo delicto debent puniri, aut deformari. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, n. 16, folio 8 parte iij
Facultas dotandi filiam an transeat ad hæredes. super verbo, *Duas habens filias*, n. 171, folio 26 parte j
Falsa demonstratio actum non vitiat. super verbo, *Et hortum*, n. 15, folio 181 parte j
Falsa Latinitas non vitiat testamentum. super verbo, *Cætera bona*, n. 58, folio 235 parte j
Falco à rustico malè nutritus eum facit reum. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. nu. 352 folio 122 parte j
Fama viri boni est vmbra aliis. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 317, folio 104 parte ij
Fama sola an filiationem probat. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, n. 50, folio 5 parte iij
Fama cum vsu immemorabili sufficit ad priuilegiorum iustificationem. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. n. 61, folio 72 parte j
Fama publica dat iustam causam credendi. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. num. 103 folio 75 parte j
Fama cum tempore immemorabili operatur priuilegium

BIU Cujas

gium habilitationis incapacium. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.170,fol.83 parte j
Famam scelere,qui quæsierint.super verbo,*Condidit*,j. n.55,fol.143 parte j
Famam perditam solus Deus restituit. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.n.313,fol.204 parte ij
Familiæ appellatione venit agnatio. super verb.*Duas habens filias*,n.133,fol.24 parte j
Familiæ educandæ doctrina Bernardi. super verbo, *Dotem*,n.50,fol.176 parte j
Faunorum & satyrorum natura. super ver.*Quæ filium ex eo suscip.*n.34,fol.5 parte iij
Fatui reguntur impulsu cælestium corporum. super ver.*Adiecta impuberi*,n.74,fol.222 parte j
¶ Federicus secundus imperio priuatus.super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.j.num.12,fol.65 parte j
Felicem vnicum Metellum refert Valerius. super ver. *Mortuo itaque test.*j.n.14,fol.82 parte ij
Felicitas vera in quibus consistat.super ver.*Quæ filium ex eo suscip.*n.6,fol.2 parte iij
Felonia duplex Anglorum. In tract.de ducatu Norm. n.47,fol.22 parte iij
Felonia committenda ex reuerentia non præstita remitti pacto potest.super ver.*duas habens filias*,n.234 folio 32 parte j
Fenestræ domus non impediunt parietum horti vicini ædificationem,legitimo omisso spatio. super verb. *Et hortum*,n.18,fol.182 parte j
Feræ & pisces sunt primi occupantis.super ver.*& vxorem nomine Adel.*decis v.n.359,fol.122 parte j
Feuda in regno Franciæ venduntur, impignorantur, & veniunt in generali obligatione bonorum. super ver.*Duas habens filias*,n.69,fol.16 parte j
Feuda in ecclesiam qualiter transire possint. super ver. *Et vxorem nomine Adel.*decis.iij.n.1,& 2,f.88,parte j
Feuda sunt instar patrimoniorum, si in nobiles transferantur. super ver. *Et vxorem nomine Adel.*decis.v. n.8,& 9,fol.95 parte j
Feuda & emphyteuses in Gallia ecclesię relinquuntur. super ver.*Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.1,fol.94 parte j
Feuda an pro derelicto haberi possint, & quis succedat.super ver.*et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.364 365,& 366,fol.97 parte j
Feuda vnde habuerint originem. super ver. *& vxorem nomine Adel.*decis.iij.n.4,fol.89 parte j
Feuda sibi potest rex duobus modis applicare. super ver.*Et vxorem nomine Adel.* decis.v.num.298,fo.118 parte j
Feuda confiscata debet rex aliis infeudare.super verb. *Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.295,f.118 parte j
Feuda magna quo ad administrationẽ diuidi possunt. super ver.*In eodem test.reling.*j.n.185,fol.199 parte j
Feuda non iudicantur secundum iura communia, nisi vbi deest vsus feudorum.super ver.*& vxorem nomine Adel.*n.91,fol.50 parte j
Feudalem consuetudinem sufficit esse probabilem.super ver.*In eodem test.reling.*j.n.179,fol.198 parte j
Feudales domini non possunt vti iure prælationis. super verb.*Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.296,f.118 parte j
Feudalia bona non transeunt in fideicommis.nisi in casibus.super ver.*si absque liberis mor.ij.*de comp.subst. n.26,27,& 28,fol.56 parte ij
Feudi causam non cognoscit ordinarius,nisi interfuerit iuramentum. super ver.*Testamentum,iij.*num.39 folio 163 parte j
Feudi successio habet quatuor considerationes, propter quas fœminæ non succedunt. super verb.*Duas habens filias*,n.31,fol.12 parte j
Feudi incrementum industria vasalli factum pertinet vasallo,non domino.de Camerariatu Lugd.n.5,f.33 parte iij
feudi successio extenditur tantùm vsque ad septimum gradum in collateralibus.super ver.*& vxorem nom. Adel.*n.90,fol.50 parte j
Feudo nec fœminæ succedunt, nec masculi ab eis descendentes. super ver.*Duas habens filias*,nu.32,fol.12 parte j
Feudo priuatur dominus malè tractans subditos.super ver.*Condidit*,j.n.46,fol.142 parte j
Feudo priuare potest dominus clericum vasallum. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.167,f.83 parte j
Feudorum consuetudines ecclesias ligant.super verb. *& vxorem nom.Adel.*decis.iij.n.17,fol.90 parte j
Feudorum indiuiduitas non facit ea soli primogenito cedere. super ver.*In eodem test.reling.*j.n.176,fo.198 parte j
Feudorum consuetudine ascendentes descendentibus non succedunt. super ver.*& vxorem nomine Adelas.* n.50,fol.46 parte j
Feudum à seculari domino pendens etiam pro anima relinqui non potest.super ver.*& vxorem nomine Ad.* decis.iij.n.16,fol.90 parte j
Feudum est beneficium & honor non cadens in bastardum.super ver.*Raynutius*,n.24,fol.3 parte j
Feudum etiã pro anima vel alia pia causa in ecclesiam non transit.super ver.*& vxorem nomine Adel.*decis.3. n.12,fol.89 parte j
Feudum quid.super ver.*& vxorem nomine Adel.*deci.3 n.3,fol.88 parte j
Feudum & emphyteusis conueniunt in multis. super ver.*& vxorem nom.Adel.*decis.iiij.n.4,f.91 parte j
Feudum ligium & non ligium.super ver.*& vxorem nomine Adel.*decis.iij.n.9,fol.89 parte j
Feudum quare non transit in ecclesiam. super verb.*& vxorem nomine Adel.*decis.iij.n.10,& 11,f.89 parte j
Feudum reuocare non potest dominus,si pro eo pecuniam accepit.super ver.*Duas habens filias*,nu.35,f.12 parte j
Feudum est contractus nominatus.super verb.*& vxorem nomine Adel.*decis.iij.n.8,fol.89 parte j
Feudum ab alio domino pendens non potest rex sibi retinere. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis.v. n.297,fol.118 parte j
Feudum etiam pro anima non potest ecclesiæ relinqui. super ver.*& vxorem nomine Adel.*decis.iij nu.15 folio 90 parte j
Feudum personalissimum.super ver.*& vxorem nomine Adel.* decis.iij.n.5,fol.89 parte j
¶ Fictionem sola lex inducere potest, non homo priuatus. super ver.*Matrem insuper Cleram*,n.28,fol.39 parte j
Fidelitatis virorum ad vxores exempla. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, n.61,fol.138 parte ij
Fidelitatis vxorum ad viros exempla. super verb.*Cuidam Petro trad.*n.60,fol.138 parte ij
Fideicommissa conditionalia non transferuntur,si hęres ante conditionem decedat. super verbo,*Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.v. numero 62,folio 99 parte j
Fideicommissa omnia expirant, si hæreditas non adeatur

BIU Cujas

catur,niſi in caſibus.ſuper ver.*ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.72,& 73,fol.69 parte ij
Fideicommiſſa relinqui poſſunt in teſtamento codicillis & ab inteſtato. ſuper ver. *ſi abſq; liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.14,15,& 16,fol.62 parte ij
Fideicommiſſa particularia.ſuper ver.*ſi abſq; lib.mor.ij.* de leg.& fideic.n.136,fol.73 parte ij
Fideicommiſſa quibus verbis fiant. ſuper ver. *Si abſq; liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.4,fol.62 parte ij
Fideicommiſſa vnde habuerint originem,& à quo ſint ad neceſsitatem redacta.ſuper ver.*ſi abſq; lib.mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.3,fol.62 parte ij
Fideic.ſubſt.non comprehendit legitimam filij grauari.ſuper ver.*Si abſq; liberis mor.ij.* de comp.ſubſt.n.18 folio 56 parte ij
Fideicommiſſaria ſubſtitutio fideicommiſſum dicta. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.nu.1 & 2,folio 61 parte ij
Fideic. ſubſtitutio fieri debet verbis indirectis & obliquis.ſuper ver.*ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt. n.5,fol.62 parte ij
Fideicommiſſariorum quiſq; cogere poteſt hæredem. ſuper ver.*Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.77 folio 69 parte ij
Fideicommiſſarius ante reſtitutionem non eſt hæres. ſuper ver.*Mortuo itaque teſt.ij.*n.74,fol.117 parte ij
Fideicõmiſſarius in alienatione tacens non renunciat. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.113 & 115,folio 71 parte ij
Fideicõmiſſarius tres habet actiones ſicut legatarius. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de leg.& fideic. n.149,folio 74 parte ij
Fideicommiſſarius cogere poteſt heredem adire.ſuper ver.*ſi abſq; lib.mor.ij.* de fid.ſubſt.n.74,f.69 parte ij
Fideicommiſſarius reſtituta hæreditate dicitur hæres indirectus & vtilis. ſuper ver.*& vxorem nom. Adel.* n.164,folio 56 parte j
Fideicommiſſarius quomodo cogat hæredem purè vel ſub conditione inſtitutum.ſuper ver.*ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.88,& 89,fol.70 parte ij
Fideicommiſſi pactio quando valeat non viſis verbis teſtamenti.ſuper ver.*Si abſq; liberis mor.ij.* de fideic. ſubſt.n.131,& 132,folio 72 parte ij
Fideicommiſſi remiſsio non valet,niſi viſis & intellectis verbis teſtamenti. ſuper ver. *ſi abſque lib.mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.120,121,& 122,folio 72 parte ij
Fideicommiſſi ſimplex remiſsio vel renunciatio non valet. ſuper ver, *ſi abſq; liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt. n.107,108,109,& 110.folio 71 parte ij
Fideicommiſsi remiſsio quando non valeat.ſuper ver. *ſi abſq; lib.mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.97,fol.70 parte ij
Fideicommiſſo in donatione inter viuos relicto non detrahitur Falcidia nec Trebellianica. ſuper verb. *ſi abſq; lib.mor.ij.* de fid.ſubſt.n.22,folio 63 parte ij
Fideicommiſſum purum tranſmittitur etiam ad extraneos. ſuper verb.*ſi abſq; liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt. n.63,& 64,folio 68 parte ij
Fideicommiſſum an nepoti reſtituatur. ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.61,folio 99 parte j
Fideicommiſſum quando debetur ex teſtamento minus ſolenni.ſuper ver.*ſi abſque liberis mor.ij.* de leg.& fideic.n.169,& 170,folio 75 parte ij
Fideicommiſſum an reſtituant, qui propter dignitatem hæredis ab inteſtato ſuccedunt. ſuper verbo,*Si abſque lib.mor.ij.* de fid.ſubſt.n.76,folio 69 parte ij
Fideicommiſſum fit in teſtamento nullo.ſuper verb.*Si abſq; lib.mor.ij.* de fid.ſubſt.n.17,folio 62 parte ij
Fideicommiſſum particulare quid.ſuper verb.*Si abſq; liberis mor.ij.* de leg.& fid.n.143,folio 73 parte ij
Fideicommiſſum cedi non poteſt, nec donari, ſed hæredi poteſt remitti. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.93,& 94,folio 70 parte ij
Fideicommiſſum incapaci pro alimentis factum,quomodo valeat.ſuper verb.*ſi abſque liberis mor.ij.* de fid. ſubſt.n.13,folio 62 parte ij
Fideicommiſſum ſimplici pacto quando verè remittatur. ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.ij.* de fid.ſubſti. n.106,folio 71 parte ij
Fideicommiſſum vniuerſale ſeruatur rupto teſtamento ex filij præteritione.ſuper verbo,*In eodem teſtam.* relinq.j.n.237,fol.240 parte j
Fideicommiſſum tacitum non agnitum an tranſmittatur.ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.ij.* de fid.ſubſtit. n.66,folio 68 parte ij
Fideicommiſsi conditione pendente non poteſt eius alienatio impediri. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de fid.ſubſt.n.114,folio 71 parte ij
Fideicommiſsi ſimplex renunciatio ipſum non tollit, niſi in caſibus. ſuper ver.*ſi abſque liberis mor.ij.* de fid. ſubſt.n.116,117,& 118,folio 72 parte ij
Fideicommiſſum an inducatur per verba adulatoria vel conſilij.ſuper verbo,*ſi abſque liberis mor.ij.* de fid. ſubſt.n.6,folio 62 parte ij
Fideicommiſſum purum tranſmittitur,non conditionale.ſuper verb.*ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt. n.70,& 71,folio 68,& 69 parte ij
Fideicommiſſum in dubio an à filio vel hærede filij cenſeatur relictum.ſuper verb.*ſi abſque liberis mor.ij.* de comp.ſubſt.n.48,folio 59 parte ij
Fideic.ſubſt.fit purè & conditionaliter. ſuper verbo, *ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt. num.62,fol.68 parte ij
Fideicommiſſum non agnitum tranſmittitur, ſed non hæreditas non adita. ſuper ver.*ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.65,folio 68 parte ij
Fideicommiſſum incognitum quando cenſetur remiſſum.ſuper verbo,*ſi abſque liberis mor.ij.* de fid.ſubſtit. n.124,folio 72 parte ij
Fideicommiſſum vniuerſale an tranſmittatur. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.ij.*n.113,folio 120 parte ij
Fideicommiſſum vniuerſale cedi non poteſt.ſuperver. *ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt.n.97,& 98,f.70 parte ij
Fideicommitti an poſsit in donatione cauſa mortis, aut inter viuos. ſuper verbo, *ſi abſque liberis morer.ij.* de fideic.ſubſt.n.20,folio 63 parte ij
Fideicõmitti poteſt ab inteſtato tota hæreditas, etiam res aliena. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.ij.* de fideic. ſubſt.n.19,folio 63 parte ij
Fideiuſſor iurans ad plura tenetur. ſuper verb.*Teſtamentum,ij.*n.24,fol.186 parte j
Figiacenſe monaſterium à Stephano pontifice conſecratum tempore Pipini. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.n.66,folio 72 parte j
Filia non ſuccedit, nec maſculus ex ea genitus, in regno Galliæ.ſuper verbo,*Duas habens filias,*num.124 folio 22 parte j
Filia dotata etiam excluditur à bonis quæſitis ex contractu patris. ſuper verbo,*Duas habens filias,*nu.177 folio 27 parte j
Filia renuncians,præteriri in teſtamento poteſt. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 261, folio 34 parte j
Filia excluſa excluduntur ab ea deſcendentes. ſuper

BIU Cujas

ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* numero 60, folio 47 parte j
Filia renuncians non computatur in numero liberorum ad taxandum legitimam. ſuper ver. *duas habens filias*, n. 262, folio 34 parte j
Filia poſt ingreſſum religionis poteſt petere dotem. ſuper ver. *Dotem quam ei dederat*, numero 7, fol. 173 parte j
Filia quæ bonis paternis cum iuramento renunciauit, ſi prætereatur, non agit. ſuper ver. *In eodem teſt. relin.* j. n 130, fol. 194 parte j
Filia renuncians fauore fratrum, qui poſtea moriuntur, admittitur. ſuper ver. *Duas habens filias*, nu. 297 folio 37 parte j
Filia non excluditur, niſi à ſucceſsione dotantis. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 174, folio 27 parte j
Filia impubes quæ renunciauit, non ligatur iuramento. ſuper ver. *Duas habens filias*, numero 292, folio 36 parte j
Filia non obſtante renunciatione agere poteſt, vt congruè dotetur. ſuper ver. *Duas habens filias*, num. 293 folio 36 parte j
Filia dotata dotem retinebit, etiamſi pater hæreditatem repudiet ei. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* n. 60, folio 23 parte ij
Filia excluſa excluditur etiam neptis ex filio. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 176, fol. 27 parte j
Filia cum iuramento renuncians non ſuccedit. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 248, folio 33 parte j
Filia ſtatuto excluſa agere poteſt, vt congruè dotetur. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 180, fol. 27 parte j
Filia renuncians ſalua legitima ſucceſsione, videtur fauore maſculorum renunciare. ſuper ver. *duas habens filias*, n. 298, fol. 37 parte j
Filia præterita, ſi extranei ſunt inſtituti, dicere poteſt nullum. ſuper ver. *In eodem teſt. relinq.* j. n. 129, fol. 193 parte j
Filia ſoli patri renunciare poteſt, etiamſi ſtatutum duorum conſanguineorum præſentiam requirat. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 251, folio 33 parte j
Filia ſtatuto excluſa teſtamentum patris, in quo præterita eſt, non poteſt impugnare. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 178, fol. 27 parte j
Filia hæreditati paternæ renuncians non erit excluſa à bonis fratris. ſuper ver. *Duas habens filias*, num. 250 folio 33 parte j
Filia ſtatuto excluſa non repellitur à fratris ſucceſsione. ſuper ver. *Duas habens filias*, numero 188, folio 28 parte j
Filia quanto tempore expectare debet, antequam nubat. ſuper ver. *Dotem quam*, n. 34, fol. 175 parte j
Filia ſtatuto excluſa petere non poteſt legitimam, nec ſupplementum eius. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 79, folio 27 parte j
Filia dotata ſtantibus maſculis non ſuccedit. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 127, fol. 23 parte j
Filia inſtituta ſi nubat ad conſilium Titij, an valeat. ſuper ver. *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 88, fol. 10 parte iij
Filia quæ cum iuramento renunciauit, in quibus caſibus ſuccedat. ſuper ver. *Duas habens filias*, num. 286 folio 35 parte j
Filia quæ ſucceſsioni renunciauit, an petere poſsit iuramenti relaxationem. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 263, fol. 34 parte j
Filiam ſufficit ſemel fuiſſe dotatam, vt excludatur. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 166, folio 26 parte j
Filiam inſcio patre nubentem an dotare teneatur. ſuper ver. *Dotem*, n. 30, fol. 174 parte j
Filiam etiam diuitem tenetur pater dotare. ſuper ver. *Dotem quam ei dederat*, n. 21, fol. 174 parte j
Filia contra patrem etiam coram iudice eccleſiaſtico agit, vt dotetur. ſuper verb. *Dotem*, num. 26, fol. 174 parte j
Filiatio ſolo conſenſu non poteſt contrahi. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. nu. 197, fol. 110 parte j
Filiatio quibus actibus probetur. ſuper ver. *Quæ filium ex eo ſuſcip.* n. 14, & 15, fol. 3 parte iij
Filias religioſas facientes, ne inferioribus nubant, malè faciunt. ſuper ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 40 fol. 9 parte iij
Filiatio à parentibus ſemel agnita non poteſt reuocari. ſuper ver. *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*, num. 12, fol. 3 parte iij
Filiatio nati extra domum quomodo probetur. ſuper ver. *Quæ filium ex eo ſuſcip.* n. 10, fol. 3
Filiæ agere poſſunt, vt dotentur, etiamſi ſtatuto eas excludente id non contineatur. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 186, fol. 28 parte j
Filiæ cognati patrem cogere poſſunt, vt eam dotet. ſuper verbo, *Dotem quam*, numero 28, folio 174 parte j
Filiæ domini maritandæ quid debens vaſallus, intelligitur de primo matrimonio. ſuper ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 78, fol. 10 parte iij
Filiæ dotatæ quæ renunciauit, portio legitimæ remanet penes hæredem. in quæſt. de legitim. n. 5, fol. 46 parte iij
Filiæ neceſſariò ſunt à patre hæredes inſtituendæ aut exhæredandæ, ſicut & maſculi. ſuper verb. *Duas habens filias*, n. 1, fol. 8 parte j
Filiæ renunciantis portio pertinet ad hæredem vniuerſalem, quamuis extraneum. ſuper verb. *Duas habens filias*, n. 296, fol. 36 parte j
Filiæ ſuccedunt in iure patronatus eccleſiaſtico. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 2, fol. 8 parte j
Filiæ non ſuccedunt, ſi dote contentæ renunciarunt. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 190, folio 28 parte j
Filio præterito an pupil. ſubſtituatur. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de pupil. ſubſt. numero 66, fol. 39 parte ij
Filio religionem intranti non debetur dos. ſuper ver. *Dotem quam*, n. 11. fol. 173 parte j
Filio emancipato qualiter prouidetur, licet ei non poſſit pupillariter ſubſtitui. ſuper verb. *Si abſque liberis moreretur, ij.* de pupil. ſubſtitut. numero 47, folio 37 parte ij
Filio præterito tacente alij dicunt teſtamentum nullum. ſuper ver. *In eodem teſt. relinq.* j. n. 100, folio 191 parte j
Filio vno præterito an alij dicunt teſtamentum nullum. ſuper verb. *In eodem teſt. relinq.* j. n. 102, 103, 104 & 105, folio 191 parte j
Filio ſufficit relinqui aliquid vniuerſum in terris eccleſiæ. ſuper ver. *In eodem teſt. relinq.* j n. 277, fol. 209 parte j
Filio an ſufficiat relinquere aliquid ſine tit. inſtitutionis de

BIU Cujas

nis de æquitate canonica. super ver. *In eod. test. relin.* j. n. 274, fol. 209 parte j
Filio sui fauore præterito valet testamentum. super ver. *In eodem test. relinquens*, j. n. 137, fol. 194 parte j
Filio qui legitimam deuorauit, debentur adhuc à patre alimenta. super ver. *In eodem test. relinq.* j. nu. 222 folio 203 parte j
Filio mortuo succedunt paterni in paternis, & materni in maternis. super ver. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 74, fol. 100 parte j
Filio an sit secundum omnia iura aliquid relinquendum titulo institutionis. super ver. *In eod. test. relin.* j. n. 10, fol. 184 parte j
Filio non astringitur pater aliquid iure institutionis relinquere, de æquitate canonica. super verb. *In eodem test. relinq.* j. n. 11, fol. 184 parte j
Filio mortuo si succedant ambo parentes, vsusfructus patris non extinguitur. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 73, fol. 100 parte j
Filio minus legitima relinqui non poterat iure veteri. super ver. *In eodem test. rel.* j. n. 22, fol. 185 parte j
Filio exhæredato substituitur pupillariter. super verb. *Si absque liberis mor. y.* de pup. subst. num. 65, folio 38 parte ij
Filiofamil. ab extraneo instituto repudiante an pater præferatur substituto. super verbo, *Si absque liberis moreretur. y.* numero 73, 74, 75, 76, & 77, fol. 25 & 26 parte 2
Filiorum institutio an sub conditione fieri possit. super ver. *Reliquit*, n. 26, & 27, fol. 259, & 260 parte j
Filiorum appellatione, vbi agitur de commodo aut honore, non veniunt naturales. super ver. *Raynutius.* n. 41. fol. 4 parte j
Filiorum appellatione veniunt bastardi, vbi agitur de onere & incommodo. super ver. *Raynutius*, n. 43, f. 4 parte j
Filios non extare, aut succedere non posse, paria sunt. super ver. *& vxorem nomine Adel* decis. v. num. 118 folio 104 parte j
Filij hæredis quando non excludunt substitutum. super ver. *Si absque liberis mor.* n. 7, fol. 13 parte ij
Filij an parentibus furiosis exemplariter substituant. super ver. *Si absque liberis mor. y.* de pup. subst. nu. 14 folio 44 parte ij
Filij an censeantur portenta omnino dissimilia. super ver *Quæ filium ex eo suscip.* n. 29, fol. 4 parte iij
Filij quare dicantur sui hæredes. super ver. *Mortuo itaque test. y.* n. 20, folio 112 parte ij
Filij legitimi, siue adoptiui filias non excludunt. super ver. *Duas habens filias*, n. 149, fol. 25 parte j
Filiis delinquentium potest quid donari. super verb. *et vxorem nomine Adelas.* decis. v. nu. 372, folio 116 parte j
Filij institui non possunt in dote matris. super verbo, *Alterochæ filiæ*, n. 11, fol. 171 parte j
Filij quare aliquando non similes parentibus. super ver. *Quæ filium ex eo suscip.* n. 17, folio 4 parte iij
Filij tantùm legitimi sunt etiam necessariò instituendi, vel rite exhæredandi. super ver. *In eodem test. relinq. y.* n. 12, fol. 210 parte j
Filij parentibus obediant. super ver. *In eodem test. relin. y.* n. 29, fol. 212 parte j
Filij hæres potest in legitima grauari. super verbo, *Si absque liberis mor. y.* de compen. subst. n. 19, folio 56 parte ij
Filij popularium legitimi præferuntur bastardis nobilium. super verbo, *Raynutius*, numero 32, folio 3 parte prima.
Filiis apud hospitalia expositis succedunt ipsa hospitalia, non fiscus. super ver. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 256, fol. 115 parte j
Filiis nascituris potest acquiri inter viuos. super verb. *Et soboles quam gestabat in vtero*, numero 48, folio 9 parte ij
Filium se hæreditati immiscuisse debent creditores probare. super ver. *Mortuo itaque test. y.* n. 87, fol. 118 parte ij
Filium substituens intelligit primogenitum. super verbo, *In eodem testamento relinquens*, j. n. 174, folio 198 parte j
Filium sui fauore præteriens pater debet iustam causam inferere. super ver. *In eodem test. relinq.* j. nu. 138 folio 195 parte j
Filius an à matre cognominari possit, & in quibus sequatur patris conditionem. super ver. *Raynutius*, n. 1 folio 1 parte j
Filius hæredis non excludit substitutum in re particulari. super ver. *Si absque liberis mor.* num. 15, folio 14 parte ij
Filius sequitur patrem quo ad curialem conditionem. super ver. *Raynutius*, n. 4, folio 1 parte j
Filius concubinarij quomodo quis probetur. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, numero 2, folio 2 parte iij
Filius sequitur vitium patris quo ad originale peccatum. super ver. *Raynutius*, n. 2, folio 1 parte j
Filius non tenetur credere parentibus ipsum spurium asserentibus. super ver. *quæ filium ex eo suscipiens*, n. 8 folio 3 parte iij
Filius præsumitur qui ita à parentibus nominatur, vel vt talis tractatur. super verb. *Quæ filium ex eo suscip.* n. 11, folio 3 parte iij
Filius post annum non transmittit vt filius, sed vt legitimus. super ver. *Mortuo itaque test. y.* n. 185, folio 127 parte ij
Filiusfamil. testari non potest de aduentitiis, etiam in quibus pater non habet vsumfructum. super verb. *Matrem insuper Cleram*, numero 14, & 15, folio 38 parte j
Filius à repudiatione pœnitere potest etiam tacitè. super ver. *mortuo itaque test. y.* n. 131, fol. 122 parte ij
Filius cuius duorum sit maritorum quomodo iudicetur. super ver. *Quæ filium ex eo suscip.* num. 52, folio 6 parte iij
Filius mariti præsumitur qui dominatus est. super ver. *Quæ filium ex eo suscip.* n. 1, fol. 2 parte iij
Filius legitimè natus ex bastardo dici non potest nobilis. super ver. *Raynutius*, n. 39, fol. 4 parte j
Filius sine patre an hæreditatem sibi delatam adeat. super verbo, *mortuo itaque testatore*, j. num. 331, fol. 106 parte ij
Filius iure authenticorum est necessariò instituendus. super ver. *In eodem testamento relinquens*, 1. n. 19, f. 185 parte 1
Filius habens substitutum non reuocat repudiationem. super ver. *mortuo itaque test. y.* num. 139, fol. 122 parte 2
Filius statuto exclusus præteriri potest. super verbo, *In eodem testamento relinquens*, 1. n. 128, fol. 193 parte 1
Filius repudiationem hæreditatis maternæ non reuocat. super ver. *mortuo itaque test. y.* num. 134, folio 122 parte 2
Filiusfam. an ad pias causas sine consensu patris testari possit de iis aduentitiis, in quib. patri non quæritur vsusfruct

BIU Cujas

vſusfructus. ſuper ver. *Matrem inſuper Cleram*, n.36 folio 39 parte j
Filiusfamil. habilitari ſtatuto poteſt ad teſtandum. ſuper ver. *Matrem inſuper Cleram*, numero 24, folio 38 parte j
Filius moriens tranſmittit legitimam ad Trebellianicam, & fideicom. particulare. ſuper ver. *Mortuo itaq; teſt.ij.* n.110, 111, & 112, folio 120 parte ij
Filius an ſit iure Cod. inſtituendus. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* j.n.18, folio 185 parte j
Filius etiam cohęredem habens repudiationem poteſt reuocare. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.ij.* num.130 folio 122 parte ij
Filius an ſit neceſſariò inſtituendus iure ciuili. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* j. num. 12, 13, 14, & 15, fol. 184 parte j
Filius bannitus præteriri poteſt. ſuper verbo, *In eodem teſt.relinq.* j.n.140, folio 195 parte j
Filius quando abſtinere non poſsit ab hære. patris. ſuper ver. *Mortuo itaq; teſt.ij.* n.100, folio 119 parte ij
Filius in vſufructu omnium bonorum inſtitutus an illum in legitima computet. ſuper verb. *Cætera bona*, n.23, folio 231 parte j
Filius non poteſt duobus patribus tribui. ſuper verb. *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*, n.53, folio 6 parte iij
Filius emancipari poteſt ſolùm ad teſtandum. ſuper ver. *Matrem inſuper Cleram*, n.27, folio 39 parte j
Filius præſumitur eſſe in poteſtate patris. ſuper verb. *Matrem inſuper Cleram*, n.3, folio 37 parte j
Filius non præſumitur emancipatus, etiam ſi ſit in poſſeſsione ſui iuris. ſuper ver. *Matrem inſuper Cleram*, n.4, folio 37 parte j
Filius vt tranſmittat querelam inoffic. teſt. duo requiruntur. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.ij.* n.148, fol.123 parte ij
Filius quare debet inſtitui aut nominatim exhæredari. ſuper verb. *Mortuo itaque teſtatore, ij.* num.59, fol.115 parte ij
Filius hæredis incapax non excludit ſubſtitutum. ſuper ver. *Si abſq; lib. mor.* n.16, & 17, folio 14 parte ij
Filius hæredis non excludit ſubſtitutum, quando tertius eſt grauatus hæreditatem reſtituere. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.* n.22, folio 15 parte ij
Filius hæredi natus non excludit ſubſtitutum, ſi exhæredetur. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.* n.20, folio 15 parte ij
Filius eius qui religionem ingreſſus eſt, teſtari poteſt. ſuper ver. *Matrem inſuper Cleram*, num.42, folio 39 parte j
Filius hæredis de ordine prædicatorum excludit ſubſtitutum. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.* n.19. fol.14 parte ij
Filius quomodo intelligatur, eo quòd vt talis tractetur. ſuper ver. *Quæ filium ex eo ſuſc.* n.13, fol.3, parte iij
Filius & ſeruus hæredis differunt. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.ij.* n.8, folio 112 parte ij
Filius excluſus à paterna hæreditate per xxx. annos, an habeat ex alio capite alios xxx. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.ij.* n.155, & 156, folio 123 parte ij
Filius an tranſmittat hæreditatem quo ad omnia tria capita ſuccedendi. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.ij.* n.157 folio 123 parte ij
Filius dicitur de genere matris. ſuper ver. *Mortuo itaq; teſt.ij.* n.25, folio 113 parte ij
Filius neceſſariò eſt in aliquo inſtituendus. ſuper ver. *Teſtamentum, iij.* n.59, folio 165 parte j
Filius ſi fœminas excludit, ita & nepos ex eo. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n.150, folio 25 parte j
Filius qui legitimam acceptam diſsipauit, an ſit à patre adhuc inſtituendus. ſuper ver. *In eodem teſt.relin.* j.n.220, folio 203 parte j
Filius præteritus nullo tempore approbare poteſt teſtamentum patris aliis inuitis. ſuper verb. *In eodem teſt.relinq.* j.n.112, & 113, folio 192 parte j
Filius præteritus approbare poteſt teſtamentum patris ſi aliorum non interſit. ſuper verb. *In eodem teſt. relinq.* j.n.114, folio 192 parte j
Filius præteritus teſtamentum comprobans, non propterea à perdit legitimam aut Trebellianicam. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* j.n.119, folio 193 parte j
Filius præteritus approbare quando poſsit patris teſtamentum. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* j.num.40 folio 186 parte j
Filius an teneatur dotare matrem. ſuper verbo, *Dotem quam ei ded.* n.70, folio 177 parte j
Filius an teneatur patrem in aliquo inſtituere. ſuper verbo, *In eodem teſt.relinq.* j. numero 248, folio 206 parte j
Filius ſemper habens in hæreditate quotam, habet ius accreſcendi. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* j.nu.267 folio 208 parte j
Filius natus antequam pater eſſet rex, an aliis regi natis præferatur. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* j.n.200 folio 201 parte j
Filius præteritus ante patrem decedens teſtamentum non rumpit. ſuper verb. *In eodem teſt.relinq.* j.nu.227 folio 203 parte j
Filius militis, doctoris vel aduocati præteritus non agit. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* j.n.131, & 132, f.194 parte j
Filius Iudæi vel hæretici baptizatus poteſt teſtari. ſuper ver. *Matrem inſuper Cleram*, num.40, & 41, fol.39 parte j
Filius præteritus an teſtamentum patris poſsit expreſsè ratificare. ſuper ver. *In eodem teſt.relinq.* num.101 folio 191 parte j
Filius quare dicitur hęres neceſſarius. ſuper ver. *mortuo itaque teſt.ij.* n.84, folio 118 parte ij
Filius hęreditatem repudians an feudum retinere poſsit. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* n.57, & 58, fol.22 parte ij
Filius, ſeruus, & monachus æquiparantur. ſuper verb. *Matrem inſuper Cleram*, n.38, folio 39 parte j
Filius qui ab hęr. abſtinuit, pœnitere quomodo poſsit. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.ij.* numero 127, folio 122 parte ij
Filius vnius fratris non admittitur cum alio fratre ad hæreditatem tertij fratris. ſuper ver. *& vxorem nom. Adelaſ.* n.64, folio 47 parte j
Filius ſemper ſequitur conditionem matris, quo ad libertatem & ſeruitutem. ſuper ver. *Raynutius*, nu.19 folio 2 parte j
Filius qualiter nepotes excludat. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.52, & 53, folio 98 parte j
Filius emancipatus nepotes ſuos & reliquos omnes excludit. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v. n.50, folio 98 parte j
Filius intra triennium reuocare poteſt abſtentionem. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.ij.* num.133, folio 122 parte ij
Filius tacens annis xxx. & ita excluſus ex capite, vnde liberi, adhuc habet alios xxx. ex capite vnde legitimi. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 249 folio 33 parte j

BIU Cujas

Filius in quibus casibus denominatur à matre, & illius conditionem sequitur. super verbo, *Raynutius*, n.16,fol.2 parte j
Filius propter expensas studij sine iuramento hæreditati renuncians, licet non excludatur, illas tamen expensas computabit. super ver. *Duas habens filias*, n.283,fol.35 parte j
Filiusfamil. testari potest ex priuilegio principis. super verbo, *Matrem insuper Cleram*,num.37,folio 39 parte j
Filiusfam. sumens primam tonsuram testabitur inuito patre. super ver. *Matrem insuper Cleram*,n.19,fol.38 quod limita.vt ibi.n.20,fol.eo. parte j
Filiusfamil.testari non potest de peculio profectitio. super verbo, *Matrem insuper Cleram*,num.11,fol.38 parte j
Filiusfam.donare potest causa mortis de patris consensu,etiam vbi testari non posset. super verb. *Matrem insuper Cleram*,n.43,fol.40 parte j
Filiusfam.in quibus casibus testari potest.super verbo, *Matrem insuper Cleram*,n.17,fol.38 parte j
Filiusfamil. an testari possit ad pias causas, saltem de consensu patris. super ver. *Matrem insuper Cleram*, n.29,fol.39 parte j
Filiusfam.testari potest de lucro dotis quod pater perdidit ad secunda vota transeundo. super verb. *Matrem insuper Cleram*,n.23,fol.38 parte j
Fisco addicuntur bona, quæ quis habebat tempore confiscationis.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.v.n.284,fol.117 parte j
Fiscum succedere in bonis vacantibus,quomodo intelligatur.super ver. *Et vxorem nomine Adelas.*decis.v. n.385,& 386,fol.125 parte j
Fiscus an præferatur substituto,si hæres indignus repudiet. super ver. *Si absque liberis mor.ij.*nu.94,fol.26 parte ij
Fiscus est saccus sine conscientia imbursans omnia malè acquisita.super ver. *Mortuo itaque test.*j.n.143,f.90 parte ij
Fiscus non succedit in regnis. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*,decisio.v.numero 273,folio 116 parte j
Fiscus tenetur creditoribus confiscati.super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.v.nu.289,folio 117 parte j
Fiscus & priuatus differunt in contractu inter viuos. super ver. *Et vxorem nomine Adel.*decis.v.num.304 folio 118 parte j
Fiscus succedens ab aliis hæredibus differt. super ver. *Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.302,& 303, fol.118 parte j
Fiscus in confiscationibus reorum dicitur potius succedere bonis quàm personæ, secus in intestatis. super ver.*Et vxorem nomine Adel.*decis.v.num.270,& n.288,fol.116 parte j
Fiscus qualiter succedat in bonis vacantibus.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*decis.v.nu.270,fol.116 parte j
Fiscus non dicitur hæres proscriptorum.super verb.& *vxorem nomine Adel.*decis.v.n.274,& 275,folio 116 parte j
Fiscus aliena vendens vt sua,facit emptorem securum certis seruatis.super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 381,382,& 383, folio 124 parte j
Fiscus vendicans hæreditatem indigni, an teneatur ad solutionem legatorum.super verbo,*Condidit,ij.*n.11 folio 146 parte j
Fiscus excluditur à successione peregrinorum & pauperum.super verb. *Et vxorem nomine Adel.*decis.v. n.257,fol.115 parte j
Fiscus rarò æquus. super verb. *Si absque liberis mor.ij.* n.56,fol.22 parte ij
¶ Flagitia & facinora differunt. super verbo,*Mortuo itaque testatore*,primo.numero 90,91,& 92,folio 86 parte ij
Flandria comitatus dignitatem accepit à Carolo caluo Francorum rege.super verbo,*Duas habens filias*, n.17,fol.10 parte j
¶ Fœmina à fœditate dicta. super ver. *Quæ filium ex eo suscip.*n.38,fol.5 parte iij
Fœmina non succedit in feudo.super ver.*In eodem test. reling.*j.n.191,fol.199 parte j
Fœmina tenere potest feudum, si eum pecunia redemerit.super verbo,*Duas habens filias*,nu.64,folio 15 parte j
Fœmina in feudo regali succedit de iure communi, sed non in regno Franciæ.super verbo, *Duas habens filias*,n.72,fol.16 parte j
Fœmina quare virum appetit.super verb.*Dotem quam ei ded.*n.27,fol.174 parte j
Fœmina feudum fœmineum tenere potest deficientibus masculis,non aliis. super ver.*Duas habens filias*, n.65,fol.15 parte j
Fœminæ olim sanctitate insignes, & arma cum laude tractarunt,& literis ornatæ fuerunt. super ver.*Duas habens filias*,n.18,fol.10 parte j
Fœminæ quare dominentur maritis.super ver.*Cuidam Petro trad.*n.106,fol.144 parte ij
Fœminæ feudo succedunt in casibus. super verb.*Duas habens filias*,n.33,fol.12 parte j
Fœminæ quando amant,vehementius amant,quàm viri. super verbo,*Duas habens filias*,numero 27,fol.11 parte j
Fœminæ in Francia non succedunt,sed bene in regno Nauarræ & Apuliæ. super verbo, *Duas habens filias*, n.116,& 118,fol.22 parte j
Fœminæ in Gallia succedunt in feudis ligiis & non ligiis. super verbo, *Duas habens filias*, num.68,fol.16 parte j
Fœminæ in quibus casibus non æqualiter succedant cum masculis. super verbo, *Duas habens filias*,nu.4 folio 8 parte j
Fœminæ visæ pugnare & bella gerere. super ver.*Duas habens filias*,n.5,fol.8 parte j
Fœminæ sicubi in regno succedant, est ex particulari lege,consuetudine,vel vsurpatione. super ver. *Duas habens filias*,n.117,fol.22 parte j
Fœminæ in feudo succedunt ex consuetudine vel statuto,vt in regno Franciæ. super verbo, *Duas habens filias*,n.67,fol.16 parte j
Fœminæ quibus casibus cum masculis non succedant. super verbo, *Duas habens filias*,numero 126,folio 23 parte j
Fœminæ quę consilio & industria viguerunt.super verbo,*Duas habens filias*,n.15,fol.9 parte j
Fœminæ etiam meretrices sunt successionum capaces. super verb. *Adiectæ impuberi*,numero 1,fol.215 parte j
Fœminæ naui dissutæ comparantur. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*,numer.233,folio 17 parte iij
Fœminis conuiuia interdicenda. super verbo,*Cuidam Petro tradiderunt*,num.55,fol.137 parte ij

BIU Cujas

Fœtus imperfecti ex immaturo matrimonio. ſuper verbo, *Qui cum alia matrim.contrah.* num.61, fol.9 parte iij

Fornicans non dicitur honeſtè viuere,& relictum perdit. ſuper verb. *Qui cum alia matr.contrah.*num.228 folio 16 parte iij

Fornicarius coitus multipliciter lege damnatus.ſuper verb. *Et vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.v.n.111,fol.103 parte j

Fornicatio aggrauatur cum filia ſpirituali.in quæſt.de homic.n.21,fol.40 parte iij

Forma actus eſt de iure publico,cui non poteſt renunciari.in quæſtio.de epiſc. numero 40,& 41,folio 29 parte iij

Formæ à iure traditæ renunciari non poteſt.ſuper verbo,*In eodem teſtam.relinquens,*j.numero 27,folio 185 parte j

Formæ etiam in minimis omiſsio totum vitiat. ſuper verb.*In eodem teſt.relinquens,*j.n.72,73,& 74,fol.189 parte j

Foro conſcientiæ non tenentur qui negant monachis partem in hæreditate. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.*n.227,fol.61 parte j

¶ Franci quare ita vocantur. ſuper verbo,*Si abſque liberis moreretur,* de pupil.ſubſtit. numero 39, folio 35 parte ij

Franciæ regnum à Deo inſtitutum, ſicut regnum Iſrael. ſuper verbo, *Duas habens filias,*num.79, fol.16 parte j

Franciæ regnum à ſolo Deo pendet. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam,* deciſ.v.num.35, folio 97 parte j parte j

Franciæ regnum filiabus non competere.ſuper verbo, *Duas habens filias,*n.78,fol.17 parte j

Franciſcani etiam parentibus non ſuccedunt. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adelaſiam,* num.215,fol.60 parte j

Franciſcani tertij ordinis an ſuccedant.ſuper verbo,*In eodem teſtamento relinquens,* j. numero 127,folio 193 parte j

Franciſcanus filius non eſt neceſſariò inſtituendus. ſuper ver.*In eodem teſtam.relinquens,*j.num.122,fol.193 parte j

Franciſcanus hæredis filius non excludit ſubſtitutum. ſuper verb. *Si abſque liberis moreretur,*num.15,fol.14 parte ij

Francorum reges ante 14. annos non coronantur. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi,* numero 8, folio 215 parte j

Francorum regnum imperatori non ſubeſt. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adelaſiam,* deciſ.ij.num.18, fol.68 parte j

Francorum rex non ſubeſt imperatori.ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.ij.* de pup.ſubſt.numero 44, fol.36 parte ij

Francorum reges libertatis eccleſiæ continui zelatores.ſuper verb.*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.ij.n.60 folio 72 parte j

Francorum rex & domini temporales habent innumera priuilegia. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.ij.n.169,fol.83 parte j

Francorum filij non ſunt in patris poteſtate. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram,* numero 22, folio 38 parte j

Francorum reges cur chriſtianiſsimi dicti. ſuper verb. *Et vxorem,*deciſ.ij.n.73,fol.72

Francorum regibus ſe exteri ſponte ſubmiſerunt. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.nu.40 folio 97 parte j

Francorum rex nec Papæ nec imperatori homagium præſtat.ſuper ver.*Et vxorem nomine Adel.*numero 31 folio 44 parte j

Francos à franchesia & libertate dici. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.*de pup.ſubſt.numero 43,folio 36 parte ij

Frater ſubſtitutus quando eſt neceſſarius hæres fratri. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.*de pup.ſubſt.n.107 folio 42 parte ij

Frater poteſt fratrem exhæredare ſine cauſa expreſſa. ſuper verbo,*In eodem teſt.relinquens,*j.num.23,fol.211 parte j

Frater defuncti præfertur vxori. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.*n.56,fol.47 parte j

Frater an fratrem inſtituere teneatur. ſuper ver.*In eod. teſt.relinq.*j.n.254,fol.207 parte j

Frater poteſt teſtamentum fratris querelare, ſi ſpurius aliquis in eo ſit inſtitutus. ſuper ver. *Raynutius,*n.28 folio 3 parte j

Frater pro fratre quando ſit teſtis. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens,*numero 257,fol.18 parte iij

Frater etiam in cauſa hæreſis eſt teſtis ad defenſionem fratris. ſuper ver.*Qui cum alia matrim.contrah.*n.257 folio 18 parte iij

Frater an teneatur dotare ſororem. ſuper verb.*Dotem quam ei ded.*n.71,fol.177 parte j

Frater iunior eligit primo diuidente hęredi.ſuper ver. *In eodem teſtamento reliqueus,*j.numero 211,folio 202 parte j

Fratres primi inter collaterales. ſuper verb.*Et vxorem nomine Adel.*n.65,fol.48 parte j

Fratres iure canonico ſunt in primo gradu,& iure ciuili in ſecundo.ſuper ver. *Et vxorem nomine Adelaſ.* n.85,fol.49 parte j

Fratris appellatione venit vterinus. ſuper ver.*Mortuo itaque teſt.ij.*n.26,fol.113 parte ij

Fratris hęreditas tranſmittitur iure ſuitatis in caſu.ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.*de pup.ſubſt.nu.100 folio 42 parte ij

Fratris appellatione an ille veniat,qui ex altero tãtum eſt latere.ſuper ver.*Si abſque liberis mor.ij.*de exemp. ſubſt.n.32,fol.46 parte ij

Fratris maioris,& rem minoris gubernantis,prçſumitur metus reuerentialis.ſuper ver.*Duas habens filias,* n.257,fol.34 parte j

Fratrum vnus ſi patrem occidat, cui applicabitur eius portio. ſuper verb. *Condidit,ij.*numero 14,folio 145 parte j

Fratrum priuilegium cum aſcendentibus ſuccedentium non extenditur ad eorum filios. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.num.78, folio 101 parte j

Fredegondæ reginæ hiſtoria. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam,* deciſio.v.numero 207,folio 111 parte j

Frenetico an poſsit exemplariter ſubſtitui. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.*de exemp.ſubſt.num.8,fol.44 parte ij

Freneticus teſtari non poteſt.ſuper ver.*Adiectæ impub.* n.86,fol.222 parte j

Friſones caſtitatis amatores.ſuper verbo, *Qui cum alia matr.contrah.*n.63,fol.9 parte iij

Fructus beneficij per iudicem ſecularem capi poſſunt. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam,* deciſio.ij. num

BIU Cujas

numero 44, folio 70 parte j
Fructus beneficiorum & ecclesiarum clericis commissarum capiunt aliquando iudices seculares. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.nu.42.fol.70 parte j
Fructus rei dotalis non omnes sunt mariti. In quęst.de thesauraria, n.7, folio 44 parte iij
Fructus pendentes quando substituto cedant. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de comp.subst num.13 folio 55 parte ij
Fructus appellatione quid veniat. de Camerar. Lugd. n.9, folio 34 parte iij
¶ Fulmine non ita homo interit, vt reliqua animalia. In quæst. An occidere pecc.liceat, num.18, folio 48 parte iij
Fulmine non percutitur aquila nec laurus. In quæstio. An occidere peccatores liceat, numero 19, folio 48 parte iij
Fundi generale legatum non valet. super ver. *Domum*, n.41, folio 180 parte j
Fundo vendito censetur vendita capella, sepulchrum, & ius patronatus. super verbo, *Et hortum*, numero 8 folio 181 parte j
Fundus dotalis etiam soluto matrimonio non alienatur fauore viduæ. super verb. *Qui cum alia matrim. contrah.* n.139, folio 12 parte iij
Funus alicuius concomitantes citari non possunt. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j.num 59, folio 84 parte ij
Furiosi pater extraneum substituendo potest matrem præterire. super verbo, *Si absque liberis moreret.ij.* de exempl.subst.n.33, folio 46 parte ij
Furiosi filium vnum an pater ei substituat aliis præteritis. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de exempl. subst.n.30, & 31, folio 46 parte ij
Furioso qui prius sanæ mentis testamentum fecit, si pater postea substituat, quid iuris. super verbo, *si absq; liberis mor.ij.* de exempl.subst. numero 43, folio 47 parte ij
Furioso succedit extraneus. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. numero 258, & 259, folio 115 parte j
Furiosus quid si tempore dilucidi interualli delinquat. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de exemp.subst. n.26, folio 45 parte ij
Furiosus præsumitur testatus tempore furoris. super verbo, *Adiectæ impuberi*, numero 75, folio 222 parte j
Furiosus habetur pro mortuo. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de exempl.subst.numero 23, folio 45 parte ij
Furiosus quis dicatur, & quomodo probetur. super verbo, *Adiectæ impuberi*, numero 76, & 77, fol.222 parte j
Furiosus an in transmittendo æquiparetur infanti. super verbo, *Mortuo itaque testatore, ij.* n.176, folio 126 parte ij
Furiosus an propter delictum antea commissum possit puniri vel exhæredari. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de exemplari substitutio. numero 22, folio 45 parte ij
Furnarius qui certo pretio promisit coquere toti familiæ, an aucta familia teneatur. super verbo, *Et soboles quam gest.in vtero*, n.55, folio 9 parte ij
Furti actio locum non habet inter coniuges. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 87, folio 141 parte ij

G

Gabella pro acquisitis debita non habet locum in hæreditate paterna. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.* n.52, folio 115 parte ij
Gabella non soluitur de relictis pro malè ablatis, quãuis de omnibus legatis, ex statuto soluatur. super verbo, *Si absque liberis moreretur*, numero 29, folio 15 parte ij
Gabellarij vsufructuaria relicta vxor, habebit redditus gabellæ. super verbo, *Cætera bona*, num.31, fol.232 parte j
Galli ad gladium prompti. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de pupillari substitut. numero 42, folio 36 parte ij
Galli an pupillariter substituere possint, cùm non habeant liberos in potestate. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de pupillari substitut. numero 38, folio 35 parte ij
Galli quando vti cœperint legibus. super verbo, *In eodem testamento relinquens*, j. numero 167, folio 197 parte j
Gallia à candore nuncupata. super verbo, *si absque lib. mor.ij.* de pupillari substitutione, numero 41, folio 35 parte ij
Gallia sola monstrorum semper nescia. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, n.46, folio 5 parte iij
Galliam quomodo diuidat Cæsar. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.ij. numero 179, folio 84 parte j
Gallicana ecclesia potuit canones Basilienses concilij respuere & modificare. super verbo, *Et vxorem nom. Adel.* n.234, folio 61 parte j
Gallorum natura. super verbo, *si absque liberis moreretur, ij.* de pupillari substitutione, numero 40, folio 35 parte ij
Gallorum cupiditas. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.v.n.375, fol.124 parte j
Gallorum rex beneficia confert. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.ij. numero 62, folio 72 parte j
Gayfirus Aquitaniæ dux sacerdotum prouentus vsurpans. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis.j.n.15 folio 65 parte j
¶ Geminans verba censetur deliberatè loqui. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j.numero 363, fol.107 parte ij
Geminatum delictum caret venia. super verb. *Mortuo itaque test.* j.n.111, folio 88 parte ij
Generales quatuor in Gallia. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decision.ij.numero 217, folio 87 parte j
Generandi potentia in quouis præsumitur. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, numero 3, folio 2 parte iij
Generare quis potest ea nocte qua moritur. super verbo, *In extremis positus*, n.13, folio 135 parte j
generare infirmus potest, etiam ea nocte qua moritur. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, num.4, fol.2 parte iij
Generare est naturalissimum homini. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 8, folio 7 parte iij
Gentes variæ diutissimè viuentes. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 72, fol.10 parte iij
Germani ante vicesimum annum non contrahunt matrimonium. super verbo, *Qui cum alia matrimonium*

BIU Cujas

contrahens,numero 62,folio 9 parte iij
Getæ & Marci Valerij exempla.ſuper verbo,*In eodem teſt.relinq.ij.*n.45,fol.213 parte j
¶Gladios duos habet eccleſia.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione j.numero 20,folio 65 parte j
Gloria quid.ſuper verbo,*Condidit*,j.num.52,folio 143 parte j
¶ Gradum eundem obtinentes pariter ad ſucceſsionem vocantur.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.45,folio 98 parte j
Gratia alicui conceſſa ad vnum vel duo beneficia, intelligitur de primò vacaturis. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij. num.109, folio 76 parte j
Gratia ſecundi delicti non valet niſi facta mentione de prima. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.*j.num.112 folio 88 parte ij
Gratia ſecundi delicti non valet,niſi fiat mentio de primo. In quæſt.An occidere pecc.liceat,n.31,folio 49 parte iij
Gratiam impetrans de homicidio quod ſe defendendo commiſiſſe ait,quomodo id probet. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrah.* num.260, fol.18 parte iij
Gratiæ obtinendæ ſpe delinquens non gaudet ea. In quæſtion.An occidere peccatores liceat,numero 38 folio 49 parte iij. & in verbo,*Mortuo itaq; teſt.*j. n.116,folio 88 parte ij
Grauari poteſt cui quid relictum eſt. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt. num.25,folio 63 parte ij
Grauida condemnata,non fit ante partum executio.ſuper verbo,*Et ſoboles quam geſtabat in vtero*,n.9,fol.6 parte ij
Griſildis patientia. ſuper verbo,*Cuidam Petro tradid.* n.102,folio 143 parte ij
¶ Gulielmus Benedictus quando factus eſt conſiliarius Burdegalæ. ſuper verbo,*Reliquit*,n.33,folio 227 parte j
Gulielmus Rollonis filius optimus belli dux.In tract. de ducatu Norm.n.63,fol.23 parte iij
Gulielmus Benedictus quo tempore iura audire cœpit. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*,num.10,fol.215 parte j
Gulielmus rex Anglię per conqueſtam factus quatuor habuit filios & vnam filiam.in tract.de duc.Norm. n.64,folio 23 parte iij
Gulielmus Rollonis ſpurius pro Normaniæ duce ſe gerit. In tract.de ducatu Norm.numero 7,folio 20 parte iij
Gulielmus rex Angliç per conqueſtam factus quatuor habuit liberos.in tract.de ducatu Norm.n.8,fol.20 parte iij
Gulielmus de rupe forti optimus cancellarius. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione ij. numero 206,folio 86 parte j

H

HAberi,verbum, fictionem quandam notat. ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.ij.*de pup.ſubſt.nu.55 folio 37 parte ij
Habitationem vxori relinquens,intelligitur vbi ſolebat habitare. ſuper verbo,*Domum*,num.34,fol.180 parte j
Habitatores omnes an teneantur domino præſtare iuramentum, etiam clerici. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*,deciſione v.numero 465,fol.130 parte j
Habito,verbum, eſt frequentatiuum, nec de momentanea habitatione intelligitur. ſuper verbo,*Domum*, n.38,folio 180 parte j
Habitum monachalem in morte ſuſcipiens, non videtur ſe dedicaſſe. ſuper verbo,*In extremis poſitus*,n.25 folio 136 parte j
Habitus teſtandi dupliciter conſideratur.ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*n.10,folio 43 parte j
Habitus teſtandi eſt in pupillo. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.11,folio 43 parte j
Habitus non facit monachum. ſuper verbo,*Qui cum alia matr.contrah.*n.173,folio 14 parte iij
¶ Hæres teſtatorem non occidens,ſed tantùm vulnerans,ſuccedit. ſuper verbo,*Condidit,ij.*nu.12,fol.145 parte j
Hæres voluntatem defuncti non implens vt priuetur hæreditate,quid requiratur. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de leg.& fideicom.numero 198,fol.77 parte ij
Hæres repudians quando retinere nequeat prælegata. ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.ij.*num.115,folio 29 parte ij
Hæres ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato, non poteſt partem adire & partem repudiare. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, numero 110, folio 51 parte j
Hæres quæ ſcire debeat antequam adeat. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. nu.347,348,349,350,351,&352 folio 107 parte ij
Hæres non poteſt vnam partem adire, & aliam repudiare.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*num.102 folio 50 parte j
Hæres, vt adeat hæreditatem, quid requiritur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*,j.numero 330,fol.106 parte ij
Hæres etiam clericus & eccleſia voluntatem defuncti non implens priuatur. ſuper verbo,*Si abſque liberis morereturij.* de leg.& fideic.num.207,& 208, fol.78 parte ij
Hæres non implens priuatus, an etiam prælegata perdat. ſuper ver.*Si abſque liberis mor.ij.*de leg.& fideic. n.204,folio 78 parte ij
Hæres ſcire debet teſtatorem potuiſſe teſtari. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſtatore*,j.numero 346,fol.107 parte ij
Hæres non ſatisfaciens priuatur,etiam ſi teſtator alioqui etiam eum inſtituiſſet. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur,ij.*de leg.& fideic.numero 205,fol.78 parte ij
Hæres conditioni parere nolens facit locum ſuſtituto. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.*nu.136,folio 31 parte ij
Hæres repudiare poteſt hæreditatem retentis legatis. ſuper verbo,*ſi abſque liberis mor.ij.*numer.55,folio 22 parte ij
Hæres etiam incapax adire cogitur per fideicommiſſarium. ſuper verbo,*ſi abſque liberis mor.ij.*de fideic. ſubſt.n.75,folio 69 parte ij
Hæres ſemper intelligitur de deſcendentibus. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.92,fol.102 parte j
Hæres alimenta vel medicinam teſtatori negans priuatur. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſtatore*,j.num.39 folio 83 parte ij

BIU Cujas

Alphabeticus.

Hæres etiam repudians cogitur adire officio iudicis, & restituere. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de fideic.subst.n.82,83,& 84,fol.69 parte ij

Hæres voluntatem defuncti non implens quando non priuetur hæreditate. super ver.*Si absq; liberis mor.ij.* de leg.& fideic. n.209,210,211,212,213,214,215,216 217,223,224,& 226,fol.78 parte ij

Hæres superueniens bona vt vacantia à fisco occupata an recuperet. super verb.*Et vxorem nomine Adel.* decis.v.n.380,fol.124 parte j

Hæres priuatur qui vxorem testatoris interfecit. super verbo, *Mortuo itaque testatore*,j.numero 38,folio 83 parte ij

Hæres ad tempus institui non potest. super verbo,*Reliquit*,n.4,fol.223 parte j

Hæres qui partem adiuit sibi purè relictam, videtur etiam adire partem conditionalem, & quomodo intelligatur.super ver.*Et vxorem nomine Adel.*n.107 folio 51 parte j

Hæres transmittere ad suos hæreditatem potest, si decessit antequam esset exclusus tempore vel repudiatione. super ver. *Et vxorem nomine Adel.*n.174 folio 57 parte j

Hæres post aditionem nisi inuentarium fecerit, tenetur vltra vires hæred. creditoribus, sed non legatariis. super verbo,*Mortuo itaque test.*j.nu.396,&397 folio 110 parte j

Hæres institui potest sub conditione matrimonij. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*,nu.1,folio 130 parte ij

Hæres vniuersalis habet solus medietatem,& alterius medietatis legitimam portionem.In quæst.de legitim. n.9,& 10,fol.46 parte iij

Hæres monitus per iudicem non implens lapsu anni est eo ipso priuatus.super verbo,*si absque liberis morereturij.* de leg.& fideicom. numero 203, folio 78 parte ij

Hęres scire debet testamentum esse factum antequam adeat. super verb.*Mortuo itaque test.*j.n.343,fol.107 parte ij

Hæres qui iure tantùm prætorio vti vult, an excludat substitutum. super ver. *Si absque liberis mor.ij.*n.134 folio 31 parte ij

Hæres purè institutus & sub conditione rogatus quomodo restituat. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de fideic.subst.n.92,fol.70 parte ij

Hæres qui bonorum possess. repudiauit, an iure ciuili venire possit,vt substitutum excludat. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.*n.135,fol.31 parte ij

Hæres institui potest sub conditione siue potestatiua, siue casuali,siue mixta. super ver.*Reliquit*,n.23,& 24 folio 226 parte j

Hæres qualiter adire cogetur hæreditatem fideicom. restituendam. super verbo,*Si absque liberis morer.ij.* de fideicommiss.substit. num.78,79,& 80, folio 69 parte ij

Hęres scire debet testatorem mortuum antequam adeat.super verbo,*Mortuo itaque test.*j.nu.342,fol.106 parte ij

Hæres repręsentare non potest dimidiam partem personæ defuncti. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* n.131,fol.53 parte j

Hæres occidens testatorem an sit indignus.super ver. *Condidit,ij.*n.10,fol.145 parte j

Hæres occidens testatorem quando non priuetur hæreditate.super verbo, *Mortuo itaque testatore*,j.n.40 folio 83 parte ij

Hærede ad alium transferente ius deliberandi, an ille substituto præferatur.super ver.*si absq; liberis mor.ij.* n.65,66,68,69,70,& 71,fol.23,& 24 parte ij

Hærede propter delictum inhabili, cui detur hæreditas.super ver.*Condidit,ij.*n.16,fol.145 parte j

Hærede vniuersali repudiante an accrescat instituto in re certa. super ver. *In eodem test.relinq.*j.num.208 folio 238 parte j

Hęredes fiunt ipso iure possessores in Gallia.super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, num.180,folio 57 parte j

Hæredes sunt in triplici differentia. super ver. *Mortuo itaque test.ij.*n.2,fol.112 parte ij

Hæredes quis habere potest ab intestato etiam si sit intestabilis.super verbo,*Mortuo itaque test.*j.num.123 folio 89 parte ij

Hæredes sui & necessarij qui. super ver. *Mortuo itaque test.ij.*n.9,& 10,fol.112 parte ij

Hæredes necessarij qui. super ver. *Mortuo itaque test.ij.* n.4,& 5,fol.112 parte ij

Hæredi in quibus casibus succurritur contra rigorem iuris accrescendi.super ver.*Et vxorem nomine Adel.* n.134,135,& 136,fol.53 parte j

Hæredi quantum tempus præfigendum, vt hæreditatem adeat. super ver. *Et vxorem nomine Adel.*nu.155 folio 55 parte j

Hæredi succurritur contra rigorem iuris accrescendi, vbi cohæres erat minor. super ver.*Et vxorem nomine Adel.*n.138,& 139,fol.54 parte j

Hæredis institutio fieri potest sub conditione vna vel pluribus.super ver.*Reliquit*,n.10,fol.224 parte j

Hæredis institutio nulla est prohibito iure accrescendi.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.106,fol.51 parte j

Hæredis interest æstimationem defuncti purgare. super ver.*Mortuo itaque test.*j.n.141,fol.90 parte ij

Hæredis appellatione venit directè substitutus. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de comp.subst.num.21 folio 56 parte ij

Hæredis institutio in testamento requiritur.super ver. *In extremis positus*,n.39,fol.137 parte j

Hæredis appellatione quid veniat.super ver.*Si absque liberis morereturij.* de pupil.substit.numero 5,folio 32 parte ij

Hæredem instituendi varij modi. super ver.*Cætera bona*,n.56,fol.235 parte j

Hæreditarij creditores & legatarij vna actione tentata possunt ad aliam redire. super ver. *Testamentum, ij.*n.72,fol.166 parte j

Hæreditatem paternam seruare debet filius. super ver. *In eodem test.relinq.*j.n.33,fol.186 parte j

Hæreditatem sibi delatam scire debet qui adit. super ver.*Mortuo itaque test.*j.n.344,fol.107 parte ij

Hæreditatem restituere grauatus intelligitur si absque liberis decesserit.super verbo,*Si absque liberis morer.* n.1,& 2,fol.13 parte ij

hæreditatem an repudiare possit filius retenta legitima. super ver.*Si absque liberis mor.ij.*n.48,49,50,& 51 folio 22 parte ij

hæreditatem adire vel repudiare quid sit. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.n.355,fol.107 parte ij

Hæreditas filio delata non dicitur titulus lucratiuus. super verbo, *Mortuo itaque testatore,ij.*nu.51,fol.115 parte ij

Hęreditatis aditio vires tribuit testamento.super verbo, *Mortuo itaque testatore*,j. numero 329, folio 106 parte ij

BIU Cujas

Hæreditas quæ adiri non poteſt vitio teſtamenti, aut teſtatoris & hæredis ſimul, cui applicetur. ſuper verbo, *Condidit, ij.* n.19, & 20, fol.146 parte j

hæreditas per procuratorem quare adiri non poteſt. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* nu.108, fol.51 parte j

hæreditas iacens nulla eſt in ſuis hæredibus. ſuper ver. *Mortuo itaque teſtatore, ij.* numero 47, folio 114 parte ij

hæreditas qua priuatur hæres propter legata non ſoluta, cui applicetur. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur, ij.* de leg. & fideicom. numero 197, folio 77 parte ij

hæreditas patris an ipſo iure continuetur in filium, etiam quo ad poſſeſsionem. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt. ij.* n.66, fol.115 parte ij

hæreditas extranei non adita an tranſmittatur ad monaſterium vel patres. ſuper ver. *ſi abſq; liberis mor. ij.* n.91, fol.26 parte ij

hæreditas non adita non tranſmittitur, niſi in caſibus. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt. ij.* num.187, fol.127 parte ij

hæredum appellatione qui veniant. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens, j.* numero 260, folio 207 parte j

Hæretici ſunt inteſtabiles. ſuper ver. *mortuo itaq; teſt. j.* n.291, fol.102 parte ij

hæreticus non habet filios in poteſtate. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de pupil. ſubſt. num.46, fol.37 parte ij

hæreticus redire volens ad fidem, eſt in perpetuum carcerem detrudendus. In quæſt. de homic. num.38 folio 41 parte iij

hæreticus & infidelis pro accuſato teſtes admittuntur. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n.250, fol.18 parte iij

¶ Henrici quinti & ſexti rebelliones. In tractatu de ducatu Normaniæ, numero 117, 118, & 119, folio 26 parte iij

Henrici quinti & ſexti feloniæ. In tract. de duc. Norm. n.46, fol.22 parte iij

Henricus ſecundus ex Alienora quatuor ſuſcepit liberos. In tract. de ducatu Norm. numer.25, folio 21 parte iij

Henricus vltimus Gulielmi filius regnum & ducatum occupat. In tract. de ducatu Norm. num. 65, folio 23 parte iij

Hericus Beau clerc vltimus filius regnum & ducatum occupauit. In tract. de ducatu Norm. num.9, fol.20 parte iij

Henricus ſecundus vnicus Mahenltæ & patris hæres. In tractatu de ducatu Normaniæ, numer.13, folio 21 parte iij

Henricus tertius Ioanni ſuccedit. In tract. de ducatu Norm. n.89, fol.25 parte iij

Henricus ſecundus hæres vniuerſalis ex Mahenlta & Gaufredo. In tract. de ducatu Norm. num.69, fo.24 parte iij

Hermafroditorum generationis cauſa. ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*, n.42, fol.5 parte iij

¶ Hiſpaniæ rex ſucceſſores epiſcopis nominat. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.ij. n.79, fol.73 parte j

Hiſpaniæ regi conceſſum, quòd alienigenæ in ea nequeant beneficia obtinere. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione quinta. numero 483 folio 132 parte j

¶ Homagium à marito factum prodeſt viduæ. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num.142, folio 13 parte iij

Homerus cæcus erat. ſuper verbo, *In extremis poſitus*, n.33, fol.136 parte j

Homicidij qualificati exempla. In quæſt. de homic. n.5 folio 38 parte iij

homicidij qualificati grauiſsimæ pœnæ. In quæſt. de homic. n.8, fol.38 parte iij

homicidij pœna in clerico. In quæſt. de homic. num.1 folio 38 parte iij

homicidium tripliciter aggrauatur ex iniuſta cauſa percutiendi. In quæſtio. de homic. num.27, 28, & 29 folio 40 parte iij

homicidium quibus rationibus grauetur ex parte occidentis. In quæſtion. de homic. numero 19, folio 39 parte iij

homicidium aggrauantes cauſæ coniunctæ. In quæſt. de homic. n.31, fol.40 parte iij

homicidium grauatur ex euentu. In quæſt. de homic. n.26, fol.40 parte iij

homicidium grauatur ratione temporis. In quæſtio. de homic. n.24, fol.40 parte iij

homicidium aggrauatur ex quantitate percuſsionum. In quæſt. de homic. n.25, fol.40 parte iij

homicidium quibus rationibus grauetur ex loco. In quæſt. de homic. n.23, fol.40 parte iij

homicidium ſobrij grauius quàm ebrij. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt. j.* n.74, fol.85 parte ij

homicidium proditoriè committens non gaudet immunitate eccleſiæ. In quæſt. de homic. n.36, folio 40 parte iij

homicidium quibus rationibus aggrauetur ex perſona interfecti. In quæſt. de homicid. num.14, folio 39 parte iij

Homines in belluas transformati. In quæſt. An occid. pecc. liceat, n.15, fol.48 parte iij

hominis excellentia. ſuper verb. *Adiectæ impuberi*, n.19 folio 216 parte j

homo propter peccatum comparatur beſtiis. In quæſtion. An occidere peccatores liceat, num.14, fol.48 parte iij

homo dupliciter conſiderandus. In quæſt. An occid. pecc. liceat, n.16, fol.48 parte iij

homo qua ratione conſideratus occidi poſsit. in queſt. An occid. pecc. liceat, n.21, fol.48 parte iij

homo dignior quàm fœmina. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de exempl. ſubſt. numero 41, folio 47 parte ij

Honeſtas familiarium diuitiis conſeruatur. ſuper ver. *Duas habens filias*, n.131, fol.23 parte j

honeſtè & caſtè viuere quomodo intelligatur mulier. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n.169, fol.14 parte iij

honeſtè & caſtè viuere dicitur quæ tertiò nubit. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num.227, folio 17 parte iij

honeſti viri non ducunt puellas ſine conſenſu parentum. ſuper ver. *Dotem*, n.35, fol.175 parte j

Honor ex veſte non æſtimandus. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 175, folio 14 parte iij

honor eſt filio ſuccedere patri titulo & nomine. ſuper verbo, *In eodem teſt. relinquens, j.* numero 31, fol.186 parte j

Honorantes clericos in collatione beneficiorum, eos onerare non poſſunt. ſuper verb. *Si abſque liberis moreretur*

BIU Cujas

reretur,ij. de fideicom.ſubſtitut.numero 53,folio 67 parte ij
Hortus cedit illi domui ad quam teſtator eo vtebatur. ſuper ver. *Et hortum*,n.2,fol.181 parte j
Hortus quando cenſeatur cauſa domus paratus. ſuper verbo,*Et hortum*,n.7,fol.181 parte j
Hoſpitium quid. ſuper verbo, *Domum*, num.3,fol.178 parte j
Hoſpitalarij religioſi gaudent priuilegio clericorum. In quæſt.de homic.n. 6,fol.39 parte iij
Hoſtium an veniat appellatione domus. ſuper verbo, *Et hortum*,n.11,fol.181 parte j
¶ Hypotheca quam habet legatarius eſt tacita. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur, ij.* de leg.& fideic. n.152,fol.74 parte ij
Hypothecaria competit legatario. ſuper ver.*Si abſque liberis mor.ij.* de leg.& fideicom. numero 151,fol.74 parte ij
Hypothecæ ratione poteſt clericus ad iudicium ſeculare trahi. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.ij.n.122,fol.77 parte j
Hypocrita præſumitur qui honeſto veſtitu vti negligit. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimon. contrahens*, numero 181,folio 14 parte iij

I

Iacob an peccauerit ſupplantãdo fratrem ſuum Eſau. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num.245,folio 33 parte j
Iacobi Petrucij conſideratio ſingularis. ſuper verbo, *Adiciens vt Alterocha*, numero 29, folio quinto, parte ij
Iacobus de Arena fuit Galliæ cancellarius. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.numer.194,folio 85 parte j
Iahel primus inuenit tentoria. ſuper verbo, *Domum*, n.5,fol.178 parte j
¶ Identitas patris & filij in diuinis & humanis. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſtatore,ij.*nu.35,& 36,fol.114 parte ij
¶ Iephthe filiæ hiſtoria.ſuper verbo,*Qui cum alia,matrimonium contrahens*, numero 10, folio ſeptimo, parte iij
Iethronis ad Moyſem diuinum conſilium.ſuper verb. *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij.n.200,fol.85 parte j
¶ Ignobiles & infames ad dignitates propter penuriam perſonarum admittuntur.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſiam*,deciſ.v.numer.405,folio 126 parte j
Ignobilium contra nobiles temeritas vnde proceſſerit.ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.404 folio 126 parte j
Ignoranti qua via ſuccurratur.ſuper ver.*teſtamentum, ij.*n.73,fol.166 parte j
Ignoranti non parcitur in iis quæ pertinẽt ad rigorem iuris obſeruandum. ſuper ver. *Et vxorem nom. Adel.* n.97,fol.50 parte j
Ignorantia facti facit matrimonium valere, & filios eſſe legitimos. ſuper verbo,*Raynutius*,nu.17,folio 2 parte j
¶ Immobilia clericorum fiſco regis publicantur, excepto crimine hæreſis. ſuper verb.*Et vxorem nomine Adel.*j.n.243,& 244,folio 62 parte j
Imperator ſuam habet fundatam intentionem quo ad loci iuriſdictionem, ſed non quo ad rei proprietatem. ſuper ver.*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.ij.nu.17 folio 68 parte j
Imperium ab eccleſia pendere. ſuper verb.*Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione j. numero 8, folio 64 parte j
Impoſsibile reputatur quòd à principe impetratur.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſ.*num.184,fol.57 parte j
Impoſsibile dicitur quod eſt iure prohibitum. ſuper verbo,*Reliquit*,n.15,fol.225 parte j
Impoſsibilis conditio quando vitiat actum. ſuper ver. *Reliquit*,n.13,fol.225 parte j
Impoſsibilitas iuris an vitiet actum.ſuper ver.*Reliquit*, n.14,fol.225 parte j
Impoſsibilitas quadruplex. ſuper verbo, *Reliquit*,n.12 folio 224 parte j
Impoſsibilitas perplexitatis an vitiet actum.ſuper ver. *Reliquit*,n.22,folio 226 parte j
Impoſsibilitas facti an vitiet actum.ſuper ver.*Reliquit*, n.21,fol.226 parte j
¶ Inachi de Io filia in vaccam verſa lamentatio.ſuper verbo,*Qui cum alia matrim.contrahens*,num.39,fol.9 parte iij
Inæqualitas in reciproca quot modis interueniat. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.*de breuil.ſubſt.n.30 folio 51 parte ij
Incapax an poſsit hæres inſtitui pro tempore quo erit capax. ſuper verbo, *Reliquit*, numero 6, folio 224 parte j
Indefinita æquipollet vniuerſali. ſuper ver.*teſtamentũ*, j.n.77,fol.155 parte j
Indi agricolas etiam belli tempore nunquam impediunt. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v. n.341,folio 121 parte j
Indigni hæreditas cui applicetur. ſuper ver. *Condidit*, *ij.*n.15,fol.145 parte j
Indignus eſt occidens vxorem aut liberos teſtatoris. ſuper verbo,*Condidit,ij.*n.13,fol.145 parte j
Indoctus non poteſt alium facere doctum.ſuper verb. *Raynutius*,n.5,fol.1 parte j
Indorum vxores ſepeliri cum viris petunt & cremari. ſuper verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* n.151,& 152 folio 13 parte iij
Inertiam Athenienſes puniebant. ſuper verbo,*Dotem quam ei dederat*,n.55,fol.176 parte j
Infames an teſtentur.ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.*j. n.312,fol.104 parte ij
Infamia eſt ſimilis morti. ſuper ver.*Mortuo itaq; teſt.*j. n.314,fol.104 parte ij
Inſania quid.ſuper verbo,*In extremis poſitus*, n.9,fol.135 parte j
Infans tranſmittit hæreditatem non vt adeundam, ſed velut aditam. ſuper verb.*Mortuo itaque teſt.ij.*n.174 folio 126 parte ij
Infans tranſmittit ad patres. ſuper verbo,*Mortuo itaq; teſt.ij.*n.172,fol.125 parte ij
Infans an ad alios à patre tranſmittat beneficium reſtitutio. ſuper verb.*Mortuo itaque teſt.ij.*n.179,fol.126 parte ij
Infans ad alios à patre hæreditatem non tranſmittit. ſuper ver.*Mortuo itaq; teſt.ij.*n.178,fol.126 parte ij
Infantes ex teſtam.& ab inteſt.ſuccedunt etiam in caſtrenſiis & feudalibus. ſuper verb.*Adiecta impuberi*, n.3,fol.215 parte j
Infanti delatam hæreditatem poteſt ſolus pater adire. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore,ij.* numero 170 folio 125 parte ij

BIU Cujas

Infanti delatam hæreditatem adit pater solus vel tutor. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 333, fol. 106 parte ij
Infantis vel furiosi delicta quare impunita. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 118, fol. 89 parte ij
Infantis hæreditas non transmittitur ad matrem. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 171, folio 125 parte ij
infernales fluuij quinque. super verbo, *Cætera bona*, n. 4 folio 229 parte j
Influentia astrorum an excuset à delicto. In quæst. An occid. pecc. lic. n. 22, fol. 48 parte iij
Infirmitas quibus rationibus prosit. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 10, fol. 82 parte ij
Ingrati possunt exhæredari, & quomodo. super verb. *In eodem test. relinq. ij.* n. 1, & 2, fol. 209 parte j
Ingrati filij sunt viperis similes. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* n. 35, fol. 213 parte j
Ingratis filiis semper malè succesit. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 206, fol. 201 parte j
Ingratitudinis causa emancipatus reducitur in patris potestatem. super verbo, *In eodem relinq. ij.* num. 4 folio 209 parte j
Ingratitudinis efficacia. super verb. *In eod. test. relinq. ij.* n. 27, fol. 212 parte j
Ingratitudine priuatus potest sibi successionem pacto seruare. super verbo, *Duas habens filias*, n. 221, fol. 31 parte j
Ingratitudinis non tempus nec locus, sed causa inferenda. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* numer. 14 folio 210 parte j
Ingratitudinis causa debet in exhęredatione exprimi. super verbo, *In eodem test. relinquens, ij.* nu. 11, fol. 210 parte j
ingratitudo est peccatum mortale. in quęst. de homic. n. 32, fol. 40 parte iij
ingratitudo per principem tolli non potest. super verbo, *In eodem testamento relinquens, ij.* num. 7, fol. 210 parte j
Ingratitudo an purgetur per ingressum religionis. super verbo, *In eodem test. relinquens, ij.* num. 37, fol. 213 parte j
ingratitudo probatur per iuramentum patris, de consensu filij. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* num. 16 folio 211 parte j
ingratitudo non repellit ingratum, nisi conquerente eo in quem commissa est. super verb. *In eodem test. relinq. ij.* n. 48, fol. 214 parte j
ingratitudo tollitur per sequentem gratitudinem. super verbo, *In eodem test. relinquens, ij.* num. 43, fol. 213 parte j
ingratitudo filij an per quinque testes probari debeat, sicut vasalli. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* nu. 15 folio 211 parte j
ingratitudo an possit pœnitentia purgari. super verbo, *In eodem testamento relinquens, ij.* numero 38, fol. 213 parte j
ingratitudo multis modis iure punitur. in quæstion. de homic. n. 34, fol. 40 parte iij
ingratitudo homicidium aggrauat. in quęst. de homicid. n. 33, fol. 40 parte iij
ingratus quando etiam ab intestato non succedat. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* num. 47, folio 214 parte j
Ingratus etiam postea effectus furiosus potest exhæredari. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* numero 28 folio 212 parte j
Ingratus filius beluis est peior. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* n. 32, folio 212 parte j
Inimicitiæ & coniunctione officij dimissæ. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. numero 230, folio 98 parte 2
Iniuria an sit, si dicam: tu mentiris saluo honore. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. numero 392, fol. 109 parte ij
iniuria magna est, quem vocare cucurbitam. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 110, folio 144 parte ij
Iniuria verbalis non parit absenti actionem, secus si sit scripta. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 429, fol. 128 parte j
iniuria per donationem causa mortis remissa non reuiuiscit, etiam si conualeat donans. super verbo, *Testamentum, iij.* n. 42, fol. 171 parte j
iniuria fit defuncto per secundas nuptias. super verb. *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 187, fol. 14, & 15 parte iij
Iniuriæ defuncti vindicta ad solos masculos pertinet. super verbo, *Duas habens filias*, numero 130, folio 23 parte j
innocentem an cogatur iudex sciens condemnare. in quæstio. An occidere peccatores liceat, nu. 41, fol. 49 parte iij
Innocentis est non solùm non committere, sed cauere ne committatur. in quæst. An occid. pecc. lic. nu. 23 folio 48 parte iij
inquęsta facta super non admittendis articulis, recipitur, si faciat ad decisionem causæ. super verb. *si absq; liberis mor. ij.* de fideicom. subst. numero 50, folio 66 parte ij
Inquilini qui dicantur. super ver. *Et vxorem nom. Adel.* decis. v. n. 412, fol. 127 parte j
insinuari non possunt testamenta nec donationes, nisi coram iudice laico. super ver. *Et vxorem nom. Adel.* decis. ij. n. 129, fol. 78 parte j
Instituens illum cuius nomen in tali scedula scriptum est, an valeat. super verb. *In extremis positus*, num. 42 folio 137 parte j
instituere aut iure institutionis relinquere idem est. super verbo, *In eodem test. relinquens*, j. num. 36, fol. 186 parte j
Instituere non tenetur pater inter liberos testans. super verbo, *In eodem test. relinquens*, j. num. 136, fol. 194 parte j
instituere sufficit filium in solo obolo. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 21, fol. 185 parte j
Institui quare debeat filius. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 30, & 35, fol. 186 parte j
institui non oportet filium, vbi est clausula codicillaris. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. nu. 204, fol. 233 parte j
Institui sufficit filium in aliquo, licet filius non nominetur. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 38, fol. 186 parte j
institui non oportet filios in testamento furiosi. super verb. *In eodem test. relinq.* j. n. 225, fol. 203 parte j
Institui quare debet filius iure aliquo. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 255, fol. 207 parte j
institui non oportet filium in testamento facto, iuxta Galli consilium. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 224, fol. 203 parte j
Instituo est verbum directum. super ver. *Eidem impub. succederent*, n. 11, fol. 11 parte 2
Institutio triplex. super verb. *Adiiciens vt Alterocha*, num

BIU Cujas

numero 15,17,& 18,folio 3 parte ij
Institutionem non vitiat defectus verbi. super verbo, *Cætera bona*,n.57,fol.235 parte j
Institutio filij est de substantia testamenti.super verb. *In eodem test.relinquens*,j.n.23,fol.185 parte j
institutio tacita, quæ fit per substitutionem an sufficiat ad validitatem testamenti. super verb. *Adiiciens vt Alterocha*,n.23,fol.4 parte ij
Institutio filij debet fieri in testamento patris. super ver.*In eodem test.reling*.j.n.39,fol.186 parte j
institutio filij expressa est de substantia testamenti.super ver.*Adiiciens vt Alterocha*,n.28,fol.4 parte ij
Institutio quibus verbis fiat. super ver.*Adiic.vt Alter.* n.20,fol.4 parte ij
institutionem potest titulus alius importare.super verbo,*In eodem testam.relinquens*,j.nu.79,& 80,fol.190 parte j
Institutionis titulo an debeat aliquid filio relinqui.super verbo,*In eodem test.relinquens*,j.nu.1,& 2,fol.183 parte j
instituto vno in bonis Tholosæ, alio Caturci, an habeat locum ius accrescendi.super verb.*Cætera bona*, n.11,fol.230 parte j
Institutus in re certa an sit loco legatarij.super verbo, *In eodem test.reling*.j.n.256,& 257,fol.207 parte j
institutus in re certa habetur pro hærede vniuersali.super ver. *In eodem test.reling*.j.n.262,& 263,folio 207 & 208 parte j
Institutus & substitutus in sex casibus simul admittuntur.super verbo,*Si absque liberis mor.ij*.n.95,folio 26 parte ij
Instrumenta non habent executionem paratam. super verbo,*Si absque liberis mor.ij*.de leg.& fideic. nu.192 folio 77 parte ij
instrumentis duobus eodem die confectis illud præfertur quod est prius scriptum in protocollo.In quæstio.de Canonicatu,n.8,fol.42 parte iij
Instrumentum à duobus notariis receptum,an probet si ab vno solo ingrossetur. super verbo,*Mortuo itaq; test*.j.n.405,& 406,fol.110 parte ij
intelligere præsumitur,qui dicit se vidisse.super verb. *Si absque liberis mor.ij*. de fideic.subst. nu.126,fol.72 parte ij
Intentio spectanda potius, quàm series verborum. in quæst.de matrim.n.1,fol.34 parte iij
intentio non præsumitur alia, nisi quæ ex verbis demonstratur. de Camerariatu Lugd.num.7,folio 33 parte iij
Interlocutoria non mutat statum.super verbo,*Mortuo itaque test*.j.n.224,fol.97 parte ij
interlocutoria occisus non fit intestabilis. super verb. *Mortuo itaque test*.j.n.223,fol.97 parte ij
Interpretatio nunquàm debet prævalere menti.super verbo,*Si absque liberis mor.ij*.n.35,fol.20 parte ij
intestatis descendentes primo loco succedunt. super verbo,*Et vxorem nomine Adelas*.numer.93,folio 50 parte j
Intestatorum appellatione non comprehendi pupillos in odiosis. super verbo,*Et vxorem nomine Adel*. n.17,fol.43 parte j
intestatorum appellatione comprehendi pupillos & infantes.super verbo,*Et vxorem nomine Adel*.nu.16 folio 43 parte j
Intestatus dicitur, qui iure testari non potuit. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, num.8, fol.42 parte j
Intestatus quis in dubio præsumitur. super verbo.*Testamentum*,j.n.1,fol.147 parte 1
Intestatus quis dicatur.super verbo,*Et vxorem nomine Adelas*.n.7,fol.42 parte j
Inuadens plus punitur. super verb.*Cuidam Petro trad.* n.115,fol.145 parte ij
Inuentarium faciens quid obseruet. super ver.*Mortuo itaque testatore*,j.num.398,vsque 404,fol.124,& 110 parte ij
Inuicem dictio in substitutione posita,quid operetur. super ver. *Si absque liberis mor.ij*.de breuil.subst.nu.3 folio 49 parte ij
Inuidia & obtrectatio differunt. super verbo,*Mortuo itaque test*.j.n.259,fol.100 parte ij
Inuidia rusticis insita contra nobilitatem. super verb. *Et vxorem nomine Adelas*. decis.v. num.399, fol.125 parte j
Inuidiæ proprietates. super verb. *Mortuo itaque test*.j. n.258,fol.100 parte ij
Inuitus quis potest redimi. super ver.*Et vxorem nomine Adel*.decis.v.n.267,fol.115 parte j
¶ Ioas septem annorum regnare cœpit. super verbo, *Adiectæ impuberi*,n.49, folio 219 parte j
Ioanna Darco,dicta,la pucelle de France.super verbo, *Duas habens filias*,n.14, fol.9 parte j
Ioannes de temporibus vixit annos trecentos sexagin ta vnum.super verb.*Qui cum alia matrim.contrahens*, n.75,fol.10 parte iij
Iosias à rege Ægypti occisus. super verbo, *Mortuo itaque test*.j.n.12,fol.82 parte 2
Ioannes sine terra scelere fit rex. in tractatu de ducatu Norm.n.86,fol.24 parte 3
Ioannis Baptistæ consilium paganis datum. super verbo, *Condidit*, primo. numero 60, & 61, folio 144 parte 1
Ioannes de temporibus vixit annos trecentos sexagin ta vnum. in tract.de ducatu Norm. num.21,folio 21 parte 3
Ioannes sine terra, vltimus Henrici secundi filius facinorosè regnum,Ducatum,& reliqua occupat. in tractatu de ducatu Normaniæ, numero 27, folio 21 parte 3
Ioannis bona,quæ in Gallia tenebat, confiscantur. in tract.de ducatu Normaniæ,numer.29,& 32, folio 21 parte 3
Ioannis Andreæ laudes.super ver.*In eodem test.relin*.i. n.66,fol.189 parte 1
Iosaphat fuit Dauidis cancellarius. super verbo, *Et vxorem nomine Adel*. decisione 2, numero 201,fol.85 parte 1
Ioseph primus fuit in orbe cancellarius. super verbo, *Et vxorem nomine Adel*.decisione 2,num.198,fol.85 parte 1
Iosias sepulturæ religiosus.super verbo,*Mortuo itaque test*.i,n.64,fol.85 parte 2
¶ Ira non debet moueri iudex.in quæstione,An occidere peccatores liceat,n.50,fol.50 parte 3
Iracundiæ calore factum caret calumniæ vitio.in quæstione de homicidio,numero 30, folio 40 parte 3
Irritans clausula actum non reddit nullum, nisi volente impetrante.super verbo,*In eodem test.relinq*.i.n.91 folio 190 parte 1
¶ Italici iuris sunt Burgundia, Lugdunum, & Gallia Narbonensis. super verbo,*Et vxorem nomine Adelas*. decis.2,n.14,fol.68 parte 1
Item,dictio,inducit repetitionem præcedentis qualitatis.super verbo,*In eodem test.relinquens*,i.num.77 &

BIU Cujas

& 78,folio 190 parte j
Iteratio iniuriæ parit actionem. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis.v.n.430,fol.128 parte j
¶Iudæa mater tenetur dotare filiam ad fidem conuer sam.super verbo, *Dotem quam ei dederat*,n.69,f.177 parte j
Iudæi & meretrices quare signum portant, vt ab aliis discernantur. super verbo, *Raynutius*, num.63,fol.5 parte j
Iudæi an statuta regionis seruare debeant. super verb. *Duas habens filias*,n.184,fol.28 parte j
Iudæi ad fidem conuersi sunt melioris conditionis, quàm qui fuerunt semper Christiani. super verbo, *In eodem test.relinq.*j.n.216,fol.192 parte j
Iudæorum calamitas & iniquitas. super verb. *Mortuo itaque test.*j.n.241,& 242,fol.99 parte ij
Iudæos regno expulit rex Philippus. super verb. *Duas habens filias*,n.97,fol.18 parte j
Iudex non debet procurare pacem inter litigantes in criminalibus. In quæst. An occid.pecc.lic.num.27 folio 49 parte iij
Iudex esse debet legibus conformis. super ver. *mortuo itaque test.*j.n.309,fol.88 parte ij
Iudex secularis exequitur sententiam in clericum latam. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij. n.130,fol.78 parte j
Iudex laicus de bonis clericorum mobilibus se intromittere non potest.super verb. *Et vxorem nom. Adel.* n.242,fol.62 parte j
Iudex nihil maius Deo potest offerre,quàm iustitiam. super verbo, *Mortuo itaque test.*j. num.99, folio 87 parte ij
Iudex non iudicabit, nisi necessitatem in probatione requirat. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.num.210 folio 96 parte ij
Iudex secularis cognoscere potest de iustitia degradationis clerici. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.n 157,fol.82 parte j
Iudex secularis supplet defectum & negligentiam ecclesiastici in realibus actionibus,sed non in personalibus. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij. n.31,fol.61 parte j
Iudex potest quem occidere sine peccato. super verb. *Mortuo itaque test.*j.n.89,fol.86 parte ij
Iudex malos percutiendo minister Dei est. super ver. *Mortuo itaque test.*j.n.101,fol.87 parte ij
Iudex dicitur vir bonus. super verb. *Et vxorem nomine Adel.*n.137,fol.54 parte j
Iudex ex officio curare potest, vt quisque testetur liberè.super ver. *Condidit,ij.*n.24,fol.146 parte j
Iudex post appellationem reum interficiens non censetur iudex.super verbo, *Mortuo itaque test.*j.nu.266 folio 100 parte ij
Iudex interpretari debet vltimas voluntates, vt potius valeant. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de pup.subst.n.37,fol.35 parte ij
Iudex secularis adiri potest & cogere iuramenti obseruationem. super verbo, *Duas habens filias*,num.270 folio 34 parte j
Iudex non sit ad occisionem pronus. super ver. *mortuo itaque test.*j.n.95,fol.86 parte ij
Iudex nec de rebus, de quibus coram ipso agitur, nec cum partibus contrahere potest.super verbo, *Duas habens filias*,n.49,fol.13 parte j
Iudex an cogere quem possit ad exequutandum delinquentem. In quæst. An occidere peccatores liceat, num.30,fol.49 parte iij
Iudex secularis potest ecclesiastico inhibere ne suam iurisdictionem turbet,& econtrà.super verb. *Si absq; liberis moreretur,ij.* de fideic.substit.num.49,folio 66 parte ij
Iudex si glorietur in morte homicida est.super verbo, *Mortuo itaque test.*j.n.97,fol.87 parte ij
Iudicans secundum allegata & probata non peccat.super verbo, *Mortuo itaque test.*j. numero 211.folio 96 parte ij
Iudice sua abutente iurisdictione eximuntur subditi. super verbo, *Condidit*,j.n.28,fol.141 parte j
Iudices debent illos maximè punire, qui enormia commiserunt delicta. super verbo, *Mortuo itaque test.*j. n.110,fol.88 parte ij
Iudices seculares cognoscunt contra clericos in causis guarentigiæ.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.125,fol.77 parte j
Iudices seculares cognoscunt contra clericos in actionibus mixtis. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.46,fol.70 parte j
Iudici non obstante appellatione exequenti, licet de facto resistere. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.n.181 folio 93 parte ij
Iudici quæ inesse deceat. In quæst. An occid.pecc.lic. n.47,fol.50 parte iij
Iudicium capitale primum est Athenis in Areopago factum. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.n.117,fol.88 parte ij
Iudicium intellectus æquiparatur testimonio sensus. super ver. *Si absque liberis mor.ij.* de pup.subst.nu.90 folio 41 parte ij
Iudicium durum fiet de iniustè iudicantibus.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.408,folio 126 parte j
Iudicium humanum quatuor modis peruertitur. In quæst.An occidere peccatores liceat,nu.48,folio 50 parte iij
Iudicis officium est punire,& præcauere. super verbo, *Domum*,n.15,fol.179 parte j
Iudith viduæ encomium. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 125,& 127,folio 12 parte iij
Iumentum cum quo quis coit etiam comburitur. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.numero 138,folio 90 parte ij
Iura primogenituræ vendi possunt & renunciari. super ver. *Duas habens filias*,n.244,fol.33 parte j
Iura quæ habet dominus in vasallos. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.iiij.num.9,& 10,folio 91 parte j
Iuramenti vinculũ reale,pacti confirmatorium, transit ad hæredes.super verbo, *Duas habens filias*,n.279 folio 35 parte j
Iuramenti ratione lex loquens de contractu extenditur ad quasi contractum. super verbo, *Testamentum, ij*,n.36,fol.163 parte j
Iuramentum à notario addi non potest. super verbo, *In eodem test.relinq.*j.n.45,fol.187 parte j
Iuramenti extra iudicialis vis.super ver. *Testamentum, ij.*n.21,fol.162 parte j
Iuramenti dispensatio semper debet peti, nisi vrgeat necessitas,& superior adiri non possit. super verbo, *Duas habens filias*,n.273,fol.35 parte j
Iuramẽto quis astringi non potest ad non nubendum. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* nu.45, fol.9 parte iij
Iuramento non seruato multi principes periere. super verb

BIU Cujas

verbo, *Testamentum, ij.* numero 43, fol. 163 parte j
Iuramentum accumulat forum foro. super ver. *Testamentum, ij.* n. 32, fol. 163 parte j
Iuramentum an impediat dominij translationem. super ver. *Testamentum, ij.* n. 30, fol. 163 parte j
Iuramentum excusat à præsumpta calumnia, & expensis litis. super verbo, *Testamentum, ij.* num. 38, fol. 163 parte j
Iuramentum ciuilem & æquam interpretationem recipit. super verbo, *In eodem test. relinquens,* j. num. 121 folio 203 parte j
Iuramentum non defertur in pœnis in supplementum probationis. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* de leg. & fideic. n. 225, fol. 79 parte ij
Iuramentum sceleratum, etiam verum, est vt blasphemia capitaliter puniendum. In quæst. de homic. n. 40 folio 41 parte iij
Iuramentum impedit præscriptionis cursum. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 41, fol. 163 parte j
Iuramentum de non nubendo intelligitur de nuptiis illicitis. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* n. 46, fol. 9 parte iij
Iuramentum sine interpellatione constituit in mora. super verbo, *Testamentum, ij.* numero 28, folio 162 parte j
Iuramentum esse non debet occasio mali. super verb. *Duas habens filias,* n. 195, fol. 29 parte j
Iuramentum impedit dominij translationem. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. numero 181 folio 84 parte j
Iuramentum filij testantis & patris consentientis facit testamentum valere vt donationem causa mortis. super verbo, *Matrem insuper Cleram,* nu. 50, fol. 40 parte j
Iuramentum supplet consensum specificum ipsius iurantis, non alterius. super verbo, *Duas habens filias,* n. 295, fol. 36 parte j
Iuramentum parit exceptionem litis finitę impedientem omnem nouæ litis ingressum. super verbo, *duas habens filias,* n. 300, fol. 37 parte j
Iuramentum habet vim specifici consensus, & qualiter intelligatur. super verb. *Duas habens filias,* n. 294 folio 36 parte j
Iuramentum primum de non alienando præualet secundo. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 180, fol. 84 parte j
Iuramentum operatur clausulam codicillarem. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 20, & 21, fol. 162 parte j
Iuramentum habet paratam executionem. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. nu. 193, fol. 77 parte ij
Iuramentum in testamento habet vim clausulæ derogatoriæ ad præcedentia & sequentia. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 18, fol. 158 parte j
Iuramentum vim habet specifici consensus. super ver. *Testamentum, ij.* n. 20, fol. 159 parte j
Iuramentum remittens lex habet vim apostolicam. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* nu. 47, fol. 9 parte iij
Iuramentum primum quando prę iudicet secundo. super verbo, *Duas habens filias,* numero 191, folio 36 parte j
Iuramentum impedit remissionem contractus. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 31, fol. 163 parte j
Iuramentum omnes contractus sui natura reuocabiles facit irreuocabiles. super ver. *si absq; liberis mor. ij.* numero 24, folio 63 parte ij
Iuramẽtum sine iusta causa etiam à Papa relaxari non potest in præiudicium alterius. super verb. *Duas habens filias,* n. 267, fol. 34 parte j
Iuramentum, sententia, & transactio æquiparantur. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de fideicom. subst. n. 130, fol. 72 parte ij
Iuramentum administratoris non tollit domino ius substitutionis. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 103, fol. 71 parte ij
Iuramentum delatum quando non potest referri. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideicom. n. 162, fol. 75 parte ij
Iuramentum contra bonos mores non obligat. In quę stio. de epis. n. 8, fol. 27 parte iij
Iuramentum habet vim insinuationis in donatione 50. aureos excedente. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 37 folio 163 parte j
Iuramentum quo ad vinculum personale, siue spirituale non transit ad hæredes. super verbo, *Duas habens filias,* n. 178, fol. 27 parte j
Iuramentum non firmat contractus infidelium. super verbo, *Duas habens filias,* n. 289, fol. 36 parte j
Iuramentum duo parit vincula, personale & reale. super verbo, *Duas habens filias,* n. 277, fol. 35 parte j
Iuramentum habet vim guarentigiæ. super verbo, *Testamentum, ij* n. 33, fol. 163 parte j
Iuramentum non porrigitur ad non cogitata. super verbo, *In eodem test. relinquens,* j. numero 120, fol. 103 parte j
Iura testamentum delinquentis inualidantia non sunt correcta. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 48, fo. 84 parte ij
Iurare debet quis de non nubendo, vt habeat relictum sub conditione viduitatis relictum. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrahens,* numero 168, fol. 14 parte iij
Iurare cogitur reus etiam actore nil probante. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. nu. 161 fol. 75 parte ij
Iuri traditiuo certæ formæ non possunt partes renunciare. In quæst. de epis. n. 39, fol. 29 parte iij
Iuri de futuro renunciatur cum iuramento. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. nu. 101, fol. 71 parte ij
Iuri accrescendi quare locus est in vltimis voluntatibus, & non in contractibus. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n. 144, fol. 54 parte j
Iurisdictio & proprietas differunt. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 15, fol. 68 parte j
Iuris solennitates non seruantur iudice seculari fructus beneficij ecclesiastici intercipiente. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. numer. 45, folio 70 parte j
iurisdictio temporalis ecclesię non conuenit iure communi. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. j. n. 12, fol. 66 parte j
Iurisdictio ob certam qualitatem vniuersaliter tributa, & clerico competet. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis. iij. n. 18, fol. 90 parte j
Iurisdictio venit in donatione regia ecclesiæ facta, sed non suprema. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 24, fol. 68 parte j
Iurisdictionem ecclesiæ temporalem auferre tentans, confunditur. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis j. n. 21, fol. 65 parte j
Iurisdictionem suam cuique tueri datur, etiam in pœnali iudicio. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decisio

BIU Cujas

decisione secunda,numero 119,folio 77 parte j

Ius accrescendi quale inter succedentes in capita. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.v. num.46 folio 98 parte j

Ius accrescendi quid operetur in succedentibus per stirpes.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.v. n.67,fol.99 parte j

Ius accrescendi quando operetur vnionem partium reuocabilem.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* n.127,fol.53 parte j

Ius accrescendi in non datis locum non habet. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.*numero 151,fol.55 parte j

Ius accrescendi locum non habet, vbi vnus solus succedit. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam,* num.& fol.eod. parte j

Ius accrescendi procedit ex quadam legali coniunctione,quæ tripliciter consideratur. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.100,& 101,fol.50 parte j

Ius accrescendi quando non operetur in inuitum. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.140,& 141,f.54 parte j

Ius accrescẽdi quando in contractibus locum habeat. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* nu.145, fol.55 parte j

Ius accrescendi est transmissibile ad hæredes. super ver.*In eod.test.relinq.*n.266,fol.208 parte j

Ius accrescendi locum non habet inter succedentes iure diuerso.super verbo,*In eodem test.relinq.*j.n.268 & 269,fol.208 parte j

Ius accrescendi an prohiberi possit. super verbo, *In eodem test.relinq.*j.n.272,fol.208 parte j

Ius accrescendi an transmittatur ad hęredes.super verbo,*In eodem test.relinq.*j.n.273,fol.209 parte j

Ius accrescendi an locum habeat in legatis. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam,* numero 132, fol.53 parte j

Ius accrescendi locum non habet in pœnis.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.150,fol.55 parte j

Ius accrescendi locum habet in concessis à rege Galliæ. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*n.147,f.55 parte j

Ius accrescendi locum habet in indiuiduis. super verb. *Et vxorem nomine Adel.*n.146,fol.55 parte j

Ius accrescendi quid operetur quando ascendentes succedunt descendentibus. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.75,fol.100 parte j

Ius accrescendi non deuoluit hęreditatem seu portionem vacantem.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* n.172,fol.57 parte j

Ius accrescendi & successorium edictum solùm operantur quando hæreditas est pluribus simul vel successiuè delata. super verbo,*& vxorem nomine Adel.* n.173,fol.57 parte j

Ius accrescendi vel ius non decrescendi quando locum habeat.super verbo,*& vxorem nomine Adelas.* n.143,fol.54 parte j

Ius accrescendi locum non habet, vbi vnus repudians habet substitutum.super ver.*& vxorem nomine Adel.* n.116,fol.52 parte j

Ius accrescendi in successionibus ex testamento.super ver.*& vxorem nomine Adel.*n.115,fol.52 parte j

Ius accrescendi portioni acquirit,non personæ. super ver.*& vxorem nomine Adel.*n.99,fol.50 parte j

Ius accrescendi transmittitur. super verbo, *Mortuo itaq; test.*n.116,& 117,fol.120 parte ij

Ius accrescendi locum habet etiam in fisco.super ver. *& vxorem nomine Adel.*n.94,fol.50 parte j

Ius accrescendi an locum habeat in legitima. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* nu.119,& 120,fol.52 parte j

Ius accrescendi locum habet in successione dispensatiua.super verbo,*& vxorem nomine Adel.*n.125,fo.52 parte j

Ius accrescendi operatur vnionem partium irreuocabilem. super verbo, *& vxorem nomine Adel.*nu.126 folio 52 parte j

Ius accrescendi locum habet in succedentibus ex statuto vel consuetudine.super verbo,*& vxorem nomine Adel.*n.123,fol.52 parte j

Ius accrescendi locum habet in omni successione.super verbo, *& vxorem nomine Adel.* num.122,folio 52 parte j

Ius accrescendi potentius est, quàm edictum successorium.super verbo, *Duas habens filias,*n.281,folio 35 parte j

Ius accrescendi vt impediatur quando cohæres est minor,duo requiruntur.super verbo,*& vxorem nomine Adel.*n.142,fol.54 parte j

Ius accrescendi quare fuit introductum. super verbo, *& vxorem nomine Adel.*n.130,fol.53 parte j

Ius accrescendi locum non habet in feudis ab inferiore concessis. super verbo,*& vxorem nomine Adelas.* n.148,fol.55 parte j

Ius accrescendi solùm operatur inter omnino pares verè vel repræsentatiuè.super verbo,*& vxorem nomine Adel.*decis.v.n.68,fol.100 parte j

Ius adeundi non ceditur. super verbo,*Mortuo itaque test.*j.n.328,fol.106 parte ij

Ius adeundi hæreditatem non est in bonis nostris. super verbo,*Mortuo itaque test.*j.numero 327,folio 106 parte ij

Ius adeundi hæreditatem non venit in confiscatione. super verbo,*& vxorem nomine Adel,*decis.v.num.282 folio 117 parte j

Ius diuinum licet tolli non possit, potest tamen limitari.super verbo,*& vxorem nomine Adel.*decis.ij.n.4 folio 67 parte j

Ius ciuile & canonicum differunt in computatione graduum inter collaterales. super verbo, *& vxorem nomine Adel.*n.84,fol.49 parte j

Ius deliberandi vt transmittatur,requiritur hæreditatem nec aditam nec repudiatam.super verb.*Mortuo itaque test.ij.*n.183,fol.126 parte ij

Ius deliberandi solùm intra annum transmittitur. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.* num.184, folio 127 parte ij

Ius deliberandi vt transmittatur, quæ requirantur. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.*num.165,166,& 169 fol.124,& 125 parte ij

Ius deliberandi quando etiam post annum transmittitur.super verbo,*Mortuo itaque test.ij.*num.188,fo.127 parte ij

Ius dicendi testamentum nullum non venit in confiscatione. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam,* decis.v.n.283,fol.117 parte j

Ius naturale extensiuam interpretationem non capit, sicut ius ciuile. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n.48,fol.46 parte j

Ius patronatus ex vno solo actu præsentandi obtinet laicus contra episcopum.super verbo,*& vxorem nomine Adel.*decis.j.n.25,fol.68 parte j

Ius patronatus venit in hæredis institutione.super ver. *Catera bona,*num.10,fol.230 parte j

BIU Cujas

Ius præsentandi & officia conferendi transit cum vniuersitate. In quæst.de Thesauraria,num.9,folio 44 parte iij
Ius patronatus venit in confiscatione. super verbo,*Et vxorem nomine Adelasiam*,decis.v.num.280,fol.117 parte j
Ius patronatus non transit nisi ad hæredes vniuersales. super verbo,*In eodem test.relinquens*,j.n.161,fol.107 parte j
Ius patronatus per se vẽdi non potest,sed bene in consequentiam. super verbo,*Et vxorem nomine Adelas.* n.203,folio 59 parte j
Ius regaliæ in dignitatibus ecclesiasticis habent Gallorum reges. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n.78,folio 73 parte j
Ius sibi dicens perdit lucrum. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.239,fol.114 parte j
Ius vnum ciuile per aliud tolli potest. super ver.*Mortuo itaque test.*j.n.158,fol.91 parte ij
Iustitia maximè viget in Gallia. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.v. numero 36,folio 97 parte j
Iustitia diuiditur in sex partes. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.39,fol.97 parte j
Iustitia cessante sibi ius dicere, & de facto procedere potest.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.ij. n.163,fol.82 parte j
Iustitia ecclesiæ est iubilea & tarda. super ver.*Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.ij. numer.156, folio 81 parte j
Iustitia quid,& eius encomium.super verbo,*Duas habens filias*,n.106,fol.19 parte j
Iustitiæ vniuersalis & dispositiuæ differentia. super ver.*In eodem test.relinq.*j.n.184,fo.199 parte j
Iustitiæ diuinæ proprium est peccatores reuocare triplici via.super verb.*Mortuo itaque test.*j.n.96,fo.87 parte ij
Iuuene inuento cum puella quando non præsumitur malum.super verbo,*Adiectæ impuberi*,nu.23,fol.216 parte j
Iuuenes debent cum sapientibus senioribus conuersari.super verbo,*Raynutius*,num.8,fol.1 parte j

L

Labyrinthi duplicis historiæ. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, numero 26, & 27, folio 4 parte iij
Lacedæmoniorum tres de coniugio leges. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num.25,fol.8 parte iij
Lactens videtur adhuc esse in vtero. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero*, numero 63, folio 10 parte ij
Læsæ maiestatis crimen in regem Galliæ ab Anglo commissum. In tract.de ducatu Norm. nu.28,fol.21 parte iij
Læsæ maiestatis crimen incurrunt etiam ecclesiæ prælati.super ver.*In eod.test.relinq.*j.n.154,f.196 parte j
Lætum semper decet esse principem. super ver. *Duas habens filias*,n.102,fol.19 parte j
Laici contra ecclesiam præscribunt. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*n.248,fol.62 parte j
Laicis etiam spiritualia committi à papa vel concilio. super verbo,*Si absque liberis mor.ij.*de fideic.substit. n.40,fol.65 parte ij
laicus eligi potest in episcopum propter sanctitatem. super verbo,*Adiectæ impuberi*,numero 24,folio 216 parte j
Laicus pro tuitione rerum suarum potest clerico violentiam inferre absque metu excommunicationis. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.nu.37 folio 70 parte j
Latinitas incongrua non vitiat sacramentum. super ver.*In eodem test.relinq.*j.n.61,fol.188 parte j
¶ Lecto viduæ legato, peti non potest lectus pomposus. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.*num.123 folio 12 parte iij
legalia veteris testamenti possunt lege vel statuto renouari.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*num.28 folio 44 parte j
Legalis coniunctio ex identitate rationis operatur ius accrescendi. super verbo,*Et vxorem nomine Adelas.* n.117,fol.52 parte j
Legalis coniunctio iuris accrescendi in successionib. ab intestato. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* n.112,113,& 114,fol.51,& 52 parte j
Legans filio canonistæ libros legales,quos legasse censeatur. super verbo, *Et hortum*, numero 10,folio 181 parte j
Legans vxori iocalia, quæ ait valere centum, etiam si plus valeant,sunt vxoris. super verbo,*Et hortum*,n.13 folio 181 parte j
legans quicquid habet in domo, quid comprehendat. super verbo,*Cætera bona*,n.15,fol.231 parte j
Legans talem fundum,quem ait esse viginti iugerum, valet etiam si plus contineat.super verbo,*Et hortum*, n.14,fol.181 parte j
Legata olim quomodo fiebant. super verbo,*Si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideicom.numero 138,folio 73 parte ij
Legata quando reuocentur superuenientibus liberis. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* num.24, folio 15 parte ij
legata testamenti inualidi scienter soluens,an sibi præiudicet. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.*de leg.& fideic.n.175,& 176,fol.75 parte ij
Legata seu fideicom. particularia, in quo differant ab vniuersalibus. super verbo,*Si absque liberis morere.ij.* de leg.& fideic.n.232,fol.79 parte ij
Legata an debeantur ex testamento cocto. super ver. *Condidit,ij.*n.7,fol.145 parte j
Legata in testamento imperfecto relicta non debentur,nisi in casibus. super verbo,*Si absq; liberis mor.ij.* de leg.& fideic.n.157,fol.74 parte ij
Legata sunt hodie exequata fideicom. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic. nu.144,folio 73 parte ij
Legata relinquens quid si residuum alij dicat pertinere.super verb.*Si absq; liberis mor.ij.*de compen.subst. n.55,fol.60 parte ij
Legata & fideicom. an habeant exequutionem paratam.super verb.*Si absq; liberis mor.ij.*de leg.& fideic. n.191,fol.77 parte ij
Legata an seruentur siue pater sciret,siue ignoraret se habere filium,quem præteriuit.super verb.*In eodem test.relinq.*j.n.231,& 232,fol.204 parte j
legata quando seruentur rupto testamento. super ver. *In eodem test.relinq.*j.n.233,fol.204 parte j
Legata quomodo sint hodie petenda. super verbo, *si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic. num.194,fol.77 parte ij
Legata ad non pias causas an valeant in testamento non solenni ad pias causas facto.super verbo,*Testamentum*

BIU Cujas

mentum,j.numero 69,folio 154 parte j
Legata iuramento solui promissa ex testamento inutili debentur.super verbo,*Si absque liberis mor.ij.* de legat.& fideic.n.172,fol.75 parte ij
Legatariis tres competunt actiones. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic.num.139, fol.73 parte ij
Legatario quando non competant tres actiones. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.*de leg.& fideicom. n.155,fol.74 parte ij
Legatario qualiter tres competant actiones.super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic. num.154 folio 74 parte ij
Legatarius cui quid sub pœna est legatum, si decedat non transmittit ad suos pœnam,sed solum legatum. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic. n.231,fol.79 parte ij
Legatæ rei dominium transit rectà in legatarium, nisi in casibus.super verbo,*Si absque liberis mor.ij.*de leg. & fideic.n.150,fol.74 parte ij
Legatorum generalis adeptio ad pia legata non extenditur. super verbo,*Testamentum,ij.*n.63,fol.166 parte j
Legatum puellæ factum dum nupta erit, primis nuptiis validatur. super ver.*Qui cum alia matr.contrah.* n.101,fol.11 parte ij
Legatum duobus modis accipitur.super ver.*Si absque liberis mor.ij.*de leg.& fideic.n.137,fol.73 parte ij
Legatum filiis,quæ viduæ fuerint,intelligitur de futuris. super verbo,*Qui cum alia matr.contrah.*num.103 folio 11 parte iij
Legatum capi non potest propria authoritate, nisi in casibus. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic.n.145,& 146,fol.73 parte ij
Legatum quid. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.*de leg.& fideic.n.140,fol.73 parte ij
Legatum vni relictum non potest in parte agnosci,& in parte repudiari.super ver.*& vxorem nomine Adel.* n.133,fol.53 parte j
Legatum non requirit præsentiam legatarij.super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic.num.141 folio 73 parte ij
Legatum si vidua remanebit, quomodo intelligatur. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.*n.102,fol.11 parte iij
Legatum filiis non extenditur ad posthumum. super verbo,*Et sob.quam gestabat in vtero*,nu.35,& 37,fol.8 parte ij
Legatum præsenti factum per verbum dono, an valeat. super ver.*si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic. n.142,fol.73 parte ij
Legatum vsusfructus omnium bonorum hærede post mortem vsufructuarij instituto an valeat. super ver. *Reliquit*,n.7.& 8,fol.224 parte j
Legatum an valeat ex tempore relictum. super verbo, *Reliquit*,n.5,fol.224 parte j
Leges inter canones regiſtratas non potest imperator reuocare.super verbo,*si absque liberis mor.ij.*de fideic. subst.n.42,fol.65 parte ij
Leges vtilitati cedunt. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.256,fol.63 parte j
Leges priores ad posteriores trahuntur. super verbo, *In eodem test.relinq.*j.n.20,fol.185 parte j
Legi prohibitiuæ renunciari non potest. super verbo, *In eodem testamento relinquens*,j.numero 108,fol.191 parte j
Legibus prohibitiuis renunciari non potest.super verbo,*si absque liberis mor.ij.* de fideic.subst.n.133,fol.72 parte ij
Legitima ascendentibus debita non est de iure naturali.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.47,f.46 parte j
Legitima successio intelligitur ab intestato.super ver. *Et vxorem nomine Adelasiam*, numero 74, folio 48 parte j
Legitima cum onere in plerisque casibus. super verb. *Reliquit*,n.37,38,39,40,41,42,& 43,fol.187 parte j
Legitima retenta quando possit filius residuum repudiare. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* n.53,fol.22 parte ij
Legitima excepta grauari potest hæres. super verbo, *Cuidam Petro trad.*n.2,fol.130 parte ij
Legitima filiorum condemnati confiscatur.super ver. *& vxorem nomine Adel.*decis.v.n.285,& 286,fol.117 parte j
Legitima in quibus casibus grauetur. super verbo, *Reliquit*,n.32,fol.227 parte j
legitima etiam in bonis maternis est sine onere. super verbo,*Reliquit*,n.31,fol.227 parte j
Legitima compensationem non admittit.super verb. *Reliquit*,n.30,fol.227 parte j
Legitima debetur sine onere.super verbo,*Adiciens vt Alterocha*,n.2,fol.3 parte ij
Legitima nullam patitur conditionem nec grauamen. super verbo,*Reliquit*,n.28,fol.227 parte j
Legitima aliorum liberorum detrahitur etiam de rebus primogenito donatis.In quæst.de legitim.num.1 folio 46 parte iij
Legitima ingratus priuatur.super verbo,*In eodem test. relinq.*j.n.207,fol.202 parte j
Legitima septem liberorum est medietas totius hæredit.In quæst.de legitim.n.4,fol.46 parte iij
Legitima arrogato debita transmittitur. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.*n.114,fol.120 parte ij
Legitima debetur beneficio legis non testatoris. super ver.*Si absque liberis mor.ij.*de leg.& fideic.n.196 folio 77 parte ij
Legitimam repudians filius non potest pœnitere. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.*numer.137,folio 122 parte ij
Legitimam aut eius supplementum non tenentur filij capere in pecunia,sed in corporibus hæreditatis. In quæst.de legitim.n.3,fol.46 parte iij
Legitimam an possit filius capere propria authoritate.super verb.*Si absque liberis mor.ij.*de leg.& fideic. n.147,fol.74 parte ij
legitimam non petunt filij stante consuetudine, quòd primogenitus succedat.super ver.*In eod.test.relinq.*j. n.145,fol.195 parte j
Legitimam repudians filius potest pœnitere.super verbo,*Si absque liberis mor.ij.*n.52,fol.22 parte ij
Legitimam non cogitur filius in pecunia capere.super verbo,*Reliquit*,n.19,fol.227 parte j
Legitimam relinquens non aliter tenetur filium instituere. super verbo,*In eodem test.relinq.*j.n.55,fol.187 parte j
legitimam petere nequeunt filij patre religioso viuente. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.nu.299,fol.103 parte ij
Legitimam non habet nepos ex filio emancipato instituto.super verbo,*& vxorem nomine Adel.*decis.v.n.51 folio 98 parte j
legitimam cum onere capit filia alioqui statuto exclusa.super verbo,*Reliquit*,n.35,fol.228 parte j

BIU Cujas

Legitimam repudiatam accipiat substitutus cum gra uamine. super ver. *Reliquit*, n. 34, fol. 227 parte j
Legitimare non possunt principes seculares quo ad or dines & beneficia ecclesiastica. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* n. 198, fol. 58 parte j
Legitimare quid sit. super ver. *Duas habens filias*, n. 148 folio 25 parte j
Legitimari persequens matrim. non potest natus in di uersis sectis, & alio intermedio matri. In tractatu de ducatu Norm. n. 6, fol. 20 parte iij
Legitimati succedunt in feudis. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* n. 182, fol. 57 parte j
Legitimati à principe succedunt, sicut & alij. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* n. 186, fol. 57 parte j
Legitimati sunt ordinum & beneficiorum capaces. su per verbo, *Et vxorem nomine Adel.* num. 185, fol. 57 parte j
Legitimatio aufertur ingrato. super ver. *In eodem test. relinq. ij.* n. 5, fol. 210 parte j
Legitimatio per subsequens matrimonium differt à legitimatione per principem facta. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n. 190, & 191, fol. 58 parte j
Legitimatio an extinguatur, si alij postea legitimi nascantur. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* num. 188 folio 58 parte j
Legitimatio simplex extenditur ad dignitates alteri non præiudiciales. super ver. *Raynutius*, n. 29, folio 3 parte j
Legitimatio per principem fieri debet, facta mentione aliorum succedentium. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* n. 196, fol 58 parte j
Legitimatio fortior est, quàm adoptio. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* n. 183, fol. 57 parte j
Legitimatio legalis triplex. super ver. *Et vxorem nom. Adel.* n. 204, fol. 59 parte j
Legitimatio per subsequens matrim. quando non fiat. In tract. de ducatu Normaniæ, numero 61, folio 23 parte iij
Legitimatio filij an rumpat testamentum patris prius factum. super ver. *Et soboles quam gest. in vtero*, nu. 12 folio 6 parte ij
Legitimato per principem non potest plus à patre relinqui, quàm vni ex aliis, etiam minimo. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* n. 205, fol. 59 parte j
legitimatur quis per ingressum religionis, non tamen quo ad beneficia & successiones. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* n. 200, fol. 59 parte j
Legitimatus non succedit nisi soli patri. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, numero 187, folio 58 parte j
Legitimatus dicitur suus hæres. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* n. 207, fol. 59 parte j
legitimatus non plus petere potest, quàm sit dos vnius filiæ. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* n. 206, fol. 59 parte j
Legitimæ successionis quatuor sunt iura. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* n. 76, fol. 48 parte j
Legitimi tantùm quomodo succedant. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 164, fol. 108 parte j
Legitimitas est titulus decorus. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 22, fol. 131 parte j
Legitimitas hominis est decorus titulus. super verbo, *Raynutius*, n. 42, fol. 4 parte j
Legitimitas triplex, & an retrotrahatur. super verbo, *Si absque liberis moreretur, ij.* de breuiloqua substitut. num. 52, & 53, fol. 53 parte ij
Lego, verbum, non est tantæ efficaciæ sicut relinquo, super ver. *In eodem test. relinquens*, j. n. 5, & 6, fol. 183 parte j
Lego, verbum, quando operetur institutionem. super ver. *Reliquit*, n. 3, fol. 223 parte j
Lego, verbum, an sit obliquum vel directum. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, numero 12, folio 11 parte ij
Lelius Crassus iustitiæ exemplar. super verb. *Duas habens filias*, n. 233, fol. 32 parte j
Leodiorum vastatio per Burgundos. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij, numero 159, folio 82 parte j
Lex fin. C. de episc. & cler. non seruatur in Gallia. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* num. 232, fol. 60 parte j
l. cum acutissimi, C. de fideic. & eius limit. super ver. *si absq; lib. j.* n. 7, vsque ad 24, fol. 13, & seq. parte ij
Lex ligat in foro conscientiæ, sed non donec sit recepta. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* n. 228, & 229 folio 61 parte j
l. bene à Zenone, non habet locum iure canonico. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 384, f. 124 parte j
l. cum hæreditate, ff. de acq. hær. explicata. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 136, fol. 53 parte j
l. Centurio, & l. precibus, concordantur. super verb. *Si absq; lib. ij.* in materia comp. subst. n. 9, & seq. fol. 54 parte ij
Lex alicui dirigenda populo scribi debet secundum illius idioma. super ver. *& vxorem nomine Adel.* n. 230 folio 61 parte j
¶ Libera semper præsumitur voluntas Venetiis. super ver. *Testamentum, ij.* n. 24, fol. 159 parte j
Liberatio legata valet in testamento inutili. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. nu. 173, fol. 75 parte ij
Liberè testari quis dicatur. super ver. *In eodem test. rel.* j. n. 135, fol. 194 parte j
Liberi in potestate patris de legitima eis assignata possunt inter se contrahere. super ver. *In eodem test. relinq.* j. n. 221, fol. 193 parte j
Liberi non possunt instituere parentes in minus solen ni voluntate. super ver. *Testamentum*, j. n. 85, fol. 156 parte j
Liberi delicatè non nutriendi. super verb. *Dotem quam ei ded.* n. 51, fol. 176 parte j
Liberi non solis parentibus, sed reipublicę nascuntur. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* num. 41, fol. 9 parte iij
Liberorum appellatione continentur omnes descendentes. super ver. *Si absq; liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 25, fol. 34 parte ij
Liberorum generationi plus studendum, quàm voto religionis. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 26 folio 8 parte iij
Liberorum status non lęditur ex contractu parentum. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 434 folio 128 parte j
Libertas est fauorabilior matrimonio. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 96, fol. 11 parte iij
Libertas seruo ad rumorem populi data, est nulla. super verb. *Mortuo itaque test.* j. numero 193, folio 94 parte ij
Libertatis & piæ causæ fauore valet captatoria volun tas. super ver. *Condidit*, j. n. 8, fol. 139 parte j
Libido procedit ex affluentia bonorum. super verbo, *Cuidam*

BIU Cujas

Cuidam Petro tradiderunt, num. 71, folio 139, parte ij
Libido in potente & honorato est deterior. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 69, folio 139 parte ij
Licentia testandi includit licentiam donandi causa mortis. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, nu. 30 folio 39 parte j
Licentia condendi vltimam voluntatem à patre data, an faciat filij donationem causa mortis validam. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, num. 52, folio 40 parte j
Licentia testandi semel filio concessa non potest per patrem reuocari. super ver. *Matrem insuper Cleram*, n. 31, folio 39 parte j
Licentiatus qui iurauit doctoratum alibi non assumere, potest alibi ex nouo examine doctorari. super verbo, *Duas habens filias*, n. 288, fol. 36 parte j
Licurgus exulare voluit, vt leges suas perpetuas redderet. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* num. 232 folio 61 parte j
Licurgi Lacedęmoniorum principis integritas. super verbo, *Tutores impuberis*, n. 11, folio 19 parte iij
Lignorum concessio per regem Tholosanis facta. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 11 folio 62 parte ij
Lilia & auri flamma regum Franciæ. super verbo, *duas habens filias*, n. 85, folio 17 parte j
Lilia quare aurea in scuto regis Franciæ. super verbo, *Duas habens filias*, n. 100, folio 19 parte j
Lilia quare in scuto regis Franciæ habent colorem saphirinum. super verbo, *Duas habens filias*, num. 113 folio 21 parte j
Lilij flores quare tres in scuto regum Franciæ. super verbo, *Duas habens filias*, n. 107, folio 20 parte j
Liliorum quæ in scuto regum Franciæ depinguntur expositio. super verbo, *Duas habens filias*, num. 87 folio 17 parte j
Limitari potest ius naturale ac diuinum. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. numero 83, folio 73 parte j
Linea succedendi duplex, recta & transuersa. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, numero 83, fol. 49 parte j
Lingua discretè regenda. super verbo, *Adiectæ impub.* n. 78, folio 222 parte j
Literæ debitori contra creditores concessæ non extenduntur ad debita iurata. super ver. *Testamentum, ij.* n. 19, folio 159 parte j
Literæ naturalitatis ad quid. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 493, folio 133 parte j
¶ Locatenentes non posse sine causa reuocari. super verbo, *Duas habens filias*, n. 46, folio 13 parte j
Loquendi vsus communis quid operetur & vnde sumatur. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, n. 19 20, 21, 22, & 23, folio 12 parte j
¶ Lucij Crassi integritas. super verbo, *Testamentum, iiij.* n. 10, folio 167 parte j
Lucius Minutius consulatu priuatus. super verbo, *Testamentum*, j. n. 28, folio 149 parte j
Lucra homicidarum fisco cedunt. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, n. 67, folio 177 parte j
Lucrum à quopiam ablatum ei applicatur, cuius contemplatione ablatum est. super verbo, *Condidit, ij.* n. 22, folio 146 parte j
Ludouicus sanctus apud Thunicium moritur. In tractatu de ducatu Norm. n. 96, folio 25
Ludouicus rex cadaueri inimico fauit. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 65, folio 85 parte ij
Ludouicus Pius Alienoram Thibaldi hostis ducit filiam, quæ ducissa tunc erat Aquitaniæ, & comitissa Pictauiæ. In tractatu de ducatu Norm. n. 17, folio 21 parte iij
Ludouicus Pius Francorum rex Henrico secundo regnum Angliæ cum ducatu restitui facit. In tractatu de ducatu Norm. n. 16, folio 21 parte iij
Ludouicus ob inertiam nihil faciens appellatus. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, numero 59, folio 176 parte j
Ludouicus rex quare Pius vocatus. in tract. de ducatu Norm. n. 76, folio 24 parte iij
Lupus rapax bestia & cruoris appetens. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 316, fol. 119 parte j
Luxurię peccatum post idololatriam affectat maximè diabolus. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, n. 51 folio 137 parte ij
Luxuriam facilius est accusare quàm vitare. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 7 folio 7 parte iij

M

Macrobij Carthaginensis in Assyrios stratagema. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, numer. 54 folio 176 parte j
Magister equitum dictatori subiiciebatur. super verb. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. numero 212 folio 86 parte j
Magistratus suis succedit officialibus. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 254, folio 122 parte j
Magistri quales eligi debeant. super verbo, *Raynutius*, n. 6, folio 1 parte j
Magus Noe pronepos primus in Gallia ædificauit. super verbo, *Domum*, n. 7, fol. 178 parte j
Mahenlta Henrici vnica primum imperatori, deinde Gauffredo nupsit. in tract. de ducatu Norm. nu. 67 & 68, fol. 23 parte iij
Mahenlta vnica Henrici filia nubit bis. in tractatu de ducatu Norm. n. 11, & 12, fol. 21 parte iij
Malè ablata per testatorem debẽt prius restitui, quàm malè ablata per hæredem. super verbo, *Si absq; liberis mor.* n. 34, fol. 16 parte ij
Maledicto triplici mulieres subiiciuntur. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 96, folio 142 parte ij
Maledictio non habetur pro exhæredatione. super verbo, *In eodem testamento relinquens, ij.* nu. 9, folio 210 parte j
Malum nomen habentes sunt sæpe mali. super verbo, *Raynutius*, n. 54, fol. 5 parte j
Malus qui triennio vixit honestè non amplius præsumitur malus. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 274, fol. 19 parte iij
Mandata si sunt duo eiusdem datæ, cui procuratori credetur. super verbo, *Testamentum, ij.* num. 33, folio 160 parte j
Mandati fines diligenter seruandi. super verbo, *In eodem testamento relinquens*, j. numero 69, folio 189 parte j
Mandatum ad faciendum pacem non expirat morte mandantis. super ver. *Mortuo itaq; test.* j. n. 234, fol. 98 parte ij
Mandatum de soluenda dote puellæ, non expirat morte mandantis. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrah*

BIU Cujas

contrahens, numero 33, folio 8 parte iij
Mandatum, re non integra, etiam morte mandantis non potest reuocari. super verbo, *Duas habens filias*, n.45, fol.13 parte j
Manus mortua impedit rustici testamentum, nisi inter liberos. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n.394, fol.125 parte j
Manus mortuæ iura. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n.392, fol.125 parte j
Marci Bibuli moderatio. super ver. *Mortuo itaq; test.* j. n.88, fol.86 parte ij
Marcus Fabius triumphum recusauit ob mortem fratris. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. n.99, fol.102 parte j
Marcus Curio exactissima norma Romanæ frugalitatis. super verbo, *Duas habens filias*, num.230, fol.32 parte j
Marcus Attilius vt iuramentũ seruaret, morti se sponte obtulit. super verb. *Testamentum, ij.* n.44, fol.163 parte j
Maresalli in Gallia quatuor. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisio.ij. numero 210, folio 86 parte j
Maresalli officium in Gallia. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decision.ij. numero 209, folio 86 parte j
Maresalli habent sub se capitaneos. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis.ij, num.213, folio 86 parte j
Maresallorum curia & præfectorum prætorio connexitatem habent. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.211, fol.86 parte j
Maria Virgo non fuit concepta in peccato originali. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero*, num.20 folio 6 parte ij
Maria peperit decimo mense. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero*, n.28, fol.7 parte ij
Maria Virgo ante decimum quintum annum concepit. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num.66 folio 10 parte iij
Maria Virgo non peperit cum dolore. super verbo, *& soboles quam gestabat in vtero*, numero 23, folio 7 parte ij
Maritandis virginibus relictum, non potest dari religionem intranti, etiam Papa dispensante. super ver. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, n.31, & 32, fol.8 parte iij
Maritatæ appellatione non venit sponsa in odiosis. super verbo, *Duas habens filias*, numero 161, folio 26 parte j
Mariti interim dant causam adulterio, ideo puniuntur pro cucurbitatione. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n.62, fol.138 parte ij
Maritus accusans vxorem debet se inscribere. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. num.176, folio 93 parte ij
Maritus inops succedit instar vxoris inopis. super ver. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. nu.251, fol.115 parte j
Maritus occidens vxorem perdit ius succedendi. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. numero 37, folio 83 parte ij
Maritus in Gallia præstat homagium pro feudo vxoris. super verbo, *Cuidam Petro trad.* num.88, fol.141 parte ij
Maritus quare quis dicitur. super verbo, *Cuidam Petro trad.* num.18, fol.131 parte ij
Maritus non debet ostendere amorem quem habet ad vxorem. super verbo, *Cuidam Petro trad.* num.107 folio 144 parte ij
Martyrium matris pro fide Christi filio prodest in vtero existenti, sed non martyrium patris. super verbo, *Raynutius*, n.20, fol.2 parte j
Masculi fœminas excludunt, quando sunt hæredes patris, secus si extranei. super verbo, *Duas habens filias*, n.154, fol.25 parte j
masculi cum iuramento renunciantes etiam excluduntur. super verbo, *Duas habens filias*, nu.182, fol.35 parte j
masculinum sexum esse fœminino nobiliorem ostendit ordo creationis. super verbo, *Duas habens filias*, n.136, fol.24 parte j
masculum nasci quando melius est quàm fœminam. super verbo, *Duas habens filias*, numero 189, fol.28 parte j
masculus an filias excludat, si fuerit monachus. super verbo, *Duas habens filias*, n.143, fol.25 parte j
masculus etiam testiculis carens filias excludit. super verbo, *Duas habens filias*, n.144, fol.25 parte j
Massagetæ senes suos deuorant. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n.55, fol.84 parte ij
Mater non potest à filio in ius vocari sine venia. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n.181, fol.109 parte j
mater an possit filio pupillariter substituere. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. num.33, folio 35 parte ij
mater an filio eligat sepulturam. super verb. *Si absque liberis moreretur, ij.* de pupil. substit. numer.35, folio 35 parte ij
mater plus laborat in prole quàm pater. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* n.27, fol.113 parte ij
mater à meretricio reducta potest filiam adhuc meretricem exhæredare. super ver. *Dotem quam ei ded.* n.39, fol.175 parte j
mater non excluditur à bonis filij ex linea materna profectis. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n.67 folio 48 parte j
mater præterita non dicit testamentum filij nullum obstante statuto. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* n.57, fol.47 parte j
mater filio succedit ex senatusconsulto Tertulliano. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* num.77, fol.48 parte j
mater quando excluditur per substitutos filij. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de comp. subst. numer.9 folio 54 parte ij
mater secundò nubens prioribus liberis succedere potest. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decisio. v. n.81, fol.101 parte j
Mater nec auia materna filiam dotare tenentur. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, numero 68, folio 177 parte j
mater etiam legitima priuatur per substitutionem pupil. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n.87, fol.40 parte ij
Mater non venit appellatione legitimi hæredis. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* numero 24, fol.44 parte j
mater excluditur per auum paternum. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n.23, fol.44 parte j
Mater secundò nubens quam pœnam euitet iure cano. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num.90, fol.102 parte j

BIU Cujas

Mater etiam quo ad proprietatem succedit defunctis omnibus liberis primi matrimonij. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. n. 85, & 86, fo. 101 parte j

mater secundò nubens quo ad solum vsumfructum vni ex liberis potest succedere. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 83, & 84, fol. 101 parte j

mater testatoris matrem pupilli excludit ex tacita pupillari. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pupill. subst. n. 99, fol. 41 parte ij

Mater secundò nubens an à prioribus liberis institui possit. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 91, fol. 102 parte j

mater an teneatur filium in aliquo instituere, & econtra. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. nu. 252, & 253 folio 207 parte j

mater sicut à bonis filij profectitiis per agnatos excluditur, ita & ab aduentitiis. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n. 54, fol. 46 parte j

mater potest spurio exemplariter substituere. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de exempl. subst. nu. 12 folio 44 parte ij

mater si à filio instituatur, non excluditur per agnatos. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* numer. 70 folio 48 parte j

Matri excluſæ debentur alimenta. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 61, fol. 47 parte j

mater excluſa à filij succeſsione an cenſeatur excluſa à tutela. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* nu. 73 folio 48 parte j

mater substituit filio exemplariter, nisi ad secunda vota transeat. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* de exempl. subst. n. 15, fol. 44 parte ij

mater in testamento nullo per filium instituta an excludatur per agnatos. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 71, fol. 48 parte j

mater stantibus agnatis etiam legitimam petere non potest in bonis filij. super ver. *& vxorem nom. Adel.* n. 63, fol. 47 parte j

mater quare filios plus diligit quàm pater. super ver. *Mortuo itaque test. ij.* n. 24, fol. 113 parte ij

Materna pietas æqualis paternæ in exemplari substitutione. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de exempl. subst. n. 40, fol. 47 parte ij

matre excluſa excluſi sunt aui materni. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 58, fol. 47 parte j

Matrem excludi per tacitam pupillarem quibus modis colligatur. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* de pup. subst. nu. 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 100, & 101 folio 41 parte ij

matrem an excludant substitutiones in reciproca contentæ. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. subst. n. 44, fol. 52 parte ij

Matri succedunt bastardi. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 121, fol. 104 parte j

matri quare præferantur agnati. super verbo. *& vxorem nomine Adel.* n. 29, fol. 44 parte j

matri in parte succedenti accrescit ius agnatorum repudiantium. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 69, fol. 48 parte j

matri dicenti filium non esse mariti, an credatur. super verbo, *In extremis positus*, n. 24, fol. 136 parte j

matrimonia plura succeſsiuè non reprobantur, sed simul. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrah.* n. 223, fo. 15 parte iij

Matrimonia carnalia & spiritualia æquiparantur. in quæst. de epiſc. n. 43, fol. 29 parte iij

Matrimoniale pactum, quòd primogenitus succedat, valet. super verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*, n. 50, fol. 9 parte ij

matrimonij impeditiua habentur pro non adiectis. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* nu. 21, fol. 8 parte iij

matrimonij institutionis duplex causa. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 21, fol. 132 parte ij

matrimonio primo plus fauent iura quàm aliis. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrah.* n. 59, fol. 9 parte iij

matrimonio durante quæsita sunt communia in Gallia. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 31, fol. 113 parte ij

matrimonium quid secundum legistas. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 81, folio 140 parte ij

matrimonium etiam inter seruos iure canonico. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 140, fol. 106 parte j

matrimonium ad tempus valiturum facere potest papa. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 27, fol. 8 parte iij

matrimonium post cognationem spiritualem contractum dissoluitur, secus si ante. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 208, & 209, fol. 111 parte j

matrimonium quare à matre, & patrimonium à patre. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* n. 29, & 30, fol. 113 parte ij

matrimonium dicitur magnum sacramẽtum propter quinque. super verbo, *Cuidam Petro trad.* nu. 14, 15, & 16, fol. 130 parte ij

matrimonium pacis causa sæpe fit. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 24, fol. 132 parte ij

Matrimonium triduo post solennizationem consummandum. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 20, fol. 131 parte ij

matrimonium quid. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 19, fol. 131 parte ij

matrimonium propter diuitias non contrahendum. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, num. 25, fol. 132 parte ij

matrimonium contrahere an expediat. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 116, folio 145 parte ij

matrimonium sub pœna indici non potest, sed præmij spe quis adiri potest. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 8, fol. 130 parte ij

matrimonium sine dote esset indigniſsimum, & causa repudiationis. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, n. 14, fol. 173 parte j

matrimonium propter adulterium non dissoluitur. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, num. 84, fol. 141 parte ij

matrimonium iuuenis cum vetula periculosum. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 217, folio 16 parte iij

Matrimonium sectæ diuersitas impedit. in tractatu de ducatu Norm. n. 2, fol. 20 parte iij

matrimonium secundò cõtrahens videtur facere contra naturam. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 189, fol. 15 parte iij

Matrimonium tertium est vituperosum. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 220 folio 16 parte iij

BIU Cujas

Matris præteritiò habetur pro exhæredatione. ſuper verb. *In eodem teſtamento relinquens*,j.n.116,fol.192 parte j

Matrix mulieris habet receptacula ſeptem.ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*, numero 41,folio 5 parte iij

Mauſeola quare ſint dicta ſepulchra.ſuper verbo,*Qui cum alia matrimonium contrahens*,numero 136,fol.12 parte iij

Mauſolei ſepulchrum, vnum de ſeptem mundi miraculis.ſuper verbo,*Qui cum alia matr. contrah.*nu.136 folio 12 parte iij

¶ Medici culpa ſe mori dicens non releuat percuſſorem. ſuper verbo, *In extremis poſitus*,num.20,fol.135 parte j

medicus Iudæus Carolum Caluum interfecit. ſuper verbo,*Adiectæ impuberi*,n.30,fol.217 parte j

medicus grauans morbum, vt ſibi plus relinquatur, non valet relictum. ſuper verbo, *Condidit,ij.*num.3 folio 144 parte j

Memoriam an perdat in extremis poſitus. ſuper verb. *In extremis poſitus*,n.19,fol.135 parte j

Mendacium quid,& quomodo puniatur.ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.*de leg.& fideic.n.163,164,165 167,&168,fol.75 parte ij

mendacium hæredis validat legatum. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de leg.& fideic.num.159,& 160 folio 74 parte ij

mendicantes quando ſuccedant. ſuper verbo,*In eodem teſt.reling.*n.126,fol.193 parte j

mendicantes beneficia obtinentes, mandato regis excluſi.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*num.219 folio 60 parte j

mendicantes etiam diſpenſati beneficia non obtinent. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*num.18,fol.60 parte j

mendicantium validorum fraus& pœna.ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.v.num.461,& 462 folio 130 parte j

Menſe ſeptimo partus eſt vitalis.ſuper verb.*Et ſoboles quam geſt.in vtero*,n.25,fol.7 parte ij

menſtrui muliebris virus. ſuper verbo,*Quæ filium ex eo ſuſcip.*n.39,fol.4 parte iij

mente captus habens parentes naturales,& patrem arrogatorem, poteſt decedere cum tribus teſtamẽtis. ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.ij.*de exempl.ſubſt. n.13,fol.44 parte ij

Meretrices prohiberi poſſunt ab vſu veſtium honeſtarum mulierum. ſuper verbo,*Raynutius*,n.61,folio 5 parte j

meretrices publicę non permitti.ſuper ver.*Raynutius*, n.62,& 63,folio 5 parte j

meretricis pœnitentis raptor, etiam qui eam cognouit capite punitur. ſuper verbo,*Qui cum alia matr. contrah.*n.271,folio 19 parte iij

meretricem filiam poteſt pater exhæredare, & ei alimenta negare. ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*, n.37,folio 180 parte j

meretricius coitus eſt aliquando capitalis.ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, n.269, fol.19 parte iij

meretrix an dicatur quæ ſemel tantùm cognita eſt.ſuper verbo,*Qui cum alia matrim.contrah.*numero 265 folio 18 parte iij

meretrix reduci volens debet à patre dotari.ſuper ver. *Dotem quam ei dederat*,n.40,folio 180 parte j

Meretrix petens condemnatum an audiatur.ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.*j.n.269,fol.101 parte ij

Meretrix maritata quando cenſeatur publica. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*,nu.272 folio 19 parte iij

Merita qualia eſſe debeant, vt quid contra ius tolleretur.in quæſt.de epiſc.n.23,folio 28 parte iij

merita vel demerita vnius alteri nec prodeſſe nec obeſſe debent. in quæſtio.de epiſc.numero 24,folio 28 parte iij

Metellum accuſari non paſſus eſt ſenatus Romanus. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*,numero 32,folio 217 parte j

metropolitani conſenſus an requiratur,vbi capitulum defert papæ ius eligendi.in quæſt.de epiſc.n.51,fol.30 parte iij

metus quatuor modis in teſtamento contingit. ſuper verbo,*Condidit,ij.*n.6,folio 145 parte j

metus præſumitur dominorum ad ſubditos.ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v. nu.441,fol.128 parte j

metus preſumptio ceſſat præſentib.conſanguineis.ſuper verbo,*Condidit,ij.*n.5,folio 145 parte j

Meuius centurio Diui Auguſti fidiſsimus miles. ſuper verbo,*Duas habens filias*,n.229,folio 32 parte j

¶ Michael regni Gallorum cuſtos. ſuper ver.*Adiectæ impuberi*,n.46,folio 218 parte j

Michaelis apparitio in Gallia. ſuper verbo,*Adiectæ impuberi*,n.47,folio 218 parte j

miles quaſi ex mille electus. ſuper ver.*Teſtamentum*,j. n.24,folio 149 parte j

miles nihil dare poteſt concubinæ. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*,deciſ.v.num.161,fol.108 parte j

miles debet eſſe fidelis. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j. n.42,folio 151 parte j

miles debet eſſe fortis. ſuper verb.*Teſtamentum*,j.n.40 folio 151 parte j

Miles vbi in reciproca voluit aliâs contineri, vna expirante alia remanet. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur,ij.* de breuiloq.ſubſtit.numero 46,folio 52 parte ij

miles debet eſſe perſeuerans. ſuper ver. *Teſtamentum*, j.n.43,folio 151 parte j

Miles debet eſſe patiens. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j. n.39,folio 150 parte j

miles dicitur à malo quod ſuſtinet.ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.n.31,folio 150 parte j

Miles pro conſanguineis procurator eſſe non poteſt. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. numero 45, folio 152 parte j

miles debet habere latum pectus. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j.n.29,fol.150 parte j

Miles debet eſſe inops.ſuper verb.*Teſtamentum*,j.n.34 folio 150 parte j

miles debet eſſe aſpectu terribili. ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.n.27,fol.149 parte j

Miles in militaribus, & in ſcholaſticis doctor præfertur. ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.nu.47,& 48,fol.153 parte j

miles aut doctor an vxorem vocet dominam. ſuper verbo,*In eodem teſtamento relinquens*,j.nu.99,fol.191 parte j

Miles debet eſſe ſobrius. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j. n.30,fol.150 parte j

Miles debet eſſe vigilans. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j. n.38,fol.150 parte j

Militari ſubſtitutione an poſsit filius grauari in legiti-

BIU Cujas

ma.ſuper verb.*Si abſq; liberis mor.iÿ.*de comp.ſubſt. n.20,fol.56 parte ij
Militaris in reciproca contenta quid operetur. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.iÿ.*de breuil.ſubſt.nu.42 folio 52 parte ij
milites noſtri temporis an gaudeant priuilegiis. ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.n.23,fol.149 parte j
milites qui fiunt,vt ſint exempti, ſunt fatui. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v. nu.29,fol.96 parte j
milites ſuis ſtipendiis debere eſſe contentos.ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.n.36,fol.97 parte j
militi neceſſaria eſt charitas.ſuper verb.*Teſtamentum*, j.n.44,fol.97 parte j
militibus eccleſia comparatur.ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*deciſ.iiij.n.13,fol.91 parte j
militibus noſtri temporis priuilegia non competunt militaria.ſuper verbo,*Matrem inſuper Cleram*,n.10 folio 38 parte j
militis boni requiſita.ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.n.25 27,29,30,& ſeq.folio 149 parte j
militis ſubſtitutio per verba directa valet omni tempore tanquam directa.ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.iÿ.*de comp.ſubſt.n.11,fol.55 parte ij
militum victus. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j.n.32 & 33 folio 150 parte j
militum ſucceſsionibus maior fauor ſemper præſtatur.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſ.*num.89 folio 50 parte j
militum priuilegia. ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.nu.22 folio 149 parte j
Minerua dicta Tritonia.ſuper verb.*Duas habens filias*, n.6,fol.8 parte j
Minerua patrem interemit, vt virginitatem tueretur. ſuper verbo,*Qui cum alia matr.contrah.*n.243,fol.17 parte iij
minor ſine curatore non poteſt adire.ſuper verb.*Mortuo itaque teſt.*j.n.395,fol.110 parte ij
minor tranſmittit beneficium reſtitutionis etiam vbi hæreditas non tranſmittitur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.iÿ.*n.181,& 182,fol.126 parte ij
minor contrahit ſe liberando à captiuitate. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.268,folio 116 parte j
minor conſuetudine contrahens an reſtitui poſsit.ſuper verbo,*Adiectæ impuberi*,n.57,fol.220 parte j
minor poteſt reſtitui aduerſus omiſſam concordiam poſt condemnationem. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.*j.n.235,fol.98 parte ij
minores non coguntur ire ad prælium. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*,n.4,fol.215 parte j
minori etiam non læſo datur reſtitutio propter affectionem rei paternæ.ſuper ver.*Jn eodem teſt.relinq.*j. n.34,fol.186 parte j
Miracula quatuor in baptiſmo Clodouei. ſuper verb. *Duas habens filias*,n.76,fol.17 parte j
Miſcella lege quomodo tollatur viduitatis conditio. ſuper verbo,*Qui cum alia matr.contrah.*n.54,folio 9 parte iij
miſericordiam facit cum peccatore, qui eum occidit. in quæſt. An occidere peccatores liceat.n.24,fol.48 parte iij
miſericordiam facit cum delinquente, qui eum iuſtè occidit. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.iÿ.*num.104 folio 88 parte ij
¶ Monachis ſuccedentibus multa ſequi inconuenientia.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſiam*,n.250 folio 62 parte i
Monachi cuiuſcunque ordinis ex conſuetudine regni non ſuccedunt.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.* n.220,fol.60 parte j
monachi etiam profeſsi ſuccedunt ſuis parentibus.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſ.*num.209,fol.59 parte j
monachus ob diuitias miraculosè punitur. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.j.num.6,fol.64 parte j
monacho inſtituto adire nolente, an monaſterium excludat ſubſtitutum. ſuper verb.*Si abſq; liberis mor.iÿ.* n.80,83,& 84,fol.25 parte ij
monacho relictum cenſetur contemplatione monaſterij. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.iÿ.*n.81,fol.25 parte ij
monachum inſtituens credens eſſe laicum an valeat. ſuper verbo,*Cætera bona*,n.54,fol.235 parte j
monachum occidentis bona cui applicentur. ſuper verbo,*Condidit,iÿ.*n.17,fol.145 parte j
monacho excluſo prouideri debet de alimentis.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſiam*,num.262,fol.63 parte j
monachis denegantur literæ regiæ ad partem hæreditatis petendam. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.* n.259,fol.63 parte j
Monachus diſpenſari poteſt ad matrimonium, donec filiam ſuſceperit.ſuper verb. *Duas habens filias*,n.138 folio 24 parte j
monachus non deſinit eſſe ciuis. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.*n.211,fol.59 parte j
monachus decedens ante aditam hereditatem an eam tranſmittat ad monaſterium. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.iÿ.*n.87,fol.26 parte ij
monachus potius æquiparatur filio,quàm ſeruo.ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur,iÿ.* n.85,& 86,fol.26 parte ij
Monachus ſe ſanguinolenter in eccleſia percutiens eam polluit. ſuper verbo,*Mortuo itaque teſt.*j.n.86 folio 86 parte ij
monaſteria in Gallia nunquam ſuccedunt.ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.*n.224,fol.60 parte j
Monaſterium poteſt inſtitui ſi quem monachum recipiat. ſuper verbo, *Cuidam Petro trad.*num.13,fol.130 parte ij
monaſterium ingrediens poteſt filium exhæredare.ſuper verbo,*Jn eodem teſt.relinquens,iÿ.*num.24,fol.211 parte j
Monialis an intelligatur dotata,& excluſa.ſuper verb. *Duas habens filias*,n.164,fol.26 parte j
Monitio qualis hæredi fieri debet antequàm priuetur. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.iÿ.* de leg.& fideic. n.199,fol.77 parte ij
monitio iudicialis hæredi de ſoluendo facta vnica ſufficit.ſuper verb.*Si abſq; liberis mor.iÿ.*de leg.& fideic. n.201,fol.77 parte ij
Monſtra vnde,& quid ſignificent.ſuper verbo,*Quæ filium ex eo ſuſcipiens*,n.19,fol.4 parte iij
Monſtra aliquando naſci ob peccata parentum. ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſcipiens*,numero 40,folio 5 parte iij
Monſtroſas vbique gentes ab Adamo ducere originem. ſuper verbo,*Quæ filium ex eo ſuſcipiens*,num.32 folio 4 parte iij
Monſtrorum generationis cauſæ. ſuper verbo,*Quæ filium ex eo ſuſcip.*n.35,& 37,fol.5 parte iij
Monſtrorum varia genera. ſuper verbo, *Quæ filium ex eo ſuſc*

BIU Cujas

eo ſuſcipiens, numero 31, folio 4 parte iij
Monſtrum intelligitur eſſe duo homines ſi ſint duo corda, non ſi ſint duo capita. ſuper verb. *Quæ filium ex eo ſuſcip.* n. 43, fol. 5 parte iij
Mora eſt delictum. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. n. 391, fol. 109 parte ij
Moræ purgatio termino lapſo quãdo non admittitur. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j. n. 155, fol. 91 parte ij
Moriatur eſt verbum directum. ſuper verb. *Eidem impuberi ſucced.* n. 5, fol. 11 parte ij
Mors ſola teſtamentum facit irreuocabile. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j. n. 5, fol. 81 parte ij
Mors præuidenda. ſuper verbo, *Teſtamentum, iiij.* nu. 8 folio 167 parte j
mors naturalis largè ſumpta. ſuper verb. *Mortuo itaq; teſt.* j. n. 19, fol. 82 parte ij
mors iure canonico intelligitur excommunicatio. In quæſt. de homic. n. 10, fol. 38 parte iij
mors violenta quæ dicatur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. n. 6, fol. 81 parte ij
Mors eximit de foro iudicis, & facit de foro Dei. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j. numero 271, folio 101 parte ij
mors ante ſententiam confirmat teſtamentum, niſi in criminibus exceptis. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j. n. 133, fol. 89 parte ij
mors vnde dicatur. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j. n. 3 & 4, fol. 81 parte ij
mors tribus modis homini contingit. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. n. 9, fol. 82 parte ij
Mors omnis eſt ex diſpoſitione Dei. ſuper verb. *mortuo itaque teſt.* j. n. 27, fol. 83 parte ij
Mors omnis dicitur caſus fortuitus. ſuper verb. *mortuo itaque teſt.* j. n. 26, fol. 83 parte ij
mors triplex naturalis, ciuilis, & ſpiritualis delinquenti poteſt inferri. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtat.* j. n. 119, fol. 89 parte ij
mors mala. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 20 folio 83 parte ij
Morte non firmatur teſtamentum ſi ſeipſum quis occidat. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. n. 41, folio 83 parte ij
morte afficere nocentem non eſt peccatum. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.* j. n. 207, fol. 95 parte ij
Mortes duas nouit Plato. ſuper verb. *Mortuo itaq; teſt.* j. n. 44, fol. 84 parte ij
Mortis mentio etiam intelligitur de violenter illata. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore*, j. nu. 25, folio 83 parte ij
mortis mentio cenſeri facit donationem cauſa mortis niſi in caſibus. ſuper verbo, *Teſtamentum, iiij.* num. 23 folio 168 parte j
mortis cauſa capio & donatio in quibus differant. ſuper verbo, *Teſtamentum, iiij.* n. 44, fol. 195 parte j
mortis cauſa capio quid. ſuper verb. *Teſtamentum, iiij.* n. 43, fol. 171 parte j
mortis appellatio continet etiam interfectionem. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j. n. 24, fol. 83 parte ij
Mortuus ſayſit viuum in Gallia. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt. ij.* n. 71, fol. 116 parte ij
mortuus non poteſt baptizari. ſuper verbo, *in extremis poſitus*, n. 12, fol. 135 parte j
mortuus morte ſua quis dicatur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. n. 21, fol. 83 parte ij
Mortuus ſayſit viuum in Gallia. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione quinta, numero 388 folio 125 parte j
Mortuus & occiſus differunt. ſuper verb. *Mortuo itaq; teſt.* j. n. 23, fol. 83 parte ij
Mortuus non ſayſit viuum in feudis ſine domini inueſtitura. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. v. n. 389, fol. 125 parte j
Moſsini regem in vinculis ſeruant. ſuper ver. *Condidit*, j. n. 31, fol. 141 parte j
Motus proprius papæ quid operetur in bullis. in quæſtio. de Canonic. n. 2, fol. 42 parte iij
Moyſes fuit Dei cancellarius. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. n. 199, fol. 85 parte j
Moyſes filios non fecit dignitatis ſucceſſores. ſuper verbo, *Condidit*, j. n. 37, fol. 142 parte j
Moyſis diligentia. ſuper verbo, *dotem quam ei dederat*, n. 60, fol. 177 parte j
¶ Mulier nubens efficitur de familia viri. ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 90, folio 142 parte ij
Mulier renubens an perdat lucrum à ſtatuto ei delatum. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 205 folio 15 parte iij
mulier ſi viuente viro alteri promittat, non poterit poſtea cum illo non contrahere. in quæſt. de epiſc. n. 42, fol. 29 parte iij
mulier eum prædiligit, qui eam defloruit. ſuper ver. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, nu. 81, folio 10 parte iij
mulier vltimi viri ius retinet. ſuper verb. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 242, fol 16 parte iij
mulier tranſiens ad ſecunda vota habet ſolùm vſumfructum relictorum ſibi à priore marito. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, n. 199, folio 15 parte iij
mulier adulterinam prolem debet monere, vt mendicantium regulam profiteatur, ne ſuccedat. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, num. 216, folio 60 parte j
mulier ſemper cogitare debet, vt ſuo placeat marito. ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderunt*, n. 42, folio 136 parte ij
mulier ſemper cupit laudari & ornari. ſuper verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 38, fol. 135 parte ij
mulier ſibi comam incidens inuito marito eſt ipſo facto excommunicata. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſt. in vtero*, n. 58, fol. 10 parte ij
mulier ad ſecunda vota tranſiens quid perdat. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. v. nu. 87, fol. 101 parte j
mulier iure canonico prohibetur eſſe teſtis. ſuper ver. *Teſtamentum*, j. n. 65, fol. 154 parte j
mulier tertiò nubens perdit relictum. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 219, folio 16 parte iij
mulier renubens nihil perdit, ſi maritus hoc ei permiſit expreſsè vel tacitè. ſuper verb. *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 206, 207, & 208, niſi intra annum luctus nubat. n. 209, fol. 16 parte iij
Mulierem eſſe violenter oppreſſam qualiter conſtare debeat. ſuper verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 67, fol. 139 parte ij
Mulieres partus dolorem nihil timentes appetunt nuptias. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 37 folio 9 parte iij
Mulieres plus decet eſſe pudicas, quàm viros. ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*, n. 38, fol. 175 parte j
Mulieres vti aurea & purpurea veſte, aureiſque fibulis & armillis olim ſancitum. ſuper verbo, *Duas habens*

BIU Cujas

filias, numero 22, folio 11 parte j
Mulieres propter sexus fragilitatem molles sunt ad belli pondera sustinenda & iudicia discretè exercenda. super verbo, *Duas habens filias*, num. 24, folio 11 parte j
Mulieres sunt communiter garrulæ. super verbo, *Duas habens filias*, n. 29, fol. 12 parte j
Mulieres impetrare possunt officium iudicis contra homines eis in via cedere nolentes. super ver. *Duas habens filias*, n. 21, fol. 11 parte j
mulieres in causis feudalibus testimonium ferre non possunt. super verbo, *Duas habens filias*, n. 30, fol. 12 parte j
Mulieres cum vilioribus semper adulterant. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 216 folio 16 parte iij
mulieres in testamento ad pias causas possunt esse testes. super verbo, *Testamentum*, j. num. 64, folio 154 parte j
mulieres quomodo se ornare possint vt placeant maritis. super verbo, *Cuidam Petro trad.* nu. 34, folio 135 parte ij
mulieres patienter tolerandæ. super ver. *Cuidam Petro trad.* n. 95, fol. 142 parte ij
mulieres faciem pingentes peccant. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 35, 36, & 37, folio 135 parte ij
Mulieribus an interdici possit excessus ornamentorum. super verbo, *Cuidam Petro trad.* nu. 33, folio 135 parte ij
mulieribus homines assurgere olim sancitum. super verbo, *Duas habens filias*, n. 20, fol. 11 parte j
mulieribus quando licet se fucare. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 40, fol. 135 parte ij
mulieribus turpis est vini vsus. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 56, fol. 137 parte ij
mulieribus homines assurgunt, in via eis cedunt, & in sedibus eas proponunt. super verbo, *Duas habens filias*, n. 19, fol. 10 parte j
Mulierum causa multæ domus corruunt. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 39, fol. 135 parte ij
mulierum proprium est vitare bella, & fugere congressus. super verbo, *Duas habens filias*, n. 25, folio 11 parte j
mulierum munus præcipuum est concipere. super ver. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 3, folio 7 parte iij
Multitudo delinquentium facit mitiorem pœnam. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, n. 163, fol. 13 parte iij
multitudine delinquente soli principales puniuntur. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 165, fol. 13 parte iij
multitudine peccante minuitur pœna. in quæstio. An occid. pecc. liceat, n. 58, fol. 51 parte iij
multitudinis maior pars sunt stulti. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 164, fol. 13 parte iij
multitudo quando facilius erret, quàm vnus. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 166 folio 14 parte iij
Muti & surdi ex accidenti. super ver. *in extremis positus*, n. 35 fol. 136 parte j
Mutij commendatio. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 194, fol. 94 parte ij
Mutianæ cautionis forma. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 55, fol. 9 parte iij
Muto contrahente quid scribat notarius. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. numero 376, folio 108 parte ij
Mutos & surdos solùm aliqui generant. super verbo, *In extremis positus*, n. 31, fol. 136 parte j
Mutus, surdus & impubes æquiparantur quo ad actum testandi. super verbo, *Adiectæ impuberi*, n. 64, fol. 220 parte j
Mutus adire potest hæreditatem. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 375, fol. 108 parte ij
¶ Mynotauri generatio. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, numero 25, folio 4 parte iij

N

NArbonensis prouincia iuris Italici, & omni tributo exempta. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 500, fol. 134 parte j
Narratiua verba non disponunt. super verb. *Alterochæ filiæ*, n. 12, fol. 172 parte j
Narratiua verba nihil disponunt. super verbo, *Testamentum*, j. n. 67, fol. 154 parte j
Nascituris relinqui potest. super verb. *Et soboles quam gest. in vtero*, n. 1, fol. 5 parte ij
Nati plures ex vno concepti. super verbo, *Et soboles quam gest. in vtero*, n. 2, & 3, fol. 5 parte ij
Naturale quid dicatur. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 8, fol. 81 parte ij
Naturales filij qui dicantur. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 108, & 109, folio 103 parte j
Naturales quomodo succedant. super verb. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 104, & 105, fol. 103 parte j
Naturales ex ancilla quomodo succedant. super ver. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. nu. 139, fol. 106 parte j
Naturales non possunt iure vltra vnciam succedere. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 116 folio 104 parte j
Naturales an patri ab intestato succedant. super verb. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. nu. 137, fol. 105 parte j
Naturalis pietas doli præsumptionem excludit. super verbo, *Duas habens filias*, numero 252, folio 33 parte j
Naturalium filiorum duæ differentiæ. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 110, fol. 103 parte j
Naturalium successio ex testamento. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 114, fol. 103 parte j
Naturalium successio ab intestato. super verb. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 134, folio 105 parte j
Natus existimatur qui est in vtero, vbi agit de eius commodo. super verbo, *Et soboles quam gest. in vtero*, n. 8, fol. 6 parte ij
Naues fractas occupant Hispani. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 374, fol. 124 parte j
Nauis legatum idem habet ius quod legatum domus. super verbo, *Domum*, numero 40, folio 180 parte j
¶ Necessitas legem non habet. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 472 folio 131 parte j

BIU Cujas

Neceſsitate vrgente factum non eſt contra legem. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* n.255, fol.63 parte j
Neceſsitatis tempore non vtendum legibus. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.471, folio 131 parte j
Negligentia ſicut & dolo deponitur rector publicus. ſuper verbo, *Dotem*, n.61, fol.177 parte j
Nepos quare ſic dicitur. ſuper verb. *Mortuo itaq; teſt.ij.* n.41, fol.114 parte ij
nepos poſt mortem aui cõceptus an de nullitate agat. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*, nu.44 folio 9 parte ij
nepos ex primogenito an excludat paternum in feudo. ſuper verb. *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*, n.45 & 46, fol.9 parte ij
nepos ex filio excludit neptem ex alio filio. ſuper ver. *Duas habens filias*, n.153, fol.25 parte j
nepos in quibus caſibus auo non ſuccedat, ſi eius pater fuit exhæredatus. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſt. in vtero*, n.43, fol.9 parte ij
Nepotes vel pronepotes ſoli an in ſtirpes vel capita ſuccedant. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v.n.69, fol.100 parte j
nepotes repræſentant perſonam patris ſui etiam ciuiliter mortui. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.55, fol.98 parte j
nepotes ex filia dotata quæ renunciauit, petunt adhuc legitimam. in quæſt. de legitim. numero 6, folio 46 parte iij
nepotes ex præmortuo filio vocantur omnes in ſtirpem vnam. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* n.118, fol.52 parte j
nepotes ex filio præmortuo cum patruis ſuccedunt in ſtirpes. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.n.65, & 66, fol.48 parte j
nepotes etiam reuocare poſſunt ſuam repudiationem. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.ij.* num.129, fol.122 parte ij
Nero Senecam habuit cancellarium. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.ij. num.222, fol.88 parte j
Neronis ſcelera. ſuper verb. *Mortuo itaq; teſt.* j.nu.220 folio 97 parte ij
Neuſtria de antiquo regum Franciæ domanio Rolloni datur. in tractatu de ducatu Norm. num.55, folio 23 parte iij
¶ Nobiles Galliæ qualiter debeant ſuis ſumptibus militare. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. iij. n.6, fol.89 parte j
Nobiles ad talias non teneri, etiam pro ruralibus acquiſitis bonis. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.iiij.n.17, fol.90 parte j
Nobiles cenſentur ſtipendiati ſuper tuitione prouinciæ ſolùm. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.iij.n.7, fol.89 parte j
Nobiles aut clerici laborando non perdunt priuilegia. ſuper verb. *Dotem quam*, n.52, fol.176 parte j
Nobiles laborare non tenentur, nec viri filios lactare. ſuper verb. *Dotem quam*, n.47, fol.175 parte j
Nobilis prohibere poteſt, ne ruſticus arma ſuę domus vſurpet. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v. n.435, fol.128 parte j
Nobilibus prohiberi non poteſt venatio. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ.v.nu.337, fol.121 parte j
Nobilitari poteſt quis in articulo mortis. ſuper verb. *In extremis poſitus*, num.11, fol.135 parte j
Nobiles in Francia torquentur. ſuper verbo, *Mortuo itaque*, n.222 parte ij
nobilitas aggrauat delictum. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.* n.70, fol.139 parte ij
nobilitas humanæ naturæ. in quæſt. An occid. pecc. lic. n.17, & 20, fol.48 parte iij
nobilitas an perdatur per religionis ingreſſum. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* n.210, fol.59 parte j
nobilitas non ex genere materno, ſed ex paterno procedit. ſuper verbo, *Raynutius*, n.3, fol.1 parte j
nobilitas tranſmittitur, non tamen conſcientia. ſuper ver. *Mortuo itaq; teſt.ij.* n.106, fol.120 parte ij
nobilitas non tranſit ad liberos ante adeptionem nobilitatis natos. ſuper verb. *In eodem teſt. relinq.* nu.201 folio 201 parte j
nobilitas quare inſtituta. ſuper verbo, *Condidit*, j.n.30 folio 141 parte j
nobilitatis parentum meminiſſe oportet in filij legitimatione. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.* nu.195 folio 58 parte j
nobilitatis Gallicæ conſuetudo venandi. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.323, fol.120 parte j
Nobilium quatuor ſunt mores laudabiles, & duo vituperabiles. ſuper verbo, *Raynutius*, numero 26, folio 3 parte j
Nocte non licet quem ſuſpendere. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j.n.108, fol.88 parte ij
Noe primus laborator. ſuper ver. *& vxorem nom. Adel.* deciſ.v.n.358, fol.122 parte j
Nolle & non poſſe æquiparantur. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.* n.34, fol.19 parte ij
Nomen teſtatoris quando quis teneatur aſſumere, & ſuum omittere. ſuper verbo, *Raynutius*, num.45, fol.4 parte j
nomen domus ſuæ relinquere, & alienum aſſumere eſt graue onus. ſuper verbo, *Raynutius*, num.49, folio 4 parte j
nomen teſtatoris turpe non tenetur hæres aſſumere, nec ſuo adiicere. ſuper verbo, *Raynutius*, n.51, folio 4 parte j
nomen bonum eſt probitatis indicium. ſuper verbo, *Raynutius*, n.55, fol.5 parte j
nomen paternum quis aliquando iuſtè dimittit. ſuper verbo, *Raynutius*, n.44, fol.4 parte j
nomen & arma teſtatoris portare grauatus hæres ſi nolit, quomodo reſtituat. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic. ſubſt.n.90, fol.70 parte ij
nomen aliquod præoccupans, poteſt alteri prohibere eius nominis aſſumptionem. ſuper verbo, *Raynutius*, n.58, fol.5 parte j
nomen alterius, an quis ſibi imponere poſsit illo non conſentiente. ſuper verb. *Raynutius*, n.57, fol.5, parte j
nomen bonum habere quiſque curare debet. ſuper verbo, *Raynutius*, n.53, fol.4 parte j
nomen teſtatoris prius ſumere debet hæres grauatus, quàm adire. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.* de fid. ſubſt.n.91, fol.70 parte ij
nomen teſtatoris poteſt hæres dupliciter aſſumere. ſuper verbo, *Raynutius*, n.47, & 48, fol.4 parte j
Nominari debent plures non vnus à principe. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.n.105, fol.76 parte j
Nominati per regem præſumuntur benemeriti. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.n.100, 101, & 102, fol.75 parte j
Nominationum principis numerus arbitrio bono relinquitur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*,

BIU Cujas

decisione ij.numero 112,folio 76 parte j
Normani,& Angli potatores egregij. in tract.de duc. Norm.n.58,fol.23 parte iij
Normani testari non possunt. super verbo,*Et uxorem nomine Adelasiam*,decis.v.num.477,& 478,fol.132 parte j
Normania vnde dicta,quæ prius Neustria. in tract. de ducatu Norm.n.57,fol.23 parte iij
Normania quare dicatur quæ prius Neustria. in tract. de ducatu Aquitan.n.4,fol.20 parte iij
Normaniæ ducatus tribus mediis coronæ Fráciæ vnitus. in tract.de duc.Norm.n.10,fol.20 parte iij
Normaniæ ducatus multis nominibus regi Gallię confiscatus. in tract.de ducatu Norm.n.30,& 31,folio 21 parte iij
Normanorum in Gallos crudelitas. in tract.de ducatu Norm.n.53,fol.23 parte iij
Normanorum origo.in tract.de ducatu Norm.num.51 folio 23 parte iij
Notario asserenti testatorem esse sanæ mentis, an credatur. super verbo,*In extremis positus*,num.7,fol.135 parte j
notarium licet non indigeat probatione, tamen indigere allegatione,quomodo intelligatur. super verbo,*Mortuo itaque testatore,ij.* numero 88,folio 118 parte ij
notarium præsumitur omnia verba partibus declarasse. super verb.*Si absque liberis mor.ij.* de fideic.subst. n.127,fol.72 parte ij
notarius semper præsumitur apposuisse clausulas consuetas.super verb.*In eodem test.relinq.*j. numero 270 folio 208 parte j
notarius ab officio depositus, non potest iterum creari tabellio. super verbo, *Duas habens filias*, num.224 folio 31 parte j
notarius non potest aliquid addere in contractibus.super verb.*Condidit*,j.n.14,fol.139 parte j
notarius omittens iure requisita, an teneatur de falso. super verbo,*In eodem testamento relinquens*,j.num.51 folio 187 parte j
notarius præsumitur rogatus apponere clausulas solitas. super verbo,*In eodem testamento relinq.*j.nu.49 folio 187 parte j
notarius inferere quid omittens,an sit falsi reus. super verbo,*Adiectæ impuberi*,n.29,fol.217 parte j
Nouem diebus à sepultura vexari non debent hæredes. super verbo,*Mortuo itaque test.*j.nu.57,folio 84 parte ij
¶ Nubere est reipublicæ vtile. super verbo, *Cuidam Petro trad.*n.117,fol.145 parte ij
nubere debens mulier viro certæ iurisdictionis,sat habet si extraneus virad eam iurisdictionem transeat. super verbo,*Cuidam Petro trad.*numero 6,folio 130 parte ij
nubere debens de consilio,vel consensu Titij,quomodo intelligatur.super ver.*Qui cum alia mat.contrah.* n.89,fol.10 parte iij
nubendi iuri tanquam publico renunciari non potest. super verbo,*Qui cum alia matr.contrah.*nu.48,fol.9 parte iij
nubendum pari. super verb.*Cuidam Petro tradiderunt*, n.23,fol.132 parte ij
Nullitas ex incompetentia iudicis semper admittitur. super verbo, *Mortuo itaque test.*j. num.213,folio 96 parte ij
Nuncupatiuum testamentum quid.super verbo,*Testamentum*,j.numero 10,folio 148 parte j
Nupta non censetur quæ nondum est viri potens. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.*num.65,fol.10 parte iij
nuptiæ primæ prohiberi non possunt. super verb.*Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 2, folio 7 parte iij
nuptiæ secundæ sunt quasi fornicatio, nec benedicuntur.super verbo,*Qui cum alia matr.contrah.*num.112 folio 12 parte iij
nuptiæ patris & filij non censentur duæ. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.*n.57,fol.115 parte ij
nuptię hodie quare magis quàm olim accelerentur.super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* num.71,fol.10 parte iij
nuptiæ nec carnales, nec spirituales rescripto possunt impetrari. in quæst. de episcop. numero 36,folio 29 parte iij
Nuptiarum ornamenta & diu appetunt fœminæ. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* num.5,folio 7 parte iij
Nutu solo,an possit testator disponere. super verbo, *In extremis positus*,n.30,fol.136 parte j
Nutu non potest hereditas relinqui,sed bene legatum. super verbo, *Adiiciens vt Alterocha*, num.26,fol.4 parte ij
Nutu facta vltima dispositio an valeat. super verbo,*In extremis positus*,numero 28,folio 136 parte j

O

OBliqua & directa verba quomodo dignoscantur. super verbo,*Eidem impuberi succederent*,num.13 folio 11 parte ij
Obmutuerunt passim viri eloquentissimi. super verb. *Si absque liberis mor.ij.*n.42,fol.20 parte ij
Obtinere,verbum,quid importet. super verb. *Mortuo itaque test.*j.n.89,fol.118 parte ij
¶ Occidens seipsum est intestabilis.super ver.*Mortuo itaque test.*j.n.43,fol.83 parte ij
Occidens seipsum videtur crimen confiteri.super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. numero 47, folio 84 parte ij
occidens seipsum caret sepultura.super verbo,*Mortuo itaque test.*j.n.50,fol.84 parte ij
occidens monstruosum est homicida. super verb *Quæ filium ex eo suscip.*n.30,fol.4 parte iij
occidens monstruosum est homicida. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero*, numero 17, folio 6 parte ij
occidens seipsum in frenesi, aut dormiendo,non caret sepultura. super verbo, *Mortuo itaque test.*j. num.72 folio 85 parte ij
occidens parentem plus punitur, quàm occidens coniugem.super verb.*Cuidam Petro trad.*n.77,folio 140 parte ij
occidere quem iustè licet in quatuor casibus tantùm. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.num.276,folio 101 parte ij
Occidere se volens criminosus est intestabilis. super verbo, *Mortuo itaque testatore*,j. numero 66,folio 85 parte ij
Occidere seipsum non licet.super ver.*mortuo itaq; test.* j.n.45,fol.84 parte ij
occidere seipsum non licet,nisi instinctu fiat diuino.super verbo, *Mortuo itaque test.*j.nu.82,83,& 84,fol.86 parte ij
Occidenti vel capienti malefactorem dari potest præmium

BIU Cujas

mium. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 49, fol. 98 parte j
Occidentis seipsum quando non infirmetur testamentum. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 80, & 81 folio 86 parte ij
occidi hominem nullo crimine debere videtur xij. rationibus. in quæst. An occid. pecc. liceat, nu. 1, vsque ad n. 12, fol. 47 parte iij
occisor nec occiso, nec hæredi eius potest succedere. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 75 folio 39 parte ij
occitanorum auxilium insigne regi in necessitate constituto. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 501, fol. 134 parte j
ociosos tentat magis diabolus. super ver. *Dotem quam ei ded.* n. 48, fol. 175 parte j
ocium est contra naturam. super verbo, *Dotem quam ei ded.* n. 53, fol. 176 parte j
ocium moderatum laudatur. super verb. *Dotem quam ei ded.* n. 63, fol. 177 parte j
octimestris partus quare non viuat. super verb. *Et sob. quam gest. in vtero*, n. 31, fol. 8 parte ij
œnones in Paridem fidelis amor. super verbo, *qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 153, & 154, folio 13 parte iij
¶ Officia an vendere possint principes. super verbo, *Duas habens filias*, n. 53, & 54, fol. 14 parte j
officia secularia oriundis ex loco non conferuntur. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 488, & 489, fol. 132 parte j
officia quare plus debentur originariis, quã extraneis. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 492 folio 133 parte j
officia in regno Franciæ esse perpetua ordinauit Lud. xj. super verbo, *Duas habens filias*, num. 44, folio 13 parte j
officiarij etiam gratis creati non possunt sine iusta causa priuari. super verbo, *Duas habens filias*, num. 40 folio 12 parte j
officia duo secularia vnus tenere non potest. super verbo, *Duas habens filias*, n. 63, fol. 15 parte j
officia mercari vetuit rex Ludouicus. super verb. *Duas habens filias*, n. 56, fol. 14 parte j
officia hodie perpetua teneri possunt in loco originis. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. nu. 490 folio 133 parte j
officia regia vacare non possunt, nisi in tribus casibus. super verbo, *Duas habens filias*, numero 38, folio 12 parte j
officia iure vendi prohibentur. super verb. *duas habens filias*, n. 57, fol. 14 parte j
officia regia sunt in Gallia perpetua, & pro patrimonio habentur. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 2, fol. 94 parte j
officiarij possunt in ius vocari durante officio. super verbo, *Duas habens filias*, n. 47, fol. 13 parte j
officiarij, quandiu regi placuerit creati, an reuocari possint. super verbo, *Duas habens filias*, nu. 37, fol. 12 parte j
officiarij raptores successorem habent fiscum. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 376, fol. 124 parte j
officiarios non posse contrahere, nec possessiones nouas acquirere, durante officio, statuit rex Ludouicus. super verbo, *Duas habens filias*, num. 48, fol. 13 parte j
Officiarius nullus mercantiam exercere potest, nec participare cum aliquo. super ver. *Duas habens filias*, n. 50, fol. 13 parte j
Officiarius nec mutuum contrahere potest. super ver. *Duas habens filias*, n. 51, fol. 13 parte j
officij administratio, quando interdicatur accusatione pendente. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 315 folio 104 parte ij
officiorum emptores non debent ea subarrandare. super verbo, *Cætera bona*, n. 39, fol. 233 parte j
officium suum quando tendit in bonum publicum, impartiri potest iudex etiam non requisitus. super ver. *Raynutius*, n. 60, fol. 5 parte j
officium aut dignitatem, an quis sine peccato possit appetere. super verbo, *duas habens filias*, n. 60, & 61 folio 14 parte j
¶ Onerare quando quis possit eum quem non honorauit. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 57, 58, & 59, fol. 68 parte ij
onerari quando non possit, qui honoratus est. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 27, fol. 63 parte ij
onus probandi ætatem pupilli mortui cui incumbat. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 112 folio 42 parte ij
¶ Operarum promissio incerta an valeat. super verb. *Condidit*, j. n. 21, fol. 140 parte j
operarum exactio à subditis est contra ius commune. super verbo, *Condidit*, j. n. 26, fol. 140 parte j
operæ commissæ voluntate domini, intelliguntur regulatæ arbitrio boni viri. super verb. *Condidit*, j. n. 25 folio 140 parte j
Opinio doctoris regulari debet secundum iura quę allegat. super verbo, *Testamentum*, j. num. 62, folio 154 parte j
Oppressorum pœnæ temporales & spirituales. super verbo, *Condidit*, j. n. 62, fol. 144 parte j
optio duos parit effectus. de Camerar. Lugd. num. 12 folio 34 parte iij
¶ Orationis tempore abstinendum à matrimoniali copula. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 112 folio 11 parte iij
ordo iudicialis in criminalibus non seruatur in Gallia. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. nu. 200, fol. 95 parte ij
ordo scripturæ prælationem inducit. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 28, fol. 160 parte j
ordo scripturæ ordinem prælationis arguit. in quæst. de Canonic. n. 9, fol. 42 parte iij
ordo quid. in quæst. de Canonic. numero 10, folio 42 parte iij
ordinatus ad aliquem ordinem præsumitur alios præcedentes habere. super verbo, *Adiecta impuberi*, n. 27 folio 217 parte j
ordine turbato succedit filio pater. super verb. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 71, folio 100 parte j
ordinis omissio vitiat etiam extraordinarium iudicium. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 199, fol. 95 parte ij
ornamenta mulierum sunt liberi. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 4, folio 7 parte iij
¶ Osculari neminem debent virgines. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 236, folio 17 parte iij
Ostracismus quid apud Athenienses. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 309, fol. 104 parte ij

BIU Cujas

¶ Otto litem pugna diremit. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. num. 193, folio 200 parte j

P

PAcis commendatio. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j. n. 228, & 229, fol. 98 parte ij

Pacis bono poteſt princeps ius alteri quæſitum tollere. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. n. 115, fol. 76 parte j

Pacis fauore fiunt matrimonia interdicta. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j. n. 231, fol. 98 parte ij

Pacta nobilium, vt primogenitus ſuccedat, an valeant. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 198, fol. 29 parte j

Pacto remitti poteſt fideicommiſſum ſine iuramento. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de fideic. ſubſtit. n. 95, fol. 70 parte ij

pacto non poteſt ſeruari ius per futurum delictum amittendum. ſuper verbo, *Duas habens filias*, nu. 225 folio 31 parte j

pacto poteſt ius ſuccedendi ſeruari, vbi quis de rigore iuris eſſet excluſus. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 219, fol. 31 parte j

pacto an poſsit ſucceſsio ſeruari, vbi quis eſt propter delictum excluſus. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 22, fol. 31 parte j

pacto remitti non poteſt vaſallo felonia aut dolus futurus. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num. 228, fol. 32 parte j

Pactum de non ſuccedēdo valet in patre filium emancipante. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 240, fol. 32 parte j

pactum de non ſuccedendo valet poſt mortem eius, de cuius ſucceſsione agitur. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 243, fol. 33 parte j

pactum de hæreditate viuentis valet de eius conſenſu. in quæſt. de epiſc. n. 18, fol. 28 parte iij

pactum de non reuocando facit donationem cenſeri inter viuos, licet in ea fiat mentio mortis. ſuper ver. *Teſtamentum, iij.* n. 24, fallit in caſibus. n. 25, 26, & 27 folio 169 parte j

pactum de ſuccedendo ad piam cauſam factum, valet. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 206, fol. 30 parte j

pactum inter hæredem & creditores non viſis verbis teſtamenti, an valeat. ſuper ver. *Si abſq; liberis mor. ij.* de fideic. ſubſt. n. 135, fol. 73 parte ij

Pactum, quòd de expenſis ſtetur dicto aduerſarij, an valeat. ſuper verbo, *Condidit*, j. numero 11, folio 139 parte j

pactum de ſuccedendo eſt omni iure prohibitum. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 191, folio 35 parte j

pactum de ſuccedendo inter milites, valet. ſuper verb. *Duas habens filias*, n. 203, fol. 30 parte j

pactum reſtrictiuum libertatis liberti non valet. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 239, fol. 32 parte j

pactum de non ſuccedendo an valeat. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 237, & 238, fol. 32 parte j

pactum de ſuccedendo quibus rationibus improbetur. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num. 192, fol. 28 parte j

pactum de hæreditate certo modo diuidenda, in quibus caſibus valeat. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 236, fol. 32 parte j

pactum de futura ſucceſsione certo modo diuidenda, vel diſponenda, an valeat. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 235, fol. 32 parte j

Pactum de non ſuccedendo valet in filio ſpurio. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 241, fol. 32 parte j

Pactum de ſuccedendo in multis caſibus, valet. ſuper verbo, *Duas habens filias*, nu. 213, 214, 215, 216, & 217 folio 31 parte j

pactum quòd res tranſeat ad primogenitum, an valeat. ſuper verbo, *In eodem teſt. relinq.* j. num. 186, fol. 199 parte j

pactum de ſucceſsione conſeruanda, an valeat. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 218, fol. 31 parte j

pactum futuræ ingratitudinis remiſsiuum, an poſsit iuramento firmari. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 226 folio 31 parte j

pactum de non ſuccedendo poteſt conſuetudine vel ſtatuto confirmari. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n. 246, fol. 33 parte j

pactum de non ſuccedendo viuenti an valeat cum iuramento. ſuper verb. *Si abſque liberis mor. ij.* de fideic. ſubſt. n. 102, fol. 71 parte ij

pactum de non ſuccedendo poteſt iuramento firmari. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 247, fol. 33 parte j

pactum de ſuccedendo an poſsit de conſuetudine firmari. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 197, f. 29, parte j

pactum quòd homines ſint taliabiles & expletabiles ad domini voluntatem, quid importet. ſuper verbo, *Condidit*, j. n. 18, fol. 140 parte j

Pactum de ſucceſsione viuentis, vt valeat, duo requiruntur. in quæſt. de epiſc. n. 19, fol. 28 parte iij

pactum de ſuccedendo inter duos viciſsim factum habet priuilegium. ſuper ver. *Duas habens filias*, n. 204 folio 30 parte j

Pactum de non ſuccedendo valet accepta legitima. ſuper verb. *Duas habens filias*, n. 242, fol. 32 parte j

Pactum de futura ſucceſsione, quando non valeat, etiam cum iuramento. ſuper ver. *Si abſq; liberis mor. ij.* de fideic. ſubſt. n. 98, fol. 70 parte ij

Pactum de ſuccedendo an poſsit iuramento firmari. ſuper verbo, *duas habens filias*, numero 194, folio 29 parte j

Pactum de ſuccedendo in quibus caſibus valeat. ſuper verb. *duas habens filias*, n. 193, fol. 29 parte j

Panthefilea Amazonum regina. ſuper ver. *duas habens filias*, n. 11, fol. 8 parte j

Papa nihil poteſt contra bonos mores. in quęſtione de epiſc. n. 9, fol. 27 parte iij

Papa poteſt clerum totum vnius terræ iudici laico ſubmittere. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. n. 135, & 136, fol. 78 parte j

Papa diſpenſare non poteſt, vt monachus ſuccedat. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adel.* num. 222, fol. 60 parte j

Papa ius alteri quæſitum, nec motu proprio tollere poteſt. in quæſt. de Canonic. n. 20, fol. 43 parte iij

Papa de conſenſu capituli prouidens non tenetur ſeruare formam capituli. in quæſt. de epiſc. nu. 71, 72, & 74, fol. 31 parte iij

Papa poteſt iudici laico cauſam clerici etiam criminalem committere. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. n. 134, fol. 78 parte j

Papa non poteſt ſtatum vniuerſalem eccleſiæ mutare. ſuper verb. *Et vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. num. 136 folio 78 parte j

Papa de plenitudine poteſtatis penſionem an eccleſiæ imponat. ſuper verb. *Si abſque liberis mor. ij.* de fideic. ſubſt. num. 55, fol. 67 parte ij

BIU Cujas

Papa nec per mortem, nec per renunciationem potest de episcopatu electiuo prouidere, etiam de consensu episcopi. in quæst. de episc. num. 33, & 34, folio 29 parte iij

Papa iurans ligatur, nec seipsum potest absoluere. super verb. *Duas habens filias*, n. 271, fol. 35 parte j

Papa non potest tollere obligationem iuramentalem, etiam laico quæsitam. super ver. *Duas habens filias*, n. 268, fol. 34 parte j

Papa potuit de episcopatu Albiensi prouidere de consensu capituli, retenta pensione. in quæst. de episc. n. 55, fol. 30 parte iij

Papa solus est in ecclesia cancellarius, sicut Moyses in synagoga. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. ij. n. 205, fol. 86 parte j

Papa cum subdiacono dispẽsat pro matrimonio cum aliqua nobili. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 30, fol. 8 parte iij

Papa an de episcopatu vacãte prouidere possit de consensu capituli. in quæst. de episc. nu. 37, 44, 45, & 55 folio 29 parte iij

Papa legitimare non potest bastardum quo ad successiones & officia temporalia. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n. 197, fol. 58 parte j

Papa omnia potest quæ sunt iuris positiui. in quæst. de episc. n. 4, fol. 27 parte iij

Papa nisi ex magna causa prouidere non potest contra communes regulas. in quæst. de episc. n. 22, folio 28 parte iij

Papa cùm primum consecratus est, legatos ad regem Francorum mittere debet. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n. 32, fol. 44 parte j

Papæ quare per concilia prohibetur ecclesiis de episcopo prouidere. in quæst. de episc. nu. 59, folio 30 parte iij

Papa non legitimare quo ad temporalia, quomodo intelligatur. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* n. 202, fol. 59 parte j

Papam de dignitatibus vacaturis prouidere posse, quo modo intelligatur. in quæst. de episc. nu. 13, folio 28 parte iij

Papã de episcopatu non posse prouidere durante tempore electionis, est verum, sine consensu capituli. in quæst. de episc. n. 56, fol 30 parte iij

Papatus est de iure diuino. super ver. *In eod. test. relinq.* j. n. 159, fol. 196 parte j

Papæ præsentia supplet defectum cuiuscunque solennitatis. in quæst. de episc. n. 73, fol. 31 parte iij

Papæ & imperatoris iurisdictiones sunt distinctæ, & vna non potest aliam impedire. super verbo, *Duas habens filias*, n. 269, fol. 34 parte j

Pares Franciæ sunt parlamenti coniudices. super ver. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. n. 189, fol. 84 parte j

Pares Franciæ quare instituti. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione ij. numero 185, folio 84 parte j

Parentes sunt sæpe causa ruinæ filiarum. super verbo, *Qui cum alia matr. contrahens*, numero 235, folio 17 parte iij

Parentes blandi, sunt causa ruinæ filiarum. super verb. *In eodem testamento relinquens, ij.* num. 33, folio 212 parte j

Parentes ad secunda vota transeuntes, an perdant successionem liberorum priorum. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione quinta. numero 80 folio 101 parte j

Parentes plus diligunt masculos, quàm fœminas. super verb. *Duas habens filias*, n. 134, fol. 24 parte j

Parentes plus venerandi, & vxor plus diligenda. super verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, num. 78, folio 140 parte ij

Parentes & filij se mutuo compati debent. super verb. *In eodem testamento relinquens, ij.* numero 36, fol. 213 parte j

Parentes ipso iure, efficiuntur domini, & possessores hæreditatis filij. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* n 5, fol. 42 parte j

Parentibus omissis extraneos instituens peccat. super verbo, *Testamentum*, j. n. 7, fol. 147 parte j

Parentum appellatione venit mater. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de exempl. subst. num. 42, fol. 47 parte ij

Paria sunt quid fieri contra aliquem, aut contra suos. super verbo, *Qui cum alia matr. contrahens*, num. 99 folio 11 parte iij

Pariens ante nonum à nuptiis mensem non censetur meretrix. super verbo, *Et soboles quam gest. in vtero*, n. 27, fol. 7 parte ij

Parisiensis scholæ initium. super verbo, *Raynutius*, n. 10 folio 2 parte j

Parisius à Paride dicta. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 324, fol. 120 parte j

Parium Franciæ nomina. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 186, fol. 84 parte j

Parium Galliæ senatus. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 187, fol. 84 parte j

Parlamentum quid. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 188, fol. 84 parte j

Parlamentum nemo alius à rege habere potest in terra sua. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 190, fol. 84 parte j

Parlamentum dicitur, quasi parium lamentum. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 192, fol. 85 parte j

Parlamentum Tholosæ, quando institutum. super ver. *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. nu. 191, fol. 84 parte j

Parricidij pœna qualis, & vbi locum habeat. in quæst. de homic. n. 20, fol. 39 parte iij

parricidio spirituali debetur grauissima pœna, sicut carnali. in quæst. de homic. n. 22, fol. 40 parte iij

partus semper præsumitur in meliorem partem. super verb. *Quæ filium ex eo suscipiens*, n. 51, fol. 6 parte iij

patruus excludit primogeniti fratris filium secundum aliquos. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. num. 194 folio 200 parte j

Pauli Æmilij triumphus. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 98, fol. 102 parte j

pauper quando est idoneus fideiussor. super verbo, *Adiectæ impuberi*, n. 25, fol. 216 parte j

Pater etiam ad secũda vota transiens potest filio exemplariter substituere. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* de exempl. subst. n. 16, fol. 44 parte ij

Pater negligens dotare tenetur filiam se inscio nubentem, etiam si dotem nullam ipso viro promiserit. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, num. 41, folio 175 parte j

Pater non prohibetur filias statuto excluſas instituere etiam in testamento minus solenni. super ver. *Duas habens filias*, n. 181, fol. 57 parte j

Pater & patronus differunt. super verbo, *In eodem test. relinq. ij.* n. 8, fol. 210 parte j

Pater non potest pupillo de sepultura prouidere. super

BIU Cujas

per verb. *Si absque liberis mor.ij.* de pup. subst. num. 3 folio 32 parte ij

Pater repudians hæreditatem filij, non potest pœnitere. super verb. *Mortuo itaque test.ij.* num. 136, fol. 122 parte ij

pater pro anima spurij mortui, potest in vita & morte donare. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. n. 125, fol. 104 parte j

Pater patronus potest filium præsentare. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.* n. 58, fol. 115 parte ij

pater non potest codicillari, nec disponere pro filio pubere. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, num. 32 folio 39 parte j

pater pauper, filio diuiti substituit pupil. nisi sit turpis persona. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de pup. subst. n. 62, & 64, fol. 38 parte ij

pater filiam dotare cogitur captione pignorum, & arrestatione propriæ personæ. super verbo, *Dotem quam*, n. 25, fol. 174 parte j

pater tenetur filiam insufficienter dotatam, magis dotare. super verbo, *Dotem*, n. 42, fol. 175 parte j

pater filiam etiam ob alio dotatam, aut virum sine dote inuenientem, dotare tenetur. super verb. *Dotem quam ei dederat*, n. 13, fol. 173 parte j

pater & filius, si in eodem contractu contrahunt, tacitè videtur partem consentire. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, n. 44, fol. 40 parte j

pater an filium adoptiuum alere teneatur. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 177, fol. 109 parte j

pater filiam exhæredare non potest, eo quòd indigno nupsit. super verb. *Dotem quam*, n. 31, fol. 174 parte j

pater prodigus, an filio substituat exemplariter. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de exempl. subst. nu. 43 folio 47 parte ij

pater non habet vsumfructum in aduentitiis filij clerici. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, numer. 21 folio 38 parte j

pater olim ingratum filium etiam vita priuabat. super verbo, *In eodem testamento relinquens*, j. n. 205, fol. 201 parte j

pater soluens voluntariè pro filio tenetur adhuc eum instituere. super verbo, *In eodem testam. relinquens*, j. n. 219, fol. 203 parte j

pater totum patrimonium filiis distribuens, neminem instituit. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. num. 212 folio 202 parte j

pater quo ad filium æquiparatur patrono. super verb. *In eodem test. relinq.* j. n. 249, fol. 206 parte j

pater ipsemet debet filium nominatim instituere. super verb. *In eod. test. relinq.* j. n. 43, fol. 187 parte j

Pater iniuriam factam filio non remittit si sit vilis persona. super verb. *Si absque liberis mor.ij.* de pup. subst. n. 63, fol. 38 parte ij

pater qui pro filio condemnato coactus, soluit legitimam, eum non amplius tenetur instituere. super verbo, *In eod. test. relinq.* j. n. 214, & 215, fol. 202 parte j

pater vltra dotem debet filiam in aliquo instituere. super verbo, *Alterochæ filiæ*, n. 13, fol. 172 parte j

pater non tenetur pro delicto filij, nec econtrà. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.* n. 46, fol. 114 parte ij

pater consentire potest filio sibi donanti. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, n. 45, fol. 40 parte j

Pater aliquid relinquens, & plus petere prohibens, non tenetur filium aliter instituere. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 60, fol. 188 parte j

Pater exhæredans filium censetur demens. super verb. *In eodem test. relinq.* j, n. 64, fol. 189 parte j

Paternorum bonorum successio consanguineis, & maternorum vterinis debetur. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 103, folio 103 parte j

Paternus amor, inducit verborum dilatationem. super verbo, *Cætera bona*, n. 16, fol. 231 parte j

Patientia coniugum sit citra fidei honorisq; lesionem. super verbo, *Cuidam Petro trad.* num. 108, folio 144 parte ij

Patientia vxorum nostri seculi degenerat. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 103, fol. 143 parte ij

Patientia in coniugio necessaria. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 94, fol. 142 parte ij

Patientiæ mulierum ad viros exempla. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 101, fol. 143 parte ij

Patre instituto & repudiante, an filius excludat substitutum. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* n. 78, & 79 folio 25 parte ij

Patre vendente bona filij non requiritur iudicis decretum. super verbo, *Duas habens filias*, nu. 255, folio 33 parte j

patre simul cum alio filiam dotantibus solus pater obligatur. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, num. 24 folio 174 parte j

Patrem occupare bona filij iure hæredis, vel peculij quid interfit. super verbo, *Mortuo itaque test.ij.* n. 175 folio 126 parte ij

Patri an sufficiat maritatam filiam in sola dote instituere. super verbo, *Alterochæ filiæ*, n. 9, fol. 171 parte j

Patri rem filiæ obligare volenti facilius consentitur, quàm extraneo tutori. super verb. *Duas habens filias*, n. 253, fol. 33 parte j

Patriam potestatem tollit religio, & dignitas vbi est fauor. super verbo, *Si absque liberis morer.ij.* num. 90 folio 26 parte ij

Patrinus an possit esse testis pro filiolo, & econtrà. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 205 folio 111 parte j

Patris plebeij præstat esse filium legitimum, quàm illegitimum nobilis. super verbo, *Raynutius*, num. 25 folio 3 parte j

Patris ad secunda vota transeuntis est idem ius, quod de matre, & de aliis ascendentibus. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 88, folio 101 parte j

Patris erga filium suum est bona præsumptio. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 175, fol. 109 parte j

Patris & filij identitas in multis. super verbo, *Mortuo itaq; test.ij.* n. 42, 43, 44, & 45, fol. 114 parte ij

Patruus an neptem dotare teneatur. super verb. *Dotem quam ei dederat*, n. 66, fol. 177 parte 1

¶ Peccatores reuocandi triplici via. in quæst. An occid. pecc. lic. n. 46, fol. 50 parte 3

Peccatores quòd liceat occidere. in quæst. An occid. pecc. lic. n. 13, fol. 48 parte 3

Peccatum minus est fornicari cum pulchra. super ver. *Cuidam Petro trad.* n. 29, fol. 133 parte 2

Peccatum sub confidentia venię perpetratum est grauius. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. num. 116 fol. 88, parte 2, & in quæst. An occid. pecc. lic. n. 38 folio 49 parte 3

Peculia castrensia olim non veniebant in confiscatione. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 301, fol. 118 parte 1

Pecunia maritandis puellis legata dari pót intranti religionem

BIU Cujas

ligionem.ſuper ver.*Dotem quam*,n.8,fol.173 parte j
Pellex quæ propriè dicatur.ſuper ver.*Cuidam Pe.trad.* n.32,fol.134 parte ij
Penſio preſumitur iniuſtè eccleſiis impoſita.ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de fideic.ſubſt. n.37,folio 65 parte ij
Penſio quando iuſtè imponatur eccleſiæ. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.ij.*n.54,fol.67 parte ij
Penſiones ſuper beneficiis conſtituere ſolius eſt papæ. in quæſt.de epiſc.n.35,fol.29 parte iij
Peperiſſe an dicatur cui fractus eſt venter. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.*n.32,fol.19 parte ij
Peregrinorũ teſtamenta non requirunt ſolennitatem. ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.n.16,fol.148 parte j
Periculoſum eſt quid differre vſque in tempus mortis. ſuper verb.*In extremis poſitus*,n.44,fol.137 parte j
Perſona poſſeſſoris non eſt obligata in actione reali. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.ij.num.33 fol.69 parte j
Perſona quæuis facit gradum iure ciuili, canonico ſecus.ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adelaſ.*num.78 folio 49 parte j
Perſonarum inæqualitas triplex in reciproca. ſuper verbo,*Si abſque liberis mor.ij.*de breuil.ſubſt.num.32 folio 51 parte ij
Peſtiferatus poteſt à ciuitate expelli, ne alios inficiat. ſuper verbo,*Teſtamentum*,j.n.14,fol.148 parte j
¶ Pharamondus primus Francorum rex, ſub quo lex Salica facta eſt.ſuper verbo,*Duas habens filias*,n.76 folio 16 parte j
Pharao necatus ob iniuſtam operarum exactionem.ſuper verbo,*Condidit*,j.n.27,fol.141 parte j
Phidiæ ſtatuarij vana gloria. ſuper verbo, *Condidit*,j. n.54,fol.143 parte j
Philippo Perpigniani mortuo ſucceſsit Philippus pulcher.in tract.de ducatu Norm.numero 100,folio 25 parte iij
Philippus confiſcata ob Henricum Richardo eius filio reſtituit. in tract.de ducatu Norm. num.84, fol.24 parte iij
Philippus anno ætatis xiiij.& viuente patre coronatus. in tract.de ducatu Norm.n.81,fol.24 parte iij
Philippus audax naſcitur Ludouico.in tract.de ducat. Norm.n.79,fol.25 parte ij
Philippus pulcher Francorum rex contra Mahumetanos. ſuper verbo,*Duas habens filias*,num.94,fol.18 parte j
Philippus pulcher moritur tribus relictis filiis,& vna filia Edoardi ſecundi vxore. in tractatu de ducatu Norm.n.104,fol.25 parte iij
Philippus rex Narbonæ ſepultus. ſuper ver.*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.20,fol.95 parte j
Philippus à Deo datus Ludouici regis filius. in tract. de ducatu Aquitaniæ,n.23,fol.21 parte iij
¶ Pia cauſa ſubſtituta an excludatur ſuperuenientibus liberis. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.*n.23,& 25 folio 15 parte ij
Pia cauſa ſemper gaudet ſuis priuilegiis. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j.n.61,fol.153 parte j
Pia relicta non tenetur fiſcus implere.ſuper verb.*Mortuo itaque teſt.*j.n.188,fol.94 parte ij
Pia cauſa an poſsit in contractu hæres inſtitui. ſuper verbo,*Duas habens filias*,n.212,fol.31 parte j
Pia cauſa in quacunque diſpoſitione nominetur hæres, ſuccedet. ſuper verbo,*Duas habens filias*,numer.211 folio 31 parte j
Piæ cauſæ ratione præteriri poteſt filius. ſuper verbo, *In eodem teſt.reling.*j.n.139,fol.195 parte i
Piæ cauſæ iudicis officio expediendæ etiam parte non vocata.ſuper verbo,*Condidit*,j.n.65,fol.144 parte j
Pigmei anno ætatis quarto generant. ſuper verb. *Qui cum alia matr.contrah.*n.67,fol.10 parte iij
Piis legatis ſoluendis nulla opus eſt monitione hæredis.ſuper verb.*Si abſque liberis mor.ij.*de leg.& fideic. n.200,fol.77 parte ij
pium opus eſt domos reficere. ſuper verbo, *Domum*, n.20,fol.179 parte j
Pilati ad Tyberium epiſtola de Chriſto. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.*j.n.246,fol.99 parte ij
Pilati ſententia in quibus peccauit. ſuper verb.*mortuo itaque teſtatore*,j. n.243,244,247,254,& 255, folio 99 parte ij
Pilati ſententiæ iniquitas.in quæſt. An occid.pecc.lic. n.52,& 53,fol.59 & 51 parte iij
Pilatus ad clamorem populi, non ritè Chriſtum damnauit. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.*j.n.190,fol.94 parte ij
Pindari domui pepercit Alexander.ſuper ver.*Adiectæ impuberi*,n.33,fol.217 parte j
Pipini hiſtoria. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.n.65,fol.72 parte j
Pipini geſta pro eccleſia. ſuper verb.*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.j.n.63,fol.72 parte j
Pipinus fit rex,pulſo ignauo Childerico. ſuper verbo, *Dotem*,n.57,fol.176 parte ij
Piſcatores & aucupes à caſtris pellendi. ſuper verbo, *Teſtamentum*,j.n.26,fol.149 parte j
Piſiſtrati Athenienſis ſcite dictum. ſuper ver.*Condidit*, j.n.59,fol.144 parte j
Piſiſtrati moderatio. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.*j. n.240,fol.98 parte ij
Pitadoris Ponti regina quæ bella geſſerit. ſuper verb. *Duas habens filias*,n.10,fol.8 parte j
¶ Planetæ ſeptem quid in fœtu operentur.ſuper verb. *Et ſoboles quam geſt.in vtero*,n.24,fol.7 parte ij
Plato de quatuor rebus Deo gratias agebat.ſuper ver. *Duas habens filias*,n.135,fol.24 parte j
Platonis de Chriſto teſtimonium. ſuper verbo,*mortuo itaque teſt.*j.n.261,fol.100 parte ij
plebi nulla olim in Gallia dabatur authoritas. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ.v. num.402 folio 126 parte j
plebs ſolo inſignis viri conſpectu obmuteſcit. ſuper verbo,*Et vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.401,fol.126 parte j
plena, verbum, facit poſſeſsionem plenam eſſe dominium.ſuper verbo,*Cætera bona*,n.15,fol.231 parte j
¶ Pœna lucri ceſſans quis ad matrimonium cogi poteſt. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.*n.10,& 11,fol.130 parte ij
pœna per teſtatorem hæredi impoſita,ſi quid non impleat,an valeat. ſuper verb. *Si abſque liberis mor.ij.*de leg.& fideic.n.220,fol.79 parte ij
pœna quæ propriè dicatur. ſuper verbo, *Cuidam Petro trad.*n.7,fol.130 parte ij
pœna interlocutoriæ ſententiæ non eſt perpetua. in q. An occid.pecc.lic.n.49,fol.50 parte iij
pœna ſolum committitur volente eo cui applicatur. ſuper verb.*In eod.teſt.reling.*j.n.90,fol.190 parte j
Pœna nemini præſtat immunitatem.ſuper verb.*mortuo itaque teſt.*j.n.36,fol.83 parte 2
Pœna interloquendo indicta non eſt perpetua. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.*1,n.225,fol.97 parte 2
Pœna corporalis non debet in pecuniariam verti. in quæſt

BIU Cujas

quæst. An occid. pecc. lic. num. 28, fol. 49 parte iij
Pœna corporalis in pecuniariam statuto cõuersa quomodo intelligatur. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 64, fol. 138 parte ij
Pœna relegationis & banni exercetur in absentem. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 157, fol. 91 parte ij
Pœna occcupantium possessiones locum non habet in Gallia. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. n. 148, fol. 74 parte j
Pœna in matrimoniis indici non debet. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 51, fol. 9 parte iij
Pœnæ non debentur in foro conscientiæ. super verb. *Si absque liberis mor.* n. 32, & 33, fol. 15 parte ij
Pœnæ debent commensurari delictis. in quæst. de homicid. n. 6, fol. 38 parte iij
Pœnarum incursarum solutio non onerat conscientiam exequutoris testamenti. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* n. 31, fol. 15 parte ij
Pœnas ob maleficia lui ratio suadet. super ver. *Mortuo itaque test.* j. n. 102, fol. 87 parte ij
pœnitentia sola non reuocat testamentum. super ver. *Testamentum, ij.* n. 8, fol. 158 parte j
Pompeij debita solui iussit Cæsar. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 290, fol. 117 parte j
Pompeius templo pepercit capta vrbe Ierosolymitana. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. j. n. 18 folio 65 parte j
pontem reficere obligatus, an teneatur si auctus est. super ver. *Et sob. quam gest. in vtero,* n. 56, fol. 10 parte ij
pontifex contra Francorum consuetudinem nihil tentat. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 168 folio 83 parte j
pontifex quidam celebrando intoxicatus. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 13, fol. 82 parte ij
pontifices ex Gallia oriundi. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 57, fol. 71 parte j
Populi voces quatenus admittendæ. in quæst. An occi. pecc. lic. n. 55, fol. 51 parte iij
populi vox quatenus admittenda. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 192, fol. 94 parte ij
populi fauore, nec liberari debet quis, nec damnari. super ver. *Mortuo itaq; test.* j. n. 238, fol. 98 parte ij
populi consensum adhibent cauti principes, cùm leges condere volunt. super verb. *Et vxorem nomine Adel.* n. 231, fol. 61 parte j
populus non est sequendus in condemnando. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. n. 195, fol. 94 parte ij
Porrigi est idem quod extendi. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* n. 21, fol. 18 parte ij
portenta alia ratione dicta. super ver. *Quæ filium ex eo suscip.* n. 28, fol. 4 parte iij
portenta quare dicantur. super verbo, *Quæ filium ex eo suscip.* n. 20, & 21, fol. 4 parte iij
portus armorum est crimen priuilegiatum. super ver. *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 146, fol. 79, parte j
Positus in extremis quis dicatur. super ver. *In extremis positus,* n. 16. fol. 155 parte j
possessio transfertur per clausulam constituti. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* n. 78, fol. 117 parte ij
possessio an iure possit transferri sine aliquo actu. super verbo, *Mortuo itaq; test. ij.* n. 72, fol. 116 parte ij
possessio in ecclesiam ipso iure transfertur. super ver. *Mortuo itaq; test. ij.* n. 79, fol. 117 parte ij
possessio de patre ad filium, in quibus casibus continuetur. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* n. 69, fol. 116 parte ij
Possessio in feudis, an in hærede transeat in Gallia. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* n. 75, fol. 117 parte ij
Possessio etiam spiritualium in episcopis non est fundata iure communi. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. j. n. 24, fol. 66 parte j
possessione in hæredem in Gallia translata nihilominus agit interdicto adipiscendæ. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* n. 81, fol. 117 parte ij
possessiones ob iura, & redditur Canonicatui postea obuenientes, an censeantur vt fructus, vel vt pars dictæ dignitatis. in quæst. de Camerar. Lugd. n. 1, fol. 33 parte iij
Possessiua nomina, meum, tuum, suum, ad vniuersalem dispositionem non restringuntur. super verbo, *Cætera bona,* n. 13, fol. 230 parte j
possessoria duo remedia in Gallia. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* n. 73, fol. 116 parte ij
possessoria remedia cui competunt, domino, an colono. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 416, fol. 127 parte j
Possessorij causa in beneficialibus agitur coram iudice seculari in Gallia. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 38, & 39, fol. 70 parte j
possessionum appellatione quid veniat. super verbo, *Cætera bona,* n. 14, fol. 231 parte j
possidere non propriè dicitur quis, id quod arbitrio alterius sibi facilè potest auferri. in quæst. de Vendi. n. 12, fol. 52 parte iij
Posthumi generalis institutio, an bastardum comprehendat. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero,* n. 14, folio 6 parte ij
posthumij in filium seueritas. super verb. *In eodem test. relinq.* j. n. 71, folio 189 parte j
posthumo dari potest tutor, & etiam substitui. super verbo, *Et soboles quam gest.* n. 34, folio 8 parte ij
posthumo præterito, an possit testamentum ab eo validari. super verbo, *In eodem testamento relinquens,* i. n. 118, folio 193 parte i
Posthumum sufficit generaliter instituí. super verbo, *Et soboles quam gest.* n. 13, folio 6 parte 2
Posthumus legitimari potest. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero,* n. 22, folio 7 parte 2
Posthumus, nec exhæredari potest, nec præteriri. super verbo, *Et soboles quàm gestabat in vtero,* num. 15, fol. 6 parte 2
Posthumus an dicatur, qui secto vtero extractus est. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero,* num. 16 & 18, folio 6 parte 2
Posthumus nondum est homo, nec in patris est potestate, nec baptizari potest. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero,* n. 19, folio 6 parte 2
Posthumus præteritus, qui viuente patre decessit, testamentum non rumpit. super verbo, *In eodem test. relinq.* i. n. 226, folio 203 parte i
Posthumus exhæredari non potest. super verbo, *In eodem test. relinq.* i, n. 13, folio 210 parte i
Posthumus suus, vel alienus, potest instituí. super verb. *Et soboles quam gestabat in vtero,* n. 7, folio 6 parte 2
Posthumus non est nisi conceptus sit tempore mortis testatoris. super verbo, *& soboles quam gest. in vtero,* n. 38, folio 8 parte 2
Posthumis potest libertas relinqui. super verb. *& sob. quam gestabat in vtero,* n. 33, folio 8 parte 2
posthumus quomodo nascendo rumpat testamentum patris. super verbo, *& soboles quam gestabat in vtero,* n. 10, fol. 6 parte 2
Potens à non potenti extorquens præsumitur violentus. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 440

BIU Cujas

numero 440,folio 128 parte j
Potestate voluntaria lædi non potest ius alterius.super verbo,*Condidit*,j.n.23,fol.140 parte j
¶ Pragmaticæ quare non debuit renunciare rex Ludouicus. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de pup. subst.n.44,fol.65 parte ij
Pragmaticam tenetur rex obseruare, sicut & ecclesia. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.nu.112 folio 76 parte j
Prandium presbyteris debitum , an sit dandum, si eorum numerus sit auctus.super verbo,*Et soboles quam gest.in vtero*,n.54,fol.9 parte ij
Præcedere contingit tribus modis.super verbo,*Testamentum,ij.*n.30,fol.160 parte j
Prædæ omnia hodie exposita. super verbo,*Condidit*,j. n.41,fol.142 parte j
Præcipitatio est nouerca iustitiæ. super verbo,*Mortuo itaque test.*j.n.198,fol.95 parte ij
Prægnans cogi non debet ire ad iudicium personaliter.super verbo,*Et soboles quam gest.in vtero*,num.57 folio 10 parte ij
Prægnante damnata,expectatur partus. super verbo, *Et soboles quam gestabat in vtero*, numero 60,fol.10 parte ij
Prælati Gallię cognoscere prohibentur de reali actione,& de hypothecaria. super ver.*Et vxorem nomine Adel.*decis ij.n.49,fol.71 parte j
Prælaturas non peti,sed præstari debere. super verbo, *Duas habens filias*,n.62,fol.15 parte j
Præmium victori promissum , an plures simul capere possint.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.v. n.47,& 48,fol.98 parte j
Præposteratio non vitiat testamentum. super verbo, *Cætera bona*,n.64,fol.235 parte j
Prerogare iurisdictionem in alium non potest qui sub iuramento fidelitatis est de iurisdictione alicuius, sine consensu eius. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*decis.ij.n.54,fol.71 parte j
Prærogatiua regis Galliæ in electionibus. super verb. *Et vxorem nomine Adelas.* decis.ij. num.117, fol.77 parte j
Prerogatiuæ regis Galliæ sunt quatuor rationes.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.ij.n.84,fol.74 parte j
Præscriptio currit contra existentem in vtero. super verbo,*Et soboles quam gestabat in vtero*,num.4,fol.5 parte ij
Prescriptione immobilium quæritur vtile dominium. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis.v.nu.363 folio 123 parte j
Presentare clericum ob ius patronatus rei dotalis non pertinet ad virum,sed ad vxorem.in quæst.de Thesauraria,n.6,fol.44 parte iij
Presentatus per mulierem in causa dotis prefertur presentato per virum. super verbo,*Duas habens filias*, n.3,fol.8 parte j
Præsidentes computorum in Gallia. super verbo,*& vxorem nomine Adelasiam*, decis.ij.num.218,fol.87 parte j
Præsumitur quis semper intestatus decessisse. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*,num.3,folio 37 parte j
Præsumptio iuris & de iure nullam in contrarium admittit probationem, nisi per confessionem. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, numero 9, folio 3 parte iij
Presumptio debilis pro reo confundit fortiorem acto ris. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.*nu.254,& 255,fol.18 parte iij
Præter & contra sunt synonyma. super verb. *In eodem test.reling.*j.n.68,fol.189 parte j
Præteriri quis dicatur.super verb. *In eodem test.reling.*j. n.250,fol.206 parte j
Præteritio filij legata non vitiat.super verbo,*In eodem test.reling.*j.n.234,235,& 236,fol.204 parte j
Præteritio triplex.super verb.*Adiiciens vt Alterocha*, n.9.10,& 11,fol.3 parte ij
Præterito filio tacente,an maneat fixum testamentum. super verbo, *In eodem test.reling.*j.n.84,& 85,fol.190 parte j
Præteritio est duplex. super verb.*In eodem test.reling.*j. n.17,fol.185 parte j
Preteritio filij quo ad solam institutionem vitiat testamentum. super verbo,*In eodem test.reling.*j.num.230 folio 204 parte j
Præteritus filius cum iustæ causæ insertione , excluditur. super verbo,*In eodem test.reling.*j.n.228,fol.204 parte j
Preces regis debent esse pro benemeritis eligendis.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij. num.92 folio 74 parte j
Preces principis ad eligentes benignæ esse debent. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.num.81 folio 73 parte j
Preces principis iustum inducunt metum. super verb. *Condidit,ij.*n.2,fol.144 parte j
Preces principis pecuniariæ electionem non impediunt.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.ij. n.89,fol.74 parte j
Primogeniti filius, an alteri fratri præferatur. super verb.*In eod.test.reling.*j.n.188,fol.199 parte j
Primogeniti filius, quando secundogenito preferatur. super verbo,*In eodem test.reling.*j.n.198,& 199,f.201 parte j
Primogeniti iuri nil officit,si alij fratres bonis se simul immiscеant. super verbo,*In eodem test.reling.*j.n.146 folio 195 parte j
Primogenito promissum non debetur filiæ. super ver. *In eodem test.reling.*j.n.173,fol.198 parte j
Primogenitos plus diligunt parentes. super verbo, *In eodem test.reling.*j.n.172,fol.198 parte j
Primogenitum nominans dispositio facit omnes eius descendentes eo iure gaudere.super verbo,*In eodem test.reling.*j.n.192,fol.199 parte j
Primogenitura vendi nedum transmitti potest. super verb.*In eodem test.reling.*j.n.189,fol.199 parte j
Primogenitura est dignitas. super verbo,*In eodem test. reling.*j.n.165,fol.197 parte j
Primogenituræ fauent omnia iura. in quæst.de matrimon.n.4,fol.35 parte iij
Primogenituræ ius transmittitur etiam viuo patre.super verb.*In eodem test.reling.*j.n.187,fol.199 parte j
Primogenituræ iura.super verbo,*In eodem test.reling.*j. n.157,fol.196 parte j
Primogenituræ iuri non potest pater detrahere. super verb.*In eodem test.reling.*j.n.147,fol.195 parte j
Primogenitus etiam viuente patre dici potest rex. super verb.*In eodem test.reling.*j.n.166,fol.197 parte j
Primogenitus præfertur in feudis.super ver.*In eodem test.reling.*i,n.169,fol.197 parte i
Primogenitus quis dicatur. super verbo,*In eodem test. reling.*i.n.156,fol.196 parte i
Primogenitus bona primogenituræ non tenetur aliis conferre. super verbo,*In eodem testam.reling.*i,num.

BIU Cujas

144,folio 195 parte j
Primogenitus humanæ naturæ Cain damnatus. super verbo,*In eodem test.relinquens*,j.num.208,folio 202 parte j
Primogenitus in Gallia etiam viuente patre est dominus. super verbo,*mortuo itaque test.ij.* num.50,fol.115 parte ij
Primogenitus regis non implens patris voluntatem non priuatur hæreditate. super verbo,*In eodem test. relinq.*j.n.164,fol.197 parte j
Primogenitus ob bonum publicum solus succedit.super ver.*In eodem test.relinq.*j.n.171,fol.197 parte j
Princeps reuocare non potest concessionem capta pecunia factam. super verbo,*Duas habens filias*,nu.36 folio 12 parte j
Princeps solo titulo ius transfert,& possessionem.super ver.*Eidem impuberi succed.*n.9,fol.11 parte ij
Princeps secularis iure communi fouetur super temporalibus ab ecclesia possessis. super ver.*Et vxorem nomine Adel.*decis.j.n.23,fol.66 parte j
Princeps non semper, sed aliquando nominare debet in electionibus. super ver.*Et vxorem nomine Adel.* decis.ij.n.108,fol.76 parte j
Princeps non factum pro facto habere potest. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.* decis.v.numero 498 folio 133 parte j
Princeps quibus rationibus debet auro assimilari. super ver.*Duas habens filias*,n.103,fol.25 parte j
Princeps potestate abutens venit priuandus.super verbo,*Condidit*,j.n.39,fol.19 parte j
Princeps non meritum nominans peccat.super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*,decis.ij.num.99,fol.75 parte j
Principes non testantur de suis dignitatibus.super verbo,*In eodem test.relinq.*j.n.150,fol.195 parte j
Principes & curiales cogere non possunt puellas ad choreas & conuiuia. super verb.*Cuidam Petro trad.* n.74,fol.140 parte ij
Principi bene regnanti quatuor sunt necessaria. super verbo,*Raynutius*,n.7,fol.1 parte j
Principi negligenti dandus conductor. super verbo, *Condidit*,j.n.40,fol.142 parte j
Principis nominatio violenta,aut comminatoria nihil operatur. super ver.*Et vxorem nomine Adel.*decis.ij. n.90,fol.74 parte j
Priore loco scriptus præsumitur tempore prior. in q. de Canonic.n.7,fol.42 parte iij
Prioritas supplicationum probari potest per testes. in quæst.de Canonic.n.6,fol.42 parte iij
Priuilegia propter seruitia maximè regnis concessa non possunt reuocari. super verbo, *Si absque liberis moreretur,ij.* de fideicom.subst. numero 43,folio 65 parte ij
Priuilegio Carolo concesso renunciauit Ludouicus, de electione Pontificis,alia verò retinuit.super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*decis.ij.num.76,& 77 folio 73 parte j
Priuilegio agricolarum renunciari non potest. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*decis.v.n.344,fol.121 parte j
Priuilegium & consuetudo æquiparantur.super verb. *Mortuo itaque test.ij.*n.76,fol.117 parte ij
Priuilegium eo ipso cessat, quòd incipit esse damnosum. super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.251,252 & 253,fol.62 parte j
Priuilegium amittit,qui abutitur.super verb.*In eodem testamento relinquens,ij.*numero 3,folio 209 parte j
Priuilegium cessat quando incipit esse damnosum, & iniquum.super verbo,*Et vxorem nomine Adel.*n.189 folio 58 parte j
Priuilegium alicui, & filiis eius concessum non extenditur ad bastardos. super verbo, *Raynutius*, num.40 folio 4 parte j
Priuilegium,quòd filius sequatur conditionem matris valet, si fuerit toti communitati concessum, secus si priuatæ personæ. super verbo, *Raynutius*,numero 15 folio 2 parte j
Priuilegium idem habet familia,quod dominus.super verbo,*Si absque liberis mor.ij.*de pup.subst.numer.45 folio 36 parte ij
Priuilegium in corpore iuris clausum reuocatur per ius nouum contrarium.super ver.*Mortuo itaque test. ij.*n.173,fol.125 parte ij
Priuilegium alicui & liberis concessum competit etiam filiæ viduæ. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrahens*,n.167,fol.14 parte iij
Priuilegium vel consuetudo,quòd filius à patre denominetur,an valeat. super verbo,*Raynutius*,numer.14 folio 2 parte j
Probari quomodo debeat, quòd quis aliquem testari prohibuerit.super ver.*Condidit,ij.*n.13,f.145 parte j
Probatio dubia non releuat probantem. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis.v. num.453, folio 129 parte j
Probatio anceps nihil probat. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.n.208,fol.96 parte ij
Probatio concludere debet per necesse. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis.v.num.452,fol.129 parte j
Probatio concludere debet per necesse. super verbo, *Mortuo itaque test.*j.n.209,fol.96 parte ij
Probationis onere agens sicut accusans pariter tenentur. super verbo,*Mortuo itaque test.*j.num.153,fol.91 parte ij
Procurator regius accusans non tenetur de præsumpta calumnia ex defectu probationis. super ver.*Mortuo itaque test.*j.n.204,fol.95 parte ij
Procuratorum animarum officium. super ver.*Si absq; liberis mor.ij.* de leg.& fideicom. numero 195,fol.77 parte ij
Proconsules vetantur secum ducere vxores.super ver. *Duas habens filias*,n.26,fol.11 parte j
Prodigalitas triplex.super verbo,*Mortuo itaque test.*j. n.311,fol.104 parte ij
Prodigus in lucro captando consensum habet. super verbo,*Adiectæ impuberi*,n.66,fol.220 parte j
Proditio aggrauat delictum. in quæst.de homicid.n.35 folio 40 parte iij
Professio simplex non facit bona profitentis monasterio acquiri. super verbo, *Et vxorem nomine Adelas.* decis.ij.n.3,fol.67 parte j
Profitentium religionem bona non dedicantur, sed proximioribus accrescunt. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.*n.221,fol.60 parte j
Prohibitio concilij habet vim decreti irritantis.in quæstio.de episc.n.31,fol.29 parte iij
Prohibitus alicui relinquere etiam est prohibitus per intermediam personam. super verb. *Si absque liberis moreretur,ij.* de pup.subst. numero 76,& 78,folio 39 parte ij
Prohibitus alienare in potentiorem, poterit in filium etiam potentiorem alienare. super ver. *Mortuo itaq; test.ij.*n.56,fol.115 parte ij
Promissio bonorum post mortem valet. super verbo, *Duas*

BIU Cujas

Duas habens filias, numero 205, folio 30 parte j
Promissio præsumitur precessisse refutationem. super verbo, *Mortuo itaque testatore, ij.* num. 99 folio 119 parte ij
Promittens non contrauenire, intelligi debet secundum naturam contractus. super verb. *Testamentum, iiij.* num. 29, fol. 169 parte j
Promittentem stare declarationi alterius, an necesse sit adesse declarationi. super verb. *In eodem testam. relinq. ij.* num. 17, fol. 185 parte j
Pronomina meum, tuum, suum. super verb. *Cætera bona*, num. 25, fol. 232 parte j
Propheta à Leone interfectus. super verb. *mortuo itaq; test. j.* num. 11. fol. 82 parte ij
Propter, dictio, causam notat mediatam. super verbo, *Cætera bona*, num. 29, fol. 232 parte j
Proprietario & non vsufructuario obueniunt commissa quæ ipso iure committuntur. in quæst. de Thesaurarla, num. 5, fol. 44 parte iij
Proximior rem venditam retrahere potens non intelligitur bastardus. super verb. *& vxorem nom. Adel.* decis. v. num. 153 & 154, fol. 107 parte j
Protestatio ius accrescendi non impedit. super verb. *& vxorem nomine Adel.* num. 103, fol. 50 parte j
Protonotarij hodie sunt loco notariorum, olim gesta sanctorum scribentium. super verb. *Et vxorem nom. Adel.* decis. j. num. 3, fol. 64 parte j
Protonotarij dignitas & officium. super verb. *Adiectæ impuberi*, num. 14, fol. 215 parte j
Prouisio expressa hominis cessare facit tacitam prouisionem legis. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* num. 108, fol. 28 parte ij
Prouisio de dignitate vacatura est nulla. in quæst. de Episc. num. 78, fol. 31 parte iij
Prouisio semel nulla, non validatur per superuenientem consensum. in quæst. de episc. n. 64, f. 30, par. iij
Prouisio in tempus mortis, an valeat. in quæst. de epis. n. 5, fol. 27 parte iij
Prouisio in vnum casum, quando extenditur ad alium. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* num. 101, folio 27 parte ij
¶ Publica vtilitas in agricultura. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numer. 339, folio 121 parte j
Publica vtilitas præfertur vtilitati matris. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 51, fol. 46 parte j
Publicè interest testandi facultas. super verbo, *Testamentum*, j. n. 8, fol. 148 parte j
Publicorum itinerum cognitio ad iudices regios spectat. super verb. *& vxorem nomine Adelas.* decisio. ij. n. 146, fol. 79 parte j
Pudicitia olim Romanorum. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* n. 237, fol. 17 parte iij
Pulchritudo mulieris est interdum causa matrimonij. super verb. *Cuidam Petro trad.* num. 26, folio 132 parte ij
Pulchritudo vxoris quibus noceat. super verb. *Cuidam Petro trad.* n. 30, fol. 133 parte ij
Punitur aliquando quis de crimine non commisso. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. n. 341, fol. 106 parte ij
Pupillari substitutione succeditur pupillo. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. substit. num. 80, fol. 39 parte ij
Pupillaris substitutio inter liberos valet minus solennis. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. substit. n. 57, fol. 37 parte ij
Pupillaris, vt valeat, debet fieri impuberi. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* de pup. substit. n. 27. f. 34 parte ij
Pupillaris substitutio finitur ex persona substit. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pupil. substit. num. 110 fol. 42 parte ij
Pupillaris an firmetur aditione facta ex tacita vulgari. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* de pup. substit. n. 69 fol. 39 parte ij
Pupillaris substitutio dicitur testamentum patris. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 12, f. 43 parte j
Pupill. substitutio à matre facta, an valeat iure fideicommissi. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. substit. n. 36, fol. 35 parte ij
Pupillaris substitutionis effectus. super verb. *Si absque liberis morer. ij.* de pupil. substit. numero 72, folio 39 parte ij
Pupillaris & exemplaris an conueniant in materia producibili. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de exemplari substit. n. 9, fol. 44 parte j
Pupillaris substitutio finitur si pupillus ingrediatur monasterium. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pup. substit. n. 113 & 114. fol. 42 parte ij
Pupillaris substitutionis spes non venit in confiscatione bonorum. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pup. substit. n. 118, fol. 43 parte ij
Pupillaris substitutio est vnum cum testamẽto patris. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. substit. n. 54 fol. 37 parte ij
Pupillaris vt valeat oportet vt pater sibi faciat testamentum. super verb. *si absq; lib. mor. ij.* de pup. substit. n. 53, fol. 37 parte ij
Pupillaris & exemplaris an conueniant in causa producente. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de exempla. substit. n. 3, fol. 44 parte ij
Pupillaris expressa quando non continet tacitam vulgarem. super verb. *Si absq; lib. mor. ij.* de pupil. substit. n. 73 & 79, fol. 39 parte ij
Pupillari substitutione fit alius pupillo hæres suus & necessarius. super ver. *si absq; lib. mor. ij.* de pup. substit. n. 105, fol. 42 parte ij
Pupillaris tacita quadruplex. super verb. *Si absque lib. mor. ij.* de pupillari substitutione, numero 91, folio 41 parte ij
Pupillaris substitutio qualiter finiatur ex persona testatoris. super verb. *si absq; lib. mor. ij.* de pup. substit. n. 109, fol. 42 parte ij
Pupillaris substitutio quibus verbis fiat. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pupil. substit. n. 13 & 14, fol. 33 parte ij
Pupillaris facta non suo valet, vt fideicommissum. super verb. *Si absque liberis mor.* ij. de pupil. substit. n. 48 fol. 37 parte ij
Pupillaris substitutio fieri potest in codicillis. super verb. *Testamentum*, j. n. 80, fol. 155 parte j
Pupillaris substitutio habet insitam conditionem, si in pupillari ætate decesserit. super verb. *si absque liberis mor.* ij. n. 140, fol. 31 parte ij
Pupillaris substitutio matrem & alios excludit. super verb. *Si absque liberis mor.* ij. de pup. substit. n. 86, f. 40 parte ij
Pupillaris substitutio vt valeat, quæ requirantur. super verb. *Si absq; liberis mor.* ij. de pup. substit. num. 20 fol. 34 parte ij
Pupillaris vt sit substitutio, duo requiruntur. super verbo, *Si absq; liberis mor.* ij. n. 23, fol. 18 parte ij
Pupillaris quando contineri possit in breuiloqua. super verb. *Si absq; liberis mor.* ij. de pup. substit. num. 103 folio 42 parte ij

BIU Cujas

Pupillaris fieri debet instituto vel exhæredato. super verb. *si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 60. fol. 38 parte ij

Pupillaris vt valeat, fieri debet in potestate testatoris constituto. super verb. *si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 31, fol. 35 parte ij

Pupillaris substitutio quo iure introducta. super verb. *si absque liberis mor. ij.* de pupil. subst. n. 19 folio 34 parte ij

Pupillaris tacita matrem an excludat. super verbo, *Si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. n. 88 & 89 fol. 40 parte ij

Pupillaris contenta in compendiosa excludit matrem. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. n. 104 fol. 42 parte ij

Pupillaris contenta sub breuiloqua matrem excludit. super ver. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. n. 102 fol. 41 parte ij

Pupillaris vt valeat, debet fieri filio legitimo. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. n. 21. fol. 34 parte ij

Pupillaris tacita contenta in vulgari, & econtrà, dicitur substitutio scripta. super verb. *si absq; lib. mor.* ij. n. 110, fol. 28 parte ij

Pupillaris substitutio an remitti possit. super verbo. *si absque liberis mor.* ij. de fideic. subst. n. 99 folio 71 parte ij

Pupillaris substitutionis omnia requisita. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. num. 70 folio 39 parte ij

Pupillaris substitutio per verba specialia. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. numer. 8 folio 33 parte ij

Pupillaris an extinguatur ingressu monasterij. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de breuil. subst. n. 55, fol. 53 parte ij

Pupillaris inutilis an tacitam contineat vulgarem. super verb. *si absque lib. mor.* ij. n. 139, fol. 31 parte ij

Pupillaris substitutionis duplex forma. super verbo, *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. num. 4 folio 32 parte ij

Pupillaris substitutio seruatur rupto testamento ex præteritione filij. super verb. *in eod. test. relinq.* j. n. 238 & 239, fol. 205 parte j

Pupillaris substitutio quare introducta. super verbo, *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. numero 2, folio 32 parte ij

Pupillaris substitutio seruatur, licet testamentum sit nullum prꝛteritione filij. super verb *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. n. 67. fol. 39 parte ij

Pupillaris vt valeat, oportet ex testament. patris adiri hæreditatem. super verb. *si absque liberis mor.* ij. De pup. subst. n. 68, fol. 39 parte ij

Pupillaris substitutio adueniente pubertate finit. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. nu. 111 fol. 42 parte ij

Pupillaris substit. quotuplex. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. n. 71, fol. 30 parte ij

Pupillaris substitutio in codicillis. super verb. *si absque liberis morer.* ij. de pupil. subst. numero 59 folio 38 parte ij

Pupillaris substitutio quare videatur improbanda. super verb. *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. nu. 121 & 122, fol. 43 parte ij

Pupillariter substitui non potest ei qui est in potestatem alterius recaturus. super verbo, *si absque liberis mor.* ij. de pup. subst. n. 49 & 50, fol. 37 parte ij

Pupillariter ei substitui non potest qui desinet esse in potestate ante mortem testatoris. super verb. *si absq; liberis moreretur, ij.* de pupil. subst. num. 51 folio 37 parte ij

Pupilli contrahunt sine tutore in Gallia. super verbo, *Adiectæ impuberi*, n. 56, fol. 219 parte j

Pupilli sunt nobilitatis capaces. super verbo, *Adiectæ impuberi*, n. 2, fol. 215 parte j

Pupilli bona alienari possunt non obstante substitutione. super verb. *si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 85, fol. 40 parte ij

Pupilli statuto fieri non possunt testabiles etiam ad pias causas. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 72, fol. 221 parte j

Pupilli habere possunt liberos. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 14, fol. 46 parte j

Pupillo substituo, an faciat substitutionem pupill. expressam. super verb. *si absque liberis mor. ij.* de pupill. subst. n. 17 & 18, fol. 33 parte ij

Pupillo hærede & testatore simul decedentibus, substitutus venit ex pupillari expressa ad bona pupilli, & ex vulgari tacita ad bona testatoris. super verbo, *Si absque liberis moreretur, ij.* numero 116 folio 29 parte ij

Pupillo possunt substitui eius liberi nascituri. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 116 f. 43 parte ij

Pupillus patronus præsentare potest. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 61, fol. 220 parte j

Pupillus sicut testari non potest, ita nec causa mortis donare. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 87 folio 223 parte j

Pupillus sicut testari non potest etiam ad pias causas, ita nec causa mortis donare. super verb. *Testamentum, iij.* n. 5, fol. 167 parte j

Pupillus & prodigus an testentur ad pias causas. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 65, fol. 220 parte j

Pupillus dicitur intestatus decedere, quia testari non potuit. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 9 f. 42 parte j

Pupillus an possit esse iudex, notarius, vel doctor. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 11, fol. 215 parte j

Pupillus cui fit pupil. substitutio an debeat esse in potestate testatoris tempore testa. & mortis. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. nu. 32 folio 35 parte ij

Pupillus non potest notarius creari, etiam vt postea exerceat. super verb. *Adiectæ impuberi*, num. 15, fol. 215 parte j

Pupillus an ex consuetudine testari possit. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 63, fol. 220 parte j

Pupillus stipulari potest rem saluam fore. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 73, fol. 221 parte j

Q

Qvæstoris loco est Galliæ cancellarius. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. ij. n. 195 fol. 85 parte j

Quæstus qui propriè dicantur. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 228, fol. 113 parte j

Quæstus appellatione non continetur hæreditas cuipiam obueniens. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione quinta, numero 229, folio 113 parte j

Qualitatis cuiuslibet delictum aggrauantis est in gratia

BIU Cujas

tia facienda mentio. in quæſt. An occid. peccat. lic. n.34, folio 49 parte iij
Qualitatis delictum aggrauantis facienda eſt mentio in obtinenda venia. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.* j. n.113, folio 88 parte ij
Quandocunque deceſſerit filius ſine liberis, dentur bona pauperibus, quæ ſubſtitutio eſt. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de compend. ſubſt. n.56, fol.60 parte ij
Quandocunque, dictio, quid contineat. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de compend. ſubſt. n.2 folio 54 parte ij
Quandocunque deceſſerit, dictio, facit ſubſtitutionem compendioſam. ſuper ver. *Si abſque lib. mor.ij.* de pupillari ſubſtitutione, numero 15, folio 33 parte ij
Querela inofficioſæ donationis quinquennio excluditur. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.ij.* num.65, folio 115 parte ij
Querela inofficioſæ donationis tranſmittitur ad ſuos. ſuper ver. *Mortuo itaque teſtatore.ij.* nu.145, fol.122 parte ij
Querela contra teſtamentum fratris an tranſmittatur. ſuper ver. *Mortuo itaque teſtatore.ij.* nu.146, fol.123 parte ij
Querelam inoffic. contra teſtamentum filij an tranſmittat pater. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.ij.* nu.147 folio 123 parte ij
Quinquennio excluditur querela inofficioſi teſtamenti. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.ij.* num.64, folio 115 parte ij
Quinti Sceuolæ conſtantia. ſuper ver. *mortuo itaq; teſt.* j.n.191, folio 94 parte ij
Quintus Fabius pictor effectus. ſuper ver. *Condidit*, j. n.53, folio 143 parte j
Quintus Flaminius omnes Græciæ vrbes liberas eſſe iuſsit. ſuper ver. *Duas habens filias*, num.43, folio 13 parte j
Quodammodo, dictio, quandam notat improprietatem. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore.ij.* numero 49, folio 115 parte ij

R

RApiens meretricem, an & quomodo puniatur. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrah.* n.164. & 266, folio 18 parte iij
Raptor meretricis aliquando capitaliter punitur. ſuper ver. *Qui cum alia matrim. contrah.* n.268, fol.18 parte iij
Raptor mortis ſententiam vitat, ſi cum eo rapta contrahere velit. ſuper ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n.53, folio 9 parte iij
Raymundus Tholoſanus comes hæreticus. ſuper ver. *Et vxorem nomine Adelaſiam*, numero 245, folio 62 parte j
Raynutius quare ſit à matre denominatus. ſuper ver. *Raynutius*, n.12, folio 2 parte j
¶ Reciproca facta diſparibus quibus ſuperueniet paritas, quid operetur. ſuper ver. *Si abſque liberis moreretur, ij.* de breuiloq. ſubſtitut. numero 50 folio 53 parte ij
Reciproca quando non contineat niſi vulgarem. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.47, f.52 parte ij
Reciproca diſparibus compendioſè facta quid contineat. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur; ij.* de breuiloq. ſubſt. n.49, folio 53 parte ij
Reciproca an ſit ſpecies ſubſti. ab aliis diſtincta. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.26, fo.51 parte ij
Reciproca ſemper eſt directa. ſuper ver. *Si abſq; liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.19, folio 50 parte ij
Reciproca paribus facta qui poſtea fiunt diſpares, an irritetur. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.54, folio 53 parte ij
Reciproca ſubſt. quomodo fiat. ſuper ver. *Si abſq; lib. mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.1, folio 49 parte ij
Reciproca pupillo & furioſo facta continet pupillarem & exemplarem. ſuper ver. *Si abſq; liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.48, folio 52 parte ij
Reciproca quando contineat militarem. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. num.41, folio 52 parte ij
Reciproca diſparibus facta, non continet fideicommiſſariam. ſuper ver. *Si abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.36, folio 52 parte ij
Reciprocam impedit inæqualiter quæuis ſubſti. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.29, & 31 folio 51 parte ij
Reciprocam quando non impediat diſparitas. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.39, fol.52 parte ij
Reciprocam per militem factam an impediat diſparitas. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſtit. n.40, folio 52 parte ij
Reciprocæ diſparitas non impedit, ſi teſtari ita voluit. ſuper ver. *ſi abſque liberis mor.ij.* de breuil. ſubſt. n.38 folio 52 parte ij
Recognitio ſimplex an probat rem eſſe cenſualem. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. n.445, 446 447, & 448, folio 129 parte j
Recognitio ſimplex probat inter agentes, ſed non contra tertium. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deci. v. n.450, folio 129 parte j
Reconueniri poteſt clericus actione perſonali coram laico. ſuper ver. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. ij. n.124 folio 77 parte j
Rege mortuo, an dicantur officia vacare. ſuper verbo, *Duas habens filias*, n.39, folio 12 parte j
Reges licet eligendi poteſtatem non habeant, ſed tantum præſtandi conſenſum: ſine eo tamen non valet electio. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. ij. n.81, folio 73 parte j
Reges duo ſi non concordent, alternis temporibus adminiſtrabunt. ſuper ver. *In eodem teſt. relinq.* j. nu.178 folio 198 parte j
Reges quare inſtituti. ſuper ver. *Condidit*, j. n.29, f.141 parte j
Reges in Gallia ambitione dominandi occiſi ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. n.162, folio 197 parte j
Regia dignitas per vnum, non per plures regenda. ſuper ver. *In eodem teſtamento relinquens*, j. n.163, fo.197 parte j
Regij domeſtici verecundè puniendi. ſuper ver. *& vxorem nom. Adel.* deciſ. v. n.246, fol.114 parte j
Reginæ cuiuſdam ſagax conſilium. ſuper ver. *Duas habens filias*, n.16, folio 10 parte j
Regis filius etiam viuente patre dicitur rex. ſuper ver. *Mortuo itaque teſt.ij.* n.48, folio 114 parte ij
Regit preces vt eligentibus manus ligent, plura requiruntur. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. ij. n.87, & 88, folio 74 parte 2

BIU Cujas

Index

Regis ius. super ver. *Condidit*, j.n.33, fol.141 parte j
Registrum Papæ quare fiat. in quæst. de canonic. nu.13 folio 43 parte iij
Regnum sanguini non debetur, sed meritis. super verbo, *Condidit*, j.n.35, folio 142 parte j
Regnum totum Angliæ non sufficeret reparationi malorum Galliæ ab eis illatorum. in tract. de duc. Norman. n.120, folio 26 parte iij
Regnum etiam fauore primogeniti non datur testamento. super ver. *In eodem test. reling.* j.n.155, fol.196 parte j
Regnum gubernatur intrà per iustitiam, & extrà per militiam. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis.ij. n.207, folio 86 parte j
Regnum potest filius administrare viuente patre. super ver. *Adiecta impuberi*, n.54, folio 219 parte j
Regula semel malus, quando locum non habeat. super ver. *in eodem testamento relinquens, ij.* nu.44, folio 213 parte j
Regressus, est reseruatio quædam iure reprobata. in quæst. de episc. n.27, folio 29 parte iij
Reipublicæ præpositi non debent suos facere locupletiores. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis.ij. n.104, folio 75 parte j
Reipubl. nil vtilius facere potest iudex, quàm punire delinquentes. super ver. *Mortuo itaque testa.* j.n.103 folio 88 parte ij
Reipub. magis interest fieri matrimonia, quàm testamenta seruari. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n.44, folio 9 parte iij
Reiteratio valere facit conditionem, aliàs inualidam. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis.v.n.426 folio 128 parte j
Reiterationem actus alleganti incumbit onus probandi. super ver. *Testamentum, ij.* n.3, folio 157 parte j
Relicta pro exoneratione conscientiæ debentur, non adita hæreditate. super ver. *Si absque liberis mor.* n.27 folio 15 parte ij
Relictum filio Titij, non censetur relictũ contemplatione patris. super ver. *Raynutius*, n.13, fol.2 parte j
Relictum pro malè ablatis non reuocatur per condemnationem capitis. super ver. *Si absq; liberis mor.* n.30, folio 15 parte ij
Relictum vsusfructus bonorum quid importet. super ver. *Cætera bona*, n.19, folio 231 parte j
Relictum puellæ si nupserit, debetur si religionem intret. super ver. *Dotem quam.* n.9, fol.173 parte j
Relictum filiæ vel extraneæ sub conditione viduitatis expressa vel tacita, an perdatur per secunda vota. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n.211, & 212 f.16 parte iij
Relictum mulieri si cum liberis maneat, viduitatem inducit. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* nu.170 folio 14 parte iij
Relictum alicui, quando vidua erit, valet. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, nu.100, fol.11 parte iij
Relictum ad pias causas etiam per verba adulatoria, etiam cancellatum valet. super ver. *Cætera bona*, n.63 folio 235 parte j
Relictum mulieri si castè & honestè viuat, an inducat viduitatem. super ver. *Qui cum alia matrim. contrah.* n.171, folio 14 parte iij
Relictum ex inutili testamento, quod hæres postea agnouit, & soluere promisit, valet. super ver. *si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. n.174, fol.75 parte ij
Relictum mulieri purè factum, an perdatur per transitum ad secunda vota. super ver. *Qui cum alia matr. contrah.* n.198, folio 15 parte iij
Relictum, si non nubat cum tali, an valeat. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, n.94, folio 11 parte iij
Relictum in vnam causam impossibilem, an conuerti possit in aliam. super ver. *Reliquit*, n.17, 18, & 19, f.225 parte j
Religionem ingrediens non tenetur filium instituere. super verb. *In eodem testamento relinquens*, j.nu.133 folio 194 parte j
Religionem intrans minorum, successioni renunciauit. super verb. *In eodem testamento relinq.* j.num.124 folio 193 parte j
Religionis prætextu spuriis donatur. super ver. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis.v.num.127 folio 104 parte j
Religionis ingressu non finitur vsusfructus. super ver. *Mortuo itaque test.* j.n.298, folio 103 parte ij
Religiosi sunt extra patris potestatem, vbi est fauor eorum, aliàs secus. super ver. *& vxorem nomine Adel.* n.214, folio 60 parte j
Religiosi professi, & in sacris, æquiparantur. in quæst. de homic. n.15 folio 39 parte iij
Religiosus quomodo fiat locus illatione mortui. super verb. *Mortuo itaque testatore*, j.num.70, folio 85 parte ij
Relinquens pro Falcidia, an censeatur instituere. super ver. *In eod. test. reling.* j.n.58, folio 188 parte j
Relinquo, verbum, an & quando importet institutionem. super ver. *Reliquit*, n.1, & 2, folio 223 parte j
Relinquo verbum quando importat institutionem. super ver. *In eod. test. reling.* j.n.57, folio 188 parte j
Relinquo verbum additum vniuersitati operatur institutionem. super ver. *in eodem test. reling.* j.n.275 & 276 folio 209 parte j
Relinquo verbum an importet heredis institutionem. super ver. *In eodem test. reling.* j.num.7, & 8, folio 183 parte j
Relinquo verbum adiectum vniuersitati importat institutionem. super ver. *In eodem test. reling.* j.n.3. f.183 parte j
Rem in genere promittens intelligitur de suis. super ver. *Domum*, n.33, folio 180 parte j
Rem suam quisque potest vacantem relinquere. super ver. *& vxorem nomine Adel.* decis.v.num.371, fol.122 parte j
Rem habere dicitur qui actionem habet ad eam recuperandam. in quæst. de vend. n.13, folio 52 parte iij
Remus à Romulo necatus. super ver. *mortuo itaq; test.* j. n.18, folio 82 parte ij
Remotus ab officio vel dignitate propter vitium personale, nunquam amplius admittitur. super ver. *duas habens filias*, n.223, folio 31 parte j
Renuncians successioni excluſus est omni iure & à quocunq; capite. super ver. *& vxorem nomine Adel.* nu.128, maximè si interuenit iuramentum. num.129 folio 53 parte j
Renuncians omni iuri quod habet, & habere sperat, non comprehendit ius quod postea superueniet. super ver. *Si absque liberis morer. ij.* de fideic. subst. n.112 folio 71 parte ij
Renuncians bonis & futuræ successioni cum iuramento, non potest succedere. super ver. *In eod. test. relin.* j. n.123, folio 193 parte j
Renunciari non potest iuri traditiuo certæ formæ. super ver. *In eodem test. reling.* j.n.75, folio 189 parte j

Renun

BIU Cujas

Renunciationem filiæ iuratã nepotes excludere quomodo intelligatur. super verbo, *Duas habens filias*, num.280.folio 35 parte j
Renunciatio iurata an excludat à bonis emphyteuticariis vel feudalibus. super verbo, *Duas habens filias*, num.284.folio 35 parte j
Renunciatio iurata non ligat eum, qui prius non renunciare iurauerat. super verbo, *Duas habens filias*, num.290.folio 36 parte j
Renunciatio superioritatis regni non valet. in tracta. de duc. Norm. num.49.folio 23 parte iij
Renunciatio iurata nedum filiam, sed & nepotes ex ea excludit. super verbo, *Duas habens filias*, num.276 folio 35 parte j
Renunciatio à filia patri facta valet ante & post matrimonium, etiam si ipsa non sit à notario certiorata de beneficio legis. super verb. *Duas habens filias*, n.260 folio 34 parte j
Renunciatio per pupillum facta quando valeat. super verb. *Adiectæ impuberi*, num.62.folio 220 parte j
Renunciatio generalis facta cum iuramento quid operetur. super verb. *Si absq; lib. mor. ij.* de fideic. substit. num.134.folio 73 parte ij
renunciatio iurata an extendatur ad bona per patrem postea quæsita. super verb. *duas habens filias*, nu.266 folio 34 parte j
Renunciatio filię iurata non extenditur ad paterna bona. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* num.254 folio 63 parte j
renũciatio non trahitur ad ius de nouo superueniens. super verb. *Duas habens filias*, n.287.fol.36 parte j
Renunciatio per filiam in manibus vnius fratris facta, an reliquis prosit. super verb. *duas habens filias*, n.285 folio 35 parte j
Renunciatio beneficij in articulo mortis an valeat. super verb. *In extremis positus*, num.26.fol.136 parte j
Repetitiua verba in codicillis adiecta confirmant legata testamenti. super verbo, *Alterochæ filiæ*, num.5 folio 171 parte j
Repræsentatio filij vice patris locum habet in iure patronatus, feudis, & aliis. super verb. *& vxorem nom. Adel.* decis. v. num.56,57,58,59 & 60.fol.98 parte j
Repræsentatio locum non habet in successione collateralium vltra filios fratrum. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num.102. folio 102 parte j
Repręsentatio & ius accrescendi etiam locum habent in collateralibus. super verb. *& vxorem nomine Ade.* decis. v. num.101. folio 102 parte j
Repræsentationis ius solùm extenditur ad pronepotes. super verbo, *& vxorem nomine Adel. s.* decis. v. num.64.folio 99 parte j
Repræsentationis ius habent nepotes ex priuilegio. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 54 folio 98 parte j
Repræsentationis ius locum etiam habet inter adoptiuos. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n.195 folio 110 parte j
Repudiare & mortuum esse, paria sunt. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 100 folio 102 parte j
Repudiatio hæreditatis, vt valeat, quæ requirantur. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. n.354. folio 107 parte ij
Repudiatio erronea potest perpetuò reuocari. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* n.140. folio 122 parte ij
Repudiatio vnius partis per hæredem facta non valet. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, num.109 folio 51 parte j
Repudiatio an fiat, si quis dicat, nolo adire. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. n.360. folio 107 parte ij
Repudiationem reuocandi facultatem non transmittit filius ad suos. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* n.141 folio 122 parte ij
Repudiationem etiam iudicialiter factam potest filius reuocare. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* n.132. fol.122 parte ij
Repudiationem reuocat filius, licet non aditionem. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* n.128. folio 122 parte ij
Repudiationem lapsu temporis inductam non reuocat filius. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* n.138 folio 122 parte ij
Reseruatio quando erit secura. in quæst. de episc. n.80 & 81. folio 31 parte iij
Reseruationes quando valeant. in quæst. de episc. n.79 folio 31 parte iij
Resignatio cum regressu fieri non potest. In quæst. de episc. n.26. fol.29 parte iij
Resignatio cum retentione pensionis in episcopatu est via tutissima in quæst. de episc. n.76. fol.31 parte iij
Res omnes præsumuntur allodiales. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n.13. fol.68 parte j
Res & bona an conuertantur. super verb. *Cætera bona*, n.12. fol.236 parte j
Res prohibita alienari, alienatur pro dote carnali & spirituali. super verb. *dotem quam*, numero 10. folio 173 parte j
Res errantes & in publico repertas, occupant domini in Gallia. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n.370 & 371. fol.123 parte j
Res nulla prophana immobilis potest in ecclesiam transferri sine consensu principis. super verb, *& vxorem nomine Adel.* decis. iij. n.24. fol.90 parte j
Restituendi verbum est indirectum. super verb. *Testamentum, ij.* n.61. fol.165 parte j
Resurrectio facit testamentum morte non firmari. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. n.324. fol.105 parte ij
Rustici vnde dicti. super verb. *et vxorem nomine Adel.* decis. v. n.463. fol.130 parte j
Retentiones fructuum sunt contra bonos mores. In quæst. de canonic. n.14. fol.43 parte iij
Retractus an locum habeat inter adoptiuos. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n.198 folio 110 parte j
Rex restari non potest de regno. super verbo, *in eodem test. reling.* j. n.148. fol.206 parte j
Rex duos habet angelos. super verb. *Adiectæ impuberi*, n.45. fol.218 parte j
Rex minor xxv. annis an cogatur habere curatorem. super verb. *Adiectæ impub.* n.41. fol.218 parte j
Rex electione creatus non administrat ante xxv. ann. secùs si successione. super verbo, *Adiectæ impuberi*, n.52. fol.219 parte j
Rex minorem filium ex causa an possit præferre maiori. super verb. *In eodem test. reling.* j. n.204 folio 201 parte j
Rex etiam ad papam & metropolitanum prouidendi ius habentes vtitur precibus, sicut ad eligentes. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n.85 folio 74 parte j
Reges Francorum cur christianissimi dicti. in verbo, *& vxorem*, decis. ij. n.73. fol.72
Rex præsidet prælatis ab eo feuda tenentibus. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n.51 & 52. fol.98 parte j
Rex non potest suum legitimare bastardum in præiu-

BIU Cujas

dicium cognatorum.ſuper verbo,& *vxorem nomine Adelaſ.*num.192.fol.58 parte j
Rex libenter omnes audire debet, & officiarios ad ſe venientes benignè recipere.ſuper verb.*duas habens filias*,num. 90 & 91.fol.18 parte j
Rex non poteſt filium grauare,cùm non ab ipſo,ſed à conſuetudine regnum deferatur.ſuper verbo,*In eodem teſt.relinq.*j.num.149.fol.195 parte j
Rex etiam nouiter à ſe parta nequit penitus alienare, ſi ſint intra limites regni.ſuper verb.*& vxorem nom. Adel.*deciſ.ij.num.224.fol.88 parte j
Rex an ante xxv.annos adminiſtrare poſsit.ſuper ver. *Adiectæ impuberi*,num.50.fol.219 parte j
Rex inter alia laudabilia opera debet religionis hoſtes expugnare. ſuper verb.*Duas habens filias*,n.112 folio 21 parte j
Rex abolere poteſt delicta clericorum. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.ij.num.153 folio 81 parte j
¶ Rollo primus Normanorum dux contra Gallos. in tractatu de ducatu Normaniæ, numer.52 folio 23 parte iij
Rollo vxorem repudiat, necat, & ad concubinam reuertitur.in tract.de duc.Norm.n.60.fol.23.parte iij
Rollo Gulielmum filium ex concubina ſuſcepit.in tracta.de duc.Norm.n.54.fol.23 parte iij
Rollo ſarracenus ex damnato coitu Gulielmum habens filium, duxit poſtea filiam regis Galliæ Normoniam in dotem accipiens.in tract.de duc.Norm. num.1 & 3.fol.20 parte iij
Romani pudicitiam omnibus rebus prætulerunt. in verb.*Qui cum alia*,n.237.fol.17 parte iij
Romani tribunos plebis aduerſus cõſules ſtatuerunt. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.38 folio 97 parte j
Romanum pontificem ſine Caroli iuſſu eligi non debere. ſuper verbo,*& vxorem nomine Adel.*deciſ.ij. num.75.fol.73 parte j
Romanum imperium tria deſtruxerunt. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*,num.69.fol.221 parte j
Romulus fratrem interfecit,vt ſolus regnaret. ſuper verb.*In eodem teſt.relinq.*j.n.161.fol.196 parte j
¶ Rupta & cæſa non veniunt in ædificij aut fundi venditione.in quæſt.de vend.n.22.fol.53 parte iij
Ruſtici ad nulla obſequia diuertendi. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adel.*deciſ.v.numero 345 folio 121 parte j
Ruſtici vrbes frequentare naturaliter cupiunt. ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.n.346 fol.121 parte j
Ruſtici inuidi contra nobiles. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.397.fol.125 parte j
Ruſtici non poſſunt ſtatuto cogi ad vendendum in certo loco. ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.v. num.347.fol.121 parte j
Ruſticum xxx.annis præſtitiſſe probandum, vt annuatim teneatur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.429.folio 128 parte j

S

SAbinus primus in iure publicè ſcripſit. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*,deciſ.v.nu.30.fol.96 parte j
Sacerdotes olim tempore miniſterij abſtinebant ab vxoribus. ſuper verb. *Qui cum alia matrim.contrah.* num.113.folio 11 parte iij
Sacerdotes habent priuilegia militũ & aduocatorum. ſuper verb.*Teſtamentum*,j.n.50.folio 153 parte j
Sacerdos quem inſtituens vt reſtituat ſpurio eius,facit fiſcum ſuccedere. ſuper verb. *Condidit*,*ij.*numero 18 folio 146 parte j
Sagittarij cuiuſdam Amazonum portentoſa effigies. ſuper verb.*Quæ filium ex eo ſuſcip.*n.22.fol.4.parte iij
Sal quare aſpergatur ſuper ciuitatibus ob delictum dirutis.ſuper verb.*Qui cum alia matr.contrah.*num.70 folio 10 parte iij
Salaria magiſtratuum diurna. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.*deciſ.v.num.27.folio 96 parte j
Salarium, publico conſtitui poteſt capientibus lupos & vulpes,& alias feras. ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſ.*deciſ.v.num.321.folio 120 parte j
Sales duo in quouis iudice eſſe debent. in quæſt. An occidere peccatores liceat,n.54.fol.51 parte iij
Salica lex quid,& vnde dicta. ſuper verb,*Duas habens filias*,num.74 & 75.folio 16 parte j
Salicæ legis tenor.ſuper verbo,*Duas habens filias*,n.73 folio 16 parte j
Salicæ legis rationes potiſsimæ. ſuper verb.*& vxorem nomine Adel.*num.30.folio 39 parte j
Saliceti laus.ſuper verb.*in eodem teſtamento relinquens*, num.65.folio 189 parte j
Salomon & Achaz anno xj. genuerunt. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*,num.68.fol.10 parte iij
Salomon anno xij.vnctus rex,ſicut & beatus Ludouic. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*,numero 9 folio 215 parte j
Saluangardiam impetrare non poteſt ſubditus contra dominum.ſuper ver.*& vxorem nomine Adel.*deciſ.v. num.390.fol.125 parte j
Sanctificari in vtero quis poteſt. ſuper verb.*& ſoboles quam geſt in vtero*,num.6.folio 5 parte ij
Sanctorum feſta die qua mortui ſunt,non die qua nati celebrantur. ſuper verbo, *Teſtamentum*,*iiij.*num.14 folio 168 parte j
Sanguinis columbini medicina. ſuper verb.*& vxorem nomine Adelaſiam*,deciſione v.numero 310.folio 119 parte j
Sanitas mentis non corporis in teſtamento requiritur. ſuper verbo,*In extremis poſitus*,numero 5 folio 134 parte j
Sapientia quare auro comparatur. ſuper verbo, *Duas habens filias*,num.101.folio 20 parte j
Sapphirus colore ſuo cæleſti trahit ad cæleſtia deſideria. ſuper verbo, *Duas habens filias*, numero 114 folio 21 parte j
Sarracenos perſecutus rex Philippus. ſuper verbo, *Duas habens filias*,num.98.folio 18 parte j
Saturnini martyrium Tholoſæ.ſuper verbo,*quæ filium ex eo ſuſcipiens*,num.44.folio 5 parte iij
Saturnus agriculturæ & ſtercorandi inuentor. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. numero 357 folio 122 parte j
Saturnus agricolarum Deus,& eius mores. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ.v.num.398.fol.125 parte j
Saul & Dauid virtute ad regnum ſunt vocati. ſuper verbo,*Condidit*,j.num.38.folio 142 parte j
¶ Scæuola pila ludebat. ſuper verbo,*Dotem quam ei dederat*,num.64.folio 177 parte j
Schedula in arca teſtatoris poſt mortem inuenta,quando vim habeat teſtamenti.ſuper verb.*Teſtamentum*, j.num.87.folio 156 parte j

BIU Cujas

Alphabeticus.

Scholaris retinet priuilegium, donec incipiat ociosè viuere. super verbo, *Dotem quam.* n. 65. f. 177 parte j

Scholaris appellatione non continetur rector scholarium qui etiam est scholaris. in quæst. de homicid. numero 12 folio 39 parte iij

Scholarium vitia. super verbo, *Adiectæ impuberi*, nu. 39 folio 218 parte j

Sciens vitium, etiam si protestetur, tenebitur, nisi rem specificauerit. in quæst. de vend. n. 17. f. 53 parte iij

Sciens & confusè loquens præsumitur dolosus. In quæstio. de vend. numero 19. folio 53 parte iij

Scientia an suppleat ætatem sicut malitia. super verb. *Adiectæ impuberi*, numero 37. folio 218 parte j

Scipio seipsum interfecit. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. num. 78. folio 86 parte ij

Scripto potest hæreditas adiri. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. num. 373 folio 108 parte ij

Scriptura sola consuetudinum confirmatoria sufficit ad earum probationem. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* num. 39, folio 45 parte j

Scriptura semper loquitur. in quæstio. de canonicatu, num. 11, folio 42 parte iij

Scriptura in quibus plurimùm operetur. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 428, folio 128 parte j

Scythæ vnde sumpserint nomen. super ver. *Quæ filium ex eo suscip.* n. 24, folio 4 parte iij

¶ Secularis potestas non potest infringere id, quod ortum habet ab ecclesiastica. super verbo, *Duas habens filias*, n. 259, folio 34 parte j

Secularis iudex potest laicos prohibere coram ecclesiastico litigare. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. n. 53, folio 71 parte j

Seculi huius status pelago comparatur. super verbo, *Duas habens filias*, n. 106, folio 19 parte j

Secundi matrimonij vxori aut liberis non potest plus relinqui, quàm vni ex primis. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 80, folio 10 parte iij

Securè verbum intelligitur, id est inexpugnabiliter. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. numer. 16, folio 185 parte j

Semel malus an semper malus præsumatur. super ver. *In eodem testamento relinquens, ij.* num. 40, folio 213 parte j

Semiplena probatio accusati præualet plenæ accusatoris. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* nu. 253 folio 18 parte iij

Semiramis à proprio filio interfecta. super verbo, *Cuidam Petro trad.* n. 59, folio 138 parte ij

Semiramis Assyriorum regina Abrahæ seculo floruit, Æthiopes subegit, & Indis bellum intulit. super verbo, *Duas habens filias*, n. 9, folio 8 parte j

Senatores vnde, & à quo instituti. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 70, folio 221 parte j

Seneca à Nerone interfectus. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. n. 217 & 219, folio 96 parte ij

Seneca an Christianus decesserit. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. n. 218, folio 96 parte ij

Senectutis venerandæ exempla. super verbo, *Adiectæ impuberi*, n. 71, folio 221 parte j

Seneschallus Tholosæ concurrit in iurisdictione cum Viguerio & capitulariis. super verb. *& vxorem nomine Adel* decis. v. n. 17, folio 95 parte j

Senium vltimum testari non prohibet. super verbo, *In extremis positus*, n. 6, folio 134 parte j

Sententia debito ordine non seruato non facit intestabilem. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 205 folio 95 parte ij

Sententia quæ reddat intestabilem damnatum. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. n. 97, folio 110 parte ij

Sententia principis ius facit. super ver. *In eodem testa. relinq.* j. n. 197, folio 200 parte j

Sententia non facit instabilem, vbi ille cui ius est, exequi eam non vult. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 185, folio 94 parte ij

Sententia per quam adimitur libertas, ciuitas, aut vita, facit damnatum ilico intestabilem. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. n. 122, folio 89 parte ij

Sententia contra ius constitutionis lata est nulla, sic etiam contra ius consuetudinis. super ver. *& vxorem nomine Adel.* n. 41, folio 45 parte j

Sententia lata contra naturam de falso, non nocet parti. super verb. *In extremis positus*, n. 22, f. 135 parte j

Sententia à fatuo lata fuit valida. super verb. *Adiectæ impuberi*, n. 68, folio 221 parte j

Sententia etiam contra contumacem lata eo ipso facit eum intestabilem. super verb. *Mortuo itaque test.* j. num. 178, folio 93 parte ij

Sententia sola quomodo reddat quem intestabilem. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 125, folio 89 parte ij

Sententia nulla ex defectu ordinis non facit quem intestabilem. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 197 folio 94 parte ij

Sententia lata contra producentem falsos testes non nocet testibus. super verbo, *In extremis positus*, nu. 23 folio 135 parte j

Sententia indigens confirmatione non facit quem intestabilem. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 184 folio 94 parte ij

Sententia à qua est appellatum non facit intestabilem. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 265, folio 100 parte ij

Sententia ad mortem, si quo tempore capi possit damnatus, an valeat. super verbo, *Mortuo itaque testat.* j. num. 149, folio 90 parte ij

Sententiæ capi in Gallia mox fit exequutio, nisi appelletur. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. numero 267 folio 100 parte ij

Sententiæ ratione rebellionis latæ rescinduntur facta pace. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. numero 232 folio 98 parte ij

Sepeliri non possunt damnati sine permissione principis. super verbo, *Mortuo itaque testat.* j. numero 105 folio 88 parte ij

Sepeliri non debet condemnatus sine permissu princi pis. in quæst. An occidere peccatores liceat, num. 25 folio 49 parte iij

Sepultura est quo dammodo testimonium bonæ vitæ. super verb. *Mortuo itaque test.* j. n. 51, f. 84 parte ij

Sepultura defunctis danda & seruanda. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 68, folio 85 parte ij

Sepultura quare in principio testamenti ponatur. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. n. 71, folio 85 parte ij

Sepulturam impedientes sunt infames. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 62, folio 85 parte 2

Sepulturæ priuilegia. super verbo, *Mortuo itaq; test.* i. num. 53, folio 84 parte 2

Serui hæredes vel tutores facti, libertatem acquirunt. super verbo, *Mortuo itaque testatore, ij.* num. 6, fol. 112 parte 2

Serui per Tholosæ ingressum fiunt liberi. super verbo, *& xxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 495 folio 133 parte 1

Seruitia

Seruitia metu dominis facta præsumuntur indebita. super verbo, *Condidit*, j. num. 64. folio 144 parte j
Seruus hæreditarius relictus non acquirit hæredi futuro in casu. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, num. 39. folio 39 parte j
Seruus percutiens clericum, vt eat Romam, & à seruitute liberetur, an audiatur. super verb. *Mortuo itaq; testatore*, j. num. 114 folio 88 parte ij & in quæst. An occidere peccatores liceat, numero 36 folio 49 parte iij
Sesostis in suos magnificentia. super verbo, *duas habens filias*, num. 42. folio 13 parte j
¶ Sigilla regis filia datur Rolloni baptizato, vnà cum Neustria. in tractatu de duc. Norm. num. 56. folio 23 parte iij
Sigillam vxorem occidit Rollo. in tract. de duc. Norm. num. 5. folio 20 parte iij
Siginaldus mente captus ob surrepta ecclesiæ bona. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. j. num. 13 folio 65 parte j
Signatura priore loco expedita, an alteri præferatur. in quæst. de Canonic. num. 3. 5. folio 42 parte iij
Signatura simplex ante leuationem bullarum an aliquid operetur. in quæstio. de Canonic. num. 4 & 18 folio 42 parte iij
Signo aliquo aut sigillo vtens potest alios à simili postea prohibere. super verbo, *Raynutius*, numero 59 folio 5 parte j
Significandi modum vocabulis dant lex, consuetudo, & ipse testator. super verbo, *Eidem impuberi succed.* num. 17 folio 12 parte ij
Simile & idem differunt. super verb. *mortuo itaq; test. ij.* num. 37. folio 114 parte ij
Similitudinis filiorum ad parentes non esse certam legem. super verb. *Quæ filium ex eo suscip.* numero 49 folio 5 parte ij
Similitudo est triplex. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* num. 38. folio 114 parte ij
Similitudo formæ an filiationem probet. super verbo, *Quæ filium ex eo suscipiens*, num. 16. folio 4 parte iij
Similitudo fœtus ad patrem vel matrem quare maior vel minor. super verb. *Quæ filium ex eo suscip.* nu. 47 folio 5 parte iij
Simonides ob cadauer sepultum liberatus à morte. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. num. 61. fol. 84 parte ij
¶ Societas indiuidua, est matrimonium. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 226. fol. 112 parte j
Societas perpetua & ad hæredes transitoria an pacto fieri possit. super verb. *Testamentum, ij.* numero 40 folio 163 parte j
Societas omnium bonorum inter coniuges. super ver. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 227. fol. 113 parte j
Societas non habet partem lucri quod alter suo periculo quæsiuit. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* de fideic. subst. num. 87. folio 70 parte ij
Socius vendens rem, censetur totam vendere, non partem suam. In quæst. de vendit. numero 9 folio 52 parte iij
Sacræ res pro captiuis redimendis & pro fame vendi possunt. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 264 & 265. folio 115 parte j
Sodomita est ilico intestabilis. super verb. *mortuo itaq; test.* j. num. 134. folio 90 parte ij
Sodomitæ omnes in puncto natalis Christi perierunt. super verb. *Cuidam Petro trad.* numero 52. folio 137 parte ij
Sodomiticum scelus quæ mala inducat. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 139. folio 90 parte ij
Sodomiticus coitus nullam inducit affinitatem. super verb. *Mortuo itaq; test.* j. num. 137. folio 90 parte ij
Solennitas iuris tolli non potest per pactum. super ver. *In eodem test. relinq.* j. num. 109. folio 192 parte j
Solennitas substantialis quæ dicatur. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. num. 25. folio 185 parte j
Solennitas in actu à lege requisita formam inducit substantialem. super verb. *In eodem test. relinq.* j. num. 24 folio 185 parte j
Solennitas excusionis ciuilis non seruatur iure canonico. super verb. *Si absq; liberis mor.* ij. de fideic. subst. num. 52. folio 67 parte ij
Solonis industria. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, num. 62. folio 177 parte j
Solui si quis iubeat creditoribus ad dictum talis, an valeat. super verb. *Condidit*, j. num. 10 fol. 139 parte j
Somnium Ludouici ante Philippi filij natiuitatem. in tract. de duc. Norm. num. 80. folio 24 parte iij
Soror à fratre dotata, si pereat dos an redotari ab eo petat. super verb. *Dotem quam.* n. 73. fol. 177 parte j
¶ Specialia duo quando admittantur. super verb. *Reliquit*, num. 36. folio 228 parte j
Spiritualia non possunt per se in pactum deduci, præsertim inter laicos. In quæst. de thesauraria, num. 12 folio 44 parte iij
Spiritualis matrimonij conditione quis potest instituí. super verbo, *Cuidam Petro trad.* num. 12. folio 130 parte ij
Spiritualis hæreditas, non transit ad filios. super verb. *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 200. fol. 110 parte j
Spiritualium filiorum ius. super verb. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 199, 200 & 201 folio 110 parte j
Sponsa simplex non intelligitur maritata, vt statuto excludatur. super verbo, *duas habens filias*, num. 160 folio 26 parte j
Sponsus non succedit sponsæ. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. numero 218 folio 112 parte j
Spuriam tenetur presbyter dotare. super verb. *Dotem quam ei ded.* num. 43 folio 175 parte j
Spuriam an teneatur pater dotare, si ipsa habet bona vel artem vnde viuat. super verb. *dotem quam ei ded.* num. 44 & 45. folio 175 parte j
Spuriæ filiæ pro dote potest relinqui. super verbo, *Et vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 126 folio 104 parte j
Spurij nullo modo succedunt. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisio. v. numero 122 folio 104 parte j
Spurij filius ab auo capere potest. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 131. folio 105 parte j
Spurius nihil quæri potest præter alimenta. super verb. *Testamentum*, j. num 86. folio 156 parte j
Spurina pulcherrimus seipsum deformauit. super ver. *Mortuo itaque testatore*, j. numero 316 folio 104 parte ij
Spurio alimenta possunt relinqui. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 124 folio 104 parte j
Spurio relinqui potest in casu. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 132. folio 105 parte j
Spurius reliquis omnib. excepto patre potest succedere. sup

BIU Cujas

re.super ver.& *vxorem nomine Adel.* decis.v.nu.130 folio 105 parte j
Spurius substitui non potest. super verbo,& *vxorem nomine Adel.*decis v.n.128,folio 105 parte j
Spurius patri nihil etiam relinquere potest.super ver. & *vxorem nomine Adel.* decis.v. num.133, folio 105 parte j
Spurius etiam ex contractu nihil à patre potest capere. super ver. & *vxorem nomine Adel.* decis.v. num.129 folio 105 parte j
¶ Stare quando per hæredem non dicatur quominus impleat.super ver.*Cuidam Petro trad.*n.3 folio 130 parte ij
Statuta matrem propter agnatos excludentia sunt fauorabilia.super ver.& *vxorem nomine Adel.*num.33 folio 45 parte j
Statuta leguntur doctorandis.super ver.& *vxorem nomine Adel.*decis.v.n.24,folio 96 parte j
Statuta intelligi debent secundum leges vltimarum voluntatum. super ver. *Duas habens filias*.num.172 folio 26 parte j
Statuta de legitimis loquentia habent locum in naturalibus,in casibus.super ver.& *vxorem nomine Adel.* decis.v.n.145,folio 107 parte j
Statuta agnatos matri præferentia sunt legi diuinæ consona. super ver.& *vxorem nomine Adel.*num.26 folio 44 parte j
Statuta,quòd agnati matrem excludant, quare introducta.super verb.*Qui cum alia matr.contrah.*nu.214 folio 16 parte iij
Statuta limitari debent secundum ius commune.super ver.*Mortuo itaq; test.*j.n.177,folio 93 parte ij
Statuta quomodo sint strictè intelligenda.super verb. & *vxorem nomine Adel.*n.15,folio 43 parte j
Statuta quando non interpretentur secundũ ius commune. super ver.*in eodem test.relinq.*j.n.83,folio 190 parte j
Statuta confusè loquentia secundum ius commune sunt interpretanda. super ver.& *vxorem nom.Adel.* n.66,folio 48 parte j
Statutum mentionem faciens filij sine liberis defuncti comprehendit pupillum.super ver.& *vxorem nomine Adel.*n.13,folio 43 parte j
Statuto potest pupil.substitutio fieri adulto.super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de pup.subst.n.29,fol.34 parte ij
Statuto quòd primogenitus succedat,non cogitur pater alios filios instituere. super ver.*In eodem testam. relinq.*j.n.143,folio 195 parte j
Statuto Tholosano agnati præferuntur matri. super ver.& *vxorem nomine Adel.*n.27,folio 44 parte j
Statuto perlas portari prohibente mulieres non comprehenduntur. super ver.*Duas habens filias*,num.23 folio 11 parte j
Statuto potest pupillus adire sine tutore. super verbo, *Si absque liberis mor.ij.* de pup.subst.num.30,folio 35 parte ij
Statuto possunt monachi à successione excludi. super ver. & *vxorem nomine Adelasiam*, num.263,fol.63 parte j
Statuto derogari potest iuri in institutione filij & quantitate legitimæ.super ver. *In eodem test.relinq.*j. n.81,& 82,folio 190 parte j
Statuto de intestatis locus est,si filius testamentum fecit, quod ruptum est, vel hæreditatis repudiatione destitutum. super verbo, & *vxorem nomine Adelas.* numero 20,folio 43 parte j
Statutum quòd mulier testari non possit, nec causa mortis donare,valet. super ver.& *vxorem nom. Adel.* decis.v.n.216,folio 111 parte j
Statutum permittens deprehensam in adulterio occidi,an comprehendat prægnantem. super ver.& *sob. quam gest.in vtero*,n.61,folio 10 parte ij
Statutum filias excludens nulla de dote facta mentione,an valeat. super verb.*Duas habens filias*,num.183 folio 28 parte j
Statutum excommunicans canonicum non residentem non habet locum,ni monitus sit. super verbo,*si absque liberis mor.ij.* de leg.& fideic.nu.222; folio 79 parte ij
Statutum non potest dare potestatem tertiæ personæ filiam dotandi,vt excludatur.super ver.*Duas habens filias*,n.173,folio 27 parte j
Statutum loquens de vulgari & pupill. non comprehendit reciprocam. super verb.*Si absq; liberis mor.ij.* de breuil.subst.n.28,folio 50 parte ij
Statutum filias excludens intelligitur, si masculi supersint. super ver.*Duas habens filias*,nu.187,folio 28 parte j
Statutum ad præterita non trahitur. super ver.*duas habens filias*,n.185,folio 28 parte j
Statutum filiam dotatam excludens, etiam excludit totam eius sobolem. super verb. *Duas habens filias*, n.175,folio 27 parte j
Statutum filias excludens,vt locum habeat, duo requiruntur.super verb.*Duas habens filias*,n.141,folio 24 parte j
Statutum quòd vir nihil in testamento dare possit vxori,valet.super ver.& *vxorem nomine Adel.*deci.v. n.215,folio 111 parte j
Statutum non potest habilitare spurios ad succedendum.super ver. *Raynutius*,n.38,folio 4 parte j
Statutum matrem excludens comprehendit omnes ab ea causam habentes. super ver.& *vxorem nom.Adel.* n.36,folio 45 parte j
Statutum diminuens numerum testium in testamento,non extenditur ad codicillos. super verb.*Testamentum,ij.*n.2, folio 161 parte j
Statutum vertens pœnam corporis in pecun. locum non habet in delicto geminato. in quæst. An occid. peccatores liceat,n.32,folio 49 parte iij
Statutum vel consuetudo,quomodo tollatur, & quomodo probetur.super ver.& *vxorem nomine Adelas.* n.38,folio 45 parte j
Statutum prohibens contrahere locum habet in donatione causa mortis. super verbo,*Testamentum,iij.* n.35,folio 170 parte j
Statutum quòd pro hæreditate quid soluatur, non habet locum in hæreditate paterna. super ver. *Mortuo itaque test.ij.*n.53,folio 115 parte ij
Statutum filiam excludens intelligitur, si fuerit dotata. super ver.*Duas habens filias*,n.155,fol.26 parte j
Statutum,quòd masculus fœminam excludat,extenditur ad Iudæos incolas. super ver. *Duas habeno filias*, n.139,fol.24 parte j
Statutum ecclesiæ sancti Aniani Aurelianensis. super verb.& *vxorem nomine Adelasiam*,numero 18,fol.43 parte j
Statutum, quòd masculi fœminas excludant, non habet locum in Franciscano.super ver.*in eodem testam. relinq.*j.n.125,folio 193 parte j
Statutum in contractibus filiæ duos proximiores requirens,locum non habet vbi ea cum patre contrahit.super ver.*Duas habens filias*,n.154,fol.33 parte j

Statu

Statutum vel consuetudo legem imitatur, & aliquando vincit. super verb. *Duas habens filias*, n. 144, fol. 25 parte j

Statutum filias excludens non extenditur ad bona extra territorium sita. super verbo, *Duas habens filias*, n. 140, fol. 24 parte j

Statutum cauens strictam interpretationem non admittit argumentum à contrario sensu. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pupil. subst. num. 11, folio 35 parte ij

Statutum vel consuetudo circa successiones plus potest, quàm homo. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 52. fol. 46 parte j

Statutum filias dotatas excludens est fauorabile. super verbo, *Duas habens filias*, n. 129, folio 23 parte j

Statutum non potest derogare iuramento. super verb. *Duas habens filias*, n. 258, fol. 34 parte j

Statutum permittens filio testari extenditur ad donationem causa mortis. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, n. 26, fol. 39 parte j

Statutum, quòd pater filiam se inscio nubentem non dotet, an valeat. super verbo, *Dotem.* nu. 32 fol. 174 parte j

Statutum, quòd pater & agnati teneantur pro delicto filij, valet. super ver. *In eodem testamento relinquens*, j. n. 217, fol. 202 parte j

Statutum, quòd dominus teneatur pro delicto famulorum. super verb. *In eodem testam. relinq.* j. n. 218. f. 202 parte j

Statutum fœminas excludens an intelligatur stantib. masculis. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* n. 119. 120 & 121, fol. 121 parte ij

Statutum puniens falsos testes locum habet in producente vnum. super verbo, *Duas habens filias*, nu. 142 fol. 24 parte j

Statutum quando dicatur habere vim iuris ciuilis vel prætorij. super verbo, *Duas habens filias*, n. 128, fol. 23 parte j

Statutum filias excludens locum non habet in clericorum hæredibus. super verbo, *Duas habens filias*, n. 145, fol. 25 parte j

Statutum matrem propter agnatos excludens etiam à legitima eam excludit. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 45, fol. 45 parte j

Steriles sunt plus garrulæ, quàm fœcundæ. super verbo, *Cuidam Petro trad.* num. 104 & 105 folio 143 parte ij

Stipendia officiariorum Galliæ, quam summam conficiant. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 37, fol. 97 parte j

Stulti alios stultos putant. in quæst. An accid. pecc. lic. n. 57, fol. 51 parte iij

Stultitia maior est, quum se quis sapientem putat. super verb, *Adiectæ impuberi*, n. 81, fol. 222 parte j

Stultus vitro comparatur. super verbo, *Adiectæ impub.* n. 79 & 80, fol. 222 parte j

¶ Subdelegatus non totam causam, sed vnum articulum subdelegare potest. in quæst. canonic. n. 21, f. 43 parte iij

Subditos ab aliis defendunt domini, vt eos deuorent. super verbo, *Condidit*, j. n. 44, fol. 142 parte j

Submittens se alicui principi, submittit etiam terram & vasallos. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 170, fol. 180 parte j

Substantia in contractibus dupliciter consideratur. super verbo, *Condidit*, j. n. 17, fol. 139 parte j

Substituens reciprocè, vulgariter, pupillariter, & fideicommissariè dat electionem substituto. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. subst. n. 20, fol. 50 parte ij

Substitui in codicillis non potest. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 95, fol. 166 parte j

Substituti adinuicem mixtim nominibus propriis & appellatiuis, an pro portionib. hæreditariis veniant. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. subst. n. 11, 12, 13 & 14, fol. 50 parte ij

Substituti inuicem plures nominibus propriis, an pro portionibus veniant hæreditariis. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. subst. num. 9 folio 49 parte ij

Substituti inuicem plures intelliguntur pro portionibus institutionis. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. subst. n. 5, 6, 7 & 8, fol. 49 parte ij

Substitutio vna continet aliam ex interpretatione extensiua tantùm. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* n. 20, fol. 18 parte ij

Substitutio duplex directa est quintuplex. super verb. *Adiuciens vt Alterocha*, n. 30 & 31, fol. 5 parte j

Substitutio directa est quintuplex. super ver. *Adiuciens vt Alterocha*, n. 32, fol. 5 parte ij

Substitutio habet largissimam interpretationem. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* n. 102, fol. 27, parte j

Substitutio directa an pacto remittatur. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 96, folio 70 parte ij

Substitutio facta filio & eius liberis, & liberorum liberis, an valeat. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de comp. subst. n 52, fol. 59 parte ij

Substitutio in vno casu facta quando non porrigitur ad alium. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* n. 36, 37 38, 39, 40 & 41, fol. 20 parte ij

Substitutio etiam in contractu fieri potest. in quæst. de matrim. n. 3, fol 34 parte iij

Substitutio est secundus gradus respectu institutionis. super verb. *Adiuciens vt Alterocha*, n. 18 & 19, fol. 3 parte ij

Substitutio habetur pro facta, vbi verisimiliter appareret testatorem ita voluisse. in quæst. de matrim. nu. 5 fol. 35 parte iij

substitutio directa alibi quàm in testamento fieri non potest: & si fiat, obliquatur. super verbo, *Adiuciens vt Alterocha*, n. 3 & 4, fol. 3 parte ij

Substitutio iuramento firmata, si directò non possit, valebit iure obliquo. super verbo, *Testamentum, ij.* n. 23, fol. 162 parte j

Substitutio quibus verbis fit. super verbo, *Adiuciens vt Alterocha*, n. 21. fol. 4 parte ij

Substitutus exhæredati grauari non potest legatis, nisi in casibus. super verb. *si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. n. 28, 29 & 30, fol. 63 parte ij

Substitutio in codicillis facta valet iure directo, in tribus casibus. super verbo, *Adiuciens vt Alterocha*, nu. 5 fol. 3 parte ij

Substitutio in vno casu facta quando non extendatur ad alium. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* n. 27, 28 & 29, fol. 19 parte ij

Substitutio in re certa facta per communia verba, an trahatur ad vniuersum, sicut nec institutio. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 81, 82, 83 & 84, fol. 40 parte ij

Substitutio in re certa per verba communia nunquam dicitur directa. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* de comp. subst. n. 49, folio 59 parte ij

Substitutio fieri potest succedentibus ab intestato. super verb

BIU Cujas

per verbo, *Adiiciens vt Alterocha*, num. 22 fol. 4 parte ij

Substitutio à Raynutio facta an fuerit compendiosa. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* numero 1, fol. 16 parte ij

Substitutio facta in vno casu porrigitur ad aliũ, etiam in legatis. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* nu. 43 fol. 21 parte ij

Substitutio si posthuma nascatur, an habeat locum nulla posthuma nata. super verb. *si absque lib. mor. ij.* n. 33, fol. 19 parte ij

Substitutiones largissimè interpretantur. super verb. *si absque liberis mor. ij.* n. 26, fol. 18 parte ij

Substitutiones in breuiloqua comprehensæ sunt expressæ, & matrem excludunt. super verbo, *Si absq; liberis mor. ij.* de breuiloq. substit. numero 25, fol. 51 parte ij

Substitutiones in compendiosa contentę sunt expressæ. super verbo, *si absque liberis morer. ij.* de compen. subst. n. 6, fol. 54 parte ij

Substitutiones sunt multum fauorabiles. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* n. 30, fol. 19 parte ij

Substitutionis spes an transmittatur, si substitutus prę-moriatur. super verb. *si absq; liberis mor. ij.* de pupill. subst. n. 117, 119 & 120, fol. 43 parte ij

Substitutionum verba vnde iudicentur directa vel obliqua. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, n. 25 fol. 12 parte ij

Substitutionum materia pulchra, difficilis & vtilis. super verbo, *Adiiciens vt Alterocha*, n. 6, 7 & 8, fol. 3 parte ij

Substituto vno vulgariter, alio fideicommissariè, quis præferatur, hærede repudiante. super verb. *si absque liberis mor. ij.* n. 92, fol. 26 parte ij

Substitutum non excludit hæres, nisi totam hæreditatem adeat. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* nu. 47 folio 21 parte ij

Substitutum non excludit heredis aditio ab intestato. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* num. 46, folio 21 parte ij

Substitutus an etiam vocetur ad partem, quę accreuit alterius cohæredis repudiatione. super verb. *si absq; liberis mor. ij.* n. 117, fol. 29 parte ij

Substitutus non excluditur per heredis liberos si purè vel in diem certam rogatus est restituere. super ver. *Si absque liberis moreretur, ij.* numer. 11 & 12, folio 14 parte ij

Substitutus non excluditur à filio hæredis, qui simul cum alio fuit institutus. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* n. 14, fol. 14 parte ij

Substitutus in re certa non trahitur ad totum. super verbo, *In eodem testamento relinquens*, j. n. 264, f. 208 parte j

Substitutus non excluditur à liberis hæredis ab intestato succedentis ob præteritionem. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* n. 13, fol. 14 parte ij

Substitutus vltimus an habeat partem solius penultimi, an aliorum omnium. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de breuil. subst. n. 56, fol. 53 parte ij

Substitutus aditione excluſus, si hæres beneficio restitutionis repudiet, an admittatur. super verb. *si absque liberis mor. ij.* n. 130 & 131, fol. 30 parte ij

Substitutus moriens ante hæredem transmittit spem ad suos. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. n. 7, fol. 33 parte ij

Substitutus filio tacitè ipsum videtur instituere. super verbo, *Adiiciens vt Alterocha*, n. 24, fol. 4 parte ij

Substitutus vulgaris an excludatur, si institutus alium hæredem faciat. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* n. 64, fol. 23 parte ij

Substitutus admittitur, licet hæres ad adeundum possit restitui. super verb. *si absque liberis mor.* ij. nu. 62 & 63, fol. 23 parte ij

Substitutus an præferatur instituto, qui iure ciuili hæres esse nequit, sed prætorio. super verbo, *Si absque liberis mor.* ij. n. 133, fol. 31 parte ij

Subtilitas facit interdum errare. super verbo, *In eodem test. relinq.* j. n. 115, fol. 192 parte j

Succedat verbum an sit obliquum. super verbo, *Eidem impuberi succed.* n. 16, fol. 12 parte ij

Succedendi ab intestato sunt quatuor ordines. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, num. 6, folio 51 parte j

Succedendi verbum est commune. super verb. *si absq; liberis mor.* ij. n. 2, fol. 16 parte ij

Succedere potest in vtero existens. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decisione v. num. 42, folio 97 parte j

Successio seu ius succedendi non est de iure diuino. super verb. *Testamentum*, j. n. 3, fol. 147 parte j

Successio inter coniuges est de iure prætorio. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 337, folio 121 parte j

Successio regni extenditur in collateralibus vsque in infinitum. super verb. *et vxorem nomine Adel.* nu. 92 fol. 50 parte j

Successio legitima propriè locum habet in Allodiis. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. num. 12 fol. 68 parte j

Successio prima est suorum hæredum. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 41, folio 97 parte j

Successio matris non est de iure naturali, sed positiuo, ideo tolli statuto potest. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 21, fol. 43 parte j

successio deferri non potest nondum conceptis. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. n. 43, fol. 97 parte j

Successiones sunt de iure positiuo. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 43, fol. 45 parte j

Successiones sunt de iure positiuo. super verb. *& vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. numero 387, folio 125 parte j

Successiones sunt de iure positiuo. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 226, fol. 61 parte j

successorium edictum locum habet de vna persona ad eandem. super verb. *& vxorem nomine Adel.* nu. 168 folio 56 parte j

Successorium edictum etiam locum habet in capitibus vnde agnati & cognati, super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 165, fol. 56 parte j

Successorium edictum locum non habet in capite vnde vir & vxor. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* n. 167, fol. 56 parte j

Successorium edictum etiam locum habet vbi solum agitur de successione ab intestato. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 169, fol. 56 parte j

Successorium edictum fuit introductum fauore creditorum. super verb. *& vxorem nomine Adel.* num. 154 fol. 55 parte j

Successorium edictum quare fuit introductum. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, num. 153 fol. 55 parte j

Successorium edictum hodie locum habet inter agnâtos. sup

BIU Cujas

tos. super verb. *Et soboles quam gest. in vtero*, num. 47 folio 9 parte ij
Successorium edictum fuit introductũ fauore sequentium in gradu. super verb. *& vxorem nomine Adel.* num. 157, folio 55 parte j
Successorium edictum qualiter locum habet in primo capite liberorum de gradu in gradum. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, numero 161 folio 56 parte j
Successorium edictum quadrupliciter habet locum. super verb. *et vxorem nomine Adel.* num. 158 folio 55 parte j
Successorium edictum hodie locum habet in suis de gradu in gradum. super ver. *& vxorem nomine Adel.* num. 162. folio 56 parte j
Successorium edictum in quibus conuenit cum iure accrescendi, & in quibus differt. super verb. *& vxorem nomine Adel.* n. 170 & 171, folio 56 parte j
Successorium edictum habet locum in secundo capite de gradu in gradum. super verb. *& vxorem nomine Adel.* num. 166, folio 56 parte j
Sui hæredis existentia confirmat tutorum pupillo in testamento datorum confirmationem. super verbo, *Mortuo itaq; test. ij.* n. 94, folio 119 parte ij
Sui hæredis existentia an vulgarem substitutum excludat, sicut aditio. super verb. *Si absque liberis morer. ij.* num. 132, folio 30 parte ij
Sui & emancipati differunt tantùm in modo succedendi. super verb. *& vxorem nomine Adel.* num. 208 folio 59 parte j
Sui hæredes qui dicantur. super verb. *& vxorem nomine Adel.* num. 177, folio 57 parte j
Sui hæredes etiam coguntur adire fauore fideicommis. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* de fideic. substit. num. 81, folio 69 parte ij
Sui hæredes dicuntur, qui per subsequens matrimonium sunt legitimati. super verb. *& vxorem nomine Adel.* num. 181, folio 57 parte j
Sui hæredis existentia triplex. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* num. 96, folio 119 parte ij
Suitas an & quando tollatur, datione substituti vulgaris. super verbo, *Mortuo itaque testat. ij* numero 190 vsque 204, folio 127 & 128 parte ij
Suitas tollitur filio sub conditione potestatiua instituto. super verb. *Mortuo itaque test* j. num. 206, fol. 128 parte ij
Suitas quando non tollitur datione extranei cohæredis. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* num. 209 & 210 folio 129 parte ij
Suitas est inducta patris fauore. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. num. 85, folio 118 parte ij
Suitas tollitur filio in re certa instituto. super verbo, *Mortuo itaque test* j. num. 207, folio 128 parte ij
Suitas tollitur datione cohæredis extranei. super ver. *Mortuo itaque test. ij.* num. 7, folio 112 parte ij
Suitas tollitur datione extranei cohæredis. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* num. 208, folio 128 parte ij
suitas quomodo tollatur per dationem vulgaris subst. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 93, folio 26 parte ij
Suitas an tollatur filio renunciante vel exhæredato. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* numero 211 folio 129 parte ij
Suitas non perditur per ingressum religionis. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* num. 88, folio 26 parte ij
Suitas competit filio etiam inuito. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* num. 97, fo. 119 parte ij
Suitas tollitur quinque modis. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* num. 189, fol. 127 parte ij
Suitas non incommodat filio, nisi adeat. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 92, fol. 118 parte ij
Suitas tollitur filio instituto, si voluerit. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 205, fol. 128 parte ij
Suitas tantum operatur, quantum aditio. super verbo, *Mortuo itaque testatore, ij.* num. 21, 22 & 23 folio 112 parte ij
Suitate largè sumpta mater suos habet hæredes. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* numero 178 folio 57 parte j
Suitatis existentia an confirmet vniuersale fideicommissum. super verbo, *mortuo itaque test. ij.* numero 95 fol. 119 parte ij
Suitatis sola existentia confirmat tabulas pupillares. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* numero 93. folio 119 parte ij
Suitatis ius non potest præscribi. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 62, fol. 115 parte ij
Suorum appellatione veniunt amici. super verbo, *Testamentum, ij.* num. 47, fol. 164 parte j
Superbia est tertia radix peccatorum. super verb. *duas habens filias*, num. 111, fol. 21 parte j
Superflua non nocent, sed necessaria omissa. super ver. *Mortuo itaq; test.* j. num. 407, fol. 110 parte ij
Superior vocari non debet ad electionem capituli. in quæst. de episc. num. 47, fol. 29 parte iij
Superioris authoritas in omni actu semper excepta, quomodo intelligitur. super verb. *duas habens filias*, num. 272, fol. 35 parte j
Supplicationum in eodem libro scriptarum prioritas probatur ex ordine scripturæ. in quæst. de Canonic. num. 17, fol. 43 parte iij
Suspendi potest qui seipsum occidit. super verb. *Mortuo itaque test.* j. num. 42, fol. 83 parte ij
Suum hæredem esse est prius, quàm abstinere. super verbo, *Mortuo itaque testatore, ij.* num. 98 folio 119 parte ij
Suus hæres vt quis dicatur, quæ requirantur. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 11, vsque 19 folio 112 parte ij
Suus transmittit hæreditatem ad quoscunque, querelam ad suos. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* nu. 144 fol. 122 parte ij
Suus transmittit hæreditatem & querelam inofficios. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* numero 142 & 143 fol. 122 parte ij
Sylvester à Constantino accepit regnum Italiæ. super verbo, *Et vxorem nomine Adelasiam*, decisione j. numero 3, folio 64 parte j

T

Tabelliones creati per capitularios Tholosæ habentur pro notariis in toto imperio. super verb. *Et vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 18, fol. 95 parte j
Tabelliones sunt iudices ordinarij voluntariæ iurisd. super verbo, *Mortuo itaque testatore*, j. numero 408 fol. 111 parte ij
Tabellionis error quando non vitiet testamentum. super verb. *In eodem test. reling.* j. numero 37 folio 186 parte j
Tacita vulgaris quid. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* num. 11, fol. 17 parte j
Tacita testamenti approbatio an obliget ad soluẽdum in futu

BIU Cujas

in futurum. super verbo, *Si absque liberis morerer. ij.* de leg. & fideic. num. 179 & 180, folio 76 parte ij
Tacita testamenti approbatio & expressa differunt. super verbo, *Si absque liberis moreretur, ij.* de leg. & fid. num. 178. folio 76 parte ij
Tacitum quid dicatur. super verbo, *Si absq; liberis mor. ij.* num. 111. folio 28 parte ij
Tallias an soluant consules, & officiarij regij. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. nu. 31 fol. 96 parte j
Taprobanæ insulæ rex. super verbo, *Condidit*, j. nu. 32 folio 141 parte j
Taprobanæ insulæ homines quales. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrahens*, n. 74. fol. 10 parte iij
¶ Teli appellatione quid veniat. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. num. 17. folio 82 parte ij
Telorum triplex genus letale. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. num. 16. folio 82 parte ij
Tegulas templi Iunonis impunè non tulit Flaccus. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 66 folio 85 parte ij
Temporalem etiam iurisdictionem habere oportuit ecclesiam. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. j. num. 9. folio 64 parte j
Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. In tract. de ducatu Norman. num. 123. folio 26 parte iij
Tempus intra quod notarius apponere potest in testamento clausulas consuetas. super verbo, *In eodem testamento reling.* j. num. 53. folio 187 parte j
Tentigo Deus quid. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrahens*, num. 215. folio 16 parte iij
Ter citari debenti non sat est vna peremptoria pro tribus. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* de leg. & fideic. num. 183. folio 76 parte ij
Tertiò nubens non perdit relictum ab alio, quàm viro aut filio factum. super verbo, *Qui cum alia matr. contrahens*, num. 222. folio 16 parte iij
Testabilis est, qui decedit tempore, quo potuit appellare. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. nu. 275. folio 101 parte ij
Testamenta inter liberos facta non reuocantur per alia nisi solennia. & facta de ipsis expressa mentione. super verbo, *Testamentum*, j. numero 88 folio 157 parte j
Testamenta plura quis habere non potest. super verb. *Testamentum, ij.* num. 1. folio 157 parte j
Testamenta sicut & leges verificantur in futuris. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 104. fol. 11 parte iij
Testamentum minus solenne sicut inter liberos, ita & inter alios consanguineos ab intestato succedentes, valet etiam quo ad vim derogatiuam alterius solennis. super verbo, *Testamentum*, j. nu. 76 & 78, fol. 155 parte j
Testamenti factio, est actus iuris ciuilis. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. num. 304. folio 103 parte ij
Testamenti quadruplex perfectio. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. num. 1 & 2. folio 81 parte ij
Testamenti verbis non visis quando valeat pactio. super verbo, *Si absque liberis morer. ij.* de fideic. substit. num. 128 & 129. folio 72 parte ij
Testamenti & codicillorum differentiæ. super verbo, *Testamentum, iij.* num. 55. folio 165 parte j
Testamenti solennis casu perditi tenor potest probari per duos testes testamentarios. super verbo, *Testamentum*, j. num. 91. folio 157 parte j
Testamentis duobus eodem die factis, quod præferatur. super verb. *Testamentum, ij.* n. 27. fol. 160. parte j
Testamentis duobus ita eodem die factis, vt nesciatur prius, neutrum valet, nisi in casibus. super verbo, *Testamentum, ij.* num. 31. folio 160 parte j
Testamenta & eorum formæ sunt de iure publico. super verb. *In eod. test. reling.* j. n. 111. fol. 192 parte j
Testamento etiam minus solenni potest bastardis relinqui. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 117. folio 104 parte j
Testamento præteritione rupto seruatur clausula codicillaris. super verbo, *In eodem testamento reling.* j. num. 242, 243, 244 & 245. folio 205 & 206 parte j
Testamento rupto quando rumpantur codicilli. super verbo, *Testamentum, iij.* num. 15. folio 161 parte j
Testamento inualido an valeant legata ad pias causas relicta. super verbo, *Testamentum*, j. num. 70 fol. 154 parte j
testamento existente nullo, an ibi disposita astringant in foro conscientiæ. super verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*, num. 72. folio 48 parte j
Testamento infirmato infirmantur codicilli. super verbo, *Testamentum, iij.* num. 14. folio 161 parte j
Testamento nullo ob filij præteritionem nec possessio haberi potest. super verbo, *In eodem testam. reling.* j. num. 28 & 29, folio 186 parte j
Testamento præteritione rupto, quando non seruentur relicta. super verbo, *In eodem test. reling.* j. nu. 241 fol. 205 parte j
Testamento fauens opinio in dubio tenenda. super verbo, *Cætera bona*, num. 62. folio 235 parte j
Testamentorum genera duo, scriptum & nuncupatiuum. super verb. *Testamentum*, j. n. 9. fol. 148 parte j
Testamentorum perfectio quadruplex. super verbo, *Testamentum*, j. num. 93. folio 157 parte j
Testamentum coram notario & testibus non lectum, non valet. super verbo, *In extremis positus*, numer. 40 folio 137 parte j
Testamentum minus solenne valet etiam inter liberos ab intestato non succedentes. super verbo, *Testamentum*, j. num. 81. fol. 155 parte j
Testamentum vltimum prævalet, nisi sit deceptio. super verbo, *Testamentum, ij.* num. 4. folio 157 parte j
Testamentum à filiofam. factum non validatur per superuenientiam libertatis. super verbo, *Matrem insuper Cleram*, num. 12. folio 38 parte j
Testamentum furiosi approbatum. super verbo, *Adiectæ impuberi*, num. 67. folio 220 parte j
Testamentum quid. super verbo, *Testamentum*, j. nu. 4 folio 147 parte j
Testamentum per capit. sententiam irritatur, etiam si mors non sit secuuta. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. num. 121. folio 89 parte ij
Testamentum minus solenne inter liberos derogat aliis solennibus fauore aliorum factis. super verbo, *Testamentum*, j. num. 75. folio 155 parte j
Testamentum secundum non tollens primum, tollere potest eius codicillos. super verbo, *Testamentum, iij.* num. 3. fol. 161 parte j
Testamentum prius factum, an reuocet religiosus. super verbo, *Mortuo itaq; test.* j. n. 300. fol. 103 parte ij
Testamentum secundum in fauorem personæ dilectæ an habeat vim reuocandi clausulam derogatoriam. super verbo, *Testamentum, ij.* num. 21. fol. 159 parte j
Testamentum præterito filio valet in casibus. super verb. *In eodem test. reling.* j. num. 54. fol. 187 parte j
Testam. venit appellatione codicillorum, & econtrà

BIU Cujas

largè ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 5. folio 161 parte j
Teſtamentum filiifamil. non valet, niſi in caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, num. 6 & 7, folio 37 parte j
Teſtamentum iure canonico valet cum duobus teſtibus & presbytero parochiali. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 92. folio 157 parte j
Teſtamentum an reuocetur ex ſola reconualeſcentia. ſuper verbo, *In extremis poſitus*, num. 3 & 4 fol. 134 parte j
Teſtamentum imperfectum valet ad pias cauſas. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 71. folio 154 parte j
Teſtamentum quando morte non confirmetur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 30, 31, & 32. folio 83 parte ij
Teſtamentum in carcere factum an valeat. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 22. folio 83 parte ij
Teſtamentum eius, qui eſt in poteſtate patris non valet. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, nu. 2. fol. 37 parte j
Teſtamentum patris & ſubſtitutio pupil. an requirant duo ſalaria notario, quaſi duo teſtamenta. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de pupil. ſubſt. numero 56 folio 37 parte ij
Teſtamentum eſt de iure gentium. ſuper verb. *Teſtamentum*, j. num. 2 folio 147 parte j
Teſtamentum inter liberos tacitam habet in ſe clauſulam codicillarem. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. n. 82 folio 156 parte j
Teſtamentum quid. ſuper verbo, *Condidit*, j. numer. 7 folio 139 parte j
Teſtamentum minus ſolenne valet inter liberos. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 72. folio 154 parte j
Teſtamentum apud acta iudicis factum ſolennitatem non requirit. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 18 folio 149 parte j
Teſtamentum à quocunque notario exceptum valet, ſi copia alterius deſit. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 15. folio 148 parte j
Teſtamentum pendente appellatione decedẽtis, quomodo confirmetur. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt* j. num. 274. folio 101 parte j
Teſtamentum ſi mutare prohibeatur quis, an valeat. ſuper verbo, *Condidit, ij.* num. 21. folio 146 parte j
Teſtamentum coram principe factum ſolennitatem non requirit. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 17 folio 148 parte j
Teſtamentum minus ſolenne quando valeat. ſuper verbo, *In extremis poſitus*, num. 41. folio 137 parte j
Teſtamentum ſine ſolennitatibus an poſsit ſtatuto vel conſuetudine roborari. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 54. folio 153 parte j
Teſtamentum coactum non valet. ſuper verbo, *Condidit, ij.* num. 1. folio 144 parte j
Teſtamentum filiifam. etiam de cõſenſu patris factum eſt nullum. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, num. 16. folio 38 parte j
Teſtamentum ſcriptum per notas inuſitatas non valet. ſuper verbo, *Cætera bona*, num. 61. fol. 235 parte j
Teſtamentum ad pias cauſas valet non ſolenne. ſuper verbo, *Teſtamentum* j. num. 57 folio 153 parte j
Teſtamentum à domino in loco, in quo habet merum imperium, valet ſine ſolennitate. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 20. folio 149 parte j
Teſtamentum apud acta iudicis factum, an valeat ſine teſtibus. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. numero 10 folio 149 parte j
Teſtamentum an ſit nullum etiam tacente filio prætĕrito. ſuper verbo, *In eodem teſtam. reling.* j. num. 93, 94, 95, 96 & 97. folio 190 & 191 parte j
Teſtamentum inter liberos requirit tantum ius naturale. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. n. 74. fol. 155 parte j
Teſtamentum erit nullum, ſi præteritus filius dicat nullum, ſecus ſi taceat. ſuper verbo, *In eodem teſtam. reling.* j num. 92. folio 190 parte j
Teſtamentum ſecundum non reuocat primum in certis caſibus, niſi facta de ipſo mentione. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* à num. 9. vſque ad 18. folio 158 parte j
Teſtamentum inter liberos vitiatur defectu ſolennitatis intrinſecæ. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 89 folio 157 parte j
Teſtamentum mendicantes inſtituentis valet. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* num. 217. folio 60 parte j
Teſtamentum præſumitur factum per puberem. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*, num. 91. folio 223 parte j
Teſtamentum ſecundum ſine reuocatione clauſulæ derogatoriæ primi eſt imperfectum. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 22. folio 159 parte j
Teſtamentum patris præcedere debet ſubſtitutionem filij. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de pup. ſubſt. num. 58. folio 38 parte ij
Teſtamentum in carcere tyranni, vel tempore peſtis non requirit ſeptem teſtes. ſuper verb. *Teſtamentum*, j. num. 13 folio 148 parte j
Teſtamentum cæci octo teſtes requirit, ruſtici quinque. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. n. 12. fol. 148 parte j
Teſtamentum minus ſolenne an valeat inter baſtardos. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. nu. 83 & 84. fol. 156 parte j
Teſtamentum primum etiam reuocatum debet notarius ſeruare. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* numero 6 folio 158 parte j
Teſtamentum ſecundum licet non ſortiatur effectum, reuocat primum, etiam non facta de eo mentione. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 7. folio 158 parte j
Teſtamentum minus ſolenne in certis caſibus valet. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 11. folio 158 parte j
Teſtamentum metu extortum non valet. ſuper verbo, *Condidit, ij.* num. 4. folio 144 parte j
Teſtamentum irreuocabile an fieri poſsit. ſuper verb. *Teſtamentum, ij.* num. 25 & 26. folio 159 parte j
Teſtamentum militis abſque ſolennitate valet. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 21. folio 149 parte j
Teſtandi facultas ex gratia potius competit, quàm mero iure. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 5. folio 147 parte j
Teſtando an poſsit minor licentiam alienandi dare. ſuper verb. *Adiectæ impuberi*, num. 90. folio 223 parte j
Teſtans in ingreſſu religionis ſeruare non tenetur ſolennitatem. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. numero 53 folio 153 parte j
Teſtari inter liberos quis liberè poteſt. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 58. folio 165 parte j
Teſtari quis poteſt de feudis. ſuper verbo, *duas habens filias*, num. 70. fol. 16 parte j
Teſtari quis poteſt de bonis alienis conſenſu domini. ſuper verbo, *Condidit*, j. num. 2. folio 138 parte j
Teſtari quis non poteſt per procuratorem, aut nuntium. ſuper verbo, *Condidit*, j. num. 15. fol. 139 parte j
Teſtari cuique quare permiſſum. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 6. folio 147 parte j
Teſtari ſicut poteſt pater pro filio, ita & ſtatũ vel conſuetud

BIU Cujas

ſuetudo alium pro alio teſtari facit. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adelaſ.* num. 54. folio 40 parte j

Teſtari permiſſus, codicillare poteſt. ſuper verbo, *Teſtamentum, ij.* num. 6. folio 161 parte j

Teſtari ſine curatore poteſt minor xxv. annis. ſuper verb. *Adiectæ impuberi*, num. 88. folio 223 parte j

Teſtari poteſt quis in articulo mortis. ſuper verbo, *In extremis poſitus*, num. 1. folio 134 parte j

Teſtari quomodo poſsit in extremis poſitus. ſuper verbo, *In extremis poſitus*, num. 27. folio 136 parte j

Teſtari an poſsit filiusfamil. in aduentitiis etiam quo ad vſumfructum, de conſenſu patris, ad pias cauſas. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, num. 34 & 35 folio 39 parte j

Teſtari quis poteſt, etiam ſi matrem habeat. ſuper verbo, *Matrem inſuper Cleram*, num. 1. folio 37 parte 1

Teſtati cauſa præfertur cauſæ inteſtati. ſuper verb. & *vxorem nomine Adel.* num. 2. folio 42 parte j

Teſtator prohibens hæredem teſtari, videtur rogare de reſtituendo hæreditatem. ſuper verb. *Condidit, ij.* num. 9. folio 145 parte j

Teſtator mortuus quomodo probetur. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt.* j. num. 336. folio 106 parte ij

Teſtator præſumitur velle teſtamentum valere. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. numero 9 folio 184 parte j

Teſtator qualiter committere poſsit ſuam voluntatem ſolæ fidei hæredis. ſuper verb. *Si abſq; lib. mor. ij.* de leg. & fideic. num. 171. folio 75 parte ij

Teſtator non præſumitur feciſſe niſi vnum teſtamentum. ſuper verb. *Teſtamentum, ij.* n. 2. fol. 157 parte j

Teſtator poteſt quem honorauit grauare in toto vel parte. ſuper verb. *Adiciens vt Alterocha*, n. 1. f. 3 p. ij

Teſtator minor an reſtituatur contra teſtamentum à ſe factum. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*, num. 89 folio 223 parte j

Teſtator præſumitur charitatem in filium continuare ad nepotem. ſuper verb. *ſi abſque liberis moreretur, ij.* num. 3. folio 13 parte ij

Teſtator certam ſcripturam aſſerens eſſe teſtamentum ſuum, an valeat. ſuper verb. *In extremis poſitus*, nu. 37 folio 136 parte j

Teſtator verba quæcunque impropriare poteſt. ſuper verbo, & *vxorem nomine Adel.* numero 179 fol. 57 parte j

Teſtator dicens, teſtamentum ſuum velle ordinari ad dictum ſapientis, an valeat. ſuper verbo, *Condidit, j.* num. 12. folio 139 parte j

teſtator prohibere ſibi nequit ſepulturam. ſuper verb. *Mortuo itaq; teſt.* j. num. 60. folio 84 parte ij

teſtator debet propria manu ſcribere, aut ore proprio hæredem nominare. ſuper verb. *In extremis poſitus*, num. 18. folio 135 parte j

Teſtator non poteſt quem plus grauare quàm honoret, niſi in caſibus. ſuper verb *Si abſque liberis mor. ij.* de fideic. ſubſt. num. 60 & 61. folio 68 parte ij

Teſtator an prohibere poſsit ius accreſcendi. ſuper verb. & *vxorem nomine Adel.* n 105. folio 51 parte j

Teſtator tripliciter indicere poteſt pœnam hæredi voluntatem eius non implenti. ſuper verbo, *Si abſque liberis morer. ij.* de leg. & fideic. num. 218, 219, 220, 221 227 & 228. folio 78 & 79 parte ij

Teſtator præcipere non poteſt, vt hæredes perpetuò in communione maneant, ſed bene ad tempus. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 93. fol. 11 parte iij

teſtatore facto cordigero confirmatur teſtamentum. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt.* j. num. 302 folio 103 parte ij

Teſtatore per ſententiam occiſo an valeat teſtamentum. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 87. fol. 86 parte ij

Teſtatore viuente non poteſt hæreditas adiri. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtat.* j. numero 333 folio 136 parte ij

Teſtatore ingrediente religionem rumpitur teſtamentum. ſuper verbo, *et ſob. quam geſt. Otero*, nu. 11 folio 6 parte ij

Teſtatorem occidens nec ei nec eius hæredi ſuccedit. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt* j. numero 633 folio 83 parte ij

Teſtatoris dementia clarè probari debet. ſuper verb. *In extremis poſitus*, num. 8. fol. 135 parte j

Teſtatoris voluntas talis præſumitur, qualem lex mandat. ſuper verbo, *In eodem teſt. relin.* j. num. 48. fol. 187 parte j

Teſtatoris prouiſio extenditur. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* num. 32. folio 19 parte ij

Teſtes ad innocentiam probandam non oportet eſſe omni exceptione maiores. ſuper verb. *Qui cum alia matr. contrah.* num. 258. folio 18 parte iij

Teſtes debiliores pro innocentia præualent fortioribus accuſatoris. ſuper verb. *Qui cum alia matr. contr.* num. 247. folio 17 parte iij

Teſtes duo ſufficiunt in teſtamento ad pias cauſas. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 68. fol. 154 parte j

Teſtes duo ſi in teſtamentis ſtatuto ſufficiant, idem erit in donatione cauſa mortis. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 56. folio 153 parte j

Teſtes fore rogatos non eſt neceſſe in teſtamento ad pias cauſas. ſuper verb. *Teſtamentum*, j. num. 58 & 59 folio 153 parte j

Teſtes non refert, in qua parte teſtamenti ponantur. ſuper verbo, *Cætera bona*, numero 65 folio 235 parte j

Teſtes non præſumuntur rogati. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 90. folio 157 parte j

Teſtes quot requirantur ad probandum teſtatorem voluiſſe in reciproca diſparibus facta contineri pupillarem, exemplarem aut mili. ſubſti. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de breuiloq. ſubſt. numero 45 folio 52 parte ij

Teſtibus etiam ſuper negatiua pro accuſato plus creditur. ſuper verb. *Qui cum alia matrimonium contrah.* num. 252. folio 18 parte iij

Teſticulum vnum habens generare poteſt. ſuper ver. *Quæ filium ex eo ſuſcip.* num. 7. folio 3 parte iij

Teſtimonium de credulitate valet pro reo. ſuper ver. *Qui cum alia matr. contrahens*, numero 248 folio 18 parte iij

Teſtimonium mulierum pro accuſato præfertur viris. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* numero 249 folio 18 parte iij

Teſtimonium domeſticum admittitur pro accuſato. ſuper verb. *Qui cum alia matr contrah.* nu. 251 fol. 18 parte iij

Teſtis vnius relatio ad alium an valeat. ſuper verbo, *Cætera bona*, num. 60. folio 235 parte j

Teſtis infamis probat, ſi cum alio probatæ vitæ conueniat. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. numero 409 folio 111 parte ij

Teſtis infamis dictum quando valeat. ſuper verb. *Adiectæ impuberi*, num. 26. folio 217 parte j

Teſtis in articulo mortis per notarium ſine commiſ-

BIU Cujas

sione examinatus an probet. super verb. *In extremis positus*, num. 38. folio 137 parte j
Testis in articulo mortis qualiter examinandus. super verbo, *In extremis positus*, num. 36. folio 136 parte j
¶ Theodorici regis ignauia. super verbo, *Dotem quam ei dederat*, num. 58. folio 176 parte j
Theodoricus rex de toto anno non videbatur. super verbo, *Duas habens filias*, numero 92 folio 18 parte j
Thesaurarij quatuor in Gallia. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. num. 216. folio 87 parte j
Thesaurariorum officium in Gallia. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. ij. num. 214 folio 86 parte j
Thesaurariorum origo. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. ij. num. 215. folio 87 parte j
Thesauri inuentio est donum Dei. super verb. *Cætera bona*, num. 35. folio 233 parte j
Thesauri & res in mare lapsæ cui cedant. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 373 folio 123 parte j
Thesaurus inuentus in fundo an sit vsufructuarij. super verbo *Cætera bona*, num. 30. folio 232 parte j
Thesaurus in agro inuentus, vasalli est vel emphyteotæ, non domini. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. iiij. num. 5. folio 91 parte j
Thesaurus inuentus an vsufructuarij sit. super verbo, *Cætera bona*, num. 34. folio 232 parte j
Tholosæ non habet locum ius Albanagij. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 494 folio 133 parte j
Tholosæ comitatus fuit regno vnitus seruatis priuilegiis. super verb. *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 496. folio 133 parte j
Tholosæ & Caturci vir succedit vxori in dote, & vxor viro in agentiamento. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 221. folio 112 parte j
Tholosæ seruabatur thesaurus Gothorum. super ver. *Duas habens filias*, num. 84. folio 17 parte j
Tholosæ filius seorsim à patre habitans & filia maritata habentur pro emancipatis. super verb. *Matrem insuper Cleram*, num. 25. folio 38 parte j
Tholosani milites & doctores facti consules portant barras aureas. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. num. 12. folio 62 parte ij
Tholosani consules dicuntur domini de capitulo. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 12 folio 95 parte j
Tholosanorum curialium priuilegium. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 21. fol. 95 parte j
Thomas Cantuariensis quare occisus. In tractatu de ducatu Norm. num. 26. folio 21 parte iij
Thomiris Scytharum regina Cyrum cum ducetis millibus Persarum obtruncauit. super verbo, *Duas habens filias*, num. 12. folio 9 parte j
¶ Tibaldum Angliam & Norma. occupantem pellit Francor. rex, & Henricum secundum restituit. In tract. de ducatu Norm. numero 73, 74 & 77 fol. 24 parte iij
Tibaldus de Campania Angliam inuadit. In tract. de ducatu Norm. num. 70. folio 24 parte iij
Titi Liuij fama. super verb. *Qui cum alia matr. contrah.* num. 174. folio 14 parte iij
Titulus vitiosus omnem executionem impedit, etiam in mero possessorio. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. v. num. 443. folio 129 parte j
Titulus allegari debet, & decennalis præstatio probari. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. n. 442 folio 129 parte j
¶ Tolerantia superioris habet vim approbationis. super verbo, *& vxorem nomine Adelas.* decis. j. num. 59 folio 71 parte j
Torqueri quem ob vnius testimonium prohibuit sanctus Ludouic. super verbo, *Adiectæ impuberi*, num. 34 folio 217 parte j
Torqueri qui iure non debeant. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. num. 222. folio 97 parte ij
¶ Tractatus pacis cum Anglis improbatur. super ver. *& vxorem nomine Adelas.* decis. ij. num. 174 folio 83 parte j
Traiani pietas, & ab inferis reuocatio. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 129 folio 12 parte iij
Transactio super contractu inter viuos non visis verbis contractus, valet. super verbo, *Si absque liberis morereretur, ij.* de fideicom. subst. numero 123 folio 72 parte ij
Transmissibile omne an sit cessibile. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subst. num. 69 folio 68 parte ij
Transmissibile an sit ius ex statuto competens. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* numero 118 folio 120 parte ij
Transmissio iuris deliberandi locum habet in quibuscunque hæredibus, & ad quoscunque. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 159, 160, 161 & 162. fol. 124 parte ij
Transmissio iure suitatis etiam fit in possessione in Gallia. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 108 & 109. folio 120 parte ij
Transmissio quæ sit vtilior. super verbo, *Mortuo itaq; test. ij.* num. 163 & 164. folio 124 parte ij
Transmissio secunda non ratione suitatis, sed sanguinis quid operetur. super verbo, *Mortuo itaque test. ij.* num. 151, 152 & 153. folio 123 parte ij
Transmissio est triplex. super verb. *Et sob. quam gest. in vtero*, num. 41 & 42. folio 8 parte ij
Transmissio hæreditatis non aditæ, in quos, & à quibus fiat. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* numero 101 102, 103 & 104. folio 119 parte ij
Transmissio quando locum non habeat in filio. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* num. 125 & 126 folio 121 & 122 parte ij
Transmissio est triplex. super verbo, *Si absq; lib. mor. ij.* num. 67. folio 23 parte ij
Transmissio an locum habeat in successione prætoria. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* num. 122, 123 & 124 folio 121 parte ij
Transmissio est triplex. super verb. *Mortuo itaq; test. ij.* num. 105. folio 119 parte ij
Transmissionis materia huic tractatui conuenit. super verbo, *Mortuo itaque testat. ij.* num. 186. folio 127 parte ij
Transmitti an possit facultas dicendi testament. nullum præterito filio competens. super verb. *Mortuo itaque test. ij.* num. 142. folio 123 parte ij
Trebelliani quinque remedia pro fideicommissis. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subsli. n. 85 folio 69 parte ij
Trebellianicam non retinet hæres coactus adire. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de fideic. subsli. n. 86 folio 70 parte ij
Tres peccatorum radices. super ver. *duas habens filias*, num. 109. folio 20 parte j

BIU Cujas

Treuga ſtante etiam dicitur eſſe bellum ad excuſandum quem debitorem ob metum. ſuper verbo, *mortuo itaq; teſtatore*, j. num. 233. fol. 98 parte ij

Tribunianus fuit Iuſtiniani cancellarius. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. ij. num. 196. fol. 85 parte j

Triennalis præſtatio quid operetur. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more. ỹ.* de lega. & fideicommiſ. num. 181 182. 184. 185. 186. 187. 188. & 189. fol. ſeptuageſimo ſexto parte ij

Triennio viuens honeſtè non cenſetur amplius meretrix. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimoniũ contrahens*, num. 273. fol. 19 parte iij

Triennio debet hæres grauatus nubere. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, nu. 4. & 5. fol. 130 parte ij

Trina ſolutio an obliget in futurum. ſuper verbo, *Si abſq; liberis more. ỹ.* de leg. & fideicom. nu. 190. fol. 77 parte ij

Trinitas eſt rerum omnium fundamentum. ſuper verbo, *Et ſoboles quam geſtabat in vtero*, num. 26 folio 7 parte ij

Trinitas eſt in Chriſti perſona. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num. 108. folio 20 parte j

¶ Turpia nomina in malam partem ſæpe ſonant, & ſiniſtram inducunt ſuſpitionem. ſuper verbo, *Raynutius*, num. 52. fol. 4 parte j

Turpis perſona quæ dicatur. ſuper verbo, *Et vxorem nomine Adelaſ.* deciſione v. num. 158 & 159. fol. 108. parte j

Turpis an caſtior quàm pulchra præſumatur. ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderunt*, num. 27 & 28. fol. 132 parte ij

Turturis natura. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimon. contrahens*, num. 158. folio 13 parte iij

Tutela eſt naturali æquitati conueniens. ſuper verbo, *Tutores impuberis*, num. 1. folio 19 parte iij

Tutela quid. ſuper verbo, *Tutores impuberis*, numero 4 folio 19 parte iij

Tutela ſeruatur rupto teſtamento ex filij præteritione. ſuper verbo, *In eodem teſt. relinq.* j. numero 240 folio 205 parte j

Tutelæ officium qui gerant. ſuper verbo, *Tutores impuberis*, num. 2. folio 19 parte iij

Tutor plus poteſtatis habet in pupillo quàm curator in furioſo. ſuper verbo, *mortuo itaque teſt. ỹ.* num. 177 folio 126 parte ij

Tutor ſine pupillo adire non poteſt hæreditatem. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. numero 334. folio 106 parte ij

Tutor principaliter datur perſonæ, deinde bonis. ſuper verbo, *Tutores impuberis*, n. 6. folio 19 parte iij

Tutor in quo differt à curatore. ſuper verbo, *Tutores impuberis*, num. 7. folio 19 parte iij

Tutorem filiis dare non poteſt, licet teſtari poſsit minor xxv. ann. ſuper verbo, *Adiectæ impuberi*, num. 83 folio 222 parte j

Tutores quare ita appellentur. ſuper verbo, *Tutores impuberis*, num. 5. folio 19 parte iij

Tutores triplici ratione moueri ad defendendos pupillos. ſuper verbo, *Tutores impuberis*, num. 8, 9, & 10 folio 19 parte iij

¶ Tyberij & Honorij imperatorum exemplum contra adulatores. ſuper verbo, *Condidit*, j. numero 57 folio 143 parte j

Tyberij imperatoris ſalubre conſilium de officiariis non mutandis. ſuper verbo, *Duas habens filias*, nu. 41 folio 13 parte j

Tyberius Gracchus interfectus. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione v. numero 403. fol. 126 parte i

Tyranni ſunt qui agricolas impediunt & diripiunt. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 340. folio 121 parte i

V

VAcantia in dubio bona cui cedant. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 368 folio 123 parte i

Vacantia bona in triplici differentia. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 360 fol. 122 parte i

Vacantibus de iure licet fiſcus ſuccedat, tamen poſſeſſionem non capit propria authoritate. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſio. v. numero 370 folio 123 parte i

Vacantibus bonis abſque domini voluntate quis ſuccedat. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 377 & 378. folio 124 parte i

Vacantium bonorum multiplex differentia. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 305 & 306 folio 118 parte i

Vaſalli ſunt in bello aliis fideliores. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 297 folio 118 parte i

Vaſalli filius non cenſetur ſayſitus ſine inueſtitura. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſtatore, ỹ.* num. 70. fol. 116 parte 2

Vaſallo feudum ipſi eccleſiæ legante dominus non tenetur eam inueſtire. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. iij. num. 13. folio 90 parte i

Vaſallos an cogat dominus pecuniam ſibi mutuo dare. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. iiij. num. 11. folio 91 parte i

Vaſallus cucurbitans dominum perdit feudum. ſuper verbo, *Teſtamentum*, j. num. 35. folio 150 parte i

Vaſallus non tenetur dominum iuuare contra filium. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſtatore, ỹ.* num. 54. fol. 115 parte 2

Vaſallus qui iurauit, non poteſt feudo renunciare, vt à ſeruitio liberetur. ſuper verbo, *Teſtamentum, ỹ.* n. 29 folio 162 parte i

Vaſallus non tenetur oſtendere primam conceſsionem narratam in ſecunda. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione 2. numero 22 folio 68 parte i

¶ Velociſsimum omnium eſt intellectus. ſuper verbo, *Teſtamentum, ỹ.* num. 29. folio 160 parte i

Velut, dictio, notat ſimilitudinem. ſuper verbo, *ſi abſq; liberis mor. ỹ.* de compenſ. ſubſtitutio. num. 10 fol. 55 parte 2

Venari folis nobilibus in Gallia licet, niſi in caſibus. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 355 folio 122 parte i

Venari an liceat in aliena garena. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſio. v. num. 307 folio 118 parte i

Venari poſt prohibitionem non licet, etiam vt domino detur venatio. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione quinta, numero 353 folio 122 parte i

Venatio quæ prohibita. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſione quinta, numero 314. fol. 119 parte i

BIU Cujas

Venatio fit potiùs causa recreationis. super verbo, & *vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 322 fol. 120 parte j

Venationes possunt habere prælati. super verbo, & *vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 313. fol. 119 parte j

Venatores regis non possunt in forestis baronum venari. super verbo, & *vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 312. folio 119 parte j

Vendens rem censetur totam integraliter vendere. In quæst. de Vend. num. 8. folio 52 parte iij

Venditam rem proximior retrahere à minus propinquo potest, etiam si statutum de patre loquatur. super verbo, & *vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 44 folio 97 parte j

Vendi bona iubens & dari pauperibus, an censeatur pupillariter substituere. super verb. *Si absque liberis moreretur, ÿ.* de compen. subst. numero 58. folio 60 parte ij

Venditio secunda an comprehendat vendita prius. In quęstione de Venditione, num. 2 & 21. folio 52 & 53 parte iij

Venditio rei non continet ea quæ sunt tunc à solo separata. In quæst. de Venditione, numero 3 folio 52 parte iij

Venditio an solùm comprehendat ius quod tunc quis habet in re. In quæst. de Vend. num. 1, 4, 5, 6, 7, & 20 folio 52 & 53 parte iij

Venditor dicens se non totum possidere, debet partes sigillatim declarare. In quæst. de Vend. numero 15 folio 52 parte j

Venditor rem censualem dicens esse liberam, prodest emptori. super verbo, & *vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 449. folio 129 parte j

Venditam rem eodem pretio retrahere potest proximior, & intra quantum tempus. super verb. & *vxorem nomine Adel.* num. 156. folio 55 parte j

Venerei actus contemplationem impediunt. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* numero 116 folio 12 parte iij

Venenum apud Athenienses erat pœna delinquentium. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. nu. 85 fol. 86 parte ij

Venia non est dignus qui spe veniæ delinquit. In quęstio. An occidere peccatores liceat, num. 33 folio 49 parte iij

Veniale ex contemptu fit mortale. super verb. & *vxorem nomine Adelasiam*, decis. v. num. 431 folio 128 parte j

Venialis concordia est inter coniuges prohibita. super verbo, *Cuidam Petro trad.* numero 85 folio 141 parte ij

Verba quæ dicantur directa. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, num. 4. folio 11 parte ij

Verba ambigua interpretandi potestas transit ad hæredes. super verbo, *Mortuo itaque test.* j. numero 372 folio 108 parte ij

Verba non curamus, vbi constat de mente. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, numero 18 folio 11 parte ij

Verba non prævalent sensui. in quęst. de Matrimonio, num. 2. folio 34 parte iij

Verba debent intelligi secundũ intentionem loquentis. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, num. 2 folio 11 parte ij

Verba notarij etiam inter idiotas sunt secundum iuris interpretationem interpretanda. super verbo, *Eidem impuberi succed.* num. 29. folio 13 parte ij

Verba impropriantur pro sustentatione actus. super verbo, *Si absque liberis mor. ÿ.* de compen. subst. nu. 36 folio 57 parte ij

Verba illa, pro voluntate, seu ad voluntatem, quid importent. super verbo, *Condidit*, j. num. 20 folio 140 parte j

Verbalia non vno solo actu verificantur. super verbo, & *vxorem nomine Adelas.* decis. j. num. 98 folio 75 parte j

Verberare an possit dominus subditos. super verbo, *Condidit*, j. num. 45. folio 142 parte j

Verbis testatoris inhærendum ad iudicandum si substitutio est directa vel obliqua. super verbo, *Eidem impuberi succed.* num. 1 & 3. folio 11 parte ij

Verbum simpliciter prolatum intelligi debet in potiori significato. super verb. *Duas habens filias*, n. 163 folio 26 parte j

Verbum anceps restringi debet in odiosis. super verb. & *vxorem nomine Adel.* num. 19. folio 43 parte j

Verum aliquid dicitur quod habet aliquid veritatis. super verbo, *Mortuo itaq; testatore, ÿ.* num. 39 fol. 114 parte ij

Vestem æstiuam & hyemalem quo tempore sumant Francorum reges. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrahens*, num. 179. folio 14 parte iij

Vestes quæ sint viduæ & quæ hæredis. super verb. *Qui cum alia matrimon. contrahens*, numero 183 folio 14 parte iij

Vestium honestas aliquid confert quo ad vulgi opiniones. super verb. *Qui cum alia matrim. contrahens*, num. 180. folio 14 parte iij

Vetulæ coitus venenosus. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 218. folio 16 parte iij

vetustatem etiam non iustam immutare periculosum. super verb. *In eodem testam. relinq.* j. num. 182 fol. 198 parte j

¶ Viam ante domum & itinera publica reparare debent etiam clerici. super verbo, *Domum*, numero 18 folio 179 parte j

Vicecancellarij Romani officium. super verb. & *vxorem nomine Adelas.* decis. ij. numero 204 folio 86 parte j

Videtur, dictio, notat improprietatem quandam. super verbo, *Si absque liberis mor. ÿ.* de breuiloq. substi. num. 27. folio 51 parte ij

Vidua fornicans an perdat tutelam, filiorum successionem, & testamenti executionem. super verb. *Qui cum alia matrim. contrah.* numero 203 & 204 folio 15 parte iij

Vidua lugere non debet virum, qui seipsum occidit. super verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* numero 184 folio 14 parte iij

Vidua retinet mariti priuilegia. super verb. & *vxorem nomine Adel.* decis. v. num. 245. folio 114 parte j

Vidua secundum morem patriæ vestiri debet. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 177 fol. 14 parte iij

Vidua an dote priuetur & parafernis ob stuprum. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* numero 201 folio 15 parte iij

Vidua non est ex vestibus iudicanda. super verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 176 folio 14 parte iij

Vidua fornicans perdit relictum à marito. super verb. *Qui cum alia matrimonium contrahens*, numero 200 folio 15 parte iij

BIU Cujas

Vidua intra annum luctus nubens non est infamis iure canonico. super verb. *Qui cum alia matr.contrah.* num.192.folio 15 parte iij
Vidua tenetur laborare hæredibus eam alentibus. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* numero 148 folio 13 parte iij
Vidua renubens de licentia filiorum, non perdit proprietatem relicti. super verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num.210.folio 16 parte iij
Vidua quæ dicatur. super verbo, *Cuidam Petro tradid.* num.48.folio 136 parte ij
Vidua debet vestiri expensis hæreditatis. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* n.182.folio 14 parte iij
Vidua est in sepulchro mariti sepelienda. super verbo, *Qui cum alia matrim.contrah.* numero 146 folio 13 parte iij
Vidua luxuriosè viuens non retinet domicilium primi mariti. super verbo, *Qui cum alia matrimon.contrah.* num.202.folio 15 parte iij
Vidua nubens relictum non perdit onerosum. super verbo, *Qui cum alia matrim.contrah.* num.194.fol.15 parte iij
Vidua tutrix non petito alio tutore nubens, perdit filiorum successionem & tutelam. super verb. *et vxorem nomine Adelasiam,* decis.v.numero 82 folio 101 parte j
Vidua vtitur iure mariti, vbi est eius fauor, alias secus. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* numero 138 & 141.folio 12 parte iij
Vidua etiam dicitur quæ virum habet inutilem. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis.v.numero 244 folio 114 parte j
Vidua prægnans mittitur in pos. bonorum defuncti. super verb. *Et soboles quam gestabat in vtero.* num.59 folio 10 parte ij
Vidua non censetur quæ non fuit cognita. super verb. *Qui cum alia matr.contrah.* num 86.folio 10 parte iij
Viduam ducens iurgia quærit. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* num.82.folio 10 parte iij
Viduam à testatore relictam tenentur hæredes alere, etiam post annum luctus. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* num.143 & 147.folio 13 parte iij
Viduam redotare tenetur pater. super verbo, *Dotem quam ei dederat,* num.17.folio 173 parte j
Viduarum causę priuilegium. super verb. *Qui cum alia matr.contrah.* num.127.folio 12 parte iij
Viduas non nubere interest reipubl. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* num.123.folio 12 parte j
Viduæ propter tria sunt tristes. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* n.128.130 & 131.folio 12 parte iij
Viduæ priuilegio adeundi principem non possunt renunciare. super verbo, *Qui cum alia matrim.contrah.* num.134.folio 12 parte iij
Viduæ quid hæredes debeant. super verbo, *Qui cum alia matr.contrah.* num.149.folio 13 parte iij
Viduæ doctorum non soluunt tallias. super verb. *Qui cum alia matr.contrah.* num.140.folio 12 parte iij
Viduæ non habentes prolem honestius possunt secundò nubere, super verb. *qui cum alia matrim.contrah.* num.188.folio 15 parte iij
Viduæ vltra annum luctus habent nouem dies. super verb. *Mortuo itaq; test.* j.num.58.folio 84 parte ij
viduæ annum luctus pudicè non seruantes puniuntur. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.191.fol.15 parte iij
Viduitas nec masculo nec fœminæ indici potest, præsertim virgini. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.36.folio 9 parte iij
Viduitas indici non potest maritatæ, si non fuit cognita. super verbo, *qui cum alia matr.contrah.* numero 85 folio 10 parte iij
Viduitas nec viro indici potest, nec mulieri. super ver. *qui cum alia matr.contrah.* num.13.folio 7 parte iij
Viduitas an & quando alicui indici possit. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.1.folio 7 parte iij
Viduitas indicta ei qui semel contraxit, non est nulla. super verb. *qui cum alia matr. contrah.* num.105.fol.11 parte iij
Viduitas ob securitatem & libertatem seruanda. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.110 & 111.fol.11 parte iij
viduitatem olim seruantes, vt virgines coronabantur. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.108.fol.11 parte iij
Viduitatem inducendi sunt quatuor iura considerandа. super verb. *qui cum alia matr. contrah.* num.43,54. 56 & 57.folio 9 parte iij
Viduitatem seruans præsumitur plus dilexisse virum. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.109.fol.11 parte iij
viduitatem non seruans præsumitur minus casta. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* numero 107 folio 11 parte iij
Viduitatem seruanti relinquens 200. & non seruanti 100. an valeat. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.58.folio 9 parte iij
Viduitatem seruant beluæ & aues. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.157.folio 13 parte iij
Viduitatem seruans per annum lucratur tertiam partem dotis Tholosę. super verb. *& vxorem nom. Adel.* num.62.folio 47 parte j
Viduitatem ob quatuor causas honestum est seruare. super verbo, *qui cum alia matr.contrah.* num.106,109 110 & 111.folio 11 parte iij
Viduitatis conditio quomodo admittatur iure nouissimo. super verbo, *qui cum alia matr.contrah.* num.57 folio 9 parte iij
Viduitatis seruandæ exempla varia. super verbo, *qui cum alia matr.contrah.* num.124.folio 12 parte iij
Viduitatis conditio penitus reiicitur iure Cod. super verbo, *qui cum alia matr.contrah.* numero 56 folio 9 parte iij
viduitatis conditio in quibus casibus non reiicitur. super verbo, *qui cum alia matr.contrah.* num.87,94,95 97,100 & 105.folio 10 & 11 parte iij
Viduitatis conditioni parere volens puella non auditur. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* numero 38 folio 9 parte j
Viduitatis conditio iure ciuili probata non corrigitur iure canonico. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* num.197.folio 15 parte iij
Viduitatis conditio, si tertius quidam non nubat, non reiicitur. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* nu.97 nisi sit consanguineus. num.98.folio 11 parte iij
Viduitatis conditio non reiicitur fauore pię causæ. super verbo, *qui cum alia matr.contrah.* num.95.folio 11 parte iij
Vigerius & consules Caturcenses sunt coniudices in criminalibus. super verbo, *& vxorem nomine Adel.* decis.v.num.19.folio 95 parte j
Viginti vxores quidam habuit, & mulier xx. viros sepeliuit. super verb. *qui cum alia matr.contrah.* nu.221 folio 16 parte iij
Villico vnà cùm prædio legato, etiam filij & nepotes intellig

BIU Cujas

intelliguntur legati. ſuper verbo, *In eodem teſt. relin.* j num. 190. folio 199 parte j
Vinea eccleſiæ dicitur regnum Galliæ. ſuper verbo, *in eodem teſt. relinq.* j num. 153. folio 196 parte j
Vini vſus in fœminis deteſtandus. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 75. folio 85 parte ij
Vipera quare ſic dicta. ſuper verbo, *Mortuo itaq; teſt. ij.* num. 28. folio 113 parte ij
Vir malè tractans vxorem quando priuetur lucro dotis. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens, ij.* num. 42. folio 213 parte j
Vir non poteſt remittere mulieri pœnas intra annum luctus nubenti. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimon. contrahens*, num. 193. folio 15 parte iij
Virginem etiam vetulâ ducere præſtat quàm viduam adoleſcentem. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimon. contrahens*, num. 83. folio 10 parte iij
Virginitas ſuaderi poteſt, non imperari. ſuper verbo, *Qui cum alia matrimonium contrahens*, num. 12 fol. 7 parte iij
Virginum honeſtas quomodo ſeruanda. ſuper verbo, *Qui cum alia matrim. contrah.* num. 233 & 234 fol. 17 parte iij
Virgines nunquam debent in bello occidi. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 229. fol. 17 parte iij
Virgines quare lauro coronentur. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 241 folio 17 parte iij
Virginibus maior eſt fames libidinis quam aliis. ſuper verbo, *Qui cum alia matrim. contrahens*, num. 6. fol. 7 parte iij
Virginum teſtimonium aliis mulieribus præfertur, in ciuilibus non in criminalibus. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* n. 245 & 246. fol. 17 parte iij
Virginum vi oppreſſarum hiſtoriæ. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 242. folio 17 parte iij
Virgo ſe permittens deflorari qualiter olim puniebatur. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 239 folio 17 parte iij
Virgo potius quàm vidua ducenda. ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*, num. 36. folio 175 parte j
Viri quibus rationibus fœminas coercent. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.* num. 112. folio 144 parte ij
Viri vltra modum amâtes dicuntur effœminati. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num. 28 folio 12 parte j
Virilia cuiquam ſcindens tenetur lege Cornelia de ſic. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* numero 14 folio 7 parte iij
Virtutes candidæ & lucidæ, peccata verò nigra. ſuper verbo, *Duas habens filias*, num. 88. folio 17 parte j
Virtutis nomine ſimpliciter intelligitur patientia. ſuper verbo, *Teſtamentum, iiij.* n. 16. folio 168 parte j
Vita hominum quare olim diuturnior. ſuper verbo, *Qui cum alia matr. contrah.* num. 69. fol. 10 parte iij
Vitium rei venditæ ſpecificatum non ſufficit, ſi cum aliis non veris miſceatur. in quæſtio. de venditione, num. 18. folio 53 parte iij
Viuentis epiſcopatus alteri non poteſt cõferri in tempus mortis, etiam de omnium conſenſu. in quæſtio. de epiſc. num. 7. folio 27 parte iij
Viuere de vento nemo præſumitur. ſuper verbo, *Dotem quam ei dederat*, num. 56. folio 176 parte j
¶ Vlpianus Alexandri, & Seneca Neronis fuere cancellarij. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam.* deciſ. ij. num. 202. folio 85 parte j
Vltimogenituræ ius. ſuper verbo, *In eodem teſt. relinq.* j. num. 210. folio 202 parte j
Vltra, dictio, quam habet vim. ſuper verbo, *Alterochæ filiæ*, num. 1 & 2. folio 171 parte j
Vltra dictio incluſiua aliquando excludit. ſuper verb. *Teſtamentum, iiij.* num. 7. fol. 167 parte j
¶ Vnde liberi & vnde legitimi quomodo differunt. ſuper verbo, *Adiiciens vt Alterocha*, num. 27. fol. 4 parte ij
Vnguntur reges in ſignum clementiæ. ſuper verbo, *Condidit*, j. num. 58. folio 144 parte j
Vnita per alluuionem non fiunt eiuſdem naturæ cum fundo cui vniuntur. ſuper verbo, *et hortum*, num. 17 folio 181 parte j
Vnitas vt inter bonos bona, ita inter malos eſt perniciosa. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. numero 236 folio 98 parte ij
Vniuerſitatibus approbatis annumeratur Tholoſana. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 22 folio 96 parte j
Vnius ſolius diſparitas impedit pupillarem aut exemplarem contineri in reciproca. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* de breuilo. ſubſtit. numero 37 folio 52 parte ij
Vnius loco habentur, qui ad vnam partem vocantur. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* numero 121 folio 52 parte j
¶ Vocandi ſolùm ſunt, quorum intereſt. in quæſt. de Epiſc. num. 46. folio 29 parte iij
Volo verbum quid importet. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 362. folio 107 parte ij
Volo aut vellem quando inducat diſpoſitionem. ſuper verbo, *Teſtamentum, iij.* num. 53. folio 189 parte j
Voluntarij hęredes quare dicantur. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt. ij.* num. 3. folio 112 parte ij
Voluntas captatoria quomodo cognoſcatur. ſuper verbo, *Condidit*, j. num. 3. folio 138 parte j
Voluntas imperfecta valet in caſu. ſuper verbo, *Mortuo itaque teſt.* j. num. 374. folio 108 parte ij
Voluntas teſtatoris quibus modis probetur. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor. ij.* num. 107. folio 28 parte ij
Voluntas pro ratione legis quando ſufficiat. ſuper verbo, *In eodem teſtamento relinquens*, j. num. 198. fol. 227 parte j
Voluntas patris reuocantis licẽtiam teſtandi filio præſtitam nihil eſt. ſuper verb. *Matrem inſuper Cleram*, num. 33. folio 39 parte j
Voluntas teſtatoris interpretanda eſt ſecundum conſuetudinem regionis. ſuper verb. *Duas habens filias*, num. 182. folio 28 parte j
Voluntati res commiſſa regulatur ad arbitrium boni viri. ſuper verbo, *Condidit*, j. n. 22 folio 140 parte j
Votum captandæ mortis inducens diſpoſitio eſt omni iure reprobata. in quæſt. de Epiſc. num. 10 folio 27 parte iij
Votum captandæ mortis, quando non facile præſumatur. ſuper verbo, *Duas habens filias*. num. 201 fol. 30 parte j
Votum captandæ mortis dupliciter inducitur. ſuper verbo, *Si abſque liberis moreretur, ij.* num. 143 folio 32 parte ij
Vox eligendi eſt in fructu, non tamen proprietas rei electæ. de camerariatu Lugdun. numero 11 folio 34 parte iij
¶ Vrbis decus eſt ædificiorum pulchritudo. ſuper verbo, *Domum*, num. 9. folio 178 parte j
Vrſi natura. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. num. 320. folio 119 parte j
¶ Vſufructuaria cenſetur, cui ad vitam quid donatur. In quæſtion. de Theſauraria. num

BIU Cujas

numero 1. folio 44 parte iij
Vsufructuario debetur omnis vtilitas. de camerariatu Lugd. num. 3. folio 33 parte iij
Vsufructuarius an teneatur debita hæreditatis soluere. super verbo, *Cætera bona*, numero 41, 42, 43 & 44 folio 233 parte j
Vsufructuarius an habeat lucra renouationum feudorum, & laudimia. super verbo, *Cætera bona*, num. 33 folio 232 parte j
Vsufructuarius an soluat tallias & collectas. super ver. *Cætera bona*, num. 45. folio 234 parte j
Vsufructuarius an habeat præsentationem iuris patronatus. super verbo, *Cætera bona*, numero 37 folio 233 parte j
Vsufructuarius castri an habeat confiscationes. super verbo, *Cætera bona*, num. 36. folio 233 parte j
Vsufructuarius an habeat collationem officiorum & beneficiorum in ducatu. in quæst. de Thesauraria, num. 2. folio 44 & 45 parte iij
Vsura, est quicquid vltra sortem præstatur. super ver. *Si absque liberis mor. ij.* de leg. & fideic. numero 230 folio 79 parte ij
vsurarius potest causa mortis donare, licet non testari. super verb. *Testamentum, iij.* num. 2. fol. 167 parte j
Vsuræ etiam iure ciuili sunt prohibitæ. super verbo, *Alterochæ filiæ*, num. 8. folio 171 parte j
Vsus immemorabilis tantum potest, quantum lex & natura. super verb. *& vxorem in nomine Adel.* num. 236 folio 61
Vsus communis loquendi qualiter probetur. super verbo, *Eidem impuberi succederent*, numero 24. folio 12 parte j
Vsusfructus legato an veniat lucrum ex prothocollorum exemplatione. super verb. *Cætera bona*, num. 27 folio 232 parte j
Vsusfructus quid. de camerariatu Lugd. numero 10 folio 34 parte iij
Vsusfructus legatum sola alimenta quando importet. super verb. *Cætera bona*, num. 22 folio 231 parte j
Vsusfructus omnium bonorum quid contineat. super verb. *Cætera bona*, num. 24. folio 232 parte j
Vsusfructus quando non acquiratur patri. super verb. *& vxorem nomine Adel.* decis. v. numero 79. fol. 101 parte j
Vtero contentus habetur pro iam nato, etiam ad commodum extranei in casu. super verb. *& soboles quam gest. in vtero*, num. 59. folio 10 parte ij
Vtero contentus non habetur pro nato nisi sua interest. super verbo, *& soboles quam gest. in vtero*, num. 62 folio 10 parte ij
Vtero adhuc inexistens succedit etiam in regno. super verbo, *Adiectæ impuberi*, num. 6. folio 215 parte j
Vtilitas magna æquiparatur necessitati. super verbo, *Duas habens filias*, num. 274. fol. 35 parte j
Vulgari substitutione succeditur testatori non heredi. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 113. folio 28 parte ij
Vulgaris an contineat tacitam exemplarem. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 112. folio 28 parte ij
Vulgaris partim expressa & partim tacita fit dupliciter. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* numero 24 folio 18 parte ij
Vulgaris continet tacitam pupillarem. super verbo, *Si absque liberis morer.* numero 103, 104 & 105. folio 28 parte ij
Vulgaris contenta in breuiloqua an sit expressa vel tacita. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* numero 12 folio 17 parte ij
Vulgaris in vno casu facta extenditur ad alium. super verbo, *Si absque liberis moreretur, ij.* num. 25 folio 18 parte ij
Vulgaris substitutio quare iure probetur. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* num. 142. folio 31 parte ij
Vulgaris substitutio partim expressa & partim tacita. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 13 fol. 17 parte j
Vulgaris substitutio de necessario hærede facit voluntarium. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 121 folio 29 parte ij
Vulgaris substitutio quibus verbis fiat. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 5. folio 17 parte ij
Vulgaris partim expressa & partim tacita an matrem excludat. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* num. 120 folio 29 parte ij
Vulgaris substitutio potest vires dare testamento. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 96, 97 & 98 folio 27 parte ij
Vulgaris pluribus facta an vno adeunte expiret. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 126, 127, 128 & 129 folio 30 parte ij
Vulgaris & pupillaris sunt stipites primi substituti. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* de pup. subst. num. 1 folio 32 parte ij
Vulgaris substitutionis quis sit effectus. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 44. folio 21 parte ij
Vulgaris pupillo facta quando non continet tacitam pupillarem. super verbo, *Si absque liberis moreret. ij.* num. 106. folio 28 parte ij
Vulgaris substitutio quomodo fiat. super verb. *Si absq; liberis mor. ij.* num. 3 & 4. folio 16 parte ij
Vulgaris quare videtur iure improbari. super verb. *Si absque liberis mor. ij.* num. 14. folio 31 parte ij
Vulgaris substitutio posthumo facta. super verbo, *Si absque liberis mor. ij.* num. 18. folio 18 parte ij
Vulgaris substitutio quadruplex. super verb. *si absque liberis mor. ij.* num. 10. folio 17 parte ij
Vulgaris substitutus matrem excludit. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* num. 118. folio 29 parte ij
Vulgaris substitutio quomodo extinguatur. super ver. *si absque liberis mor. ij.* num. 122, 123 & 124 folio 29 parte ij
Vulgaris tacita locum habere potest vitiata vulgari expressa. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* num. 99 & 100. folio 27 parte ij
Vulgaris substitutio quare ita appelletur. super verb. *si absque liberis mor. ij.* num. 6 & 9. folio 17 parte ij
Vulgaris substitutio omnino tacita. super verb. *si absq; liberis mor. ij* num. 19. folio 18 parte ij
Vulgaris substitutionis definitio. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* num. 7. folio 17 parte ij
Vulgaris tacita quomodo expiret. super verb. *si absque liberis mor. ij.* num. 137 & 138. folio 31 parte ij
Vulgaris tacita qualiter est matris exclusiua. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* de pupil. subst. numero 16 folio 33 parte ij
Vulgaris tacita an excludat matrem testatoris. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* numero 119 folio 29 parte ij
Vulgaris tacita in pupil. contenta non comprehendit bona pupilli, sed testatoris. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* num. 114. folio 29 parte ij
Vulgariter substituto non est locus quandiu est spes, quòd hæres adire possit. super verbo, *si absque liberis mor. ij.* num. 45. folio 21 parte ij

Vulg

BIU Cujas

Vulgariter ſuccedens dicitur hæres teſtatoris. ſuper verbo, *Si abſque liberis mor.* j. de pupil. ſubſtit. num. 6 folio 33 parte 2

Vulgare quid dicitur. ſuper verb. *Si abſq; liberis mor. ij.* num. 8. folio 17 parte 2

Vulgarem ſub pupillari contentam eſſe omnino tacitam quomodo intelligatur. ſuper verb. *Si abſque liberis mor. ij.* num. 22. folio 18 parte 2

Vulgi ſententia vana. in quæſt. An occid. pecca. liceat, num. 56. folio 51 parte 3

Vulneratus dicens ſe à Titio percuſſum, fidem non facit. ſuper verb. *In extremis poſitus*, num. 21 folio 135 parte 1

¶ Vxor præfertur baſtardis in ſuccedendo. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 336. folio 121 parte 1

Vxor lugere non tenetur maritum, qui ſeipſum occidit. ſuper verb. *Mortuo itaque teſt* j. num. 49 folio 84 parte 2

Vxor tenetur viro nedum ad patientiam, ſed reuerentiam. ſuper verb. *cuidam Petro trad.* num. 97. fol. 142 parte 2

Vxor baſtardo ſuccedit, & econtrà. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, deciſ. v. numero 155 folio 107 parte 1

Vxor non ſuccedit viro niſi ex conſuetudine. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 231. fol. 113 parte 1

Vxor etiam in domum mariti non tranſducta ſuccedit. ſuper verbo, *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 232. folio 113 parte 1

vxor inops in quarta parte ſuccedit. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 241 & 242. fol. 114 parte 1

Vxor an ſit in mariti poteſtate. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.* num. 98 & 99. folio 143 parte 2

Vxor quid agere debeat contra virum adulterum. ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderunt*, num. 111. fol. 144 parte 2

Vxor ſuperſtes cum liberis in quo ſuccedat. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 250 fol. 115 parte 1

Vxor acquirens præſumitur de bonis mariti. ſuper verbo, *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 100. folio 143 parte 2

Vxor regis aut vidua vocatur regina, tamen ius in regno non habet. ſuper verb. *Duas habens filias*, nu. 119 folio 22 parte 1

Vxor pauper marito locupleti quando in quarta ſuccedat. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 249. folio 115 parte 1

vxor ſuccedit viro & econtra in medietate mobilium, & etiam acquiſitorum immobilium in Gallia. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 224 & 225 folio 112 parte 1

Vxor virum ſequi tenetur, licet vagabundum. ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 89. folio 142 parte 2

Vxor ſuccedit marito inteſtato deficientibus conſanguineis. ſuper verb. *& vxorem nomine Adel.* deciſ. v. num. 219. folio 112 parte 1

Vxor non poteſt inuito marito commam præſcindere. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.* num. 41 folio 136 parte 2

Vxor nec ieiunare poteſt, nec cum camiſia dormire inuito marito. ſuper verb. *Cuidam Petro trad.* nu. 45 folio 136 parte 2

Vxor locuplex quando non ſuccedat viro. ſuper verb. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 240 fol. 114 parte 1

vxorem relinquens dominam & vſufructuariam, quid intelligat. ſuper verb. *Cætera bona*, numero 20 & 21 folio 231 parte 1

Vxorem ducens gaudet immunitate vnius anni. ſuper verb. *Cuidam Petro tradiderunt*, numero 79 fol. 140 parte 2

Vxori proprietariæ pertinet officiorum creatio, non viro fructuario caſtri. in quæſt. de Theſauraria, nu. 8 folio 44 parte 3

Vxoris bona non veniunt in confiſcatione. ſuper ver. *& vxorem nomine Adelaſ.* deciſ. v. num. 278 folio 116 parte 1

Vxoris & vitis comparatio. in verbo, *Cuidam Petro*, num. 106. folio 144 parte 2

X

XEnocrates amicitiam Alexandri recuſauit. ſuper verbo, *Condidit*, j. num. 51. folio 143 parte 1

Xerxes propriæ mortis timidus. ſuper verbo, *Teſtamentum, iiij.* num. 15. folio 168 parte 1

Z

ZOroaſter ridendo natus. ſuper verbo, *Adiecta impuberi*, num. 36. folio 217 parte 1

FINIS.

BIU Cujas

CONTINVATIO REPETITIONIS CAP. RAYNVTIVS,

Extrà de Teſtamentis ſuper fine tertiæ partis,

Quæ imperfecta à D. Gulielmo Benedicti relicta fuit: concernens præcipuam ipſius Capit. materiam: Authore STEPHANO RANCHINO, *Iurium publico profeſſore in Academia & Vniuerſitate legali in Ciuitate Montispeſſulani: & Conſiliario Regio in ſuprema Generalium Curia in ea Ciuitate: nunc primùm in lucem edita.*

Particulas quæ in hac Continuatione explicantur, indicat ſeptima ab hinc pagina,

Cum Indice rerum & verborum locupletiſſimo.



LVGDVNI,
Apud Bartholomæum Vincentium.
CIↃ. IↃ. LXXXII.
Cum Priuilegio Regis.

BIU Cujas

CONTINVATIO
REPETITIONIS
CAP. RAYNVTIVS.

LVGDVNI,
Apud Bartholomæum Vincentium.
CIↃ. IↃ. LXXXIX.
Cum Privilegio Regis.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, AC Domino, Domino Roberto, Vticensi Episcopo, viro præclarissimo, ac religiosissimo, Stephanus Ranchinus Iurium professor, S.

VETVS illa est consuetudo, & doctorum virorum exemplo comprobata (Præsul dignissime) quòd bonarum artium & literarum sectatores, studiorum suorum fructus & lucubrationes vel Principibus, vel Viris Heroicis, & authoritate & honore eximijs, aut amicis soleant dedicare, vt vel eos aliquo amoris officio demereantur, vel vt idoneos laborum suorum patronos sibi parent. Quam quidem receptam consuetudinem non possum non vt iustam, & æquam approbare, & insimul eos qui secundum eum receptum morem, eorum lucubrationes & opera quæ in publicum exire volunt, alijs nuncupent, quos ament, & reuereantur. Hoc certè est amicitiæ & reuerentiæ illustre argumentum dedicare eorum opera quibusdam viris dignis, & bene meritis, & quos dignos putent, eorum labore. Quod ego in præsentiarum mecum obseruans, & cum iam per certa tempora elaborassem circa Continuationem Repetitionis cap. Raynutius, extrà de testamentis, super tertia parte quæ imperfecta à D. Gulielmo Benedicti relicta fuit: cui potissimùm eas meas lucubrationes dedicarem, tu (Præsul dignissime, mihi occurristi, quem in patronum earum mearum lucubrationum statim selegi, cui eas nuncupandas, & adscribendas dicaui, & quas volens dedico: Et ad hoc multæ causæ me impulerunt, & maximè vt ego aliquo gratitudinis officio meam erga te voluntatem fidémque testarer. Jam enim multis nominibus tuam, tum in fratrem meum Joannem Ranchinum, virum spectatissimum, in iure Licentiatum, dominum de Sauilhaco, tum erga nos beneuolentiam persentij, & quam nusquam de-

BIU Cujas

negasti: insimul tuæ eximiæ virtutes, quibus polles, effecerunt, vt nomen tuum præclarissimum in publicum exiret. Et quantumuis huiusmodi meæ vigiliæ tuæ dignitati minimè respondeant, tu tamen pro tua humanitate, eas quales quales sint, tuo nomini dedicatas non dedignaberis: quin eas grato & beneuolo animo acceptas feres, téque ad eas tutandas patronum integerrimum demonstrabis. & vale.

***

AD

AD LECTOREM.



INTER tot & tam varios authores qui commentarios ediderunt tam in Ius noſtrum Ciuile, quàm Canonicum, nullum reperies (lector beneuole) qui facilius & magis adpoſitè propoſuerit quæ ad praxim & communem obſeruantiam faciunt, atque ipſe D. GVLIELMVS BENEDICTVS in ipſa ſua Repetitione quam edidit in illud cap. Raynutius, extrà de teſtamentis. quandoquidem nihil celando in hoc totus fuit, vt vel ad oculum demonſtraret quid in deciſionibus cauſarum in iudicando obſeruetur: quod nobis vel maximè obſeruandum eſt, qui in iudicio forenſi verſamur. Nam ſcio ego quàm variè ſeſe habeant interpretes noſtri in legibus ipſis interpretandis, vt vix inter eos conueniat quid tandem in aliquo negotio ſtatuendum ſit. Quare cogimur diligenter aduertere quid in praxi, & vſu forenſi obſeruetur: & quæ ſit Doctorum magis recepta opinio in ipſis negotiis decidendis. Propterea quòd ſtet ea recepta, & approbata concluſio, Conſulendum & iudicandum eſſe iuxta magis receptam, & approbatam, & communem doctorum opinionem: & ſemper recurrendum eſt ad id quod communiter iudicatur: & nec ſingularibus opinionibus adhærendum eſt. Quod optimo iure à maioribus noſtris receptum fuit, ne ſemper ſub incerto vagemur. Etenim ſi liceret iuxta proprium ſenſum & iudicare, & conſulere, & leges ipſas interpretari, & ſic fingere pro cerebro noſtro, & excogitare nouas opiniones, nullus finis daretur ipſis negotiis terminandis. alius enim ſic, alius in contrarium aſſereret: vnde omnia incerta & confuſa agerentur. Sed cum coganur leges & negotia decidere ſecundum quod magis approbatum eſt: nos ligati ſumus: & neque licet hos cancellos tutò egredi. Horum autem obſeruantiſſimus fuit ipſe Benedictus in illis ſuis Commentariis: & propter id ab omnibus euoluuntur, & habentur præ manibus: & quos ille auxit, & ſententiis & Hiſtoriis. Hoc vnũ vel maximè deſiderabatur, vt & Tertia pars ipſius operis abſoluta & perfecta eſſet, cum reſpiciat præcipuam ipſius capitis materiam, & quam imperfectam licet videre. Præcipuus enim ſcopus illius capitis in hoc eſt, An filius de hæreditate reſtituenda grauatus, duas quartas detrahere poſſit. Item & quæ in Legitimam, & quæ in Trebellianicam & Falcidiam ſint imputanda: de quibus ne verbum quidem in ipſis commentariis, & in ipſa repetitione: & nec quiſquam eſt ſcribentium quos viderim, vt in ea re manum adpoſuerit vt Tertium Tomum abſolueret ad huiuſmodi materias aperiendas: & quæ declaratione vel maximè egent. Qua-

BIU Cujas

re videns hæc quibuſdam placere, & præuidens vtilitatem quæ ex declaratione harum materiarum ſperari poteſt, nihil moratus magnitudine negotij, animum induxi meum huic materiæ manum adponere: & inſimul Tertium Tomum, ſeu Tertiam Partem iam incœptam abſoluere, & perficere, veluti quandam Continuationem eorum quæ ab ipſo Benedicto prætermiſſa ſunt. Nihil quidem tetigi eorum quæ ab ipſo pertractata fuere: tantum collegi quæ omiſſa & intacta vidi, & ad materiarum continuationem facere videbantur. Tu ergo (Lector beneuole) boni conſules labores noſtros.

& vale.

*

SECTIONES CAP. RAYnutius, quæ in hac continuatione explicantur.

Cuius bona idem Petrus. col.6
Qui cum alia muliere matrimonium contrahens. 45
Suscitata materia quæstionis. 79
Coram quo Alterocha, & filius eius. 106
Tutore filiorum prædicti Petri. 120
Quòd obstabat annalis exceptio. 134
Insuper allegabat quòd de bonis illius. 148
Deduci præterea quartam Trebellianicam. 179
Sed vtraque pars ab ea sententia prouocauit. 191
In eo quod dicit tertiam Clarę. 213
In eo verò quod quartam Trebellianicam. 224
Quia verò pater Adiectę. 247

BIU Cujas

SECTIONES CAP. RAY.

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM EORVM QVAE IN HAC continuatione repetit. cap. Raynutius, continentur, ordine Alphabetico digestus.

A


Braham post mortem Sarræ, secundò contraxit matrimonium. in verbo, qui cum alia. num.20. 50

Accusationes criminum spatio viginti annorum tolluntur. num.29. 139

quæ Acquiruntur ex contractu societatis an sint reseruanda, in verb. qui cum alia. nu.43. 55

Acta facta contra tutores aut curatores tenent, datur tamen restitutio si læsi fuerint minores. nu.5. 122

Acta iudicialia probant sine testibus, in verb. suscitata. nu. 140. 102

possunt tamen reprobari per testes ibid. nu.141 & de falso impugnari. ibid.num. 142. & 143

Actus iudiciales die fieri debent, & non nocte. nu. 111. 95

contra Actus extraiudiciales datur duplex remedium. num. 43. 198

Actio rei vendicationis est stricti iuris actio.nu.143. 30

Actio temporalis per litis contestationem efficitur perpetua, in verb. suscitata.nu.103. 94

Actio petitionis hæreditatis differt à rei vendicatione. num. 134. 30

Actio petitionis hæreditatis, est actio bonæfidei: & actio rei vendicationis est stricti iuris. nu.143. 30

Actio negatoria & confessoria sunt actiones reales. numer. 141. 30

Actio rei vendicationis, est particularis: petitio hæreditatis est vniuersalis. num.145. 30

Actio furti non datur contra vxorem. nu.4. 7

Actio viduæ contra mariti occisores. nu. 5. 7

Actio rei vendicationis est actio particularis.nu. 144. 30

in Actione reali causa proxima est exprimenda: in actione personali causa remota, in verb. suscitata.nu.33. 84

Actiones & replicæ sunt arma actorum, in verb. suscitata. nume.4. 79

per Actionem ius actoris demonstratur. nu.17. 81

Actor pro rebus immobilibus tenetur sequi forum rei in rei vendicatione: sed pro rebus mobilibus ratione rei quis sortitur forum. num.155. 32

Actor habens iuris præsumptionem pro se, transfert onus probandi in aduersarium, in verb. suscitata. nu.133. 100

Actor vbi probat, expensas habet contra reum, & vbi deficiet, reus contra actorem obtinebit, in verb.suscitata.nu. 120. 97

Actor vbi obtinet cum iuramento suppletorio, nullas expensas habet. ibid. num.121

Actor tenetur reo instrumentum edere. num. 19. 82

Actor si in libello se dicit cessionarium, tenetur de cessione docere, in verb. suscitata. num. 20. 82

quod procedit parte petente.ibid.num.21

Actor potest declarare verbum dubium aut obscurum positum in libello. ibid.nu. 22. 83

Actor plus petens non debet expensas habere. nu.125. 98

Actor litem contestando super tota summa, videtur & super parte contestari, in verb. suscitata.nu.13. 80

Actor plus petens, si tamen probet partem, debet in ea parte obtinere: quod in actione reali procedit. ibid.nu. 14

idem in Actione reali, & ibi quid in casu contrario. numer. 15. 81

Actor qui egit ex vna causa, & probat ex altera, an debeat obtinere. ibid. num.16

Adamus vixit longiorem ætatem cæteris. nu.23. 126

Adulterorum pœna de iure.nu. 65. 19

Adultus quando quis dicatur.nu.9. 123

Aduocatorum consilium non præbet iustam causam litigandi, in verb. suscitata.num.131. 100

in Aegypto Nilus fluit, & ibi non pluit.nu. 51. 232

Aegyptus miræ fertilitatis, in verb.in eo verò. numer. 53. 233

Aegyptus generatrix & hominum & animalium, in verb. in eo verò. nu.58. 233

Aegyptus sæpius domita. nu.59. 233

apud Aegyptios est magna vis serpentum alatorum.nu. 11

Aequinoctium fit bis in anno. nu. 16. 124

omne Aes alienum detrahi debet ante detractionem Trebellianicæ.num. 120. 177

Aestimatio quanti plurimi fuerit, an hodie locum habeat, in verbo, in eo verò. num. 119. 245

Aestimum alicuius rei an probet illius dominium. num. 92. 93. 94. & 95. 24

pro libro Aestimi fit præsumptio. nu.95. 24

Aetas hominum à tempore diluuij cœpit decrescere, & natura rerum omnium fuit deprauata, in verbo, tutore. nume.24. 127

Aetates hominis, in verbo, tutore. nu.10. & 11. 123

Affines qui dicantur, in verb.cuius bona.nu. 26. 11

Affinitas an soluatur per mortem alterius.ibid.nu. 27

Affinis pro affine potest testificari.ibid.nu. 28

Affinis pro suo affine potest agere sine mandato. nume. 23. 11

Afrairamentum licitè contrahi potest inter maritum & vxorem. num.44. 55

Agens rei vendicatione debet probare dominium & possessionem ex parte rei. nu.76. 22

Agens nomine proprio non satisdabat, in verbo, suscitata. num.45. 85

Agens nomine alieno satisdabat.ibid. nu.46

Albigei seu Alani hæretici.nu.12. 108

Alienatio rei dotalis firmatur iuramento.nu. 39. 14

Aliud est, quòd quid relinquatur in diem, & aliud quòd relinquatur sub conditione. nu.19. & 20. 111

Amicitiæ & inimicitiæ innatæ, etiam inter bruta. nu.6. 7

Amicitiæ inter bruta.ibid.nu.7.

Amicitiæ & inimicitiæ brutorum cum hominibus. numer. 16. 9

BIU Cujas

inter aliquos est quidam natiuus Amor, sicuti & natiuum odium, in verbo cuius bona.nu.6. 7

Angeli quamuis spiritus, vsurpant tamen corpora humana, in verbo, in eo verò. nu. 31. 229

Anima consideratur vt totus homo.nu.84. 90

Animæ an insimul creatæ sint.nu.32. 229

Annalia ad petendum, sunt perpetua ad excipiendum.num. 35. 187

cùm sint tres Animæ, rationalis, sentiens,& vegetatiua:an sint tres an vna sola.nu.40. 231

Animæ creando infunduntur, & infundendo creantur, in verbo, in eo verò. nu.34. 230

Annalis exceptio explosa est. nu.19. 137

effectus Annalis exceptionis.nu.20. 138

Annus olim decem mensibus constabat.nu.18. 125

Annus olim constabat duodecim mensibus.nu.19. 125

Annus intra trecentos sexaginta quinque annos conficit suum cursum, in verbo,tutore.nu.15. 124

Annus datur viduæ ad petendum tutorem filiis. nume. 118. 70

Anni solares & lunares.nu.13. 124

A quo mense Annus incipi debeat.nu.22. 126

Anticipans post elapsum terminum datum ad releuandam appellationem, non benè anticipat. nu.101. 210

Antiqui robustiores fuerunt quàm sint hodie. nume. 138. 74

Antiqui possessio iuniori præfertur.nu.201. 40

Appellans à diffinitiua, non tenetur exprimere aliqua grauamina quæ appellans ab interlocutoria tenetur exprimere. nu.62. 202

Appellans quando in expensis sit condemnandus. num. 63. 202

Appellans ab interlocutoria semper in scriptis debet appellare. nu.49. 199

Appellans à diffinitiua, poterit non probatum probare, sed non appellans ab interlocutoria.nu.32. 196

tam Appellans quàm appellatus, potest noua facta deducere.nu. 33. 196

Appellans à grauamine extraiudiciali, potest facta noua deducere.nu. 42. 198

A curiis supremis non licet Appellare.nu.70. 204

Appellare pro se & suis consortibus licet, in verbo, sed vtraque pars.nu.21. 194

Appellans ab interlocutoria non potest facta noua deducere. num.32. 197

sufficit Appellanti à diffinitiua dicere, appello statim à prolatione diffinitiuæ: aliàs pòst in scriptis est appellandum in verbo, sed vtraque pars.nu.48. 199

Appellans ab interlocutoria an possit obtinere literas super principali.nu.89. 208

Appellatus an possit statim post appellationem anticipare. num. 98. 210

Appellans intra decem dies, potest suæ appellationi renunciare.nu.99. 210

Appellans à sententia diffinitiua poterit deducere grauamina sibi illata ab interlocutoria, quamuis ab ea non fuerit appellatum, & illius inualiditatem poterit deducere.nu.105. 211

Appellans inuito appellato, an possit suæ appellationi renunciare.nu.102. 110

Appellatus qui se grauatum sentit semper debet appellare. num.11. 193

Appellatus potest se iuuare appellatione appellantis. num. 7. 192

Appellatio quare iuuenta,in verbo; sed vtraque pars. num. 1. 191

Appellatio à seruientibus recipitur, & habet vim oppositionis.nu. 69. 204

Appellatio ab interlocutoria ex eismet actis decidi debet, cum quibusdam limitationibus.nu.38. 198

Appellatio est remedium aduersus sententias latas à iudicibus inferioribus.nu.23. 195

Appellatio sola emissa, ab interlocutoria in curia generalium statim deuoluit.nu.50. 199

nihil nouandum pendente Appellatione quomodo intelligatur.nu.61. 201

Appellationis causa an videatur noua causa, & noua instantia, in verbo,sed vtraque pars.nu.4. 192

Appellationis causa non decidi debet secundum leges nouiter latas.ibid. nu.5

in Articulo appelli facta iam deducta,in prima instantia nõ possunt iterum deduci.nu.34. 197

in articulo Appelli res deducitur ad eum statum in quo erat tempore litis contestatæ.nu.24. 90

Aquila à Romanis dicata, pro signo militibus.nu. 15. 9

Aquila biceps.nu.5. 7

Aquila nusquam fulmine tacta.nu.14. 9

Aranea buffoni & serpenti inimicus.nu.14. 9

in Arbitrariis bonum est habere iudicem fauorabilem, in verbo, quod obstabat.nu.13. 136

Arbitri qui contra tenorem compromissi iudicarunt, poterunt demum cognoscere.nu.31. 196

Argumentum à facti narratione non debet sumi. nume. 69. 163

Arriani impiè persecuti sunt sacerdotes,& Episcopos Catholicos.nu.81. 207

Arriani restituuntur.nu.83. 208

Arthemisia maximum amorem erga suum prædefunctum maritum demonstrauit,in verbo, qui cum alia. num.24. 50

Articuli impertinentes qui dicantur.num. 16. 137

Ascendentes grauati an possint duas quartas detrahere. nu. 28. 254

in Assiria rarò pluit.nu.52. 232

Attentata post appellationem ab interlocutoria antè inhibitiones an reparentur, & quid si post inhibitiones attentatum sit.nu.57. 201

Attentatorum reparatio fit duobus modis.nu.58. 201

Attentata post diffinitiuam statim sunt reparanda, & ab interlocutoria post inhibitiones.num.53. 200

Attentata post appellationem ab interlocutoria, & inhibitiones reparantur.nu. 55. 200

Attila flagellum Dei se appellabat.nu.22. 219

B

Babylon in Aegypto,quæ nũc lou-caire *appellatur, subuersa fuit,in verbo,in eo verò.nu.54.* 233

noua Babylon reedificata.nu.55. 233

Babylon centum portarum, sicuti & Thebarum ciuitas, in verbo, in eo verò.nu.56. 233

Barbari qui dicuntur.nu.17. 183

Basiliscus & mustella inuicem sese occidunt. nu. 13. 9

Basiliscus suo aspectu hominem enecat.nu. 13. 8

Basiliscus Romæ natus.nu.14. 9

Basiliscus genus serpentis, quo nullum animus est nocentius. nume. 13. 8

Beneficia ecclesiastica sine titulo non possunt possideri. num. 158. 32

in Beneficiis præfertur ille qui habet titulum & possessionem, alteri solum titulum habenti. nume. 200. 40

BIU Cujas

semel Beneficiatus, talis demum præsumetur. nume. 160. 33

*Beneficiatus ad motum episcopi tenetur docere de suo titulo.num.*159. 32

*Benemerita debent esse plus quàm obsequialia ad hoc vt donatio ob benemerita facta à patre filio valeat, in verbo, insuper.nu.*45. 158

*Bissextus quomodo fiat.nu.*20. 125

Bohemi templa, & monasteria monachorum deuastant.nu. 80. 207

*Bona parapherna mulier conclante matrimonio potest alienare, in verbo,cuius bona.nu.*45. 16

*Bona parapherna à muliere vendi possunt.nu.*43. 15

Bona parapherna duobus modis considerantur. nu. 20. 10

*Bona fides in dubio pro possessore præsumitur, qui habet titulum, aliàs non.nu.*6. 225

*Bouis anima oritur ex vi seminis, & nihil aliud est quàm ipsa agitatio.nu.*42. 231

*Bonæfidei possessores.nu.*4. 225

*Bona mariti tacitè hypothecata pro restitutione fructuum, quos percepit maritus ex bonis paraphernis. nu.*31. 12

Bruta rationi humanæ participent.nu. 40. 129

*inter Bruta innatæ sunt quædam inimicitiæ, & amicitiæ. nume.*7. 7

*Bucephalus equus Alexandri,nu.*16. 9

C

Caedes Romanorum maxima sub Manlio consule. num. 26. 219

*Cambises Sammietum in suam dignitatem remisit, in verbo, in eo verò. nu.*62. 233

*quid sit Capere iure hæreditario.*98. 170

quid sit Capere iure vniformi, & difformi. nume. 100. 172

*Captatoria institutio quid sit. nu.*102. 26

*Carolus Martellus non fuit rex Franciæ. nu.*11. 108

Carolus Martellus fuit vsus auxilio Longobardorum.nume. 13. 217

*Castrum recognoscens videtur, & iurisdictionem recognoscere. nu.*44. 142

Castrum in se continet iurisdictionem.ibid.nu. 45

*Casus nouitatis. num.*193. 39

*Cato Aphricam petiturus Psillis vsus fuit contra vim serpentum. num.*11. 8

*Caualcata quid sit. nu.*42. 141

Causa studij, & fauor dotis æquiparantur.nu. 66. 162

*Causa dominij immediata est probanda.nu.*79. 22

*Causa secunda non agit, nisi ex influentia causæ primæ, in verbo, in eo verò. num.*29. 229

Causa in libello est diuersimodè exprimenda in libello, in verbo, suscitata.nu. 32. 84

*Census solutio probat emphyteusim. nu.*90. 24

Childericus rex Franciæ regno priuatus. nu. 15. 217

per Citationem validam interrumpitur præscriptio. nume. 100. 93

Citatio inualida non constituit debitorem in mora. nume. 101. 94

*quo ad vitium litigiosi per Citationem inducitur litis pendentia, in verbo, suscitata. nu.*102. 94

*Citatio non est de substantia ipsius iudicij.nu.*81. 90

*Ciuiles fructus qui sint. nu.*178. 236

*Ciuitas quælibet duos episcopos habuit: vnum Arrianum, & alterum Catholicum.nu.*84. 208

*Ciuitas nulla sine muliere.nu.*17. 49

*Clausula sine liberis,in filio grauato semper intelligitur, & in testamentis,& in contractibus.nu.*31. 113

*Clausula,si decedat sine liberis,& in nepotibus institutis lo-cum habet.nu.*39. 115

*Quæ clausula in extraneis institutis nec in ascendentibus institutis intelligitur.ibid.nu.*40

Clodoueus Rex contra Arrianos,qui in Vasconia erant. nu. 86. 208

*Cœlum quid propriè.nu.*33. 52

*Cœli nonnunquam pro sanctis intelliguntur.nu.*35. 53

Collectæ dantur principi ratione regiæ potestatis. nume. 34. 140

*Color albus olim erat symbolum luctus, hodie color niger. num.*133. 74

Cometæ qui stellæ crinitæ vocãtur,in verb.qui cum alia. nu. 36. 53

Cometæ interdum bona interdum mala prænotant.ibid. nu. 37. 53

*Communes opiniones in iudicando & consulendo sunt sequendæ.nu.*13. 182

*Compensatio hodie admittitur tam in actione bonæfidei quàm stricti iuris si petatur. nu.*10. 136

*Conciliatio legum bonæfidei.ff.de acqui.rerum dominio, & fructus.ff.de vsuris.nu.*102. 240

Concilium an supra Papam,in verb.sed vtraque pars. num. 73. 205

Concilium maius Imperatore. ibid.nu. 78. 206

*Concubinatus de iure ciuili cognitus, incognitus tamen de iure diuino.nu.*34. 114

*Condemnatus ad expensas, censetur condemnatus ad expẽsas iam facta.nu.*116. 244

*Condemnatus in actione iniuriarum nõ admittetur ad cessionem bonorum.nu.*96. 210

Condemnatio expensarum locum habet vbi res cum iuramento parti delato deciditur,in verb. suscitata. nume. 122. 97

Cessat expensarum condemnatio,vbi probatio est elisa propter testes obiectatos.ibid.nu. 123

Condictio legis omnimodo datur filijs pro eorũ legitima.nu. 150. 31

*Conditio,si sine liberis decesserit,deficit,si filij sint viui tempore mortis grauati.nu.*26. 111

*Conditio tacita sicut expressa reddit contractum conditionalem.nu.*17. 227

*quæ Conditio cessat extantibus liberis tempore mortis,quãuis demum liberi defecerint.nu.*32. 113

*Conditio,si sine liberis,an occiosè in testamentis apponatur, cum ea tacitè intelligatur.nu.*33. 113

*Conductori non datur hoc interdictum.nu.*202. 41

*Confessio aut exceptio obscura non potest ab hærede declarari,in verb.suscitata.nu.*26. 83

*Confitendo reus non videtur litem contestari.nu.*40. 85

*Coniuges inter se, blandis verbis alterum allicere potest vt eum hæredem instituat.num.*101. 25

*alter ex Coniugibus alterum potest inducere ad eum hæredem instituendum.num.*101. 25

*Coniuncta persona pro coniuncta non admittitur vbi requiritur mandatum speciale.nu.*29. 11

Coniuncta persona pro alia coniuncta agit sine mandato.nu. 22. 11

*Quælibet coniuncta persona agit pro coniuncta sine mandato.nu.*21. 11

*Consanguineus pro suo consanguineo non facit probationẽ semiplenam.nu.*29. 11

Consangineus pro suo consanguineo an sit testis integer. nu. 28. 11

*Consensus alius est quàm iussus.nu.*52. 56

*In dubio consensus vxoris non præsumitur in viro accipiente fructus ex bonis paraphernis.nu.*32. 13

BIU Cujas

quædã Cõsuetudines generales in regno receptæ.nu.9. 108
quilibet ex Consulibus potest causam publicam defendere, in verb.tutore.nu.54. 132
Contrahens matrimonium de consensu suorum filiorum nullas incurrit pœnas.nu.40. 54
Contractus gesti per minores sine eorum tutore aut curatore in eorum vtilitatem tenent,at contra illos non valent, in verb.tutore.nu.7. 122
Contractus omnes inter maritum & vxorem fieri possunt. num.103. 26
Contractus donationis prohibitus inter maritum & vxorẽ iuramento firmatur.nu. 104. 26
Contractus die & nocte fieri possunt.nu.112. 95
in Contractibus bonæfidei fructus & vsuræ debentur à tempore moræ,& in contractibus stricti iuris à tempore litis contestatæ.nu.106. 242
Contumacia in iudicio debet esse accusata ad hoc, vt inducatur litis pendentia per citationem, in verb. suscitata. nu.97. 93
Conuentus antè euentum diei potest agentem repellere, in verb.coram quo.nu.24. 111
quid si interim dies euenerit.ibid.nu. 25
Conuentus rei vendicatione non tenetur ostendere titulum suæ possessionis,in verb.cuius bona.nu.133. 29
Conuentus petitione hæreditatis cogitur respondere an possideat. ibid.nu.134
Cordatis viris spectra apparent contra Plutarchi opinionẽ. num.124. 28
Corporalis possessio,cum ciuili sæpe reperitur iuncta,& aliquando separata.nu.170. 35
Cornu ceruinum adustum serpentibus infestum. nu. 12. 8
Creare aliud est,& aliud producere.nu.28. 229
Creditor potest cumulare,& specialem & generalem hypothecam,in verb.cuius bona nu.54. 17
Creditor vbi agit contra debitorem potest proponere,& specialem & generalem hypothecam.ibid.nu.55
Crimen adulterij non importat bonorum confiscationem,in verb.cuius bona.nu.66. 19
Crocodili nascuntur ex ouis.nu.49. 232
Curia suprema ad id quod petitum est, non aduertit neque ad practicam ceremonialem, in verb. suscitata. nume. 11. 80
Curiæ supremæ formulas non tenentur obseruare. num. 57. 87
si Curia suprema in vim commissionis cognouerit de aliqua causa,an ab ipsa curia ad delegantem sit appellandũ. num.107. 212

D

Daemones possunt diuinare.nu.111. 27
Daniel inter tres iustos.nu. 113. 69
Debitor admitti debet ad cessionem bonorum, nisi in certis casibus.nu.90. 209
Debitor ex delicto non admittitur ad cessionem bonorum. num.95. 209
Debitor fiscalis non admittitur ad cessionem bonorum. nu. 97. 210
Declaratio regulæ quod facta non præsumentur nisi probentur.nu.110. 27
Declaratio l.1. C. de appellat. & l. si de vi. ff. iudi. num. 186. 38
Declaratio legis quæ pater.ff.famil.erciscundæ.nu.68. 162
Delphini hominum amatores. nu.16. 9
Delphinus crocodilo inimicus.nu.8. 7
Deiecto à nuda detentatione datur officium iudicis. num. 189. 39
Delegatus à curia suprema an possit subdelegare. nume. 71. 204
Delegatus à principe potest subdelegare.nu.72. 205
Democritus semper ridebat,& vixit diutius.nu.31. 127
Denarij regy non perdunt naturam denariorum regiorum quamuis exactores intra tres annos eos non exegerint,in verb.quòd obstabat.nu.37. 140
in Denariis regiis nõ habet locũ possessorium.nu.38. 141
in Denariis regiis nulla cadit præscriptio.nu. 33. 140
Denumbramenta sola an sufficiant ad immunitatem probandam.nu.47. 142
in Descendentibus grauatis subintelligitur clausula si decedat sine liberis, & non in ascendentibus grauatis,in verb.quia verò.nu.30. 256
Detentus à carceribus poterit semper à tali detentatione appellare.nu.106. 212
Dialectica pugno,rethorica palmæ manus æquiparatur. nu. 166. 34
Dies constat octo horis tempore hyemis, & tempore æstatis decem & octo,in verb.suscitata.nu.118. 96
Dies tribus modis communiter accipitur.ibid.nu.119
Dies naturalis & ciuilis,in verb. suscitata.nu.113. 95
Dies ciuilis ab vna media nocte vsque ad alteram mediam noctem.ibid.nu.114
Dies naturalis ab ortu Solis, vsque ad occasum. ibid. num. 115
Dies in duodecim horas diuiditur.ibid.nu.116
Differentiæ inter priuilegium tacitæ hypothecæ & prælationis.nu.59. 17
Differentiæ inter rei vendicationem & petitionem hæreditatis.nu.140. 30
Defectiones in cælo videntur.nu.127. 28
Differentiæ inter petitionem hæreditatis & actionem rei vendicationis.nu.135. 30
Differentiæ quæ sunt inter donationem ob benemerita factã personis suspectis.nu.42. 158
Difficultas, & iniusta causa excusant quem à mora. nume. 20. 227
Dilatio in legitima filij pro sua vtilitate sustinetur. nume. 147. 31
Dioni ostentum apparuit.nu.123. 28
Discrimen inter mulctam & emendam.nu.92. 209
Discrimen inter bona dotalia & parapherna.nu.32. 13
Dissidium inter bruta.nu.8. 8
Diuersitas religionis parit discordias & in imperiis & in familiis.nu.85. 208
Diuinatio hominibus prohibita.nu.125. 28
Diuinatio duplex.ibid.nu.126. 129. & 130. 28
Diuinare non licet.nu.110. 27
Diuisio inter cohæredes censetur facta si bona pro indiuiso possederint.nu.27. 139
Doctores regentes habent multa priuilegia.nu. 74. 165
Doctores sunt in dignitate, & doctoratus est dignitas, in verb.insuper.nu.75. 165
Doctor minor an possit petere restitutionem in integrum,in verb.tutore.nu.47. 130
Dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit contractum nullum parte id opponente.nu.6. 135
Dominium quando per exceptionem deducitur quomodo probetur.nu.100. 25
Dominium in rei vendicatione plenè probari potest. nume. 96. 25
Dominium duplex.nu.173. 36
ad acquirendum Dominium titulus & possessio requiruntur.nu.174. 36
Dominium per continuationem possessionis non probatur,in verbo

BIU Cujas

verb.cuius bona.nu.96. 24
Dominium vbi probandum est contra eum qui habet causam à nobis,sufficiet demonstrasse eos habuisse causam à nobis.nu.99. 25
Dominium quod incidenter deducitur probatur ex possessione de præsenti.ibid.nu.100
Dominium ad hoc vt per sententiam acquiratur, traditio requiritur.nu.82. 22
in odium violenti non requiritur tam stricta probatio Dominij.nu.97.& 98. 25
Dominium est ius disponendi de re aliqua.num.168. 35
Dominia multis modis acquiruntur.nu. 80. 22
Dominij probatio difficilis.nu.78. 22
a Dominio habemus iudicium petitorium, à possessione iudicium possessorium.nu.176. 36
Dominium per librum competij non probatur plenè. num. 91. 24
quæ Donantur vxori mariti contemplatione,non sunt liberis primi matrimonij reseruanda. nu. 64. 58
Donans ob benemerita,si dicat se donare purè & simpliciter, talis donatio vt simplex valebit.nu.43. 158
Donatio inter virum & vxorem facta iuramento firmatur. num.104. 26
Donationes inter virum & vxorem habent tacitam conditionem,si donatarius superuiuat.nu.106. 26
Donatio propter nuptias peti potest constante matrimonio. num.35. 13
Donatio inter maritum & vxorem morte alterius confirmatur.nu.103. 26
in Donatione facta à marito vxori habet tacitam conditionem si vxor superuiuat.nu.106. 26
Donatio remuneratio inter virum & vxorem sustinetur. num.107. 26
Donatio simplex quæ non statim valet,sed morte patris confirmatur,in legitimam imputatur.nu.81. 167
Donatio facta à patre filio contemplatione matrimonij valet,& ibi an valeat si post matrimonium fiat ea donatio, in verb.insuper.nu. 62. 161
Donatio facta filio militi in causam militiæ an valeat, & quæ in ea requirantur.ibid.nu.63
Donatio facta à patre filio in causam peculij quasi castrensis valet,& quæ requirantur.ibid.nu.64
Donatio facta filio in causam studiorum valet. nume. 65. 162
ad hoc vt donatio,ob benemerita valeat facta à patre filio, ea merita debent respondere rei donatæ.nu.61. 160
Donatio remuneratoria filio in suam legitimam non imputatur.nu.88. 168
Donationes quæ morte confirmantur valent potius iure legati,quàm donationis.nu.38. 157
Donatio à patre facta filio emancipato valet.nu.39. 157
Donatio vsufructus bonorum aduentitiorum facta à patre filio, statim valet.nu.40. 157
Donatio ob benemerita facta à patre filio, statim valet, & quæ requiruntur ad hoc vt valeat.nu.41. 157
Donatio simplex facta à patre filio iuramento confirmata, valet.nu.78. 166
Donatio quando immensa dicatur,& quatenus sit reuocãda.num.1. 214
ad hoc vt Donatio facta filio à patre fauore studij valeat, duo requiruntur.nu.70. 163
Donatio facta fauore matrimonij in legitimam est imputanda,in verb.insuper.nu.24. 154
in locum Donationis antè nuptias succedit donatio facta matrimonij,in verb.insuper.nu.25. 154
Donatio facta fauore matrimonij differt à donatione propter nuptias.ibid.nu.26
Donatio simplex per ingratitudinem, facta tamen fauore matrimonij, non reuocatur sicuti nec dos. ibid. nume. 27
Donatio ob causam imputatur in legitimam non autem remuneratoria.ibid.nu.28
Donatio ob causam differt à donatione quæ fit ob benemerita,in verb.insuper.nu.29. 155
Donatio simplex facta à patre filio quæ confirmatur morte patris,in legitimam imputatur.ibid.nu.30
Donationes factæ à patre filio,quæ morte patris confirmantur,non veniunt in collationem.ibid.nu. 31
Donatio facta à patre filio in potestate quæ statim valet,nõ imputatur, licet veniat in collationem nu. 32. 156
Donatio simplex à matre facta cùm ea statim valeat imputatur in legitimam.ibid.nu. 33
Donationes inter patrem & filium prohibitæ. ibid. num. 34
Dos quando dicatur congrua.nu.20. 153
Dos repeti potest marito ad inopiam vergente.nu.34. 13
Dotem propter adulterium perdi.nu.61. 18. item & bona parapherna.ibid.nu.62. & 63
Dotalitium quid propriè significet.nu.63. 18
Dotalis res quando dicatur.nu.31. 12
res Dotalis non potest alienari ab ipsa vxore.nu.39. 14
Draco & Aquila pugnando sese enecant.nu.14. 9
Draco & elephas pugnando sese enecant.nu.12. 8
quoties aliquid Dubium de iure ciuili reperitur, decisum tamen de iure canonico,ius canonicum obseruandum est, in verb.quia verò.nu.9. 249
Duo sunt probanda ab eo qui petit reparationem attentatorum.nu.60. 201
Duo debet probare impetrans interdictum retinendæ. num. 196. 39
Dux Mediolanensis vxorem suam adulteram ad supplicium traduxit.nu.65. 19
Dupliciter aliquid creari dicitur.nu.30. 229

E

EDucatio liberorum de iure ciuili debetur.nu.37. 261
Educatio liberorũ,non pertinet ad nouercã.nu.83. 63
in malis an cadat Electio.nu. 38. 115
ab Electione est appellandum. nu.44. 198
ab Electione tutoris non est appellandum.nu.45. 198
quando quis habet priuilegium vt possit coram pluribus conueniri,est in Electione actoris coram quo eum reum velit conuenire, quod fallit in scholastico.num.72. 164
Electus in officium susceptoris aut exactoris debet appellare. nu.46. 199
Emenda propter paupertatem remittitur: mulcta autem nõ. nu.93. 209
Empedocles viridi memoria,& Pericles obtusa memoria, in verb.tutore.nu.35. 128
Emphyteusis per solutionem pensionis probatur.nu.89. 23
Emptores qui emerunt ab hærede grauato,poterunt substituto res vendicanti, quòd hæres habebat quartam, & excipient de duabus quartis.nu.32. 186
Epimenides centum quinquaginta annos vixit.nu.34. 128
Equum à me ablatum potero vendicare coram iudice loci vbi equum reperio.nu.156. 32
Eroſtratus templum Dianæ combuſsit.nu.26. 50
Exactor denariorum regiorum non admittitur, ad cessionẽ bonorum.nu.94. 209
Euentus conditionis non constituit debitorem in mora, in

BIU Cujas

verb.in eo vero.nu.18. 227
Exceptio litis finitæ oppositæ impediet litis contestationem, in verb.suscitata.nu.58. 87
Exceptio laudi seu compromissi,est exceptio litis finitæ.ibid. nu.59
Exceptio peremptoria æquiparatur exceptionibus impediẽtibus litis ingressum.ibid.nu.60. 88
Et impedit litis contestationem.ibid.nu. 61
Exceptiones peremptoriæ oppositæ post litem contestatam, appellantur peremptoriæ,ibid.nu. 62
Exceptio impediens litis ingressum illa appellatur,per quam apparet actionem sublatam esse,in verb. suscitata.num. 65. 88
Exceptiones impedientes litis ingressum,possunt dici & dilatoriæ & peremptoriæ.ibid.nu.66. 89
Exceptionum quædam dilatoriæ & quædam peremptoriæ. ibid.nu.67
subdiuisio Exceptionum dilatoriarum. ibid.nu.68
Exceptio ordinis ante litem contestatam opponi debet. nu. 76. 90
Exceptio compensationis in articulo appelli opponi potest,in verb.suscitata.nu.77. 90
in Exceptionibus reus eas proponendo efficitur actor. ibid. num.78
Exceptionem proponens, reus non videtur fateri de intentione actoris.ibid.nu. 79
Exceptiones peremptoriæ vsque ad sententiam opponi possunt,in verb.suscitata.nu.72. 89
Et in articulo etiam appelli etiam opponi possunt. ibid. nu. 73
Exceptio ordinis non habet locum in denariis regiis. num. 126. 99
neque inter mercatores locum habet,in verb.suscitata. nu. 127. 99
Exceptio quæ datur venditori transit in singularem successorem.nu.33. 187
Exceptiones omnes an à partibus proponi debeant,quantum uis de illis in processu constet.nu.17. 137
Exceptio præscriptionis est de exceptionibus impedientibus litis ingressum,quando de ea statim constat,aliàs non,in verb.quod obstabat.nu.1. 134
Exceptio præscriptionis,& post litem cõtestatam opponi potest.ibid.nu.2
Exceptiones & duplicæ sunt arma reorum,in verb.suscitata.nu.5. 79
Exceptio ineptitudinis libelli,vel generalitatis, aut incertitudinis à parte opponi debet, in verb. suscitata. nume. 38. & 39 85
Exceptio ineptitudinis libelli opponi potest quandocunque, in verb.suscitata.num.36. 84
Exceptio notorij defectus proprietatis non habet locum in interdicto recuperandæ.nu.184. 37
in Executione sententiæ aliquæ exceptiones opponi possunt. nu.75. 90
Exhæredatis filiis per ius ciuile consulitur.nu.37. 260
Exhæredatio hodiè sine causæ insertione fieri non debet. nu. 5. 149
Exhæredatio olim solo verbo fiebat,in verb. insuper. nume. 2. 149
Expensæ quæ fiunt ad perpetuam vtilitatem cum fructibus compensantur,& etiam melioramenta. nu.90. 238
quid sit capere fructus iure dominij.nu.91. 238
fructus percepti ab hærede grauato, aut à marito in rebus dotalibus non compensantur cum melioramentis, in verb.in eo vero.nu.92. 238
quid sit capere iure possessoris.ibid.nu.93. 238
Expensæ fiunt ex pluribus causis,in verb. in eo vero, nume. 88. 238
Expensæ factæ causa fructuum conseruandorum, colligendorum,aut quærendorum,deducuntur à quouis possessore malæfidei, & cum fructibus compensantur.ibid. nu. 89. 238
Expensarum quæ concernunt rei perpetuam vtilitatem, quædam sunt vtiles,quædam necessariæ,aliæ voluntariæ. nu.96. 239
Expensis hæredum mariti viduæ vestiri debent veste lugubri. nu.134. 74
habens communem opinionem pro se ab Expensis excusatur, in verb.suscitata.nu.129. 99
is qui consilium duorum aduocatorum secutus fuerit excellentissimorum, ab Expensis est excusandus. ibid. nume. 130. 100
habens iustam causam litigandi excusatur à condemnatione Expensarum,& à mora, & à condemnatione valoris quantiplurimi,in verb.suscitata.nu. 132. 100
Expressa conditio impedit ortum obligationis,& etiam tacita,in verb.coram quo.nu.21. 111
quid si conditio Euenit pendente iudicio inchoato antè euẽtum conditionis.ibid.nu.122
Expressa & tacita hypotheca insimul possunt concurrere. nu.47. 16
Extranei possunt ignorare contenta in testamento. nume. 18. 82

F

FActa deducta in prima instantia super quibus testes non fuerunt auditi possunt in articulo appelli iterũ deduci. nu.35. 197
Facta non præsumuntur nisi probentur.num.110. 27
Factum post appellationem emissam verbo, à diffinitiua vt attentatum est reparandum, in verb. suscitata. nume. 96. 92
Factum post citationem beneficio attentati est reparandum, in verb.suscitata.nu.93. 92
quod & in articulo appellationis procedit.nu.94
& vbi ab interlocutoria appellatum est.ibid. nu.95
Facultas differt à iure.nu.49. 142
Facultas iurandi in iuramento quod parte à parti defertur,non transit ad hæredes,in verb.suscitata.nu.30. 84
Facultas iurandi quæ à lege defertur,transit ad hæredes, in verb.suscitata.nu.27. 83
Facultas iurandi in violentum transit ad hæredes.ibid.nu. 28
Facultas declarandi verbum dubium non transit ad hæredes,in verb.suscitata.nu.23. 83
Facultas eligendi in alternatiuis transit ad hæredes.ibid.nu. 24
Feudum non dicetur si pro eo soluatur pensio. nume. 91. 24
Fideicommissum tacitum an reperiatur, in verb. coram quo Alterocha.nu.1. 106
Fideicommissi in restitutione alia bona quæ ad grauatum peruenerunt ex substitutione fideicommissaria alteri facta veniunt,in verb.quia verò nu.23. 253
Fideicommissi in restitutione hæres grauatus detrahit meliorationes habito respectu ad valorem vti erit tempore restitutionis.ibid.nu. 24
Fideicommissario dantur remedia possessoria.nu.8. 108
Fideiussor qui promittit quem representare intra octo dies, illis elapsis non constituitur in mora.nu.19. 227
Fides hæretico non seruanda.nu.79. 207

BIU Cujas

Index.

Filiusfamilias non potest testari.nu.29. 255

Filius qui purè grauatus, non potest nisi vnam quartam detrahere, debet eligere an velit legitimam an Trebellianicam,in verb.quia verò.nu.16. 251

Filius grauatus de restituenda hæreditate paterna aut materna duas quartas potest deducere, in verbo, quia verò. nume.1. 247

de iure ciuili Filius grauatus à patre vel à matre vnam quartam solam potest deducere. ibid.nu.2. 248

Filius vltra tresdecim causas positas in §. causas. vt cum de appella. cogno. ex aliis poterit exhæredari. nume. 6. 149

Filius quamuis teneatur libros conferre, tenetur solum ad pretium & non ad libros restituendos. nu.76. 166

Filius de iure ciuili sine causa potest exhæredari. nume. 37. 259

Filij alienata à parentibus in eorum fraudem possunt reuocare, sed non econtrariò.nu.33. 256

Filius purè grauatus, vnam quartam solum detrahere potest, in verbo, quia verò. nu.8. 249

Filius quamuis hæres quantum ad legitimam, eam habebit, vt quilibet ex aliis filiis, in verbo, quia verò. nume. 18. 252

Filius quando hæreditas est onusta multis legatis detrahit & legitimam, & Falcidiam. nu.37. 258

Filius imputat in suam legitimam bona ab ipso alienata, quæ erant ex hæreditate. nu.23. 185

Filij primi gradus non imputant in Trebellianicam fructus ex hæreditate perceptos.nu.104. 171

Filij possunt produci mense septimo. nu.43. 231

Filius non imputat in suam legitimam id quod capit causa conditionis implendæ. nu.83. 167

Filius in suam legitimam imputat sumptus à patre factos, pro filij delicto. nu.84. 168

Filius in suam legitimam non imputat sumptus à patre factos in honorem ipsius filij.nu.85. 168

Filij positi in conditione, an & in dispositione videantur positi cum quibusdam limitationibus, in verbo, coram quo. nu.41. 117

Filius tenetur imputare in suam legitimam id quod capit in vim vltimi iudicij à testatore.nu.79. 167

Filius non imputat in suam legitimam quod capit iure substitutionis aut iure accrescendi, sed & nec quod capit beneficio l. hac edictali.C.de secun. nup. ibid.nu.80

quis habens Filios nihil patri & matri tenetur relinquere. nume. 3. 214

Filius licet suam legitimam petierit, & acceperit, poterit nihilominus supplementum petere.nu.14. 151

Filij pietatem, & officium debent parentibus, sed non operas artificiales. nu.58. 160

quod Filius capit extra substantiam parentis,ex cuius substantia petitur legitima, non imputatur filio in legitimam, in verbo, insuper.nu.16. 152

quod filius capit ex substantia illius in cuius bonis petit legitimam, in suam legitimam imputatur. ibid. nume. 17

Filia an in suam legitimam dotem quam habuit à suo auo, teneatur imputare.ibid.nu.18

quicquid Filius acquirit, id suo patri acquirit.nume. 37. 157

Filij filiorum succedunt in locum eorum patris pro habenda legitima debita eorum patri.nu.9. 150

Filius in suam legitimam non imputat officium aut beneficium à patre obtentum in illius vtilitatem. nume. 87. 168

Filius legitimatus grauatus purè vnam quartam, sub conditione verò duas detrahit, in verbo, quia verò. nu. 10. 250

Filio testatoris pro parte instituto, & extraneo pro alia parte, vidua relicta vsufructuaria pro parte vsumfructum consequetur. nume.106. 67

Filius habens filios, non tenetur suis ascendentibus legitimam relinquere. nu.90. 168

Filius hæres patris non poterit rem filij à patre alienatam vendicare. in verbo, cuius bona.nu.43. 15

Filius omnes contractus facere potest.nu.49. 56

quæ Filius olim acquirebat, suo patri acquirebat. num.47. 55

Filio pupillo decedenti mater excluditur si filio tutorem non petierit. nu.119. 70

Filij pro eorum legitima, an & contra legatarios agere possint. nu.16.17.& 18. 110

Filio pro sua legitima datur petitio hæreditatis. num. 146. 30

Filius per fideicommissum in legitima non potest grauari. num.152. 31

Filius non reuocat alienationem bonorum filij factam à patre cuius est hæres.nu.41. 14

Filij secundi matrimonij possunt hæredes instituì.nu. 82. 63

Filius in locum sui patris subintrat in duobus casibus. nu. 11. 150

Firmamentum est regio aerea, in qua pluuiæ, niues & cometæ apparent, in verbo, qui cum alia.nu.38. 53

Fœminæ celerius gignuntur, & celerius senescunt quàm mares. nu.37. 230

Fœtus à quo tempore incipiat viuere in vtero. num. 36. 230

Frater pro vxore fratris præmortui potest testificari. num. 27. 11

Frater vterinus succedit fratri vterino defuncto in pupillari ætate matre exclusa, quæ illi filio tutorem non petierat. nu.127. 72

Fratribus nulla debetur legitima in bonis fratris, nisi instituta esset turpis persona.nu.6. 215

Fratribus aut aliis consanguineis secundi coniugis quis trãsiens ad secunda vota, prohibetur relinquere. num.76. 61

Fructus percepti ex hæreditate, in quartam imputantur: quod in fructibus respectu suæ quartæ non procedit. nu. 101. 171

Fructus merè industriales qui dicantur.nu.79. 236

Fructus propriè sunt qui renascuntur:& quid fructuum appellatione contineatur. nu.80. 236

Fructus quomodo debeant declarari in executione sententiæ, in verbo, in eo verò.nu.117. 244

cùm petuntur fructus, an illi peti debeant, an verò eorum æstimatio.ibid.nu.118. 245

Fructus aut expensæ possunt deberi aliquando officio iudicis, & aliquando iure actionis.nu.115. 244

A fructuum condemnatione quis non excusatur, quamuis à condemnatione expensarum quis excusari possit. nu. 108. 242

An fructus fructuum, & vsuræ vsurarum peti debeant, in verbo, in eo verò. nu.120. 245

qui Fructus cum tota hæreditate sunt restituendi adueniente die restitutionis.nu.107. 173

Fructuum quidam sunt ciuiles, quidam naturales, quidam industriales.nu.23. 228

Fructus naturales qui dicantur.nu.24. 228

Fructus ab hæreditate percepti ab hærede grauato, quamuis ascendant in plusquàm sit ea quarta, non tenetur

BIU Cujas

eos restituere.nu.103. 171
Fructus stantes in hæreditate aut pendentes, & percepti ab hærede, sunt ex hæreditate. nu.106. 173
quamuis in Fructibus producendis & vis naturæ, & hominis industria desideretur, illud tamen inspicitur quod prævalet, & a quo fructus debent denominari, in verbo, in eo verò. nu. 68. 234
Fructus ex arboribus provenientes, sunt naturales, in verbo, in eo verò. nu. 44. 231
Fructus quando cum expensis compensentur. nume. 105. 241
Fundans se super vita aut morte alicuius, eam tenetur probare, in verbo, coram quo.num.29. 112
Fundus dotalis quamuis non possit alienari, poterit tamen permutari.nu.108. 26
si Fundus in dotem datus fuit filiæ quæ demum petit supplementum, quomodo fundus ille æstimandus erit, in verbo, insuper.nu.21. 153
Funeris impensa, & æs alienum exoluendum ante legitimam, in verbo, coram quo.nu.15. 110

G

GEneralis & specialis hypotheca possunt cumulari.num. 53. 17
Gens quæ Pandore appellatur in India.nu.30. 127
Genus diuinandi falsum. nu.130. 29
Genus vaticinandi falsum quod cernitur in variis rebus. num.131. 29
Græci, & Latini, omnes alios barbaros appellabant. in verbo, deduci.nu.18. 183
Grauamen in legitima quod respicit odium filij reijciendum est: sed non quod respicit illius fauorem. num. 153. 31
Grauatus in contractu non detrahit quartam. nume. 96. 170

H

HAeres mariti non potest mulieri dotẽ repetenti obiicere de adulterio. nu.72. 21
Hæres grauatus an teneatur restituere rem ab eo redemptam & à testatore sub pacto venditam. num. 25. 254
Hæres grauatus præfertur legatariis in detractione suæ quartæ, in verbo, quia verò. nu.19. 252
Hæres grauatus pro sua quarta tenetur satisfacere creditoribus hæreditariis. ibid.num.20
Hæres particularis non detrahit quartam, sed vniuersalis, in verbo, quia verò. nu. 15. 251
Hæres grauatus fructus ante moram perceptos computat in suam quartam: post moram verò perceptos tenetur restituere, in verbo, in eo verò. nu.1. 224
Hæres mariti poterit obijcere viduæ petenti dotem de adulterio, in verbo deduci. nu.34. 187
Hæres grauatus computat in suam Trebellianicam bona ab ipso alienata. nu.22. 184
Hæres institutus computatur in numero liberorum, & habet suam legitimam, vt quilibet alius ex filiis. nume. 12. 150
Hæres grauatus non tenetur ad restitutionem animalium, quæ erant tempore mortis testatoris. nu.109. 174
Hæres grauatus non tenetur restituere res hæreditarias quæ dietim corrumpuntur. nu. 110. 174
Hæres, quando hæreditas est onusta legatis, quartam iure Falcidiæ detrahere potest, & quid in ea tenetur imputare. nu.114. 174
Hæres conuentus in expensis est excusandus, hæres verò agẽs non excusatur, in verb. suscitata. nu. 124. 98
Hæres si coactus adierit, officio iudicis contra eum agendum erit, in verb. coram. quo. nu. 3. 106
Hæres grauatus cogi potest adire hæreditatem. nu. 4. 107
Hæres hæreditatis qui volens adÿt hæreditatem, habet quartam, etiam si in sua vita solum esset hæres, in verb. coram quo. nu. 6. 107
Hæres coactis adiens hæreditatem nullam detrahit quartam. ibid. nu. 7
primus Hæres detrahit quartam. nu. 97. 170
Hæres mariti an possit viduam adulterij accusare. nume. 72. 21
an Hæres grauatus non conficiens inuentarium priuetur sua quarta. nu. 34. 257
Hæres grauatus tenetur rationem reddere fideicommissario. nu. 35. 257
Hæres quid de pensionibus domorum quas hæres percepit, an teneatur restituere, & quid de fructibus perceptis tempore mortis hæredis. nu. 3. 225
non solum Hæres grauatus detrahit Trebellianicam, sed & hi qui tacitè vocantur. nu. 37. 258
pro Hærede quis dicatur possidere. nu. 137. 30
petitio Hæreditatis non datur contra titulo possidentem. nu. 138. 30
contra Hæredem grauatum qui volens adiit hæreditatem, pro ea restituenda agi potest actione ex testamento, in verb. coram quo nu. 2. 106
Heraclytus semper plorabat. nu. 32. 127
Hipopotamus animal nascens in Nilo. nu. 50. 232
Historia Quinti Fabij, filij Quinti Fabij Maximi. nume. 56. 160
per Homagia probatur nobilitas non soluendi tallias. nu. 41. 141
vnum Homagium an sufficiat ad probandam nobilitatem, in verb. quòd obstabat. nu. 46. 142
Homo longioris vitæ quam alia animalia. nu. 37. 128
Homo generat hominem secundùm formam corporis. in verb. in eo verò. nu. 41. 231
Homo vt totum quoddam consideratur. nu. 83. 90
Honestum est ipsis viduis, significationem luctus ostendere ex habitu. nu. 130. 73
Honor tria complectitur. nu. 47. 159
Horæ cum ipsa luce aut augentur aut diminuuntur, in verb. suscitata. nu. 117. 96
per specialem Hypothecam non tollitur generalis. nume. 53. 17
Hypotheca expressa à quo tempore incipiat locum habere in dotis repetitione, & ibi quæ sit differentia inter expressam & tacitam hypothecam. nu. 51. 16
Hypotheca tacita quam habet maritus in dotis repetitione non tollitur per expressam legis prouisionem, in verb. cuius bona. nu. 49. 16
Hypotheca tacita quando locum habeat. ibid. nu. 50
Hypothecaria præscribitur spatio quadraginta annorum. nu. 31. 139
Hypotheca tacita à quo tempore incipiat habere effectum. nu. 48. 16
in iure habemus Hypothecam generalem & specialem. nu. 52. 16
Hypotheca expressa sicut & tacita incipit effectum habere à tempore constitutionis dotis. nu. 49. 16
Hypotheca expressa an à tacita differat. nu. 50. 16
Hypotheca generalis & specialis. nu. 51. 16
Hypotheca tacita datur etiam ad habendum quod donatũ est,

BIU Cujas

Index.

est,donatione propter nuptias, & ad habendos fructus ex bonis paraphernis.nu.58. 17

Hypothecaria datur contra tertios possessores marito vergente ad inopiam & contra maritum bona tenentem datur personalis.nu.37. 14

Hypotheca expressa datur marito,ex expressa obligatione quæ fit ex partium conuentione.nu.48. 16

I

IBis disidet cum serpentibus.nu.10. 8

Ilium refectum fuit ab Alexandro.nu.110. 69

Impetrans in interdicto retinendæ, sumit partes actoris.nu. 198. 40

Impetrans interdictum retinendæ, debet probare se possessorem tempore impetrationis.nu.195. 39

Incertitudo vel libelli generalitas ante litem contestatam est opponenda. in verb. suscitata.nu.37. 84

Incrementum æstimationis venit à tempore litis contestatæ, si ante acceptum iudicium debitor non esset in mora, in verb. in eo verò.nu.13. 226

qui habitant Indiam orientalem,viuunt ad centum triginta annos, in verb. tutore.nu.25. 127

Indiæ commoditates.nu.26. 127

In India homines sunt colore nigro.ibid.nu.27

Industriæ ratione quis cottisari potest, dummodo non ratione officij regij.nu.36. 140

Industriales fructus qui dicantur.nu.63. 233

Iniquitas primi iudicis aut ex re ipsa aut ex proposito euenit. num.2. 192

Iniquitas interlocutoriæ demonstrari potest ex allegationibus iuris,sed non ex allegationibus facti noui.nu.47.199

Initia regni Lombardici.nu. 12. 216

Innocentes sæpè grauissimis pœnis subijciuntur. nume. 112. 69

Inquisitio contra reum succedit loco libelli.nu. 49. 86

Solum instrumentum locationis non probat dominium quo ad tertium.nu.87. 23

Instrumentum grossatum, parte non citatat, non facit fidem parte id opponente, in verb. quod obstabat.num.5. 135

Interdictum vtrobi.nu.191. 39

Interdictum retinendæ.nu.189. 39

Interdictum est triplex.nu.178. 36

Interdictum recuperandæ & ciuiliter & naturaliter proponi potest.nu.185. 38

Qui primus in interdicto cœpit agere, obtinet partes actoris. num.197. 40

Interdictum recuperandæ datur illi qui de sua possessione fuit eiectus.nu.182. 37

Interdictum vnde vi illi datur, qui fuit deiectus à sua naturali possessione.nu.188. 38

Interdictum retinendæ competit ad retinendum possessionem, & datur pro iuribus incorporalibus.nu.190. & 192. 39

datur Interdictum vtrobi pro rebus mobilibus.num. 191. 39

Interdictum retinendæ olim dicebatur causa nouitatis & saisinæ.nu. 193. 39

Interdictum adipiscendæ desit esse in vsu.nu.180. 37

Interlocutoria quo ad iudicem non transit in effectum rei iudicatæ.nu.29. 196

Interruptio præscriptionis facta per vnum ex correis credendi, prodest alteri. in verb. suscitata. num.99. 93

Ioannes Pontifex primus huius nominis coactus adiit Imperatorem, vt Arrianos restitueret. num. 82. 207

Ioseph patrem ad se venientem cum summo honore accepit. nu.49. 159

Italia à Gothis deuastata.nu.19. 218

Iudex an debeat habere rationem exceptionis quæ non fuit opposita à parte.nu.69.70.71. 89

Iudex potest condemnare ad expensas litis factas post litem contestatam, etiam si illæ non petitæ essent,in verb.in eo verò. nu.114. 243

Iudex an debeat admittere debitorem ad cessionem bonorum stante appellatione interiecta à creditore. nu. 88. 208

Iudex in partem formatam capi potest in tribus casibus. nume.89. 208

Iudex obseruat id quod vidit probatum, in verb. suscitata. num.8. 80

Iudex in criminalibus non debet sequi conclusionem libelli. ibid. num.9

& In ciuilibus iudex aduertit ad probata.ibid.nu.10

Ad Iudicem appellationis pertinet cognoscere de attentatis, in verb. sed vtraque pars.nu.59. 201

Iudex appellationis tenetur iudicare secundum stylum primi iudicis.nu.6. 192

Iudex condemnat reum in quinquaginta probatis, & non in centum petitis, in verb. suscitata.nu.12. 80

Iudex appellationis ex nouis potest confirmare sententiam quamuis nullam.nu.24. 195

Iudices supremi procedunt ad causarum diffinitionem absque litis contestatione, in verbo, suscitata. num. 51.86

Iudex primæ instantiæ elapso termino ad releuandum potest procedere.nu.54. 200

Iudex non cessat procedere quamuis ab eo ab interlocutoria appellatum sit vsque ad inhibitiones. nu.51. 200

Iudex primæ instantiæ debet cessare cùm ab eo à diffinitiua appellatum sit. nu. 52. 200

Iudex potest arbitrari, vt super vna re detrahatur Trebellianica, in verbo, deduci.nu.20. 184

Iudex de nullitate suæ sententiæ non potest cognoscere, in verbo, sed vtraque.nu.22. 195

Iudex probanti debet credere,& Imperator proponens casum ad quæstionem non semper probat, præsupponit omnia sine quibus illius quæstio redderetur inanis,in verbo, deduci.nu.10. 182

Iudex suam sententiam diffinitiuam potest interpretari: quod tamen arbitris minimè permittitur. nume. 30. 196

Iudex admittendo appellationem aut illi deferendo sibi præiudicat.nu.56. 200

Iudex de nullitate suæ sententiæ potest cognoscere,vbi appellatum est ab interlocutoria.nu.27. 196

Quamuis iudex articulos impertinentes admiserit, poterit nihilominus eos demum reijcere.nu.15. 136

Iudex ex suo officio multa potest etiam parte non opponente, in verbo, quod obstabat.nu.13. 136

Iudex eam exceptionem potest supplere quæ nascitur ex instrumento actoris.nu.18. 137

Iudex an debeat aduertere ad præscriptionem, quando non fuit allegata, in verbo, quod obstabat.nu.3. 134

In iudicio possessorio veniunt fructus, etiam si non sint petiti, quod secus est in petitorio.nu.109. 243

Iudicia possessoria sunt restitutoria.nu.110. 243

In iudicio petitionis hæreditatis veniunt fructus etiam non petiti.nu.111. 243

In iudiciis particularibus fructus debent peti, aliàs non debentur.nu.112. 243

omnia Iudicia post litem contestatam sunt restitutoria. num.113. 243

Idem

BIU Cujas

Idem iudicium de principio & de causa quod de ipso causato, in verb. cuius bona. nu. 25. 11
Iudicium habet suas partes integrales, & minus integrales, in verb. suscitata. nu. 82. 90
In iudiciis vniuersalibus vsuræ & fructus veniunt à tempore motæ litis, in verb. in eo verò. nu. 11. 226
In iudicio singulari fructus & vsuræ veniunt à tempore litis contestatæ. nu. 12. 226
Iudicium validatur ex causa de præterito. nu. 23. 111
Iudicium propriè incipit à litis contestatione. num. 43. 85
Iuramentum habet vim litis contestatæ. nume. 63. 64. 88
non statur Iuramento patris qui asserit se multa seruitia à filio accepisse. nu. 44. 158
Iurameutum in rebus arduis & magnis non est deferendam, nisi adesset plusquam semiplena probatio, in verbo, suscitata. nu. 136. 101
Iudicium incipit à citatione in tribus casibus, in verb. suscitata. nu. 85. 86. 87. 91
Iuramentum necessarium hæredi deferre potest. nume. 29 83
Iudicium possessorium interdictum appellatur. nume. 177. 36
De iure naturæ nullum datur remedium filiis pro eorum legitima. nu. 37. 259
Ius ciuile modum statuit in successionibus. nu. 37. 260
Ius canonicum veluti à Rege approbatum recipitur, in verb. quia verò. nu. 4. 248
Ius ciuile in hoc regno receptum est, non vt leges Romanorum: sed quia ita principi placuit. nu. 5. 249
cognitio Iuris canonici à nobis necessaria est. ibid nu. 5
quoties duo Iura vni dãtur diuersis temporibus, poterit ille illis duobus vti, in verb. quia verò. nu. 11. 250
Ius ciuile prohibet duas detractiones. ibid. nu. 12
legitima filio debetur statim post mortem patris, & Trebellianica tempore restitutionis, in verb. quia verò. num. 13. 250
Ius agendi ad supplementum legitimæ præscribitur spatio triginta annorum. nu. 23. 138
Ius agendi ad supplementum legitimæ descendit ex testamento, aut ex constitutione legis. nu. 24. 139
Ius adeundi hæreditatem præscribitur spatio triginta annorum nu. 25. 139
Iura facultatum non præscribuntur. nu. 48. 142
Ius insistendi pro facultate. nu. 167. 35
Ius offerendi an præscribatur. nu. 50. 143
Ius reuocandi confessionem erroneam transit ad hæredes, in verb. suscitata. nu. 25. 83
Ius naturale quid, & quid naturalis obligatio. nume. 36. 156
Ius pro facultate. nu. 166. 35
quidam Iustinianum damnarunt, quòd leges obtruncatas reliquerit. nu. 11. 182

L

Lachrimæ, & præ nimio dolore, & gaudio effunduntur, in verb. tutore. nu. 33. 128
Legata in legitimam imputantur. nu. 82. 167
Legatum vsusfructus non perditur per transitum ad secunda vota, in verb. qui cum abiect. nu. 101. 66
Legatum vsusfructus vxori à marito filio hærede instituto resoluitur in alimenta: nisi de voluntate mariti contraria constaret. ibid, nu. 102 & 103. 66
Legatum vsusfructus bonorum nullo dato hærede importat institutionem hæredis. ibid. nu. 104. 67
Legatum habitationis factum viro censetur in effectu & vxori factum, in verb. cuius bona. nu. 3. 6
Legatum factum viduæ & post eius mortem quòd Titius illud legatum habeat, si interim vidua secundò nubat, quid iuris. nu. 107. 67
Legatũ dotis affert vtilitatẽ vt statim possit peti. nu. 32. 13
Legatum dotis factum à marito vxori, illi affert vtilitatem, in verb. cuius bona. nu. 34. 13
Legatum maioris quantitatis dotis valet quamuis non constet tantam dotem traditam fuisse. ibid. nu. 35
Legata non debentur nisi à tempore mortis testatoris. nu. 7. 181
Legatariis, & filiis pro eorum legitima dantur remedia possessoria, in verb. coram. quo. nu. 13. 109
vbi petitur Legitima, fructus illius debentur à tempore mortis patris aut matris. nu. 107. 242
Legitima filio relinqui potest sub dilatione concernente filij fauorem. nu. 147. 31
Legitima dicitur portio hæreditatis præterquam quo ad æs alienum. nu. 151. 31
Legitima in locum alimentorum. nu. 37. 259
Legitima minutatim super re qualibet non est assignanda. nu. 31. 186
Legitima nepotum quanta debeat esse quando auo succedunt ex pluribus fratribus inter se, & quid quando succedunt cum patruis. nu. 10. 150
Legitima filiis exoluenda antè solutionem legatorum, in verb. coram quo. nu. 14. 110
Legitima tutela est illa quam mater aut auia gerit. nu. 93. 64
Legitima filiorum hodiè est triens vel semis. nu. 8. 149
Legitima ascendentium quanta debeat esse in bonis descendentium. nu. 89. 168
Legitima patri aut matri est debita in bonis filij. nume. 2. 214
Legitima ascendentium quanta esse debeat, in bonis descendentium. nu. 5. 215
Legitima quæ sit. nu. 2. 149
Leo Papa Attilæ regi Gothorum contra Romam venienti occurrit. nu. 21. 219
L. in hoc iudicio ff. famil. erciſc. quomodo intelligatur. num. 65. 203
L. filium quem habẽtem. C. famil. erciſc. intellectus, in verb. deduci. nu. 4. 180. & nu. 14. 182
Lex vbi cœptum est iudicium. ff. de iudiciis, locum habet parte opponente. nu. 11. 136
L. indicia. C. de rei vendicatione, quomodo intelligatur. nu. 86. 23
Lex Turcorum quæ iuuenes inuitabat ad vxores ducendas, in verb. qui cum alia. nu. 27. 51
Lex antiqua, Sexagenarius ne ducito. nu. 139. 74
Lex pœnalis etiam in odiosis extenditur vbi est eadem ratio. nu. 14. 48
Leges pœnales extenduntur vbi est eadẽ ratio. nu. 122. 71
quoties à Lege aliquid disponitur, intelligitur parte petente. nu. 4. 135
Leges ciuiles multa non bona permittunt. nu. 35. 114
Leges quæ pro negotiis hominum receptæ fuere, mutantur pro conditione temporum, quæ verò causa perpetuæ libertatis sunt, non mutantur. nu. 15. 193
Conduntur leges gratia publicæ vtilitatis, nu. 16. 194
Legum conditores pro conditione hominum, & patriæ qualitate leges condunt. nu. 17. 194
Lex Solonis vt in seditione quis se alteri parti adhæreat. nu. 18. 194

aliquæ

BIU Cujas

aliquæ Leges temporales:aliæ verò perpetuæ.nu.19. 194
Leges quæ in bello latæ sunt,pax abrogat, & econtrariò. nu. 20. 194
Libellus ex tribus constat, in verb. suscitata. nume. 31. 84
quando Libellus continet plura capita,iudex in capite probato potest reum condemnare, & in non probato potest absoluere.nu.66. 204
Libellus aliquando vnum caput continet, aliquando plura, in verb. sed vtraque pars.nu.65. 203
Libellus quomodo formandus sit,cùm agitur contra pupillos aut adultos.nu.3. 121
inter Liberos succedentes.locum habet collatio, quæ cessat inter ipsos ascendentes.nu.32. 256
à tali lucro, quod Liberis primi matrimonij applicatur non priuatur filius:quamuis renunciauerit successioni paternæ. nu.80. 62
habens Liberos ex concubina, si demum ea concubina relicta, cum alia muliere matrimonium contraxerit:ea mortua poterit demum cum concubina matrimonium contrahere.nu.141. 75
Libri sunt præsidia scholasticorum quæ sunt quinque. nu.77. 166
Litis contestatio est de substantia iudicij.nu.50. 86
per Litis contestationem quis constituitur in mala fide. nu.3. 225
Litis contestatio super incidenti aut emergenti non requiritur, in verb. suscitata.nu.52. 86
super exceptionibus Litis contestationem non est necessaria. ibid.nu.53
in causis summariis Litis contestatio non est necessaria. ibid.nu.54
in causis possessoriis Lis est contestanda. ibidem, num. 55. 87
Lis potest haberi pro contestata eo casu quo reus recusat cõtestari.ibid.nu.56
Litis pendentia per citationem operatur effectum, quo ad præscriptionem interrumpendam, in verb. suscitata. num.98. 93
Litis contestatio est de substantia ipsius iudicij. nume.80. 90
Litis pendentia an inducatur per citationem, an per litis contestationem, in verb. suscitata.nu.91. 92
Litis pendentia quantum ad reparationem attentatorum inducitur per citationem, & quantum ad perpetuandam iurisdictionem.ibid.nu. 92
vera Litis contestatio est ea quæ fit in iudicio. nume. 48. 86
*Litis contestatio per contradictionem inducitur.nume.*41. 85
Litis contestatione facta quis cogitur articulis respondere, in verb. suscitata.nu.105. 94
Lis dicitur mota per contestationem.ibid.nu. 106
& Litem pendere dicimus per citationem. ibid. nume. 107. 95
Litis pendentia est exceptio dilatoria.ibid.nu. 108
*Litis pendentia in principio proposita impedit litis ingressum.ibid.nu.*109
*Litis pendentia an prosit alteri ex correis.ibid.nu.*110.
an vterque ex Litigantibus, qui se grauatum sentit debeat appellare.nu.8. 192
vterque ex Litigantibus debet appellare à sententia quæ in se habet plura capita.nu.91. 192
Litigium vulgus processum vocat, in verb. suscitata. nu. 1. 79
Litigium, à verbo, litigo.ibid.
Locatio non probat dominium.nu.88. 23
Locustæ sunt pro victu his qui sunt in Aphrica. num. 28. 127
*Longobardi omnem Italiam tenuerunt.nu.*11. 216
Lucrum quod filius facit ex suo labore cui acquiratur. num.62. & 63. 58
Lucrum quod à secundo coniuge aufertur, filiis primi matrimonij applicandum venit etiam si non sint hæredes. nu.78.& 79. 62
Luna triginta diebus conficit suum cursum. nume. 14. 124
Lupanaria olim permissa.nu.37. 114
Lupus episcopus placauit Attilam venientem. nume. 21. 219

M

Malæfidei possessor ad quorum fructuum restitutionem teneatur.nu.86. 237
quilibet Malæfidei potest expensas deducere, in verbo, in eo verò.nu.87. 238
Mandatum in casibus in quibus requiritur speciale coniuncta persona non agit sine mandato,in verb. cuius bona. num.30. 11
Malæfidei possessor quis.in verb.in eo verò.nu.8. 225
Malæfidei possessor in parte, & in parte bonæfidei, quis dicatur, in verb.in eo verò.nu.9. 226
Malæfidei possessor tenetur ad fructuum restitutionem, in verb.in eo verò.nu.22. 228
Marco Bruto ostentum apparuit.nu.124. 28
Maritus & vxor non sunt inter se affines. nu.24. 11
potest compelli Maritus ad concubinam dimittendam. nu.68. 19
Maritus propter suæ vxoris adulterium non perdit dotem vbi pater mulieris dotem constituisset. nu.70. 20
Maritus vxorem adulterij accusando lucratur dotem. ibid. num.71
Maritus vxorem suam adulterij accusatam potest reconciliare,in verb. cuius bona.nu.74. 21
Maritus ab intestato vxori succedit per caput, vnde vir & vxor.ibid.nu.75. 21
Marito ad inopiam vergente res data in dotem peti potest ab vxore, in verb.cuius bona.nu.36. 13
Marito datur illa tacita hypotheca ad dotem habendam, in verb. cuius bona.nu.47. 16
Maritus suæ vxori succedit per vltimum caput, vnde vir & vxor.nu.76. 22
an Maritus ad restitutionem eorum fructuum teneatur. nu.30. 12
Maritus habens concubinam efficitur infamis. nume. 68. 20
Maritus de adulterio suæ vxoris potest excipere. num.36. 187
Maritus tunc demum lucratur dotem propter mulieris adulterium si agat ciuiliter, vel si excipiat de dote. nu. 70. 20
Maritus agendo criminaliter contra vxorem de adulterio, non lucratur dotem.nu.71. 20
Maritus percipit ex bonis paraphernis fructus de voluntate vxoris.nu.30. 12
Maritus & vxor coniunctæ personæ.nu.3. 7
Maritus est suæ vxori coniuncta persona.nu.22. 11
Maritus bona vxoris alienata poterit reuocare. num. 17. 10
Marito licet bona dotalia alienare.nu.16. 9
Maritus dominus rerum dotalium suæ vxoris,in verb.cuius bona.

BIU Cujas

Index.

bona.nu. 1. 6
Maritus & vxor sunt inter se coniunctæ personæ, in verb. cuius bona.nu.4. 7
an Maritus percipiens fructus rerum paraphernarum teneatur rationem reddere, in verb. cuius bona.num. 31. 12
Maritus fructus extantes ex bonis paraphernis tenetur restituere.ibid.nu.32
Maritus ad instantiam vxoris compelli potest ad dimittendum concubinam, in verb. cuius bona. num.67. 19
Maritus tenens concubinam efficitur infamis.ibid. num. 68
Limitatio ad regulam quòd mulier adulterando perdit dotem.nu.69. 20
Marito datur reuocatio rerum alienatarum à sua vxore. nu.18. 10
post mortem Mariti, vidua rem dotalem à marito alienatam poterit vendicare.nu.19. 10
Maritus vxorem adulterij accusatam potest ante sententiam reconciliare.nu.74. 21
Maritus caput vxoris, vxor pars corporis viri.nu.2. 6
Maritus & vxor, vnus animus & vnum corpus. ibid.
Maritus & vxor socij diuinæ & humanæ domus. num. 3. 6
Martellus contra Sarracenos petijt auxilium à Longobardis, quos Sarracenos tandem profligauit, atque deiecit. num. 18. 217
Mater tutrix filiorum nubens secundò non petito tutore, priuatur suorum filiorum successione. nume. 121. 71
Mater quæ nupsit non petito tutore, non succedit filio impuberi defuncto, etiam si fratres non sint illi filio impuberi.nu.126. 72
Mater secundò nubens filio succedit ex testamento. num. 66. 59
Mater ab intestato filio succedit quamuis ad secunda vota transierit cum suis filiis respectu bonorum quæ ad filiũ peruenerant aliunde quàm ex paterna substantia, in verb. qui cum alia.nu.67. & 68. 60
Mater quæ secundò nupsit, succedit filio ab intestato stantibus fratribus vterinis aut consanguineis: idem in patre obseruatur.ibid.num.69.& 70. 60
Mater filij sui successione non priuatur in non petendo tutorem si filius in pupillari ætate decesserit. nume. 124. 71
Mater non erit priuata tutela quamuis declarauerit se velle nubere & tutorem petierit: dummodo non nupserit, quamuis sponsalia contraxerit, in verb. qui cum alia. nu. 88.& 89. 64
Mater volens ad tutelam admittitur.nu.94. 64
Mater in tutela sui filij præfertur auo etiam paterno, in verb. qui cum alia.nu.95. 64
Mater aut auia volens admittitur & non inuita ad filij sui tutelam.ibid.nu.96. 65
Mater tacitè vel expressè tutrix, in testamento constitui potest. ibid.nu.97. 65
Mater quæ non curauit prouidere filiis primi matrimonij de tutore, quibus pœnis afficiatur.nu.115. 69
Mater propter suam negligentiam qua pœna afficitur. nu. 116. 70
Mater excusatur, si filiis tutorem non petierit: cùm illi filij auum paternum habeant.nu.117. 70
Contra matres proprios filios occidentes pœnæ statutæ erant.nu.55. 56
Matrimonium sine dote esse potest, sed non dos sine matrimonio.nu.10. 216
Matrimonium sæpe contrahitur ad prolem iam susceptam legitimandam. nu.140. 74
Medium semper amplectendum.nu.25. 185
Melancholici sunt præstanti ingenio.nu.16. 217
Melancthon Iustinianum sustinet, vt benemeritum de ipsa iurisprudentia.nu.12. 182
Meretrices sunt turpes personæ.nu.8. 215
quilibet Mensis quot dies habeat.nu.21. 126
Merita quædam officialia,& quædam artificialia.num.57. 160
Mineræ auri & argenti, & salis.nu.76. 235
Minor in actibus in quibus est approbatus, non petit restitutionem, in verb.tutore. nu.46. 130
Minor nullum curatorem habens, obligatur ex contractu à se gesto, sed læsus restituitur, in verb. tutore. num.48. 131
Minor an diuisionem possit petere.ibid.nu.49.
læsio Minoris non vltra dimidium est probanda. ibid. nume. 50
Minor post annum quatuordecimum potest testari. ibid.nu. 51
Minor non restituitur aduersus omnem contractum, & ibi quid illi probandum sit ad petendam eam restitutionem, in verb. tutore.nu.43. 129
Minor succedens maiori non restituitur.ibid.nu.44
Septem orbis miracula, in verb. qui cum alia.nume. 25. 50
per citationem quis in Mora constituitur. nu.15. 226
per interpellationem extraiudicialem quis constituitur in Mora, in verb.in eo verò.nu.14. 226
per lapsum diei positi in instrumento quis constituitur in Mora.nu.16. 227
quis in Mora constituitur multis modis.nu.2. 224
quis in Mora, & mala fide multis modis constituitur. num. 10. 226
iusta causa excusat quem à Mora.nu.21. 227
Moribus antiquis viuendum, & vtendum verbis præsentibus. nu.131. 73
Mors quomodo probanda sit.nu.30. 113
Moysis præcautio contra vim serpentum, in verb. cuius bona..num.9. 8
Mulier potest habere bona paraphernalia.nu.20. 10
Mulier bona triplicis generis potest habere.nu.21. 11
quod Mulier acquirit constante matrimonio, ex bonis mariti fuisse acquisitum est præsumendum, in verb. cuius bona.nu.2. 6
Mulier lucratur donationem propter nuptias, propter mariti adulterium.nu.73. 21
Mulier totum pretium ab hæredibus mariti consequetur, quando & maritus & vxor rem dotalem vendiderunt, in verb. cuius bona.nu.44. 15
Mulier abortum faciens an sit punienda,in verb. in ea verò.num. 38. 230
Mulier adultera non perdit dotem, si etiam maritus sit adulter.nu.69. 20
Mulier adultera non perdit dotem si maritus eius mores approbasset.nu.69. 20
Mulier propter adulterium perdit dotem & donationem propter nuptias, sed non res paraphernas: multæ pœnæ in odium adulterantium.nu.63. 19
Mulier de consensu mariti committens adulterium nõ perdit dotem.nu.68. 20
Mulier rem dotalem à marito alienatam post illius mortem reuocabit, nisi sit illius hæres.nu.140. 14
Mulier constante matrimonio rem dotalem non potest repetere.nu.32. 13

BIU Cujas

Mulier ſoluto matrimonio ſtatim immobilia recuperat: pecuniam verò poſt annum.ibid.

Mulier propter adulterium perdit dotem & quid in bonis paraphernis.nu.59.60. 18

Mulier in inſtrumento geſto à marito interuenit pro quadã cautela.nu.43. 15

Mulier poteſt habere bona parapherna.nu.19. 10

Mulier bona duplicis generis poteſt habere.nu.19. 10

an Mulier dicatur omnia ſua bona in dotem dediſſe.nu.32. 12

Mulier cenſetur in dotem dare ſecundo nubendo eammet dotem quam primo marito dederat.nu.32. 12

Mulier in dotis repetitione habet priuilegium prælationis,in verb.cuius bona.nu.56. 17

Mulier in tacita hypotheca præfertur creditoribus mariti. ibid.nu.57

Mulier res dotales à marito alienatas,durante matrimonio non poteſt reuocare.nu.17. 9

Mulier adultera non perdit dotem ſi pater eius dotem ſibi reddi ſtipulatus ſit.nu.69. 20

Mulier adultera non perdit dotem liberis ſtantibus. nu. 70. 20

Mulier quantumuis vetula,poteſt tamen matrimonium cõtrahere,in verb.qui cum alia.nu.135. 74

Mulier quinquagenaria non poteſt regulariter parere. ibid. nu.136. 74

Mulier ſecundò nubendo perdit tutelam ſuorum liberorum, quam non recuperat etiam demum mortuo ſuo ſecundo marito.nu.86.& 87. 63

Mulier hæres mariti non poterit rem dotalem alienatam ab ipſo vendicare,in verb.cuius bona.nu.42. 14

Mulier in repetitione ſuæ dotis tacitam habet hypothecam, in verb.cuius bona.nu.46. 16

Mulier ſecundò nubens non reddita ratione tutelæ obligat bona ſecundi mariti.nu.108. 67

Mulier per tranſitum ad ſecunda vota,perdit alimenta ſibi relicta in teſtamento ſui mariti.nu.100. 66

Mulier ſecundo nubens poſt ſuo ſecundo marito omnia ſua bona in dotem conſtituere.nu.6. 46

Mulieres ſteriles bibendo aquam Nili redduntur fecundæ,& quæ fecundæ ſunt,redduntur fecundiores , in verb.in eo verò.nu.46. 231

contra quoſcunque bonorum poſſeſſores datur Mulieri dotẽ repetenti hypothecaria.nu.38. 14

& contra Maritum datur perſonalis.ibid.nu.39

liberum eſt Mulieri non tranſeunti ad ſecunda vota, relinquere vni ex filiis quos iam habuit ea quæ habuit , in verb.qui cum alia.nu.81. 63

Mulieres de iure Codicis à tutela repelluntur.nu. 91. 64

Mulieres dicuntur malum neceſſarium.nu.16. 48

Mundus muliebris quid dicatur,in verb.qui cum alia. num. 30. 52

Mundus etiam ſumitur in alia ſignificatione. ibid. nume. 31

tres Mundi.ibid.nu.1. 32

Mus iudicus Crocodylo inimicus.nu.8. 7

N

Narratio per concluſionem reſtringit,in verb.ſuſcitata. nu.34. 84

Non inſpicitur quid narretur , ſed quid concludatur.ibid. nu.35.

Natura non parum momenti habet in amicitia conſeruanda.nu.6. 7

Natura appellationum eſt,vt cauſa ad ſuperiorem deuoluatur.nu.70. 204

Naturæ nomen variè ſumitur, & eius diuiſio. nume. 25. 228

Naturalia quæ dicantur.nu.26. 228

ius Naturale quid,& quid leges naturæ.nu.27. 229

Naturalis obligatio inter patrem & filium ſtare poteſt ſed non ciuilis,in verb.inſuper.nu.35. 156

Naturalis poſſeſſio iuncta cum ciuili.nu.169. 35

Naturalis poſſeſſio duobus modis conſideratur. nume. 171. 35

Negotia multa iure ciuili non deciſa,quæ iure canonico terminantur,in verb.quia verò.nu.7. 249

Nepos an dotem quam eius mater habuerat ſuccedendo ſuo auo,in ſuam legitimam teneatur imputare,in verb. inſuper.nu.19. 153

Nilus fluuius fœtifer.nu.47. 232

in Nili fluuio reperiuntur Crocodili. nu.48. 232

Nomen actionis in libello exprimi debet.nu.6. 79

Nullitatis per viam poteſt agi ſpatio triginta annorum. nu. 25. 195

O

Obſeruantia moris antiqui facit ad politiam. nu. 132. 73

Officioſus id eſt,obſequioſus.nu.59. 160

Olim dominus & hodie præſumitur.nu.160. 33

Olim poſſeſſor,hodie non præſumitur.nu.161. 33

qualitas quæ Olim erat , an hodie præſumatur. num. 162. 34

qualitas an ſemper ſit probanda.nu.163. 34

poſsidens tempore litis conteſtatæ,demum eſt præſumptio eũ poſsidere.nu.164. 34

Olim rarus vſus literarum in Italia.nu.28. 226

Oliua quantumuis ſpreta fructus producit.nu.45. 231

Oliua vbi lecta eſt , continuò oleum fieri debet,in verb. in eo verò.nu.64. 234

Oliua putreſcit ſi nimium in tabulato remaneat. ibid. nu. 65. 234

Oliua fert alternis annis, & quando colligi debeat.ibid. nu.66. 234

Oliua immatura plus affert olei,quàm ſi matura legatur. ibid.nu.67. 234

Olores & Aquilæ inter ſe diſsident.nu.9. 18

P

Pactum de retrouendendo præſcribitur ſpatio triginta annorum,in verb.quòd obſtabat.nu.26. 139

Pactum de lucranda dote inter coniuges ſtantibus liberis primi matrimonij non valet.nu.45. 55

onus ſoluendi vectigal,Pertinet ad vſufructuarium.num. 29. 51

Paraphernæ res quandocunque à muliere vendicari poſſunt. nu.39. 14

Parentes quamuis pauperes non debent à filio contemni. nu.48. 159

Paria ſunt nullum titulum habere,aut eum infectum habere.nu.98. 239

Pars quamuis renunciauerit productioni teſtium in prima inſtantia,poterit tamen in articulo appelli producere & teſtes & inſtrumenta.nu.36. 197

Partes ſeſe poſſunt interrogare pendente proceſſu.nu. 104. 94.

Particularis natura.nu.23. 228

Partus in vtero perficitur intra quadrageſimum diem;

BIU Cujas

in verb. in eo verò.nu. 35. 230
Pater bona filij alienata potest reuocare.nu.17. 10
Pater pro filio tenetur institoria & tributoria. num.53. 56
Pater Trebellianicam non potest prohibere in filijs primi gradus.nu. 104. 171
olim Pater maius ius habebat in bonis sui filij quàm habeat hodie.nu. 48. 55
Pater transiens ad secunda vota, non perdit administrationem suorum liberorum.nu. 90. 64
Pater per transitum ad secunda vota non perdit vsumfructum bonorum suæ prædefunctæ vxoris.nu.46. 55
Pater ex contractu sui filij non tenetur nisi in tribus casibus.in verbo,qui cum alia.nu.50. 56
Pater pro filio obligatur propter iussum.nu.51. 56
Pater potest esse educator liberorum primi matrimonij, in verb. qui cum alia.nu.85. 63
Pater habens liberos potest & extraneum instituere, dummodo filijs relinquat legitimam,in verb. qui cum alia. num.3. 46
Pater secundo contrahens matrimonium, habens liberos ex prima vxore non potest suum secundam vxorem hæredem facere.ibid.nu.4.
sed nec liberos ex alio matrimonio.ibid.nu,5
Pater quæ suæ filiæ dotem constituit illi succedit ab intestato, etiam si secundò matrimonium contraxerit,& idem in matre.nu.71. 60
olim Patri concessum erat ius occidendi filium. num. 54. 159
Pater filium magistratum tenetur reuereri.nu.55. 160
Patria linguæ occitanæ à quo tempore regno fuerit acquisita,in verb.coram quo.nu.10. 108
Patroni laici possunt ordinationem testatoris factam in fundatione alicuius capellæ relaxare, & eam alterare. num. 73. 165
Pauones & columbæ amici.nu.8. 7
Peculium à pecude deductum.nu.16 183
Peculium profectitium consistit in rebus mobilibus propriè. in verb.deduci.nu.5. 180
Peculium consistere potest & in rebus mobilibus & immobilibus.ibid.nu.6
Peculium quadruplex.nu.57. 56
castrense Peculium quid sit.nu,58. 56
Peculium quasi castrense quid sit.nu.59. 57
Peculium aduentitium quid sit.nu.60. 57
Peculium profectitium quid sit.nu.61. 58
Pecunia quæ prouenit ex exemplatione prothocollorum, licet non sit fructus, pertinet tamen ad vsufructuarium, quo ad ius vtendi solum.nu.81. 236
Pelagius diaconus cum codice euangelico ad Totilam accessit, quem & flexit suis precibus.nu.25. 219
Pensiones & summæ debitæ ad quem pertineant, an ad hæredem grauatum, an ad fideicommissarium. num. 2. 223
Pepinus filius Martelli fuit rex Franciæ.nu.14. 217
Personæ tres omni litæ,in verb.suscitata.nu.2. 79
Petitio hæreditatis datur filio pro suo supplemento legitimæ petendo.nu.148. 31
Petitio hæreditatis proponi debet, & contra legatarios possidentes res hæreditarias.nu.149. 31
Petitio hæreditatis datur filio in sua legitima instituto. nu.146. 30
Petitio hæreditatis datur pro rebus corporalibus & incorporalibus.nu.142. 30
Petitio hæreditatis & rei vendicatio non possunt in eodem libello cumulari. nu.154. 32
Petitio hæreditatis est actio mixta: actio verò rei vendicationis est realis.nu.144. 30
Petitio hæreditatis, non datur fideicommissario, sed & neque petitio hæreditatis fideicommissaria,in verb.coram quo.nu.5. 107
Petitio certa proponi debet, vt iudex certam proferre possit sententiam.in verb. suscitata.nu.7. 80
Perquisitio bonorum mobilium & immobilium ex ordinatione regia sublata est, & ibi an permittatur executio in animalibus,in verb. suscitata.nu.138. 101
Philippus Rex Galliæ, à Papa ad concilium appellauit. num. 77. 205
Philosophi decem cœlos dixerunt.nu.34. 52
Phœnix in Arabia.nu.39. 129
Pigmei breuioris vitæ.nu.29. 127
Pius homo sæpè exercetur, cùm alias impijs omnia cedant in bonum.nu.114. 69
Pluuia in fructibus artificialibus duobus temporibus deciditur,in verb.in eo verò.nu.69. 234
vbi nullæ sunt Pluuiæ, ibi nulli sunt fructus. ibid. nu. 70. 235
Pluuia cùm necessaria est, à Deo petenda est, sicuti & serenitas.ibid.nu.71. 235
Pluuia quando necessaria in hac patria.ibid.nu.72. 235
Plura capita quæ dicantur vel vnum caput,& plura connexa.nu. 67. 204
Pœnæ statutæ contra secundò nubentes cessant: vbi nulli stant liberi.nu.125. 72
cessant Pœnæ statutæ contra secundo nubentes vbi stant liberi vel si decesserint ante vel post. num. 41. & 42. 54.
Pœnæ multæ & variæ in adulterantes.nu.64. 18
variæ Pœnæ statutæ sunt contra secundò nubentes. num. 17. 46
nulla Pœna mortis contra patres filios occidentes, apud Aegyptios statuta erat, sed bene contra filios occidentes patres. nu.52. 159
Pœna contra matrem filium occidentem.nu.53. 159
nulla Pœna statuta erat contra patres proprios filios occidentes. nu.54. 56
Pœnæ statutæ contra secundo nubentes non habent locum nullis stantibus liberis,in verb. qui cum alia. nume. 2. 46
Pœnæ statutæ contra secundò nubentes infra annum luctus non habent locum in viris, in verb. qui cum alia. num.8. 46
Pœnæ mulieribus statutæ nubentibus infra annum luctus sunt hodie sublatæ, in verb. qui cum alia. nume. 9. 47
Pœnæ quæ imponuntur viris & mulieribus secundò nubentibus, quæ pœnæ hodie sunt in vsu. ibid. nume. 10. & 11
Pœnæ statutæ contra secundò nubentes quæ erant cognitæ de iure digestorum. Imperatores eas pœnas statuerunt. ibid. nu.12.& 13
Pontifex occurrit Alexandro venienti ad vrbem Hierusalem. nu.23. 219
Possessio longi temporis non probat dominium, sed bene possessio longissimi temporis.nu.96. 24
Possessio ei est adiudicanda qui vltra possessionem probat de titulo.nu.198. 40
Possessio & dominium differunt diffinitione & diuisione. nu.169. 33
vbi solum Possessio probatur, præfertur qui habet antiquiorem. nu.201. 40
Possessio animo & corporali apprehensione acquiritur.

BIU Cujas

num. 175. 36
Possessio est ius insistendi rei non prohibitæ possideri. nume. 165. 34
Possessio rerum hæreditariarum ad hæredes non transit, dominium quidem earum bene transit. nu. 179. 36
ex Possessione de præterito non præsumitur dominium. num. 77. 22
Possessor bonæ fidei in parte, & in parte non. nu. 9. 226
Possessores quidem bonæfidei, quidam malæfidei. nume. 4. 225
Possessores bonæfidei qui dicantur. nu. 5. 225
Possessor malæfidei faciens expensas in re aliena, eas repetet officio iudicis. nu. 94. 239
Possessor qui à principio est bonæfidei, & ex post non, an teneatur ad fructuum restitutionem. nu. 103. 241
omnes Possessores post litem contestatam redduntur in malafide, & tenentur ad fructuum restitutionem. nu. 104. 241
Possessor bonæfidei fructus industriales facit suos, eos qui iam percepti sunt, sed non pendentes. nu. 99. 239
Possessor bonæfidei, an fructus naturales faciat suos, in verb. in eo verò. nu. 240
Possessor malæfidei cum titulo quibus fructibus teneatur. nu. 97. 239
quis dicatur possidere pro Possessore. nu. 136. 30
Possessorium ex titulis decidi debet in beneficiis. nu. 202. 41
Posthumus hodiè non potest exhæredari. nu. 3. 149
Potestas inequalis est patris & matris erga eorum filios, licet eorum pietas æqualis sit. nu. 56. 56
Præceptum, Honora patrem & matrem, pertinet & ad externam reuerentiam, & ad multa alia. nume. 46. 159
Præceptum iudicis de soluendo an sit sententia diffinitiua. nu. 41. 198
Prælegata quæ dicantur, in verb. quia verò. nu. 21. 253
Prælegata an veniant in restitutione fideicommissi. ibid. nu. 22
Prælegatum quid sit. nu. 99. 170
Præscribitur contra fiscum, si intra annum bona delinquentis non annotauerit, & post bona condemnati non occupauerit. nu. 30. 139
omnes res hodiè spatio triginta annorum Præscribuntur. nu. 22. 138
Præscriptio non tollit actionem ipso iure, sed per exceptionem elidi debet, in verb. quòd obstabat. nu. 12. 136
casus in quibus cessat Præscriptio. nu. 32. 140
cessat Præscriptio seu dormit contra pupillum: currit tamen contra adultum, sed restituitur, in verb. quòd obstabat. nu. 52. 143
Præsumptio est quem viuere vsque ad centum annos, in verb. coram quo. nu. 28. 112
Præteritio matris habetur pro exhæredatione. nume. 7. 149
totum Prætium ad maritum præsumendum est peruenisse: quamuis vxor & maritus confessi fuerint se recepisse. nu. 43. 15
Pretia rerum diligenti cultura ampliantur & negligentia minuuntur. nu. 22. 153
Priuilegium tacitæ hypothecæ & prælationis in quibusdam conueniunt. nu. 60. 18
Per priuilegium non probatur immunitas non soluendi tallias. nu. 40. 141
Priuilegium prælationis quod habet mulier. nume. 55. 17
Priuilegium tacitæ hypothecæ quam mulier habet in repetitione suæ dotis quæ datur & marito. nu. 45. 16
Priuilegium prælationis solum mulieri & suis datur pro dote repetenda. nu. 58. 17
Priuilegium prælationis conceditur mulieri contra creditores mariti etiam anteriores. nu. 58. 17
quis teneatur Probare hæredem grauatum decessisse sine liberis. nu. 27. 111
Probationes fieri possunt, nulla data dilatione ad probandum, in verb. quòd obstabat. nu. 9. 135
Probans antiquiorem possessionem alteri habenti recentem præfertur. nu. 200. 40
Processus nullus an possit de partium consensu validari. nu. 88. 91
quidam sunt actus iudiciarij, qui sunt de substantia iudicij, & quidam non. nu. 89. 91
actus iudiciarius omissus, qui est de substantia iudicij, non Potest validari de consensu partium. ibid. nu. 90
Procurator in criminali causa non admittitur, nisi in certis casibus, in verb. quod obstabat. nu. 8. 135
Prohibitio alienationis in filij fauorem respectu legitimæ tenet. nu. 152. 31
Prohibitio quartæ Trebellianicæ extraneis hæredibus institutis prohiberi potest. nu. 105. 172
Promittens sub pœna aliquid facere, si fecerit quod potuit, liberatur. nu. 20. 227
Proponens interdictum vnde vi, debet probare possessionem. nu. 187. 38
Publicatis attestationibus alij testes produci nō debent, parte opponente, in verb. quod obstabat. nu. 7. 135
Pupillus contrahendo an obligetur naturaliter aut ciuiliter, in verb. tutore. nu. 41. 129
quid in adulto contrahente. ibid. nu. 42
Pupillus succedens maiori contra eum non currit præscriptio, in verb. tutore. nu. 45. 130
Pupillus an obligetur naturaliter, an verò ciuiliter. num. 8. 122
Pupillus non potest dici contumax. nu. 4. 121

Q

QVartarum tres species, in verb. insuper allegabat. num. 1. 148
Quartæ Falcidiæ quando sit locus. nu. 113. 174
Quarta Trebellianica hæredi grauato debetur etiamsi grauetur in vim clausulæ codicillaris. nu. 91. 169
Quarta pars bonorum mariti debetur viduæ inopi. num. 9. 216
Quomodo duæ quartæ detrahi poterunt. nu. 17. 252
Querela datur fratri contra fratris testamentum, qui instituit suam concubinam. nu. 7. 215
Quilibet est relatiuum in singulos distributiuum. nu. 101. 240

R

RAtio reparationum habenda est secundum tempus quo fit restitutio. nu. 95. 239
Recognoscens castrum non videtur territorium recognoscere. nu. 43. 141
Redditus prouenientes ex gabellæ conductione, pertinent ad vsufructuarium cum cautione de illis reddendis, in verb. in eo verò. nu. 83. 237
Redditus & fructus differunt. nu. 84. 237
Reformatio sententiæ facta per vnum ex litigatoribus, an prosit alteri qui non appellauerat, in verb. sed vtraque pars. nu. 13. 193
Regula, qui non habet in ære, luat in corpore, quando locū habeat. nu. 91. 209

BIU Cujas

multa Remedia dantur contra arresta lata à curiis supremis.nu.70. 204
Remedium legis secundæ spatio decem annorum præscribitur,in verb.quòd obstabat.nu.28. 139
Remedium c.sæpe. de resti.spolia.contra quos detur.nu.182. 37
Renunciatio facta ab vno ex appellantibus, an aliis noceat. nu.103. 211
Rei vendicatio datur domino, contra possidentem. nu.139. 30
Rei vendicatio datur marito ad reuocanda bona dotalia ab vxore alienata.nu.18. 10
ybi Res hæreditariæ non possunt commodè diuidi, tũc ex vna re detrahi potest Trebellianica.nu.21. 184
an Res tradita marito ab vxore sit dotalis.nu.33. 13
Res dotales & paraphernæ in quibus conueniunt.nume. 58. 17
Res subiecta restitutioni propter dotem poterit alienari, & de consensu fideicommissarij etiam.nu.67. 162
Res paraphernæ ab vxore constante matrimonio possunt vindicari,in verb.cuius bona.nu.40. 14
Responsum Sammieti regis, quòd mala domestica maiora sunt quàm vt fleri possint.nu.61. 233
Restrictio ad eam opinionem quòd mulier propter adulteriũ perdat res paraphernas.nu.65. 19
Restitutio dotis quæ fit marito ad inopiam vergente,appellatur sequestratio dotis.nu.36. 13
Reus opponens in interdicto retinendæ debet manuteneri actore non probante.nu.197. 40
Reus à re vocatur,in verbo.suscitata.nu.3. 79
Reo confitenti fit præceptum de soluendo.nu.42. 85
Reo in multis fauetur, in verb. suscitata. nume. 137. 101
Reus quamuis onus probandi assumpserit,adhuc actor semper probare tenetur, in verb. suscitata. nume. 135. 100
Reus in non offerendo,cùm se sciat debitorem, est in mala fide,in verb.suscitata.nu.128. 99
olim Reus conuentus tenebatur satisdare in actione reali,in verb.suscitata.nu.44. 85
post decem dies,non potest peti Reuocatio sententiæ interlocutoriæ.nu.28. 196
Rex Hispaniæ regnum Nauarræ occupauit. nume. 78. 206
Rex Franciæ,& eius officiales non possunt excommunicari. nu.76. 206
Rhinocerus.nu.14. 9
Roma iterum à Totila rege Gothorum capta. nume. 23. 219
Roma ædificata eo tempore quo Babylon subuersa fuit, in verb.in eo verò.nu.57. 233
Roma à Gothis capta.nu.20. 218
Roma post Christi natiuitatem à pluribus capta & dirupta fuit.nu.26. 219
Romani à Cimbris victi & occisi.nu.27. 220
Romani victores contra Cimbros,vbi cæde Cimbrorum maxima quam victoriã Manlius obtinuit circa aquas sextias.nu.28. 220
Roma rursus à Totila rege Gothorum capta, nume. 24. 219

S

Saisire, est in possessionem mittere.nu.181. 37
Sal an inter fructus industriales sit annumerandus, in verb.in eo verò,nu.73. 235
Sal alius factitius fossilis.ibid.nu.74. 235
Sunt multi montes salem producentes.ibid.nu.75. 235
Salis multa commoda & incommoda.nu.77. 235
Salomon matri ad se venienti assurrexit.nu.50. 159
Sammieti regis Aegyptiorum magnum exemplum patientiæ in verb.in eo verò.nu.60. 233
Sarracenos ingressos in Franciam Martellus deiecit.nu.217. 17
Satisdationes hodie non sunt amplius in vsu.nu.47. 85
Scholasticis multa priuilegia concessa.nu.71. 64
Secundæ nuptiæ non sunt reprobatæ.nu.19. 50
Secundo contrahens matrimonium: tantum potest dare secundo coniugi quantum dedit vni ex filiis primi matrimonij. nu.77. 62
Secundò nubens perdit proprietatem lucrorum quæ à prædefuncto coniuge habuerat,in verb.qui cum alia.nu.28. 51
Semen hominis non à toto cerebro,sed ab omnibus partibus hominis deriuatur,& sanum à sanis partibus,& languidum à languentibus partibus.nu.33. 230
Semẽ & viri & mulieris in generatione requiritur,in verb. in eo verò.nu.29. 230
Sententia diffinitiua quando dicatur habere vim diffinitiuæ.nu.39. 198
Sententiarum tria genera.nu.40. 198
Sententia præsumitur iusta.nu.3. 192
quando Sententia vnum caput continet, sufficiet vnius appellatio,& demum alter se poterit iuuare appellatione alterius.nu.10. 193
per Sententiam latam in rei vendicatione, acquiritur dominium.nu.81. 22
Sententia continens plura capita,si ab vno ex illis fuerit appellatum,an in aliis possit mitti executioni.nu.104. 211
Sententia est quid indiuiduum.nu.64. 202
Sententia contra pupillum aut adultum in defensum lata non tenet,lata tamen in eorum vtilitatem tenet, in verb. tutore.nu.6. 122
Serenitas ex multis deprehenditur.nu.28. 28
Serpens coit cum murena.nu.8. 8
Signa quibus serenitas portenditur.nu.128. 28
Socero ad inopiam vergente vxor dotem repetere potest, in verb.cuius bona.nu.37. 14
Soluens pensionem tanquam emphyteuta an præsumatur talis,in verb.cuius bona.nu.89. 23
per Solutionem pensionis probatur dominium.nu.88. 23
Soluens per triginta annos denarios regios,cogetur in posterum soluere.nu.39. 141
duo Solstitia bis in anno fiunt.nu.17. 124
Specialis quando prius discutienda quam generalis. nu.53. 17
Speciale in matre & auia vt possint esse tutrices.nu.92. 64
Spiritus defunctorum sunt in loco vbi non vident quæ hic aguntur.in verb.qui cum alia.nu.18. 49
Spoliatus qui vult agere interdicto recuperandæ, debet duo probare.nu.183. 37
Spuriis non debentur alimenta,nec filijs ingratis.nume. 37. 261
Substitutus an possit cogere hæredem vt bona hæreditaria describantur.nu.36. 257
Substitutus potest petere,vt hæres grauatus satisdet de hæreditate restituenda.nu.112. 174
Substitutus non potest hæredi obijcere, vt ex singulis rebus detrahat Trebellianicam,nu.30. 186
Successorium edictum locum habet in querela inofficiosi testamenti.nu.4. 215
Supplement ũ legitimæ contra quos peti debeat.nu.15. 152

BIU Cujas

Supplementum legitimæ arbitrio boni viri fieri debet, in verb.deduci.nu.37. 187
in duobus casibus Supplementum legitimæ non fit in corporibus hæreditariis.ibid.nu.38. 188

T

TEmpus antiquum est tempus quadraginta annorum.nu.86. 23
Tempus trium mensium ad releuandam appellationem in parlamento Tolosæ, & tempus vnius mensis, in curia generalium Monspessuli.nu.26. 195
Tempus quadraginta annorum est tempus antiquum. num.87. 23
Tempus constitutionis dotis an sit spectandum, an tempus mortis,in verb.insuper.nu.23. 153
Tempus mortis patris inspiciendum est propter duo. nume.13. 15
Termino elapso, qui datur ad releuandam appellationem, permissum est iudici à quo procedere in causa non obstãte appellatione iam interposita.nu.100. 210
multa Terriculamenta hominibus ostensa.nu.122. 27
Tertullianus damnauit secundas nuptias.nu.21. 50
Tertullianus incidit in hæresim.ibid.nu.22. 50
Testamentum imperfectum à parentibus conditum inter liberos valet, & tamen non valet inter parentes si à liberis conditum fuerit. num. 31. 256
Testamentum est quid facti sicuti & contractus. num.109. 27
Testamentum quamuis nullum sustinetur per clausulam codicillarem, in verb.quia verò.nu.14. 251
Testator Falcidiam potest prohibere.nu.115. 176
an & Trebellianicam prohibere possit testator. nume. 116. 176
Testator potest declarare quòd super vna re detrahatur Trebellianica, in verb. deduci.nu.19. 184
Theophrastus naturam accusauit, quòd animalibus vitam tam longam dederit, cùm hominibus breuem dedisset,in verb.tutore.nu.36. 128
Testis consanguineus vel affinis non facit semiplenam probationem, in verb.cuius bona.nu.29. 11
Titulus de secundis nuptiis in tres partes diuiditur. num.14. 48
Titulus de secundis nuptiis respectu filiorum primi matrimonij est fauorabilis, in verb. qui cum alia. nume. 15. 48
per Titulum iustificatur intentio actoris.nu.83. 23
quis Tenetur docere de suo titulo, vbi est contra eum sinistra suspicio.nu. 156. 32
Titulus quomodo probetur.nu.84. 23
Titulus multis modis probatur.nu.85. 23
quis Titulum suæ possessionis non tenetur ostendere.num.132. 29
habenti Titulum & possessionem, possessio est adiudicanda. num.199. 40
Transiens ad secunda vota, priuatur filiorum successione, nu.65. 59
Transiens ad secunda vota non potest plus donare secundo coniugi quàm donat vni ex liberis primi matrimonij, in verb. qui cum alia.nu.72. 61
quod procedit etiam si sint sibi nepotes, sed quid si sint filij ex diuersis fratribus.ibid.nu.73.& 74. 61
Transiens ad secunda vota, sicuti suo secundo coniugi non potest plus dare quam vni ex filiis, ita etiam & non poterit plus dare filio ex secunda coniuge. ibid. nume. 75. 61
Transiens ad secunda vota de consensu prædefuncti coniugis, euitat pœnas indictas contra secundò nubentes,in verbo, qui cum alia. nu.39. 53
per Transitum ad secunda vota perduntur ea quæ à prædefuncto coniuge obuenerant, in verb. qui cum alia. nu.1. 45
Trebellianica debetur hæredi vniuersali.nu.93. 169
nulla Trebellianica debetur,quando pater diuidit hæreditatem inter liberos.nu.94. 169
quando Trebellianica super vna re detrahi debet, super mediocri erit detrahenda.nu.24. 185
Trebellianica in filiis primi gradus non potest prohiberi. nu.117. 176
Trebellianica expressè, & tacitè potest prohiberi. nu.118. 176
de iure digestorum Trebellianica non potest prohiberi.num.119. 176
Trebellianica an super vna re sit detrahenda, in verbo, deduci. nu.1. 179
quarta Trebellianica est quid vniuersale, & sic ex singulis rebus detrahi debet.ibid.nu.2
Trebellianica ex singulis rebus & corporibus hæreditariis est detrahenda, cum quibusdam limitationibus. ibid.nu.3
quæ in Trebellianicam sint imputanda. nu.97. 170
Tria requiruntur ad hoc vt cesset pœna authenticæ eiusdem pœnis.nu.123. 71
Trochilus Crocodilo amicus.nu.8. 7
Troia quædam prouincia.nu.111. 69
Turba in hoc interdicto est probanda.nu.195. 39
Turba per oppositionem probatur.nu.39. 195
Tutor testamentarius non tenetur satisdare.nu.98. 65
quilibet Tutor tenetur suos pupillos defendere, in verb.tutore.nu.1. 120
Tutor an in ius vocandus sit, an verò pupillus: idem de curatore, an ille in ius sit vocandus, an verò eius adultus nu.2. 121
Tutores plures, licet sint dati, tamen quilibet habet officiũ insolidum,in verb. tutore.nu.52. 132
Tutores in causa pupilli an possint esse testes. ibid. nume.53
quod Tuum non est,debes scire ad alium pertinere,in verb. in eo verò.nu.7. 225

V

VEnditio rei dotalis facta à marito vendicatur à muliere soluto matrimonio, in verb.cuius bona. nu. 41. 14
Venientes ab intestato succedentes in vim clausulæ codicillaris, an possint Trebellianicam detrahere, & ibi quid operetur ea clausula.nu.121. 177
Verbum, habere, habet duplicem vim.nu.8. 181
Verba alicuius textus ita sunt intelligenda, vt de facto euenire possunt.nu.15. 183
Vestes & iocalia, quæ à patre dantur in contractu matrimonij filiorum aut filiarum, in legitimam illis imputantur, in verb. insuper.nu.86. 168
Vidua non tenetur deferre vestes lugubres pro defuncto marito.nu.128. 73
Vidua pendente anno luctus tenetur lugere maritum, in verbo, qui cum alia.nu.129. 73
Vidua quæ de facto tutelam suorum filiorum administrauit, quamuis secundò nupserit non reddita ratione, non tamen bona secundi mariti obligantur. nume. 109. 68

BIU Cujas

Index.

Vidua honestius faciet si post mortem primi mariti se contineat, in verb. qui cum alia. nu. 23. 50
Viduæ datur rei vendicatio ad sua bona vendicanda post mortem mariti. nu. 18. 10
Vidua in sui dotis repetitione habet multa priuilegia. num. 44. 15
Viri sine vxoribus non possunt viuere. nu. 15. 48
Viri vsque ad tempus sexaginta annorum possunt parere. nu. 137. 74
Virtus in medio consistit. nu. 26. 185
Virtus dum medium excedit, exit in vitium. nu. 27, 185
Virtus inter defectum & exuberantiam. nu. 28. 186
Virtutum species an plures sunt. nu. 29. 186
Virtus clausulæ codicillaris quæ sit. nu. 121. 177
Vitricus potest esse tutor filiorum primi matrimonij: sed non educator, in verb. qui cum alia. nu. 84. 63
Vitricus tutelam iam assumptam potest continuare, sed non quòd de nouo possit eam assumere. nu. 99. 65
Vocans alium vt suas actiones proponat dicitur actor, in verb. suscitata. nu. 139. 102
Vsucapio propriè locum habet in rebus mobilibus, & præscriptio in immobilibus. nu. 21. 138
relinquens Vsufructuarium in vita & post eius mortem talem instituens, talis vsufructuarius censetur institutus. nu. 105. 67
Vsufructuario datur interdictum vnde vi. nu. 172. 36
Vsufructuarius poterit cogi facere descriptionem bonorum, si proprietarius hoc petierit. nu. 85. 237
Vsuræ de iure ciuili permissæ. nu. 36. 114
Vsufructuarius tenetur cauere priusquam vsumfructum percipiat. & ibi de cautione quam præstare debet. num. 82. 236
Vterini tamen fratres non excludentur. nu. 120. 70
Vulturis præsagium tempore belli, & sine semine concipit, in verb. tutore. nu. 38. 129
Vxores malum necessarium. nu. 16. 48
Vxori datur actio contra occisores sui mariti. nu. 5. 7
Vxor viro suo tenetur operari in obsequialibus, quòd si ex aliqua arte aliquid acquirat, id erit ipsius vxoris, in verb. insuper. nu. 60. 160

FINIS.



BIU Cujas

CONTINVATIO REPETITIONIS CAP. RAYNVTIVS. DE TESTAM. SVPER TERTIA PARTE,

quæ imperfecta à Do. Gulielmo Benedicti relicta fuit: concernens præcipuam materiam ipſum caput tangentem, Authore STEPHANO RANCHINO, Iuriũ publico Profeſſore in Academia & Vniuerſitate Legali in Ciuitate Montiſpeſſulani: & Conſiliario Regio in ſuprema Generalium Curia in ea Ciuitate.

Cuius bona idem Petrus, &c.

SVMMARIA.

1 *Maritus dominus rerum dotalium ſuæ vxoris.*
2 *Quod mulier acquirit conſtante matrimonio, ex bonis mariti fuiſſe acquiſitum eſt præſumendum.*
3 *Legatum habitationis factum viro cenſetur in effectu & vxori factum.*
4 *Maritus & vxor ſunt inter ſe coniunctæ perſonæ.*
5 *Vxori datur actio contra occiſores ſui mariti.*
6 *Inter aliquos eſt quidam natiuus amor ſicuti & natiuum odium.*
7 *Inter bruta innatæ ſunt quædam inimicitiæ, & amicitiæ.*
8 *Pauones & columbæ amici.*
9 *Olores & Aquilæ inter ſe diſſident.*
10 *Ibis diſſidet cum ſerpentibus.*
11 *Apud Aegyptios eſt magna vis ſerpentum alatorum.*
12 *Aduſtum cornu ceruinum ſerpentibus infeſtum.*
13 *Baſiliſcus ſuo aſpectu hominem enecat.*
14 *Baſiliſcus Romæ natus.*
15 *Aquila biceps.*
16 *Amicitiæ & inimicitiæ brutorum cum hominibus.*
17 *Mulier res dotales à marito alienatas, durante matrimonio non poteſt reuocare.*
18 *Marito datur reuocatio rerũ alienatarum à ſua vxore.*
19 *Poſt mortem mariti, vidua rem dotalem à marito alienatam poterit vendicare.*
20 *Mulier poteſt habere bona paraphernalia.*
21 *Mulier bona triplicis generis poteſt habere.*
22 *Coniuncta perſona pro alia coniuncta agit ſine mandato.*
23 *Affinis pro ſuo affine poteſt agere ſine mandato.*
24 *Maritus & vxor non ſunt inter ſe affines.*
25 *Idem iudicium de principio & de cauſa quod de ipſo cauſato.*
26 *Affines qui dicantur.*
27 *Affinitas an ſoluatur per mortem alterius.*
28 *Affinis pro affine poteſt teſtificari.*
29 *Teſtis conſanguineus vel affinis non facit ſemiplenam probationem.*
30 *In caſibus in quibus requiritur ſpeciale mandatum, coniuncta perſona non agit ſine mandato.*
31 *An maritus percipiens fructus rerum paraphernarum teneatur rationem reddere.*
32 *Maritus fructus extantes ex bonis paraphernis tenetur reſtituere.*
33 *An res tradita marito ab vxore ſit dotalis.*
34 *Legatum dotis factum à marito vxori, illi affert vtilitatem.*
35 *Legatum maioris quantitatis dotis valet quamuis non conſtet tantam dotem traditam fuiſſe.*
36 *Marito ad inopiam vergente res data in dotem peti poteſt ab vxore.*
37 *Socero ad inopiam vergente vxor dotem repetere poteſt.*
38 *Contra quoſcunque bonorum poſſeſſores datur mulieri dotem repetenti hypothecaria.*
39 *Et contra maritum datur perſonalis.*
40 *Res paraphernæ ab vxore conſtante matrimonio poſſunt vindicari.*
41 *Venditio rei dotalis facta à marito vendicatur à muliere ſoluto matrimonio.*
42 *Mulier hæres mariti non poterit rem dotalem alienatam ab ipſo vendicare.*
43 *Filius hæres patris non poterit rem filij à patre alienatam vendicare.*
44 *Mulier totum pretium ab hæredibus mariti conſequetur quando & maritus & vxor rem dotalem vendiderunt.*
45 *Bona parapherna mulier conſtante matrimonio poteſt alienare.*
46 *Mulier in repetitione ſuæ dotis tacitam habet hypothecam.*
47 *Marito datur illa tacita hypotheca ad dotem habendã.*

BIU Cujas

48 Expressa hypotheca datur marito, ex expressa obligatione quæ fit ex partium conuentione.
49 Tacita hypotheca quam habet maritus in dotis repetitione non tollitur per expressam legis prouisionem.
50 Tacita hypotheca quando locum habeat.
51 Expressa hypotheca à quo tempore incipiat locum habere in dotis repetitione, & ibi quæ sit differentia inter expressam & tacitam hypothecam.
52 In iure habemus hypothecam generalem & specialem.
53 Per specialem hypothecam non tollitur generalis.
54 Creditor potest cumulare & specialem & generalem hypothecam.
55 Creditor vbi agit contra debitorem potest proponere, & specialem & generalem hypothecam.
56 Mulier in dotis repetitione habet priuilegium prælationis.
57 Mulier in tacita hypotheca præfertur creditoribus mariti.
58 Hoc priuilegium prælationis conceditur mulieri contra creditores mariti etiam anteriores.
59 Differentiæ inter priuilegium tacitæ hypothecæ & prælationis.
60 Priuilegium tacitæ hypothecæ & prælationis in quibusdam conueniunt.
61 Propter adulterium mulier perdit dotem.
62 Propter adulterium mulier perdit bona parapherna, & nu. 63.
63 Dotalitium quid propriè significet.
64 Pœnæ multæ & variæ in adulterantes.
65 Dux Mediolanensis vxorem suam adulteram ad supplicium traduxit.
66 Crimen adulterij non importat bonorum confiscationem.
67 Maritus ad instantiam vxoris compelli potest ad dimittendum concubinam.
68 Maritus tenens concubinam efficitur infamis.
69 Limitatio ad regulam quòd mulier adulterando perdit dotem.
70 Maritus propter suæ vxoris adulterium non perdit dotem vbi pater mulieris dotem constituisset.
71 Maritus vxorem adulterij accusando lucratur dotem.
72 Hæres mariti an possit viduam adulterij accusare.
73 Mulier lucratur donationem propter nuptias, propter mariti adulterium.
74 Maritus vxorem suam adulterij accusatam potest reconciliare.
75 Maritus ab intestato vxori succedit per caput, vnde vir & vxor.
76 Agens rei vēdicatione debet probare dominium & possessionem ex parte rei.
77 Ex possessione de præterito non præsumitur dominium.
78 Dominij probatio difficilis.
79 Causa dominij immediata est probanda.
80 Dominia multis modis acquiruntur.
81 Per sententiam latam in rei vendicatione, acquiritur dominium.
82 Ad hoc vt per sententiam dominium acquiratur, traditio requiritur.
83 Per titulum iustificatur intentio actoris.
84 Duo requiruntur ad transferendum dominium.
85 Titulus multis modis probatur.
86 Iudicia. C. de rei vendicatione, quomodo intelligatur.
87 Tempus quadraginta annorum est tempus antiquum.
88 Locatio non probat dominium.
89 Soluens pensionem tanquam emphyteuta an præsumatur talis.
90 Census solutio probat emphyteusim.
91 Feudum non dicetur si pro eo soluatur pensio.
92 Aestimum alicuius rei an probet illius dominium & 93. & 94. & 95.
96 Dominium per continuationem possessionis non probatur.
97 In odium violenti non requiritur tam stricta probatio dominij. & 98.
99 Dominium vbi probandum est contra eum qui habet causam à nobis, sufficiet demonstrasse eos habuisse causam à nobis.
100 Dominium quod incidēter deducitur probatur ex possessione de præsenti.
101 Coniuges inter se, blandis verbis alterum allicere potest vt eum hæredem instituat.
102 Captatoria institutio quid sit.
103 Omnes contractus inter maritum & vxorem fieri possunt.
104 Contractus donationis prohibitus inter maritum & vxorem iuramento firmatur.
105 Donatio inter maritum & vxorem morte alterius cōfirmatur.
106 In donatione facta à marito vxori, habet tacitam conditionem si vxor superuiuat.
107 Donatio remuneratio inter virum & vxorem sustinetur.
108 Fundus dotalis quamuis non possit alienari, poterit tamen permutari.
109 Testamentum est quid facti sicuti & contractus.
110 Facta non præsumuntur nisi probentur.
111 Dæmones possunt diuinare.
122 Multa terriculamenta hominibus ostensa.
123 Dioni ostentum apparuit.
124 Marco Bruto ostentum apparuit.
125 Diuinatio hominibus prohibita.
126 Diuinatio duplex.
127 Defectiones in cælo videntur.
128 Signa quibus serenitas portenditur.
129 Alterum genus præsentiendi futuri.
130 Tertium genus vaticinandi vere diuinum.
131 Genus vaticinandi falsum quod cernitur in variis rebus, & 131.
132 Quis titulum suæ possessionis non tenetur ostendere.
133 Conuentus rei vendicatione non tenetur ostendere titulum suæ possessionis.
134 Conuentus petitione hæreditatis cogitur respondere an possideat.
135 Differentiæ inter petitionem hæreditatis & actionem rei vendicationis.
136 Quis dicatur possidere pro possessore.
137 Pro hærede quis dicatur possidere.
138 Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem.
139 Rei vendicatio datur domino, contra possidentem.
140 Differentiæ inter rei vendicationem & petitionem hæreditatis.
141 Actio negatoria & confessoria sunt actiones reales.
142 Petitio hæreditatis datur pro rebus corporalibus & incorporalibus.
143 Actio petitionis hæreditatis, est actio bonæfidei: & actio rei vendicationis est stricti iuris.
144 Petitio hæreditatis est actio mixta: actio verò rei vendicationis est realis.
145 Actio rei vendicationis, est particularis: petitio hæreditatis est vniuersalis.
146 Petitio hæreditatis datur filio in sua legitima instituto.

147 Legi-

BIU Cujas

147 *Legitima filio relinqui potest sub dilatione concernẽte filij fauorem.*
148 *Petitio hæreditatis datur filio pro suo supplemento legitimæ petendo.*
149 *Petitio hæreditatis proponi debet, & contra legatarios possidentes res hæreditarias.*
150 *Condictio legis omnimodo datur filiis pro eorum legitima.*
151 *Legitima dicitur portio hæreditatis præterquam quo ad æs alienum.*
152 *Filius per fideicommissum in legitima non potest grauari.*
153 *Grauamen in legitima quod respicit odium filij reijciẽdum est: sed non quod respicit illius fauorem.*
154 *Petitio hæreditatis & rei vendicatio non possunt in eodem libello cumulari.*
155 *Pro rebus immobilibus actor tenetur sequi forum rei in rei vendicatione: sed pro rebus mobilibus ratione rei quis sortitur forum.*
156 *Equum à me ablatum potero vendicare coram iudice loci vbi equum reperio.*
157 *Vbi est mala suspicio contra rationẽ, cogitur ille probare.*
158 *Beneficia ecclesiastica sine titulo non possunt possideri.*
159 *Beneficiatus ad motum episcopi tenetur docere de suo titulo.*
160 *Olim dominus & hodie præsumitur.*
161 *Olim possessor, hodie non præsumitur.*
162 *Qualitas quæ olim erat, an hodie præsumatur.*
163 *Qualitas an semper sit probanda.*
164 *Possidens tempore litis contestatæ, demum est præsumptio eum possidere.*
165 *Possessio est ius insistendi rei non prohibitæ possideri.*
166 *Iureconsulti sunt laxatiores in eorum diffinitionibus quàm sint iureconsulti.*
167 *Ius insistendi pro facultate.*
168 *Dominium est ius disponendi de re aliqua.*
169 *possessio & dominium differunt diffinitione & diuisione.*
170 *Corporalis possessio, cum ciuili sæpe reperitur iuncta, & aliquando separata.*
171 *Naturalis possessio duobus modis consideratur.*
172 *Vsufructuario datur interdictum vnde vi.*
173 *Dominium duplex.*
174 *Ad acquirendum dominium titulus & possessio requiruntur.*
175 *Possessio animo & corporali apprehensione acquiritur.*
176 *A dominio habemus iudicium petitorium, à possessione iudicium possessorium.*
177 *Iudicium possessorium interdictum appellatur.*
178 *Interdictum est triplex.*
179 *Possessio rerum hæreditariarum ad hæredes non transit, dominium quidem earum bene transit.*
180 *Interdictum adipiscendæ desiit esse in vsu.*
181 *Saisire, est in possessionem mittere.*
182 *Interdictum recuperandæ datur illi qui de sua possessione fuit eiectus.*
183 *Spoliatus qui vult agere interdicto recuperandæ, debet duo probare.*
184 *Exceptio notorij defectus proprietatis non habet locum in interdicto recuperandæ.*
185 *Interdictum recuperandæ & ciuiliter & naturaliter proponi potest.*
186 *Declaratio l. 1. C. de appellat. & l. si de vi. ff. de iudi.*
187 *Proponens interdictum vnde vi, debet probare possessionem.*
188 *Interdictum vnde vi illi datur, qui fuit deiectus à sua naturali possessione.*
189 *Deiecto à nuda detentatione datur officium iudicis.*
190 *Interdictum retinendæ competit ad retinendum possessionem, & datur pro iuribus incorporalibus. 192.*
191 *Datur interdictum vtrobi pro rebus mobilibus.*
193 *Interdictum retinendæ olim dicebatur causa nouitatis & saisinæ.*
194 *Duæ leges regiæ olim erant.*
195 *Impetrans interdictum retinendæ, debet probare se possessorem tempore impetrationis.*
196 *Duo debet probare impetrans tale interdictum retinendæ.*
197 *Reus opponens in interdicto retinendæ debet manuteneri actore non probante.*
198 *Impetrans in interdicto retinendæ, sumit partes actoris.*
199 *Habenti titulum & possessionem, possessio est adiudicanda.*
200 *In beneficiis præfertur ille qui habet titulum & possessionem, alteri solum titulum habenti.*
201 *Antiquior possessio iuniori præfertur.*

Cuius bona idem Petrus maritus eius superstes aliquanto tempore possedit.



RGO hic Petrus qui fuerat maritus Adiectæ suę præde functę vxoris post mortem illius eius bona tenebat, & possidebat: nõ tamen aperit textus quo titulo ea bona possidebat: viuente quidem sua vxore illius bona possidebat, aut vt dotalia, aut vt parapherna. Si vt dotalia, faciebat suos fructus, cùm dominus sit maritus rerum dotalium. l. doce ancillam. C. de rei vendi. & nihil ad mulierem peruenit: propterea illud vulgò dicitur, mulierem si quid acquirat constante matrimonio, illud acquisiuisse ex bonis sui mariti: quod in dubio præsumitur. l. etiam. C. de dona. inter virum & vxorem. l. Quintus. ff. eod. Cùm mulier suæ propriæ dotis non sit domina constante matrimonio, sed vir. 1 Maritus dominus rerum dotalium. 2

Et nihil mirum si maritus sit dominus rerum dotalium suæ vxoris, cùm sit caput illius, & vxor pars corporis ipsius mariti. c. admonere. 33. q. 2. & ad curam mariti pertinet vxorem alere, & omnia negotia gerere: & maritus & vxor sunt inter se, aut saltem debent esse vnus animus & vnum corpus. c. de neptis. 31. q. 2. Ita vt si vsus rei alicuius sit legatus marito, censetur & vxori legatus. l. 2. ff. de vsu & habita. & legans habitationem viro, videtur & in effectu vxori legasse. l. cæterũ. §. mulieri. ff. eod. & Alexan. consi. 173. in 6. vol. Sunt enim inter se vnum corpus, & socij inter se diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. 3

Maritus caput vxoris, vxor pars corporis viri.

Maritus & vxor, vnus animus & vnum corpus.

Maritus & vxor socij diuinæ & humanæ domus.

BIU Cujas

de crimi. expil. hæredi. & inter se sunt coniunctæ personę. l. vlt. §. cum autem. C. de furtis. & Boëri. decis. 233. non tamen potest vxor maritum absentem defendere: sicuti hoc coniunctis personis licet. l. sed & hæ. ff. de procura. Albe. de Rosate. in l. fœminæ. ff. de reg. iuris & cùm ita inter se sint coniunctę personæ, lex noluit in vxorem dari actionem furti, cùm talis actio infamet: & ob id in cõiunctam personam proponi non debet. d. §. cum autem. & propter talem coniunctionem vxori seu viduæ competit actio contra occisores mariti ad vindicandam mortem ipsius mariti occisi: vt plenè per Nicolaum Boër. decis. 233.

Maritus & vxor coniunctę personæ. 4

Actio furti nõ datur contra vxorem. 5

Actio viduæ contra mariti occisores.

Inter quos maritum & vxorem debet esse verus & natiuus amor, qui augeri debet indies longa cõsuetudine, & mutua conuersatione, & ob liberorũ procreationem & quantumuis rixæ aliquando inter eos superueniant, vincit tamen amor ipse omnia dissidia: illáque cessare facit.

Est quidem verũ quòd inter aliquos est quidam natiuus amor, sicuti & è contrario inter aliquos reperitur natiuum quoddam odium, vt neque certa ratio odij, vel amoris, reddi possit: in qua re licebit admirari summi Dei omnipotẽtiam, cùm videamus, quosdam instinctu quodã naturali mutuo, & quasi innato odio sese lacessere, atque prosequi, vt semper quærant, & inuestigent causam nocendi. Alios autem videas ita inter se esse amico & beneuolo animo, vt perpetuo sese ament, foueant, & vicissim cõplectantur, etiam si cesset inter eos consuetudo mutua, hoc natura suadente: quæ tamen ad conseruandam amicitiam non parum momenti & ponderis solent habere. Quę omnia ex cęlesti quadam influẽtia nonnulli procedere autumant: quorum opinioni illud Persij respondet. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies, & ab vno sydere duci. Nostra vel æquali suspendit tempora libra, Parca, tenax veri, seu nata fidelib⁹ hora, Diuidit in geminos concordia fata deorum. Saturnúmque graue nostro Ioue frangimus vna. Nescio quid certè est quod me tibi temperat astrum.

Natiuus amor inter quosdam siculi, & natiuum odium inter quosdam. 6

Natura non parum momenti habet in amicitia conseruãda.

At puto ego ex diuina prouidentia hæc omnia procedere & ex diuino iudicio, cùm videamus non solum inter homines, sed & inter ipsa bruta ratione carentia: iunatus esse quasdam celebres inimitias quodã naturæ effectu occulto, cuius ratio minimè reddi potest, súntque rursus inter ea bruta amicitiæ, & maximę. Amici siquidem sunt inter se pauones & columbæ, turtures & psitaci, cornix & ardeola. Fœdus quoddam est, & quasi quædam societas crocodili cum trochilo. Est enim trochilus auicula agitans vicinos locos paludibus: & appellatur crocodili satelles seu parasitus, sueta victitare reliquijs illius: nam crocodilo certanti aduolat in os eius & victitat ex his quæ colligit ex dentibus ipsius crocodili: & in ea voluptate somno pressus ipse crocodilus dormit. Verùm aliud ei euenit: nam illi dormienti, & cùm eo prematur somno, Ichneumon (quem murem Indicum vocant) per os apertum, & per easdem fauces ingreditur aluum illius crocodili, eumque rodendo occidit. Habet & alium inimicum sibi, nam quamuis videatur vndiq; armatus vnguibus, habens cutem superius inuictã contra omnes ictus, in ventre tamen habet cutem teneram: quapropter delphini vitæ eorum in ea parte insidiantur. Habent enim delphini spinam in dorso culteratam: itaque immorantes Nilo, & velut territi subeunt aluum crocodili, & eorum spina discindunt ventrem crocodili, & sic moritur. Cõuenit præterea serpens cum vulpe, teste Aristotele serpentes cum murena conueniunt: nam serpens coiturus cum murena sibilo eam vocat & venenum euomens in littore deponit, postea rediens quærit depositũ qđ si non inueniat, dolore ibi extinguitur propter amissa arma. Hæc Melãcton in lib. de anima.

Amicitiæ & Inimicitiæ innatæ, etiam inter bruta. 7

Amicitiæ inter bruta.

Trochilus crocodilo amicus. 8

Murus Indicus crocodilo inimicus.

Delphin⁹ crocodilo inimicus.

Dissidere inter se constat olores & aquilas, coruos & miluos: inter se bella gerunt mustella & cornix, anguis & mustela pari odio sese prosequuntur. Ibis auis decertat odio quodam ingenito cum serpẽtibus. Vnde Polidorus Vergilius. c. xj. vocat ibim serpentum perniciem: quod Moysem non latuit, qui dux ab Aegyptiis declaratus, in Aethiopes profecturus comparatis rebus omnibus ad bellum necessariis, & quia exercitus ducendus erat per loca infesta serpentibus, inclusit ingentem numerũ ipsarum ibidum in strumentis papiraceis in arcarum speciem contextis, quas demum in serpentes alatos contra exercitum venientes emisit, quarum præsidio exercitum tandem quò volebat perduxit, eúmque à vi serpentum vendicauit.

Serpens coit cũ murena.

Dissidium inter bruta. 9

Ibis serpẽtum pernicies.

Moysis præcautio, contra vim serpentum.

Est enim apud Aegyptios magna vis serpentum alatorum, qui singulis annis vim maximam inferut hominibus Aegyptiis, & maiorem inferrent, ni ibides aues illis occurrerent, serpentes ipsos occidentes: vt testis est Munsterus in sua Cosmographia: & huius rei meminit Ioseph us in suis antiquitatibus. lib. 2. c. 5. & refert Sabellicus Catonem audita Pompeij morte, Aphricam petiturus Psyllos secum habuisse qui serpentum ictibus mederentur, cu transiturus esset per loca serpentibus infesta: sunt autem Psylli populi Libiæ quorum corpori ingenitum est virus serpentibus exitiale, ita vt serpentes ab olfactu eorum abhorreant & habent ingenium contra serpentes, & leuant morsus eorum serpentum solo contractu, teste Plinio. lib. 2. c. 7.

Apud Aegyptios magna vis serpentum. 11

Cato Aphricã petiturus Psillis vsus fuit cõtra vim serpẽtum.

Psilli populi Libiæ.

Pardales sunt simiis inimici, & cerui serpentibus: inuestigant enim cerui cauernas serpentum: & suo spiritu extrahunt renitentes: inde dicitur adustum cornu ceruinum esse singulare remedium abigendis serpentibus. Propterea asserit Plinius in Aphrica nullum ceruum gigni. In hoc scilicet prouidisse naturam ob tantam serpentum multitudinem quos hoc animal mirè odit, teste Vadiano super Pomponium Melam, libro primo. Pugna ingẽs est inter draconem & elephantem, ita vt inter se pugnando vterque intereat: nam draco cauda sua stringit elephantem, elephas autem suo proboscide prosternit draconem: draco demum in elephantem incidit à tergo & mordens eum ita fugit eius sanguinem, vt tandem ipse elephas sui sanguinis substractione debilitatus cadens super draconem & moriens cadendo suum occisorem occidit: & sic vterque perit. Idem fertur de scorpione, pice, & crocodilo qui inter se mutuo bello sese enecant. Nec dissimile de basilisco & mustela narratur. Est autem basiliscus genus serpentis solo suo aspectu homines enecans & suo solo afflatu necat frutices, exurit herbas, & rumpit saxa & fertur esse tanta acuitate veneni, vt quamuis breuissimus sit, vt qui non excedat palmam extinguit tamen serpentes quantumuis magnos solo habitu & neq; in terra vllum animal nocẽtius creatũ reperitur: nam alia venenosa animalia perimunt homi-

Adustum cornu ceruinum remedium cõtra serpentes. 12

Draco & elephas pugnãdo sese enecant.

Basiliscus genus serpentis. 13

Nullũ animal nocentius Basiliſco.

BIU Cujas

hominem morsu aut tactu: istud verò paruulum animal sola præsentia mortem infert. Huic tamen venenoso basiliſco, virus mustelarum est exitio, solaq; tabe ab ipsa mustela in cauernis conficitur, necatur tamen mustela, illius odore moriuntúrque insimul, adeo natura nihil voluit esse sine pari: & refert Sabellicus, basiliscum olim Romæ natum fuisse, qui stabulabatur ad ædem Luciæ sub quodã fornice qui plurimos mortales suo flatu extinxerat, pulsum tamẽ fuisse Leonis pontificis precibus circa octauas calendas Septembris, qui dies ab hinc mansit solennis Romæ. & miratur Sabellicus quo modo animal illud Romæ inuentum fuerit cùm sola Cyrenaica in Africa gignat illud animal.

Basiliſc⁹ & mustela inuicem sese occidunt.

Basiliscus Romæ inuentus.

Aranea capitali inimicitia serpentem & buffonẽ persequitur: nam videns aranea serpentem aut buffonem subtus se, filo quem nectit, descendit super cerebrum serpentis aut buffonis, & suo aculeo eum ita vrget, vt nusquam dimittat, quàm prius morientem viderit. Rhinocerus est hostis natura elephanto, & est Rhinocerus animal buxei coloris, habens in naribus vnum cornu. Corporis autem longitudo non minor illi est quàm elephanto: & suo cornu ad saxa limato se præparat pugnæ. Aquila pugnat cum ceruis. Multum enim pulueren volatu suo collectũ, insidens cornibus cerui excutit in oculos illius verberans suis pennis ora & oculos cerui donec cum in rupes præcipitet. Init etiam bellum aquila cum dracone qui oua aquilæ consectatur auiditate malefica: illa verò oppugnat draconem vbicunque visum, qui nexu multiplici alas aquilæ ligat, ita vt insimul conficiantur, de qua aquila, hoc fertur, nusquam fulmine tactam fuisse: ob id Romani legionibus eam dicarunt, quod Caius Marius primus inuenit, cùm per antea lupis, minotauris, equis, & apris vterentur, dicaruntque Romani aquilam pro signo suis militibus: factaque demum fuit aquila biceps, & ita in insigniis videtur, manente scilicet vno capite in ecclesia occidentali & altero in ecclesia orientali: vbi Græci imperatores regnarunt vsq; ad annum Christi 1453.

Aranea buffoni & serpenti inimicus.

Rhinocerus.

Draco & Aquila pugnando sese enecant.

Aquila nusquã fulmine tacta.

15

Aquila à Romanis dicata, pro signo militibus.

Aquila biceps.

16

Sunt præterea inimicitiæ & amicitiæ inter homines & bruta. Bucephalus Alexandri equus nullum sessorem passus fuit præter solum Alexandrum, & refert Gellius quod cùm in bello Indico Alexander in eo equo insederet, equus perfossus in latere & moribundus, à mediis hostibus cursu viuacissimo Alexãdrum retulit, & statim concidit mortuus. Refert & ipse Gellius Delphinos hominum amatores esse, & Theophrastum vidisse apud Puteolos Delphinum mirè puerum adamasse, & inclamatum à puero acciri: quia etiam dorso suo annatans puerum admittebat, eúmque per mare deferebat. Inest inter hominem & basiliscum odium & maximum, ita vt primo visu alter alterum enecet: videntur præterea amicitiæ & inimicitiæ inter res inanimatas: vt recensẽt Claudius Gragetus in suo libro. *des diuerses leçons.*

Amicitiæ & inimicitiæ inter homines & bruta.

Bucephalus equus Alexãdri.

Delphini hominum amatores.

Sed vt ad rem & materiam nostram redeamus, iure ergo maritus dicitur dominus rerum dotalium & ita dominus vt ei liceat bona dotalia alienare, & tenebit alienatio eo marito viuente: quod colligitur ex eo titulo, quibus alienare licet vel non, in prin. & neque mulier viuente eo marito talem alienationẽ reuocare poterit & cui mulieri nõ datur rei vẽdicatio cõtra emptorẽ ad ea bona dotalia alienata reuocãda nisi post mortem mariti. Bal. in d.l. doce ancillam. C. de rei vendi. & in l. si prædium. C. de iure doti. gl. in prin. illius tituli, quibus alien. licet. & Alexan. consi. 109. in 4. vol. & Chassan. cons. 61. num. 13.

Marito licet bona dotalia alienare.

17

Mulier viuente marito nõ potest reuocare alienata sua bona dotalia.

Est tamen notandum, quod licet mulieri non detur rei vendicatio ad ea bona dotalia vendicanda quæ maritus alienauit, nihilominus maritus qui alienauit, poterit ea alienata reuocare, quamuis iurauerit non reuocare. Ita Frãciscus Marci. decis. 503. parte. 2. sicuti & patri alienanti bona sui filij conceditur ius reuocandi ea quæ ab ipso patre alienata sunt, cùm ad suum filium pertineant: hoc enim agit tanquam pater ex persona filij sicuti maritus qui venit ex persona suæ vxoris: ita Marc. in ea decisione.

Maritus bona vxoris alienata poterit reuocare.

Pater bona filij alienata potest reuocare.

Quòd si vxor cõstante matrimonio fundũ dotalem alienauerit, marito daretur rei vendicatio ad rem dotalem ab ipsa vxore sua alienatam, sine suo consensu vendicandam: & quam rem vendicare poterit. d.l. si prædium. C. de iure dotium. & Chassan. in eo consi. 61. & sic maritus appellatur dominus rerum dotalium tam ratione perceptionis fructuũ ex re dotali, quàm ea ratione quòd potest rem dotalem alienare, & ab vxore alienatam vendicare. vt ibi per Chassan. & non solum ad ipsum maritum pertinent fructus qui singulis annis recolliguntur ex re dotali, & qui renascuntur, sed & omnes obuentiones, redditus, & prouentus. l. diuortio. ff. solu. matri. adde, quòd quamtumuis maritus rem dotalem vendendo promiserit de euictione, adhuc eam rem poterit vendicare. vt per Alexand. in eo consi. 109.

18

Rei vẽdicatio datur marito ad reuocanda bona dotalia ab vxore alienata.

Post mortem verò mariti vidua habebit rei vendicationem, per quam aget contra emptores ad res dotales vendicandas, quæ à marito prædefuncto iam alienatæ fuerant, per eum titulum de fundo dotali non alienando: & hæredes mariti tenebuntur emptori ad pretium reddendum si illud ipsi marito exolutum fuerit. Alexan. in eo cons.

Viduę datur rei vendicatio ad sua bona vẽdicanda post mortẽ mariti.

19

Habet & ipsa mulier, aut saltẽ potest habere alia bona quæ parapherna dicuntur, & quæ mulier præter dotum potest habere, in quibus maritus nullum ius habet, nec vllam administrationem sine mulieris consensu. l. fi. C. de pactis dota. & sic mulier habet, aut potest habere bona duplicis generis, nẽpe dotalia & parapherna, & hæc parapherna duobus modis considerari possunt: nam quædam sunt quæ mulier retinet penes se, alia verò sunt quorum administrationem mulier dedit marito, & quæ bona sunt vxoris quo ad dominium: quò verò ad commodum & administrationem sunt mariti de consensu ipsius vxoris. d.l.fi. C. de pactis con. l. maritus. & ibi Sali. & Ias. C. de procu. & eo casu quo mulier dedit administrationem suorum bonorum paraphernorum suo marito, qui de consensu suæ vxoris ea bona administrat: in illis tunc maritus aget, & non tenebitur cauere de rato, aliàs sic. d. l. maritus. & potest constare de voluntate & consensu suæ vxoris aut expressè aut tacitè, scilicet per traditionem instrumentorum factam ab ipsa vxore tradendo instrumenta ipsi marito: ex qua traditione maritus dicitur factus illius procurator etiam ad exigendum. d. l. fi. Quòd si mulier suo marito mandatum dedisset agẽdi in vna causa, censebitur illi prohibuisse ne agat in aliis causis. d.l. fi. quia vnius inclusio est alterius excluſio. c. nonne. de præsumpt. l. cum prætor. ff. de

Mulier potest habere bona parapherna.

Mulier bona duplicis generis potest habere.

20

Bona parapherna duobus modis considerãtur.

BIU Cujas

iudi. In aliis autem cauſis maritus agendo pro ſua vxore teneretur cauere: vel poterit agere pro ſua vxore vt coniuncta perſona ſine mandato, cauendo de rato.d.l. maritus. ſicuti & de iure quælibet coniuncta perſona agit ſine mandato pro alia coniuncta perſona.l.ſed & hæ.ff.de procu.eſt enim maritus ſuę vxori coniuncta perſona & de coniunctis illius.l. fi. §.cum autem & ibi Bar.& Sali. C. de furtis. Affinis etiam pro ſuo affine ſine mandato poteſt agere in iudicio.d.l.ſed & hæ. quamuis maritus & vxor non ſint inter ſe affines,ſed cũ ſint principiũ affinitatis.l. nõ facile.§.affines.ff.de gra.affi.& l.affinitatis.C.cõmunia de ſucceſſio. & quia idem iudicamus de principio & de cauſa ſicut & de ipſo cauſato. Iaſ. in d.l.maritus;ergo & maritus pro ipſa vxore ſine mãdato agere poterit.

Quælibet coniuncta perſona agit pro coniũcta ſine mandato,

22 Maritus eſt ſuę vxori coniuncta perſona.

23 Affinis pro affine agit ſine mandato,

24 Marit⁹ & vxor non ſunt affines,ſed principium affinitatis.

25 Affines qui dicantur,

26 Sunt enim propriè affines, viri & vxoris cognati eo quòd duæ cognationes diuerſæ inter ſe per nuptias copulentur & coniungantur. l. non facile. §. affines. ff. de gradi. affini. quòd ſi alter eorum moriatur, & ſic ſoluatur matrimonium, ſoluetur affinitas etiam extantibus liberis. In aliis cauſis præterquam in materia fauorabili vltimæ voluntatis, & quo ad impediendum matrimonium, inter eorum cognatos: aliàs autem ceſſat ipſa affinitas ſoluto matrimonio. Iaſo. in l. fi. nu. 23. C. de verbor. ſigni. Quare ſtante ſtatuto, quòd affines cõpellantur ad compromiſſum ſoluto matrimonio, non habebit locum illud ſtatutum inter viduam,& cognatos prædefuncti mariti quia iam ceſſauit illa affinitas.Iaſ.in d.l.fi.& Alexan.conſi.207.in 7.vol.& ibi tenet eam affinitatem ceſſare etiam ſtantibus liberis primi matrimonij, niſi quo ad impediendum matrimonium. Hinc eſt quod licet quis non poſſet teſtificari pro vxore ſui fratris, cùm illi ſit affinis,tamen fratre mortuo,poterit teſtificari cum diſſoluta ſit affinitas: ita Alexan.ibi nu.22. ad impediendum tamen matrimonium cenſetur durare. l. auunculo. ff. de condi. ſiue cauſa. Non tamen eſt hoc indiſtinctè verum affinem non poſſe pro ſuo affine teſtificari: non enim reperitur prohibitum quod affinis pro ſuo affine non poſſit eſſe teſtis: verum teſtimonium affinis pro ſuo affine non eſt integrum; nec enim teſtis affinis pro ſuo affine, eſt omni exceptione maior. Alexand. conſi. 13. nu. 4. 1. vol. & gl.in l. 4. ff. de teſti. ſicuti & conſanguineus qui pro ſuo conſanguineo non eſt integer teſtis obſtante conſanguinitate, & affinitate, vt per Alexand. in eo conſi.& cùm teſtis affinis,vel conſanguineus pro ſuo conſanguineo vel affine non ſit integer,nec maior omni exceptione, ſequetur eum teſtem non facere ſemiplenam probationem, nam vbicunque teſtis non eſt integer,non facit ſemiplenam probationem.l.3.ff. de teſti. & Alexan.in eo loco & ſequetur etiam non eſſe deferendum iuramentum in ſupplementum alicui probanti ſuam intentionem per teſtem affinem,aut conſanguineum.Iaſo.poſt alios in l. admonendi.ff.de iureiurand.

Frater pro vxõe fratris præmortui poteſt teſtificari.

Affinis p ſuo affine an poſſit teſtificari.

28

Cõſanguineus pro ſuo conſanguineo an ſit teſtis integer.

29 Cõſanguineus pro ſuo conſanguineo nõ facit probationẽ ſemiplenam.

Adde,quòd licet coniuncta perſona pro alia coniuncta admittatur ſine mandato, hoc procederet in iudicio in caſu in quo non requiritur ſpeciale mandatum:nam in caſibus requirentibus ſpeciale mandatum coniuncta perſona pro alia coniuncta non admittitur. l. patri.ff. de mino. gl. & docto. in l. exigendi. C. de procura. & Iaſon in d.l. maritus.C. de procura.

Coniũcta perſona pro coniuncta non admittitur vbi requiritur mandatũ ſpeciale.

30

Percipiet ergo maritus fructus prouenientes ex bonis paraphernis de voluntate ſuæ vxoris, quos aliàs contra ſuam voluntatem percipere non poſſet. d. l. fi. C. de pactis conuẽt. ex quo hoc dubium oriri poſſet. Demus ita eſſe,quod maritus de conſenſu & voluntate ſuæ vxoris fructus prouenientes ex bonis paraphernis ſuæ vxoris perceperit, an demum ille maritus, aut eius hæres teneatur ad reſtitutionem eorum fructuum. In quo dubio varij varia dixere. Verum Corneus hoc dubium ita expediuit conſ. 129.in 4. vol. quod maritus fructus extantes ex bonis paraphernis, & ab ipſo perceptos, tenetur ipſe vxori reſtituere, cùm ad eam pertineant. d. l. fi. de pac.cõuen. Quòd ſi tales fructus penes vxorẽ reperiantur,non debebit in illis moleſtari,& hoc procedit tam in fructibus naturalibus, quã in induſtrialibus;vt ibi per Corneũ,quòd ſi illi fructus iam percepti conſumpti fuerint, in vſum mariti, vxoris, & totius familiæ de conſenſu ipſius vxoris, & ad eorum vſum & vtilitatem, & de illis non tenebitur maritus,nec eius hæres.Perceptos autem fructus,& quos maritus in ſuam vtilitatem conuertit, puta in emptiones aliquarũ rerum ſuo nomine tenetur ad eorum reſtitutionem aut ſaltem ad eorum æſtimationem.Bal.in l. vbi adhuc.C. de iure dotium. Cenſetur autem maritus in communem vſum fructus conſumpſiſſe,ſi eos conſumpſerit pro communi familia.Bal. in d.l. vbi adhuc.& Corneus in eo conſi. Quòd ſi probaretur maritũ fuiſſe diuitem, & bona habuiſſe, quæ poterant ſufficere ad alendam familiam, ita vt non ſit veriſimile maritum eos fructus ex bonis paraphernis prouenientes conſumpſiſſe in alenda familia,& in vſus promiſcuos ipſius familiæ & eo caſu ipſe maritus, aut eius hæres ad eorum fructuum æſtimationem teneretur,& pro tali æſtimatione reddenda bona ipſius mariti eſſent tacitè hypothecata.dict. l. fi. & ita concludit Corneus in eo conſi. Guido Papa deciſ. 468. ponit aliam diſtinctionem quæ tamen in effectu conuenit cum ſuperiori diſtinctione & Iaſ. hoc tangit in d.l.maritus:& Decius conſi. 521.nu. 9. & Bar. in l. penul. ff. ad leg. Falci. inquit maritum extantes fructus collectos ex bonis paraphernis, & conſumptos alios contra mulieris voluntatem teneri ad eorum reſtitutionem: conſumptos verò ex conſenſu mulieris non teneri reſtituere, ſi ſint induſtriales: naturales verò tenetur reſtituere ipſe maritus quatenus factus eſt locupletior, niſi eſſent paruæ æſtimationis.

Maritus percipit ex bonis paraphernis fructus de voluntate vxoris.

An maritus ad reſtitutionem eorum fructuũ teneatur.

31

Bona maritita citè hypothecata pro reſtitutione fructuũ quos percæpit maritus ex bonis paraphernis.

An autem res tradita marito ab vxore, cenſeatur dotalis an non.dic quòd ſi conſtet de certa quantitate promiſſa in dotem,illa ſumma & quãtitas promiſſa erit dotalis. Quidquid demum vltra dotem penes mulierem reperietur, cenſebitur paraphernum,quia deſignatio dotis facta in quibuſdam, in aliis derogatum videtur.Bald.in l. fi. verſi. ſed nunquid.C.de ſenten. quæ ſine certa quan. pro. & Decius conſi.521.nu. 10. & neque in dubio mulier videtur omnia ſua bona in dotem conſtituiſſe: vt plenè Decius eo conſi.521. nu. 11. poteſt quidem mulier omnia ſua bona ſi velit in dotem conſtituere. l. nulla. C. de iure dotium;ſed ſi non expreſsè conſtituerit, non videtur nubendo omnia ſua bona conſtituiſſe.Deci.ibi,& Corneus conſi.281.in pri.volu. & Alexan.conſi.144.vol.5.niſi ea mulier fuiſſet nupta: nam demum ſecundò contrahendo matrimonium,cenſeretur eandem dotem conſtituiſſe quam iam

Quãdo res dicatur dotalis.

32

An mulier dicatur oſa ſua bona in dotem dediſſe.

Mulier cẽſetur in dotem dare ſecundo nubẽdo eãmet dotem quam primo marito dederat.

BIU Cujas

iam in primo matrimonio constituerat. Decius cõs. 521.

In dubio consensus vxoris non præsumitur in viro accipiente fructus ex bonis paraphernis.

Maritus autem percipiens fructus ex bonis paraphernis contra vxoris voluntatem, tenetur omnino ad eorum restitutionem. In dubio autem, vbi de voluntate vxoris non cõstat, & illa sit dubia: & in hoc casu maritus omnes eos fructus etiam consumptos & tam naturales quam industriales cogitur restituere. Ita Alexand. consil. 42. nu. 5. in 1. vol. quia in dubio non debet intelligi virum eo casu cõsumere fructus suæ vxoris, de suo consensu. d. l. maritus. & in dubio nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probat.

Discrimen inter bona dotalia & paraphernalia.

Et ex his inferri potest discrimen inter bona dotalia & parapherna ipsius vxoris: Cùm in bonis dotalibus ipsius vxoris maritus sit dominus rerum dotalium, & tanquam talis facit fructus suos, vt superius comprobatum fuit. In bonis autem paraphernis neque est dominus maritus eorum bonorum, & neque eorum bonorum facit fructus suos contra ipsius vxoris voluntatem, vt iam fuit declaratum. Est & aliud discrimen, quia constante matrimonio, mu-

Mulier constante matrimonio rem dotalem nõ potest repetere.

lier rem dotalem non potest repetere nisi viro ad inopiam vergente. l. si constante. ff. solut. matrimo.

Mulier soluto matrimonio statim immobilia recuperat: pecuniã verò post annum.

Soluto verò matrimonio pecuniam in dotem datã olim mulier recuperabat annua bima & trimadie. l. ij. ff. solut. matrim. hodie autem mulier recuperat bona immobilia in dotem data statim post mortem mariti: mobilia verò seu pecuniam in dotem datam post annum à morte mariti recuperabit. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. Verum si maritus vxori suæ suam dotem legauerit, licet tale legatum vi-

Legatum dotis affert vtilitatẽ vt statim possit peti.

deatur inutile, quantum ad ipsam dotem, quæ aliàs absque tali legato, satis debita est: tamen respectu solutionis tale legatum adferret mulieri vtilitatem, quia statim post mortem mariti ipsa mulier in vim

33 legati eam dotem repetere posset. l. 1. ff. de dote prælog. §. sed si vxori. insti. de legatis, & ibi Ange. hoc notat. Quinimo si legata fuerit à marito certa summa vxori suæ, quam dixit pro dote sua accepisse, e-

34 tiam si constet minorem summam receptam fuisse, debebitur tamen illud legatum. l. cum scriptum. ff. de dote præleg.

Dos repeti potest marito ad inopiam vergente.

Marito tamen ad inopiam vergente dos data repeti potest etiam matrimonio constante, vt iam dictum est, & eam dotem repetet, vt mulier, non vt eã

35 alienet, sed vt ex ea se & maritum & communes liberos alat. l. vbi adhuc. C. de iure doti. & ibi Bald. & hoc procedit non solum in dote, vt eam repetere possit, sed & in donatione illi facta à marito propter nuptias. quare & dotem suam, & donationem propter nuptias consequetur. d. l. vbi autem. nam sicuti dos, ita & ea donatio propter nuptias oneribus matrimonij inseruire debet. d. l. vbi adhuc. & eum textum ad hoc propositum allegat Panor. in c. per tuas. de donatio. prop. nuptias. Paul. Castren. & Iaſ. in l. si constante. nu. 3. ff. solu. matrimo. quę regula extenditur vt habeat locum non solum in ma-

Donatio propter nuptias peti potest cõstãte matrimonio.

Socero ad inopiam vergente dos peti potest

rito ad inopiam vergente, sed & in socero ad inopiã vergente. nam si socer, qui est pater mariti mulieris, ad inopiam tendat, eo ad inopiam vergente mu-

36 lier dotem repetere poterit. Bar. in d. l. si constante. Cuius opinionem vt magis communem, ibi sequitur Iason. cùm in vtroq; casu militet eadem met ratio, nempe ne mulieres indotatæ remaneant, & talis dotis restitutio quæ fit in illis casibus nõ est pro-

Restitutio dotis quæ fit marito ad inopiã vergẽte, appellatur sequestratio dotis.

priè restitutio dotis, quæ verè fit soluto matrimonio, sed potius appellatur quędam dotis sequestratio, quæ fiet in manibus ipsius vxoris, vt ea dos de- 37
seruiat oneribus matrimonij. Iaſ. in d. l. si constante. nu. 118. & ad eam dotem consequendam eo casu datur mulieri hypothecaria actio contra quoscũque possessores bonorum ipsius mariti, etiam si eis ea bona vendita fuerint constante matrimonio post tempus datæ dotis. d. l. vbi adhuc. & ibi Bald. & Iaſ. in d. l. si constante. nu. 20. sed contra maritum 38
adhuc sua bona tenentem, datur mulieri actio personalis ad suam dotem consequendam, quando ea dos consistit in pecunia numerata, vel rei vendicatio si immobilia data sint. Bald. in d. l. vbi adhuc.

Hypothecaria datur cõtra tertios possessores marito vergente ad inopiam & cõtra maritũ bona tenẽtem, datur personalis.

Paraphernæ autem res marito concessæ à sua vxore, poterunt quandocunque ab ipsa vxore, & pro 39
sua voluntate vendicari contra ipsum maritum, & poterit indistinctè mulier contra maritum agere ad eas res paraphernas vendicandas. d. l. vbi adhuc. & ibi gl. & Bald. & est additio ad Bald. in d. l. fi. C. de pac. conuen. in verbo, paraphernales, quoniam in illis bonis maritus nullum ius habet sine consensu vxoris.

Parapherne res quandocũque à muliere vendicari possunt.

Alia est differentia, quia res dotalis constante matrimonio non potest ab ipsa vxore alienari, toto titulo de fundo dotali non alienan. Si tamen de cõsensu sui mariti mulier rem dotalem alienauerit cũ iuramento, firmaretur talis alienatio per iuramentum. cap. cùm contingat. de iure. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. sed post mortem mariti, habita dispensatione iuramenti facilimè rescindetur talis alienatio, vel si à marito alienatio rei dotalis facta erit, post mortẽ mariti mulier eam alienationem reuocabit, nisi mulier ipsa esset hæres mariti vendentis, nam tunc non posset eam alienationẽ 40
reuocare. l. si adulta. C. de hæredi. vel actio. vendi. l. si vxor. C. de bonis author. iudi. poss. obstaret tunc regula, quẽ de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euictio. & Boer. deci. 23. nu. 18. nec econtrario, si mulier rem sui mariti alienauerit à quo demum hæres fuit 41
instituta, non poterit eam alienationem reuocare, vel etiam si maritus à sua vxore fuerit hæres institutus, non poterit rem suam à sua vxore venditam reuocare, cùm sit illius hæres. l. cum à matre. C. de rei vendi.

Res dotalis nõ potest alienari ab ipsa vxore.

Alienatio rei dotalis firmatur iuramẽto.

Mulier rẽ dotalem à marito alienatam post illius mortem reuocabit, nisi sit illius hęres.

Idem in patre censendum est rem filij vendente, qui filius si demum patri succedat, rem suam à suo patre alienatam, non poterit reuocare obstante in his casibus regula, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. d. l. vendicantem. tum etiam quia contra factum defuncti non potest venire. d. l. cum à matre. & hæc procedunt vbi filius aut vxor esset hæres insolidum. quod si solum pro parte, & tunc pro ea parte, pro qua est hæres non posset agere. pro alia verò parte pro qua nõ est hæres, bene posset agere. d. l. cùm à matre. Confunditur etiam actio pro ea parte pro qua quis est hæres, & succedit defuncto. l. si debitori. C. de pactis. & hęc procedũt vbi quis purè succederet. Quòd si quis cum beneficio inuentarij se redderet hæredem, & succederet defuncto cum eo beneficio inuentarij, solum repelli posset vsque ad quantitatem quæ sibi in bonis defuncti remansit. d. l. scimus. §. in computatione. C. de iure delibe. & Boeri. deci. 23. nu. 17.

Filius nõ reuocat alienationem bonorum filij facta à patre cuius est hęres.

42

BIU Cujas

In hoc autem proposito se offert quæstio notabilis decidenda. Fingamus maritum & vxorem rem dotalem vendidisse cum iuramento & in instrumẽto maritus & vxor fassi sint se pretium ab emptore recepisse: demum mortuo marito, & hoc posito quod vidua recuset fundum vendicare, est dubium an ipsa vidua possit ab hæredibus mariti petere pecuniam traditam ab ipso emptore, & integrum illud pretium exolutum, an verò solum partem pretij. dubium facit, quia vterque & maritus & vxor confessi sunt pretium recepisse: ergo videtur quod solum dimidium debeat consequi. arg.l. reos. §. cũ in tabulis. ff. de duob. reis. Cùm ex ea lege præsumẽdum sit pecuniam pro parte dimidia ad vtrunque peruenisse pro media parte. l. si vxori. §. fin. ff. ad Vellei. & per consequens quod nunc vidua solum poterit petere ab hæredibus mariti mediam partẽ pretij. Et quod solum medium pretij possit petere ab hæredibus mariti, tenet Bald. in l. cum à matre. C. de rei vendi. sed dic contrarium, quòd immò integrum pretium ab hæredibus mariti possit consequi. & hanc opinionem vt magis communem tenet Bal. sibi in hoc contrarius, in authent. si qua mulier. C. ad Velle. & ibi reprehendit Bald. contrarium tenentem & tenet ibi Bal. quod eo casu quando maritus & vxor confessi sint prætium recepisse, totum pretium ad maritum peruenisse præsumendum est, non obstante mulieris confessione: & per consequens quòd post mortem mariti mulier totum & integrum pretium ab hæredibus mariti consequi poterit: & quamuis in contractu dictum fuerit maritum & vxorem realiter pretium recepisse, non propterea sequitur ad vxorem pretij medietatem peruenisse: nam docet experientia maritum totum pretium recipere, & mulierem in instrumento poni pro quadam cautela & securitate ipsius emptoris qui putat sibi satis cautum esse, si vxor etiam sibi obligetur: & per eam videtur quod quidam color adhibetur in ipso contractu. d.l. si vir vxor. & hanc partem vt verio rem, & magis communem tenuit Nicol. Boeri. decis. 23. nu. 7. & eam de consuetudine obseruari asserit ipsemet Boeri. in titulo de consuetudine su. perso. in suis commentariis, concludens ibi viduam ipsam post mortem sui mariti posse consequi contra hæredes mariti integrum pretium quod emptor iam exoluerat non obstante sua confessione; quòd si mulier prædecedat, maritus hæredibus mulieris illud pretium restituere cogetur. Et eam opinionem tenet Roma. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matrim. nisi expressè constaret quod totum illud pretium, aut pars illius prouenerit in vtilitatẽ ipsius mulieris. eo enim casu maritus nec eius hæredes ad illud pretium reddendum tenerentur. per eam authenticam, si qua mulier. & Boeri. in ea decis. 23.

Totum prætiũ ad maritum præsumendum est peruenisse: quamuis vxor & maritus cõfessi fuerint se recepisse.

Mulier in instrumento gesto à marito interuenit pro quadam cautela.

Bona autem parapherna mulier constante matrimonio vendere, & alienare potest tanquam sua, cùm quilibet sit moderator & arbiter suæ rei. l. in re mandata. C. mandati. etiam absque sui mariti consensu, qui in illis bonis paraphernis nullum ius habet. d.l. fi. C. de pactis conuen.

Bona parapherna à muliere vẽdi possunt.

44

Datur & alia differentia inter dotem & bona parapherna ipsius vxoris: nam mulieri pro sua dote repetenda, data & concessa sunt multa priuilegia, quæ tamen cessant in petitione seu in vendicatione bonorum paraphernorum. vt per Roma. in l. j. num. 27. ff. solu. matri. Speculator in titulo, de dona. inter vi. & vxorem. §. formatis, vbi ponit quatuordecim priuilegia dotis: inter quæ sunt ea duo specialia: vnũ est priuilegium tacitæ hypothecę, quam tacitam hypothecam mulier habet in bonis sui mariti ex beneficio. l. vnicæ. C. de rei vxoriæ actio. & ex §. fuerat. de actioni. & hæc tacita hypotheca ipsi doti datur. d. §. fuerat. quoniam datur mulieri ad eam dotem repetendam in bonis mariti: & datur etiam marito ad dotem sibi promissam consequendam & petendam in bonis dotem constituentis, seu promittentis. gl. in eo. §. fuerat. in verbo, hypothecam: nam quamuis dotem constituens non se aliàs obligaret ad dotem exoluendam, nihilominus maritus cui ea dos promissa est, habet ex legis beneficio bona dotem constituentis obligata sibi tacitè: & sic hæc tacita hypotheca datur actioni de dote, per d. §. fuerat. ibi, sed & ei tacitam dedimus hypothecam ei, scilicet actioni de dote, propterea quòd non datur soli mulieri agenti pro sua dote, sed & marito agenti ad dotem sibi soluendã & sic vtriq; datur. Quòd si cõstituens dotem expressè omnia sua bona obligauerit marito, & tunc expressa hypotheca marito daretur, quæ venit ex expressa partium conuenione, t vt per Bal. in l. assiduis. C. qui potiores. & tacita etiam ei daretur ex legis prouisione: & cui tacitè per expressam prouisionem expressæ hypothecæ non videtur renunciatum. glo. in l. fin. C. de pactis con. & quamuis regulariter expressa hominis prouisio tollat legis prouisionem. l. & habet. §. cum quis. ff. de precario. fallit tamen in dote vbi non tollitur tacita hypotheca per expressam. gl. in d.l. fi. & Roma. in d. l. 1. num. 25. ff. sol. matri. & Boeri. decis. 332. & quæ tacita hypotheca incipit habere effectum à tempore factæ promissionis seu constitutionis ipsius dotis. Bal. & Sali. in d.l. assiduis. & Soci. consi. 269. in 2. vol. & Boeri. decis. 331.

45 Priuilegium tacitę hypothecę quam mulier habet in repetitione suæ dotis quæ datur & marito.

46 Tacita hypotheca datur actioni de dote.

47 Expressa & tacita hypotheca insimul possunt concurrere.

Per expressam tacitæ non est derogatum.

48 Tacita hypotheca à quo tempore incipiat habere effectũ.

Quantumuis videretur mulierem eam tacitam hypothecam habere solum à tempore solutæ dotis, & non à tempore contracti matrimonij, & hoc authoritate gl. in d. l. assiduis, tamen communiter tenetur mulierem eam tacitam hypothecam habere in bonis mariti à tempore dotis constitutæ, & promissæ: quod & in expressa hypotheca, quam mulier habet in bonis sui mariti obseruatur, vt locum habeat ab eo tempore quo dos constituta est & non à tempore factæ solutionis. per l. 1. & ibi glo. in verbo, contracta. ff. in qui. causis pignus vel hypo. & hoc tenet Boeri. in ea decis. 331.

49 Expressa hypotheca sicut & tacita incipit effectum habere à tempore constitutionis dotis.

50

Differt autem expressa hypotheca à tacita, in hoc, quia habens expressam poterit creditor contra quemlibet bonorum possessorem agere & in illis bonis executionem facere. l. quandiu. C. de distractio. pigno. l. j. C. si vnus ex pluri. credito. Creditor autem habens tacitam, non potest nisi pro rata debiti facere executionem in bonis possessis à tertio. Rebuffus in l. fi. versi. circa hanc glo. de debitoribus ciuitatum. lib. 10. C. & in tacita debet prius conueniri debitor quàm possessor. Bar. in l. Moschis. ff. de iure fisci.

Hypotheca expressa an à tacita differat.

51

Et nota quòd sicut habemus hypothecam expressam & tacitam, ita & in iure habemus hypothecam specialem & generalem de quibus in l. 2. C. de pigno. quam specialem hypothecam creditor potest proponere contra suum debitorem & neque per eam tollitur generalis si per specialem non sit plenè

Hypotheca generalis & specialis.

52

Vidua in sui dotis repetitione habet multa priuilegia.

BIU Cujas

Generalis & specialis hypotheca possunt cumulari.

plenè ipsi creditori satisfactum d.l.2.C.de pigno. & quam specialem & generalem potest insimul creditor cumulare vt tenet Boeri.deci. 309.nu. 6. & licet prius discutienda sit specialis quàm ad generalem peruenire possit:per eum l. 2. quod procedit vbi inter duos vel plures creditores ageretur: secus vbi agitur contra debitorem,qui debitor creditori non potest opponere vt agat in vim specialis hypothecæ,& sic ea l. 2.non intelligitur in eo casu, vbi agitur inter creditorem & debitorem: sed solum locũ habet vbi agitur inter duos creditores, quorum alter alteri habenti specialem hypothecam potest opponere vt agat in rem expresse hypothecatam & ita declarat Aegidius magister,in annotationibus quas edidit in edictum regis, *des criees.c.32.*

Specialis quando prius discutienda quã generalis.

54

55

Priuilegiũ prælationis quod habet mulier.

Alterum priuilegium est, quod habet mulier in bonis sui mariti:respectu suæ dotis, est priuilegium prælationis: quod priuilegium dupliciter consideratur. primò respectu tacitæ hypothecæ. secundò respectu actionis personalis. Iason in d. l. pri. num. 16. ff.solu. matrim. nam si mulier post mortem sui mariti proponat tacitam hypothecam pro sua dote recuperanda præferetur quidem omnibus aliis creditoribus ipsius sui prædefuncti mariti habentibus etiam tacitam hypothecam etiam anteriorem. l. assiduis.C. qui Pollio. §. fuerat. de actio. Idem erit agendo actione personali pro sua dote, ratione cuius præferetur aliis creditoribus etiam anterioribus habentibus actiones personales. Cõceditur enim hoc priuilegium prælationis mulieribus agentibus ad repetitionem dotium in præiudicium aliorum creditorum habentium tacitas hypothecas etiam anteriores. l. 1. C. de priuilegio dotis. Barto. in rubr. in eo titulo. Inter quæ duo priuilegia tacitę hypothecæ & prælationis dantur quædam differentiæ. nam priuilegium tacitæ hypothecæ est priuilegium reale, & datur actioni de dote, & sic tam marito ad dotem petendam, quàm vxori ad dotem repetendam, vt iam fuit declaratum. & datur etiam hæredibus etiam extraneis. Iaſ. in d. §. fuerat. num. 29. priuilegium verò prælationis est personale, & solũ datur mulieri & suis filiis. l. alia. ff. solut. matrimo. ad dotem ipsam repetendam. Iaſ. ibi nu. 40. & sic ea actio de dote respectu priuilegij prælationis est priuilegiata fauore ipsius mulieris. per eam l. vnicum. C. de pri. dotis. & Faber. in eo §. fuerat. Item & ea tacita hypotheca datur mulieri non solum pro repetitione suæ dotis, sed & ad petendum ea quæ sibi donata fuerant donatione propter nuptias. d. l. vbi adhuc. & ibi gl. & gl. in d. l. assiduis. Iaſ. post alios in d. §. fuerat. nu. 4. datur etiam mulieri ad recuperandos fructus à marito perceptos prouenientes ex bonis paraphernis extantes.d. l. vbi adhuc. versicu. pro rebus extra dotem constitutis, & ita gl. in verbo, suppositus, & Iaſ. in d. §. fuerat. nu. 41.

56

57

58

Differẽtiæ inter tacitam hypothecã & priuilegium prælationis.

Tacita hypotheca datur etiam ad habẽdum quod donatum est, donatione ppter nuptias,& ad habendos fructus ex bonis paraphernis.

Priuilegiũ prælationis solum mulieri & suis datur pro dote repetenda.

Priuilegium verò prælationis datur mulieri pro suæ dotis repetitione & non pro aliis rebus,sed pro sola dote repetenda. Dec. in d. l. assiduis. & in d. §. fuerat.

Res dotales & paraphernæ in quibusdam conueniunt.

Conueniunt tamen res dotales & paraphernę in quibusdam & in duobus casibus: primo casu sicuti mulier habet tacitam hypothecam ad repetitionem suæ dotis contra hæredes mariti, ita & habet tacitã hypothecam contra maritum, ad recuperandos & petendos fructus extantes à marito perceptos, qui ex bonis paraphernis ipsius mulieris prouenerant, vt superius fuit comprobatum.

59

Secundò conueniunt in alio, quia sicuti propter adulterium vxoris, ipsa vxor perdit dotem.cap. plerunque. de dona. inter vi. & vxo. l. consensu. C. de repudiis. ita & perdit bona sua paraphernа. gl. ab omnibus approbata, in d. cap.plerunque.in verbo, dotalitiũ, quæ glossa ibi appellat ipsum dotalitium bona paraphernа ipsius mulieris. dicit enim textus in eo cap.plerunque. quod mulier quæ recedit à viro ob causam fornicationis non possit dotem repetere, nec dotalitium. quod gloss. ibi appellat bona paraphernа ipsius mulieris,& glossæ interpretationem.ibi Panor. & alij approbant. & Iaſ. in l.2.num. 6. ff. solu.matri. Idem Iaſ. in rubr. C.de iudiciis.nu. 3. Felinus in cap. pastoralis. de re iudica. & Ioan. de garronibus in repetitione authenticæ, eisdem pœnis. C. de secundis nuptiis. Papon in suo *Recueil des arrests.* in rubri. *des adulteres*, arresto quinto,& Boerius nouissimè in decis. 338. & ibi inquit hanc opinionem communem esse,quòd propter adulterium mulier perdat & dotem & bona paraphernа,quę opinio si vera sit,impropriabitur natura & significatio illius dictionis,dotalitium:quod propriè significat, donationem propter nuptias quam sponsus donat suæ sponsæ. & in hac significatione sumitur in cap. ex parte. de foro competenti, & de hoc dotalitio in hac significatione pro donatione quam facit sponsus suæ sponsæ, meminit Guliel. Bened. superius, super verbo,dotem. & est additio in decisione Guidonis Papæ decis. 243. super verbo,dotalitium. quæ exponit, pro donatione propter nuptias, & nusquam legi hoc nomen, dotalitium, sumi pro bonis paraphernis nisi in ea glossa in dict.cap. plerunque.

60

61

62

Mulier propter adulteriũ perdit dotem & quid in bonis paraphernis.

Doralitiũ quid

Verum quantumuis ita sentiant gl. & doctores superius allegati, & quantumuis magna sit authoritas & glossæ & eorum doctorum, ego tamen contrarium planè censerem atque audacter tenerem, mulierem scilicet propter adulterium non perdere bona paraphernа, tum quoad hoc quod perdat ea bona paraphernа, nulla lege probatur: & erubescimus sine lege loqui. §.consideremus. in authent.de trient. & semiss. collat.3.tum etiam quod solum decisum est mulierem propter adulterium perdere dotem, & donationem propter nuptias. l. consensu.§. nam mulier. C. de repud. & contra eam glossam multi tenent contrarium. maximè Alexand. consil. 36. nu. 4. in 6. vol. & Romanus in l.Lucius. nu. 25. ff. solu. matrimonio.vbi inquit eam glossam falsam esse, & ita opinari ex ignorantia significationis vocabuli huius dictionis dotalitium, & quod dotalitium pontifex in eo cap. ex parte. posuit pro donatione propter nuptias. & quam gl. etiam ibi reprobauit Antho. de Butrio. & Innocentius ibi, & asserit Roma. in d.l. Lucius. eam opinionem quod mulier perdat paraphernа, esse contra casum.§.quia vero plurimas. in authen. vt liceat matri & auiæ. vbi ponitur pœna contra mulieres adulterantes, sed non reperitur ibi pœna quod perdat res paraphernas, perdit quidem dotem & donationem propter nuptias, quam dotalitium appellamus. d.l. consensu. C. de repud. & in hoc poterit conuenire illud caput, plerunque. sumendo ibi propriè dotalitium, pro ipsa donatione propter nuptias, & hæc opinio in iure verisima est, quod mulier adulterando perdit dotem & donationem propter nuptias sine dotali-

63

Mulier propter adulteriū perdit dotē & donationem propter nuptias sed nō res paraphernas.

talitium. sed non bona parapherna: & hæc opinio de iure vera est, licet contraria opinio, quòd etiam mulier perdat bona parapherna videatur magis cōmunis: sed non quòd de iure firmari possit.

Multę pœnę in odium adulterantium.

Fateor quidem multas & varias pœnas statutas esse in odium mulierum adulterantium. Apud Romanos stabat lex sub his verbis, adulterij conuictam
64 vir & cognati, vt volent, necanto. Arabes adulteros capite puniebant. Moyses in adulteros pœnam capitalem irrogabat. Philippus Dux Mediolani vxorē suam in adulterio deprehensam ad supplicium traduxit, quantumuis illa constanter adulterium denegasset: & adulter qui erat eius pincerna cùm quæ-
65 stioni submissus coitum confessus fuisset, & tandem securi percussus periit. Parthi nullum flagitium grauius vindicarūt quàm adulterium: ob id vt omnem ansam peccandi auferrent, interdixerant fœminis conspectum virorum. Apud Aegyptios lex erat mitior: nā deprehensus in adulterio virgis cædebatur ad mille plagas: mulier autem naso mutilabatur. Lacones adulterium permittebant, siquidem apud ipsos licebat cuique seniorum honestum aliquem iuuenem ad eorum vxores adducere progenerandi causa. Apud illos enim in re vxoris non tam pudicitiæ quàm sobolis procreationi consultum erat ob assiduam militiam quam illi gerebant.

De iure quę sit pœna in adulteros.

De iure autem nostro quo vtimur in adulteros & adulteras est pœna fustigationis & adhuc mulier adultera post fustigationem in monasterium detruditur. authent. sed nouo iure. C. ad l. Iulia. de adul. de iure Codicis in adulteros erat pœna mortis. per l. quamuis. 2. C. eod. ibi, sacrilegos sacrarum nuptiarum gladio ferire oportet.

Et præter dotem quam perdit mulier adultera, perdit etiam & donationem propter nuptias, quam dotalitium propriè appellamus: vt iam probatum fuit & si velimus communem opinionem sustinere, vt etiam perdat & bona parapherna, ego hoc restringerem quantum ad bona parapherna quæ iā ipsa mulier marito suo tradiderat quantum ad ipsorum bonorum administrationem: sed non quantū ad ea bona parapherna quæ mulier sibi retinuerat, & quarū administrationē non tradiderat suo marito, qđ ex eo c. plerūq;. licet colligere ex his verbis, repetere non valebit: ergo ea bona parapherna quæ mulier marito tradet, non poterit repetere. & à sensu contrario si non tradet, non perdet: nam tunc repetitioni non erit locus; odia enim restringi & fauores decet ampliari.

Restrictio adeā opinionē quòd mulier propter adulteriū perdat res parapher-nas.

66 Hoc autem crimen adulterij non importat bonorum confiscationem hodie, cùm non sit pœna mortis, vt iam dictum est, cùm sit solum pœna fustigij & pœna perditionis dotis, & donationis propter nuptias in vtilitatem viri, quem offendit & nō in vtilitatem fisci, cui ex hoc crimine nihil acquiritur.

Crimen Adulterij non importat bonorū confiscationē. pœna proditionis dotis cedit viro, & non fisco.

Et sicuti ipsis maritis consultum est contra vxores adulteras, ita & mulieribus consultum est contra viros adulteros: nam quando maritus tenet concubinā, potest vxor aut parentes eius agere ad thori
67 separationē & dotem poterit repetere, & lucratur donationem propter nuptias. Pau. Cast. in l. pen. §. penu. ff. de iustitia, & iure. quē refert & sequitur Dec. consi. 530. nu. 4. & potest maritus compelli vxore instante, aut illius coniunctis, ad dimittendam eā
68 concubinam, efficiturque ille maritus infamis infamia facti propter eam concubinam quam tenet, Bald. in l. 2. C. de incestis nupt. ita vt si ille maritus hæres instrueretur à suo patre, aut sorore, alij fratres possent agere querela inofficiosi testamenti. iuxta l. fratres. C. de inoff. testamento. Ita Decius in eo consi. nu. 2.

Maritus habēs cōcubinam efficitur infamis.

Illa autem regula, quòd mulier adultera perdat dotē, & donationem propter nuptias, limitatur vt non procedat, vbi mulier de consensu sui mariti adulterium commisisset: nam tunc vir eam dotē non
69 posset petere. l. cum mulier. ff. sol. matri. l. quoniam. & ibi Salic. C. ad l. Iul. de adult. quinimo tunc ipse maritus esset puniēdus vt causa peccati suæ vxoris.

Mulier de consensu mariti cō mittens adulterium nō perdit dotem.

Secundò fallit & limitatur regula vbi maritus cū alia muliere adulterium commisisset: tunc enim paria delicta mutua compensatione tollerentur. l. viro. & ibi gl. & Bar. & alij. ff. solu. matri.

Mulier adultera non perdit dotem si etiam maritus sit adulter.

Tertiò fallit vbi post cōmissum adulteriū ab ipsa vxore, maritus eam vxorem sibi reconciliasset, & eius mores approbasset. d. c. plerunque. ibi, nec reconciliata. & quæ ibi notant doctores. & si demum post reconciliationem maritus vellet dotem sibi adiudicari propter illud adulterium, obijcietur illi se mores suæ vxoris approbasse quos demum reprobare non poterit.

Mulier adultera non perdit dotem si maritus eius mores approbasset.

Fallit & quartò, si ea mulier adultera patrem habeat, qui pater si dotem constituerit suæ filiæ, ad eū patrem ea dos debet redire, & quam non debet perdere propter adulterium suæ filiæ. Ita Ioan. Faber post Bald. & Salic. in l. si dotem. C. de iure dotium. Ias. post alios in l. 2. §. item si. ff. solu. matr.

Mulier adultera non perdit dotem si pater eius dotē sibi reddi stipulatus sit.

Quintò fallit & limitatur ea regula quando ea mulier adultera liberos habet: nam tunc liberis & non marito dos ea esset applicanda. Boeri. deci. 336. & hoc tenet Papon in suo *recueil des arrests* in titulo *des adulteres* arresto quinto, qui tamen hoc videtur restringere, habere locum, vbi mulier ea adultera haberet liberos ex primo matrimonio: quam mulierē habentem liberos ex primo matrimonio si demum secundus maritus eam adulterij accusaret, ea dos non esset illi secundo marito applicanda: nisi solum pro ea parte, quæ potest tangere legitimam vnius ex filiis. & est in hoc singulare Francisci Cremensis singulari 86. sed puto idem esse et si adsint liberi ex eomet matrimonio, ad quos ea dos debet pertinere. est verū quòd vir ille, & pater filiorū ea dote vtetur quādiu viuet, & quā mulier & mater filiorū perdidit adulterando: sed post mortē patris ad filios ea dos pertinebit ad quos ea dos debebit pertinere, quamuis sint filij ex eomet matrimonio. l. consensu. §. si vero. C. de repu. §. si filiæ adulterio. in authentic. vt liceat matri & auiæ & ibi glo. Pano. & Ioan. de Imol. in c. 1. vt lite non contestata.

Mulier adultera non perdit dotem liberis stantibus.

Item & aduertendum est quòd in casibus in quibus dos ad virum debet pertinere propter mulieris adulterium, hoc intelligendum est vt procedat quādo maritus agit ciuiliter, glos. in authent. sed hodie. C. ad leg. Iul. de adult. Alex. in l. cùm mulier. ff. solu. matri. vel vbi maritus contra petentem dotem excipiat de adulterio suæ vxoris: his enim casibus maritus eam dotem lucratur, vbi non adsunt liberi ex eo matrimonio aut pater dotem constituens. Alex. in d. l. cùm mulier. Sed si maritus vxorem suam adulteram criminaliter accusaret, & tunc maritus accusans suam vxorem adulterij criminaliter, non posset dotem lucrari: nam tunc mulier post condemnationem

Marit⁹ tūc demū lucratur dotē propter mulieris adulteriū si agat ciuiliter vel si excipiat de dote.

71

Maritus agendo criminaliter cōtra vxorem de adulterio non lucratur dotem.

Boest cōpelli, maritus ad cōcubinā dimittendam.

BIU Cujas

nationem in monasterium esset detrudēda cum sua dote & suis bonis. §. adulteram. in authent. vt nulli iudic. & ibi doctores & Bertachinus in verbo, maritus adultero. hoc tenet contra Bartolum, qui tenuit contrarium, maritum scilicet non posse dotem lucrari nisi vxorem adulterij accuset, & se subscribat. Ita Bar. in l. miles. §. socer. ff. de adult. Sed communis opinio est contra Bar. quod maritus citra accusationem potest dotem lucrari opponendo adulterium, & illud probando, vt per Alex. in d. l. cum mulier. ff. solu.matr. nu. 18.

Hæres mariti non potest mulieri dotem repetēti obiicere de adulterio.

Licet tamen maritus dotem repetenti opponere possit de adulterio suæ vxoris, & quod dotem perdidit propter adulterium, d.l. consensu. C.de repu. tamen hæres mariti hoc non posset, quod procedit quando vir in sua vita notitiam adulterij habuerit, & adhuc tacuit. Quòd si vir sciuit, & ita repente decessit, vt de adulterio non potuerit agere, aut de eo opponere, & tunc hæres mariti hoc posset. Ita Alexan. in l. rei iudicatæ. ff. solu.matri. Aut si mari-
72 tus mores suę vxoris iam improbasset, & conquestus fuisset, hæredes demum possent persequi & illis tunc daretur facultas obiiciendi de adulterio ad fines priuandi eam sua dote. Alexand. consi. 179. in 6. volumi.

Et nota quòd sicut propter adulterium vxoris, vxor ipsa perdit dotem, & donationem propter nu-
73 ptias, cum declaratione eorum quæ iam dicta sunt, & quam dotem ipse maritus lucratur agendo, aut excipiendo ciuiliter, ita & mulier lucratur donatio-

Mulier ppter mariti adulterium lucratur donatiōné propter nuptias.

nem propter nuptias propter viri adulterium, cùm ad imparia non debeant iudicari: quæ demum donatio propter nuptias filiis illius matrimonij debet reseruari. Stepha. Bertrandi in repeti. l. hac edictali. nu. 36. C. de secun. nupt.

Hoc tamen in hac materia notandum est, quod
74 quamuis maritus vxorem suam adulterij accusauerit, poterit tamen quandocunque ante sententiam, vel arrestum vxorem suam adulterij accusatam sibi reconciliare, & accusationem reuocare: & per hoc euitabit vxoris condemnationem. post verò arrestum, aut sententiam non poterit cōdemnationem euitare: quare fustiganda erit, & demum facta executione eam sibi reconciliare poterit, & ita euitabit monasterij intrusionem. l. si verò. §. sed si qua. & l. quæsitum. §. 1. ff. de adulte. & hoc ne arrestum remaneat illusorium, quod esse non debet. l. si prætor. ff. de iudi. & hoc tenet Alber. de Rosa. in d. authen. sed hodie. & ita iudicatum & conclusum fuisse refert Boer. decis. 298. & aliàs in simili materia vidi iudicatum. nam cū maritus quidam suam vxorem adulterij accusasset, & demum cùm eum accusationis pœnituisset, illi consului, vt supplicationem domino gubernatori, vbi causa tractabatur, porrigeret, per quam desistendo ab accusatione petebat maritus vxorem sibi reddi. Verùm gubernator nō obstante ea accusatione eam mulierem condemnauit: à qua condemnatione ipsemet maritus ad parlamentum Tolosanum appellauit: vbi fuit dictum malè iudicatum: & vxor suo marito reddita fuit. Sed super his satis spatiati sumus.

Maritus vxorē adulterij accusatā potest ante sententiam reconciliare.

Cùm ergo in hoc capite Raynutius, appareat Petrum post mortem suæ vxoris ea bona quæ quondam illius vxoris fuerant, possedisse: & non appareat quo titulo: videndum ergo esset quo titulo ille
75 Petrus ea bona possideret. Ab intestato enim possidere non poterat, quoniam tunc demum maritus suæ vxori succedit ab intestato, & econtrariò, quando deficiunt omnes cognati & agnati, & tunc omnibus deficientibus, succedit maritus suæ vxori per illud caput, vnde vir & vxor. At hic constabat eam Adiectam vxorem Petri habuisse sororem Adelasiam: quare ab intestato non potuit succedere, & sic ab intestato ea bona non poterat possidere.

Maritus suæ vxori succedit per vltimū caput, vnde vir & vxor.

Sed & neque ex eo quod ipse Petrus ea bona possidebat vxore viuente præsumetur dominus eorum bonorum, quantumuis ipse Petrus ex eo quod possidebat, posset videri dominus. nam ex possessione, si quis ea vtatur, præsumi quem dominum vult gl. in l. quidam. ff. de condi. insti. nam sicuti ex dictis & factis quis præsumitur vel sapiens, vel stultus. c. legimus. 92. distinct. ita ex gestis ab aliquo tanquā domino quis etiam præsumetur dominus. vt si quis rem aliquam possideat, & fructus ex ea re perceperit, ex tali enim possessione & fructuum perceptione præsumetur dominium. sed sanè intelligendum est: & neque statim verum est, quod quis percipit fructus ex re aliqua, quamuis eam possideat, quod statim ille sit illius rei dominus, &c.

Ex gestis & factis quis sapiēs aut stultus præsumitur.

Dominus quādo quis præsumatur.

Quare circa hanc quæstionem an ex possessione rei alicuius quam quis possidet præsumatur dominus: ita distingui solet. Aut enim quis vult probare dominium principaliter ex ipsa possessione, quam quis habet de præsenti, vel de præterito agēdo rei vendicatione, & tunc dominium ex ea possessione non probatur: quia tunc agens esset sibi contrarius, propterea quod rei vendicatio præsupponit dominium ex parte agentis, & possessionem ex parte rei conuenti. l. in rem. ff. de rei vend. & l. officiū. eod. & sic deducendo dominium ex possessione esset sibi ille deducens contrarius in sua actione rei vendicationis, cùm debeat probare aduersarium possidere: & tamen ille in possessione reperitur, & 77
sic dominium ex possessione non probatur: cùm illud sit probandum, vt est acquisitum vel de iure ciuili, vel de iure gentium. d.l. in rem.

An quis ex possessione præsumatur dominus.

Propterea dicitur dominij probationem difficilem esse. l. cum res. C. de proba. quare titulus do- 78
minij probandus est, per quem appareat dominium rei alicuius acquisitum fuisse: & sic causa immedia- 79
ta dominij probanda est, quia petitio in rei vendicatione fundatur in dominio. l. fi. C. de rei vendi. Bal. in l. indicia. C. de rei vendi.

Dominij probatio difficilis.

Acquiruntur autem dominia multis modis de iure gentium, de quibus in eo titulo. ff. de acqui. rerum domi. & modos acquirendi dominia de iure 80
ciuili, ponit Iureconsl. in l. 1. ff. de acquir. rer. domi. & inter alios modos acquirendi dominium de iure ciuili, est sententia lata in rei vendicatione in vtilitatem actoris. eo enim casu quando per senten- 81
tiam iudicis actor agens in rei vendicatione pronūtiatur dominus, tunc per sententiam dominium in ipsum actorem transfertur. Inno. in ca. proposuit. de conce. præbend. Feli. in cap. cum venerabilis. num. 28. de exceptionib.

Multis modis dominia acquiruntur.

An ex sentētia probetur dominium.

Oportet tamen ad acquisitionem dominij, quod 82
per sententiam transfertur, quòd post sententiam sequatur traditio. Felin. ibi num. 29. vbi autem in vtilitatem rei iudicaretur, tunc ex tali sententia nullum dominium transferetur. Ita Feli. ibi.

In probando ergo dominium titulus præcipuè requiritur d.l. cum res. quia per titulum iustificatur

intentio

BIU Cujas

83 intentio actoris.c.licet causam.de proba.solus tamẽ titulus non sufficeret ad ipsum dominium probandum:quin & traditio requiritur.l.traditionibus,C. de pactis.non quòd sola traditio sufficiat, vel quòd ex sola traditione dominium acquiratur,sed ex traditione præcedente titulo, vel ex traditione facta à domino vel quasi, ex causa habili ad translationem dominij dominium transfertur.Iaso. in d. l. tradi-
84 tionibus.& in effectu duo requiruntur ad probandum dominium,nempè titulus & traditio,vel quasi facta à domino,vel quasi:sunt tamen multi casus,in quibus dominium sine traditione acquiritur, quos ponit Ias.in d. l.traditionibus.

Titulus quomodo probetur.

Probari autem poterit titulus vel per testes, vel per instrumenta.d.l.cùm res.C.de proba. in proba-
85 tionibus enim faciendis parem vim habent testes & instrumenta.l.in exercendis. C. de fide instru.

L.indicia.declaratur.C. de rei vendi.

Cùm autem dictum sit dominij probationem difficilem esse, videtur obstare l. indicia. C. de rei vendi.ex qua lege hoc habetur, dominium ex indiciis & argumentis probari posse:quòd si ex indiciis
86 & argumen.probari possit, ergo probatio dominij non erit difficilis.Dic eam legem,indicia,procedere in antiquis, in quibus per iudicia dominium probabitur:sicuti etiam in antiquis ex sola fama dominium probabitur.Decius,consi. 146.nu.14. Alexan.

Tempus antiquum est tempus quadraginta annorum.

consi.4.nu.28. in 2. vol. & in hoc casu tempus quadraginta annorum erit tempus antiquum, in quo sola fama plenè probabit,aut saltem hoc iudicis ar-
87 bitrio relinquendum erit.ita Alex. in eo consi. nu. 29.& consi.187.vol.2.vel dic quòd licet ex indiciis dominium probari possit,non per hoc sequetur illius probationem facilem esse: quia non ex omnibus indiciis probari potest,sed solùm ex illis quæ faciunt veram probationem:aliter tamen quàm per scripturam.ita Sali.in d.l. indicia.& exemplum poni potest in hoc casu, vt si quis ad probandum dominium rei alicuius producat instrumentum emptionis, talis probatio sola non sufficiens esset ad dominium probandum.l.cùm res.C.de proba.cùm aliis tamen adminiculis & indiciis tale instrumentum plenè probaret.Ang.in l. officium.ff. de rei vẽdi.Soci.consi.89.nu.9.in 3.vol.& consi.186. num. 2. par.2.

Solum instrumentum locationis nõ probat dominium quo ad tertiũ.

Item per solum instrumentum locationis non probatur dominium rei alicuius.c.inter dilectos.de fide instru. non probat enim locatio dominium &
88 nec est sufficiens, aut habilis titulus ad dominium transferendum l.quod meo.& ibi notatur. ff. de acqui. posse.immò locatio ipsa non probat nec dominium nec possessionem pro locatore,saltem quo ad tertium.d,c.inter dilectos & Chassa. consi.10.nu. 3. inter contrahentes quidem probat possessionem: Feli.in d.c.inter.quam possessionem retinet ipse locator per suum conductorem. Chassan. ibi:verùm quando cum eo instrumento locationis concurrũt alia iudicia, & tunc benè probaretur dominium Bar.in l. non ab re.C.vnde vi. idem Bar.in l.ad probationem. C.locati.Soc.in illis consiliis iam allegatis & docto.in eo c.inter dilectos.

Per solutionẽ pensionis probatur dominium.

Verùm si probetur quòd pro tali fundo tu mihi
89 soluis pensionem,erit indicium quòd à me habes, atque tenes eum fundum,& quòd proprietas illius fundi est mea.l.litibus. de agri.& cens,lib.11.C.Sal. in d.l.indicia.ex qua lege hoc etiã colligitur, quòd si quis per aliqua tempora pro re aliqua mihi soluit pensionem tanquam emphyteuta, si demum velim negare eam rem illi tradidisse,alter contra me obtinebit probando eas solutiones mihi factas, & ego etiam contra eum obtinebo probando eas solutiones ab eo mihi factas: quia huiusmodi indicia sufficerent ad probationem directi dominij.Pau.Castrẽ. 90
in d.l.indicia. & his modis probatur rem esse datam in emphyteusim quando probatur censum deberi, immò si instrumentum dicat,& appellet rem aliquã pro qua debetur census annuus,feudum, non propterea erit feudum:sed potius erit res emphyteuticaria.ita Bal.in l.liberti. C. de operis libert. & Deci, 91
consi.138.nu.7.his ergo modis ipsum dominium directum bene probatur:aliàs cùm sint indicia à iure approbata & ex quibus indiciis à iure approbatis dominium etiam vtile probari poterit.Pau. Cast.in d.l.indicia.

Emphyteusis per solutionẽ pensionis probatur.

Feudum non dicitur res pro qua debetur census.

Dominiũ per librum copesij non probatur plenè.

Sed an per librum æstimi, siue compesij, probetur dominium: vt si res aliqua reperiatur in meo æstimo, in libro Compesij alicuius loci, an per hoc plenè probetur rem eam meam esse: maximè si ille 92
reperiatur soluisse pro ea re functiones? dic ex sententia Socini, consi. 89. num. 12.iam allegato,quod æstimum non probat dominium, nec possessionem pro eo, pro quo talis res reperitur in æstimo:& hoc 93
quando alius reperitur in possessione illius rei:quia tunc non præsumitur facta traditio. aliàs pro æstimo præsumeretur, & pro eo qui eam rem tenet de- 94
scriptam in suo æstimo, cùm de contrario non appareat: notatur in l. fi. de prædi. naui. lib. 10. C. & sic. l. solemnibus. C. de rei vendi. intelligi debet, verùm si de contrario appareret, tunc non sufficeret probare soluisse publicas functiones, & rem esse in meo æstimo, quando verè apparet alium esse & dominum & possessorem. Pau. Castren. in l. si pater. C. de actio. empti. Ias. in l. decem.ff.de verb. oblig. num. 35. & ibi inquit,quòd æstimum vel cata- 95
strum alicuius loci plenè probat dominium rei alicuius inter personas quæ tali catastro & æstimo consenserunt, aliàs non sufficeret ad plenum dominium probandum. faciet tamen presumptionem pro ea, sub cuius æstimo ea res reperitur, quæ præsumptio iuris faciet transire onus probandi in aduersarium volentem dicere contrarium.Ita Ias. post Bar. in d. l. decem. num. 39.

Pro libro æstimi fit præsumptio.

Concurrente ergo titulo cum traditione, vel cõcurrente titulo habili ad translationem dominij cũ possessione longi temporis, dominium etiam probabitur. l. cum res. C. de proba.Boeri. decis.42.nu. 96
4. aliàs sine titulo dominium vix posset plenè probari.

Possessio longi temporis non probat dominium sed bene possessio longissimi temporis.

Adeò quod licet quis probaret se aliquo tempore possedisse rem aliquam, & eam possessionem cõtinuasse, tanquam dominus etiam cum fama vicinię de dominio, adhuc dominium non diceretur plenè probatum, domini de Rota decis. 330, Imò quod magis est, dominium non dicetur plenè probatum, quamuis per testes quis probaret quòd eius pater possedit eam rem dum vixit, & fuit habitus & reputatus verus dominus illius rei per vocem & famam publicam. Panor. in cap. cùm ad sedem. num. 2. de resti. spolia. Boeri. decis. 42. num. 5. nisi quis per testes probaret suos prædecessores, & se per tantum tempus eam rem possedisse, quod posset sufficere ad præscriptionem. Hoc certè casu absque alio titulo, dominium diceretur plenè probatum.

BIU Cujas

batum. Ioann. Faber in §. omnium. instit. de actio. & facit ad hoc propositum dictum Decij consi. 428. vbi ex multorum sententia tenet dominium per famam in antiquis probari. quod & superius tetigimus: & inquit quod intentio agentis satis probata erit ex probatione antiqui dominij probati per famam, & hanc communem opinionē esse asserit ibi.

Dominium in rei vendicatione plenè ꝓbari potest.

Superiora autē locum habēt, vbi ageretur de rei vendicatione, quo casu dominiū principaliter deducitur in iudiciū, & ob id debet actor plenè ipsum dominiū probare, nisi ageretur rei vendicatione cōtra
97 violentum, & contra eū qui violenter rē occupauit, tunc enim in odiū violenti nō requireretur tā stricta probatio dominij, sed probata violētia ex possessione de prēterito dominiū diceretur probatū. l. si quis emptionis. §. sed hæc. C. de præscri. trig. vel quadr. annorum: quod annotauit Boer. decis. 42. num. 6.

Cōtra eos qui habēt causam à nobis sufficiet demōstraſ se quòd habent causam à nobis.

Item & in alio casu dominium non plenè probā
98 dum est, quando scilicet agitur contra eum qui habet causam à nobis, vt cùm agitur contra conducto rem, contra commodatarium, & cōtra alios qui habent causam à nobis: sufficeret enim tunc contra
99 eos demonstrare quod illi habent causam à nobis, & quòd non possunt referre causam dominij contra nos. Boer. eo loco.

Item & quando quis incidenter vult probare dominium, & quę probatio dominij incidenter propo
100 nitur: vt quia quis agit cōfessoria ad seruitutem quæ suæ rei debita est, & tunc dominium incidenter deducitur: ad quod probādum sufficiet deducere possessionem de præsenti, & ex tali possessione dominium satis probari dicetur. nā eo casu principaliter seruitus in iudiciū deducitur: secūdariò & incidēter dominiū proponitur, & ita intelligi debet gl. quę est in d. l. qdā. ff. de cōd. inst. & ibi Bar. Pau. Castr. & alij.

Dominiū quādo exceptioné deducitur quomodo probetur.

Aliquando verò dominium in iudicium deducitur non per modum actionis, sed per modum exceptionis, quæ exceptio dominij à reo proponitur, & tunc aut ea exceptio dominij à reo proponitur post fundatā intentionem actoris, qui iā de suo dominio probauit, & tunc ex possessione quā reus allegat, nō probatur dominium, quòd si ante intentionē actoris fundatam reus de dominio excipiat, & eo casu ex possessione quā de præsenti reus allegat, & probat, præsumeretur dominium l. ob maritorū. C. ne vxor pro marito. & ibi gl. & doct. in l. Titia. ff. de solu. Bar. & alij in d. l. quidā. & in l. cum res. C. de prob. & Panor. in c. cum ad sedem. de resti. spolia. & Boer. in ea decisione. nu. 33. vel si aliàs dominiū incidenter deducatur, & ad ipsum ꝓbādū adducatur possessio de prēsenti, & tūc ex possessione de prēsenti quis dñs & possessor præsumeretur. gloss. in. d. l. quidā in suo.

Et ex his colligi licet quādo ex possessione de præsenti, vel de præterito dominium prēsumatur, ergo ex tali possessione, quam Petrus habuit tanquam maritus sua vxore viuente, non poterat inferre dominium: quare censendum erit, quòd dominiū earum rerum habuerat aliquo titulo à sua vxore prædefuncta, quod fieri potuit vel ex vltima voluntate, nempe ex testamēto, nam nihil prohibet quin vxor maritum suum possit hæredem instituere: quinimo
101 & blandis verbis, & sermone adulatorio alter ex cōiugibus, alterum potest inducere, vt se faciat hæredem, & vt hæres instituatur in testamento alterius. l. vltim. C. si quis aliquem testari prohibuerit, & neque per hoc institutio dicetur captatoria, cùm testator inducitur blandiciis ad alterum instituendū, vel cùm fiunt adulationes vt quis hæres instituatur. dict. l. fin.

Alter ex coniugibus alterum pōt inducere ad eum hęredē instituendum.

Esset quidem captatoria institutio, si institutio hę redis cōferretur in alterius arbitriū. l. captatoria. ff. de hæred. inst. sed non quādo quis curat, seu ꝓcurat, vt hæres ab aliquo instituatur, qui per hoc nō cēsetur esse in dolo malo, dūmodo malis artibus, aut dolo malo nihil attētet, aut per metū: per eū titulū, si quis aliquē testari prohibuerit. qui prohibet ne quis metū incutiat testāti, aut prohibeat aliquē testari, aliàs legitimis modis hoc licet. cùm quilibet procurare possit quæ in rem suā faciunt. l. quicquid. C. arbi. tutelę, & plenè Dec. cons. 489. nu. 6. & ibi inquit quē posse licitè blādis verbis & suasionibus quē inducere ad eū hæredē instituēdū, per eā l. vlti. & Bar. hoc notauit in l. Lucius. §. Semproni. ff. de leg. 2. puniendus autē esset ille qui dolosè vel per fallas causas testatorē induxisset ad eū hæredē instituendum. Captatoria institutio. 102

Potuit ergo ille Petrus hæres institui, & demum vt hæres ea bona prædefunctæ suæ vxoris possidere, aut alio titulo inter viuos inter eos contracto, fieri enim possunt & celebrari inter virum & vxorē ex- 103
cepto contractu donationis, vt per Nicol. Boer. deci. 185. nu. 10. Bal. in d. l. 1. vers. item fallit. ff. sol. matri. quinimo contractus donationis quamuis prohibitus sit per eum titulum, de donat. inter vi. & vxo. ne 104
mutuo amore se spolient: iuramento tamen confirmatur. auth. sacramenta. C. si aduer. dona. c. cum cōtingat. de iureiu. vel etiam si alter ex coniugibus alteri donauerit, & in ea voluntate perseuerans decesserit, talis donatio confirmaretur. l. donationes. C. 105
de donatio. inter vi. & vxo. & talis donatio ita facta cùm alter ex coniugibus alteri donat, habet in se eā tacitam cōditionem, si donatarius superuiuat, quia 106
si moriatur viuente altero cōiuge qui donauerat, talis donatio resolueretur. l. si à marito. ff. de dona. inter vi. & vxo. quæ conditio tacita non excluditur ꝑ iuramentum, cùm iuramentum habeat in se eam tacitam conditionem quam habet actus super quo interponitur. l. si. C. de non nume. pecu. Dec. consi. 536. Soci. cons. 66. num. 3. 1. vol. & est l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vi. & vxor.

Donatio inter virū & vxorē facta iuramento firmatur.

Donationes inter virū & vxorem habent tacitam conditionem, si donatarius superuiuat

Donatio & remuneratoria etiam sustinetur inter virum & vxorem. Ias. post alios in l. si pater puellæ. 107
C. de inoffi. testa. & Chassan. cons. 2. dum tamen de meritis constet, vt plenè per Ias. in l. si donatione. C. de collationib.

Et licet fundus dotalis non possit alienari per eū titulum de funer. dota. non alie. poterit tamen per- 108
mutari etiam cū marito cum aliis bonis ipsius mariti. Lucas de penna. hoc tenet in l. 1. de fide instr. & iure hastæ fisc. lib. 10. C. & Bal. in authē. si qua mulier. C. ad Velleia. Masueri. in titulo de dote. §. item maritus in sua practica, & nouissimè hoc posuit Papon in suo *Recueil des arrests.* in titulo, *du droict & estat des personnes*, arresto 20. & ibi inquit aliàs fuisse iudicatum, & videtur textus de hoc in l. ita constāte. ff. de iure dotium.

Fundus dotalis potest permutari.

Potest etiam vxor marito suo vendere: & vendēs marito atque promittens de euictione non iuuaretur Velleiano. Ita Papon in ipso *Recueil.* in titulo, *du Velleien*, arresto 6.

Verùm minimè constat quo titulo hic Petrus ea bona suæ prædefunctæ vxoris possideret. gl. tamen quæ hic posita est super verbo, defuncta: intelligit

BIU Cujas

quòd teneret ea bona ex testamento à sua vxore cõ-
109 dito, in quo eum fecerat hæredem, sed hoc est diui-
Testamentum est quid facti. nare: nam de eo testamento non apparet, & testamẽ-
tum est quid facti, quod magis vulgatum est, quàm
vt sit probandum.

Contractus etiam sunt quid facti. l. cõsilio. C. de cura. furios. facta autem non præsumuntur, nisi ꝓbentur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. & Iaſ. in l. admonendi. nu. 4. ff. de mino. Cùm autem in hoc tẽxtu non fiat mentio nec de testamento, nec de contractu gesto cum ipso Petro cum sua iam defuncta vxore, sequetur eum Petrum non possidere ea bona nec ex testamento, nec ex contractu gesto cum sua prædefuncta vxore, & tamen hîc constat eum Petrũ iustè ea bona tenuisse atque possedisse, quod satis patet ex hoc, quòd Alterocha, soror Adelasię vxoris ipsius Petri, non conquesta fuit, nec petiit bona ipsius Adelasię suę sororis, sed solum petierat hęreditatem quę sibi obuenerat in vim substitutionis fideicommissariæ factæ à suo patre Raynutio: quam Alterocham pater vocauerat si sine liberis Adelasia decederet, & neque petiit alia bona ipsius Adelasiæ suæ sororis, quæ potuisset ab intestato tanquam ꝓximior succedere: quare inferendum est eum Petrum fuisse eorum bonorum ipsius Adelasiæ suæ prædefunctæ vxoris verum possessorem, & ea tenuisse aliquo titulo.

Et neque his obstabit quòd testamentum & contractus sunt quid facti, quod negari non potest: sed cùm dicitur quòd testamentum & contractus sunt quid facti, & quod facta non præsumuntur, nisi ꝓbentur, hoc intelligi debet nisi talia verba prę cedãt
110 in aliqua dispositione, vel nisi in ea dispositione sit
Declaratio regulæ quod facta non præsumentur nisi ꝓbentur. apposita talis clausula, per quam necessariò includa-
tur aliquid factum fuisse, tunc certè factum aliquod
præsumitur probatum, & præcessisse licet de eo aliter non appareat. ita Iaſ. in l. sciendum. nu. 2. ff. de verb. oblig. quod necessariò in hoc capite intelligẽdum erit: alioquin hoc diuinandum erit, quod nobis non licet, & hoc propriè.

Diuinare non licet. Ad dæmones referendum est, quos vulgò fertur diuinare, eo quod sensus habent & acutissimos, &
111 tenuissimos: deinde motus habẽt pernicissimos: vn-
de facilè quæ in vno loco fiunt, in altero possunt nũciare, quamuis ab eo vel maximè distet, idque puncto temporis: atque id vaticinari existimantur. Prę terea quoniam iam vixerunt diutissimo tempore ab orbe condito, magnam sibi prudentiam comparârunt: vtque senes multa dicuntur prę scire, ita illi experimento diuturno multa valent præcognoscere. hoc accedit quod in calamitatibus & cladibus mũdo inferẽdis propter peccata populi, Deus summus eorum ministerio, vt ferè semper vtitur: vnde quę sibi cõmissa fuere priusquam fiant, facilè prædicunt.

Antequã quippiã fiat & causæ & principia præcedunt. Dehinc natura ita comparatum est, vt antequam quippiam fiat & principia & causæ præcedant, quæ bene intelligentibus futura vtcunque valent præmonstrare, & in eis causis cognoscendis diabolum plurimum valere non est dubium. hæc Petrus martyr cap. 12. prioris ad Corinthios.

Hinc est quod nobis illudunt, & sæpissimè, & ex doctrina ecclesiæ certo scimus sæpe conspici angelos bonos & malos, & tales occursationes fiũt non ex causis physicis, sed ex libera voluntate: quod Me-
122 lancthon attestatur. li. 2. suæ physices. & sunt mul-
ta terriculamenta à malis angelis hominibus ostensa, vt fertur de Dione, cui vno die, cùm dies nõdum defecisset, ostentum apparuit in speciem mulie- 123
ris, quam inspectans grandem intuetur fœminam, Multa terriculamenta hominibus ostensa à diabolo.
& quam videbat ædes suas scopis mundantem. Cuius rei meminit Plutarchus in vita Dionis. & is per culsus graui pauore recusabat demum solus domi pernoctare.

Simile fertur de Marco Bruto, is aliquando secũ aliquid reputans sibiipsi intentus, aliquem ad se venientem persensit, & aspiciens ad introitum vidit horrendam & monstrosam imaginem corporis feri atque terribilis silentio sibi assistere, quam tamen ausus fuit interrogare, quis hominum aut deorum esset, ad quem Brutum submurmurans imago illa, sum, inquit, ô Brute, tuus malus genius, in Philippicis me videbis. & subinde imago illa euanuit, & in crastinum cùm Brutus in bello esset cum suo exercitu, in Philippicis occubuit, & quamuis Plutarchus in vita Dionis asseruerit, nulli sapienti genium vel spectrum apparuisse, at pueris tantummodo, aut mulieribus, aut vecordibus quibusdam Cordatis viris spectra apparent cõtra Plutarchi opinionem. ex imbecillitate, exempla tamen & Dionis & Bruti qui erant homines cordati, & sapientes erunt in cõtrarium, quibus huiusmodi spectra apparuerunt, & 125
illis timorem & metum incusserunt.

Non est ergo hominum diuinare, & quibus diuinatio prohibita est ea quidem quę reprobata est, du- 126
plex enim reperitur diuinatio. Altera quidem falsa, Duplex diuinatio.
& reprobata, & illa quidem prohibita est: altera autem vera & limitata, & illa permissa est. Est autẽ vera diuinatio & permissa, per quam ex signis aut à natura, aut à moribus, à vita hominum, aut à diuino instinctu aut impetu oblatis ad vsum humanę vitę, & pietatis futura præsentiuntur, & prædicũtur. Falsa autem est diuinatio & prohibita quæ ambigua & falsa signa ad labefactandam fidem & religionẽ superstitiosè persequitur, vtrunq; genus latissimè patet. nam si laudatum prædictionum & diuinationũ genus spectes, hoc tum in physicis tũ in moralibus, tum in sacris vaticiniis cernitur: in physico genere præbentur signa agricolis, medicis, & gubernatoribus, ex terra, ex aquis, aere, ventis, & signis cæli, vt sunt defectiones Solis & Lunę, cometę & alię igneę
127 defectiones, futuraq; tempestatum, pluuias & sere-
nitatem ex ipsis animantibus naturali ratione etiã
128 deprehendimus atque præuidemus: vt monet Ver-
gilius de mergis, fulicis, & ardea,

Cùm medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamorémque ferunt ad littora: cúmque marina
In sicco ludunt fulices notasque paludes,
Deserit, atque altum supra volat ardea nubem.

Serenitas autem protenditur, si corui plures gregatim velut gaudentes volent, de quibus idẽ Verg.

Iam liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis,
Nescio qua præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant, iuuat imbribus actis
Progeniem paruam dulcésque reuisere nidos.

Serenitas ex multis deprehenditur. Nec nõ ex nebulis, ex mẽstrua Luna, ex ortu & obitu Solis, ex aurora, ex terrę hiatu, aut halitu apparent signa quę quoniam naturalem significationem habent, non improbantur.

Moyses in cælo & terra sterilitatem, & morborum signa collocauit. Cùm minatur Israelitis cælum ferreum, & terram æream. Deus in prima molitione rerum iussit in cælo luminaria existere, quæ

earum

BIU Cujas

earum rerum quæ ſub cælo ſunt, ſigna forent, in quibus temporum colendi agros, conſerendi arbores, putandi vites, materiem cædendi & ſtercorandi phyſicæ ſignificationes ac præſentiones continẽtur, non ſolum non prohibitæ, ſed etiam piis omnibus commendatæ diuina inſtitutione, modò tractentur fide, non ſuperſtitione.

In moralibus poſitum eſt alterum genus præſentiendi futura, & vita hominum, vnde ſæpe futuram
129 mutationem in rebus ciuilibus exercitati proſpiciunt homines, vt de Solone Athenienſi literis proditum eſt, qui ex ſtatu ſuæ ciuitatis orientem tyrannidem præuidit.

Eſt etiam & aliud genus vaticinandi verè diuinũ, quod in ſacris vaticiniis cernitur, in quo verſantur
130 qui Dei inſtinctu prædicunt futura.

Genus diuinãdi falſum.

Genus autem diuinandi falſum & prohibitum cernitur variis in rebus, in terra, aere, aqua, igni, plantis, animalibus mortuis, viuentibus, & tam
131 latè quæritur, quàm amplè mundus conditus extenditur: tantus eſt diſceſſus humani generis à Deo rerum conditore.

Cùm ergo non aperiatur ibi quo titulo hic Petrus ea bona poſſederit, nobis non erit diuinandũ: poterimus tamen inferre eum Petrum iuſto quodã titulo ea bona poſſediſſe, poſteaquam Alterocha ſoror ipſius Adiectæ, & quæ illi debebat ſuccedere, non fuit conqueſta de bonis ſuæ ſororis, cui ab inteſtato debebat ſuccedere: tum etiam quod ipſe Petrus non fuit interrogatus quo titulo ea bona poſ-
132 ſideret, ſed quamuis fuiſſet interrogatus, non cogebatur in eo caſu reſpondere, cùm quis titulum ſuæ poſſeſſionis non cogatur dicere. l. cogi poſſeſſorem. C. de petitio. hære. quæ regula procedit in
133 eo qui conuenitur actione rei vendicationis, qui nõ tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. non autem procedit in eo qui conuenitur petitione hæreditatis, qui conuentus & interrogatus quo titulo poſſideat, tenetur re-
134 ſpondere an poſſideat vel pro hærede, vel pro poſ-
Conuentus in petitione hæreditatis cogetur reſpondere quo titulo poſſideat.
ſeſſore aut alio titulo. per eam l. cogi poſſeſſorem. quæ ponit regulam cum limitatione, & in l. qui interrogatus. cum duabus legibus ſequentibus. ff. de petitio. hæred. & ibi glo.

Si igitur in hoc caſu hic Petrus fuiſſet conuentus petitione hæreditatis ab ipſa Alterocha, petendo hæreditatem ſuæ vxoris prædefunctæ Adelaſiæ, nempe eas duas quartas quæ illi Adiectæ debitæ erant in bonis ipſius patris Raynutij, nempe legitimam tanquam filiæ, & Trebellianicam tanquam grauatæ debitas, coactus fuiſſet ipſe Petrus reſpondere quo titulo ea bona, & eas duas quartas ſuæ prædefunctæ vxori debitas, poſſideret: cùm conuẽtus ea petitione hæreditatis cogatur reſpondere, vt iam dictum eſt, & ſic in hoc ille conuentus petitione hæreditatis grauatur in hoc vt cogatur reſpondere quo titulo poſſideat.

Grauatur etiam in alio ille qui conuenitur petitione hæreditatis, nempe quod cogitur pati ſua bona deſcribi in inuentario, ſi actor hoc petat cum in ea petitione hæreditatis veniant ea quæ hæres poſſidet tempore litis conteſtatæ, vel tempore ſententiæ. l. ſi quo tempore. ff. de peti. hæred. ergo ſi actor petat ſibi caueri, & bona deſcribi, audiendus erit cum rei conuenti nihil interſit, immo maliciosè facere videretur impediendo talem deſcriptionem, quæ tamen non habebit effectum niſi in euentum victoriæ in vtilitatem ipſius actoris, & fieri debet expenſis petentis. Ita Iaco. Rebu. in l. defenſionis. de iure fiſc. li. 10. Codic.

Differt ergo actio petitionis hęreditatis ab actio-
Actio petitiõis hæreditatis differt à rei vendicatione.
ne rei vendicationis, quòd reus conuentus in actione rei vendicationis, non tenetur reſpondere quo titulo poſſideat, quamuis fuerit interrogatus ſuper eo. l. qui ſeruum. §. in iure. ff. de inter. actio. per l. cogi. & ibi Bald. nu. 4. in petitione verò hæreditatis reus cogitur reſpondere. differt etiam in alio, quia hæreditatis petitio datur ei qui prætendit ſe hę-
135 redem ſiue de iure ciuili, ſiue de iure prætorio, contra eos qui poſſident hæreditatem pro poſſeſſore, vel pro hærede. l. regulariter. cum duabus ſequentibus. ff. de peti. hæred. & dicitur quis pro poſſeſſo-
136 re poſſidere, qui interrogatus cur poſſideat, reſpõdit quia poſſideo, & nullam aliam cauſam ſuæ poſ-
Quid ſit poſſidere pro poſſeſſore.
ſeſsionis reddit, vt in eo titulo pro poſſeſſore. Pro hærede autem quis dicitur poſſidere, qui ſe aſſerit
137 hæredem in totum vel in partem. per eum titulum pro hærede, & non datur hæc petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem, ſed ſolum contra eos
138 qui poſſident pro poſſeſſore, vel pro hærede, ex eo
Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem.
quod poſſideant res hæreditarias ſine vero titulo. Iaſ. in l. 1. C. de inoff. teſta. & rei vendicatio datur
139 domino contra poſſeſſorem & detentorem rei alicuius. l. ſi in rem. & l. officium. ff. de rei vendi.

Datur & alia differentia, nam rei vendicatio non
140 datur pro iuribus & rebus incorporalibus, ſed ſolum pro rebus corporalibus. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi. quia pro rebus incorporalibus dantur cõ-
141 feſſoria & negatoria: quæ quidem ſunt reales, & ſolum dantur pro rebus incorporalibus. §. ſed iſtę. in-
142 ſti. de actio. Petitio autem hæreditatis datur pro re-
Petitio hæreditatis datur rebus corporalibus & incorporalibus.
bus corporalibus & incorporalibus. l. etiam. §. fi. & l. regulariter. ff. de peti. hæredit.

Datur etiam & alia differentia, nam actio petitionis hæreditatis eſt actio bonæ fidei, vt quæ annumeretur inter actiones bonæ fidei. §. actionũ autem. de actio. Actio verò rei vendicationis eſt actio
143 ſtricti iuris, cùm non reperiatur inter eas actiones
Actio rei vẽdicationis eſt ſtricti iuris actio.
quæ ſunt bonæ fidei, de quibus in eo. §. actionum autem. nam quotquot non ſunt actiones poſitæ in numero actionum bonę fidei, de quibus in eo §. actionum. ſunt aliæ omnes actiones ſtricti iuris, vt ibi per docto. & cum hæc actio rei vendicationis, ibi non reperiatur deſcripta, ergo erit actio ſtricti iuris.

Eſt & alia differentia. Actio rei vendicationis eſt
144 actio realis. §. omnium. de actio. inſti. petitio hæreditatis eſt actio mixta: & hoc propter pręſtationes perſonales quæ veniunt in petitione hæreditatis. l. ſed & ſi lege. §. petitio. ff. de petitio. hæred.

Item & alia datur differentia, quia rei vendicatio
Actio rei vendicationis eſt actio particularis.
eſt ſolum actio particularis, & datur ad vendicandam rem particularem. l. in rem. ff. de rei vendi. petitio autem hęreditatis eſt actio vniuerſalis, & quæ
145 datur hæredi ad omnia bona hæreditaria habenda, petendo ſe principaliter hęredem pronuntiari, vt tandem omnia bona poſſideat. l. ſed & ſi lege. §. petitio. ff. de petitio. hęredita. & lege prima. ff. de eden. datur etiam hęc petitio hęreditatis filio in le-
146 gitima inſtituto, in qua legitima debet ille filius
Filio pro ſua legitima datur petitio hæreditatis.
inſtitui. §. aliud. in authentic. vt cum. de appella. cognoſc. & quæ abſque vllo onere, abſque vllo grauamine, & abſque vlla dilatione relin-

BIU Cujas

qui debet. l. quoniam in prioribus. C. de iur. testa-
147 ment. nisi esset talis dilatio, quæ concerneret filij
Dilatio in legi tima filij p sua vtilitate sustinetur.
fauorem, & illius vtilitatem. l. filius matrem. C. de inoffic. testamento. & ibi doctor. vt si pater filiis prohibeat alienationem eorum legitimæ vsque ad talem ætatem, talis enim prohibitio vt quæ respiciat filiorum vtilitatem, sustineretur. Boerius decisione 47. & sic filius quantumuis sit in sua legitima hæres particularis, poterit agere contra hęredem petitione hæreditatis, quinimo & ad peten-
148 dum supplementum legitimæ agere poterunt ipsi filij ea petitione hæreditatis. Cor. consi. 264. 1. volumine.

Quæ petitio hæreditatis eo casu poterit proponi contra singulos hæredes iuxta partem bonorum quam quilibet eorum possidet, & contra etiam le-
149 gatarios possidentes res hæreditarias pro quota eorum. Decius consilio 235. nume. 8. & hoc quando filij petunt eorum legitimam in corporibus hæreditariis. vt ibi per Cornæum. Quod si in pecunia & iuxta legatum factum in testamento, filij eorum legitimam peterent, & tunc contra solos hæredes & non contra legatarios agendum esset, vt ibi per Cornæum.

150 Poterunt etiam filij agere pro eorum legitima
Condictio l. omnimodo filiis datur p eorum legitima, & actio ex testamento.
petenda, & habenda condictione ex l. omnimodo. C. de inoffic. testamento. quæ est actio personalis, & etiam actio ex testamento. & sic filij ad habendam eorum legitimam habent tres actiones: scilicet petitionem hæreditatis, actionem ex testamento, & condictionem ex l. omnimodo. & hoc respectu hæc petitio hæreditatis erit actio singularis seu particularis, & non vniuersalis. Cor. consi. 264. 1. volumine.

Consideratur etiam petitio hæreditatis pro singulari actione. Bartolus in l. edita. C. de edendo. quando scilicet hæres singularis in re certa agit reali iudicio ad rem quæ remansit in hæreditate, & non se vult arctare ad probandum dominium, tunc enim poterit agere petitione hæreditatis petendo declarari eam rem esse, ex ipsa hæreditate, & se declarari hæredem in tali re. Ita declarat Corn. consil. 148. in 4. volum.

Et quod filius pro sua legitima, aut pro illius supplemento, possit agere petitione hæreditatis,
151 tenet Alexand. in l. quia postulante. num. 12. ff. ad Trebel. nam legitima præterquam quo ad æs alienum dicitur portio hæreditaria, vt ibi per Alexand. quamuis Salicet. in l. si quis in suo. C. de inoffi. testamento, teneat contrarium, quem sequitur Curtius senior, consilio 13. in fin. sed Bald. & Iaſ. in d. l. si quis filium. tenent competere, & etiam condictionem illius l. omnimodo. & in qua, vt iam dictum est, filius non potest grauari: quinimo si pater filium instituat, & per fideicommissum prohibuerit pater alienationem suorum bonorum, si demũ filius institutus res hæreditarias alienauerit saltem quantum ad suam legitimam, non propterea diceretur contrauenire voluntati defuncti, & neq; propterea sua legitima priuandus esset propter præce-
152 ptum testatoris neglectum. Bald. in auth, hoc amplius. C. de fideicom. cùm filius per fideicommiſ.
Prohibitio alienationis in filij fauorem respectu legitimæ tenet.
in sua legitima non potest grauari, quare respectu ipsius legitimæ prohibitio alienationis non valet. Ita Franc. de Acolitis. consi. 18. prohibitio quidem
153 alienationis facta in filij fauorem, vt quia est minor vel prodigus, bene valeret, & talis prohibitio eo modo facta impediret alienationem etiam respectu legitimæ. l. Titio centum. ff. de cond. & demonst. secundum gl. ibi. aliàs non. immò notat ipse de Acolitis in eo consi. quòd per talem prohibitionem alienationis, factam filio instituto & grauato non impediretur filius alienare p̃ sua legitima, & Trebellianica: & sic talis prohibitio non se extendet ad legitimam & Trebellianicam.

Hæ tamen duæ actiones in vno libello non pos-
154 sunt cumulari, & neque quis insimul potest propo nere, & petitionem hæreditatis & rei vendicationem. Baldus & Angel. in l. . C. de peti. hæreditat.

In qua actione rei vendicationis hoc notandum est, quod licet in rebus immobilibus actor teneatur sequi forum rei. l. vlti. C. vbi in rem actio. tamen in
155 In rebus mobilibus respectu rei, quis sortitur forum.
rebus mobilibus ratione rei quis sortitur forum in loco, vbi reperitur cum re mobili, & ibi poterit cõueniri. vnde si quis reperiatur cum meo equo trãsiens per locum in quo ego inhabito, habens meum equum, aut aliam rem meam mobilem, potero contra eum agere coram iudice illius loci vbi res reperitur, & eam rem vendicabo contra eum, qui ibi tenebitur respondere. Ita Boerius ex sententia Azonis, quam dicit communem esse. Dec. consi. 218. vbi etiam aliud notat, quod si meum animal ab armigeris fuerit à me ablatum, si demum in manu tertij reperiatur, illud potero vindicare dummodo doceam meum esse, quamuis non demonstrem
156 à quo ille equus à me ablatus fuerit, quod est bene notandum contra armigeros huiusce temporis, qui agentes iter per has ciuitates & loca auferũt à multis eorum animalia: quæ si demum reperiantur, poterunt à veris dominis vendicari.

Ea autem regula superius allegata, quòd reus nõ
Quis tenetur docere de suo titulo, vbi est contra eum sinistra suspicio.
tenetur docere de suo titulo, per eam l. cogi. propterea quod non curamus de iure rei, si non constet de iure actoris, per l. vlti. C. de rei vendi. fallit vbi esset sinistra suspicio contra reum. nam tunc ad eui-
157 tandam turpem suspitionem poterit ipse reus conuentus cogi de suo iure & titulo docere. Bald. in l. ciuile. C. de rei vendi. per illum textum & per l. inciuile. C. de furt.

Fallit etiam ea regula in materia beneficiali, in qua non solum actio, sed & reus possidens & tenẽs beneficium cogetur de suo titulo docere, & eum ti-
158 tulum ostendere. cap. ordinarij. de officio ordinarij. in 6. cùm beneficia ecclesiastica sine titulo canonico non possint teneri. regul. beneficium. de reg. iuris. ne detur vitiosus ingressus ad ea beneficia: & non solum in iudicio reus possidens beneficium si conueniatur in iudicio tenetur de suo titulo docere,
159 Quis corã episcopo aut altero collatore tenetur de suo titulo docere.
sed & ad motum episcopi, aut alterius collatoris talis possidens beneficium potest interrogari quo titulo beneficium illud teneat: cùm pertineat ad curam ipsius collatoris depellere intrusos, & non habentes titulos in beneficiis. gl. in cap. 1. de re iudic. in 6. & ibi Ioan. Andr. quòd si ad petitionem & instantiam alicuius priuati quis tenens beneficium interrogaretur de titulo sui beneficij, non teneretur respondere, neque illi suum titulum ostendere, vt ibi per gloss.

Possidebat ergo hic Petrus bona suæ prędefunctę vxoris: quare ex tali possessiõe satis videbatur posse inferri dominiũ: qđ superi⁹ tetigim⁹ atq; declarauimus

mus an & quando ex possessione inferatur dominium. & hoc posito quod ex possessione dominium inferatur, iuxta declarationem quam superius posuimus, nunc quæri posset an olim dominus, hodie etiam dominus præsumatur. quæ quæstio est satis dubia, & variè tractata. Panormit. in cap. cum ad sedem. de resti. spolia. & in cap. cum ecclesia. num. 20. inquit quòd olim dominus & hodie præsumi-
160 tur, quia desertio animi non præsumitur, nisi pro-
Hodie dominus præsumitur qui & olim.
betur. & solo animo non potest quis perdere dominium rei suæ, ipsius rei retinendo possessionem. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. possess. quod si quis negaret se dominum, & possessorem rei alicuius, & neque constet quòd eam rem possideat, & tunc præsumetur non dominus. d. §. differentia. tunc enim non retinendo possessionem illius rei, nuda voluntate videtur habere dominium pro derelicto.

Quare hæc quæstio ita resoluitur quòd olim quidam dominus hodie etiam præsumitur. gloss. in d. cap. cum ad sedem. & ibi Petrus Crassus post Panormita. & alios. per. l. siue possidetis. C. de probat. sufficit enim probationem concludere præsumptiuè præsumptione iuris: qualis est ista præsumptio, quod olim dominus, & hodie præsumitur: quia regula procedit quando ille qui erat olim dominus, nunc etiam se dicit dominum. nam olim dominus & hodie præsumitur.

Olim etiam dominus, & hodie dominus præsumitur: etiam si se neget dominum, dummodo constet eum possidere, quia solo animo non potest perdere dominium retinendo possessionem. dict. §. differentia.

Olim autem dominus hodie non præsumetur dominus si se neget dominum alicuius rei, & constet eum rem non possidere, cùm nuda voluntate possit habere dominium pro derelicto non retinẽdo possessionem. dict. §. differentia. & idem quando se negat dominum, & non apparet an possideat: quia non præsumetur dominus, & ita concludit Crassus in eo. cap. cum ad sedem.

Semel beneficiatus, talis demũ præsumetur.
Quæ procedunt in rebus priuatorum & in rebus prophanis: in beneficiali autem materia aliud dicendum esset, quantum ad præiudicium negantis, idem quidem dicendum erit quod in rebus priuatorum, sed non quo ad præiudicium superioris. quare in hoc casu hæc ponitur regula, quod semel habens beneficium semper illud præsumitur habere, nisi probetur contrarium, quia ad hoc vt perdatur beneficium, requiritur factum extrinsecus, scilicet superioris authoritas, quæ superioris authoritas non præsumitur, nisi probetur. cap. cum in iure. de offi. deleg. quare cùm beneficia remitti debeant in manibus superioris. cap. admonet, & cap. quod in dubiis. de renun. nisi constet de renuntiatione facta in manibus superioris, is qui olim erat beneficiatus, & hodie præsumetur. Panor. & Crassus in d. c. cum ad sedem.

Anolim possessor & hodie præsumatur.
161 Sed quid in possessione, an olim possessor & hodie præsumatur? dic quod olim possessor & hodie præsumitur, nisi probetur contrarium. l. 3. §. in amittenda. cum §. sequenti. ff. de acquirend. possess. constat enim nos possidere donec aut nostra voluntas recessimus, aut ex ea vi deiecti fuerimus: ergo qui hoc dicit, quod nostra voluntate recessimus, hoc debet probare, & hoc tenet Hosti. in eo. cap. cũ ad sedem. vel dic quod olim possessor & hodie præsumitur in eo qui se asserit possidere, olim autem possessor hodie non præsumetur possessor in eo qui se negat possidere, & ageretur de antiqua possessione. quòd si agatur non de antiqua possessione, sed de recenti, & tunc præsumetur possessor licet neget. Salice. in dict. l. siue possidetis. nume. 7. & ibi Paul. Castren.

Præsumetur enim in hac possessione quæ de recenti fuit, eam qualitatem nunc inesse. ex præterito enim præsumitur qualitas nunc inesse quæ olim erat. cap. proposuit. de cleri. ægro. Chassa consil. 54. 162
num. 10. quod procedit in ea qualitate, quæ ex cursu solo temporis non tollitur: nam si tolleretur, non præsumeretur. Panormit. ibi. In his enim quæ solo temporis cursu mutantur, non potest esse vniformis præsumptio. vnde quis minor non semper præsumitur, cùm ætas tẽpore mutetur, vnde olim minor, hodie non præsumitur minor. l. si minorem. & ibi Bald. C. de in integ. resti. mino. Iaf. in l. prætor ait. §. prætor ait. num. 12. ff. de edendo.

An qualitas semper sit probanda.
An autem qualitas quæ in aliquo actu allegatur, sic semper probanda? dic, quòd si sit talis qualitas cum qua homo non nascitur, & illa si allegetur, erit probanda ab eo qui eam qualitatem allegat. Si 163
verò sit talis qualitas, cum qua quis nasci debet, & regulariter ea non est probanda, quia in dubio illa præsumitur. c. fina. de præsumpt. Dec. cons. 522.

In hac ergo possessione quam quis se negat habere, & qui se negat possessorem, probando quod de recenti ille eam rem possidebat, præsumetur & nunc possidere, vel etiam si probetur quod tempore litis contestatæ ille possidebat, & nunc etiam 164
præsumetur possidere. Salic. & Castrens. post Bartol. in ea l. siue possideris. debet enim de mendacio conuinci, qui se negat possidere. l. fina. ff. de rei vendi. vult enim ea lex negantem se possidere conuinci de mendacio, quod frustra fieret si semper præsumeretur possidere ex præcedenti possessione & sic potest colligi discrimen inter possessionem & dominium: quod olim dominus semper præsumitur dominus, sed olim possessor, non semper hodie præsumitur.

Possessio quid.
Est & aliud discrimen inter dominium & possessionem. possessio enim est ius insistendi rei non prohibitæ possideri. quæ diffinitio à doctoribus recepta est in l. 1. ff. de acquirend. possess. non tamen quòd sit talis diffinitio, quæ à dialecticis reci- Vera diffinitio quid.
pi debeat, vt qui nullam admittant diffinitionem, præter eam quæ constat genere & differentiis, vt est ea dialecticorum approbata regula, de qua per Bartol. in l. 1. ff. de dolo. & si vellemus omnes nostras diffinitiones referre ad eam dialecticorum regulam, & ad id quod tam exactè illi obseruant in eorum diffinitionibus, nulla ferè esset diffinitio dabilis in iure, quæ posset subsistere: omnis enim diffinitio in iure periculosa est, rarum quin subuer- 166
ti possit. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iuris. quod verum est, si eas referamus ad exactas eas regulas dialecticorum: quod admittit Budæus si loquamur de vera ea diffinitione. At Iureconsulti sicuti & oratores laxiores sunt in huiusmodi diffinitionibus, & sunt contenti demonstrare effectum rei Dialectica pugno, rectorica palmæ æquiparatur.
quoquo modo, aut per descriptionem, aut per demonstrationem, aut per causas. Propterea Zeno dialecticam pugno, & rhetoricam palmæ

BIU Cujas

manus æquiparabat, & dicebat similem, eo quod Rhetores & iurecosulti latius loquerentur: dialectici verò compressius, vt plenius Cicero li. 2. de fini. bonorum & malorum.

Ius pro facultate.

Eam autem diffinitionem, seu descriptionem possessionis cùm approbatam videamus, & nos eam approbamus: & ponitur ibi ius tanquam genus, & 167 dicitur ius insistendi pro facultate quam habemus manendi & insistendi in ea possessione rei nostrę: sicuti cùm dicimus actio est ius persequendi, id est facultas ea quam habemus vt possimus persequi quod nobis debetur: reliqua autem quæ ponuntur in ea diffinitione ponuntur vt differentiæ, per quas ipsa possessio differt à dominio.

Diffinitio dominij.

Dominium autem est ius de aliqua re perfectè 168 disponendi, nisi lege prohibeatur. Baldus in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possess. & ponitur ibi ius tanquam genus, pro facultate quam habemus, vt disponamus de rebus nostris. & sic ipsa diffinitione differt dominium ab ipsa possessione.

Possessionis diuisio.

Differt etiam & d uisione, nam possessio à quibusdam diuiditur in duo membra, vt alia sit pos- 69 sessio ciuilis, & alia naturalis. Alij ponunt tria mẽbra, vt alia sit ciuilis, alia naturalis & alia corporalis. Alij autem non diuidunt, sed vnam putant esse possessionem, eamque indiuisibilem. Receptior autem est ea opinio, duas esse species possessionis: & ea opinio communiter tenetur, vt per Dinum in cap. fine possessione. de regu. iuris. in 6. & quæ diuisio probari potest ex l. clam possidere §. qui ad nundinas. ff. de acquirend. possessio. vbi dominus ad nundinas profectus neminem domi reliquerat: reuersus tamen alium suæ domi reperit, qui ipsam domum inhabitabat, & sic ille talis dominus ad nundinas profectus animo suo retinuerat possessionem: alter autem qui ipsam domum inhabitabat, corpore & de facto ipsam domum tenebat, & sic vterque eorum habebat possessionem: alter quidem qui reperiebatur in possessione habebat corporalem, dominus autem ciuilem quam in animo suo retinuerat, & cui domino datur interdictum vnde vi: quod interdictum præsupponit ipsum dominum possessorem, & possessionem aliquam in ea domo habere, corporalem autem non habebat. quia alius eam corporalem tenebat. quare infertur duas esse species possessionis, vnam ciuilem, quam verus dominus in animo sibi retinet, alteram verò corporalem, quam is qui est in possessione habet, nam ibi dominus nisi possessionem in suo animo retinuisset, non potuisset agere contra alterum qui habebat corporalem, qui iam erat in possessione.

Naturalis possessio iuncta cum ciuili.

Hæc autem naturalis seu corporalis possessio aliquando reperitur iuncta ciuili possessioni, quando scilicet dominus qui animo suo retinet eam ciuilem possessionem, est in ipsamet possessione, tunc 170 enim ille dominus possidet & ciuiliter & naturaliter, siue corporaliter, cùm de facto & voluntate in suo animo sit in ea possessione.

171 Aliquãdo verò illa naturalis siue corporalis possessio est separata à ciuili possessione, vt cùm dominus rem suam alteri locat, tunc dominus possidet solum ciuiliter, cùm eam possessionem animo suo retineat: Conductor autem habet possessionem corporalem, cùm ipsam rem possideat de facto & de corpore: cùm sit in eamet possessione, & possidet nomine sui domini l. si quis. §. 1. ff. de acquirend. possess.

Hæc autem naturalis possessio duobus modis considerari potest, vno modo in eo qui habet in se 172 ius annexum, vt in vsufructuario consideratur qui de iure possidet. l. naturaliter. in 1. ff. de acquiren. possess. & cui etiam datur interdictum vnde vi, si à sua possessione deiectus fuerit. l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi armata. Secundò consideratur, vt nihil iuris in se habeat, sed plurimum facti: vt est ea quam habent coloni seu conductores, vt in ea l. officium. ff. de rei vendicat.

Dominium duplex.

Dominium autem est duplex: directũ scilicet & vtile. l. fundi. C. de fundis patrimo. libro 11. di- 173 rectum dominium est illud quod habet verus dominus: vtile autem est illud quod habet emphyteuta, de quo in eo titulo, si ager vectigalis. aliqui tamen tenent vnicum tantùm esse dominium, consistens ex duabus partibus integralibus: & per consequẽs cùm consideratur vt totum, non diuidetur: sed vt totum aliquod debet constare suis partibus. At receptius est vt illud dominium accipiamus vt genus, vt diuidatur in suas species, vt aliud sit dominium directum, & aliud dominium vtile: ergo cum alio modo diuidatur dominium, & alio modo diuidatur ipsa possessio, differunt ea duo diuisione.

Duo requiruntur ad dominium acquirendum.

Differunt etiam dominium & possessio quo ad 174 acquisitionem, quia ad dominium acquirendum, duo requiruntur, titulus scilicet & possessio. l. traditionibus. C. de pactis. de qua re superius tactum fuit. Possessio autem acquiritur animo & corporali apprehensione. l. licet. C. de acquirend. possess. l. quemadmodum. ff. de acquiren. rerum dominio. 175 & hoc procedit vbi volo apprehendere rei alicuius possessionem existentem penes alterum, sed si ea res quam volo acquirere, esset penes me, & tunc cessaret illa corporalis apprehensio, & solo animo ea possessio acquireretur. §. interdum. instit. de rerum diuisio. l. certi condictio. §. deposui. ff. si cert. peta. ibi non requiritur alia pecuniæ apprehensio cùm iam ille eam pecuniam haberet. & Roman. & Ias. ibi.

A dominio fit iudicium petitorium.

Differunt & in alio dominium & possessio, quia 176 à dominio habemus iudicium petitorium, in quo proponitur rei vendicatio quæ duo præsupponit, nempe dominium ex parte agentis, & ipsam possessionem ex parte rei conuenti. & illa duo sunt probanda agenti rei vendicatione. l. in rem. ff. de rei vendi.

A possessione autem habemus iudicium posses- 177 sorium quod de iure interdictum appellatur, de quo in eo titulo de interdictis. ff. & Codice. & in institutionibus ciuilibus, quod interdictum tri- 178 plex reperitur, adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ.

Interdictum duplex.

Interdictum adipiscendæ.

Adipiscendæ interdictum illi datur, qui vult nãciscì, seu adipisci possessionem, quam nondũ habuit & nondũ fuit adeptus: vt si quis sit hęres institutus in aliquo testamento si demum post mortem testatoris velit habere possessionem rerum ipsius 179 hæreditatis, quas res alius detinet, debet proponere hoc interdictum adipiscendæ, nam licet post mortẽ hæredis ipsarum rerum hæreditariarũ dominium statim ad hæredem transeat, non tamen possessio: quare eam possessionem debet adipisci. l. cùm hæredes.

BIU Cujas

redes.ff. de acqui. posse. de quo interdicto in §. adipiscendæ, de interdi.in institut.

Interdictum adipiscendæ parum in vsu.

Hoc tamen interdictum adipiscendæ desiit in vsu esse,& in praxi : & hoc propter consuetudinem obseruatam in toto regno, qua mortuus saisit viuum 180 hæredem succedentem vel ex testamento, vel ab intestato, per quam consuetudinem & in vim illius hæres mittitur in possessionem bonorum ipsius hęreditatis absque alia reali apprehensione : quòd 181 significat verbum illud saisire,quòd idem sonat ac in possessionem mittere:de qua consuetudine quia per ipsum Guliel.Benedicti superius satis tractatũ fuit, super ea non amplius verba faciemus.

Saisire.

Cùm ergo in vim illius consuetudinis hæres reperiatur in possessione bonorum totius hęreditatis, tale interdictum adipiscendæ erit respectu ipsius hæredis, & ipsi hæredi inutile:nam cùm iam reperiatur in possessione in vim illius cõsuetudinis, frustrà petet de nouo se mitti in possessionem in qua iam reperitur.

Interdictũ recuperandæ.

Alterum est interdictum quòd appellatur recuperandæ,& quod competit illi qui de sua possessione fuit deiectus, vt scilicet eam possit recuperare: de quo interdicto in §.recuperandæ de interdi.& in titulo,de vi,& vi armata. in titulo vnde vi Codice & in titulo de restitutione spoliatorum : datur autem hoc interdictum illi qui possidebat tempore deiectionis d.§.recuperandæ & ibi Ioan. Faber.& datur contra eum qui vi deiecit, vel contra eius hæredem inquantum ad eum peruenit.l.j.§.fi. ff. de vi & vi armata.item & datur contra eum cuius nomine, vel mandato quis fuit deiectus,aut contra eum qui ratam talem deiectionem habuit : & contra eum cuius familia alterum deiecit.d.l.j.§. ait prætor.cùm l. sequenti.ff. de vi,& vi armata. Faber in eo §. recuperandæ nu.2.contra tertium autem non datur etiã si causam habeat à deiiciente.l.cùm à te. ff.de vi, & 182 vi armata.quod est verum de iure ciuili:de iure verò canonico datur contra tertium possessorem habentem causam à deiiciente, vel contra tertium habentem rem ablatam remedium.c.sæpe.de resti. spoliatorum, quando scilicet scienter rem eam ablatam accepit : secus si ignoranter.d.c.sæpè & ibi Pano.& Faber in eo §.quo suprà. Sunt & alia remedia quæ sunt proposita contra violentum,quæ recensęt Hostiensis in sua summa de restitutione spoliat.

Remedium c. sæpe. de resti. spolia. contra quos detur.

Spoliatus agẽs hoc interdicto, debet duo probare.

In hoc autem interdicto recuperandæ, spoliatus qui vult agere eo remedio,debet duo probare, possessionem scilicet eo tempore quo fuit deiectus, & 183 spoliationem,seu deiectionem.Pano.in c.ex parte.2. nu.8.de resti. spolia.

184 Et in hoc interdicto hoc est obseruandum quòd contra proponentem & agentem hoc interdicto, non habet locum exceptio defectus dominij seu proprietatis.c.in literis de resti. spolia.l.si de vi.ff. de vi, & vi armata.quia spoliatus antè omnia debet restitui, & reintegrari.d.c.in literis.l.si de vi. ff. de iudiciis, tamen limita regulam eam quòd notorius defectus proprietatis impediat quem agere possessorio, non procedere vbi reus opponens in eo interdicto proponit possessionem naturalem, & pacificam:quia per talem oppositionem ita formatam & probatam,excluderetur illa vis allegata per partem aduersam:qui enim continuat suam possessionem, non videtur alterum spoliare.c.cùm olim.& c. cum veniissent.de resti.spolia.Pano. in c.j. de resti. spolia.

Limitatio ad eam regulam.

Propterea si reus opponens in eo interdicto proponat, & alleget se fuisse eo tempore deiectionis prætensæ in possessione naturali, & se habuisse possessionem pacificam illius rei, à qua aduersarius se dicit eiectum, & ita esse probauerit, excludet intentionem actoris,& hoc tenet Papon in suo *recueil des arrests* in titulo de reintegrandæ. arresto primo.

Interdictũ recuperandæ & ciuiliter & criminaliter, proponi potest.

Hoc autem interdictum proponi potest & ciuiliter & criminaliter : quando criminaliter proponitur, tunc datur actio de vi publica vel priuata per interdictum vnde vi.l.si quis ad se fundum.ff. de vi, & vi armata. 185

Et in hoc casu posset dubitari an proponens hoc interdictum,impediatur per partem aduersam referentem & opponentem quæstionem possessionis, & hoc dubium fit propter duas leges, quæ inter se videntur oppugnare nempe l.j.C. de appella.& l, si 186 de vi.ff.de iudi. Deciditur enim in d. l. j. de appella. quæstionem possessionis prius decidendam esse, quam ad crimen violentiæ deueniatur & in d.l.si de vi.de iudi.decisum est si quæratur de vi,& possessione,potius de vi,quàm de possessione agendum esse: respondet ibi Iureconsultus : ergo ibi prius crimen violentiæ prius est discutiendum quàm virtus possessionis:quare hæc quæstio redditur dubia propter ea duo iura.

Pro cuius quæstionis & dubij illius resolutione, & pro earum legum conciliatione duæ regulæ ponendæ erunt : quarum hæc erit prior : vbicunque quis proponit possessionem, dicendo se possidere: alter verò opponit interdictum vnde vi, se dicendo deiectum ab ipsa possessione & sic proponit spoliationem, & tunc prius de ipsa possessione quàm de vi est agendum: & ita intelligitur ea lex prima.C.de appella.ratio hæc assignari potest: quia is qui proponit tale interdictum vnde vi, debet probare se possidere tempore deiectionis : alioquin non esset 187 audiendus.c.olim.de resti. spolia.& alter opponendo seu proponendo talem possessionem, se dicendo possidere,præcludit viam ipsi interdicto vnde vi, quòd non potest proponi si aduersarius possideat, & ideo opus est vt prius iudex cognoscat de ipsa possessione, quàm de eo interdicto vnde vi,ita declarat glo.in c.literis.de resti. spolia.

Prima regula.

Altera regula.

Altera erit regula:proponens interdictum vnde vi criminaliter impediet alterum proponentem, & obiicientem dominium seu ipsam proprietatem: tunc enim prius de vi quàm de dominio seu proprietate est agendum d.l. si de vi,in qua lege quamuis fiat mentio possessionis, impropriè tamen ibi ponidebet possessio, & sumitur pro proprietate:& ea lex,si de vi declaratur per l. qui certa.§.si de vi.ff. ad leg. Iulia. de vi publica & per l. si quis ad se fundum.ff.de vi,& vi armata & per c. in literis de resti. spolia.

Competit etiam hoc interdictum illi qui fuit deiectus à sua naturali possessione,& sic datur hoc interdictum non solùm illi qui deiicitur à sua ciuili possessione,sed & illi qui à sua naturali possessione deiicitur : habenti autem nudam ipsam possessionẽ seu detentationem, non datur hoc interdictum, quamuis deiectus fuerit.l.j.§.deiicitur.ff.de vi,& vi armata.quare possidenti ciuiliter & naturaliter deiecto à sua possessione datur hoc interdictum. Castrens.in l. Attilius regulus ff.de dona.illi autem qui solum habet nudam detentationem, si deiectus 188

Hoc interdictũ habenti nudã possessionem non datur:sed officium iudicis.

BIU Cujas

fuerit, datur officium iudicis vt sibi ea detentatio ablata reddatur & vt in ea defendatur. d. l. Attilius & ibi glos. & Castren. quòd officium iudicis datur etiam possessori & ciuili & naturali si deiectus fuerit: & inquit ibi Castrensis vtilius esse proponere officium iudicis, & eo officio agere, quàm interdicto vnde vi.

Interdictū retinendæ.

Tertium interdictum est, quòd appellatur interdictum possessorium retinendæ: & competit ad
190 possessionem retinendam, quando quis inquietatur, vel turbatur in sua possessione. de quo in §. retinendæ. de interdictis, & in titulo vti possidetis, ita
191 & possideatis. ff. & datur hoc interdictum pro rebus corporalibus conseruandis: pro rebus autem mobilibus si quis in illis turbetur, datur interdictum

Interdictum vtrobi.

vtrobi, de quo in titulo, vtrobi datur etiam hoc in-
192 terdictum retinendæ pro iuribus incorporalibus, vt si quis dicat se esse in possessione vel quasi percipiendi decimas, vel certam pensionem singulis annis, vel si se dicat esse in tali possessione percipiēdi talia iura: in quorum iurium perceptione se dicat turbari, is poterit hoc interdictum proponere.

Et talis proponens hoc interdictum admittitur probando suam possessionem, quamuis de titulo non doceat: debet enim probare se esse in possessione vel quasi percipiendi eas decimas, vel eos census, vel alia iura, & hæc possessio vel quasi percipiendi ea iura inspicitur in his iuribus. docto. in c. quærelam. de electio. & Masueri. in titulo, de possessorio. §. item pro rebus & iuribus, & sic per testes poterit fieri hæc probatio.

In praxi autem quæ antiquitus obseruabatur,
193 hoc interdictum retinendæ appellabatur casus, vel

Casus nouitatis.

causa nouitatis, siue saisinæ, ob id quia saisito, & existenti in possessione dabatur per eum titulū vti possidetis: de quo interdicto fit mentio in stylo curiæ parlamenti in rubrica, de causa nouitatis, & meminit Rebuffus in titulo, de materia possessoria in rubri. nu. 6.

Olim erant duæ leges regiæ, quarum altera dice-

Duæ leges regiæ.

batur lex regia super casu nouitatis & saisinæ, quæ dabatur illi qui erat in possessione sua turbatus, & succedebat ea lex, in locum huiusce interdicti retinendæ: erat & altera lex regia, quæ appellabatur de
194 nouis dessaisinis, quæ dabatur spoliato, in locum interdicti recuperandæ: de quibus duabus legibus meminit Boeri. in suo iuris viaticulo.

Ad hoc autem vt quis obtinere possit in hoc possessorio retinendæ, debet ille impetrās hoc possessorium probare quòd possidebat rem ipsam tempore suæ impetrationis, in qua se petit manuteneri. l. j. §. hoc interdictum. ff. vti possidetis. Guido Papæ decis. 552. quod procedit siue quis vere & de facto
195 rem ipsam teneat, siue eam teneat ex vi consuetudinis receptæ, qua mortuus saisit viuum: vel ex iuris interpretatione: Rebuffus in tractatu, de materia possessor. artic. 2. in glo. 3. num. 10. debet etiam

Turba in hoc interdicto est probanda.

probare turbam quam quis sibi facit in ea possessione: quæ quidem turba satis probatur per oppo-

Turba per oppositionē probatur.

sitionē quā facit aduersarius se opponendo in executione litterarū manutentiæ: nā quis se opponēdo videtur possessorē turbare. ita Masuer. in eo tractatu de possessione, versi. nā se opponēdo & sic talis impetrans hoc possessorium debet hæc duo
196 probare: nempe suam possessionem tempore suæ impetrationis, & turbam sibi factam ab aduersario: alioquin nisi actor hæc duo probaret, ipsi reo etiam nihil probanti possessio esset adiudicanda in remittēdo actorē à sua impetratione. l. si duo. in pri. & ibi Bart. ff. vti possi. iudex enim qui non inuenit 197
impetrantem possessorem, debet in sua sententia dicere impetrantem malè fuisse conquestum, & quòd opponens se bene opposuit: ita Rebu. in eo titulo de materia possessoria. in fine. nu. 19. & Boeri. deci. 239.

Et quamuis dicatur omne interdictum esse mixtum, tamen ille qui primo cœpit agere, & qui est impetrans, obtinet partes actoris, & sic prius tenetur de suo iure docere, & probare. arg. l. ex tribus. ff. 198
de iudi. & per consequens impetrans possessorium efficitur actor: & tanquam talis tenetur probare: & eo actore non probante reus opponens absoluēdus esset. l. qui accusare. C. de edendo.

Qui primus in interdicto cœpit agere obtinet partes actoris.

Sed quid si vterque tam actor, quàm reus suam possessionem probauerit & vterque de suo iure docuerit, quid dicendum erit? & dic quòd tunc ei qui habet titulum cùm sua possessione, esset possessio adiudicanda: cùm ille talis vltra possessionem habeat dominij titulum. c. licet. de proba. & Faber in 199
d. §. retinendæ. obseruatur enim hoc in huiusmodi interdicto, vt ille qui habet titulum cùm possessione, alteri præferatur qui solum habet possessionem. Barto. in d. l. si duo: per eum textum & Anthonius Rubeus Alexand. consil. 4. nu. 2.

Possessio ei est adiudicanda qui vltra possessionem probat de titulo.

Sicuti in simili dicitur de eo qui obtinuit beneficium à Romano pontifice vel à suo legato, cùm alter ab ordinario obtinuisset illudmet beneficium 200
eomet die, si non appareat vtra collatio sit prius facta, præfertur tunc qui reperitur in possessione, cùm ille habeat & titulum & possessionem: quare præfertur alteri qui solum habet titulum. c. si à sede. de præbe. in 6. semper enim melior est conditio occupantis & detinentis possessionem: & licet possessio beneficij non tribuat titulum, reg. beneficium. de reg. iuris. tamen iuncta cum titulo, est potens ad extinguendum alium titulum sibi oppositum in tempora concurrentem & sic talis possessio eo casu habet magnum effectum: ita Domi. de sancto Gemi. in eo. c. si à sede.

Idem censendum erit in episcopo & vicario concurrentibus. vt per Nicol. Boeri. decis. 347. potest enim vicarius etiam in præsentia episcopi conferre; & ad eum potest haberi recursus de omnibus, sicuti & in absentia ipsius episcopi. Boeri. in ea decisione, nu. 6. ita etiam & in hoc casu nostro si quis habeat possessionem cum titulo, præferendus erit ei qui solum habet possessionem.

Hoc etiam in hoc possessorio obseruatur, quòd probans antiquiorem possessionem debet obtinere contra eum qui probauit de possessione recentiori: 201
cùm antiquior possessor iuniori præferatur: propterea quòd iunior possessio seu recentior præsumitur tunc clandestina, cùm constat de antiquiori possessione nisi illa possessio recens sustineretur per aliquem titulum: tunc enim habens recentem possessionem cùm titulo præferendus erit habenti antiquiorem. dict. l. clam possideri. tollitur enim vitium clandestinitatis per titulum. vt per Rebuff. eo. consi.

Probans antiquiorem possessionē alteri habēti recentē præfertur.

Vbi autem partes solum probarent possessionem sine titulo, ille qui probauerit se prius fuisse in possessione, reportabit victoriam: quia sua possessio impe

Vbi solum possessio probatur, præfertur qui habet antiquiorem.

BIU Cujas

impedit ne sequens possideat. Bald. in c. si diligenti de præscrip.

Et vbi partes probarent de possessione, & bona fidè, ille erit potior, cui ius commune fauet. Innocent. in d.c. auditis. de præscrip. Id autem quod dictum est quòd probans de antiquiori possessione alteri præfertur, intelligendum est, nisi is qui habet recentiorem possessionem probaret quòd iam sunt decem anni, quod possederit, & infra: quia per tam longum tempus præsumeretur negligentia alterius. ita Curtius senior consi. 24.

Hoc interdictum retinendæ appellatur *complaincte*

Hoc autem interdictum retinendæ aliquando appellatur *complaincte* aliquando *cas de saisine & nouelleté*: inter quæ est hoc discrimen, nam *complaincte* locum habet in causis beneficialibus pro quibus beneficiis, hi qui in illis turbantur, debent à cancellaria regia obtinere eas literas *de complaincte*: & quæ literæ solum ab ipsa cancellaria debent obtineri: vt est ordinatio regis Caroli septimi, cuius meminit Rebuff. in concordatis in titulo, de forma mandati: in verbo, item facta, & licet propriè *complainctes* dentur in causis beneficialibus, dantur etiam & pro causis prophanis, quod licet colligere, ex his quæ ponit Papon in rubrica *des complainctes possessoires*: vbi indifferenter vtitur hoc nomine in omnibus possessoriis. 202

Possessoriũ ex titulis decidi debet in beneficiis.

In hac materia beneficiali quòd ex titulis possessorium decidi debet ex regiis ordinationibus, & in qua materia discuti debent tituli & parum curatur de possessione.

Pro rebus autem prophanis, & cùm quæstio est de possessorio rerum prophanarum, obtinentur literæ manutenentiæ à iudicibus regiis, & quæ iudicibus regiis dirigi debent, cùm literæ *de complaincte* dirigantur solum Seneschalis seu Bailiuis: & ita iudicatum fuisse refert ipse Papon in eo titulo, *des complainctes* arresto 11.

Et in hac materia est etiam notandum quòd ille qui habet suam possessionem ciuilem vel naturalem si turbetur in ea, poterit vti hoc interdicto, vt iam deductum fuit: propterea conductori qui solum habet tenutam, & qui possidet nomine domini, non datur hoc interdictum & neque illud proponit contra locatorem, sed si illi fiat, aut si illi detur impedimentum aliquod, audietur petendo illud amoueri per viam adiornamenti, & non per viam nouitatis quæ solum illi datur qui habet possessionem vel quasi. Masueri. in titulo de possessorio. §. item pro sola, & Papon ita asserit in suo *recueil* in titulo, *des complainctes* arresto vltimo. vsus tamen & praxis in hoc casu inoleuit vt etiam conductori detur hoc interdictum contra suum locatorem si ab eo impediatur pro tempore sui arrentamenti, pendente quo non debet turbari ab ipso locatore, nisi ex causa. Sunt plures aliæ differentiæ inter possessionem & proprietatem seu dominium, cùm nihil inter se commune habeant. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posse. quas quilibet deprehendere poterit & quas omitto: & hæc redigenda putaui vt quæ in praxi obseruentur, & sunt quotidiana.

Conductori nõ datur hoc interdictum.

Qui cum alia muliere, &c.

SVMMARIA.

1 PEr transitum ad secunda vota perduntur ea quæ à prædefuncto coniuge obuenerant.
2 Pœnæ statutæ contra secundo nubentes non habent locũ nullis stantibus liberis.
3 Pater habens liberos potest & extraneum instituere, dũmodo filijs relinquat legitimam.
4 Pater secundo contrahens matrimonium, habens liberos ex prima vxore non potest suã secundam vxorem hæredem facere.
5 Sed nec liberos ex alio matrimonio.
6 Mulier secundo nubens potest suo secundo marito omnia sua bona in dotem constituere.
7 Variæ pœnæ statutæ sunt contra secundò nubentes.
8 Pœnæ statutæ contra secundò nubentes infra annum luctus non habent locum in viris.
9 Pœnæ mulieribus statutæ nubentibus infra annum luctus sunt hodie sublatæ.
10 pœnæ quæ imponuntur viris & mulieribus secundò nubentibus quæ pœnæ hodie sunt in vsu. 11.
12 Pœnæ statutæ contra secundo nubentes quæ erant cognitæ de iure digestorum. Imperatores eas pœnas statuerunt. 13
14 Titulus de secundis nuptiis in tres partes diuiditur.
15 Titulus de secundis nuptiis respectu filiorum primi matrimonij est fauorabilis.
16 Mulieres dicuntur malum necessarium.
17 Nulla ciuitas sine muliere.
18 Spiritus defunctorum sunt in loco vbi non vident quæ hic aguntur.
19 Secundæ nuptiæ non sunt reprobatæ.
20 Abraham post mortem Sarræ, secundò contraxit matrimonium.
21 Tertullianus damnauit secundas nuptias.
22 Tertullianus incidit in hæresim.
23 Vidua honestius faciet si post mortem primi mariti se contineat.
24 Arthemisia maximum amorem erga suum prædefunctum maritum demonstrauit.
25 Septem orbis miracula.
26 Eroſtratus templum Dianæ combußit.
27 Lex Turcorum quæ iuuenes inuitabat ad vxores ducendas.
28 Secundò nubens perdit proprietatem lucrorum quæ à prædefuncto coniuge habuerat.
29 Onus soluendi vectigal, pertinet ad vsufructuarium.
30 Mundus muliebris quid dicatur.
31 Mundus etiam sumitur in alia significatione.
32 Tres mundi.
33 Cœlum quid propriè.
34 Philosophi decem cœlos dixerunt.
35 Cœli nonnunquã pro sanctis intelliguntur.
36 Cometæ qui stellæ crinitæ vocantur.
37 Cometæ interdum bona interdum mala prænotant.
38 Firmamentum est regio aerea, in qua pluuiæ, niues & cometæ apparent.
39 Transiens ad secunda vota de consensu prædefuncti coniugis, euitat pœnas indictas contra secũdò nubentes.

BIU Cujas

40 Contrahens matrimonium de consensu suorum filiorum nullas incurrit pœnas.
41 Cessant pœnæ statutæ contra secundo nubentes vbi stãt liberi vel si decesserint ante vel post. 42.
43 Quæ acquiruntur ex contractu societatis an sint reseruanda.
44 Arrhamentum licite contrahi potest inter maritum & vxorem.
45 Pactum de lucranda dote inter coniuges stantibus liberis primi matrimonij non valet.
46 Pater per transitum ad secunda vota nõ perdit vsumfructum bonorum suæ prædefunctæ vxoris.
47 Quæ filius olim acquirebat, suo patri acquirebat.
48 Olim pater maius ius habebat in bonis sui filij quàm habeat hodiè.
49 Filius omnes contractus facere potest.
50 Pater ex contractu sui filij non tenetur nisi in tribus casibus.
51 Pater pro filio obligatur propter iussum.
52 Consensus alius est quàm iussus.
53 Pater pro filio tenetur institoria & tributoria.
54 Nulla pœna statuta erat contra patres proprios filios occidentes.
55 Cõtra matres proprios filios occidẽtes pœna statutæ erãt.
56 Inequalis potestas est patris & matris erga eorum filios, licet eorum pietas æqualis sit.
57 Peculium quadruplex.
58 Castrense peculium quid sit.
59 Peculium quasi castrense quid sit.
60 Peculium aduentitium quid sit.
61 Peculium profectitium quid sit.
62 Lucrum quod filius facit ex suo labore cui acquiratur & 63.
64 Quæ donantur vxori mariti contemplatione, non sunt liberis primi matrimonij reseruanda.
65 Transiens ad secunda vota, priuatur filiorum successione.
66 Mater secundò nubens filio succedit ex testamento.
67 Mater ab intestato filio succedit quamuis ad secunda vota trãsierit cum suis filiis respectu bonorum quæ ad filium peruenerant aliunde quam ex paterna substãtia. & 68.
69 Mater quæ secundo nupsit, succedit filio ab intestato stãtibus fratribus vterinis aut cõsanguineis: idem in patre obseruatur. 70.
71 Pater quæ suæ filiæ dotem constituit illi succedit ab intestato, etiam si secundò matrimonium contraxerit, & idem in matre.
72 Transiens ad secunda vota non potest plus donare secundo coniugi quàm donat vni ex liberis primi matrimonij.
73 Quod procedit etiam si sint sibi nepotes, sed quid si sint filij ex diuersis fratribus. 74.
75 Transiens ad secunda vota, sicuti suo secundo coniugi non potest plus dare qnàm vni ex filiis, ita etiam & non poterit plus dare filio ex secunda coniuge.
76 Fratribus aut aliis consanguineis secundi coniugis quis transiens ad secunda vota, prohibetur relinquere.
77 Secundo contrahens matrimonium: tantum potest dare secundo cõiugi quãtum dedit vni ex filiis primi matrimonij.
78 Illud plus quod à secundo coniuge aufertur applicandum filiis primi matrimonij, applicandum venit etiã si non sint hæredes. 79.
80 A tali lucro, quod liberis primi matrimonij applicatur non priuatur filius: quamuis renunciauerit successioni paternæ.
81 Liberum est mulieri non transeunti ad secunda vota, relinquere vni ex filiis quos iam habuit ea quæ habuit.
82 Filij secundi matrimonij possunt hæredes instituí.
83 Educatio liberorum, non pertinet ad nouercam.
84 Vitricus potest esse tutor filiorum primi matrimonij: sed non educator.
85 Pater potest esse educator liberorum primi matrimonij.
86 Mulier secundò nubendo perdit tutelam suorum liberorum, quam non recuperat etiam demum mortuo suo secundo marito. & 87.
88 Mater non erit priuata tutela quamuis declarauerit se velle nubere & tutorem petierit: dummodo non nupserit, quamuis sponsalia contraxerit. vt in numero. 89.
90 Pater transiens ad secunda vota, non perdit administrationem suorum liberorum.
91 Mulieres de iure Codicis à tutela repelluntur.
92 Speciale in matre & auia vt possint esse tutrices.
93 Legitima tutela est illa quam mater aut auia gerit.
94 Mater volens ad tutelam admittitur.
95 Mater in tutela sui filij præfertur auo etiam paterno.
96 Mater aut auia volens admittitur & non inuita ad filij sui tutelam.
97 Mater tacitè vel expressè tutrix, in testamento constitui potest.
98 Tutor testamentarius non tenetur satisdare.
99 Vitricus tutelam iam assumptam potest continuare, sed non quòd de nouo possit eam assumere.
100 Mulier per transitum ad secunda vota, perdit alimenta sibi relicta in testamento sui mariti.
101 Legatum vsusfructus non perditur per transitum ad secunda vota.
102 Legatum vsusfructus vxori à marito filio hærede instistituto resoluitur in alimenta: nisi de voluntate mariti contraria constaret. 103.
104 Legatum vsusfructus bonorum nullo dato hærede importat institutionem hæredis.
105 Relinquens vsufructuarium in vita & post eius mortem talem instituens, talis vsufructuarius censetur institutus.
106 Filio testatoris pro parte instituto, & extraneo pro alia parte, vidua relicta vsufructuaria pro parte vsumfructum consequetur.
107 Legatum factum viduæ & post eius mortem quòd Titius illud legatum habeat, si interim vidua secundò nubat, quid iuris.
108 Mulier secundò nubens non reddita ratione tutelæ obligat bona secundi mariti.
109 Vidua quæ de facto tutelam suorum filiorum administrauit, quamuis secundò nupserit non reddita ratione, non tamen bona secundi mariti obligantur.
110 Ilium refectum fuit ab Alexandro.
111 Troia quædam prouincia.
112 Innocentes sæpè grauissimis pœnis subiiciuntur.
113 Daniel inter tres iustos.
114 Pius homo sæpè exercetur, cùm alias impiis omnia cedant in bonum. & 104.
115 Mater quæ non curauit prouidere filiis primi matrimonij de tutore, quibus pœnis afficiatur.
116 Mater propter suam negligentiam ea pœna afficitur.
117 Mater excusatur, si filiis tutorem non petierit: cùm illi filij auum paternum habeant.
118 Datur annus viduæ ad petendum tutorem filiis.

BIU Cujas

119 *Filio pupillo decedenti mater excluditur si filio tutorem non petierit.*
120 *Vterini tamen fratres non excludentur.*
121 *Mater tutrix filiorum nubens secundò non petito tutore, priuatur suorum filiorum successione.*
122 *Leges pœnales extenduntur vbi est eadem ratio.*
123 *Tria requiruntur ad hoc vt cesset pœna authenticæ eiusdem pœnis.*
124 *Mater filij sui successione non priuatur in non petendo tutorem si filius in pupillari ætate decesserit.*
125 *Pœnæ statutæ contra secundò nubentes cessant : vbi nulli stant liberi.*
126 *Mater quæ nupsit non petito tutore, non succedit filio impuberi defuncto, etiam si fratres non sint illi filio impuberi.*
127 *Frater vterinus succedit fratri vterino defuncto in pupillari ætate matre excluſa quæ illi filio tutorem non petierat.*
128 *Vidua non tenetur deferre vestes lugubres pro defuncto marito.*
129 *Vidua pendente anno luctus tenetur lugere maritum.*
130 *Honestum est ipsis viduis, significationem luctus ostendere ex habitu.*
131 *Moribus antiquis viuendum & vtendum verbis præsentibus.*
132 *Obseruantia moris antiqui facit ad politiam.*
133 *Color albus olim erat simbolum luctus, hodie color niger.*
134 *Expensis hæredum mariti viduæ vestiri debent veste lugubri.*
135 *Mulier quantumuis vetula, potest tamen matrimoniũ contrahere.*
136 *Mulier quinquagenaria non potest regulariter parere.*
137 *Viri vsque ad tempus sexaginta annorum possunt parere.*
138 *Antiqui robustiores fuerunt quàm sint hodie.*
139 *Lex antiqua, Sexagenarius ne ducito.*
140 *Matrimonium sæpe contrahitur ad prolem tum susceptam legitimandam.*
141 *Habens liberos ex concubina, si demum ea concubina relicta, cum alia muliere matrimonium contraxerit : ea mortua poterit demum cum concubina matrimonium contrahere.*

Super verbo, Qui cum alia muliere matrimonium contrahens.

POST mortem ipsius Adiectæ, Petrus secundò contraxit matrimoniũ, & filios ex sua secunda vxore sustulerat, & nihilominus bona prædefunctæ vxoris Adiectæ tenebat: quod videtur contra iura, quæ volunt secundò nubentes, per transitum ad secunda vota perdere saltẽ quo ad proprietatem ea quæ à prædefuncto coniuge accepta fuere. l. 2. & l. hac edictali. C. de secundis nuptiis. 1

At huic obiectioni facilè responderi potest, & multis modis: primò quòd quamuis per transitum ad secunda vota, quis perdat ea quæ habuit à prædefuncto coniuge, hoc intelligitur respectu proprietatis bonorum, & non quantum ad vsumfructum ipsorum bonorum, cùm alter ex coniugibus eo vsufructu vti possit quandiu viuet. d. l. fœminæ, & l. hac edictali, quare poterit hic Petrus vti illis bonis quandiu viuet, quantumuis secundò matrimonium contraxit: & sic cessat talis obiectio.

Tum & secundò responderi potest, quòd pœnæ quæ statutæ sunt contra secundò nubentes, & cõtra secundò contrahentes matrimonium, locum habent stantibus liberis primi matrimonij, vbi autem nulli supersunt liberi ex eo matrimonio, cessant illæ pœnæ. d. l. fœminæ. ibi, quæ susceptis ex primo matrimonio liberis, & in d. l. hac edictali, & ibi docto. in hoc autem nostro casu, Petrus quidẽ ex suo matrimonio cum Adiecta habuerat filium: sed illa muliere viuente mortuus fuerat, vt ex hoc textu apparet, quare cessabant illæ pœnæ & cessat etiam talis obiectio. 2 Pœnæ statutæ contra secundo nubẽtes habent locũ stantibus liberis.

Est quidem verum quòd secundò contrahens matrimonium habens liberos, afficitur multis pœnis: & ea præcipuè vt non possit secundo coniugi plus relinquere quàm vni ex filiis primi matrimonij: & non extantibus liberis posset libere de suis bonis, sicuti & quilibet alius, immò pater, & mater habens filios poterit vel extraneum instituere, dum tamen filius relinquat legitimam. l. parentibus. C. de inof. testamento. quod tamen non procedit in marito aut muliere secundò matrimonium cõtrahente, qui stãtibus liberis primi matrimonij non potest instituere secundum maritum, aut secundam vxorem: nec illi dare plus quàm vni ex filiis primi matrimonij, cui minus reliquerit. d. l. hac edictali, sed nec liberos secundi coniugis aut secũdæ vxoris ex alio matrimonio, poterit hæredes instituere: plenè Boeri. decis. 201. nam sicuti conuolans ad secunda vota, non potest plus relinquere secundo coniugi, quàm vni ex filiis suis ex primo matrimonio, ita nec filio eius ex alio matrimonio. 3 Parens habens liberos, potest & extraneum hæredem instituere, liberis legitimam relinquendo. 4 5

Liberis quidem primi patrimonij, aut liberis secundi matrimonij, poterit eis relinquere vt volet & eos hæredes facere: dummodo filij primi matrimonij, & alij filij non fraudentur legitima. §. penult. in authent. de nuptiis, & Ioan. Nicholai in repe. illius legis, hac edictali. in decisione secundi dubij.

Poterit tamen mulier secundò nubens omnia sua bona in dotem constituere suo secundo marito, etiam extantibus liberis primi matrimonij. gl. in d. l. hac edictali & Boeri. in ea decisione: non tamen quòd possit facere pactum de succedendo, aut de dote lucranda & Boeri. loco quo suprà. 6 Secundò nubẽs potest omnia sua bona in dotem constituere.

Et quoniam in mentionem secundarum nuptiarum incidimus, super illis aliquid tangemus & aduertendum erit varias pœnas statutas fuisse contra secundò nubentes, & variis respectibus, sunt enim quædam pœnæ statutæ contra mulieres nubentes infra annum luctus, & hoc ratione festinationis ipsius matrimonij secundi: de quibus in l. j. C. de secundis nup. & hæ penę respiciunt solas mulieres, & cessant in maritis secundò matrimonium contrahentibus, qui nullas pœnas incurrunt, licet statim post mortem vxoris contrahant matrimonium, cessat enim hoc casu timor perturbationis sanguinis, ratione cuius illæ pœnæ statutæ fuerant propter prolis incertitudinem. l. liberorum. ff. de his qui 7 Pœnæ quæ imponuntur secundo nubenti infra annum luctus imponuntur solis mulieribus. 8

BIU Cujas

qui notantur infamia: non enim facilè esset dignoscere an partus esset prioris matrimonij an secundi, si statim post mortem prioris mariti liberum esset mulieri viduæ contrahere matrimonium, quare ne partus in dubium veniret, sancitum fuerat vt mulieres viduæ abstinerent à secundo matrimonio per tempus vnius anni, & sic infra annum luctus, si secundò nupsissent, incurrebant eas pœnas de quibus in l. j. C. de secũ. nup. & in l. j. ff. de his qui notãtur infamia.

9 Pœnæ quę mulieribus transeuntibus ad secũda vota, imponuntur ob transitũ ad secunda vota infra annum luctus sunt correctæ.

Illæ autem pœnæ quæ imponuntur mulieribus secundò nubentibus infra annum luctus, sunt hodie sublatæ, & neque sunt amplius in vsu per dictum Apostoli dicentis, mulier post mortem viri soluta est à lege, quæ si non possit continere nubat in domino. c. vlti. de secun. nup. & sic per hæc dicta dispositio iuris ciuilis in ea l. j. C. de secun. nup. est hodie correcta & emendata & sic cùm mulier ex dispositione iuris canonici possit nubere post mortẽ sui mariti, non expectato tempore anni, hoc faciendo & nubendo non debet pati aliquas pœnas, nã is qui aliquid facit lege permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulte.

Imponebantur enim huiusmodi pœnæ mulieribus nõ quia nuberent, sed quia nimis festinanter, & contra bonos mores nuberent, nubendo ante annum luctus. §. siquidem. in authent. de nup. verùm tales pœnæ sunt correctæ: vt post multa tenet Ioan. de Garronibus in repet. illius legis. j. C. de secun. nup. & docto. in c. fi. de secun. nuptiis: honestius tamen faciet mulier vidua si se contineat post mortem mariti per aliquot menses propter sanguinis turbationem: quoniam non facile partus dignosci posset, an esset ex primo, vel ex secundo marito: cessat autem timor perturbati sanguinis post tres aut quatuor menses à morte mariti: vt per Bal. in l. decreto. C. ex qui. causis infa. irrog. quem refert Boer. decis. 186. nu. 2.

10 Pœnæ quę sunt communes & viris, & mulieribus transeuntibus ad secunda vota.

Sunt & aliæ pœnæ quæ imponuntur & viris & mulieribus secundò matrimonium contrahentibus: & sunt communes & viris & mulieribus secundò matrimonium contrahentibus: & illis pœnis afficiuntur non quòd secundò matrimonium contraxerint, neque propter festinationem matrimonij, at propter iniuriam qua afficiuntur filij primi matrimonij, cùm eorum pater, aut mater secundò contrahit matrimonium, de quibus in l. fœminæ. & in l. hac edictali. C. de secun. nupt. quæ pœnæ
11 sunt hodie etiam in vsu, & neque sunt correctæ de iure canonico: vt per Inno. in d. c. fi. de secun. nup. & ibi etiam Panor. & habent locum siue alter ex coniugibus secundò contraxerit matrimonium ante annum luctus, siue post: nam semper fit iniuria filiis primi matrimonij, ratione cuius ille talis secũdò contrahens matrimonium semper incurrit eas pœnas, de quibus prius quàm dicere incipiam, hoc vnum tangam.

12 Quòd tales pœnæ quæ imponuntur secundò cõtrahentibus matrimonium, de iure digestorum erant incognitæ: nam in libris digestorum nullus reperitur titulus de secũdis nuptiis: erant quidem statutæ pœnę contra mulieres nubentes intra annum luctus propter perturbationem sanguinis, de qui-
13 bus. in l. j. ff. de his qui notantur infamia: verùm imperatores in eo titulo de secun. nup. eas pœnas statuerunt.

Qui titulus de secundis nuptiis in tres partes diuiditur: prima pars declarat pœnas quas patitur mulier nubens secundò infra annum luctus, quæ pœnę solis mulieribus secundò nubentibus impositę fuerunt propter turbationem sanguinis, vt iam dictum fuit, & cessant in vno in quo cessat illa sanguinis turbatio: & habebant locum illę pœnæ non quia nubebant, sed quia nubebant infra annum luctus, & nimis festinanter: de quibus in l. j. C. de secun. nuptiis, & quoniam illę pœnæ hodie cessant, & non sunt in vsu, super illis non amplius verba faciemus.

Titulus de secundis nuptiis in tres partes diuisus.

Prima pars respicit viduas nubentes infra annum luctus.

Secunda pars illius tituli de secundis nuptiis, declarat pœnas quas patitur vir, vel mulier secundò contrahens matrimonium, siue ante annum luctus, siue post: de quibus pœnis in l. fœminæ. & in l. hac edictali. C. de secun. nupt. & quę pœnæ sunt communes & viris & mulieribus secundò matrimoniũ contrahentibus, existentibus filiis primi matrimonij, & quę pœnæ sunt hodie in vsu.

Secunda pars respicit secundò contrahentes matrimonium.

Tertia verò pars declarat pœnas quas patitur secundò contrahens matrimonium, vel ante annum luctus, vel post, liberis primi matrimonij stantibus, & hoc in suis propriis bonis: de quibus in d. l. hac edictali. & in l. quoniam. eod. quę pœnæ adhuc sunt in vsu, & hoc propter iniuriam quę committitur filiis primi matrimonij, & etiam quia secundò contrahens matrimonium censetur contristari animam defuncti coniugis. §. qui vero. in authent. de nupt. quæ pœnæ quia respiciunt fauorem filiorum, locũ habent tam contra maritum, quàm contra vxorem secundò nubentem: & sunt communes tam viris quàm mulieribus. authent. neque virum. de nuptiis. in authent. facit, quia dispositum in vno correlatiuorum habet locum & in alio. l. vlti. C. de indicta viduitate tollenda: & cùm in viris & mulieribus secundò matrimonium contrahentibus militet eadẽ ratio, nempe fauor filiorum, ergo idem ius in vtroque statuendum erit.

Tertia pars respicit pœnas contra secundò contrahentes matrimonium stantib. liberis in propriis bonis.

Et huic decisioni non obstabit quòd lex, fœminę, sit pœnalis, & per consequens restringenda: cùm odia restringi, & fauores deceat ampliari. reg. odia. de regu. iuris: quia hæc obiectio non procedit in odiosis, & correlatiuis, vbi in vtroque est eadem ratio, vt per docto. in ea. l. vlti. tum etiam quia dici potest, totum eum titulum de secun. nup. inquantum respicit vtilitatem & fauorem filiorum primi matrimonij, esse fauorabilem, & ob id extendi debere, vt locum habeat & in patre & in matre, ob filiorum primi matrimonij vtilitatem, & licet possit di- 15
ci pœnalis respectu pœnarum quæ ibi positæ sunt contra secundò nubentes: tamen propriè fauorabilis est propter commodum filiorum primi matrimonij. Stepha. Bertran. in repeti. illius. l. hac edictali.

Lex pœnalis etiam in odiosis extenditur vbi est ead. ratio.

Sed adhuc altera ratio magis videtur vrgere, vt pœnæ illæ non locum debeant habere in viris, sed in solis mulieribus secundò nubentibus: nam certũ est quòd secundæ nuptiæ magis dedecent mulieres quàm viros: ergo videtur quòd illæ pœnæ solùm debeant locum habere in mulieribus secundò nubentibus, & non in viris secundò matrimonium contrahentibus, qui non possunt sine vxoribus viuere, neque domesticis negotiis vacare. Paul. Castren. in auth. cui relictum. C. de secun. nup. propterea Cato appellabat vxores malum necessarium: & 16
est

Obiectio.

Viri sine vxoribus non possunt viuere.

Vxores malũ necessarium.

Metelli sentẽtia.

est ea Quinti Metelli oratio, cuius meminit Aulus Gellius lib.j.c.6.in suis atticis noctibus,in qua oratione hoc scriptum refert Gellius,si sine vxore (inquit) Quirites,possemus diutius viuere,omnes nos ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradidit,vt nec cum illis,nec sine illis viui potest, saluti propriæ potius quàm breui voluptati consulendũ est:erat enim Cato hortaturus ibi ciues Romanos ad vxores ducendas: & cùm sciret eos defugere omnes molestias, quæ in matrimoniis superueniunt, ita suam exhortationem instituit per quam non negabat ille multas molestias esse in matrimoniis: sed illis molestiis opponit maius bonum quàm sit malum molestiæ,hinc vulgatum illud,nulla ciuitas sine mole,hoc est sine muliere.

Cuiusdam Romani sententia.

Et ad hoc propositum dicere solebat quidam Romanus, si fœminis ciues carere possemus, magna careremus molestia:fieri autem non potest vt careamus, prodest enim hic sexus ad replendã ciuitatem liberis,& ciuibus qui ex hoc coguntur contrahere matrimonium, vt ciuitatem repleant liberis,& hæc cum illa vna appellatione primi parentis pulchrè conueniunt,quæ Eua appellatur,id est mater omniũ viuentium. Non certè stare potest ciuitas sine mulieribus,quod olim præuidens Romulus post conditam ciuitatem, & cùm Romam ipsam ordinasset,

Numerus centum senatorũ Romæ auctus vsque ad trecẽtos.

centúmque senatores statuisset, qui numerus demum vsque ad trecentos senatores fuit auctus tempore Bruti consulis post exactos reges è Roma, is Romulus legatos misit ad connubia quærenda & cùm neque illi legati auditi fuissent, dissimulata animi ægritudine ad tempus instituit Romulus in ea noua ciuitate nouum spectaculum celebrare,& hoc occultum erat consilium de rapiendis virginibus quæ eò accederent: quod & factum fuit:nam virgines omnes quæ Romam venerant, raptæ fuere à ciuibus Romanis,& hoc signo dato ipsis ciuibus:& hoc dolo Romani eorum ciuitatẽ replerunt & mulieribus,& liberis.

Hæc tamen non officiunt quin illæ pœnæ & viris & mulieribus communes sint,vt iam concluſum fuit:tum propter iniuriam qua afficitur coniunx iã defunctus,cùm superstes ad secunda vota conuolat: cuius animam vulgò fertur contristari eo casu quod planè ridiculum est. Attestatur etenim diuus Au-

Animæ defunctorum ignorant quæ hic aguntur.

guſtinus in libro de spiritu & anima,animas defunctorum ipsosque mortuos ignorare ea quæ ibi agũtur.Sunt enim,inquit,spiritus defunctorum in loco
18 vbi non vident,neque audiunt quæ hîc in hoc mundo aguntur,nec quæ eueniunt hominibus.

Defunctis est cura de viuis.

Vulgo tamen fertur esse eis curam de viuis,quãuis quid hîc agatur, nesciant: quemadmodum cura est nobis de mortuis,quamuis quid illi agant,planè nesciamus, & Eucherius in commentariis in libros regum libro quarto,quem refert historia Tripartita in quinta centuria,capite quarto,vbi inquit,sunt spiritus defunctorum in loco vbi non vident quæcunque aguntur in hoc seculo aut eueniunt, & nesciunt mortui quid hîc agatur: sed dum hîc agitur postea audire & intelligere possunt ab his,qui moriendo ad eos pergunt, non quidem omnino, sed quantum finitur eis indicare,& scire etiam possunt ab angelis, qui hîc nobis præsto sunt & animas nostras ad eos mortuos deferunt: possunt etiam cognoscere, spiritu Dei eis reuelante quæ hîc à nobis aguntur,quod necessarium est eis cognoscere.

Ea igitur ratio quòd anima defuncti coniugis contristatur, quando secundus coniunx superstes conuolat ad secũda vota,planè ridicula, & lenis est: sed vera ratio ea datur,nempe propter iniuriam qua filij primi matrimonij afficiuntur: qui vt sæpissimè contemnuntur, & reiiciuntur à parente qui secundò contrahit matrimonium, vtq; parens superstes metu pœnarum quas videt paratas esse sibi secundò nubendo reddatur difficilior ad secundum matrimonium contrahendum:& quæ pœnæ in totũ concernunt fauorem filiorum primi matrimonij& quibus puniuntur hi qui secundò nubunt.

Ratio quare secundo matrimonium contrahentes afficiantur tantis pœnis.

Non quòd secundæ nuptiæ reprobatæ sint, & 19
quas scimus approbatas fuisse de iure diuino, & adest exemplum de ipso Abrahamo qui post mortem Sarræ suæ primæ vxoris, secundò demum contraxit matrimonium:vt legitur Geneſis.25.c.

Secũdæ nuptiæ non reprobantur.

Quidam tamen eas secundas nuptias planè dam- 20
nauerunt, & quas Tertullianus damnauit tanquam stupra, qui in eum errorem lapsus fuit, sicuti & in multos alios vt diuus Auguſtinus annota- 21
uit dum scripsit ad quo-vult-Deum, vt refert historia Tripartita in quinta centuria. cap. 5. & ibi inquit, quòd vir ipse Tertullianus, alioquin vir summus,in vltimis tamen temporibus incidit in multos errores & hæreses,vnde hæreses Tertulliani. 22
Eas tamen secundas nuptias ab ipso Abraha-

Hæreses Tertulliani.

mo viro iusto approbatas fuisse videmus: & ab aliis, & hoc propter prolem quæ speratur ex matrimonio, ratione cuius hoc matrimonium à summo Deo institutum fuit, vt liberi procrearentur, & non ratione libidinis:est quidem verum quòd licet à principio causa procreandæ sobolis matrimonium institutum fuerit, tamen hodiè post lapsum primi parentis, & matrimonium nobis necessarium est tum & ad prolem habendam, tum & ad fornicationem euitandam:vt Paulus nos admonet prioris Corinthiorum. c.septimo:honestius quidem faceret mulier si se à secundis nuptiis temperaret post mortem sui primi mariti, & si se contineret, pudicitiámque suam atque amorem erga prædefunctum iam maritum conseruaret, ad exemplum Arthemisiæ viduæ regis Mauſoli, cuius tanta fuit amicitia erga suum prædefunctum maritum regem vt planè videatur esse supra omnes amorum fabulas, & vltra fidem affectionis humanæ.

Matrimonium quare institutum.

Ea etenim Arthemisia post mortem sui mariti qui erat rex Cariæ, illa flagrans luctu mariti, ossa, cinereſque eorum mixta odoribus, concuſſáque ipsa ossa in puluerem, aquæ indidit, & 25
demum singulis diebus bibebat. Molitáque est sepulchrum illud memoratissimum, & quod memoratur inter septem orbis miracula,quorum primum habetur hoc Mauſoli sepulchrum. Secundò sunt muri vrbis Babylon: quæ Babylon centum claudebatur portis æneis. Tertium est colloſſus Solis in Rhodiensi ciuitate.Quartum sunt pyramides quæ sunt in Aegypto, quarum tres præcipuè recensentur, quæ sunt infrà ciuitatem Memphis, quæ hodiè, *Lou-caire*, appellatur & præcipuè vna illarum inter ea septem orbis miracula numeratur. Quintum est templum Dianæ in Epheſo, quod Eroſtratus combuſſit, vt sui memoriam relinqueret, tempore quo Alexander magnus natus fuit. 26
Sextum est imago Iouis Olympias. Septimum fuit

Mauſoli sepulchrum.

Septem orbis miracula.

BIU Cujas

turris in insula Samos in Aegypto, & præter hæc
Horti Lucani refert Sabellicus hortos Luculanos à Lucullo constructos inter sumptuosissima orbis opera esse, & quos posteritas fuit admirata: tamen non adnumerantur inter septem orbis miracula.

27 Et quantum pertinet ad liberos procreandos,
Lex Turcorũ. extat Turcorum lex, quæ iuuenes floridæ ætatis inuitabat ad ducendas vxores muneribus, & honoribus, qui verò prima defuncta alteram superinduxisset, is inuisus & diis & hominibus habebatur, & ab omni honore arcebatur: cuius rei testis est Alexander ab Alexandro.

28 Inter autẽ eas pœnas quibus afficiebantur secundò nubentes, vna est in perditione lucrorum nuptialium: perdit enim secundo nubens proprietatem lucrorum nuptialium & bonorum sibi relictorum à prædefuncta coniuge, siue in contractu, siue in vltima voluntate. authentic. lucrum. C. de secund. nupt. & in summa quis transeundo ad secunda vota, perdit quicquid ex facultatibus prędefuncti sui coniugis consequutus fuerit titulo lucratiuo quo ad proprietatem, remanente earum rerum vsufructu penes ipsum quandiu viuet. d. l. fœminæ. in princ. & in authentic. neque virum. C. de secun. nupti. & quod magis est, si extraneus in contractu matrimonij donauerit alicui vni ex coniugibus de suis bonis, si demum alter ex coniugibus conuolet ad secunda vota, id quod ab eo extraneo accepit, & id quod illi donatum fuit est reseruandum liberis primi matrimonij, de quo plura Franciscus Marci. decis. 76. par. 2. & sic proprietas earum rerum donatarum filiis primi matrimonij acquiritur.

Donatum ab extraneo coniuge illud liberis primi matrimonij reseruatur per transitum ad secunda vota.

Quod procedit siue illi filij sint hæredes, siue non: nam indistinctè omnibus filiis ex eo matrimonio acquiritur totum illud remanente eo coniuge, qui transiit ad secunda vota, vsufructuario eorum bonorum: qui tanquam talis, nempe vsufructuarius tenetur ad omnia onera realia: soluendi tallias, census, & huiusmodi, ad quæ onera tenetur ipse vsufructuarius. l. hactenus. ff. de vsufru. nam qui colligit fructus, ad ea onera realia tenetur per l. Imperatores. ff. de publica.

29 Vsufructuarius ad omnia onera tenetur.

Idem censendum est & in eo qui habet habitationem alicuius domus: vt si maritus domus suæ habitationem suæ vxori legauerit: nam talis vxor demum facta vidua vtendo illius domus habitatione, tenebitur ad ea onera realia respectu ipsius domus, & quandiu in ea habitauerit, habitatio enim est in fructu. l. si ea. C. de vsuris, & ibi Bal. & in l. si is qui. & ibi Bar. ff. de pignor. Cornæ. cons. 64. vol. & licet minus sit habere habitationem, quàm habere vsumfructum, tamen quia vterque, & is qui habet vsumfructum, & is qui habet habitationem, dicitur possidere, & vterque fructus percipere, cùm habitatio sit in fructu, vt iam dictum est: ergo etiam vterque ad onera realia tenebitur, & ita iudicatum fuit in curia nostra generalium, nona mensis Decembris, anno 1573. me referente in causa appelli, quæ ibi vertebatur inter Gulielmum Bateira appellantem, de Germanã & Foix, viduam, cui eius maritus legauerat suæ domus habitationem, quæ recusabat soluere tallias, quæ imponebantur ratione illius domus, sed tandem fuit condemnata per arre-

Habens habitationem ad omnia onera realia tenetur.

Habitatio in fructu.

Habens habitationem & vsumfructum dicitur possidere.

stum curiæ ad eas exoluendas pro tempore quo ipsam domum inhabitabit: is enim qui fructus percipit, ad ea onera realia tenetur, vt iam dictum est, & est l. quæro. ff. de vsufruct. legato. ad hoc propositum: non enim potest negari, quin habens habitationem fructus non percipiat: tum etiam quia potest eam habitationem locare. l. cum antiquitas. C. de serui. & aqua. & non solum tenetur ad eas tallias exoluendas, sed & ad expensas quæ fiunt à militibus quando exercitus militum transit per aliqua loca, vt est textus ad hanc rem, in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. & quemadmo. vsusfruct. caueat.

Habens habitationem eam potest locare.

Omnia ergo quæ coniunx superstes consequutus fuit ex suo coniuge prædefuncto titulo lucratiuo ex contractu vel ex vltima voluntate, id totum ad liberos primi matrimonij pertinere debet: per ea iura deducta, & per authentic. ex donatione. C. de secun. nupt. & per consequens veniunt lucra nuptialia, quæ liberis primi matrimonij sunt reseruanda. l. cum aliis. C. de secund. nupti. & etiam mulier ipsa secundò nubendo perdit mundum omnem muliebrem quem à prædefuncto viro iam habuerat per ea iura.

Appellatur autem mundus muliebris, ornatus muliebris quo mulier mundior fit: cuius nomi- 30
nis appellatione continetur speculum, inaures, Mundus muliebris.
armillę, anuli, gemmæ, & similia, quibus mulieres ornantur. Lucilius mundum muliebrem posuit in neutro genere, & de hoc mũdo muliebri fit mentio in l. argumento. §. mundus. ff. de auro. & argent. lega. Sumitur etiam mundus in alia vulgata significatione pro eo quod constat sole, luna, stellis, terra, & omnibus elementis: & in summa pro eo quod continetur ambitu cæli, & quem Plinius appellat cælum cuius circumflexus omnia tegit: & sumitur pro toto vniuerso. 31 Mundus.

Mundus muliebris in neutro genere reperitur.

Ioannes Picus Mirandula inquit, antiquitatem tres mundos figurasse: supremum omnium vltra 32
mundanum, quem Theologi angelicum, philosophi Tres mundi.
autem intellectuale vocant, quem à nemine pro sui dignitate satis decantatum inquit Plato. Huic proximum cæleſtem, postremum omnium sublunarem hunc quem nos incolimus: & mouetur tertius à secundo, secundus à primo regitur.

Propriè autem cælum dicitur, quod habet impressa stellarum nomina: finxerunt autẽ Philosophi 33
decem cælos, quorum à planetis appellarunt septẽ: Cælum. Decem cæli.
primum autem dixerunt cælum empyreum, quod manet fixum & quietum: & quod nullo motu par- 34
ticipat, teste ipsõ Pico: secundum cælum Christallinu: tertium stellatum: quartum cælum Saturni: quintum cælum Iouis: sextum cælum Martis: septimum cælum Solis: octauum cælum Veneris: nonum cælum Mercurij, & decimum seu vltimum cælum Lunæ dixerunt.

Alij autem tres cælos affirmarunt: primum aërem dixerunt, secundum firmamentum, tertium verò Tres cæli.
empyreum: illos autem septem planetas, septem stellas erraticas dicebant in firmamento esse. Diuus Chrysostomus in Homilia in Genesim, irascitur, contra eos qui ponunt plures cœlos. Ambrosius autem & Basilius in opere sex dierum, contendunt plures esse cælos. Arbitratur autem D.

Augusti

BIU Cujas

Augustinus disputationes de cælo, de forma & figura ipsius planè inutiles esse, & quas disputationes, inquit, maiores nostri obmiserunt, cùm earum rerum cognitio parum ad beatam vitam proficiat: & neque huic opinioni obstabit dictum Iob, 38. c. ibi, quis enumerabit cælorum rationem: nam ibi cælorum nomine, sancti intelligantur: vt in alio loco: cæli enarrant gloriam dei, id est sancti: sicut etiã cælum ipsum pro aëre accipitur, ibi: volucres cæli, & tradit nobis diuina scriptura vnum cælum à summo Deo conditum fuisse.

Cælorum nomine aliquando sancti intelliguntur.

35

Cælum pro aëre.

Alij dicunt, & ponunt duplex cælum aliud scilicet visibile, mutabile, siue materiatum: & illud est quod continet sedes imbrium & pluuiarum, & est propriè aër nobis circunfusus: & dicitur etiam cælum stellatum, quod suas partes habet pro ratione syderum fixorum & errantium: & quod etiam firmamentum vulgò appellatur, & vbi videntur, seu apparent cometæ, qui latinè stellæ crinitæ vocantur, & sunt quidem stellæ naturales, quæ apparent certis temporibus, & fiunt de quinque planetis, verùm nusquam apparent quin aliquid in futurum præsagiant: interdum tamen bona interdum verò mala prædicunt. Si enim de Venere aut Ioue fiant, optima pronuntiant: si de Marte aut Saturno, pessima. Mercurialis autem est talis, qualis ille cui adhæret: ita Seruius in Vergilium decimo Aeneidos, sicuti de deliquiis solis attestatur Cardanus: nec enim, inquit, semper mala à deliquiis procedũt, sed persæpe etiam bona. Hoc autem firmamentum est ipsa regio aëris in qua sublimes illæ impressiones apparent: pluuiæ, niues, fulgura, tonitrua, cometæ &c. id genus.

Duplex cælum.

36

Cometæ qui & stellæ crinitæ.

37

Cometæ aliquid præsagiũt.

Asserit tamen Sabellicus, cometas non esse perpetua sydera, & concrescere ex fortuito humore, & vi ignea & multum infra stellas: & sunt naturæ opera vulgi opinione prodigiosa, teste ipso Sabellico, & inquiunt philosophi in suis physicis, nullum cometam apparere, quin malum non afferat: & hoc ex sententia Claudiani poëtæ qui ita habet in quodam versiculo. E cælo nusquam spectatum impunè cometem. plerunque certa de humanis euentibus significant: nempe siccitates, pestilentias, & magnos gentium motus: breuissimum autem spaciũ quo cernitur, est septem dierum: plerunque quadraginta, aut eo plus apparet dies, teste Ioanne Vercurione in sua Physica, & autor est ipse Sabellicus eo anno quo Mitridates natus est, cometem per octoginta dies ita luxisse, vt cælum videretur cõflagrare: & ad minus durat per septem dies & ad plus per octoginta: & significat nonnunquam futura bella, aliquando legũ mutationes, pluréque nouas sectas, & nonnunquam mortem principis, non quòd ea significent tanquam causa, qua posita sequatur effectus, sed quia ita solet sæpe euenire, & licet numerentur inter naturalia, tamen sunt prodigia & futurarum calamitatum præsagia ipsi cometæ, vt Petrus Galterus testatur. c. 2. in acta apostolorum.

38

Cometa adminus per septẽ dies & ad plus octoginta perdurat.

Cælum inuisibile.

Aliud vero cælum est nobis inuisibile, spirituale, immutabile, incorruptibile, & sempiternum: & est sedes altissimi, & summi Dei, & suorum angelorum, & electorum.

Ea autem regula, quòd per transitum ad secunda vota alter ex coniugibus perdit omne quòd habuit à prædefuncto coniuge stantibus liberis primi matrimonij, limitatur duobus modis: primo si ille coniunx transiens ad secunda vota hoc fecerit de consensu sui prædefuncti coniugis: vt qui in suo testamento illi facultatem dederit iterum matrimonium contrahendi: & hoc siue expressè, siue tacitè conserit: vt si maritus in suo testamento reliquit mille suæ vxori, si steterit in viduitate, vel quinque centum, si ad aliud perueniat matrimonium, hoc casu impunè poterit ea vidua secundò matrimonium contrahere: & contrahendo non perdet eam summam quinque centum librarum, & hęc ex tacita viri prædefuncti voluntate colligitur, ex mente Decij. cons. 485. nu. 9. & cons. 537. & habita tali facultate impunè superstes coniunx poterit secundò cõtrahere. Bal. & Iaſ. in l. filium quẽ. C. famil. erciscũd. Romanus singulari. 251. Cremens. sing. 75. & de Ripa. in rubrica. de secun. nuptiis, nu. 17. & ibi respondet ad quædam argumenta quæ in contrarium facere videbantur, & id quod datur à marito vxori sub conditione nubendi, non perderetur, per transitum ad secunda vota, nec quo ad proprietatem. Bal. in l. j. C. de secun. nuptiis.

39

Secundò ea regula limitatur quando parens, secundò contrahit ipsum matrimonium de consensu suorum filiorum ex eo matrimonio, & tunc ille ita contrahens secundò matrimonium de consensu suorum filiorum nihil perdit nec incurrit aliquas pœnas. Iaſ. in d. l. filius. nu. 6. Sunt enim tales pœnæ introductæ in fauorem filiorum primi matrimonij, cui fauori ipsi liberi possunt renũciare per l. si quis in conscribendo. C. de pactis & decis. cons. 537.

40 Transiens ad secunda vota, de consensu suorum filiorũ nihil perdit.

Cessabunt etiam illæ pœnæ, vbi nulli extant liberi ex eo matrimonio, & per consequens succedet mater filio suo prædefuncto & in proprietate & in vsufructu, licet ad secunda conuolauerit vota, non extantibus aliis filiis, & fratribus defuncti: & hoc siue filij decesserint antequam mater secundò matrimonium contraxerit siue postea. Alex. cons. 63. in 5. vol. & Nicol. Boeri. decis. 185. nu. 17. vbi ex multorũ sententia tenet parentes succedere ab intestato filio vnico defuncto sine liberis, & sine fratribus: & hoc siue eo filio viuo, siue eo mortuo transiuerit ad secunda vota: curet ergo parens, qui vult secundò matrimonium cõtrahere, vt filij tali secundo matrimonio consentiant: & sic euitabit pœnas quæ aliàs secundò matrimonium contrahendo posset incurrere. Iaſ. in d. l. filius. nu. 13.

41

42

Superiora etiam intelliguntur vt secundò nubẽs perdat ea quæ habuit à suo prædefuncto coniuge, titulo lucratiuo, & ita ea regula intelligitur, & restringitur: nã ea quæ acquirũtur titulo oneroso ab altero ex cõiugibus, nõ perdũtur per trãsitũ ad secũda vota vnde si mulier à suo prędefũcto viro aliquid emerit, illud erit suũ, & neq; illud perdet secũdo matrimoniũ cõtrahendo. Boeri. deci. 185. nu. 10. omnes enim contractus inter virum & vxorem fieri possunt, vt superius fuit demonstratum.

Quæ acquisita sunt titulo lucratiuo, perdũtur per transitum ad secunda vota sed nõ ea quæ titulo oneroso.

Quid autẽ de his quæ coniunx superstes lucratur titulo societatis, & ex contractu inter eos coniuges celebrato, de alteri succedendo vel de lucranda media parte bonorum an & ea perdantur ita vt sint liberis primi matrimonij reseruãda, an verò superstes coniunx ea lucretur vt si sit contracta societas inter ipsos quam vulgo affrairamentũ appellat, cũ pacto de lucranda parte aliqua bonorũ, in vtilitatẽ superuiuentis, an verò tale pactum eo casu subsistineatur: in qua quæsti one ex communi sententia doctorum

BIU Cujas

Quæ ex contractu societatis acquiruntur non perduntur per transitum ad secunda vota licet aliter iudicetur.

ita cõcluditur,& ea quę acquirunturex cõtractu societatis nõ esse reseruãda liberis primi matrimonij: sed ea esse, & pertinere ad coniugẽ superuiuentẽ, & hoc in vim illius pacti,& per cõsequens insequendo cõmunem doctorũ sententiam ita cõcluditur quòd coniunx superstes id qđ lucratur in vim societatis & eo titulo societatis fiunt acquirentis: & neq; ea sunt liberis primi matrimonij reseruanda: & sic non perduntur per transitum ad secunda vota.gl.in
43 d.l.hac edictali & ibi Bal.de Ripa in d.l.fœminæ.C. de sec.nup.nu. 43. vbi expressè ponit hoc factum in terminis:& tãdem ibi ita concludit. idem tenet Bal. in authen.ex donatione.C.de sec.nuptiis, & nouissimè Boeri deci.185.nu.10. & ita cõmuniter cõcluditur de iure. Accepi tamen hodiè aliter iudicari in senatu Tolosano,& in curiis inferioribus,ita vt iudicãdo teneatur omnia quæ alter ex cõiugibus lucrat' sit titulo societatis,& in vim pacti de succedẽdo,vel de lucranda aliqua parte bonorũ perdi per transitũ ad secunda vota: & ea filiis primi matrimonij reseruanda esse,& illi acquiri, & ita etiam obseruari, & iudicari asserit Papon in suo *recueil des arrests*, arresto quinto,in titulo,*des nopces*,& hoc ne fiat fraus filiis primi matrimonij, & ne illudatur illi legi hac edictali:in præiudicium liberorum primi matrimonij,ad quos omnia quæ prouenerunt ex iam defuncto parente æquum est vt ad eos reuertantur.

44 Tale quidẽ affrairamentũ, & talis societas licitè inter eos coniuges contrahitur & inter se succedent in vim pacti,vbi nulli adessent liberi ex eo matrimonio.At vbi adsunt liberi,tale pactum de succedẽdo, vel de aliquid lucrando illis nõ nocet:& per tale pactum cõiunx superstes nihil aliud consequi posset,
45 quã qđ vnus ex liberis primi matrimonij cõsequetur.Bar.in d.l.hac edictali, & Boeri.ea decis.200.

Societas inter coniuges contrahitur.

Non quidem prohibetur mulier secundò nubendo etiam extantibus liberis primi matrimonij constituere omnia sua bona in dotẽ suo secũdo marito gl.Bar.&Sal.in d.l.hac edictali,reiicietur tamẽ pactũ illud de lucranda dote,vel de succedẽdo inuicẽ stantibus liberis primi matrimonij,nisi quo ad ius legitimæ quod vni ex filiis debitũ fuisset.Bal.in d.l. haç edictali,& ibi Ioan.de Garronib.in vers.in textu ibi.

Pater secundo matrimonium contrahendo non perdit vsumfructũ bonorum filij.

Verum quãuis pater secundò matrimoniũ cõtrahẽdo perdat proprietatẽ rerũ quas habuit à sua prędefuncta coniuge,non tamẽ perdit vsumfructũ bonorum suæ prædefunctæ vxoris, quæ peruenerunt ad filios superstites ex eo matrimonio: quorũ bonorũ maternorũ,pater retinet vsumfructũ,etiã si secũdò matrimoniũ contraxerit:ille est casus l.vlti. C.de bonis maternis:tum quia vt pater habet vsumfructũ bonorum filij.l.1. C. de bonis mater. tum quia per transitũ ad secunda vota perditur quidẽ proprietas,
46 sed nõ vsusfructus.d.l.fœminæ:quẽ semper retinet, quãuis quis eorum secũdò matrimoniũ cõtraxerit.

Quæ filius olim acquirebat patri acquirebat.

Olim quæ filius acquirebat,patri suo acquirebat. l.placet.ff.de acqu.hære.in prin.per quas perso.nobis acqui.instit.cùm in patrũ potestate essent ipsi filij.§.fœminæ.instit.de adop.l.1. C. de patri. potesta.
47 & de iure antiquo maius ius habebat pater erga filios,quã nũc habeat:habebat tunc ius vitę & necis.
48 l.in suis.ff.de libe.& posthu.nihilque olim poterant hodie autẽ filij licet sint in potestate patris,possunt tamen facere omnes cõtractus,&ex illis se obligare: nõ possunt tamẽ facere cõtractũ mutui neq; ex illo se obligare,nec ex voto.l. filiusfamilias. ff.de actio. & oblig.nõ quòd pater ex contractu filij obligetur, 49
per eum titulũ,nec filius pro patre.C. & econtrariò nisi de peculio, de in rem verso, & quod iussu: per eos titulos,de peculio,de in rem verso, & quod iussu:his enim casibus pater ex cõtractu filij bene obli- 50
gatur,& obligatur eo titulo,quod iussu,si pater iussit,vel si mandauerit:ita vt ibi iussus & mandatũ comprehendat. l.1.§.ratum. ff. eod. Comprehendit etiam & patris voluntatem.l.si res.§.quòd si seruus. ff.de in rem verso. comprehẽdit & simplicẽ subscriptionẽ.l.1.§.sed eo & serui. ff.quod iussu. item & si 51
pater simpliciter promittat,tenetur quod iussu. l. si seruus.ff. quod cũ eo:& solus patris cõsensus ipsum patrem obligat actione quod iussu. plenè de his Cornæus cons.236.nu.33.cum aliis.in j.volu. Aliàs autẽ 52
consensus aliud est quàm iussus & differt à mandato,à consensu,& à ratihabitione:& in eo casu,iussus latius ibi ponitur in eo titulo, ꝙ iussu, quã accipiatur in ea l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acq.hær.

Pater ex cõtractu filij nõ obligatur nisi in quatuor casibus.

Ex iussu pater pro filio obligatur.

Pater ex institoria & tributoria tenetur.

Tenetur etiam pater pro filio actione institoria, 53
& tributoria,vt si filium constituerit institorem, vel exercitorem,per eos titulos de institoria, & tributoria actione.

Et cùm olim pater omne ius erga filios haberet, 54
nulla pœna contra patres suos proprios filios occidentes statuta fuerat:vt licet colligere ex ea lege.j.ff. ad l.Iuli.de parri. cùm ius vitæ & necis patribus datum esset,quod tamen ius matribus datum minimè 55
erat: quinimo contra matres proprios filios occidentes pœna parricidij erat statuta.d.l.j.& hoc quia matri potestas necis erga filios data minimè fuerat: est enim,sicuti & antea erat,inæqualis potestas patris & matris erga filios: quamuis eorũ pietas erga 56
filios esset æqualis.l. furiosa.ff.de curato.furio.

Ius non tã amplũ matri quã patri datum erat.

Erat certe lex quam Romulus apud Romanos condidit sub his verbis, Parentum,inquit,potestas in liberos esto,omnéque ius relegandi, vendendi & occidẽdi:cuius legis meminit Sabellicus, quam demum legem & parentum potestatem Numa Pompilius mitigauit, qui tulit eam legem, Nullum ius patri amplius non esse in filium,vbi ille iussu patris vxorem duxerit.

Lex Romuli.

Hodie quidem apud nos rigor ille, & ea potestas plus quàm tirannica patrum in filios planè sublata est: & respectu personæ filiorum & eorum bonorũ quæ per filios acquisita fuere,& aliud in ipsis peculiis filiorum obseruatur.

Vtque hoc intelligi possit in his peculiis, notan- 57
dum est peculiũ esse quadruplex aliud est enim peculium Castrense,aliud quasi Castrense,aliud aduẽtitium,& aliud profectitium.

Peculium quadruplex.

Castrense peculiũ est ea pecunia,seu res ipsæ quas filius in castris acquirit militãdo, vel quæ in castris per occasionẽ militiæ filij acquisiuit:itẽ & quicquid 58
à patre,vel à matre,vel ab amicis filio eunti ad castra militando datum est.Ang.in §.igitur. instit. per quas personas nobis acquirit.

Castrése peculium quid.

Item & appellatur peculiũ Castrẽse,mobilia quæ empta fuere ex pecunia militari.l.j. C. de Castrens. pecu.lib.12.& Ange.in eo §.igitur, & in eo peculio nihil patri acquiritur: sed totũ illud quod à filio acquisitum fuit militãdo, penes eũ filium permanet, ita vt in eo peculio filius testari possit.l.fi.C.de inof. testam.& de eo poterit ipse filius disponere pro suo arbitrio tanquam si esset sui iuris.l.j.§.nec Castrense. ff. de colla. bono. & l. cum oportet. C. de bonis

quæ

BIU Cujas

quæ liberis, & de hoc peculio infra amplius fiet mentio.

59 Aliud est peculium quod peculium quasi Castrense appellatur, & illud est quod filius familiàs aduocatus, doctor, aut medicus, magistri artium, notarij, aut præsbyterij sibi acquirunt ex eorum arte: & omnes illi qui habent aliquam administrationem, vel dignitatem ex publico, & ex eo quod illi acquirunt, vel occasione illius, & lucrantur ex salariis publicis, vel à personis priuatis, tale lucrum ita acquisitum dicitur peculium quasi Castrense. Angel. in eo. §. igitur post glos.

Peculium quasi Castrense quid.

Hodiè de publico nulla salaria statuta sunt: ob id aduocati, & procuratores possunt accipere, à personis priuatis, quibus seruiunt, lucra quædam, seu sportulas quæ succedunt in locum eorum quæ olim illis aduocatis constituebantur de publico. vt est gl. quam ibi sequūtur docto. in l. fori. C. de aduo. diuer. iudic. & meminit Angel. in eod. §. igitur, quod ergo aduocati lucrantur, & percipiunt à clientulis, reputatur quasi Castrense, & succedit in locum illius publici salarij quod olim aduocati percipiebant de publico: & illud etiam quod assessores lucrantur pro eorum consiliis, & quod procuratores, tabelliones: & notarij lucrantur, id omne cedit in causam peculij quasi Castrensis, & de his plenè Alexand. consil. 2. in 6. volum. hi enim omnes gerunt officium publicum & authoritate, & vtilitate vt ibi per Alexand. totum ergo illud ita acquisitum appellatur peculium quasi Castrense, & pertinet ad filios qui illud acquisierunt, ita vt patri nihil acquiratur, & in quo potest ipse filius testari. d. l. fi. C. de inoff. testamen. & in prin. quibus non est permi. facere testamentum. insti. & de quo potest aliàs vt volet, disponere. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber.

De peculio quasi Castrensi filius testari potest.

60 Aliud est peculium quod appellatur peculium aduentitium, in quo multum innouatum est, per ius nouissimum, quo ad proprietatem: nam de iure veteri ea erat regula, quòd omne quod filius acquirebat, patri suo in totum acquirebat: vt superius fuit comprobatum: quæ regula nunc patitur hanc limitationem quo ad bona aduentitia, quæ nō pertinent, & neque patri acquiruntur quo ad plenam proprietatem, sed solùm quo ad vsumfructum ipsorum bonorum, qui vsusfructus ad patrem debet pertinere. d. l. cùm oportet.

Peculium aduentitium.

Appellatur autem peculium aduentitium illud quod filio obuenit ex sua industria, aut ex prospera quadam fortuna, aut euentu. gl. & doc. in d. l. cum oportet, & inquit Nicol. Boeri. quòd bona aduentitia appellantur omnia ea bona, quæ ad filium peruenerunt ex quibuscunque causis extra patris substantiam, exceptis causis peculij Castrensis, vel quasi.

Quòd peculium aduentitium quo ad vsumfructum patri acquiritur: qui pater quandiu viuit, remanet vsufructuarius eorum bonorum: eorum autē bonorum proprietate remanente penes filium, qui ea bona acquisiuit: pater quandiu viuet, de illis bonis poterit disponere: sed eo mortuo, totum ad filium reuertitur, sunt tamen quidam casus, in quibus vsusfructus eorum bonorum non spectat ad patrem, sed ad ipsos filios pertinet, qui ponuntur in authent. excipitur. cum aliis sequentibus, C. de bonis quæ liberis.

Est & aliud peculium, quod appellatur peculiū profectitium, & appellatur peculium profectitium illud, quod filiis acquisiuit ex pecunia paterna: & in hoc peculio profectitio nihil immutatum est, de iure antiquo: vt per Ange. in eo. §. igitur. nam sicuti de iure antiquo omne qd filius acquirit, acquirit suo patri: ita & in eo peculio omne quod filius acquirit, patri acquirit, & omne lucrum ad ipsum patrem pertinet. 61

Peculium profectitium quid

Quod tamen non est indistinctè verum: nam placuit doctoribus in hoc aduertere: & quod aduertit Bar. in l. j. §. nec Castrense. ff. de Castren. peculio. inquiunt enim doctores post Bar. ibi considerandam esse ad lucrum quod facit filius ex pecunia paterna vt scilicet totum lucrum patri non quæratur, quod lucrum iam fecit filius. Sed voluerunt habendam esse rationem laboris & negotiationis, quem laborem filius exposuit negotiando circa pecuniam paternam, vt scilicet aliquo modo indulgeatur, & cōsulatur labori filiorum ne eo labore in totum frustrentur ipsi filij, quare vtrique consulēdo, & vt patri ius suum reddatur, & vt filius ex suo labore commodum aliquod consequi possit: ita in hoc casu solet concludi, nempè vt media pars lucri quod filius facit circa pecuniam paternam, & quod lucrum ipse filius fuit consequutus ex pecunia paterna, patri acquiratur. Altera vero pars lucri ad filium pertineat pro suo labore, & sua industria, & opera quā exposuit negotiando circa pecuniam paternam: & ita filium sui laboris non pœnitebit, cùm se videat fructum aliquem suscipere, sui exacti laboris, qui labor alioquin filio ingratus esset citra aliquod cōmodum, ingratus est enim ille labor quem præmia nulla sequuntur, & patri itidem satisfactum erit, qui habebit & suam pecuniam, & dimidium lucri quod filius fecit ex ea pecunia. 62 64

Hoc autem procedit, & locum habet vbi cùm labore & industria filius illud lucrum confecit: secus autem vbi citra laborem filius fuisset aliquid lucratus, etiāsi ex pecunia paterna aliquid lucratus esset, tamen citra laborem totum illud censendum esset peculium profectitium, & per consequens totum ad patrem pertineret. ita Bar. in eo §. nec Castrense. Bal. Pau. Castr. & Salic. in l. cùm oportet. C. de bonis quæ libe. Soci. consi. 192. vol. 2.

Media pars lucri quod facit filius ex pecunia profectitia est patris & altera media filij.

Duæ igitur regulæ in hoc casu sunt ponēdæ: prior hæc erit, eius lucri quod filius fuit consequutus ex pecunia paterna, cùm suo labore & opera, pars lucri & medietas ipsius pertinet ad filium: altera pars cū ipsa integra pecunia ad patrem pertinebit: & ea pars quæ ad filium peruenit, censetur quid aduentitium: quæ pars labori & operæ filij erit tribuenda. Altera regula, id quod filius acquirit ex pecunia paterna, citra tamen magnum laborem filij, totum illud lucrum vnà cum ipsa pecunia erit profectitium, & sic totum ad patrem debet peruenire. Socin. eo. consilio, & hanc opinionem de consuetudine seruari asserit. Chassan. in consuetud. Burgund. in titulo, *des enfans de plusieurs lictz*. §. 2. num. 7. & procedunt superiora siue filius negotietur vel sub suo nomine, vel sub nomine patris: vt per Chassa. loco quo suprà, contra Iasonis opinionem in l. illud. C. de collatio. qui distinguebat, an filius suo an patris nomine negotietur.

Duæ regulæ in hoc notandæ.

BIU Cujas

Reuertendo ad eam pœnam qua afficiuntur secundò nubentes in perdendo quæ habuere à prædefuncto coniuge, solet quæri quid de bonis quæ donantur vxori à cognatis mariti, vt finge Titium donasse vxori quam duxit Sempronius, qui erat frater Titij, Sempronius maritus mortuus est liberis superstitibus, an id quod donauit Titius reseruandum sit liberis primi matrimonij tanquam videatur donatum contemplatione ipsius Sempronij fratris Titij, & videbatur illud reseruandum esse, tanquam profectitium, dicitur enim profectitium non solum quod à marito suæ vxori donatur, & quod ab ipso marito profectum est, sed & quod contemplatione ipsius mariti donatur. per l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. Dic contrarium: quòd ea quæ donantur vxori à cognatis mariti, & quamuis id videatur donatum contemplatione mariti, tamen id non est reseruandum liberis primi matrimonij. §. si verò spectet. in authent. de nuptiis, transiens enim ad secunda vota, solum priuatur proprietate rerum quas habuit à prædefuncto coniuge, non autem priuatur proprietate earum rerum quas habuit ab aliis, etiamsi id videatur datum, contemplatione mariti: ita Ioã. de Ripa. in rep. l. fœminæ. num. 26. C. de secundis nuptiis, Romanus. cons. 405. Boeri. decisio. 250. Franciscus Marci. decisio. 113. in 2. par. tenet contrarium, nempe, id filiis primi matrimonij reseruandum esse, verùm contraria opinio fulcitur authoritate plurimorum doctorum.

Profectitium quid.

65 Alia & secunda pœna qua afficiuntur contrahẽtes secundo matrimonium, quòd priuantur successione filiorum: & in hoc sunt aduertenda quatuor iura: primum ius est dispositio. l. fœminæ. C. de secund. nupt. per quam hoc dispositum fuit, quòd mater transiens ad secunda vota ante mortem filiorum, qui demum moriuntur, perdit proprietatem bonorum filij defuncti, & solum succedit in solo vsu fructu, & post mortem matris & proprietas & vsusfructus ad fratres defuncti debet spectare, quòd si nulli stent fratres defuncti, aut sorores, mater plenè succedet per eam l. fœminæ.

Transiens ad secunda vota priuatur successione filiorum.

Secundum ius est, in l. mater. C. ad Tertulli. quo cauetur, matrem ad secunda vota conuolantem post mortem filij habere omnia bona filij prædefuncti pleno iure: bona autem paterna quæ ad filium peruenerunt, tantummodo habere quo ad vsumfructum, & hoc quando mater nupsit secundò post mortem filij: quia tunc mater minus deliquit, cùm nupserit post mortem sui filij.

Tertium ius est in §. igitur de non eligendo secundò nubentes, in authenticis: quo cauetur vt mulier nubens secundò, siue post mortem filij sui, siue ante mortem illius, siue vocetur ex testamento, siue ab intestato, succedat in plena proprietate filio defuncto vnà cum aliis fratribus ipsius defuncti, ita vt per transitum ad secunda vota, nõ propterea sit priuanda filij sui successione.

66 Vltimum & quartum ius est in §. hinc nobis. in authent. de nuptiis: vnde sumpta est authentic. ex testamento. C. de secund. nup. per quod ius cautum est, & quod hodiè seruatur, vt mater secundò nubens, filio succedat ex testamento, in plena proprietate, etiam si supersint alij filij qui erant fratres illius defuncti, & hoc siue mater ante mortem filij, siue postea, transierit ad secunda vota, semper ex testamento succedit: ita Boeri. decis. 191. & ita ibi concludit iuxta commmunem opinionem, ita vt tunc mater succedat cùm plena potestate de illis bonis disponendi: & hoc in vim illius testamenti & nec eo casu fieri debet aliqua distinctio temporum, vel bonorum vndecunque ea bona prouenerint: & etiam si supersint alij fratres illius defuncti. Ab intestato autem mater succedit filio in plena proprietate cùm aliis fratribus defuncti: & hoc respectu bonorum quæ ad filium defunctum peruenerunt aliunde quàm à successione paterna, in bonis autem quæ à patre prouenerant ad ipsum filium defunctum, succedet mater in solo vsufructu, siue nubat ante mortem filij, siue post. ita Angel. in prin. de non eligendo secundò nubentes. in authentic. & sic in talibus bonis prouentis à patre remanet solum vsufructuaria: quo vsufructu vtetur prius præstita cautione de vtendo illis bonis. Stephan. Bertrand. consil. 212. in 2. volum. num. 4. & Boeri. decis. 185. nume. 6. in patre autem maius dubium est, an scilicet succedat filio cùm iam conuolauit ad secunda vota, vnà cum aliis fratribus defuncti, dubium facit, quia illæ leges de patre nullam mentionem faciunt: & sunt pœnales, ergo restringendæ. Dic tamen contrarium: quòd idem censensum est quod in matre, vt scilicet 67 ab intestato cum aliis filiis fratribus defuncti succedat pater in plena proprietate, quantum ad bona quæ ipsi filio defuncto obuenerant aliunde quàm ex substantia materna: in bonis autem quæ ex substantia materna ad filium defunctum peruenerant, succedet pater cum aliis filiis defuncti quantum ad vsumfructum, & ita concludit Socin. consil. 34. j. volum. per authentic. defuncto. C. ad Tertullia. pœna enim illa est æqualis, & patri, & matri, de iure antiquo pater suo filio defuncto non succedebat, si defunctus filius fratres haberet in proprietate, per l. fin. Codic. ad sena. Tertullia. sed solum in vsufructu & fratres in proprietate: quod tamen hodie est correctum per dict. authentic. defuncto. C. ad Tertullian.

Quę de matre dicta sunt quãtũ ad filij successionem: idẽ & in patre tuitur.

Superiora autem, vbi filio defuncto supersunt 69 alij fratres vtrinque coniuncti, quòd si illi defuncto solum supereſſent fratres aut vterini, aut consanguinei tantum, & tunc filio defuncto pater aut mater superstes succederet. Boeri. in loco iam citato. nume. 18. illi enim priuantur nuda proprietate bonorum quæ ad filium peruenerat ex substantia paterna aut materna: vt iam dictum est stantibus fratribus vtrinque coniunctis: aliàs in totum succederent.

Pater aut mater excludunt fratres ex altero latere & illis exclusis succedunt ab intestato etiam si secundò nupserint.

Hoc tamen vnum notãdum est, quòd si filia moriatur, cui iam pater dotem constituerat, quòd tunc 71 pater solus succedit etiam si ad secunda vota trãsiisset, idem & in matre censendum est, quæ sola succedit in ea dote, quam filiæ suæ constituerat & generaliter pater aut mater pleno iure succedit filio defuncto fratribus defuncti exclusis in bonis prouenientibus à patre, vel à matre, vel linea paterna vel materna: vt plenè Boeri. deci. 192.

Pater solus filiæ cui dotem constituerat succedit in dote: idem in matre constituente.

Tertia pœna est qua afficiuntur secundò nubentes, quòd transiens ad secunda vota, non potest plus relin

Mater etiã secundò nubens plenè succedit ex testamento filio etiã aliis extantibus.

BIU Cujas

Transiés ad secũda vota non potest plus secũdo cõiugi relinquere quam ꝙ vni ex filiis primi matrimonij relictũ est.

72 relinquere nec dare secundo coniugi, quàm quod minimum reliquerit vni ex liberis primi matrimonij. d.l. hac edictali, ita vt vllo modo nec aliquo titulo pater nec inter viuos, nec in vltima voluntate transiens ad secunda vota poterit plus dare suo secundo coniugi, quàm dat vni ex filiis prioris matrimonij, etiam minus habenti, & procedit hæc decisio siue extent liberi ex eo matrimonio, siue nepotes, & sic soli filij ex filiis iam defunctis, nam idem
73 ius statuitur in hoc casu de nepotibus, sicuti & de filiis. d.l. hac edictali. quod procedit patre vel matre iam mortuis, nam tunc locum habet quod hic dicitur de nepotibus. Bartolus in dict. l. hac edictali. num. 2.

Plures nepotes quomodo succedant.

Et si sint plures nepotes, soli ex filio prædefuncto venirent in capita, & auus moriens, aut auia nõ posset eo casu plus relinquere secundo coniugi, quã quod minimum reliquit vni ex illis nepotibus, ꝙ si nepotes ex vno ex filiis iam mortuo succederent cum patruo, aut auunculo, aut plures nepotes ex filiis iam præmortuis superessent, & tunc fieret successio in stirpes. ita Bertran. in hac l. hac edictali. num. 4. & hæc regula intelligitur de filiis legitimis, & naturalibus superstitibus: quia soli naturales non succederent.

Dubium autem nunc est in hoc casu an illud minimum quod relinquendum est vni ex filiis, sit referendum ad vnam legitimam, quæ filiis debita est, an verò illud minimum standum & intelligendum
74 sit, vt iacet. dic communem esse conclusionem ex sententia ferè omnium in ea l. hac edictali. & quam inquit Anthonius Rubeus Alexandrinus communem esse, consil. 119. quod illud minimum ad vnã legitimam referendum est, nam quamuis pater aliquod minimum filio suo reliquerit in suo testamẽto, posset nihilominus filius semper agere ad supplementum suæ legitimæ, beneficio l. omnimodo. C. de inoffic. testamento. nam filius non solùm cẽsetur institutus in eo minimo, quod sibi relictum est, sed & in supplemento suæ legitimæ: quod supplementum licet filius consequatur condictione illius legis, omnimodo. tamen debetur secundum vo

Supplementũ legitimæ debetur secundum voluntatẽ defuncti.

luntatem testatoris. argum. l. in testamento. ff. de vulg. & pupi. & sic ad illud supplementum censetur vocatus. ita Alexand. in eo consilio: quòd si filius non peteret supplementum, nouerca non posset cõsequi nisi illud minimum, quod filio relictum fuerat. Bald. in l. 1. C. de iur. dona. volenti enim non fit iniuria: & volenti filio fit supplementum & non nolenti, & idem Boerius decisione 201. circa finem.

Adde quòd sicuti secundò nubens nõ potest plus relinquere secundo coniugi, quàm quod dat vni ex
75 filiis primi matrimonij: ita etiam non poterit plus dare filio suo ex alio matrimonio, aut alij personæ suspectæ. Paul. Castren. in ea authentic. vnde si parens. C. de inoffic. testamento. quem sequitur Stepha. Bertrandi in repetit. illius l. hac edictali. num. 11. quod videtur probari ex ea authentic. vnde si parens.

Adde etiam quòd sicuti quis prohibetur plus relinquere suo secundo coniungi, aut eius liberis ex alio matrimonio quàm quod minimum relin-
76 quit vni ex liberis primi matrimonij, quod etiam prohibetur plus relinquere fratribus, sororibus aut consanguineis ipsius secundi coniugis, & ita fuisse iudicatum refert Papon in suo *Recueil des arrests, arrest dernier.* & hoc vt fraudibus & dolis hominum obuietur, & quibus est obuiandum. cap. sedes. de rescriptis. & ne per indirectum concedi videatur, quod aliàs concedi prohibitum est, & ad hoc propositum stat edictum regium regis Francisci secundi huius nominis promulgatum in parlamento Lutetiæ, anno 1560. mense Aprili, per quod prohibitum est secundò matrimonium contrahentibus dare suo secundo coniugi, aut eius filiis ex alio matrimonio, aut eius nepotibus, aut suo patri, matri, aut alij personæ, vnde fraus excogitari possit, plus quàm datum sit vni ex filiis primi matrimonij, cui minus datum est.

Edictum regiũ contra secũdo matrimonium contrahentes.

Sed quid si vxor inter viuos vni filio ex primo matrimonio dedit centum, aut quid aliud, & demum in suo testamento reliquit decem, & marito suo secundo tertiam partem suorum bonorum dedit, an ille secundus maritus possit, & debeat habere eam tertiam partem, attento quod filio ex primo matrimonio solum decem relicta fuere, & an debeat haberi etiam ratio eorum quæ iam filius habuit inter viuos: & dic quod sic, quia quantum alter ex coniugibus dedit filio primi matrimonij siue in vna vice, siue in pluribus, inter viuos, vel in vltima volũtate, tantum etiam poterit dare suo secundo coniugi: cùm non curetur quo iure, seu quo titulo illud relictum sit filio: sed solum curatur, quantum ad filium peruenerit de substantia ipsius patris aut matris quæ secundò nupsit. d. l. hac edictali. Stephan. Bert. in d.l. hac edictali. num. 46. 77

Alterum dubium est, cui & in cuius vtilitatem, illud plus quod aufertur à secundo coniuge, applicandum sit? & respondet ex sententia recepta docto rum, quod illud plus quod aufertur à secundo coniuge, debetur, & applicandum erit filiis primi matrimonij æqualiter, non habita ratione an quis eorum sit hæres vel non. anthen. quod lucrum. C. de secun. nupt. & ad illud plus quod aufertur ab ipso coniuge ille nõ admittetur, & neque illud plus diuidetur cum eo, & filiis illius matrimonij, sed totum illud plus ad filios primi matrimonij diuidetur & pertinebit. Bertrand. loco quo suprà. nu. 49. 78

Quod plus aufertur à secũdo coniuge id omnibus filiis primi matrimonij est applicandum.

Sed & neque ad illud plus filij qui nascentur ex eo matrimonio admittentur, sed illud totum debet spectare ad liberos primi matrimonij, & ita iudicatum refert Papon in suo *Recueil des arrests.* in titulo, *des nopces*, arresto octauo. hæc est enim recepta regula, quòd ea omnia bona quæ auferuntur contra secundò matrimonium contrahentes, & in pœnã ipsarum legum, fœminæ, & hac edictali, reseruantur liberis primi matrimonij vt filiis: & propter hoc ad talem acquisitionem soli filij ex priori matrimonio admittuntur, quamuis non sint hæredes. Ang. in §. soluto. in authen. de nuptiis. & à tali lucro nõ excluditur filius vel filia, quamuis renuntiauerit hę reditati paternæ vel maternæ, cùm hoc superueniat post renuntiationem, & procedit ex separata causa à renuntiatione, cùm respiciat ea renuntiatio successionem quæ ex voto parentum filiis defertur. l. scripto. ff. vnde liberi. & consideratur tale lucrum, vt proueniens ex culpa transeuntis ad secunda vota, & ex iniuria illata filiis primi matrimonij. Dec. consi. 396. nam si mater aut pater in viduitate per- 79

Filij qui ex eo matrimonio nascentur non admittẽtur ad illud plus.

Renũtiatio facta ab vno ex filiis, nõ cũ excludit à tali lucro. 80

BIU Cujas

manſiſſet, liberum illis fuiſſet relinquere vni ex fi-
81 liis illius matrimonij, illud quod iam fuit cõſequu-
tus vnus ex coniugibus, vterque enim ex illis bonis
poteſt liberè de ſua parte diſponere, ſi non ſecun-
dò matrimonium contraxerit. Alexand. conſil. 227.
num. 6. volum. 6.

Et hic adde optimam deciſionem, finge maritus
ſuam ſecundam vxorem hæredem inſtituit, & filio
ex matrimonio primo ſuæ vxoris aliquid relinquit,
Filij primi matrimonij poterũt euocare donata per patrẽ filio ſuæ ſecũdę vxoris ex alio matrimonio.
ſi quæratur nunc an illud relictum illi filio qui eſt
filius ex ea ſecunda vxore ex alio matrimonio, poſſit
reuocari à filiis primi matrimoni, & dicendum eſt
quod ſic. filij enim ex primo matrimonio, etiam ea
nouerca viuente poterunt euocare ea donata, & eã
commoditatem, etiam ſi frater conſanguineus ſub-
ſtitutus viueret, iuxta d. l. hac edictali. quod ſi filius
ex primo matrimonio illud non euocauerit, demũ
eius hæres illud poterit euocare & ei dabitur rei vẽ-
dicatio, quia lex ipſo iure reſecat quod plus dona-
tum eſt nouercæ, vel eius filiis ex alio matrimonio.
ita Franciſcus Marci. deciſione 78. in ſecunda par-
te.

Hoc præterea eſt in hac materia notandum, quã-
uis conuolans ad ſecunda vota non poſſit plus re-
linquere ſuo ſecundo coniugi, quam vni ex filiis
primi matrimonij, poterit tamen vnum ex filiis ſe-
82 cundi matrimonij hæredem facere, & illi omnia ſua
bona relinquere, relicta tamen legitima & filiis pri-
mi matrimonij & ſecundi, quod nouiſſimè annota-
uit Boer. deciſ. 200. num. 5. per §. fin. in auth. de nu-
ptiis. inſequendo Paul. Caſtr. in d. auth. vnde ſi pa-
rens. C. de inoffi. teſta.

Alia & tertia eſt pœna, quæ ſtatuitur contra ſe-
83 cundò nubentes, nempe quod mulieri ſecundò nu-
Educatio liberorũ matri ſecundo nubenti non debet cõmitti.
benti non debet committi educatio liberorum pri-
mi matrimonij, licet enim educatio liberorum de
iure communi committi debeat matri. l. 1. C. vbi
pupillus educari debeat, verùm quando illa mater
ſecundò nupſit, nullo modo educatio liberorum
committi debet. d. l. 1. Guid. Pap. deciſ. 539. non
enim lex amplius confidit de matre, quæ tranſiuit
ad ſecunda vota. gloſſ. in cap. vltim. de conuerſ. in-
fidel.

Eſt quidem verum quod vitricus poteſt eſſe tu-
tor filiorum ſuæ vxoris, quos habuit ex ſuo primo
84 matrimonio, ſed eorum filiorum non poteſt eſſe e-
ducator. d. l. 1. C. vbi pupillus educari debeat, quæ
pœna ceſſat in patre tranſeunte ad ſecunda vota, qui
quamuis ad ſecunda vota tranſierit, non tamen pri-
uabitur quin penes ſe filij ex altero matrimonio alã-
85 tur, & ita tenendum eſſe aſſerit Ioannes de Garro-
nibus in rubri. de ſecun. nupt. num. 19.

Quarta eſt pœna, qua afficiuntur ſecundò nubẽ-
86 tes, nempe quod mulier tranſiens ad ſecunda vota
Trãſiens ad ſecũda vota perdit tutelã ſuorum filiorũ primi matrimonij.
perdit tutelam filiorum ſuorum primi matrimonij,
per rubricam in authent. vt ſine prohibitione. in §.
quia verò. & in authent. ſacramenta. C. quan. mu-
lier. officio tut. fungi debet, tantum enim abeſt,
vt lex amplius confidat de matre, quæ ſecundò nu-
pſit, vt præſumat eam velle inſidiari vitæ liberorum
primi matrimonij. l. lex quæ tutores. C. de admi.
tuto. & adde quod ita mater quæ conuolauit ad ſe-
87 cunda vota perdit tutelam liberorum primi matri-
monij, vt ſi demum ſecundus maritus moriatur, i-
pſa mater adhuc vidua non poterit eam tutelam re-
aſſumere. doctor. in d. authent. matri aut auiæ. C.
quando mulier. & Boer. deciſ. 266. quia cùm ea ſu-
ſpecta abierit à tutela, adhuc durat ea cauſa ſuſpicio-
nis, ſemel enim malus ſemper talis præſumitur in
eodem genere mali. reg. ſemel malus. de reg. iuris.
niſi forte in ſubſidium, vt ibi per Boeri. quod ſi ſolũ
mater declarauerit velle ſecundò nubere, & petierit
tutorem, ſi tamen non nupſerit, non propterea erit
priuata, vt ibi tenet Boer. & ſic per talem declara- 88
tionem non perdet tutelam ſuorum filiorum, ſed Mater non perdit tutelã niſi copula cum ſecundo marito interuenerit.
nec eorum ſucceſſionem. & quod magis, ſi mater
poſt ſuam declarationem & petitionem tutoris ſpõ
ſalia contraxerit, adhuc non perdet tutelam, ſi co- 89
pula carnalis non fuerit ſecuta. Ita Boer. in eo loco
qui reprehendit Gui. Benedicti tenentem contra-
rium in rep. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem.
num. 643. & hæc pœna non eſt correcta, vt per An-
gel. in §. ſi autem tutelam in authenticis.

Hæc autem pœna non eſt communis ipſi patri,
nam pater quantumuis ſecundò matrimonium cõ-
traxerit, non tamen perdit liberorum ſuorum ad- 90
miniſtrationem. l. generaliter in 1. C. de ſecundis
nuptiis.

Mulieres quidem de iure Codicis à tutela repel- 91
luntur, cùm ſit officium virile, & publicum, à quo Mulieres de iure antiquo à tutela repelluntur.
officio publico mulieres reiiciuntur, cum ſit virile
officium. l. fœminæ. ff. de reg. iuris. eſt tamen ſpe-
ciale in matre & auia, vt ſi velint ad tutelam ſuorum
liberorum admittantur, ſed non quod ad eam ſu-
mendã cogi poſſunt. l. 1. & 2. C. quando mulier. of- 92
fic. tute. fungi poſſit. admittetur ergo mater ad tu-
telam filiorum tribus concurrentibus. primò ſi ve-
lit, & ſic volens admittetur. ſecundò, quod tutor
teſtamentarius à patre in teſtamento cõſtitutus nõ
præcedat. tertiò, quod mater ſit legitimæ ætatis.
quartum adhuc requiritur quòd renunciet ſecun-
dis nuptiis, & Velleiano. Bald. in l. fi. ff. de tutelis.
Curtius ſenior conſil. 46. in 1. hodie tamen ſacra-
mentum non requiritur neque exigitur à matre per
authentic. ſacramentum. C. quando mulier. quia
ſtatim quãdo nupſit, & nuptiis contractis ſecun-
dis mater ipſa remanet priuata per eum textum.

Appellatur autem ea tutela quæ matri aut auiæ Tutela legitima.
defertur tutela legitima. l. omnem. C. ad ſena. Ter- 93
tuli. & ibi hoc tenet Salice. non quòd lex duode-
cim tabularum eam tutelam deferat matri aut auię:
ſed ex imperatorum conſtitutione vocatæ fuerunt
ad tutelam ſuorum filiorum, per eum titulum quã-
do mulier. offic. tute. & ſi mulier & mater admitti
voluerit ad tutelam, præfertur omnibus tutoribus 94
legitimis, ſed non teſtamentariis, vt iam dictum
fuit.

Dubium autem eſt, an mater in aſſumptione tu- 95
telæ filiorum ſuorum præferatur auo paterno, aut Mater auo paterno & mater no præfertur in tutela ſuorum filiorum.
materno, vbi illi cum matre concurrunt. Bar. in ea
authentic. matri. tenet matrem auo & paterno &
materno præferendam eſſe in tutela ſuorum filio-
rum, & hoc ſecundùm ordinem ſucceſſionis, ſecũ-
dùm quem mater præfertur auo paterno & mater-
no, in filij ſucceſſione mortui ab inteſtato. authent.
defuncto. C. ad Tertul. & hanc Bartoli opinionem
ſequitur Bald. & Salicet. ibi & Cor. conſ. 163. in 4.
volumi.

Et adde quod ita mater præfertur omnibus tuto-
ribus legitimis, vt ſi iam quis tutor datus eſſet, ſiue
legitimus

BIU Cujas

Tutor legitimꝰ aut datiuus iã datus remouetur matre volente tutelã assumere.

legitimus siue datiuꝰ, & demum mater dicat se velle tutelã assumere, alius tutor debebit reuocari, & matri volenti ea tutela danda erit, quod procedit vbi mater non fuisset in mora eam tutelam assumendi: alias is qui iam datus est tutor, non esset expellendus, & ita declarat Dec. consi. 16. in fine. & ad hoc vt mater dicatur esse in mora assumendi, & petendi eam tutelam, necesse est vt iudex eam negligentem cognouerit, vt ibi per Decium, ergo mater debet citari quando prouidetur de tutore suis filiis: vel debet mater intra quatuor menses à tempore mortis mariti tutelã assumere, nisi aliqua iusta causa excusaretur, secundùm quosdam quos tamen reprehendit Bald. in authen. præsbyteros. C. de episcop. & cleric. & ibi tenet per lapsum quatuor mensium non præcludi viam matri in tutela sui filij petenda.

De iure quidem Codicis legitimi tutores excludunt matrem. l. 2. C. eodem. & per consequens ab auo ipsa mater esset excludenda, sed de iure authenticorum mater præfertur tutoribus legitimis, & sic
96 hodie mater excludit auum tutorem legitimum. d. authentic. matri. & talis tutela quæ matri defertur habet in se naturam anomalam: quia mater aut auia volentes admittuntur: & inuitæ ad id non coguntur. Sali. in d.l. omnem.

Constitui autem potest mater aut auia in testa-
97 mento mariti expressè aut tacitè per hæc verba si dicat testator, relinquo vxorem meam dominam, & administratricem bonorum meorum, absque redditione rationum, quæ verba reddunt ipsam matrẽ tutricem suorum filiorum, vt plenè Boeri. decisio. 124. nu. 3. vel si testator pater filios suos reliquerit sub potestate matris. eo enim casu tutricem eam matrem videtur reliquisse. Boer. ibi num. 6.

Vtilitas enim in hoc est, vt cognoscamus an mater sit tutrix testamentaria, an verò legitima: nam si sit legitima tenetur cauere, sicuti & quilibet legitimus tenetur cauere per eum titulum de satisdatione tutorum vel curatorum: & si sit testamentaria, non tenetur cauere, sicuti nec tutor testamentarius tenetur cauere. l. penult. C. de satisda. tutorum. & Boeri. in ea decis. & non tenetur renunciare Velleiano, nec secundis nuptiis, & ita de consuetudine
98 obseruari asserit Boer. in ea decis. nu. 13.

Mater tutrix legitima tenetur cauere.

A qua tutela mulier priuata erit si semel matrimonium contraxerit, quod si mater cupiens transire ad secunda vota hoc iudici declarauerit, & illi nominauerit aliquem in tutorem suis filiis, à iudice ille talis dandus erit, etiam sine alia inquisitione. Bartol. in l. credendum. ff. qui petant tutores. Curtius senior cons. 46. num. 6. de quo tamen ibi vide plenius. numer. 11. quia hoc videtur satis dubium.

Tutor talis debet dari quem mater iudici nominauerit.

Et quamuis iam dixerim vitricum posse esse tutorem filiorum suæ vxoris ex suo prædefuncto con-
99 iuge, inquit tamen Angelus in §. eiusdem. de nuptiis. in authentic. verum esse vitricum posse continuare tutelam iam cœptam, & neque eam perdere, quamuis contraxerit matrimonium cum ipsa vidua matre ipsorum pupillorum, sed non quod de nouo & post contractum matrimonium cum matre pupillorum posset tutelam assumere. Sed Angeli opinio reiicitur, hocque obseruatur iuxta magis receptam opinionem vitricum posse esse, & creari tutorem filiorum suæ vxoris ex alio matrimonio, & quã tutelam poterit ille assumere etiam post cõtractum matrimonium cum ipsa matre eorum filiorum, & hoc colligitur ex l. vlti. C. de contratio iudicio tutelæ, & ex l. nonnunquam. ff. de adoptio. quæ leges, cùm indistinctè loquantur, debent intelligi indistinctè. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan. & cũ non constet hoc prohibitum fuisse, permissum esse censetur. l. præcipimus. C. de appella. & ita de consuetudine obseruatum fuisse videmus. & Bald. hoc tenet in d. l. nonnunquam. & Masueri. in titulo de tutori. §. item vitricus. & nouissimè Boeri. hoc tenet in decis. 266. num. 3. & sic vitricus potest esse tutor, quamuis non possit esse educator.

Vitricus tutor, sed non educator.

Datur & alia pœna contra secundò nubentes, nẽpe quod mulier per transitum ad secunda vota per- 100
dit alimenta sibi relicta in testamento sui mariti: quia tale legatum ita factum vxori, intelligitur factum dummodo steterit in habitu viduali. nam siue relinquantur alimenta à marito vxori, si cum filiis morabitur, siue si ei relinquantur alimenta à marito donec steterit in domo mariti, quamuis non aliter expresserit, donec stet in habitu viduali, tamen per transitum ad secunda vota ipsa mulier perdit alimenta sibi relicta: ita vt demum filij non cogentur ea alimenta præstare, perduntur enim ea alimenta vxori relicta si semel secundò nupserit. Iaſ. post Bal. & Salic. in l. 1. C. de lega. num. 5. de Ripa. in repe. l. fœminæ. in 21. dubio. C. de secund. nupt. per textum in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. 3.

Aliud autem censendum esset in legato vsusfructus, nam legatum vsusfructus factum vxori à marito non perditur per transitum ad secunda vota. authenti. quod locum. C. si secundo nupt. mulier. de Ripa in d. l. fœminæ. num. 41. nisi vsusfructus relictus esset vxori quoad vixerit in domo ipsius testatoris: vel quandiu cum filiis morabitur, tunc enim transeundo ad secunda vota ipsa vidua tale legatũ perderet, quod procedit etiam si illa declararet se velle morari cum ipsis filiis primi matrimonij, & in domo testatoris. Bald. in d. l. 1. & Iaſ. in l. ambiguitates. C. de indict. vidue. tollen. quia testator ita legando cogitauit matrem morari, & associari cum suis filiis, sed mater nubendo se dismouet, & separat à societate & amicitia suorum filiorum primi matrimonij, accipiendo secundum maritum, quare tale legatum ipsius vsusfructus debet cessare. ita de Ripa in d. l. fœminæ. nume. 42. Boerius decisione 198.

101 Legatũ vsusfructus nõ perditur per transitum ad secunda vota.

Cessaret etiam tale legatum vsusfructus, si relictus esset vsusfructus vxori quousque thorum vidualem seruaret, vel quandiu illa in viduitate permanserit. Baldus in dict. l. 1. & Iaſ. in dict. l. ambiguitates.

Illud tamen legatum vsusfructus relictum vxori 102
filio hærede instituto, quando scilicet maritus vxorem suam reliquit vsufructuariam suorum bonorũ in suo testamento, in quo filius est hæres institutus, resoluitur in sola alimenta, quæ tantummodo viduæ debebuntur post mortem ipsius mariti. docto. in authenti. quod locum. C. si secundò nup. mulier. quod procedit ex coniecturata mente testantis. Salic. ibi. quare si aliter possit constare de voluntate 103
ipsius mariti, quod ipse voluerit relinquere suæ vxori integrum vsumfructum, tunc cum haberet etiam hærede instituto, & totus & integer vsusfructus

Legatum vsusfructũ relictum filio hærede instituto importat solũ alimenta.

BIU Cujas

ctus deberetur ipsi viduæ. Dec. cons. 418. 454. 537. num. 8. & 9. & Soci. cons. 1. in 4. volumi. Aliàs autem nisi apertè constaret de tali voluntate testatoris, non posset habere vidua, nisi tantummodo alimenta.

Quòd si interim filius hæres moriatur, & extraneus succedat hæreditati testatoris, legatum illud totius vsusfructus reintegrabitur, & totus integer viduæ debebitur, quia tunc cessat fauore filij, in cuius gratiam tale relictum vsusfructus restrictum erat ad sola alimenta: viuente quidem filio tale legatum vsusfructus factum vxori hærede instituto, resoluitur in alimenta: post mortem verò reintegratur vsusfructus in toto vsufructu. d. authenti. quod locum. quod si extraneus esset hæres institutus, integer vsusfructus viduæ deberetur. doct. in d. auth. quod locum. quod si vno anno, aut duobus, quibus vixit filius, & tunc per illud tempus vidua habebit alimenta & demum extraneo succedente post mortem filij vidua totum integrum vsumfructum consequetur. Alexand. consilio 29. num. 13. in 4. volumi.

104 Hoc autem in hac materia notandum est, quod ea verba, relinquo talem vsufructuarium bonorum meorum nullo dato hærede vniuersali, important hæredis institutionem: dato verò hærede vniuersali importat legatum vsusfructus. Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cleri. quod si testator ita dixerit, relinquo talem vsufructuarium in vita sua, & post eius mortem instituo Titium, per ea verba, 105 talis vsufructuarius videtur institutus, & alter ei substitutus. Alexand. consilio 50. in septimo volumine.

Hæres institutus in vsufructu nullo alio dato hærede importat hæredis institutionem.

Procedit autem ea regula quod mulier sit vsufructuaria hærede extraneo instituto, etiamsi adsint alij liberi testatoris, dummodo illi non sint hæredes: vt per Alexand. consilio 57. in 3. volumi. & tunc tenetur cauere & eam cautionem debet præstare quantumuis sit vidua, dummodo sit vsufructuaria, ita Cornæus consilio 173. par. 3.

Quod si filius testatoris sit p parte hæres institutus, & pro parte extraneus, & vxor sit relicta vsufructuaria, habebit ea vidua mater filij hæredis instituti in parte filij solum alimenta: & in parte in qua extraneus est hæres institutus habebit integrũ vsumfructum. Cor. consi. 5. num. 2. in 1. volumi. Salicetus in hoc casu tenet contrarium, in dict. authentic. quod locum: nempe quòd mulier vidua non potest consequi nisi sola alimenta, nam extraneus ratione filij cohæredis consequetur quod aliàs non posset consequi.

106 Legatũ vsusfructus viduæ relictum importat alimenta respectu filij instituti pro parte, & respectu extranei integrum vsumfructum.

Sed pone: maritus suæ vxori legat mille, vt illis 107 foueretur toto tempore vitę suæ si in viduitate permanserit, & disposuit quod post mortem suam Titius illa mille haberet: mortuo testatore vidua nõ moritur sed nupsit secundò: quæritur an viuente vidua quæ nunc nupsit, & quæ nubendo secundo eam summam perdidit: quid fiet de illis mille, & ad quem debeant pertinere. dic mulierem secundò nubendo eam summam perdidisse, & quæ summa ad ipsum Titium debet spectare. hoc in terminis tenet Curtius cons. 51. num. 3. fit enim extensio de casu ad casum similem.

Solutio quæstionis.

108 Additur & alia pœna contra mulieres secundò nubentes, nempe quòd mater tutrix liberorum primi matrimonij transeundo ad secunda vota, non reddita ratione tutelæ filiorum, obligat non solum sua bona, sed & bona sui secundi mariti: & pro tali administratione & bona mulieris matris liberorum primi matrimonij, quæ nupsit secundò nõ reddita ratione tutelæ, & bona etiam secundi mariti remanent ipsis filiis tacitè affecta, & obligata. l. penulti. C. in quibus causis, & quamuis maritus regulariter non teneatur pro debito suæ vxoris, per eum titulum, ne vxor pro marito. fallit tamen ea regula eo casu, vbi quis accepit viduam alterius in vxorem, quæ erat & mater & tutrix suorum filiorum primi matrimonij non reddita ratione tutelæ: tunc enim si ea mulier in redditione tutelæ reperiatur debitrix in aliqua summa pecuniæ, ratione illius tutelæ pro ea summa, bona ipsius secundi mariti erunt ipsis filiis primi matrimonij tacitè hypothecata. d. l. penultima. Caueat ergo ille qui est ducturus viduam in vxorem tutricem filiorum primi matrimonij, curet imprimis vt ipsa vidua reddat rationem tutelæ, & præstet reliqua: alioquin bona propria illius secundi mariti essent tacitè obligata: per eam l. penulti. C. in quibus causis pig. vel hypothec.

Regulariter maritus pro debito vxoris nõ tenetur.

Quod procedit vbi mater creata tutrix tutelam 109 administraret, quòd si post mortem mariti mater ea vidua tutelam filiorum de facto administrauerit, & demum non reddita ratione secundò nupsit, nam tunc posset esse dubium, an bona secundi mariti sint obligata tacitè pro administratione tutelæ gestæ de facto ab ipsa vidua matre filiorum? & dicendum est, tunc bona ipsius secundi mariti non esse tacitè obligata pro administratione tutelæ gestæ de facto ab ipsa vidua matre ipsorum filiorum: nec tũc locum habet l. penulti. C. in quibus causis. quia dispositio illius l. penulti. quatenus obligat bona secundi mariti est odiosa propter eum titulum qui ponitur in contrarium, ne vxor pro marito: hoc certe odiosum est, vt vnus pro debito alterius teneatur & prægrauetur: præterea est ea regula iuris vulgata, quòd vbi verba legis non conueniunt, nec iuris dispositio debet conuenire. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & in hoc nostro casu subiecto legis verba nõ conueniunt, nec possunt verificari in muliere quæ de facto administrauit; quia non est tutrix, de qua tutrice loquitur ea l. penulti. quæ loquitur in matre quæ sumpta tutela suorum filiorum transiit ad secunda vota non reddita ratione: cùm ergo verba legis non conueniant, nec verificentur in ea muliere, quæ de facto administrauit, cessabit igitur & iuris illius dispositio, vt scilicet tunc bona secundi mariti non sint obligata tacitè pro administratione tutelæ gestæ ab ipsa muliere, quæ de facto administrauit, quæ demum ipsi secundo marito nupsit non reddita ratione suæ administrationis. & ita tandem concludit Dec. consi. 591. quamuis contrarium videretur, ex eo quod ea mulier de facto administrauit: quæ non debet esse melioris conditionis, quàm ea quæ legitimè administrauit. l. si à domino. §. si prædo. ff. de petitio. hæred. sed ea quæ legitimè administrauit, nubendo secundo non reddita ratione tutelæ, obligat bona secundi mariti, ergo etiam ea quę de facto bona administrauit, secundo nubendo non reddita ratione debet obligare bona secundi mariti. Sed hoc argumentum posset locum habere si contrà mulierem agendum esset, vt quæ deliquit administrans bona de facto. At non contra maritum qui non deliquit, & contra quem

Mater quæ de facto tutelã filij administrauit non obligat bona sui secundi mariti.

Odiosum est, vt vnus pro alio obligetur.

ille

BIU Cujas

illæ leges non sunt extendendæ: est quidem verum,
Mulier quæ de facto administrauit, æquè tenetur rationem reddere sicuti & ea quæ verè administrauit.
quòd mulier quæ de facto administrauit, æquè tenetur rationem reddere sicuti & ea quæ legitimè, & verè administrauit, quod tenet Decius loco quo suprà.

Hic ergo est casus in quo quis punitur ex facto alterius, cùm marituꝰ qui contrahit cum matre & vidua tutrice non reddita ratione teneatur ex facto suæ vxoris, quæ secundò nupsit non reddita ratione tutelæ, quam ea vidua nunc illius vxor, gesserat: & hoc in multis casibus solet euenire, vt quis puniatur pro facto alterius, quamuis humano iudicio cõtrarium videretur, & quod maximè euenit, vbi vrbes vi bellica subuertuntur: quo casu sæuitur in omnes: cuius rei nobis exempla patent in destructione Ilij in Troia: quod Ilium à Græcis destructum
110 fuit, & solo æquatum, vt nec infantibus, mulieribus, & aliis innoxiis parcitum fuerit: demum verò in memoriam Hectoris, & in illius fauorem, fuit ipsum Ilium refectum ab Alexandro, vt Strabo in sua Cosmographia scriptum reliquit.

Erat enim Ilium vrbs in Troia prouincia, vt de-
111 scribit Mũsturus. & illius Ilij meminit Ouidius, de-
Ilium vrbs in Troia.
fensa est Ilium armis, militibus grauidum læta recipit æquum. Idem euenit Hierusalem, & aliis ciuitatibus quæ vi belli subuersæ fuere: & in omnes sæuitum fuit nulla habita ratione sexus, nec ætatis, & sic sæpissimè pro facto aliorum quis punitur.

Daniel quantumuis inter tres iustos ab Ezechie-
112 le nominatus fuerit, adductus tamen fuit tanquam reus in exilium, vbi vixit cum aliis qui tot modis irã Dei præoccuparant: sed sunt diuina iudicia à nobis admiranda: & quæ omnes nostros sensus superant, & quæ pertinent ad nos erudiendos, & consolan-
113 dos, vt discamus sæpe (quantum ad humanum iudicium pertinet) etiam eos, qui nobis videntur innocentes, grauissimis pœnis, & calamitatibus subiici: sic in seditionibus, vbi optimi viri, infantes, & mulieres, & alij inermes pereunt cum aliis armatis, & sceleratis hominibus: nõ quia cum seditiosis in culpa essent, sed quia cum seditiosis reperti
Nusquã abeũt publicę calamitates, quin & pij inuoluantur.
sint, nusquam certè abeunt publicæ calamitates, quin etiam pij inuoluantur, pij autem probantur: impij verò iudicantur. sic & sæpè videas bonum & pium hominem (quantum ad humanum iudicium)
114 exerceri aliis atque aliis casibus, & agitari multis periculis: cùm econtrario sceleratis & impiis omnia cedant ex animi sententia, sed hæc satis.

Datur & alia pœna contra mulieres secundò nu-
115 bentes, quòd mater ad secunda vota transiens non petito tutore filiis suis primi matrimonij, & quę nõ curauit illis prouideri de tutore post mortem patris priuatur successione sui filij, si moriatur in pupillari ætate, aliàs non. l. matres. C. ad Tertu. & talis exceptio tutoris non petiti excludit matrem volẽtem succedere suo filio mortuo in pupillari ætate, per eã l. matres. quòd si filius mortuus esset extra pupillarem ætatem, talis exceptio tutoris non petiti non excluderet matrem volentem succedere filio mortuo extra pupillarem ætatem. d. l. matres. & l. 2. §. si mater. & §. confestim. ff. ad Tertul. l. sciant. & ibi Paul. Castr. C. de legi. hæred. excusatur tamen mater si filiis indigentibus tutorem non petierit. Bart. in l. 3. nu. 2. C. de nego. gestis.

Excusatur etiam mulier si propter impedimen-
Excusatur mulier si filiis pauperibus nõ petierit tutorem.
tum pestis aut belli, non potuerit venire ad ciuitatem, vt tutorem peteret suo filio. Salic. in l. cùm à matribus. C. qui petant tuto. & si mater in locis remotis habitauerit, ita vt non potuerit consulere peritiores, excusatur à tali pœna, dummodo bona pupilli diligenter administrauerit. Paul. Castr. in l. 2. num. 3. C. de in ius vocand. quia licet non petierit tutorem, quia tamen bene administrauit, non priuari debet successione filij, & Boer. decis. 124. num. 19.

Quæ pœna non est introducta propter secundas nuptias, nec in odium ipsarum, sed propter negligentiam matrum in non petẽdo tutorem filiis post 116
mortem mariti. nam quamuis non nupserit, si tamen filio suo tutorem non petierit, qui est pupillus, & interea ille filius in pupillari ætate decesserit, priuanda erit illius successione. d. l. matres. & l. sciant. C. de legi. hæredi. sunt tamen certi casus, in quibus matres viduæ excusantur, quamuis tutores non petierint, quos ponit glos. in d. l. matres. non sufficeret autem tutores petere, sed effectualiter debet petere, & instare, vt decernatur tutela alicui: & demum debet curare, vt tutor datus ad id compellatur, & ad administrandum bona pupilli. Cor. cons. 132. in 2. volumi. num. 11. & locum habet etiam hodie huiusmodi pœna, vt per de Ancha. cons. 104. neque enim est correcta ea l. matres, vt ibi per Paul. Castrensem.

Et inter certos casus in quibus mater vidua excu
117
Mulier excusatur in non petendo tutoré si adsit auus paternus.
satur, si nõ petierit tutorem filiis pupillis post mortem patris, si adsit viuens auus paternus: & tunc quamuis mater tutorem non petierit, succedet filio si moriatur in pupillari ætate: excusatur enim tunc mater cùm adsit auus paternus, in cuius potestate sunt ipsi pupilli, qui sunt illi nepotes: habet enim pater non solum filium in potestate, sed & filium sui filij, & sic nepotem. l. nepotes. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. sic eueniet. ff. ad leg. Iulia. de adult. & ita concludit Corn. consi. 55. volum. 2. non enim poterat dari tutor pupillo existenti sub aui potestate. l. fin. C. de cura. furio. vel etiam si essent alij tutores cum matre, nam tunc non teneretur mater petere alium tutorem subrogari in sui locum: sed liberabitur notificando iudici se nolle amplius
Excusatur etiã mater si adsint alij tutores.
tutelam filij sui administrare: & quod vult rationes reddere suo contutori. Decius consilio 246. vel si sit minor viginti quinque annis. gl. & ibi. Sali. in l. matres. C. ad orphicia.

Et non solum mater filij sui successione priuatur in non petendo tutorem filiis suis pupillis, sed & cęteri qui ab intestato sunt successuri. p l. sciant. C. de legi. hæred. & Cor. cons. 40. in 3. vol.

Sed dubitatum fuit intra quæ tempora mater
118
Tempus anni datur ad tutorem petendũ.
vidua, aut alius proximior teneatur tutorem petere ipsis pupillis. Bald. in d. l. sciant. & in l. precibus. tenet hodie dari tempus vnius anni: per §. fin. instit. ad Tertu. cuius opinionem sequitur Cornę. consil. 234. volumi. 4. ergo pupillo decedenti excluditur
119
mater à filij sui successione, aut alius proximior, si non curauerit prouideri de tutore filiis suis, si verò pubes moriatur, succedet mater nec propterea tali-
Mater à sui filij successione priuatur, in nõ petendo tutoré si filius pubes moriatur.
bus excludetur: & eo casu quo mater excluditur nõ petito tutore, non propterea excluderentur fratres vterini ex alio matrimonio, & ex ea matre, vt ibi per Cornæum, sed si pupillus infra annum petendi
120
tutorem decesserit, non excludetur mater. Pau. Castrens. in d. l. sciant. datur & alia pœna contra mulieres

BIU Cujas

lieres secundò nubentes, quòd mater tutrix suorũ
121 filiorum, & quæ iam accepit tutelam suorum filiorum transiens ad secunda vota non petito tutore filiis suis impuberibus, & non prouiso illis de alio tutore, priuatur successione suorum filiorum descendentium. l. omnem. C. ad Tert. nam postquam mater ad tutelam peruenisset, & quã volens assumpsisset, nõ licebat ei eam tutelam assumptam prius deserere, quàm curasset filiis suis de alio tutore prouidere. d.l. omnem. quæ lex procedit siue ea mater esset tutrix datiua, siue testamentaria. Sali. in d. l. omnem. & hoc in odium matris tutricis, & secũdò nubentis non petentis tutorem, nam cum in vtroque casu sit eadem ratio, & idem ius statui debet. per l. ita vulneratus. ff. ad legem Aqui. & quamuis
122 ea l. omnem. sit pœnalis, nihilominus leges pœnales extenduntur vbi est eadem ratio. l. si quis seruo. C. de furtis. & priuatur inquam mater tali successione si pupillus moriatur in pupillari ætate. Paul. Castr. in d.l. omnem.

Mater tutrix nubens secũdò non petito tutore, priuatur sui filij successione.

Pocedit autem ea lex, omnem, in matre gerente tutelam suorum filiorum quæ conuolando ad secũda vota non petito tutore perdit tutelam, & successionem suorum filiorum. in matre autem non gerẽte suorum filiorum tutelam, & nubente non petito tutore, locum habet l. matres. nam mater per eam l. succedit adulto facto filio, pupillo autem morienti non succedit, si tutorem illi non petierit. & ita illæ duæ leges intelligi debent, vt per Ioan. de Garronibus in auth. eisdem pœnis. C. de sec. nupt. & vtroque casu, mater priuatur sui filij successione, si moriatur in pupillari ætate. Castren. in d. l. omnẽ. Neque matri sufficeret ad euitandam pœnam illius
123 legis, omnem. quòd tutorem suis filiis petierit, & quod illi fecerit prouideri de tutore, sed & requiritur, quòd & suæ tutelæ rationem reddiderit: & vt quod debet exoluerit. per d. authent. eisdem pœnis. & sic tria requiruntur ad hoc, vt cesset pœna illius authenticæ, eisdem pœnis, quòd petat tutorem, & petendo faciat de eo tutore prouidere: secũdò quod rationem tutelæ reddiderit: tertium est quod reliqua præstet antequam secũdo nubat: ita tenet Ioã. de Garronib. in ea authent. eisdem pœnis. & Socin. consil. 39. par. 1. & habebit locum ea pœna siue secundò nupserit ante annum luctus, siue post, vt tenet ipse de Garron. in ea authent. eisdem pœnis. numer. 7. quæ minimè est correcta, & remanet in vsu.

Tria requiruntur ad hoc, vt cesset hæc Pœna.

Mulier tamen à tali pœna excusaretur, si esset minor viginti quinque annis, & neque esset ea pœna punienda, & ipso iure propter illius ætatem remaneret illæsa. l. fi. C. si aduer. delict.

Altera regula.

Verum si post mortem filij impuberis cuius tu-
124 telam mater gerebat, & quãuis ille mortuus fuerit in pupillari ætate, mater demum secundò nupserit, non propterea priuaretur illius successione, & posset vnà cum aliis filiis & fratribus defuncti succedere: iuxta authent. defuncto. C. ad Tertul. & ita de Garron. in eo loco. num. 11. & 13. & ita eo casu cessat pœna illius legis, omnẽ. neq; enim ea mater priuãda erit sui filij successione, quãdo ea nupsit post mortem filij impuberis. Corn. cons. 234. num. 2. in 4. volum. succedit inquam ea mater cum aliis fratribus defuncti, sed solum in vsufructu, quia per transitũ ad secunda vota perdit proprietatem, quòd si nulli extarent fratres aut sorores filij defuncti, & tunc mater exclusis fratribus vterinis aut consanguineis ipsius defuncti, sola succederet, per eam authenti. defuncto ad Tertu. cessant omnes illæ pœnæ introductæ contra secundò nubentes, vbi nulli extant fratres aut sorores vtrinque coniuncti ipsi defuncto. Boer. decis. 185. num. 18.

Mater hac pœna tenetur extantibus fratribus defuncti vtrinque coniũctis, sed per alios non excluditur.

Quid si cum matre alij adessent tutores, mater
125 etiam tutrix cum aliis tutoribus contrahendo matrimonium secundò non petito tutore: non afficiẽda esset ea pœna: & neque tenetur de necessitate petere tutorem, vbi sunt alij tutores: debet tamen iudici notificari, quòd velit transire ad secunda vota, & in manu iudicis renunciare tutelæ, & debet demum reddere rationem administrationis ipsius tutelæ suo contutori. Dec. cons. 246. & priuatur mater sui filij successione, siue sit tutrix de iure, siue de facto tutelam gesserit. gl. in l. 2. §. si mater. in verbo, nec legitimè. ff. ad sena. Tertul. Bal. in l. cum oportet. §. fi. C. de bo. quæ libe. nisi impediatur aliquo casu, vt iam superius fuit declaratum.

Quid autem de matre quæ nupsit non petito tutore suo filio impuberi, qui filius demum decessit nullis relictis fratribus aut sororibus, an tunc locũ habeat ea pœna illius legis, omnem? Guill. Benedi. 126 supra in verbo, & vxorem. num. 643. videtur tenere quod mater debeat succedere: contrarium tenet Ioannes Neuisanus in sua sylua nuptiali, libro secũdo. vers. limita vndecimò, vbi expressè tenet matrẽ filio suo impuberi defuncto non succedere, vbi secundò nupsit non petito tutore, & non redditis rationibus, quamuis nulli supersint fratres ipsius filij defuncti, quod puto verum, per eam l. omnem. iã enim peccatum est à matre, quod perfectum fuit, cùm filius mortuus est, & sic tunc matre exclusa proximiores succedent illi filio impuberi defuncto, & hoc etiam tenet Cor. cons. 234. vol. 4.

Sed quid, mater quæ fuit tutrix filij sui impube-
127 ris, ex primo matrimonio, nupsit secundò non petito tutore, & ex secundo matrimonio filium vel filiam sustulit: & tandem filius mortuus est impubes, relicta matre & filio ex secundo matrimonio, qui illi erat vlterinus: & quoniam mater priuata est propter non petitum tutorem, est quæstio an saltem frater vterinus admittatur? & videbatur quòd sicuti mater excluditur, ita & filius eius, quamuis esset frater vterinus illius defuncti ex eadem matre, excludendus esset. Cor. eod. cons. 234. in 4. volumine. hanc quæstionem posuit in terminis, & tandem cõcludit fratrem vterinum, illi suo fratri vterino ex eadem matre, diuersis tamen patribus, debere succedere: & qui etiam excludet omnes alios succedentes ab intestato, quamuis enim mater propter suum delictum excludatur, vt quæ secundò nupserit non petito tutore, delictum tamen matris filio non debet nocere, & cùm talis frater vterinus proximior reperiatur illi pupillo iam defuncto, ergo tanquam proximior admitti debet. Idem tenet ipse Cor. cõsi. 21. 1. vol. num. 28. quod est bene notandum: & aliàs super hac quæstione vidi dubitari, & ita consului.

Frater etiã vterinus excluditur, matrẽ à successione filij propter non petitum tutorem.

Multæ & variæ sunt aliæ pœnæ statutæ contra secundò nubentes, quas ordine posuit Io. de Garr. in ea auth. eisdem pœnis, frequentiores tamẽ & magis communes hic adposui: & priusquam his finem faciam, proponam hîc quasdam quæstiones quæ non erunt alienæ à nostro proposito.

Et

BIU Cujas

Et primò quæro an post mortem mariti vidua sicuti debet ali pendente anno luctus in domo prædefuncti mariti, etiam debeat vestiri vestibus lugubribus expensis hęredum prædefuncti mariti: & an ea vidua teneatur eas induere? & certè hoc
128 expeditum est, viduam non teneri deferre vestes lugubres. l. decreto. C. de his qui notan. infa. tenetur tamen eo anno pendente maritũ lugere. d. l. decreto. & l. solet. & l. liberorum. §. 1. ff. de his qui not. infa. vnde cũ ita sit, quòd licet viduæ teneantur viros & suos coniuges lugere, non tamen deferre vestes lugubres, cùm tales ceremoniæ ipsis viduis remissæ sint: ergo frustra disputabitur, an hæredes teneãtur eorum expensis eas vestes ipsis viduis emere fatetur quidem, quòd si vidua vellet indui vestibus pallatis, & lugubribus, hæredes mariti tenerentur eas emere ipsi viduę: & eas illi tradere. Bal. in d. l. decreto. & tunc hæc nostra quæstio posset locum habere.

Vidua vestes lugubres nõ tenetur deferre pro morte mariti.

Hæc faciunt pro viduis nostri temporis, quæ talem ceremoniam induendi vestes lugubres pendente anno luctus reiiciunt, & nihilominus volunt cogere hæredes mariti ad emendas vestes pallares: sed ad id non tenentur cùm demum eas induere recusarent, & certè honestius esset aliquo habitu exteriori honesto ob mortem mariti indui pendente anno luctus, & non eo tempore incedere vt perantea, absque vlla luctus significatione: negligentes ceremonias incedendi tempore anni luctus ab ipsis viduis hactenus obseruatas, & ille erat mos receptus, vt ostenderent, atque significarent quendam luctum ex habitu interiori ob mortem mariti:
130 qui luctus præcipuè denotatur ex nigro habitu, vt scilicet eo habitu indutæ differrent, atque distinguerentur ab aliis mulieribus: decet certè viduas honestius incedere, & non tam paratis ornamentis vt antea, maximè cum eum morem à tam multo tẽpore fuisse receptũ verissimũ sit: vt iã in quandam legem abierit vt viduę pendente anno luctus incedant indutæ nigris vestibus: vt iure quæsitum fuerit, an indui debeant expensis hæredum mariti, quòd si talis non fuisset mos, nec ritus receptus induendi vestibus lugubribus pendente anno luctus, frustrà hæc quæstio fuisset proposita: quæ cùm proponatur, sequetur hoc antea fuisse obseruatum quare putarem hunc morem, & hunc habitum in viduis saltem pendente anno luctus obseruandum, maximè cùm iuri diuino minimè contrarius sit, & est quid indifferens: & ob id talis mos non esset reiiciendus.

Luct⁹ ex nigro habitu significatur.

Pręualuit tamen quarundam viduarum ea licentia, quinimo & multorum hominum, vt sibi putent omnia licere, putentque omnia antiqua reiiçienda, cùm potius obseruanda forent. Cùm admoneamur
131 eo trito versiculo, Vtere moribus antiquis, & viue verbis præsentibus. Cuius memmit Aul. Gellius c. 10. libri primi. & vulgatum illud est Moribus antiquis res stat Romana, virisque.

Licentia mulierum nostri temporis.

Et nihil refert quòd talis mos nihil ad fidem faciat, nec ad salutem animę, facit tamen ad politiam:
132 quæ politia, & ille ordo receptus ab omnibus est obseruandus: qui si contemnatur, necesse est, multa subuerti. Cùm tales obseruationes receptæ faciant, vel maximè ad honestatem, & certum modum conseruandum, qui à summo Deo minimè prohibitus est: & talis vestitus in viduis honestus præfert in se quoddam symbolum præteritæ amicitiæ in prædefunctum maritum.

Olim color albus lugubris fuit viduis, quę vestibus albis in argumentum luctus induebantur detracto omni alio ornatu: hodie verò induuntur ve- 133
stibus nigris, quod refert Sabellicus, sed nunc pro voto viuitur, & cũ huic morbo minimè mederi valeamus, relinquamus quemque suo more viuere.

Color albus olim lugubris fuit.

Quantum verò pertinet ad quęstionem propositã, & hoc posito, quòd velit incedere, & vestiri iuxta receptum & approbatũ morem veste scilicet lugubri, an hoc fieri debeat expensis hæredũ? Aufredi. in suis annotationibus Capellæ Tolosanæ, decis. 336. tenet soluto matrimonio viduam debere vestiri expensis hęredum, pannis & velis lugubribus, secundum qualitatem personarum, & patrimonij quanti- 134
tatem, & hoc ibi confirmat Aufredi. multis authoritatibus, & Bal. in ea lege, decreto. C. de his qui not. infa. & est etiam decis. ibi dominorum Capellæ Tolosanæ, & perantea hoc tenuit Bar. in l. 1. ff. sol. mat. & Rom. cons. 146.

Hoc in hac materia notandum erit, ꝙ mulier quã tumuis sit vetula, & aunosa, poterit adhuc matrimonium contrahere: & neque prohibitum est quin vir 135
vetulam mulierem in vxorem ducere possit. l. sancimus. C. de sec. nup. erat tamen lex lata à Tiberio Cęsare, vt refert Ioan. Ferrarius, in suis commẽtariis in institutiones ciuiles, in titulo de successione liberto rum, per quam cauerat ne sexagenarius vxorẽ duceret: eo ꝙ talis ætas inutilis visa est liberis generãdis: quæ demum lex fuit abrogata per eam l. sancimus. C. de nupt. cùm etiam in ea ætate grandæua historię 136
tradant plures homines liberos habuisse, & procreasse. Cato enim Cẽsorius in anno octuagesimo expleto Catonem Solonianum procreauit, & rex Massinissa post annum octuagesimum sextum Mathimatheum generauit.

Vetula potest nubere.

Lex ne sexagenarius vxorẽ ducati abolita.

Et licet mulier quinquagenaria regulariter parere non possit. l. si maior. C. de legi. hære. cùm vsq; ad illud tempus communiter mulieres & concipere & parere possint: & viri vsq; ad tempus septuaginta an 137
norum sunt potentes ad generandum: vltra verò illud tempus deficiunt vires naturales, tamen possunt contrahere matrimonium. d. l. sancimus. quod atte-
statur Martinus Lutherus c. 25. in Genesim, inquiẽs 138
ibi antiquos illos homines robustiores fuisse quàm sint hodie homines huiusce ætatis, quorum maior pars cùm vix quinquagesimum annũ excesserint, planè exhausti sunt, & mulierũ in quadragesimo an no sistat genitalis fluuius: ad quinquagesimũ ta- 139
men annum in nonnullis extenditur procreatio, regulariter enim principium coitus in viris scilicet, in quo sperma dulciter exit, est post quatuordecim an nos, & deinceps vsque ad annũ septuagesimum se- 140
ptimum: in fœmina verò post annum duodecimum & deinceps vsq; ad annũ quadragesimũ, vel ad plus vsq; ad annum quinquagesimum, teste Scoto in sua phisionomia, quod tamen non est perpetuum, nam refert Sabellicus, Corneliam ex genere Scipionum enixam fuisse in anno sexagesimo secundo.

Mulier quinquagenaria nõ parit.

Viri ab anno quatuordecimo vsque ad annum septuagesimũ septimũ sunt potẽtes ad generandum.

Illi etiã legi quæ antiquitus lata fuerat sub his verbis, *sexagenarius ne ducito*, propterea ꝙ ea ætas liberis generãdis penitus inutilis videbatur: derogatũ etiã fuit per eã l. sancimus: ita vt permissum sit, & maioribus & senioribus matrimoniũ contrahere, nã refert Gullelm⁹ de Sẽte in suo lib. *de diuerses leçons*, ex sententa Aristot. repertas fuisse plures mulieres ge-

Senioribus matrimoniũ contrahere permissum est.

BIU Cujas

neraſſe, & peperiſſe ſupra eam ætatem quinquaginta annorum: quem tamen partum Imperator in ea l. ſi maior. vocat mirabilem, & inquit poſſe euenire: & ſi eueniat, vult eum partum dici patri hæredem legitimum, & ſuo patri ſuccedere.

Multæ mulieres ſupra eam ætatem generã fũt.

Et quoniam hoc eſt quodammodo vltra quã ſolitũ eſt, aduertendum erit dum vetula emittit partũ vt adſint teſtes, ꝑ quos hoc probari poſſit, & in hac re ꝓbatio cuidẽs debet eſſe, qđ Soc. annotauit. conſ. 126. nu. 2. in 3. vol. & refert Ang. ad hoc propoſitũ in d. l. ſi maior. ꝙ Henricus Imperator, cùm eius vxor in ætate iam vetula, parere vellet, voluit ipſe Imperator, ꝙ illa palam partũ emitteret, ad fraudes, & ſuſpiciones fugiendas, ne ſcilicet demum talis partus ſuppoſititius crederetur: cùm de iure ſit probatio, ſeu præſumptio in contrarium, ꝙ vetula non poſſit parere. gl. in l. ſi ſterilis. ff. de actio. empti. & ibi Salic. quare talis præſumptio debet vinci per probationes legitimas ad omnem ſuſpicionem tollẽdam.

Contrahitur quidem matrimoniũ ſpe prolis ꝓcreandæ præcipuè: ſed & cõtrahitur matrimoniũ vt alter alteri inſeruiat, & quãtumuis inter ſe videãtur ſenes, fit & euenit ſæpiſſimè vt procreẽtur liberi, & in hac noſtra ciuitate Mõſpeſſuli cognouimus vnũ, cuius nomen ſatis cognitũ erat; vocabatur enim magiſter Guillelmus Brirargnes, qui in anno ſeptuageſimo ſecundo contraxit matrimonium cum muliere, quæ excedebat annum quinquageſimum, ex qua tandem ſuſtulit filium, qui demum patri ſuperuixit, quare ſenibus etiam propter prolem habẽdam non debet eſſe prohibitum matrimonium.

141 Cõtrahitur matrimonium ad effectũ prolis iam ſuſceptæ legitimandæ.

Contrahitur etiam matrimoniũ inter aliquos ad effectũ prolis legitimãdę, quãdo ſcilicet quis ex concubina liberos habuit, cũ qua demũ quis etiam in mortis articulo cõtrahere poteſt matrimoniũ ad ipſos filios legitimãdos. l. nuper. & ibi Sal. C. de natura. libe. Frãciſcus Marci. deciſ. 684. dummodo ea concubina eſſet talis, cum qua alias potuiſſet contrahi matrimonium, vt per Bal. in l. Paulus. ff. de ſtat. hom. & idem Marci. deciſ. 682. in 2. par. & dummodo hoc non fiat in fraudem ſubſtituti. ita Marci. in ea deciſ. 684. & adde ꝙ ſi quis ex ſua concubina liberos naturales habuerit, & demum ille matrimonium cum alia muliere contraxerit, ex qua prolem legitimam habuerit, ea vxore mortua poterit nihilominus contrahere matrimonium cum ea concubina, quam prius cognouerat, & liberi naturales iam ab ea ſuſcepti legitimabuntur. ita Franciſ. Marci. in ea deciſ. 682. in 2. par. & adde hoc vnum, ꝙ mulier ſecundò nubendo excuſatur ab illis pœnis ſi nubat ſecundò de voluntate primi viri iam defuncti, quę voluntas colligitur, ſi maritus legauerit ſuę vxori mille ſi ſtaret viduat & centum ſi ad aliud matrimoniũ deueniat, tunc dicitur conſtare de voluntate viri, ita Decius conſil. 537. num. 6.

142 Vidua impunè poteſt ſecundo nubere de conſenſu primi mariti.

Quando de cõſenſu mariti dicatur conſtare.

Suſcitata materia quæſtionis, &c.

SVMMARIA.

1 Litigium vulgus proceſſum appellat.
2 Tres perſonæ requiruntur in omni lite.
3 Reus à re vocatur.
4 Actiones & replicæ ſunt arma actorum.
5 Exceptiones & duplicæ ſunt arma reorum.
6 Nomen actionis in libello exprimi debet.
7 Certa petitio proponi debet, vt iudex certam proferre poſſit ſententiam.
8 Iudex obſeruat id quod vidit probatum.
9 Iudex in criminalibus non debet ſequi concluſionem libelli.
10 & in ciuilibus iudex aduertit ad probata.
11 Curia ſuprema ad id quod petitum eſt, non aduertit neque ad practicam ceremonialem.
12 Iudex condemnat reum in quinquaginta probatis & non in centum petitis.
13 Actor litem conteſtando ſuper tota ſumma videtur, & ſuper parte conteſtari.
14 Actor plus petens, ſi tamen probet, partem debet in ea parte obtinere: quod in actione reali procedit.
15 Idem in actione reali, & ibi quid in caſu contrario.
16 Actor qui egit ex vna cauſa, & probat ex altera, an debeat obtinere.
17 Per actionem ius actoris demonſtratur.
18 Extranei poſſunt ignorare contenta in teſtamento.
19 Actor tenetur reo inſtrumentum edere.
20 Actor ſi in libello ſe dicit ceſſionarium, tenetur de ceſſione docere.
21 Quod procedit parte petente.
22 Actor poteſt declarare verbum dubium aut obſcurum poſitum in libello.
23 Facultas declarandi verbum dubium non tranſit ad hæredes.
24 Facultas eligendi in alternatiuis tranſit ad hæredes.
25 Ius reuocandi confeßionem erroneam tranſit ad hæredes.
26 Confeßio aut exceptio obſcura non poteſt ab hærede declarari.
27 Facultas iurandi quæ à lege defertur, tranſit ad hæredes.
28 Facultas iurandi in violentum tranſit ad hæredes.
29 Iuramentum neceſſarium hæredi deferre poteſt.
30 Facultas iurandi in iuramẽto quod parte à parti defertur, non tranſit ad hæredes.
31 Libellus ex tribus conſtat.
32 Cauſa in libello eſt diuerſimode exprimenda in libello.
33 In actione reali cauſa proxima eſt exprimenda: in actione perſonali cauſa remota.
34 Narratio per concluſionem reſtringit.
35 Non inſpicitur quid narretur, ſed quid concludatur.
36 Exceptio ineptitudinis libelli opponi poteſt quandocunque.
37 Incertitudo vel libelli generalitas ante litem conteſtatam eſt opponenda.
38 Exceptio ineptitudinis libelli, vel generalitatis, aut incertitudinis à parte opponi debet. & 39.
40 Confitendo reus non videtur litem conteſtari.
41 Litis conteſtatio per contradictionem inducitur.
42 Reo confitenti fit præceptum de ſoluendo.
43 Iudicium propriè incipit à litis conteſtatione.
44 Olim reus conuentus tenebatur ſatisdare in actione reali.
45 Agens nomine proprio non ſatisdabat.
46 Agens nomine alieno ſatisdabat.
47 Satisdationes hodie non ſunt amplius in vſu.
48 Vera litis conteſtatio eſt ea quæ fit in iudicio.
49 Inquiſitio contra reum ſuccedit loco libelli.

50 Litũ

BIU Cujas

50 Litis contestatio est de substantia iudicij.
51 Iudices supremi procedunt ad causarum diffinitionem absque litis contestatione.
52 Litis contestatio super incidenti aut emergenti non requiritur.
53 Super exceptionibus litis contestatio non est necessaria.
54 In causis summariis litis contestatio non est necessaria.
55 In causis possessoriis lis est contestanda.
56 Lis potest haberi pro contestata eo casu quo reus recusat contestari.
57 Curiæ suprcmæ formulas non tenentur obseruare.
58 Exceptio litis finitæ oppositæ impediet litis contestationem.
59 Exceptio laudi seu compromissi, est exceptio litis finitæ.
60 Exceptio peremptoria æquiparatur exceptionibus impedientibus litis ingressum.
61 Et impedit litis contestationem.
62 Exceptiones peremptoriæ oppositæ post litem contestatam, appellantur peremptoriæ.
63 Iuramentum habet vim litis contestatæ, & 64.
65 Exceptio impediens litis ingressum illa appellatur, per quam apparet actionem sublatam esse.
66 Exceptiones impedientes litis ingressum, possunt dici & dilatoriæ & peremptoriæ.
67 Exceptionum quædam dilatoriæ & quædam peremptoriæ.
68 Subdiuisio exceptionum dilatoriarum.
69 Iudex an debeat habere rationem exceptionis quæ non fuit oppositæ à parte. & 70. & 71.
72 Exceptiones peremptoriæ vsque ad sententiam opponi possunt.
73 Et in articulo etiam appelli etiam opponi possunt.
74 In articulo appelli res deducitur ad eum statum in quo erat tempore litis contestatæ.
75 In executione sentẽtiæ aliquæ exceptiões opponi possunt.
76 Exceptio ordinis ante litem contestatam opponi debet.
77 Exceptio compensationis in articulo appelli opponi potest.
78 In exceptionibus reus eas proponendo efficitur actor.
79 Exceptionem proponens, reus non videtur fateri de intentione actoris.
80 Litis contestatio est de substantia ipsius iudicij.
81 Citatio non est de substantia ipsius iudicij.
82 Iudicium habet suas partes integrales, & minus integrales.
83 Homo vt totum quoddam consideratur,
84 Anima consideratur vt totus homo.
85 Iudicium incipit à citatione in tribus casibus. & 86. & 87.
88 Processus nullus an possit de partiũ consensu validari.
86 Quidam sunt actus iudiciarij, qui sunt de substantia iudicij, & quidam non.
90 Actus iudiciarius omissus, qui est de substantia iudicij, non potest validari de consensu partium.
91 Litis pendentia an inducatur per citationem, an per litis contestationem.
92 Litis pendentia quantum ad reparationem attentatorum inducitur per citationem, & quantum ad perpetuandam iurisdictionem.
93 Factum post citationem beneficio attentati est reparandum.
94 Quod & in articulo appellationis procedit.
95 Et vbi ab interlocutoria appellatum est.
96 Factum post appellationem emissam verbo, à diffinitiua vt attentatum est reparandum.
97 Contumacia in iudicio debet esse accusata ad hoc, vt inducatur litis pendentia per citationem.
98 Litis pendentia per citationem operatur effectum, quo ad præscriptionem interrumpendam.
99 Interruptio præscriptionis facta per vnum ex correis credendi, prodest alteri.
100 Per citationem validam interrumpitur præscriptio.
101 Citatio inualida non constituit debitorem in mora.
102 Quo ad vitium litigiosi per citationem inducitur litis pendentia.
103 Actio temporalis per litis contestationem efficitur perpetua.
104 Partes sese possunt interrogare pendente processu.
105 Facta litis contestatione quis cogitur articulis respondere.
106 Lis dicitur mota per contestationem.
107 Et litem pendere dicimus per citationem.
108 Litis pendentia est exceptio dilatoria.
109 Litis pendentia in principio proposita impedit litis ingressum.
110 Litis pendentia an prosit alteri ex correis.
111 Actus iudiciales die fieri debent, & non nocte.
112 Contractus die & nocte fieri possunt.
113 Dies naturalis & ciuilis.
114 Dies ciuilis ab vna media nocte vsque ad alteram mediam noctem.
115 Dies naturalis ab ortu Solis, vsque ad occasum.
116 Dies in duodecim horas diuiditur.
117 Horæ cum ipsa luce aut augentur aut diminuuntur.
118 Dies constat octo horis tempore hyemis, & tempore æstatis decem & octo.
119 Dies tribus modis communiter accipitur.
120 Actor vbi probat, expensas habet contra reum, & vbi deficiet reus contra actorem obtinebit.
121 Actor vbi obtinet cum iuramẽto suppletorio, nullas expensas habet.
122 Condemnatio expensarum locum habet vbi res cum iuramento parti delato deciditur.
123 Cessat expensarum condemnatio, vbi probatio est elisa propter testes obiectatos.
124 Hæres conuentus in expensis est excusandus, hæres verò agens non excusatur.
125 Actor plus petens non debet expensas habere.
126 Exceptio ordinis non habet locum in denariis regiis.
127 Neque inter mercatores locum habet.
128 Reus in non offerendo, cùm se sciat debitorem, est in mala fide.
129 Habens communem opinionem pro se ab expensis excusatur.
130 Is qui consilium duorum aduocatorum secutus fuerit excellentissimorum, ab expensis est excusandus.
131 Aduocatorum consilium non præbet iustam causam litigandi.
132 Habens iustam causam litigandi excusatur à condemnatione expensarum, & à mora, & à condemnatione valoris quantiplurimi.
133 Actor habens iuris præsumptionem pro se, transfert onus probandi in aduersarium.
134 Quoties aliquid de necessitate non requiritur si illud interueniat, & inepte, non debet nocere.
135 Reus quamuis onus probandi assumpserit, adhuc actor semper probare tenetur.
136 Iuramentum in rebus arduis & magnis non est deferendum, nisi adesset plusquam semiplena probatio.
137 Reo in multis fauetur.

BIU Cujas

138 *Perquisitio bonorum mobilium & immobilium ex ordinatione regia sublata est, & ibi an permittatur executio in arboribus.*
139 *Vocans alium vt suas actiones proponat dicitur actor.*
140 *Acta iudicialia probant sine testibus.*
141 *Possunt tamen reprobari per testes.*
142 *Et de falso impugnari. 143.*

Suscitata materia quæstionis cœperunt coram iudice litigare.

1 MOta ergo fuit lis super bonis ipsius Raynutij inter Alterocham, & eius filium ex vna, & filios Petri, seu tutores eorum filiorum deferentes ex altera: & coram iudice cœperunt litigare. A verbo litigo, habemus litigium, quod vulgus processum appellat, & nos litem appellamus quod notauit Ioan. Folcheri. in suo libello quē inscripsit, exercendarum causarū ciuiliū. d.c. 1. in qua lite exercēda saltem tres personę requiruntur iudex competens. l. 1. C. de iurisdiom. iudi. actor, qui agit & petit: & reus quē defensorem appellamus. c. forus. de verb. sign. vocatur autē à re quam defendit cōtra actorem, & non à reatu. c. fi. 15. q. 3.

Litigiū à verbo litigo.

2 Tres personæ in iudicio.

Lis enim in iudicio coram iudice proponitur & exercetur, cū actor corā eo ℔ponit suam petitionē, & reus defendēdo suas exceptiones, & ita lis exercetur in iudicio: & sic negotiū discutitur inter actorē & reū, & vtriq; dantur remedia: alteri scilicet actori vt agat, alteri reo vt se defendat, actori dantur actiones, quibus actor proponit atq; declarat suam intētionem, contra quam dantur reo exceptiones, per quas potest elidere actionem ab actore propositam: & demum ipsi actori dantur replicæ, quibus sustinet suam actionem repellendo exceptiones rei: tandem contra eas replicas dantur & duplicæ reo, per quas sustinet suam exceptionē, & sic actiones & replicæ sunt arma actorum: exceptiones & duplicæ sunt arma reorum, in prin. de exceptio. inst.

Lis in iudicio exercetur.

3

Reorum arma sunt, exceptiones & duplicæ.

4

5

De iure ciuili nomen actionis in libello exprimi debebat. l. 1. ff. de edēdo. l. edita actio. C. de edēdo. de iure canonico nomen actionis in libello non est exprimēdum. c. dilecti. de iudi. & eo iure sufficiet factū ita narrare, atque illud ita deducere, absq; eo q℔ nomen actionis proponatur, vt intelligi possit in libello id super quo litigatur, quod in vsu & praxi receptum est in omnibus curiis, & quod ex ordinatione regia confirmari poterit, quæ est in regiis ordinationibus editis anno millesimo quingentesimo trigesimo nono, articulo decimosexto, vbi sancitū est omnes citationes libellatas esse debere, vt quæ petitionem actoris contineant, & facti narrationem, & sic subleuatur in hoc actor, vt non cogatur nomen actionis in libello proponere.

6

Obiectio.

Sed videbatur etiam de iure ciuili hoc remissum fuisse per eum titulū de formulis & impetrationib⁹ sublatis. C. at dic per eum titulū hoc nō probari. verùm quia olim actor proponendo nomē actionis, tenebatur eam actionē cum certa solemnitate proponere, & cum certis quibusdam formulis: talis solemnitas per eū titulū fuit antiquata, & exposa, sed non quòd propterea non teneretur actor nomē actionis in suo libello ℔ponere: non tamen cū tanta solēnitate vt perantea, quæ remissa fuit per eum titulum: quare est necessaria nobis ea decisio iuris canonici, per quā actor subleuatur, ne cogatur nomē actionis proponere, vt iam dictum est, factum tamē deducēdum est, vt reus possit certò respondere: tum vt iudex super certa petitione possit & certā ℔ferre sententiam, per eum §. curare. de actio. Alioquin super incerta petitione nihil iudicare posset ipse iudex, cū sententia debeat esse libello conformis, & petitioni. l. vt fundus. ff. com. diui.

Per eum titulū formulis impetrationū sublatis nomē actionis non erat sublatum.

7

Non q℔ iudex teneatur insequi libelli cōclusionē, sed solum obseruat quod petitum est, & demum ℔cedit iuxta quod ℔batum videt ex causis petitis, & rebus in libello adductis, ℔pterea id quod vulgo dicitur, sentētiam libello conformē esse debere, procedit quantū ad causas petitas, & res adductas, & probatas: & non quantū ad conclusionē, & debet sequi iudex acta & probata, in quibus stat substantia decisionis causæ, per l. per hanc. C. de temp. appel. l. scio. ff. de appella. & Iaf. in eo §. curare. num. 32.

8

Non procedit etiam ea regula, quòd sentētia debeat esse conformis libello in causis criminalibus, in quibus iudex nō debet sequi libelli conclusionē, ita vt quamuis actor & accusator concludat ad pœnam, tamen iudex poterit ad æstimationem condēnare. Bar. in l. quid ergo. ff. de his qui notantur infamia. Chassa. cons. 1. num. 36. & in ciuilibus & criminalibus etiam aduertit ad probata.

9 Sentētia in criminalibus non semper est cōformis libello.

Eam autē libelli conclusionem non obseruāt curiæ supremæ, quæ aduertunt ad ius actoris, vt iudicēt pro actore, & iure illius, & nō semper ad id quod petitū est, & neq; aduertunt ad libelli ineptitudinē. Boer. decis. 42. & ibi inquit, practicam ceremonialē cessare in curiis supremis, nam aduertunt ad facti veritatem, & non ad ipsas leues solemnitates.

10

11 Practica ceremonialis non obseruatur in curiis supremis

Ob id si actor probat centum, & petat ducēta, iudex etiam inferior nō sequetur eam conclusionē libelli, vbi petitur fieri condemnationē in ducentis, sed condēnabit reum in centū probatis. Bal. & Sal. in l. 1. C. de plus petitio. Bal. & Sal. in l. 1. C. de litis cōteſt. Rom. in l. scire debemus. nu. 12. ff. de verb. obli. reprobādo glossam in d.l. 1. quæ contrariū tenebat, & malè. & verior est aliorum opinio: quia actor litē cōtestando super tota summa, videtur & super qualibet parte illius summæ & litē cōtestari. ita Bald. in illis locis, & sic semper aduertitur ad id quod probatum est, & nō ad id quod est deductū, & petitū, vnde ex his hoc vnum inferri potest, q℔ quāuis actor plus petierit, si tamē probet partem suæ petitionis debebit obtinere in eo qđ probauit, & hoc tam in reali, quā in personali: in reali, vt si actor petat totū fundū & probet partē ipsius fundi, in ea parte debebit obtinere quā probauit. idē & in actione personali, vt si petat actor decē, & probet quinq;, in illis quinq; ℔batis debebit obtinere, & hęc est doctorū approbata cōclusio quā tenet Bar. in l. 1. C. si aduer. rē iudic. Iaf. post alios in l. quidam existimarūt. ff. si cert. peta. Guid. Pap. decis. 27. Aufre. in decis. Capellæ Tolosanæ, decis. 178. Chass. in consue. Burgūd. in titulo, *des iustices*. §. sexto. in verbo, *iusques*. nu. 13. in maiori em̄ summa & minor inest. l. 1. §. si stipulāti. ff. de verb. oblig. & ibi plenè doct. & sic petendo totum, & partē videor petere, & ita vera sententia debet esse conformis probationi, & non petitioni.

12 Contestatio litis super tota summa videtur & super qualibet parte fieri

13 Actore plus petēte & minus probāte, in probatis fiet condemnatio.

Sed quid ecōtrario, actor petit quīquaginta, & ℔bat centū sibi debita esse: adquid nūc fiet ea cōdēnatio, an ad centū probata, an verò ad 50. petita? & dic

14 Actor minus petens & plus probās, in plus probatis nō debet obtinere.

eo

eo caſu fieri condemnationẽ ad quinquaginta petita,& nõ ad centũ probata.Rom.in d.l.ſcire debem°. & diuerſa ratio ſtatuitur in hoc caſu:quia quãdo pl° petitur,& minus probatur,tũc ſemp cõteſtatio reperitur facta in eo caſu,cũ petẽdo maiorem ſummã, & minorẽ videatur petere:ſed cùm minor ſumma petitur,& maior ꝓbatur,in eo ꝙ plus ꝓbatur lis nõ reperitur cõteſtata:quare,in eo nõ poteſt fieri condẽnatio,cũ ſentẽtia ſine litis cõteſtatione ꝓferri nõ debeat.l.cũ prolatã.C.de ſentẽ.& inter.om.iud.fatuus eſt enim iudex qui cõdemnat vltra quàm petitũ eſt. l.vlti.C.de fideic.libe.& in hoc caſu vidi hãc praxim receptã eſſe, quando ipſe actor minus petit & plus probat.& quoniam ſuper eo pluri ſententia ferri nõ poteſt : quia ſuper eo non eſt conteſtatum, obtineri debent literæ regiæ à Cancellaria, quæ dirigentur iudici,coram quo lis iam cœpta eſt,cui mandabitur quòd ſi conſtet plus probaſſe, quàm fuiſſet petitũ, quòd in eo pluri eum reum condemnet,ſuper quibus literis facta conteſtatione proceditur ad totius ſummæ condemnationem, interinando eas literas regias.

Quis petendo maiorẽ ſummã,& minorẽ videtur petere.

Quæſtio. Altera quæſtio ſe hîc offert tractanda: Actor in iudicio agit ex vna cauſa, & probat ex altera, an debeat obtinere?& videtur quòd non, per l. habebat. in prin.ff.de inſt.c.abbate ſanè. de re iudi.in 6. Alex. conſil.56.vol. 2. & Dec.conſ. 83.num.2.& tenet ibi ſi malè actum ſit, quamuis fuerit bene probatum, de nouo agendum eſſe.

Contrarium tenet Rom. conſ.21. & ibi tenet & confirmat multis rationibus, quòd ſi actor ſummã pecuniæ petierit, debitam ex cauſa mutui, & poſtea in diſcurſu ꝓceſſus probet in eamet inſtantia eã pecuniã ſibi debitã fuiſſe ex alia cauſa:aſſerit ibi Rom. ſententiam proferendam eſſe in vtilitatem actoris, & ob id ſi quis agat ad ſummam ſibi debitã pro reſto ſummæ contentę in tali inſtrumento,licet ex tali inſtrumẽto nihil debeatur,ad quod fit relatio : attamen conſtat in proceſſu ex alio inſtrumento, vel ex alia cauſa eam ſummam debitam eſſe,poterit fieri condemnatio ad eam ſummam ſoluendam,quam conſtat etiam ex alia cauſa debitam eſſe:ita tenet ibi Rom.& allegat Speculatorẽ ita tenere in titulo de ſenten.§.qualiter.verſic.ſi quis. & hoc credo verum ad circuitus euitandos.l. cum fundus.ff. ſi cer. peta.

Agens ex vna cauſa probans ex alia,debet obtinere.

Obiectio. Redeundo ad propoſitum,iam dictum eſt actionem de iure ciuili in iudicio exprimendã eſſe : quod tamen videtur impoſſibile.Actio enim eſt ius perſequendi in iudicio quod nobis debetur.Si ergo actio eſt ius,ergo in libello proponi non poteſt,incorporalia enim tangi non poſſunt, nec videri, & minus contineri poſſunt in libello,per eum titulum de rebus corporalib.& incorporalib. dic verũ eſſe quòd actio eſt ius perſequendi : & proponi debet in iudicio, vt eſt proponenda, vt ſcilicet intellectu percipiatur, non quòd oculis cernatur: ſicuti dicimus obligationem eſſe ius quod ſcriptura continetur,& tamen non continetur ſcriptura, ſed intellectu percipitur in prin. de litera. oblig.quare libell° eſt ius, & continet & demonſtrat actionem, per quam demonſtratur intentio actoris,quam reus ſuo intellectu poteſt percipere,non quod actio libellum ſignificet, ſed per eum libellum quæ ſit actio ſignificatur:in quo libello actor ſuum factum fuit complexus.

Quæſtio. Et cùm in libelli mentionem incidimus, ſingamus,actor in ſuo libello fecit mentionem cuiuſdam inſtrumenti,an illud ante litem conteſtatam teneatur exhibere? Iaſ. in rubri.de edendo tenet actorem teneri ad illius exhibitionem : & ad illud reo edendum, & illi communicandum, quod verum eſt ſi illud habeat in præſenti : alioquin ad vlteriora procedendum erit, & hæc etiam procederet vbi actor mentionem facit de inſtrumento, de quo veriſimiliter reus non poſſet eſſe certior factus. ſed ſi veriſimiliter reus talis inſtrumenti potuit habere notitiã, & tunc illi non eſſet exhibendum, vt ſi legatarius petat rem ſibi legatam in tali teſtamento cõtra hæredem,qui hæres petit communicationem teſtamẽti : iuſtè certè talis communicatio erit illi deneganda, nam cùm ſit hæres, debet ille habere notitiam teſtamenti. Bal.in l.ſi legatum.& ibi Iaſ.ff.de edend. quod procedit in hærede extraneo. Cæterum in ſuo hærede, qui ab inteſtato poteſt ſuccedere, nam tũc ſi contra ſuum hæredem petatur legatum, vti conſtat tali teſtamẽto, & eo caſu legatarius teſtamentũ illud teneretur edere.& in ſumma quãdo aliquis facit mentionem inſtrumenti in ſuo libello ſiue limitatiuè, aut aliàs tenetur illud inſtrumentum aut priuilegium edere: ſi reus illud petat ante litem conteſtatam,nulla habita diſtinctione an de illo fiat mẽtio limitatiuè, ſiue declaratiuè : cuius diſtinctionis meminit Ioan.de Imo.in c.1.nu.11.de prob. & Gui. Papę deciſ. 116. nam poſtquam actor illius inſtrumẽti mentionem fecit,& requiritur à reo vt producat,illud erit producendum. & ita determinat Inn. in eo c.1. & talẽ differentiam reiicit ibi Panor. in eo c.nu.26. nam imputetur actori, cur illius inſtrumẽti mentionem fecerit, & hoc dummodo reus illud petat ante litem conteſtatam,quia ſi poſt litem conteſtatam,reus non poſſet petere vt ederetur, nam ea ratione ante litẽ conteſtatam petitur inſtrumentum vt edatur vt reus deliberet,an velit litigare. Ita Pan. & alij in eo c. 1.& Guid.Pap.in ea deciſ.116.ſed poſt litem conteſtatam non eſt deliberandum: quare tũc non teneretur actor illud producere,ſed ſi velit fundare ſuam intentionem, illud producendum eſſet, niſi tale eſſet inſtrumẽtum quod veriſimiliter eſſet penes actorem,vt ſi actor petat legatum ſibi relictũ in tali teſtamento, & tunc ſi reus hæres peteret viſionem illius teſtamenti,non eſſet audiendus, quia præſumendum eſt hæredem ſcire teſtamentum, niſi ille hæres eſſet de ſuis, qui aliàs tanquam ſuus ab inteſtato poſſet ſuccedere. ita Iaſ. in rubric. C.de edendo. Feli. in cap.1. num. 26. & 28. de proba. Iaſ. in l. 1.§. edenda. & plenè in l. ſi legatum. ff. de edẽdo. vt deciſ. Capellæ Toloſanæ, & ibi Aufre. deciſ. 294. & eſt ordinatio regis Caroli noni, artic.quinto, in ordinationibus editis anno domini 1563. vbi deciſum eſt partes in initio proceſſus teneri dare copiam inſtrumenti, cuius in petitione facta fuit mẽtio, & hæc omnia intelligi debent ſi ea inſtrumenta habeat : aliàs niſi produceret, & ſi illud producere recuſaret, iudex poſſet ordinare, quòd abhinc tali inſtrumento non haberetur fides. ita Iaſ. in eo. §. edenda.

Actor mentionẽ faciens in libello de inſtrumento, illud tenetur edere.

Legatarius hęredi nõ tenetur producere teſtamentum.

Quòd ſi actor in ipſo libello dicat ſe ceſſionariũ, & tanquã talis agat in iudicio,debebit docere,& ꝓducere ſuã ceſſionẽ.Bal.in l.ſi duo.ff. de ſol. & deciſ. 294.Capellę Toloſanę, quod procedit ſi à parte aduerſa petatur ea ceſſio, alioquin parte non opponẽte teneret proceſſus, vt per Rebuf. in tract. de literis 20

Actor ſe dicẽs ceſſionariũ tenetur ceſſionẽ producere. 21

BIU Cujas

obligatoriis. artic. 3. in gloss. 2. num. 18. & ibi attestatur se vidisse factam executionem à quodam cessionario, quæ tenuit etiam non facta fide de cessione, ex quo nihil sibi oppositum fuerat, & hoc procedit vbi ille cessionarius ageret in vim cessionis & tanquam cessionarius, nam tunc de cessione debet facere fidem, si hoc petitum fuerit, quod si ex persona cedentis ageret, non teneretur docere de ipsa cessione, vt per Rebu. in eo loco, & ita in ea decisione Capellæ Tolosanæ decissum est.

22 Et si actor in suo libello aliquid obscuri aut dubij proposuerit, poterit illud dubiũ aut obscurũ interpretari, aut declarare secundum suã intentionem. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudiciis. quod actori narranti aliquid quod dubium, aut ambiguũ sit, licet, per eam l. si quis quãdiu viuit. facultas autẽ declarandi illud dubiũ non transit ad hæredẽ. Bar. in l. 23 inter stipulantẽ. §. 1. & ibi Ias. nu. 6. ff. de verb. ob. Idẽ Ias. in l. penul. §. fi. ff. si quis eũ. de Anch. in c. fi. de succes. ab intest. est enim ius illud declarãdi personale, quare personam non debet egredi. Bar. in eo loco, iura enim personalia cum persona extinguntur. l. & hęredi. ff. de pactis. & Ias. in eo. §. 1. quare ea lex, si quis intentione, non habet locum in hærede qui nõ potest verbum obscurum positum à defuncto in suo libello interpretari nec declarare.

Actor obscurũ, aut dubiũ quod proposuit, potest declarare.

Ius tamen seu facultas eligẽdi, quã habet reus in 24 alternatiuis bene transit ad hæredes, qui poterũt eligere, sicuti & eorũ prædecessor eligere poterat in alternatiuis. l. si ita stipulatus fuero. in 1. ff. de verb. obli. Bar. & Ias. in eo. §. 1. l. inter stipulantem.

Ius eligẽdi trãsit ad hæredes.

Item etiam ius reuocandi confessionẽ erroneam datur non solũ erranti, sed & eius hæredi. l. nõ idcirco. C. de iuris & facti ignor. Bal. in l. error. C. eodẽ. & Ias. in eo §. 1. l. inter stipulãtẽ. ius tamẽ interpretãdi confessionẽ obscurã non trãsit ad hæredes, sicuti 25 nec interpretatio dicti obscuri in libello, hoc quidẽ solum illi permittitur qui vsus fuit verbis obscuris aut confessione obscura. de Anch. in eo. c. fi. sicuti & exceptio obscura aut rei positio obscura est ab ipso reo declarãda, & non ab eius hærede, vt tenet Inno. in eo cap. fi.

26 Ius interpretãdi confessionẽ obscuram non transit ad hæredes.

Maius dubiũ est in facultate iurandi, an illa trãseat ad hęredes: in quo doctores variarunt. Ias. in hac materia ita distinguit in l. 1. §. hoc iudiciũ. ff. nequis eum. & eam distinctionẽ perãtea ibi tenuerat Rom. 27 in eo loco: & hęc est distinctio ꝙ facultas iurãdi quę à lege defertur, vel ab eius ministro, nẽpe à iudice, transit ad hæredes, quando ille qui debebat iurare, decessit ante præstitũ iuramentum, nam demum eius hæres poterit iurare, & petere vt sibi deferatur iuramentum ad iurandum, & quod sibi erit deferẽdum, & facultas iurandi eo casu ad hæredem debet trãsire. gl. in eo §. hoc iudiciũ, quę ita intelligi debet.

Facultas iurãdi quæ à lege defertur, aut à iudice transit ad hæredes.

Vnde ex hoc sequetur ꝙ facultas iurãdi in litem 28 contra violentum, & quæ à lege defertur in odium violenti, transibit ad hæredem, & hęredibus deferẽdũ erit. Pau. Cast. & Ias. in l. si quando. C. vnde vi. dũ tamẽ talis sit hæres, vt possit iurare, & qui verisimiliter sit informatus de re ipsa, idem & in iuramento 29 necessario censendum erit, quod iudex lege cogente defert semiplenè probanti, quod sicuti defuncto ꝓbanti semiplenè deferendum erat, ita nunc & eius hæredi deferendum erit. Rom. cons. 290. dummodo hæres habeat notitiam rei & negotij de quo agitur.

Facultas iurandi in iuramento necessario ad hæredes trãsit.

Facultas autem iurandi in iuramento quod defertur à parte parti, & ex sola partis voluntate, nõ trãsit ad hæredes. l. generaliter. in prin. C. de rebus credi. alia enim est persona defuncti, & alia hęredis. Rom. & Ias. in eo §. hoc iudiciũ. ob id si quis in iudicio iuramentum alicui detulerit, & ante præstitum iura- 30 mẽtum moriatur, hæres eius non poterit cogere eũ deferentem, vt sibi deferat tale iuramẽtum, facultas enim iurandi eo casu, non transit in hæredẽ, quia ille deferens considerabat, & se cõfidebat de legalitate defuncti; & demum non cõfidit de legalitate hęredis, cui non cogitur illud iuramentum deferre.

Factũ ergo in libello est diligẽter narrandũ, nam imprimis facti narratio ꝓponi debet, demũ causa petitionis, & tandẽ cõclusio: & hæc tria in libello sunt proponẽda, & vulgo dicitur libellũ ex tribus debere cõstare: nẽpe ex facti narratione, ex causa, & ex ipsa cõclusiõe. Ias. in §. actionũ. de actionib. nu. 111. factũ enim cõgruenter narrandum est, postmodum causa 31 exprimenda est, & tandem conclusio ponenda.

In libello narrato causa & conclusio debent poni.

Causa in libello diuersimodè exprimitur; & alio modo exprimenda est cùm agitur actione reali, & a- 32 lio modo cũ agitur actione personali; in actione reali sufficiet causam proximam exprimere, nẽpe domiuiũ: causa autẽ remota propter quã res est nostra, nõ est exprimẽda, ita concluditur cõmuni doctorũ calculo, in l. 1. ff. de eden. & Ias. in eo §. omnium. num. 120. de actio. & cùm agitur actione personali, causa remota est exprimenda, nempe contractus, qui est causa remota, ratione cuius petit aliquid. l. & an eãdem. §. actiones. ff. de excep. rei iud. c. abbate sanè. de re iudi. in 6. & Ias. in eo §. omnium.

Causa proxima in libello est exprimenda in actione reali.

Narratio quæ in libello exprimitur, si sit plenior 34 conclusione, restringitur per cõclusionem. Bart. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de liber. lega. Pano. & Fel. in c. vnico. de litis contest. Soc. in ca. significãtibus. vers. quo ad quartũ. de libel. oblati. & in summa nõ inspicitur quid, quale, & quantũ narretur; sed qualiter, & quantũ ex narratis concludatur verba Soc. in eo loco, regulatenim libelli cõclusio, ampliat, declarat, & 35 restringit ipsum libellũ. Chassa. cons. 12. & sic debet attẽdi libelli cõclusio, & nõ ipsa narratio: & nisi hęc tria in libello proponantur, vel nisi libellus ea tria contineat, libellus diceretur ineptus, & tanquam talis à parte aduersa, reiici deberet per exceptionem ineptitudinis libelli.

Narratio ꝓ cõclusionẽ exprimitur.

Quæ exceptio ineptitudinis libelli quandocũque 36 opponi potest etiã post sententiã. Bal. in l. licet. C. de procu. & Sal. in l. exceptionẽ. C. de exceptio. & hæc exceptio ineptitudinis libelli differt ab exceptione incertitudinis libelli, vel generalitatis libelli, nam si libellus sit incertus, vel generalis, pars aduersa ante 37 litẽ cõtestatã eã generalitatẽ, vel incertitudinẽ libelli debet opponere. Bal. & Sali. in d. l. exceptionẽ. Ias. in §. omniũ. de actio. nu. 125. & neq; demũ post litẽ contestatã opponi posset de incertitudine, aut libelli generalitate. Exceptio tamẽ ineptitudinis libelli etiam post litem contestatam, immò & post sententiam opponi potest, vt iam deductum fuit.

Exceptio ineptitudinis libelli etiã post sententiam opponi potest.

Illę tamẽ exceptiões ineptitudinis, incertitudinis, 38 & generalitatis libelli debent à parte opponi: alioquin parte nõ opponente teneret processus, & valebit sententia lata super eo libello inepto, incerto, vel generali: dum tamẽ ea incertitudo vel generalitas ex probationibus factis certificetur. Ang. & doctor. in l. fi. C. de anna. exceptio. & Chass. cons. 12. Dec. aliter sentit. inquit enim quòd libellus generalis

Illæ exceptiones à parte opponi debent.

BIU Cujas

lis autincertus recipit cõfirmationẽ ex ꝓbationibus factis,ex quibus ea generalitas potest declarari: sed libellus ineptus non potest iustificare ex probationibus,quare semper erit reiiciendus.

39 Quòd si reus à principio contra libellum opponat de incertitudine, vel generalitate libelli, iudex talem libellum reiicere poterit. l.j.& ibi gl.ff.de officio assess. & est aduertendum quòd quamuis libellus videatur incertus, si tamen per relationem ad narrata in libello vel per rerum naturam ex narratis in libello certificari possit, deberet sustineri talis libellus.Chassa. in eo cons.12.quia illud dicitur esse certum, quod certum est per se,vel per relationem ad aliud.l.certum.ff.si cert. peta.

Certum quid.

40 Libello oblato in iudicio iuxta authenti. offeratur. C. de litis contest.si reus comparuerit, lis erit contestanda quæ fit per petitionem factam in iudicio,& responsionẽ factã ab ipso reo negãdo,quod in libello cõtinetur:vel contenta cõfitendo.l.j.C.de litis cõtest. sed cõfitendo tandẽ abest,vt reus videatur litem contestari,vt eam vel maximè fugiat. l. si reus paratus.ff.de procura.l. ad solutionem.C.de re iudi. quare propriè litis contestatio inducitur per contradictionem,quam reus facit petitioni actoris. l. rem non nouam.§.patroni.C.de iudi.sed reus cõfitendo non contradixit petitioni actoris,ergo reus confitendo non contestatur litem:quin potius per eam confessionem lis finitur, & per negationem lis incipitur, & est hæc opinio Saliceti in d.l.j.nu.7.

41 Litis contestatio quomodo fiat.

42 C. de litis contest.

Reo igitur confitenti fit præceptum de soluendo.l.debitoribus.ff.de re iudi.& tale præceptum de soluendo est sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ.Guid. Papę.decis.12.& Sali. in d. l.j. nu. 7.sed de hac re plenius inferius.

43 Iudicium incipit à litis contestatione.

Post factam litis contestationem incipit esse iudicium quod propriè incipit ab ipsa litis contestatione,& ea quæ eam præcedunt, dicuntur præludia & ipsius iudicij præparamentum, glos. ab omnibus approbata in titulo, in medio litis non fieri sacras iussiones, & quam glossam approbat Ias. in rubri. C. de edendo. nu.5.& docto. in l. j. C. de edendo.

Præludia iudicij quæ dicantur.

44 Satisdationes quæ olim erãt in vsu.

Antiquitus reus conuentus reali actione suo vel alieno nomine tenebatur satisdare: quæ satisdatio appellatur satisdatio iudicatum solui, & tenebatur reus dare fideiussorem qui promittebat aut rem restituere, aut litis æstimationem.Angel.in rubri. ff. qui satis. cogant. Agens nomine proprio non satisdabat, & agens nomine alieno vt procurator alterius satisdabat dominum rem ratam habiturum, de qua cautione in eo titulo,rem ratam haberi.

Conuentus actione personali non satisdabat gl. in prin.insti.de actio.quã ibi approbat Ioan. Faber. qui reprobat aliam glossam quæ contrarium tenebat in rubri.ff.iudi.solui:& hoc vbi reus conuentus esset suo nomine:quòd si alieno nomine,satisdabat iudicatum solui. Angel.in titulo.de satisda. in prin. insti. & hæc de iure antiquo obseruabantur: hodiè tales satisdationes exoleuerunt,& non sunt amplius in vsu,nec respectu actoris, nec respectu rei: vt per Ioan.Fabri in eo titulo de satisda. in prin. & Ioannes Folcherius in sua formula litium exercendarũ c.sexto:fiet ergo verè litis contestatio per contradictionem factam à reo in iudicio.

Quæstio.

Vidi dubitari an ea litis contestatio fieri possit in scriptis, quãdo scilicet actor suum libellum proponit,& reus in scriptis respondet libello ab actore proposito, an tunc dicatur fieri ipsa litis contestatio,sicuti ea quæ fit coram iudice cum reus negãdo respondet petitioni ab actore propositæ: hæc quæstio variè tractatur ab interpretibus. Hæc tamẽ est magis approbata , & recepta sententia , quòd ea est vera litis contestatio, quæ fit coram iudice, cùm reus respondet negando petitioni ab actore propositæ.c.j. de litis contesta. & ibi videtur probari hæc opinio: facit, quoniam ea fieri debet vno contextu, per illud c. & cùm fit in scriptis, non fit vno contextu:ergo in iudicio, & coram iudice fieri debet, & in eo c. j. præter propositiones & responsiones factas à partibus in scriptis,adhuc textus requirit vt fiat litis contestatio , quæ superflua esset si iam in scriptis ea facta fuisset, & hoc ibi tenent. gl.& Panor. & procedit hoc in causis ciuilibus:in criminalibus fit litis contestatio per responsionem, quam facit reus respondendo interrogatoriis quæ sibi fiunt à iudice: ita Columbanus in suo compendiario formæ procedendi extraordinariè artic.202. & Bar.hoc tenet in l.is qui reus.ff.de publi.iudiciis. Pau.Castrens.in l.rescriptum in prin.nu. 3.ff.de pactis. inquisitio enim quæ fit contra reum, succedit loco libelli vt per Hyppolitũ de Marsiliis in sua praxi causarum criminalium,in verbo,constante.num. 32. & demum reus respondendo super illis informationibus coram iudice,satis litem contestatur:asserit tamen Franciscus Marci. decisione. 100. in 2. par.quòd in criminalibus præuentio fit per capturã personæ.

48 Vera litis contestatio fit in iudicio.

Contestatio in criminalibus fit respondendo interrogatoriis.

49

Hęc litis contestatio in omnibus iudiciis requiritur, tanquam fundamentum & initium iudicij: & est de forma & substantia ipsius iudicij.l.prolatum. C.de senten.& inter.om. iudi.& neque ad sententiam peruenirì posset absque litis contestatione: quinimo talis sententia lata absque litis contestatione esset ipso iure nulla.d.l. prolatum , quod procedit in curiis inferioribus , in quibus iudices qui sunt iudices inferiores,tenentur leges obseruare, & id qđ legib⁹ decisũ est.Ias.in §.ex maleficiis de actio.

50 Litis contestatio in omnibus iudiciis requiritur.

In curiis supremis ipsa litis contestatio non ita strictè requiritur,cùm iudices illi maiores non ita ligentur ad obseruationem legum:& procedunt illi ad causarum decisiones absque vlla litis contestatione,cũ procedant sola facti veritate inspecta. Guido Papæ decis. 57.& procedunt absque obseruatione formularum quibus iudices inferiores astringũtur:vt per Ias.in eo §.ex maleficiis.

51 In curiis supremis litis contestatio non est necessaria.

Requiritur principaliter, ipsa litis contestatio in materia principali sed non super incidenti, aut emergenti quod superuenit in ipso principali negotio, in quo incidenti non est ea litis contestatio necessaria. glos. in §. illud. in authentic.de triẽte & semisse & ibi Angel. idem tenet Franciscus Cremensis in suis singularibus singulari. 125. & Constantinus in commentariis in constitutiones regias arti. 19.

Et id quod superuenit lite cõtestata, officio iudicis explicari debet, & in his quæ litis contestationem præcedunt,bene requiritur litis contestatio:vt ibi per Ange.

53 Super exceptionibus quæ post litẽ contestatã proponuntur, lis non est contestanda.

Et neque super exceptionibus quæ post litem contestatam proponuntur lis est contestanda.Pano. in c.prudentiam.§. sexto. num. 7. de offic. & potest iudi.deleg.sicuti nec in causis summariis:vt est decisio Capel.Tolosanæ.440. & Inno.in c.fi.de officio

54

BIU Cujas

55 iudi. in causis autem possessoriis lis est contestanda. decisio Cap. Tolos. 226. & ibi Aufre.

Lis in causis possessoriis cõtestanda est.

Sed quid si reus recuset litem contestari, quomodo contra eum procedendum est, doctor. posuerunt quædam remedia, & inter cętera hoc vnum adinuenerunt; vt contra reum procedatur ad primum decretum, qui recusat litem contestari. Bart. in l. j. C. de litis contesta. quidam dicunt: quòd iudex reũ recusantem contestari litem, possit eum compellere captis pignoribus: & poterit vti aliis remediis solitis. Sali. in d. l. j. nu. 5. alij dicunt & melius quòd iudex debet admonere reum recusantem litem contestari, vt contestetur litem: quòd si recuset, potest & debet iudex ordinare quòd lis habeatur pro contestata: & hoc facta prius admonitione super his: & si videat eum contumacem, poterit ita ordinare admittendo demum partes ad probandum: & hæc est passim praxis recepta, & in curiis obseruata & hoc tenet Guid. Pap. deci. 587. & Papon in suo *recueil des arrestz* in titulo *des forclusions*, arresto secundo, & Constantinus in ordinationes regias. artic. 23. & ibi inquit hoc obseruari in pœnam contumacis, & in non respondendo vt lis habeatur pro contestata: & ita demum ad diffinitiuam procedetur, & hoc sæpius vidi obseruari in curiis inferioribus.

Remedia contra recusantem cõtestari litẽ.

56

In curiis supremis dubitatum est an hoc fieri debeat, ex eo quia iam diximus curiam supremam nõ ligari hac solennitate. Verùm si casus eueniat, quòd purè in curia recuset litem contestari, videndum est quid fieri debeat: aliqui dicunt quòd in non contestãdo datur *exploict*, contra eum qui recusat contestari quod verum est, possunt etiam si velint cogere partes ad contestandum, & in pœnam recusantis litem contestari, potest curia ordinare quòd habeatur pro contestata: & hoc tenet Constantinus in ordinationes regias, artic. 23. posset tamen procedere ad arrestum etiam sine litis contestatione vt plenè Guid. Pap. deci. 58. & 369. vt suprà dictum fuit.

57

58 Ipsa litis contestatio impediri poterit, si reus in initio litis opponat vnam ex exceptionibus quæ appellãtur exceptiones litis finitæ, & quæ impediũt litis ingressum, quæ sunt plures, de quibus meminit Bart. & post eum Ias. in l. ait prætor. nu. 15. & 16. ff. de iureiur. & præcipuè tres recensentur exceptiones litis finitæ, nempè exceptio transactionis, rei iudicatæ, & iuramenti. c. j. & ibi gl. de litis contesta. in 6.

Exceptiones litis finitæ.

Et appellantur exceptiones litis finitæ seu impedientes litis ingressum, propterea quòd illæ respiciunt instantiam: & illam finiunt cùm de illis constet: quare si lis aliqua per sentẽtiam, aut transactionem, aut iuramentum decisa sit, si demum suscitetur opponi poterit talis exceptio, de qua si constabit, reus relaxandus erit: quis enim nouam instantiam subire non tenetur. Gemi. in eo c. j.

Idem etiam censendũ erit, & in exceptione laudi, 59 seu compromissi: & hoc vbi laudum illud à partibus fuisset approbatum: nam tunc poterit dici transactio: & licet cõpromissum propriè nõ sit transactio, impropriè tamen dici poterit: & largo modo dicetur transactio quando laudum latum ab arbitris, & ipsum compromissum est à partibus approbatum. Ange. in §. si vero. in authent. vt differentes iudices, & Decius, consi. 60. exceptio de stando iuramento partis, habet vim transactionis & erit de exceptionibus impedientibus litis ingressum. Chassa. consi. 68. nu. 7.

Exceptio laudi est exceptio litis finitæ. Cõpromissum potest dici transactio.

Item & omnis exceptio peremptoria æquiparatur exceptionibus litis ingressum impedientibus, & parem vim habent. Felin. in c. exceptionem de exceptio. & Chassa. in eo consi. 68. nu. 47. & ideo si in initio litis opponatur exceptio peremptoria, impediet litis ingressum, si opponens in proptu offerat se probaturum: quam si probauerit, debebit obtinere, & erit relaxandus in principali: quòd si in initio litis omissæ fuerint, & neque propositæ, poterunt demum proponi, & post litem contestatam, & tunc cùm proponentur post litem contestatam, dicentur peremptoriæ: & probari poterunt post litem contestatam, & sic huiusmodi exceptiones peremptorię propositę ante litem contestatam, & de quibus in promptu constat, habent vim exceptionum litis finitæ: si verò de illis in promptu non constet, vel si opponantur post litem contestatam, dicentur exceptiones peremptoriæ. Paul. Castren. in l. eleganter. ff. de condi. iudi.

60 Exceptio peremptoria in initio posita habet vim exceptionis litis finitæ.

Et licet dictum sit exceptionem rei iudicatæ esse exceptionẽ litis finitę, est tamẽ solùm verũ regulariter: sed limitatur cùm quæstio est de matrimonio: nam quamuis quis sententiam pro se obtinuerit in causa matrimonij si demum ea causa remittatur, exceptio rei iudicatæ, & finiti matrimonij non obstabit, neque impediet, quin denuo super eo matrimonio cognoscatur: in causa enim matrimoniali, sententia nusquam transit in effectum rei iudicatæ. c. lator. de re iudicata: & neque etiam obstabit exceptio transactionis. c. fi. de transact. & Gemi. in eo c. j.

Exceptio rei iudicatę est exceptio litis finitæ.

Quantum pertinet ad exceptionem iuramenti, 63 quam dicimus esse exceptionem litis finitæ, huic dicto vnum videtur obstare, quia opponens talem exceptionem videtur litem contestari: cùm iuramentum habeat vim litis contestatæ. l. si is qui temporali: & ibi Ias. ff. de iureiurand. quòd si iuramentum habeat vim litis contestatæ, quomodo ergo impediet litis ingressum. Huic dubio ita occurri potest, & vtrumque poterit procedere: & aduertẽdum erit, quòd cùm iam causa iuramento decisa est, si demum is qui iurauit, conueniatur in ea causa, & talis conuentus poterit opponere exceptionem iuramenti, non quòd illud iuramentum deferat actori, sed solùm vt demonstret causam iam fuisse iuramento decisam: nam solum excipitur de iuramẽto iam præstito, ob quod causa decisa fuit. Aliud est enim quando iuramentum actori defertur in iudicio super aliqua causa, tunc certè verum est, quòd talis delatio iuramenti, & illius pręstatio habet vim litis contestationis. d. l. is qui temporali: & sic aliud est de nouo deferre iuramentum, & aliud est excipere de iuramento iam delato & præstito in alia causa: quæ exceptio iuramenti impedit ne de nouo causa reintegretur.

Exceptio iuramenti an sit exceptio litis finitæ.

Iuramentum habet vim litis contestatæ.

64

Omnis ergo exceptio, per quam apparet actionem sublatam esse, poterit dici exceptio litis finitę, seu impediens litis ingressum: & sic erunt plures quàm tres: & in initio litis proponi debent: quòd si omissæ fuerint, poterunt demum proponi, & post litem contestatam, & tunc vt exceptiones peremptoriæ proponentur, quare si opponantur in initio litis, dicentur dilatoriæ, si post peremptoriæ. Paul. Castren. in l. eleganter. ff. de condi. iudi.

65 Exceptio litis finitæ quę post litem contestatam proponitur, dicetur peremptoria.

Non quòd sint planè dilatoriæ illæ exceptiones: nam

BIU Cujas

nam exceptiones quæ ſunt verè dilatoriæ, non poſſunt proponi poſt litem conteſtatam: vt ſtatim vi-
66 debitur, ſed quia hæ exceptiones poſſunt proponi ante litem conteſtatam: ſi tunc opponantur, dicentur dilatoriæ, quòd ſi poſt, dicentur peremptoriæ.

67 Et quoniam in mentionem harum exceptionum incidimus, eſt notandum quòd exceptionum quædam ſunt dilatoriæ, aliæ ſunt peremptoriæ. gloſ. & docto. in c. exceptionem. de exceptio. quædam etiã ſunt quæ poſſunt dici dilatoriæ ſi opponantur in in principio litis, & poſſunt etiam dici peremptoriæ ſi opponantur poſt, vt iam dictum eſt.

Exceptionis diuiſio.

68 Dilatoriæ exceptiones ſubdiuiduntur, nam aliæ ſunt dilatoriæ fori, ſeu iudicij, & quæ ſolum concernunt ipſum iudicium, nempe aut perſonam ipſius iudicis, aut partis, aut procuratoris, aut ipſum reſcriptum: & aliæ ſunt dilatoriæ quæ concernunt ipſum negotium principale, ſeu rem de qua agitur: vt eſt exceptio ſolutionis, exceptio pacti de non petendo, & ſimiles: & huiuſmodi exceptiones quę cõcernunt negotium principale, ſi opponantur ante litem conteſtatam, erunt dilatoriæ: ſi verò poſt, erunt peremptoriæ. Pano. in c. exceptionem. nu. 12. de exceptio. Pau. de Caſtro. in l. eleganter. ff. de condi. inde. & Aufredi. in deci. Capellæ Toloſanæ deci. 279. & vſque ad ſententiam opponi poterunt. l. peremptorias. C. ſenten. reſcindi non poſſe.

Exceptionis dilatorię diuiſio.

69 Quæſtio hic ſe offert diſcutienda an iudex debeat habere rationem exceptionis, de qua in proceſſu conſtat, quæ tamen à parte non fuit allegata, vt in hoc exemplo, Titius debet centum ſoluenda in feſto Paſchalis, debitor ante illud tempus conuenitur: & conuentus non opponit quòd ante diem conuenitur: & tamen conſtat ex inſtrumento quòd actor agit ante diem: an ergo iudex debeat ſupplere, & aduertere ad eam exceptionem, cùm à parte non ſit oppoſita, an verò poſſit reum non excipientem condemnare? Pro huiuſce quęſtionis reſolutione ita diſtingui ſolet, quòd quando ex eo met inſtrumento ſuper quo actor fundat ſuam actionem, & intentionem, & quod ab ipſo actore productum eſt, conſtat inſimul, & de intentione actoris: & de exceptione rei: & tunc iudex ad vtrunque aduer-
70 tere debet, & ad actoris intentionem, & ad rei exceptionem: quare in eo exemplo iam propoſito, cùm iam conſtet iudici, vt iudici ex eo inſtrumento, de rei exceptione, quantumuis ab eo ea exceptio nõ fuerit propoſita, debebit iudex aduertere: & aduertendo debebit ipſum reum & debitorem condemnare ad ſoluendum adueniente die. Bar. in l. exceptionem. C. de exceptio. quem ſequitur Panorm. in d. c. exceptionem. Quòd ſi de ea exceptione ex eo inſtrumento non conſtet: & neque reus eum adduxerit, iudex tunc non tenetur ad eam aduertere: parti enim imputandum eſt cũ ſuam exceptionem nõ allegauerit & ſuum ius non propoſuerit: Aufre. in
71 ea deciſione Capellæ Toloſanæ, & Bar. in l. lecta. & ibi Iaſ. ff. ſi cert. peta. & Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iudic.

Quæſtio.

Tales ergo exceptiones quæ ſunt peremptoriæ
72 poterunt opponi vt iam dictum eſt vſque ad ſententiam: & ſi non fuerint deductæ in prima inſtantia, poterunt demum opponi in articulo appelli per regulam, non probatum probabo. cùm in articulo
73 appelli res reducatur in eum ſtatum in quo erat cauſa tempore litis conteſtatæ, l. ita demum. C. de procu. & ibi docto. dilatoriæ autem in articulo appelli proponi non poſſunt: vt per docto. in d. l. per hanc. 74

Vſque ad ſententiam exceptiones peremptoriæ proponi poſſunt.

In executione ſententiæ plures exceptiones opponi poſſunt. & in hoc caſu, vt ſciatur quæ exceptiones opponi poſſint in executione ſententiæ hęc datur regula, quòd omnis exceptio, quæ non impugnat ſententiam, in executione opponi poteſt. l. Neſennius. §. fi. ff. de exceptio. rei iudi. & ibi glo. & Bar. & Aufredi. deci. 262. in deciſio. Capel. Toloſ. vt eſt exceptio compenſationis, & ſolutionis: dum tamen in cauſa principali ea exceptio deducta non fuerit. gl. Bar. & Iaſ. in l. j. C. de iutis & facti igno. & Aufredi. deci. 92. in deci. Capel. Toloſ. & in ea deciſione 262. exceptio etiam diuiſionis in executione opponi poteſt, & ita iudicatum fuiſſe refert Boeri. deciſ. 59. in fine & Alexan. conſ. 37. nu. 8. in 2. volu. 75

Quę exceptiones in executione ſententiæ opponi poſsũt.

exceptio ordinis eſt exceptio anomala, & cùm ſit dilatoria opponi debet in initio litis. Boeri. in ea deci. exceptio diſcuſſionis opponi poteſt & ante litem conteſtatam & poſt. vt ibi per Boeri. & ea exceptio compenſationis cùm ſit exceptio peremptoria, poterit opponi & in articulo appelli. Aufre. in ea deciſ. 93. 76

Exceptio ordinis in initio litis opponi debet.

77

Et in hac materia exceptionum hoc obſeruatur, vt opponens exceptionem eam teneatur probare, cùm reus in exceptionibus efficiatur actor, & ſicuti actor tenetur probare quod proponit, & ſuam intentionem, ſic reus tenetur probare ſuam exceptionem. l. exceptionem. C. de proba. & eam exceptionem proponens reus nihil videtur fateri de intentione actoris per regulam, non videtur. 78

Opponens exceptionem eã tenetur probare.

79

Dictum iam fuit, iudicium incipere à litis conteſtatione, & per conſequens ea litis conteſtatio eſt de forma & ſubſtantia ipſius iudicij, vt iam demõſtratum fuit: ergo ea quæ præcedunt, non ſunt de ſubſtantia ipſius iudicij, & quamuis non ſint de ſubſtantia, ſunt tamen ex iudicio, vt eſt citatio de qua in eo titulo, de in ius vocando, libelli oblatio, vt in eo titulo de libelli oblatione, & ſimilia quæ licet non ſint de ſubſtantia iudicij, ſunt tamen partes ipſius iudicij: non quidem partes integrales ſeu ſubſtantiales, cùm non ſint de forma ipſius iudicij, cùm iudicium ſine citatione, & ſine libelli oblatione conſiſtere poſſit: vt quando quis eſt præſens in iudicio ille non eſt citandus, & nihilominus ſe cogetur defendere, cùm ibi repertus fuerit: & ſic iudicium poterit eſſe ſine citatione. Iaſ. in rubri. de in ius vocando. ſed erunt partes iudicij minus integrales. 80

Quæ præcedũt litem conteſtatam non ſunt de ſubſtantia iudicij.

Quæ ſint partes iudicij.

Totum enim aliquod conſtat partibus quarum aliquæ ſunt integrales, & ſine quibus totum ſtare non poteſt: aliquæ verò ſunt partes minus integrales, & ſine quibus totum ſtare poteſt, vt homo, qui vt totum aliquod conſideratur, cõſtat ſuis partibus integralibus, nempe corpore & anima: quamuis aliqui dicant & tenuerunt, hominem non conſtare anima & corpore, ſed ſola anima, quam ſolam animã dicunt hominem eſſe: corpus autem dicunt eſſe ergaſtulum, ſeu carcerem ipſius animæ: quorum opinionem confutat diuus Auguſtinus lib. 13. c. 24. de ciuitate Dei, & ibi inquit hominem non eſſe ſolum corpus nec ſolam animam, ſed qui conſtet ex corpore & anima: habet etiam homo alias partes minus integrales, & ſine quibus dici poterit homo: 83

Totum in ſuas partes diuiditur.

Homo vt totũ conſideratur.

84

Homo conſtat anima & corpore & non ſola anima.

nempe

nempe oculos, pedes, & brachia sine quibus homo dicetur homo.

Iudicium consideratur vt totum habens partes integrales & non integrales.

Sic iudicium quod vt totum aliquod consideratur, & vt totum ipsum iudicium habet suas partes integrales, & substantiales: vt litis contestatio, & sententia habet suas partes minus integrales, & sine quibus ipsum iudicium stare posset, vt citatio, & libelli oblatio: incipit ergo ipsum iudiciū ab ipsa litis contestatione, & quæ præcedunt, considerātur vt præludia, vt iam dictum est.

85 Sunt tamen tres casus in quibus iudicium incipit à citatione, & in quibus iudicium dicitur cœptū per citationem: primus casus est ad interrumpendā præscriptionem inductam statuto in criminalibus, vt si statuto caueatur, quòd de crimine intra sex menses à die commissi delicti agi debeat, sufficeret ad eam præscriptionem interrumpendam citationem factam fuisse, Bar. in l. marito. §. quinquenniū per eum textum. ff. ad legem Iuliam de adulte. & in l. naturaliter. ff. de vsucap. secundus casus est in quo iudicium incipit à citatione ad interrumpendam

86 præscriptionem in ciuilibus, nam in ciuilibus præscriptio interrumpitur per citationem. l. sicut & l. omnes. C. de præscr. trigin. anno. Bart. in l. fi. in prin. ff. de eo per quem factum erit. Tertius casus erit in quo iudicium incipit à citatione quo ad perpetuēdam iurisdictionem alicuius iudicis delegati, cuius iurisdictio per solam citationem perpetuatur, ita vt hoc casu iudicium incipiat à citatione. c. gratum &

87 c. relatum de offi. & potesta. iudi. delegati. Bar. & Ias. in l. more. ff. de acqui. hæredi. extra autem hos tres casus iudicium dicitur incipere ab ipsa litis contestatione & præter hos tres casus iudicium dicetur incipere à citatione ad hoc vt locum habeat l. vbi cœptum. ff. de iudic.

Iudicium incipit à litis contestatione extra tres casus.

Quæstio.

Et cùm litis contestatio sit de substantia processus, solet quæri an processus de consensu partium

88 sine litis contestatione validari possit, & hæc quæstio dependet ab alia quæstione, an scilicet actus iudiciarius qui nullus est, possit de cōsensu partium validari & confirmari. Ad cuius quæstionis decisio-

89 nem aduertendum est quòd quidam sunt actus iudiciarij, qui sunt de substantia iudicij: vt litis contestatio, sententia, iuramentum testis, & cætera huiusce modi & in hoc casu ita cōcluditur, quòd actus iudiciarius omissus, qui est de substantia iudicij, non potest de consensu partium validari, vt scilicet valeat vt actus iudiciarius. l. prolatam. C. quo. & quādo iudex. Quidam verò sunt actus iudiciarij qui non sunt de ipsius iudicij substantia: vt sunt citatio, libelli oblatio, attestationes, & similes actus: & tunc concluditur quòd actus iudiciarius omissus, qui nō est de forma & substantia ipsius iudicij, potest de consensu partium validari: ita concludit Henricus Bohic. in c. cùm causam de testi. nu. 7. post Innoc. ibi.

Quidam actus iudiciarij sunt de substantia: alij non.

Actus iudicialis non substantialis omissus potest à partibus validari.

In hac ergo nostra quæstione ex iam dictis colligetur resolutio, quòd cùm litis contestatio sit de

90 substantia ipsius iudicij, processus sine ea litis contestatione nō poterit validari de consensu partium: nam ea quæ sunt de substantia alicuius actus, non possunt omitti etiam de partium consensu. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. & hoc tenet Bar. in l. prolatam. C. quo & quan. iudex: non enim possunt omitti ea quæ sunt de substantia alicuius actus. Bar. in l. si quis falsum in fi. ff. ad l. Cor. de fals.

Quæritur etiam an litis pendentia inducatur per citationem, an verò per litis contestationem, dubiū est non paruum propter duo iura, quæ inter se videntur pugnare: nempe. c. ex parte. ij. de verb. signi. & cle. ij. vt lite pendente. in clement. statuitur. in eo c. ex parte. tempus motæ litis referri ad tempus litis contestatæ, & facit l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi: in quibus iuribus colligitur litis pendentiā induci per ipsam contestationem, & Soci. consi. 38. in j. vol. & in d. clem. ij. contrarium videtur decidi, nempe litis pendentiam induci per solam citationem: ergo non per litis contestationem. 91 Quæstio.

Pro cuius quæstionis decisione, & eorum iurium conciliatione puto aduertendum esse ad varios effectus, quos operari potest ipsa litis pendentia, & iuxta eos varios effectus, & variè etiam erit statuendum: imprimis ea litis pendentia cum effectum operabitur respectu attentatorum, vt scilicet ea attentata reparari possint, quæ facta erunt post citationem; operatur etiam effectum quo ad perpetuādam iurisdictionem alicuius iudicis, & quo ad hos duos effectus concludi potest, quòd litis pendentia inducitur per solam citationem, & ita intelligi debet ea clem. ij. & ibi Zabarella, & Corn. consi. 30. in 3. volum. Litis pendentia operatur varios effectus.

His enim duobus casibus si quid post citationem 92 attententur, illud erit reparandum beneficio attentati per eum titulum, vt lite pendente nihil innouetur, quod procedit dum tamen citatio ad partem citatam peruenerit. Soci. consi. 33. j. vol. Ad hoc scilicet vt quicquid factum fuerit post citationem beneficio attentati veniat reparandum, vt attentatum & innouatum & etiam per solā citationem. Factum post citationē & attentatum est reparandum.

Et hoc respectu etiam in articulo appelli per solam citationem factam coram iudice appellationis, dicemus litem pendere: & si quid post citationem factum erit, vt attentatum & innouatum veniet reparandum, per eum titulum, nihil nouari pendente appellatione, & per eam cle. ij. vbi ergo quis coram aliquo iudice citatur, si quid post citationem, & in illius odium factum fuerit, erit reparandum, quod procedit vbi ab interlocutoria appellatum esset: nā tunc vbi ab interlocutoria appellatum esset, per solam citationem dicemus litem pendere, vbi pars coram iudice appellationis assignata fuit in vim literarum appellationis. c. non solum. de appella. in 6. vbi autem à diffinitiua appellatum esset, & tunc 95 per solam appellationem verbo emissam à diffinitiua dicemus litem pendere, ita vt si quid actum fuerit post eam appellationem vt attentatum reparandum esset: suspensa est enim iurisdictio primi iudicis 96 post eam appellationem verbo emissam à diffinitiua c. pastoralis. §. præterea. extrà, de offi. & potest. iud. deleg. Lis pendet in articulo appelli per citationē vbi ab interlocutoria est appellatum.

Litis autem pendentia vt inducatur per citationem, requiritur vt in iudicio & in die assignationis 97 actor accuset contumaciam seu defectum: alioquin non sufficeret reum fuisse citatum, nisi demum contumacia in die assignationis fuerit accusata. quod attestatur Rebuffus in suis commentariis in constitutiones regias, in titulo de contumacia & defectu arti. j. in gl. j. nu. 4. & 5. & Panor. in d. clem. ij. Roma. consi. 230. nu. 2. non enim proderit talis citatio, nisi fuerit facta accusatio defectus: & talis accusatio proderit actori; reo autem qui non comparuit non poterit prodesse, ita vt si conuentus coram vno iudice Contumacia accusanda ad hoc vt inducatur litis pendentia.

BIU Cujas

dice non comparuerit, & demum coram alio cõueniatur, non poterit opponere aliquam litis pendentiam coram alio iudice ex eo quòd non coram eo comparuerit & hoc in sui pœnam & contumaciam. Bal. in l. nulli. C. de iudi. Soci. in c. 2. de mutuis petitio. & in cons. 41. j. volu. & non prodest reo citatio nisi comparuerit in termino.

Citatio non prodest nisi citeans compareat & contumaciam accuset.

Quòd si actor qui iam comparuit coram primo iudice, & qui in termino contumaciam accusauit, conueniatur demum ab ipso reo qui iam conuentus fuerat coram eo iudice, & conueniatur inquam coram alio, poterit talis actor litis pendentiam allegare coram alio iudice, vbi iam lis pendet per eam citationem: sed reus qui non comparuit non poterit litis pendentiam allegare, si vocetur in aliud iudicium, neque præuentionem causæ vel litis, ex eo quòd iam fuerit contumax, & tanquam contumax se reddit indignum beneficio legis, vbi cœptũ est. ff. de iudi. ita Franciscus Marci. deci. 120. in 2. par. quæ lex non habet locum vbi reus non comparuit: sed si comparuerit coram eo iudice, & demum coram alio conueniatur, poterit tunc allegare litis pendentiam, & præuentionem causæ, aliàs non in odium contumacis.

In odium contumacis quid statutum sit.

Sicuti & in odium contumacis statutum est in simili, si in aliquo contractu quis promiserit non venire contra contractum sub tali pœna, & demũ illi contractui contraueniendo ille promittens alterum in ius vocauerit, & in die assignationis factæ actor compareat, reus verò non comparuerit, non poterit reus eam pœnam petere, quam potuisset petere, si in die assignationis comparuisset: & hoc in odium suæ contumaciæ. hoc tenet Alexan. cons. 34. nu. 5. j. volu. & quia in eo casu reus non comparuit, actor non incidet in aliquam pœnam, cùm citatus non comparuerit. ita Alex. ibi: idem Alexã. consi. 87. in 5. vol. nu. 5.

97 Litis pendentia à contumace non potest accusari.

Et sic actor qui reum in iudicium vocauit, si contra eum non accusauerit contumaciam, non poterit demum allegare aliquam litis pendentiam, cùm nulla sit, si non fuerit accusata, vt plenè de his Guid. Papæ, decis. 421. vbi ponit sex quæ requiruntur ad hoc vt inducatur litis pendentia per citationem. Primò, quòd facta fuerit citatio: secundò quòd sit facta coram iudice competenti: tertiò quòd ea citatio ad citatum peruenerit: quartò quòd citatus potuerit instrui: quintò quòd citatio apta fuerit: sextò quòd nuncius reo intimauerit. Adde nunc septimum quòd contumacia in iudicio fuerit accusata.

98 Operatur & alium effectum litis pendentia per citationem quo ad præscriptionem interrumpendã: quæ interruptio fit per solam citationem. l. sicut. C. de præs. trig. anno. & quæ interruptio solum prodest ipsi interrumpenti, & non alteri. l. 2. in fin. C. ne de statu def. Alexan. consi. 118. in 6. vol. quod in correis limitatur, in quorum fauorem hoc obseruatum est,

99 Interruptio per vnum ex correis facta prodest correo.

vt interruptio per vnum facta ex ipsis correis credendi prosit alteri, & item facta contra vnum ipsorum nocet alteri. l. fin. C. de duobus reis, & glo. pragmaticæ sanctionis, in verbo, terminorum in titulo de pacific. possesso. & interruptio facta cõtra vnum, prodest & cæteris. Ange. in titulo, de duo.

100 Citatio inualida nihil operatur.

reis. vers. item, si.

Et hoc verum est, quòd per solam citationem interrumpitur præscriptio, vbi citatio est valida: & de iure facta: cùm inualida citatio nihil operetur. gl. in l. si accusatoribus. C. de accusa. & sic citatio inualida non interrumpit præscriptionem: sicuti & citatio inualida non constituit debitorem in mora, nec 101
in contumacia. glo. in c. de causis. de offi. & potesta. iudi. delegati. item & libellus ineptus non interrumpit præscriptionem. l. si accusationis. ff. ad l. Iuliam de adulte. & ibi Barto. & dummodo ea citatio in iudicio fuerit accusata, vt iam dictum est.

Vitium litigiosi per citationẽ inducitur in actione reali.

Item & quo ad vitium litigiosi in actione reali inducitur litis pendentia per citationem. Angel. in prin. de litigiosis in authenticis, & in his quatuor casibus superius positis per solam citationem inducitur litis pendentia: dum tamen ea citatio legitimè & facta, & in iudicio accusata fuerit, & in 102
illis casibus intelligi potest ea clem. 2. vt lite pend. in clementinis.

103 Litis pendentia quando per litis contestationem inducatur.

Extra eos casus, litis pendentia inducitur per litis contestationem. Bar. in l. cum notissimi. C. de præs. trig. vel quadra. anno. vt in actione temporali, quæ per litis contestationem efficitur perpetua. Barto. in eo loco: item in vitio litigiosi in actione personali, quod vitium litigiosi in actione personali inducitur per litis pendentiam inductam per litis contestationem. Ange. in prin. de litigiosis: in actione quidẽ personali per solam citationem, vt superius dictum est, inducitur vitium litigiosi: at in reali per litis cõtestationem & generaliter præter eos casus suprà deductos, litis pendentia non inducitur nisi per litis contestationem. & sic intelligitur illud c. ex parte. de verbo. signi.

declaratio c. ex parte de verb. signi.

Et quia ex ordinatione regis Francisci permittitur partibus vt se possint interrogare super articulis propositis & super illis etiam respondere cathegoricè pendente processu, vidi dubitari an quis cogi possit respondere super articulis cathegoricè ante litem contestatam, propterea quòd pendente processu hoc permittitur: & hoc dubium agitatum fuit in curia nostra in vna causa quæ ibi vertebatur inter Paulum Dachie actorem & petentem ex vna, & Bernardinum de Venero defendentem & recusantem respondere cathegoricè super articulis ab ipso Dachie traditis ante litis contestationem, & antequam lis fuisset inter eos cõtestata, petebat ipse Dachie vt ille de Venero responderet cathegoricè, qui recusabat ex eo quòd nondum lis fuisset inter eos contestata, & tandem per arrestum curiæ fuit dictum, quòd prius facta litis contestatione demũ de Venero responderet cathegoricè, & latum fuit arrestum. 26. Ianuarij. 1569. & ita declarat Rebuffus 104
in titulo de responsis per verbum, credit: tum quia 105
ea ordinatio vult vt pendente processu fiat responsio: atqui processus non pendet nisi per litis contestationem per c. ex parte. de verb. signi. nisi in casibus iam deductis: ergo lis imprimis erit contestanda: tum etiam quia talis responsio succedit in locum probationum, quæ probationes post litem contestatam fieri debent: quare litis responsio cathegorica fieri debet post litem contestatam.

Arrestum.

Responsio cathegorica succedit in locum probationum.

Potest etiam fieri ea responsio post conclusionẽ in causa. Decius cons. 445. num. 55. cùm etiam post conclusionem in causa possit fieri probatio per acta vel per instrumenta, vt vulgò receptum est.

Potest fieri ea responsio post conclusionem in causa.

Quidam dixerunt pro conciliatione eorum iuriũ 106
c. ex parte. & clemen. 2. aliud esse litem motam de

qua

BIU Cujas

qua in eo ç. ex parte. quæ lis verè dicitur mota per litis contestationem. d. c. ex parte. & aliud esse litem
107 pendere, quæ sit & pendet per citationem: per eam cle. ij. sed melius est vt aduertamus ad eos effectus; de quibus superius.

Litis pendentia est exceptio dilatoria.

Hæc litis pendentia est exceptio dilatoria, & sic ea allegari & proponi debet ante litem contestatam. Iaſ. in l. ita demum, C. de procura. & sic in principio proponi debet ad instar aliarum exce-
108 ptionum quæ sunt dilatoriæ; quæ in initio sunt proponendæ & quæ exceptio litis pendentiæ si op-
109 ponatur in initio, impediet litis contestationem. Iaſ. in l. si seruus. §. de die. ff. qui satiſ. cogantur.

Quæstio.

Sed an ab vno ex correis debendi possit allegari ea litis pendentia ad hoc vt impediatur processus coram alio iudice contra alterum ex correis, finge: est creditor qui agit contra vnum ex correis debendi vel contra reum principalem coram vno iudice, coram quo vnus ex correis debendi comparet, & sic pendet lis per eam citationem vt iam dictum est, quo iudicio pendente illemet creditor agit coram alio iudice contra alterum correum: vel contra fideiussorem super ead. causa. qui correus comparendo vult allegare litis pendentiam coram alio iudice contra suum correum, dubitatur an possit, & an vnus ex correis possit se iuuare de illa litis pendentia quæ est contra suum correum. Franciſcus de Acolitis tenet quòd non: & allegat Bar. hoc tenentem in l. ex duobus. §. vbi duo. ff. de duobus reis. per l. creditor. ff. mandati, & Bal. in propriis terminis hoc tenet in l. j. & ibi Iaſ. C. de diuer. reſcriptis.

111 Actus iudiciales die fieri debent.

Circa hos actus iudiciales notandum est, quòd illi debent fieri die, & non nocte. §. sedebunt. in authentic. vt iudice sine quoquo suffra. & in hoc differunt iudicia à contractibus; quia contractus fieri possunt & die, & nocte. l. non minorem C. de
112 transact. iudicia autem tractari debẽt die: non enim agitari debent iudicia nocte. d. §. sedebunt.

Dies ipse sumitur ab ortu solis, vsque ad occasum, & ita hîc sumitur: & hunc diem vulgo naturalem appellamus, & hic dies in actu hoc iudiciali sumitur.

113 Dierum diuisio apud antiquos. Dies ciuilis.

Antiqui diem hoc modo diuidebant: vt alius sit dies naturalis, & alius ciuilis. Ciuilem diẽ eam appellabant, qui constat ab vna media nocte vsque ad alteram mediam noctem, & hic dies apud Gallos est in vsu, præterquam in actibus iudicialibus, de quo die, in l. more. ff. de feriis. diem verò natu-
114 Dies naturalis.

ralem eum vocabant qui constat ab ortu solis, vsq; ad occasum. Alcia. in l. ij. ff. de verbo. signi. & hunc diem antiqui diuidebant in duodecim horas, & apud Iudæos quilibet dies tam æstate, quàm hyeme, terminabatur duodecim horis, vt in Euangelio,
115 nónne sunt duodecim horæ diei: sic vt horæ fuerint inequales, æstate scilicet prolixiores, & hyeme breuiores.

116 Dies in quatuor partes.

Ioannes Caluinus c. 2. & 4. in acta apostolorum, eum diem qui constat ab ortu solis vsque ad occasum, vocat diem ciuilem, & inquit quòd cùm illa dies duodecim horas habeat, olim totus ille dies in quatuor partes diuidebatur, nempè in horam primam, quæ durabat vsque ad horam tertiam, & tertia durabat vsque ad horam sextam, hora verò sexta durabat vsque ad horam nonam, quæ erat vltima pars diei; quo tempore olim fiebant supplicia, & puniebantur hi qui erant condemnati.

In qualibet parte diei habebant ciues in quo se exercerent. Prima enim & secunda hora veteres Ro- Exercitia Romanorum in qualibet parte diei.
mani sese consalutabant: in tertia versabantur in curiis, & in causis & litibus exercendis coram iudicibus: in quarta & quinta incumbebant negotiis familiaribus: in sexta partim mero dabãtur, partim ocio indulgebant: in octaua, in palestris exercebantur, & lauabãtur: in nona cœnabant; vnde sunt carmina: Prima salutantes atque altera continet hora
Exercet raucos: tertia causidicos. In quintam varios,
exercet Roma labores: Sexta quies lapsis: septima finis erit. Sufficit in nonam nitidis octaua palestris
Imperat, extructos frangere nona thoros, Hora libellorum decima est, Euphene meorum Temperat ambrosiis, cùm tua cura dapes, Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar. Ingentique tenet pocula parua manu. Tunc admitte iocos gressa timet, ire licenti Ad matutinum nostra Talia Iouem.

Dies ergo ciuilis durabat ab ortu solis vsque ad occasum & distribuebatur in duodecim horas, & fiebat talis diuisio tam tempore hyemis, quàm tempore æstatis, & semper vtroque tempore, in duodecim horas diuidebatur; vnde consequens erat, quòd æstate, horæ erant lõgiores, & hyemali tempore erant breuiores, ex eoq; quòd tempore hyemis dies erant breuiores, ob id oportebat & horas breuiores esse, & quia tempore æstatis dies sunt longiores, ita & oportebat & horas longiores esse, & tamen vtro- Æstate horæ longiores; hyeme breuiores.
que tempore dies semper in duodecim horas diuidebatur, & sic operæpretium erat, vt horę cum ipsa luce vel augerentur vel diminuerentur, quapropter horæ erant temporales, & æstate longiores, & hye- Horæ temporales.
me breuiores, ob id Virgilius tardos appellat menses Iunium, & Iullium, quòd scilicet horæ tunc sunt longiores; immò & longissimæ, quod appertè demonstratur in ea l. 2. ff. de verb. signi.

Dies ille quo nos vtimur, ab ortu solis vsque ad occasum, est longior tempore æstatis quàm tempore hyemis, nam dies tempore æstatis continet decẽ 118
& octo horas, & tempore hyemis constat octo horis, quod demonstrat Munsterus in sua Cosmographia.

Cõmuniter tenetur, quòd dies tribus modis ac- 119
cipitur: primo secundum morem Romanę eccleſiæ, Dies tribus modis.
qui mos perantea ab Atheniẽsibus fuerat receptus, vt ab occasu solis incipiat, & in sequentem solis occasum finiat, est & dies ciuilis ab media nocte vsq; in sequentem mediam noctem, qui dies apud Gallos & Germanos, & in plerisque aliis locis est in vsu, & hic dies ob id ciuilis appellatur ex eo quòd vno cæli circumuolatu continet & diem & noctem, vt cùm dicimus aliquem vixisse triginta dies: sequetur, & triginta noctes vixisse, de qua re Mocellamus in suis scholiis in Aulum Gellium. c. 2. lib. 3. est, & dies naturalis ab ortu solis, vsque ad occasum: & is ex diuisione Romanorum in duodecim horas diuidebatur vt iam dictum fuit, erant olim dies fasti, & infames teste Hesiodo, quem Heraclitus reprehẽdit quòd dierum alios fastos, alios infœlices posuisset, cùm omnium dierum vna sit natura.

Facta litis contestatione in iudicio partes ad probandum admittuntur quæ probatio fieri poterit: & Probatio fit & per testes & per instrumenta.
per testes & per instrumenta, cùm parem vim habeat probatio quæ fit per testes, & ea quæ fit per instrumenta. l. in exercendis. C. de fide. instru. &

si actor

si actor plenè probauerit, obtinebit, cùm illius sit probare quod proponit. l. qui accusare. C. de edēdo. Aliàs in non probando succumberet, cum condemnatione expensarum, iuxta regulam l. eum quem temere.ff. de iudiciis & hæc est doctrina Bart.
120 in authent. generaliter. C. de episc. & cleri. quòd vbi actor plenè probauit, debet quod petit obtinere cum expensarum condemnatione, & vbi in probatione deficit, reus debet absolui cum expensarum condemnatione. per eam l. eum quem temere. ff. de iudi. & l. properandum.§. sin autem.C. de iudi.

Vbi autem semiplenè actor probauerit, iuramentum ei deferendum erit in supplementum vberioris probationis, iuxta l. in bonæfidei. C. de rebus credi.& eo casu facta semiplena probatione cum suo iuramento in supplementum obtinebit in principali absque condemnatione expensarum.

Probanti semiplene, iuramētum in supplemētum est deferendum.

121 Ea est enim regula recepta, quòd quoties actor obtinet in iudicio cum suo iuramento in supplementum, nullas tunc consequitur expensas,sed fiet condemnatio in principali & sine expensis. Bal. in authent. generaliter. C. de episc. & cleri.quem refert & sequitur Rebuffus in commentariis in constitu.regias in titulo, de expensis in glo. vnica. nu. 2. quia tunc fertur sententia, ex probatione priuilegiata,& cùm reus vexetur in vno circa condemnationem principalis, in alio est releuandus circa condemnationem expensarum.arg.l.eum qui.ff. de iureiur.

Obtinens in vim iuramenti suppletorij, nullas habet expensas.

122 Quòd si negotium decidatur iuramento iudiciali quod à parte parti defertur, in iudicio & tunc iurans obtinebit cum expensarum cōdemnatione,ita Rebuff.loco quo suprà, per iura per eum adducta.

Reus ergo victus ex probatione priuilegiata, & ex iuramento delato in supplementum vberioris probationis excusatur à condemnatione expensarum, & erit vna limitatio ad regulam quæ habet quòd victus victori in expensis est condemnandus, per eam l. eum quem temere. nam fallit vbi quis victus est ex ea probatione priuilegiata.

Casus in quibus quis excusatur à condēnatione expēsarum.

Secunda erit limitatio, vbi quis victus esset propter obiectus datos contra testes quos ille produxerat, sine quibus obiectibus probans obtinuisset,&
123 quia sua probatio per testes fuit elisa, propter eos obiectus, vincetur quidem at sine condemnatione expensarum.Bal.in authen.generaliter,& ibi Ias. C. de episc.& cler.& Ias.in eo.§.sin autem.l.properandum.C.de iudi.& Rebu.loco quo suprà.

Tertia erit limitatio in eo qui litigat,cōtra quem producitur instrumentum quod facit ad causam, & ad negotij ipsius decisionem: quo viso à parte, si cesset,& dicat se à lite discedere, viso eo instrumento excusandus erit ab expensis, saltem hucusque factis.Paul.Castr. post Bar. in l.si quis inficiatus. ff. depositi, & Rebuff. in eo loco: quod procedit vt quidam interpretantur si statim viso instrumento cesset à causa, sed si adhuc litiget & causam ipsam persequatur, sentit ibi Rebuffus, eum in omnibus expensis condemnandum, contra opinionem Castrensis, in ea l. si quis inficiatus, & Rebuffi opinionem videtur sequi Papon in suo *recueil des arrests* in titulo, *des despens*, arresto sexto.vidi tamen sæpius iudicari iuxta opinionem Castrensis, & quæ in praxi videtur magis recepta, vt quamuis quis non cesset viso instrumento quod facit ad decisionē causæ, vel visis in questis quòd demum condemnatur saltem expensis factis post productionem instrumenti, & in his variis opinionibus bonum semper erit habere iudicem fauorabilem.

Quarta erit limitatio in hærede qui si conuenitur,ab expensis erit excusandus.reg. qui in ius. de 124
reg. iuris, cùm habeat iustam causam ignorantiæ, quod procedit in hærede qui conuenitur: secus in hærede qui est actor, ille enim ab expensis non est excusandus, cùm debuisset diligentius & cautius rem & causam agere,antequam alterum in ius vocasset.Decius in ea regula,qui in ius.

Quinta erit limitatio, quando actor plus petit: quia tunc reus in expensis est excusandus & debet condemnari in eo quod debitum est, & in reliquo absolui sine expensis & hæc erat praxis in omni- 125
bus curiis obseruata, & conuenit iuris dispositioni vt reus excusetur ab expensarum condemnatione quando actor plus petit, & hæc est pœna actoris plus petentis, olim aliis pœnis afficiebantur hi qui plus petebant & in illo titulo de plus petitionibus, sed hodiè aliæ pœnæ cessant: & hæc est in vsu, vt plus petens nullas consequatur expensas.

Verùm licet hactenus hoc fuerit obseruatum,vt plus petens non possit expensas consequi,Rebuffus nunc demonstrat secus seruari, ita vt hodiè quamuis actor plus petierit,si tamen constet reum conuentum debitorem esse in aliqua summa, & si constet reum ipsum & debitorem nihil obtulisse suo creditori in iudicio, erit reus condemnandus in summa debita cum expensis, si verò reus obtulerit, quod verè se scit debitorem, & tunc in expensis non erit condemnandus, & hoc dicit Rebuffus seruari in curiis in suis commen. in consti. regi. in titulo de expensis.num.21.idem Rebuffus, in proe. ipsarum commentariorum in glo. quinta. nu.52.asserens ibi eum titulum de plus petitionibus & alios similes non seruari.

Quæ opinio confirmari poterit hac ratione: nam quamuis actor videatur esse in culpa plus petendo: tamen reus redditur in maiori culpa in nihil offerendo, saltem id quod putat se debere, & etiam redditur in mala fide: quia forsan offerendo aliquid, & id quod credit se debere, creditor talem oblationem acceptaret, & sic à lite discederet, & in nihil offerendo videtur esse causa expensarum, ad quas iustè est condemnandus.

Quāuis actor sit in culpa plus petendo, reus in culpa maiori redditur in nihil offerendo.

Putátque Rebuffus reiiciendam esse praxim quorumdam, qui putant quòd possum negare totum vbi plus petitur ab actore, & creditore,quam peranteà doctores reiiciendam putarunt in l. j. §. si minus. ff. de verbor. obliga. nam semper debitor conuentus debet offerre id ad quod putat se teneri.

Praxis reiiciēda per quam quis potest totum negare cū plus petitur.

Et iuxta hanc Rebuffi opinionem aliàs iudicatum vidi in curia nostra in causa quæ ibi vertebatur inter Syndicum diocesis Agathensis agentem ex vna, & Baudinellum dictæ ciuitatis ex alia defendentem.contra quem & in eius bonis facta fuerat executio pro summa mille librarum vel circa, & ostensum fuit per ipsum Baudinellum se non esse debitorem nisi in summa septingentarum librarum, nihil tamen vsquam obtulerat, quare executio facta pro ea summa mille librarum reuocata fuit, & ordinatum executionem fieri pro

BIU Cujas

ſumma debita,cũ expenſis:propterea quòd debitor nihil fuerat confeſſus, & nihil etiam obtulerat. & fuit latum arreſtum decima octaua Decembris. 1568.

Exceptio ordinis non habet locum in denariis regiis.

Ex quo arreſto aliud ſequitur quod eſt benè notandum: quòd in denarijs regijs non habet locum exceptio ordinis, quia ibi ille Baudinellus erat ſolum nominator pro quodam receptore denariorum regiorum, & contra quem facta fuerat executio:quamuis non eſſet niſi ſolum nominator qui debitorem principalem in ius vocauerat, & inſimul propoſuerat beneficium ordinis, verùm non habita ratione illius exceptionis, attenta natura denariorum regiorum: & eorum fauore dictum & ordinatum fuit executionem fieri in bonis ipſius Baudinelli, qui ſolùm erat nominator.

127 Exceptio ordinis inter mercatores, nõ habet locum.

Quæ exceptio ordinis inter mercatores non habet locum,vt ſcilicet prius conueniatur principalis quàm fideiuſſor: nam talis exceptio inter mercatores locum non habet nec attenditur. Guid. Papæ, conſil. 164. & Boeri. deciſio. 221. nume. 25. & in caſibus in quibus talis exceptio locum habet,debet proponi antè litem conteſtatam cùm ea ſit exceptio dilatoria. docto. in authentic. præſente. C. de fidei. aliàs non poſſet demum proponi, & neque in articulo appelli: & tenebit proceſſus quãuis ea non fuerit propoſita. Alexand. conſil. 34. in 4. vol.

Exceptio ordinis ante litem cõteſtatam debet deduci.

Datur & alia limitatio ad regulam quòd victus victori in expenſis ſit condemnandus, vt non procedat in eo qui per vnum teſtem probauit: quod propoſuerat, ſed quia per alios teſtes non potuit plenius probare, victus fuit: quare tunc ab expenſis eſt excuſandus, quia non poteſt dici temerarius litigans qui per vnum teſtem probauit quod propoſerat.ita Petrus de Ancharano.conſ. 248. nume. 7.

Sed an reus debeat in expenſis condemnare cùm actor plus petat: ſtant rationes hinc inde, & contra actorem facit quia debet eſſe certus de ſuo facto, & præſupponendum eſt, quòd deliberatè agit: & ſic certè & verè debet proponere quod ſibi debetur, & ſi plus petat videtur calumniari in plus petendo, & eſt in culpa cùm plus petat quàm ſibi debeatur & per conſequens cùm ſit cauſa litigij in plus petendo, non debet expenſas obtinere, à condemnatione quarum reus venit excuſandus cùm ab eo indebitum petatur & in iudicium nolens trahitur. l. inter ſtipulantem, in prin. ff. de verb. oblig.

Contra reum facit qui quantumuis videat actorem plus petere, quia tamen ſcit ſe debitorem, ſi non in eo quod petitum eſt tamen in aliqua ſumma quam ſi offerat videtur ſuam fidem liberare, & eſſe in bona fide. & in negando totum
128 videtur conſtitui in mala fide: cùm in hoc videatur inſequi praxim reprobratam, quòd in petendo plus reus poteſt totum denegare, quare in expenſis venit condemnandus, crederem tamen praxim veterem & receptam, approbandam eſſe, cùm ibi verſetur culpa & actoris & rei, actoris quidem in plus petendo:rei,in totum negando, & in nihil offerendo,& ob id vt culpa culpæ compenſetur, iuxta l.viro.ff.ſolu.matri.quare fieri debet tunc expenſarum compenſatio.

Praxis recepta obſeruanda.

Culpa culpæ compenſanda.

Eſt & alia & octaua limitatio ad regulam vt victus victori ſit in expenſis condemnandus:vt non habeat locum, in eo qui litigat habens pro ſe, & pro ſuo iure, communem opinionem:habens enim communem opinionem in ſuo facto, ſi eam communem opinionem ſuſtinendo vincatur, debet ab expenſis excuſari. Rebuff. vbi ſuprà.nume. 38. & ibi tenet eſſe in arbitrio iudicis, vt cognoſcat quæ ſit communis opinio: excuſatur etiam ab expenſis qui habet iuſtam cauſam litigandi, & quæ ſit iuſta cauſa litigandi iudex hoc debet cognoſcere.

Sed quid in eo qui habet conſilium duorum doctorum, an dicatur habere iuſtam cauſam litigandi: ita vt tandem ab expenſis ſit excuſandus? dic quòd ſi quis ſecutus fuerit conſilium duorum doctorum excellentiſſimorum, ſuper ſuo facto, & demum litigando victus fuerit, ab expenſis venit excuſandus. Rebuff. vbi ſuprà nume. 38. aduocatorum tamen conſilium non probat, neque præbet iuſtam cauſam litigandi cũ illi moueantur quadam affectione ad cauſam quam ſuſtinent, & ſæpiſſimè ſpe lucri conſulunt partibus litigare, quare ſi partes ſolum fulciantur conſiliis aduocatorum,non ſubleuentur à tali expenſarum condemnatione, vt ibi per Rebu. num. 30.vbi potes videre alias cauſas quibus quis excuſari poteſt ab expenſarum condẽnatione,& quam etiam ponit Iaſ. in ea l. properandum.§.ſin autem.C. de iudi. & in ſumma qui habet iuſtam cauſam litigandi,excuſatur à condemnatione expenſarum.Iaſ. in eo §.ſin autem. per l. qui ſoli dum.§.etiam.ff.de lega.2.excuſat etiam & à mora,& à ſolutione valoris quanti plurimi.Bartol. per illum textum,& Boeri.deciſ.68.nu.3.

130 Conſilium doctorum excuſat ab expenſis ſed non conſilium aduocatorum.

131

132 Habens iuſtam cauſam litigãdi ab expenſis excuſatur.

Repetendo ea quæ iam dicta ſunt,quòd actor tenetur probare ſuam intentionem tam in materia ciuili,quàm in criminali,per l.qui accuſare.C.de edẽdo,alioquin reus abſoluendus eſſet, cùm non curemus de iure rei ſi non conſtet de iure actoris. l. res alienas.C.de rei vendi. quæ regula reſtringitur vbi ſtaret aliqua iuris præſumptio pro ipſo actore, vbi enim intentio actoris fundata eſſet ex iuris præſumptione, tunc onus probandi in aduerſarium transferretur.Iaſo. poſt alios in d.l. qui accuſare.quòd licet ſtante iuris præſumptione pro actore, adhuc ipſe actor in ſe ſumpſerit onus probandi, & deficiat in probatione, non propterea perdet cauſam: ſed debet ſe iuuare ea iuris præſumptione, & allegare ſe fundatum ex præſumptione iuris non; enim neceſſaria erat ea probatio ſtante iuris præſumptione. Sali. & Iaſon in l. cum virum. C. de fidei. per regulam eam, quòd quoties aliquid de neceſſitate requiritur, ſi illud interueniat, & ineptè, non debet nocere. l. vni. in prin. C. de rei vxor. actio. ex qua l. Iaſo. in l. prima. §. item quæſitum. C. de aqua quotidiana, & æſtiua, colligit hoc vnum quòd quoties quis ſe aſtringit ad aliquid probandum, ſi non probet, perdit cauſam, quod fallit vbi eſt iuris præſumptio pro illo, aliàs autem ceſſante iuris præſumptione pro actore, grauatur ipſe actor onere probandi, quod procedit etiam ſi reus ipſe onus probandi ſuſcepiſſet, nam quamuis demum nihil probauerit, non propterea erit condemnandus ſed abſoluendus, actore nihil probante. Deci. conſilio. 517. nume. 7.

133

134

135 Actor grauatur onere probãdi etiam ſi reus in ſe aſſumpſerit onus probandi.

Pro

Probante ergo actore, debet ipse sententiam pro se, & in sui vtilitatem obtinere tam si plenè probauerit quã etiam si semiplenè cum suo iuramento in supplementum, quod tamen iuramentum in supplementum in rebus arduis, & grauibus non est deferendum nec in causis criminalibus, etiam si demum ciuiliter procederetur quando est causa grauis vel præiudiciabilis, nec in causis famosis, nec vbi agitur de causis arduis, vel magnis, plenè per Iaſ. in l. admonendi. nu. 281. de iure.

136 Iuramẽtum in rebus arduis in supplementum non debet deferri.

Nisi eo casu adesset plus quàm semiplena probatio, nam tunc quamuis causa esset grauis, si vltra semiplenam probationem aliud fuisset probatum, licet non esset plena probatio, & tunc in illis causis arduis, & magnis deferri posset iuramentum in supplementum illi qui plus quàm semiplenè probauit. Iaſo. ibi & docto. in c. fin. de iure.

In causa criminali si agatur de pœna pecuniaria iuramẽtum in supplementum reo potest deferri.

Vbi in causa criminali ageretur de pœna pecuniaria, tunc reo semiplenè probanti iuramentum in supplementum deferri posset: vt ibi per Iaſon. cùm promptiores debeamus esse ad absoluendum quàm ad condemnadum. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. & in hoc ipsi reo fauetur.

137 Sicuti & in alio, nam si actor semiplenè probauerit suam intentionem & reus suam exceptionem nempè exceptionem solutionis, vel pacti per vnum testem, in ista pari probatione: reo potius quàm actori est iuramentum deferendum, per regulam, in pari causa. de reg. iuris, & Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 314.

Actore plenè probante reo semiplenè probanti iuramẽtum nõ est deferendum vbi probationes sunt contrariæ.

Quòd si actoris intentio plenè fuerit probata, rei autem exceptio semiplenè probata fuerit per vnum testem, & in hac dispari probatione debet haberi ratio plenæ probationis, ita vt tunc sententia in fauorem actoris fieri debeat. c. post electionem, & c. cùm super, de conce. præbendæ & Alex. conſ. 134. in 2. vol.

Quæ in his casibus procedunt vbi probationes actoris & rei sunt adinuicem contrariæ, vt si actor plenè probauerit numerationem pecuniæ per duos testes, reus autem per vnum testem contrarium probauerit: tunc quia actoris probatio est plenior, præualebit probationi non tam plenę.

Quòd si probationes essent diuersæ, vt quia actor probat se mutuum dedisse, per duos testes, reus verò per vnum testem probat se soluisse: tunc reo per vnum testem probanti solutionem, iuramentum in supplementum deferendum erit: qui si iurat, debebit obtinere. Bal. in l. in bonæfidei. C. de rebus credi. & Alex. eo loco, quia hîc probationes sunt diuersæ.

Obtinebit ergo actor sententiam pro se, si intentionem suam probauerit tam in actione personali, quàm hypothecaria: & quam sententiam mittet demum executioni super rebus & bonis condemnati tam mobilibus quàm in rebus immo-
138 bilibus nulla habita differentia bonorum mobi-
Perquisitio bonorum mobilium & immobilium sublata. lium aut immobilium, & hoc ex ordinatione regis Franciſci, per quam perquisitio bonorum mobilium & immobilium sublata fuit, & indistinctè permittitur executio in omnibus bonis debitoris, & per eam ordinationem derogatum fuit l. à diuo. Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. per quam legem ordo ille obseruatus erat vt primò executio fieret in rebus mobilibus, & demum in rebus immobilibus, cui ordini per eam ordinationem derogatum fuit.

In animalibus aratoriis executio prohibita.

Non quòd indistinctè permittatur ea executio in omnibus bonis debitoris: nam multi sunt casus in quibus executio prohibita est, & maximè in animalibus aratoriis, quæ licet sint mobilia, tamen in illis animalibus aratoriis, non permittitur executio l. pignorum gratia, & authent. agricultores. C. quæ res pignorari possunt, sed & nec pro denariis regiis permittitur executio in ipsis animalibus aratoriis, vt est ordinatio regis Caroli octaui: cuius meminit Rebuffus in commen. in consti. regias in titulo de literis obligatoriis articu. 2. in gloſ. j. nume. 101.

Sed & neque in arboribus quæ in aliquo fundo plantatæ sunt, & quæ non sunt in sylua cędua. in quibus executio fieri non debet. Bal. & Sali. in l. licet. & in l. creditor. C. de pigno. actio. & ita iudicatum fuit arresto nostræ curiæ quod latum fuit octaua Martij anno 2569. quo arresto executio facta per receptorem pro denariis regiis in arboribus quæ erant in loco vocato *de la moiſſon*, fuit reuocata, quoniam non erant arbores cæduę, neque erãt in sylua cędua, sed erãt altę arbores pro decoratione loci, nam sicuti non licet diruere domos pro denariis regiis. l. cætera. §. hoc. ff. de lega. j. ita nec licet arbores excidere: cùm à pari procedant. l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo.

Arreſtum.

In affixis portis, & feneſtris domus, nõ debet fieri executio.

Item & nec fieri debet executio etiam pro denariis regiis in affixis alicuius domus, nec in tectis, feneſtris, portis, & aliis rebus affixis alicui ædificio, & iura tales executiones prohibent in l. apud Iulianum, & ibi Iaſo. poſt alios. ff. de lega. j. & in l. Senatus. eod. & ibi doctores reprobant consuetudinem Italiæ, quibus permittebatur deſtruere domos, propter collectas & tallias non solutas, cùm non debeant diſcoperiri domus, & minus dirui ob debitum publicum: quin potius ea domus est vendenda vt tandem debitum publicum exoluatur. Boeri. deciſ. 230. & hoc ne ciuitas deformetur ob ruinam domorum.

Quæſtio.

Is qui aliũ conuenit vt proponat suas actiones dicitur actor.

Et cùm sæpius de actore & reo mentionem fecerimus, explicanda venit quæstio frequens, & vulgata an scilicet ille dicatur actor an reus qui alium curat conuenire, vt suas proponat actiones si quas contra eum habeat: aut quòd illi asilentium imponatur, vt pone; quidam se iactat me suum esse debitorem, ego contra illum ago, vt suas actiones si quas habet contra me proponat. iuxta l. diffamari. C. de ingen. & manum. an ergo ille talis dicatur actor an reus? dic eum talem censeri actorem: quoniam ille agit, & alterum prouocat in iudicium. ita Bartol. in l. libertus patrono. ff. de in ius vocando per illum textum, & Decius ita tenet conſil. 43. in j. volum.
142 vnde ex hoc infertur quòd cùm ille dicatur actor vt qui alium vocat in ius, debet alium coram suo iudice conuenire, cùm actor sequatur forum rei.

143 Acta curiæ probant sine testibus de consuetudine.

An autem acta curiæ probent sine testibus? dic quòd de iure acta curiæ non probant sine testibus, & requiruntur testes adhiberi ad probatio-

BIU Cujas

nem actorum. c. quoniam contra falsam, de proba. verùm de consuetudine secus videmus seruari: hócque obtinuit ea consuetudo vt acta iudiciaria probent sine testibus, & fidem faciant. gl. & Felin. post alios in eo c. quoniam. & hoc etiam attestatur Bonifacius in suo tractatu de maleficiis in rubrica de perseueratione post tormenta. §. talis. nume. 22. & ibi inquit, ꝙ licet sit tutius testes in actis curiæ adhibere, tamen sine testibus benè probant, & quòd standum est actis curiæ factis coram iudice per notarium sine testibus, & ita de generali consuetudine asserit obseruari.

Acta curiæ de falso impugnari possunt.

Verùm quantumuis huiusmodi acta iudiciaria probent sine testibus, vt iam fuit assertum: non tamen sunt tantæ authoritatis quin illa reprobari possint per testes, quod ita esse asserit Ioan. de Imola in c. cùm à nobis. de testi. & Panorm. in eo c. cùm à nobis. Et quidem hoc notandum: quòd licet acta iudiciaria, & scripturæ factæ coram iudicibus sine testibus reprobari possint, si tamen illa acta testibus adiuuentur, non tam facilè tunc reprobari poterunt: nam quando illa acta sunt sine testibus, & eo casu, per duos testes poterunt reprobari: sed quando falciuntur dispositionibus testium, oporteret tunc per plures testes ea acta reprobari. Panor. in eo c. cùm à nobis. nume. 3.

Sequetur ex hoc quòd cùm ipsa acta iudiciaria facta sine testibus possint reprobari, poterunt etiã & de falso impugnari: quod per illud c. quoniam contra. satis colligitur. contrarium multis arrestis comprobat Papon in suo *recueil des arrestz*, in titulo *de crime de faulz*, arresto vltimo. vbi inquit, huiusmodi acta curiæ aliis modis quàm de falso impugnanda esse, quod tamen putarem verum vbi error adduceretur vel quædam omissio, quia tunc error aut omissio adduci posset proponẽdo id quod omissum vel erratum est.

At vbi in actis aliquid reperitur dictum aut scriptum, & pars asserit illud nusquam dictum fuisse, & tunc non video quin pars illud de falso impugnare possit. per illud c. quoniam & ibi Ioan. de Imola inquit, quòd licet pro scriptura actorum præsumatur, potest tamen per testes contrarium probari, quod per propositionem falsi fieri debet, idem videtur velle Nicol. Boeri. decis. j. nume. 51.

Commissarius cui est cõmissum audire testes debet duos testes adhibere

vbi inquit quòd vt securius commissarius in audiendis testibus procedere possit in causis grauioribus debeat duos testes adhibere qui se subscribant in qualibet dispositione, vt per hoc euitetur suspitio falsi contra eum commissarium, ergo ex eo dicto bene inferri potest acta iudiciaria de falso impugnari posse, quod aliàs de facto euenit in nostra curia, in quadam executione arresti pro domino de Cailar, super qua executione processus verbalis per commissarium curiæ factus fuit, & productus in curia: contra quem processum verbalem, pars aduersa proposuit sua media falsitatis, sed super ea falsitate non amplius fuit processum. & quòd talia acta de falso impugnari possint, facit ordinatio regis Caroli septimi, & quæ ibi notat Rebuffus in suis comment. in constit. reg. in tractatu. de sentent. articu. 3. & ibi inquit, quòd quicunque vult redarguere acta iudicialia de falso, prius debeat benè cogitare.

Iam dictis hoc vnum addam: an actor qui in ius vocauit reum coram diuersis iudicibus pro eadem re, sit puniendus in amissione causæ? videtur quòd sic: quod videtur probari per l. j. in fine. C. de asser. tollend. Cynus, in l. nulli. C. de iudici. gl. & Ioan. Andre. in c. dilecti. de foro compet. contrarium tenent Bartol. & Iaso. in l. nulli. est quidem verum quòd actor arbitrio iudicis puniendus est, & non in amissione pœnæ, & hanc opinionem communi calculo receptam esse tenet Soci. cons. 41. j. vol.

Actor vocans reum coram diuersis iudicibus puniendus est.

Non quidem cuiquam permissum est pendente lite coram vno iudice, coram alio pro eadem re, & causa reum trahere: quod & iure ciuili, & canonico prohibitum est toto titulo de mutuis petitionibus, & per eam l. nulli. C. de iudi. & si hoc fecerit actor arbitrio iudicis puniendus erit, & poterit illi fieri præceptum ne reum trahat aliò de eadem causa coram eo iudice pendente sub certa pœna: & neque obstabit ea l. j. de asser. tollen. nã ibi est casus specialis fauore libertatis, vt per Ias. in d. l. nulli.

Reus qui in iudicio nõ comparet, nõ potest coram alio allegare litis pẽdentiam.

Sed vbi reus contempsisset venire coram primo iudice, & demum coram alio conueniretur, non posset allegare litis pendentiam in alio iudicio, cùm contempserit coram primo comparere. quod tangit Socinus cons. 41. vol. j. & superius demonstratum fuit.

Conuentus super vna parte debiti super alia parte non poterit coram alio iudice cõueniri.

Et tantum abest vt actor possit reum coram vno iudice conuenire de causa iam præuenta coram alio iudice, vt si egerit coram aliquo iudice de parte debiti, non poterit pro alia parte debiti reum ipsum coram alio iudice conuenire, nec litigare coram alio iudice super alia parte debiti, & hæc multis argumentis firmat Socin. c. ij. de mutuis peti. quod puto procedere pendente eo iudicio super vna parte debiti, sed eo iudicio finito benè liceret reum conuenire super alia parte debiti, cùm iam iudicium super parte debiti litigiosa finitum sit.

Quoniam superius de libello facta fuit mentio, videndum est quid operetur ea clausula quæ in libellis apponitur saluo iure superflui. Iaso. in §. si quis agens. nume. 3. de actio. inquit per eam clausulam, cessare pœnam illius. l. vnicæ, de plus peti. & in §. tripli. nume. 25. relinquit cogitandum: clausula tamen saluo pluris vel minoris, nihil operatur parte opponente propter incertitudinem quam debet declarare actor, valet tamen parte non opponente. Bartol. in l. in actione. ff. de fur. & Socin. in c. ij. colum. 17. versicu. octauo. infertur quòd procedit libellus, de libelli obla.

Coram quo Alterocha, & filius eius.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum tacitum an reperiatur.*
2 *Contra hæredem grauatum qui volens adiit hæreditatem, pro ea restituenda agi potest actione ex testamento.*

3 Quòd

BIU Cujas

3 *Quòd si coactus adierit, officio iudicis contra eum agendum erit.*
4 *Hæres grauatus cogi potest adire hæreditatem.*
5 *Petitio hæreditatis, non datur fideicommissario, sed & neque petitio hæreditatis fideicommissaria.*
6 *Hæres hæreditatis qui volens adiit hæreditatem, habet quartam, etiam si in sua vita solum esset hæres.*
7 *Hæres coactus adiens hæreditatem nullam detrahit quartam.*
8 *Fideicommissario dantur remedia possessoria.*
9 *Quædam consuetudines generales in regno receptæ.*
10 *Patria linguæ occitanæ à quo tempore regno fuerit acquisita.*
11 *Carolus Martellus non fuit Rex Franciæ.*
12 *Albigei seu Alani hæretici.*
13 *Legatariis, & filiis pro eorum legitima dantur remedia possessoria.*
14 *Legitima filiis exoluenda antè solutionem legatorum.*
15 *Funeris impensa, & æs alienum exoluendum antè legitimam.*
16 *Filij pro eorum legitima an & contra legatarios agere possint. & 17. & 18.*
19 *Aliud est, quòd quid relinquatur in diem & aliud quod relinquatur sub conditione. & 20.*
21 *Expressa conditio impedit ortum obligationis, & etiam tacita.*
22 *Quid si cõditio euenit pendente iudicio inchoato antè euentum conditionis.*
23 *Iudicium validatur ex causa de præterito.*
24 *Conuentus antè euentum diei potest agentem repellere.*
25 *Quid si interim dies euenerit.*
26 *Conditio, si sine liberis decesserit, deficit, si filij sint viui tempore mortis grauati.*
27 *Quis teneatur probare hæredem grauatum decessisse sine liberis.*
28 *Præsumptio est quem viuere vsque ad centum annos.*
29 *Fundans se super vita aut morte alicuius, eam tenetur probare.*
30 *Mors quomodo probanda sit.*
31 *Clausula sine liberis, in filio grauato semper intelligitur, & in testamentis, & in contractibus.*
32 *Quæ conditio cessat extantibus liberis tempore mortis, quamuis demum liberi defecerint.*
33 *Conditio, si sine liberis, an occiosè in testamentis apponatur, cùm ea tacitè intelligatur.*
34 *Concubinatus de iure ciuili cognitus, incognitus tamen de iure diuino.*
35 *Leges ciuiles multa non bona permittunt.*
36 *Vsuræ de iure ciuili permissæ.*
37 *Lupanaria olim permissa.*
38 *In malis an cadat electio.*
39 *Clausula, si decedat sine liberis, & in nepotibus institutis locum habet.*
40 *Quæ clausula in extraneis institutis nec in ascendentibus institutis intelligitur.*
41 *Filij positi in conditione, an & in dispositione videantur positi cum quibusdam limitationibus.*

Coram quo Alterocha, & filius eius bona quondam.

ACtores illi petendo bona quæ quõdam fuerant ipsius Raynutij, plus petebant quàm illis debitum esset: non enim omnia bona quæ fuerant illius Raynutij debita erant, sed solum ea quæ supererant deducta legitima, & quarta Trebellianica: quæ duæ quartæ Adiectæ filiæ hæredi institutæ debitæ erant, & per consequens eius hæredibus, & quas duas quartas ipsi hæredes debebant imprimis deducere, & reliquum hæreditatis ipsi Alterochę debitum erat, quę Alterocha petendo totam hæreditatem malè petebat, cùm debuisset petere bona seu hæreditatem ipsius Raynutij duabus quartis deductis, & aliis rebus deducendis & ita concipienda erat ea petitio vt demonstrat Guid. Papæ, decis. 496. & Papon in suo *recueil* in titulo *des demandes ou plus ou moins*, arresto secundo.

Constat ex hoc c. fideicommissum fuisse à testatore sub conditione relictum, quæ conditio aduenerat, & ob id poterant illi actores petere illud fideicommissum deductis deducendis, vt iam deductũ fuit, & quod fideicommissum non solùm expresè, sed & tacitè relinqui potest: & tacitè relinquitur quando ex coniecturis, & ex tacita defuncti voluntate colligitur relictum fuisse, per l. cùm proponebatur ff. de lega. 2. & l. in conditionibus. ff. de condi. & demonst.

Fideicõmissum & expresè & tacitè relinqui potest.

Fideicõmissum tacitum.

Sed videtur frustrà de tacito fideicõmisso mentionem fieri: nam tenent aliqui tacitum fideicommissum non reperiri, quia quod testator non loquitur, velle non præsumitur. l. j. §. sin autem. C. de cad. tollen. & ibi Bal. & non sufficit testatorem aliquid velle, nisi & expresè id disposuerit. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. insti. & ibi Bal. & talis voluntas ex verbis testatoris colligi debet. Bal. in d. l. quidam. per l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. & Deci. cons. 465. & cons. 205. Sed dic ex tacita voluntate induci fideicommissum: quæ tacita voluntas ex coniecturis colligitur, vt per Decium in illis consiliis & per docto. in d. l. in conditionibus.

Quæstio. 1

Voluntas ex verbis colligitur.

Fideicõmissum tacitum ex tacita voluntate colligitur.

Sextus hic non aperit qua actione illi actores ea bona petierint sibi restitui, & neque planè conuenit qua actione fideicommissum petendum sit, & contra quem agendum sit: quidam dicunt officio iudicis agendum esse, alij actione ex testamento, alij aliis remediis: tu dic ita distinguendo.

Aut hæres volens adiit hæreditatem, quam grauatus est restituere, & contra eum aut contra eius hæredem adueniente die restitutionis agi potest actione ex testamento, vt sibi fideicommissum restituatur. gl. in l. & sine scriptura. C. ad Trebel. Angel. in §. ergo. insti. de fidei. hæredita. Bar. in l. si legatarius. & in l. non est cogendus. ff. ad Trebell. 2

Qua actione sit agẽdum ad petendum fideicõmissum.

Aut hæres nolens adiit hæreditatem, & sic coactus: & eo casu sicuti coactus officio iudicis adiit hæreditatem, ita & officio iudicis eam restituere cogetur: potest enim cogi officio iudicis adire hæreditatem. l. cogi. ff. ad Trebell. doctores in illis locis: non tamen datur fideicommissario 3

BIU Cujas

petitio hæreditatis, quæ non datur hæredi contra seipsum. Corn. consi. 18. in 3. volu. & neque datur contra rogatum restituere hæreditatem. l. fi. §. hanc actionem. ff. de fidei. hæred. petio. & Corn. vbi suprà.

Hæres coactus adiens hæreditatem, nullam quartam detrahere potest, volens tamen detrahit.

Hæres ergo grauatus qui coactus adiit hæreditatem cogitur etiam officio iudicis eam restituere, sed nullam quartam detrahere potest. l. cogi. & l. quia poterat. ff. ad Trebell. volens autem hæres grauatus adiens hæreditatem detrahit suam quartam & quam quartam etiam detrahit hæres grauatus qui solum in vita est hæres institutus. Corn. cons. 158. in 3. vol.

Remedia possessoria dantur fideicommissariis.

Dantur & fideicommissariis ex sententia quorundam remedia possessoria ad illud fideicommissum petendum & habendum & quibus remediis possessoriis poterunt fideicommissarij agere contra hæredes grauatos aut hæredes eorum & hoc ex stylo recepto, & generali consuetudine, die scilicet vel conditione adueniente post quod tempus, & post aduentum conditionis fideicommissarij se possunt dicere saisitos, & eorum bonorum seu hæreditatis possessores: de qua consuetudine plenè ipse Benedi. superius in verbo, mortuo itaque. 2. nu. 74. & ibi inquit vias ordinarias pro hereditatibus, substitutionibus, & fideicommissis obtinendis explosas esse, ex eo quod facilius proponuntur possessoria remedia, & facilius ea expediuntur perinde ac si hæreditas adita fuisset, quod confirmat Rebuffus in ordi. regias in proœmio in glo. quinta, nume. 78. & ibi inquit titulum ad Trebellianum parum esse in vsu inquantum per eum decisum erat hæredem grauatum teneri ad restitutionem fideicommissi, cùm de consuetudine generali nulla petatur restitutio; quia mortuus saisit viuum etiam fideicommissarium, & quem moriendo mittit in possessionem, & sic se dicendo saisitum facile demum obtinere poterit in eo possessorio, & ita refert multis argumentis iudicatum fuisse Papon in suo *recueil des arrestz*, in titulo *des legitimes*, arresto nono, & ibi expresse de fideicommissario loquitur pro quo dicit se aliàs obtinuisse in possessorio.

At contra hanc receptam consuetudinem insurgit Boeri. decisio. 156. vbi tenet substitutus & fideicommissariis non dari quærimoniam contra hæredes grauatos nec contra eorum hæredes, & nec se possunt dicere saisitos, & ob id debent fideicommissarij agere remediis ordinariis in petitorio, insequendo Alexandrum idem tenentem cons. 32. in tertio volum. & ibi vult illam consuetudinem qua mortuus saisit viuum non comprehendere fideicommissarios: sed solùm hæredes, & testatoris proximiores ab intestato: cuius opinionem insequitur Boeri. in ea decisione, & ibi reprehendit ipsum Benedictum, vt qui male intellexerit Bald. in c. in præsentia. de probat. ex verbis cuius Baldi, ipse Benedictus videtur suam intentionem fundare, cùm tamen Bal. ne verbum quidem in eo loco dixerit de hac re. ex dicto ipsius Boerij.

Sustinetur opinio Bened. cõtra Boerium.

Sed nimis facilè Benedictus ab ipso Boerio reprehensus fuit & qui in hoc non meruit reprehendi, & neque innititur ipse Benedictus ex verbis Baldi in eo c. in præsentia, sed suum dictum asserit verum ex recepta consuetudine, nam ibi numer. 74. cùm eam consuetudinem adduxisset, inquit Baldum non decidere possessionem in fideicommissarium transire, sed solum ius transferri in fideicommissarium, & demum inquit regni consuetudinem hoc operari, vt possessio in fideicommissarium transferatur sine traditione, & sic ipse Benedictus ad sustinendam suam opinionem non se fundat super dicto Baldi, sed super regni consuetudine, quæ consuetudo & praxis vbique recepta est, & in omnibus curiis: & iuxta eam ita iudicatur.

Quædam consuetudines in regno generaliter obseruatæ.

Sunt enim quædam consuetudines generales in regno vulgo receptæ, & quæ passim in toto regno obseruantur, vt est illa quòd mortuum saisit viuum: quam licet Boeri. in eo loco dicat solam obseruandam esse in proximioribus testatoris, & non in extraneis, tamen contrarium recipitur, & obseruatur & habet locum & in proximioribus, & in extraneis, vt plenè per Bened. & Rebuff. in illis locis.

Est & alia recepta consuetudo quam Boeri. decisio. 197. inquit generalem esse in hoc regno Franciæ, vt filij vxorati aut maiores viginti quinque annis aut filiæ quæ sunt vxoratæ non sint amplius in patris potestate, & hoc tenet ex multorum sententia contra iuris communis regulas, per quas pater non perdit patriam potestatem filiorum, quamuis sint vxorati. per l. si vxor, & ibi plenè doctores. C. de conditio. insertis: perditur tamen ea patria potestas per emancipationem, per eum titulum quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, sicuti & per eam generalem consuetudinem vt plenè per ipsum Boeri. in eo loco.

Pater de iure non perdit patriam potestatem: quamuis filij sint vxorati.

Est & alia consuetudo generaliter obseruata, quæ habet quòd *meuble n'a point de suitte*, quæ consuetudo hoc vult in effectu, quòd creditor qui bona sui debitoris habet obligata, non possit persequi res mobiles sui debitoris alienatas à suo debitore etiam post obligationem, si tamen penes suum debitorem reperiantur super illis fieri poterit executio: sed si alienatæ fuerint ab ipso debitore etiam post obligationem vt iam dictum est, non poterit creditor res eas mobiles alienatas prosequi, & hoc quia *meuble n'a point de suitte*.

Limitatio ad eam generalē consuetudinē.

Quæ regula fallit vbi expressè ea mobilia essent obligata, vel vbi debitor nulla alia bona haberet præter ea mobilia expressè obligata: his enim casibus permitteretur creditori persequi ea mobilia quamuis fuerint alienata, vt per Rebuff. in titulo de litera. obliga. arti. 4. in gl. 2. nu. 38. & 40.

Patria linguæ occitanæ iure scripto regitur.

Et hæ consuetudines cùm sint generales in toto regno, iuri communi derogant; quamuis hæc patria linguæ occitanæ iure scripto regatur: & habent locum in hac patria, cùm sit ex regno Franciæ.

10 Carolus Martellus non erat rex Franciæ.

Acquisita enim fuit regno, anno 731. per Carolum Martellum, qui quamuis non esset rex Franciæ, totius tamen regni sustinebat gubernacula, & fuit antiquitus ab Alanis miserè vexata: qui Alani & Albigei dicti sunt; quorum præcipuus fautor fuit Raymundus Comes Tolosanus.

11 Historia de Albigeis.

Fuerunt illi Albigei hæretici sustinentes opiniones vel maximè reprobatas & erroneas in dedecus

redem

BIU Cujas

redemptoris noſtri Ieſu, & contra illius puritatem, quam nos omnes Chriſtiani pura & integra mente & religione fatemur. De his Albigeis meminit Guaguinus & alij authores aſſerentes eos tenuiſſe etiã hæreſim Arrianorum & fœdis amoribus indulſiſſe, & inuicem in maſculos præſertim exarſiſſe.

Bellum contra Alanos.

Contra quos inceptum fuit bellum, anno domini milleſimo ducenteſimo ſecundo, & durauit circiter triginta tres annos, & *Simõ de beau-fort* fuit dux acerrimus, & qui omnem belli motum pręparauit in ciuitate Monſpeſſuli, & hinc ad Biterrancem ciuitatem recta cum ſuo exercitu profectus eſt, quæ ab ipſis Albigeis tenebatur, & cùm per aliquod temporis ſpacium eam ciuitatem obſidione cinctam tenuiſſet, tandem vi belli expugnauit, & in ea expugnatione octoginta millia hominum Albigeorum occiſa fuere.

Hinc ad Carcaſonem ſe contulit ipſe dux cum toto exercitu, quam ciuitatem negotio pace confecto deſeruit, & demum renouato bello cum exercitu Toloſam ſe recepit, quàm cùm cinxiſſet per aliquot menſes obſidione, tandem exercitus ſe aliò recepit

Stragis maxima Albigeorũ ſum rege Aragonum.

traductuſq́ue fuit exercitus ad Muretum, vbi acie dimicatum fuit, ſtrageſq́ue viginti millium Albigeorum, cùm eorum exercitus eſſet centum millib⁹ hominum, & ex exercitu Simonis ducis cæſi fuere decem millia: cæſuſq́ue fuit cum ipſis Albigeis rex Aragonum qui eorum exercitu præerat, qui ſuperfuerunt ex Albigeis, iter fecerunt verſus Narbonam.

Cuius rei certior factus dux Simon ad Narbonenſes ſcripſit, vt eorum ciuitatem mœnibus nudarent, ne Albigei ſeſe illò reciperent pro eorum tuitione, qui ſtatim dicto illius paruerunt; itidem & Toloſates fecerunt ad quos dux ille etiam ſcripſerat ad eũmet effectum. Ciues enim Toloſani iam defecerant ab ipſis Albigeis, qui iam profecti fuerant Muretum in auxilium ad eorum conſocios.

Albigei expulſi ab hac patria.

Ita duæ maximę ciuitates, Toloſa & Narbona mœnibus fuerunt denudatæ, ne Albigei ſe poſſent illis præualere, & tandem ipſos Albigeos ab hac patria expulit, & eos ad extremum reduxit, & eos perſequendo mortuus eſt, in cuius locum ſuffectus fuit eius frater, qui eos adhuc reſpirantes plane extinxit nomenq́ue eorum.

Quæ omnia impulſu Romanorum Pontificum geſta fuere, à quorum iugo ſeſe ſubduxerant ipſi Albigei, atque ab ipſo defecerant: qui Albigei miſere hanc patriam Narbonẽſem vexarunt atque afflixerunt, diruendo loca templa & monaſteria, per quæ iter faciebãt, q & decimas ſibi vendicabant, cõmittendo & perpetrando alia innumera ſcelera, ſed periit eorum memoria, & ille comes Toloſanus cũ victus fuiſſet, priuatus fuit ſuo comitatu, & is *de beau-fort* eo donatus fuit, & demũ comes ille Raymundus ad comitatum remiſſus, & poſt eius mortem Raymundus eius filius comitatum adeptus fuit ex permiſſu regis, & eius filiam Raymundus in vxorem duxit, hoc adiecto pacto quòd eo comite ſine liberis defuncto, comitatus regno adiectus eſſet: qđ demum euenit, ita vt nunc rex noſter dicatur comes Toloſanus.

Albigei nuſquam Moſpeſſulum obtinuerunt.

Inuaſerũt & ipſi Albigei Belicaddeũ & Auignionem, Monſpeſſulum autem nuſquam obtinuerunt & cum eo Simone *de beau-fort*, ſemper aderat legatus à Romano pontifice, & multi epiſcopi qui eum comitabantur, & de his ſatis.

Remedia igitur poſſeſſoria competunt ipſis fideicommiſſariis ex recepta conſuetudine, & non ſolũ ipſis fideicommiſſariis, ſed & legatariis & filiis pro eorum legitima conſequenda, vt iam dictum fuit, & multoties ita iudicatum fuiſſe refert Papon in ſuo *Recueil des arreſts*, loco quo ſupra. & bene etiam vbi ſuprà. quamuis hæres ſit in poſſeſſione bonorum, ex quibus debetur legitima, & illis ſit exoluenda, deducto ære alieno & funeris impenſa: ante tamen ſolutionem legatorum, & quæ demum ab hærede ſoluuntur. §. quamobrem de reſtitutione, & ea quę parit in vndecimo menſe, in auth. & Iaſ. in l. ſcimus. nu. 8. C. de inoffi. teſtamento. 13 Remedia poſſeſſoria & fideicõmiſſariis & legatariis, & filiis pro eorũ legitima dantur. 14

Imprimis enim ex hæreditate teſtatoris, funeris impenſa eſt deducenda, demum æs alienum. Salice. in l. omnimodo. C. de inoffic. teſtamento. num. 5. & demum legitima deducenda eſt, quæ filiis debetur, vt iam deductum eſt, & tandem legata exoluenda ſunt. 15

Quòd ſi ante ſolutionem legitimarum legata legatarius exoluta ſint, & demum bona non ſufficiant ad exolutionem legitimarum, quæ filiis debentur, poſſet quæri an contra legatarios, & pro eorũ cotta agendum eſſet à filiis, ad hoc vt legitima illis exoluatur, quæ quæſtio non eſt ſine dubio, & in qua doctores varij fuere. Bald. in l. in quartam. C. ad leg. Falc. tenet in ſimul & contra hæredes & contra legatarios agendum eſſe pro rata bonorum legatorum, quę illi legatarij tenent. argum. l. ſi libertus. §. 2. ff. de bonis liber. vbi ſic in patrono ſtatuitur. & pro Baldi opinione facit l. ſcimus. §. repletionem. C. de iur. teſtament. nam cùm repletio legitimæ fieri debeat ex ſubſtantia bonorum defuncti, & legatarij iã poſſident ea bona illis legata: ergo & contra eos agi poterit. An filij pro eorum legitima agere poſſint contra legatarios. 16

Alij in contrarium, quòd ſolum contra hæredes agendum ſit contra quos actiones hęreditariæ dirigendæ ſunt per eum titulum, vt actiones in hæredes, & contra hæredes dentur, l. 1. & 2. C. ſi certum petatur. & ſic variè hæc quæſtio agitatur, quæ duabus regulis claudi poterit.

Prior regula, vbi corpora hæreditaria legatariis relicta ſunt, & iam tradita ante ſolutionem legitimarum, & filij eorum legitimam petunt in corporibus hæreditariis, & eo caſu filij agere poſſunt, & contra hæredes & contra legatarios poſſidentes bona hæreditaria pro rata bonorum legatorum quæ poſſident, & ita procedit Baldi opinio.

Altera & ſecunda erit regula vbi filius legitimã petit in pecunia, aut legatariis pecunia tantũ legata ſit, vel quamuis illis corpora hæreditaria legata ſint & tunc ſolum contra hæredes agendum eſſet, ita concludit Corn. conſ. 148. in 4. vol. & ibi inquit hanc communem opinionem eſſe, & Salic. in dict. l. omnimodo. num. 5. C. de iur. teſtament. & Boe. deciſ. 145.

Et cùm in hoc caſu noſtro iam actum eſſet contra tenentes bona ſubiecta reſtitutioni, vt fideicommiſſum petentibus reſtitueretur, poteſt inferri iam conditionem euenſſe, ob cuius euentum actorem petebant bona ſibi reſtitui: ante euentum non alias poterant agere, aduenerat ergo conditio: quia deceſſerat Adiecta hęres ſine liberis, cùm illi fuiſſet facta ſubſtitutio ſi decederet ſine liberis.

Poteſt enim aliquid relinqui, & in diem & ſub

BIU Cujas

conditione & aliud est quòd quid in diem relinqua
19 tur, & aliud est quòd relinquatur sub conditione,
Aliud est in diē relinquere, & aliud sub conditione.
per l. cedere diem. ff. de verborum signifi. quando aliquid in diem relinquitur ante diei euentum, dies quidem cedit, sed nondum venit, sed quando sub conditione aliquid relinquitur, & tunc nec cedit
20 nec venit dies, quoadusque conditio adimpleta fuerit. d.l. cedere diem.

Quod procedit & in conditione expressa & tacita, nam sicuti expressa conditio impedit ortum obligationis, ita & tacita quæ à lege tacitè subintelligitur, impedit ortum ipsius obligationis. gl. in l. 2. §. creditum. & ibi Iaſ. ff. si cert. peta. & si quis ante ortum obligationis ageret, repellendus esset, & in expensis condemnandus, per eam l. cedere diem.

Quòd si pendente conditione actor egerit in iu-
22 dicio, & ea pendente conditio euenerit, an iudiciū
Iudiciū validabitur si cōditio euenerit pendēte iudicio.
possit validari dubitari posset, dic quòd iudicium persequi poterit, & actor dicetur rectè agere. l. si rē §. fi. ff. de pigno. actio. Bald. & Iaſ. in l. si pecuniam. ff. si cert. pet. quoniam ius superuenit ex causa de
23 præterito, quo casu iudicium ante malè cœptū validabitur. cap. abbate sane, de re iudi. in 6. & Iaſ. in eo loco.

At in eo qui est debitor in diem, ante euentum diei creditor agere poterit & reum conuenire, quia
24 tunc & actio & obligatio orta est, verum reus conuentus ante euentum diei poterit se tueri exceptione, & agentem repellere, ex eo quòd agit ante euētum diei. d.l. cedere diem. sed si pendente iudicio
25 dies euenerit iudicium validabitur, per eam rationem, quia ius superuenit ex causa de præterito. Iaſ. in d.l. si pecuniam.

Videbatur in hoc casu conditionem defecisse, nā ea Adiecta hęres, & grauata restituere si sine liberis decederet, iam filium ex suo matrimonio habuerat, ergo videtur conditionem defecisse, & sic non locus erat restitutioni fideicommissi, quod certè verum esset si filius susceptus superstes fuisset tēpore mortis ipsius hæredis, neque enim sufficit hæredē grauatum de restituenda hæreditate si decedat sine li-
26 beris liberos habuisse, nisi & ipsi liberi sint superstites tempore mortis ipsius grauati. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & ibi doct. quamuis igitur ea Adiecta filium habuerit, quia tamē filius ille iam mortuus fuerat ante mortē ipsius hæredis grauati, iuste illi actores agebant, & locus erat restitutioni.
Non sufficit quē liberos habuisse, nisi & illi supersint tēpore mortis ipsius grauati ad hoc vt deficiat conditio.

Quæstio.
Sed dubium ex hoc oriri etiam potest, cùm constet hæredem grauatum si decedat sine liberis, filiū
72 habuisse, & demum hæres decedat, cui incumbat onus probandi filium iam decessisse ante mortem hæredis, an ei qui petit sibi fideicommissum restitui, an verò illi qui se defendit, & à quo restitutio petitur. & videtur fideicommissarium petentem fideicommissum sibi restitui, cogi probare conditionem euenisse, & quòd hæres grauatus mortuus est sine liberis, nam cùm hoc sit fundamentum suæ intentionis, cùm aliàs suum fideicommissum non posset petere, nisi conditio aduenisset, ergo sequetur eum petentem cogi ad hoc probandum. l. qui accusare. C. de eden.

Propterea vbicunque negatiua est fundamētum intentionis alicuius, tunc ille qui se fundat in ea negatiua, eam tenetur probare. l. hoc iure. & l. ita stipulatus. ff. de verborum oblig. sed ita est, quòd fideicommissarius petendo suum fideicommissum, negat hæredem grauatum cum liberis decessisse, & sic se fundat in negatiua, ergo eam negatiuam tenetur probare, & hoc tenet Imola in eo §. si quis rogatus.

Contrarium tamen deciditur, nempe fideicommissarium petendo suum fideicommissum subleuari onere probandi hæredem sine liberis decessisse, habet enim fideicommissarius suam intentionē ꝓbatam ex iuris præsumptione, ex eo §. si quis rogatus. & hoc ibi tenet Paul. Castr. post Bartol. ibi & Chassa. consil. 12. num. 12. in quibus locis hoc concluditur quòd fideicommissario petenti suum fideicommissum sufficiet probare hæredem decessisse: quod specialiter est inductum, in fauorē fideicommissarij, ne scilicet vagando cogatur perdere illud fideicommissum, & quamuis Alexand. super his nihil affirmet in eo §. si quis rogatus, tamē idem sentit cum Paul. Castr. cons. 39. in 1. vol. cons. 20. eodem volumi. & cons. 27. volumi. 7. & si hæres hæredis grauati vellet asserere hæredem cum filiis, vel cum filio decessisse, teneretur hoc probare.
Fideicommissarius suum fideicōmissum petendo non tenetur probare hæredē sine liberis decessisse.

Parumque faciet pro eo hærede grauato, ea
28 præsumptio quòd aliquando ille hæres grauatus filium habuerit, vnde videretur præsumendum esse adhuc viuere cū sit ea iuris præsumptio, quòd quis præsumatur viuere vsque ad centum annos. l. vltim. C. de sacro. eccl. & l. an vsusfructus. ff. de vsufruct. quia hoc posset procedere vbi ea consequentia esset necessaria, & vbi ex hac consequentia nullum inferri possit præiudicium alicui.
Præsumptio quis, viuere præsumatur vsque ad centum annos.

Vel potius dic eam præsumptionem non procedere, quinimo vbi quis se fundat in vita, asserens aliquem viuere, tenetur vitam probare, & quòd adhuc ille agit in humanis, & neque sufficeret dicere seu probare, quòd ille de cuius vita agitur, fuit in humanis, & quòd non ascendit ad centum annos, & neque hoc probatur ex ea l. si. neque ex ea l. an vsusfructus. ex quibus legibus hoc bene colligitur, quòd quis non præsumitur viuere vltra centum annos, & sic quòd quis non possit excedere eam metam centum annorum, sed non dicunt quòd quis non præsumatur viuere vsque ad eam ætatem.
Declaratio l. an vsusfructus. ff. de vsu. & l. si. C. de sac. eccle.

Et aliud est dicere, quòd quis non præsumatur viuere vltra centum annos, & aliud quòd quis præsumatur viuere vsque ad centum annos, & ita declarat Alexand. cons. 27. in 7. volumi. in fine & ita etiam concludit Corn. cons. 208. in 3. volu. & ibi tenet quòd d.l. fin. non probat quòd quis nō præsumatur viuere centum annis, sed bene quòd quis non præsumitur viuere vltra centum annos: quæ vita centum annorum est longissima, vt Corn. cons. 181. num. 23. in 2. vol.

Vbi ergo probare aliquem viuere & viuum fuisse aliquo certo & limitato tempore, est à principio fundamentum alicuius: oportet quòd probet de vita illius in eo tempore, & neque sufficeret probare quòd antea viuus fuerit. Alex. cons. 27. & sic vbi quis se fundat super vita alicuius, eam tenetur probare, sicuti & vbi quis se fundat super morte alicuius, eam tenetur probare. doct. Barto. in l. siquidē. 29
C. solut. matrimo. & Corn. cons. 120. 1. volumin. quare grauato hæredi aut eius hæredi non sufficeret probare hæredem filium habuisse, nisi & probet filios habuisse tempore eo quo mortuus est. Alex. in d. consil. 27. volum. 7. num. 4. & Cor. cons. 340.
Vbi probandū est aliquem viuere debet de vita doceri, & econtrario.

1. volu.

BIU Cujas

1. volu. quamuis contrarium videatur tenere Cor. conſ. 204. in 3. vol. ſed pro ſuſtinenda priore opinione facit l. in confirmando. ff. de confir. tuto. & ibi expreſsè Bald.

Sed hoc poſito quòd fideicommiſſarius tenere-
30 tur mortem probare, & eſt quorundam opinio, vt iam tactum fuit, quæri & dubitari poteſt, quomodo mors probari poterit? quidam tenent, & hoc verum eſt, quòd vbi agitur de graui præiudicio & irreparabili, puta de puniendo aliquem ratione homicidij per eum perpetrati, aut in alio caſu, tunc mors plenè probari debet. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. Bald. in l. fi. ff. de his qui notan. infa. Alexand. conſil. 27. num. 2. in 7. volumi. at vbi agitur de præiudicio reparabili, vt quando agitur de commodo hæreditatis, ſatis probabitur, ſi probetur quòd inter cognatos talis habetur & habebatur pro mortuo, & quòd inter eos eſt factus luctus de morte illius, & quòd talis eſt fama, l. parentes. ff. de his qui notan. infa. & doctor. in locis iam deductis.

Quæſtio. Mors quomodo probanda.

Quæ conditio, ſi decedat ſine liberis, in filio gra-
31 uato ſemper ſubintelligitur. l. cum acutiſſimi. C. de fideicō. & non ſolum locum habet in teſtamentis, ſed & in contractu ſocietatis, in quo ſi conuentum ſit, vt ſuperuiuens ſuccedat præmorienti, ſubintelligetur ſi decedat ſine liberis, quod atteſtatur Maſueri. in titulo de ſocietate. nu. 19. & Boer. dec. 214. num. 2.

Et ceſſat ea conditio extantatibus liberis tempo-
32 re mortis ipſius hæredis grauati, vt iam fuit demōſtratum, ita vt quamuis demum liberi ipſius hæredis qui erant ſuperſtites tempore ſuæ mortis, & qui tunc extabant, moriantur poſtea, non propterea habebit locum illud fideicommiſſum, quod iam expirauerat per exiſtentiam liberorum tempore mortis hæredis, & neque curatur quicquid de ipſis filiis factum fuerit. ita Decius conſilio 205. numer. 8.

Cōditio ſi decedat ſine liberis, ceſſat extātibus liberis tē pore mortis.

Sed cùm talis conditio, ſi ſine liberis deceſſerit,
33 ſemper ſubintelligatur in teſtamentis in filiis grauatis: videtur ergo eam conditionem ſuperfluè apponi, nam ſi filius filium habuerit tempore ſuæ mortis, ceſſabit fideicommiſſum, quamuis hoc à patre teſtante non fuerit expreſſum. d. l. cum acutiſſimi. C. de fidei. & l. cum auus. ff. de condi. & demonſtr. ſi ergo tacitè ſubintelligatur, ergo ociosè ibi apponi videtur, & ſine effectu.

Dic verum eſſe eam conditionem tacitè ſubintelligi in filio inſtituto & grauato, neque tamen ſequetur, quin illius appoſitio ſit ſuperflua, nam multum operabitur appoſitio illius conditionis, & maxime reſpectu filiorum naturalium, nam ſi filius inſtituatur & grauetur ſub expreſſa conditione ſi decedat ſine liberis, & tunc ſi filius ille grauatus filium naturalem ſolum habuerit, talis filius naturalis excludet ſubſtitutum, & faciet ceſſare fideicommiſſum, & hoc propter expreſſionem illius clauſulæ l. ex facto. §. ſi quis. ff. ad Trebel. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. ſubſti. & reſti. & ibi Iaſ. poſt alios. & ſic expreſſio illius clauſulæ in teſtamento operatur in vtilitatem filiorum naturalium, & erit hic effectus ipſius clauſulæ expreſsę.

Expreſsio illius clauſulæ operatur in vtilitatē filiorum naturalium.

Qui effectus ſanè eſt intelligendus, niſi aliter poſſet conſtare teſtatorem aliter diſpoſuiſſe, argu. in eo §. ſi quis rogatus. & videtur teſtatorem aliter diſpoſuiſſe, ſi ipſe hoc expreſſè diſpoſuerit, vel ſi aliter poſſit apparere ex dignitate ipſius teſtatoris. Angel. in eo §. ſi quis. per authentic. ſi qua illuſtris. C. ad orphi.

Item & reſtringitur hic effectus, vbi ſoboles naturalis ſuſcepta à ſuo hærede eſſet denigratoria fama ipſius teſtatoris, & ſui generis, ſeu ipſius hæredis inſtituti, nam his caſibus talis clauſula quamuis expreſſa, non eſſet referenda ad tales filios naturales, vt ſi teſtator filiam ſuam hæredem inſtituat, & eam grauet de reſtituenda hæreditate ſi decedat ſine liberis, & demum ea filia filium naturalem habuerit, talis filius naturalis ſuſceptus ex filia hærede grauata, non faciet deficere fideicommiſſum, immo excluſo eo filio naturali ſubſtitut⁹ admittetur, quia hoc caderet in dedecus & patris inſtituentis, & filiæ inſtitutæ, & totius generis, & propter decus conſeruandum, talis clauſula nullum effectum haberet reſpectu filiorum naturalium.

Caſus in quibus illius clauſulæ expreſsio non habet effectum.

Item & ille effectus illius clauſulæ expreſſę, ſi decedat ſine liberis, eſſet referendus ſolum ad filios naturales, & non ad ſpurios, ad quos talis clauſula expreſſa non eſt referenda. doctor. in d. l. generaliter. in §. cum autem. ſunt enim incogniti tales filij ſpurij de iure ciuili, auth. ex complexu. C. de inceſtis nupt. naturales autem ſolum, quia ſunt cogniti, bene facient deficere tale fideicommiſſum hilla clauſula ſit expreſſa, quia concubinatus de iure ciuili permiſſus eſt per eum titulum, de concubinis.

Filij ſpurij incogniti.

Hic autem concubinatus licet ſit de iure ciuili permiſſus, de iure tamen diuino prohibitus eſt, ex eo pręcepto: non facies adulterium, quo omnis concubitus vltra eum qui in matrimonio inter coniuges permittitur, prohibitus eſt, ius quidem illud ciuile non ita ſtrictè perſpexit, in his quæ ad animam pertinent: immo multa permittit ob multorum ſubditorum malitiam, & ad communem ſocietatem conſeruandam, & hic eſt vſus legum ciuilium, quæ multa permittūt, ne ſtatus publicus deformetur, aut perturbetur, ſicuti etiam eo iure vſurę permittuntur per eum titulum de vſuris, per quem modus aliquis auaritiæ hominum poſitus eſt, vt hominum egeſtati, & neceſſitati multorum ſuccurreretur, modus quidem adhibitus fuit, & neque permiſſum eſt vltra modum ſtatutum vſuras paciſci, immo pactū in contrarium poſitum non valeret. l. placuit. ff. de vſuris & de iure authenticorum, ſi quis fuerit ſtipulatus vſuras vltra permiſſum modum, debet omnes vſuras perdere, authent. ad hæc. C. de vſuris, & gl. in ea l. placuit, & adhuc modus vſurarum ex pluribus edictis regiis & ordinationibus reſtrictus eſt, inter non mercatores, *au denier quinze, qui reuient pour cent à ſix liures treize ſols & quatre deniers.* & inter mercatores, *au denier douze, qui reuient pour cent à huit liures ſix ſols huit deniers.* & hunc modum non licet excedere: & hæc per muſculum dilucidè demonſtrantur c. quinto in Matheum.

Concubinatus de iure diuino prohibitus.

Ius ciuile multa permittit ob ſocietatem conſeruandam.

Lupanaria hactenus permiſſa fuere ad maius malum euitandum, quæ primus omnium rex Gallorum diuus Ludouicus prohibuit, & ſtatuit vt ea demolirentur, quæ antea, & poſt permiſſa fuerant, vt maiori malo obuiam iretur, & etiam concubinatus ipſe permiſſus fuit ob eammet cauſam, vndè Terentius, *Non eſt, mihi crede flagitium adoleſcentum ſcrutari.* Aduerterant illi legiſlatores quem ſtatim matri-

Lupanaria hactenus permiſſa.

BIU Cujas

matrimonio iungi non posse, & interea cùm homines moueri possent stimulis carnis, permiserunt ipsum concubinatum.

Mala in rebus humanis non facilè corrigi posse.

Præterea perspexerunt antiqui illi legislatores mala omnia in rebus humanis non facilè corrigi posse, propterea nec ius ipsum ciuile omnia corrigere potuit, multa certè veniunt & toleranda, & dissimulanda, non quòd laudem mereantur, quæ tamen sine magno incommodo à medio tolli non possunt, hæc Melancthon in Hesiod. enarratione.

38 Et quamuis vulgo dicatur in malis non cadere electionem, contrarium tamen & iure canonico, & ciuili videtur decisum esse, est enim ea l. quoties nihil. ff. de reg. iuris. nihil enim inquit ibi textus captione inuestigari potest, & eligendum quod minimum habet iniquitatis, ergo sequetur & in malis cadere electionem. ad idem textus in cap. duo mala. & in cap. item aduersus. 13. dist. vbi sunt hæc verba, si duo mala ita vrgeant, vt alterum eligi necesse sit, minus eligi debet. textus etiam in cap. iurauit. 22. quæst. 4. ibi de duobus peccatis minimum eligit.

Illicita permittuntur vt maiora euitentur.

Permittuntur multoties illicita, vt maiora euitentur. cap. priuilegia. 3. dist. vti olim permittebatur dari libellum repudij, etiam contra legem Dei, ne maiora mala committerentur, quod Moyses prę ter summi Dei præceptum permiserat, poterat enim ex ea Moysi permissione vxor à suo marito dimitti per diuortium, ipsa tamen vxor virum repudiare non poterat, sed à viro dimissa poterat discedere.

Mulier virum repudiare non poterat.

Vsurę etiam vt iam dictum est à principe moderatę tamen, permissę sunt, vt inter homines viuatur & vt consortium hominum inter homines sustinea tur, cùm ita inter homines viuatur, vt planè, & pietas, & charitas omnis videantur inter homines exulare.

Matrimonium à summo Deo ordinatum.

Ob id & matrimonium mandatum fuit, & à summo Deo ordinatum, tum ob prolem multiplicandam, tum ad fugienda carnis desideria, à principio quidem cùm adhuc Adamus ipse esset in summa innocentia matrimonium statutum fuit ad hoc, vt mundus & homines multiplicarentur in laudem summi Dei, & subinde post peccatum ipsius Adami ipsum matrimonium perneccessarium fuit ad carnis desideria euitanda, tum & propter ipsam prolem habendam, vt scilicet absque vlla prohibitione quo ad homines inter ipsos coniuges viueretur: nō quin coitus ille inter coniuges sit peccatum quo ad Deum iuxta illud, Et in peccatis cōcepit me mater mea, & illud: Ecce in iniquitatibus conceptus sum. & est text. in eo cap. vir cum propria vxore. 33. quę stio. 4. commistio enim ipsa coniugum quamuis de iure permissa sit & licita, tamen non potest esse sine voluptate, ratione cuius erga Deum peccatur, erga tamen ipsos homines irreprehensibilis est, & in hac parte minus peccatur. glo. in eo cap. vir cum vxore. & in eo cap. duo mala. quare Erasmus ad hoc propositum cap. 8. ad Corinthios 1. inquit, diuum Augustinum asseruisse coitum cum vxore initum causa libidinis non vacare culpa veniali, scilicet eam tamen matrimonium excusante.

Lex per quam repudium permissum erat.

Ob id in lege Moysis, & ab ipso Moyse viris permissum fuerat dare libellum repudij mulieribus, & erat ea lex sub his verbis: si acceperit homo vxorem, & illa non habuerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam eius fœditatem, scribat libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam de domo sua, quam legem Moyses decreuerat ad maius malum euitandum: fatebatur tamen vir vxorem dimittere, non ob aliquod crimen, sed quia illa non amplius sibi placebat, quod viris permissum fuerat, & non vxoribus, quibus minimè permittebatur dare libellum repudij contra maritos, vt Iosephus in suis antiquitatibus declarat. libro 15. cap. 11.

Solis viris permissum erat dare libellū repudij, & non mulieribus.

Martinus Lutherus his minimè suffragatur, & neque approbat, vt minus malum fiat ad maius euitandum. is enim cap. 19. in Genesim inquit, quod fit extra legem peccatum est, & neque mala sunt facienda, vt inde veniant bona: & quamuis inquit speciem veri illud habeat, quòd inter duo mala minus eligi debeat, in spiritualibus tamen hoc minimè licet, indignumque ille iudicat lupanaria sustineri, cùm ea pugnent legi diuinæ, Gentilesque eos habendos censet, qui sustinent talem turpitudinem quamuis sancti viri aliter fecisse videantur, vt in Loth, qui paratus fuerat proprias filias prostituere vt pudori suorum hospitum parceretur, sed facta sanctorum virorum sunt à nobis admiranda, & non in consequentiam trahenda nec sequenda.

In affectionibus tamen externis, ea regula posset locum habere, tuncque licet deliberare quid cui præferatur, & minor iactura maiori præferenda, in peccato autem nulla est ratio boni: ob id, quicquid peccatum est tanquam peccatum illico respuendum, & hæc sunt verba Lutheri in eo loco.

Idem censet Petrus Martyr in libro Iudicum. ca. 19. sed contra eos, scilicet contra Lutherum & Petrum Martyrem, faciunt illi canones superius allegati, nos equius faciemus si hæc omnia Theologis relinquamus: non tacebo tamen hoc vnum quod scribit Iustinus martyr in suis operibus, & in opere quod inscribitur, *Responces aux orthodoxes*, vbi sunt hæc verba. *Car le moindre mal doit touſiours eſtre eſleu, & le plus grand delaiſſé.* & ibi plura de hac re.

Clausula sine liberis in descendentibus subintelligitur.

Redeundo ad materiam nostram, dictum fuit eā conditionem si decedat sine liberis, subintelligi in filiis hæredibus institutis & grauatis si decedant sine liberis: idem censendum est & in nepotibus qui sunt hæredes instituti & grauati, & in aliis descendentibus institutis & grauatis, in quibus semper subintelligitur ea clausula si decedat sine liberis, & sic hæc conditio si decedat sine liberis, subintelligitur in vno ex descendentibus institutis & grauatis, & non in aliis. Alex. in d. l. ex facto. §. si quis. & ibi gl. ad Treb. & in l. cum acutissimi.

Et nec in fratre hærede instituto & grauato subintelligitur hæc clausula, ob id debet apponi in testamento, & nisi apposita fuerit, quamuis demum frater cum liberis moriatur, non tamen illi liberi à fratre susceptī facient cessare illud fideicommissum & neque excludent substitutum, sed substitutus admittetur exclusis filiis fratris. Ias. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & substi. nu. 2.

Nec in ascendentibus institutis & grauatis intelligitur.

Sed & neque subintelligetur in testamentis descendentium, in quibus ascendentes instituti sunt in testamentis descendentium, vt si filius emancipatus patrem suum simpliciter instituerit, & eum grauauerit de restituenda hæreditate, & neque adiecerit clausulam si decedat sine liberis, non subintelligetur nisi fuerit apposita, quare exprimēda erit

ea

BIU Cujas

ea clausula. ita Curtius iunior cons. 33.nu.8. & Ias. in d.§. cum autem.l.generaliter.

Hæc eōditio si sine liberis locum habet in cōpēdiosa aut fideicommissaria.

Hæc autem clausula, si decedat sine liberis, subintelligitur in substitutione fideicommissaria, aut compendiosa facta ab ipsis ascendentibus in eorum testamentis, quando instituunt eorum descendentes, & eos grauant de restituenda eorum hæreditate per substitutionem fideicommissariam aut compendiosam, sed non habet locum in substitutione, nam tunc minimè subintelligeretur Curtius eo cōsilio 33.

Et circa hanc clausulam, si decedat hæres grauatus sine liberis, est hoc notandum, quòd filij susceptі ab hærede grauato non succedunt ipsi hæredi tanquam substituti, sed solum faciunt cessare fideicommissum, & sunt positi illi filij in dispositione, & non in conditione: ob id succedunt non tanquam vocati ex testamento, sed & neque in vim illius substitutionis, sed ab intestato solum vocātur: & quia propter eorum natiuitatem euenit conditio, cessabit igitur fideicommissum, & sic illi filij solum cessare facient vim illius fideicommissi. l. Lucius. & ibi Bartol. & alij. ff. de hæred. insti. Alexand. in eo §. si quis rogatus. l. ex facto. ff. ad Trebel. Guid. Pap. decis. 34. & Papon in suo *Recueil*, in titulo, *des substitutions*. arresto nono. & Boer. decis. 145.

Filij positi in cōditione non sunt positi in dispositione.

Vtilitas in hoc est ad cognoscendum an filij succedant ex substitutione, an verò faciant deficere tātummodo ipsum fideicommissum: nam si non succedant ex substitutione, & sic non sint vocati ex substitutione, & non veniant tanquam substituti, sed solum ipsi hæredi grauato eorum patri succedāt ab intestato, liberum erit ipsi patri hæredi grauato instituere in ipsis bonis quem velit, sed si illi filij veniant tanquam vocati à testatore, & tanquam substituti, & tunc eorum pater grauatus non poterit alios substituere, sed filij tanquam substituti admitterentur, & inquam omnes filij admitterentur tanquam vocati ex substitutione & ex dispositione testatoris.

Cùm igitur in hoc casu sit hæc decisio, filios qui nascentur, non vocatos esse ex dispositione testatoris, sed solum positos fuisse vt faciant cessare vim fideicommissi, sequetur quòd liberum erit patri corū instituto & grauato relinquere ea bona in quibus fuit hæres institutus, cui voluerit: postquam solum deficit conditio per eorum filiorum natiuitatem.

Altera vtilitas.

Altera vtilitas, quia cùm filij solum faciant cessare vim illius fideicommissi, & neque positi sint in dispositione, quòd non poterunt reuocare bona testatoris ab ipso hærede iam alienata, quæ certè possent reuocare si vocarentur ex dispositione testatoris, & tanquam substituti per authenticam, res quę. C. communia de legatis & fi. cùm bona subiecta restitutioni non possint alienari, quæ bona ab ipso hęrede alienata qui erat grauatus non extantibus liberis, poterunt quidem per substitutum reuocari, per eam authenticam, res quę. sed non poterunt reuocari per filios susceptos ab ipso hærede grauato. doctor. vbi supra.

Tertia vtilitas.

Alia erit vtilitas & notanda, quia si bona patris propter delictum patris publicarentur, & tunc ea bona publicanda erunt, si pater cum liberis moriatur, quia filij non veniunt vt substituti, nec in vim substitutionis, & sic ea bona non poterunt reuocari, sed si filij vt substituti venirent, & ex dispositione testatoris bene possent ea bona quæ fuerant testatoris, reuocare, ad quæ ea confiscatio non traheretur. Guid. Pap. in ea decis. 39.

Limitatio ad regulam quòd filij positi in cōditione non sint positi in dispositione.

Hæc regula, quòd filij positi in conditione non sint positi in dispositione, & quòd non censeantur vocati ex dispositione testatoris vt substituti, habet quasdam limitationes, & prima erit: vbi in tali dispositione esset facta mētio de filiis masculis, vt quia in testamento testator ita dixerit, instituo talem meum filium hæredem, & si moriatur sine filiis masculis, talem substituo eo casu propter eam qualitatem masculorum: filij masculi ibi positi, censentur positi in dispositione, & vocati tanquam substituti, & ita patre mortuo omnes illi masculi admittentur ad hæreditatem testatoris tanquam vocati ab ipso, & excludent alium substitutum.

Ita vt si forte pater eorum qui erat hæres grauatus, aliqua bona ex hæreditate alienauerit, filij masculi tanquam vocati in vim fideicommissi poterūt alienata reuocare, si fortè ea bona alienata ascendāt plusquam sit valor quartarum legitimæ, & Trebellianicæ, quas duas quartas filius grauatus detrahere potest, iuxta cap. Raynutius, de testamentis. & eas alienare, & de illis disponere: & etiam illi filij masculi ita vocati ex dispositione, & testatoris præsumptione impedient ne ea bona testatoris confiscari possint propter hæredis delictum. Guid. Papę, decis. 184. & Papon in eo loco, arresto 11. & 12. habent enim ea verba, si decedat sine liberis masculis, duo capita vnum expressum ad masculos, & alterū tacitum exclusiuum fœminarum. Guid. Pap. ibi, & ita expressio illa si decedat sine filiis masculis, facit vt tunc filij masculi censeātur positi in dispositione & vocati ad substitutionem ex tacita mente testantis.

Altera limitatio.

Altera in hoc casu erit limitatio, & ad eam regulam, quòd filij positi in conditione, non positi sint in dispositione, neque sint ad substitutionem vocati: vt si testator ita dixerit: si filius meus sine liberis decedat, aut eius filij sine filiis, eo casu & propter ea verba multiplicata filij censentur vocati ex dispositione testatoris, vt succedant tanquam substituti. Bart. in l. Centurio. nu. 37. ff. de vulga. Gui. Pap. decis. 184. Iason tamen in hoc casu sentit contrarium in ea l. Centurio. quòd etiam eo casu filij non dicātur vocati ex testamento ad substitutionem, sed solum quòd ab intestato succedant: sed secundū Bart. & Guidonis opinionem, iudicatum fuisse refert Papon in suo *Recueil*, in titulo *des substitutions*, arresto nono. ex eo quòd propter ea verba multiplicata prę sumitur mentem testatoris eam esse, vt filij ex substitutione vocentur, & ita etiam tenet Boer. decis. 155.

Stat ergo ex supradictis ea regula, cum illis duabus limitationibus, quòd filij qui nascentur ex hærede grauato, non censentur substituti, sed solum testator censetur eos prætulisse illi substituto, vt eū excludant ab ipsa substitutione. ita Boeri. in ea decisione.

In filio grauato sub alia conditione, quam sub conditione mortis nō subintelligetur ea clausula, si decedat sine liberis.

Quòd si filius institutus esset grauatus sub alia conditione, quàm sub mortis conditione, & quàm sub ea conditione si decedat sine liberis, non subintelligeretur ea clausula. Alex. cons. 93. in 3. par. nu. 3. & Chassa. cons. 67. nu. 18. & sic in aliis casibus in quibus filius grauatus esset restituere hæreditatem sub

BIU Cujas

sub alia conditione, quàm sub mortis conditione, conditio illa esset verificanda antequam fideicommissum transmitti posset, & fauor filiorum qui susceptierũt non faciet cessare tale fideicommissum. Sal. in d.l. cum acutissimi. C. de fidei. Ias. in l. cum virum. C. de fideicom. & Alex. & Chassa. in illis locis, in contractibus vltro citroque obligatoriis. Bal. in d.l. cum acutissimi. in fine, inquit non subintelligi eam clausulam, quem sequitur Ias. ibi, & Soci. consi. 93. num. 15. & 16. in 4. par. Ias. in l. 2. num. 197. C. de iure emphy. & bene super verbo, si absq; pri. in fine. sed dic contrarium. quia in contractu societatis, qui est contractus qui fit gratia vtriusque si fiat pactum, vt superstes succedat præmorienti, intelligetur hæc clausula si decedat sine liberis. Boeri. decis. 214. num. 2. item in contractu stipulationis, si frater stipulatus sit dotem sibi reddi, & post suam mortem suo fratri intelligetur si decedat sine liberis. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Bald. & Ias. in d. l. cum acutissimi. item in patre stipulante dotem sibi reddi post mortem filiæ, intelligetur si filia decedat sine liberis. Salic. in l. dos. C. solut. matrimo. & Ias. in l. post dotem. num. 199. ff. solu. matrimo. quare dic, quòd in pactis inter viuos quæ fiunt in contractibus, quòd post mortem alicuius, alter succedat, vel habendo bona superstitis, quòd subintelligetur semper ea clausula, si decedat præmoriẽs sine liberis. Ioan. Faber. & Guid. Pap. in ea l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. substi. & restitu. & Soci. consi. 23. num. 8. 1. volum. & sic dispositio. l. cum auus. ff. de condi. & demonstr. & l. cum acutissimi locum habet in huiusmodi pactis superuientis, vel de habendo bona præmorientis, quæ fiunt in contractibus inter viuos.

In cõtractibus an locũ habeat dispositio. l. cũ auus.

Tutore filiorum prædicti Petri ex aduerso dicente.

SVMMARIA.

1 *Vilibet tutor tenetur suos pupillos defendere.*
2 *Tutor an in ius vocandus sit, an verò pupillus: idem de curatore, an ille in ius sit vocandus, an verò eius adultus.*
3 *Libellus quomodo formandus sit, cùm agitur contra pupillos aut adultos.*
4 *Pupillus non potest dici contumax.*
5 *Acta facta contra tutores aut curatores tenent, datur tamen restitutio si læsi fuerint minores.*
6 *Sententia contra pupillum aut adultum in defensum lata non tenet, lata tamen in eorum vtilitatem tenet.*
7 *Contractus gesti per minores sine eorum tutore aut curatore in eorum vtilitatem tenent, at contra illos non valent.*
8 *Pupillus an obligetur naturaliter, an verò ciuiliter.*
9 *Adultus quando quis dicatur.*
10 *Tres hominum ætates.*
11 *Sex hominum ætates.*
12 *Vita antiquorum cur longior quàm nostra.*
13 *Anni Solares & Lunares.*
14 *Luna triginta diebus conficit suum cursum.*
15 *Annus intra trecentos sexaginta quinque annos conficit suum cursum.*
16 *Aequinoctium fit bis in anno.*
17 *Duo Solstitia bis in anno fiunt.*
18 *Annus olim decem mensibus constabat.*
19 *Annus olim constabat duodecim mensibus.*
20 *Bissextus quomodo fiat.*
21 *Quilibet mensis quot dies habeat.*
22 *A quo mense annus incipi debeat.*
23 *Adamus vixit longiorem ætatem cæteris.*
24 *A tempore diluuij ætas hominum cœpit decrescere, & natura rerum omnium fuit depraua ta.*
25 *Qui habitant Indiam orientalem, viuunt ad centum triginta annos.*
26 *Indiæ commoditates.*
27 *In India homines sunt colore nigro.*
28 *Locustæ sunt pro victu his qui sunt in Aphrica.*
29 *Pigmei breuioris vitæ.*
30 *Gens quæ Pandore appellatur in India.*
31 *Democritus semper ridebat, & vixit diutius.*
32 *Heraclytus semper plorabat.*
33 *Lachrimæ, & præ nimio dolore, & gaudio effunduntur.*
34 *Epimenides centum quinquaginta annos vixit.*
35 *Empedocles viridi memoria, & Pericles obtusa memoria.*
36 *Theophrastus naturam accusauit, quòd animalibus vitam tam longam dederit, cùm hominibus breuem dedisset.*
37 *Homo longioris vitæ quàm alia animalia.*
38 *Vulturis præsagium tempore belli, & fine semine concipit.*
39 *Phœnix in Arabia.*
40 *Bruta rationi humanæ participant.*
41 *Pupillus contrahendo an obligetur naturaliter aut ciuiliter.*
42 *Quid in adulto contrahente.*
43 *Minor non restituitur aduersus omnem contractum, & ibi quid illi probandum sit ad petendam eam restitutionem.*
44 *Minor succedens maiori non restituitur.*
45 *Pupillus succedens maiori contra eum non currit præscriptio.*
46 *Minor in actibus in quibus est approbatus, non petit restitutionem.*
47 *Doctor minor an possit petere restitutionem in integrum.*
48 *Minor nullum curatorem habens, obligatur ex contractu à se gesto, sed læsus restituitur.*
49 *Minor an diuisionem possit petere.*
50 *Læsio minoris non vltra dimidium est probanda.*
51 *Minor post annum quatuordecimum potest testari.*
52 *Tutores plures, licet sint dati, tamen quilibet habet officium insolidum.*
53 *Tutores in causa pupilli an possint esse testes.*
54 *Quilibet ex consulibus potest causam publicam defendere.*

Tutore filiorum prædicti Petri, &c.

TVtor hic pupillorum nomine causam defendebat, sicuti quilibet tutor ex suo officio ad id tenetur, nempe ad defendendum & pupillum & eius bona: cùm detur tutor, & personis, & rebus ipsorum pupillorum,

BIU Cujas

rum, & ob id appellantur tutores quasi tuitores & defensores. §. tutores. institutio. de tutelis.

An pupillus sit in ius vocandus, idem in adulto

Posset dubitari cùm contra pupillum agendum sit, an ipse pupillus in ius vocandus sit, an verò sufficiat tutorem in ius vocare: idem in adulto habente curatorem dubitari potest, an sufficiat adultum in ius vocare, an verò requiratur vt curator vocetur. 2

Dic quòd quoties quis vult vocare in ius pupillum, & contra ipsum agere, & pupillus sit minor septennio, & tunc tutor est in ius vocandus: si autem pupillus sit maior septennio, & in ius vocari poterit ipse pupillus, & citatio facta in sui persona tenebit. l. 1. §. sufficit. ff. de admi. tuto. Paul. Cast. cons. 29. in fi. in 2. vol.

Et vocatur in ius in persona, non vt se defendat, sed vt cum suo tutore compareat, vt demum ille tutor nomine tutorio defendat rem pupilli. l. 2. C. qui. leg. pers. & l. 1. eodem. sed quamuis de iure hæc ita sint, de consuetudine tamen seruatur, vt semper tutor citari debeat, vt tutor: quod tenet Rebu. in commen. in consti. reg. in proem. in glo. quinta, nume. 12. quare frustra pupillus citatur, cũ certum sit eum pupillum iudicium animi non habere, & ob id via aduersus tutorem aperta est.

Adultus in ius vocari potest, aut eius curator.

Quantum ad adultum attinet, est in optione illius qui vult agere, vt agat aut contra adultum, aut contra curatorem. Bar. in §. sufficit. l. 1. ff. de admi. tuto. & neque per hoc adultus læditur, cùm possit suum curatorem admonere, & eum aduertere vt compareat, & cùm adultus citatur, intelligitur citari vt compareat cum suo tutore. Bar. in d. §. sufficit. & Bal. in l. 2. C. qui petant tuto. Alex. in l. ii ex legati causa. ff. de verb. oblig. & Dec. cons. 449.

Quæ procedunt vbi agitur contra ipsos adultos in causis ciuilibus, in causis verò criminalibus ipsimet adulti in ius sunt vocandi, & debent ex seipsis respondere absque curatore, ita vt sit perclarum. C. de autho. tuto. abrogata, per quam contrarium erat decisum, vt attestatur ipse Bened. superius, & hoc firmat Papon in suo *Recueil des arrests*, in titulo *des tuteurs*, arresto vltimo.

Hoc posito quòd contra pupillos & adultos agi possit, dubitari solet quomodo contra eos formari debeat libellus, dic quòd quando contra pupillum agitur, formabitur libellus contra tutorem tutorio nomine. Soc. in c. 2. vers. duodecimo quæro. de libe. oblatione. 3

Tutor format libellũ tutorio nomine, & eo nomine potest condemnari.

Cùm tutor agit, formabit etiam libellum suum nomine tutorio, & eo etiam nomine poterit conueniri. c. 2. de libe. obla. & in l. 1. quando ex facto tuto.

Et respectu adultorum poterit formari libellus, & contra curatorem nomine curatoris, & contra adultum. Soc. eo loco, versi. 13.

His quę dicta sunt, nempe pupillum maiorẽ septennio, & adultum in ius vocari posse: vnum videtur obstare, ita vt videatur dicendum citationem nõ posse fieri, nec in persona pupilli maioris septennio, nec in persona adulti habentis curatorem, nam certum est quòd quoties pupillus etiam maior septennio, vel adultus vocantur in ius, si non compareant, non possunt dici contumaces in non comparendo. l. contra pupillum. ff. de re iudi. frustra ergo citabuntur, si ij citati, & non comparentes non possint dici contumaces, frustra enim expectatur casus cuius euentus nihil operatur, frustra igitur & incassum fiet ea citatio si demum non possit effectum aliquem operari. 4

Pupillus aut adultus vocati in ius, si non cõpareant non possunt dici cõtumaces.

Huic obiectioni ita occurri potest, vt firma sit de iure hæc conclusio, pupillum maiorem septẽnio, & adultum in ius vocari posse, quod procedit in causis leuioribus, quia si non cõparuerint, efficientur contumaces: & contumacia contra eos adiudicabitur, & procedetur contra eos vt contumaces ad interpositionem primi decreti, quod est parui prejudicij. l. hæc autem. & l. apud Iulianum. ff. ex quibus causis.

In magnis causis tutor vel curator citari debet.

At vbi ageretur de magno præiudicio, & tunc argumentum & obiectio illa posset procedere, vt scilicet in magnis causis, non possit dari contumacia contra pupillum etiam maiorem septennio, nec cõtra adultum habẽtem curatorem, & ita intelligitur ea l. contra. & ibi Paul. Castr. ff. de re iudi. quare vt cessent omnia dubia, consultius semper erit tutorẽ, vel curatorem semper citari nomine tutorio, & ita rectius procedetur, nam tunc cùm pupillus aut adultus defendetur à tutore vel curatore, acta tenebunt, sed vbi esset læsus pupillus, vel adultus, poterit petere in integrum restitutionem per eum titulum: si aduersus rem iudicatam. & vbi sine tutore actum esset, acta essent nulla. l. acta. ff. de re iudi. & neque teneret sententia lata contra pupillum, aut minorem indefensum in sui prejudicium, quamuis lata sentẽtia in sui fauorem, bene teneret. l. non eo minus. C. de procu. & ibi Iaf. & quòd magis est, si ea sententia in parte respiciat damnum ipsius pupilli aut adulti indefensi, pro ea parte sententia esset nulla, & si in alia parte ea sententia respiceret fauorem ipsius pupilli aut adulti indefensi, teneret ea sententia. Iaf. in ea l. non eo minus. & sic eo casu claudicaret iudiciũ: erit enim nulla ea sententia inquantum faciet contra pupillum aut adultum, & tenebit inquantũ respiciet vtilitatem ipsius pupilli aut adulti. 5

Iudicium claudicare potest.

Sicuti etiam contractus gesti à minoribus sine tutore aut curatore in eorum damnum, erunt nulli: facti autem in eorum vtilitatem tenebunt. §. pupillus. insti. de inuti. stipu. & ibi hoc notat Angel. cũ permissum sit pupillo & minori suam conditionem meliorem facere, & reddere etiam sine tutore, vel curatore: deteriorem verò non potest. l. contra iuris. ff. de pactis. quod procedit dummodo ipse pupillus sit maior septennio, & sic maior infante: quia infans nihil agere potest, nec in sui vtilitatem. l. pupillus. ff. de reg. iuris. 7

Infans nihil agere potest.

Solet etiam dubitari, & neque hoc erit extra propositum, an pupillus contrahendo cum sui tutoris authoritate obligetur ciuiliter, an verò naturaliter: & communiter tenetur, quod pupillus contrahendo cum sui tutoris authoritate, obligatur & ciuiliter & naturaliter, sed læsus restituetur in integrum. l. impuberes. ff. de autho. tuto. Angel. in §. impuberes. insti. de inutilib. stipula. Quòd si pupillus contraxerit, sine tutoris authoritate, naturaliter quidem sed non ciuiliter obligatur. l. obligari. & ibi gloss. ff. de actio. & oblig. l. 1. ff. de noua. & ibi Bar. si tamen locupletior factus fuerit pupillus, ex suo contractu obligabitur & ciuiliter. gloss. & Barto. in d. l. 1. de noua. 8

Pupillus an obligetur ciuiliter an naturaliter.

Quoniam iam diximus adultum contrahere posse, & esse in iudicio in suam vtilitatem: videndum est quando quis dicatur adultus, cùm quis si non

BIU Cujas

sit adultus, validè contrahere non possit: in quo notandum est, & aduertendum ad ea quæ no-
10 tat Aulus Gellius in suis noctibus Atticis.ibi inquit
Tres hominũ ætates. tres hominum esse ætates. Prima ætas est pueritia, quæ durat vsque ad annum decimum septimum,& vsque ad eam ætatem appellantur pueri.

Secunda ætas est iuuentus, quæ incipit ab eo anno decimo septimo, & se extendit ad annum quadragesimum sextum, & ab eo tempore, & supra eam ætatem, tempus quod restat dicetur senectus, & erit tertia ætas :à quo tempore homines ab hinc dicentur senes, & ita Gellius eas ætates partitus est.

Quæ senectus in iure variis modis consideratur,
Senectus variis modis consideratur. nam quo ad tutelas & curas euitandas, & ad hoc vt quis à tutela & cura excusetur, dicetur quis senex, qui est maior septuaginta annis. l. vnica. C. qui ætate se excusant. C. quo ad alia munera & onera personalia euitanda, & ad hoc vt quis ab illis muneribus excusari possit, requiritur ætas quinquaginta quinque annorum. l. fin. qui ætate se excusant. libro 10. C. & in eo tempore quis dicetur senex. Quantum à cessatione armorum, & militiæ, & ad hoc vt quis dicatur veteranus, & quantum ad prolem non amplius habendam, in his actibus quis dicitur senex in sexagesimo anno. gloss. in l. prima. de his qui non impletis stipendiis. libro 10. C. & ibi Ioann. de Platea. per l. si pater. §. in arrogationibus, & ibi gloss. ff. de adoptio. quia ab eo tempore vires naturales deficiunt quo ad generandum.

Alij plenius rem obseruantes posuerunt sex ætates, prima ætas est infantia, quæ durat vsque ad
11 Sex ætates. annum septimum: hinc pueritia quæ durat vsque ad annum quatuordecimum: hinc adolescentia vsque ad annum vicesimum octauum, quæ ætas maximè est apta ad generandum: & ab eo anno vicesimo octauo vsque ad annum quinquagesimum,dicitur iuuentus omnium ætatum florentissima, & ab eo tempore anni quinquagesimi vsque ad annũ septuagesimum secundũ incipit grauitas, quæ est declinatio à iuuentute in senectutem: prostremum tempus, quod est post annum septuagesimum secundum, & reliquum tempus quod supereſt, senectuti deputatur, & illæ sunt sex ætates hominum, quæ vulgo recipiuntur, putemus tamen singulis diebus singulas vitas dici, & vt habet versiculus ille,

Quem dederat cursum fortuna peregi,
Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam,
Grata sume manu, nec dulcia differ in horam.

Et quantumuis multæ sint hominum ætates, tamen homo ipse nihil sibi potest promittere: est enim homo bulla, quæ citius dicto dirumpitur, vt habet Lucianus, propterea quòd à filo tenuissimo pendemus omnes, tametsi dicamus vitam hominum esse centum annorum. l. an vsusfructus. ff. de vsuf. & l. fin. C. de sacrosc. eccles. tamen nihil certi habemus,cùm morte ipsa nihil sit certius, nihil tamen incertius hora mortis. l. 1. & ibi gloss. ff. de condi. & demonst.

Vita hominũ antiquorũ longior quàm sit vita hominum huius sæculi.
Circa hæc iam dicta hoc nobis licet admirari, cũ legamus vitam hominum antiquorum excessisse trecentos annos, quinimo vel nongentos annos, vt
12 licet legere & videre ex sacris Bibliis, cur hodie ita reducta sit & restricta vita hominum atque diminuta,vt vix videamus hominem excedere sexaginta annos, hoc enim constat ex sacris Bibliis multos vixisse vel vitam longissimam, & peruenisse ad septingentos & plures annos,imò ad annos nongentos,neminem tamen legimus ad mille annos peruenisse, quod notauit diuus Augustinus, cap.8. li. 15. de ciuitate Dei. Nemo vixit mille annos.

Aliqui hęc omnia obseruantes posuerunt discrimen inter annos solares & lunares: anni solares constant duodecim mensibus, anni verò lunares sunt, quos nos menses appellamus: putabant illi absurdum quemdam vixisse tam longam ætatem, nongentorum annorum,ob id conferendo eam antiquam ętatem ad nostram, retulerunt eos annos ad annos lunares, & sic ad menses: & ita ęquabant eorum ętatem ad nostram ætatem.

Non enim potest negari quin menses non dicãtur anni lunares, & breues anni, nam sicuti luna
14 Annus lunaris seu mensis triginta diebus conficit suum cursum. per triginta dies conficit suum cursum, ita & etiam annus ille lunaris per illud tempus perficiebatur.

Sed hæc opinio planè ridicula est, nam hoc modo intelligendo, vita ipsorum antiquorum multo breuior fieret, & fuisset, quàm sit nostra vita, quia nongenti menses, immò mille menses non ascendunt ad centum annos solares, quibus vtimur: quare & quamuis nos legamus hos menses appellatos fuisse annos lunares, ex eo quòd intra illud tempus luna cursum suum conficiat, non tamen ad eos annos lunares ætas ea antiquorum referenda erit, immò verò ad annos solares, qui constant duodecim mensibus:quem annum solarem Vergilius magnum appellauit: *Interea,* inquit, *magnum Sol circumuolat orbem.* & appellatur annus solaris, quia Sol hoc dierum numero colligendus fuit, quo ad signũ
15 Annus solaris trecentis sexaginta quinque diebus suum cursum cõficit. se denuo vertat,à quo fuerat digressus. ob id, & annus versatilis etiam vocatur, & sicuti Sol conficit suum cursum diebus trecentis sexaginta quinque, ita ad numerum Solis tot dies ipsi anno solari tribuerunt antiqui.

In quo anno solari fit bis Aequinoctium: tempore scilicet autumni: vnde æquinoctium autum-
16 nale, & illud fit octauo calendas Octobris, quando Sol per Libram transiens facit æquinoctium quod fit vicesima quarta Septembris. Aliud est ęquinoctium veris, quod & vernale appellatur, & illud fit octauo calendas Aprilis, quod demonstrat Columella li.1.cap. 2. & appellatur æquinoctium, quia illis temporibus dies noctibus ęquantur.

Item & singulis annis sunt duo solstitia: vnum Duo Solstitia in anno. ęstiuum in principio Cancri, cùm Sol ad inferiores circulos incipit conuenire, & fit octauo calendas
17 Ianuarij, quo tempore Sol altiores circulos incipit petere, ideo solstitium appellatur, quasi solis statio, cùm Sol vltra non progredi possit, immò abhinc incipit retrocedere.

Dies in ęstiuo tempore maior constat sexdecim horis, maior autem dies tempore hyemis constat Dies maior in æstiuo tempore constat sexdecim horis,& hyeme octo. octo horis. Thesaurus autem linguę Latinæ habet, quòd solstitium æstiuum incidit in idus Iunij,& hybernum incidit in idus Decembris: & sunt ea solstitia in Capricorno & in Cancro, & æquinoctia sunt in Ariete & Libra.

Annus antiquitus constabat decem mensibus, cuius initium erat mensis Martius, propter autorem

BIU Cujas

Mensis Martius olim erat initium anni.

Menses vnde dicti.

rem suæ gentis: demum Aprilis quasi terras aperiés dictus, Maius à Maia, Iunius à Iunone, reliqui menses à numero denominabantur, Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember, & December: & sic erant decem menses, & demum duo propter rationem signorum appositi sunt menses, alter à Iano, Ianuarius dictus, alter à Februo Februarius dictus. duo autem illi menses, quintilis & sextilis, mutati sunt in honorem Iulij Cæsaris, vnde dicti sunt Iulius, & Augustus: eratque antiquitus ea antiqua lex, Annus decimus dies esto, & à multis traditum est Romulum instituisse annum decem mensibus, sed quia id non conueniebat cursui Solis & Lunæ, ob id ferunt Numam Pompilium Ianuarium & Februarium addidisse, alij verò id Cæsari tribuunt, at vide de his Alciatum. in l. cum bissextus. ff. de verbo. signific.

Aetas igitur illa antiqua, & in qua primi homines vixerunt, non ad annos Lunares erit referenda, sed ad annos Solares: alioquin ridiculum esset dicere antiquos illos vitam breuiorem vixisse, & nos longiorem: cùm constet corpora priscis illis temporibus vastiora & prolixiora fuisse, quàm nunc sunt, vnde Homerus suo tempore conquerebatur quod corpora antiquorum maiora erant, & vastiora quàm nunc sunt. Cuius rei exemplum sumi potest ex Orestis corpore, quod post suam mortem repertum fuit septem cubitorum, cuius rei meminit Aulus Gellius libro tertio, capite decimo. Et in Creta rupto monte vi terræmotus inuentum fuit corpus Orionis quadraginta sex cubitorum, & fertur corpus Herculis fuisse post suam mortem magnitudinis sexcentorum pedum.

Vnde ex his inferri potest, quòd cùm antiquis illis temporibus corpora fuerint ita vasta, & magna, etiam in ea ætate plus vixerint quàm nunc, sic quòd ea ætas ad annos Solares referenda erit, & non ad annos Lunares.

Antiquis temporibus anni solares constabãt duodecim mensibus.

Quod confirmari poterit ex lectione sacrarum scripturarum, nam cap. octauo, primi Regum, fit mentio de octauo mense. cap. secundo Genes. fit mentio de septimo mense. primo capit. fit mentio de quinto & sexto die. cap. sexto, primi Regum fit mentio de decimo mense, cap. primo in libro Zachariæ fit mentio de mense vndecimo. in ca. trigesimo nono Ieremiæ habetur mentio de nono die mensis quarti anni vndecimi. & in cap. 52. Ieremiæ habetur mentio de mense duodecimo, & de die vicesima mensis, & ex pluribus aliis locis licet col-
29 ligere antiquitus, & ante Romam conditam annum constasse duodecim mensibus, & menses triginta diebus.

Tametsi videam Caio Cæsari tributam fuisse hanc anni reductionem, quam perantea dicunt fuisse vagam & incertam: ferturque ipsum Cæsarem reduxisse ad certum ordinem & duos menses, & decem dies veteri obseruationi adposuisse, vt annũ trecentis sexaginta quinque diebus, quibus Sol suũ Zodiacum lustrat, efficeret: & ne quadrãs deesset, fertur etiam statuisse, vt quarto quoque anno sacerdotes qui diebus & mensibus præerant, vnum diem intercalarent eo mense & loco, quo etiam apud veteres intercalabatur, id est ante quinque vltimas dies mensis Februarij, & sic bissextum appellasse, eosque decem dies quos addiderat ea ordinatione distribuisse in Ianuarium, Sextilem, & Decembrem, quibus binos dies inseruit: in Aprilem verò, Iunium, Septembrem & Nouembrem singulos dies, & Februario vnum diem non addidit, ne deo infero immutaretur religio: Marti verò Maio, Quintili, & Octobri suum pristinum statum seruauit, & ita hæc in hunc numerum reducuntur, vt Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, & Augustus, October & December, dies singulos & tricenos habeant: Aprilis, Iunius, September, & Nouember tantum tricenos, solus Februarius duo de triginta, vnde duo versiculi,

Triginta Aprilis Iunius Septembérque Nouember,
Vno plus alij viginti Februarius octo.
At si Bissextus fuerit, superadditur vnus.

Et hunc ordinem asserit Perotus in suo *Cornu copiæ* Cæsarem his mensibus addidisse.

Quot dies quisque mensis habeat.

20

21

Verùm quamuis hæc omnia Cæsari asscribantur, constat tamen ex iam dictis antiquis illis temporibus, annum constitisse duodecim mensibus, vt iam ex superioribus comprobatum fuit, & perantea, & ante Cæsarem hoc Numæ Pompilio secundo regi Romanorum asseribebatur, quem fertur annum distribuisse ad cursum Lunæ in duodecim menses, cũ Romulus perantea in decem menses partitus fuisset cuius rei autor est Sabellicus, libro tertio secundæ Enneadis, & ibi inquit Aegyptios vsos fuisse anno menstruo.

Contra hæc, quòd à Cæsare, neque à Romulo diuisio anni non fuerit inuenta, Iosephus in suis antiquitatibus attestatur, quem refert Carion in suo primo libro chronicorum, & ibi inquit Adamum & Seth eius filium diuisisse annum in duodecim menses: falsò igitur ea diuisio Romanis asscribitur.

Adam⁹ & Seth annum in duo decim menses diuiserunt.

Non certè satis conuenit à quo tempore annus debeat incipere, iuxta Hebræos annus incipiebat autũno tẽpore, iuxta alios à mense Martio, quod & Ioannes Bremas attestatur libro tertio, capit. 19. nempe Martium tum primum mensem fuisse, & qui Martius ineuntem inchoabat annum, hodie autem annus incipit prima die mensis Ianuarij ex ordinatione regis Caroli noni, licet perantea vicesima quinta mensis Martij ab incarnatione annus inciperet.

22

Olim annus à mense Martio incipiebat hodie à mẽse Ianuario.

Antiquis ergo illis temporibus erant homines longioris vitæ quàm nunc: vixit enim Adamus nongentos triginta annos, Mathusalem nongẽtos: & in hac nostra ætate vix reperitur qui ad centum annos viuat. ratio à quibusdam hæc adducitur, quòd Adamus creatus fuit & formatus à summo opifice, nempe à summo Deo: & sic perfectè, & in perfecta simpathia, & temperatura membrorum suorum constat fuisse compositum: propterea sequetur tam longam ætatem eum vixisse, & neque alius reperitur qui ad tam longam ætatem nongentorum triginta annorum peruenerit, & demum hi qui ab ipso fuere procreati, persentientes adhuc ex eo tam optimo temperamẽto ipsius Adami, ad multos annos etiam vixerunt.

Adamus vixit longiorem vitam quam quilibet alius.

Tum etiam quia in illis primis temporibus frugaliter illi viuebant, & neque vino indulgebant, quod nondum cognitum erat, nec etiam crapulis

BIU Cujas

diti erant, sed & neque ciborum varietate, aut epularum apparatu vtebantur: sed illis herbæ,& arborum fructus erant pro summis delitiis, & terra nondum aquis diluuij labefactata fructus & suauiores & salubriores reddebat, & in summa omnia erant in summa bonitate vsque ad tempus diluuij.

A diluuio ætas hominum cœpit decrescere.

Post quod tempus, & carnes & vinum in vsu esse cœperunt. quare ex eo tempore ætas hominum cœpit decrescere & subinde diluuium, seu aqua, quæ totam terram inundauerat, reddidit fructus omnes non tam suaues vt erant perantea: reddiditque terram minus feracem & fertilem, & ab eo tempore multum diminutum fuit de bonitate omnium fructuum: & nec fructus, nec herbæ fuerunt illius saporis & gustus, vt erant ante diluuiū. & insimul abhinc natura rerum omnium fuit vel maximè deprauata, & etiam multum detractum fuit ætatibus hominum, ita vt vix homines perueniant ad ætatem centum annorum, & pauci sunt qui eò perueniunt.

Fertur tamen eos qui inhabitant Indiam orien-
25 talem viuere centum & triginta annos propterea,
Habitantes Indiam orientalem, viuunt cētum & triginta annos.
quòd illic cælum vel maximè temperatum est, & vbique illic est vbertas soli, & aquarum abundantia. Sunt ibi duæ æstates, leuis aura, ob id homi-
26 nes ibi viuunt tam longam vitam, vt attestatur Mūsterus in sua Cosmographia.

Regio vbi homines viuunt ducētos annos.

Refert Plinius id attestante diuo Augustino libro quindecimo cap. nono de Ciuitate Dei. gentem esse & regionem vbi homines viuunt ducentos annos, & etiam in regione Indorum, omnia in maius crescere quàm in aliis locis, nempe homines, bruta, arbores, & herbas, & sunt homines qui ibi nascuntur colore nigro: & in materno vtero tales fiunt & concipiuntur seminis dispositione, qua-
27 les sunt qui eos generant, cùm sit in ipsis Ethiopibus semen genitale nigrum, vt ibi refert Munsterus.

28 In Aphrica sunt homines breuioris vitæ, & qui
Homines locustarum cōmestores.
non excedunt annum quadragesimum, & dicuntur Acridophagi: id est locustarum deuoratores: & quibus locustæ sunt pro victu, sunt enim ibi locustæ permagnæ, & alatæ, & eas captas seruant diutius Sole supposito, vt tandem illis vescantur.

29 Sunt & Pigmęi breuioris vitæ, & qui non ex-
Pigmæi.
cedunt annum octauum, & sunt statura cubitales: pugnantque perpetuo cum gruibus, fingunt enim poetæ, grues auolare in regionem meridionalem in Aegyptum, vbi cum ipsis Pigmęis belligerantur.

Tradunt præterea historiographi gentem quan-
30 dam esse in India, quæ Pandore appellatur, annos ducentos viuentem in iuuētute candido pilo, in senectute nigro, cuius rei meminit Plinius libro 2. cap. 7.

Aethiopes, Seres & Hiperborei centumquadraginta annos viuunt.

Aethiopes, Seres & Hyperborei centum quadraginta annis viuere creduntur, Democritus Philosophus agebat centesimum nonum annum cùm clauderet diem, & is est qui semper ridebat, de quocunque rerum euentu: sicuti & Heraclytus in fle-
31 tum ruebat, qui tandem se occæcauit, vt secreta naHeraclitus semper flebat.
turæ subtilius rimaretur. Cuius rei testis est Cicero,
32 quamuis quidam dixerint ob nimias lachrymas, quas quotidie ille effundebat, visum amisisse, dolebat ille semper vicem rerum humanarum.

Lachrymæ & præ nimio mœrore & dolore, & gaudio effūduntur.

Effunduntur enim lachrymæ, & in dolore, & præ nimio gaudio, & de hac re reddit causam Alexander ab Alexandro, quòd scilicet spiritus, qui per angorem affectus est ad cerebri membranam efferatur, ac humorem ibi positum exprimat, quòd etiam præ nimia lætitia id euenire posse scribit Iosephus libro duodecimo antiquitatum. & ibi asserit Ptolemæum regem ob libros legum Iudaicarum ad se missos præ nimio gaudio fleuisse, nam vt ipse scribit, natura summo gaudio patitur, quod & dolentibus solet accidere. 33

Legimus Epimenidem centum quinquaginta quatuor annos vixisse, eumque in quadam specula dormitasse per quinquaginta annos, vbi pressus somno & sopore iacuerat, à quo tandem ex-
Epimenidis somnium.
citatus stupebat quòd omnia mutata videret: & fa- 34
ciem rerum omnium immutatam, eo quòd sibi videbatur parum dormitasse, vt vix à suis cognitus fuerit: vnde emanauit prouerbium, Somnium Epimenidis, in eos qui immodico sumno sese sagināt, aut qui in ocio diuturno versantur, agendo vitam mollem, & effœminatam.

Empedocles discipulus Georgij Leontini, & ipse etiam Leontinus vixerunt centum & nouem 35
Obtusitas memoriæ Periclis.
annos: & in tam viridi memoria, vt ex tempore se offerret de qualibet re responsurum: cùm econtrario Pericles adeo fuerit obtusa memoria, & adeo solicitus de exitu suę orationis vt pulpitrum ascensurus semper vota fecerit, vt sibi liceret proferre quæ iam meditatus fuerat.

Et cùm vita hominis sit adeo breuis, videtur iure quodā Theophrastū philos. naturam accusasse, 36
Coruorū, Ceruorum, & Cornicum vita longa.
quòd Coruis, Ceruis, & Cornicibus vitam tam diuturnam dedisset, quorum nihil intererat viuere: hominibus verò, quorum maximè intererat viuere, & longam vitam agere, tam breuem vitam illis dederit, vt vix ætas hominis possit sufficere ad vnam ex artibus addiscendam: tantum abest, vt possit sufficere omnibus artibus addiscendis. sunt enim artes difficiles, & earum cognitio, vt neq; sine longo tempore, labore & vsu vna ex artibus ipsis addisci possit, vnde illud vulgatum, ætas breuis, ars verò longa.

Legimus enim Cornicem decem hominum ætates viuere & Coruum, quatuor ætates Cornicē, & Ceruum: trium Coruorum ætates. quod Hesiodus hisce verbis demonstrauit.

Cornix nouem nostras attribuere ætates:
Quadruplum eius Corui, id triplicatum Ceruis.

A cuius Theophrasti sententia dissident Aristoteles & Albertus magnus: scriptumque reliquerunt hominem esse longioris vitæ, quàm sint 37
cætera animalia: & si ita sit hominem viuaciorem, esse & illi datam vitam longiorem cæteris animalibus, sequetur Coruos, Ceruos, & Cornices, non tam longam vitam viuere, vt voluerat ipse Theophrastus.

Phœnix adfer centos annos viuit.

Fertur tamen Phœnicem sexcentos & sexaginta annos viuere: & vulturem auem rapacem, & quę in Italia inuenitur, ad centum annos viuere: de qua aue illud fertur, quòd tempore belli olfacit se-
Mirum de Vulture.
ptem

ptem diebus ante tempus belli locum futuræ pugnæ, & se adiungit illi parti quam sentit gladio perituram, & idcirco olim reges habuerunt suos augures, atque auium spectores, qui ad oculos vulturum aduerterent ad quam partem eorum oculos illi vultures verterent.

Vultur sine femine masculorum concipit.

De qua aue, scilicet de ipso vulture, scribit diuus Ambrosius vulturem sine femine masculorum concipere, & generare: & natos ex his viuere vsque ad centum annos: & cum ea auis ad fuminam ætatem peruenerit, excrescente superiori parte rostri vltra inferiorem, adeo eam constringit, vt aperire non possit ad cibum capiendum. & sic cogitur perire fame: & neque potest suum rostrum ad lapidem acuere, vt aquila facere solet, quod Munsterus in sua Cosmographia attestatur.

Phœnix sola auis, quæ in Arabia inuenitur, viuit vt iam dictum est ad sexcentesimum & sexagesimum annũ: & est magnitudine Aquilæ, de qua Ouidius,

Et viuat Phœnix vnica semper auis.

Elephas viuit ad annum ducentesimum.

Elephas viuit ad ducentesimum annum, teste ipso Munstero, & sic Phœnix & Elephas ducunt vitam longiorem quàm homo contra sententiam Aristotelis, & Alberti magni, de qua superius. quæ animalia, & cætera quæ nos appellamus irrationabilia, & ratione carentia: quantumuis dicantur irra-
40 tionabilia, disciplinæque humanæ, quoquomodo incapacia, tamen rationis humanæ sunt participantia teste Ioan. Mirandula, & Lactantius Firmius in suis institutionibus, asserit bruta ipsa à nobis differri sola religione, & non ratione.

Illæ ergo sunt ætates hominum, & ex iam dictis licet colligere quòd cum infantia duret vsque ad annum septimum, & licet ad hoc dicatur pupillus vsque ad annum quatuordecimum, vt in eo titulo, quibus modis tutela finiatur, tamen post eam ætatem septem annorum non amplius dicetur infans, & per consequens post eam ætatem septem annorum contrahendo & promittendo naturaliter poterit obligari, vt iam dictum fuit, sed læsus poterit restitui.

Pupillus maior septennio obligatur naturaliter.

Quantum ad adultum attinet distingui ita solet,
41 aut habet curatorem, & sine curatore contraxit, & eo modo quo & pupillus obligari poterit, qui est proximus pubertati: & sic solum naturaliter, & sic non cogi poterit promissa seruare. l. si curatorẽ habens. C. de resti. minorum.

Adultus cõtrahens cum suo curatore obligatur ciuiliter & naturaliter.

Quòd si habens curatorem cum suo curatore cõtraxerit, & ciuiliter & naturaliter obligabitur, læsus tamen sui facilitate restituetur. d. l. si curatorem habens.

Non quòd minor aduersus omnem contractum
42 restituatur, qui à se gestus fuit, sed tunc demum si sui facilitate læsus fuerit, & ad hoc vt minor in integrum restitui possit, tria debent probari, nẽpe quòd minor contraxit: secundum erit quòd est læsus: tertium erit, quòd est sui facilitate læsus, aut dolo aduersarij. l. si is qui. §. si maior. ff. de iure. & ibi Ias. Bald. in l. non videtur. C. de in integr. restit. mino. non quidem quæuis læsio poterit esse fundamentum, & causa restitutionis, sed ea quæ habet comitem propriam adulti facilitatem, aut dolum aduersarij, ita Bald. ibi.

Læsio probari debet prouti erat tempore contractus. l. 2. & l. & si voluntate. C. de resc. vend. & sicuti in minore læsio est probanda, ita & in ecclesia quæ si prętendat se læsum, debebit læsionem probare, quæ erat tempore contractus, per eum titulum, de resti. in integ. Dec. cons. 341. num. 15. & talis restitutio in ecclesia intra quadriennium debet probari, vt ibi per Decium.

Læsio quæ erat tempore cõtractus est probãda.

Sed quid si minor succedat, an poterit minor hęres maioris petere restitutionem in integrum aduersus contractum gestum à suo prædecessore, qui maior contraxerat? dic quòd non, non enim minor restituitur aduersus contractum gestum à suo prædecessore, qui maior contraxit, quia non restituitur minor, vbi cum eo nihil contractum fuit. l. Aemilius. ff. de mino. & ea est etiam regula, quòd si priuilegiatus succedat non priuilegiato, non vtetur suo priuilegio, quia cum eo vt priuilegiato nihil erat actum. authentica, quas actiones. C. de sacrosan. eccles.

Priuilegiatus succedẽs non priuilegiato nullo vtitur priuilegio.

Quæ regula videtur pati limitationem, quando pupillus maiori succedit, contra quem non currit præscriptio, qua dormit toto tempore pupillaris ętatis, & eo tempore elapso suscitatur. l. sicut. C. de præscr. trig. vel quadragin. annor. Alexand. & Ias. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verborum obligatio. Curtius senior consil. 58. illi tamen minori succedenti maiori, succurri posset ex clausula, si qua mihi iusta causa, vt ibi per Curtium.

Et illa læsio quæ à minori proponitur, ad hoc vt illi succurratur per restitutionem in integrum, debet esse qualificata respectu facilitatis ipsius minoris, aut respectu doli aduersarij, & præter hæc oportet vt se probet læsum in eo actu in quo non est approbatus, alioquin non diceretur læsus sui facilitate, nec dolo aduersarij, quare non esset restituendus. l. 1. vbi Barto. Baldus, & alij. C. qui & aduersus quos. vbi ponitur hæc regula, quòd minor lę-
Minor lęsus in actibus in quibus est approbatus non restituitur.
sus in actibus in quibus quis est approbatus nõ potest petere restitutionem in integrum, vt si quis in 46
mercantiis fuerit approbatus, & in actu in quo ille exercet mercantias, dicat se lęsum, non erit audiendus, vt in ea lege demonstratur.

Idem in doctore censendum erit, cui erit deneganda restitutio in integrum si eam petat, ob allegationem iuris omissam, cui doctori petenti eam restitutionem, posset obiici ea regula, quòd professio & desiderium tuum in se discrepat. l. professio. de professor. & medi. libro 10. C. Baldus in d. l. 1.

Vbi autem doctor minor se allegaret deceptum in actu, in quo non esset approbatus, vel in aliquo facto, & bene eo casu esset audiendus, cùm facta fallant vel prudentissimos, & ita post alios tenet Boer. decis. 350. per l. regula. ff. de iuris, & facti ignoran.

Doctor minor in facto læsus est restituẽdus.

In summa in actibus in quibus quis est approbatus, non poterit ille, quantumuis minor petere in integrum restitutionem contra ea quæ ab ipso sunt gesta, cùm non sit præsumendum quòd ille qui est approbatus in aliquo actu fuerit læsus sui facilitate, cùm præsumatur diligens, & industriosus in suo facto. dicta lege prima. & publica approbatio, & minoris diligentia inducant præsumptionem contra ipsos minores, verùm si contra talem præsumptionem probaretur læsio, cessaret tunc ea iuris præsumptio, vt per Boerium in ea decisione, & in hoc minor audiendus erit, licet fuerit approbatus in eo a-

BIU Cujas

ctu, & sic posset etiã ipse petere se admitti ad eam lę-
sionem probandam sui facilitate, aut dolo aduersa-
rij. Bald.in d.l.1.

Minori est pbandũ quòd est intra tempora petendi restitutionem.

Aliud & ipsi minori probandum erit, nempe quòd est intra tempus petendi restitutionem, quod tempus petendi restitutionem olim erat quadrien-
nium, quo pendente, & post viginti quinque an-
nos poterat minor eam restitutionem petere de his quæ ipse minor contraxerat, per eum titulum de temporibus petendæ restitutionis in integrum. C. hodie ex ordinatione regia datur tempus ad eam re stitutionem petendam vsque ad tempus triginta quinque annorũ, & vsque ad illud tempus minor potest petere eam restitutionem de his quæ minor gessit.

Ordinatio regia.

Et licet dictum sit minorem debere probare læ-
sionem ex sui facilitate, probatur tamen ea facilitas ex præsumptione iuris, quare eam sufficiet allega-
re: & quam tenetur minor allegare, & quæ satis præsumitur ex eo quòd est minor. l. 1. ff. de minor. & ita in curiis obseruari asserit Rebuff.in ipsis com-
mentariis in consti. regias.

Minor sine curatore, cũ nullũ habeat contrahens obliga tur.

Quòd si minor nullum curatorem habens con-
traxerit, ex eo contractu obligabitur, sed læsus ha-
bebit restitutionem. dict.l. si curatorem. minus er-
go potest adultus habens curatorem quàm si nul-
lum haberet curatorem, quia si nullum habeat, poterit omnia facere sicut maior: & sic poterit contrahere, & contrahendo se obligabit. Sed si curatorem habuerit, & sine eo contraxerit, non ob-
ligabitur ciuiliter. d.l. si curatorem. & Ias. in l. neque tutores. num. 3. C. de procura.

Minor diuisionem nõ potest petere nisi cũ causa.

Non quòd minor qui nullum habet curatorem possit facere omnes contractus, non enim potest diuisionem petere, nec facere, minoribus enim ea diuisio prohibita est. l. inter pupillos. ff. de autho. tuto. nisi eam diuisionem petat cum causa: de qua causa debet constare priusquàm eam diuisionem petere, & facere possit. Barto. in dict. l. inter pu-
pillos. & hoc per regulam quæ habet, quòd quo-
ties à communi regula receditur, propter aliquam causam, opus est quòd de causa prius constet, & quòd illa exprimatur, & probetur. Decius consi-
lio 349. & causa poterit esse, ad hoc vt minor au-
diri possit ad diuisionem petendam, si habeat so-
cium rixosum: de quo si constet, poterit ille diui-
sionem petere, quòd si minor socium habeat ma-
iorem, qui eam diuisionem petierit, poterit ipse minor prouocatus tali diuisioni consentire. l. penul. C. de prædi. mino. & ibi Bal.

Antequam huic materiæ finem imponamus, ad-
50 uertendum est, quòd licet minor læsionem tenea-
tur probare, talis tamen læsio non debet ascende-
re ad læsionem vltra dimidium, sed sufficiet mino-
ri petenti restitutionem probare eam læsionem, e-
tiam citra dimidium. l. 1. ff. de mino. & ita tenet Re-
bu. in illis commen. in præfa. in titulum de rescri-
ptis. nu. 59.

Superiora autem iam dicta, quòd minor habens curatorem, non possit sine curatore contrahere, locum habent in contractibus quos minor sine cu-
51 ratore non potest facere, quantum autem ad vlti-
mas voluntates pertinet, hoc decisum est maio-
rem quatuordecim annis, & sic post illud tempus posse testari, siue ille curatorem habuerit, siue non. l. qua ætate. ff. de testamen. & hoc tenet

Minor etiamsi curatorem habeat, potest testari.

Bar. in d.l. si curatorem habens. per l. cum pater. §. curatores. ff. de lega. 2.

Poterit & donare causa mortis. Iason in l. 2. nu-
me. 13. ff. de legat. 1. minores autem quatuorde-
cim annis masculi testari non possunt, per eam l. qua ætate. quia tunc sunt sub potestate tuto-
rum, qui habent curam & personarum, & bono-
rum ipsorum pupillorum, & sunt eorum tutores, 52
& defensores: qui quamuis sint plures dati tuto-
res, tamen eorum tutorum quilibet habet officium insolidum, nisi eorum administratio esset diuisa. l. prima. C. si ex pluribus tutoribus. & cùm quilibet eorum habeat officium insolidum, sequetur quòd quilibet ex illis poterit causam pro pupillo agere. dicta l. prima. & eo casu, quo vnus ex tutoribus causam agit, alij tutores poterunt esse testes pro pupillo, & in causa illius, & neque ex hoc pote-
runt obiici, quòd sunt tutores dummodo illi non agant causam pro pupillo. Bartolus in l. qui testa-
mento. ff. de testamen. & est decisio Capellæ To- 53
losanæ 203. & ibi Aufredi. quòd si omnes tutores causam agant, & tunc non possent esse testes pro ipso pupillo.

Poteſt & causa mortis donare

Quilibet ex tutoribus habet officium insolidum.

Idem in pluribus consulibus decisum est, vt 54
vnus eorum possit causam pro vniuersitate defen-
dere. Gui. Pap. decisione 452. quod tamen in consu-
libus non obseruatur, quia omnes consules, & communicato consilio debent agere, vt vsu rece-
ptum est. Papon in suo *Recueil des arrests*, in titu-
lo, *des choses publiques*, arresto secundo.

In consulibus nõ obseruatur, vt quilibet eo-rum agere pos-sit.

Quod obstabat annalis exceptio.

SVMMARIA.

1 *Exceptio præscriptionis est de exceptioni-
bus impedientibus litis ingressum, quando de ea statim constat, aliàs non.*

2 *Exceptio præscriptionis, & post litem contestatam oppo-
ni potest.*

3 *Iudex an debeat aduertere ad præscriptionem, quando non fuit allegata.*

4 *Quoties à lege aliquid disponitur, intelligitur parte pe-
tente.*

5 *Instrumentum grossatum, parte non citata, non facit fi-
dem parte id opponente.*

6 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit contra-
ctum nullum parte id opponente.*

7 *Publicatis attestationibus alij testes produci non debent, parte opponente.*

8 *Procurator in criminali causa non admittitur, nisi in certis casibus.*

9 *Probationes fieri possunt, nulla data dilatione ad pro-
bandum.*

10 *Compensatio hodie admittitur tam in actione bonæfidei quàm stricti iuris si petatur.*

11 *Lex vbi cœptum est iudicium. ff. de iudiciis, locum habet parte opponente.*

12 *Præscriptio non tollit actionem ipso iure, sed per exce-
ptionem elidi debet.*

13 *Iudex*

BIU Cujas

13 *Iudex ex suo officio multa potest etiam parte non opponente.*
14 *In arbitrariis bonum est habere iudicem fauorabilem.*
15 *Quamuis iudex articulos impertinentes admiserit, poterit nihilominus eos demum reiicere.*
16 *Articuli impertinentes qui dicantur.*
17 *Exceptiones omnes an à partibus proponi debeant, quantumuis de illis in processu constet.*
18 *Iudex eam exceptionem potest supplere qua nascitur ex instrumento actoris.*
19 *Annalis exceptio exposa est.*
20 *Effectus annalis exceptionis.*
21 *Vsucapio propriè locum habet in rebus mobilibus, & præscriptio in immobilibus.*
22 *Omnes res hodiè spatio triginta annorum præscribuntur.*
23 *Ius agendi ad supplementum legitimæ præscribitur spatio triginta annorum.*
24 *Ius agendi ad supplementum legitimæ descendit ex testamento, aut ex constitutione legis.*
25 *Ius adeũdi hæreditatem præscribitur spatio triginta annorum.*
26 *Pactum de retrouendendo præscribitur spatio triginta annorum.*
27 *Diuisio inter cohæredes censetur facta si bona pro indiuiso possederint.*
28 *Remediũ legis secundæ spatio decem annorum præscribitur.*
29 *Accusationes criminum spatio viginti annorum tolluntur.*
30 *Præscribitur contra fiscum, si intra annum bona delinquentis non annotauerit, & post bona condemnati non occupauerit.*
31 *Hypothecatio præscribitur spatio quadraginta annorum.*
32 *Casus in quibus cessat præscriptio.*
33 *In denariis regiis nulla cadit præscriptio.*
34 *Collectæ dantur principi ratione regiæ potestatis.*
35 *Omnes tenentur ad publicas functiones.*
36 *Ratione industriæ quis cottisari potest, dummodo non ratione officij regij.*
37 *Denarij regij non perdunt naturam denariorum regiorum quamuis exactores intra tres annos eos non exegerint.*
38 *In denariis regiis non habet locum possessorium.*
39 *Soluens per triginta annos denarios regios, cogetur in posterum soluere.*
40 *Per priuilegium non probatur immunitas non soluendi tallias.*
41 *Per homagia probatur nobilitas non soluendi tallias.*
42 *Caualcata quid sit.*
43 *Recognoscens castrum non videtur territorium recognoscere.*
44 *Castrum recognoscens videtur, & iurisdictionem recognoscere.*
45 *Castrum in se continet iurisdictionem.*
46 *Vnum homagium an sufficiat ad probandam nobilitatem.*
47 *Denumbramenta sola an sufficiant ad immunitatem probandam.*
48 *Iura facultatum non præscribuntur.*
49 *Facultas differt à iure.*
50 *Ius offerendi an præscribatur.*
51 *Quid dicatur concedi iure facultatis.*
52 *Cessat præscriptio seu dormit contra pupillum: currit tamen contra adultum sed restituitur.*
53 *Currit præscriptio contra impeditum impedimento facti, sed datur restitutio.*
54 *Impedito impedimento iuris non currit præscriptio.*
55 *Quatuor requiruntur ad hoc vt currat præscriptio.*
56 *Multi tituli vsucapionis.*

Quòd obstabat annalis exceptio.

TVtor nomine pupilli defendendo obiecit contra petitionem, ab actore propositam, exceptionem annalis exceptionis: vt scilicet per eam exceptionem eliat actoris intentionem, & hæc exceptio præscriptionis est de exceptionibus impedientibus litis ingressum, quando in principio proponitur, vt iam superius mentionem fecimus, & si in principio fuerit proposita, & probata, impediet litis ingressum, quòd si non fuerit probata, sed bene proposita, & de ea in principio non constitit, & tunc procedetur ad litis contestationem saluo iure dicendi & faciendi ius super ea exceptione, de qua si constet in fine processus, super ea dicetur ius, & hæc est praxis recepta in omnibus curiis, quando hæc exceptio proponitur, si de ea constet, claudetur processus, & fiet ius super ea, si verò de ea non constet, cogetur opponens eam exceptionem litem contestari in principio saluo iure super ea exceptione in fine. quæ praxis videtur sumpta ex doctrina Bartol. in l. fi. ff. pro socio. & quam videtur approbare Petr. de Anchar. in c. j. de litis contest. in 6. 1

Exceptio præscriptionis est de exceptionibus litis ingressum impedientibus si in principio opponatur.

Praxis recepta.

Quòd si hęc exceptio in initio litis nõ fuerit proposita, vt tunc habeat vim exceptionis litis finitæ, proderit demum proponi post litem contestatam. & tunc habebit vim exceptionis peremptoriæ, & dicetur exceptio peremptoria. Pau. Castr. in l. elegãter. ff. de condi. inde. vnde consequens erit, quòd hæc exceptio præscriptionis poterit dici peremptoria, quando post litem contestatam proponitur: poterit etiam dici exceptio litis finitæ, quando antè litem contestatam proponitur: & tunc impediet litis contestationem, si de ea constet. Chassan. plenè. consi. 11. nu. 13. vbi concludit, & num. 15. quòd omnis exceptio per quam concluditur, vel apparet actionem ipso iure sublatam posse dici, ita est exceptio litis finitæ, sicuti est ea exceptio præscriptionis cùm de ea constat in promptu & sicuti est etiã tua non interest, quæ opposita antè litis contestationem impediet litis ingressum, vt ibi per Chassa. 2

Exceptio litis finitæ quæ dicatur.

Sed pone, hæc exceptio præscriptionis non fuit opposita nec antè litis contestationem nec post ab ipso reo, & qui reus eam exceptionem præscriptionis omisit allegare, de qua tamen exceptione constat in processu, est nunc dubium, an iudex illius exceptionis non allegatæ nec deductæ debeat habere rationem, hanc quæstionem Boeri. decis. 344. variè tractauit, & tandem concludit eam exceptionem à parte opponendam esse, aliàs nisi fuerit opposita, iudex ad eam exceptionem non allegatam non debet aduertere, quamuis de illa constet in progressu processus, & hæc erit ratio quòd ea præscriptio ipso iure non tollat actionem, sed ope exceptionis, ea præscriptio est excludenda. Felin. in c. ad aures de præsc. ergo à parte illa est opponenda, vt ad eam iudex aduertat. Quoties enim aliquid à 3

Quæstio.

Exceptio præscriptionis est alleganda.

Præscriptio ope exceptionis tollitur.

BIU Cujas

lege vel ab ſtatuto diſponitur ſemper intelligitur ſi
4 à parte opponatur vel petatur. Iaſo. in l. ſcimus. in prin. nu. 2. C. de inof. teſtamento: debet igitur pars eam exceptionem opponere, ad hoc vt iudex ad eã aduertat.

Inſtrumentum groſſatum abſque iudicis mandato non facit fidem parte opponente.

Sicuti in ſimili dicimus quòd inſtrumẽtum groſſatum de prothocollis alterius notarij ſine iudicis commiſſione & parte non citata non facit fidem, quod procedit parte opponente & demonſtrante talem defectum: parte autem tacente & nihil opponente tale inſtrumentum fidem faciet. Guid. Papæ, deciſ. 404.

Facit & aliud, dolus dans cauſam contractui bonæfidei reddit contractum nullum. l. eleganter. ff. de dolo. quod procedit parte opponente, aliàs non. Iaſo. in §. actionum. nume. 43. de actionibus in inſtit.

Publicatis atteſtationibus, alij teſtes non debent admitti: quod procedit parte opponente.

7 Item & certum eſt, quòd poſt publicatas atteſtationes, alij teſtes non debent admitti ob timorem ſubornationis. authent. atqui ſemet. C. de proba. quod procedit parte opponente, & id petente: nam ſi poſt publicatas atteſtationes pars alios teſtes producat, & neque ab aduerſario contradictum fuerit, tenebit talis productio teſtium, & teſtes auditi fidẽ facient. gl. & doctor. in c. vltra tertiam. de teſti. Iaſ. in l. admonendi. nu. 12. de iureiur. & ibi tenet etiã nume. 16. quòd licet poſt diffinitiuam ſententiam probationes amplius admitti non debeant, ſi tamen de facto quis fuerit admiſſus ad probandum, & neque pars in aduerſam contradixerit, talis probatio tenebit.

Tenet probatio poſt diffinitiuam ſententiam parte non opponẽte.

Item & aliud, frater in cauſa fratris admitti non debet in teſtem, & qui non eſt teſtis idoneus, pro fratre, nec vxor in cauſa mariti, & hæc vera ſunt parte hoc opponente, quod ſi contra eos nihil in contrarium oppoſitum fuerit, valebit depoſitio fratris pro fratre, & vxoris depoſitio pro ſuo marito. Specula. in titulo de teſti. §. j. verſi. quid ergo.

Procurator in teſtem admitti non debet parte id opponente.

Facit & aliud, procurator in certis caſibus admitti non debet, quod procedit parte opponente, vbi autem nihil contra procuratorem fuerit oppoſitum, tenebit proceſſus: qui aliàs parte opponente non valeret, nec teneret. Bar. in l. poſt mortem. §. fi. ff. de adoptio. vt in criminalibus in quibus cauſis criminalibus procuratores non debent admitti. l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudiciis: ſi tamen pars nihil opponat, tenebit proceſſus criminalis. gl. in l. quamuis indubitati. C. ad leg. Iuli. de adulter.

Ad declinandum admittitur procurator in criminalibus.

Admittetur quidem procurator in criminalibus de iure, non ad proſecutionem criminis, neque ad merita cauſæ. d. §. ad crimen. ſed bene ad proponendas exceptiones declinatorias: & ad alia non concernentia merita cauſæ. Chaſſa. conſ. j. nume. 33. & 34.

Probationes dantur parte petente.

Adde & aliud, dilationes ad probandum partibus dari debent, per eum titulum de dilationibus, quod procedit parte petente dilationem ſibi dari, aliàs iudex eam dilationem dare non tenetur. Alexand. conſil. 181. nu. 4. par. 6. quòd ſi nulla petatur dilatio, iudex non tenetur eum dare: & inte-
9 rim probationes factæ nulla data dilatione, tenebunt: & neque propterea erunt inualidæ, cùm poſſint fieri probationes nulla data dilatione ad probãdũ. Bart. in l. fi. ff. de feriis. & dilationes ad probandũ non ſint de ſubſtantia iudicij. Alexand. in eo loco.

Probationes factæ nulla data dilatione tenent.

Aliud, cõtractus inhibitus cùm eccleſiæ nõ obſeruatis iuris ſolennitatibus non valet: quod procedit parte opponente talem defectum, alioquin parte nihil opponente teneret contractus. Iaſ. in §. actionũ de actionib. in inſtitut.

Compenſatio liquid. ad liquidum fit parte id petente.

Item compenſatio liquidi ad liquidum fieri debet. l. fi. C. de compen. quod procedit parte id petente & requirente eam compenſationem; & fiet ea compenſatio ſi allegetur coram iudice, aliàs non: cùm non teneatur diuinare. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. & procedet iudex ad condemnationem rei, vel ſummæ petitæ. l. ex cauſa. C. de compen. olim, in actionibus ſtricti iuris compenſatio locum non habebat, niſi pars eam oppoſuiſſet, in bonæfidei verò iudiciis, ipſo iure fiebat ea compenſatio. §. in bonæfidei. de actio. hodiè autem in vtroque caſu admittitur, & fit compenſatio ſi à parte oppoſita fuerit, aliàs non. docto. in eo §. in bonæ.

Tenebit proceſſus factus coram alio iudice ſi pars non opponat de præuentione.

Præterea regula ea hæc eſt quòd vbi cœptum eſt iudiciũ, ibi & finem debet accipere. l. vbi cœptum. C. de iudi. quòd ſi quis vocetur coram alio iudice, & neque ibi opponat de iudicio iam cœpto coram alio, tenebit proceſſus factus coram ſecundo iudice. Corneus, in ſuis ſingularibus, in verbo iudicium.

Continentia cauſæ non diuiditur parte opponente.

Adde quòd continentia cauſæ non debet diuidi. l. nulli. C. de iudi. quod procedit vbi à parte hoc opponitur: aliàs teneret proceſſus non obſtante ea cauſæ diuiſione. Iaſ. in d. l. nulli & Roma, in l. j. nu. 9. ff. de acqui. hæredit.

Præſcriptio nõ tollit actionẽ ſed per exceptionem tollitur.

Ergo hæc exceptio præſcriptionis à parte proponi debet in iudicio, ad hoc vt illi ſeruiat: alioquin ad iudicium procederetur, non habita ratione illius præſcriptionis. Gui. Papæ, deciſ. 221. & ratio eſt quia ea præſcriptio non tollit actionem ipſo iure, ſed ea præſcriptio, per exceptionem elidi debet. l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & oblig. & ibi gl. in verbo. non poſſe. & Bal. in rub. C. ſi aduerſus creditorem. vbi expreſsè tenet præſcriptionem ipſo iure non tollere actionem: ſed benè ope exceptionis propoſitæ tolletur, & ſic erit proponenda. quod etiam tenet Boeri. deciſ. 344. nu. 4. aſſerens ibi eam eſſe communem opinionem.

13 Poſſemus quidem dicere iudicem ex ſe hoc facere poſſe, ſi vellet, non quòd ad id teneatur: multa enim arbitrio iudicis relinquuntur, & in ſimili dicimus, quòd iudex agentem repellere poteſt, cùm videat illi actionem competere. Iaſo. in l. vbi. C. de trãſact. poteſt & ex ſuo officio teſtem infamem repellere etiam ſi à parte non opponatur. Bar. in l. j. ff. de officio aſſeſ. item & poteſt libellum ineptum ex ſuo officio repellere, etiam parte non opponente ſi velit. gl. & docto. in d. l. j. quia non quicquid committitur iudicis poteſtati & illius voluntati, ſtatim ſubiicitur iuris neceſſitati. l. non quicquid. ff. de iudi.

Iudex articulos impertinentes quamuis ſemel admiſerit poterit adhuc repellere.

14 In his enim arbitrariis ſemper bonum eſt habere iudicem fauorabilem: poſſet etiam iudex articulos impertinentes reiicere ſi vellet, verùm ſi eos ſemel admiſerit, & quamuis ſuper eis fuerint factæ probationes, poterit adhuc eos reiicere, eſto quòd
15 iam eos admiſerit, & inſimul iudex articulos eos impertinentes reiiciendo, reiiciet etiam & probationes ſuper eis factas. ita Zabarella. in cle. ſæpè. §. 2. & clem. exiui de paradiſo. §. & quia. in 8. notabili de verbo. ſignif. Decius conſ. 84. quia talis admiſſio eorum articulorum impertinentium eſt ſententiæ

BIU Cujas

tia interlocutoria, quam demum iudex poterit in diffinitiua reparare. l. quod iussit. ff. de re iudi. & Decius consi. 517. & Iaso. in d. l. quod iussit.

16 Articuli impertinentes qui dicantur.

Dicuntur autem articuli impertinentes, qui ad causam non faciunt directè, nec indirectè. Bal. & Ias. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & & qualitercunque adiuuent negotium principale, poterunt dici pertinentes, & in dubio omnes articuli admitti debent. Pau. Castr. in l. j. ff. si quis cautio. & Decius. consi. 162. & 517. & Iaso. in ea l. j. si quis cautio. nu. 10. & Guido Papæ tenet decis. 347. omnes articulos in dubio admittendos esse, saluo iure impertinentium, & consuetudo generalis hoc obseruat, vt admittãtur nisi à parte oppositũ fuerit: nam tunc super clausis ius dicendum erit.

Pertinétes articuli qui dicãtur.

Omnes articuli in dubio admittendi.

Quæstio.

In his latius quæri potest an necesse sit omnes exceptiones quæ partibus possunt inseruire: proponi debere. An verò sufficiat quòd de illis constet in processu, ita vt iudex ad eas teneatur aduertere, &

17 de illis iudicare, ac si fuissent à partibus propositæ, vt si de aliqua exceptione constet, ex instrumento quod productum est à parte ex quo insimul appareat & de exceptione? dic quòd vbi de aliqua exceptione constat, ex eomet instrumento quod pars aduersa produxit ex quo insimul apparet & de actoris intentione, & de rei exceptione, eo casu iudex ad eam exceptionem debet aduertere, quamuis à parte non fuerit deducta & debet inquam ad eam exceptionem de qua constat in eo instrumento acsi à parte fuisset deducta, & allegata, satis est enim quòd de ea constet ex eomet facto producentis, qui proponendo suam intentionem per illud instrumentũ, etiam producit, & pro suo aduersario exceptionem, quæ illi instrumento inest, vt si actor probet centum sibi debita esse: & producat instrumentum debiti, ex quo apparet ea centum non deberi nisi tali die, & sic quòd ille agens agit ante diem, & tunc iudex non debet pure condemnare partem ad sol-

18 uendum, sed condemnabit soluere adueniente die. Ias. post alios doctores, in l. eum qui. 2. §. si tibi. ff. de verbo. oblig. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. vnde sumitur hæc regula, quòd omnis exceptio quæ nascitur vnà cum ea actione, & sic quæ inest ipsi instrumento, & obligationi, poterit ea exceptio per iudicem suppleri etiam parte non opponente: quia quis illud instrumentum producendo videtur cum sua causa producere insimul. Ias. in d. l. eum qui vt in eo debitore in diem quem iudex potest condemnare aduenient die. Ias. in §. actionum. nu. 140. de actio.

Iudex debet supplere exceptionem, quæ prouenit ex eo instrumento à parte aduersa producto.

Si verò de ea exceptione nõ cõstet ex vitiatione instrumenti: & tunc pars aduersa debet eam exceptionem proponere, quam videt sibi prodesse: aliàs iudex procedet ad condemnationem. Ias. in d. l. eũ qui. & in l. acta. ff. si cert. peta.

19 Annalis exceptio seu præscriptio est explosa.

In hoc autem nostro casu fuit hæc exceptio à parte proposita quia de ea ex actis non constabat, quare debuit à parte allegari, quamuis frustra videatur proponi, quia ea annalis præscriptio per imperatorem explosa est & sublata per eum titulum de annali exceptione tollenda, & sic non erat alleganda, immò pars eam allegando incurrebat pœnam falsi, quam incurrit qui allegat legem correctam. & gl. ad hoc aduertit, vtque nodum talem dissoluat, inquit quòd hodiè quidem cessat ea annalis exceptio seu præscriptio per eum titulum iam allegatum, quasi vellet inferre, quod tempore huiusce c. Raynutius constitutionis: talis exceptio locum habebat, quæ tamen cessat hodiè.

Quæ solutio diligentius intuenti non potest procedere, cùm tempore illius decretalis iam sublata fuerit illa annalis exceptio: quod ex eo probari potest, quòd tempore Iustiniani qui leges compilauit, aut saltem suo iussu, & mandato compilatæ fuerunt, ille titulus de annali exceptione sublatus fuerat: qui Iustinianus imperauit anno à Christi natiuitate millesimo centesimo sexagesimo, vt ex historiis licet colligere: Alexander autem Papa, hanc decretalem edidit, longè post ipsum Iustinianum: quare sequetur nõ fuisse in vsu tempore illius Alexandri, quare dicendum est quod tutor de facto talem exceptionem opposuit, quam iudex debuit statim etiam reiicere veluti iam ab vsu remotam, & correctam, quod iudex ex officio tenetur facere. vt per gl. in l. j. ff. de offi. assess.

Sed quantumuis illius annalis exceptionis nul- 20
lus sit vsus, non tamen inutile erit, si aliquid de illius effectu dicamus, olim si quis bona fide rem aliquam mobilem habebat ab eo quem putabat dominum titulo emptionis, aut alio, & ille acquirens per annum eam rem possederit sub aliquo titulo, efficiebatur illius rei dominus, ita vt per illud tempus vnius anni talis res mobilis erat præscripta, vt per Impera. de vsucapi. insti. & quoniam hæc præscriptio propriè locum habebat in rebus mobilibus propriè vsucapio debebat appellari, quæ cadit circa res mobiles: cùm præscriptio in rebus immobilibus propriè dici debeat. Hostien. in titu. de præsc. licet hæc nomina inter se confundantur & vnum pro alio sæpissimè ponatur, quod licet colligere, ex variis partibus iuris nostri quo res immobiles alio tẽpore præscribebantur, & alio mobiles, quæ triennio præscriptę erant, immobiles decennio inter præsentes & inter absentes spatio viginti annorum. §. ad hoc. de vsuc. institu. & in eo titulo de præsc. trig. anno. C. hodiè verò per vltimam imperatoris constitutionem de qua in l. sicut. & in l. omnes. C. de præscr. trig. annorum, omnes res tam mobiles quàm immobiles, iura & actiones prę scribuntur spatio triginta annorum: quam præscriptionẽ triginta annorum ipse Gui. Bene. in verbo testamẽtum. ij. nu. 23. appellat meliorem totius regni, ita vt de generali totius regni consuetudine omnes res eo tempore præscribantur: & per consequens cessat hodiè vsucapio, & quam cessasse inquit in regno Imbertus in suis forensibus institutionibus libro primo, in §. *de vsucapion tollue*, & nulla alia præscriptio est in vsu quàm ea quæ est triginta annorum: quod etiam tenet Boeri. in consue. Bituri. in titulo, de præsc. §. fi. in gl. super verbo, nota. & sic in Gallia omnes res præscribuntur eo spatio triginta annorum, quod etiam tenet Boeri. decisio. 182. nume. 12.

21

22

Et sic ius agendi ad supplementum legitimæ eo 23
tempore præscribitur. Bald. & Iaso. post alios in l. si quis filium. C. de inoff. testa. quamuis Bartol. & quidam contrarium opinati sint: nempè quòd solùm illud ius agendi ad supplementum durat spatio quinque annorum, & hoc quia illud ius succedet in locum quærelæ inofficiosi testamenti quæ querela solùm durat quinquennio. d. l. si quis. ergo illud ius succedens in locum querelæ non debet plus durare

Vsus annalis exceptionis.

Vsucapio circa res mobiles.

Præscriptio in rebus immobilibus.

Vsucapio Iodie in regno cessat.

Ius agendi ad supplementum legitimæ præscribitur triginta annis.

BIU Cujas

durare. Sed hæc ratio reprobatur, & neque verum
24 est ipsum supplementum succedere in locum quę-
Ius petẽdi supplementum legitimæ nõ succedit in locum querelæ inofficiosi testamẽti. relæ: quinimò illud ius agendi ad supplemẽtum descendit ex testamento aut ex constitutione illius legis: si quis filium. & pro eo supplemento obtinẽdo agitur ex ea lege, & sic actione personali: quod remedium durat spatio triginta annorum & hoc tenet Boeri. decis. 250. asserens ibi hanc esse communẽ opinionem.

25 Præscribitur etiam iuri adeundi hæreditatem eo spatio triginta annorum. gl. in l. quandiu. 3. ff. de acqui. hæredi. gl. & doct. in l. licet. C. de iure deli. etiã iuri se immiscendi eo tempore præscribitur. Boeri.
26 decis. 58. sicuti & pacto de retrouendendo eo tempore etiam præscribitur quamuis ea clausula toties
Pactum de retrouendendo eo tẽpore præscribitur. quoties, apposita fuerit. Ias. in l. iurisgentium. §. j. ff. de pactis, & etiam si dictum sit quandocunque, adhuc illi pacto per illud tempus præscribitur. Chass. cons. 11. nu. j. & adde quòd hoc procedit etiam si apposita fuerint ea verba generalia debitoris promittentis soluere ad omnem petitionem creditoris, nã per ea verba non intelligitur renunciatum præscriptioni. Chass. ibi in eo cons. & tali pacto de retrouendendo siue illud factum sit in perpetuum vel ad tempus, per illud tempus præscribitur. Boeri. in eo loco, & transit illud pactum, & ad hæredes venditoris & ad hæredes emptoris, etiam si de illis nulla facta fuerit mentio. vt per Boeri. in ea decis. num. 21.

27 In quibusdam tamen casibus præscriptio currit
Præscriptio decem annorum locum habet inter fratres possidẽtes bona diuisa. minori tempore: vt in cohęredibus, qui si bona hæreditaria pro diuiso possideant, per decennium censendum erit diuisionem inter eos factam fuisse. glo. & ibi docto. in l. si maior. C. comm. diui. quamuis Pe. de bella pertica ibi contrarium teneat, tamen gl. opinio sustinetur, & quam vt magis communem sequitur Boer. in ea decis.

28 Item & hodiè remedium l. 2. C. de resc. vend. præscribitur spatio decem annorum, & rescissio etiam alicuius contractus ex capite, metus, doli vel fraudis, eo tempore decem annorum præsc. & in hoc est regis Francisci ordinatio de qua meminit Rebuff. in suis commen. in tracta. de resc. contract. in glos. 19.

Accusatio criminum tollitur spatio viginti annorũ. Accusationes criminum tolluntur spatio viginti annorum. l. quærela. C. de falsis, & post illud tempus non licet quem accusare, & hoc procedit tam
29 de iure ciuili quàm canonico: & hoc tenet Boeri. decis. 26. nisi essent factæ informationes, & iam per iudicem decretatæ: sed propter absentiam accusati non fuit vltra processum, nam iam per tales informationes interrupta fuerat ea præscriptio. Bartol. in l. naturaliter. ff. de vsucap. crimen tamen adulterij per quinquennium præscribitur. l. marito. §. hoc quinquennium. ff. ad l. Iulia. de adulte. & actio in-
Actio adulterij per quinquennium tollitur. iuriarum spatio vnius anni præscribitur. l. si non Cranitij. C. de iniur. actio de dolo, biennio præscribitur. l. fi. C. de dolo.

30 Item & contra fiscum post annum præscribitur, si intra annum bona illius qui est condemnatus non annotauerit, & si post viginti annos, fiscus bona condemnati non occupauerit, demum præscriptio ab ipso reo aut ab eius hæredibus summouebitur. l. 2. & 3. ff. de requi. reis.

31 Hypothecaria actio præscribitur spatio quadraginta annorũ. Hypothecaria actio præscribitur spatio quadraginta annorum. l. j. in prin. C. de anna. excep. & ita iudicatum fuisse, refert Boeri. decis. 182. in fine. in patria verò consuetudinaria ea hypothecaria præscribitur triginta annis. Masue. in titu. de præscr. §. item. & §. consequenter. in patria verò quæ iure scripto regitur, præscribitur eo tempore quadraginta annorum, & contra ecclesiam Romanam currit præscriptio centum annorum. authent. vt ecclesia Romana.

Sunt autem certi casus in quibus cessat præscri-32
Vassallus cõtra dominum non præscribit nec dominus contra eum. ptio: vasallus enim contra dominum non præscribit, & nec dominus contra vassallum: quia neuter eorum potest naturam feudi immutare. ita per plura tenet Boeri. dec. 11. nu. 10. item & contra fiscum
Contra fiscum nulla currit præscriptio. nulla currit præscriptio & in hoc stat edictum regis quo cauetur nullam præscriptionem, contra ipsum currere, & est l. comperit. C. de qua. præsc. in denariis etiam regiis nulla currit præscriptio. So-33
lutio enim denariorum regiorum & qui principi debentur pro bonis ruralibus, est de regalibus: propterea nulla currit præscriptio, per eum titulum quæ sunt regalia in vsibus feudo. & ibi inquit Bal.
Collectæ sunt de regalibus. collectas esse de regalibus siue illæ sint ordinarię siue extraordinariæ vel repentinæ, & quæ sunt regalia non præscribuntur. d. l. comperit. plenè Lucas de pen. in l. viros. de diuer. offi. lib. 12. C. dantur enim & exoluuntur principi collectæ & illi competunt non vt bona patrimonialia, sed ratione regiæ 34
dignitatis vt in simili dicitur in c. abbate sanè. §. sed ad hoc. de re iudi. in 6. & Lucas de pe. eo loco, quare quis non potest esse tutus à solutione talliarum pro bonis ruralibus: quæ tenet ex eo solo quòd nusquam soluit: nam quantumuis peranteà nihil soluerit pro illis bonis, non sequitur propterea ea bona nobilia esse: quæ nobilitas, seu exemptio à talliis alio modo probanda est, quàm per non solutionem, & ita in curia nostra multoties iudicatum vidi, dum ibi essem aduocatus, qui pro tuitione iuris illius qui prætendebat exceptionem à talliis proponebam, & adducebam partem ipsam, quam defendebam, nusquam soluisse aliquas tallias, & denarios regios pro illis bonis, quæ dicebam exempta, & immunia: sed nusquam potui obtinere, & nusquam habita fuit ratio illius præscriptionis, cùm ea sit contra principem, & contra ius ipsum. l. omne territorium, de cens. lib. 10. C. l. omne sine censu vel reli. C. ex quarum legum generalitate omnes tenẽ-35
Omnes tenentur ad publicas functiones. tur ad publicas functiones, & in eo titulo de immunitate nemini concedenda: & cùm ipsi consules aut exactores huiusmodi denarios regios petentes, sint ipso iure fundati, ille qui dicit se immunem & exemptum, debet probare immunitatem, alio tamen modo quàm per non solutionem: cùm iuris
Immunitas probanda est ab eo qui se dicit exemptum. dispositio sit in contrarium, est enim ea iuris dispositio quòd omnes pro rebus ruralibus quas possident, tenentur ad tales functiones, & pro quibus quilibet debet cottisari, & etiam ratione industriæ
Ratione industriæ quis est cottisandus. suæ, quam exercet, modo quis pro industria non cottisetur ratione officij regij, quod exercet, ratione cuius quis in talibus functionibus, & impositionibus non debet cottisari nec grauari, & ita multis arrestis nostræ curiæ iudicatum vidi, & maximè die 28. Februarij 1572. in vtilitatem consiliariorũ ciuitatis de podio contra consules illius ciuitatis,
Officiarij regij ratione officij non debẽt cottisari. qui imposuerant illis onera pro industria officij regij, quod illi exercebant: & fuit illis consulibus inhibitum, ne amplius hoc facerent, & est edictum

regis

BIU Cujas

regis Franciſci primi prohibens præſcriptionem contra principem.

36 Et hi denarij non perdunt naturam denariorum regiorum tametſi exactores ſeu collectores, eos non exegerint per tres ſeu per quatuor annos: quamuis plebiſcito gentium trium ſtatuum huiuſce patriæ anno Domini 1539. ſtatutum ſit, vt niſi leuentur intra tres annos, quòd perdent naturam denariorum regiorum, ſed curia noſtra eo ſtatuto non ligatur, ſolus enim princeps facit leges.

37 Præterea in his denariis regiis non habet locum poſſeſſorium, vt dicat ſe eſſe in poſſeſſione non ſoluendi denarios regios: cùm tale poſſeſſorium ſit contra ius, & quantumuis in curiis inferioribus, aliqui proponant tale poſſeſſorium, tamen cùm proceſſus ita factus deuoluitur ad curiam per viam appellationis, curia ſolet declarare, nullos tales proceſſus, cùm nihil efficiat poſſeſſorium illud non ſoluendi contra principem: contra quem poſſeſſio nõ ſoluendi non currit.

38 Solutio tamen denariorum regiorum bene nocet illi qui prætendit ſua bona eſſe immunia: nam ſi quis putans ſe exemptum à tali ſolutione talliarum, nihilominus ſoluat, ſi ille ſoluerit per triginta annos, talis ſolutio ita continuata, nocet nobilitati, & exemptioni. ita Lucas de Penna. in l. qui publice. in fi. de his qui ſpontè ma. ſubic. & ibi Ioan. de Platea. & in l. 3. de decuri. lib. 10. C. & Guido Papæ hoc confirmat deciſ. 387. non tamen ſufficeret demonſtrare ſolutionem factam fuiſſe minori tempore, ad hoc vt quis cogatur in poſterum ſoluere: quia in actibus qui reiterationem recipiunt, quis ſuæ exemptioni non præiudicat, niſi pro vicibus, pro quibus ſoluit, & non pro futuro tempore, niſi ea ſolutio triginta annorum interueniſſet. l. voluntariæ. C. de execu. tuto. authen. præsbyteros. C. de epiſc. & cle. in actibus verò qui reiterationem non recipiunt, per vnum actum quis ſuo priuilegio videtur renunciare. l. 2. C. de iure domi. Impe. & Guid. Papæ, in ea deciſ.

Soluens per triginta annos perdit immunitatem.

39 Sed & neque per priuilegium probatur immunitas non ſoluendi, cùm ex edictis regiis omnes immunitates conceſſæ per priuilegia imperatorum ceſſent, & quibus derogatum eſt: fuerant quidem multa priuilegia immunitatis conceſſa doctoribus regentibus, & ſcholaſticis ſtudentibus: ſed ceſſant per ea edicta regia.

Immunitas per priuilegiũ non probatur.

40 Probatur autem immunitas per homagia quibus quis recognouit ſe ea bona tenere ſub fide, & fidelitate, ſeu homagio alicuius, & ſub certa albergua, ſeu caualcata aliqua, quod nomen quantumuis barbarum eſt, tamen vſitatum in illis homagiis,

Per homagia probatur immunitas.

41 & recognitionibus, & eſt caualcata munus, ſeu ſeruitium quod olim concedebatur pro exercitu regis: de qua caualcata meminit Oldradus, conſil. 98. & in qua recognitione quis recognoſcit caſtrũ, aut quid aliud, & in hoc tamen eſt quæſtio notãda, an ſcilicet recognoſcens caſtrum, videatur & territorium recognoſcere. Oldrad. conſ. 121. tenet quòd

Caualcata quid ſit.

42 non: cùm ea ſint diuerſa nomina territorium, & caſtrum: niſi obſeruantia vel vſus communis loquendi, vel modus, vel actus aliquis exterior appareat: qui talem interpretationem inducat, vt ibi per Oldra.

43 Quis tamen caſtrum recognoſcendo, & iuriſdictionem videtur recognoſcere: cùm iuriſdictio pẽdeat in territorio, & ſic quis caſtrum recognoſcẽdo, & iuriſdictionem videtur recognoſcere: Oldra. in eo conſ. ſicuti in ſimili vendito caſtro ſimpliciter, cenſetur eſſe venditum cum omni ſuo iure imperij, & iuriſdictionis. l. j. in fi. & ibi Bart. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſ. & Boerius deci. 50. nu. 11. quia caſtrum in ſe continet iuriſdictionem. Innoc. in c. ex literis. nu. 2. de iure patro. & ibi etiam Panor. vbi inquit caſtrum in ſe habere diſtrictum, & iuriſdictionem ex conſuetudine, ſeu ſtatuto hominum, & non de iure communi: & quantumuis caſtro certum territorium debeat aſſignari quod ſibi in iuriſdictione debeat reſpondere. Ludo. Roma. conſ. 444. tamen recognoſcens caſtrum nõ recognoſcit territorium.

44 Iuriſdictio cũ ipſo caſtro cẽſetur vendita

Vidi aliquando dubitari an ſufficiat vnum homagium ad probandam immunitatem, & ad hoc vt bona deſcripta in Cadaſtro tanquam ruralia, dicuntur exempta. Dubium facit, quia vnica recognitio non ſufficit ad probandum directum dominium. Barto. in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſ. lib. 11. ſi tamen illa recognitio eſſet approbata, per ſolutionem cenſus & canonis, tunc probaret: vt eſt additio ad deciſionem Guid. Papæ, deciſ. 272. contra opinionem ipſius Guidonis Papę, cuius opinio in hoc non ſeruatur. Si ergo vnica recognitio in hoc non ſufficiat, ad probandum directum dominium, cùm eſt ſola in ſimili, videtur vnicum homagium non ſufficere ad probandam immunitatem alicuius rei, tamen contrarium vidi iudicari, in curia, & multa arreſta ad hoc lata fuere in eorũ vtilitatem, qui vnicum habebant homagium, dum tamen illud ſit antiquum, & firmatum quibuſdam denombramentis antiquis, nam licet illa denombramenta ſola non ſufficiant, ad ipſam exemptionem probandam, à contributione denariorum regiorum, cùm ea denombramenta ſint ſcripturę priuatæ, & factæ in vtilitatem eorum qui ea proponũt & ſic non faciant fidem. l. rationes, & l. non nudis. C. de proba. tamen adiuuant homagium, maximè quando illud eſt antiquum ad inſtar vnius recognitionis quæ ſola non ſufficit, adiuta tamen quibuſdam ſolutionibus plenè probat.

45 Vnum homagium an ſufficiat ad probãdam immunitatem talliarũ.

Vna recognitio cum ſolutionibus ſufficit ad probandum directum dominium.

46 Denombramenta ſunt ſcripturæ priuatæ.

Concluditur ergo ex iam dictis præſcriptionem nihil efficere in denariis regiis, ſicuti nihil efficit in his quæ ſunt facultatis: cùm iura facultatem nõ poſſint præſcribi. l. viam publicam. ff. de via publica. Roma. & Iaſ. in l. j. ff. de acqui. hæredi. & in hoc differt facultas à iure: quia iura præſcribuntur. l. omnes. & l. ſicut. C. de præſc. trig. anno. facultates autem, & ea quæ ſunt facultatis, non poſſunt præſcribi. Pau. Caſtr. & Iaſ. in l. j. ff. de inſti. & ſubſti. per eam l. viam publicam. & Chaſſ. conſ. 11. nu. 17. vbi ponit de iure offerendi, an illud ſit ius, an facultas: & tandem diſtinguendo concludit, nempè quòd eſt quoddam ius offerendi quod compellit per modum facultatis: & illud non præſcribitur, ſicuti eſt illud quod conſiſtit in voluntate hominis. Ioan. Andr. in c. non eſt. de conſ. in 6. quoddam verò eſt ius offerendi quod competit per modum iuris, vt eſt illud quod habet ſecundus creditor, qui habet ius offerendi ſecundo creditori, de quo in l. 2. & 3. & in l. cum ſecundus. ff. de diſtra. pigno. & tale ius offerendi præſcribitur ſpatio triginta annorum. gl. in verbo alieno. in l. pignori. ff. de vſucap. & ibi Caſtrenſis, & Chaſſ. in eo conſi.

47 Iura facultatũ non præſcribũtur.

48

49 Ius offerendi.

Dicitur

50 Dicitur autem aliquid concedi iure facultatis, quod conceditur, seu permittitur alicui pro sui iuris iam quæsiti conseruatione: quod propriè est facultas, impropriè autem ius. l. in re mandata. C. mãd. Bartol. in l. j. ff. de condi. & demonstr. Chassa. in eo cons. nume. 27. hinc est, quòd si turris alicuius per longum tempus collapsa remanserit, poterit dominus eam turrim reficere ad suam voluntatem: & neque illi poterit obiici aliqua præscriptio: quia talis refectio concernit, atque respicit conseruationem iuris illius reficientis: quæ facultas reficiendi non poterit tolli aliqua prę scriptione. Feli. plenè in c. consuluit, de iudi. Fructuarius etiam non præscribit. l. neque vsufructuarium. C. de vsuf. scilicet non præscribit proprietatem rei ipsius cuius habet vsumfructum, quia non possidet, nisi naturaliter. l. naturaliter. ff. de acqui. posse. & proprietas non præscribitur ex sola naturali possessione, etiam si possideat in mille annos. l. acquiritur. §. fin. ff. de acqui. re. domi. Dyn. in reg. sine possessione. nu. 29. de reg. iuris. Bal. in d. l. neque vsufructuarium. est quidem possessio ciuilis & naturalis necessaria ad præscribendum. Dyn. in d. reg. sine possessione.

Concedi aliquid iure facultatis quid sit.

51 Cessat etiam præscriptio, seu potius dormit contra pupillum: contra autem adultum, & maiorem quatuordecim annis, currit quidem præscriptio, sed demum minori succurritur contra talem præscriptionem per restitutionem in integrum. l. cùm notissimi, & l. sicut. C. de præscr. trig. vel qua. anno. & per titulum, si aduersus præscriptionem, & ibi Bald.

52 Currit etiam præscriptio contra impeditum impedimento facti: verùm datur in integrum restitutio contra tale impedimentum. l. & Attilicinus, & ibi Flori. ff. de serui. rusti. præd. Rebuff. in sua praxi beneficiali in titu. de denotationibus. num. 14. contra etiam ignorantem currit præscriptio saltem triginta annorum: datur tamen restitutio ex clausula, si qua mihi iusta causa. Bartol. in l. j. §. si quis. ff. de itinere actúq; priu. Cor. consil. 195. in 3. volu. quæ restitutio intra triginta annos peti debet, aliàs post quis non esset audiendus. Cor. consi. 244. in 4. vol. & sic contra impeditum impedimento facti currit præscriptio, licet demum detur restitutio: impedi-

Currit præscriptio contra impeditum facti impedimento.

53 to tamen iuris impedimento, & qui nullo modo agere potest, non currit præscriptio, sed si potuit agere & non commodè currit, tũ demum datur restitutio. Sali. in l. j. in fi. C. de anna. excep.

54 Ad hoc autem vt quis possit præscribere, quatuor præcipuè requiruntur ex sententia Azonis in rubri. de vsuca. primò quòd res quæ præscribitur, sit præscriptibilis, id est quòd possit præscribi: secundò bona fides, cùm possessor malæfidei non prę scribat. reg. possessor. de reg. iuris in 6. quod in eo procedit qui habet malam fidem, tempore acquisitę possessionis, & inchoatæ: qui nullo tempore præscribit, etiam si per centum annos possessionem cõtinuaret, quamuis de iure ciuili contrarium decidatur, per l. omnes & l. sicut. C. de præs. trig. annorum, quæ leges & similes disponentes præscriptionem currere cum mala fide sunt correctæ, per ius canonicum. gl. Inno. Panor. & alij, in c. fi. de præscr. Bal. in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demonstra. Felin. post Panor. in c. quoniam, de præscr. Mathe. Mathesilanus. sing. 23. & ibi additio. & Boeri. in addit. ead. Dyn. in reg. possessor, de reg. iuris, quod procedit tam in actionibus realibus, quàm personalibus: prout tenẽt omnes communiter in illis locis de iure ciuili, illud enim negari nõ potest, quin de iure ciuili malæfidei possessor, non præscribat spatio triginta annorum. d. l. sicut. non autem minori tempore. authent. malæfidei. C. de præsc. longi tempor. At de iure canonico secus, vt iam fuit comprobatum, cùm semper bonafides in præscriptione requiratur, & hoc procedit tam in præscriptione rerum corporalium, quàm incorporalium, quę omnino cum malafide non præscribuntur. plenè Alex. consi. 99. in 4. vol. & ibi inquit hanc esse communem opinionem.

Quatuor requiruntur ad hoc vt detur præscriptio.

Malæfidei possessor nõ præscribit.

Probatur autem bona fides, ex eo quòd in dubio præsumitur in eo qui possidet cum titulo, qui dummodo præcedat, verus vel putatiuus, demum bona fides præsumetur. l. Celsus, & ibi Bar. ff. de vsuca. Ioannes de Platea, in prin. de vsuca. insti. quod procedit etiam de iure canonico. c. cùm venissent. de resti. in integ. Inno. in c. vigilanti. de præsc. Ioan. Fab. in prin. de vsuca. Sali. in l. super longi. C. de præsc. longi temp. & hoc in rebus corporalibus: in incorporalibus bona fides non præsumitur, quare ea esset probanda. Faber in eo longo.

Bona fides quo modo probetur.

Probatur autem quem esse in mala fide probando quòd à principio contractus: vel tempore contractus fuit emptori denunciatum ne emeret, eo q̃ res erat aliena. l. feudum. C. de rei vendi. & per talem denunciationem, ea bona fides quæ per titulum posset præsumi, excluditur. de Platea in eo loco.

Malæ fidei quo modo probetur.

Tertiò requiritur titulus in præscriptione, quod procedit in præscriptione decem aut viginti annorum, vel in præscriptione triennij. l. nullo. C. de rei vendi. in præscriptione verò triginta annorum, nec titulus nec bona fides requiritur de iure ciuili, cùm etiam fures eo tempore præscribant. Dyn. in d. reg. possessor. nume. 26. & sic possunt etiam malæfidei possessores eo tempore præscribere. d. l. sicut. iuncta ibi. gl. sed de iure canonico, & titulus & bona fides requiruntur in rebus quæ de iure communi non possunt possideri, & quando est præsumptio contra possessores, & in rebus ecclesiasticis, quæ de iure communi non possunt possideri: aliàs ex titulo præsumeretur bona fides, vt per Dyn. in ea regula, possessor.

Titulus in præscriptione non requiritur.

Vltimò requiritur ad præscribendum possessio, seu possessionis continuatio, cùm sine possessione non currat præscriptio. c. sine possessione. de reg. iuris, in 6. continuatio autem possessionis probatur probando quòd singulis annis quis fructus percipit ex ea re. Sali. in l. penul. C. de præsc. long. temp. his ergo quatuor interueniẽtibus quis poterit præscribere, & ita præscribendo acquiret. l. traditionibus. C. de pactis.

Possessio in præscriptione requiritur.

Sunt autem multi modi seu tituli vsucapionis, est enim vsucapio pro emptore, pro dote, pro legato, pro suo, de quibus in illis titulis pro suo, pro dote, pro legato, & pro emptore, ff. & C. in quibus locis accipitur titulus pro actu, per quem solet trãsferri dominium, quippè cùm iure cautum sit titulũ requiri ad esse vsucapionis. l. Celsus. ff. de vsuca. & in §. error de vsuc. insti. ergo qui vult præscribere debet habere aliquem ex iam dictis titulis, vt si dos alicui constituta sit super rebus alicuius, ille talis eam rem in dotem sibi constitutam possidebit titulo

55 Multi tituli vsucapionum.

pro

pro dote: & possidendo ita eam rem præscribet, cùm sine possessione aliàs præscriptio non posset currere: quod patet ex diffinitione ipsius præscriptionis, quę est acquisitio dominij per cõtinuationẽ possessionis tẽporis à lege præfiniti. l. 3. ff. de vsuc. vnde tutor in hoc nostro casu opposuerat eam prę scriptionem pro dote, & sic præsupponebat sponsam Petri, seu eius vxorem dedisse ipsi Petro rem eam æstimatam in dotem: quo casu iam ergo possederat cum eo titulo pro dote, & de hac præscriptione pro dote hic textus intelligi potest.

Præscriptio autem quadraginta annorum est tanti effectus, vt quis per eam efficaciter excludatur, & etiam restitutio in integrum contra talem præscriptionem nõ videatur competere. vt plenè de Ancha. cons. 169. Alex. consil. 163. par. 2. & Decius consi. 554. in princip.

Insuper allegabat quòd de bonis illius tam tertia Claræ matris, quã quarta erat deducenda.

SVMMARIA.

1 *Res species quartarum.*
2 *Legitima quæ sit.*
3 *Exhæredatio olim solo verbo fiebat.*
4 *Postumus hodiè non potest exhæredari.*
5 *Exhæredatio hodiè sine causæ insertione fieri non debet.*
6 *Filius vltra tresdecim causas positas in §. causas. vt cum de appella. cogno. ex aliis poterit exhæredari.*
7 *Præteritio matris habetur pro exhæredatione.*
8 *Legitima filiorum hodiè est triens vel semis.*
9 *Filij filiorum succedunt in locum eorum patris pro habẽda legitima debita eorum patri.*
10 *Legitima nepotum quanta debeat esse quando auo succedunt ex pluribus fratribus inter se, & quid quando succedunt cum patruis.*
11 *Filius in locum sui patris subintrat in duobus casibus.*
12 *Hæres institutus computatur in numero liberorum, & habet suam legitimam vt quilibet alius ex filiis.*
13 *Tempus mortis patris inspiciendum est propter duo.*
14 *Filius licet suam legitimam petierit, & acceperit, poterit nihilominus supplementum petere.*
15 *Supplementum legitimæ contra quos peti debeat.*
16 *Quod filius capit extra substantiam parentis, ex cuius substantia petitur legitima, non imputatur filio in legitimam.*
17 *Quod filius capit ex substantia illius in cuius bonis petit legitimam, in suam legitimam imputatur.*
18 *Filia an in suam legitimam dotem quam habuit à suo auo, teneatur imputare.*
19 *Nepos an dotem quam eius mater habuerat succedendo suo auo, in suam legitimam teneatur imputare.*
20 *Dos quando dicatur congrua.*
21 *Si fundus in dotem datus fuit filiæ quæ demum petit supplementum, quomodo fundus ille æstimandus erit.*
22 *Pretia rerum diligenti cultura ampliantur & negligẽtia minuuntur.*
23 *Tempus constitutionis dotis an sit spectandum an tempus mortis.*
24 *Donatio facta fauore matrimonij in legitimam est imputanda.*
25 *In locum donationis antè nuptias succedit donatio facta matrimonij.*
26 *Donatio facta fauore matrimonij differt à donatione propter nuptias.*
27 *Donatio simplex per ingratitudinem, facta tamen fauore matrimonij, non reuocatur sicuti nec dos.*
28 *Donatio ob causam imputatur in legitimam, non autem remuneratoria.*
29 *Donatio ob causam differt à donatione quæ fit ob benemerita.*
30 *Donatio simplex facta à patre filio quæ cõfirmatur morte patris, in legitimam imputatur.*
31 *Donationes factæ à patre filio, quæ morte patris confirmantur, non veniunt in collationem.*
32 *Donatio facta à patre filio in potestate quæ statim valet, non imputatur, licet veniat in collationem.*
33 *Donatio simplex à matre facta cùm ea statim valeat imputatur in legitimam.*
34 *Donationes inter patrem & filium prohibitæ.*
35 *Naturalis obligatio inter patrem & filium stare potest sed non ciuilis.*
36 *Ius naturale quid, & quid naturalis obligatio.*
37 *Quicquid filius acquirit, id suo patri acquirit.*
38 *Donationes quæ morte confirmantur valent potius iure legati, quàm donationis.*
39 *Donatio à patre facta filio emancipato valet.*
40 *Donatio vsusfructus bonorum aduentitiorum facta à patre filio. statim valet.*
41 *Donatio ob benemerita facta à patre filio, statim valet, & quæ requiruntur ad hoc vt valeat.*
42 *Differentiæ quæ sunt inter donationem ob benemerita factam personis suspectis, & non suspectis.*
43 *Donans ob benemerita, si dicat se donare purè & simpliciter, talis donatio vt simplex valebit.*
44 *Non statur iuramento patris qui asserit se multa seruitia à filio accepisse.*
45 *Benemerita debent esse plus quàm obsequialia ad hoc vt donatio ob benemerita facta à patre filio valeat.*
46 *Præceptum, Honora patrem & matrem, pertinet & ad externam reuerentiam, & ad multa alia.*
47 *Honor tria complectitur.*
48 *Parentes quamuis pauperes non debent à filio contemni.*
49 *Ioseph patrem ad se venientem cum summo honore accepit.*
50 *Salomon matri ad se venienti assurrexit.*
51 *Thobias patrem suum orbum educauit.*
52 *Nulla pœna mortis contra patres filios occidentes, apud Aegyptios statuta erat, sed benè contra filios occidentes patres.*
53 *Pœna contra matrem filium occidentem.*
54 *Olim patri concessum erat ius occidendi filium.*
55 *Pater filium magistratum tenetur reuereri.*
56 *Historia Quinti Fabij, filij Quinti Fabij Maximi.*
57 *Merita quæda officialia, & quædam artificialia.*
58 *Filij pietatem & officium debent parentibus, sed non operas artificiales.*
59 *Officiosus id est, obsequiosus.*
60 *Vxor viro suo tenetur operari in obsequialibus, quòd si ex aliqua arte aliquid acquirat, id erit ipsius vxoris.*
61 *Ad hoc vt donatio, ob benemerita valeat facta à patre filio, ea merita debent respondere rei donatæ.*

BIU Cujas

62 Donatio facta à patre filio contemplatione matrimonij valet, & ibi an valeat si post matrimonium fiat ea donatio.
63 Donatio facta filio militi in causam militiæ an valeat, & quæ in ea requirantur.
64 Donatio facta à patre filio in causam peculij quasi castrensis valet, & quæ requirantur.
65 Donatio facta filio in causam studiorum valet.
66 Causa studij, & fauor dotis æquiparantur.
67 Res subiecta restitutioni propter dotem poterit alienari, & de consensu fideicommissarij etiam.
68 Declaratio legis quæ pater. ff. famil. erciscundæ.
69 Argumentum à facti narratione non debet sumi.
70 Ad hoc vt donatio facta filio à patre fauore studij valeat, duo requiruntur.
71 Multa priuilegia scholasticis concessa.
72 Quando quis habet priuilegium vt possit coram pluribus conueniri, est in electione actoris coram quo eum reum velit conuenire, quod fallit in scholastico.
73 Patroni laici possunt ordinationem testatoris factam in fundatione alicuius capellæ relaxare, & eam alterare.
74 Doctores regentes habent multa priuilegia.
75 Doctores sunt in dignitate, & doctoratus est dignitas.
76 Filius quamuis teneatur libros conferre, tenetur solum ad pretium & non ad libros restituendos.
77 Libri sunt præsidia scholasticorum quæ sunt quinque.
78 Donatio simplex facta à patre filio iuramento confirmata, valet.
79 Filius tenetur imputare in suam legitimam id quod capit in vim vltimi iudicij à testatore.
80 Filius non imputat in suam legitimam quod capit iure substitutionis aut iure accrescendi, sed & nec quod capit beneficio l. hac edictali. C. de secun.nup.
81 Donatio simplex quæ non statim valet, sed morte patris confirmatur, in legitimam imputatur.
82 Legata in legitimam imputantur.
83 Filius non imputat in suam legitimam id quod capit causa conditionis implendæ.
84 Filius in suam legitimam imputat sumptus à patre factos, pro filij delicto.
85 Filius in suam legitimam non imputat sumptus à patre factos in honorem ipsius filij.
86 Vestes & iocalia, quæ à patre dantur in contractu matrimonij filiorum aut filiarum, in legitimam illis imputantur.
87 Filius in suam legitimam non imputat officium aut beneficium à patre obtentum in illius vtilitatem.
88 Donatio remuneratoria filio in suam legitimam non imputatur.
89 Legitima ascendentium quanta debeat esse in bonis descendentium.
90 Filius habens filios, non tenetur suis ascendentibus legitimam relinquere.
91 Quarta Trebellianica hæredi grauato debetur etiamsi grauetur in vim clausulæ codicillaris.
92 Quilibet ex pluribus institutis detrahit quartam.
93 Trebellianica debetur hæredi vniuersali.
94 Nulla Trebellianica debetur, quando pater diuidit hæreditatem inter liberos.
95 Primus hæres detrahit quartam.
96 Grauatus in contractu non detrahit quartam.
97 Quæ in Trebellianicam sint imputanda.
98 Quid sit capere iure hæreditario.
99 Prælegatum quid sit.
100 Quid sit capere iure vniformi, & difformi.
101 Fructus percepti ex hæreditate, in quartam imputantur: quod in fructibus respectu suæ quartæ non procedit.
102 Filij primi gradus non imputant in Trebellianicam fructus ex hæreditate perceptos.
103 Fructus ab hæreditate percepti ab hærede grauato, quãuis ascendant in plus quàm sit ea quarta, non tenetur eos restituere.
104 Pater Trebellianicam non potest prohibere in filiis primi gradus.
105 Prohibitio quartæ Trebellianicæ extraneis hæredibus institutis prohiberi potest.
106 Fructus stantes in hæreditate aut pendentes, & percepti ab hærede, sunt ex hæreditate.
107 Qui fructus cum tota hæreditate sunt restituendi adueniente die restitutionis.
108 Hæres grauatus non tenetur ad restitutionem animalium, quæ erant tempore mortis testatoris.
109 Hæres grauatus non tenetur restituere res hæreditarias quæ dietim corrumpuntur.
110 Substitutus potest petere, vt hæres grauatus satisfaciat de hæreditate restituenda.
111 Quartæ Falcidiæ quando sit locus.
112 Hæres, quando hæreditas est onusta legatis, quartam iure Falcidiæ detrahere potest, & quid in ea tenetur imputare.
113 Testator Falcidiam potest prohibere.
114 An & Trebellianicam prohibere possit testator.
115 Trebellianica in filiis primi gradus non potest prohiberi.
116 Trebellianica expressè, & tacitè potest prohiberi.
117 De iure digestorum Trebellianica non potest prohiberi.
118 Omne æs alienum detrahi debet antè detractionem Trebellianicæ.
119 Venientes ab intestato succedentes in vim clausulæ codicillaris, an possint Trebellianicam detrahere, & ibi quid operetur ea clausula.
120 Virtus clausulæ codicillaris quæ sit.

Insuper allegabat quòd de bonis illius tam tertia Claræ matris, quã quarta deducenda erat.

IN hoc verum censebat ille tutor, allegando quartam partem deducendam esse ex hæreditate, quæ de iure debetur hæredi grauato restituere hæreditatem. Rogata enim fuerat ea Adiecta, hæres instituta restituere hæreditatem, si decedat sine liberis: & quia iam conditio euenerat per mortem ipsius Adiectæ defunctæ sine liberis: ergo illius hæredibus quarta debebatur. Et vt hæc intelligantur, est aduertendum nos habere in iure præcipuè tres quartarum species, vna est, quæ quarta legitimæ appellatur, seu ipsa legitima, alia est quarta Falcidiæ: alia est autem quarta Trebellianica: de quibus quartis aliquid nunc tangemus, & insimul demon

1 Tres quartæ species.

BIU Cujas

demonstrabimus quæ in illis quartis sint imputanda.

2 Quarta quę legitima appellatur.

Est autem quarta legitimæ, seu legitima quæ filiis legitimis, & naturalibus debetur in testamentis parentum, de qua in l. cum quæritur. C. de inof. testamento & in l. Papinianus. §. quarta. ff. eod. de inoff. test. & est ea portio hæreditatis quæ filiis debetur pro eorũ iure: & in qua legitima filij aut sunt instituendi, aut exhæredandi ex ipsa hęreditate. l. inter cætera. ff. de libe. & posth. & in prin. de exhæred. libe. institut.

3 Solo verbo olim liberi exhæredabantur.

Fiebat autem olim exhæredatio solo verbo, & pro voto parentum, quibus licebat etiam absque vlla causa filios exhæredare, ita vt infans, quin & posthumus poterat à patre exhæredati. l. 3. ff. de lib. & posthu. quod ab Imperatore Iustiniano correctũ fuit in l. liberi. C. de inof. testa. vbi ille rigor temperatus fuit: per quam legem liberi quidem à patre exhæredati, licet præsumerentur ritè exhęredati poterunt tamen probare se fuisse gratos, & hoc probato non obstante ea exhæredatione obtinebunt ex paterna hæreditate.

4 Exhæredatio hodiè sine causa fieri non debet.

Superuenit demum & aliud ius in l. si quis in suo. §. si. C. de inof. test. vbi posthumus non poterat exhæredari cùm non possit esse ingratus, & tandem superuenit ius nouissimum quo hodiè cautum est vt non fiat exhæredatio sine causæ insertione in testamento, & debet esse vna ex illis causis quæ enumeratæ sunt in §. causas. in authent. vt cùm de appella. cogno. & hoc obseruatur, & sic pater aut mater si videat suum filium sibi ingratum, debet in suo testamento eum exhęredare adiecta causa quam debet in eo testamento inferre, & demum hæres defuncti eam debet probare. d. §. causas. Salic. & Iaso. in l. vniuersa. C. de precib. impe. offe.

6 Pręteritio matris habetur pro exhæredatione: & fieri debet cũ causa.

Hoc tamen notandum est, quòd quamuis in eo §. numeratæ sint tresdecim causæ ex quibus filius exhæredari potest, nihilominus poterit exhæredari ex aliis non expressis in eo paragrapho: dum tamen sint similes vel grauiores causis ibi expressis. Alexand. in l. si quis id quod. nume. 18. ff. de iurisd. omn. iudi. Chassaneus. consil. 38. nume. 29.

7 Et quoniam de iure prætéritio matris habetur pro exhæredatione. §. fi. insti. de exhæred. libe. ita vt filius à matre præteritus non dicebat testamentum matris nullum, sed agebat querela inofficiosi testamenti. l. filiam. C. de inof. testamẽto: hodiè tamen si mater velit filium prætereundo exhæredare, debet filium cum causa præterire, & in illa præteritione debet causam prętéritionis inserere in ipso testamẽto, alioquin ipsa præteritio non teneret. d. §. causas & sic l. filiam C. de inoff. test. correcta est, nam sicuti patri non licet filium sine causa exhæredare: ita nec matri licet filium sine causa præterire.

8 Legitima filiorum olim erat quarta, hodiè est vel triens vel semis.

Filiorum ergo legitima olim erat quarta hæreditatis defuncti, vt iam fuit declaratum: hodiè autem non est amplius quarta pars hæreditatis, sed appellatur triens aut semis pro numero liberorum, quia si sint filij numero quatuor, aut in numero inferiori, legitima filiorum erit triens, id est, quatuor vnciæ ex duodecim, si verò filij sint quinque, vel in numero superiori, legitima filiorum erit semis, id est sex vnciæ ex duodecim vnciis. authenti. nouissima. C. de inoffic. testamento: vnde versiculus.

Quatuor aut infra dant natis iura trientem,
Semissem verò dant quinque vel vltra.

Et ideò si pater quatuor filios habeat, ille triẽs in quatuor vncias diuidetur: si sint tres, in tres vncias, si duo, in duas vncias seu partes: si verò sit vn°, habebit integrum eum trientem vbi pater extraneũ hæredem faceret, quòd si sint quinque filij, ille semis in quinque partes diuidetur: si sex, in sex partes diuidetur: si septem, in septem partes: si decem, in decem partes.

9 Legitima quomodo diuidenda vbi ex vna parte adsunt filij, & nepotes ex alio filio.

Sed quid, aliquis moriatur habens tres filios, & duos filios suos nepotes ex alio filio iam defuncto tempore mortis ipsius patris: dubitari posset quomodo ille triens diuidi debeat? dic quòd ille triens in tres partes diuidetur, & vterque ex duobus filiis habebit vnam partem & illi duo nepotes qui erant filij illius filij iam defuncti habebunt aliam tertiam partem, & sic erunt loco eorum patris, & hoc colligi potest ex verbis Alexand. consil. 201. in 6. volum. nume. 2. & 3. & consil. 36. nume. 3. volu. 7. & Bald. in l. Papinianus. §. quoniam. ff. inof. testamento: quòd si auus moriatur relictis quinque nepotibus, vel in alio numero, ex diuersis filiis iam prædefunctis, vel ex vno filio tantum, & absque tamen filiis ex se, & tunc illi nepotes succedunt in capita quando inter se succedunt: si verò cum eorũ auunculis succedant, succedent in stirpes: quia tunc veniunt ex persona eorum patris iam defuncti, cùm alio filio ex eo testatore. Sali. in authent. nouissima. C. de inof. testamento. Alexand. consil. 63. in 2. volu. subintrat enim filius in locum sui patris. §. cùm filius. insti. de hæredi. quæ ab intest. defe. in duobus casibus nempè in successione aui mortui ab intestato, quo casu filij, & filiæ alterius filij testatoris prædefuncti succedunt eo modo quo supra nẽpè in stirpes, quando succedunt cùm eorum auunculis, & etiã cùm succeditur ab intestato patruo vel auunculo, vnà cùm auunculo aut patruo, quo casu succedunt in stirpes & iure repręsentationis quæ repręsentatio in illis duobus casibus locum habet per eum titulũ vt fratrum filij. in successione verò aliorum cessat illud ius repræsentationis. Ang. in eo §. cum filius.

10 Nepotes ex vno filio, auo succedunt in capita.

11 Repræsentatio in nepotibus in duobus casibus locũ habet.

12 L. cum quæritur, in duobus casibus correcta.

Adhuc quæritur, & hoc posito quòd legitima filiorum sit triens, vel semis pro numero liberorum, an hæres institutus computetur in numero liberorum quantum ad partem legitimæ cum aliis filiis qui non sunt hæredes? dic quòd sic ex mente Pau. Castr. in d. authent. nouissima. vnde si pater habeat quatuor filios, & vnum ex illis hæredem instituerit, hæres institutus habebit octo vncias tanquam hæres, & nihilominus ex eo triente qui est pro legitima filiorum habebit partem vnam, & quilibet ex aliis tribus filiis habebit vnam partem & sic ille triẽs diuidetur in quatuor partes, ex quibus hæres institutus tanquam filius consequetur vnam partem, idem censendum erit vbi erunt quinque filij, quorum vnus est hæres institutus qui tanquam hæres habebit sex vncias & sic vnum semissem, & ex alio semisse qui diuidetur in quinque partes, ille filius hæres tanquam filius habebit vnam partem, sicut quilibet ex aliis filiis. ita Pau. Castr. in §. authen. nouissima. & Franciscus Marci. deci. 85. in 2. parte.

Cùm ergo legitima filiorũ sit triẽs, vel semis, & nõ quarta pars, benè sequetur eã. l. cũ quęritur, correctã esse, & alias similes inquãtũ per eas dispositũ est legitimam filiorum esse quartam partem hæreditatis.

BIU Cujas

An per querelam melius filiis consulatur quàm per supplementum legitimæ.

Item & in alio quando ibi decisum est agendum esse querela, si filius integram suam legitimam in testamento non habuerit: quod correctum est per l. omnimodo. C. de inof. testamento, cùm debeat filius agere ad supplementum legitimæ, & non ad querelam, & quamuis videatur plenius filiis consultum fuisse per querelam quàm per illud supplementum, cùm per querelam causa testati ad causam intestati reducatur: quia per querelam rumpitur testamentum, & sic ab intestato omnes filij succedunt, l. posthumus. §. si quis. ff. de inof. testamento: & ita filius ab intestato succedens consequitur maiorem portionem quàm ex testamento, ex quo solum legitimam potest sperare ex condictione illius l. omnimodo, & sic non tam amplè filiis prouisum fuit per eam l. omnimodo, sicuti prouisum fuerat ex ea querela, per quam rumpebatur testamentum: quod per eam l. sustinetur. Sed dic quòd fauor sustinendorum testamentorum hoc operatur, & consulitur filiis, cùm verè habeant quod illis debitum est iure naturæ. Tum etiã quia si filiis inferatur grauamen per eam l. omnimodo, cùm per eam auferatur successio ab intestato, cũ testamentũ sustineatur, infertur commodum, quod videtur maius illo grauamine: quia querela solum durabat quinquennio. l. si quis filiũ. C. de inof. testamento, & ius agendi ad supplemẽtum durat spatio triginta annorum, vt ibi per doctores. Ias. in l. certi condictio. ff. si cert. peta.

Per querelam rumpitur testamentum.

L. cum quæritur in vno effectu remanet incorrecta.

In duobus ergo casibus remanet correcta ea l. cũ quæritur. in vsu autem remanet quo ad vnum effectum, qui ibi ponitur inquantum ibi decisum est tempus mortis esse inspiciendum, ad cognoscẽdum quanta debeat esse legitima, nam tempus mortis inspiciendum est, vt ibi deciditur ex hac lege: quæ in hoc est adhuc in vsu & ad illud tempus recurrendũ est ad cognoscendum quanta debeat esse legitima filiorum.

13 Quod tempus mortis inspiciendum est propter duo, vt sciamus quæ bona ille defunctus habuit tẽpore mortis; & vt sciamus valorem eorum bonorũ, qui inspici debet vt est eo tempore, ita vt quamuis hæreditas post mortem patris aut matris testantis patiatur demum aut augmentum aliquod, aut diminutionem contingentem in hæreditate defuncti, non propterea augeretur nec diminueretur filiorũ legitima. l. in ratione. § morte. ff. ad l. Fal. & ibi Cast, & Alex. in l. in quantitate. ff. ad l. Fal. Boeri. decis. 62.

Ille autem valor benè inspiciendus erit vbi legima soluenda est filiis in pecunia: nam iuxta valorem facultatum legitima erit exoluenda, vt erat tempore mortis. per eam l. cùm quæritur. Bal. in l. testator. §. qui diuisam. ff. de leg. 2. & licet demum plus vel minus valuerint facultates, tantum venit considerandus vt est tempore mortis. Ias. in authent. nouissima. C. de inof. testamento.

14 Filius quantũcunq; legitimam habuerit potuerit adhuc supplementum illius petere.

Licet autem filius simpliciter suam legitimã petierit, atque eam acceperit, poterit adhuc & supplementum illius petere, etiamsi eam legitimam absq; vlla protestatione acceperit, nam per hoc nullum sibi infertur præiudicium. Bald. in l. si quando. C. de inof. testamento, & ita iudicatum fuisse refert Papõ in suo *recueil des arrests* in titulo, *des legitimes*, arresto sexto, & hoc procedit etiam si pater mandauerit vt filius nihil aliud petere possit: nam adhuc & legitimam & supplementum illius consequetur. vt per Bal. & Ias. in ea l. si quando.

Illud autem supplementum petendum est ab hęredibus & non à legatariis condictione illius l. omnimodò. quod remedium cùm sit personale, ideò contra solos hæredes proponendum erit. Cor. cons. 190. in 2. vol. nisi legatariis legata essent corpora hęreditaria, & filij peterent supplementum legitimæ in corporibus hæreditariis, nam tunc & contra legatarios etiam agi posset: vt ibi per Cornæum: nam licet condictio ex ea l. omnimodo sit actio personalis, est tamen in rem scripta: cùm actiones in rem scriptæ sint etiam personales. Bartol. in d. l. omnimodo. per l. j. §. penult. ff. de interdi. ergo ea condictio poterit competere, & contra legatarios. Bal. in ea l. si quis in suo. C. de inof. testamento, sed quia ipse Bened. superius satis tractauit de hac legitima, nos supersedemus super his verba facere; tantummodo hæc tangemus quæ ille omisit, nempè quæ in legitimam filius teneatur imputare: & demũ subsequenter de aliis duabus quartis tractabimus, & hæc omnia quibusdã regulis claudemus.

15 Supplemẽtum legitimæ à quo petendum sit & qua actione.

Prima regula, quod filius capit extra substantiam parentis, ex cuius substantia legitima petitio est, filio in legitimam non imputatur. l. scimus. §. replęrionem. C. de inof. testamento, debet enim capi legitima ex substantia illius de cuius successione agitur. authent. nouissima. de inoffi. testamento. Bartol. in l. in quartam. ff. ad l. Falci. ergo si filius bona aliqua habuerit aliundè, quàm ex bonis illius in quibus vult consequi legitimam, non imputabit ea bona in suam legitimam, sed extra ea suam legitimam obtinebit: & sic si filius bona materna habuerit, & demum petat legitimam in bonis paternis, eam obtinebit extra ea bona materna, quæ iam fuerat consequutus, cùm ea nõ prouenerint ex substantia paterna.

16 Prima regula eorum quæ filius in legitimi tenetur imputare.

Vnde ex hac regula inferri potest, quòd si filius aliquid fuerit consequutus ex aui sui dispositione contemplatione ipsius filij qui est nepos ipsi auo, quod in dubio præsumitur, aut aliunde, non imputabit illud in suam legitimam: quia non prouenit ex substantia paterna. l. auus neptem. ff. de iure dotiũ. aut aliàs ex peculio castrensi, vel quasi, non sibi ea imputabit in suam legitimam, nec illa diminuẽt ipsam legitimam.

17 Secunda regula.

Secunda regula, quod filius capit ex substantia illius in cuius bonis petit legitimam ex contractu inter viuos titulo lucratiuo, id in suam legitimam imputare tenetur. l. quoniam in prioribus. C. de inof. testamento, vnde ex hoc inferri potest, quòd filia in successione sui patris imputabit in suam legitimam eam dotem quam ab ipso patre iam habuerat: quia eam habuit ex contractu inter viuos, & ex sua substantia, & licet tempore mortis ea dos data non fuerit in bonis paternis, sufficit tamen quòd ea à patre prouenerit. In hoc enim attenditur tempus datæ dotis, ac si tempore mortis ipsius patris fuisset in suo patrimonio. authen. vnde si parens. C. de inof. testamento.

Tempus datt dotis inspici debet.

18 Non autem tenetur filia imputare in suam legitimã, eam dotem quã habuit à suo auo: & ita cõcludit Alex. cõs. 117. nu. 4. in 6. vol. quod procedit vbi auus non coactus, sed ex sua mera liberalitate, & amore ipsius suæ neptis, & sui contẽplatione eã dotẽ cõstituisset, quòd si auus iure cogẽte nepti suæ cõstituisset dotẽ, vt quia eius filius pater illius filiæ nulla bona haberet, & sic cõtemplatione sui filij patris filiæ

dotem

BIU Cujas

dotem constituisset,& tunc eam dotem demum teneretur imputare in legitimam suam in bonis sui patris. Alex. co. consil. nu. 5. & 6. in dubio autē auus dotando neptem censetur dotare neptis contemplatione. l. 2. §. fi. ff. sol. mat.

19 An dos data filiæ, suo filio auo succedenti sit computāda.

Sed an dos data filiæ, computetur demum eius filio succedenti suo auo, qui erat pater suæ matris, matre iam prædefuncta, quæ iam dotem acceperat à suo patre, qui nunc est auus ipsi nepoti? dic, quòd si nepos vnà cum patruo suo velit succedere auo suo iam defuncto, & tunc tenebitur conferre eam dotem, quia tunc refert personam suæ matris, & sicuti eius mater teneretur eam conferre: ita & eius filius, si autem succederet cum aliis nepotibus in gradu sibi paribus, & tunc non teneretur conferre, quia venit ex sua persona. ita Alexan. consil. 142. in 2. volu. & hoc incidenter tactum fuit cùm hic non de collatione, sed de imputatione in legitimam tractetur: sed de hac re inferius, & hanc communem opinionem videtur tenere Cor. consi. 132. in 3. vol. & cons. 190. vol. 2.

Dos in legitimam quomodo imputāda.

Quomodo autem fiet huiusmodi imputatio? dic, quòd si dos iam fuerit realiter soluta, & sic tradita, & tunc tanto minus accipiendo petet reliquum. l. filiæ. C. de colla. nam si dotem congruam non habuerit, poterit semper illius supplementum petere, & dicitur dos congrua quæ non est minor pretio

20 quàm sit seu quàm debeat esse sua legitima. Decius cons. 26. j. vol. quòd si dos solùm fuerit promissa, & tunc filia tradet liberationem: quia debet hæredes liberare à tali promissione. l. 2. C. de colla. & sic petet suam legitimam.

21 Fundi in dotē dati quomodo illius æstimatio habenda erit si filia supplementū petat.

Quid autem quando fundus datus fuit filiæ in dotem, patre demum mortuo si filia petat supplementum legitimæ, quid fiet de eo fundo, & quomodo illius fiet æstimatio? dic quòd si fundus ille factus fuit pretiosior, & maioris valoris propter expensas quas filia, aut eius maritus fecit in eo fundo (nam fortasse fecit expensas in plantatione illius fundi) tunc habenda esset ratio illarum expensarum: & propter id habenda esset ratio valoris fundi prouti erat tempore traditionis, posteaquam fundus ille redditus fuit pretiosior diligenti cultura, & cura ipsius filiæ, & suis expensis: cùm pretia rerum diligenti cura ampliari, & minui necesse est si negligentius teneantur. l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fisc. & sic filia posset omnes expensas ibi factas deducere. l. j. 2. & 3. ff. de impens. in reb. dota. factis, & in l. quod dicitur. quòd si extra culturam sed ex sola mutatione temporis fundus il-

22 le esset nunc maioris valoris quàm antea, & tunc filia imputabit in suam legitimam iuxta valorem qui est nunc, & sicuti reperitur eo tempore quo imputatur, & si esset factus vilior sine sua culpa, imputandus etiam esset, & conferendus vt reperitur tēpore imputationis, aut collationis, nam sicuti commodum ita & incommodum debet esse commune, & si propter suam diligētiam, vt iam dictum est, illud tanquam aduentitium, non esset imputandum nec conferendum. Socin. consilio, 64. j. vo-

23 lu. sicuti in simili dicitur de dote à patre filiæ constituta, nam si demum morte patris, & tempore mortis illius, bona illius excreuerint, ita vt habendo rationem ad ea bona quæ pater habet tempore suæ mortis, sua dos seu legitima deberet esse maior, & certè dicendum erit filiam posse petere suum supplementum, sicuti erit valor bonorum paternorum tempore mortis, & non sicuti erat valor tempore dotis constitutæ: & sic semper tempus mortis est spectandum, & non tempus factæ donationis. ita Deci. consil. 276. contra Pauli Castrens. opinionem, qui putabat tempus dotis constitutæ esse spectandum, ad hoc vt filia consequi possit suū supplementum. in authent. res quæ. versi. quod autem dixi. C. comm. de leg. & fideicom. in hoc enim casu tempus mortis patris inspiciendum est, quòd si quæstio esset de hypotheca contra bona mariti, & quæratur quod tempus sit inspiciendum an tempus datæ dotis, an tempus obligationis: dic quòd in tacita hypotheca quam habet mulier in bonis mariti, & dic quòd à tempore dotis promissæ. l. j. ff. qui potiores. Bart. in l. assiduis. C. qui potio. respectu verò expressæ hypothecæ, & illa etiam contrahitur à tempore promissionis. vt per Nico. Boeri. decis. 331.

24 Donatio facta fauore matrimonij in legitimam imputatur & donatio propter nuptias.

Filius etiam tenetur sibi imputare in suam legitimam donationem sibi factam tempore matrimonij d. l. quoniam nouella. & l. quoniam in prioribus, quia sicuti dos ita & donatio facta filio fauore matrimonij proueniens ex substantia patrua filio imputatur in suam legitimam, & donatio etiam propter nuptias imputatur. d. l. quoniā nouella. & quoniam in prioribus.

25 Donatio antè nuptias nō est amplius in vsu.

Et licet ea l. quoniam nouella. & l. quoniam in prioribus. nullam mentionem faciant de donatione facta filio fauore matrimonij, sed solū de donatione ante nuptias: quia tamē ea donatio ante nuptias nō est amplius in vsu. gl. & Ioā. Fab. in authen. æqualitas. C. de pactis. con. & in eius locū succesſit ea donatio propter nuptias quæ facta à patre aut matre, statim tenet. l. Pomponius. ff. fami. erc. & de qua meminit Guid. Papæ, decis. 145. & Boeri. deci. 353. nu. 10. ideò dicemus, quòd sicuti ea donatio ante nuptias in legitimam imputatur, ita & hæc quæ fit propter nuptias.

26 Donatio facta fauore matrimonij, & donatio propter nuptias differunt.

Hæc autem donatio facta fauore matrimonij differt à donatione propter nuptias: quia donatio propter nuptias est ea quæ principaliter fit à marito suę vxori, de qua in authent. æqualitas, & quæ est in vsu: donatio autem quæ fit fauore matrimonij est ea, quæ filio in fauorem matrimonij contrahendi, de qua per Chassa. in consuetud. Burgund. in titulo, *des droictz*, in rubr. nume. 36. in legitimam imputatur, vt iam dictum est & de qua donatione inferius plenius dicetur.

27 Dos data non reuocatur per ingratitudinē.

In qua donatione est hoc notandum, quòd licet alię donationes simplices reuocari possint propter ingratitudinem donatarij ex causis positis in l. fi. C. de reuo. dona. hęc tamen donatio facta fauore matrimonij non reuocatur propter ingratitudinem. Gui. Pap. deci. 145. Boeri. deci. 27. sicuti nec dos data vel constituta, potest per ingratitudinem reuocari. vt ibi per Boeri. quia si illa dos non fuerit soluta sed solū permissa, cogetur constituēs eam exoluere: & si fuerit exoluta per ingratitudinem non reuocabitur. vt per Boe. & Pan. in illis locis: est enim ea donatio facta fauore matrimonij donatio ob causam, quæ etiam per ingratitudinem non reuocatur. gl. in d. l. fi. de reuo. dona.

28 Donatio ob causam in legitimam imputatur.

Sequetur etiā ex superioribus, quòd filius in suā legitimā imputabit donationē factā ob causam. Bar. in d. l. in quartā. & quamuis ea donatio ob causam imputetur, non tamen donatio remuneratoria quæ

BIU Cujas

facta à patre filio, vel filiæ nõ imputatur in legitimã: & sic differt donatio ob causam, à donatione ob be-
29 nemerita: nã donatio ob causam, est generalior quã sit donatio ob benemerita, quæ donatio ob bene merita comprehenditur sub donatione ob causam.

Donatio ob benemerita fit filio, vt extraneo donatio ob causam fit filio, vt filio.

Differunt autẽ in hoc, quia hæc donatio ob bene merita datur à patre filio, nõ vt filio, sed vt extraneo: & ita nõ illi imputatur in suã legitimã, donatio autẽ ob causam fit filio à patre ex quadã causa impulsiua, siue ex affectione quadã paterna, vt cũ pater videt iã suum filium grandem vt eũ iungat matrimonio, dat & illi constituit aliquid donatione fauore matrimonij, vel suæ filiæ iam nubili dotem in suo contractu matrimonij, hęc enim facit pater affectione paterna: quare talis donatio aut constitutio dotis imputatur in legitimam. Bal. in l. si quis filium. §. imputari. C. de inoff. testamento.

Donatio ob benemerita cadit in causam peculij aduẽtitij.

Donatio verò quæ fit à patre filio ob benemerita, cadit in causam peculij aduentitij. gl. in authent. vnde si parens. C. de inoff. testamẽto: aduentitia autem non conferuntur. l. fi. C. de collat. ergo nec talis donatio facta ob merita venit imputanda: habet enim filius eam donationem ex sua persona, & ex sua industria: & ea quæ filius acquirit ex sua opera, & industria, censentur aduentitia. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis. & sic ea filiis præcipua debent remanere, & tanquam propria: & sic erit limitatio ad eam regulam, quòd ea quę filius capit ex substãtia paterna titulo lucratiuo, computat in suam legitimam, nam fallit in donatione remuneratoria, quę non imputatur, quamuis possit dici, quòd ea donatio non acquiratur titulo lucratiuo: & sic non esset limitatio, sed potius regula quæ habet, quòd donatio remuneratoria non imputatur in legitimam: de qua tamen donatione remuneratoria inferius aliquid tangemus.

Et ex ea secunda regula, quòd filius in suam legitimam tenetur imputare quod capit ex contractu inter viuos titulo lucratiuo, sequetur, quòd filius ipse sibi ea quæ capit ex donatione facta fi-
30 lio à patre, quæ non statim valet, sed morte confirmatur, imputat in suam legitimam, & sic donatio simplex facta à patre filio quæ morte patris confirmatur, in legitimam filij imputatur: Bartol. in d. l. in quartam, & hanc opinionem vt magis communem tenent docto. in l. si quãdo. §. generaliter. C. de inof. testamento. Alex. in l. illud. C. de collat. Iaſ. in authẽt. ex testamẽto. C. de collat. tales enim donationes quę morte confirmantur, habent vim relicti: & legata imputantur in legitimam, vt statim dicetur: ergo & tales donationes erunt imputandæ quæ morte patris confirmantur. Cor. cons. 64. in 2. volu.

Donationes quæ morte patris confirmãtur, sunt illæ quæ à patre fiunt filiis existẽtibus in potestate, quæ nõ valent: verùm si pater in ea voluntate perseueret, vsque ad mortem, tunc ea donatio morte patris, qui eam donationem non reuocauit, confirmabitur sua morte. l. donationes. 2. C. de donat. inter vi. & vxo. & hoc dummodo traditio in ipsa donatione interuenerit, quæ requiritur ad hoc vt talis donatio morte confirmetur. Bart. in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. Chass. cons. 7. nu. 34. vel saltem tacita traditio requiritur per retentionem vsusfructus, quæ habet vim traditionis. Chassa. ibi.

Donationes quæ morte patris confirmãtur, sunt illæ quæ fiunt filiis in potestate.

Quæ quidem donationes quæ morte confirmantur, licet veniant imputandæ in legitimam, non tamen veniunt in collationem bonorum, & neque conferuntur cum aliis fratribus, quia habent vim relicti & legati: & legata non conferuntur, licet in legitimam imputentur. l. filiũ. C. de collat. Soci. cons. 91. in j. vol. & Oldrandus consi. 151. 31

Limitatur nunc ea regula, quòd ea quæ filius capit ex substantia paterna titulo lucratiuo, imputantur in legitimam, in donatione simplici, quæ statim valet: illa enim donatio simplex facta à patre filio in potestate, & quæ statim valet, non imputatur in legitimam. d. l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. testamento. docto. in d. §. imputari. & Bartol. in d. l. in quartam. nu. 10. per l. etiam. §. sed si non. ff. de bonis liber. & talis donatio quæ statim valet, vt est ea quæ iuramento facta à patre firmatur, licet veniat in collationem cum aliis fratribus, vt per Soci. in eo consilio, non tamen imputatur in legitimam: nisi hoc expressè à patre dictum sit. authent. ex testamento. C. de collat. & Soci. in cons. 93. num. 21. in j. volu. 32

Limitatio ad regulam.

Simplex donatio quæ statim valet non imputatur.

Sequetur quòd donatio facta à matre filio, cùm statim illa valeat, non imputabitur filio in suam legitimam: quia ea non habet filios in sua potestate. §. fœminæ. de adop. insti. ergo tales donationes cùm statim valeant, non imputabuntur in legitimam. Soci. cons. 19. nu. 3. in 4. vol. 33

Donatio facta à matre filiis non imputatur in legitimam.

Regulariter quidem donationes inter patrem, & filium prohibitę sunt quando filius est in patris potestate, quantum ad ciuilem obligationem. quæ inter patrem & filium minimè cadere potest. Barto. & alij in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. inducitur quidem naturalis obligatio ex ea donatione quę inter patrem & filium stare potest vt ibi per Bar. & Iaſ. licet Bal. ibi videatur tenere cõtrarium, nempè donationem inter patrem & filium in potestate non valere, nec respectu naturalis obligationis, quod tenet ipse Bal. in l. 2. C. de donat. sed Bar. & aliorum opinio est magis communis, & communiter tenetur quòd ex tali donatione oriatur obligatio naturalis, quæ quidem naturalis obligatio seu ius ipsum natu- 36
rale, nihil aliud est quàm quòd non opinio, quæ vis quædam nobis innata peperit vt diffinit Cicero lib. secundo de inuentione, & illa est naturalis obligatio quæ ex iure gentium per consensum oritur etiã pacto nudo. l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis, & Ioan. Ferrarius insti. de obliga. & consideratur prout oritur ex consensu & ex illa æquitate quæ suadet vt promissa seruentur. l. j. in prin. ff. de constitu. pecu. Deci. in reg. cùm amplius. §. is natura. ff. de regul. iuris. 34

Donationes inter patrem & filium non valent quantum ad ciuilẽ obligationem.

Naturalis obligatio. 35

Naturalis ergo ea obligatio ita sumpta stare potest inter patrem & filium: & sic stat vera Bar. opinio: & per consequens stare potest naturalis obligatio, inter patrem & filium: & sic valet ea donatio inter patrem & filium quo ad naturalem obligationem: ea enim naturalis obligatio suadet pacta seruanda esse: & eam Bartol. opinionem tenet ipse Bald. sibi contrarius, in d. l. frater à fratre. & hac ratione confirmari potest: nam vbi adest consensus vtriusque partis, ibi oritur naturalis obligatio quæ prouenit ex mutuo consensu l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. Bartol. & alij in l. ex hoc iure. ff. de instit. & iure. At hic quando pater dat filio præsenti & acceptanti,

adest

BIU Cujas

adest vtriusque consensus: ergo & aderit naturalis obligatio, quæ ex eo mutuo consensu oritur. ita Ias. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. oritur ergo ex ea donatione naturalis obligatio, ciuilis non, cùm ea inter patrem & filium non possit esse, inter quos nō potest esse lis nec iudicium stare. l. lis nulla. ff. de iudi. si nulla lis inter eos possit esse, ergo nec ciuilis obligatio. de iure verò canonico iudicium potest stare inter patrem & filium. cap. quæritur. 2. quæstio. 7.

Ciuilis obligatio inter patrē & filium stare non potest.

Datur & alia ratio, nempe quòd nulla obligatio ciuilis inter patrem & filium esse potest, propterea
37 quòd id frustra fieret: quia de iure ciuili quicquid filius acquirit, suo patri acquirit. l. placet. ff. de acquir. hæred. ergo nulla obligatio ciuilis inter eos interuenire poterit: aut si interueniat, erit illa sine effectu, tum quia filius contra patrem agere nō posset in iudicio de iure ciuili, vt iam deductum fuit: voluit ergo lex ciuilem obligationem oriri, quia frustra oriretur cùm esset inefficax. Ars enim & natura nihil frustra faciunt. l. si pater. ff. de adopt. Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. possess. & sic frustra ibi daretur filio actio ad habendā rem donatam, cùm eam non posset exercere, concluditur ergo quòd quātum ad effectum ciuilis obligationis tales donationes non valent, morte tamen confirmantur, vt iam dictum est.

Illæ ergo donationes à principio non valent, & quia morte confirmantur, valebunt iure legati & fideicommissi potius quàm iure donationis. & hæc
38 restrictio potest esse limitatio ad eam regulam, quæ habet donationes inter patrem & filium non valere: quod verum est ab initio, sed morte confirmantur, si pater in ea voluntate vsque ad mortem perseuerauerit. per eam l. donationes. 2. C. de dona. ante nupt.

prima limitatio ad regulam quod donationes inter patrē & filium non valent.

Secunda erit limitatio ad eam regulam, quòd donationes inter patrem & filium non valent: quan-
39 do pater facit eam donationem filio emancipato, talis donatio valet, nam emancipatus filius habetur tanquam extraneus. §. emancipati. insti. de hæred. quæ ab intest. defe. nam per talem emancipationē filij desinunt esse in patris potestate. §. præterea. insti. qui. modis ius pat. po. ergo omnes contractus fieri possunt inter patrem & filium emancipatum, sicuti & cum quolibet extraneo, & tunc pater donando filio emancipato, obligaretur & ciuiliter, & naturaliter, quia cessat tunc patria potestas quę impedit iudicium inter patrem & filium.

Secunda limitatio.

Tertia erit limitatio in donatione vsusfructus bo-
40 norum aduentitiorum, qui vsusfructus à patre filio in potestate potest donari, & talis donatio statim valet. l. cum oportet. & ibi Bartolus. C. de bonis quæ liberis.

Tertia limitatio.

Quarta erit limitatio in donatione propter bene-
41 merita, quæ donatio à patre fieri potest filio etiam in potestate: & valebit. authen. vnde si Paulus. C. de inoffi. testamen. quod tamen procedit tribus cōcurrentibus, primò vt constet de meritis, & de illis in specie fiat mentio: & ꝙ de illis verè appareat: & neque staretur dicto patris asserentis in ipso contractu donationis filium sibi multa officia contulisse. glossi. & doct. in ea authent. vnde si parens. quia in donationibus à iure prohibitis merita in specie debent demonstrari, & demum probari, & sic non standum est assertioni donantis: sicuti in simili dicitur de donatione facta à marito vxori propter benemerita, quæ donatio non valet nisi de ipsis meritis cōstet, & neque in hoc staretur dicto mariti, quantumuis asserat se à sua vxore multa benemerita accepisse. Soci. consi. 65. 1. volumi. cùm talis assertio facta inter personas prohibitas censeatur fieri in fraudem. l. qui testamentum. ff. de proba. in aliis autem donationibus factis ob benemerita personis nō suspectis, sufficeret sola assertio meritorum cùm tales donationes prohibitæ non sint, etiam absque probatione ipsorum meritorum. Bar. in l. si forte. ff. de castr. peculio. Bal. & Ias. in l. si donatione. C. de collat.

Quarta limitatio.

Non standum dicto patris se asserentis recepisse multa merita à filio.

Sola assertio meritorum in donationibus quæ alias valēt sufficiet vt dicatur donatio ob benemerita.

Et illa est differentia inter donationem ob benemerita, quæ fit personis suspectis & prohibitis, vt
42 sunt illæ donationes quæ fiunt à patre filio in potestate, & à marito vxori per eum titulum de donatio. inter vi. & vxo. & inter donationem quæ fit personis non suspectis propter benemerita, nam ea quę fit personæ suspectæ non sufficit sola meritorum declaratio in genere, sed in specie merita sunt deducenda & probanda, vt per doct. in ea l. si donatione. in ea verò quæ fit personę non suspectę, sufficit sola meritorum expressio in genere absque vlla designatione in specie, nec probatione eorum meritorum. l. Attilius. ff. de donat.

Verùm si in ea donatione quæ fit personæ non
43 prohibitæ ob benemerita, apponantur hæc verba, quòd quis donat purè & simpliciter, quamuis ibi se dicat donare propter benemerita, absque tamen expressione eorum est dicendum talem donationem esse simplicem, & non remuneratoriam. Oldrandus consil. quinto. Soci. consil. 295. & Chass. consil. 7. Aliàs donatio ob benemerita facta non dicendo purè & simpliciter, & absque vlla designatione meritorum valeret, vt donatio remuneratoria, quæ donatio remuneratoria non rescinderetur, per superuenientiam liberorum. Decius consilio 20.

Donatio quando dicatur simplex, & quando remuneratoria.

An autem stetur iuramento patris aut mariti asserentis in donatione, in specie de benemeritis filij
44 aut vxoris, & ita iurantis? doctores in hoc variant. Bald. in d. l. si donatione. tenet iuramento patris esse standum, Alexander ibi tenet contrarium & in consil. 55. in 1. volumin. & ibi concludit patris iuramento minimè standum esse: sed illæ opiniones meo iudicio ita conciliari poterunt, vt dicamus Baldi opinionem procedere, vbi pater donans vnicum filium haberet, & illi donaret ob benemerita: & tùc verum esset standum esse patri filio vnico donāti ob benemerita, & asserenti & iuranti se accepisse ea benemerita quæ in specie ibi deducta sunt, quia tunc cùm nulli alij stent liberi, cessat suspitio fraudis, ratione cuius euitandæ illud fuit statutum, vt non credatur patri etiam iuranti, quòd si stent alij filij, & tunc puto ad fraudem fugiendam, patri iuranti de illis benemeritis non standum esse: quia tunc propter alios filios ea assertio redderetur suspecta & facta in præiudicium aliorum liberorum. l. qui testamentum. ff. de proba. l. conuenire. ff. de pac. dota. & ita illæ duæ opiniones poterunt conciliari: & hæc videtur etiam meus Alex. in eo loco.

Secundum quod requiritur ad hoc, vt valeat do-
45 natio ob benemerita à patre filio in potestate, est, vt illa benemerita sint pluſquam obsequialia, & ad quę aliàs filius non posset teneri, sed quæri potest quæ

Secundum requisitum, vt valeat donatio ob benemerita facta filio à patre.

BIU Cujas

sint illa obsequia quæ filius patri præstando, possent patrem obligare ad ea retallianda, cùm filius patri
46 teneatur obsequi, & illi omnia obsequia præstare ex eo præcepto, Honora patrem & matrem: quod præceptum non solum pertinet ad externam reuerentiam, sed ad educationem & ad alimenta ad quę filius tenetur, vt est illud præceptum secundæ tabulæ, quo Deus iubet, vt filij parentes honore afficiant: honor autem tria complectitur, nempe amo-
47 rem, obedientiam, & reuerentiam, quæ omnia vt parentibus non tantum affectu, sed & effectu, & re ipsa exhibeamus, Deus à filiis requirit, & quantum
48 uis parentes pauperes sint, senes, capulares, aut etiã si deliri sint aut morosi, non debent à filiis propterea contemni, & omnibus vitiis nomen patris aut matris est anteponẽdum, & nec existimare debemus quales parentes, sed quòd parentes habemus: & quantumuis filius in summam claritudinem peruenerit, patri etiam indignissimo eam claritatem debet acceptam referre, cui post Deum filius debet quod est. Ioseph ille in Aegyptum perductus, ac demum Dei prouidentia sublimatus vt esset primus
49 post regem, patrem Iacob senem ad se venientem non reiecit, sed quæso quanto honore patrem ipsum ad se venientem fuit prosequutus, & quanta celebritate patrem defunctũ in Aegypto extulit, ac ad fratres suos in terra Canaam adponẽdum curauit? cuius rei meminit sacra historia, Geneseos 46. 47. & 48. Salomon matri ad se venienti, quantum-
50 uis ille rex esset, assurrexit, eamque adorans in solium regis iuxta se collocauit. Thobias iunior patrẽ suum senio confectum, ac orbum luminibus educa-
51 uit suo labore, cuius exemplum filiis esset apponendum, quibus sunt parentes ope indigentes, vt illis victum atque vestitum, omniaque ad victum necessaria etiam hilariter suppeditent. Accerrime Christus Phariseos increpabat, qui cum prætextu religionis, eorũ auaritia, filios à pietate in parentes auertebant, docentes eos filios vt patri aut matri indigenti corbem obiicerent, quod est donum quodcunq; ex me prodierit, tibi seruiet, euertentes per illud verbum, & domini præceptum per talem traditionem. Certè est maxima religio parentes etiam pauperes, senes, & exules amplecti: illisque modis omnibus succurrere, cùm hęc sit Dei voluntas eo prę cepto declarata.

Filij non debẽt existimare quales patres habeant, sed quòd habeant.

Maxima religio parentes senes & pauperes amplecti.

Apud Aegyptios erat lex, per quam patribus qui
52 filios occiderant, nulla quidem pœna mortis indicta erat: sed tribus diebus & noctibus continuis edictum erat, vt circa defuncti corpus pater assisteret, qui eum filium occiderat: non enim iustum putabant patrem propter id vita priuari, qui illius vitæ autor fuisset, quin potius vt ille continuo dolore facti pœnitentia affligeretur. filiis autem parricidis pœnam vel grauem imposuerant, nam articulatim pręacutis calamis cęsos iungebant viuos supra spinarum aceruũ comburẽdos, maximũ per hoc inter mortales scelus iudicantes, ei mortem inferre, à quo vitam accepissent. Contra matrem quidem fi-
53 lium occidentem pœna statuta est. in l. 1. in fi. ff. ad l. Iulia. de parricid. sed non contra patrem propter patriam potestatem, cùm de iure antiquo ius filios occidendi concessum fuerit. l. in suis. ff. de liber. &
54 posthum. aut saltem pater filium occidens non punitur pœna legis de parricidis, sed alia mitiori, vt in l. diuus. ff. ad l. Pompo. de parricid. & ibi Hypo. de Marſ. non nego tamen quin pater filium magistratum non teneatur reuereri, & illi assurgere cum magistratum gerit, & in hoc est sententia Tauri philosophi apud Aulum Gellium lib. 2. cap. 2. qui super hac re inquit, in publicis locis, atque muneribus, & publicis actionibus patrum iura cum filiorum, qui in magistratu sunt potestatibus collata interquiescere paululum, & conniuere expedit: sed cum extra rempublicam in re domestica, atque vita sedeatur, ambuletur, in conuiuioque familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare, naturales & genuinos exoriri. Præterea ad hoc propositum nota est ea historia Quinti Fabij filij Quinti Fabij Maximi: qui cùm Romæ consul esset, ad cum pa-
56 ter Fabius Maximus obuiam equo venit, qui vbi veniret iuxta filiũ, & neque equo descenderet, iussit Fabius filius consul patri descendere. Fabius pater imperio paruit, & filium collaudauit, quòd imperium quòd populi esset, retineret filio certe magistratui à patre honor reddendus est propter publicam authoritatem quam ille gerit, at hæc hactenus. quare iure vult paternę reuerentiæ semper deferendum. l. imperator. ff. ad Trebel.

Pater filiũ magistratũ quãdo teneatur reuereri.

55

Fabij historia.

Vt autem ad rem nostram redeamus, cùm ita sit quòd filius ad omnia obsequia patri suo teneatur, quomodo poterit filius promereri, vt pater ei cogatur facere donationem propter benemerita? dic in hoc ad quædam esse aduertenda: quędam enim sunt merita officialia, & obsequialia, & ad quæ filius ip-
57 so iure tenetur, quædam verò sunt merita artificialia, procedentia ex superabundanti charitate, & ad quæ filius non ita adstringitur, quod totum iudicis arbitrio relinquitur, vt per Sali. in l. filiæ. C. de collat. & est quidem verum quòd filij pietatem debent parentibus, & officium, non tamen operas. l. penul. ff. de obs. à liber. præst. operas inquam artificiales, sed bene obsequiales. d. l. cùm oportet. & Cor.
58 cons. 79. in 2. volumi. num. 15. & cùm parentibus obsequium debeant, & per consequens pietatem, quæ debet esse inter patrem & filium. doct. in Rub. C. de inoffic. testamento. debent ergo filij esse suis parentibus officiosi: & illis tenentur omne officium præstare pro earum personarum conditione. hinc officiosus, id est obsequiosus, si ergo filius præter hæc ad quæ de iure tenetur, patrem suum aut matrem officiis & obsequiis etiam artificialibus afficiat, huiusmodi officia patrem commouebunt ad ea officia & merita artificialia retallianda, & sic poterit pater filium suum de se benemeritum quibusdam donis afficere: sicuti ipse pater quendam alium extraneum cogeretur à quo ea officia accepisset.

Merita quædã obsequialia, quædam verò artificialia.

Officiosus.

Et in simili dicimus de vxore, quæ viro suo te-
60 netur operari, quod verum est in obsequialibus, & reuerentialibus, & omnia quæ vxor acquirit suo viro tenetur acquirere & operari. l. etiam. ff. de dona. inter vi. & vxo. Cæterùm si mulier extra operas obsequiales aliquid acquirat ex aliqua arte, fortè quia illa est chirurgica aut obstetrix vel lanifica, tunc sibi & non viro acquirit, quia ad præceptum viri mulier non tenetur operari semper. Bald. in l. si vxor. C. de condi. inser. quem refert & sequitur Boerius decisione 81.

Filiis parricidis pœna imposita.

Tertium autem quod requiritur pro validitate talis donationis remuneratorię, quæ à patre filio in potestate fit, est vt ea merita propter quæ pater fa-

Tertiũ requisitũ ad validitatẽ donationis remuneratorię factæ à patre filio.

cit

cit eam donationem, non excedant valorem meri-
61 torum, seu vt ea merita sint æquiualentia rei donatæ, hoc est vt filius non plus consequatur à patre ex illis meritis, quàm fuisset consequutus aliquis extraneus, si illa merita alicui præstitissent. ita Ias. in d. l. si donatione. per cap. relatum. de testamentis, in illis verbis iuxta seruitij meritum, & illud quod meritum excedit, non valebit, vt ibi per Iaso. & his tribus concurrentibus donatio ob benemerita facta à patre filio in potestate valeret, aliàs redderetur inualida. plenè Bartol. in d. l. si fortè. ff. de castren. pecu. & per Ias. post alios in d. l. si donatione. & per consequens ibi concluditur quòd talis donatio remuneratoria non imputatur in legitimam, vt iam fuit conclusum, & sic talis donatio valet.

62 Quinta erit limitatio ad eam regulam, quòd donatio à patre filio in potestate facta non valet, quãdo ea donatio fieret à patre filio contemplatione matrimonij, & in contractu matrimonij, vt vulgò fit, vt ille qui est matrimonium contracturus, facilius & expeditius matrimonium possit contrahere, & fit etiam propter filios nascituros, de qua plenè Guid. Pap. decis. 145. quæ donatio valet ex generali regni consuetudine, de qua ibi Guido. Papæ, & Chass. in com. in cõs. Burg. in tit. *des droits*. in rubric. num. 34. & Boer. decis. 353. num. 10. quod procedit dummodo fiat hæc donatio tempore contractus matrimonij: eo enim casu valebit talis donatio facta fauore matrimonij, quòd si iam contractum fuisset matrimonium, & postea fieret talis donatio eo fauore matrimonij quod iam fuerat contractum, non esset firma talis donatio, quia ibi causa matrimonij iam contracti, esset solum causa impulsiua, sed quãdo quis donat causa matrimonij contrahendi, & vt quis facilius matrimonium consequatur, tunc fieret ea donatio propter causam finalem ipsius matrimonij contrahendi: & sic bene teneret talis donatio. Boer. in ea decis. num. 10. & est sententia Oldrandi consi. 5. quamuis contrarium videatur tenere Guid. Pap. decis. 145. in fine.

Quinta limitatio, quòd donatio à patre filio facta valeat.

Donatio facta fauore matrimonij ad hoc, vt effectum habeat, debet fieri tempore cõtracti matrimonij.

Sexto ea regula limitatur quæ habet, quòd donatio facta à patre filio in potestate, vt non procedat fauore dotis, & in constitutione ipsius dotis facta filio, quæ dotis constitutio statim valet. l. Pomponius. ff. de dote prælegata. quinimo vbi pater cessaret dotem filiæ constituere, ad hoc cogi posset officio iudicis. per l. qui liberos. ff. de ritu nup.

63 Septimo limitatur vbi ea donatio fieret à patre filio militi, & in causam militiæ & peculij castrensis, nam fauore militiæ valebit talis donatio. l. si filius. C. fami. erc. quod procedit duobus concurrentibus, qualitate scilicet personæ, cui donatur cũ sit miles; & qualitate rei quę donatur, vt quando donantur arma, equi aut bellum vexillum, aut quid aliud aptum ad ipsum bellum: & quod bello inseruire possit: his enim duobus concurrentibus talis donatio præsumeretur facta in causam peculij castrensis, & statim valida erit. dict. l. si filius. Lucas de pen. in l. 1. de castren. pecu. lib. 12. C. & ibi additio. tertium additur, scilicet quòd talis donatio fiat militiæ contemplatione, per eam l. 1. de castrẽ. pecu. vnde ex his sequetur, si pater filio donaret rem immobilem, quòd talis donatio rei immobilis facta filio militi non valeret, quia non esset habilis ad seruitium militare, debet enim dari res mobilis apta ad bellum, Ioannes de pla. in ea l. prima, de castrensi pecul.

Septima limitatio in donatione facta filio militi in causam militiæ & tribus interuenientibus.

Idem censendum erit in donatione quæ fit à patre filio in causam peculij quasi castrensis, pro cu- 64
ius validitate tria debent interuenire, nempe filij qualitas quòd sit aduocatus vel doctor, qualitas rei quæ donatur, quòd sint libri, vestes, & quid aliud simile: & quod contemplatione illius peculij quasi castrensis, & in causam illius fiat talis donatio, vt per doctores in illis locis, & de hac re plura in limitatione sequenti.

Octauò limitatur ea regula, quòd talis donatio non valeat facta à patre filio in potestate, quando fit ea donatio filio in causam studiorum, quæ donatio ita facta statim valet. l. quæ pater. ff. fami. erc. Bal. 65
expressè in l. 1. ff. solut. matrimo. quam tamen opinionem Alex. ibi reprobauit, & tenet eam donationem, quæ fit causa studiorum non valere, & neque ea l. quæ pater. hoc probat ex Alexandri sententia, quia loquitur in donatione facta in filio emancipato, nos verò loquimur in donatione facta filio in potestate: quare hæc quæstio redditur dubia an talis donatio facta causa studiorum valeat. Bald. vt iam dixi, tenet eam valere, & præter eam l. quæ pater. adduxit hoc argumentum, causa studij inquit Bal. 66
& fauor dotis æquiparantur, & in idem concurrũt, valet autem dotis constitutio facta filiæ fauore dotis, vt iam superius fuit probatum, ergo valebit talis donatio facta fauore studij, sed tale argumẽtum videtur leue, quia maior non procedit, non enim concurrunt fauor dotis & studij, & inter ea datur medium & non paruum, quia res prohibita alienari, & subiecta restitutioni, licet non possit alienari. authen. res quæ. C. com. de leg. tamen fauore dotis poterit alienari. d. authen. non tamen poterit fauore studij, cùm hoc lege non caueatur, & erubescimus sine lege loqui: cùm tamen in dote hoc sit 67
statutum, ergo tale argumentum cessat, & hæc erit vna causa, per quam res subiecta restitutioni poterit alienari, nempe propter dotem soluendam, poterit etiam res subiecta restitutioni alienari de consensu fideicommissarij, & illius cui ea res est restituenda, & tenebit talis alienatio in præiudicium fideicommissarij, qui tali alienationi consensit, poterit tamen ille fideicommissarius aduenientе restitutione prætium rei venditæ ab ipso hærede vendẽte repetere, non obstante suo consensu, ita Curtius iunior consil. 4. num. 22. per l. si fundum per fideic. ff. de leg. 1. & ibi Bar. Sed quamuis illud Bald. argumentum sit leue, opinionem tamen Bald. tenet Ias. in d. l. 1. quam communem esse ibi asserit, & quam ibi tenent Bar. & Ang. in ea l. 1. ff. solu. matri. & Roma. in l. donatio. §. pater. ff. de dona. & non obstante Alex. contradictione video Bald. opinionem communem esse, à qua inquit Ias. non est recedendum in iudicando: & neque in contrarium facit ea l. quæ pater. quæ quamuis loquatur de filio emancipato, non sequitur quin locum habeat & 68
in filio in potestate, & neque faciet in contrarium, quòd ibi loquatur de filio emancipato, & quòd possit & debeat intelligi, & in filio in potestate facit, quia si loqueretur solum de filio emancipato, illa lex esset de indubitabili, quia nemo dubitat quin valeat donatio facta filio emancipato, quare si solum eam legem referamus ad donationem factam filio emancipato, ea lex nihil dubij habebit, quare vt ea lex decidat casum dubitabilem, & quem debet decidere,

Octaua limitatio in donatione facta a filio in causam studiorum.

Declaratio l. quæ pater. ff. fa. erc. an locũ habeat, & in filio in potestate.

BIU Cujas

decidere, dicemus eam legem locum habere, & in donatione facta filio in potestate causa studiorum, per l. quod labeo. ff. de car. edi. & ibi gloss. quinimo à fortiori hoc ex ea lege inferri posset, nam si verum sit, quòd pater motus amore paterno det filio emãcipato causa studiorum, qui emancipatus est ipsi patri extraneus. §. emancipati. de hæred. quæ ab intest. à fortiori præsumendum erit patrem donãtem aliquid filio in potestate causa studiorum, velle talẽ donationem illi valere, quam non teneatur conferre sicuti non tenetur conferre emancipatus, maior enim cura debet tangere patrem erga filium in potestate quàm erga emancipatum, quòd si donatio causa studiorum facta à patre emãcipato teneat, ergo & filio in potestate, & hoc fauore studij facit ad hoc sustinendum ratio legis, quæ semper debet attendi, & non facti narratio, sed ratio quæ ponitur in ea l. quæ pater. militat in filio in potestate, quinimo maior, nempe causa pietatis, quæ maior debet esse erga filium in potestate quàm erga emancipatum: quare si pater administrando expensas filio emancipato studiorum causa, ita videatur donare, vt nolit eas conferendas esse causa pietatis, ergo pater faciendo expensas filio in potestate causa studij, videtur causa pietatis eas ei donare, ita vt nõ cogatur eas conferre, & ea ratio militat in vtroque casu, ergo & idem ius: quin & maius ius debet statui. authen. multo magis. in authen. de sacro. eccle. & neque curandum est, quòd ibi fiat mentio de filio emancipato, quia exempla non restringunt regulam, vt per docto. in l. precibus. C. de impu. & quòd hæc lex locum habeat, & in filio in potestate, tenet Albe. de Rosa. in dict. l. quæ pater. & ibi etiam Salicetus.

Et neque obstabit eam opinionem sustinendo casuillũ illud, quod à contrario sensu colligi volunt ex ea lege, quòd cum ea l. loquatur de filio emãcipato, ergo secus statuẽdum erit in filio in potestate, nam dico quòd ibi ponitur quæstio facti, quæ iureconsulto proposita fuit, & ab ipso decisa, sed non sequitur quòd in fortioribus terminis idem sit statuendum, & in filio in potestate, & non sumi debet ar-
69 gumentum à contrario sensu à facti narratione, ad hoc vt concludat, vt per doctor. in l. 1. ff. de offi. eius. quare hæc, & similia leuia argumenta non officiunt quin teneamus hanc conclusionem veram, quòd talis donatio facta à patre filio in potestate causa stu-
70 diorum valeat, & hoc etiam suadet fauor studij: duobus tamen concurrentibus, nempe qualitas rei donatæ, quæ conueniat scholastico, vt si det libros qui scholastico conueniunt, & qualitas personæ filij, nempe vt sit scholasticus, & ita libri dati scholastico filio essent illius, cùm ea duo conueniant, sicuti in simili dicimus de donatione facta filio militi, quæ tunc valeret si qualitas rei datæ conueniat militiæ, vt si dentur arma, & quòd qualitas adsit filio, nempe quòd sit miles. l. si filius. & ibi doctor. C. fam. ercis.

Quam regulam comprobo ex l. 1. de castr. pecu. ibi enim res donata erat filio eunti ad castra, & ibi est casus eam donationem esse validam, ibi ergo ille filius ibat ad castra, & valet donatio, non enim ibi ponitur quòd filius esset miles, sed tantum filio eunti res data fuerat, à simili ergo donatio facta filio studenti, & causa studiorum debet valere, cùm eadem debeat esse causa peculij castrensis, & causa peculij quasi castrensis, & sic hæc conclusio videtur comprobari, quòd talis donatio facta filio etiam scholastico causa studiorum sit valida, per eam legem 1. ibi eunti ad prelium, nam scholastici studendo student, vt eunt ad quid maius, cùm sint in viatico, vt eò tendant, & vt aliquando gradum doctoratus consequi valeant. l. cùm filius. ff. de iudi. & hoc tenet Sali. in d. l. quæ pater.

Ad quam regulam sustinendam me mouet fauor studij, cùm iura tam ampla priuilegia concesserint 71 studentibus, & in fauorem doctorum regentium & scholasticorum, de quibus in auth. habitu. C. ne filius pro patre, & neque mihi placet quorundam distinctio, qui ita in hac quæstione distinxerunt, vt dicant donationem factam filio doctori studiorum causa valere, factam verò scholastico, non. quin teneo talem donationem factam etiam filio scholastico causa studiorum valere: quod probo, & per eam l. quæ pater, & per eam l. 1. ibi eunti, duobus tamen interuenientibus, quòd filio detur existenti in studio, & quod conueniat studio, & quod detur studij contemplatione, & in causam illius, & hoc tenet Odofredus in ea l. 1. de castr. pecu. & Ange. in l. si emancipati. C. de colla. & Bald. & Salic. in l. si filius. C. fami. ercis. & hanc opinionem tenet gl. in l. filiç cuius. C. fami. ercis. licet ibi Bald. teneat contrarium.

Multa priuilegia scholasticis concessa.

Non obstabit quòd filius scholasticus cùm non sit doctor, ergo non poterit acquirere in causam peculij quasi castrensis, quia non potest negari quin filius quamdiu studet, non sit in viatículo, vt tandem ad eum gradum perueniat, & ad aduocati officium, & iustè in vtilitatem scholasticorum hæc opinio potest sustineri, in quorum fauorem multa priuilegia fuêre concessa, & inter cætera habent hoc priuilegium, vt quamdiu sunt in scholis, habeant tres iudices, præsidem prouinciæ, episcopum, & rectorem vniuersitatis. Alterum est quòd est in electione eorum, coram quo velint conueniri. dict. authen. habitu. licet aliàs in reo habente priuilegium vt possit conueniri coram pluribus iudicibus sit in electione actoris, coram quo velit reum conuenire & hoc ne sit in potestate rei an debeat, quia semper variaret. l. cum clericis. & ibi Salic. C. de epis. & cle. habent & hoc priuilegium, vt si accesserint ad aliquem locum causa studij, quòd tempore eorum studij non possint conueniri pro contractibus alio tẽpore gestis. sed habent ius renouandi domum. Pau. Castren. in l. 2. §. legatis. ff. de iudi. licet aliàs quis ratione contractus conueniri possit, si ibi reperiatur. l. hæres absens. ff. de iudi. & ibi doctor. & in d. §. legatis. habent & priuilegium non soluendi gabellas vel pedagia, & hoc pro eorum libris, & aliis rebus necessariis, quę vehuntur ad locum studij, de quibus non tenentur soluere aliqua vectigalia, nec pedagia: & si de facto exactores exegerint ab ipsis pedagiũ aliquod pro eorum rebus, tenẽtur ad quadruplum. ita Bald. ibi. Aliud est priuilegium, quòd non est licitum inuadere domum alicuius scholastici, & si quis eam inuaserit, ille talis inuadens committit sacrilegium. Alex. in addi. ad Bald. in l. qui. §. si publicè. ff. de adult. habet & aliud priuilegiũ, quòd licet iure canonico obtinens beneficium curatum teneatur intra annum promoueri ad sacros ordines. c. licet canon. de elec. in 6. tamen scholasticus si obtinuerit curatum beneficium non potest

Filius quandiu studet est in viaticulo.

Est in potestate actoris coram quo velit reum habentem priuilegiũ, vt possit conueniri coram pluribus iudicibus conuenire.

cogi

cogi promoueri ad presbiteratum vsque ad septennium, ex priuilegio, sed illi satis erit si interea promoueatur ad subdiaconatum. c. cum ex eo. de elec. in 6. quamuis aliàs curata beneficia solis presbiteris conferri debeant, aut saltem illi qui intra annum teneatur promoueri ad sacros ordines, & episcopus secus dispensare non posset, nec ex eo rigore aliquid relaxare. d.cap. licet canon. patroni verò laici pos-

Patroni laici, possunt alterare & remittere ordinationem testatoris factã in fundatione capellæ.

73 sunt ordinationem testatoris factam in testamento, in fundatione alicuius capellæ alterare & remittere, quæ remissio & alteratio fieri poterit de consensu ipsorum patronorum, quod expresse annotauit Dec. consil. 121. num. 3. datur & aliud priuilegium ipsis scholasticis, quia si semel filius incœperit studere de voluntate sui patris, non potest patrem pœnitere, & neque poterit filium ab studio reuocare. Bald. post gloss. in l. Macedonia. C. ad senat. Macedo. quod intelligi potest, nisi apparuerit filium esse rudem & indocilem. per l. Stichus. ff. de leg. 3. Feli. in rub. de mag. tenetur enim pater non solum ad alendum filium, sed & ad præstanda ea quæ suadet pietatis ratio. cap. si quis. 30. dist. quod facit pro ea opinione quam suprà tenuimus, eam l. quæ pater intelligi non solum in filio emancipato, sed & in filio in potestate. habet etiam scholasticus priuilegium exemptionis, & excusationem etiam ab omnibus muneribus. l. 1. qui ætate. lib. 10. C. & hæc priuilegia & similia habent scholastici, dum tamen reperiantur descripti in matricula. gloss. in l. eos. C. de offi. mag. mili. & hoc in vniuersitate famosa, & approbata, in qua velint promoueri ad aliquod examen: habent & hoc quòd si velint promoueri in aliqua vniuersitate, & habeant aliquem ex doctoribus suspectum, poterunt eum doctorem quem habent suspectum recusare. cap. causam quæ. de offi. & potest. iud. deleg. & ibi Panor. & Feli. habent & aliud priuilegium, quia si scholasticus domum conduxerit, finito tempore si velit demum eam domũ reconducere, pro tempore sequenti erit ille præferendus alteri pro eodem prætio quod alter offert. per textũ in c. 1. & ibi doct. de locato. & Boer. decis. 107. Ioã. de platea. & Reb. in l. congruit. de loca. rerum ad fiscum. lib. 12. C. item & canonici studentes poterunt in absentia grossos fructus percipere, dum tamen de licentia episcopi studeant. Boer. dec. 17. num. 3.

Priuilegia doctorum regentium.

74 Doctores etiam regentes habent & alia priuilegia, & dicuntur propriè doctores in iure ciuili, canonico, & Theologia: in artibus verò appellantur magistri, & hoc ex generali consuetudine, vt per gl. in cle. 2. de magi. in cle. imprimis ergo doctores dicuntur esse in dignitate, & sic doctoratus dicitur dignitas. cap. quando de magist. & ibi doctor. & Bar. in pro. Codicis. sunt autem immunes ipsi doctores ab omnibus muneribus personalibus. l. sancimus. C. de aduo. di. iudi. ex quo infertur quod nõ tenentur ad custodiam murorum & portarum: sunt etiam immunes à muneribus patrimonialibus. l. medicos. de pro. & medi. lib. 10. C. Ioannes de Platea. in l. 3. de mune. patri. lib. 10. C. quod tamẽ hodie non seruatur ob edictum regis Francisci primi huiusce nominis, qui reiecit omnia priuilegia personalia, per quæ quis erat exemptus à contributione talliarum, per quod edictum maximè fuit derogatum priuilegiis & doctorum & scholasticorum, quia iure ipso, & priuilegio personali doctores regentes, & scholastici immunes erant ab omni contributione, nunc autem per illud edictum tenentur contribuere pro bonis ruraribus quæ possident, sunt etiam immunes ab hospitiis militum, & à quibus doctores legum regentes excusantur, vt plenè per Chassa. in catalogo Gloriæ mundi, in sexta parte, in trigesima secunda consideratione, hoc tamen in quibusdam vniuersitatibus receptum est, vt spurij, licet sint infames infamia facti, non tamen repellantur, si velint admitti ad gradum doctoratus. Card. in cle. 2. de magistris. sed in vniuersitate nostra legali in ciuitate Montispessulani spurij, quin nec naturales admittuntur ad eum gradum sumendum: fit enim ibi attestatio de moribus, & natalibus, priusquam quis ad eum gradum assumi possit: & oportet quòd constet promouendum esse legitimum, & ex vero matrimonio progenitum, priusquam ad eum gradum admitti possit, & tenet Card. in ea cle. quòd omnis ætas est sufficiens ad sumẽdum gradum doctoratus, dum tamen illi adsit, & scientia, & doctrina. habent & hoc priuilegium nõ solum doctores, sed & alij literarum studiosi, & in eorum fauorem faber vicinus, ob studij impedimẽtum poterit expelli, ne illis studentibus noceat. Iason in l. 1. num. 46. ff. solut. matri. Sunt & alia priuilegia ipsis doctoribus concessa, quæ quiuis legendo poterit colligere, sed hodie male obseruata. Cùm ergo ex his satis pateat scholasticos donatos esse multis priuilegiis, poterimus & illud inferre, quòd valet donatio filio facta fauore studij: & ex hoc sequetur, cùm valeat talis donatio, libros donatos à patre filio in potestate causa studij, non imputari filio in suam legitimam, cùm talis donatio à principio teneat: sed nec expensas quas pater exponit suo filio studenti, per eam l. quæ pater. super verbo, administrauit.

Libri filio dati causa studij nõ imputantur in legitimam.

At vbi præualeret contraria opinio, talem donationem non valere, & sic eos libros computandos in legitimam, & conferendos cum aliis fratribus: hoc esset notandum, quòd filius præcisè non teneretur eos libros restituere, sed liberandus esset, præ- 76
stando pretium illorum librorum, vel pretium cõferendo. Ias. in l. filiæ. num. 10. C. de colla. qui valor esset habendus prouti est tempore mortis patris non quanti perempti fuerint, vt ibi per Ias. & in hoc adhuc ipsis filiis fauetur, cùm teneantur eos libros conferre, non vti empti fuerint, sed vt est valor tempore mortis patris, quia habent filij memoriam localem in eis libris, qui quidem libri sunt præsidia studiorum, quæ præsidia quinque esse censuit Laurentius Valla, qui conquestus fuit sibi defuisse 77
libros qui essent vnum de quinque præsidiis literarum, demum consuetudinem literatorum, oportunitatem loci, ocium, animi vacuitatem, & libros ipsos, & hęc censentur esse quinque præsidia literatorum, quorum singula si desint, afferũt studiosis plurima incommoda.

Quinque præsidia scholasticorum.

Nona erit limitatio ad regulam, quòd donatio 78
non valeat inter patrem & filium in potestate, nisi talis donatio iuramento patris esset confirmata, tũc enim vinculo iuramenti talis donatio confirmata esset, omne enim iuramentum quod seruari potest sine præiudicio salutis æternę seruandum est. c. cum contingat. de iura. authen. sacramenta. C. si ad. vendi. Ias. post alios in d. l. frater à fratre. circa finem. C. de condi. iud.

Nona limitatio in donatione iuramento firmata.

Remanet

BIU Cujas

Remanet ergo firma ea regula, quòd donatio simplex facta à patre filio in potestate, non valet: morte tamen confirmatur, nisi in casibus iam dictis & limitationibus supra positis, & in illis casibus in quibus valet ea donatio simplex, non imputatur in legitimam, per eam l. si quando. C. de ino. testamẽt. & Ias. in authentic. ex testamento. C. de colla. nisi pater hoc in suo testamento expressisset, vt imputaretur, quia tunc esset imputanda per eam l. si quando. §. generaliter. aliàs non.

Restat etiam ex supradictis hæc regula in hac materia imputationis, quòd id quod filius à patre vel à matre habuit titulo lucratiuo inter viuos in legitimam imputare tenetur, quæ regula cum suis limitationibus fuit declarata.

Tertia & principalis conclusio in hac materia imputationis erit, id quod filius capit in vim vltimi iudicij à testatore sine titulo legati, institutionis, vel
79 prælegati, vel ratione modi, vel fideicommissi id totum in legitimam imputatur. l. scimus in princi. C. de inoffi. testamento. Bart. & Paul. Castr. in l. quartam. ff. ad l. Falc. authen. nouissima. ibi, quoquo relicti titulo. C. de ino. testamento. quia hæc omnia capiuntur ex substantia testatoris: ergo in legitimam erunt imputanda, & hoc procedit siue filius id capiat iure difformi siue iure vniformi. cùm tituli difformitas in suppletione legitimæ, siue in illius imputatione non consideretur, & neque illius habenda est ratio. Bartol. & Paulus Castren. in d.l. in quartam.

Tertia cõclusio in materia imputationis.

Tituli difformitas non consideratur in imputatione circa legitimam.

Non tamen imputat filius in suam legitimã, quod
80 capit iure substitutionis aut iure accrescendi, sed nec imputat in suam legitimam, quod filius primi matrimonij capit ex remedio. l. hac edictali. C. de sec. nuptiis, quia id filio obuenit ex legis beneficio,
81 & non ex patris iudicio. Alex. cons. 27. in 5. vol. & Franciscus Marci. decis. 85. in 2. parte, & Cor. cons. 33. in 1. volum. cùm ea capiat filius extra substantiam testatoris, licet aliàs prouenerit ex illius substãtia. d. §. repletionem. ibi, non si quid ex aliis. & ex his infertur, quòd donatio simplex facta filio in potestate, quæ morte patris confirmatur, & quæ non statim valet, in legitimam erit imputanda, quia talis donatio habet vim relicti & legati, & legata imputantur, ergo & tales res donatæ per do-
82 nationem, quæ morte confirmatur, imputabuntur, vt iam dictum fuit.

Quarta erit conclusio, quod filius capit à testatore causa conditionis implendæ non imputat sibi in suam legitimam. Bart. in d.l. in quartam per illum
83 textum, Salic. in l. filius quem. C. fam. erc. num. 4. & ibi Ias. num. 8. ratio conclusionis est, quia id filius videtur capere tanquam extraneus, & cum labore, quia tenetur cõditionem adimplere, quare id quod consequetur ex ea causa sibi non debet imputare in suam legitimam. Bar. & alij in d.l. in quartam. olim quidem imputabatur filio in legitimam. per l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de ino. testamento. hodie verò quod datur causa conditionis implendæ, non imputatur filio in legitimam, quia illud non est de bonis hæreditariis: & debet solui legitima de bonis ipsis hæreditariis. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testamento. ita Paul. Castren. in d. §. si conditioni. num. 2.

Quinta erit conclusio, filius in suam legitimam

Quinta conclusio.

sumptus pro eo factos à patre pro delicto ipsius filij imputat in suam legitimam. est additio super Salic. 84
in l. filiæ cuius. in verbo præcipuè. C. fam. erc. cùm illud culpa filij euenerit, quare equum est, vt sibi imputet tales sumptus factos propter suum delictum.

Filius in suam legitimam imputat sumptus à patre factos pro delicto filij.

Sexta conclusio, sumptus à patre factos in honorem seu in decus filij sui aut filiæ, non imputat filius 85
aut filia in suam legitimam. l. 3. in fi. & ibi gloss. ff. de mu. & hono. Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bo. Felin. in d.l. filiæ licet. vnde infertur quòd filius non imputabit in suam legitimam sumptus seu expensas à patre expositas in assumptione gradus ipsius filij, vel in promotione alterius dignitatis, nec tenetur imputare expensas à patre expositas pro ipsius filij redemptione à captiuitate. Sali. in eo loco. Idem censendum erit de expensis à patre expositis in nuptiis filiorum aut filiarum, idem censendum erit de expensis quas pater exposuit pro obtinendo officio in filij vtilitatem. doct. vbi supra. & Salic. ibi, num. 19. quæ expensæ ita factæ, nec illæ quæ factæ sunt in apparatu nuptiarum filiorum in portione legitimæ non imputantur, nec etiam expensę à patre expositæ in studiis pro filiis, vt per doctor. in illis locis.

Sexta cõclusio.

Filius in suam legitimam nõ imputat expẽsas à patre expositas pro ipsius filij redemptione.

Vestes tamen datę filiabus aut filiis in contractu 86
matrimonij, & alij apparatus dati filio quando cõtrahit matrimonium bene filiis imputabuntur in eorum legitimam. Alex. cons. 117. num. 10. in 6. volum. Item & iocalia quæ à patre filiæ data sunt tempore nuptiarum, & in cõtractu matrimonij cõputantur in legitimam, cùm ea sint de accessoriis ipsius dotis. Alex. cons. 27. num. 7. in 5. vol. & 154. in 7. vol. num. 15.

Sed posset occurrere dubium, an alij fratres aut sorores audiendi essent dicẽdo se velle tantumdem expendere in sumendo gradum doctoratus, aut circa solemnitates matrimonij, sicuti factum fuit, & obseruatum in aliis fratribus? dic quòd non, & neque in hoc audiendi essent, quia quando pater faciebat tales expensas, id agebat volens & de sua pecunia: ideo fratres alij patre mortuo non habent quòd conquerantur de patris liberalitate. Salic. ibi.

Fratres nõ possunt petere vt tantumdẽ possint expendere sicuti pro alio expensum fuit.

Septima erit conclusio, beneficium ecclesiasticũ à patre in vtilitatem filij, & expensis patris obtentũ Septima conclusio.
aut officium quod nec vendi nec ad hęredem trans- 89
mitti potest, aut expensæ à patre factæ in prosecutione illius aut officij aut beneficij, seu pro bullis habendis ad illud beneficium obtinendum, non imputantur hæc omnia filio in legitimam, sed ea habet filius vt pręcipua, & nihilominus suam legitimam consequi poterit. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testamento. Boer. decis. 14. & hoc est quòd ibi imperator militiam appellat; quæ nec vẽdi debet, sicuti non imputat in suam legitimam id quod filio donatum est studiorum causa, sed nec expensas ibi factas, vt iam fuit declaratum. Salic. in d. l. quæ pater.

Octaua & vltima conclusio erit, donatio remuneratoria facta à patre vel à matre filio, non illi in
suam legitimam imputatur, quia talis donatio ita 90
facta cadit in causam peculij aduentitij: & aduentitia non conferuntur. l. vlt. C. de colla. ergo nec ea donatio remuneratoria, de qua re superius satis tractatum fuit, & ex his satis colligi possunt, quæ in

Octaua conclusio.

Donatio remuneratoria non stipulatur in legitimam.

legitimam

BIU Cujas

legitimam filij sunt imputanda, & quæ non.

Et priusquam ad alias quartas condescendamus,
91 hæc quęstio decidenda est, an legitima ascendẽtibus debita sit, & quãta illa debeat esse in bonis suorum descendentium, dicendum est legitimam ascendentibus in bonis suorum descẽdentium debitam esse, & illis in testamentis illorum descendentium in casibus in quibus testari possunt, debitam esse. l. nã & si parẽtibus. ff. de ino. test. quod procedit vbi ille filius nullos filios haberet: quia si filius habens patrem, liberos habeat, & possit testari, tunc ille filius
92 non teneretur suis ascendentibus legitimam relinquere. l. pater. & ibi Bartol. Paul. Castren. & alij. ff. de ino. testamento. & sic filius habens filios in casu in quo testari potest, non tenetur suis ascendẽtibus legitimam relinquere, aliàs sic. hodie etiam tenet Ioan. de Garr. in auth. ex testamento. nu. 22. C. de secun. nupt. est autem legitima ascendentium in bonis descendentium triens, ex sententia omnium doctorum, in authentica nouissima. C. de inoffic. testamento. & sic est aucta ea legitima ascendentium, cùm antea solùm esset quarta pars: & si pater solus sit, habebit eum trientem, si verò sint & pater & mater, ille triens inter eos diuidetur.

Legitima ascẽdentibus debita est in bonis descendẽtium vbi nulli stant liberi ex ipso descendente.

Legitima ascẽdentium est triens.

Nunc verò verba faciemus de quarta Trebellianica, & de his quæ in ipsam quartã imputantur, de-
93 betur autem hæc quarta Trebellianica hæredi grauato de hæreditate restituenda, de qua in eo titulo, ad senat. consl. Trebel. & in tit. de fidei. hæred. instit. si quis ergo grauetur hęreditatem restituere adueniẽte die restitutionis eam restituet, retenta prius quarta parte hæreditatis, & hoc procedit siue hæres grauetur in testamento, siue in codicillis. l. filius. ff. ad l. Falc. & amplia etiã si quis grauetur ex vi illius clausulæ codicillaris, vt si quis in suo testamẽto Titium hæredem instituat, & dicat si testamentũ non valet iure testamẽti, ꝙ valeat iure codicillorum, si demũ mortuo testatore testamentum aliquo vitio deficiat & ob id venientes ab intestato succedant, tunc illi cogentur hæreditatem in vim illius clausulæ restituere, sed retinebunt quartam hæreditatis. Bartol.
94 in l. 1. ff. de iure codi. quòd si plures sint hæredes instituti & grauati, quilibet ex hęredibus institutis & grauatis aduenięte die restitutionis, poterit quartam retinere, & hoc ex ea parte, quæ ad quemlibet peruenit, vt si duo filij instituti & grauati sint, & alter eorũ decedat sine liberis, tunc ille, aut eius hęres ex ea dimidia habebit quartam. ita tenet Pau. Castr. consl. 86. par. 1. & Chass. consl. 68. & ponit Paul. Castren. ibi optimum exemplum in duobus fratribus institutis & grauatis, si decedãt sine liberis, alter eorum decessit sine liberis instituta sua matre hęrede, decidit ibi matrem hæredem filij ex ea media parte quæ ad filium defunctum peruenerat, debere consequi & legitimam quæ illi filio debita erat, & quartam Trebellianicam, quæ duę quartæ illi filio debitæ erant ex eius parte.

Quilibet ex hæredibus grauatis detrahit quartam.

Videbatur tamen eo casu nullam Trebellianicam
95 detrahi debere, quia Trebellianica debetur hæredi vniuersali. l. lex Falcidia. §. nusquam. ff. ad l. Fal. cùm autem hic sunt duo hæredes, ergo videtur nullam Trebellianicam hic debitam esse, sed contrarium est verius, & dicendum est: vbicunque sunt duo hæredes grauati, quemlibet eorum ex sua dimidia posse suam quartam retinere, quæ dimidia ad quemlibet eorum peruenerat: & hoc etiam tenet Dec. cõs. 135. nu. 2. Alex. consil. 43. num. 4. volum. 2. idem dicendum esset si essent tres hæredes grauati: nam quilibet ex sua tertia parte suam quartam consequetur. Roma. consi. 18. Dec. consi. 435. nume. 1. inquit tamen Chassa. eo consi. 67. num. 76. ꝙ si pa- 96
ter suam hæreditatem filiis diuiserit assignando cuilibet certa bona, & sic inter eos sua bona diuiserit, quòd tunc nullus eorum poterit Trebellianicã petere, quamuis reciprocè essent grauati, quia quilibet eorum censetur hæres particularis, qui nullam Trebellianicam detrahere potest, & nullus hæres vniuersalis in eo reperitur, qui potest quartam detrahere & non particularis hæres, quod est bene notãdum, per l. lex Falcidia. §. nusquam. ff. ad l. Falc. & Iaf. in l. filium quem. C. fam. erc. hæredes autẽ plures, si sint vniuersales bene detraherent, nempe qui libet eorum suam quartam.

Trebellianica hæredi vniuersali debetur.

Præterea primus hęres grauatus detrahit, non secundus, qui est substitutus. l. 1. §. inde Neratius. ff. 97
ad Trebel. Bal. in l. cùm virum. C. de fideicommiss. item & hoc notandum est, quòd hæres quidem grauatus aut in testamento, aut codicillis, siue per clausulam codicillarem detrahit quartam, sed si quis in 98
contractu esset grauatus, non detraheret aliquam quartam. Bal. in rub. C. de his quæ in fraudẽ credi. quia tunc ille qui grauatur in contractu non inuitatur ad adeundam hæreditatẽ vt hæres, cùm ea institutio sit facta in contractu & non in testamento. Iaf. in l. post mortem. num. 5. C. de fidei. nam datur ea quarta, vt hæres grauatus adeat hæreditatẽ, quæ ratio cùm cesset in eo casu nostro, ergo & illius dispositio cessabit, & nec hæres institutus gratia fideicommissarij & grauatus detrahet quartam. Baldus in l. post mortem. num. 7. C. de fidei. & in rubrica. C. de his quæ in fraud. credito.

Primus hæres detrahit quartam, & non secundus.

His ergo sic declaratis quibusdam regulis complectemur ea quæ in Trebellianicam sint imputanda, & hæc erit prima regula generalis, omnia quæ 99
hæres institutus haberet si sibi nõ fuisset de illis in testamẽto prouisum, nusquã in Trebellianicã imputãtur, quia ea vt ęs alienũ deducũtur: qđ æs alienũ nõ imputatur. Ang. in l. si patroni. ff. ad Treb. quẽ refert & sequitur Alex. cõs. 21. in prin. in 5. vo. & posita hac regula generali nunc speciales regulas ponemus.

Prima regula de his quæ hæres grauatus imputat in Trebellianicam.

Secunda regula, quod hæres grauatus habet à te- Secũda regula.
statore extra causam testamenti, in quartam sibi nõ imputat, vt si hæres grauatus ex contractu gesto ab ipso hærede cum testatore, aut ab eo à quo testator causam habuit, vel si illi hæredi à testatore aliquid debitum fuerit, ea huiusmodi non veniunt imputãda in eam quartam, immò ea consequetur vt sibi debita, & tanquam quilibet alius cõsequetur, & sic vt proprium poterit sibi retinere: & ex reliquo suam quartam habebit. d. l. in quartam. l. pater filium. ff. ad l. Falc. quare in restitutione illius fideicommissi bona à testatore obuenientia non ex vltima voluntate, sed ex contractu inter viuos, non erunt restituẽda. l. sequens quæstio. ff. de leg. 2. Corn. consl. 228. in 4. vol. nu. 9. Iaf. in l. cũ virum. C. de fideic. & gloss. ibi.

Hęc tamen regula limitatur non procedere, vbi testator hoc expressisset, & dixisset in suo testamẽto, vt ea in Trebellianicã imputarẽtur, nã tũc essent imputãda. l. si debitor. ff. ad l. Falc. aliàs non.

Secundò limitatur vbi filius hæres institutus & grauatus aliquid consequeretur in causam peculij profectitij, quia tũc illud esset in Trebellianicã im-

BIU Cujas

putandum.l. certum. & l. filius quem. ſecundum vnum intellectum. C. fa. erc. de qua re inferius aliquid tangemus.

Tertiò limitatur in debito legati, vt in dote cum dos in Trebellianicā imputatur, vt per Paul.Caſt. in d.l.filius.legitima tamen in Trebellianicā non imputatur, quin filius grauatus, & legitimam & Trebellianicam detrahere poſſit, vt videbimus, & ſic altera in alteram non confunditur, ſed de hac re inferius.

Tertia regula. Tertia regula, quod hæres grauatus capit iure hæreditario, vel iure inſtitutionis debet ſibi in Trebel-
100 lianicam imputari. d.l. in quartam. capit autem hęres iure hæreditario, quod capit tanquam hæres qđ fuit ipſius teſtatoris, & quod non caperet niſi fuiſſet hæres. Paul.Caſt. in d.l. in quartam. nume. 6. & ibi Alex. etiam poſt Barto. & ratio eſt, quia Trebellianica detrahitur ab hærede, ne ille hæres habeat nomen hæredis in vanum, at non habet nomen in vanum cùm detrahit quartam, ergo illud quod capit ex ea hæreditate, debebit computare.

Quarta regula Quarta regula, quod capit hæres ex teſtamēto, aut aliàs iudicio teſtatoris titulo particulari, quod non eſt ex hæreditate teſtatoris, totum ſibi computat in Trebellianicam. & hoc ſiue illud conſiſtat in pecunia, ſiue ſit ſpecies, & ſiue illud hæres accipiat à cohærede, aut ab alio. d. l. in quartam. & ibi Bar. & Paul.Caſt. & Alex. ibi.

Quinta regula Quinta regula, hæres grauatus imputat in ſuam Trebellianicam pecuniam hæreditariam quam accipit iudicio teſtatoris, vel quam debet deducere, vel retinere. d.l. in quartā. & l. deducta. §. nummis. ff. ad Treb. Alex. poſt alios in d.l. in quartā. & de hac pecunia idē cenſendū eſt, q̄ de aliis corporibus hęreditariis, cùm non poſſit dari ratio diuerſitatis. ita Alex. ibi, verſi. paſſus eſt magis dubius.

Sexta regula. Sexta regula ſeu concluſio, hęres grauatus cōputat ſibi in ſuam Trebellianicam corpus hæreditariū quod ſibi datum eſt cauſa conditionis implendæ, ſiue illud ſit legatum, ſiue fideicommiſſum tam particulare quàm vniuerſale, cùm illud capiat ex re hęreditaria. d.l. in quartam. & ibi Alex.

Septima regula. Septima concluſio, hęres grauatus imputat in ſuā Trebellianicam prælegatam, reſpectu portionis quā capit iure hęreditario, & non eam portionem quam capit à ſuo cohęrede. d.l. in quartam. & ibi Alex. ver. quomodo hæres. exēplū ſumi poteſt ſi teſtator duobus hæredibus inſtitutis alterum grauauerit, & illi grauato prælegatum fecerit, quod ex hæreditate ſolui debet, & ſi res ea non fuiſſet prælegata, ille cohęres ſolum haberet mediam partem, & alter cohęres alteram dimidiam, ſed nunc in vim illius prælegati, totam eam rem cōſequetur: mediam iure hæreditario, alteram mediam à cohærede: eam autem mediam, quam habet iure hæreditario, computabit ſibi in detractionem ſuæ Trebellianicæ, alteram verò quam habet à cohærede nō imputabit. Pau. Caſt. in d.l. in quartam. num. 7.

Prælegatū quid ſit. Appellatur autem prælegatum, quod vni ex hæredibus legatur, & quod conſequitur vltra eam partem quam habet ex hæreditate. l. in fideicommiſſa-
101 riam. §. ſi legatum. ff. ad Trebel. non enim dici poteſt prælegatum, quod fit vni hæredi, qui ſi eſt hæres inſolidum non poteſt conſequi tanquā prælegatum. l. & quidem. ff. de leg. 1. l. planè. §. ſi duobus. & l. legatum. §. 1. ff. cod. & Cor. cōſ. 14. in 4. vol. in fi. ergo hęres grauatus non imputat per hanc concluſionē, in ſuam Trebellianicam partē rei prælegatæ, quam capit à ſuo cohærede, ſed ſolùm ſuam partē quam habet iure hæreditario à ſeipſo. ratio poteſt eſſe, quia quod capit hæres ex hæreditate, iure ſeu titulo difformi, non imputat in Trebellianicam totum illud: prælegatum autem capit titulo difformi, nempe à ſeipſo, & à ſuo cohærede: ergo eam partem quam capit à cohærede non imputat in ſuam Trebellianicam: ſed ſolum ſuam partem quam habet, quia eſt cohæres.

Octaua concluſio, quod capit hæres grauatus titulo vniformi in Trebellianicā ſibi imputat. d. l. in quartā. quod verò titulo difformi, non imputat. d. l. in quartam. capit autem rem aliquam titulo vniformi, quando rem aliquam habet ſub vno titulo, capit autem titulo difformi, quando rem aliquam habet hęres ſub diuerſo iure, & titulo, vt in re prælegata vni ex hæredibus qui eſt grauatus, & cui factum eſt prælegatum: quia vnam partem prælegati habet titulo hęreditario, cùm ſit cohęres: alteram verò partem habet iure legati vt legatarius, & ita accipit ſub diuerſis titulis, nam habet partem hęreditatis tanquam cohæres, & habet partem prælegati à cohærede tanquam legatarius: & ſic ſub diuerſis titulis conſequitur partem hæreditatis, & partem prælegati, & ad hoc vt quis capiat rem titulo difformi, requiritur quòd illud duplex ius circa eandem rem interueniat. Ita de Monte pico. in d.l. in quartā. & in ſumma qđ capit hæres titulo vniformi, imputat in Trebellianicam, vt eſt illud quod capit iure inſtitutionis, aut legati, aut alio titulo, & eius quod capit iure difformi imputat partem quam capit iure hæreditario, aliam verò non.

Octaua concluſio. 102 Quid ſit capere titulo difformi, & quid capere titulo vniformi.

Nona & vltima concluſio, hæres grauatus imputat in ſuam Trebellianicam fructus perceptos ex hæreditate, quam grauatus eſt reſtituere. l. in fideicommiſſariam. & ibi gloſſ. & Caſtren. poſt alios. ff. ad Trebellian. & in l. mulier. §. ea cauſa. eodem. & hoc fit hac ratione: quia hæres eos fructus percepit iudicio teſtatoris, ergo in Trebellianicam erunt imputandi: quæ tamen concluſio reſtringi debet, vt non procedat quantum ad fructus prouenientes ex quota illius quartæ partis, quæ retinetur pro Trebellianica, quos fructus reſpectu illius quartæ partis hæres grauatus facit ſuos, & non tenetur imputare ſicuti facit ſuam ipſam quartam partem hæreditatis pro iure ſuæ quartæ Trebellianicæ. dict. l. in fideicommiſſariam. eos ergo fructus tanquam prouenientes ex re ſua, & ex ſua quarta, quæ iam ad ipſum grauatum pertinet, non reſtituet, ſed erunt omnino ſui. cùm ipſa quarta. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. Falcid. alios ergo fructus qui proueniunt ex reliquo hæreditatis, tenetur imputare, & ſic erit hæc prima limitatio ſeu reſtrictio ad eam regulam, quòd hæres grauatus computat in ſuam Trebellianicam fructus perceptos ex bonis hæreditariis detracta parte fructuum reſpectu ſuæ quartæ, quæ pars fructuum ad ipſum grauatum pertinebit.

Nona regula. 103

Limitabitur etiam ea concluſio, quòd hæres grauatus computat in ſuam quartam fructus perce-
104 ptos ex hæreditate quam tenetur reſtituere in filiis primi gradus hæredibus inſtitutis & grauatis, qui filij teſtatoris inſtituti & grauati non imputant in ipſam quartam Trebellianicam fructus ab ipſis perceptos

Filij primi gradus non imputant in Trebellianicā fructus hæreditarios.

BIU Cujas

perceptos ex ipsa hæreditate, quod procedit solum in filiis primi gradus hæredibus institutis & grauatis.l.iubemus.C.ad Trebe.& nec locum habet ea lex in aliis descendentibus, nam cæteri omnes descendentes grauati, imputabunt eos fructus perceptos in ipsam quartam, quarta tamen parte fructuum retenta, vt iam dictum est.

105 Hoc tamen erit notandũ,quòd si fructus illi percepti ab hærede grauato ascenderent ad plus quàm sit valor ipsius quartæ, non tamen tenerentur illud plus restituere,sed pertinebit ad ipsos hæredes grauatos,solum imputabunt eius fructus, & si in plus ascendant pertinebit totum illud plus ad ipsos grauatos, & eos fructus lucrabuntur. d.l. in fideicommissariam. Sal.in d.l.iubemus.

Hæres grauatus nõ tenetur restituere fructus perceptos hæreditate, si plus ascendant quam sit valor quartæ.

Et sic hoc erit vnum speciale in filiis primi gradus, vt non imputent in eorum Trebellianicam fructus perceptos ex hæreditate,& quos illi lucrantur: quod procedit etiam si pater testator hoc mandauerit, vt fructus illi à filio percepti computentur in Trebellianicam. quia adhuc non computarentur:

106 ita tenet Antho. Rub. Alexandrinus.consi.1.nu. 18. est & aliud speciale in ipsis liberis primi matrimonij quòd pater in liberis primi gradus qui sunt instituti, & grauati, non potest prohibere Trebellianicã,vt per Sal.in d.l.iubemus.nu.1.& Ias.in l. Marcellus.ff.ad Trebe.Rom. consi.206.nu.6.quamuis aliàs in extraneo hærede instituto & grauato testator

Trebellianica in filiis primi gradus,non potest prohiberi, in aliis autem prohiberi potest.

107 prohibere possit Trebellianicam: vt est cõmunis opinio quòd in extraneo hærede grauato Trebellianica prohiberi possit.auth.sed cum testator. C. ad l. Falc.& ibi doct.& in l.Marcellus.ff. ad Trebel. Bertrandi consi.130.& consi.246.in 3. vol. consi.Gui.Pa. decis. 51.& Papon ita iudicatum fuisse refert in suo *Recueil des arrests*.in tit.*de la detractiõ des quartes*.arrest. 2.& Sal.in d.l.iubemus.Ant.Rub.Alexãdrinus in eo cõs.iã allegato. & quod magis,ibi tenuit eã Trebellianicam posse prohiberi etiam in filiis primi matrimonij, quæ tamen opinio est contra receptam omnium sententiam & opinionem,& quam communẽ opinionem tenet Dec.consi.81.nu.3.Alex.5.in 3.volu. Roma.consi. 106.& Gui.Pap. in ea decisione,vbi inquit hoc ita communiter teneri, quòd pater non possit filiis primi gradus Trebellianicam prohibere, quando eos grauat de restituendo hæreditatem, & à qua opinione non puto recedendum.

Alia erit limitatio quòd fructus in Trebellianicã imputãtur,quod procedit in fructibus perceptis ab hærede grauato pendente conditione.post verò cõditionẽ si hæres eos fructus perceperit ex negligẽtia & mora testatoris eos nõ imputat,quia tales fructus perceptos post euentum conditionis ex mora fideicommissarij,qui post euentum conditionis fuit negligens in petendo fideicommissum, & hæreditatem sibi restitui,ipsemet hæres grauatus, aut hæres grauati non tenetur restituere, sed eos facit suos. l. mulier.§.si hæres.ff.ad Trebel.Soc.consi. 42. in tertia parte. & hoc hac ratione, quia hæres grauatus eos fructus percipit magis ex capite negligentiæ ipsius fideicommissarij, & ex mora ipsius in non petendo fideicommissum sibi restitui,quàm ex iudicio testatoris, ideo ille hæres eos percipiens ex mora fideicommissarij non imputat in suam quartam,sed eos facit suos.

Hæc autem regula quòd fructus percepti ab hærede grauato sint in Trebellianicã imputandi, procedit in fructibus perceptis post aditam hæreditatem, vsq; ad euentũ cõditionis. fructus autem qui stabãt 108 tempore mortis testatoris, vel qui adhuc pendebãt tempore mortis illius, & qui demum ab ipso hærede percepti & recollecti fuerũt,illi tales fructus sunt ex ipsa hæreditate cum cæteris bonis hæreditatis. Sal.in d.l. iubemus.Paul.Cast.in d. l. in fideicõmissariam. nu. 3. & sic tales fructus veluti ex hereditate veniunt cum tota hæreditate restituendi tempore restitutionis:sunt enim tales fructus qui erant tẽpore mortis testatoris, & qui etiam ab ipso hærede post mortem testatoris percepti sunt: sunt inquam hæreditarij,& ex ipsa hæreditate, & ob id cum tota 109 hæreditate veniunt restituendi. Paul. Cast. in d.l. in fideicommissariam.

Fructus stãtes tempore mortis testatoris & fructus iam recepti sunt ex hæreditate.

Quid autem de animalibus quę erant tẽpore mortis testatoris,& quæ demum mortua sunt sine culpa hęredis,an hęres grauatus teneatur ad ea reddenda, 110 seu eorum ęstimationem? dic hæredem nõ teneri ad ea reddenda,neq; ad eorum æstimationẽ.l. deducta. §.ante diem.ff.ad Trebel.non enim tenetur hęres si animalia perierint, nec si aliæ res perierint sine sua culpa,tenebitur quidem de his quæ suo dolo aut eius culpa perierint.Dec.consi. 81.1. vol. sicuti etiam 111 non tenetur restituere rem hęreditariam, quæ dietim corrumpitur,sed & nec eius ęstimationẽ, vt per Lancelotum Galiolũ in rep.l.centurio.nu.175. ff.de vulg.& vt sciatur quid sit in hæreditate, substitutus potest cogere hęredem grauatum ad satisfãdum de hęreditate restituenda casu substitutionis aduenien 112 te, vt ibi per eum Lancelotum.

Transeo nunc ad quartam Falcidię,quę quamuis parum sit in vsu,quia tamẽ casus posset euenire,nos aliquid de ea tractabimus, ne nos hæc imperfecta relinquamus. & imprimis sciendum est huic quartę Falcidiæ, tunc demum locum esse, vbi hæres institutus, grauatus est multis legatis vel fideicommissis particularibus, quæ si ab hærede essent soluenda, nihil hæredi relictum esset, qui propter hoc posset hæreditatem recusare, ex qua nullum commodum consequi posset, vt ergo hęres induci posset ad eam hęreditatem adeundam ita onustam legatis, spe alicuius pręmij, cùm ingratus sit ille labor, quem pręmia nulla sequũtur,adinuenta fuit huiusmodi quarta, quam hęres ita grauatus detrahere poterit ex illis legatis particularibus, vbi solutio eorum legatorum dodrantem, & sic octo vncias excederet, & sic hęres poterit quartam partem hęreditatis sibi retinere, & reliquum dare legatariis diuidendum pro rata inter ipsos legatarios, de qua quarta tractatur in illis titulis ad legem Falc.quę autem sint ea, quę hęres ita onustus legatis teneatur in deductionem illius quartę imputare, & quę non, quibusdam regulis id concludi poterit.

Quartæ Falcidię tunc locus erit quãdo hæredit as est onusta legatis vltra dodrantem.

Prima regula seu conclusio hęc erit, hęres quando hęreditas est onusta multis legatis,poterit quartam hęreditatis quam Falcidiam appellamus, detrahere, in quam computabit id quod capit iure hęreditario ex ea hęreditate: exemplum in hoc sumi potest, testator instituto hęrede fecit multa legata, quæ ascendunt vndecim vncias, ita vt solum solutis legatis vna vncia supereſſet, quam eo casu hęres ipse accipiet iure hęreditario, quia autem solutio legatorum ascendit plusquam dodrantem ex reliquo, & ex vndecim vnciis legatis hęres adhuc retinebit tres vncias, & sic computata vna vncia,

114 Prima regula eorum quæ hæres onustus legatis imputat in suam Falcidiam.

BIU Cujas

quam iam accepit ex hęreditate, habebit ſuam quartam iure Falcidiæ, in qua imputat, vt iam dictum eſt eam vnciam quam habuit iure hæreditario. d.l. in quartam.

Secũda regula. Secunda regula, quod hæres onuſtus multis legatis capit à teſtatore, ſed extra cauſam teſtamenti ex contractu inter viuos non imputat ſibi in ſuam Falcidiam. dict. l. in quartam. & hoc procedit etiam ſi teſtator hoc mandaſſet in ſuo teſtamento. l. pater filiam. ff. ad l. Falcid. Id ergo hæres vltra ſuam quartam, habebit tanquam ſibi proprium. dict. l. pater. ratio hæc aſſignatur, quia ea in Falcidiam ſunt imputanda, quæ hęredem poſſunt mouere ad hæreditatem adeundam, ſed id quod accipit hæres ex contractu inter viuos non poteſt eum mouere ad ipſam hæreditatem adeundam, ergo illud non erit imputandum.

Tertia regula. Tertia concluſio, hæres onuſtus legatis non imputat in ſuam Falcidiam quod ſibi à teſtatore debetur, qui ſuum creditorem hæredem inſtituerat, ſed illud ſibi debitum hæres vltra ſuam quartam obtinebit. l. pater filiam. ff. ad l. Falcid. l. in imponenda. & l. initium. C. ad leg. Falcid. ratio eſt quia illud debitum tanquam æs alienum imprimis deduci debet. dict. l. in imponenda. ergo non erit imputandum, quod tamen fallit vbi teſtator, qui eſt debitor, mandaſſet in ſuo teſtamento illud debitum ſuo hæredi imputari in ſuam quartam. l. ſi debitor. ff. ad leg. Falcidiam. Secundo reſtringitur regula in debito ex contractu, & non in debito legati, vt in dote quæ in Falcidiam imputatur. d.l. ſi debitor. & ibi Paul. Caſtr. debitum ergo legale in Falcidiam imputatur, debitum verò non legale non imputatur. d.l. in quartam. & ibi etiam notatur.

Quarta concluſio. Quarta concluſio, quod hęres conſequitur titulo legati aut fideicommiſſi ab alio, & quod non procedit ex rebus hęreditariis non imputatur illi hęredi in ſuam Falcidiam, ſiue illud ſit ſpecies, ſiue pecunia. dict. l. in quartam. in 1. & l. ſi auia. ff. ad leg. Falci. & hoc colligi poteſt ex ſignificatione ipſius Falcidię, quæ eſt quarta hæreditatis, & ea quæ eo caſu habet hęres, non ſunt ex hęreditate, quare non veniunt imputanda. Bartolus & Baldus in l. filius. C. fami. erciſc. niſi teſtator & hoc ita ordinaſſet, vt illud in Falcidiam imputetur, quia tunc bene eſſet imputandum. l. quod autem. ff. ad l. Falcid.

Quinta regula. Quinta regula, quod hæres capit titulo difformi ex rebus hæreditariis in ſuam quartam, imputabit partem ſeu portionem hęreditatis, aliam autem partem non imputabit, & de hoc ita exemplum poni poteſt in prælegato, de quo dic vt dixi ſuperius in Trebellianica, gloſſ. in dict. l. in quartam.

Sexta regula. Sexta concluſio, quod capit hæres cauſa conditionis implendę, non imputat in ſuam quartam Falcidię. d.l. in quartam. & hæc ſunt quę complexi fuimus in hac materia imputationis, in illis trib⁹ quartis, breuius fortaſſe quàm vt res tanta dici & tractari poſſet, perſtrinximus tamen quę erant magis communia & magis approbata, & prius atque his finem faciamus, declarabimus quædam quæ pertinent ad huiuſmodi quartas.

Falcidia prohiberi poteſt. Primò hoc vnum olim dubium fuit, an teſtator Falcidiam in ſuo teſtamento prohiberi poſſet, hodie tamen hoc dubium ceſſat per eam authenticam ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. per quam teſtatori permiſſum fuit prohibere eam Falcidiam, & cùm procedere poſſit argumentum à Falcidia ad Trebellianicam, dubium eſt an hodie liceat teſtatori prohibere Trebellianicam, cùm illi liceat Falcidiã prohibere. Bartol. Bald. Salic. Roma. & alij, in ea authent. ſed cum teſtator. tenent quòd ſicut Falcidia ita & Trebellianica poteſt à teſtatore prohiberi. hoc etiam tenet Bartol. in l. Marcellus. ff. ad Trebel. & hanc opinionem vt magis communem in iudicando & conſulendo ſequendam eſſe affirmat Guido Pap. deciſ. 51. & 534. & Papon in ſuo *Recueil*, in titulo, *de la diſtraction des quartes*, arreſto ſecundo, & quam opinionem vt magis communem ſequutus fuit Steph. Bertrandi, conſi. 130. nu. 4. & 246. tertio vol. conſ. 115 116

Trebellianica ſicuti Falcidia prohiberi poteſt.

Quę tamen concluſio quantumuis ſit magis cõmunis & approbata ꝙ teſtator poteſt in ſuo teſtamẽto prohibere Trebellianicam, ſicuti & Falcidiam, nõ procedit in liberis primi gradus, qui ſi ſint à patre aut matre inſtituti hæredes & grauati, non tamen poterit pater aut mater eam Trebellianicam prohibere, quinimo non obſtante tali prohibitione, conſequentur eorum Trebellianicam, per l. iubemus. C. ad Trebel. vt ſuperius fuit comprobatum. & hãc opinionem vt veriorem approbat Decius conſ. 218. num. 5. 117

Trebellianica in filiis primi gradus nõ poteſt prohiberi.

Hoc autem quod dictum eſt Trebellianicam prohiberi poſſe amplia, vt procedat non ſolùm expreſſè ſed & tacitè, nam & tacitè prohiberi poteſt ipſa Trebellianica per verba generalia, cùm expreſſa teſtatoris voluntas colligatur ex verbis generalibus. Bartol. in l. 1. ff. de vulg. Lance. Galliãla in ea repe. l. centurio. num. 353. ff. de vulg. vt ſi in teſtamento appoſita ſint ea verba à teſtatore, grauo meum hæredem, vt pleno iure hæreditatem reſtituat. l. decem. ff. de fideic. liber. & ibi gl. & Bar. in d. authen. ſed cum teſtator. ad l. Falc. Guid. Pap. deciſ. 537. & ibi inquit eam eſſe communem opinionem, & obſeruaui. vel ſi apponantur hæc verba: volo totam hæreditatem vel bona mea ſine vlla diminutione ad talem peruenire. Galianla in eo loco. nu. 354. & Gui. Pap. ea deciſ. 537. 118

Trebellianica & expreſſè & tacitè prohiberi poteſt.

Quòd ſi teſtator ſolum ea verba adpoſuiſſet: volo totam meam hęreditatem, vel bona mea ad talẽ peruenire, non cẽſeretur quòd teſtator voluiſſet eã Trebellianicam prohibitam eſſe, vt per Galliã. in eo loco. Papon tamen in ſuo *Recueil des arreſts*, arreſto 19. inquit arreſto lato in curia parlamenti Lutetiæ, dictum fuiſſe quartam Trebellianicam non poſſe prohiberi per verba generalia, ſed expreſſè ea eſt prohibenda, & hanc opinionem quòd expreſſè prohiberi debeat Trebellianica, ita vt per verba generalia non ſufficiat, expreſſè tenet Socin. conſ. 14. in 1. volum. per c. Raynutius de teſtamentis. ſed authoritas tantorum virorum ſtat in contrariũ, vt iã fuit deductũ.

De iure autẽ ciuili digeſtorum, nec tacitè nec expreſſè prohiberi poterat ea detractio Trebellianicę. l. qui totam. l. nam quod. §. fi. & l. ſi hæres. §. ſi totũ. ff. ad Trebel. vbi grauatus reſtituere totam hæreditatem, poterat nihilominus quartam retinere: dum tamen ſponte adiret eam hæreditatem, quo tempore nondum erat inducta illa prouiſio prohibitionis Falcidiæ, quæ inducta fuit ex ea authen. ſed cum teſtator, ita Alex. conſ. 201. in 6. volum. 119

De iure digeſtorum nec expreſſè, nec tacitè Trebellianica poteſt prohiberi.

Putarem

BIU Cujas

Putarem autem, cùm in hoc non habeamus expressas decisiones, quòd expresse ea Trebellianica à testatore prohiberi poterit, ad instar Falcidię, sed tacitè nō, ne extēdamus iura ad casus tacitos, cū iura correctoria sint vel maxime corrigenda, extendimus enim authen. sed cum testator, quæ solum loquitur de Falcidia ad Trebellianicam, ergo in eo casu intelligemus vbi expresse prohibetur.

120 Quid detrahē dū ante detractionem Trebellianicę.

Antequam autem ea Trebellianica extrahatur, one æs alienū detrahi debet: demum ex his quæ super erint, ea Trebellianica detrahenda erit. l. & sine. C. ad Trebel. & est additio super Bald. in ea authentica, sed cum testator. & si hæres grauatus æs alienum non exoluerit, ius illud exoluendi pertinebit ad ipsum fideicommissarium, tenebit autem hæres grauatus pro cotta suæ quartæ exoluere creditoribus, & si totam hæreditatem restituerit, aget contra fideicommissarium pro restitutione suæ quartæ.

121 Hæres adiens hæreditatē in vim clausulæ codicillaris detrahit Trebellianicam.

Sed dubitari poterit an veniētes ab intestato qui in vim illius clausulę codicillaris censentur grauati restituere hæreditatem scriptis hæredibus testamēto existente nullo possint Trebellianicam retinere, & eam detrahere? Et omissis dubiis ita concludi solet, quòd virtus illius clausulę positę in testamento: si non valet iure testaměti, quòd valeat iure codicillorum, est, vt hæredes ab intestato videantur rogati restituere eam hæreditatem hæredi scripto salua tamen Trebellianica. Ita concludit Oldran. cons. 171. Dec. cons. 279. num. 4. vel etiam si quis fecerit codicillos in quibus dicat volo hæreditatem meam Titio restitui, quòd tunc venientes ab intestato tenebuntur hæreditatem Titio restituere retenta tamen quarta bene. in verbo, testamentum, 3. nu. 60. & operatur etiam ea clausula quando hæres institutus moritur in vita testatoris, quo casu venientes ab intestato cēsentur rogati restituere hæredi scripto. Decius in eo cons. num. 3. & ibi etiam tenet quòd ea clausula locum habet, vbi testamentum est nullū ex causa præteritionis. & Alex. etiam hoc tenet. cōs. 17. nu. 10. in 3. volu. vbi reprobat Speculatorem tenentem contrarium in §. compendiosę. nu. 21. in titu. de inst. editio. vbi tenuit testamentum non sustineri per eam clausulam codicillarem, vbi hęres decessit viuo testatore, & neque hæredes ab intestato, tunc teneri eam hęreditatem substituto. Alex. ibi tenet testamentum sustineri per eam clausulam codicillarem, etiam si deficiat testamētum ex eo quòd

122 hęreditas non sit adita, nam virtus illius clausulæ ea est, vt si testamentum non valet vt testamentum, quòd tunc illud testamentum censeatur codicillus, quare institutio ibi posita in eo testamento resoluetur in fideicommissum vniuersale, vt valeat illud testamentum ab intestato, iuxta l. Sceuola. ff. ad Trebellian. ita Cornæus consilio 195. primo volumi.

De effectu clausulæ codicillaris.

Et non erit extra rem quęrere, an hęres qui rogatus est restituere hæreditatē vni ex liberis post mortem, si illi restituat ante mortem possit quartam detrahere? dic quòd sic per l. post mortem. C. de fidei. vnde infertur quòd talis hæres restituēdo ante mortem non dicitur donare, sed instituere, nam si hæreditatem restitueret iure contractus, non posset vti ea Trebellianica. Roma. in l. inter stipulantem. §. inter certam. in fin. ff. de verborum obligationi.

Sed an ille qui instituitur hæres ab ipso fideicommissario, qui grauatus est restituere vni ex filiis & grauatur ab ipso possit quartam Trebellianicam detrahere? dic quòd non, quia institutus gratia fideicommissarij, quamuis grauetur de restituendo non detrahit quartam, quia instituitur respectu alterius. ita Baldus in l. post mortem. C. de fideicommiss. nume. 7. & ibi sunt duæ additiones. idem Baldus in rubrica. C. de his quæ in frau. credi. in fine.

Deduci præterea quartam per Trebellianicam idem iudex censuit.

SVMMARIA.

1 *Rebellianica an super vna re sit detrahenda.*
2 *Quarta Trebellianica est quid vniuersale, & sic ex singulis rebus detrahi debet.*
3 *Trebellianica ex singulis rebus & corporibus hæreditariis est detrahenda, cum quibusdam limitationibus.*
4 *Declaratio legis, filius quem habentem.*
5 *Peculium profectitium consistit in rebus mobilibus priè.*
6 *Peculium consistere potest & in rebus mobilibus & immobilibus.*
7 *Legata non debentur nisi à tempore mortis testatoris.*
8 *Verbum, habere, habet duplicem vim.*
9 *Oportet legem aliquid dubij habere.*
10 *Iudex probanti debet credere, & imperator proponens casum ad quæstionem non semper probat, præsupponit omnia sine quibus illius quæstio redderetur inanis.*
11 *Quidam Iustinianum dānarunt, quòd leges obtruncatas reliquerit.*
12 *Melancthon Iustinianum sustinet, vt benemeritum de ipsa iurisprudentia.*
13 *Communes opiniones in iudicando & consulendo sunt sequendæ.*
14 *Species facti fingitur super ea l. filius quem.*
15 *Verba alicuius textus ita sunt intelligenda, vt de facto euenire possunt.*
16 *Peculium à pecude deductum.*
17 *Barbari qui dicuntur.*
18 *Græci, & Latini, omnes alios Barbaros appellabant.*
19 *Testator potest declarare quòd super vna re detrahatur Trebellianica.*
20 *Iudex potest arbitrari, vt super vna re detrahatur Trebellianica.*
21 *Vbi res hæreditariæ non possunt commodè diuidi, tunc ex vna re detrahi potest Trebellianica.*
22 *Hæres grauatus computat in suam Trebellianicam bona ab ipso alienata.*
23 *Filius imputat in suam legitimam bona ab ipso alienata quæ erant ex hæreditate.*
24 *Quando Trebellianica super vna re detrahi debet, super mediocri erit detrahenda.*
25 *Medium semper amplectendum.*
26 *Virtus in medio consistit.*
27 *Virtus dum medium excedit, exit in vitium.*
28 *Virtus inter defectum & exuberantiam.*

BIU Cujas

29 *Plures ſpecies virtutum an ſint.*
30 *Subſtitutus non poteſt hæredi obiicere, vt ex ſingulis rebus detrahat Trebellianicam.*
31 *Legitimæ minutatim ſuper re qualibet non eſt aſſignanda.*
32 *Emptores qui emerunt ab hærede grauato, poterunt ſubſtituto res vendicanti, quòd hæres habebat quartam, & excipient de duabus quartis.*
33 *Exceptio quæ datur vẽditori tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
34 *Hæres mariti poterit obiicere viduæ petenti dotem de adulterio.*
35 *Annalia ad petendum, ſunt perpetua ad excipiendum.*
36 *Maritus de adulterio ſuæ vxoris poteſt excipere.*
37 *Supplementum legitimæ arbitrio boni viri fieri debet.*
38 *In duobus caſibus ſupplementum legitimæ non fit in corporibus hæreditariis.*

Deduci præterea quartam Trebellianicam idem iudex cenſuit.

HOc eſt quod iam deductum fuit hęredem grauatum poſſe detrahere quartam Trebellianicam, ne ſcilicet hęres habeat nomen hæredis in vanum, & ſine effectu, & vt hoc commodo inuitatus valeat adire hæreditatem, ſpe illius quartæ, & ita iudex ordinauit iudicando vt ea quarta ex ipſa hęreditate deduceretur: non tamen aperuit quomodo & ſuper quibus rebus ea quarta eſſet deducenda, an ſcilicet ſuper vna re, 1 an verò ſuper ſingulis rebus hæreditariis, quod nõ eſt ſine dubio, ita vt huiuſmodi quęſtio negotium fecerit noſtris interpretibus, ex quibus quidam tenuerunt eam Trebellianicam detrahi poſſe ſuper vna re, quidam verò arbitrati ſunt ex ſingulis rebus eam detrahi debere.

Opiniones varię an ſuper vna re, an ſuper pluribus Trebellianica ſit detrahenda.

Qui autem putant Trebellianicam detrahi poſſe ſuper vna re, illi fulciuntur & rationibus & legibus, & maxime pro eorum opinione facit l. filius quem habentem. C. fami. erc. vbi filius grauatus, ſuam Trebellianicam detrahit ſuper vna re, nempe ſuper fundo de quo fit ibi mentio, qui autem putãt ex ſingulis rebus hæreditariis detrahẽdam eſſe Trebellianicam, adducunt inter cætera hoc argumentum: certum eſt quartam Trebellianicam eſſe quid vniuerſale reſpiciens quamlibet partem ipſius hęre- 2 ditatis, quare bene ſequetur quòd cùm ea Trebellianica ſit quid vniuerſale, & reſpiciat in vniuerſum quamlibet rem hæreditariam, ergo illa erit detrahenda ex ſingulis rebus cùm ius vniuerſale non ſequatur fundum, ſed res omnes in vniuerſum. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebellia. Baldus in d.l. filius quem. nume. 16. C. fami. erciſ. & Salicetus ibi. nume. 10. ergo illa fieri debebit de ſingulis rebus contentis in ſubiecto vniuerſali. l. ſi peculium. §. 2. ff. de pecul. leg. & ibi gloſſ. additur & pro hac opinione l. 2. C. ad l. Falc. & hoc ibi tenent doctores, ſed concludendo hæc omnia, dic & pone hanc regulam cum quibuſdam limitationibus.

Quarta Trebellianica quid vniuerſale.

3 Regula erit ita, quarta Trebellianica ex ſingulis rebus & corporibus hæreditariis detrahi debet. l. 2. C. ad l. Falc. l. 2. quin. & quando quarta pars debetur. lib. 10. Bartol. Bald. Sali. & laſ. in d.l. filius. & ibi inquit Sali. eam eſſe communem opinionem. Bald. & alij in d.l. 2. ad l. Falc. cùm enim ſit ea quarta pars ius quoddam vniuerſale, ergo in vniuerſum debet reſpicere totam hæreditatem, & non res ſingulas in ſolidum, quę tamen regula quibuſdam regulis & exceptionibus reſtringenda venit, quas limitationes ordine nunc ponemus.

Prima limitatio ad ſuperiorem regulam.

Prima erit limitatio ad eam regulam, quòd Trebellianica detrahenda ex ſingulis corporibus hæreditariis erit. in dict. l. filius quem. & hoc ex prę- 4
ſumpta mente teſtatoris, verùm quia ea lex habet in ſe plures intellectus, eſt videndum an hæc limitatio ex ea lege colligi poſſit, vt ſcilicet ſuper vna re Trebellianica detrahi poſſit, & vt hæc ex ea lege colligi poſſe demonſtratur, imprimis negari non poteſt, quin tempore quo pater teſtabatur in caſu illius legis, filius. filius habebat fundum, & ſic habebat tempore illius teſtamenti. ibi, filius quem habentem fundum: qualitas enim adiecta verbo debet adeſſe tempore verbi. l. in delictis. §. ſi extraneum. ff. de noxa. actio. at ibi dubium erat quo titulo eum fundum habebat, cùm hoc ex textu minimè colligatur? quare quidam dicunt quòd eum fundum filius haberet iure peculij: & ſic ſecundum hunc intellectum præſupponendum eſt quòd pater viuus eum fundum filio tradiderat in peculium profectitium, vt interim filius ex fructibus, quos ex eo fundo colliget, poſſit negotiari. qui intellectus videtur magis approbatus: ex quo intellectu ſequetur hæc limitatio ad eam regulam, nempe quòd fundus à patre filio conceſſus in peculium profectitium, poterit à filio grauato pro ſua Trebellianica retineri: & ſic in re particulari, ita tamen vt ſi fundus in plus aſcendat, quàm ſit valor illius quartæ, cogetur illud plus reſtituere.

l. filius. C. fami. erc. habet plures intellectus.

Huic tamen intellectui multa obſtant, & maximè hoc vnum, nempe quod illud peculium profectitium, quod pater dat filio ſuo cauſa negotian- 5
di, conſiſtit præſertim in rebus mobilibus: vt ex vſu licet colligere: cùm bonum ſit argumentum à communiter accidentibus, ſed communiter datur filio pecunia aut illi dantur merces, quibus filius negotiari poſſit vendendo & emendo, quod fieri non poteſt ſuper rebus ſoli. nam in rebus ſoli ſæpiſſimè fructus cum expenſis confunduntur, ita vt facillimè non liceat negotiari ſuper illis, quare non eſt præſumendum eum fundum in peculium profectitium conceſſum fuiſſe: quantumuis nega- 6
re non poſſim, quin peculium conſiſtere poſſit in rebus mobilibus & immobilibus. l. quam tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. quando inſimul omnia conceduntur in peculium profectitium: ſed non 7
communiter res aliqua immobilis detur in peculium profectitium.

Peculium profectitium conſiſtit & in rebus mobilibus, & immobilibus.

Et ſic hunc intellectum quamuis magis approbatum quidam reiiciunt, maximè quia ibi de peculio verbum nullum: & ita dicere eſt diuinare ad eam legem, filius. ob id dant & alium intellectum, quem & nouiſſimè tenuit Alciatus, libro ſexto Paradoxorum, capite quinto. nempe quòd ibi in ea l. filius, fundus ille fuit conceſſus titulo legati per vendicationem. ſed hic intellectus eodem obiectu, quo & ſuperior, reiici poteſt:

cum

BIU Cujas

cùm de eo legato verbum nullum, prætereà & hoc
7 expeditum est, legata non deberi nisi à tempore
Legata nō debentur nisi à tempore mortis testatoris. mortis testatoris. l. à Titio. ff. de fur. & licet olim esset ille modus legandi per vendicationem, vt in eo §. sed olim. instit. de lega. adhuc etiam tale legatum non poterat vendicari, & neque vendicandus erat, nisi post mortem testatoris ab ipso legatario, & tamen tempore testamenti in casu illius legis ille filius iam habebat fundū illum: cū ergo ille filius iam tempore illius testamenti haberet eum fundum, ergo non poterat ab ipso legatario vendicari, cùm iam haberet, & sic non habebat filius illum fundum iure legati, nec prælegati, ex quo tamen intellectu, si verus sit, colligetur quòd filius grauatus poterit retrahere pro sua Trebellianica, fundum illi datum iure legati: cùm etiam legata in quartam Trebellianicā imputētur, vt superius fuit decisum, & sic super vna re retineri poterit Trebellianica. Alij super ea lege fingunt & alios intellectus ita vt inter interpretes nostros satis non conueniat de illius legis intellectu: in hoc tamen omnes conueniunt quòd filius grauatus super re vna poterit suam Trebellianicam retinere, siue illa relicta sit titulo legati, siue prius concessa sit iure peculij aut aliàs.

Mihi videtur quòd cùm iam inter omnes conueniat grauatum hæredem ex coniecturata mente testatoris posse detrahere suam Trebellianicam super vna re, sed tantum dubiū sit quo titulo fundus ille
8 traditus fuisset filio, aduertendum esse ad verbum
Verbum habeo habet duplicē vim. illud, habere, de quo in ea l. filius. quod verbum habere, habet duplicem vim, aliquando enim refertur ad eum qui rem aliquam tenet iure dominij, vnde dominus alicuius rei dicitur suam rem habere cùm sit illius dominus. Aliquando verò illud verbum, habere, refertur ad eum qui rem aliquam tenet ipso facto, cum dominus non sit, l. habere. ff. de verbor. signif. & ibi Alcia. in ea autē lege, filius. eum fundū habebat, & quē nō poterat habere iure dominij quia quia si fuisset dominus illius fūdi nō poterat cogi ad eum ponendū in communionē neque in diuisionē cum fratribus, & minus suam rem propriam in Trebellianicam imputasset, in quam non veniunt ea quæ hæres capit extra causam testamenti vt iam probatum est, quare dicendum est quòd filius eum fundum tenebat, ex patris indulgentia, permiserat enim pater vt filius eum fundum teneret, eum colendo, & se circa curam illius exercendo: & quia demum pater eum filium tenentem eum fundum, & eum habentem, instituerat hæredem cum aliis, & eum filium habentem fundum grauauerat de restituenda sua parte hæreditatis, ideò nunc erat quęstio in qua re filius suam Trebellianicam posset cōsequi: & ibi decisum est eam posse super eo fundo ex coniecturata mente defuncti, cùm iam viuus testator eum fundum concesserat ipsi filio, quare super eo poterit suam Trebellianicam retinere, & quod plus valet, tenetur restituere. qui intellectus satis videtur literæ applaudere, & parum, immò nihil habet diuinationis, nam hoc necessariò colligēdum est, filium tempore testamenti patris eum fundum habuisse: hoc enim non est diuinare, cùm textus hoc dicat, præterea hoc certum est, quòd in omnibus legibus quæ obscurum sensum videntur habere, necessarium est quæ dā præsupponere, & quædam præcessisse vt factum fieri oportuerit: si enim Imperator rem omnem ordine narrasset, in omnibus legibus plus ęquo fuisset verbosus, quare oportet legem ipsam aliquid dubij habere per l. quod 9
Labeo. ff. de car. edi. quod dubium, ex ipsamet le- Lex aliquid dubij debet habere. ge, & ex sensu illius demum declaratur, quare dicebat Lancelotus Politus, in suo tractatu substitutionum in materia vulgaris substitutionis, nu. 113. quòd iudex cùm res aliqua coram ipso tractatur, debet credere probanti. Imperator autem cùm aliquem casum proponit ad quandam quæstionem 10
decidendam, non semper probat, neque aperit quæ facta sint, immò præsupponit omnia sine quibus quæstio inanis redderetur, & quantumuis quidam Imperatorem ipsum Iustinianum damnauerint quòd leges obtruncatas reliquisset, ita vt ad eas intelligendas, diuinatione sæpissimè agendum 11
sit, aut Appollo eius sperandus sit pro declaratione eorum quæ obscura nobis videntur: ob id non defuerunt qui inuentum illius Iustiniani dānarint, & dederint vitio quòd ex integris scriptis breuem quandam epitomen excerpi iusserit, ita vt solum videantur quædam fragmēta supereſſe, quapropter innumerabiles dubitationes ex facto oriri videantur. Melanchō tamen ipsum Iustinianum vt 12
Melanchō Iustinianum à quorundam ea lumaia vindicauit. benemeritum de nostra iurisprudentia indicat, eūq; euincit à tanta calumnia: nam cùm illa vetera volumina propter magnitudinem librorum peritura fuissent, valdè profuit reliquias quasdam superfuisse, vt ex illis liceat admirari antiquorum vestigia: quare si quid in libris ipsis videbitur obscuritatis, illud sequendum erit quod verius, iustius, & rei & subiecto congruentius videbitur: & in causarum decisionibus id obseruatur, quod com- 13
muniter tenetur: cùm ea sit vulgata regula, in iudi- Communis opinio semper sequenda. cando, & consulēdo sequēdas cōmunes opiniones.

Dico igitur in hoc casu nostro filium eum fundū à patre habuisse ex paterna concessione, & indulgentia, & ex sua voluntate, vt interim filius in eo sese exerceret, agrum & fundum eum colendo, & fructus percipiendo, vt ex fructibus posset seipsum sustinere, vel si velimus intelligere, quòd eum fundum haberet iure peculij, in idem recidit: & ita eum textum intelligendo, species facti in ea lege 14
hæc fingi poterit, pater vni filio fundum colendum Intellectus l. filius. C. famil. ercis. & illius facti species. tradidit, vt fructus ex eo colligendo sese exerceret pro suo viatico: demum moriturus eum filium habentem eum fundum, & duos alios filios quos habebat, hæredes instituit: eum autem filium habentem fundum grauauit de restituenda sua parte hæreditatis sub quadam conditione: & voluit quòd vterque ex aliis hæredibus daret hæredi grauato quinque aureos post patris mortem: tandem euenit conditio, quare ille filius grauatus coactus fuit suam tertiam partem hæreditatis aliis fratribus restituere, qui filius grauatus debebat retinere quartam Trebellianicam ex ea tertia parte hæreditatis, & quoniam tota hæreditas ascendebat ad trecentos aureos, portio hæreditatis vniuscuiusque erat centum aurei, ex quibus centum aureis ille filius grauatus debebat viginti quinque retinere pro sua Trebellianica, dubium ergo ibi erat, ex quibus rebus ea quarta, & summa 25. aureorum esset deducenda ex summa centum aureorum quæ est tertia pars bonorum quæ ad eum filium grauatum peruenerat: quam quæstionem ibi decidit Imperator, & vult eum filium fundum habentem posse suam quartam consequi super eo fundo hoc modo, im-

BIU Cujas

primis filius ille grauatus habebit tertiam partem illius fundi, tanquam cohęres: quam tertiam partem in deductionem suæ quartę ille filius retinebit, quod probat tex. ibi, hæreditate prædij retenta, & hoc quia erat cohæres pro ea tertia parte, & sic filius in deductionem suæ quartæ habet decem aureos, quoniam ille fundus erat triginta aureorum: desunt adhuc quindecim quæ ille consequi debet pro suæ quartæ complemento, quæ ascendit ad 25. aureos, & quæ erunt accipienda per compensationem, compensabit autem decem aureos, quos ille accepturus est ab ipsis cohæredibus, cùm à quolibet debeat recipere quinque: fuerat enim ille grauatus restituere suam tertiam partem suis cohæredibus, & vice mutua cohæredes tenebantur dare illi grauato decem aureos, nempe vterque eorum quinque: per consequens ergo ille hæres grauatus habuit viginti: restant adhuc quinque pro complemento suæ quartæ, quæ quinque ex ea tertia parte erunt deducēda, quod ex illis verbis colligitur quæ ibi sunt, si quid deest in supplementum deducto, & ita hoc modo hæres ille grauatus habebit suam quartam integram super eo fundo, & quod plus valet ille fundus cogetur reliquum restituere: & sic ille fundus remanebit apud ipsum grauatum pro sua quarta Trebellianica: vnde potest colligi quod grauatus de hæreditate restituenda poterit super re sibi concessa ex paterna permissione, seu si hoc quis velit iure peculij profectitij, suam Trebellianicam retinere: & hoc ex præsumpta mente testatoris, quæ hinc colligitur, quòd pater viuus eum fundū suo filio tradiderat: ob id præsumendum erit eum fundum siue aliam rem concessam ad filium pertinere in computatione suæ quartæ Trebellianicæ.

Quòd si quis obiiciat hæc omnia plena esse diuinatione, respondebo hæc omnia ex ipsa lege colligi, ita vt cesset diuinatio, sed esto ita esse, respondebo, & alia quæ adducuntur super aliis intellectibus simili morbo laborare, & ita est quòd verba alicuius textus ita sunt intelligenda, vt de facto euenire possunt: & præsumendum est Imperatorem intellexisse ea euenire quæ rei institutæ euenire poterant, & hæc iam dicta commodè verbis literæ conuenire possunt: & neque discrepat hic intellectus à cōmuni, ita vt ex superioribus sumatur hæc limitatio quòd filius grauatus potest in suam Trebellianicam imputare rem sibi à patre viuo concessam, vel ex sua permissione, vel iure peculij, & hæc ex ea præsumpta mente defuncti, quæ hinc colligitur, quòd viuens pater eam rem concesserat, & sic super vna eo casu detrahi poterit Trebellianica.

15 Verba legis ita sunt intelligēda, vt de facto euenire possunt.

16 Et quoniam in peculij mentionem incidimus, notandum est quòd peculium à pecude deducitur, eo quòd omnia ea quæ Barbari possidebant, consistebant in pecudibus. quod asserit Iosephus lib. 2. antiquitatum. c. 5. & appellabantur Barbari omnes illi qui non erant Græci, aut Latini, propterea quòd Latini & Græci mitiorem linguam habebant, & magis cultam: & omnes alios præ se contemnebant, ex eo quòd Barbari propriè dicuntur blæsi atque balbi, & qui lingua impediti sunt: quare omnes illi qui non erant nec Latini nec Græci dicebantur illis crassè loqui: propterea eos Barbaros appellabant quasi ineptè loquentes. Græci ergo scuti & Latini siue Romani, qui sibi soli diserti videbantur, alios Barbaros vocabant. Appellantur etiam Barbari illi quorum lingua nobis incognita est, nulla enim est tam culta lingua quæ non Barbara censeatur vbi illius abest intelligentia: quare ad eundem sensum Ouidius ad Getas relegatus inquit ita, Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli: & Anacharsis Scyta cùm Philosophiæ Athenis operam daret, & sibi exprobaretur quòd esset Barbarus, respondit, Scytæ Athenis Barbari habentur, & Scytis videntur Athenienses etiam Barbari. & per metaphoram Barbari appellantur homines illiterati, feri, & incultis præditi moribus, & apud Iudæos omnes qui non erant Iudæi, communi voce Barbari dicebantur, qui demum distinguuntur in Grecos & Barbaros, vt in illo loco diui Pauli ad Romanos, Græcis primum, & Barbaris. per Græcos intelligens homines cultiores, qui bonis & ciuilibus institutis regerentur: & ob id facillimum erat cùm illis versari. Barbari autem sunt agrestiores & quadam immanitate efferati: vt cum illis commercium facilè haberi non possit. Alio verò loco diuus Paulus distinguit homines in Iudæos, & Græcos: per Græcos intelligit quodcunque genus hominū, modo ne essent Hebræi, ita vt tunc ea vox Græcorū etiam Barbaros complectebatur.

17 Barbari qui dicantur.

18 Græci & Latini omnes alios Barbaros, appellabant.

Et redeundo ad materiam nostram, iam declarauimus primam limitationem ad eam regulam, quæ habet, quòd Trebellianica est detrahenda de singulis rebus hæreditariis. Secunda erit limitatio, quando testator hoc expressit in suo testamento, vt super vna re, & corpore hæreditatis ipsa quarta Trebellianica detraheretur, tunc enim non ex singulis rebus, sed super vna re esset detrahenda. Bal. in d. l. filius quem. nu. 16. quem ibi sequitur Iaso.

19 Secunda limitatio quòd Trebellianica non sit ex singulis rebus detrahēda.

Tertia erit limitatio, vbi ita iudici visum esset vt hæredi grauato vna res danda esset pro sua Trebellianica eiusdem valoris cuius potest esse sua quarta, quòd iudex ex quadam æquitate ita potest ordinare.

20 Tertia limitatio.

Quarta erit limitatio quando res ipsæ hæreditariæ commodè diuidi non possent, aut essent indiuisibiles, tunc quarta super vna re posset assignari atque adiudicari. Ias. in eadem l. filius.

21 Quarta limitatio.

Quinta erit limitatio vbi res aliquæ ex ipsa hæreditate fuissent ab ipso hærede grauato alienatæ, quod procedit vbi bona fide & sine dolo talis alienatio fuisset facta. Bal. in d. l. filius. nu. 36. & ibi Ias. & in l. Marcellus. ff. ad Trebell. Guid. Papæ, decis. 606. & deci. 603. & in hoc habenda esset ratio valoris, seu æstimationis ipsius quartæ, & rei alienatæ, vt ibi per docto. per d. l. Marcellus. §. res quæ. & ibi Bar. & Ias. ad Trebell. & ibi tenent quòd talis computatio rerum alienatarum in quartam fieri poterit etiam inuito fideicommissario: dum tamen talis alienatio non fuisset facta malitiosè & de re præiudiciabili, & assignatur hæc ratio illius limitationis ne scilicet hęres qui alienauit vsq; ad valorē suę quartę vexetur in causa euictionis, ergo tenēdū erit ꝙ res alienatę cōputētur in quartā vt colligitur ex superioribus, per eā l. Marcellus. §. res quæ: verùm si res alienatæ essent maioris valoris & pretij, quàm valor ipsius quartæ, illud plus teneretur restituere, & si essent minoris pretij, quàm eo tempore quo fuerunt venditæ, habendus esset respectus ad verum pretium, non ad illud quo venditæ fuere: quia tunc verteretur lata culpa, de qua hæres teneretur fideicommissario. l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebell. Oldrad.

22 Quinta limitatio.

BIU Cujas

drad. conſ. 107. Iaſ. in §. res quæ. l. Marcellus. idem cenſendum erit in legitima debita filio iure naturæ,
23 vbi etiam alienata per eum computantur in ſuam legitimam etiam inuito fideicommiſſario : cùm ea legitima magis filio debita ſit quàm Trebellianica, & ſic filius qui fuit grauatus ſub conditione hæreditatem reſtituere,& qui hoc caſu poteſt duas quartas detrahere, imputabit in detractionem ſuæ Trebellianicæ, & legitimæ alienatæ ab ipſo vſque ad valorem earum quartarum.

Res alienatæ in legitimam imputantur.

Sexta limitatio.

Sexta erit limitatio, vbi in ea hæreditate ſolum reperirentur res indiuiduæ, puta ſerui, aut animalia, aut alia huiuſmodi, quæ non poſſunt diuidi ſaltem commodè : tunc enim non in ſingulis rebus hæreditariis Trebellianicæ detraheretur, ſed in vna re, vel in pluribus pro valore ipſius quartæ. Iaſon in d.l. filius. nu. 15.

Vltima limitatio.

Vltima erit limitatio, ſi fideicommiſſarius in hoc conſenſerit, vt Trebellianicę ſuper vna re detraheretur: tunc enim poterit detrahi, cùm volenti non fiat iniuria. Gui. Papæ, deciſ. 607.

24 Vbi autem Trebellianica ſuper vna re detrahi debet, tunc hæres grauatus non eſſet audiendus petendo eum detrahi ſuper vna re quæ ſit melior aut pretioſior, ſed tunc eam conſequi debet ex re mediocri. Gui. Pap. deciſ. 608. non eſſet ergo audiendus hæres grauatus volens habere ſuam Trebellianicam ſuper vna re, quæ ſit pretioſa, ſicuti nec econtrario fideicommiſſarius non eſſet audiendus volens eam ſoluere in re abiecta, & ob id medium tenendum erit vt in re mediocri exoluatur, vel in duabus quæ non ſint maioris valoris quàm ſit ius ipſius quartæ, quod iudicis arbitrio erit relinquẽdum. Bar. in d.l. in quartam.

25 Medium ſemper tenendum.

Medium ergo in hoc caſu tenendum erit, quod & ſemper amplectendum eſt, cùm in eo conſiſtat virtus teſte Ariſtotele: quæ virtus ipſo Ariſtotele atteſtante nihil aliud eſt quàm habitus electiuus conſiſtens in mediocritate, quæ mediocritas in rebus omnibus eſt retinẽda. nam ſi quis modum excedat
26 ille in vitium labitur: vt ſi in iuſtitia quæ de ſe virtus eſt non puniat vitia, is è veſtigio in vitium labitur, & ſi deficiat, vt quia ſit ſeuerior quàm deceat, is remiſſus & diſſolutus vocandus erit, in prudentia etiam is qui medio deſtituitur, fatuus eſt, qui modũ ſuperat, aſtutus, vafer & malitioſus dicetur, & in ſumma virtus eſt teſte Horatio, medium vitiorum & vtrinque reductum: demum eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines quos vltra citráq; nequit trãſgredi rectũ: & aliud, inter vtrũq; vola, medio tutiſſimꝰ ibis. Virtutes certè dũ modũ excedunt, exeũt in vitia : ergo meminerimus modũ, & mediocritatẽ in re qualibet eſſe neceſſariam, cũ ea virtus teneat medium vitiorum : & tunc virtutes probantur cùm vnaquæque ſuum vſum obtinuerit. Præpoſterus certè erit magiſtratus qui ibi exercet clementiam vbi ſeueritate opus eſt, & vbi clementia exercenda eſt, ibi agit ſeueriter: ita vt tunc truculentus, & crudelis habendus erit, neque enim vel clementia vel ſeueritas ſi altera alteram è ſuo loco perturbet, virtutes erunt, ſed vitia, & clementia ſit ignauia, ſeueritas verò ſit tirannis, & crudelitas : exercenda eſt ergo virtus legitimo ſuo loco, aliàs vitia ad vicinas virtutes deflectuntur, vt ſordes in frugalitatem, auſteritas in grauitatem, blandiloquẽtia in comitatẽ, profuſio in liberalitatem : luxus in ſplendorem, & cætera huiuſmodi, quæ cùm ſint vitia, habent tamen virtutis & recti ſpeciem. Siquidem collocantur ſingulę virtutes inter defectum, & exuberantiã: 28 vt fortitudo inter audaciam & timiditatem, liberalitas inter ſordes & profuſionem.

Virtus quid.

27 Virtutes dum modũ excedũt exeunt in vitia

Quidam recenſent plures ſpecies virtutũ, vt Marſilius in Mẽnonem Platonis. Alij autem quatuor ſpecies virtutum adducunt : & eas vocant iuſtitiam, prudentiam, temperantiam, & fortitudinem: & certè nullus eſt, aut ſaltem rarus, in quo illæ quatuor virtutes eluceſcant, & in quo iugatæ, & coniunctæ inſpiciantur: nam ſi quis prudentia præualeat, intẽperantia dehoneſtabitur: quomodo autem hoc fieri poterit, vt vna virtus ab altera ſeiungatur, quaſi quiſpiam poſſit eſſe iuſtus, qui non ſit prudens, aut fortis, aut temperatus : cùm conſtet inter Philoſophos, & maximè inter Stoicos eum qui vnam virtutem habeat, & alias inſimul habere, & qui vna careat, & cæteris carere virtutibus. aduertendum nobis erit ad diuerſas opiniones Stoicorum: & vulgi quidem limata & nimis ſpinoſa ſubtilitas ea erat, vt carens vna virtute, & aliis etiam carere deberet: alia verò eſt à communi opinione ducta ſententia. vt ergo vulgus ita & nos ſermocinabimur, vt alios iuſtos alios prudentes dicamus, ita loquentes populari opinione, cùm alioquin ſi Stoicos eos ſequamur virtutes ipſæ ſeparari non poſſunt, cùm quis non poſſit eſſe iuſtus quin in ſe habeat comites alias virtutes, quod planè in vno homine reperiri non poteſt: neque enim in hoc ſeculo inter nos mortalem perfectum habemus hominem. 29 An ſint plures virtutes. Quatuor præcipuę virtutes.

Res ergo mediocris hæredi grauato danda erit eo caſu quo ſuper vna re ea Trebellianica erit detrahenda : & quamuis de iure ea vera ſint atque deciſa, tamen ex vſu recepto aliter obſeruatur, ita vt ſubſtitutus non poſſit hæredi grauato obiicere, vt ex ſingulis rebus ſuam detrahat Trebellianicam, quod notat Stepha. Bertrand. conſi. 180. nu. 3. volu. 30
3. conſi. & conſ. 179. volu. 2. & ita in praxi aſſerit ibi ſeruari, quod Bar. olim obſeruauerat in d.l. filiꝰ. & ibi inquit, quòd quamuis Trebellianica reſpiciat quãlibet partem ipſius patrimonij, non tamẽ debet fieri diuiſio cuiuſlibet rei ex ipſa hæreditate ſuper ſolutione ipſius quartæ : ſed ea detrahi debet ſuper vna re de qua inter hæredem & ſubſtitutum conueniet, vel iudex arbitrabitur ſuper his idem Bart. in d.l. in quartam, & hoc & hæredi grauato, & ipſi fideicommiſſario vtile eſt. Ex praxi recepta quarta ſuper vna re aut duabus detrahi poteſt.

Idem in legitima debita filiis cenſendum erit & 31
ita inter doctores conuenit legitimam aſſignandam eſſe non minutatim ſuper ſingulis corporibus hæreditariis : at in re aliqua particulari mediocri arbitrio boni viri. Bald. in l. ſcimus, & ibi Iaſ. C. de inof. teſtamento. Bald. Sali. & Iaſo. in d.l. filius. & neque obſtat quòd legitima ſit quarta bonorum. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. teſtamento, ita vt talis defalcatio fiat ipſo iure ſuper ſingulis rebus, cùm ſit quarta bonorum. l. lineam Margaritarum. ff. ad l. Falc. & per conſequens videretur dicendum legitimam detrahendam eſſe ex ſingulis rebus : quia ex vſu recepto hoc præualuit, vt ſuper vna re aut duabus detrahatur legitima, vt iam dictum eſt, & hoc ad iudicem ſpectat qui debet aduertere quomodo, & in quibus rebus filio adiudicet ſuam legitimam, & ſic in huiuſmodi negotiis ad iudicem recurri debet, qui curabit bona hęreditaria ita diuidenda vt filio adiudicet ſuam legitimam ſuper vna re, vel ſuper duabus, aut pluribus vſque ad valorem ipſius Legitima non minutatim ſed ſuper vna re aſſignanda.

BIU Cujas

legitimæ,prout æquius sibi videbitur,ita Cor.cons. 282.nu.11.j.vol.

Idem censendum erit in filio hærede, & grauato sub conditione, qui duas quartas potest deducere, legitimam vt filius,& Trebellianicam vt grauatus, quas duas quartas detrahet non ex singulis rebus, sed super aliquibus:ita tamen vt si res aliquas alienauerit, super alienatis Trebellianica, & legitima imputabuntur, & hæc opinio potius de æquitate quàm de rigore sustinetur, dum tamen talis alienatio æquipolleat duabus quartis, quòd si talis alienatio in plus ascendat, id quod plus erit, reuocabitur ab ipso fideicommissario, per authent. res quæ. C. comm. de lega. quòd si talis alienatio non ascendat ad valorem ipsarum quartarum, supplebitur quod deerit ipsis quartis ex reliquo hæreditatis,& sic obseruatur, & in praxi id receptum est, vt per Bart.in d.l.filius.nu.32.& Iaso.in d.l. Marcellus. §.res quæ.

Adde,quòd quando eę duæ quartæ detrahuntur, ea quæ est legitima primò deducenda est,& de residuo Trebellianica deducitur. Sali. in l.quanquam. C.ad l. Fal.

32 Hoc vnum notandum est bene, si fideicommissarius agat cõtra emptores ad restitutionem rerum subiectarum restitutioni, & quas res subiectas restitutioni illi tales emptores emerunt, quòd tales emptores poterunt excipere contra ipsum fideicõmissarium de illis duabus quartis, quas hæres vendens poterat detrahere,& retinere:& talis exceptio competit emptori, quæ & illi venditori competebat l. emptori. C.de euict.& l.dolia.§.j.ff. de contra. emp. Oldradus. consi. 107. quia ius excipiendi seu illa exceptio quæ datur venditori, transit in singularem successorem illorum iurium, & earum rerum quæ venduntur.l.luminum.§. adiicitur. ff. de dam. infect. Bart.in l. si tertius.§. sæpius. ff. de aqua plu. arc.Soci.cons.274.in 2.vol.& ius etiam petendi reuocationem priuilegij competit singulari successori,& non hæredi vniuersali.Deci.consi.78.in j.volu. quia quoties est concessum priuilegium ratione alicuius loci, omnes successores gaudent priuilegio antecessorum, at in dubio præsumendum est concessum ratione loci & non personæ.Bal.in l.omnia. C. de episc. & cler. & successor singularis ratione loci priuilegium prædecessoris cõsequitur.l.si aquæ ductus.ff.de contr.emp.Deci.eo cons.78.

Emptores rerũ hæreditariarũ poterũt excipere cõtra substitutum petentẽ bona de duabus quartis detrahendis.

33

34 Et si ius excipiendi transit in singularem successorem, à fortiori transit in vniuersalem successorem,vt est ius excipiendi de adulterio contra viduam petentem suam dotem:contra quam viduam dotẽ petentẽ hæres mariti vniuersalis poterit obiicere gl.& Sali.post alios in l.vlt.C.de adul.quia quæ sunt annalia ad petendũ sunt ad excipiẽdum perpetua,vulgata regula:maritus quidẽ potest cõqueri de delicto post mortẽ vxoris adulteræ, si sciens fuerit, non potest:ignorans autem sic.d.l.fi.sed benè posset excipere de adulterio ratione cuius ea vxor dotem perdiderat vt scilicet non cogatur eam dotem reddere, & ius etiam illud excipiendi de adulterio non transit ad hæredes quantum ad eum puniendum.

Ius etiam excipiendi transit in vniuersalem successorem.

35

Maritus an possit agere aut excipere de adulterio suæ vxoris.

Intelligendum tamen est id ius excipiendi de adulterio vxoris non transire ad hæredes, nisi illud ius fuisset præparatum à marito,sicuti nec ius agendi ad reuocationem donationis propter ingratitudinem: quod ad hæredes non transit, nisi illud fuisset ab ipso donante præparatum. l. fin. C. de reuo.donat.

Adde,quòd sicut legitima datur arbitrio iudicis, 37
ita & supplementum ipsius legitimæ: quod supplementum licet ius dicat deberi ex substantia bonorum defuncti, fiet tamen ea suppletio arbitrio boni viri,qui vir bonus nunquam arbitrabitur quòd fiat in singulis rebus ad communionem euitandã. ita Oldrad. cons. 13. in vno tamen casu non fit illud supplementum in corporibus hæreditariis 38
defuncti, nempè si iam filius acceperit partem legitimæ in pecunia: nam tunc reliquum habebit & in pecunia:quod videtur velle Guil.Bened.in verbo duas habens.nu.154.verùm si aduertas ad dicta Benedicti in eo loco,ibi non dixit de parte,sed si filius relictum pecuniarium factum à patre acceptasset, quòd tunc supplementum in pecunia cum vsuris poterit petere, & non in corporibus hæreditariis, & sic vult ibi vt filius totum relictum in pecunia acceperit: ad id videtur decisio Guidonis Papæ,decis.487.vbi ponit de filia quæ integram dotem receperat in pecunia,quo casu decidit ibi supplementum & in pecunia petendum esse: secus ergo videretur dicendum si solum partem in pecunia acceperit:quo casu videretur, quòd supplementum in corporibus posset petere: sed tu dic contrarium, quòd sufficit filium accepisse partem suæ legitimę in pecunia, ad hoc vt non possit reliquam in corporibus hæreditariis habere, & sic intelligitur dictum ipsius Benedicti in eo loco ibi, partem illius pecuniæ recipiendo, item & in feudis filij legitimam non possunt habere in corporibus hæreditariis, sed eam habebunt in pecunia. Guid.Papæ,decis.487.& Papon in suo *recueil* in titulo,*des legitimes*, arresto 5.

Fiet supplemẽtum legitimæ super vna re.

Sed vtraque pars ab ea sententia prouocauit.

SVMMARIA.

1 *APpellatio quare fuerit inuenta.*
2 *Iniquitas primi iudicis,aut ex re ipsa aut ex*
3 *proposito euenit.*
Præsumitur pro sententia, quòd sit iusta.
4 *Causa appellationis an videatur noua causa, & noua instantia.*
5 *Causa appellationis non decidi debet secundum leges nouiter latas.*
6 *Iudex appellationis tenetur iudicare secundum stylum primi iudicis.*
7 *Appellatus potest se iuuare appellatione appellantis.*
8 *An vterque ex litigantibus, qui se grauatum sentit debeat appellare.*
9 *Vterque ex litigantibus debet appellare à sententia quæ in se habet plura capita.*
10 *Quando sententia vnum caput continet,sufficiet vnius appellatio,& demum alter se poterit iuuare appellatione alterius.*
11 *Appellatus qui se grauatum sentit semper debet appellare.*
12 *Vnius appellatio alteri non prodest.*
13 *Reformatio sententiæ facta per vnum ex litigatoribus,*

an

BIU Cujas

an prosit alteri qui non appellauerat.
14 Per non vsum legibus derogatur.
15 Leges quæ pro negotiis hominum receptæ fuere, mutantur pro conditione temporum, quæ verò causa perpetuæ libertatis sunt, non mutantur.
16 Conduntur leges gratia publicæ vtilitatis.
17 Legum conditores pro conditione hominum, & patriæ qualitate leges condunt.
18 Lex Solonis vt in seditione quis se alteri parti adhæreat.
19 Aliquæ leges temporales: aliæ verò perpetuæ.
20 Leges quæ in bello latæ sunt, pax abrogat, & econtrario.
21 Quis potest pro se, & suis consortibus appellare.
22 Iudex de nullitate suæ sententiæ non potest cognoscere.
23 Sola appellatio est remedium, aduersus sententias latas à iudicibus inferioribus.
24 Iudex appellationis ex nouis potest confirmare sententiã quamuis nullam.
25 Per viam nullitatis potest agi spatio triginta annorum.
26 Tempus trium mensium ad releuandam appellationem in parlamento Tolosæ, & tempus vnius mensis, in curia generalium Monspessuli.
27 Iudex de nullitate suæ sententiæ potest cognoscere, vbi appellatum est ab interlocutoria.
28 Post decem dies, non potest peti reuocatio sententiæ interlocutoriæ.
29 Interlocutoria quo ad iudicem non transit in effectũ rei iudicatæ.
30 Iudex suam sententiam diffinitiuam potest interpretari: quod tamen arbitris minimè permittitur.
31 Arbitri qui contra tenorem compromissi iudicarunt, poterunt demum cognoscere.
32 Appellans à diffinitiua, poterit non probatum probare, sed non appellans ab interlocutoria.
33 Tam appellans quàm appellatus, potest noua facta deducere.
34 In articulo appelli facta iam deducta, in prima instantia non possunt iterum deduci.
35 Facta deducta in prima instantia super quibus testes non fuerunt auditi possunt in articulo appelli iterũ deduci.
36 Pars quamuis renunciauerit productioni testium in prima instantia, poterit tamen in articulo appelli producere & testes & instrumenta.
37 Appellans ab interlocutoria non potest facta noua deducere.
38 Appellatio ab intellocutoria ex eiusmet actis decidi debet, cum quibusdam limitationibus.
39 Sententia diffinitiua quando dicatur habere vim diffinitiuæ.
40 Sententiarum tria genera.
41 Præceptum iudicis de soluendo an sit sententia diffinitiua.
42 Appellans à grauamine extraiudiciali, potest facta noua deducere.
43 Contra actus extraiudiciales datur duplex remedium.
44 Ab electione est appellandum.
45 Ab electione tutoris non est appellandum.
46 Electus in officium susceptoris aut exactoris debet appellare.
47 Iniquitas interlocutoriæ demonstrari potest ex allegationibus iuris, sed non ex allegationibus facti noui.
48 Sufficit appellanti à diffinitiua dicere, appello statim à prolatione diffinitiuæ: aliàs post in scriptis est appellandum.
49 Appellans ab interlocutoria semper in scriptis debet appellare.
50 Sola appellatio emissa, ab interlocutoria in curia generalium statim deuoluit.
51 Iudex non cessat procedere quamuis ab eo ab interlocutoria appellatum sit vsque ad inhibitiones.
52 Iudex primæ instantiæ debet cessare cùm ab eo à diffinitiua appellatum sit.
53 Attentata post diffinitiuam statim sunt reparanda, & ab interlocutoria post inhibitiones.
54 Iudex primæ instantiæ elapso termino ad releuandum potest procedere.
55 Attentata post appellationem ab interlocutoria, & inhibitiones reparantur.
56 Iudex admittendo appellationem aut illi deferendo sibi præiudicat.
57 Attentata post appellationem ab interlocutoria antè inhibitiones an reparentur, & quid si post inhibitiones attentatum sit.
58 Attentatorum reparatio fit duobus modis.
59 Ad iudicem appellationis pertinet cognoscere de attẽtatis.
60 Duo sunt probanda ab eo qui petit reparationem attentatorum.
61 Nihil nouandum pendente appellatione quomodo intelligatur.
62 Appellans à diffinitiua, non tenetur exprimere aliqua grauamina quæ appellans ab interlocutoria tenetur exprimere.
63 Appellans quando in expensis sit condemnandus.
64 Sententia est quid indiuiduum.
65 Libellus aliquando vnum caput continet aliquando plura.
66 L. in hoc iudicio. ff. famil. erciſc. quomodo intelligatur.
67 Quando libellus continet plura capita, iudex in capite probato potest reum condemnare, & in non probato potest absoluere.
68 Plura capita quæ dicantur vel vnum caput, & plura connexa.
69 Appellatio à seruientibus recipitur, & habet vim oppositionis.
70 Natura appellationum est, vt causa ad superiorem deuoluatur.
71 A curiis supremis non licet appellare.
72 Multa remedia dantur contra arresta lata à curiis supremis.
73 Delegatus à curia suprema an possit subdelegare.
74 Delegatus à principe potest subdelegare.
75 An consilium sit suprà Papam.
76 A Papa ad consilium appellatur.
77 Philippus Rex Galliæ, à Papa ad consilium appellauit.
78 Rex Franciæ, & eius officiales non possunt excommunicari.
79 Rex Hispaniæ regnum Nauarræ occupauit.
80 Consilium Imperatore maius.
81 Fides hæretico non seruanda.
82 Bohemi templa, & monasteria monachorum deuastant.
83 Arriani impiè persecuti sunt sacerdotes, & Episcopos Catholicos.
84 Ioannes Pontifex primus huius nominis coactus adiit Imperatorem, vt Arrianos restitueret.

BIU Cujas

85 *Arriani restituuntur.*
86 *Quælibet ciuitas duos episcopos habuit: vnum Arrianum,& alterum Catholicum.*
87 *Diuersitas religionis parit discordias & in imperiis & in familiis.*
88 *Clodoueus Rex contra Arrianos,qui in Vasconia erant.*
89 *Appellans ab interlocutoria an possit obtinere literas super principali.*
90 *Iudex an debeat admittere debitorem ad cessionẽ bonorum stante appellatione interiecta à creditore.*
91 *Iudex in partem formatam capi potest in tribus casibus.*
92 *Debitor admitti debet ad cessionem bonorum, nisi in certis casibus.*
93 *Regula,qui non habet in ære, luat in corpore, quando locum habeat.*
94 *Discrimen inter mulctam & emendam.*
95 *Emenda propter paupertatem remittitur: mulcta autẽ non.*
96 *Exactor denariorum regiorum non admittitur, ad cessionem bonorum.*
97 *Debitor ex delicto non admittitur ad cessionem bonorum.*
98 *Condemnatus in actione iniuriarum non admittetur ad cessionem bonorum.*
99 *Debitor fiscalis non admittitur ad cessionem bonorum.*
100 *Appellatus an possit statim post appellationem anticipare.*
101 *Appellans intra decem dies,potest suæ appellationi renunciare.*
102 *Elapso termino, qui datur ad releuandam appellationem, permissum est iudici à quo procedere in causa non obstante appellatione iam interposita.*
103 *Anticipans post elapsum terminum datum ad releuandam appellationem,non benè anticipat.*
104 *Appellans inuito appellato,an possit suæ appellationi renunciare.*
105 *Renunciatio facta ab vno ex appellantibus, an aliis noceat.*
106 *Sententia continens plura capita, si ab vno ex illis fuerit appellatum, an in aliis possit mitti executioni.*
107 *Appellans à sententia diffinitiua poterit deducere grauamina sibi illata ab interlocutoria, quamuis ab ea non fuerit appellatum, & illius inualiditatem poterit deducere.*
108 *Detentus à carceribus poterit semper à tali detentatione appellare.*
109 *Si curia suprema in vim commissionis cognouerit de aliqua causa,an ab ipsa curia ad delegantem sit appellandum.*

Sed vtraque pars ab ea sententia prouocauit.

HIc vterque ex litigantibus ab ea sententia appellauerat: nam quia vterque se grauatum censerat, ad superiorem appellauit, vt tandẽ medio illius appellationis contra talem sententiam illis succurri possit: inuenta est enim appellatio, vt per eam iudicis iniquitas, vel illius imperitia corrigeretur, l. j. ff. de appella,& hoc siue illa imperitia,& iudicantis iniquitas proueniat ex proposito aut re ipsa,euenit autem iniquitas sententiæ re ipsa, quando ex actis cõstat bene iudicatum, tamen ex nouis productis quæ fiunt coram iudice ad quem appellatum est, & in causa appelli potest apparere malè iudicatum propter nouas probationes factas in ipso articulo appelli,sine quibus fuisset bene iudicatum:tunc enim re ipsa, & absque facto primi iudicis,& per nouas probationes factas in articulo appelli dicetur malè iudicatum, quæ nouæ probationes in ipso articulo appelli fieri possunt. l. per hanc. C. de temp. appella. 2

Iniquitas iudicantis apparet aut ex proposito aut re ipsa.

Appellatio inuenta, vt iudicis iniquitas corrigatur.

Præsumitur quidem pro sententia quòd sit iusta, & bene lata.c.sicut,de senten.& re iudi.tamen quãdo illa est per appellationem suspensa, pro iustitia illius sententiæ non præsumeretur.c.cùm ad sedem. de resti. spoli.Curtius senior.consi.23.in fine. 3

Sed an hæc causa appellationis videatur noua causa, & noua instantia ab instantia principali, & quæ erat prima instantia? dic quòd quo ad quædã est diuersa, & quo ad quædam non: vt plenè per Alexand.consi.96.in 2.volu.& in summa hæc causa appelli videtur causa mixta, & in hoc erit mixta cum principali, quia si regni ordinatione, & statuto nouo caueatur, quòd causæ terminentur secundum leges,quæ nunc statutæ sunt, non tamen decidetur causa appellationis per eas leges nouiter latas,etiam si latæ essent tempore primæ sententiæ, per eum titulum vt factæ nouæ constitutiones in authenticis & per Bald.in l.leges,& constitutiones. C. de legi. & Alexã.in eo cons. & etiam quia iudex appellationis tenetur sequi, & iudicare iuxta stylum iudicis à quo appellatum fuit,causa tamen prima non censetur finita durante causa appellationis, sed durat. l. qui cùm maior.§. accusare. ff. de bonis liber.Oldra.cons.255. 4 Quæstio. 5 Causa appelli non decidit per nouas leges. 6 Causa prima censetur durare durante causa appellationis.

Hîc autem videtur alteram ipsarum appellationum superfluè factam & interpositam, quia sufficiebat alterum ex litigantibus appellasse, cùm demum alter & appellatus possit se iuuare appellatione appellantis l. ampliorem.C.de appella.superfluè ergo in casu illius capitis alter ex illis appellauerat:prohibet enim Imperator vti superfluis appellationibus l.omnem honorem.C. quãdo prouo. non est nec.ociosa ergo redditur illa appellatio quę interponitur post appellationem ab vno ex litigatoribus interpositam,cùm demum alter se possit iuuare illius appellatione qui iam appellauerat. d. l. ampliorem. 7

Contra quòd hoc non fiat superfluè,immò si vterque ex litigatoribus se grauatum sentiens non appellauerit,in non appellando videtur eam sententiam approbare,& acquieuisse,& de hoc est tex. in c. quo ad consultationem de re iudi.& l.fi. C. de senten.quę sine certa.quæ iura illi legi,ampliorem. videntur repugnare,quare quid in hac re decidatur est videndum, an scilicet vterque ex litigantibus qui se læsum & grauatum sentit, debeat appellare, an verò sufficiat vnius appellatio, qua demum alter poterit se iuuare: super cuius dubij decisione ponemus regulas sequentes. 8

Prima regula quando sententia continet plura capita,& in quibusdam alter se grauatum sentit, & in aliis alter collitigans dicit se grauatũ:ita vt vterq; qui se grauatum sentit,debet appellare ex capitibus quæ contra se faciunt.alioquin in non appellando quis videtur omnia capita approbare,d.c.ad consultationem de re iudi.d.l.fi.C.de senten.& ita hic textus 9 Quando sententia continet plura capita vterque ex litigantibus sentiens se grauatum potest appellare.

BIU Cujas

tus c.Raynutius intelligi debet:quia ea ſententia lata ab eo primo iudice in ſe continebat plura capita vt licet ex verbis colligere,& quia vterque ſe læſum ſentiebat,vterque etiam appellauerat.

10 Sufficiet vnius appellatio vbi ſententia continet vnum caput.

Secunda regula vbi ſententia in ſe continet vnũ caput vel plura connexa, ita tamen vt alterum ab altero dependeat, & eo caſu ſufficit vnius appellatio qua alter poterit ſe iuuare.d.l.ampliorem. Ioan. Fabri.& Sali.in d.l.ampliorem, & hæc de iure procedunt:conſultius tamen ſemper erit vt appellatus qui etiam ſe ſentit læſum ex ea ſententia quæ ſo-

11 lum continet vnum caput, ſemper appellet à tali ſententia inquantum facit contra ſe,& hoc ex communi ſtylo obſeruari aſſerit Boeri. deciſio. 73. & Rebuffus in ſuis commen. in conſtitut. Regias in titu. de appella.in proe. nu. 25. quare lata ſententia appellatus qui ſentit grauamen ex ea ſententia à qua alter iam appellauit,debet etiam appellare à tali ſententia inquantum facit contra ſe:ita vt iam per vſum contrarium videatur derogatum illi legi ampliorem, cùm appellatus poſſit ſe iuuare appellatione appellantis,derogatum eſt etiam illi titulo ſi vnus ex pluribus appellauerit:quia oportet quemlibet ex litigatoribus appellare, alioquin vnius ap-

12 Vnius appellatio alteri non prodeſt.

pellatio alteri minimè prodeſſet.vt per Rebu. loco quo ſupra nu. 93. & meminit Papon in ſuo *recueil* in titulo *des appellations* arreſto 11.

Sed quid ? in hoc dubio duo ſunt qui contra ſe obtinuerunt:ſententiam vnus eorum appellauit, & tandem obtinuit, & reformata fuit ſententia.

13 Alter autem collitigator non appellauit, quare nunc eſt dubium an reformatio ſententiæ quæ facta fuit in vtilitatem alterius conſortis qui appellauerat profit illi qui non appellauit : an verò & ille cogatur & appellare per vnum titulum ſi vnus ex pluribus? dicendum eſt,quòd licet de iure illud verum ſit,quòd ſententia reformata in vtilitatem illius qui appellauit profit alteri ex ſociis qui non

Praxis. appellauit,in praxi tamen hoc obſeruatur quòd ille qui non appellauit debet ire ad iudicem appellationis ad quem conſocius appellauerat, cui debet ſupplicationem porrigere, vt talis reformatio ſententię ita factę ab iudice appellationis in vtilitatem ſui conſocij,illi profit & vt ſit executoria in ſui vtilitatem. Super qua ſupplicatione pars vocata interrogabitur an ille habeat aliquas exceptiones ad impediendum executionem illius ſententiæ,& ſi nullas proponat,poterit ille iudex appellationis declarare, quòd talis ſententia ita reformata erit executoria in vtilitatem illius ſupplicantis, & hoc aſſerit obſeruari Rebuffus loco quo ſuprà.Satius tamẽ erit ſemper appellare ab illamet ſentẽtia,&demũ demõſtrare ita fuiſſe iudicatum in ſui conſortis vtilitatem vt idem iudicium obtinere poſſit, & ſic videmus eum titulum abrogatum per non vſum per quem ipſis legibus derogatur : cùm & leges per non vſum mutentur,& ab illis per deſuetudinem diſcedatur.l.de quibus ff. de legi. mutantur enim leges quæ minus vtiles vſu ipſo deprehenduntur quòd

15 ſæpè obuenit conditione temporum vt ſunt illæ quæ pro negotiis hominum receptæfuere. Illæ autem quæ perpetuæ libertatis cauſa in omne tempus latæ ſunt,nulla lex ex illis antiquãda eſt authore Sa-

Leges cũ ſumma maturitate condi debent. bellico libro ſexto quintę enneadis : leges certè cũ ſumma maturitate condi debent, quas & olim Rex cum ſuo ſenatu condebat:quas demum nullo modo priuato licebat tranſgredi vel mutare, licebat quidem regi ſenatuíque ſimul pro temporum oportunitate quatenus expediebat diligentiq; cum æquitate de rebus ipſis accommodare atq; temporibus, 16 & ſi oportuerat permutare,vt Socrates apud Platonem in dialogo de regno apertè demonſtrat. Conduntur profecto leges vtilitatis gratia, vt ipſemet Plato teſtatur:quòd ſi vt eſt conditio rerum humanarum mutabilis & leuis,leges ipſę demum damno ſint ciuibus, mutari illę poterunt veluti ad meliora tendentes, & hoc operatur hominum actionúmque diſſimilitudo inſtabiliſque rerum humanarum conditio ita vt hac ratione nihil poſſit eſſe ſtabile,& 17 firmum omniáque mutationi ſubiecta ſint. quare nec perpetuæ poſſunt eſſe leges,ſed & neque omnibus conuenire.Olim aliis legibus Græci vtebantur, aliis Latini,& legum latores qui curam patriæ habebant, pro conditione hominum,& patriæ qualitate leges condebant:neque enim leges quas ferunt homines abſolutè ſe habent rationabiliter omnibus teſte Plutarcho in opuſculo de his qui tardè à numine corripiuntur, ſed & neque leges ipſę vndique æquitati conformes eſſe cenſentur : quin quibuſdã ridiculæ videtur,quibuſdã ſeriò latæ:ridiculę nobis videtur illę leges Lacedemoniorũ quæ habẽt:Protin° vt Ephori magiſtratũ ineũt,barbã minimè nutriãt huícque legi cuncti pareant. erat & lex illa Solonis inepta,& ridicula,quæ honore cum priuabat qui in ſeditione nulli parti adhærebat, & ſeditio- 18 ni ciuili non ſe immiſceret : de qua meminit Aulus Gellius in ſuis Atticis noctibus, volebat enim Solon, vt ſi ob diſcordiam, & ſeditionem ſeditio, & diſſenſio populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam irritatis vtrinque animis arma caperentur, tum qui in eo tempore in eoq; caſu ciuilis diſcordię alteri parti ſeſe non iunxerit, ſed ſolitarius ſeparatúſque à communi malo ciuitatis ſeceſſerit, vt is domo,patria,fortuníſque omnibus careret.

Quæ lex quantumuis à Solone lata fuerit, & ab Athenienſibus approbata ſit, reprehenditur tamen à Plutarcho, qui in eo opuſculo de induſtria animalium, legem eam Solonis punientem eum qui non ſe adiũxerat alteri parti in ſeditione iam defeciſſe demonſtrat : & amplius in vſu non eſſe,& ita variæ leges à variis auctoribus condebantur,quę omnibus minimè conueniebant, ſed quid mirum, cùm res humanæ ita caligent vt nihil perpetuum ab omnibus confici poſſit?non quòd propterea leges ipſæ abrogandæ ſint, ſed in hoc placet aduertere,ad id quod Lucius Valerius apud Titum Liuium quartæ decadis quarti libri in ea oratione quam 19 ibi habuit,nempe aliquas leges eſſe temporales,aliquas verò non in tempus, ſed perpetuæ vtilitatis cauſa in æternum latas eſſe : ex quibus nulla abroganda eſt niſi quam vſus coarguit, aut ſtatus aliquis reipublicæ inutilem fecit:leges verò quas tempora aliqua deſiderarunt,mortales eſſe, & temporibus ipſis mutabiles, vt quæ in pace latæ ſunt, plerumque tempus ipſum abrogat, & quæ in bello latæ ſunt plerũq; pax demũ abrogat, vt in adminiſtratione nauis obuenit,vbi alia in ſecũda,alia in aduerſa tẽpeſtate vſui ſunt,tãquã ipſe vſus qui eſt optimus legumcorrector,multa adimit,& multas addere ſolet.

Lex ea Solonis à Plutarcho reprobatur.

Ad rem noſtrã redeũdo,quãuis ab vſu ille titulus, Appellatio pro ſe,& ſuis cõſortibus in vſu. ſi vnus ex plurib° appellauerit,diſceſſerit:tamẽ quis

BIU Cujas

poteſt appellare pro ſe,& ſuis cõſortibus, quibus ea appellatio ſolet prodeſſe:quãdo ſcilicet inſolidũ eſſent condemnati: & ſi is qui appellauit,tranſegerit, alter poterit appellationem perſequi. c. ex parte de reſc.Rebu.in eo titu. de appella.arti.4.in gl.j.nu.23. & ibi refert à rege Carolo ſtatutum fuiſſe quòd nullus reciperetur appellans pro ſe, & ſuis adhærentibus, quamuis de iure hoc permiſſum ſit : ſed tali ordinationi per vſum contrarium derogatum eſt,& in curiis tales appellationes pro ſe, & ſuis conſortibus ſunt receptæ, & Maſueri. ita tenet obſeruari in vſu forẽſi in titulo de appella.§.item. & aliud etiam obſeruatur contra iuris communis obſeruãtiam, in hac materia appellationum,nempè quòd iudex non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſentẽtiæ, licet de iure hoc poſſit,& illi permittatur. l. ſi vt proponis. C.quomodo,& quã.iudex quare à ſentẽtia quãtũuis nulla appellandum eſt, & contra eam ſolũ adeſt remediũ appellationis,& neq; cõtra eã permiſſum eſt impetrare literas Regias,vt per eas ſententia reſcindatur.l.vt.C. ſenten.reſc.non poſſe.& neque ſupplicatio porrigi poteſt,nec in integrũ reſtitutio,nec via nullitatis.& in ſumma contra ſententiam latã à iudice inferiori nullũ aliud datur remediũ quã beneficium appellationis,vt per Rebu.in eo loco. nu. 87. & Papõ vbi ſupra arreſto 4. Sententia tamẽ quãuis ſit nulla,poterit à iudice appellationis confirmari ex nouis ſi eã repererit confirmandã.Roma.cõſ.158.

A ſententia quamuis nulla eſt appellandũ

Et quãuis in hoc appellans videatur lædi,cũ priuetur remedio nullitatis, per quã nullitatẽ poterat agere intra triginta annos:cũ ius illud agẽdi via nullitatis duret eo tẽpore triginta annorũ. c. dilecto. de appella.& tamen ſuam appellationẽ intra tres mẽſes tenetur perſequi & ſic per hoc læditur:verùm illi ſuccurritur, ſi poſt tres menſes velit ſuã appellationem perſequi per literas Regias,per quas releuatur appellans,ſi intra legitimum tẽpus appellationẽ nõ fuerit proſequutus, medio quarum releuabitur à deſertione ſuæ appellationis.Rebuff. in eo titulo de appella.articulo j.nu.19.in gl.2.

Tempus ad releuandam appellationem.

Tempus autem ad releuandã appellationem cõſtitutum eſt trium menſium in curia parlamenti, & tempus vnius menſis in noſtra curia generalium,& intra hoc tempus quis tenetur ſuam appellationem releuare alioquin eſſet deſerta appellatio, & tunc obtinendæ eſſent literę releuamenti à cancellaria.

Iudex poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ interlocutorię.

Illud autẽ quod dictum eſt iudicem non poſſe cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ,procedit vbi appellatum eſſet à diffinitiua ſententia: tunc enim iudex poſteaquam iudicauit functus eſt ſuo officio. l. iudex.ff.de re iudi.ſecus autem vbi appellatum eſſet ab interloquutoria,eo caſu iudex benè poſſet cognoſcere de nullitate ſuæ interloquutorię,eam emẽdando vel corrigẽdo.l.quod iuſſit.ff.de re iudi. quæ lex in interloquutoria locum habet:& procedit vbi illa non eſſet miſſa executioni: nam tunc interloquutoria miſſa executioni non poſſet nec emendari nec corrigi.Iaſ. in d.l. quod iuſſit, & ſemel tantum licet cognoſcere vt ibi per Iaſ.aut bis,& non vltra.

Reparatio interlocutoriæ intra decem dies peti debet.

Debet autem pars petere reuocationem interloquutoriæ à iudice intra decem dies, ſicuti & appellare.authen.hodiè de appella.ſit enim reuocatio interloquutoriæ eo modo quo & appellatio.l.ſi.à quibus appella. nõ licet:elapſis autem illis decẽ diebus à tempore prolationis illius ſententiæ, non poterit demum pars eam reuocationem petere, nam poſt lapſum decem dierum tranſit in effectũ rei iudicatę. Pano. poſt glo.in c.cũ ceſſante de appella. Iaſ. in d.l. quod iuſſit.eſt tamen notandum quòd quo ad iudicem talis interloquutoria non tranſit in effectũ rei iudicatæ,nam ſi velit, & ſi ſibi bonum videatur, eã poterit reuocare:ſed quantum ad partem,ſi poſt decem dies non appellauerit,non poterit demum venire.docto.in d.l.quod iuſſit.

Verũ licet iudex non poſſit de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ cognoſcere, poterit tamen iudex ſuam ſententiam interpretari. Pano.in c.j.nu.20. de poſt. prælat. & in c. cum olim de arbitr. hoc tamen arbitris minimè permittitur, qui lata eorum ſentẽtia ita functi ſunt eorum officio, vt eis demum nihil liceat ſuper eorum ſententia, nec eam interpretari, nec declarare.Pano.in d.c.cùm olim, quòd ſi contra tenorem poteſtatis,& eorum compromiſſi illi iudicaſſent,poſſent illi iterum cognoſcere:non enim expirat eorum poteſtas vbi arbitri non obſeruarunt eorum poteſtatem,quæ illis commiſſa erat.Bal.in l. ſi vt proponis.C.quomodo,& quan. iudex. 28 Iudex ſuã ſententiam poteſt interpretari. 29

Prima differẽtia inter diffinitiuam,& interlocutoriam.

Ex iam dictis ſequetur vna differentia inter ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam, cùm hęc reparari poſſit ab comet iudice, qui eam tulit, alia quæ eſt diffinitiua non poſſit.

Secunda differentia. 30

Alia erit differentia quia appellans à diffinitiua poterit non probatum probare,non deductum deducere pro ſua appellatione ſuſtinenda. l. per hanc. C.de temp.appella.quæ lex locũ habet, & in appellante,& in appellato:vterq; enim poterit facta noua & nouas probationes deducere: appellans quidem pro ſua appellatione ſuſtinenda,& pro ſententia infirmanda:appellatus verò pro ſententia ſuſtinenda, & infirmanda appellatione appellantis.d.l.per hanc & ibi docto.& ſic vterque poterit nouas probationes,& noua facta deducere. 31

Facta noua,aut contraria iam deductis ſunt deducenda. 32

Non quòd eamet facta quæ iam deducta fuere in prima inſtantia deduci debeant in articulo appelli, nec directè contraria his quæ iam deducta fuere, ſed facta noua,vel directè contraria illis iam deductis in prima inſtantia poterunt in articulo appelli deduci.elem. 2. de teſti. & ſic licet probare indirectam contrarietatem per teſtes non obſtante publicatione teſtium iam facta. Panor. in dict.clem. 2. & c. fraternitatis, de teſti. qui duo textus veniunt ad declarationem d. l. per hanc. per quam legem quidam ex doctoribus iuris ciuilis tenebant eamet facta iam deducta in prima inſtantia deduci poſſe in cauſa appelli, & id tenent obſeruari in terris Imperij, & inter laicos, alij verò tenent contrarium, quod verius eſt, & hoc verum eſſe aſſerit Papon in ſuo *recueil des arreſtz*, in titulo,*des faictz nouueaux, arreſt premier*,& hoc per eam clem.2.ita vt hodiè obſeruetur facta iam deducta in prima inſtantia,& ſuper quibus teſtes auditi fuerant, aut facta illis directè contraria non poſſe deduci in articulo appelli: quòd ſi facta aliqua fuiſſent ſolum deducta in prima inſtantia,ſed ſuper illis teſtes non fuerint auditi,tunc eamet facta in articulo appelli benè deduci poterunt, & ſuper illis teſtes poterunt audiri : quia tunc ceſſat timor ſubornationis, ratione cuius hoc deciſum eſt eamet facta deducta in prima inſtantia, & ſuper quibus teſtes auditi fuerant, non poſſe allegari in articulo appelli. dict. clem. 2. At vbi nulli teſtes fuerint auditi in prima inſtantia,cũ ceſſet metus ſubornationis:poterũt ergo allegari,& 33

dedu

BIU Cujas

deduci in articulo appelli.Ioan. de Imol. in d.c. fraternitatis, & Salic. in d. l. per hanc.quod tamen limitat Felinus, ibi nisi testes auditi in prima instantia dixissent se nihil scire super illis articulis iam deductis, tunc ergo eamet facta poterunt, & deduci, & super illis testes alij poterunt produci, & procedit etiam ea regula dummodo testes illi sint ritè,& rectè recepti, & attestationes etiam rectè productæ fuissent.d.cle.2.& ibi doctores.Item procedit regula dummodo pars aduersa hoc opponat aliàs parte non opponente possent eamet facta adduci,& super illis probatio fieri poterit parte nihil opponente. docto.in d.cle.2.

34 Notandum tamen est, quòd quamuis in prima instantia pars renunciauerit productioni testium aut instrumentorum, in articulo tamen appelli nõ obstante tali renunciatione poterit & testes & instrumenta producere:quia talis renunciatio non se extendit in instantiam appelli.doc. in c. cùm venissent de appellat.

35 Appellans autem ab interlocutoria non potest aliqua facta deducere, nam ex eismet actis productis in prima instantia talis appellatio debet decidi, & terminari,cle. appellanti.de appell. in cle. & hæc ratio solet dari, quia appellatio ab interlocutoria etiam si de iure canonico recepta sit, est tamen odiosa vt quæ deroget ordinariæ iurisdictioni, & dispositioni iuris ciuilis,quæ appellationem ab interlocutoria non recipit, nisi grauamen adferret irreparabile quod demum reparari non posset. l. antè sententiæ tempus. ff. de appel.recip. quia tamen de iure canonico talis appellatio ab interlocutoria recepta fuit.c.super eo 2.de appell. ideò talis appellatio est restringenda in hoc, vt ex eismet actis decidatur,absque deductione factorum nouorum.

Appellatio ab interlocutoria ex eismet actis decidi debet.

Appellatio verò à diffinitiua est fauorabilis,ideò est adiuuanda etiam per nouas probationes,& quãuis ea sit regula quòd appellatio ab interlocutoria decidi debeat ex eismet actis, ita vt non liceat noua facta adducere,nec nouas probationes facere,ita vt non habeat locum ea l. per hanc.limitabitur tamen hæc regula,vt nõ procedat quando iudex primæ instantiæ prohibuisset,aut impediuisset aliquem probare quæ volebat,eo enim casu si talis appellet, poterit ea facta deducere,& probare, & impedimentũ illud.Feli.in c.cùm Ioãnes.nu.26.de fide instru.Domi.de sancto Geminiano. in c.venerabilis. §. secus. de sen.excom. in 6.& facit in hoc vnum simile, nẽpè quòd dilatoria exceptio antè litem contestatam debet opponi:tamen si facto iudicis fuerit impeditus eam deducere, tunc & post litem contestatam poterit allegare, & proponere. gl. in c. ex conquestione.de resti. spolia.

36 Limitatio ad regulam quòd in interlocutoria non fiunt nouæ probationes.

Secunda limitatio.

Secunda erit limitatio ad eam regulam quòd appellans ab interlocutoria non possit facta noua deducere quando scilicet appellans in prima instantia exceptionem aliquam dilatoriam proposuisset, & demum negligenter fuisset omissa probari in causa principali, tunc appellãs ab interlocutoria in causa appelli poterit eam probare, & ad eam probandam debet admitti.Dominic.de sanct.Gemi.in d.§.secus, & sic in appellatione ab interlocutoria non probatum probabo.

Tertia limitatio.

Tertia erit limitatio, vbi appellatũ esset ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ.Feli.in c.fi.nu. 7. de iudi.Gui.Papæ,cons.89.& ibi tenet eam appellationem ab interlocutoria quæ habet vim diffinitiuę posse probari,& impugnari ex nouis in ipso articulo appelli.

Quando autem sententia interlocutoria dicatur habere vim diffinitiuæ,declarat Speculator in titulo de senten.§.2.quem refert Gui.Papæ, deci.12. est enim ea sententia quæ habet medium quoddam inter diffinitiuam,& interlocutoriam seu vbicunque interlocutoria parat præiudicium negotio principali.Bar.in l.eius qui ff.de appel.& sic potest dici quòd sententiarum tria sunt genera,seu species vt sit alia diffinitiua, alia interlocutoria, & alia habens vim diffinitiuæ.Ang. in rub.de re iudi.& Guid.Papæ,in ea decis. & præceptum iudicis de soluendo potest dici sententia habens vim diffinitiuæ. quod tenet Henricus Bohic in c.literis.de off.deleg.Gui.Pap. in eo cons. & deci. 12. quod procedit vbi actor suum libellum proposuisset contra debitorem, qui in iudicio debitum confessus fuisset:tunc præceptum sequens est interlocutoria habens vim diffinitiuæ.Felin.in c.quærenti.nu.9.de off. & potest.iudi.deleg.& si feratur sententia de soluendo non præcedente libello,non erit sententia,sed præceptum de soluẽdo. Felin.in eo loco.& Aufred.in deci. Capell. Tolosa. decis. 350.

37 38 Tres species sententiæ. 39

Quarta limitatio.

Quarta erit limitatio, vbi appellatur à grauamine extraiudiciali, tunc enim appellans à tali grauamine poterit non deductum deducere, & probare.Petrus de Anchara. in d. cle.appellanti. cùm permissa sit appellatio ex actibus extraiudicialibus. c. concertationi,de appella.in 6.dum tamen intra decem dies à tali grauamine illato appelletur, qui decem dies currunt à die notitiæ ipsius grauaminis, seu ipsius actus, de sancto Gemin.in d.c. concertationi,elapsis autem decem diebus, poterit quidem haberi recursus non per viam appellationis, sed per supplicationem,quæ coram iudice competenti proponenda erit per quam petetur illius actus annullatio.d.c. concertationi & ibi docto.

40

Duplex remedium contra actus extraiudiciales.

Contra enim actus extraiudiciales datur remedium, nempè remedium appellationis intra decem dies, aut demum remedium supplicationis ad annullationem illius actus, per illum textum, & post decem dies adest solum supplicationis remedium.

41

Hoc tamen non est perpetuò verum, quòd semper habeatur recursus per supplicationem ex actibus extraiudicialibus, sunt enim quidam actus qui fiunt extra iudicium per modum cuiusdam iurisdictionis,vt quando quis eligitur ad aliquod munus publicum authoritate, & à tali electione ad illud munus non licet supplicare, sed à tali electione est appellandum,aliàs in non appellando quis videtur eam electionem approbare. l. hi qui & nominationes.C.de appellat.l. vlti.C.qui ætate se excu.lib. 10. C.quare si quis ad officium rectoris, aut exactoris, aut consulis fuerit electus,debet ille statim appellare ad superiorem, & in causa appelli monstrat ipse appellans excusationes suas, aut electionem nullã, aut non legitimè factam. Ab electione tamen tutoris non appellatur, sed electus in tutorem poterit suas excusationes proponere: & sic in illis audietur. d. l. fi. electus etiam ad officium receptoris, vel susceptoris: quod idem est, & est munus personale, ciuile vt ff. de mu. & hono. debebit à tali electione appellare,& in articulo appelli deducet suas excusationes, sicut fecit Simon de Saudeo in hac ci-

42

*Electus in tutorem non appellat.

43

Ab electione in susceptorem appellatur.

44

BIU Cujas

uitate noſtra, qui electus fuerat in ſuſceptorem, à qua electione appellauit ad noſtram curiam. & ibi propoſita, & probata ſua excuſatione quòd quinq; liberos haberet, recepta fuit ſua appellatio, & tandem excuſatus.

Arreſtum.

Quinta limitatio.

Quinta erit limitatio, vbi ſtetiſſet per partem aduerſam quominus ille appellans coram primo iudice non feciſſet ſuas probationes, aut per ipſum iudicem, qui fuiſſet negligens eam partem audire, ob quod ille appellaſſet, tunc demum in ſua appellatione ſua facta noua proponendo audiretur. Bal. in d. l. per hanc. nu. 29.

Sexta limitatio.

Datur & ſexta limitatio, quando ſcilicet noua exceptio, aut noua allegatio quæ proponitur in cauſa appelli orta eſſet ex facto ſui aduerſarij. hoc enim caſu audiretur appellans ab interlocutoria proponendo ſua facta, & ad ea probãda eſſet admittendus. Bar. loco quo ſuprà arg. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis.

Septima limitatio.

Septima limitatio erit quando grauamen reſultans ex tali appellatione ab interlocutoria non poſſet aliter reparari quàm per allegationem, & factorum nouorum deductionem, tunc talis appellatio eſſet ex nouis probanda. Bal. in ea l. per hanc.

Debet ergò decidi appellatio ab interlocutoria ex eiſmet actis ex cauſis iam deductis in prima inſtantia, niſi in illis caſibus iam deductis, eſt tamen
45 verum quòd iniquitas interlocutoriæ poterit depræhendi, & demonſtrari ex iuris allegationibus ſed non ex allegationibus facti noui: & ſic talis appellatio ab interlocutoria non poteſt nec iuſtificari, nec ex nouis impugnari. Inno. in c. ſignificantibus, de noui oper. nun. & hoc etiam procedit vbi culpa poſſet aſſcribi litiganti: quia in iudicio non poſuit quod debebat, ſed in nouiter ortis, ex facto aduerſarij: in quibus nulla culpa imputari poteſt ipſi appellanti: & tunc ex nouis ea interlocutoria poſſet iuſtificari ita Oldra. conſi. 130. nu. 13.

46 Tertia differẽtia inter appellationem ab interlocutoria & à diffinitiua.

Tertia erit differentia inter appellationem ab interlocutoria, & à diffinitiua quia appellanti à diffinitiua ſufficiet dicere appello etiam ſolo verbo. l. litigatoribus. C. de appella. & hæc iuris diſpoſitio confirmatur multis ordinationibus regiis, quod procedit vbi ſtatim lata ſententia quis appellat. ſufficiet enim dicere appello, & ſolo verbo deuoluit appellatio, quòd ſi non verbo eſſet appellatum, ſtatim demum in ſcriptis appellandum eſſet. gl. & docto. in d. l. litigatoribus: quis autem dicitur appellare incontinenti, quando quis lata ſententia ſtatim appellat, aut iudice adhuc ſedente pro tribuali, alias in ſcriptis eſſet appellandum. de ſancto Gemin. in c.
47 cordi. de appella. in 6. Appellans autem ab interloquutoria ſemper debet appellare in ſcriptis ſiue appellet ſtatim ſiue poſt. c. j. de appell. in 6. quod non
48 procedit vbi ad curiã dominorum generalium appellatum eſſet: nam ſola appellatio verbo emiſſa ſtatim deuoluit cauſam ad eam curiã ſiue appellatum ſit à diffinitiua ſiue ab interlocutoria.

49 Quarta differentia.

Quarta erit differentia quia quoties appellatur ab interlocutoria, iudex non ceſſat procedere in ipſo negotio, & poteſt procedere vſque ad inhibitiones obtentas à ſuperiori. c. non ſolum de appel. in 6. niſi iudex admiſerit appellationem ab interlocuto-
50 ria: tunc enim non poſſet amplius in cauſa procedere. item etiam vbi grauamẽ illatũ per interlocutoriã eſſet irreparabile: tũc enim ſola appellatio deuoluet. Bar. in l. generaliter. §. ſed iuramento C. de reb. credi. cùm verò à diffinitiua interponitur appellatio, iudex ſtatim debet ceſſare, & nõ debet vltra procedere. c. non ſolum. de appel. in 6.

Quinta erit differentia quia attentata, & innouata poſt appellationem à diffinitiua etiam ſolo ver- 51 Quinta differentia.
bo interpoſitam, veniunt ſtatim reparanda, & imprimis. c. non ſolum, de appella. quod non procedit vbi appellatio eſſet deſerta, vt quia appellans intra tempus ſtatutum non appellaſſet, nec releuaſſet ſuã
52 appellationem, quo caſu iudex primæ inſtantiæ elapſo termino dato ad appellandum, & releuandum, poſſet demum procedere non obſtante appellatione verbo interpoſita. Gui. Pap. conſi. 4. nu. 3. & conſ. 60. nu. 12. Rebuff. in titu. de appellatio. arti. 15. in gl. 2. nu. 19. & 20. eo quòd talis appellatio habetur ac ſi non fuiſſet propoſita, cùm non fuerit intra tempus debitum releuata ad ſuperiorem, quòd ſi poſt inhibitiones aliquid factum fuiſſet vt attentatum eſſet reparandum d. c. non ſolum. Attentata verò ab in- 53 Attẽtata facta poſt inhibitiones ab interlocutoria reparantur.
terlocutoria non reparantur ſtatim d. c. non ſolum quinimò iudex ſemper poſſet procedere vſque ad inhibitiones niſi iudex eam appellationem ab inloquutoria admiſiſſet: quia iudex admittendo eam appellationem, & illi deferendo ſibi prejudicat, aliàs eam non admittendo poſſet procedere vſque ad in-
54 hibitiones, deferendo tamẽ ſuſpendit ſuum officiũ. Bar. in l. eius qui. ff. de appel. & Rebuff. in eo titu. de appella. arti. 16. in gl. 2. nu. 13. poſt verò inhibitiones attentata facta eſſent reparanda.

Et habet locum ea reparatio attentatorum ab in- 55
terlocutoria, vbi talis appellatio eſſet iuſtè interpoſita, quæ ſi eſſet iniuſtè, nullus locus eſſet reparationi attentatorum. Rebu. in titulo de euocationibus. arti. j. nu. 103. & in tractatu de appella. arti. 16. in gl. 2. nu. 5. Panor. in c. ſuper quæſtionem. §. fi. nu. 4. de offi. deleg. quare reuocatio attentatorum ab interlocutoria quæ facta ſunt antè inhibitiones depẽdet à futuro euentu: quia ſi appellatio reperiatur iuſta, attentata reparabuntu, ralias non, & nulla fiet attentato reparatio ſi reperiatur iudicem benè iudicaſſe. Panormit. in eo loco, & ob id hæc praxis obſeruatur, cùm formetur incidens ſuper reparatione attentatorum ab interlocutoria antè inhibitiones, tale incidens iungitur articulo appelli, & tunc ſi appareat malè iudicatum, reparabuntur attentata, ſi autem benè ſit iudicatum, nulla fiet reparatio.

Attentata verò ab interlocutoria poſt inhibitio- Attentata poſt inhibitiones ab interlocutoria ſtatim reparãtur.
nes factas ſtatim debent reparari. Rebu. in loco quo ſuprà de appell. arti. 16. in gl. 2. nu. 5. ibi, non reuocãtur niſi ea quæ facta ſunt poſt inhibitiones. d. c. non ſolum, & Bertachinus in verbo, appellatione pendẽte, ibi appellatione pendente ab interloquutoria. Guid. Papæ, conſi. 68. nu. 6.

Fit autem ea attentatorum reparatio duobus modis à iudice ad quem: vno modo inſimul perſequendo appellationem vnà cum reparatione attentato- 56 Attentatorum reparatio fit duobus modis.
rum: & illa eſt via ordinaria cùm in libello appellatorio inſimul concluditur ſuper appellatione, & attentatis concludendo malè iudicatum, & ad attentatorum reparationem. de ſancto Gemi. in eo c. non ſolum. Altero modo petitur fieri ea reparatio attentatorũ per ſupplicationem, & implorationẽ officij iudicis ad quẽ, & hæc eſt via extraordinaria, & per quam facilius fit ea reparatio, & facilius

ei

BIU Cujas

ei subuenitur,nam antequam dicatur ius super articulo appelli, fiet ius super attentatis quæ facta sunt post appellationem à diffinitiua: & post inhibitiones ab interlocutoria,quòd si insimul concluſum sit,& insimul ius dicetur. Dom. de sancto Gemi. in eo loco. Panor. in c. ex parte. 3. nume. 9. 57 de rescin. & ad quem iudicem appellationis spectat cognoscere de ipsis attentatis quæ facta sunt post appellationem emissam.d. c. non solum.

Petenti attentatorum reparationem duo sunt probãda.

58 Coram quo iudice appellationis duo sunt probanda ab eo qui petit attentatorum reparationem, nempè appellationem interpositam, & id quod factum est in odium illius appellationis, & post eam emissam, vel dic quòd appellans à diffinitiua debet probare appellationem propositam, & post eam aliquid factum fuisse, & appellans ab interlocutoria debet probare appellationem ab eo propositam, & inhibitiones factas iudici à quo, & demum aliquid factum fuisse post eas inhibitiones.Rebuff. eo loco artic. 16. lite enim pendente nihil est innouandum: quòd si nouatum aliquid fuerit id erit reparandum non vi primæ sententiæ, sed per viam attentati per iudicem ad quem. Bald. in l. furti. §. sed si furti. ff. de his qui notant.infam.

Licet tamen lite pendente nihil nouandum sit, & ea appellatione pendente, fallit tamen circa probationem, quia probatio est de natura appellationis,cùm via probationum non sit arctanda, quin potius amplianda. Bald. in l. generaliter, in prin. num.2.& 3.C. de rebus credi. quæ probatio- 59 nes non fieri debent coram iudice à quo appellatum est, & illud quod dicitur nihil esse nouandum pendente appellatione, intelligitur quando illud quod fit, est contrarium naturæ appellationis: secus si sit de natura illius, vt sunt probationes quæ fieri possunt per eam l. per hanc. Sali. ibi.

Sexta differentia inter appellationem à diffinitiua, & interlocutoria.

60 Sexta erit differentia quia quando quis appellat à diffinitiua sufficiet in literis appelli narrare se appellare à sententia diffinitiua,contra se lata à tali iudice absque expressione aliquorum grauaminum. Appellans autem ab interlocutoria in literis appellationis debet exprimere grauamina sibi illata,quæ expressa demum poterit persequi coram iudice ad quem, alia autem grauamina non expressa non poterit prosequi. c. cordi nobis est de appella. in 6. sunt adhuc aliæ differentiæ quas Bartol. posuit in suis quæstionibus.

61 In hoc tamen illæ duæ appellationes conueniunt quia siue appellatum sit à diffinitiua siue ab interlocutoria, appellans si vincatur ex eismet actis, in expensis appelli est condemnandus per regulam victus victori, & si appellatus ex eismet actis vincatur in expensis appelli erit condemnandus.Bal.in l. eos. §.cautione.C. de appella.docto.in c. ex parte 2.de resc.decisio Capellæ Tolosanæ,deci.222.& ibi Aufred.

Appellatus olim quamuis vinceretur, nõ condẽnabatur in expensis.

Olim quidem appellatus qui sententiam pro se obtinuerat non condemnabatur in expensis ex cõmuni vsu recepto, etiam si contra ipsum sententia reformaretur ita demonstrat Papon in suo *recueil* in titulo *des appellations*, arresto 21. & tangit Aufre. in ea decisione. ca. toto. quia ille appellatus sententiam pro se obtinuit, quam & substinebat: propterea si demum eam substinendo vincebatur, ab expensis veniebat excusandus, & hoc prius notauerat Speculator,in titulo de appella. §. fi. quem refert Rebuffus in titulo de expensis.artic.j. nu. 39. quod tamen hodiè non seruatur immò indistinctè tam appellans quàm appellatus qui contra se sententiam obtinet ex eismet actis, condemnatur in expensis: quòd si in causa appelli appellans plura grauamina deduxerit, vel plures causas, tunc sufficiet vnam causam probare ad obtinendum. Pano. in c.significante de appella.

Quòd si ex nouis appellans vincatur,quia appellatus produxit quædam acta, quibus ea sententia à qua fuerat appellatum, fuit confirmata, quæ aliàs infirmanda erat, & tunc ille appellans qui vincitur ex nouis productis,non condemnabitur in expensis:quamuis dicatur benè iudicatum, & econtrariò si appellatus ex nouis vincatur, vt quia appellans producit in articulo appelli quædam acta, quibus de nouo productis dicitur malè iudicatum, & tunc ille appellatus non condemnabitur in expensis. Bartol. Bal. Iaso. & alij in l. properandum. §.sin autem.C. de iudi. Aufred. in ea decis. & Rebuff. in eo titu.de appella.artic.9.in gl.vnica.nu. 25.& 36.

Obtinens in vno capite ab expensis excusatur,licet in alio vincatur.

Excusatur etiam quis ab expensis in articulo appelli vbi sententia à qua est appellatũ, cõtinet plura capita,&in vno ex capitibus quis obtinet in articulo appelli, & in alio vincitur,& tunc etiã nulla fiet condemnatio expensarum: & hoc siue ille talis sit appellans aut appellatus; quod probatur in hoc c. Raynutius,& hoc tenet Rebuff.in eo loco.num.35. Arrestum. vidi tamen arrestum latum Tolosæ, in quo appellans in parte obtinuerat, & in parte non, & tamen fuit in expensis condemnatus, & fuit latum arrestũ inter Ioannem Trefeint appellantem, & Guillelmum Rozieres appellatum, & dictum fuit quòd in eo in quo appellans fuerat condemnatus, in emenda centum aureorum, *l'appellation, & ce dont auoit esté appellé mise au neant, & en tout le surplus, l'appellation mise au neant, ordonne que ce dont a esté appellé sortira effect: le condemnant és despens de l'appel*, & tamen ille in parte obtinuerat, & in simili iudicatum vidi in nostra curia, vbi appellans qui in parte obtinuerat,in parte etiam fuerat victus: nihilominus ille appellans in expensis fuit condemnatus: & hoc quia constabat eum appellantem semper debitorem fuisse, & nusquam aliquid obtulisse: & latum fuit arrestũ anno millesimo sesquimillesimo sexagesimo quinto in mense Aprili.

Sententia quid indiuiduum.

Sed quomodo id fieri poterit, vt quis in parte 62 obtineat,& in parte vincatur,cùm certum sit sentẽtiam esse quid indiuiduum.l.in hoc iudicium.ff. famil.ercis. ergo diuidi non poterit, cùm indiuidua non diuidantur.l.stipulationes. ff.de verbo.obliga. dic aduertendum esse,quòd aliquando libellus productus in iudicio continet vnum caput: aliquando verò continet duo, vel plura capita, & aliquando libellus datur contra vnum, aliquando verò datur 63 contra plures: quando libellus continet vnum caput, sententia tunc debet ferri super eo capite, & eo casu, cùm sententia fertur super vno capite, sententia erit quid indiuiduum, & non poterit diuidi, cùm feratur super libello vnum caput continente, & hoc modo intelligitur l. in hoc iudicio.ff. famil. erciſc. & non poterit talis sententia continens solum vnum caput pro parte valere,& pro parte non, nam si peto ab aliquo decem libras,aut aliam sum-

Sententia continens vnum caput est indiuidua.

64

BIU Cujas

mam, iudex super ea summa debet iudicare, quòd si in parte iudicauerit, & in parte non, talis sententia non valebit: quia cùm ea petitio solum contineat vnam summam, iudicandum erit super tota ea summa. l. non idcirco. ff. de iudi. quare debebit iudex in tota illa summa condemnare, si ea probata fuerit, aut condemnare in summa probata, & absoluere in ea summa quæ non est probata, & sic in probatis debet condemnare, & in non probatis partim absoluere, alioquin condemnando solum in vna parte summæ petitæ quæ probata est per aduersarium, remanente altera parte summæ quæ non est probata in suspenso, sententia nulla esset. Bald. in l. j. nu. 4. C. si aduer. rem iudi. decis. Capell. Tolos. 178. & si à tali sententia quæ solum vnum caput continet, esset appellatum, iudex superior non posset eam sententiam pro parte infirmare, & pro parte confirmare, sed debet pronunciare, aut benè aut malè iudicatum.

Est quidem verum, quòd si pars quæ petit centũ, quinquaginta probauerit, & iudex in tota summa centum reum condemnauerit, poterit ille reus à tali sententia appellare: & iudex appellationis dicet benè iudicatum respectu illius summæ probatæ, & pro alia summa non probata dicet malè iudicatum. Bal. & Salic. in d. l. j. summa enim illa centum petita, est diuisibilis: licet sententia quo ad sui validitatem sit indiuisibilis. Pau. Cast. in d. l. j.

65 Sententia continẽs plura capita in quibusdam potest valere, & in quibusdam non.

Quòd si libellus in se contineret diuersa, & plura capita, & super diuersis rebus, eo casu iudex in illis capitibus quæ erant probata, poterit condemnare, & in non probatis poterit reum absoluere: quia tunc tot videntur sententiæ, quot sunt capita deducta in libello, & in sententia. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. Sali. in d. l. j. C. si aduer. rem iudi. nume. 3. & si à tali sententia quæ in se continet plura capita, appellatum fuerit, talis sententia quo ad quædam capita probata poterit cõfirmari, & quo ad alia non probata, poterit infirmari. l. Carmelia pia. ff. de iure patro. & sic differt ea l. Carmelia pia. à l. in hoc iudicio, quæ loquitur de sententia quæ in se solum habet vnum caput, & quæ est indiuidua, & per consequens non potest pro parte valere, & pro parte non, ratione indiuiduitatis, cùm indiuidua diuidi non possint. l. Carmelia pia. loquitur in sententia quæ in se continet diuersa capita, à qua sententia si fuerit appellatum, quæ in se continet plura capita, poterit ea sententia in quibusdam confirmari, & in quibusdam infirmari, quod & in sententiis arbitrorum procedit. glos. in c. cùm tempore. in verbo capitalis de arbitr.

In inseparabilibus inutile nõ vitiat vtile.

Et neque potest dici, quòd quamuis sententia deficiat in vno capite, quòd propterea tota illa sententia reddatur nulla: quia vtilè per inutile non vitiatur in his quæ separari possunt. l. j. §. apud Trebatium. ff. de aqua quotidi. & firmitas in vno ex membris valde stare potest, & infirmitas in alio inualido. d. l. Carmelia, & l. quædam mulier. ff. fami. erc. quæ rationes cessant, vbi sententia solum continet vnum caput: quia si sit nulla, in totum erit nulla. decis. Capell. Tolos. 178. & Roman. consi. 281. & tunc locum haberet regula, vtile per inutile non vitiatur, quæ locum habet in his quæ separari possunt. d. §. apud Trebatium, & hoc etiã probatur in hac nostro capite Raynutius, vbi in libello erant plura capita, & sententia primi iudicis etiam continebat plura capita: à qua sententia vterque appellauerat: iudex autem appelli quædam reformauit: quædam verò infirmauit, sicuti poterat, vt iam dictum fuit.

Dubitari autem nunc posset, quid nos capita varia, & connexa appellemus, vel separata? dic quòd vnum caput, vel capita connexa appellamus, quando deducitur vnummet factum cum quibusdam circunstantiis, verbi gratia promisi tibi centum cum pacto quòd pro me ibis Romam, istud est vnum caput annexum illi qualitati, vel sunt duo capita inter se annexa, vnum quantum ad principale, & alterum ad circunstantiam: diuersa autem capita appellantur quæ in se continent diuersa facta, & diuerso tempore confecta, ita vt nec vnum ab altero dependeat. Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de libe. leg. quem sequitur Ioan. Constanti. in constitut. Regias articulo. 144. 66 Quæ dicantur capita varia, & diuersa, & cõnexa.

Non solum autem recipiuntur appellationes à grauaminibus iudicialibus, & extraiudicialibus vt dictum est, sed & à seruientibus, si illi modum excedant in exequendo eorum commissionem, & mandatum illis factum à iudicibus, à quibus modum excedentibus appellationes recipiuntur: & tales appellationes ita formatæ ab executore, habent vim oppositionum: & iudex ad quem appellatur, solet tales appellationes in oppositionem conuertere, cùm illæ naturam oppositionum sortiantur, sicuti sunt etiam & illæ appellationes quæ fiunt à confectione libri alicuius compesij, si quis prætendat grauamen ex tali confectione: nam demum iudex ad quem, conuertendo appellationem in oppositionem remittit partes ad iudices ordinarios, vt super tali grauamine, & oppositione faciant & reddãt partibus iustitiam, & hoc demonstrat Masueri. in titulo, de possess. versic. item si quis. 67

Natura appellationum ea est, vt causam ad superiorem deuoluat, & nec à pari ad parem sed ad superiorem. l. j. ff. de appella. quare nec à principe nec à curia parlamenti, nec à nostra curia generalium, nec ab alia curia suprema licet appellare: quia tales qui præfecti sunt curiis supremis, referunt principem benè consultum: & cuius principis ipsi sunt pars sui corporis. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestatis, & sicuti à principe non appellatur, ita nec ab illis. l. j. ff. à quibus appellare non liceat. Rebu. in tit. de appella. arti. 7. 68 Appellatio fit ad superiorẽ.

Quamuis ab ipsa curia suprema non liceat appellare contra eorum arresta, tamen contra arresta dantur multa remedia, nempè requestæ seu supplicationes ciuiles, beneficium propositionis erroris, beneficium restitutionis in integrum, & alia similia remedia, de quibus per Rebuffum in titulo de requestis ciuilibus, & in titulo, de supplicationibus. 69 70

Verùm cùm curia suprema referat principem, dubium est an delegatus à curia suprema possit subdelegare, si enim referat principem, ergo delegatus à curia suprema poterit subdelegare: quia delegatus à principe potest subdelegare. l. à iudice. C. de iudi. & pro hac opinione faciunt duæ ordinationes Regiæ, quarũ meminit Rebu. in suis cõmẽtariis in ordinationes Regias, in quib⁹ ordinationib⁹ permitti 71 Delegatus à curia suprema potest subdelegare.

BIU Cujas

mittitur cõsiliario cõmisso ad inquestã, alterum subdelegare modo id fiat ex permissione curiæ, ex quibus verbis vltimis non videtur hoc licere, nisi illud fieret ex curiæ permissione: ergo sine permissione curiæ non licet, quamuis hoc sit dubium, vidi obseruari in dicta nostra curia licere commissario à curia, cùm alicui ex illis committitur audire partes, licere illi commissario alium subdelegare, & alteri committere audire testes super factis coram eo productis, & ex stylo curiæ hoc obseruatur. & ita iudicatum vidi in causa appellationis cuiusdam, qui appellauerat à subrogato à domino de Sale consiliario regio, & commissario à curia, qui subrogauerat factionem inquestæ cuidam, à quo subdelegato pars appellauerat ad curiam, & fuit dictum bene iudicatum ab ipso subdelegato. & vidi confirmatam inquestam factam ab vno quem subdelegauerat dominus Iacobus Blanchonus delegatus à curia, & ibi consiliarius, & fuit latum arrestum die quarta Nouembris, 1575. & ego sæpius commissarius à curia subdelegaui, & subrogaui alium, in ea causa mihi commissa.

Cùm autem ab inferiori ad superiorem appellandum sit, inferri potest decisio illius vulgatæ quæ-
73 stionis, quòd concilium sit supra Papam, nam cùm
Papa ad concilium appellãdum. recipiatur appellatio à Papa ad concilium: ergo cõcilium erit supra Papam. legimus enim multoties à
74 Papa ad concilium appellatum fuisse: & quam appellationem aliàs proposuit Philippus tertius rex Gallorum illius nominis, qui cùm se videret excom
75 municatum à Papa Innocentio tertio, regnumque suum interdictum, conuocato suorum procerum & principum concilio, à tali interdicto & excommunicatione appellauit ad futurum concilium, miserat enim Innocentius Papa tertius, legatum ad ipsum regem, vt interdictum regno proponeret, cui legato rex appellationem ad futurum cõcilium proposuit. Idem fecit Philippus le Bel etiam rex Gallorum, qui contra sententiam Bonifacij octaui appellationem etiam proposuit ad futurum concilium. ausus enim fuerat ipse Bonifacius regi imperare, vt
Iussus Papæ ad Philippum regem Galliæ, qui ab eo ad futurum cõcilium appellauit. protinus ad bellum vltra mare se accingeret: misitque ad eum legatum, vt nisi in hac re mandatum adimpleret, se eum regno priuaturum, de qua re indignatus rex, & videns eum legatum audaciorem quàm par esset, & quòd nullam rationem Regiæ maiestatis ille legatus haberet, ipsum legatum vnà
Rex Galliæ legatum Papæ in carcerem detrudit. cum sua legatione in carcerem detrudendum mandauit: cuius demũ detrusionis ipse Bonifacius certior factus, misit adhuc Archiepiscopum Narbonẽsem legatum ad ipsum regem, qui legatus ex mandato ipsius Papæ declarauit ipsi regi, regnum Franciæ ex tali intrusione sui legati ad ipsum Papam deuolutum, & insimul pronunciauit omnes indulgẽtias ab aliis Pontificibus in vtilitatem ipsius regni concessas, irritas, & sine effectu. Tunc rex tantæ iniuriæ impatiens, iussit legatos à suo regno discedere: conuocauitque demum totius regni prælatos, Barones, & alios proceres sui regni ad suum cõcilium: quibus conuocatis rex omnem rem exposuit, cósque requisitos habuit, vt illi in hac re fidele consilium præberent, & quid sibi agendum esset aduersus Papalem ambitionem, & iniuriam sibi illatam aperirent: cumque omnes sese regi subditos asseruissent, omniaque quæ ipsi possiderent, & tenerent ab ipso & à regibus Galliæ habuisse confessi essent: concluſum fuit regnum Franciæ non subditum esse Papatui: appellationemque interponendam contra
Regnum Franciæ non subditum Papatui. ipsum Bonifacium censuerunt, & contra ea quę ab ipso facta fuêre ad futurum concilium: quæ appellatio demum proposita fuit, proclamatúmque, atque inhibitum fuit omnibus subditis, ne quis aurum, argentum, aut quid aliud Romam deferret: & ita rex ille magnanimus fulmina illa Papalia illusit: & tandem hoc negotium compositum fuit, atque declaratum, quòd rex Francię & eius officiales non possent excommunicari, quod fuit concessum à 76
quodam Pontifice in fauorem totius regni, ne abhinc possent subiici excommunicationi, fuit tamen ille Pontifex notatus, quòd ita liberalis fuisset erga reges Franciæ, cuius rei meminit Boer. in suis consuet. Bituricens. in titulo, de iurisd. omni. iudi. §. 21. in verbo, sed iam ex consuetudine, & in suis Deci. decis. 114. num. 2. idem egit Ioannes Teutonicus glossator decreti: qui quantumuis partes ipsius Põtificis fuisset aliàs tutatus, tamen ex eo quòd Cle-
Teutonicus à Papa ad cõciliũ appellauit. mens quartus imposuerat quasdam decimas super clero, ille Teutonicus impatiens illius superexactionis contra talem impositionem se opposuit, & appellationem proposuit ad futurum concilium.

Rex Nauarrę non fuit, vsus tam prudenti consilio, qui à Iulio Pontifice excommunicatus suum 77
regnum dedit primò occupanti: quod & demum rex Hispanię occupauit, & ab eo tempore illud tenuit, sicuti nunc tenet, qui si à tali excommunicatione appellasset, suum regnum integrum retinuisset.

Ludouicus imperator hoc minimè passus fuit, qui cùm hęreticus & schismaticus à Ioanne vicesimo tertio Pontifice fuisset declaratus, ex eo quòd ille Ludouicus imperij administrationẽ assumpsisset priusquam iuramentum Imperij ab ipso Pontifice accepisset, qui ob id in ipsum excommunicationem fulminauit. at ille Imperator appellationem ab illo ad futurum concilium proposuit. Simile factitarunt multi clerici & viri ecclesiastici tam in Germania, quàm alibi, & tum maximè cùm Gregorius vndecimus decimam imposuisset super eorum bonis, qui se opposuerunt, & appellationem contra ipsum ad futurum concilium proposuerunt, quos & hisce diebus insequutus fuit Martinus Lutherus, qui vo-
Martinus Lutherus à Pontifice ad futurum concilium appellauit. lens vti tali remedio iuris, cùm se videret grauari à Leone Pontifice appellauit ab eo ad futurum concilium, & eo remedio illudebat conatus ipsius Põtificis, & illius fulminationes. Idem egit vniuersitas Parisiensis contra eúmmet Leonem, ob id quòd suo decreto pragmaticam sanctionem subuertebat, & sic ab eo ad futurum concilium appellauit: vnde ex iam dictis inferri potest concilium esse supra Papam, cùm ab eo ad ipsum concilium appelletur, & ita determinatum fuit in concilio Constantię, anno domini millesimo quadringentesimo nono, sub Pa- 78
patu Ioannis vicesimi quarti, & ibi etiam sancitum fuit concilium Imperatore maius esse: nam ibi cùm
Concilium maius imperatore Sigismundus Imperator Constantiam appulisset, vt ibi concilio interesset, miserat ille ad Ioannem Hus, vt eò accederet cum suo saluo conductu quem ad eum miserat, qui cùm eò aduenisset, opinionesque suas tutatus fuisset, ex patrum sententia ipse Hus cõdemnatus fuit tanquam hęreticus, vt igni dedicaretur cum ecclesiæ doctrinam respueret, quod ipse Imperator tulit ægro animo propter fidem quam

BIU Cujas

illi Hus dederat: & cùm de tanta re conquereretur, illi responsum fuit, non posse accusari de fracta fide, cùm concilium non illi tradidisset saluum conductum, sed solùm Imperator, quo concilium erat maius, & ideo præter consensum concilij solus Imperator hoc minimè potuit concedere. ita Munsterus in
97 sua Cosmographia: præterea asseruerunt illi de concilio hæretico fidem minimè seruandam esse.

Cuius rei Bohemi certiores facti, ita irritati fuêre, atque commoti, vt passim quoquouersus excurrerent, atque percurrerent deuastantes igni, & ferro templa, & personarum ecclesiasticarum monasteria, & ab eo tempore sese vendicarunt à dominatu ipsius Pontificis, cuius iussu credebant omnia ea euenisse, ob eamque causam crebræ expeditiones in Bohemiam adornatæ fuere aduersus seditiosos & malè feriatos homines, qui post mortem ipsius Hus templa & monasteria diripiebant, & populabantur: quorum Bohemorum dux erat Zischa, ita dictus, & ingens clades vtrinque commissa fuit: cuius rei autor est Ioannes Carion libro tertio Chronicorum, idem contigit & tempore Arrianorum, qui impunè & crudeliter persecuti sunt sacerdotes,
81 eos passim in templis occidentes: alios verò in exitium ab vrbe eiiciebant: quæ omnia Sabellicus libro octauo septimæ Eneadis in scriptis reliquit, & durauit bellum etiam ad tempora Constantij imperatoris, quo regnante mota fuit rursus persecutio, & maximè contra episcopos & doctores catholicos ab ipsis Arrianis, à quibus vel maximè infestabantur, & in ipso templo occidebantur, domus eorum catholicorum diripiebantur, & erant in prædam ipsis Arrianis. ita vt ob sæuitiam, & crudelitatem ipsorum Arrianorum magna pars ipsorum catholicorum relictis vrbibus in desertum sese recipiebant, nã vbi ipsi Arriani fortiores erãt, diuexabant miserè ipsos catholicos, alios in carcerem mittentes, alios comburentes, alios submergentes: & sub Zenone Imperatore, anno quadringentesimo septuagesimo sexto rex Vandalorum Honoricus Arrianus crudeliter admodum prosequutus fuit ipsos catholicos in Africa, & in exilium misit quatuor millia nonaginta septuaginta sex per diuersa loca: nulli ætati parcens, & alios quos inueniebat, morti submittebat, clausitque templa quæ ipsi catholici tenebant, eaque demum ipsis Arrianis donauit, qui demum pœnas debitas exoluit: nam à vermibus diu cruciatus tandem miserè obiit mortem. Demum ipse imperator Arrianos omnes à suo imperio eiecit, eosque templis priuauit, sustulitque omnem pestem pestis Arrianæ, & reuocauit omnes antistites & catholicos homines qui in exilium ab ipsis Arrianis missi fuerant, eosque in pristinam dignitatem restituit, illisque permisit vt in eorum catholica religione viuerent, ob quam rem irritatus rex Italiæ Theodoricus fautor illius sectæ Arrianæ, cœpit sæuire per totam Italiam in catholicos, compulitque Ioannem Pontificem primum huiusce nomi
82 nis, iter facere ad ipsum imperatorem, ac cum eo agere vt Arrianos restitueret: addens minas nisi hoc efficeret dictitans, vt nisi ea mandata ritè exequeretur, & nisi hoc succederet, se & Romam cum omni Italia incendio, cædibus & ruina deuastaturum, omnemque Arrianorum iniuriam (nisi illi remitterentur) hominibus orthodoxæ fidei in Italia redditurum. Pontifex coactus talibus iussis obsequi adiit ipsum Iustinum imperatorem, cui venienti occurrit ipse imperator, & Pontificem nulla veneratione accepit: qui cùm causam suæ delegationis exposuisset, incidit ea difficilis consultatio de Arrianis restituendis: fuit autem vel maximè ac vehementissimè commotus imperator lachrymis Pontificis & aliorum legatorum qui cum eo venerant, qui constanter affirmabant actum esse de ipsis catholicis, & de vita eorum omnium, & de excidio Romæ, & totius Italiæ, si ea denegarentur illi regi: eò tandem decursum, vt de Arrianis diuinæ prouidentiæ permitteretur, vti per se aliquando veritatem respicerent, aut opportuniore tempore ea pestis omnibus terris expugnaretur. quare datum fuit Pontifici, ne Roma & omne Italicum nomen ex denegatione illius reo maiorem cladem pateretur, vt Arriani restituerentur, suoque instituto viuerent. Vnde factum fuit vt ferè quælibet ciuitas duos episcopos haberet, quorum alter erat catholicus, alter verò Arrianus: & interea varię cędes committebantur, catholici in Arrianos insurgebant, & Arriani in catholicos, ita vt verum sit illud, diuersitatem religionis
85 parere discordias, & in imperiis & familiis. Sparsus autem erat numerus Arrianorum iam per multas prouincias, ad Burdegalã & Vasconiam peruenerãt, eamque tenebant, cùm Clodoueus rex Francorum contra eos insurrexit, contráq; Alaricũ regem Visigotorum bellum intulit: erant enim Visigoti infecti secte Arrianæ. Alaricus regem Clodoueum ad se venientem excepit Pictauis, fuitque bellum inter eos atrox, & aliquandiu anceps: tandem Alarico cadente Visigoti fusi cæsique sunt: exercuitque demum Clodoueus victoriam in Arrianos, eripuitq; ab illis Burdegalam quam occupabant, sicque à regno Franciæ fusi fuere. quare ex iam dictis, voluerunt quidam inferre, quòd cùm à Papa ad cõcilium appelletur, concilium esse supra Papam, cùm ab inferiori ad superiorem appelletur, sed hæc Theologis & aliis relinquamus.

Priusquam huic materiæ appellationum finem faciamus, tractabimus quasdam quæstiones ipsam appellationem tangentes, & hanc imprimis proponemus, cùm ita sit, quòd appellatio ab interlocutoria ex cismet actis terminanda sit, an appellans
87 ab interlocutoria possit obtinere literas regias, aut requestam iudici ad quem porrigere, ad hoc vt appellatione annullata dicatur ius super principali. hoc enim vidi multoties agitari: in qua quæstione ita dicendum est, quòd ius dici debet super appellatione, aliàs non dicto iure super ipsa appellatione non posset dici ius super principali, etiam de partiũ consensu, & de illarum partium prorogatione. Bar. in l. eius. ff. de appella. recip. & Antho. de Butri. in cap. penult. de offi. deleg. & demum dicto iure super appellatione, si iudex videat processum instructum fuisse ad principale terminandum, interinando eas literas regias, aut ipsam requestam, ordinat in principali secundum subiectam materiam, quòd si processus non sit in statu, tunc solum dicetur ius in articulo appelli, remittendo partes ad iudicem à quo, & ita communiter obseruatur. Papon tamen in suo *Recueil, arrest cinquiesme*, tenet aliter iudicatũ fuisse, quòd quamuis processus sit in statu iudicandi, iudex ad quem solum facit ius super appellatione, quando appellatum fuit ab interlocutoria, nisi ageretur de quodam detento in carcere, vel de aliquo

Bohemi à Papa deficiunt.

Arriani restituuntur.

Varia bella, & cædes inter catholicos & Arrianos.

Visigoti cæsi à rege Clodoueo

Literæ regiæ ab appellante an obtinere possint ad processum decidendum in principali.

Imperator Arrianos ab imperio deiecit.

Pontifex ad Imperatorẽ missus ad Arrianos remittendos.

BIU Cujas

quo casu, vnde dilatio esset allatura aliquod damnum: vel nisi ageretur de casu aliquo fauorabili, sed quamuis hoc teneat Papon, tamen cùm processus reperitur in statu iudicandi, iudex ad quem poterit & appellationem & principale decidere ad euitandum circuitum, & ita multoties iudicatum vidi, & hęc est sententia Boerij in suis decis. decis. 257. vbi indistinctè tenet appellātem ab interlocutoria posse literas regias obtinere, à iudice appellationis, aut illi præsentare supplicationem ad annullandam appellationem, & ad faciendum ius super principali, vt inquit ibi, curiam interinando, literas regias, aut requestam annullat appellationem, & id à quo extitit appellatum, & appointat partes in principali, secundum vltima appointamenta.

Proponitur & aliud dubium: debitor pro causa ciuili, & iuxta suam submissionem detinetur in carcere, qui ita detentus petiit admitti ad cessionem bonorum, & ad hos fines creditor vocatur in iudicium, qui opponit exceptionem declinatoriam, qua non obstante iudex mandat litem contestari, à qua ordinatione appellat creditor, debitor petiit interim se admitti ad cessionem bonorum, non obstāte
88 tali appellatione: est dubium an iudex debeat supersedere, an verò debeat recipere debitorem ad talem cessionem. Papon hunc casum decidit in eo titulo *des appellations, arrest 23.* & inquit ibi iudicatum fuisse pendente appellatione, debitorem minimè admittendum ad eam cessionem: & ob id consultius esse cessandum, quinimo vbi iudex procederet ad eam cessionem, capi posset in partem formalem ab ipso creditore appellante, cùm possit iudex capi in partem formatam in tribus casibus, nempe in casu doli, fraudis, & concussionis: aliàs non, vt per Rebu. in prefatione tituli. de appella. nume. 24. &
89 videtur iudex esse in dolo admittendo debitorem ad cessionem bonorum post appellationem etiam ab ipsa interlocutoria, quæ ab ipso creditore fuit proposita.

Debitor admitti minimè debet ad cessionē bonorum appellatione pendente.

Aliàs autem debitor si petat se admitti ad cessio-
90 nem bonorum, admitti debet per eum titulum de cessio. bonorum, nisi vbi ageretur de emenda soluenda, quæ descendit ex crimine: nam eo casu quis non esset admittendus ad cessionem bonorum, siue talis esset clericus siue laicus. Alberi. de Rosa. in l. ob æs. C. de actio. & oblig. nam in exoluendis huiusmodi emendis descendentibus ex delicto locum ha-
91 bet regula, qui non habet in ære luat in corpore. l. 1. §. fi. ff. de pœnis. non autem locum habet in mulcta, in qua quis condemnatus est propter contumaciam, aut propter aliud, & sic erit illud discrimen
92 inter mulctam, in qua quis condemnatus poterit cedere bonis, & inter emendam descendentem ex delicto: in qua quis condemnatus non potest cedere bonis, sed tunc in corpore punietur. Est alia differentia, quia emenda propter paupertatem remitti potest. l. illicitos. §. veritas. ff. de offi. præs. mulcta autem alicui parti adiudicata propter cōtumaciam, aut aliàs non remittetur propter paupertatem. Alexan. super Bartol. in eo. §. fi. l. 1. & Boerius decis.
94 349. num. 8. Item & exactor denariorum regiorum non admittitur ad ipsam cessionem bonorum. Bald. in l. 1. C. qui bonis cede. poss. Item nec ille qui est debitor ex delicto, vel quasi potest cedere bonis, sed
95 pœna pecuniaria in corporalem conuerti debet & resoluitur: ideo si quis agat contra alium actione iniuriarum, & quamuis concludat ad pœnam pecuniariam, si demum condemnetur accusatus in a-
96 liqua emenda pecuniaria, non audiretur volēdo cedere bonis: sed pœna pecuniaria in corporalem resoluetur. Ioan. Fab. & Ias. in §. fi. num. 13. de actio. & Boer. in ea decis. & in summa debitores fiscales non admittuntur ad talem cessionem bonorū, quod
97 tenet Aufre. in decis. Cap. Tolos. 28. sed & neque subditi volentes cedere bonis, vt non soluant collectas quas debēt, nam eis in hoc casu cessio est deneganda. Aufred. in ea decis. Capell. Tolosa. decisio. 28.

Pars admitti debet ad cessionem bonorum nisi quibusdā casibus.

Exactor denariorū regiorū ad cessionem bonorum non admittitur.

Debitores fiscales ad cessionē non admittuntur.

Aliud dubium, certum est quòd post appellationem propositam, appellatus potest anticipare, sed dubium est an statim post appellationem possit appellatus anticipare? dic quòd cùm ex regia ordina-
98 tione appellatus habeat decem dies, intra quos poterit suę appellationi renunciare, de qua ordinatione meminit Rebuf. in titu. de appella. arti. 15. non poterit appellatus anticipare pendente eo tempore
99 decem dierum: post verò elapsos eos dies decem, liberum erit anticipare, vt ibi per Rebu. indultum enim à iure beneficium non est alicui auferendum, poterit ergo ille appellans interim renunciare illi appellationi, & sic tempus illud decem dierum spectandum erit: & sicuti non permissum est anticipare eo tempore decem dierum pendente, ita & nec post tempus datum ad releuandam appellationem,
100 nam statim elapso termino qui datur ad appellationem releuandam, permissum est iudici à quo procedere ad causam ipsam, vt per Rebuff. eo loco. de appella. arti. 15. num. 26. & ideo si post elapsos tres menses, qui dantur ad releuandam appellationem ad curiam parlamenti, vel si post mensem qui da-
101 tur ad releuandam appellationem in nostra Generalium curia, quis anticiparet, diceretur malè anticipare, quia elapso eo termino, iudex à quo non obstante appellatione, poterit procedere in executione sententię: cùm talis appellatio sit ex se deserta, & illa est ordinatio regis Caroli octaui, de qua per Rebuf. in eo titulo. de appel. arti. quinto. & artic. 15. in gloss. 1. num. 26. poterit tamen appellans instante procuratore regio assignari ad curiam ratione emendæ quam incurrit propter eam appellationem, quę nunc deserta redditur, vidi tamen in nostra curia contrarium iudicari, nam quidam ad ipsam curiam appellauerat, & demum per quindecim menses cessatum fuit, & neque appellans adhuc obtinuerat literas releuaminis seu appellationis, ille autem qui sententiam obtinuerat, anticipauit post quindecim menses elapsos, & tamen illius anticipationis fuit habita ratio & dictum bene anticipatum: & latum fuit arrestum 28. Augusti. anno 1567. nobis tamen & quibusdam aliis contradicentibus, qui tenebamus malè anticipatum fuisse per ipsum anticipātem, vt quę obtenta fuerat post mensem datum ad releuandum, & pro hac opinione facit textus in cle. si appellationem. de appella. in cle. & hoc expressè tenet Georgius Nathan. in re. cap. sępe. de verbor. signifi. vbi concludit, quòd deserta appellatione non licet aliud persequi coram iudice ad quē, quia tunc sententia transit in rem iudicatam, cuius executio deuoluitur ad ipsum iudicem à quo. & Rebuf. etiam vbi supra.

Anticipatio quando fieri debeat.

Elapso termino ad appellādum permissū est iudici, à quo in causa procedere.

Arrestum.

Est & aliud dubium an appellans suæ appellatio-
102 ni possit renunciare inuito appellato? dic quòd de iure

BIU Cujas

iure si appellati intersit, non potest appellans suæ appellationi renunciare, eo appellato contradicente. l. omnem honorem. C. quan. prouo. non est necesse. & ibi Bald. hoc expresse tenet, de consensu autem vtriusque reciperetur renuntiatio. Guid. Pap. cons. 38. num. 10. quicquid autem sit de iure Rebu. asserit in regno appellantem etiam inuito appellato posse suæ appellationi renunciare, & hoc quia appellatus non se potest iuuare appellatione appellantis ex recepta regni consuetudine, de qua superius mentionem fecimus, & ita tenet ipse Rebu. in eo titu. de appella. arti. 15. in gloss. 2. num. 17. intra verò decem dies de iure etiam inuito appellato, bene licet appellanti renunciare suæ appellationi, vt iam dictum fuit.

Appellans suæ appellationi non potest renunciare si appellati intersit.

In causa verò criminali non potest quis suæ appellationi renunciare, vbi agitur de morte naturali, vel ciuili, vel de membri mutilatione, & hoc siue appellatio interposita sit ab ipso condemnato, siue ab alio nomine condemnati. Rebu. in eo titulo de appella. arti. 15. in gloss. 1. num. 23. non enim auditur perire volens. l. non tantum. ff. de appel.

103 Renũtiatio facta ab vno ex appellantibus suæ appellationi alteri non præiudicat.

Sed quid si plures sunt appellantes, & vnus ex illis suæ appellationi renunciat, an talis renuntiatio noceat aliis appellantibus adhærentibus? dic quod nó, non enim potest renuntiatio appellationis per vnũ facta, adhærentibus nocere. Bald. in l. 1. C. si vnus ex plu. Cùm res inter alios acta aliis non præiudicet: ob id si plures sint appellantes, quilibet debet suæ appellationi renunciare. Rebu. eo loco. in glo. 4. num. 10.

Et hoc notandum est, quòd non solùm appellans potest persequi appellationem, sed & alius cuius interest, vt si contra hæredem lata sit sententia, non solum hæres, sed & legatarij eam appellationem ab hærede propositam poterunt persequi. l. à sententia. §. idem rescripsit. ff. de appella. Oldradus consilio 255.

Aliud dubium: aliquis appellauit à sententia quę in se continet plura capita: appellauit autem ab vno ex illis capitibus, an super aliis capitibus sententia mitti possit executioni. Papon in suo *Recueil des arrests*, in titulo *des appellations*. dicit aliàs iudicatum fuisse, quòd sic, arresto 29. argu. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. cùm tot censeantur esse sententię, quot sunt capita. quare appellans ab vno capite potest petere, vt in aliis sententia exequatur. Sed an appellans ab interlocutoria, ita vt iam sit facta inhibitio iudici, à quo ne amplius procedat, an coram eo possit peti, vt procedatur in causa principali, vel clarius dic, si appelletur ab vno articulo, an impediatur cursu materiæ principalis, responde quòd si ille articulus à quo appellatum sit, dependeat à causa principali, & cum qua habet connexitatem, quòd tunc impedietur cursus causę principalis, aliàs non, de quo per Decium cons. 33.

Et in hac materia appellationum, hoc est bene notandum, quòd licet sententia interlocutoria trãseat in rem iudicatam, si ab ea non fuerit appellatus intra decem dies, tamen si sequatur diffinitiua, & ab ea diffinitione fuerit appellatum, poterit appellans deducere grauamina sibi illata ab illa interlocutoria, & poterit deducere inualiditatem illius interlocutoriæ, & de viribus illius poterit à iudice ad quem cognosci. cap. fi. de appella. in 6. suspendit enim appellatio à diffinitiua, non solùm eam diffinitiuam, à qua est appellatum, sed & ea quæ ad ipsam ordinata sunt. Ioan. Monachi. in eo cap. fi. quia ex quo admittitur iudex ad dicendum ius ad id quod est maius, admittetur etiam ad id quod est minus: & ad dicendum ius super ea interlocutoria. gl. in eo cap. fi. præterea & omnia grauamina illata in progressu processus poterunt deduci ab eo qui appellat à diffinitiua.

Est & aliud notandum, nempe si quis detentus in carcere per aliquot dies, appellauerit à tali detentione, poterit semper ille detentus appellare, esto quòd non intra decem dies à die quo fuit detentus appellauerit. Bald. in l. 2. num. 7. C. de epis. audi. nam sicuti post torturam, & in tortura quis semper potest appellare, ita in simili in eo qui detinetur in carcere, quia in grauamine successiuo non currit tempus ad appellandum, ita Guido. Papæ decisione 236.

106 Detẽtus in carcere semper potest appellare.

His finem fecero si hoc vnum prius dixero, certũ est quòd à delegato ad delegantem appellatur, vbi aliàs delegatus esset incompetens, sed quid, princeps commisit alicui curiæ supremæ causam aliquã quæ non erat ex cognitione illius, & quæ aliàs absque tali rescripto non poterat de ea causa cognoscere, si curia suprema cognoscat, an possit haberi regressus ad principẽ, tanquam ad delegantem, & an liceat à tali arresto appellare, veluti de delegato ad delegantem: dic quòd non, quia talis commissio, quæ ita curiæ supremæ dirigitur vt curiæ, & sic vt vniuersis & non vt singulis: quare appellatio censetur prohibita tanquam lata à senatu, & ita in terminis tenet Franciscus Marcius in suis decisioni. decis. 535. eo enim casu videtur seruata dignitas seu prærogatiua iudicis, cui aliquid committitur cùm sit facta commissio sub nomine dignitatis. c. quoniam Abbas de offi. delegati.

107 Nõ appellatur à curia suprema quæ cognoscit in vim rescripti principis.

In eo quod dicit tertiam Claræ & tertiam Adelasię integraliter deducendas iniustam pronunciauit.

SVMMARIA.

1 *Donatio quando immensa dicatur, & quatenus sit reuocanda.*
2 *Legitima patri aut matri est debita in bonis filij.*
3 *Quis habens filios nihil patri & matri tenetur relinquere.*
4 *Successorium edictum locum habet in querela inofficiosi testamenti.*
5 *Legitima ascendentium quanta esse debeat, in bonis descendentium.*
6 *Fratribus nulla debetur legitima in bonis fratris, nisi instituta esset turpis persona.*
7 *Datur querela fratri contra fratris testamentum, qui instituit suam concubinam.*
8 *Meretrices sunt turpes personæ.*
9 *Quarta pars bonorum mariti debetur viduæ inopi.*
10 *Matrimonium sine dote esse potest, sed non dos sine matrimonio.*

BIU Cujas

11 *Longobardi omnem Italiam tenuerunt.*
12 *Initia regni Lombardici.*
13 *Carolus Martellus fuit vsus auxilio Longobardorum.*
14 *Pepinus filius Martelli fuit rex Franciæ.*
15 *Childericus rex Franciæ regno priuatus.*
16 *Melancholici sunt præstanti ingenio.*
17 *Sarracenos ingressos in Franciam Martellus deiecit.*
18 *Martellus contra Sarracenos petiit auxilium à Longobardis, quos Sarracenos tandem profligauit, atque deiecit.*
19 *Italia à Gothis deuastata.*
20 *Roma à Gothis capta.*
21 *Leo Papa Attilæ regi Gothorum contra Romam venienti occurrit.*
22 *Attila flagellum Dei se appellabat.*
23 *Pontifex occurrit Alexandro venienti ad vrbem Hierusalem.*
24 *Roma rursus à Totila rege Gothorum capta.*
25 *Pelagius diaconus cum codice euangelico ad Totilam accessit, quem & flexit suis precibus.*
26 *Roma post Christi natiuitatem à pluribus capta & dirupta fuit.*
27 *Romani à Cimbris victi & occisi.*
28 *Romani victores contra Cimbros, vbi cæde Cimbrorum maxima: quam victoriam Manlius obtinuit circa aquas sextias.*
Olim rarus vsus literarum in Italia.

In eo quod dicit tertiam Claræ, & tertiã Adelasię integraliter deducendas iniustum pronunciauit.

HIc ergo iudex appellationis sententiam primi iudicis partim infirmauit, partim confirmauit quod fieri potest, vt ex iam dictis licet colligere, per eam l. Carmelia pia. ff. de iure patro. & cùm hæc sententia primi iudicis multa capita contineret, à qua fuit appellatum ab vtroque ex litigantibus, iudex appellationis pronunciauit in quibusdam capitibus primum iudicem bene iudicasse, & in quibusdam sententiam iniustam declarauit, & maximè in eo capite in quo pronunciauerat duas tertias debitas Adelasiæ, & Clarę deducendas, non deducta legitima, quę illi Alterochę imprimis debebat exolui: quę propterea tanquam grauata appellauit, debebat enim illa Alterocha, imprimis suam legitimam ex bonis paternis deducere, quæ & post exolutum ęs alienum deduci debet, & tamen nulla detracta legitima iudex primus tertiam partem Clarę, & alteram tertiam Adelasię adiudicauerat: quare in eo in quo totum illud ius duarum quartarum hæredi Petri, iudex primæ instantiæ adiudicauerat, malè iudicauit: etenim ante omnia legitima filiis debet detrahi, & reliquũ detracta quarta Trebellianica debebat iudex hæredi Petri adiudicare. Cùm legitima sit detrahenda ante illas duas tertias: quod ita esse, hac ratione demonstratur. Clara erat mater Raynutij, & sic auia ipsarum Alterochæ & Adiectæ, quarum pater erat Raynutius. Raynutius autem decessit sua matre Clara superstite, & superstitibus duabus suis filiabus Adelasia & Alterocha, & sua vxore: Clara autẽ mater ex statuto aut aliàs cõsequi debebat tertiam partem in bonis sui filij Raynutij iam prædefuncti, quã tertiam partem Adiectæ suæ filiæ, & Petro suo genero & marito ipsius Adiectæ donauerat: quæ donatio erat immensa & inofficiosa. Cùm ea nihil aliud habens, totam eam tertiam illi Adiectæ dederat, & nihil ipsi Alterochæ alteri nepti, & ita locum habebat querela inofficiosæ donationis ad reuocandam eam donationem vt inofficiosam, saltem inquantum poterat ascendere sua legitima: & sic ea donatio vt inofficiosa fuit reuocata, quod ex illis verbis colligitur, integraliter deducendas pronunciauit, & iudex appellationis in hoc sententiam primi iudicis reformauit, & ordinauit, vt in vtraque tertia portio legitima iure naturæ debita salua sit Alterochæ.

Quoties enim pater aut mater, auus aut auia vni ex filiis aut vni ex nepotibus, omnes res suas donat: ita vt nihil, aut parum supersit, quod non sufficiat pro legitima aliorum filiorum, tunc donatio illa dicitur immensa seu inofficiosa, & eo casu reuocari poterit vsque ad legitimam aliorum filiorum ad hoc vt remaneat integra legitima pro omnibus filiis. authen. vnde si parens. C. de ino. testa. Donatio immensa quæ dicatur.

Quòd si extraneo facta fuisset ea donatio à patre vel à matre qui habet filios aut nepotes, eo casu in totum ea donatio reuocari posset. l. si totas. C. de inoffic. donatio. & ibi docto. in illis locis. Donatio immensa facta extraneo in totũ reuocatur.

Et his casibus filiis succursum est, ne illi defraudentur saltem in eorum legitima, & quantum ad ęstimandam legitimam filiorum considerari debent bona quæ pater habebat tempore donationis quæ reperitur immensa, ideo si pater aut mater fecerit eam immensam donationem reuocabitur, vt iam dictum fuit, & ea immensitas donationis considerãda venit habito respectu ad bona quæ donans habebat tempore suæ donationis, etiam si plures essent factæ diuersis temporibus: quoniam omnes reuocarentur factæ extraneis. gloss. & Bartol. in l. j. C. de inoffi. donatio. Chassa. consil. 53. num. 72. quamuis Bartol. in l. Titia. §. Imperator. teneat donationem inofficiosam factam extraneo, tunc demũ in totum reuocari, quando filio nihil relictum fuit, sed contraria opinio iam dicta verior est vt in totum reuocetur facta extraneo.

Iudex ergo primæ instantiæ adiudicando totam eam tertiam, quæ ad Claram peruenerat hęredi, qui erat hęres Adelasię iam defunctę malè iudicauerat, propterea fuit ea sententia reformata, quia debebat ea habere in ea tertia parte suam legitimam, & ante talem adiudicationem legitima erat detrahenda.

Textus autem non aperit quo iure ea tertia pars debita fuisset illi Claræ matri, & quo iure etiam ea tertia pars Adelasię vxori Raynutij etiã fuisset debita: quippe cùm iure ciuili illud ius tertiæ partis nullo modo debitum sit in bonis filij suæ matri, aut eius vxori in bonis sui mariti.

Est quidem verum legitimam debitam esse patri aut matri in bonis sui filij, & quam in testamento filius tenetur illis relinquere. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testamento. quod procedit vbi ex filio testante nulli extarent filij, alioquin si filius testans filios ex se habeat, & patrem & matrem nihil in suo 2 Legitima ascẽdentibus debetur in testamẽtis descendentium vbi nulli stant liberi ex descendẽtibus. 3

testa

testamento illis tenetur relinquere, prima enim est causa liberorum. in prin. de hæredi. quæ ab intesta. defer. inst. tunc autem patri aut matri est legitima relinquenda, cùm filius nullos liberos habet. l. pater filium. & ibi Bartol. & Paul. Castren. ff. de inof. testamento. Guid.Pap. decis. 426. nu. 6.

Successorium edictum locũ habet in querela inofficiosi testamenti.

Et hac ratione apertissima poterit confirmari, certum est quòd successorium edictum locum habet in querela inofficiosi testamenti. Paul. Castren. 4 in l. si pater. quod quidem successorium edictum constat suis gradibus, quorum primus est filiorum qui succedunt alicui mortuo ab intestato per primũ caput, vnde liberi,& quibus solis datur querela inofficiosi testamenti, si illis eorum legitima non fuerit relicta. l. cum quæritur. C.de ino. testamento. l. 1. ff. de ino. testamento. quòd si deficiant liberi, datur querela ascendentibus in bonis descendentium, si illis legitima relicta non fuerit. d.l. 1. & hoc per secundum caput. ergo liberi tenentur suis ascendentibus relinquere, si nullos liberos habeant: quibus extantibus, nulla querela datur ascendentibus. Paul. Castr. in d.l.pater.

Hoc ergo dato in hoc capite, quòd ille Raynutius liberos haberet, & matrem, ergo matri nulla debebatur legitima in bonis illius Raynutij, consequens ergo erit eam tertiam matri minimè debitam fuisse pro sua legitima.

Quanta autem esse debeat legitima ascendentiũ 5 in bonis descedentiũ, aliqui dubitarunt: propterea quòd mortuo filio sine liberis ex se relicto patre, matre & fratribus vtrinque coniunctis, omnes illi ab intestato illi defuncto succedunt æqualiter. authentica defuncto. C. ad Tertul. si ergo omnes illi succedant ab intestato, videtur dicendum, trientem qui illis debetur ascendentibus pro eorum legitima diuidendum esse inter omnes eos, dic contrarium, quòd immo totus ille triens qui debetur ascendentibus in bonis descendentium, solum diuidendus erit inter patrem & matrem, si supersint exclusis fratribus: quòd si solus sit pater, totus ille triens patri debebitur, si mater sit, soli matri debebitur, si autem vterq; superstes sit, diuidetur inter eos. Ita concludit Steph.Bertrandi cons. 315. in 1. volu. cons. & resol. & ibi inquit eam esse communem opinionem & eam seruari, & hoc quando filius moritur sine liberis, alioquin vt iam dictum fuit, nulla legitima debetur ascendentibus.

Ab intestato succedunt pater & mater cum fratribus defuncti æqualiter.

Est quidem verum, quòd mortuo filio sine testa- mento, & sine liberis superstitibus, patre, matre & fratribus vtrinque coniunctis, omnes insimul ad illius successionem admittuntur æqualiter. d. authentica: defuncto & tunc non est quæstio de legitima, 6 quę debetur ex testamento, & non ab intestato: fratribus autem nulla debetur querela stantibus ascendentibus, & illis deficientibus, non aliàs, nisi cùm in testamento fratris aut sororis turpis persona in testamento fratris esset instituta l. fratres. C.de ino. testamento, vt si instituat meretricem aut suam cõcubinam: nam tunc daretur querela inofficiosi. fratri contra testamentum fratris qui instituit turpem personam per eam l. fratres. Dec. ita exemplum ponit in hoc casu. cons. 530. num. 4. sunt enim meretrices turpes personæ. l. Paulonius. ff. si quis à parente 8 fuerit manu. concubinæ etiam sunt turpes personæ, & in hoc meretricibus æquiparantur, & omnes dicuntur turpes personæ, vt ibi per Dec. & hoc intelligendum est fratri querelam inofficiosi testamenti dari contra fratris testamentum, qui turpem personam instituit, si nihil illi relictum fuerit, nam si legitima illi relicta fuerit, quæ relinqui debet etiam quoquo titulo. plenè Cornæus consil. 176. in 4. volum. tunc non posset agere querela quantumuis turpis persona instituta esset, vt ibi per Cornæum. & Decius consilio 561. & Boer. consil. 137. in 3. volumine.

Meretrices turpes personæ & concubinæ.

Adiudicata ergo hic fuit Alterochæ legitima in bonis Claræ suæ auiæ, & in bonis Adelasiæ suę matris, per sententiam iudicis appellationis, qui in hoc sententiam primi iudicis reformauit.

Licet tamen nulla tertia debita sit vxori in bonis mariti, nec tertia matri in bonis filij, nisi legitima, vt iam dictum est, quare semper restat dubium illud quo iure illa tertia debita esset matri, & alia ter- 9 tia vxori: de iure enim vt est dictum, non debetur. est quidem verum quòd quarta pars bonorum mariti, vxori debetur relictæ superstiti, quando eam maritus accepit sine dote, & maritus moritur locuples, & mulier laborat inopia: eo enim casu, si supersint tres liberi, aut in numero inferiori, vidua suo marito in quarta parte bonorum succedere debet, quòd si nulli supersint liberi, idem dicendum est, vt scilicet in quarta succedat, quòd si plures tribus superessent liberi, eo casu vidua vna cum liberis succederet. authentica præterea. C. vnde vir & 10 vxor. Matrimonium enim sine dote esse potest, dos autem sine matrimonio esse non potest, cum matrimonia, non dotibus sed affectu contrahantur. l. fin. C. de repu. Ad hoc autem vt ea quarta viduæ debeatur, requiritur probatum esse viduam superstitem, adeo esse pauperem, quòd absque bonis mariti non posset alere. Cornæus cons. 4. volum. 4. & procedit etiam siue maritus moriatur testatus siue intestatus, quòd si maritus vxori reliquerit, illud computabit in suam quartã, vt per Cor. ibi. quæ quarta minimè ab ipsa vidua auferenda esset quamuis demum diues effecta esset: neque enim diuitiæ superuenientes eam quartam iam acquisitam auferent. Deci. consi. 24.

Quarta viduæ debetur pauperi in bonis sui viri iam defuncti.

In hoc autẽ casu nostro non est quæstio de quarta, sed de tertia, quare textus ad eam quartam non se potest referre. & non video, quòd ex aliqua parte iuris illa tertia debita esset nec matri nec vxori ipsi⁹ Raynu. sed credo ex aliquo statuto Lõgobardorum huiusmodi tertias debitas fuisse: nã ex historiis constat Longobardos omnem Italiam tunc temporis occupasse, qui & Iustini temporibus, qui fuit quin- 11 quagesimus tertius imperator, maximam Italię partem o ccuparũt, quam & inhabitandam susceperãt: & successu temporis sub eorum regibus inhabitarunt, eorúmque reges Italiæ titulum & nomen regis Italię iam vsurparant quorum primus Rex fuit 12 Albinus, & ex eo tempore initia regni Lombardici in Italia esse cœperunt, & tertius rex Antharus nomine plures leges & statuta statuit, eaque obseruanda suis mandauit, quæ & in tota Italia obseruabantur: durauitque regnum Lombardorum vsque ad tempora Caroli Magni, qui deiectis Longobardis, & eorum rege victo, totius Italię regnum acceptum retinuit in sua potestate: & ille fuit filius regni Lombardici: regnauerunt autem ibi reges ducentos & quatuor annos.

Longobardie- mnem Italiam occuparunt.

Reges Longobardorum.

Peranteà, quidem & ante Caroli Magni imperium

BIU Cujas

rium Carolus Martellus vnus & primus ex proce-
13 ribus regni, fuit vsus auxilio ipsorum Longobar-
dorum: qui Martellus, quamuis rex in Francia
nusquam fuerit, omne tamen regnum adminis-
14 trabat, omniaque suo conductu gerebantur: & cuius
demum filius Pepinus rex fuit creatus, in locum
Childerici regis, qui regno priuatus fuit à Zacha-
ria pontifice. Proceres enim regni qui tunc erant,
15 demonstrarunt pontifici Zachariæ eum Childeri-
cũ imbecilliorem esse, quàm vt administrationi re-
gni posset sufficere, & in locum illius suffecit, &
supposuit Pepinũ filium illius Caroli Martelli, qui
nusquam regnũ quidẽ obtinuit, nec vsquam dona-
tus titulo regis fuit: tamen sepultus in regum Fran-
cię cimiterio in habitu regali, & multa gessit in re-
gni vtilitatem, de quo optimè meritus adhuc dici-
tur, & fertur eum filium naturalem fuisse Pepini,
qui suo tempore erat magister palatij & curiæ regis
Childeberti secundi, post cuius Pepini mortem il-
le Martellus curam totius regni suscepit ob sui ani-
mi præstantiam: fuit enim suo tempore vir magna-
nimus, & bellicosus: & quem fertur fuisse melan-
16 cholicum, ob id præstãtem animo. Tribuit enim
Melancholici ingenio præua lent. Aristoteles melancholicis naturis ingeniorum prę-
stantiam, cùm mores imitentur corporum tempe-
raturam, & libro tricesimo problematum, inquit
idem Aristoteles, à principio omnes homines qui
ingenio claruerunt, quique vel in studiis philoso-
phiæ, & cæteris studiis & artibus sese exercuerunt
fuisse melancholicos, & sic fuit ille Martellus filius
Pepini magistri curiæ regis, & demum pater alte-
rius Pepini, qui demum fuit pater Caroli magni: &
suo tempore ille Pepinus rex creatus ab ipso Za-
charia pontifice, ob desidiam Childerici re-
gis.

Pepinus filius Martelli rex Galliæ creatus in locum Childerici regis.

Confecit autem ille Martellus suo tempore facta
egregia, & inter cætera, cùm ille totius regni ad-
ministrationem haberet, contra Sarracenos bellum
17 mouit, qui iam ingressi fuerant regnum Franciæ,
cum copia maxima, habitatoresque regni maximè
infestabant, contra quos peranteà ipse Martellus
crudele admodum bellum atque difficile gesserat.
& videns rursum trecenta millia Sarracenorum in
regnum introisse, partẽq; maximam illius regni oc-
cupasse, à Longobardis, & ab eorum rege auxilium
18 petiit, qui ad ipsum Martellum copiam & exerci-
Martellus à Lõ gobardis auxi lium petiit cõtra Sarracenos tum maximum misit, nolens deesse illi Martello in
tanto negotio. ita vt Martellus tanta ope adiutus,
nihil moratus in Sarracenos rectà tendit, atque ea
animi magnitudine, vt tandem exercitum Sarrace-
norum à regno profligauerit: & ab eo tempore nar-
ratur tãtam amicitiam inter eos initam fuisse, nem-
pe inter Martellum & regem Longobardorum, &
tanto fœdere fuisse iunctos, vt alter alteri omne
præstaret officium, ita vt cùm postea rex ille Longo
bardorum Romam obsidere decreuisset, quã & iam
obsidione cinxisset, Romanus pontifex qui ibi ad-
erat, timens vim Longobardorum, ad ipsum Mar-
tellum scripsit, vt sibi opem ferret: illum rogatum
habens, ne se in tanto periculo desereret, illi signi-
ficans Longobardorum exercitum ad Romam vs-
que aduentasse, eamque iam obsidione cinctam es-
se: efflagitabatque pontifex, vt vel sua autoritate
quæ vbique terrarum multum prævalebat, vel no-
uis armis inimicum regem Longobardorum à Ro-
ma propelleret. Ibi tum Martellus, cuius & magna
& admiranda vbique erat autoritas, ad eum regem
scripsit super ea re, eum admonens vt memor esset
iam cœptæ inter eos amicitiæ, eumque rogans, vt
ab incœpto desisteret, quibus literis acceptis, & le-
ctis à rege Romam protinus deseruit, suumque e-
xercitum in Italiam reduxit: & sic Martellus ope
Longobardorum regnum Franciæ à faucibus Sar-
racenorum euincit.

Martello demum defuncto, & post mortem Pe-
pini regis filij ipsius Caroli regnante Carolo ma-
gno, is Desiderius rex Longobardorum, exer-
citum suum Romam perduxit: qua re motus Ro- Pontifex petiit à Carolo magno auxilium contra vim Lõgobardorum.
manus pontifex, & timens sæuitiam ipsorum Lon-
gobardorum, ne in manus eorum incideret, petiit
ab ipso Carolo magno, vt sibi minimè deesse vellet
in tanto negotio, cui venienti Desiderius exercitum suum in faucibus Alpium opposuit, & victus
ab ipso Carolo magno, tandem aufugit: & ingres-
sus demum Carolus regnum illius, Mediolanum,
Veronam, & alias Italiæ ciuitates recepit: & in
summa totum Longobardorum regnum sibi reti-
nuit, & cuique ciuitati Italiæ Gallos præsides præ-
fecit, & ita eripuit Romam & ciuitates Italiæ à vi
Longobardorum. vnde in præmium tantæ victo- Adrianus pontifex Carolum magnum imperatorẽ creauit.
riæ Adrianus pontifex eum Carolum magnum
in imperatorem creauit, & ab eo tempore cessa-
uit regnum Longobardorum, quod ille Carolus
obtinuit.

Itali ergo cùm regerentur, & viuerẽt sub potesta-
te & authoritate Longobardorũ vtebantur eorum
legibus, quas illi reges in Italiam adportarant, &
quibus Itali tanquam eorum subditi cogebantur
illis vti: Lotharius imperator admonitus ab Ione-
rio iuris interprete, qui auditor in iure ciuili fue-
rat in vrbe Constantinopoli, & ab ipso persuasus
omnes leges Longobardorum explodendas, & re-
iiciendas, mandauit & eorum statuta, & insimul
libros legum iuris ciuilis qui erant Constantinopo-
li adportandos in Italiam iussit: mandauitque o-
mnes controuersias decidi ex illis Romanis legi-
bus, quas antea Iustinianus imperator pace vndi-
que in suo imperio firmata: & victis Gothis con-
tra quos diu bellum gesserat, posteaquam perdiu
per Italiam regnassent à tempore Decij imperatoris
qui fuit vicesimus secundus imperator, redigi cura-
uerat in libros Digestorum, quos reges Longobar-
dorum reiecerant: demum post aliquot secula, &
sub Lothario leges ipsæ reuocatæ fuere.

Oppressa fuerat perantea atque deuastata ipsa I-
talia à Gothis, maximè sub rege Alarico, qui anno 19 Italia oppressa à Gothis.
post Christum passum 412. discedens ab vrbe Con-
stantinopolitana in Italiam ingressus cum suo e-
xercitu obsidione Romam cinxerat, & Romanos
in tantam necessitatem coegerat, vt ciues præ fame
fuerant coacti vesci carne humana: & tandem vr-
bem ingressi eam deuastarunt, diripiendo miseros 20
ciues, & eorum domos. Cuius rei meminit diuus
Hieronymus: miseranda inquit res, vt ea vrbs iam
capiatur, quæ antea totum ceperat mundum, ea
tamen religione vsus fuit rex Gothorum, vt præ- Religio regis Gothorum.
cepto mandauerit, nullo modo sæuiendum esse in
eos qui in Basilicas diui Petri confugissent, quos in-
uiolatos & securos esse voluit.

Attila rex Hunnorum anno 454. post Christum

BIU Cujas

natum, Romam etiam parauerat irrumpere : cui occurrit Leo Papa, eumq; adeo mitem reddidit, vt illico promissa pace firmissima Danubium adierit:
21 & cùm milites admiratione adducerentur de tanta subita pace, respondit supra eum stetisse virum grauem, qui gladio nudato mortem comminaretur, si oblatas pontificis preces non admisisset, & ita flexus Attila precibus pontificis, aliò profectus fuit.

Lupus episcopus placauit Attilam venié tem.

Idem fertur de diuo Lupo, qui Attilam ad Trecas venientem ita placidè excepit, vt nihil contra eum egerit: nam cùm eum interrogasset, tu quis es, & Attila respondisset, flagellum Dei ego sum, tunc
22 Lupus episcopus apprehendens eius equi frænum, duxit eum ad ciuitatem, nullo illato damno cuiquam.

Idem euenit tempore Alexandri magni, qui accedens Hierosolymam, illi occurrit pontifex, qui
23 tunc erat, inuocato domino & pontificalibus ornamentis indutus occurrit Alexandro, qui videns pontificem ita adornatum contra spem omnium, ex suo equo descendens pontificem ipsum adorauit, ipsumque veneratus est: quare principes & milites ipsi obstupuerunt, putantes mentem regis ludificatam: qui de hac re interrogatus respondit, se non pontificem, sed Deum cuius principatū ille gerebat, adorasse: addens se illū in tali habitu per somnium vidisse, & ingressus vrbem Alexander in templo sacrificauit.

Roma iterum à Tottila rege Gothorum capta.

Rursus adhuc Roma à Gothis capta & dirupta fuit à Tottila rege, anno 545. qui deiectis mœniis, ac bonis ciuium direptis, multos interfecit, vrbemque ipsam incendio vastauit. Cumque ille omnia furore & ira ageret, ad eum accessit Pelagius
24 diaconus cum codice euangelico, misericordiam precando: cuius precibus flexus Tottila iussit statim vt cessarent ab obsidione: direptiones tamen non prohibuit, & capitolium igne incendit. & tandem nostris temporibus à duce Borbonio iterum
25 Roma iterū capta à duce Borbonio. capta fuit vi: verùm ille non fuit ingressus vrbem, nam ascendens murum ciuitatis ictus statim concidit, non tamen cessarunt milites ab incœpto, & ita hostiliter propugnarunt, vt tandem hostiliter ingressi, omnia & cæde & rapinis fædarent: nulliq; ætati parcitum fuit: omniaque illis in prædam cesserant, quod euenit anno 1525. & peranteà à
26 Sarracenis depopulata & deuastata fuerat, anno octuagesimo trigesimo sexto. & ita Roma quæ omnibus antea imperitare solebat, intra pauca tempora miserè vexata fuit, & sic dirupta ac deuastata: cùm tamen cùm sub consulibus regeretur solum à Gallis captam fuisse refert Titus Liuius, multas quippe cædes & clades accepisse legimus, maximè sub Manlio consule contra Cimbros, & Teutonas, quorum exercitus ad triginta millia armatorum taxatur, à quibus Manlius, eius duo filij, & octoginta milia Romanorum interfecta fuere, & ita in eo bello quod Cimbricum dictum est, Romani ab ipsis Cimbris victi & trucidati fuere. Cuius tantæ rei Romani certiores facti, miserunt Caium Marium, & Quintum Catullum, qui castra posuerunt ad aquas Sextias, vbi Isara, & Rodanus in se confluunt, vbi Cimbri cum vniuersa eorum colluuie tribus agminibus Italiam petere destinarant: sed Marius occupatis compendiis præuenit hostem, & mox

Cædes Romanorum maxima sub Manlio consule.

inito prælio victi & fugati fuere Cimbri, ducentaque milia armatorum Cimbrorum interfecta fuere & maior numerus, vt fertur, inuentaque ex cadaueribus resolutis tot ossa, vt Masilienses posteris annis macerias fecerint circum eorum vineas ex ossibus occisorum, & sic constat Italiam à multis nationibus occupatam fuisse, præcipuè à Gothis vsque ad tempora Iustiniani imperatoris, qui Gothos & eorum reges deiecit, & demum à Longobardis, vsque ad tempora Caroli magni, qui eam Italiam purgauit à tali natione hominum, & à nomine ipsorum, retinet tamen adhuc nomen cùm à multis appelletur Longobardia seu Lombardia, quæ & Insubria dicta est, quæ complectitur Mediolanum, & quicquid per illius circuitum iacet.

Hoc vnum de Italia dicam, quòd olim rarus quidem erat literarum vsus in Italia, ita vt Itali rustici, & indocti planè haberentur, tamen Calabria, quæ est Italiæ pars, olim magna Græcia appellabatur, ab authoritate philosophorum, qui eam Calabriam habitauere, propter quos ibi philosophantes illam Italiæ partem magnam Græciam appellauerunt, à qua deinde studia remota fuere, propter tyrannos qui eam partem Italiæ occuparunt. & hæc Ascensius in librum Ciceronis de amicitia.

Quare puto eas duas tertias debitas fuisse & matri, & vxori illius Raynutij ex legibus & statutis ipsorum Longobardorum, nam aliàs non video quo iure illæ duæ tertiæ illis debitæ essent.

In eo verò quod quartam Trebellianicam.

SVMMARIA.

1 *AEres grauatus fructus ante moram perceptos computat in suam quartam: post moram verò perceptos tenetur restituere.*
2 *Quis in mora constituitur multis modis.*
3 *Quid de pensionibus domorum quas hæres percepit, an teneatur restituere, & quid de fructibus perceptis tempore mortis hæredis.*
4 *Possessores quidam bonæfidei, quidam malæfidei.*
5 *Possessores bonæfidei qui dicantur.*
6 *Bona fides in dubio pro possessore præsumitur, qui habet titulum, aliàs non.*
7 *Quod tuum non est, debes scire ad alium pertinere.*
8 *Malæfidei possessor quis.*
9 *Malæfidei possessor in parte, & in parte bonæfidei, quis dicatur.*
10 *Quis in mora, & mala fide multis modis constituitur.*
11 *In iudiciis vniuersalibus vsuræ & fructus veniunt à tempore motæ litis.*

12 *In*

BIU Cujas

12 *In iudicio singulari fructus & vsuræ veniunt à tempore litis contestatæ.*
13 *Incrementum æstimationis venit à tempore litis contestatæ, si ante acceptum iudicium debitor non esset in mora.*
14 *Per interpellationem extraiudicialem quis constituitur in mora.*
15 *Per citationem quis in mora constituitur.*
16 *Per lapsum diei positi in instrumento quis constituitur in mora.*
17 *Conditio tacita sicut expressa reddit contractum conditionalem.*
18 *Euentus conditionis non constituit debitorem in mora.*
19 *Fideiussor qui promittit quem representare intra octo dies, illis elapsis non constituitur in mora.*
20 *Promittens sub pœna aliquid facere, si fecerit quod potuit, liberatur.*
21 *Iusta causa excusat quem à mora.*
22 *Malæfidei possessor tenetur ad fructuum restitutionem.*
23 *Fructuum quidam sunt ciuiles, quidam naturales, quidam industriales.*
24 *Fructus naturales qui dicantur.*
25 *Naturæ nomen variè sumitur, & eius diuisio.*
26 *Naturalia quæ dicantur.*
27 *Ius naturale quid, & quid leges naturæ.*
28 *Creare aliud est, & aliud producere.*
29 *Causa secunda non agit, nisi ex influentia causæ primæ.*
30 *Dupliciter aliquid creari dicitur.*
31 *Angeli quamuis spiritus, vsurpant tamen corpora humana.*
32 *Animæ an insimul creatæ sint.*
33 *Semen hominis non à toto cerebro, sed ab omnibus partibus hominis deriuatur, & sanum à sanis partibus, & languidum à languentibus partibus.*
34 *Animæ creando infunduntur, & infundendo creantur.*
35 *Partus in vtero perficitur intra quadragesimum diem.*
36 *Fœtus à quo tempore incipiat viuere in vtero.*
37 *Fœminæ celerius gignuntur, & celerius senescunt quàm mares.*
38 *Mulier abortum faciens an sit punienda.*
39 *Semen & viri & mulieris, in generatione requiritur.*
40 *Cùm sint tres animæ, rationalis, sentiens, & vegetatiua, an sint tres, an vna sola.*
41 *Homo generat hominem secundùm formam corporis.*
42 *Bouis anima oritur ex vi seminis, & nihil aliud est quam ipsa agitatio.*
43 *Filij possunt produci mense septimo.*
44 *Fructus ex arboribus prouenientes, sunt naturales.*
45 *Oliua quantumuis spreta fructus producit.*
46 *Mulieres steriles bibendo aquam Nili redduntur fecundæ, & quæ fecundæ sunt, redduntur fecundiores.*
47 *Nilus fluuius fœtifer.*
48 *In Nili fluuio reperiuntur Crocodili.*
49 *Crocodili nascuntur ex ouis.*
50 *Hipopotamus animal nascens in Nilo.*
51 *In Aegypto Nilus fluit, & ibi non pluit.*
52 *In Assiria rarò pluit.*
53 *Aegyptus miræ fertilitatis.*
54 *Babylon in Aegypto, quæ nunc* lou-caire *appellatur, subuersa fuit.*
55 *Noua Babylon reedificata.*
56 *Babylon centum portarum, sicuti & Thebarum ciuitas.*
57 *Roma ædificata eo tempore quo Babylon subuersa fuit.*
58 *Aegyptus generatrix, & hominum & animalium.*
59 *Aegyptus sæpius domita.*
60 *Sãmieti regis Aegyptiorum magnum exemplum patientiæ.*
61 *Responsum Sãmieti regis, quòd mala domestica maiora sunt quàm vt fleri possint.*
62 *Cambises Sammietum in suam dignitatem remisit.*
63 *Industriales fructus qui dicantur.*
64 *Oliua vbi lecta est, continuò oleum fieri debet.*
65 *Oliua putrescit si nimium in tabulato remaneat.*
66 *Oliua fert alternis annis, & quando colligi debeat.*
67 *Oliua immatura plus affert olei, quàm si matura legatur.*
68 *Quamuis in fructibus producendis & vis naturæ, & hominis industria desideretur, illud tamen inspicitur quod præualet, & à quo fructus debent denominari.*
69 *Pluuia in fructibus artificialibus duobus temporibus desideratur.*
70 *Vbi nullæ sunt pluuiæ, ibi nulli sunt fructus.*
71 *Pluuia cùm necessaria est, à Deo petenda est, sicuti & serenitas.*
72 *Pluuia quando necessaria in hac patria.*
73 *Sal an inter fructus industriales sit annumerandus.*
74 *Sal alius factitius, alius fossilis.*
75 *Sunt multi montes salem producentes.*
76 *Mineræ auri & argenti, & salis.*
77 *Salis multa commoda & incommoda.*
78 *Ciuiles fructus qui sint.*
79 *Fructus merè industriales qui dicantur.*
80 *Fructus propriè sunt qui renascuntur: & quid fructuum appellatione contineatur.*
81 *Pecunia quæ prouenit ex exemplatione prothocollorum, licet non sit fructus, pertinet tamen ad vsufructuarium, quo ad ius vtendi solum.*
82 *Vsufructuarius tenetur cauere priusquam vsumfructum percipiat, & ibi de cautione quam præstare debet.*
83 *Redditus prouenientes ex gabellæ conductione, pertinent ad vsufructuarium cum cautione de illis reddendis.*
84 *Redditus & fructus differunt.*
85 *Vsufructuarius poterit cogi facere descriptionem bonorum, si proprietarius hoc petierit.*
86 *Malæfidei possessor ad quorum fructuum restitutionem teneatur.*
87 *Quilibet malæfidei possessor potest expensas deducere.*
88 *Expensæ fiunt ex pluribus causis.*
89 *Expensæ factæ causa fructuum conseruandorum, colligendorum, aut quærendorum, deducuntur à quouis possessore malæfidei, & cũ fructibus cõpensantur.*

BIU Cujas

90 *Expensæ quæ sunt ad perpetuam vtilitatem cum fructibus compensantur, & etiam melioramenta.*
91 *Quid sit capere fructus iure dominij.*
92 *Fructus percepti ab hærede grauato, aut à marito in rebus dotalibus non compensantur cum melioramentis.*
93 *Quid sit capere iure possessoris.*
94 *Possessor malæfidei faciens expensas in re aliena, eas repetet officio iudicis.*
95 *Ratio reparationum habenda est secundum tempus quo fit restitutio.*
96 *Expensarum quæ concernunt rei perpetuam vtilitatem, quædam sunt vtiles, quædam necessariæ, aliæ voluntariæ.*
97 *Possessor malæfidei cum titulo quibus fructibus teneatur.*
98 *Paria sunt nullum titulum habere, aut eum infectum habere.*
99 *Possessor bonæfidei fructus industriales facit suos, eos qui iam percepti sunt, sed non pendentes.*
100 *Possessor bonæfidei, an fructus naturales faciat suos.*
101 *Quilibet est relatiuum, in singulos distributiuum.*
102 *Consiliatio legum bonæfidei. ff. de acqui. rerum dominio. & fructus. ff. de vsuris.*
103 *Possessor qui à principio est bonæfidei, & ex post non, an teneatur ad fructuum restitutionem.*
104 *Omnes possessores post litem contestatam reddunturin mala fide, & tenentur ad fructuum restitutionem.*
105 *Fructus quando cum expensis compensentur.*
106 *In contractibus bonæfidei fructus & vsuræ debentur à tempore moræ, & in contractibus stricti iuris à tempore litis contestatæ.*
107 *Vbi petitur legitima, fructus illius debentur à tempore mortis patris aut matris.*
108 *A fructuum condemnatione quis non excusatur, quamuis à condemnatione expensarum quis excusari possit.*
109 *In iudicio possessorio veniunt fructus, etiam si non sint petiti, quod secus est in petitorio.*
110 *Iudicia possessoria sunt restitutoria.*
111 *In iudicio petitionis hæreditatis veniunt fructus etiam non petiti.*
112 *In iudiciis particularibus fructus debent peti, aliàs non debentur.*
113 *Omnia iudicia post litem contestatam sunt restitutoria.*
114 *Iudex potest condemnare ad expensas litis factas post litem contestatam, etiam si illæ non petitæ essent.*
115 *Fructus aut expensæ possunt deberi aliquando officio iudicis, & aliquando iure actionis.*
116 *Condemnatus ad expensas, censetur condemnatus ad expensas iam factas.*
117 *Fructus quomodo debeant declarari in executione sententiæ.*
118 *Cùm petuntur fructus, an illi peti debeant, an verò eorum æstimatio.*
119 *Aestimatio quanti plurimi fuerit, an hodie locum habeat.*
120 *An fructus fructuum, & vsuræ vsurarum peti debeant.*

In eo verò quod quartam Trebellianicam.

Sententia illius iudicis respectu huiusce capitis confirmata fuit, grauata enim fuerat Adiecta restituere hæreditatem, si sine liberis decederet, & quoniam aduenerat conditio, quia decesserat sine liberis, iudex nihilominus poterat condemnare hæredem illius Adiectæ ad hæreditatem restituendam retenta quarta Trebellianica, quam quilibet hæres grauatus potest retinere. Ita tamen vt in detractionem illius quartæ fructus perceptos ex ea hæreditate imputet, & si fructus non sufficiant, retinebit ex ea hæreditate, vt possit sibi sufficere ad eam quartam, pro illius complemento. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebellia. & in l. in fideicommissariam. eodem: computari enim debent ipsi fructus, qui percepti sunt ex ipsa hæreditate à die aditionis hæreditatis ab ipso hærede, quia illi fructus qui iam fuere recollecti, & qui reperiuntur in ipsa hæreditate, sunt ex hæreditate, vt superius fuit demonstratum. Fructus percepti ex hæreditate in quartam imputantur.

Contra tamen eam decisionem, quòd fructus percepti computentur in eam quartam, videtur cõtrarium probari ex eo C. Raynutius. vbi decisum est fructus restituendos esse à tempore litis contestatæ: si ergo sint restituendi, ergo non imputantur in quartam.

Dic & eam decisionem veram esse: & hunc textum nostrum in suo casu procedere, nam verum est quòd fructus percepti ab hærede grauato in quartam computantur, vt multoties comprobatum fuit. 1 verùm si hæres grauatus admonitus fuerit hæreditatem restituere, & post admonitionem, aut post litis contestationem hæres grauatus fuerit in mora eos fructus restituere, ratione suæ moræ, tenebitur tunc ad restitutionem eorum fructuum quos percepit post moram. fructus autem ante moram perceptos imputat in suam quartam: perceptos autem post morã tenetur restituere, & ita procedit hic textus, tenetur enim hæres adueniente conditione hæreditatem restituere, si à fideicommissario fuerit requisitus, & in non restituendo post requisitionem est in mora, in qua constituitur aut per interpellationem extraiudicialem, aut per litis contestationem. l. viuum. ff. si cert. peta. ibi autem in hoc ca. facta fuit litis contestatio, quod textus ibi demonstrat. à quo tempore mandat ibi pontifex hæredem condemnandum ad restitutionem eorum fructuum qui post litem contestatam fuerant percepti, eos autem fructus quos hæres grauatus percipit post aduentum conditionis negligentia fideicommissarij, qui est negligens in petendo fideicommissum sibi restitui, hæres grauatus facit suos, & neque in quartam tenetur eos imputare. gloss. in verbo, contestata. in eo cap. 2 Tribus modis quis in mora constituitur.

Computat ergo hæres grauatus fructus perceptos ante conditionis euentum ex hæreditate, & fructus perceptos post euentum conditionis, & post litem contestatam tenetur fideicommissario restituere. fructus verò perceptos post euentum conditionis, & ante requisitionem factam à fideicommissario facit

BIU Cujas

cit suos.

Quæstio. Pensiones & summæ debitę ad quem pertineant an ad hęredem grauatum, an ad fideicommissarium.

Quid autem de pensionibus perceptis ab hęrede grauato, & de summis debitis tempore mortis hæredis grauati, & de locationibus rerum hæreditaria rum factis per ipsum hæredem grauatum, Alexand. consil. 82. num. 17. in 2. volum. putat ita dicendum quòd pro rata fructuum perceptorum & collectorũ tempore mortis hæredis grauati, & pro quibus fructibus pensio debebatur, quòd pro rata pensiones debent spectare ad hæredem grauati, quia iudica-
3 tur de ipsa pensione debita, sicuti & de fructu iam percepto, & fructus eiusdem anni si iam fuerint partim percepti, & partim non, pro rata etiam debebuntur. idem tenet consil. 40. 3. volumi. numer. 18. & Socinus consilio 42. aliter videtur velle, nam inquit ibi, quòd fructus pendentes tempore restitutionis debent diuidi pro rata anni inter hæredem & fideicommissarium: quia hæres iam operas impenderat circa culturam agrorum, & hoc æquius putat Ferdinandus super repetitione l. centurio. ff. de vulga. Lancelotus Galiãla in repetitione dict. l. centurio. nume. 92. & Paul. Castrens. in l. in fideicommissariam. ff. ad Trebellia. tenet quòd quando fructus sunt sati ab ipso hærede grauato post cúlturam agrorum, quam fecit suis expensis, debent pertinere ad ipsum hæredem grauatum, aut eius hæredes, si interim hæres grauatus moriatur.

Post ergo interpellationem factam de reddenda hæreditate ipsi fideicommissario, tenetur restituere eam hæreditatem, alioquin constitueretur, in mala fide, in qua constituitur per litis contestationem. l. certum. C. de rei vendic. & ibi doctor. quamuis peranteà, & ante litis contestationem esset in bona, & neque hoc est absurdum, vt quis sit in bona fide in principio, & quòd demum constituatur in mala fide, quomodo autem id fieri poterit, aperiendum est.

Per litis contestationem quis constituitur in mala fide.

Vtque hæc intelligãtur, notandum est, quòd quidam sunt possessores bonæfidei, quidam malæfidei, quidam verò sunt qui à principio sunt in bo-
4 na fide, & ex post redduntur in mala fide.

Bonæfidei possessores illi sunt, qui rem aliquam tenent sub aliquo iusto titulo, & ab eo quem credebant verum esse dominum. l. bonæfidei. ff. de verborum significatio. & ibi Alciatus, qui in-
5 quit eum esse fidei possessorem, qui habet titulum rei quam possidet, & in dubio bona fides præsumitur in aliquo possessore. l. merito. ff. pro socio.
6 Bartolus in l. Celsus. ff. de vsucap. nume. 17. volens bonam fidem præsumi in aliquo possessore, nisi aliàs antiquior possessor appareat, qui posset nouo possessori obiicere, quod tuum non erat, debebas scire ad alium pertinere. l. vltim. C. vnde vi. & ibi Bartolus tenet, quòd in quolibet possessore cum titulo præsumitur bona fides, nisi de contrario appareat. in possessore autem sine titulo, mala fides præsumitur, & præsumpta allegatio malæfidei
7 intra triginta annos potest allegari. quod refert Chassa. consil. 16. nu. 5.

Bonæfidei possessores.

Malæfidei possessor ille appellatur, qui sciens mercatur contra canonum & legum decreta. regul. qui contra de regul. iuris. item & ille est possessor malæ fidei, qui emit domino contradicen-
8 te, aut protestante, aut denunciante. l. si fundum. C. de rei vendicat. quod procedit vbi ille emeret post denuntiationem, aut contradictionem sibi factam à domino: quòd si ante protestationem sibi factam ille emisset, non posset talis denuntiatio subsequuta sibi nocere. doctores in dict. l. si fundum. est etiam ille malæfidei possessor, qui emit ab eo quem sciebat non posse vendere, & exemplum sumi potest in eo qui emit à pupillo, vel ab adulto sine suo curatore. l. qui à quolibet. ff. de contra. empt. l. si curatorem habens. C. de in integr. resti. mi. & in summa ille est malæfidei possessor, qui contrahit non obseruatis solemnitatibus à iure requisitis, vel à lege municipali. Baldus in dict. l. qui à quolibet. vel etiam si post consignationem pecuniæ, vel post consignationem debitè factam quis etiam constituitur in mala fide. l. 2. C. de pactis inter empt. & l. aut si ita denunciatum. ff. de rei vendi. Boeri. decis. 44. Ioan. Faber. in §. actionum. de actio.

Possessor autem bonæfidei in parte, & vno tempore, & alio tempore malæfidei est, qui à principio quidem habet bonam fidem, verùm conuen- 9
tus in iudicio post litis contestationem viso titulo aduersarij, non cessat à lite: tunc efficietur malæ fidei possessor. & sic à principio quidem est in bona fide: sed si non cessat viso titulo aduersarij, per quem constat eum non habere ius, efficietur in mala fide. dict. l. certum est. & ibi Paul. Castr. C. de rei vendi.

Possessor bonæ fidei in parte, & in parte nõ.

In mala fide, seu in mora quis multis modis constituitur. Primò per litis contestationem. l. viuum. ff. si cert. petat. quod procedit in iudiciis singularibus, quia in iudiciis vniuersalibus statim post 10
motam litem quis in mora constituitur: ideo in illis iudiciis vniuersalibus fructus & vsuræ veniunt statim à tempore litis motæ. l. item veniunt. §. proinde. ff. de peti. hæredi. hoc enim operatur in iudiciis vniuersalibus lis mota quod operatur in iudiciis particularibus litis contestatio. l. 2. C. de petit. hæredit. Baldus in l. 1. C. de peti. hæredi. & sic in eo iudicio vniuersali fructus & vsuræ veniunt à tempore motæ litis. dict. l. 2. in iudicio verò singulari fructus & vsuræ veniunt à tempore litis contestatæ. l. si post acceptum iudicium. ff. de rei vendi. l. cùm fundus. ff. si cert. peta. & dict. l. viuum. eodem. incrementum æstimationis venit etiam ex tempore 12
litis contestatæ, vel habita pro contestata, si ante acceptum iudicium debitor non fuerit in mora. l. homine. ff. mand. Alex. consil. 210. in 6. volu. quòd 13
si ante acceptum iudicium ille debitor iam esset in mora per interpellationem aut aliàs, tunc incrementum æstimationis veniret ab eo tempore morę, aliàs incipiet à tempore litis contestatæ, vt per Alexan. eo loco.

Incrementum æstimationis à quo tempore veniat.

Secundò constituitur in mora, seu in mala fide quis per interpellationem extraiudicialem. l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig. & talis interpel- 14
latio seu petitio appellatur extraiudicialis: vt quæ facta sit extra iudicium, non tamen quis constitueretur in mora per hæc verba, quibus creditor suo debitori vtitur: indigeo pecunia quam mihi debes. & per Ias. in l. si quis mihi bona. nu. 10. ff. de acqui. hæred. quia interpellatio debet esse incitatoria ad soluendum, vt ibi per Ias.

Per interpellationem extraiudicialẽ quis in mora constituitur.

Tertiò quis constituitur in mora per citationem 15

BIU Cujas

factam authoritate iudicis. l. 1. C. de au. excep. l. nemo. §. fin. ff. de verborum obligation. is autem qui tenetur alicui officio iudicis, ille talis per solam interpellationem extraiudicialem non constituitur in mora, sed solùm per litis contestationem aut citationem. ille autem qui tenetur iure obligationis potest constitui in mora, & per interpellationem extraiudicialem, per citationem, aut per litis contestationem. Alexand. consilio 7. nu. 27. in 2. volum.

16 Per lapsũ diei in cõtractu apositi quis in mora constituitur.

Quartò quis in mora constituitur per lapsum diei appositi in instrumento. l. magnam. C. de contra. & com. stipu. quod procedit vbi ante diem nata est obligatio. d. l. magnam. secus vbi non esset nata obligatio. Bart. in l. ita stipulatus. ff. de verbo. obliga. versi. si quæratur. vt in hoc exemplo quis promittit se facturum & curaturum, quòd infra annum Titius talem contractum ratificabit sub tali pœna: ibi quidem est dies, verùm adest conditio si talis agat

17 in humanis, quæ conditio quamuis sit tacita, reddit tamen contractum conditionalem, sicut expressa: & impedit natiuitatem obligationis. gloss. approbata in l. item quia. ff. de pac. Dec. consil. 2. num. 4. Salic. in dict. l. magnam. nu. 7. est quidem verum, quòd quantum ad effectum transmissionis tacita conditio non reddit actum conditionalem, sed bene respectu obligationis. l. conditiones extrinsecas. ff. de condi. & demonst. cùm ergo talis obligatio sit conditionalis, quamuis annus elapsus sit, non propterea constituitur in mora, nam quoties obligatio est facta sub conditione, euentus con-

18 Euentus condi tionis non cõstituit quem in mora.

ditionis non constituit in mora ipsum debitorem. Bartol. in l. ita stipulatus. & in l. quoties. in 1. ff. de verborum obligationib. Iniquum enim est eodem puncto quo quis obligatur, vt etiam statim in mora constituatur: quare sicuti obligatio conditionalis simpliciter facta non constituit quem in mora, cùm ante euentum conditionis non sit nata obligatio, ita obligatio quæ habet diem & conditionem non constituit quem in mora. Bart. in d. l. ita stipulatus.

Sicuti in simili fideiussor qui promisit aliquem

19 Fideiussor non constituitur in mora post elapsum diem.

præsentare infra octo dies, post eos octo dies elapsos non constituitur in mora, & opus erit interpellatione. Paulus Castrensis consilio 163. per l. si decesserit. ff. qui satisda. cogan. quare in his casibus ad hoc vt mora committatur, requiritur interpellatio. Paulus Castrensis in eo consilio, & Decius consilio 313. & vbi quis promittit se aliquid sub pœna facturum, si ille fecerit quicquid potest non

20 incidet in pœnam, quæ committetur si debitor fuerit in mora. Bartolus in l. si duo. §. hæc verba. ff. de consti. pecun. sed cùm promittens fecit quicquid potuit, iam non est in mora: quia difficultas impedit moram. l. si vehenda. ff. ad l. Rodiam. de iacta. quòd si non sit in mora, ergo pœna non com-

Difficultas, & iniusta causa excusant quem à mora.

mittetur. Decius eo consilio 313. iusta autem causa excusat quem à mora, & per consequens excusabit

21 à solutione valoris quanti plurimi. l. qui solidum. §. etiam. ff. de legat. 2.

Cùm ergo ex his constet quis sit malæfidei possessor, & quis bonæfidei possessor, non erit alienum ab hoc proposito, si videamus ad quos fructus restituendos quis teneatur, & nos quibusdam regulis rem omnem complectemur. Et imprimis hæc erit regula, quòd malæ fidei possessor tenetur ad restitutionem omnium fructuum quos percipit, 22 & quos cum re ipsa tenetur restituere. l. certum. C. de rei vendi. verùm vt hæc regula, & hæc materia fructuum intelligi possit, aduertendum est quosdam esse fructus ciuiles, quosdã naturales, & quos- Fructuum diuisio.

dam industriales. naturales dicuntur quos natura ipsa, seu vis & natura terræ produxit absque hominis facto, vt poma, pyra, cerasa, & cætera huiusce modi, & ideo dicuntur naturales, quia in eis producendis plus operatur vis & natura terræ, quàm ingenium aut cultura hominis.

Naturæ autem nomen variè sumitur: & vt ne in hac re æquiuocemus, sciendum est naturam dupli- 25 cem esse. alia est vniuersalis, & alia est particularis. Naturæ nomẽ variè sumitur.

per naturam vniuersalem intelligimus primam causam, nempe Deum optimum maximum. vnde illud Ciceronis, si naturam sequamur ducem, nusquam aberrabimus. & ad hoc propositum facit illud Augustini ad Petrum presbyterum, de animo & eius origine. omnis natura inquit vel Deus est, qui nullum habet authorem, vel Deus non est: quia ipsum habet authorem. Particularis autem natura est vis quædam, & potentia diuinitus rebus creatis Particularis natura. insita, quæ vnicuique rei omne suum tribuit. ita diuus Augustinus in libro de spiritu & anima, & in summa, natura nihil aliud est quàm quod cuique rei proprium est: idque in ipsa origine insitum & innatum, vt quale vnumquodque sit ex ipsa veluti natiuitate id ipsius sit natura. Sumitur & natura pro substantia, scilicet pro materia & forma, non tamen quod ea sit in prædicamento substantiæ: quia non significat substantiam absolutè, sed in ordine, & in respectu ad motum & quietem naturalem: cuius talis substantia est principium actiuum & passiuum: & propter hoc natura est in prædicamento ad aliquid, sicut est hoc nomen pater. Potest etiam accipi natura largè prouti natura alicuius rei dicitur essentia eius, & tunc ea forma separata bene diceretur natura, eo modo quo dicimus Deum esse naturam, sed hoc est largè accipiendo nomen naturæ. hæc Albertus in suis quæstionibus. & hoc est quod nos dicimus naturam vniuersalem esse primam causam: & Seneca Stoicorum acutissimus, nihil aliud putauit naturam esse, quàm Deum, vt refert Lactantius Firmianus libro institutionum diuinarum, & attestatur naturam remota diuina prouidentia prorsus nihil esse, libro tertio, cap. 28. Plato naturam nihil aliud esse putat, quàm infimum diuinæ prouidentiæ instrumentum. Plutarchus ex sententia Aristotelis inquit naturam nihil aliud esse quàm principium motus & quietis, in quo primariò est, & non secundùm accidens, omnia enim quæ videntur, quæ neque à fortuna, neque à necessitate, neque diuina sunt, neque huiusmodi causam 26 habent, naturalia dicuntur, & naturam propriam habent: veluti terra, ignis, aqua, aer, plantę, & animalia, insuper hæc quæ fiunt pluuiæ, grandines, fulmina, ignes cælestes, venti. hæc enim principium quædam habent, vtpote quæ ab æterno non fuerunt, sed à quodam principio fiunt. & hæc veluti animalia & plantæ principium generationis habent, & in his natura principium primo est, & non solum motus, sed & quietis. Naturalia quę

Aqua

BIU Cujas

27 A qua natura habemus, & ius naturale, quod nihil aliud est quàm notitia, seu iudicium de iustis, & iniustis quod diuinitus inditum mentibus nobiscũ nascitur, quod Melanchon vocat & ius gentium: qualia sunt hæc, pacta seruanda, contractus sunt instituendi: magistratibus obtemperandum: & similia quæ hæc omnia habent causas necessarias in natura. de quibus plenè Melanchon in commentariis Ethicorum Aristotelis, & sunt leges naturæ notitiæ diuinitus impressæ mentibus hominum, & nobiscum nascentes.

Ius naturale.

Leges naturæ.

In his ergo fructibus quos naturales appellamus, natura terræ est principium non solum motus, sed & quietis, quia ibi natura & non hominis cura operatur. cùm producantur illi fructus ex vi naturæ ipsius terræ, & minimè creantur. Cùm aliud sit creare, & aliud producere. Creatio quidem materiã non præsupponit: quod patet, ex ipsa nominis ratione, dicitur enim creari quod ex nihilo fit, & neque præsupponit aliquam priorem causam agentem, & ita 29 creatio strictè accepta non potest nisi primò agenti conuenire: nam causa secunda non agit nisi ex influentia causæ primæ, & ita omnis actio causæ secundæ est ex præsuppositione causæ agentis, & sic relinquitur quòd nulla potentia creaturæ potest aliquid creare, neque propria virtute, neque sicut alterius instrumentum quod procedit vbi creatio sumitur propriè & strictè, vt in illo loco, creauit Deus cælum & terram: sumi enim potest & latius, & dupliciter aliquid creari dicitur: nam creantur quædã nulla materia præsupposita, nec ex qua, nec in qua: 31 sicuti Angeli, & corpora cælestia, nam Angeli quãuis sint spiritus, vsurpant tamen corpora humana, tenuia quidem illa & apta ad agendum, sed non ad patiendum: vt plenè Viues in commentariis, in librum D. Augustini de Ciuitate dei, c. 23. libri 15. & omnia humana videntur vsurpare: loquuntur enim, & incedunt, sedent, & alia more hominum loqui solent: hæc Martinus Lutherus, in Genesim c. 18. nõ tamen edunt vt nos, comminuunt quidem eorum dentibus panẽ, & carnes, sed nõ aluntur, vt licet videre apud Thobiam, & de his vide Augustinum lib. 13. de ciuitate dei, c. 22. & ibi Viues, & inquit, quòd licet aliud credibilius de his possit disputari, fides tamen christiana de saluatore nostro non dubitat quod etiam post resurrectionem suam iam quidem in spirituali carne, verè cum discipulis suis cibum, & potum sumpserit, non enim potestas, sed solum egestas talibus corporibus aufertur. Ad horum ergo creationem natura nihil potest dispositiue operari.

28

30

Angeli vsurpant corpora humana tenuia, & omnia humana.

Quædam verò creantur, & si non præsupposita materia ex qua, tamen præsupposita materia in qua sint: vt animæ humanæ, & ex parte illa quæ habent materiam in qua natura potest dispositiue operari: vt hac ratione fructus dici possint creati, natura ita dispositiuè operante: propriè verò fructus ex terra producũtur. ita Thomas de Aquino in suis quæstionibus, in quæstione de creatione.

32 An autẽ animæ insimul creatæ sint, an verò quotidie creentur, est quæstio non modica, & in qua D. Augustinus nihil affirmat: & se fatetur nescire. nonnulli, quos Melanchon appellat fanaticos, finxerunt ab initio mundi simul creatas esse, & postea mitti eas in corpora: quæ opinio absurda redditur, & maximè & per consequens reiicienda. Plato putabat animas prius esse formatas in cælo antè corporum creationem, deinde in morte reuerti in cælum. hæc Ascensius in librum de amicitia Ciceronis. Et puto hanc receptam esse opinionem, animas rationales diuinitus creari, & inseri corporibus, cùm membra iam formata, seu figurata sunt, videlicet circiter diem quadragesimum à tempore quo semẽ immissum est in vterum: quod semen non à solo cerebro, vt quidam putant, sed totum ab omnibus membris deriuatur, cùm enim ex eo omnia membra formentur, consentaneum est ab omnibus membris illud semen oriri, & cùm videamus 33 morbos aliquorum membrorum propagari in natos, apparet materiam seminis, & ab illis parentum membris ortam esse: ideo affirmat Hyppocrates semen manare à toto corpore, & sanum à sanis partibus, & languidum à languentibus partibus, quare expeditum est eas animas non propagari, sed parato & formato corpori cùm omnibus suis organis subitò & in momento infundi, & cùm infunduntur etiam creari: ita vt semel, & simul fiat 34 vtrunque, & hæc est in ecclesia recepta sententia, animas creando infundi & infundendo creari, & hoc formato corpore: quidam tamen putarunt humanam animam esse de substantia Dei, de qua re Viues apud Augustinum lib. 13. c. vlti. de ciuitate Dei.

Semen viri ab omnibus membris deriuatur.

Animæ dum creantur infunduntur.

Perficiuntur autem fœtus in vtero, & absoluuntur per omnes partes ab vndequinquagesima die, ex sententia Empedoclis: & coarticulatio à die sexta, & trigesima incipit. Asclepiades verò censet in masculis propterea quòd calidissimi sint, coarticulationem fieri à sexta & vicesima die: & compleri ab omnibus partibus die quinquagesima, in femellis verò in bimestris temporis spatio coarticulari: in quadrimestri verò perfici propter caloris inopiam, & hæc refert Plutarchus in libello de placitis philosophorum.

35

Physici verò quos refert Martinus Lutherus, c. 16. in Genesim tenent fœtum quinto mense à conceptione incipere viuere, & moueri, & aliis quinq; mensibus absolui ad partum. Plinius habet fœminas gigni celerius quàm mares, & celerius etiam senescere: & refert motum in vtero fieri quadragesimo die. nostri interpretes tenent quòd partus censetur viuificatus in vtero post diem quadragesimum in masculo, in fœmina verò antè quadragesimum: ita vt si mulier abortum fecerit ante partum viuificatum, vt quia comprimit viscera sua, vel recipiendo medicamenta ad hoc, releganda est, quòd si propter pecuniam capite punienda esset. l. Cicero. ff. de pœnis: sed si abortum fecerit post partum viuificatum, tenent eam mulierem puniendam esse pœna legis Cornelię de parricidiis. l. diuus. ff. de variis, & extraor. cogni. & ibi Bart. & in c. sicut de homicid. & ibi Panor. & alij, & Ioan. de Platea, in §. posthu. de exhære. libe. tenet autem diuus Hieronymus. c. 3. in Iob, abortiua quæ in natura humana sunt degenerata à pœnis esse aliena quæ sibi solitudines quàm domus ædificant. In generatione autẽ hominis semen vtriusque requiritur: non enim generatio aliter fit quàm per seminationem vtriusque, habet enim mulier & suum semen: habet & masculus suum, & mirum est quòd fertur de fœminis sterilibus: quòd quia illę menses non habent, ob id sunt steriles, & de illis mulieribus hoc vnum

36

37

38 Mulier abortũ faciens an sit punienda.

39 In generatione semen vtriusque requiritur.

BIU Cujas

fertur quòd mulieres non formosæ, sunt vel fœcundissimæ: & cùm in his inciderimus hoc vnum quæ-
40 ram cùm tres dicantur animæ: rationalis scilicet, sentiens, & vegetatiua, an in homine sint hæ tres animæ: an verò vna sola. Melancthon in libro de anima tenet ex quorundam sententia re ipsa distinctas esse in homine animas: nam cùm contrarij sint
41 appetitus rationalis, & sensualis, ergo necesse erit, & substantias in homine distinctas esse. item homo generat hominem secundum formam corporis, & non secũdùm animam rationalem quæ à Deo creatur: spiritualis enim natura non oritur à corpore, nec ex traduce, id est ex natura seminum, ex qua traduce, & ex natura seminum propagantur, & oriuntur anima sentiens, & vegetatiua. Harum enim
42 actio nulla est, nisi organica: nec ipsæ aliud sunt, nisi agitationes, seu vitæ, seu motus, bouis anima oritur ex vi seminis, naturalissimum est in viuentibus gignere aliud simile: quare in homine huiusmodi animæ vegetatiua, & sensitiua propagantur ex traduce, id est ex semine: rationalis autem anima à Deo, bouis autem & plantæ anima nihil aliud est, quàm ipsa agitatio: quia nutritur, & crescit, & anima vegetatiua, seu sensitiua est diuisibilis sicut cernitur in serpẽtibus quorum dissectæ partes mouentur, & huiusmodi animæ sumuntur pro ipsa vita.

43 Filij autẽ iã in vtero formati produci possunt septimo mẽse. l. septimo mẽse. ff. de statu homi. aliqui producũtur nono mẽse, nõnulli decimo mẽse: vt est lex duodecim tabularũ, sub his verbis: in decimo mẽse legitimus infans nascitor, & alia lex, in decem mẽsibus hominem gigni, quos plenos & exactos accipere debemus, idque colligi potest ex Plauti comedia: tum illa inquit quam compresserat decimo post mense exacto peperit filium, aliquanto tamen ocyus, aliquantóque serius partum nasci, apud Aulum Gellium scriptum reliquit Hypocrates: de iure autem filius natus post decem menses, & duos dies à morte patris, non diceretur legitimus. l. intestato. §. fi. ff. de suis & legiti. hære. glo. in §. vnum in verbo. profecto. in authent. de resti. & ea quæ parit in vndecimo mense.

44 Ad rem autem redeundo, dicemus fructus ex arboribus prouenientes naturales esse, quamuis illæ arbores sint plantatæ, vel insertæ, aut satæ hominũ industria: quia in illis arboribus plus efficit natura, quàm hominum industria, hoc quidem verum est, plures esse arbores fructus producentes, ex sola vi terræ, licet industria hominis si interueniat, multum profectò efficiat & operetur, vt in frondibus amputandis, & reparandis, & demum circa culturam ipsarum arborum, sed esto quòd hominis industria multum efficiat operando circa culturam ipsarum arborum, quia tamen vis & virtus naturę præponderat industriæ, & ingenio hominis, quia etiã sine industria hominis arbores ipsæ producerent fructus non fortasse ita præparatos, ergo tales
45 fructus dicentur naturales, quantumuis enim arbor contempta sit, atque spreta, producit maiores tamen & vberiores, si illa diligenti cura parata fuerit. Bal. in c. cum Martinus, de consti. & Petrus de Anchara. cons. 129. in 4. volum. & refert Columella ælinam quantumuis illa spreta sit, fructus reddere
46 tamen maiores si illa parata sit: sicuti fertur de aqua Nili fluuij quæ epota à mulieribus sterilibus, reddit eas fœcundas, & si mulieres fœcundæ aquã Nili biberint, redduntur fœcundiores.

Fructus ex arboribus prouenientes naturales sunt.

Arbor quantũuis contempta producit, parata tamẽ plures producet.

Est enim Nilus fluuius potu fœtifer, vt author est 47
Plinius lib. 7. c. 3. hinc legimus in Aegypto vbi Nilus cursum suum peragit, tergeminos nasci, & septenos gigni etiam vno vtero, auget enim aqua illius fluuij epota à mulieribus vim pariendi, & hoc etiã asserit Mocellanus in Aulum Gellium lib 10. c. 2. & ad hoc propositum facit. l. antiqui. ff. si pars hæredi petatur, quæ huiusce rei meminit, & in l. si pater. ff. de solutionib. Nilus fluuius fœtifer.

Aliud & de eo fluuio narratur, quòd in eo repe- 48
riuntur Crocodili, miræ magnitudinis, qui in aliis fluuiis minimè reperiuntur, & est animal quadrupes amphibium, id est, degens in aqua, & in terra, malum & infestum animal & terræ & flumini teste ipso Plinio. lib. 8. c. 25. & tametsi sit animal longum, & magnum, ita vt sua longitudine plerumque excedat duodeuiginti cubita, nascitur tamen ex ouis: & parit oua, ex quibus tandem proueniũt, 49
& nascuntur illi Crocodili: & sic est animal ouiparum: & neque est aliud animal quod ex tam parua origine in tam grandem longitudinem proueniat: dies in terra agit, & noctes in Nilo: gignit præterea Nilus Hypopotamos, animal nascẽs in ipso Nilo bi- 50
nis vngulis quales sunt bobus, dorso equi, iuba & inhitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, belua maior magnitudine quàm sit Crocodilus, & quos equos fluuiales appellat Munsterus in Cosmographia, & versantur potissimum in Nilo, & in Gange altero fluuio, sed præcipuè in Nilo, qui est in 51
Aegypto, in qua prouincia Nilus currit, & vbi cælum nullis subtegitur nubibus vt refert Burnigerius in suo libro de origine erroris, capite nono, & cernitur ibi cælum nulla nubecula maculatum, ob id quidam testantur quòd in Aegypto, non pluit cùm illic desit nubes, & Pomponius Mela, de situ orbis, appellat Aegyptum expertem imbriũ: quod tamen Vadianus restringit in tempore æstatis, quo tempore ibi non pluit: aliàs autem tempore hyemis illic pluere expeditum est, & habet Seneca in ea parte Aegypti quę vergit in Aethiopiam, aut nullos ibi esse imbres, aut raros: narrat Polydorus Vergilius c. 18. Aegyptios præuidere vbertatem aut penuriam futurarum frugum, ex incremento Nili, nam si Nilus solum crescat in duodecim cubitos, famem sentit Aegyptus, si tredecim cubitos, etiam esurit Aegyptus si in quatuordecim cubitos, affert hilaritatem, quòd si excedat quindecim cubitos, adfert delicias: si verò excedat sexdecim cubitos, perfunditur: siquidem tota terra Aegypti aqua ipsius Nili & certis vicibus anni egreditur, & inundat agros: iusserunt autem certi aggeres erecti quibus aqua continetur, quos minimè licet infringere: quinimò contra rumpentes aggeres Nili pœnæ statutæ sunt, de quibus in eo titulo de Nili aggeribus non rumpendis. lib. 10. C. & gl. Rebu. in titulo de cupressis, lib. 12. C. & ibi inquit, circa Nilum in Aegypto aggeres positos esse, vt aquam Nili contineant quæ demum oportunis temporibus spargitur per agros ob hoc, quòd in Aegypto non pluat idem de Assyria refert 52
Sabellicus lib. 6. secundæ enneadis, asserens ibi in Assyria rarò pluere, & quicquid frumenti in ea peruenit: fluminis irrigatione parari, non quidem vt in Aegypto, sed accolarum ingenio, & labore, & tantam inesse vbertatem vt ducenta vulgò, & vbi

Hypotami in Nilo.

Nilus in Aegypto.

Aggeres Nili.

In Assyria rarò pluit.

exi

BIU Cujas

eximiè ferax est, trecẽta messe redundat tellus qua-
53 ternum digitorum latitudine tritici. Aegypt⁹ etiam
Aegyptus mirę fertilitatis. est mirę fertilitatis, vbi & adsunt ciuitates magni nominis, & inter cæteras ibi fuit magna Babylon, quam nunc *le-Caire*, vocari author est Raphael Volaterranus, non quòd *le-Caire*, sit illa Babylon, quo-
54 niam ea subuersa fuit teste Diuo Hieronymo qui de hac re sic annotauit, Vsque in præsentem diem, inquit prophetia Babylonis impletur, & sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrhã, sic & ista Babylõ subuersa fuit, non habitabitur inquit in æternũ: sunt enim ibi regiæ venationes, subuersámque legimus à Cyro Rege Persarum, ad instar Sodomæ & Gomorrhæ, regnãte Rege Balthasare, & reducta fuit ad omnimodam desolationem, & est locus adeò desolatus vt nisi draconibus & serpentibus, nemini ad eam pateat aditus.

Nona demum Babylon constructa fuit ad flumẽ
55 vulgò dictum Schath, & ex iudicio multorum liquet eam Babylonem quæ ad posteros vsque nomẽ & incolatum retinet, non esse veterem illam de qua fuerat vaticinatus Esaias, sed nouam excitatam post excidium prioris ex illius ruinis, captáque fuit ipsa Babylon primò à Cyro Rege Persarum, à quo Babylonij ad seruiles operas redacti fuere, & prohibiti fuere ab omni vsu armorum, demum à Dario Rege & tunc ad extrema scelera redacti fuere, & ferè omnes suspensi & tunc planè subuersa
56 fuit ipsa Babylon, quæ centum portas habebat, sicuti & Thebarum ciuitas, cuius ambitus fuit cen-
57 tum & quinquaginta stadiorum. Refert autem Orosius eo tempore quo Babylõ subuersa fuit Romam ædificatam fuisse: ita vt sub vna conuenientia temporum illa Babylon ceciderit, & Roma surrexerit.

Estque etiam ea terra Aegypti perfæcunda, &
58 generatrix & hominum & aliorum animalium: & hoc ex vi ipsius aquæ vt author est Pompon. Mela. & ipsa Aegyptus quantumuis habuerit ciuitates
59 bene munitas, multoties tamen domita fuit, &
Aegyptus multoties domita. ipsi Aegyptij domiti multoties, maximè à Cambise Rege Persarum, à quo Sammietus Rex Aegyptiorũ victus fuit: & regnum & libertatem insimul amisit,
60 qui victus edidit exemplum admirandum & doloris & tristitiæ, nam cùm inter captiuas filiam suam etiam captiuam à qua tum vnà cum aliis filiabus nobilium eam conspiciens in tam sordido habitu, & ministerio, & eam intuitus, stetit immoto vultu, & cùm eius filius vnà cum aliis ad supplicium mitteretur, pari vultu constantiam suam demonstrauit: fleuit demum cùm oculos coniecisset in quendam suum amicum, qui nudus cibum mendicabat, cùm nuper præclara fortuna præualuisset: cuius regis Cambises lachrymas demiratus, sciscitatus ab illo fuit, quid esset quòd cùm liberorum calamitates
61 tam constanter pertulisset vt ne lachrymam quidẽ emisisset, contra tamẽ mendici aspectum ad fletum prorupisset, cui ab ipso Sammieto responsum fuit mala domestica multo maiora fuisse, quàm vt à se
62 fleri possent: amici verò fortunam dignam sibi visa fuit, vt fletu & lachrymis condoleret: cuius responso Cambises commotus, illum remisit in suam dignitatem, & eo demum pro amico vsus fuit.

63 Industriales fructus appellantur qui potius, &
Industriales fructus. plus ex industria, arte, & labore hominum, quàm vi & natura terræ proueniunt, vt sunt segetes, vinũ, & oleum, & cætera huiusmodi: & quos fructus inter industriales ponit Guid. Papæ, quæstione 468. inter quos fructus industriales adnumerantur lac, & lana: vt per Bart. in l. ex diuerso. ff. de rei vendi. & in l. maritus vxori in prin. ff. ad l. Falc. & in l. sequitur. §. lana. ff. de vsuc. Pano. in c. granis. de resti. spo. Appellantur autem industriales non quòd in eis producendis vis terræ & naturæ non operetur, cùm fieri non possit, vt segetes & vinum producãtur nisi terra ipsa præualeat ad producendum, fœnum etiam inter industriales fructus adnumeratur. quod notat Ang. in §. is ad quem de re diui. insti. nu. 21. verùm ars, labor, & hominis diligentia plus operatur quàm vis ipsius terræ: præparatur enim terra labore hominum: semen demum adponitur, & cum tandem ad maturitatem semen peruenerit, falce semen resecatur, & segetes ipsæ resecatæ triturantur, & subindè semen purgatur, vnde fructus colliguntur qui demum conduntur: idem de vino, de oleo, de lana, de fœno intelligitur, & sic in illis fructibus colligendis plus sæpissimè expenditur, quàm sit valor ipsorum fructuum.

Lac, & lana inter fructus industriales.

Quantum ad oleum pertinet, hoc notandum est, vbi oliua lecta erit oleum continuò fieri debet: ne corrumpantur oliuæ, teste Columella de re rustica, si enim in terra, aut in tabulato oliua nimium diu erit, putrescet, & oleum fœtidum fiet: & sic postridie, aut post tertium diem, quàm lecta erit, stringi
65 debet: & admonet Varro, vt oliua mane legatur, oportet inquit mane legere, & ita potius colligere,
66 quàm quatere, marescit etenim ea quæ quatitur, & fert oliua alternis annis, singulis quidem annis nõ fert: aut non æquè magnos, docetq; Columella eas oliuas colligi debere initio mensis Decembris, nam
67 antè illud tempus oleum acerbum conficitur, verũ si legatur immatura, plus habet olei, & redditus, quàm si matura legatur. gl. in l. in fructu. ff. de vsuf. legato. & in l. si seruus. §. si oliuam ff. ad l. Aqui. oliua enim immatura plus habet humoris: non tamen tam suaue est oleum, sicuti illud quod prouenit ex oliua matura: quare fit vt colligens oliuam immaturam teneatur lege Aquilia. dict. l. si seruum §. si oliuam.

Ex oliua lecta continuo oleũ fieri debet.

Oliua mense Decembri colligi debet.

Colligens oliuam immaturam tenetur lege Aquilia.

In huiusmodi ergo fructibus terra videtur materiam præbere: homo autem omnem substantiam, & quodammodo videtur dare formam ipsis fructibus: cùm sine hominum diligentia, & cura vinum nec frumentum fieri posset nec oleum, solet etenim forma plus operari, quàm materia, & est dignior ipsa materia & præstantior: & cùm forma ea sit quę dat esse rei, sequetur eos fructus potius dici industriales ab hominis industria, quàm naturales, cũ à digniori fiat denominatio: sicuti in simili dicitur filios à patre non à matre denominari, ex eo quòd pater dat formam, mulier autem præbet materiam, & sic filij à patre & non à matre denominantur, veluti à digniori, à quo fieri debet denominatio. l. cùm legitimæ. ff. de stat. homi.

Et quamuis in omnibus fructibus vtrumque de-
68 sideretur, & requiratur & vis naturę & hominis labor, & industria, vnum tamen semper præualet à quo fructus debent denominari, & fructus naturales illi appellantur, in quibus plus valet natura terræ quàm labor hominis, non quòd præter natu-
69 ram terræ nihil aliud requiratur: nam certum est prętęr vim terrę pluuiam necessariam esse in fructi-

bus

BIU Cujas

bus artificialibus & in segetibus duobus temporibus: tempore sementis vt seges bene crescat, deinde eo tempore quo fruges sunt in spica vt tunc possint matureſcere, & crescere, ne spicæ seu aristæ
70 sint steriles, ideo serotinæ illæ pluuiæ bonas messes solent reddere, teste Oecolampadio in Ioelem, & post pluuias sequuntur messes, & vindemiæ fœliciores: & adeo pluuia fructibus ipsis est necessaria, vt vbi nullæ sunt pluuiæ, ibi etiam nulli sint fructus, aut admodum rari, nam deperduntur propter nimiam siccitatem, sicuti etiam propter nimiam pluuiam, & hinc sæpissimè impendet penuria: quare
71 quoties videmus terram æstate nimia arescere, à summo Deo pluuia petenda est, & etiam serenitas vbi tempus est plus æquo pluuiosũ & vbi videmus continuis imbribus semen in terra putrescere, & hoc vt fruges ad maturitatem peruenire possint: in hac nostra patria pluuia ipsa est maximè necessaria
72 tempore serotino, id est quando fruges incipiunt matureſcere: ergo fructus industriales illi appellãtur, in quibus plus efficit industria hominis, quàm natura terræ quæ præbet materiam, & præter naturam terræ & ipsa pluuia est summè necessaria, & sine labore, & diligentia hominis qui ponit semẽtem in terra, qui colligit racemos, & eos ponit in torculari qui colligit oliuas frustrà naturam & vim illius & pluuiam ipsam expectaremus.

Pluuiæ serotinæ solent bonas messes reddere.

Sed quid de sale an sal adnumerandus sit inter
73 fructus naturales, an inter artificiales, an verò inter ciuiles? in qua re distinguendum puto: nam sal alius est factitius, alias fossilis. Factitius ille appellatur qui fit ex aquis marinis, vel excoquitur ex salsis flatibus: & talis sal qui ita fit, adnumerari potest
74 inter fruct⁹ industriales: quia plus ibi operatur ars, & hominis industria, quã vis terræ. Sal verò fossilis, & qui foditur ex montibus naturalis fructus dici potest: quia vis terræ ibi operatur plusquam labor hominis: sunt quidem multi montes salem produ-
75 cẽtes, vt scriptum refert Aulus Gellius. c. 22. lib. 2. esse montem magnum ex mero sale, ex quo quantũ demas, tantum accrescit, est etiam sal qui è terra producitur & effoditur: & sicuti sunt mineræ auri, mineræ argenti, & ferri, & aliorum metallorum
76 de quibus mineris, apud Munsterum in sua Cosmographia, ita & sunt mineræ salis, vnde sal effodi potest, sunt & multi fontes qui saliunt aquis salsis, de quibus etiam Munsterus in eo libro, & quia vis terræ ibi multum operatur dicemus talem salem naturalem fructum esse quem effossum seu fossilem dicimus, vt qui paruo labore è terra eruatur.

Sal inter quos fructus sit annumerandus.

Mons salis.

77 Huius autem salis vt multa sunt commoda ita & multa incommoda: nam sunt & salis sua incommoda: arrodit enim ille omnia, & locus in quo sal reperitur, est sterilis, & nihil gignit, sed ea & alia incommoda compensantur commodis longè maioribus est enim sal adeò necessarium alimentum vt vita hominis sine eo degere nequeat, carnem seruat ne putrescat vinum etiam seruat ne scopescat, aut ne in acetũ degeneret, cibum reddit sapidum, & gratum: vnde stat illud vulgatum, totis corporibus nihil sale vtilius, & istud ita Brentius. c. 2. in Leuiticum.

Multa commoda & incommoda salis.

Dominus Ioannes Corras, regius consiliarius in senatu Tolosano in suis Miscellaneis, eos fructus quos nos industriales appellamus, appellat naturales: & industriales quos nos ciuiles dicimus, nos autem à communi & recepta omnium sententia minimè discedemus quæ rebus ipsis commodè admodum potest conuenire, & quæ nomina inuenta sunt causa facilioris doctrinæ, & declarationis.

Similes fructus eos dicimus qui ex contractu, vel
78 ipso iure nobis debentur vt sunt pensiones domorum vsuræ, vecturæ nauium pensiones apothecarũ, & cætera huiusce generis. Alex. cons. 181. in 2. volu. & ideò ciuiles appellantur quia non ex natura nec ex ipsa vi terræ nec ex industria sed ex hominis prouisione, & contractu quęrũtur, & propter rem percipiuntur. l. si nauis. ff. de rei vend.

Ciuiles fructus qui.

Quidam fingunt aliam speciem fructuum quam
79 appellant fructus merè industriales, & sunt illi qui percipiuntur ex sola arte & hominis industria natura terrę nihil operãte, vt est id ꝙ pictor lucratur ex sua pictura, scriptor ex sua scriptura, sed id nõ est propriè fructus: quin potius illud lucrũ censendũ est ꝙ pictor pingendo lucratur, aut scriptor scribendo: tũ quia illud non renascitur ob id tale lucrum non po-
80 test dici fructus: cùm propriè fructus appellentur atque dicantur qui è terra renascuntur, & ex terra ptoueniunt. l. in pecudum. & l. fructus. ff. de vsu. & fructuum appellatione venit illud quod renascitur. l. diuortio. §. si fundum. ff. solu. matri. & ibi docto. vnde ex hoc sequetur quòd si quis alicui fructus omnium suorum bonorum reliquerit, quòd in tali legato non venit id quod non renascitur, & per consequens id quod ex exemplatione prothocollorũ alicuius notarij percipitur, non debebitur vt fructus: quia illud non renascitur: & potius dicitur redditus quàm fructus. Socin. consi. 100. in j. vol. Barto. in d. l. diuortio. §. si verò. ff. sol. matri. licet contra Barto. tenuerint Pau. Castr. & Ludo. Roma. ibi: sed Bartoli opinionem sustinet ibi Ias. asserens Bartoli opinionem teneri communiter.

Alia fructuum diuisio.

Fructus qui propriè.

Verùm licet talis pecunia quæ prouenit ex exem-
81 platione prothocollorum non debeatur vt fructus, pertinet tamen ad vsufructuarium quo ad ius & vtendi facultatem dumtaxat: & vtetur ea pecunia sicuti & vtitur pecunia hæreditaria. l. j. C. de vsu & habi. & vtetur ea pecunia sicuti vtitur aliis rebus hæreditariis: & demum finito vsufructu cogetur reddere quantum accepit, & eam pecuniam quam habuit ex ea exemplatione prothocollorum ipsi proprietario reddet. l. vsufructu legato. ff. de vsuf. legat.

Nam vsufructuarius fructus quidem quos percipit facit suos, sed reliquum vsufructu finito tenetur restituere: vtque hoc restituat, tenetur cauere antequam vsumfructum possit percipere, & vti eo vsufructu: per eum titulum, vsufructuarius quemadmodum caueat. quod procedit si proprietarius hoc petierit: alioquin in non petendo vsufructuarius poterit vti eo vsufructu, & cum faciet suum. l. hac edictali. §. his illud. & ibi Bal. C. de sec. nupt. & in l. j. ff. de vsu. & est in electione vsufructuarij cauere, res similes restituendo in eadem qualitate, aut pretium, iuxta æstimationem, & dummodo illa æstimatio facta fuerit de consensu partium: alioquin res ipsæ essent restituendæ: & si ita facta fuerit æstimatio, erit in electione vsufructuarij aut res, aut æstimationem reddere. Alex. cons. 120. in 6. vol. & quantum ad res immobiles debet dare cautionẽ de vtendo & fruendo rebus ipsis arbitrio boni viri, & de

Vsufructuarius tenetur cauere

BIU Cujas

& de rebus ipsis restituendis finito vsufructu prout stabunt, siue sint mobiles, siue immobiles. l. 4. C. de vsufr. & hoc pro rebus quæ vsu non facilè consumuntur, pro illis verò quæ vsu consumuntur, vt est vinum, frumentum, vestes temporales, & alia huiusmodi, debet dari cautio de reddenda æstimatione earum rerum antequam cautio præstetur, & habito respectu ad æstimationem secundum tempus quo res traduntur: & si sit pecunia, de ea reddenda caueri debet vti est. Alexan. consi. 58. in 3. vol.

83 Sicuti in simili dicitur de gabellario, & conductore gabellarum, qui si pendente suo tempore cõductionis decesserit, relicta sua vxore vsufructuaria, redditus quidem illius rei conductæ percipiet, & eos poterit exigere præstita cautione prius de restituendo quod exiget ex ea gabella finito vsufructu. Bal. in l. j. C. de vsuf. quippè cùm id solum sit in fructu, quod renascitur ex terra. d. l. diuortio, & Boe. plenè dec. 224. erit ergo ea pecunia tanquã redditus, & nõ fructus: & sic eos redditus nõ faciet suos sicuti facit suos fructus quos percipit, sed illis redditibus vtetur, quos & demum tenebitur restituere.

Est autem aliud redditus, & aliud fructus, est e-
84 nim nomen redditus generalius quàm sit nomen fructus. glos. in verbo, redditus. in c. generali de electio. in 6. & ibi notatur, quòd omnis fructus consistit in redditu, sed non econtrariò: quia partus ancillæ est in redditu, sed non in fructu. l. in pecudum. §. partus ff. de vsuris. §. in pecudum. versicu. partus. insti. de rer. diui. glos. in c. grandi. in verbo, redditus: de supple. negli. præla. & est redditus nomen generale comprehendens omnes prouentus, omnia iura, omnes obuentiones, vtilitates & rei commoditates. l. vsufructu legato. ff. de vsuf. §. j. l. frugem. in prin. ff. de verbor. signi. & ibi Aloi. Confunduntur tamen hæc nomina, & vnum pro alio sæpe ponitur, & inquit Bar. eadem esse hæc nomina in l. fundi. ff. de vsu. vtrique tamen remanet suus vsus licet promiscuè vtamur.

Aliud est redditus, & aliud fructus.

Hoc tamen in hac materia notandum est, quòd
85 vsufructuarius non potest recusare quin fiat bonorum descriptio, si propritarius hoc petat, vt scilicet adueniente tempore possit ipse proprietarius de suo iure docere. Alex. d. cons. 58. nu. 7. & ibi tenet quòd talis cautio quam præstare debet vsufructuarius, nõ potest pet testatorem remitti, ne detur vsufructuario occasio delinquendi.

His ergo sic declaratis nunc videndum est quos
86 fructus lucretur malæfidei possessor, & ad quorum restitutionem teneatur, & dic quòd malæfidei possessor sine titulo tenetur ad fructuum restitutionẽ tam perceptorum quàm percipiendorum, de quibus omnibus tenetur rationem reddere. l. certum & ibi Sali. C. de rei vend. & amplia, vt hoc procedat tam in fructibus naturalibus, quàm industrialibus, & tam perceptis antè litem contestatam, quàm post. d. l. certum. & l. si fundum. eodem. Paul. Castr. & Sali. in d. l. certum, & per eam l. ibi, omnes fructus, qui enim totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & amplia vt procedat tam in fructibus consumptis quàm extantibus: nam extantes tenetur restituere, per rei vendicationem. d. l. certum. Ang. in §. si quis à non domino, versi. quæro quid. insti. de re. diuis. & tenetur ad æstimationem eorum qui consumpti sunt, vt per doctores in illis locis.

Malæfidei possessor sine titulo tenetur ad fructuum restitutionem.

Intellige tamen quòd tenetur ad restitutionem fructuum, prius tamen deductis expensis factis causa fructuum quærendorum, cùm fructus semper dicantur deductis expensis. l. fructus. ff. sol. matri. & quas expensas factas causa fructuum quærendorum & percipiendorum quilibet etiam malæfidei possessor potest deducere, & recuperare. l. fundus. ff. famil. ercis. & Bartol. in l. si quis sciens. C. de rei vendi.

Fructus dicuntur deductis expensis. 87

Sed priusquam ad alia condescendamus, aliquid de ipsis expensis dicendum est, nam expensæ fiunt 88
ex pluribus causis: quædam enim sunt expensæ quę fiunt causa fructuum colligendorum, quædam causa fructuum quærendorum, & quædam expensæ fiunt causa fructuum conseruandorum, & quædam fiunt ad perpetuam rei vtilitatem. & illarum aliæ sunt necessariæ, aliæ vtiles sine necessitate, aliæ voluntariæ sine necessitate & vtilitate, & quæ fiunt ad solam voluptatem.

Expensæ quę fiunt causa fructuum colligendorũ, quærendorum, aut conseruandorum deducuntur à 89
quouis malæfidei possessore. d. l. fundus: & compẽsantur cum fructibus. Paul. Castr. in l. domos. ff. de leg. j. Boeri. decis. 44. nu. 11. & cum fructibus compensantur, vsque ad concurrentem quantitatem. Bal. in l. sumptus. de rei vendi. nam si tot fructus percipiat ille possessor, qui possint sufficere ad eas expensas, non posset ille possessor eas repetere. Paul. Castr. in d. l. domos. nu. 3. & Bar. in l. cùm quæritur. §. prædiis. ff. de leg. 3. & ibi additio. & Ang. in §. certè. de rerum diuis. inquit quòd possessor malæfidei compensat fructus: ad quos restituendos tenetur cũ impensa quam aliàs non posset deducere.

Expensæ autem quæ fiunt, & quæ concernunt perpetuam rei vtilitatem, & illę etiam cum fructi- 90
bus compensantur, & etiam melioramenta, si quę sint, cum illis fructibus compensantur, quando scilicet illi fructus sunt percepti iure possessoris, secus si iure dominij. Bal. in l. emptor. ff. de rei vendi. 91
Boeri. decis. 44. nu. 20. dicimus autem quem capere fructus iure dominij, quando quis capit ex re in qua habet dominium, quod tamen est resolubile, vt est illud dominium quod habet hęres grauatus de hęreditate restituenda, qui quandiu est hæres, habet dominium rerum hæreditariarũ, sed adueniente die restitutionis tale dominium resoluitur in fideicommissarium, idem dicemus in dominio rerũ dotalium, quod habet maritus in rebus dotalibus: quod dominium est resolubile in vxorem post-mortem mariti: & hi scilicet & hæres grauatus & 92
maritus si melioramenta fecerint in rebus subiectis restitutioni, aut in rebus dotalibus, non compensant tales fructus perceptos cum melioramentis, seu cũ expensis factis circa melioramenta: sed fructus percepti ad eos pertinent: & nihilominus habebunt expẽsas factas circa ea melioramẽta, quoniã marit⁹ tãquã dominus rerũ dotaliũ eos fructus percepit. l. doce ancillã. C. de rei ven. & hæres etiam fructus ex hæreditate percepit tanquã dominus, & sic eos non tenetur restituere, & si quas expensas fecerit circa res hæreditarias subiectas restitutioni, eas poterit repetere. d. l. domos.

Expensæ fiunt ex pluribus causis.

Expensarum diuisio.

Iure autem possessoris quis dicitur possidere, qui 93
rem tenet aliqua bona fide & titulo, is enim si eo tempore quo possidet bona fide, vel etiam mala fide expensas aliquas fecerit in ea re, & in rei reparatione, eas compensabit cum fructibus ex ea re perceptis

Quis dicatur possidere iure possessoris.

BIU Cujas

ceptis.Paul.Castr.in d.l.domos.nu.2.nisi esset factus locupletior: quia tunc teneretur eas restituere. Pau. de Cast.ibi.

94 Possessor malæfidei si in re aliena expensas fecerit,poterit eas petere, implorando officium iudicis.Barto. in l.in fundo. ff. de rei vendi. & eo casu vbi circa petitionem expensarum alicui succurritur officio iudicis , si quid ille de fructibus perceperit pro rata hinc inde fiet compensatio: & hoc siue titulum lucratiuũ aut oneroſum habuerit. l. emptor. & l.sumptus.ff.de rei vendi.Ang.in eo §.certè in fi-

Possessor malæfidei expensas factas officio iudicis petere potest.

95 ne de rerum diuis.& habẽda est ratio reparationum & meliorationum secundum tempus quo res restituitur,& ad id quod res valet de præsenti. Boeri. in ea decisione : & fiet ea compensatio vsque ad concurrentem quantitatem.

96 Expensarum verò quæ concernunt perpetuam rei vtilitatem quædam sunt necessariæ,quædam vtiles,quædam voluntariæ.

His sic declaratis prosequor regulam quæ suprà posita est,quòd possessor malæfidei sine titulo tenetur ad fructuum restitutionem,& hęc est ea prior regula superius declarata.

97 Altera regula,possessor malæfidei cum titulo tenetur solum de fructibus perceptis : à percipiendis autem , & qui percipi potuerunt,à cultore diligentiori excusatur propter titulum.d.l.si fundum,& ibi docto.quod procedit vbi ille titulus esset iustus:vbi autem ille titulus esset infectus , vt qui pro non titulo haberetur , & tunc nullomodo propter talem titulum excusaretur , vt in eo qui emit in fraudem creditorum : qui titulus omnino infectus est. l. ait prætor.§.per hanc.ff.quæ in fraudem credi. item in eo qui emit contra leges , aut edicta principum. l. quemadmodum.de agri. & cens. lib. 11. C. item in eo qui emit à fisco , aut ecclesia , aut à pupillo non obseruatis solennitatibus à iure requisitis.l.j. de iure hastę fisc.lib.10.C.itẽ & in eo qui emit ab eo quẽ sciebat malè vendere.l. sed & partus. ff. de eo quod metus causa. Panor.in c.granis.de resti.spo. hi tales qui habent eos titulos infectos , & reprobatos , di-

Titulus infectus non excusat.

98 cuntur esse sine titulo : cùm nihil & inutile æquiparentur.l.quoties.ff.qui satis.cog. & tales possessores cum illis titulis reprobatis æquiparantur illis qui nullum habent titulum : & ad quos referri , & intelligi potest prima regula docto.& maximè Pau. Castr.in l. certum.C.de rei vend.

Quidam tamen reprobant hanc differentiam inter possessorem malæfidei cum titulo , vt ille excusetur à fructibus percipiendis , & possessorem malæ fidei sine titulo , vt omnino teneatur tam de fructi-

Reprobatur superior opinio.

bus perceptis quàm percipiendis, & tenent possessorẽ malæfidei siue cũ titulo,siue sine titulo, semper teneri tam de fructibus perceptis quàm percipiendis,& de his qui percipi potuerunt:nam cùm sit in mala fide,titulus non potest esse quin semper sit infectus propter suam malam fidem,& ita communiter teneri inquit Angel.in eo.§.certè,& in §. si quis, de re diui. qui quoniam indistinctè loquitur etiam indistinctè debet intelligi.

Possessor autem bonæfidei fructus industriales

99 facit suos qui iam sunt percepti.d.l.certum C.de rei vend.pendentes autem non facit suos. l. ex diuerso. ff.de rei vend.& dicuntur percepti qui quoquo modo à terra separati sunt.vt ibi per Bar. & hoc siue titulum haberet siue nondum,tamen eam rem possederit longo tempore sine titulo.Bar.in l. ex diuerso. ff. de rei vendi. & ibi additio,pendentes autem fructus non facit suos vt iam dictum est:nam illi petuntur vnà cum re ipsa & sunt pars fundi. l. fructus pendentes.ff.de rei vendi.Sali.in d.l.certum.

Possessor bonæfidei fructus naturales consum- 100
ptos facit suos quando ex illis non est factus lo- Possessor bonæ fidei fructus naturales consumptos facit suos.
cupletior,quia eos desiit possidere sine sua culpa,& dolo.extantes autem naturales non facit suos: quia cum ipsa re petuntur.l.fructus.ff.de vsuris. l.si me & Titium.ff.si cert.peta.& Ias. in l. Necennius. §.fundum.ff.de re iudi. in dubio quis non videtur factus locupletior, ex illis fructibus naturalibus perceptis:quare is qui dicet possessorem factum fuisse locupletiorem ex illis fructibus naturalibus perceptis teneretur hoc probare deducendo modum seu speciem locupletationis , & neque sufficeret probare quòd percipiens eos in suos vsus conuertit: nam ex eo non sequeretur quem factum fuisse locupletioré: ita Curtius Senior.cons. 71.

In hoc tamen casu sunt duæ leges,quæ inter se vi- 101
dentur contrariæ , & sibi pugnare quantum ad hos Conciliantur l.bonæfidei ff. de acqui.rer. domi.&l. fructus.ff.de vsu.
fructus naturales perceptos : nempè l. bonæfidei ff.de acqui. re.domi.quæ habet:bonæfidei possessorem fructus percipiendo etiam ex re aliena facit suos,non tantum eos qui proueniunt ex sua opera & diligentia, sed omnes.si ergo facit omnes fructus suos : ergo tam naturales quã industriales propter eam dictionem omnes,quæ est dictio vniuersalis,& l.fructus.ff.de vsuris,quæ vult,quòd bonęfidei possessor, non facit fructus naturales suos, & sic remanet hoc dubium an possessor bonæfidei fructus naturales faciat suos, interpretes pro conciliatione illarum legum ita dixerunt,quòd possessor bonæfidei cũ titulo facit fructus naturales perceptos suos , & hoc modo intelligunt eam l. bonæfidei: possessor 102
autem bonæfidei sine titulo non facit suos : & ita procedit l.fructus.quæ quidem solutio videtur confundere regulam generalem illius l. fructus. ponderando eam particulam cuiuslibet:est enim quilibet relatiuum distributiuum in singulos in solidũ. Batt. in l.hoc articulo.ff. de hære.instit. & in l. Moschis. ff. de iure fisci: ergo quilibet bonæfidei possessor, non facit suos fructus naturales perceptos, id est,nullus bonæfidei possessor,eos fructus naturales perceptos facit suos , alij non approbantes eam conciliationẽ ita dicunt,quòd in ea l.bonæfidei , non probatur id ad quod allegatur : & neque eam l. loqui de fructibus naturalibus, sed solum de industrialibus , vt sit sensus illius legis , quòd possessor bonæfidei faciat fructus suos industriales non solum eos qui ad eum peruenerunt ex sua industria,sed & eos qui ad eum peruenerant ex alterius industria,cultura, & diligẽtia & opera:ita vt ea dictio , omnes,referatur solum ad fructus industriales qui percipi possunt tam ex sua,quã alterius opera,& hic intellectus à glossatore sustinetur in d. l. bonæfidei , & ad confirmandum hunc intellectum videtur facere l.qui scit. §. præterea.ff.de vsuris,qui textus decidit quòd fructus sati à quolibet ad vsufructuarium pertineant , & in simili intelligi poterit,& in bonæfidei possessore,vt scilicet fructus industriales sati à quolibet, ad ipsum bonæfidei possessorem pertineant,& quoquo modo à terra separati erunt , & neque vim faciet ea dictio omnes,posita in ea l. bonæfidei.quia sequentia verba posita in ea lege demonstrãt illius legis generalitatem

litatem restringi ad fructus industriales, de quibus ibi fit mentio per ea verba, cùm ferè pro domino habeatur, & sic ille textus non planè comparat bonæfidei possessorem domino: quia domini plus habent quàm isti possessores, quod ea particula ferè demonstrat, & ita eam l. intelligendo conuenient illæ duæ leges, ex quibus colligentur illæ duæ iam dictæ regulæ, quòd possessor bonæfidei facit suos fructus industriales tam eos quos percipit ex sua opera & cultura quàm quos percipit ex opera & cultura alterius. dict. lege, bonæfidei. Altera regula, quòd possessor bonæfidei fructus naturales ab eo perceptos & consumptos in quantum ex illis factus est locupletior, tenetur restituere, aut saltem eorum æstimationem: aliàs non. dict. l. fructus, & eo casu aduersarius qui vult dicere eum possessorem bonæfidei fuisse factum locupletiorem ex illis fructibus naturalibus perceptis, tenetur illud probare. Iason in eo §. fundum. l. Neratius. ff. de re iudi. Panor. in dict. c. granis. de resti. spolia. nume. 4. tenet aliàm distinctionem, sed superiora sunt magis communia & approbata: & in hac materia Romanus consilio 149. dat regulam cùm tribus limitationibus, nempè quòd regulariter possessor bonæfidei non teneatur restituere id in quo est effectus locupletior, nisi in tribus casibus, primus in petitione hæreditatis. lege, item veniunt. §. cum autem. ff. de petiti. hæredita. secundus in actione familiæ erciscundæ. glossa, in lege, inter cohæredes. §. fructus. ff. fami. erciscund. tertius casus est in condictione indebiti. l. idem est. ff. de cond. inde.

103 Nunc videndum est de possessore qui ab initio est bonæ fidei & ex post malæfidei possessor, & dic quòd talis possessor ab initio & ex post malæfidei fructus perceptos antè litem contestam facit suos & eos lucratur: perceptos autem post litem contestatam, tenetur restituere. dict. lege, certum. C. de rei vendicat. & ibi Bartol. & in l. ex diuerso. ff. de rei vendicat. Paul. Castrens. & Salic. in dict. l. certum. & in d. l. fundum. C. de rei vendi. & Iason in eo §. fundum. l. Necennius. quia ab eo tempore quo lis est contestata in mala fide constituitur per litis contestationem. l. vium, & quæ ibi notantur. ff. si cert. peta. & sic quantumuis quis sit bonæfidei possessor à principio & cum titulo, potest tamen reddi in mala fide, & effici possessor malęfidei, ex post & post eam contestationem, & hoc in praxi communiter re-

Per litis contestationem quis in mala fide constituitur.

104 ceptum est, receptum est etiam omnes possessores tam bonæfidei quàm malæfidei condemnari ad fructuum restitutionem post litem contestatam. Rebuffus in suis commentariis in constitu. Regi. in titulo de resci. contract. in prin. nume. 5. com-

105 pensantur tamen regulariter vsque ad concurrentem quantitatem fructus cum expensis factis causa quærendorum fructuum, colligendorum, & conseruandorum. Cor. consil. 167. j. volu. nume. 6. & Paul. de Castro in l. domos. ff. de leg. j. & compensantur etiam cum melioramentis quæ facta fuere ad perpetuam ipsius rei vtilitatem. l. emptor. & l. sumptus. ff. de rei vendi. Bald. in l. in fundo. ff. de rei vend. & Boeri. decis. 44. nume. 13. & fiet ea compensatio cum illis fructibus, vsque ad concurrentem quantitatem, & pro rata fructuum confundentur cum melioramentis. Alexand. consilio 104. in 6. volumi. & Corne. consil. 243. in 2. volu.

Confundantur fructus cum expensis & melioramentis.

Intellige etiam fructus cum illis melioramentis compensari in impensam iam factam vtiliter per bonæfidei possessorem, quando tales fructus tempore quo percepti fuerunt spectabant de iure ad eum qui nunc petit fundum sibi restitui. dict. l. sumptus. & lege, emptor. secus si non spectassent fructus ad eum qui petit fundum sibi restitui. gl. in d. l. emptor. sed hæc superius fuere declarata ad quæ me remitto.

Verùm in quantum dictum fuit possessores condemnari ad fructuum restitutionem post litem contestatam, contrarium videtur decidi ex ordinatione Regis Francisci de qua per Rebuffum in tractatu de fructibus & eorũ restitutione, articulo primo in commen. in constitu. Regias, vbi decidit quòd tam in contractibus bonæfidei quàm stricti 106 iuris fructus debentur à tempore morę, si illa sit cõmissa ante litem contestatam, de iure quidem ciuili in contractibus bonæfidei fructus, vsuræ, & accessiones debentur à tempore moræ propter bonæfidei exuberentiam quæ requiritur in illis contractibus bonęfidei. l. mora. §. in bonæfidei. ff. de vsuris: in contractibus vero stricti iuris à tempore litis contestatæ fructus, vsuræ, & aliæ accessiones debentur. l. cum fundus. ff. si cert. pet. l. videamus. §. si actionem. ff. de vsu. plenè gloss. & docto. in §. actionum autem. instit. de actio. quæ tamen distinctio de iure canonico non seruatur, nam eo iure inspecta æquitate iuris canonici, quo iure omnes contractus censentur bonæfidei. Bald. in c. j. de plus peti. & Iason in ea l. cum fundus. ergo ex ea ordinatione sequetur fructus & vsuras deberi à tempore moræ etiam si illa antè litem contestatam commissa sit. Rebuff. in eo loco ita tenet, & eam æquitatem Rex in ea ordinatione sequutus fuit, quod colligitur ex generalitate illius ordinationis, ibi *que en toutes matieres où y dura condemnation & restitution de fruictz elle se finira non seulement depuis la contestation: mais depuis que le condamné est en demeure*, & sic à tempore moræ fieri debebit ea condemnatio, ita vt per talem ordinationem iuri communi derogatum sit: vidi tamen semper ius commune obseruatum fuisse.

In vno tamen casu fit condemnatio fructuum, 107 non à tempore moræ nec à tempore litis contestatæ: sed à tempore mortis patris vel matris, nempè vbi petitur legitima filiis debita cum fructibus, nam tunc fiet condemnatio cum restitutione fructuum à tempore mortis patris, vel matris. l. cum quæritur. C. de inoff. testamento, & ibi docto. quod procedit etiam si hæres bona fide eos fructus consumpsisset. Boeri. decis. 3. num. 17.

Fructus legitimæ debentur à tempore mortis patris.

Et in hac fructuum condemnatione hoc est no- 108 tandum, quòd licet nonnunquam quis ab expensis excusetur sicuti in multis casibus est excusandus de quibus per Iaf. in l. properandum. §. fin autem. C. de iudi. tamen à fructuum condemnatione quis non excusatur quin fiat condemnatio restitutionis fructuum saltem à tempore litis contestatæ. Bald. in l. ex diuerso. ff. de rei vendi. ita vt index defendi non possit quin malè dicatur iudicasse condemnando quem ad rem restituendam, si insimul non condemnet ad fructuum restitutionem, quando illi

BIU Cujas

fructus sunt petiti, alioquin excusandus esset iudex si non condemnauerit ad eos fructus si non essent
109 petiti vnà cum principali. Inno. & Panor. in c. granis. de resti. spolia. cùm ad non petita non se extendat officium iudicis. l. 4. §. hoc iudicium. ff. de dam. infect. nisi ageretur iudicio possessorio: quia tunc venirent & adiudicandi essent fructus etiam non petiti, etiam si de illis in sententia non fuerit facta mentio. Rebuff. in eo tractatu de fructi. arti. j. num. 35. & tunc peti semper poterunt in executione sententiæ latæ in ipso possessorio: quia ea iudicia pos-
110 sessoria sunt restitutoria & ideo in executione veniunt illi fructus restituendi. Panor. in d. c. granis. nume. 19. & Papon in suo *recueil des arrestz*, in titulo, *de restitution des fruicts*, asserit contrarium iudicatum fuisse arresto 11. & Boeri. decis. 18. nisi in interdicto vnde vi, nam tunc bene veniunt in executione fructus etiã si de illis in sententia nihil dictum fuerit. Pano. in d. c. granis. nume. 19. & 20. & Rebu. in eo loco.

Possessoria sunt restitutoria.

Et sic erit ea limitatio, quòd fructus non debentur nisi fuerint petiti; quod fallit in iudicio possessorio vt iam dictum fuit, secundo fallit regula vbi
111 ageretur petitione hæreditatis: quia ratione vniuersitatis omnia veniunt in executione, quamuis in principali non fuerint petita l. item veniunt. §. fructus. ff. de peti. hæredi. sunt enim extensiua iudicia vniuersalia, & complexiua, seu collectiua totius accessorij, & cùm fructus sint accessorium ad ipsam petitionem hæreditatis, venient & per consequens in ea petitione hæreditatis, etiam sine specifica petitione, & sic in executione peti poterunt. Inno. in fi. de exhę. præla. & veniũt in ea actione & fœtus ancillarum & fœtus fœtuum. l. ancillarum. ff. de peti. hæredi.

Fœtus fœtuum debentur.

112 In aliis verò actionibus particularibus fructus sunt petendi & hoc vt illi adiudicentur qui percepti erunt ante litem contestatam.

Aliàs nulla de illis fieret condemnatio, ad eos verò qui percepti erunt post litem contestatam, iudex poterit ad eorum restitutionem partem condemnare etiam si illi non fuerint petiti: veniunt enim tales fructus restituendi officio iudicis l. ediles. §. sciendum. ff. de edi. edicto. Panor. in d. c. granis. nume. 17. Bal. in l. cùm propria. C. si quis alteri vel sibi. Boeri. decis. 18. & Bal. in l. j. C. de fructi. & liti. expens. Rebuff. in eo tract. de fructi. arti.
113 j. nume. 32. Sunt enim omnia iudicia post litem contestatam restitutoria, & ideo iudex potest quem condemnare ad restitutionem fructuũ, qui percepti erunt post litem contestatam etiam si illi non fuissent petiti. Bald. in d. l. cum propria.

Iudicia post litem contestatam sunt restitutoria.

114 Sicuti etiam iudex non potest quem condemnare in expensis litis quæ minimè petitæ fuerant, quod procedit quantum ad expensas factas antè litẽ contestatam: poterit tamen condemnare ad expensas factas post litem contestatam, etiam si illę minimè petitæ fuerint. dict. §. sciendum. l. ediles. ff. de edi. edic. & Iason in lege, properandum. §. sin autem C. de iudi. veniunt enim officio iudicis ea quæ emergunt post litem contestatam. dict. §. sciendum, quòd si fructus petiti fuissent: aut expensæ petitæ fuissent & de illis iudex in sua sententia nihil dixerit, non poterunt demum peti. Gui. Papæ, decis. 405. Boeri. in ea decis. 18. quod non habet locum vbi tales fructus aut expensæ debentur iure obligationis: nam tunc lata sententia peti possent, & fructus & expensæ: quòd si officio iudicis deberentur, & neque petiti essent fructus antè litem contestatam, demum lata sententia non possent peti. l. 4. C. depos. nam tunc cùm debeantur officio iudicis & ex natura actionis propositæ lata sententia expirat officium iudicis super accessoriis, erant enim petendi fructus vnà cum principali antè litem contestatam, aliàs sibi imputet quòd eas expensas aut fructus antè litem contestatam non petierit, cùm lata sententia super prin-
Lata sententia fructus & expensæ peti nó possunt.
cipali expiret officium iudicis & conquieſcit in accessoriis. d. l. 4. C. depos. quòd si ex expressa obligatione fructus aut expensæ deberentur, eo casu lata sententia super principali fructus tunc deberentur, & possent peti post sententiam ex nouo iudicio in vim obligationis. d. l. 4. & ibi doct. C. depos.

Possunt enim fructus aut expensæ deberi aliquan do ex officio iudicis & in vim actionis propositæ su 115
per principali & tunc debent illi fructus aut expensæ peti vnà cum principali: alioquin lata sententia super principali conquieſcit officium iudicis in accessoriis. d. l. 4. Aliquando verò possunt deberi fructus aut expensæ ex obligatione & tunc lata sententia super principali, poterunt demum peti. Bart. & docto. in l. ex diuerso. C. de rei vend. Iaſ. in l. omnium. nu. 175. de actioni. & Boeri. in ea decis. 18.

Et circa has expensas hoc notandum est, quòd 116
condemnatis in expensis talis condemnatio refertur ad expensas iam factas: non autem ad expensas quæ fient post sententiam, ad quas futuras expensas iudex non potest condemnare. Rebu. in tractatu de expensis artic. 5. in glo. vlti. nu. 64. in commen. in consti. Regias.

Condemnatus autem ad damna, & interesse si appellauerit, & dicatur bene iudicatum, poterunt taxari damna quæ aduersarius passus fuit in articulo appelli & ita iudicatum fuisse refert Papon in suo *recueil des arrestz*, in titulo *de resti. des fruictz*, arresto secundo.

Et circa fructuum declarationem hoc obseruatur: 117
pars quæ fuit condemnata ad fructus restituendos, debet in executione declarare quantitatem fructuũ quos recepit & ad faciendum talem declarationem datur dilatio ipsi cõdemnato quam declarationem aduersarius accipiet, & si volet poterit adducere & probare maiorem quantitatem perceptam fuisse ab ipso aduersario quàm ille deduxit, & contra eum condemnatum hoc est statutum, quòd ille demum in contrarium non poterit probare, & priuabitur facultate probandi in contrarium, quòd scilicet non percepit tantam quantitatem quam actor contra eum proponit: reseruatur tamen illi facultas obiiciendi testes ab ipso actore productos. & ita concluſum fuisse refert Rebuffus in eo tractatu de fructi. artic. 2. nume. 5. Poterit tamen ipse actor petere reum condemnari iuxta declarationem ab ipso factam, vt est altera Regis ordinatio de qua ibi per Rebuff. & maiorem summam probare, si velit non obstante iuramento quod reus dans suam declarationem tenetur præstare super veritate illius declarationis quod iuramentum ita à reo præstitum non excludit actorem ad probandam maiorem quantitatem, quia tale iuramentũ quod reus tenetur præstare, est purgatiuũ quod non excludit probationẽ in contrariũ.

Pars in executione debet declarare fructuũ quantitatem.

docto.

BIU Cujas

docto. in l. admonendi.ff.de iure.& in l. si quando vnde vi.

Priusquam tamen his finem faciam,quæram hoc vnum, cùm petuntur fructus, seu restitutio fructuum,an debeãt peti fructus, an verò eorũ fructuũ æstimatio ? dic quòd super re debita debet fundari
118 libellus.l. si in iudicio. ff.de excep. rei iud.quare si quis in specie velit petere fructus collectos ex tali fundo, debet ille nominatim petere eos fructus iam perceptos ex tali fundo : & potest addere, si extent illi fructus.sin autem non extent, poterit petere æstimationem in valore quanti plurimi fuerit à tempore moræ. Bart. Bal. & alij in l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. mattimo. non enim potest creditor petere solam æstimationem. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco : quòd si æstimatio petita non fuerit, post sententiam peti non posset, cùm illa debeatur officio iudicis mercenario,quod cessat post sententiam d. l. 4. C. depos. Boeri. decis. 68. debetur autem ea æstimatio quanti plurimi à tempore moræ seu litis contestatæ, quando anteà mora non præcessit l. viuum. ff. si cert. peta. Alexand. consil. 64. in 7. volu. in prin. refert tamen Aufredi. in stylo curiæ parlamenti arresto. 23. iudicatum fuisse quòd condemnatio quanti plurimi fuerit, venit à tempore petitionis, & non ante & ita etiam tenet Boeri. in ea decis. 68. nume. 5. est tamen notandum, quòd si per sententiam quis fuerit condemnatus ad fructus restituendos tunc coram executore illius sententiæ non posset petere æstimationem sed fructus ipsos, quia sententia executionis debet esse conformis primæ sententiæ:bene tamen poterit petere fructus si extent,& si nõ extẽt valorẽ eorũ:ita plenè Boer.in ea decisione: quæ æstimatio quanti plurimi fuerit licet de iure sit inspicienda in multis casibus, tamen talis æstimatio quanti plurimi est in hoc regno abolita teste Rebuffo in suis comment. in consti. Regias, in tractatu, de fructibus & litium expensis, articulo sexto in fine, quo ad singularem æstimationem: sed non quo ad communem æstimationem & sic semper fieri debet æstimatio
119 iuxta communem æstimationem, & non quanti plurimi : & ita multis arrestis decisum fuisse refert Rebuffus in eo loco, & articulo j.& Papon in suo *recueil au tiltre de restitution des fruits, arrests 15. & 16.*

Æstimatio post sententiã peti non debet.

Sed an fructus fructuum peti possint, & non
120 in illis fieri possit condemnatio:vt finge, facta fuit executio in capris quæ singulis annis pariunt, & emittunt fœtum, executio illa fuit reuocata, & condemnatio subsecuta de capris reddendis cum eorum fœtu, nunc quæritur an non solum fœtus reddi debeant, sed etiam & fœtus fœtuum, quia per multos annos ille tenens capras detinuit, & sic singulis annis emiserunt fœtum, & fœtus illi in annum sequentem alium fœtum emiserunt,an ergo omnes illi fœtus,& fœtus fœtuum sint reddẽdi? dic distinguendo, ex sententia Alexand.& Iason. in l. cùm fundus in fine pri. ff. si certa. petat. quòd si quis petendo suas capras petat sibi restitui cum fructibus, & cum omni causa, & tunc & fœtus & fœtus fœtuũ reddi debebunt, quòd si solum quis petat animalia sibi reddi cum fructibus, quòd tunc fœtus fœtuum non debebuntur: quia ad hoc vt fœtus fœtuum debeantur debet peti & fieri condemnatio cum omni causa. l. qui restituere. ff. de rei vendi. ibi fructuum, & omnis causæ fiat condemnatio. facit quia vsuræ vsurarum non debentur. l. fin. C. de vsuris, ita nec fœtus fœtuum, nisi illi petantur cum omni causa: fœtus enim sunt fructus. §. in pecudum. de rerum diuis. & fructus veniunt appellatione interesse. l. loci corpus. §. j. & ibi docto. ff. si serui. vendi. sed interesse ex interesse non debetur, vt iam dictum est,ergo nec fœtus ex fœtu,& nec fructus ex fructu.

Fructus fructuũ an possint peti

Fœtus fœtuum an peti possint.

Quia verò pater Adiectæ ipsam in legitimam deducendam censuit.

SVMMARIA.

1 *Filius grauatus de restituenda hæreditate paterna aut materna duas quartas potest deducere.*
2 *De iure ciuili filius grauatus à patre vel à matre vnam quartam solam potest deducere.*
3 *Contra eos qui ius canonicum reiiciunt.*
4 *Ius canonicum veluti à Rege approbatum recipitur.*
5 *Ius ciuile in hoc regno receptum est, non vt leges Romanorum : sed quia ita principi placuit.*
6 *Cognitio iuris canonici à nobis necessaria est.*
7 *Multa negotia iure ciuili non decisa, quæ iure canonico terminantur.*
8 *Filius purè grauatus, vnam quartam solum detrahere potest.*
9 *Quoties aliquid dubium de iure ciuili reperitur, decisum tamen de iure canonico, ius canonicum obseruandum est.*
10 *Filius legitimatus grauatus purè vnam quartam, sub conditione verò duas detrahit.*
11 *Quoties duo iura vni dantur diuersis temporibus,poterit ille illis duobus vti.*
12 *Ius ciuile prohibet duas detractiones.*
13 *Legitima filio debetur statim post mortem patris, & Trebellianica tempore restitutionis.*
14 *Testamentum quamuis nullum sustinetur per clausulam codicillarem.*
15 *Hæres particularis non detrahit quartam, sed vniuersalis.*
16 *Filius qui purè grauatus,non potest nisi vnam quartam detrahere, debet eligere an velit legitimam an Trebellianicam.*
17 *Quomodo duæ quartæ detrahi poterunt.*
18 *Filius quamuis hæres quantum ad legitimam, eam habebit,vt quilibet ex aliis filiis.*
19 *Hæres grauatus præfertur legatariis in detractione suæ quartæ.*
20 *Hæres grauatus pro sua quarta tenetur satisfacere creditoribus hæreditariis.*
21 *Prælegata quæ dicantur.*
22 *Prælegata an veniant in restitutione fideicommissi.*

BIU Cujas

23 *In restitutione fideicommissi alia bona quæ ad grauatum peruenerunt ex substitutione fideicommissaria alteri facta veniunt.*

24 *In restitutione fideicommissi hæres grauatus detrahit meliorationes habito respectu ad valorem vti erit tempore restitutionis.*

25 *Hæres grauatus an teneatur restituere rem ab eo redemptam & à testatore sub pacto venditam.*

26 *Quis videtur exoluere de propriis pecuniis.*

27 *An omnia quæ reperiuntur in domo hæredis grauati tempore suæ mortis veniant restituenda.*

28 *Ascendentes grauati an possint duas quartas detrahere.*

29 *Filiusfamilias non potest testari.*

30 *In descendentibus grauatis subintelligitur clausula si decedat sine liberis, & non in ascendentibus grauatis.*

31 *Testamentum imperfectum à parentibus conditum inter liberos valet, & tamen non valet inter parentes si à liberis conditum fuerit.*

32 *Inter liberos succedentes, locum habet collatio, quæ cessat inter ipsos ascendentes.*

33 *Filij alienata à parentibus in eorum fraudem possunt reuocare, sed non econtrariò.*

34 *An hæres grauatus non conficiens inuentarium priuetur sua quarta.*

35 *Hæres grauatus tenetur rationem reddere fideicommissario.*

36 *Substitutus an possit cogere hæredem vt bona hæreditaria describantur.*

37 *Non solum hæres grauatus detrahit Trebellianicam, sed & hi qui tacitè vocantur.*

Quia verò pater Adiectæ ipsam in legitimam deducendam censuit.

1 PRæter quartam Trebellianicam quã iudex appellationis deducendam censuerat, ordinauit etiam & legitimam deducendam in qua Adiecta filia non potuit grauari, & neque ea priuari absque insertione vnius ex causis ingratitudinis de quibus in §. causas cum de appellla. cognoscitur in authentic. quare hic iudex iustè ordinauit legitimam illi Adiectæ debitam ex hæreditate deducendam esse, quod iudex à quo tacuerat qui solum quartam Trebellianicam deducendam ordinauerat, de legitima autem nullum verbum, & in hoc iudex appellationis eam sententiam confirmauit, & demum addendo adiudicauit & legitimam in bonis patris Raynutij, & quæ ex hæreditate illius veniebat deducenda, vnde ex his colligitur quòd filius grauatus de restituenda hæreditate paterna, aut materna poterit & duas quartas deducere, nempe legitimam vt filius, & Trebellianicam vt grauatus: quod peranteà de iure ciuili non erat sine controuersia, quo tantum abest, vt hoc decisum esset: quinimò contrarium potius decisum videtur ita vt eo iure ciuili illa sit regula, filius à patre hæres institutus, & grauatus de restituenda hæreditate, non potest nisi vnam quartam detrahere. quod probatur ex l. filius quem. Codice, famil. ercis. ibi quod supra quartam habens reddere compellitur, vbi filius erat institutus & grauatus, & tamen quod habet, plus vna quarta, compellitur reddere & sic solam vnam quartam detrahit. idem probatur in lege, iubemus. C. ad Trebellianum. vbi etiam filius est hæres institutus & grauatus, & nihilominus, ibi mandat Imperator, quòd filius compellatur reddere quod supra quartam habet, & sic de iure ciuili est ea concluſio approbata ab omnibus, & legibus confirmata, quòd filius grauatus detrahit solùm vnam quartam.

De iure vero canonico quod hodiè obseruatur 2
& per hoc caput tenetur quòd filius grauatus sub conditione poterit duas quartas detrahere: vnam vt filius, nempè legitimam: alteram vt quilibet hæres grauatus nempè Trebellianicam, vnde quidam inferunt ius ciuile in hoc correctum esse per ius canonicum, quod tamen nonnulli absurdum putant: cùm sit fugienda legum correctio, & pro horum iurium, canonici scilicet & ciuilis conciliatione ita dicunt quòd filius grauatus purè tantummodo detrahit vnam: quod volunt probari per eas leges iuris ciuilis, scilicet per l. filius quem. & per legem, iubemus ad Trebellian. & quòd filius grauatus sub conditione poterit duas quartas detrahere: & ita intelligunt hanc decisionem iuris canonici.

Quæ quidem regulæ quamuis veræ sint, non tamen prior regula probatur ex illis legibus iuris ciuilis: nam & in l. filius, & in lege, iubemus, & in vtraque ex illis legibus, filius hæres institutus fuit grauatus sub conditione: & tamen vt iam fuit probatum, filius grauatus sub conditione, in illis legibus non detrahit nisi vnicam quartam, quare concludi potest, filium grauatum sub conditione de iure ciuili non posse detrahere nisi vnam quartam, per eas leges, filius, & iubemus. & de nouo, per ius canonicum decisum est, filium grauatum posse duas quartas detrahere: & hoc beneficium filij à iure canonico acceptum ferre possunt, & in hac re, vt in aliis multis, ius ciuile cedit iuri canonico: quod vulgatissimum est obseruari his qui iura ipsa obseruarunt, & qui in curiis, & in iudiciis versantur, ob id illegitimè facere videntur, qui ius illud canonicum tanquam malum reiiciunt: vt 3
quod ab illegitimo conditore confectum fuerit, negant etenim summos pontifices ius habuisse nec habere ius legum & constitutionum condendarum vt quod ad Imperatores & principes pertineat: verùm illi ita iudicantes non videntur recto pede, & sano iudicio procedere, nam demus hoc ita esse, nihil tamen ex hoc sequetur quod faciat ad illud ius canonicum reiiciendũ, propterea quòd nos illud ius canonicum & illius ordinationes recipimus veluti approbatum & 4
receptum à principibus & regibus nostris, qui illud probarunt, & recipiendum censuerunt: ita vt iuxta illius iuris canonici decisiones in curiis, & palatiis, iudicetur, quæ & in multis legibus nostris derogant

In multis ius ciuile cedit iuri canonico.

Contra eos qui ius canonicum reiiciunt.

BIU Cujas

gant : & quoniam ita principibus nostris placitum fuit, necesse est, vt nos subditi acquiescamus cùm de consensu maiorum nostrorũ illud ius canonicum receptum sit.

Idem fertur de legibus ipsis Romanorum, iuxta quas in regno viuitur,& quæ in regno hoc receptæ sint,non vt leges Romanorum, sed vt leges à Regibus approbatæ, quibus placuit vt in regno reciperentur, non quòd propterea Regnum Galliæ ab Imperatorum imperio dependeat, vnde ius illud ciuile, & leges ipsæ emanarunt, sed quia populus sine legibus viuere non poterat, ideò satius putarunt Reges eas recipere, quàm de nouo aliquid statuere.

Et certè qui ius illud canonicum reiiciendum censent, puto eos esse satis frigido stomacho,& qui si illis liceret, non solum ius illud canonicum, sed & ius ciuile facillimè reiicerent,vt liberius, & proprio voto quã vellent, possent vitam agere:quorum tamen libertas restringenda est, & ad veros cancellos retinenda.

Et nobis qui versamur in foro, & vsu forensi,cognitio illius iuris canonici perneccessaria est, ita vt absque illius cognitione in decisionibus plurium negotiorum planè cæcutiendum foret, sunt enim multa negotia quæ ab ipso iure canonico decisa sunt,& iure ciuili minimè terminata, & maximè hæc quæstio, an filius hæres institutus & grauatus possit duas quartas detrahere,quæ quęstio minimè à iure ciuili decisa reperitur : præterea in materia decimarum, vsurarum,matrimoniorum & aliarum similium materiarum, ad ius illud canonicum recurrendum est, si in illis causis velimus iudicium facere.quare cognitio illius iuris canonici est necessaria & iudicibus & aduocatis & his qui partibus dant consilia,cùm tales materiæ concernant vsum forensem, & ordinem iudiciarium : quare stomacus eorum qui ita ius illud reiiciunt, purgandus erit elleboro:vt tandem recipiscant, & pro ocio sumant studium illius iuris, & videbunt illius cognitionẽ,& iudicibus, magistratibus, aduocatis, & consulentibus summæ necessariam esse.

Cognitio iuris canonici necessaria.

Hoc ergo iure canonico, hanc notandam decisionem habemus, quòd filius hæres grauatus duas quartas poterit detrahere ex tota hæreditate : cùm hoc tamen temperamento si sit grauatus sub conditione:quòd si purè grauatus sit,erit ponenda altera regula,nempè :

Quòd filius hæres institutus, & grauatus purè non poterit nisi vnam quartam detrahere, & hæ sunt duę regulę passim in scholis, & iudiciis receptę & approbatę, & eas approbatas esse asserit Angel. post alios.in l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulga. docto. in l. filium quem. C. fami. ercis. & ibi Iaso. post alios. Bal. in l. quanquam. C. ad l. Falc. docto. in hoc c.Raynutius,& hoc per regulam quæ habet quòd quoties aliquid reperitur decisum de iure canonico,dubium autem de iure ciuili, quòd tunc ius canonicum obseruandum est etiam in foro temporali.c.j. de noui operis nun. gl.& docto. in c. venerabilis. qui filij sint legi. & quoniam hæc quæstio vt dictum fuit non reperiebatur decisa de iure ciuili, decisa autem & determinata de iure canonico, ergo ius illud canonicum obseruandum erit & remanebit in sua viridi obseruantia.

Filius purè grauatus vnam quartam detrahere potest & sub conditione duas.

Vtráque autem regula est amplianda, vt procedat tam in filio legitimo & naturali quàm in filio legitimato, ita vt filius legitimus, & naturalis, & filius legitimatus grauatus purè restituere hæreditatem detrahat vnam quartam, & sub conditione grauatus detrahit duas:vnam tanquam filius, nempe legitimam, alteram tanquam grauatus, nempe Trebellianicam.Deci.cons.256. vol.2.

Ratio autem quòd filius sub conditione grauatus detrahat duas quartas hæc est,quia tunc duo iura vnimet personæ accedunt diuersis temporibus: quo casu, & quoties duo iura accedunt eidem personæ sub diuersis temporibus, poterit ille talis fungi & vti iure duarum personarum, cùm sustineat vicem duorum.l.3. ff. de adop.c.cùm olim. & ibi Panor. de re iudi. At filius quando instituitur hæres à suo patre aut à matre, instituitur vt filius, & illi vt filio debetur sua legitima,quæ filiis debetur.authent. nouissima. C. de inoff. testamento, & si ille filius hæres institutus grauetur de restituenda hæreditate, & tunc tanquã quilibet hæres grauatur, & cùm hæredi grauetur & debeatur quarta Trebellianica, ergo & hoc iure illi filio grauato debebitur Trebellianica, & sic filius ibi fungitur persona duorum & illi diuersa iura accedunt: nam est filius, & illi vt filio debetur legitima, adest illi & altera qualitas quia est grauatus, & hoc nomine illi vt grauato debetur Trebellianica, quæ & cuilibet hęredi grauato debetur:per consequens ergo filius vt filius debet habere legitimam, vt grauatus debet consequi Trebellianicam, tum & maximè quia ea Trebellianica non potest prohiberi in filiis primi gradus. l. iubemus. C. ad Trebellia.

Ratio quare filius grauatus sub conditione detrahere possit duas quartas.

Trebellianica in filiis primi gradus non potest prohiberi.

Cùm verò filius institutus purè grauatur, non consequetur nisi vnam quartam, legitimam scilicet, aut Trebellianicam, & hoc fit hac ratione, quia in restitutione fideicommissi, quæ restitutio purè fieri debet & de præsenti,obstaret illi regulę imputationis & concurrerent duę detractiones:detractio scilicet legitimæ & Trebellianicæ,quas detractiones prohibet regula iuris ciuilis de qua in l. in ratione §. quod vulgò.ff.ad l. Falc. & in l. filius. C. fam. ercis. ergo ne sequatur hoc absurdum, & ne insimul reperiantur duæ detractiones seu deductiones aut imputationes eodem tempore, quo tempore altera alteram impediret & altera in alteram imputaretur: concluditur filium purè grauatum non posse nisi vnicam quartam detrahere.

Quæ ratio cessat vbi restitutio fit sub conditione vel in diem: nam tunc cessant illæ deductiones seu imputationes, quia tunc diuerso tempore debentur illæ dũæ quartæ: quia legitima debetur filio statim post mortem patris, Trebellianica verò tempore restitutionis & sic diuersis temporibus, & sic altera in alteram non imputari poterit,cùm diuersis temporibus debeantur.

Exemplum sumi potest quando filius est purè grauatus, pater habet duos filios alterum instituit, alterum autem præteriit in testamento suo in quo posita est clausula codicillaris si non valet vt testamentum,quòd valeat iure codicillorum: per quam clausulam testamentum quamuis nullum sustinetur vt per Alexan. cons.161. volu. 2. patre mortuo

BIU Cujas

filius præteritus ab inteſtato ſuccedens tacitè gra-
14 uatus per eam clauſulam codicillarem, cogitur hæreditatem reſtituere hæredi inſtituto, & tunc ille filius tacitè grauatus adeundo hæreditatem & eam ſtatim reſtituendo detrahet tantummodo vnam quartam, cùm purè cenſeatur eſſe grauatus. ita Alexand. conſ. 114. in 4. volumine & Decius conſilio 320.

Prima ergo erit illa limitatio, quòd filius grauatus detrahit duas quartas, vt procedat in filio grauato ſub conditione: ergo in filio purè grauato non procedit regula, cùm tunc ſolum vnam detrahat.

15 Secunda erit limitatio, in hærede inſtituto ſub conditione in tota hæreditate: ſecus ſi eſſet inſtitutus in re certa, & grauatus: quia tunc vnam tantum detraheret, nempe legitimam, & non Trebellianicam, quam ſolus hæres vniuerſalis detrahere poteſt, & non particularis in re certa. l. lex Falcidię. §. nuſquam. ff. ad l. Falc. Bal. in d. l. filius quem.

Grauatus filius in re certa vnã ſolam detrahit quartam.

Tertiò limitatur regula, quòd filius grauatus ſub conditione poſſit duas quartas detrahere, non habere locum, vbi pater contrarium ſtatuiſſet, vt quia dixiſſet in ſuo teſtamento, quòd aduenien-
te die reſtitutionis volebat quòd hæres totam ſuam hæreditatem reſtitueret tali vel ſi dixerit quòd velit Trebellianicam in legitimam imputari: tunc enim filius quantumuis grauatus ſub conditione vnam quartam ſolum detrahet. Bald. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſta. & Iaſ. in l. filius quem. nu. 11. C. fami. ercis. licet enim pater filium in ſua legitima non poſſit grauare, bene tamen in Trebellianica quam ille poteſt prohibere. Bartol. in l. Marcellus. ff. ad Trebellianum.

Sed non video quomodo hæc limitatio poſſit procedere: nam quamuis verum ſit Trebellianicam à teſtatore prohiberi poſſe vt per docto. in authent. ſed cùm teſtator. C. ad l. Falci. hoc tamen non procedit in filiis primi gradus hæredibus inſtitutis & grauatis, quibus pater Trebellianicam non poteſt prohibere ſecundùm communem doctorum opinionem in d. authent. ſed cùm teſtator, C. ad l. Falc. & quam tenuit Iaſon. ſibi contrarius, in d. l. Marcellus, qui in l. filius. contrarium tenuit. Si ergo inſequendo communem opinionem pater non poſſit prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus, ergo fruſtra hoc prohiberet in ſuo teſtamento: fruſtra enim prohibet ſi talis prohibitio non poſſet effectũ habere, niſi dicamus eam limitationem procedere ſecundum opinionem eorum qui tenent Trebellianicam poſſe prohiberi in liberis primi gradus, aliàs non procederet talis limitatio.

In eo autem caſu in quo filius purè grauatus
16 eſt, & qui eo caſu non poteſt niſi vnicam quartam detrahere, debet ille filius aduertere quid ſibi vtilius erit: vel accipere legitimam vel Trebellianicam, nam poterit eligere, quare ſecum debet conſulere quid ſibi vtilius erit: legitima enim eſt incerta cùm ea debeatur pro numero liberorum: Trebellianica autem eſt ſemper certa, nam eſt ſemper quarta hæreditatis deducto ære alieno, & funeris impenſa & legitima filiorum, ex reliquo quod ſupererit ex hæreditate quarta Trebellianica debebitur.

Hoc ergo poſito quòd filius grauatus ſub con-
17 ditione poſſit duas quartas detrahere: quomodo poterunt detrahi? Papon in ſuo *recueil des arreſts*, in titulo, *de la detraction des quartes, arreſt premier*, dat praxim in hac materia vt intelligamus quomodo illæ duæ quartæ ſint detrahendæ: inquit quòd filius qui de hæreditate eſt grauatus, debet imprimis ſuam legitimam detrahere: quæ iuxta numerum liberorum erit triens vel ſemis, & in numero liberorum erit filius hæres inſtitutus qui legitimam accipiet ex bonis paternis vt quilibet ex aliis filiis: vt ſi ſint ſex liberi, & vnus eorum erit hæres, ille tanquam hæres accipiet ſemiſſem, & alter ſemis erit pro legitima filiorum, ita tamen, vt ex illo ſemiſſe qui relinquitur pro legiti-
18 ma filiorum, ille hæres filius habebit vnam vnciam, & quilibet ex aliis vnam vnciam: & ſic filius hæres retinebit ſuam vnciam pro ſua legitima, adueniente autem die reſtitutionis reſtituet eum ſemiſſem quem tanquam hæres recepit, ex quo ſemiſſe retinebit quartam partem, quæ aſcendit ad vnam vnciam cum dimidia ex ſex vnciis: deducto ergo ære alieno funeris impenſa, & legitima filiorum, ex reliquo quod ſupererit ex ipſa hæreditate debebitur quarta Trebellianica, ita Corneus conſilio, 331. nume. 22. in primo volu. & demum deducta Trebellianica, legata exoluẽtur quia hæres grauatus in ſua quarta Trebellianica eſt potior legatariis, & illis præfertur. Iaſon
19 in l. qui quadraginta. nume. 4. ff. ad Sena. Trebellia.

Quòd ſi æs alienum non ſubductum fuerit, & nullo ęre deducto hæres grauatus hæreditatem reſtituerit, tenebitur ille grauatus pro ſua quota & quarta creditoribus ſatisfacere. l. 2. & ibi gl.
20 & docto. C. ad l. Falci. l. j. §. fin. ff. ad Trebellianum, & licet omnes actiones tranſeant in hęredes & contra hęredes per eum titulum de hæredi actio. tamen reſtituta hæreditate, ſi demum debitores hæreditarij appareant, tenebitur ipſe hęres reſtituta hęreditate pro ſua quota. §. reſtituta. de fideicomm. hæredi. ad idem ergo reincidet quòd hęres inſtitutus totum æs alienum exoluat, & tunc in reſtitutione hęreditatis illud deducet, & retenta ſua quarta reliquum reſtituet: vel quòd nihil exoluat, & accepta ſua quarta reliquum reſtituat, & tunc quando reſtituit nullo ęre alieno exoluto, æs illud alienum ab ipſo fideicommiſſario exoluetur & ipſe hęres grauatus pro ſua quarta tenebitur ipſis creditoribus hæreditariis, & eo caſu accipiet ſuam quartam, cùm onere ſoluendi creditoribus pro rata ſuæ quartę.

17 Quomodo fiat earum quartarum detractio.

Quantum ad legata pertinet, controuerſia fuit, an Trebellianica eſſet deducenda etiam ex legatis, an verò extra legata Trebellianica eſſet deducenda ex reliquo hęreditatis: Oldradus. conſil. 158. tractat hanc quęſtionem, & tandem decidit ex ſententia Azonis, quòd hæres grauatus poteſt detrahere ſuam Trebellianicam de vniuerſitate quam rogatus eſſet reſtituere, & ſic tam de legatis relictis in teſtamento, quàm de toto alio vniuerſali, excepto ære alieno, funeris expenſa & legitima filiorum.

BIU Cujas

Cùm autem fit ea quartarum detractio, habetur ratio bonorum quæ erant tempore mortis testatoris. l. cùm quæritur. C. de ino. testa. & ea bona quę tunc erant, erant fideicommissario restituenda, sua quarta retenta.

In qua tamen restitutione fideicommissi non veniet id quod hæres grauatus cõsequutus est ab ipso testatore ex contractu inter viuos, & in summa bona propria hæredis, & bona quæ olim fuerant testatoris, & quæ ad hæredem peruenerunt ex contractu inter viuos gesto ab ipso testatore non veniũt in restitutione fideicommissi. l. sequens. ff. de leg. 2. Boer. decis. 280. num. 7. sed nec prælegata quæ facta sunt vni ex hæredibus institutis ab ipso testatore, & cui hæredi fuerat facta substitutio, veniunt in restitutione fideicommissi, vt ibi per ipsum Boer. sed hoc plenius declarabitur.

Appellantur autem prælegata, quæ fiunt vni ex
21 hæredibus: nam si sit vnus hæres, illi prælegari non potest, sed quando sunt duo, vel plures hæredes, vni eorum potest fieri legatum, quod doctores prælegatum appellant.

Ea autem prælegata non omnino veniunt in re-
22 stitutione fideicommissi, sed in hoc, hac distinctione vtendum est, nempe quòd si prælegata præcedunt substitutionem, vt quia primo prælegauit, & postea testator rogauit, & substituit, & in substitutione facit mentionem hæreditatis, & tunc prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi. Si verò non sit facta mentio hæreditatis, sed simpliciter dixit testator, portionem tuam restituas, & tunc prælegata veniunt in restitutione. Ita Boer. ibi. nu. 8. & 9. & Cor. consil. 91. num. 6. quòd si primo testator rogauit, & postea prælegauit, & tunc prælegata non veniunt, vt ibi per Boer.

Prælegata an veniant in restitutione fideicommissi.

Item in ea restitutione fideicommissi includitur non solum ea portio in qua quis est hæres institutus, & grauatus, sed & alia bona quæ ad illum grauatum peruenerant ex substitutione fideicommissa
23 rio alteri facta, vt per Bar. in l. Scæuola. ff. ad Trebellia. & Boer. in eo loco, qui indistinctè tenet ibi, quòd in restitutione fideicommissi venit id quod secundus moriens percepit ex pręmorientis substitutione, & per doctor. in dict. l. Scæuola. & Decius consil. 80. & 86. reprobata Alexand. opinio in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebel. qui censebat iam dicta in prælegatis obseruari, & in his quæ deueniunt ad hæredem grauatum, ex substitutione fideicommissaria facta vni ex aliis hæredibus.

Detrahet tamen hæres grauatus meliorationes
24 si quas fecerit in rebus subiectis restitutioni. l. domos. ff. de leg. 1. quia id quod per hæredem expensum est circa reparationes aut meliorationes, quæ factæ sunt in ipsis rebus subiectis restitutioni, repetetur ab ipso hærede grauato contra substitutum seu fideicommissarium, dum tamen tales expensæ expositę circa eas res essent vtiles, aut necessariæ, vt notatur in d.l. domos. fiet tamen æstimatio earum reparationum, habito respectu ad valorem earum reparationum, sicuti erit valor eo tempore quo hæreditas restituetur. d. l. domos. & ibi Paul. Castren. & Iason, & Papon idem tenet in suo *Recueil des arrests*, in titulo *de la detraction des quartes*, arresto primo.

Meliorationes ab hærede grauato detrahi possunt.

Non enim videtur hæres grauatus aliquid expẽdere in rebus quę sunt subiectæ restitutioni animo donandi, sed animo repetendi, die restitutionis adueniente, & videtur eas expensas fecisse pro earum rerum conseruatione, vt per doct. in d.l. domos. argu. l. cum de indebito. ff. de proba.

Hæc ergo detrahit hæres grauatus in restitutione fideicommissi, nempe æs alienum quod exoluit impensam funeris testatoris, filiorum legitimam, valorem & æstimationem reparationum, quas fecit in illis rebus subiectis, & his detractis detrahet demum ex reliquo suam quartam Trebellianicam, reliquum autem quod supererit, restituet fideicommissario.

Sed quid de ea re quam hæres recuperauit in vim pacti de retrouendendo, quod cum defuncto testatore factum fuerat, qui rem aliquam vendiderat sub
25 pacto de retrouendendo, & demum eo mortuo hæres grauatus eam rem venditam redemit sua pecunia: demũ nunc est ea quęstio, an hęres ille in restitutione fideicommissi teneatur eam rem redemptam restituere fideicommissario. Decius consil. 238. tenet quòd sic, vnde sequetur, quòd bona ab ipso hęrede redempta in vim pacti de retrouendendo debentur fideicommissario, cùm post factam recuperationem dicantur esse apud hæredem ex prima causa. Bar. in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. poterit tamen hęres qui soluit precium pro ea redimenda illud precium ab ipso fideicommissario repetere, & in dubio videtur eam rem fuisse redemptam de pecunia ipsius hęredis. Bart. in l. 2. C. pro socio. vbi inquit quòd si quis pro se & pro suo fratre
26 rem emerit, & precium soluerit, poterit demum ille partem precij à suo fratre petere, cùm in dubio videatur de suis propriis pecuniis exoluisse. l. & magis. ff. de solut. & Bald. in l. penul. C. si quis alteri vel sibi.

Grauatus tenetur restituere rem redemptã ab ipso, & à testatore venditã sub pacto recobrij.

An autem omnia quæ reperiuntur in domo hæ-
27 redis grauati tempore suæ mortis, veniant in restitutione fideicommissi, vt sunt fructus qui ibi reperiuntur, pecunia & aliæ res quę ibi sunt? dic quòd fructus reperti in domo hęredis defuncti grauati, non debent restitui fideicommissario, etiamsi fuerint percepti ex bonis hęreditatis, sed sunt & pertinent ad hæredes ipsius hæredis grauati. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. & ibi Paul. Castren. & quantum ad pecuniam quæ ibi reperitur, est etiam illi hæredi restituenda, nisi fideicommissarius vellet probare eam pecuniam fuisse testatoris, & hoc tenetur ille probare. Alex. consil. 51. in 2. volumine. quantum autem ad pensiones attinet, concludendum est, pro rata perceptorum & collectorum tempore mortis hæredis grauati, pensiones iam percep-
tas ad hęredes illius grauati pertinere, vt ibi per Alexan. & tenetur hæres grauatus reddere fideicõmissario rationem rerum, quę erant in hęreditate testatoris, ita vt & de malè administratis teneatur. l. cum talis §. Titius. ff. de cond. & demonst.

Pensiones pro rata diuidendæ.

Cùm ergo ita concludatur, filium grauatum sub
28 conditione posse duas quartas detrahere, quid de ascendentibus, an illi grauati, & hęredes instituti in testamento filij & grauati sub conditione, possint duas quartas detrahere, legitimam scilicet & Trebellianicam, cùm legitima ascendentibus debeatur in testamentis conditis à descendentibus, sicuti debetur descendentibus in testamentis conditis ab ipsis ascendentibus. l. nam etsi parentibus. ff. de ino. testamento. vt plenius superius fuit declara-

Descendentes grauati nõ detrahunt nisi vnam quartam.

BIU Cujas

tum: & cùm illis debeatur legitima in testamentis filiorum, & per consequens videtur eum ascendentem grauatum sub conditione, posse & legitimam, & Trebellianicam detrahere, sicuti & filij grauati, facit natura correlatiuorum cùm dispositum in vno locum habeat, & in altero. l. vlt. C. de indi. vidu. tollenda: pater autem & filius sunt correlatiua, ergo sicuti in filio illud statutum est, vt grauatus sub cõditione possit duas quartas detrahere, ita & pater sub conditione grauatus, & duas quartas detrahere poterit.

Tenetur tamen contrarium, quamuis superiora sint vera, & in hoc concluditur quòd ascendentes grauati etiam sub conditione, non possunt nisi vnicam quartam detrahere. Bar. ita tenet consil. 19. in 1. parte. Bald. in l. si à milite. §. patri. ff. de testam. mili. Zacharias Ferrarius super Panor. in hoc cap. Raynutius, Iaſ. in l. filius quem. num. 9. C. fami. erc. Gui.Pap.decis. 52. quæ opinio licet Aemilio Ferreto videatur dura. in d.l. filius quem. quòd ascendentes non possint nisi vnicam quartam detrahere, non tamen ausus fuit cõtrarium sustinere, quæ etiã, nec iure, nec vsu sustineri potest, quare eam opinionem, vt magis communem debemus sustinere, & magis approbatam.

Et quantumuis hæc quæstio videatur planè ociosa, cùm filiusfamilias non possit testari, cùm sit
29 in alterius potestate. l. qui in potestate. ff. de testamentis. si non possit testari, frustra ergo quæritur, an pater à filio institutus & grauat' possit duas quartas detrahere, cùm filius careat facultate testandi. Dici potest eam quæstionem locum habere in casibus in quibus filij testari possunt, nempe si sit emãcipatus qui de iure testari potest, cùm cesset patria potestas, ratione cuius filius testari non potest, vel si filius habeat peculium castrense, vel quasi, in ilbus peculiis filius testari potest. l. fi. C. de ino. test. item & in filio, qui solum habet matrem quam potest instituere hæredem, & grauare, & in illis casibus procedit nostra quæstio, quare in casibus illis in quibus filius testari potest, si testando instituerit patrem aut matrem, quam sub cõditione grauaret de hæreditate restituenda, non poterit nisi vnam quartam detrahere, nulla enim lege aliud cauetur, & erubescimus sine lege loqui.

Neque obstant superiora, maximè illud, quòd legitima debetur ipsis ascendentibus, sicuti & descendentibus, nam quamuis ita sit, quòd legitima ascẽdentibus debeatur, non tamen sequitur quòd illi debeant consequi duas quartas, nam de iure ciuili filiis debetur legitima. authent. nouissima. C. de ino. testamento. & tamen ipso iure ciuili filius quãtumuis grauatus non potest, nisi vnam quartam detrahere, etiam si sit grauatus sub cõditione. l. filius quem. C. fami. erc. quare talis consequentia non procedit, neque est necessaria.

Argumentũ à correlatiuis leue. Argumentum autem à correlatiuis est satis leue, & procedit vbi in vtroque est eadem ratio. doct. in d. l. vlti. at hîc in patre & filio datur diuersa ratio, nam filio debetur legitima, iure quidem ciuili, naturali tamen iure ita suadente. l. cum ratio. ff. de bonis damna. parentibus autem debetur legitima iure ciuili ita ordinante. d.l. nam & si. ff. de ino. testamen. ex causa cuiusdam paternæ commiserationis, & cùm ad diluendum argumentum à correlatiuis sufficiat dare medium, sequetur tale argumentum dilutum esse, ex his iam dictis: concluditur ergo parentes grauatos, etiam sub conditione non posse nisi vnicam quartam detrahere, & neque absurdum erit in hoc casu ponere discrimen inter ascẽdentes & descendentes, inter quos iura ponũt multas differentias, & inter cæteras hæc erit, nempe quòd in descendentibus rogatis, restituere hæreditatem subintelligitur ea clausula si descendentes moriantur sine liberis. l. cum auus. ff. de condi. & 30
demon. l. cum acutissimi. C. de inoffi. testamento. Differentiæ inter ascendẽtes & descendẽtes.
tamen in ascendentibus institutis & rogatis à descendentibus non intelligetur ea clausula, si decedant sine liberis, & eo casu illis ascendentibus defunctis locus erit substituto. Bart. & alij in d.l. cum auus. plenè Socinus in repe. illius. l. cum auus. Iaſ. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institutio. & substitu.

Facit & aliud: testamentum imperfectum ratione 31
solemnitatum, confectum à parentibus inter libros Testamentum imperfectũ inter liberos valet, & non inter ascendẽtes.
valet & sustinetur. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. & in authen. de testa. imperfectis, tamen testamentum imperfectum ob defectum solemnitatum, conditum à filio inter suos parentes non valet. cùm ita de iure cautum non reperiatur. Iaſ. post alios. in d.§. ex imperfecto. Bald. & Sali. in l. fi. C. fami. erc.

Adde quòd filij & alij descendentes succedentes suis descendentibus inter se tenentur conferre bona 32
quæ prouenerunt ab illis, de quorum successione agitur inter quos descendentes succedentes suis ascendentibus locum habet collatio. authen. ex testamento. C. de colla. & per totum eum titulum, quæ collatio cessat inter ascendentes succedentes suis descendentibus, inter quos nullus est locus collationi. Baldus, Sali. Alexand. & Iaſ. in l. si emancipati. C. de colla.

Proponitur & aliud, filius potest reuocare alie- 33
nata per patrem in fraudem creditorum vsque ad Alienata in fraudem filiorum reuocantur, sed non in fraudem patrẽtum.
legitimam quando ille in quem facta fuit alienatio esset particeps fraudis. Bar. in l. non vsque. ff. si quis à parente fuerit manu. Ascendentes tamẽ non possunt reuocare alienata à filiis etiam in fraudem ipsorum. quia hoc in ascendentibus non reperitur decisum. Bar. in d. l. non vsque. in simili ergo, quia non reperitur iure cautum, vt ascendentes grauati à suis descendentibus sub conditione possint duas quartas detrahere, sicuti reperitur decisum in descendentibus grauatis sub cõditione, sequetur quod illi ascendentes, quantumuis grauati sub conditione non poterunt nisi vnam quartam detrahere, & hæc est omnium communis opinio supra firmata.

In summa hic est effectus huius capitis, quòd filius sub conditione grauatus potest duas quartas detrahere, vnam vt filius, nempe legitimam, altera vt quilibet hæres grauatus detrahere potest, nempe quartam Trebellianicam, & ad hunc effectum puto hunc textum editum fuisse: cùm perantè talis decisio satis dubia & incerta esset, & minimè decisa, priusquam tamen his finem faciamus, proponemus decisionem quarundam quæstionum quę satis ad rem nostram facere videntur.

Et hoc vnum erit, an hæres grauatus, qui vt grauatus potest suam quartam detrahere, non conficiens inuentarium, perdat eam quartam, & insimul quartam Falcidiæ: illud enim extra annum cõtrouer

trouersiam est, quòd hæres institutus si suæ indemnitati velit consultum esse, ad hoc vt non teneatur vltra vires hæreditarias, debet inuentarium rerum hæreditariarum conficere. l. vlti. C. de iure deliber. aliàs teneretur vltra vires hæreditarias, omnibus creditoribus, quantum ad Falcidiam pertinet illud expeditum est hæredem non conficientem inuentarium perdere Falcidiam. auth. sed cũ testator. C. ad l. Falcidiam. quantum ad Trebellianicam attinet non conuenit inter nostros interpretes. Bar. in d. l. sed cum testator. tenet hæredem grauatum non perdere Trebellianicam, quantumuis inuentarium nõ confecerit, & hoc quia nulla lege cauetur, & erubescimus sine lege loqui, & neque decet leges in odiosis extendere. Salic. in d. authen. sed cum testator. tenet contrarium, quòd hæres perdat eam quartam, si inuentarium non fecerit, & hoc quia lex præsumit hæredem grauatum, in non conficiendo inuentarium, res hæreditarias subtraxisse, & eas occultasse, ita vt pro sua quarta possit suffi[illegible]ere, & ideo non posse eam Trebellianicam demum detrahere.

Hæres grauatus inuentariũ tenetur conficere.

Iason in l. Marcellus. nu. 57. ff. ad Trebelli. hanc quæstionem plenè examinat, & tandem concludit cum opinione Bartoli, quam ibi inquit veriorem, hæredem scilicet grauatum, non perdere Trebellianicam per non confectionem inuentarij: cùm hoc decisum minimè reperiatur in ipsa Trebellianica, sicuti decisum reperitur in Falcidia, per eam auth. sed cum testator. & hanc opinionem tenet Iaco. de bello visu. in §. hinc nobis. in auth. de hære. & Fal. & Cor. cons. 22. nu. 37. in 2. volu.

Hęres grauatus nõ perdit Trebellianicã, quãuis inuentariũ non confecerit.

Guido Papæ decisione 53. tenet quid medium, quòd extraneus hæres grauatus perdit Trebellianicam in non conficiendo inuentarium. filius autem hæres grauatus non perdit, & ita iudicari refert in parlamento Delphinali, quæ opinio posset seruari ex quodam fauore filiorum, sed non quòd de iure posset sustineri.

Ego putarem hæredem grauatum nulla habita distinctione, siue ille sit filius, siue extraneus in nõ conficiendo inuentarium, priuandum esse sua Trebellianica, facit pro hac opinione vltra ea quæ à doctoribus deducta sunt, quòd hæres tenetur ratio
35 nem reddere administrationis rerum hæreditariarum fideicommissario. quod facere non potest, nisi prius inuentarium confecerit, vt demum ex eo rationem reddat. Bald. in l. cum tale. §. 1. ff. de condi. & demonstra. Franciscus Curtius senior cons. 29. num. 9. ergo in non conficiendo est in culpa, ratione cuius debet priuari sua quarta, aut saltem puniri poterit ipse hæres propter non factum inuentariũ, quanti interierit ipsius fideicommissarij inuentariũ non fuisse confectum, quæ ratio quantumuis non concludat hanc opinionem, eam tamen videtur adiuuare.

Sed an substitutus ad quem bona hæreditaria de
36 bent peruenire, possit petere & cogere ipsum hæredem grauatum pro sua indemnitate, vt bona hæreditaria describantur & ponantur in inuentario, & hoc ne ea bona deperdantur? dic quòd sic, & hoc petendo debet substitutus audiri, etiam si hæres fuerit subleuatus à testatore à tali confectione inuentarij. Paul. Castren. consil. 366. 1. par. Alexan. cõs. 68. in 3. vol. Lancelotus Galianla in repet. l. centurio. num. 177. ff. de vulga. quinimò poterit ille

Substitutus potest cogere hæredem grauatũ ad conficiendũ inuentarium.

substitutus cogere hæredem grauatum ad satisfandum de reddenda hæreditate adueniente die, vt ibi per Galianlam. num. 166. & sic tenetur hæres grauatus reddere fideicommissario rationem de administratis ex ea hæreditate. Alexan. consil. 51. nu. 11. in 6. vol.

Illud etiam notandum est, quòd non solum hæres grauatus expresse detrahit Trebellianicam, vt 37
iam comprobatum fuit, sed etiam hi qui sunt tacitè grauati, vt sunt venientes ab intestato qui accipiunt hæreditatem in vim illius clausulæ codicillaris positę in testamento, quod demum deficit propter aliquam causam, qui demum acceptam hæreditatem coguntur restituere, retenta prius quarta Trebellianica, vt finge patrem condidisse testamentum in quo filium quem habebat, hæredem instituit, & alterum præteriit, in quo testamento adposita fuit ea clausula codicillaris, testamentum quidem propter filij præteritionem nullum erit. l. filio præterito. ff. de inui. rupto. sustinebitur tamen per eam clausulam codicillarem. doct. in d. l. filio præterito. & in authen. ex causa. C. de libe. præte. Pau. Castr. consil. 29. in 1. parte. & Bartol. expresse in l. 1. ff. de iure codic. quare filius præteritus in vim illius clausulæ codicillaris, & tanquam tacitè rogatus accipiet hęreditatem, & eam restituet hęredi scripto, retenta quarta Trebellianica.

Tacitè grauati per clausulam codicillarem possunt Trebelianicam detrahere.

Et in summa venientes ab intestato in casu in quo testamentum deficit aliquo casu, & in quo est ea clausula codicillaris, censentur tacitè rogati accipere hæreditatem, & demum eam restituere hæredi scripto, retenta ea Trebellianica, quam & tacitè grauati in vim illius clausulæ possunt retinere, & vis illius clausulæ hunc effectum operatur, vt venientes ab intestato censeantur tacitè rogati eam hæreditatem acceptam & aditam restituere hæredi scripto in eo testamento, quod per aliquem defectum deficit, retenta ea Trebellianica. l. ex testamento. l. eam quam. C. de fidei. & quæ ibi per doctores notantur. Oldradus cons. 171. & sic non solum expresse grauatus detrahit Trebellianicam, sed & tacitè grauatus in vim illius clausulæ codicillaris, & plene Alexander consilio 50. nume. 11. in 6. volumine.

Adde etiam quòd sicuti filius grauatus detrahit duas quartas, legitimam scilicet, & Trebellianicam: ita etiam filius hęres institutus, eo casu quo hęreditas est onusta legatis, ita vt sit locus legi Falcidię, quòd tunc poterit etiam duas quartas detrahere, legitimam scilicet, & Falcidiam, aduersus legatarios. Paul. Castren. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de ino. testa. num. 5. olim quidem non duæ quartæ, sed vna tantum recipiebatur, quia vna in alteram imputatur. l. in quartam. ff. ad leg. Falc. hodie autem duæ detrahuntur.

Filius quando hæreditas est onusta multis legatis detrahit & legitimã, & Falcidiam.

Et quoniam sępius facta fuit mentio legitimæ debitę filiis, nunc priusatque his finem imponamus, demonstrandum erit an ipsa legitima filiis debita à parentibus debeatur, an iure naturæ, an verò iure ciuili.

Vtilitas in hoc est & maxima, quia si debeatur iure naturæ, illa tolli minimè poterit statuto, cùm iura quæ sunt naturalia tolli minimè possunt. §. sed iura naturalia. de iure naturali gen. & ciuili. quòd si legitima filiis debita sit solùm iure ciuili, & tunc per contrarium ius, aut per statutum non solũ pos-

set

BIU Cujas

set minui, sed & tolli in totum.

Aliqui tenent filiis legitimam in bonis parétum debitam esse iure naturæ, & neque illis desunt & leges & rationes ad hoc confirmandum, & quod iure naturæ debeatur, adducitur textus, in l. scripto. ff. vnde liberi. in fine. ibi naturæ simul & votum parentum. Adducitur etiam l. cum ratio naturalis. ff. de bonis damna. Addo §. sed quoniam. in authen. de hæred. & Falcid. ibi tanquam hoc secundum ipsam naturam debeatur, facit quia ea legitima, quam etiam bonorum subsidium appellamus, filio debetur in honorem sanguinis. l. 1. §. longius. ibi in honorem sanguinis. ff. de lega. prestan. iura autē sanguinis nullo modo tolli possunt. l. iura sanguinis. ff. de reg. iuris. ergo nec ea legitima tolli poterit, cùm nitatur naturali ratione. l. ius agnationis. ff. de pactis. quæ naturalis ratio modis ciuilibus dirimi nullo modo potest. §. iura naturalia.

Legitima in locum alimentorum.

Confirmatur hæc opinio hac ratione, legitima in locum alimentorum succedit, alimenta autem seu ipsa liberorum educatio, est de iure naturali, & ea iure naturali debetur. cap. ius naturale. ibi liberorum educatio. 1. distin. & l. 1. §. fi. ff. de iusti. & iure. ibi, hinc liberorum educatio. ergo sequetur & ipsam legitimam iure naturæ debitam esse, cùm illa in locum alimentorum debeatur.

In contrarium quòd legitima filiis non debeatur iure naturæ, immò iure ciuili, faciunt hæ rationes, & hæc præcipuè si ea legitima iure naturæ deberetur, semper ea filiis deberetur, & neque iure ciuili tolli posset: cùm ea quæ sunt iuris naturalis tolli non possint per ius ciuile. l. iura sanguinis. ff. de reg. iuris. l. ius agnationis. ff. de pactis. sed sic est, quòd ea legitima non semper debetur, lege ciuili hoc prohibente, vel vetante, aut non statuente, ergo non est debita de iure naturæ, immò de iure ciuili.

Filius de iure ciuili sine causa potest exhęredari.

Et quòd non semper debeatur de iure ciuili patet, hoc iure ciuili antiquo filius sine causa exhæredari poterat, immò & posthumus qui nullam causam ingratitudinis committere potest de eo iure ciuili exhæredabatur, per eum titulum de exhæredatione liberorum insti. cùm ergo eo iure ciuili liberum erat patri filium exhæredare, & per consequēs eum excludere à tota sua hæreditate, ergo sequetur eam legitimam minimè de iure naturæ debitam esse, quia non semper debetur.

Præterea filij emancipati sunt semper filij, & de sanguine patris, & tamen illis filiis emācipatis, nulla legitima debetur, immò tanquam incogniti excluduntur à patris successione. §. emancipati. de hęred. quæ ab intestato defer. quamuis demum de iure prætorio cogniti fuerint, per eum titulum de coniun. cum emancipatis liberis. tamen de ipso iure ciuili erant incogniti, & nulla legitima illis debebatur, & sic legitima non est de iure naturæ, alioquin semper ea legitima, & omnibus filiis deberetur, & cum omnibus filiis minimè debeatur, ergo potius de iure ciuili debetur quàm de iure naturę.

De iure naturę nullum datur remediū filiis pro eorum legitima.

Præterea si legitima filiis debita esset de iure naturæ, illud debitum filiis planè inutile esset, quia eo iure naturæ nullum datur remedium filiis, ad eam legitimam petendam, poterat quidem ius naturæ illud statuere, sed & hinc nulla nascereturactio in vtilitatem filiorum, cùm actiones sint de iure ciuili. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. l. 2. ff. de orig. iur. ergo illud filiis planè esset inefficax, quare hęc quęstio redditur dubia.

Verior tamen & magis approbata videtur ea cōclusio, vt dicamus filiis legitimam de iure quidem ciuili debitam esse, id tamen iure naturæ requirente & suadente, & quam opinionem tenet Dinus in reg. indultum. ff. de reg. iuris. in sexto. Decius hoc etiam tenet in reg. iura sanguinis. ff. de reg. iuris. & ibi Ioan. Montanus. Oldradus doctor antiquus ita tenet, cons. 135. hoc enim negari non potest, quin ius ciuile modum successionibus non statuerit & aliquibus prorsus ademerit successiōes, vt filiis emancipatis: pręterea nepos ex filia ad aui materni bona, de iure duodecim tabularum non admittebatur. l. lege duodecim tabularum. C. de suis & legi. hæred. §. intestatorum. de hære. qualit. & differen. §. item vetustas. de hęred. quę ab intest. defer.

Ius ciuile modum statuit in successionibus

Præterea ius duodecim tabularum ius succedendi prim ùm tribuit liberis, aut saltem legitimā portionem, quam ad quartam partem totius hæreditatis reduxit. §. igitur quartam. de ino. testa. l. Papinianus. §. quarta. ff. de ino. testamento. & demū Interpretator eam legitimam auxit vsque ad trientem vel semissem iuxta numerum liberorum, per eū titulum de triente & semisse: & cùm hęc omnia à iure ciuili proueniant, fatendum erit, & de iure ciuili ipsam legitimam & filiis debitam esse, ius enim ciuile alterum tollere potest. §. fi. de leg. agna. successio.

Exhæredatis filiis per ius ciuile consulitur

Facit & aliud, liberis à patre pręteritis datur ius dicendi testamentum nullum, ita vt rupto testamento filiis pręteritis aperitur via succedendi. l. filio præterito. ff. de iniusto rup. 1. in prin. de exhęred. liber. insti. item & filiis exhæredatis ius ciuile succurrit hodie per querelam inofficiosi testamēti, per eum titulum de ino. testamento. item filiis emancipatis consultum fuit per ius prętorium, vt admittātur cum aliis, quę omnia filij consequuntur beneficio iuris ciuilis, & non de iure naturę, quare consequens erit, vt filij fateantur se eam legitimam consequi ex lege ciuili, & non ex lege naturę, quæ & ipso iure ciuili statuta fuit & aucta.

Soluuntur argumenta in cōtrarium.

Neque obstabunt superiora, maximè ea iura quibus videtur demonstrari legitimam debitam esse iure naturę, nam dico hoc per ea iura minimè probari, hoc quidem fatendum est iure quodam naturę id suadente, filios vocari ad successionem parentum, sed illud ius naturale in hoc nihil statuit, quare ius ciuile id naturali iure & ęquitate naturali suadente, statuit filiis successiones. Certum est enim ius ciuile hoc statuisse, immò & parentibus necessitatum imposuisse filiis, saltem legitimam relinquendi, per l. inter cætera. ff. de lib. & posthum. l. cum quæritur. C. de ino. testamento. & quæ legitima & ipso iure ciuili, & statuta, & aucta fuit, vt iam fuit comprobatum, quæ omnia ex instinctu naturali, ab statuentibus ordinata fuere, & ita intelligenda sunt ea iura, sicuti & ita interpretatur Decius in ea regula, iura sanguinis. de reg. iuris. & Archi. in eo cap. ius naturale. Iacobus de bello visu. in eo §. sed quoniā. ibi per naturam debetur, Id est inquit ibi ex instinctu naturæ, cùm certum sit ius naturę hoc non statuisse, sed solum ipsa ratio naturalis, persuasit legūlatoribus ita statuente & dictante, & neque sequitur: ratio naturalis hoc suasit, ergo legitima est de

iure

BIU Cujas

iure naturali, nam si ita esset, ea legitima filiis omnibus semper debita esset, & tamen contrarium esse iam fuit demonstratum.

Educatio liberorum de iure ciuili debetur.

Eadem ratione tolli potest & alterum argumentum de educatione, quæ filiis videtur deberi iure naturali, nam hoc negatur, & dico ea alimenta deberi iure ciuili, equitate tamen naturali id dictante, quæ suadet, vt parentes nutriant proprios filios, & ad id cogi possunt officio iudicis, & remediis deductis ab ipso iure ciuili, per eum titulum de liberis agnosc. quæ alimenta si iure naturę debita essent, semper filiis deberentur, at non semper debentur, quia spuriis nulla alimenta debentur de iure ciuili. auth. ex complexu. C. de natu. libe. ingratis filiis nulla alimenta debentur: nam vt æquum est, filium qui in lucem editus est alendum esse à patre, in eoque ostendere affectum paterni animi, ita rursus dignum est, ne liberi obliti illius pietatis paternæ committant aliquid in ipsos parentes, ob quod possint iustè ab ipsis excludi, & illis iustè denegare alimenta, quæ parentes ingratis liberis possunt denegare. §. causas. vt cùm de appella. cognos.

Spuriis nõ debentur alimẽta, nec filiis ingratis.

In summa ergo in hac quæstione concluditur filiis & alimenta, & legitimam debitam esse de iure ciuili, id tamen instinctu, & ratione naturali, & æquitate suadente & dictante, & ad quæ præstanda parentes cogi possunt de iure ciuili, quod filiis dũmodo non sint ingrati, voluit prouidere multis remediis.

Conclusio.

Et cùm ita sit legitimam filiis debitam esse iure ciuili, æquitate naturali id suadente, sequetur statuto ciuitatis eam legitimam minui posse & augeri. vnum enim ius ciuile, alterum & corrigere, & tollere potest: tolli quidem poterit filiorum legitima, dummodo id fiat ex causa: sine enim causa tolli non posset, sicuti nec sine causa exhæredari potest filius. §. causas. vt cum de appella. cognoscitur. & Alex. ita tenet in l. quod de meo. §. fi. ff. ad Trebel. & ibi tenet ex causa legitimam statuto tolli posse, ergo sequetur non deberi iure naturæ, nam tunc nec ex causa tolli posset, & est ita decisio Capellæ Tolosanæ. decis. 439. & domini de Rota, decis. 18. in nouis. Lancelotus Galianla in repe. d. l. centurio. nu. 72. ff. de vulg.

Non tacebo tamen vnum quod tangit illam regulam superius positam, nempe quod de iure etiam ciuili filius rogatus de restituenda hæreditate, potest duas quartas detrahere, tametsi contrarium videatur probari ex ea l. filius quem. C. fami. ercisc. ibi quod supra quartam habens reddere compellitur, & l. iubemus. C. ad Trebel. ibi dodrans restituatur, & hoc quidam tenuerunt, hac ratione, & dicunt eas leges non officere, neque facere contra hãc opinionem, quia certum est quod legitima tãquam æs alienum detrahi debet, in qua legitima pater est quasi debitor filij, & sic filius legitimam suam detrahit tanquam æs alienum, & demum quartam Trebellianicam tanquam grauatus, & quamuis in illis legibus dicatur quòd filius dodrantem teneatur restituere, hoc intelligi debet deducta legitima quam filius, vt æs alienum detrahere potest, & ita quidam concludunt, quòd etiam de iure ciuili filius grauatus duas quartas semper detrahere potest, sed talis opinio aperta ratione confunditur, nam quamuis verum sit patrem esse quasi debitorem suo filio in sua legitima, tamen illi non aduertunt quòd quoties creditor succedit suo debitori, quòd tunc actio confunditur. l. debitori. C. de pactis. si ergo confusa sit actio, ergo filius non poterit eam legitimam petere, quæ iam confusa est, & sic solum detrahet vnam quartam, nempe Trebellianicam, tamẽ huic obiectioni obuiari potest, nempe ita respondendo, quia si hæres rogatus soluerit aliquod æs alienum, illud repetet à fideicommissario, vel dic & verius, quòd licet confusa sit actio quando creditor succedit suo debitori, tamen hæres grauatus, qui sponte adiit hæreditatem priusquam hęreditatem restituat quam & restituere grauatus est, debet sibi deducere quod sibi debetur à defuncto priusquam hæreditatem restituat. ita Bar. in l. debitor. in fine principij. ff. ad Trebel. quare in hoc casu filius grauatus antequam hęreditatem restituat, retinebit sibi suam legitimam tanquam sibi debitam, & demum retenta quarta Trebellianica, reliquum restituet & sic & de iure ciuili duas quartas poterit detrahere.

FINIS.

BIU Cujas

290
4- 6


303